Al conv.to de S. Juan Bap.ta ... Granada
R. 4981

HISTORIA

CHRISTIANA VETERVM PATRVM,

IN QVA OMNIVM FERÈ EORVM, QVI À TEMPORE APOSTOLORVM VIGVERVNT, ET PRO CHRISTI ECCLESIA militauerunt, Acta, Tempora, ac rerum Ecclesiasticarum status, tanquam in Speculo verè Christiano, ad veritatis antiquitatem demonstrantur.

ILLORVM NOMINA, CHRONOLOGIAM ET CATALOGVM, proxima ante primam libri faciem pagina declarabit.

R. LAVRENTII DE LA BARRE LABORE ET INDVSTRIA castigata, atque per ordinem digesta.

His adiecimus in Principio, Capitum; in calce verò rerum & verborum Indices copiosissimos.

PARISIIS,
APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA, SVB SCVTO BASILIENSI.
M. D. LXXXIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Del conv.to de S. Juan Bap.ta de los Capuchinos de Granada
R. 4981

HISTORIA

CHRISTIANA VETERVM PATRVM,

IN QVA OMNIVM FERÈ EORVM, QVI À TEMPORE APOSTOLORVM VIGVERVNT, ET PRO CHRISTI ECCLESIA militauerunt, Acta, Tempora, ac rerum Ecclesiasticarum status, tanquam in Speculo verè Christiano, ad veritatis antiquitatem demonstrantur.

ILLORVM NOMINA, CHRONOLOGIAM ET CATALOGVM, proxima ante primam libri faciem pagina declarabit.

R. LAVRENTII DE LA BARRE LABORE ET INDVSTRIA castigata, atque per ordinem digesta.

His adiecimus in Principio, Capitum; in calce verò rerum & verborum Indices copiosissimos.

PARISIIS,

APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA, SVB SCVTO BASILIENSI.

M. D. LXXXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

GENEROSO ADOLESCENTI

FEILLEI, VADI, ET BELLINSVLÆ DEI, ETC.

DOMINO Io. RIVSO ANTIQ. ET ILLVSTR. DVCVM
Armoricorum ſtirpis, regi à cubiculo, R. L.
de la Barre S.

SI quantum Chriſtiani nominis ratio poſtulat, Illuſtr. Aſſarace, tantùm huius temporis homines ponerent ſtudij & operæ in lectione diuinarum literarum: ad mores profectò commodius & ad ſalutem ſapiẽtius nobiſcum ageretur: nec eſſet quod ab hiſtoricis aliiſque à religione noſtra abhorrẽtibus ſcriptoribus, fidei, pietatis, prudentiæ, charitatis, iuſtitiæ, fortitudinis, aut temperantiæ exempla peteremus. Suppeterent innumera è commentariis & archiuis Eccleſiæ, quibus verbi Dei præcones vterentur in cõcionibus, & cæteri Catholicorum in ſuis ſermonibus. Quotieſcunque fortitudinis incurreret mentio (in hac enim rerum præſidium conſtituebãt Ethnici) Georgios, Iulianos, Victorios, Sebaſtianos, Huſtachios, Hubertos & Ferreolos theatra perſonarent: Fabios verò non amplius, Paulos, Scipiones, aut Maximos. Si de continentia, virginitate aut pudicitia loquendum (quæ quòd rara pretioſa fuit antiquitùs) ſatis multa ſupra gentilium narrationes in Potamiena, Ephigenia, Catherina, Barbara, Teclâ & cæteris eiuſmodi quamplurimis quod admirari & amare poſſimus inuenietur. Si vitæ mutatæ aut potius emendatæ mores poſtulamus, veniant Magdalena & Pelagia imitandæ: ſi patientiæ & in morbis aut ærumnis tolerantiæ petimus exempla, Iob vnius & Petronillæ proponetur paradigma. Si denique mundo relicto, amore aut deſiderio ducimur vitæ ſolitariæ, faceſſent philoſophi, aderit Anachoretarum & Cœnobitarum tantus exercitus, vt vix inter ipſos eligas virum aliquem, quem certò ſequaris. Demum ad omnes vitæ actus, rerum momenta, actionũ modos, extabunt ex ſacris illuſtriora multò cùm facta tum documenta quàm ab Ethnicis, & tãto illuſtriora quanto potentior eſt Dæmone Deus; atque plus eſt Deo ſeruire quàm dæmonibus. An clariorem Horatius ille Romanus de Curiaciis triumphũ egit, quàm Dauid de Goliath: qui non armis, non gladio, non robore corporis, ſed funda inuſitatæ magnitudinis gigantem vicit, gladióque eum ſuo interemit? Iactent licet illi Cæliam ſuam: ſed quid ad Iudith, quæ facto ſuo audaciæ pleno, ſuos metu liberauit? An Scæuolam ſuum cum fœmina audebunt comparare? At ille Porſenam non interfecit, hæc Holofernis caput præcidit. Lucretiam ſuam fortaſſe noſtris anteponent, quæ cum vi conſtuprata eſſet, mortem ſibi ipſa conſciuit. At quanto fortior & caſtior Suzanna fuit, quæ eodem propoſito dedecore mori maluit, quàm ſcelere admiſſo hominum vitare ſermonem? An Scipionem in eodem genere virtutis opponent? non audebunt, opinor, cum viderint Ioſephum qui pauper erat inter Ægyptios, formoſus & iuuenis & à Domina locuplete ad ſtuprum ſæpè impulſus, flecti non potuiſſe: ſed maluiſſe in carcerem coniici, quàm Dei voluntatem offendere. Quid verò dicam de Pauli prædicantis zelo, déq; Moſis in populum ſuum charitate, qui anathema fieri, deleríque de libro vitæ maluit, quàm illum à Deo interfici: cùm interim ſe ad multò maiores honores poſt eius interitum efferendum eſſe ſciret? aut de Dauide, qui cùm populum ſuum ab angelo conficiendum cerneret, ſe peccaſſe dixit, non populum? Si eis Codrum aut Decios anteponant, quis ferat? Non traducent etiam ſuos Imperatores, qui vel auxerunt Imperium quod initiò paruum accepiſſent, vel quod maximum receperant, conſeruauerint: animaduertent duodecim Apoſtolos pugilum hominum terrarum penè totum orbem ſubegiſſe: eorúmque ſingulos infinitam hominum atque adeo populorum multitudinem ad Chriſti fidem religionémque deduxiſſe cognoſcent: Quanta verò eoſdem affici admiratione neceſſe erit, cùm illos hoc totum ſine vi, ſine minis, fraude, inſidiis, armis, ſanguine ac morte cuiuſquam, quibus illi imperia ſibi pepererunt, ſed adhortationibus, precibus, modeſtia, continentia, parſimonia, patientia, aliiſque virtutibus, id eſt, vt paucis omnia complectar, ſermone & opere perfeciſſe intellexerint? Si enim eorum Imperij initium recordando repetere velimus, tria millia hominum à Petro prima concione: altera, quam non

ita multò pòst habuit, quinque, ab ingrata Deo vita ad gratiam sanctam deducta reperiemus. Gregorius ille θαυμάτουργος, seu ab efficacia miraculorum edendorum mirificus, vt Neocæsaream populosam vrbem intrauit, septemdecim, sicuti quibusdam placet, tantum fideles reperit, vt abscessit totidem infideles solùm reliquit. Quòd si longius etiam progrediamur, in iis præsertim quæ quod diuinis libris continentur, maiorem habent auctoritatem, quot millia hominum tota Græcia & Asia Paulum sola oratione & voce adiunctis nouis quibusdam inusitatisque operibus sub Christi imperium subiecisse dicemus? Quod de cæteris quoque eodem modo iudicandum est. Conferantur nunc si placet, ea omnia quæ ab Imperatoribus gesta, quò faciliùs quanta sit in excitanda admiratione, pariendáque voluptate dissimilitudo, intelligatur. Alius apud Romanos Galliam Romano Imperio adiunxisse, alius Germaniam dicitur, alij alias prouincias. An hæc illi sine agrorum depopulatione, sine vrbium euersione, sine cæde innumerabilium hominum, templorum direptione, iurisque diuini ac violatione aut perfecerunt, aut perficere potuerunt? Ex quibus intelligi potest, quanta ex sacris eiusmodi monumentis percipiatur voluptas: videmus Sanctorum expeditiones hominum spectare salutem: Respub. cœtúsque hominum à miserabili Deorum, id est dæmonum seruitute vindicare. Si proculdubio omnes ea & legere libenter, & attentis animis audire solent, quæ ad se pertinere intelligunt, legendis autem audiendisque rebus gestis Apostolorum ea cognoscuntur, & discuntur omnia quæ ad summam omnium hominum vtilitatem, dignitatem, salutémque conducunt, an non indecorum videtur, hæc tam vtilia aut necessaria potiùs posteris non tradere, vitas autem Imperatorum memoriæ prodere, quæ nec vtilitate cum his, nec necessitate, nec verò dignitate, comparari vllo modo possunt? Nam vt de hoc dicam quoque aliquid, fuerint sanè in illis virtutes, quæ eis ab authoribus tribuuntur, fuerint in eis benè viuendi exempla, fuerint iidem continentes, iusti, sapientes, fortes: at veræ illæ virtutes non sunt habendæ, præsertim cum à fide, sine qua Deo nihil gratum esse potest, seiunctæ fuerint atque secretæ. Hoc etiam verè dici potest, cùm ea ferè illis tributa sunt, scriptores vel ignorauerint, vel gratiæ causa & ad eorum vel aliorum voluptatem scripserint, illos magna ex parte libros suos mendaciis & vanitatibus refersisse. At in his viris quos diuos maiorum nostrorum instituto vocamus, nihil fucatum, nihil fictum, nihil denique simulatum reperiri potest, sed omnium verarum virtutum in illis quasi splendor quidam expressus est, earúmque summa consistit, ciúsque rei non hominem testem habent, sed Christum, id est, Deum qui eos & lucem mundi appellat, sal terræ, & Doctores eiusdem instituit, vt lucem ad sanctissimam eorum vitam, & doctrinam ad ea quæ eos aliis tradere iussit, retulisse videatur. Quod si eorum vitam atque doctrinam Deo gratam acceptámque esse videmus, quid de vtilitate existimare debemus? Euoluentibus quidem veterum historiis nobis sæpè verbum prudenter, fortiter, moderatè, iustéque dictum placet, sed tamen an vita eorum quorum illud est, ei consona fuerit, ignoramus, semper aut plerumque dubitamus, propterea quòd ferè vsuvenire videamus, vt oratio pulcherrima sit hominum, vita turpissima & ab oratione dissentiens, ex quo dicta ferè contemni solent. Quæ autem ab Apostolis in eo genere dicta feruntur, ea nobis similiter venire in dubium non possunt, propterea quod illi & eam vitam traduxerunt, vt ipsius comes illorum esset oratio, & eo sermone vsi sunt, illum vt non refelleret vita, sed comprobaret. Horum duodecim virorum sanctissimorum & cæterorum quorum literæ diuinæ mentionem faciunt, vita primum locum tenere debeat: proximum cæterorum quos Ecclesia veneratur: tertium eorum qui à nostro viuendi instituto non abhorruerunt, nec ab Ecclesia coluntur: postremum, eorum qui ab eodem abhorruerunt. Hæc itaque & pleraque alia eiusdem generis ferè innumerabilia cum ipse considerarem, illos in magno errore versari existimaui, qui clarissimorum sanctissimorumque hominum dicta factáve nihili pendunt aut vix legendo attingunt: malúntque in profanorum libris consenescere, digni qui vapulent ab Angelo, vt quondam Hieronymus Stridonensis quòd esset Ciceronianus, quàm piè & Catholicè scriptis Sanctorum patrum incumbere. In eorum gratiam qui omnia dedignantur: aut aliorum qui quoduis dummodò pium amplectuntur hoc opus susceperim, non dico: suscepisse nihilominus affirmare ausim, spe & animo proficiendi & nauandi fideliter operam Ecclesiæ: in qua vt sum renatus, informatus & educatus, ita huic quicquid in me est lubens acceptum refero. Oethes quondam in fabulis non illaudabiliter feciſſe iudicatus est qui Absirti membra sparsim disiecta ad sepulturam collegit: sic nec ego perperam laborasse, qui tot authorum historias seorsim expositas in vnum fasciculum & quasi sub vnicum intuitum subiecerim: memor eorum quæ in simili causa præstitisset quondam Philippus Chrysostomi Diaconus sub titulo Christianæ historiæ. Plurimas enim ac maximas rebus mortalium vtilitates adfert historiæ cognitio, præsertim sacræ, aut quæ huic proximè cognata est. Siquidem hoc habet penè singulare, vt cum vna inter cæteras, antiquitatis parens conseruatrixque sit, omnium tamen temporum authores ferat: immò non ferat quidem solùm, sed etiam desideret. Quicunque igitur res à se vel inuentas primum vel deinde excultas ac illustratas literis consignarunt, benè de posteritate sunt meriti (gentilis Assarace) tum haud scio an vlli melius, quàm qui res gestas historiæ mandarũt, memoriæque propagauerunt. Magni faciunt, vt certè fieri debent, quæ grauissimi viri, Socrates, Plato,

Plato, Aristoteles, aliíque Philosophi de appetenda virtute, aspernandóque vitio literis prodiderunt: quæ tamen Herodotus, Thucydides, Theopompus, & cæteri historici monumentis annalium tradiderunt, maiorem vim ad res præclaras sectandas, contrariásque declinandas habere, nemo inficias ibit. Illi enim quid agere homines debeant, hi quid præclarè egerint, docent. Illi de colenda iustitia, fortitudine, temperantia multa præcepta dederunt. Hi, quis iustè, fortiter, moderatè, temperanter vixerit, demonstrant. Neque verò qui ad iustitiam hortabitur, plus Socratica ratione quàm Aristidis, Fabricij, & aliorum documentis efficiet. Rectè igitur Antonius apud Ciceronem historiam suis laudibus exornans, his commendauit verbis: historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis: sed μάλα λιγεῶς. plenius enim Simon Grynæus præfatione sua in Iustinum: Item Paulus Manutius epistola ad Rhamnusium: Historia, inquit, facilè quiuis homo, quid multis hominibus euenerit cum intelligit, eruditur, atque ipse sibi normam componit actionum suarum, vitæque totius inter omnes errores, omniáque pericula ad veritatem, ac salutem dirigenda. Nec aliud est nostra prudentia, quàm euentorum obseruatio, rerúmque præsentium, ac futurorum ex præteritis, tanquam ex fonte scientia deriuata. Quod ex vniuerso literarum genere vel sola, vel certè maxima præstat historia, præsertim si quis eam ita tractet, vt euenta dum notat, animum referat ad causas, in eáque attentè inspiciat & rationem quærat, cur hoc factum, illud omissum: cur ex illo calamitates, ex hoc optata contigerint: exponit res gestas inter summos reges, causas bellorum, humanos etiam casus, magnarum iusuper variarúmque rerum aspectus animis nostris infundit: nulla pulchrior species, nulla gratior oblectatio: vides vt in tabula picta, aduersa ducum excellentium, stratagemata, artes, insidias, spem potiundi, metum amittendi, cæsos exercitus, vrbes captas, imperia deleta: age, fortuna commutata cadere insultantem, victum exurgere, eodem penè momento lætitiam pelli mœrore succedente, mœrorémque lætitia. Talia dum legimus, haurit animus voluptatem incredibilem, aliturque pabulo suauissimo, nec satiatur donec ad exitum peruenerit. Quamobrem magna gratia rerum gestarum scriptoribus habenda est, qui suo studio effecerunt, vt rebus præteritis cognoscendis, quid in vita hominum laudetur aut vituperetur, quid probetur aut offendat, tanquam in speculo intueremur. Quamquam non eodem loco omnes qui historias scripserunt habendos, neque eandem vtilitatem ex omnium illorum scriptis expectandam, nemo rerum adeo ignarus, aut à literis ita alienus est, qui nesciat. Sed eorum alij rerum priscarum narratione aures tantum quasi voluptate quadam perfundere, verborúmque illecebris captare voluerunt: alij res sapienter, iustè, piè, fortiter, moderatéque tradiderunt. Plerique verò, vt ait Seuerus Sulpitius studio & gloriæ seculari inaniter dediti, exinde perennem (vt putabant) memoriam nominis sui quæsiuerunt, si vitas clarorum virorum stilo illustrassent. Quæ res vtique non perennem quidem sed aliquantulum tamen conceptæ spei fructum afferebat: quia & sui memoriam, licet incassum, propagabant: & propositis magnorum virorum exemplis, non parua æmulatio legentibus excitabatur, sed tamen nihil ad beatam illam æternámque vitam hæc eorum cura pertinuit. Quid enim aut ipsis occasura cum seculo scriptorum suorum gloria profuit? aut quid posteritas emolumenti tulit legendo Hectorem pugnantem, aut Socratem philosophantem? cum eos non solùm imitari stultitia sit, sed non à crimine etiam impugnare, dementia: quippè qui humanam vitam præsentibus actibus æstimantes, spes suas fabulis, animas suas sepulchris dederint. Ad solam hominum memoriam se perpetuandos crediderunt: cum hominis officium sit perennem potius vitam, perennem memoriam quærere; non scribendo aut pugnando, vel philosophando, sed piè, sanctè, religioséque viuendo. Qui quidem error humanus, literis traditus, vsquequo valuit, vt multos tamen æmulos vel inanis philosophiæ, vel stultæ illius virtutis inuenerit. Vnde facturus mihi operæpretium videor, si sacras historias, exemplo aliis mox futurus simul præscripsero, quibus vtique ad veram sapientiam, & cœlestem militiam, diuinámque virtutem legentes incitabuntur: in quo nostri quoque rationem commodi, vtilitatis ad quæstum ducimus; vt non inanem ab hominibus prædicationem, sed æternum à Deo præmium expectemus. quia etsi ipsi ita non viuimus vt aliis exemplo esse possumus: dedimus tamen operam ne eorum facta dictáve laterent, qui essent imitandi. Nam cum vitæ ex virtute degendæ institutio ac ratio in duobus posita sit, in præceptis quibus parendum, & exemplis eorum quos proponimus imitandos: non possunt aliundè salubrius consilia aut præcepta sumi quàm ex schola Dei: nec exempla mutuari rectius quàm ab iis qui Deo pleni & afflati Spiritu sancto egerunt quod Dei honorem promoueret, quod congrueret rectæ rationi, proximum non læderet.

Verbis enim, inquit Augustinus, epistola 132. moneri dicimur, exemplis verò mouèri, & in Ecclesiastico officio legimus solemnitates martyrum exhortationes esse martyriorum. Quinimo Iacobus Apostolus capite 5. exemplum accipiendum docet laboris & patientiæ. Sed à quibus? à probis opinor, religiosis & integerrimus. Verùm consilium illud semper aspernati sunt impij, qui vel deprauarunt vel saltem sacras historias expostuerunt perperàm, quæ proculdubiò obstetrices sunt sapientiæ ac vitæ magistræ. Contra verò pij vicissim de eis cum ipsis acriter litigauerunt, tum quòd vel ipsius filij Dei acta, sermones, miracula testentur: tum quòd sanctorum fidem nuntient, profiteantur martyrum constantiam, qui suo sanguine doctrinam Christi consignarunt, posterisque vt certam, salutarem & necessariam transmiserunt. Dixit itaque Ambrosius sermone 92. de Nazario & Celso loquens: Magni esse periculi post prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post martyrum vulnera fidem quasi nouellam discutere, & post tam manifestos duces in errore permanere, atque post morientium tot sudores otiosa disputatione contendere. Et paulò inferius: Veneremur, inquit, in tanto Christi milite Nazario fidem nostram. Mater namque martyrij fides Catholica est: in qua iste illustris Atleta sanguine suo, mortem pro ipsa calcauit. Mater inquam martyrij fides Catholica est: veneremur ergo in sanctorum martyrum gloria fidem nostram. Immensa Dei nostri & multiplex ad bonitatem & artifex ad salutem pietas, proponens arduam virtutum palmam, tantorum martyrum merita nostra vult esse suffragia: simúlque dum nobis fidem veram duro martyrij agone commendat, afflictionem præcedentem instructionem efficit posterorum. Quanta est circa nos Dei nostri solicitudo? illos examinat, vt nos erudiat: illos conterit, vt nos acquirat: eorúmque cruciatus nostros contulit esse profectus. Meritò eos ergo colimus, qui periculis suis pugnant & nostris vtilitatibus militant: qui per huius lucis vitæque contemptum, edocent nos quantum Deo nostro debeamus affectum. Hactenus Ambrosius, aut si mauis Maximus: huius enim nomine citatur à Radulpho de Riuo proposit. 6. & à Romano antiquo breuiario in communi plurimorum martyrum. Idem sermone 77. hortatur Christianos ad natales martyrum celebrandos, & eorum præcipuè dies recolendos quorum reliquias possidemus, quíque in nostris domiciliis proprium sanguinem profuderunt. Nam licet vniuersi sancti vbique sint & omnibus prosint: specialiter illi tamen pro nobis interueniunt, qui & supplicia pertulere pro nobis. Martyr enim cùm patitur, non sibi tantùm patitur, sed & ciuibus: sibi enim patitur ad requiem, ciuibus ad salutem. Exemplo enim eorum didicimus Christo credere: didicimus contumeliis vitam æternam quærere, mortem didicimus non timere. Videte ergo quid martyribus debeamus, qui nec sibi vixerunt, nec sibi mortui sunt. Exemplum enim nobis reliquerunt, benè viuendo, conuersationis: tolerando fortiter, passionis. Idcirco Dominus per totum mundum diuersis in locis martyres pati voluit, vt tanquam idonei testes, nos præsente quodam fidei exemplo suæ confessionis vrgerent, vt humana fragilitas quæ prædicationis dominicæ aditu longiore vix credit, vel præsente oculorum testimonio, martyrio crederet beatorum. Equidem quamuis fides Deo veluti fundamento innixa hæreat, & Euangelistis tanquam quadriga salutis vniuersum orbem percurrerit, à martyribus tamen quodammodo pendet testibus veritatis, apud eos videlicet qui cum Deo loquenti credere nollent, Dei martyribus credebant; quorum sanguis & martyrium Tertulliano teste seminarium erat Christianorum. Dominus profectò dedit martyrum cineribus non modò eam virtutem quæ dicitur inesse busto Phœnicis, verumetiam vberiorem multò: quandoquidem cineres vnius Phœnicis producunt non nisi Phœnicem vnicum: verùm cineres seu sacræ fauillæ fidelis ministri cuiusquam Dei nostri Iesuchristi, procreant ex se fidelium aliorum infinitam multitudinem. Fieri non posse sibi persuadebant itaque gentes, vt quis tanta pro mendacio, quanta martyres pro veritate: vt vsquam homines ad tormenta lætabundi procederent nisi Deo acti & pro iustitia talia subeunda essent. Etsi præterea in cordibus nostris fides iuxta omnipotentis præcognitionem fixa scriptáque esse debeat, nihilominus si quod res est perspiciamus, videbimus aliundè nullo modo & peræquè fidem asseri, aut confirmari plenius, quàm ex multiplici cognitione historiarum. Quò tendit illud Irenæi & postea Tertulliani aliud in hæreticos, Ædant origines suas? Et certè Euangelium historia est. Quare cum vita hominum sit breuis memoriáque labilis & infirma, rationi consentaneum quis non iudicet, ea quæ ob pietatem rectè fiunt, scriptis mandari, quatenus posteritas habeat vnde factorum cognitionem accipere possit. Narrat Diuus Hieronymus Epistola ad Chromatium: cum Constantinus Augustus fuisset ingressus Cæsaream, & diceret Eusebio antistiti, vt peteret aliqua beneficia Cæsariensi Ecclesiæ profutura: responsum fuisse, opibus suis Ecclesiam ditatam nulla petendi bene-

beneficia necessitate compelli: sibi tamen desiderium immobile extitisse, vt quicquid in Republic. Romana gestum sit erga sanctos Dei: iudices iudicibus succedentes in vniuerso orbe Romano solicita perscrutatione monumenta publica discutiendo perquirerent, & qui martyrum, à quo iudice, in qua prouincia vel ciuitate, qua die, quáve perseuerantia passionis suæ obtinuerunt palmam, de ipsius archiuis sublata ipsi Eusebio regio iussu dirigerent. Ex quo factum est, vt idoneus relator existens & Ecclesiasticam historiam retexeret: & omnium penè martyrum prouinciarum omnium Romanarum trophæa diligens historiographus declaret: quatenus omni die sacrificium Deo offerentes eorum nomina meminissent, studentes quì die ipso quo sacrificium offertur, victores diaboli extitissent, & martyrij sui triumpho pollentes atque ouantes ad regem suum peruenissent Christum. Expediret sanè ad informationem fidelium extare per Archiepiscopatus dispositos sacræ historiæ notarios, qui exemplo Bedæ, Vsuardi, martyrologia propria conficerent: aut ad Adonis & nuper Ioan. Molani in Indiculo Sanctorum Belgij imitationem ex ipsis Sanctorum nostratium gestis, aut ex propriæ Ecclesiæ Ecclesiastico officio seligerent quidquid ad honorem sanctorum nostrorum dignum iudicaretur annotatione. Si quæ etiam fierent miracula, ab iisdem citra fucum colligi velim. Certa enim miracula celanda non sunt, iuxta illud Raphaëlis ad vtrumque Tobiam: Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei qui fecit vobiscum misericordiam suam: Etenim opera Dei reuelare & confiteri, honorificum est. Itaque Augustinus stomachatur vehementer cùm Carthagini audisset in religiosa fœmina Innocentia de primariis ipsius ciuitatis ingens miraculum restitutæ à cancro mamillæ, sic latere, vt nec sciretur à matronis, nec prædicaretur ab vniuersis. Hinc eam (ait) & admonendam & obiurgandam putaui. Quanta autem diligentia veteres illi patres fastos martyrum annotauerint, eorúmque virtutes, curationes & miracula celebrauerint, constat ex eorum scriptis Homeliis, concionibus, Historiis & Chronicis, quæ certæ & probatæ authoritatis, nec vti nunc apud plures interemistas esse debent neglectui. Quamobrem igitur primitiua Ecclesia notarios habuit atque archidiaconos, qui oculi sunt Episcoporum, per quos Sanctorum res & acta diligenter scriptis mandarentur, quæ postea archiuis Ecclesiæ seruanda reponebant: Vnde Tertullianum, Cyprianum, & cæteros Archiua citare aliàs animaduertimus: ita etiam hoc tempore, quando charitas multum refrixit, & maximè opus est ad pietatem calcaribus atque exemplis, valdè vtiliter vt dixi per diœceses aut saltem archiepiscopatus assumeretur sacræ historiæ primicerius ὑπογραμματεὺς, qui in colligendis atque diiudicandis historiis, tanquam oculus cooperaretur suæ Ecclesiæ archiepiscopo: sicque planè obseruaretur illud sessionis sanctæ Synodi Tridentinæ: incerta item, vel quæ specie falsi laborant, euulgari ac tractari non permittant. Ex quibus nos iam vnius Ludouici Viuis longè doctissimi viri grauissimam querelam adscribemus: cuius verba in libro de corruptis artibus hæc sunt. Mentionem rerum à magnis viris actarum reuocare sibi in mentem eum dolorem, quem sæpenumero cœperat animo maximum, dum ipse secum reputat, quàm diligenter, quanta cura, Alexandri, Annibalis, Scipionis, Pompeij, Cæsaris & aliorum ducum, Socratis, Platonis, Aristotelis, & aliorum philosophorum facta perscripta sunt & sempiternæ memoriæ infixa, vt periculum non sit, ne vnquam excidant. Acta verò Apostolorum, martyrum, denique diuorum nostræ religionis & ipsius siue crescentis Ecclesiæ, siue iam adultæ, operta maximis tenebris ferè ignorari, tanto siue ad cognoscendum siue ad imitandum quàm ducum & philosophorum fructuosiora. Nam quæ de iis sunt scripta, præter pauca quædam multis sunt commentis fœdata, dum qui scribit affectui suo indulget: & non quæ egit diuus, sed quæ ille eum egisse vellet, exponit: vt vitam dictet animus scribentis, non veritas. Fuere qui magnæ pietatis loco ducerent, mendaciola pro religione confingere, quod & periculosum est, ne veris adimatur fides propter falsa, & minimè necessarium: quoniam pro pietate nostra tam multa sunt vera, vt falsa tanquam ignaui milites atque inutiles, oneri sint magis quàm auxilio. Idem alibi grauius censet atque vix ferendum. Quale est in res sacras hanc quoque licentiam mentiendi irrepsisse, seu potius apertè esse iniectam: vt quæ traduntur de lepra Constantini, de balneo sanguinis puerilis, de lepra Vespasiani, de Gamaliele, de Beronice, de actis Christi & diuæ virginis. Clamamus & latramus ad minora, conniuemus ad hæc: quæ si in manus impiorum hominum veniant, sanctissimam & grauissimam nostram pietatem ridiculam illis & exsibilandam reddiderint. Nec in rebus propinquioris memoriæ tradendis sumus religiosiores. Scribunt Galli Gallica, Itali Italica, Hispani Hispanica, Germani Germanica, Britanni Britannica, aut alij in gratiam gentis cuiuspiam: putat rerum author id se tantùm munus suscepisse, vt quantum possit gentem illam euehat: non

Lib. 22. Ciuit. cap. 8.

25. cap. 1.

oculum ad veritatem adiicit, ſed ad decus illius nationis: hoc ratus eſſe hiſtoriam ſcribere, ſi quid gens illa præclarum egerit, prodere, dilatare, exornare, extollere: Si quid turpe aut ignominioſe, tegere, eleuare, extenuare, defendere, excuſare. Stulti non intelligunt hoc non eſſe hiſtoriam ſcribere, ſed cauſam illius gentis agere: quod patroni eſt, non hiſtorici. Nec in actis ſanctorum ſcribendis maior eſt veritatis cuſtodia, in quibus omnia oportebat eſſe exacta & abſoluta. Vnuſquiſque eorum acta ſcribebat, vt in quemque erat affectus: ita vt animus hiſtoriam dictaret, non veritas. Quàm eſt vix digna diuis & hominibus Chriſtianis illa ſanctorum hiſtoria, quæ legenda aurea nominatur? quam neſcio cur auream appellent, inquit ille, cum ſcripta ſit ab homine ferrei oris, plumbei cordis, qui hoc præſtitit Chriſtianis vt pudeat præſtantiſſimos diuorum noſtrorum actus non eſſe verius accuratius proditos. Hæc Ludouicus Viues, qui requirit in ſacris hiſtoriis colores Rhetoricos, ornatum verborum, & ſplendorē orationis, quaſi aliud ſit Chriſtianiſmus quàm nuda & ſimplex veritas, & ſine Rhetorica ſcribi, prædicari aut promulgari non potuerit lex Euangelica. Reprehendit præterea in iiſdem plurima quaſi conficta & dum alios ex affectu ſcripſiſſe ſanctorum hiſtorias culpat, ipſemet ex affectu de iiſdem iudicat: & quod vix credit, eos non putat egiſſe: ex fide ſua ſanctorum, immò potius Chriſti virtutem metiens, atque eleuans Dei promiſſiones, qui voluit ſemper in ſanctis videri mirabilis conuenienter ſuis ſemper pollicitis, quibus auxit ſupra ſe diſcipulos, vt maiora his quæ fecerat ſponderet facturos, quo in dies fides quæ crcuit miraculis maius caperet incrementum. Cenſores iſti, cuiuſmodi plures tulit poſterior ætas, cum liberius, ne dicam impudentiùs, de authoribus pronuntiaſſent, quamplurimis fidem ſubleuerunt: & ne quid diſſimulem, multis malè ſentiendi, aliis errandi, quibuſdam hæreſis anſam ſubminiſtrarunt. Quod ſi liceat vlterius, quid certi habebitur in ſcripturis, nihil ſubindè probabitur ab omnibus, habebunt vocem in Pentateucho Ariſtotelici, in reliquis bibliorum Samaritani, in Euangeliſtis Marcioniſtæ, & in his omnibus, quod verendum, Atheiſtæ. Placita tot temporum non ſunt mouenda. Tales odio ſemper habui Ariſtarchos qui ex guſtu & ſaliua profitentur ſe authorum habere ſcientiam, necnon ex vngue noſſe leonem: quaſi verò ætate non arefcat ſtilus, iunioris non ſit timidior & floridior, ſenioris ſiccior & grauior. Quintilianus adoleſcentiores dixit laborare verborum profluuio, ſenes abundare ſententiarum. Et quidem in homine ſunt ætates ſcientiarum & gradus diſciplinarum: nec magis quouis ſeptennio mutatur ſecundum medicos corporum humanorum ſtatus, quàm ingeniorum: quæ pro varia affectione corporis, aliàs citius percipiunt, aliàs lentius, aliàs melius, aliàs peius ſe habent. Areſcunt cum oſſibus ingenia veterum, ſermone iampridem inoleuit: Sed hæc alterius loci, ad te nunc venio (generoſe Aſſarace) cuius pro ſplendore generis tanta eſt apud Britannos celebritas, & pro flore ætatis commendatio, próque indole apud bonos omnes expectatio: vt te partum aurcum, Iunonium puerum, honeſtate ſatum matre, obſtetricibus Muſis, lactentibus totum virtutibus fateantur & mecum glorientur. Et quidem frequentes audiuimus quod de te teſtimonium ferat Troiani Bruti generoſa Britonum ſoboles, quibus te tuúmque genus laudibus efferant. Dicunt, ſed auditum, quod tamen pluribus verbis vir huiuſce ætatis doctiſſimus Boiſtuanus non leuibus coniecturis affirmare ſolebat, ad gentem tuam referendum illud Iouis Veneri datum vaticinium primo Æneidos,

--- veniet luſtris labentibus ætas,
Cum domus Aſſaraci Phthiam, clariſque Mycenas
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.

Huic ea in re fides niſi adhibeatur, fidio mihi non creditur. Erat quippè hiſtoriarum diligens, antiquitatiſque totius ſcrutator oculatiſſimus, atque adeò qui ceras domus noſcet tanquam educatus inter domeſticos lares, & illuſtriſſimi genitoris tui (cuius maneat anima in pace, memoria in benedictione) præceptor quondam meritiſſimus. Faciunt meherculè annales patrij familiam tuam totius Britanniæ vt antiquiſſimam ita & auguſtiſſimam circa annum Dominicæ incarnationis 372. à Meriadec primo Britonum rege, qui vix tandem Chriſto nomen dedit, generationis tuæ incunabula annotant. Meriadec iſte pater fuit Grandalleonis ſecundi regis Britonum, qui filium poſt ſe Salomonem reliquit tertium regem. Solomon genuit Audredum IIII. regem: ex quo nati duo filij, Buduic, qui patri in regno ſucceſſit, & Herec ſiue Reix, ex quo Rixei ſiue Rieuſi propago. Comitatum Vunetenſem Herec poſſedit, ortique ſunt ex eo Cadual & Herec liberi: Ad Cadualem Venetorum comitatus tanquam ad ſeniorem domus deuoluitur; Herec autem terras Rieuſeas hæreditatis loco habuit, duxítque filiam Alani Rohenſis Vicecomitis & Alienoræ Britannicæ filiæ Hoëlis magni. Deinceps per origines multas prodierunt Alani, Radulphi, Roberti, Euuyrij & complures alij viri ſpectatæ fortitudinis: quorum alij in bello Saxonico, alij

alij Danico, Normanico, & infiniti in inueſtitura ducatus Britannici, quàm in Ludouico pio filio ſuo conabatur Carolus Magnus, fortiter pugnando mortui ſunt. Alij etiam virtutis ſuæ teſtimonium non contenti domeſtico ſplendore, ad extraneos tranſmiſerunt: inter quos Amauryus ille quo tempore Allanus Ferganus filius Hoëlis comitis Richemontis regnabat in Britannia, circiter an. 1080. cum fratre Dolenſis comitis eſt Geofridum Boillonium ſequutus: vt & anno pòſt 1296. Radulphus Diuum Ludouicum in profectione Thunetica; vnde ambo laudis plurimum ob res præclarè geſtas, reportarunt. Anno itidem 1286. Guilielmus (is qui cum vxore Anna de Machecoiel fundauit Franciſcanos Nannetenſes) delectus eſt ducis nomine in Hiſpaniam, vt ſponſalia iniret cum filia Caſtiliæ regis, quam in Britanniam ſecum paulo pòſt rebus ſapienter actis traduxit. Innumera ſunt eius gentis in rempublic. beneficia. Tempore Caroli VII. Petrus Rieuſus Mareſchallus Franciæ, ſtrenuam regi nauauit operam in fugandis & regno Anglis expellendis: atque in recuperanda Baſtilde Pariſienſi, Rothomago, & maritimis multis vrbibus. Is tandem à N. Flauienſi proditoriè occiſus, erecta ad pontem Compendij in modum trophæi celſiſſima cruce, monumentum reliquit memoriæ ſempiternum. Siccine commendant familiam hiſtoriæ: ex qua tot Comites, Mareſchalli, Marchiones armis inclyti, virtutibus conſpicui prodierunt: ex qua tot duces & Imperatores, quorum trophæa & nomen caneſcet ſeclis innumerabilibus: ex qua etiam tot ſpectatæ pulchritudinis & pudicitiæ virgines, quarum principes, tetrarchæ vel etiam reges ambierunt tædas & connubia. Atque vt ex multis aliquas recenſeam in gratiam eorum, qui gentilibus tuis benè ſtudent: Hugo Burgundienſis Magni illius Hugonis ducis tertius filius, Margaretam duxit filiam Michaelis Rieuſi priorem: Totcuillanus alteram cognomento Blancham. Subindè anno 1200. Alanus Rieuſus ex Beatrice Leonenſi filias duas ſuſcepit, quarum ſuperior nupſit Petro Britanno alteri filio Ioannis ducis Britanniæ, huius nominis primi: ſecunda Domino Fugeriacenſi iungitur. Ioannis illius Mareſchalli Britanniæ (qui anno 1341. obſtitit ne Britanniæ ducatus agnoſceret ex fide dominium Anglorum; quod alioqui pacis cauſa Rex Francorum conſenſerat) ſorores duæ ad thalamos Domini Razij & Domini Dinatenſis tranſierunt: filiarum verò, quas ex ſorore ducis Alenconij genuerat, poſterior datur nuptui comiti Harcurio: prior autem Ioanna Ferrio Comiti Valdemontano, cui poſtea obtigit ducatus Lotharingiæ, Comitatus Aumallæ, & Delbotiæ. Mater earum ſoror fuit (vt diximus) ducis Alenconij: auia verò Brabantij ducis filia; abauia autem filia Borbonij ducis & ſoror Ioannæ reginæ; coniugis Caroli Quinti. Præterea Anno 1450. Maria Ioannis Siti de Rieux gnata, datur vxor vicecomiti Thoarthenſi: ex quo matrimonio exiuit pulcherrima corpore virgo, illa quæ nupſit Petro duci Britanniæ. Verùm illa quam proximè poſt orbata viro, monaſticam ingreſſa fundauit Abbatiam Conctorum apud Nannetas, & aliam Sanctæ Claræ ex ipſius fundamentis Domus Rieuſorum: altera per iuſtas tædas ad hymenæos petita Domini Trimouillei, ad hunc vſque diem multa prole fœcundauit. Ioannes iſte filium Franciſcum habuit, qui ſponſauit filiam Richardi Britannici Stamparum comitis & patris ducis Franciſci. Illa mortua in ſponſalibus, ſuperinduxit Mariam filiam natu maximam Ioannis vicecomitis Rohani, & Mariæ poſterioris natæ ducis Franciſci ex Yſabella Scotiæ. Filia hæc Rohani ſorores binas habuit, quarum vna maritali iure venit in amplexus Caroli ducis Angoliſmenſis, qui pater fuit magni illius Franciſci Francorum regis: Altera connubio ſociata eſt domino Albretio, à quo genus ſuum ducunt etiamtum reges Nauatrei. Ex eo rurſus Franciſco naſcuntur filiæ tres cum filio Ioanne Rieuſo Mareſchallo Britanniæ, qui primis votis deſpondit ſibi Ioannam hæredem domus Maleſtricti. Mater illa fuit nuper defuncti Domini Caſtellibrienſis Britanniæ dum viueret proconſulis. Iteratis thalamis copulauit ſibi Yſabellam Britannam, ſororem ducis Stamparum: trium verò filiarum vna iungitur Domino de Luce protobaroni Cenomanenſi: nataléſque ſuos huic debet nunc domina Auagurtenſis. Secunda Domino Guymeneo iuncta eſt, & tertia domino à Veſinis: Ioannes ille tantum gratia & authoritate valuit apud ducem Franciſcum poſteriorem, vt cum principe Orengiæ tutor ſit filiabus ducis teſtamento datus & derelictus. Rurſus ex Ioannis Rieuſi Mareſchalli & Yſabellulæ Britanniæ nuptiis, nati tres illuſtres prodierunt, Claudius Rieuſus, Franciſcus Aſſaracus, & Ioannes Caſtellonouanus: Claudius primo ſibi fœderauit matrimonio Catherinam primogenitam Guidonis XV. comitis Lauallei & Ioannæ Arragoniæ: vnde Renata Rieuſa Marquiſia Nellæ, Comitiſſa Lauallis & Domina Rieuſi, quæ deceſſit ſine liberis. Huic alia ſoror Claudia ſucceſſit, quæ facta eſt Dandelotij paucis ab hinc annis vxor: nati ſunt ex ea Guydo Laualleus cum fratre, qui Rieuſi caſtrum tenet, gentis ex qua ſibi venit non retento nomine. Vt autem conuolauit ad ſecundas nuptias Claudius, prior Rieuſus, ſponſauit ſibi Suzannam Borboniam Sereniſſimi principis Mompenſerij, cuius venerandæ

senectuti parcat Deus optimus, germanam vnicam, quæ filium & filiam peperit. Filius Claudius impubes moritur & innuptus: soror non item. Verùm cum nobilitatis Rieusorum stemmata planè ad fœminas degenerare non possint, resederunt in Franciscum Assaracum, eum videlicet ex quo & Renata Feillea auia, clarissimus parens tuus cubicularius regis & auratus pristini splendoris eques originem trahit. In quo tanquam in viro melioris auspicij, literato nimirum, eloquenti & strenuissimo, conquiescet oratio mea, si prius hoc addidero, Principem & ducem Delboetium, qui nunc grata omnibus comitate fit amabilis, & maiestate ducis venerandus: si dixero inquam, eum matre Rieusa gloriari. Nam de inclyta Connana matre tua, Connani istius cuius pulpita Iurisconsultorum sententias resonant & decreta: cuius musæ ob scripta cedro digna nomen immortalitati iampridem consecrarunt, filia, nihil impræsentiarum dicam: ne fœminam lectissimam, consultissimam & tot virtutum præconiis commendatam, pro dignitate non satis laudauisse videar. Te verò Assarace, quoniam tibi datus sum à præceptis, monere, immò hortari non desinam, vt quo pede cœpisti maiorum vestigiis insistas, aut si fieri potest meliore pergas. Vale, Parisiis: ex Musæolo nostro apud Geruasianos, Idib. Iul. 1582.

SVMMA

SVMMA CAPITVM
TOTIVS OPERIS.

DE sortitione Apostolorum & naufragio Beati Ioannis. Cap. I. Folio. I.

D. Ioannes & Prochorus præstant operam Balneatrici: Hic infusoris, ille incensoris. Cap. II. folio. I.

D. Ioannes Dioscoridem & Theonem oppressos à dæmone suscitat: Fugat dæmonem. Cap. III. folio. 2.

D. Ioannes Dianæ idolum comminuit. Cap. IIII. folio. 3.

Diuus Ioannes hortatur Ephesios ad fidem ad quam eos lapidum iactatione, terræmotu, & octingentorum suscitatione conuertit. Cap. V. folio. 3.

D. Ioannes claudum restituit. Cap. VI. fol. 3.

Dæmon Ephesiani templi sub specie militis mentitus per accusationem sanctorum Dei expellitur, euerso templo. Cap. VII. folio. 3.

Diuus Ioannes ex rescripto Domitiani carceri mancipatur. Cap. VIII. folio. 4.

Proconsul Ephesiorum de captura S. Ioannis scribit ad Domitianum. Cap. IX. 4.

D. Ioannes vinctus Romam mittitur, tondetur, & in dolium feruentis olei coniicitur. Cap. X. 4.

D. Ioannes de dolio feruentis olei exiit illæsus, vnctus, non vstus. Cap. XI. 5.

D. Ioannes redit Ephesum. Cap. XII. 5.

Ephesiorum ad Domitianum Epistola super Ioanne. Cap. XIII. 5.

Rescripto Domitiani Ioannes relegatur in Pathmon. Cap. XIIII. 5.

D. Ioannes dum in insulam deportatur, lapsum in mare puerum suscitauit. Cap. XV. 5.

Seruat B. Ioannes secum nauigantes à tempestate. Cap. XVI. 5.

Periclitantur à Marmone Iudæo & Epidauritis Sancti Dei, Ioannes & Prochorus. Ca. XVII. 5.

B. Ioannes dysenteria, profluuióque sanguinis moribundum sanitati restituit. Cap. XVIII. 6.

Milites præmagnitudine miraculorum soluere Beatum Ioannem nolunt, quod ipse recusat. Cap. XIX. 6.

B. Ioannes Mironis familiam conuertit electo Pythonio Spiritu Apollonidis. Cap. XX. 6.

Baptizat D. Ioannes familiam Myronis & Chrysippæ vxorem Proconsulis Insulæ Pathmos. Cap. XXI. 7.

Basilius Tribunus cum vxore credit, quæ fœcunda fit ex sterili. Cap. XXII. 7.

Rhodon depósito pro cónsulatu baptizatur. Cap. XXIII. 8.

Cræsi Iudicis filius liberatur à dæmonio, & baptizatur. Cap. XXIIII. 8.

B. Ioannis verbo discecit Apollinis templum, proinde cæditur à sacrificulis & comprehenditur. Cap. XXV. 8.

Apostolus Rhodonem proconsularem virum baptizat, dæmoniacum sanat, & paralyticum. Cap. XXVI. 8.

Charus Iudæus blasphemans mutus, dein resipiscens tingitur. Cap. XXVII. 9.

Cynops Magus ostentis & præstigiis multa in Beatum Ioannem committit. Cap. XXVIII. 9.

Cynopis præstigiæ produntur, isque submergitur. Cap. XXXIX. 10.

D. Ioannes vt suscitauit qui inedia defecerant, oblatos diuinos honores abominatur. Cap. XXX. 10.

D. Ioan. disputat de lege cum Iudæo, & curat infirmum. Cap. XXXI. 10.

Iudæus vt vidit vxorẽ à lepra baptismo mundatam, credit, & tingitur. Cap. XXXII. 10.

Blasphemiæ pœnas luit sacrificulus Apollinis. Cap. XXXIII. 10.

Scripta epistola curatur hydropicus & baptizatur. Cap. XXXIIII. 11.

Præsidis domus benedicitur, vxor partu liberatur & tingitur. Cap. XXXV. 11.

D. Ioan. Dæmonem qui se Deum lupum nominabat expellit, mactandósque illi homines li-

berat. Cap. XXXVI. 11.
Filium sacerdotis oppressum in balneis à Dæmone, suscitat & tingit Apostolus. Cap. XXXVII. 12.
In Phlago liberatur Dæmoniacus, qui cum matre & domesticis baptisatur. Cap. XXXVIII. 12.
Templum Liberi patris duodecim Sacerdotes ruina oppressit. Cap. XXXIX. 12.
Nucianus magus in excitandis à morte duodecim Sacerdotibus se Apostolo præferens, excæcatur. Cap. XL. 12.
Nuciani & Iudæi familiæ baptisantur. Cap. XLI. 12.
Apostolus prædicit Sosipatro quid sibi contingat ex amore matris nimium impudico. Cap. XLII. 12.
Mater quæ innocentem filium incestus accusauerat, Judex quoque qui damnauerat Apostolo iudice puniuntur. Cap. XLIII. 13.
Proconsul, & Prodiana sanitati redditi baptisantur. Cap. XLIIII. 13.
Ioannes Apostolus reuocatus ab exilio pergit in Ephesum. Cap. XLV. 13.
Dictat B. Ioannes Euangelium amanuensi Prochori. Cap. XLVI. 13.
D. Ioannes Euangelium ab Ecclesia probari voluit. Cap. XLVII. 13.
B. Ioannis sacerdotis Ionis filium cæcum curauit, & eruditum in fide baptizauit. Cap. XLVIII. 13.

Vita Isidori presbyteri & Dorothei. Sect. I. 57.
Acta & temperantia Potamianæ. Sectio. II. 58.
Vita Didymi cæci. Sect. III. 58.
Sanctorum Patrum Alexandræ vita. Sect. IIII. 58.
De quadam virgine quæ laborabat amore diuitiarum. Sect. V. 58.
Vita abbatis Arsacij & eorum qui cum eo erant. Sect. VI. 59.
De sancto Amon & eius coniuge. Sect. VII. 59.
Vita abbatis Or. Sect. VIII. 59.
Vita abbatis Pambo. Sect. IX. 60.
Vita abbatis Pior. Sect. X. 60.
Vita abbatis Ammonij, & fratrum simul cum sororibus. Sect. XI. 60.
Vita abbatis Beniamin. Sect. XII. 60.
Vita Apollonij qui cognominabatur ὑπὸ πραγματευτῶν, id est negotiatoribus. Sect. XIII. 60.
Vita Pæsij & Esaiæ. Sect. XIIII. 61.
Vita Macarij iunioris. Sect. XV. 61.
Vita abbatis Nathanael. Sect. XVI. 61.
Vita abbatis Macarij Ægyptij, & Macarij Alexandrini. Sect. XVII. 61.
Vita abbatis Marci. Sect. XVIII. 64.
Vita abbatis Mosis qui fuit ex latronibus. Sect. XIX. 64.
Vita abbatis Pauli. Sect. XX. 64.
De virgine quæ faciebat septingentas orationes. Sect. XXI. 64.
De Cronio presbytero. Sect. XXII. 65.
De Eulogio Alexandrino & eo qui erat membris mancus. Sect. XXIII. 65.
De contemplatione quam vidit Abbas Antonius. Sect. XXIIII. 65.
Vita abbatis Pauli simplicis. Sectio. XXV. 65.
Vita abbatis Pachon. Sect. XXVI. 66.
Vita abbatis Stephani. Sectio. XXVII. 67.
De Valente qui excidit. Sectio. XXVIII. 67.
De Erone. Sect. XXIX. 67.
De Ptolomæo qui excidit. Sectio. XXX. 67.
De virgine lapsa. Sect. XXXI. 68.
Vita abbatis Eliæ. Sect. XXXII. 68.
Vita abbatis Dorothei. Sectio. XXXIII. 68.
De Anima Piamun. Sectio. XXXIIII. 68.
Vita abbatis Rachomij, & eorum qui cum ipso erant. Sect. XXXV. 68.
Vita abbatis Aphthonij. Sectio. XXXVI. 69.
De Virgine de qua fuerat dictum falsum testimonium. Sect. XXXVII. 69.
De sancto Pitirum. Sect. XXXVIII. 69.
De abbate Ioanne urbis Lyco. Sectio. XXXIX. 69.
Narratio abbatis Joannis de eo qui lapsus est. Sectio. XL. 71.

De fratre qui ductus fuit pœnitentia, eiusdem abbatis Joannis narratio. Sectio. XLI. 71.
Alia narratio abbatis Joannis de eo qui lapsus, ductus est pœnitentia. Sect. XLII. 71.
De Pœmanio. Sect. XLIII. 72.
Vita abbatis Ammona, & eorum qui cum ipsa erant. Sect. XLIIII. 72.
De abbate Be. Sect. XLV. 72.
De abbate Therno. Sect. XLVI. 72.
De abbate Elia. Sect. XLVII. 72.
Vita abbatis Apollo. Sect. XLVIII. 73.
Vita abbatis Copre presbyteri. Sect. XLIX. 75.
Vita abbatis Suri. Sect. L. 75.
Vita abbatis Esaiæ. Sect. LI. 75.
Vita abbatis Pauli. Sect. LII. 75.
Vita abbatis Amph. Sect. LIII. 75.
Vita abbatis Hellenis. Sect. LIIII. 75.
Vita abbatis Apelle. Sect. LV. 76.
Vita alterius Ioannis. Sect. LVI. 76.
De abbate Paphnutio. Sect. LVII. 76.
De Tibicine. Sect. LVIII. 76.
De protocomite. Sect. LIX. 77.
De mercatore. Sect. LX. 77.
Vita abbatis Apollonij. Sect. LXI. 77.
De Philemone martyre, & iis qui cum ipso fuere martyribus. Sect. LXII. 77.
Vita abbatis Dioscuri presbyteri. Sect. LXIII. 77.
De abbate Ammonio & iis qui erant cum ipso. Sect. LXIIII. 78.
Vita abbatis Isidori & eorum qui erant cum ipso. Sect. LXV. 78.
Vita abbatis Ammona presbyteri. Sect. LXVI. 78.
De abbate Ioanne. Sect. LXVII. 78.
Vita abbatis Pityrionis & eorum qui cum ipso erant. Sect. LXVIII. 78.
Vita Eulogij presbyteri. Sect. LXIX. 78.
Vita Serapionis presbyteri. Sect. LXX. 78.
Vita abbatis Posidonij. Sect. LXXI. 78.
De Hieronymo. Sect. LXXII. 78.
Vita Serapionis Sindonitæ. Sect. LXXIII. 79.
De Euagrio celebri Diacono. Sect. LXXIIII. 79.
Vita abbatis Pior. Sect. LXXV. 80.
Vita abbatis Moysis Libyci. Sect. LXXVI. 80.
Vita abbatis Chronij. Sect. LXXVII. 80.
Vita abbatis Paphnutij Cephala. Se. LXXVIII. 80.
De Cheremone. Sect. LXXIX. 80.
De Stephano Lapso. Sect. LXXX. 81.
Vita abbatis Solomonis. Sectio. LXXXI. 81.
Vita abbatis Dorothei. Sectio. LXXXII. 81.
Vita abbatis Dioclis. Sect. LXXXIII. 81.
Vita abbatis Capitonis. Sectio. LXXXIIII. 81.
Vita Anachoretæ qui illudebatur. Sect. LXXXV. 81.
Vita Sancti Ephraim Diaconi. Sect. LXXXVI. 81.
Vita abbatis Iuliani. Sectio. LXXXVII. 82.
Vita abbatis Innocentij. Sectio. LXXXVIII. 82.
Vita abbatis Adolij. Sect. LXXXIX. 82.
De Abramio. Sect. XC. 82.
Vita abbatis Elpidij. Sect. XCI. 82.
Vita abbatis Æneæsij. Sect. XCII. 82.
Vita abbatis Eustachij. Sect. XCIII. 82.
Vita abbatis Sisinij. Sect. XCIIII. 82.
Vita abbatis Gaddana. Sect. XCV. 83.
Vita abbatis Eliæ. Sect. XCVI. 83.
De Sabbatio. Sect. XCVII. 83.
De Philoromo presbytero. Sect. XCVIII. 83.
Vita beati Seuerianiⁱ & eius vxoris. Sect. XCIX. 83.
Vita Eleemonis monachi. Sect. C. 83.
Vita abbatis Bisarionis. Sect. CI. 84.
Vita beatæ Melaneæ Romanæ. Sect. CII. 84.
Vita Ruffini presbyteri. Sect. CIII. 84.
Vita paruæ Melaniæ. Sect. CIIII. 85.

Jacobus. Sect. I. 89.
Julianus Sabas. Sect. II. 91.
Marcianus. Sect. III. 93.
Eusebius. Sect. IIII. 95.
Publius. Sect. V. 96.
Symeones Priscus. Sect. VI. 97.
Palladius. Sect. VII. 98.

De

Aphrates. Sect. VIII. 98.
Petrus. Sect. IX. 99.
Theodosius. Sect. X. 101.
Romanus. Sect. XI. 101.
Zeno. Sect. XII. 102.
Macedonius. Sect. XIII. 102.
Maesymas. Sect. XIIII. 103.
Acepsemas. Sect. XV. 104.
Maro. Sect. XVI. 104.
Abraames. Sect. XVII. 104.
Eusebius. Sect. XVIII. 105.
Salamanus. Sect. XIX. 105.
Maris. Sect. XX. 106.
Jacobus. Sect. XXI. 106.
Thalassius aut Limnæus. Sect. XXII. 108.
De Joanne. Sect. XXIII. 109.
Zebinas aut Polycronius. Sect. XXIIII. 109.
Asclepius. Sect. XXV. 110.
Symeones. Sect. XXVI. 110.
Baradatus. Sect. XXVII. 113.
Thalelæus. Sect. XXVIII. 113.
Marana Cyra. Sect. XXIX. 113.
Domnina. Sect. XXX. 114.
Eiusdem oratio de Charitate. Sect. XXXI. 114.

AVTHORVM HVIVS VOLVMINIS ORDO, NVMERVS, ET CHRONOLOGIA.

I.

Anno Domini. 40. Prochori Christi discipuli, & Apostoli Ioannis amanuensis, peregrinationum quoque & laborum eiusdem comitis, Historia de miraculis, vita, & assumptione B. Ioannis Apostoli. Pag. 1.

II.

30. Abdiæ Babyloniæ primi Episcopi, qui Christum in carne vidit, luculenta certaminis Apostolici historia. pag. 16.

III.

34. Vita sancti Matthiæ Apostoli, ex Hebræo incerti authoris. pag. 44.

IIII.

40. Historia Diui Marci Euangelistæ ex vetustissimo codice descripta. pag. 46.

V.

60. Synopsis vitæ sancti Clementis Romani Episcopi incerto authore. pag. 47.

VI.

260. Historia beati Cypriani martyris & Episcopi Carthag. vetustissimo de codice transcripta. pag. 48.

VII.

60. Vita, res & acta sancti Apollinaris martyris. pag. 49.

VIII.

Claruit anno Domini. 70. Lini Romanorum pontificis de passione Petri & Pauli ad Ecclesias Orientales liber. pag. 51.

IX.

389. Palladij Diui Euagrij discipuli & æqualis B. Hieronymi, Lausiaca quæ dicitur historia. pag. 56.

X.

450. B. Theodoreti φιλοθεος, id est, sanctorum patrum religiosa historia. pag. 89.

XI.

390. Theodori Studitæ de vita, operibus, & dormitione beati Platonis oratio. pag. 118.

XII.

Vixit anno Domini. 160. Egesippi scriptoris antiquissimi de bello Iudaico, seu excidio Hierosolymitano, libri quinque. pag. 123.

XIII.

Claruit anno Domini. 420. Pauli Orosij presbyteri Hispani Hormesta mundi, seu aduersus pa-

ganos libri ſeptem. fol. 183.

XIIII.

Floruit anno Domini. 600. Gregorij Turonenſis hiſtoriæ Francorum libri decem: in quibus paſſim martyrum cum infidelibus bella, & Eccleſiaſticæ cum hæreticis concertationes exponuntur. fol.232.

Eiuſdem libri duo de gloria martyrum & confeſſorum. pag.316.

XV.

693. Bedæ gentis Anglorum Eccleſiaſtica hiſtoria. fol.351.

XVI.

Auctuarium Anglicanæ hiſtoriæ cuiuſdam alterius. pag.399.

XVII.

Scribebat anno Domini. 1110. Sigiberti Gemblacenſis cœnobitæ Chronographia, ſeu rerum deſcriptio memorabilium ab anno Domini 381. ad annum 1111. fol.402.

XVIII.

Vixit anno Domini. 1580. Robertus de Monte ex inſertionibus Galfridi Chronicam eiuſdem Sigeberti perduxit in annum domini 1210. fol.454.

XIX.

Claruit anno 1353. Adonis Viennenſis Archiepiſcopi Chronicorum breuiarium, ſiue de ſex mundi ætatibus Commentarius. fol.478.

XX.

770. Vſvvardi martyrologium, quo Romana Eccleſia ac aliæ quamplures vtuntur, iuſſu Caroli magni conſcriptum. pag.509.

HISTO-

A

HISTORIA PROCHORI, CHRISTI DISCIPVLI, DE VITA, MIRACVLIS, ET ASSVMPTIONE B. IOANNIS APOSTOLI.

B *Prochorus, vnus è ſeptem Diaconis, quos Lucas in Actibus refert ab Apoſtolis electos, laborũ D. Ioannis factus ſocius, mir aculorum & multorum miniſter, & teſtis omnium, hiſtoriam ſcripſit de vita & miraculis B. Ioannis Apoſtoli magiſtri, cui eidem fuit vicenotarij & amanuenſis vt ipſe teſtatur cap. 46. Sed inſcribendo duntaxat Euangelio: nam Apocalypſim ſicuti ex eodem capite patet B. Ioannes propria manu exarauit. Confirmat vtramque ſententiam Sixtus Senenſis, atque Simon Metaphraſtes in vita Ioannis his verbis: Ioannes vnum quendam è ſeptem diaconis ſe ſequi iubet. Prochorus hic erat. & montis verticem capeſcit; & more Samuelis rectus erigitur; & ſicut Moſes manibus elevatis effiguratur, & mentem à ſenſibus abſtrahit. tunc horrenda tonitrua, terrores, & fulgura ac his ſimilia quæ antea Moſi legem recipienti cõtigerant, facta ſunt. Ad extremum tonitrua in vocem exprimuntur, & diluciđè reſonant, In Principio erat verbum, & ea quæ Prochorus, qui prius quidem, veluti exanimis præ timore ceciderat, repreſſo paululum metu, ſubtremula manu ex ore & voce Ioannis Theologi, quæ ipſum erat tonitru, verba eius cœpit ſcribere, ſic proſequens donec totum compleret Euangelium. Caterum Athanaſius in Synopſi, neſcio quibus coniecturis Ioannis Euangelium Epheſi à Gaio ſcriptum exiſtimauit. Hunc verò Prochorum à D. Petro relictum Antiochenorum & Nicomedienſium Epiſcopum teſtatur Sophronius patriarcha Hieroſolymitanus lib. de Laboribus, & Peregrinationib. Petri & Pauli Apoſtolorum.*

De Sortitione Apoſtolorum & naufragio B. Ioannis.

CAP. I.

C ACTVM eſt autem poſt aſſumptionem Domini noſtri Ieſu Chriſti Filij Dei viui in cœlum, vt congregarentur diſcipuli in Gethſemani, quibus dixit Petrus, Notum vobis eſt Fratres quomodo Dominus noſter mãdatum nobis relinquens præcepit ire in vniuerſum mundum prædicare Euangelium omni creaturæ, & baptiſare in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti: & cum nos nihil aliud deſideremus quam quod nobis à Domino præceptum eſt, adimplere promptè: ergo Fratres chariſſimi per gratiam Trinitatis impendamus noſmetipſos in opus nobis à Domino mandatum, qui dixit eis, ego mitto vos ſicut oues inter lupos: eſtote prudentes ſicut ſerpentes & ſimplices ſicut columbæ. Notum vobis eſt Fratres, quod ſerpens ſi quis voluerit eum occidere, totum corpus ſuum tradit, caput tamen ſuum abſcondit: ita & nos Fratres ſimiliter mortem accipiamus, & Chriſtum Dominum qui eſt caput noſtrum, non negemus. Similiter autem & columbæ cum filiis priuantur, non dolent, & Dominum ſuum neſciunt abnegare. Scitis quia dixit nobis Dominus & magiſter, quoniam ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Quare Fratres, multæ tribulationes nos manent, ſed ſunt repoſita bona his qui tribulationem patiuntur propter nomen ſanctum eius. Reſpondens autem Iacobus frater Domini dixit: benè Petre, ſuper his pollicitus eſt: nam & tempus eſt, vt hæc impleantur: ſcitis tamen fratres mei, mihi à Domino dictum eſſe vt Hieroſolymis remaneam. Et reſpondens Petrus dixit, ſcimus omnes, hæc loca tuæ diſpenſationi eſſe commiſſa: & non licere ab Hieroſolyma diſcedere: Miſerunt ergo Apoſtoli ſortes, & venit Aſia in ſortem Ioannis, qui grauiter ferens ingemuit, & cum lachrymis ſe ad pedes fratrum pronus miſit in terram. Et Petrus dextra manu eum apprehendens, de terra erexit, & dixit: nos omnes te veneramur tanquam primum, habemus patientiam tuam exemplar & adhortationem omnium noſtrum: quid igitur feciſti Frater, & turbaſti corda noſtra? Reſpondens Ioannes Petro dixit: Ignoſce mihi Pater, quia turbatus ſum vehementer hora hac, quia cùm cecidiſſet Aſia in ſorte mea, grauiter id animo tuli, vt E mors etiam mihi muneris loco cenſeatur ſi quando contingat me in mari periclitari: neque memor fui verbi Domini mei qui dilexit me, qui dixit, quia capillus capitis veſtri non peribit. Sed nunc Fratres, ignoſcite, & orate pro me, vt Deus & Dominus meus indulgeat mihi hoc. Nam amodo paratus ſum ire quocunque eius bona voluntas & beneplacitum fuerit. Et ſurgẽtes ſteterunt vniuerſi ad Orientem, rogãtes Iacobum fratrem Domini, vt orationem faceret, cum quo pariter orauerũt vniuerſi. Deinde miſſi ſunt Apoſtoli quiſque in ſortem propriã. Et miſſus eſt aliquis de ſeptuaginta duobus diſcipulis Domini in miniſterio cum quolibet Apoſtolorum. Ego autẽ Prochorus ſortitus ſum miniſterum cũ Ioanne Apoſtolo. Deſcendentibus ergo nobis ab Hieroſolymis in Iopen, ibi & manſimus tribus diebus in domo viduę regionis Tabitæ: Cum autem veniſſet nauis ab Ægypto, quæ ibi exonerata volebat tranſire in partes occiduas, aſcendimus vt nauigaremus in Aſiam. Cum autem fuiſſemus in imo nauis, cæpit Ioannes mœſtus eſſe, & dixit ad me: Fili mi Prochore, multæ tribula-

Mat. 28. *Trinitas.* *Matth. 10* *Ioan. 15.* *Sortiuntur Apoſtoli prouincias Niceph. lib. 3. cap. 1.* *Matth. 10* *Luc. 12.* *Diſcipuli dati ſunt comites Apoſtolorum.*

tiones, & multa maris pericula ſuper nos ventura ſunt, & de morte aut vi ta mea nihil mihi à Domi- F
no reuelatum eſt, vos tamen de maris periculo liberabimini, neque peribit vnus ex vobis. Cum ergo
fili mi, ſaluus de maris periculo euaſeris, vade in Aſiam: ingrediens Epheſum, expecta illic per tres
menſes aduentum meum, & ſi infra id tempus me Deus aduenire voluerit, erit incumbendum mi-
niſterio nobis commiſſo, vt illud impleamus: ſi autem præterierit tempus & non venero, reuertens
fili mi, Hieroſolymam ad Iacobum Fratrem Domini, fac quicquid iniunxerit tibi. Hæc cum ad me
dixiſſet Ioãnes magiſter meus circa horam fere vndecimam, eleuata tempeſtas nauem illiſit, & con-
fracta naue manſimus in ipſo naufragij periculo ab vndecima diei hora vſque ad tertiã noctis cuſto-
diam, qua quiſque amplectens de naui quod poterat, aut remum aut fragmentum, vt natans eua-
B. Ioannis naufragium. deret, per Dei miſericordiam impetu maris circa horam diei ſextam in partes Seleuciæ, excepto
Ioan. electi ſumus omnes pariter ad ſtadia quinq;. Eramus ergo omnes animæ quadraginta duę. Cũ
ergo electi fuiſſemus à mari, per longum tempus iacuimus vt exanimes præ nimio frigore & metu,
& fatigatione: deinde reuertentes intrauimus Seleuciam, & omnibus rebus naufragio perditis non
habentes quid manducaremus, quæſuimus panem, & accipientes manducauimus: & illi qui me- G
cum electi fuerunt ad littus, inſurrexerunt in me, mihi conuitiantes & dicentes, quis vir hic eſt qui
tecum erat? magus enim eſt, maleficiis ſuis vt ſubſtantiam noſtram tolleret & abiret, nauem perire
fecit: & tu ſocius eius ſimilis illi Magus. aut ergo reſtitue nobis maleficum illum, aut non ſinemus
te ab hac ciuitate abire liberum: nam vir dignus morte es tu prode nobis vbi ſit maleficus ille, ecce
enim qui in naui eramus, hîc ſumus omnes, ille verò ſolus non comparet, & commouerunt contra
me Ciuitatem, idipſum illis perſuadentes. Comprehendentes igitur me miſerunt in carcerem: &
die ſequenti exhibuerunt me Præſidi ciuitatis, qui aſperè me alloquens dixit: vnde es tu, & cuius
religionis, quo miniſterio viuis, & quod tibi nomen? Dic nobis hæc omnia priuſquam te tormen-
tis conficiamus. Cui reſpondi, de terra ſum Hebræorum, religione Chriſtianus, nomine autem
Prochorus Prochorus, naufragio huc eiectus ſum, & accuſatores mei. Pręſes ait: quomodo igitur ſalui & reduces
omnes eſtis, & ſolus ſocius tuus non comparet? certum eſt, vt iſti teſtantur, vos eſſe magos, & vos
in mari hoc maleficium feciſſe: & vt nemo ſuſpicetur, & vobis maleficium non imputetur, tu ſolus
cum nautis inuentus es: ac tuus ſocius ſubſtantiam rerum ſuarum tulit, & abiit: aut fortè quia ma- H
lefici eſtis, multorum ſanguinis rei, diuino actum eſt iudicio vt ſocius tuus perierit, tu verò è duo-
bus ſolus ſaluus, euaſeris, vt malè in hac ciuitate perires: dic igitur, ne cuncteris, an ſocius tuus pe-
rierit an periculum euaſerit. Ego verò cum fletu reſpondi: de eo quod interrogas tibi reſpondebo
id quod ſciam. Et imprimis, vt de me loquar, non magus ſum, ſed Chriſtianus, & Chriſti diſcipu-
lus: præcepit autem Chriſtus Dominus diſcipulis ſuis antequam in cœlum aſcenderet dicens: Ite in
Marc. 16. mundum vniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ, & baptiſate omnes gentes quæ
voluerint credere &c. Poſt verò aſcenſionem eius in cœlum, Apoſtoli eius congregati in vno loco,
ſortes miſerunt inter ſe quam regionẽ ſortiretur vnuſquiſque eorum ad prædicandum, vt illuc pro-
ficiſceretur, & prædicaret. Et cum ſors Aſiæ ceſſiſſet Ioanni magiſtro meo qui nobiſcum erat in na-
ui, grauiter tulit in animo, & quia tunc recuſauit quod Spiritui ſancto placuiſſet, reuelatum illi eſt,
quia peccauerat, quod maris tempeſtatẽ pateretur: & cum ingreſſi fuiſſemus nauem, quæcunque
paſſuri eramus mihi in veritate prædixit, præcepítque, vt cum Epheſi eſſem, illum ad tertium men- I
ſem expectarem, quoniam ſi diutius eſſet ſuperſtes in terra, ad illum terminum compareret, vt ipſe
miniſterium à Domino ſibi commiſſum adimpleret: quod ſi infra id tempus non compareret, præ-
cepit, vt in propriã terrã reuerterer. Nõ igitur magiſter meus magus eſt, ſed ipſe electus eſt repletus a
Domino, fideliſſimus veritatis annunciator, in fide Ieſu Chriſti firmiſſimus. Et cum me audiuiſſet
Scambarius. Selemnis quidam qui venerat ab Antiochia, hæc verba in ſimplicitate loquentem, rogauit vt me
abire ſinerent, & permiſerunt. Et exiens à Seleucia, poſt quadraginta dies veni in Aſiam, in pagum
quendam qui erat in littore maris: & fortè foſſam reperiens, in ipſam ingreſſus ad poſt multas tribu-
lationes quieſcendum, & exulatus à primo ante aperuiſſem, vidi grandem procellam quæ eiecit vi-
rum in littore maris. & ego feſtinando ſurgens multum compatiebar ei, vt qui maris pericula prius
expertus eram, & cucurri vt illum adiuuarem, nondum enim ſciebam eſſe Ioannem: & appropin-
quans apprehendi manum eius & erexi, & agnouit me, & ego tandem illum & cum multis lachry-
mis nos inuicem amplexi ſumus, gratias Deo agentes, qui omnibus eſt miſericors & de omnibus
periculis ſolus liberator potentiſſimus, & aliquantulum præ concepta lætitia tanquam muti man- K
ſimus, & Ioannes ad ſe reuerſus, cœpit quæ circa eum acciderunt, narrare, & quo pacto ipſum ſem-
per Deo ſaluante, quadraginta diebus & quadraginta noctibus inter littus mariſque fluctus agita-
tus ferebatur, & ego illi quæcunque paſſus fueram.

D. Ioannes & Prochorus præſtant operam Balneatrici: hic infuſoris: ille incenſoris.

CAP. II.

POſtea verò de loco illo ſurreximus, & intrauimus pagum, vbi panem & aquam petentes man-
ducauimus & bibimus, & ſuſcepimus verſus Epheſum agere iter. Et cum ingreſſi fuiſſemus
ciuitatem, ſtetimus in foro Dianæ, vbi balneum erat principis loci illius: & ſuſcepimus viam
verſus quendam, cuius nome n erat Dioſcorides. Et inſtruebat me Ioannes dicens, Fili Prochore, ne-

mo,

Amo huius ciuitatis per te ſciat, cur huc venerimus, neque qui ſumus, donec Deus ſuam nobis vo-
luntatem reuelauerit, & quid acturi ſimus: tantummodo habeamus in Chriſto Domino no-
ſtro fiduciam. Cum itaque ad me loqueretur, ecce mulier quædam Romana, Romeca no-
mine, robuſta corpore, cui traditum fuerat balneum, & ipſa ſterilis, quæ viribus corporis con-
fiſa vehementer verberibus & plagis affligere ſolebat eos quos ad opus balnearum ſeruos con-
duxerat, vt nemo mercenariorum moleſtias eius perferre valeret. Hæc ergo de balneo egreſ-
ſa, vt vidit nos ſolitariè ſedentes, & facie demiſſos, arbitrata eſt nos homines deſpectos & ne-
ceſſariorũ vitæ egenos, ſibique fore vtiles & gratis ſeruituros, & dixit ad Ioãnem, vnde es tu homo
qui dixit, alienigena ſum: quę dixit, de qua terra: qui reſpondit. De Iudæa: Tũc illa, quam religionem
ſequeris? Dixit, Chriſtianus ſum: illa vero dixit, quomodo huc adueniſti? Reſpondit, Naufragium
paſſus, ſicut Deo placitum eſt, tãdem ex naufragio huc aduenio. vis, inquit, ergo mihi ſeruire, & mihi
ad balneum fornacem accendere, & ego tibi tradam quæ tuo corpori erunt neceſſaria? qui dixit, ſe
B velle, & illa me aſſumens dixit, noſter Frater es. Et Romeca: & iſte, inquit mihi neceſſarius eſt ad
fundendam aquam. & introduxit nos in balnea, & inſtituit Ioannem fornacis incenſorem, & me
aquæ infuſorem: & dabat nobis per dies ſingulos, panis vncias tres: & per annum, quod corpori
neceſſarium eſſet, promittebat. Quarto autem die poſtquam ingreſſi ſumus, ſtabat Ioãnes magiſter
meus in fornace, non ſatis rectè opus camini implens: & intrans Romeca cæpit eum vehementer
vrgere & pulſare cum aſperis conuiciis, poſt modum mitas intentans, vt melius peragaret opus, e-
greſſa eſt. Et ego Prochorus ex loco in quo aquam miniſtrabam, audiui vniuerſa quæ locuta eſt Ro-
meca, & quo pacto pulſaſſet, & inhumanè tractaſſet Magiſtrum meum, & in animo ſum vehemen-
ter commotus: tacui tamen, neque vllum locutus ſum verbum. ſed magiſter meus vt per ſpiritum
agnouit me eſſe triſtem propter ipſum, dixit mihi: fili mi Prochore, quia cum Aſia mihi ſorte ceſſit,
animus hæſit, & grauiter tuli: maris naufragium ſum perpeſſus, & non ego ſolus, ſed tu & illi mea
cauſa, qui vna mecum eratis: & fui per quadraginta dies, ſæua maris violentia circundatus, donec
Deus & Dominus & magiſter meus in quem peccaui, me voluit in terram vocare: & tu turbatus in
C paucis conuiciis vnius mulieris, vanis tentationibus agitaris; Ambula in iniuncto tibi munere, &
illud exequere diligenter. Nam Dominus noſter Ieſus Chriſtus, creator omnium, alapis cæſus eſt,
& flagellatus eſt à creatura ſua, & nobis pius magiſter factus eſt Patientiæ exemplum, vt nos ſimus
in ſimilibus Paſſionibus prompti & tolerantes. inſuper, hæc omnia nobis, cum dixit, In patientia ve-
ſtra poſſidebitis animas veſtras. Et cum hæc dixiſſet Ioannes, perrexi ad opus, ad quod me ordina-
uerat Romeca. Et illa iterum ingreſſa quærebat quid neceſſarium eſſet nobis corporibus noſtris. Et
Ioannes, quod neceſſarium eſt corporibus noſtris ſatis habemus, & in opere nobis commiſſo dili-
genter intendimus: quomodo ergo, inquit illa, vos incuſant omnes vt inutiles ſeruitores? Cui Ioã-
nes, quia nuſquam hoc opus tractauimus, & ideo nobis difficile eſt, omnia, vt decet, à principio per-
ficere: ſed ſi nos perſeuerauerimus, artifices euademus. Habent enim artes omnes è principio, non
omnia rectè & ſine errore perficere. Et his dictis, egreſſa eſt mulier. Diabolus autem ab initio bonis
inuidens, ſe transformauit in ſimilitudinem mulieris: & introiens, verberibus & plagis & aſperio-
ribus conuitiis cæpit Ioannem laceſſere, dicens: miniſtrum te huius operis conſtitueram & omnia
D perdidiſti, non valeo te vlterius ſuſtinere: accende magis magiſque caminum, vt ego te medium
dedam: & arripiẽs malignus ille, pallium quo tegebatur, Ioanni minas intendens dicebat, vitam
tibi nunc adimam flagitioſe, exi foras, non fero vt mihi amplius ſeruias. Ioannes verò per ſpi-
ritum agnoſcens, quod dæmon eſſet qui in illis habitabat terminis, inuocato nomine Ieſu ſtatim il-
lud expulit. Porrò vno mane intrauit Romana, & dixit Ioãni iterum: de te multa dicunt, quòd non
benè ſuſceptum opus peragis, ſed id eos agnoſco dicere, vt te liberum abire ſinam, & expellam: ve-
rùm non ſic vltra potes à me exire. Nam ſi abire vóles, vnum de his membris quæ tibi magis neceſ-
ſaria ſunt, vi auferam. Illis vero omnibus nihil contradixit Ioannes. Tunc verò mulier conſiderans
patientiam viri, & ipſum adeò manſuetum & mitem, cœpit durius vrgere, & incignari, & dixit: non
vt ſeruus meus, ſed vt liber agis: quid ais? Nunquid confiteris tuam ſeruitutem? reſponde nunc mihi
Ioannes verò dixit: etiam ſerui tui ſumus, ego incenſor, & Prochorus infuſor. Illo autem tempore,
Romana amicitias habebat cuidam Cauſidico, ad quem profecta, dixit: quõdam à parentibus meis
E mihi ſerui relicti fuerunt, qui profugi multis annis reperti ſunt, verùm eorum emptionis chartas iam
perdidi: ad me autem venerunt, poſſum ne emptionis chartas innouare? Cui dixit: ſi confiteri non
abnuant, à parentibus tuis ſeruos ſe tibi relictos, potes illis præſentibus & dicẽtibus, ſerui tui ſumus,
chartas innouare. Hæc autem Ioannes per ſpiritum cognoſcens dixit ad me: fili Prochore, id agno-
ſces: mulier cui ſeruimus, per confeſſiones requirere vult à nobis, ſi ſerui ſui ſumus: quod ſi confitea-
mur nos ſeruos eius eſſe, paratos teſtes habet fide dignos, quos iam exquiſiuit. Et nos per chirogra-
phum, ſuæ ſeruituti adiiciet, facietque ſuos ſeruos. Noli ergo fili, ſuper hac re contriſtari, ſed gaude
magis, quia digni ſumus pro nomine Chriſti contumeliam pati. Et hæc loquente ad me Ioanne: ec-
ce Romana venit, apprehendítque Ioannem per manum, & cœpit eum cædere, & dicere: ſerue fu-
gitiue, cur cùm venit domina, non occurris, & digna eã veneratione proſequeris? liber eſſe, fugitiue
exiſtimas, ſed in ſeruitutẽ Dominæ tuæ reſtitutus es: & colaphis eum cædebat, vt timorem incute-

Balneatrix imperiosa.

D. Ioannes & Prochorus præstant operam Balneatori.

Dæmõ mittatur B. Ioanni incendium.

ret, & eius acquiesceret voluntati, & dicebat: Nónne respondebis mihi his, nónne es tu seruus meus? F
cui Ioannes, ecce iam dictum est tibi, quod serui tui sumus, ego incensor & Prochorus atque infusor: dixit iterum Romana, cuius seruus es tu serue fugitiue? Cui Ioannes, cuius vis vt dicamus, quod serui sumus? quæ dixit: dicatis serui tui sumus. Et Ioannes dixit: dictum est tibi iam à nobis, & adhuc per scriptum confitemur, quod serui tui sumus. Volo, inquit illa, coram tribus testibus per confessiones vestras id mihi ratum fieri. Et Ioannes: Noli inquit, moram facere, hodiè si iubes, quod dictum est faciemus. Illa ergo nos assumens abiit è regione templi Dianæ, & coram testibus petiit sibi scripta fieri secũdum confessiones nostras, & singulos nostrum in opus suum introduxit. At nũc de balneis ipsis dicamus.

D. Ioan. Dioscoridem & Theonem oppressos à dæmone suscitat: fugatque dæmonem.

CAP. III.

CVm primùm ponerentur, talis dæmonum illusio circa eos facta narratur. nam cùm fundamenta locarentur, dæmonis suggestu quidam venefici iuuenculam ventre prono adhuc viuentem supposuerunt, quæ & ibi mortua est, cœperuntque superedificare thermas illis persuasi eas fausti oréque ob iuuenculam futuras: Sed longè aliter euenerat. Nam Diabolus in eo loco diuersabatur, & illa occasione ludificabat homines, & ter in anno aut iuuenem aut iuuenculam in illis balneis suffocabat. Deinceps verò quidam ephesinæ ciuitatis nomine Dioscorides, obseruatum tempus penes se habebat, quo tempore & quo die, id contingere soleret. Qui filium forma decorum vnde-uicesimum natum annum habebat, cui insidiabatur dæmon vt suffocaret, nõ obseruato solito tẽpore. Ego pariter ingressus cum ministris suis vas ministerij mei portabam. Verùm immundus dæmon repentinum impetum faciens eum illicò suffocauit, dimisitque mortuum, & famuli eius territi lugentes & plangentes exierunt dicentes, heu nos miseros, quid nos faciemus quia Dominus noster mortuus est? Cum verò Romana hæc audisset, vittas capitis sui soluit, capillósque vellebat, & cum ciulatu maximo clamabat, Væ mihi miseræ, quid Domino meo Dioscoridi dictura sum? quid cũ audierit quia mortuus est filius eius qui illi erat vnicus? O magna Ephesiorum Diana adiuua nos: H
ostende super iuuenẽ mortuum virtutem tuam, nos omnes mulieres simulque viri Ephesiorum confitemur, quia per te gubernãtur omnia, & per te virtutes magnæ efficiũtur, nũc ausculta ancillę tuę, & restitue Domini mei serui tui filium, vt omnes qui sperant in te, cognoscant quia nouæ sunt virtutes super te, & redde nobis adolescentem istum, & statue patri suo viuum, & redime omnes gentes, quia tu es vera dea, & non est alius deorum te potentior. Cumque digitis capillos rumperet, & in co luctu ab hora tertia ad nonam perduraret, de mortuo nulla cõsolatio apparebat, & plurima turba conueniebat, quæ partim iuuenem plangebat, partim Romanæ condolebat. Et cum hæc agerentur, venit à ministerio suo ad me Ioannes. Prochore fili inquit, quid de hac re dicitur? Sed cũ Romana nos vidisset adinuicem loquentes, priusquam respondissem ad hæc, venit & apprehendit Ioannem, & ait, fugitiue deprehense deprehensa sunt maleficia quibus vsus es ab ea die qua ad nos ingressus es, & ideò magna Diana deseruit me, vel igitur filium Domini mei Dioscoridis mihi restituas, vel vitã hac hora tibi adimam. Cui Ioannes, & quid est, inquit, domina, quòd accidit tibi? illud mihi aperi. Illa verò furore succensa cœpit cum colaphis cædere, & dicere: serue nequam ad es- I
cam promptus, & piger ad opus, nunquid vniuersi Ephesiorum sciunt quod factum est, & tu ad me venisti, vt me irrideres, & gauderes, & simulares te nescire quod factum est, & quia filius Dioscoridis Domini mei in balneis mortuus est. His factis Ioannes ab ea discessit, nihil molestè ferẽs quod illi factum est: & cum modicum stetisset, ingressus in balneis eiecit spiritum immundum & virtute Domini nostri Iesu Christi animam in corpus iuuenis reuocauit, exiuitq; de thermis, per manum Iuuenem tenens, & perrexit ad Romanam & dixit ei, accipe nunc filium Domini tui. quæ cum vidisset, pauore mentis attonita, in terram collapsa est veluti exanimis, & mortua. Ioannes verò, illam per manum tenens dulciter erexit, quæ viso tantæ rei miraculo tanto stupore tenebatur, vt immobilis tanquam lapis perseueraret, & exacto ferme duarum horarum spatio ad se bene reuersa, non audebat aspicere in faciem Apostoli, sed cõfusione magna repleta id intra se cogitabat, quomodò in vultum hominis huius respiciam, qui cum seruus meus non esset, feci meum seruum, contrà antè mentita sum in conspectu eius: plagis non dignus fuit, & ego incessanter ipsum cædebã? O misera quid faciam! O mors veni inuocata, & absolue miseram! Et iterum spiritu defecta collapsa est in terram. K
quam cum vidisset Ioannes sic immutatam, apprehendit eam per manum, & erexit: & sanctæ Crucis signaculo muniuit. Quæ ad se reuersa, cecidit ante pedes Apostoli, flens ac ita dicens: Oro te supplicíter, annuncia mihi quis es tu, cẽrta enim sum quod vel Deus es vel Dei filius, qui tales virtutes operaris. Ioannes autem dixit illi, neque Deus sum, neque Dei Filius, sed ego discipulus Domini Iesu Christi Filij Dei viui, & recubui supra pectus eius, & audiui ab eo mysteria quæ annũcio tibi, si in eum credideris eris ancilla eius, sicut ego sum eius seruus. Tunc verò Romeca cum rubore, verecundia, ac timore magno dixit Apostolo Ioanni: ergo vir Dei te precor, vt mihi quæcunque aduersum te gessi, dimittas, quod te plagis, verberibus, & conuiciis, malè effecerim, & insuper quod cõtra te & hominem tuum falsis vsa testimoniis infœlix mentita sum: dixi enim quoniam serui mei essetis.

Cui

Cecodæmon Balneis infestus.

Diana præses Ephesiorum.

D. Ioan. accusatur Dianã expulisse.

Suscitatur filius Balneatricis.

signaculum s. Crucis.

A Cui Ioannes, Crede in Patrem & Filium & Spiritum sanctum & crimina dimittentur tibi. Cui Romana respondit, credo homo Dei, quæcunque ab ore tuo audiero: Cum autem hæc agerẽtur, multa turba circumstabat: Et interea vnus de Dioscoridis familia, cucurrit vt nũciaret quæ homo Dei Ioannes fecisset, quomodo filius suus in balneis mortuus fuisset, Et quomodo resuscitasset eum Ioãnes, quodque multa turba viuentem circundaret. At Dioscorides cùm audiuisset de morte filij sui, subito pauore consternatus & constrictus, continuò expirauit. Ille verò qui attulerat nuncium, in balneas reuersus vbi Ioannes docebat, & vbi pariter erat Dioscoridis filius, exclamat, heu mihi, Dominus meus Dioscorides mortuus est. Quo infœlici nuntio de suo patre audito, Theon Dioscoridis Filius, continuò surrexit, & dimisso Ioanne ad Patrem cucurrit, & cum in domum venisset inuenit Patrem iam mortuum, & humi iacentem. suscepto igitur magno luctu, rediit ad Ioannem, & procidens ad pedes eius dixit, ô homo Dei, qui me mortuum ad vitam reuocasti, obsecro adiuua me. nam Pater meus vt de morte mea audiuit continuò est mortuus: ne me cogas iterum quem de
B morte excitasti, præ dolore mortem gustare. Ioannes autem vt erat mitissimus, inquit illi, Noli ô Theon perturbari, nam mors Patris tui, tibi & illi vita erit. Et assumens Theonem per manum, dixit illi, eamus nunc ad Patrem tuum Dioscoridem. Sequebatur autem eum Romana, & multa plorantium & flentium turba. Et introduxit Theon Ioannem ad Patrem suum, & apprehendit Ioannes dextram manum eius, & dixit: Dioscorides, tibi dico, in nomine Domini nostri Iesu Christi Filij Dei viui, surge: & continuò Dioscorides surrexit à morte, plurima vero circunstantium turba viso tanto miraculo, collaudabant magnalia Dei. sed inter illos quidam illum esse magnum dicebant: alij verò quorum mens sanior, contrà asserebant, magos, mortuos suscitare non posse. Cum verò Dioscorides, qui à mortuis suscitatus fuerat, ad se conuersus fuisset, dixit ad Ioannem, tu ne es ô homo Dei, qui Filium meum à morte reuocasti? Cui inquit Ioannes, non ego eum suscitaui, sed Christus Filius Dei, qui per me prædicat, illum suscitauit. Et continuò Dioscorides ad pedes eius prouolutus dixit, quid me oportet facere vt saluus efficiar & seruus sim Christi Filij Dei? Tunc Ioannes, Crede inquit, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & Baptismum suscipias. Dixit autem Dioscorides ad Ioannem, ecce ego & Filius meus, quæcunque habemus omnia in manus tuas commendamus. At
C Ioannes ad Dioscoridem: non ista, inquit, mihi opus sunt, neque Deo meo. Et ex illa hora secuti sunt Ioannẽ. Ille verò eos docebat dicens, Deus qui solus est, super omnes misericors, misit Filium suum in terram, qui ex Maria virgine natus, Passus, Mortuus, & Sepultus fuit, ad inferos descendit, fideles suos illinc eruens, & triumphans mortem, tertia die Resurrexit, post verò Resurrectionem eius per quadraginta dies nobis duodecim Apostolis suis apparuit, & simul nobiscum manducauit & bibit, præcepitque nobis vt per vniuersum mundum euntes Euangelizaremus, & super omnia potestatem dedit, sanare vniuersos languores, mortuos suscitare, dæmones effugare, & in remissionem peccatorum homines Baptizare. Et non solum nobis hanc potestatem tribuit sed & his qui per prædicationem nostram in eum sunt crediturí, maximè qui in ordine nostro & ministeriorum feruore & deuotione, quemadmodum & nos, apti erunt ministrare: qui verò non crediderint, condẽnabuntur. Facta vero Ioannis, accesserunt ad eum Dioscorides & Filius eius, rogantes vt Baptizarentur. Quibus Ioannes dixit, Deus te & Filium tuum suscipiat. Et eo adhuc loquente, ecce Romana litteras, quas de seruitute nostra confinxerat, attulit, reddiditque magistro meo Ioanni, & eodem in loco di-
D lacerauit. Postea Dioscoridem in sua domo, & Theonem Filium eius, & hospitam nostram Romanam Baptizauit. Et mox vt exiuimus de Dioscoridis domo, venimus in locum balnearum, in quo fueramus seruitio addicti, commutante nos Dioscoride Domino loci: & ingressus Ioannes, à toto territorio tetrum dæmonem, qui Theonem suffocauerat, expulit: quo facto reduxit nos Dioscorides in domum suam, & positis mensis gratias Deo agentes, comedimus, & bibimus, & vsque ad vesperam cum eo permansimus.

Dæmõ βλάβερόν τινος expellitur.

D. *Ioannes Dianæ idolum comminuit.* CAP IIII.

MAne autem facto, dies festus Dianæ agebatur ab vniuersa Ephesiorum ciuitate, positùmque erat in sublime, Dianæ idolum prophanum templum. illuc verò perrexit Ioannes, & ascendit, & se in dextra idoli parte collocauit, & cum ciuitatis homines candidis vestibus pro sacrificandi ritu induti fuissent, Ioannes sordidis amiciebatur, quibus in balneis ministrauerat. quem
E videntes Ephesij indignantes & furore succensi, tulerunt lapides vt iacerent in eum: & cum iactare vellent in Ioannem, diuina virtute vertebantur in simulacrum Dianę, ita vt fermè totum comminueretur simulacrum, & videntes quod nè vnus lapidum Ioannem attigisset, dentibus frendebant: quidam autem videntes quod factum fuerat, ridebant.

Dioscorides à D. Ioanne suscitatus.

D. *Ioannes hortatur Ephesios ad fidem ad quam eos lapidum iactatione, terræmotu, & octingentorum suscitatione conuertit.* CAP. V.

IOannes post idoli ex lapidum iactu cõminutionẽ, dixit ad eos, Viri Ephesij cur hanc insaniam cõmittitis in solennitate dæmoniorũ, & Deum verũ relinquitis totius mundi auctorem & creatorem vestrum? Deus autem tunc protegebat Apostolũ suum Ioannẽ à furore

D. Ioan. cõcio Ephesiis.

eorum, & non valebant Ephesij manus iniicere in eum, & Ioannes dicebat ad eos: ecce dea ve- F
stra verè consumpta, & à vobis per lapides quos in me intorquere voluistis, cõminuta. adunate nunc
eam & rursus vt prius instaurate, vel si quid potestatis habet, orate, vt in me qui causa comminutio-
nis fui, vlciscatur offensam, vel virtutem aliquam ostendat, per quam credam ipsam esse Deum, alio-
qui pateat deam vestram habere potestatem nullam. Hęc audientes Ephesij, nimio furore bacchan-
tes iterum voluerunt mittere lapides in eum, sed lapides in eos conuertebantur, seque mutuò lapi-

Ephesij lapidaturi D. ioã. lapidãt seipsos.

dibus obruebant: Videns autem Ioannes, sic eos à dæmone furia accensos, & se mutuò interficien-
tes, dixit ad eos, O viri Ephesij, cur in vosmetipsos desæuitis? cessate iam, & videte terribilẽ veri Dei
potentiam, quem contra vos per furorem vestrũm prouocastis: quia sermonem eius quem pro salu-
te vestra vobis attulit, deliramentum putastis. Cessate igitur, & attenti videte. Tũc contra orientem
extendit manus in cœlum in gemitu, & dixit, Domine Iesu Christe, qui corripis in misericordia &
miserationibus, ostende hominibus his, quia tu es verus Deus, & non est præter te alius Deus. Et

Terræmotus.

his dictis, factus est terræmotus magnus & terribilis, in quo mortui sunt viri octingenti. Videntes G
autem cæteri quod factum est miraculum, prociderunt ad pedes Ioannis dicentes, Domine precamur
te, tantum facias homines hîc mortuos ad vitam redire, & credimus in Deum tuum quem nobis prædicas. quibus Ioannes: viri Ephesij duro & graui corde ad credendum, Deum vnũ & verum
scio quamuis hi surrxerint à morte, adhuc cor vestrum obdurandum, sicut cor Pharaonis cum videret signa & portenta fuit obduratum. Nihilominus illi perseuerabant obsecrãtes, proni iacentes in
terra pro his qui interierunt. Ioannes verò tandẽ illis acquiescens, suspiciens in cœlum diu in silentio
& gemitu & lachrymis mox dixit, Domine Iesu Christe, qui semper es cum patre verus Deus, qui ad
terras descendisti vt salutem faceres genus humanum, exaudi preces famuli tui ad te clamãtis, & di-

Suscitantur octingenti.

mitte peccata populi tui, & fac eos qui in hoc loco mortui sunt, à morte resurgere, vt sciant te esse
Deum verum, & credant in te, qui me misisti, & mihi tribue seruo tuo verbum tuum fiducialiter illis
prædicare. Hæc cum dixisset Dei seruus Ioannes, terræmotus magnus factus est, & octingenti viri
qui mortui iacebant, surrexerunt, & procidentes adorauerunt Ioannem: sed Ioannes cœpit eos do-
cere, de vna sola diuinitate Patris & Filij & Spiritus sancti, quam deberent adorare, & quòd tres H

† Hipostasis persona, subsistentia ante concilium Nicenum.

† hypostases sint, vna substantia: & multa alia, quæ in hoc libro omittimus scribere.

D. *Ioannes claudum restituit.* CAP. VI.

IIs dictis, Dioscorides nos suscipiens duxit in domum suam, & cum aliquãtulum apud eum in
domo sua mansissemus, exiuimus in locum qui dicitur murus ciuitatis, vbi inuenimus homi-

Claudus & cõtractus erigitur.

nem claudum à duodecim annis contractum, & ab infirmitate factum immobilem: qui cum vidisset
Ioannem, incœpit clamare magna voce, miserere mei Ioannes Apostole Dei viui: Ioannes verò
apprehendens, & agnoscens quia fidem haberet, dixit ei, in nomine Patris & Filij & Spiritus san-
cti, surge, & continuò surrexit factus sanus & incolumis.

Dæmon Ephesiani templi sub specie militis mentitus per accusationem sanctorum Dei expellitur, euerso templo.

CAP. VII.

IIdens autem dæmon qui habitabat in templo Dianæ, quæ fecisset Ioannes, quódque cõmi-
nutum esset eius idolum, & quod tandem de vrbe expelleretur, transformauit se in similitu- I

Dæmon militis speciem mutuatur.

dinem militis cartas secum portantis, sedítque in loco alto & eminenti, & clamabat voce ma-
gna, & flebat: transibant autem duo milites, videntes eum eiulantem & flentem in habitu milita-
ri, propius accesserunt dicentes, amice quidnam habes, & quæ causa doloris. Ille verò nihil respon-
debat eis, sed solum flens & eiulans phantásticas cartas tenebat. Qui iterum dixerunt ei, dic nobis
vnde turbaris, & nos si valebimus, auxilium feremus. At ille gementi similis & plorantis amarè, dixit
eis, ego præ multa pressus angustia meipsum in mortem dedere volo. Veruntamen si mihi suppetias
ferre velletis, omnia vobis narrarem: sin verò minus, cur secretum mortis aperiam? cui dixerunt
milites, forma tua & habitus tuus te liberalem & officiosum ostendunt. Etiam, dixit dæmon. Cui
milites, scire potes ô amice, an tibi auxilio esse possimus, an nõ. quibus dæmon: potestis inquit, si vul-
tis. Respõderunt milites, in quonam poterimus te adiuuare? Dixit dæmon, per magnam mihi iurate
Dianam, vos mihi vestrum auxilium non denegare, & ego vobis omnia pandam, & ostendite erga
me qui extraneus sum vestrum fauorem & amorem, & bonam à me mercedem recipietis, & vitam K
meam liberabitis. Milites ergo iurarunt quod illi in necessitate sua essent affuturi, & in omnibus fidi
adiutores. Tunc dæmon ostentans bracteas auri, dixit eis, ô fideles amici, ecce adsunt quæ post hanc
fatigationem vestram parata sunt vobis. Deinceps verò milites diligentius scrutabantur causam
doloris eius, & dicebant, Enarra nobis amice, tribulationis tuæ seriem. Tunc dæmon flens & eiulans,

Dæmonis cõmentum aduersus Apostolos.

de Cæsarea inquit, ego miser aduenio, & infelix: duo viri in Hierosolyma mihi in custodiam à princi-
pe traditi sunt, qui & ipsi erant magi, vnius nomen Ioannes, & alterius erat Prochorus. Ego autẽ eos
suscipiẽs triduum in carcere recluso, quarta verò die coram iudice præsentati fuerunt, & in ipsis plu-
rima flagitia inuenta sunt per facinora quæ perpetrarunt. Videns autẽ iudex tantam eorum esse ma-
liciam, noluit per seipsum quod de tam flagitiosis faciendum esset, deliberare, & eos iubet in car-
cerem retrudi. Diligenter ergo eos susceptos, deduxíque, in carcerem, verum per multam eorum ma-
liciam

A liciam aufugerũt quod iudex vt audiuit, misertus hac lege mei est, vt eos prosequar: nam vbi eos re-
stituero, parcit, si verò nõ restituero, aut moriendũ mihi est aut nũquã redeundũ. Cognosco autẽ iu-
dicis indignationẽ quam aduersus eos gerit, neque sine ipsis ad iudicem redire vnquam auderem:
Et iterum dæmon bracteas auri illas ostendit dicens: hoc mecum pro mea salute cum de terra mea
exirem tuli. ostendit & phãtasticas cartas, quas eorum confessionem continere dicebat: addebat in-
super audiuisse se à multis eos in hac ciuitate esse: ideo inquit, in hanc ciuitatem veni dimissis vxo-
re, liberis, & domo quasi peregrinus, errans, & exul. Quare obsecro vos tanquam bonos amicos, fer-
te opẽ misero, & nõ mihi vestram misericordiam negate. Cui milites nihil tibi mali, inquiunt, facias,
neque te maceres dolore. Nam magi illi hîc sunt & vt eos reducas, tibi erimus auxilio. Quibus Dæ-
mon, non audeo inquit, hoc facere: nam timeo ne per magica sua maleficia, iterum à me fugiant: sed
vos potius ò amici, cogite eos in aliquem secretum locum, & nemine conscio eos enecate. Sed illi
dixerunt, præstat magis vt eos prius in manus tuas restituamus, nam si eos occideremus, quo modo
in terram tibi esset reditus? Dixit dæmon, enecate ò amici, nullus supereſt mihi amplius redeũdi ap-
B petitus; tantúmque peregit, vt pollicerentur ei milites se debere nos interficere, dummodo preciũ, auri bracteas quas secum portabant, reciperent. hoc autem totum per Spiritum sanctum Ioan-
nes agnouit, & quicquid aduersus nos immundus dæmon fuerat machinatus, & dixit mihi, Fili mi,
Prochore, certum habe dæmonem qui habitat in templo Dianæ, aduersum nos, duos milites susci-

D. Ioannes re-uisit absentia.

tasse, quibus de nobis multa mentiens confinxit. Deus autẽ nota fecit mihi quæcunque contra nos
locutus est dæmon. Nunc igitur virilis esto, & præpara animam tuam ad tentationem, quia dæmon
aduersum nos multis machinamentis se eriget, multísque fatigabit tribulationibus. Et vt hæc locu-

Eccles. 2.

tus est, aduenerunt milites, & comprehẽderunt nos, tunc autem aberat Dioscorides. Quibus Ioan-
nes dixit, quam accusationem habetis & proponitis aduersum nos, & quare nos tenere vultis? Illi au
tem dixerunt propter magna maleficia vestra: quibus Ioannes, quis ergo noster est accusator? Di-
xerunt, ducemini in carceres, post modum videbitis quis vester sit accusator. Tunc Ioannes, non po-
testis, inquit neque debetis vim nobis vllam facere, illi verò cœperunt hos cædere, & per trahentes
nos in domum cuiusdam ciuis, induxerunt vt secundum pollicitationem quam dæmoni fecerant,
C nos interficerent. Romana autem agnoscens quòd nos vi tenerent, cucurrit ad Dioscoridem, nun-

Sine accusatore nemo incarcerandus.

cians ei quæ fiebant. Et ilicò venit Dioscorides, & nos de eorum manibus liberauit dicens illis,
non licet vobis mittere homines in carcerem, vbi nullus adest accusator, hi homines in domo mea
mecum sunt, si quis eos accusat, veniat & tollat, vt secundum leges iudicentur. Tunc milites adinui-
cem dixerunt, eamus ergo & adducamus eorum accusatorẽ, qui iustã causam ante iudicẽ proferat.
Nam nos minus essemus audiendi, cùm se contra nos Dioscorides opposuerit, & difficile contra eũ
obtineremus. Reuertuntur igitur milites in eum locum vbi dæmonem conuenerant sedentẽ, quem
cum non inuenissent, cœperunt valdè turbari & tristes & anxij esse dicentes, quid modò faciemus
cum illum non inueniamus? Nam si cõperit nos Dioscorides in hoc facto non esse veraces, & quæ
locuti sumus non posse nos probare, cum homo multæ sit autoritatis & reuerentię, forsitan nos ma-
lè afficiet, cogétque perire. Hæc inter se loquentibus, dæmon superuenit in habitu (vt prius) milita-
ri, increpans eos & dicens, desides in mea causa fuistis. At illi omnia retulerunt ei quæ fecissent, &
D quomodo Dioscorides liberasset nos de manibus eorum. Verum, inquiunt, si modò veneris nobis-
cum, statim reperiemus eos. quibus dæmon. eamus inquit, & ibat post eos eiulans & flens amarè, circ-
cũstetit autem eos plurima turba, & dæmon narrabat vniuersa quæ & militibus ante narrauerat, &
milites illi testimonium reddebant, & omnes repleti sunt ira & complures eorum Iudæi erant. Pro-
perantes igitur ad Dioscoridis domum fores vehementer pulsabãt vniuersi clamantes, aut trade no-
bis magos, aut domum tuam igni succedemus, & te & tuum Filium vnà perdemus. Et vrbs commo-
ta vniuersa clamabat, da nobis maleficos illos tu: cum vrbis præses fueris, non debes fustinere ho-
mines hos. Videns autem Ioannes multitudinis seditionem, dixit ad Dioscoridem. Nos possessio-
nem huius mundi despicimus, nec corpora nostra amamus: nobis enim vita est Christus, & mori lu-
crum, nos à magistro nostro docti sumus quotidiè tollere crucem nostram, & sequi eum: dimitte er-

Matth. 16.

go nos ad populum. Audiens autem hæc Dioscorides dixit Ioanni; Ecce potius domus mea incen-
datur igni, & ego & Filius meus pergemus vobiscum cum familia, vt solum Christũ lucremur. Cui
Ioãnes: Neq; tu inquit, neque, Filius tuus vllum in hac hora patiemini detrimẽtum, neque capillus
E capitis vestri deperibit vnus, trade nos hominibus istis. Cui Dioscorides, si vos tradidero, etiam tra-
dam Filium meum. Cui Ioannes: caterua hæc populi ad bonum congregata est, & hæc congregatio
ad bonũ perducet plurimos: sine nos securè foras abire, tu autem & Filius tuus vos domi continea-
tis cũ silentio, & videbitis gloriã Dei. Et statim permisit nos abire, & continuò nos apprehenderunt,
& duxerunt in templum Dianæ. Cum autem inter eos in templo essemus, Ioannes ad eos qui illum
tenebant, dixit, Viri Ephesij, cuius est templum hoc: dicũt ei, sacrum est magnę Dianę templũ. Tunc
dixit ad eos, subsistamus ergo hîc paululum: gaudeo enim plurimum me in hunc locum deductum,
& quidam circumsistentium dicebant, verè bonũ est & nos hic esse, sicut & ipse Ioannes dixit. Sub-
stiterunt ergo, & interim Ioannes orauit dicens, Domine Iesu Christe, decidat templũ hoc, & fun-
ditus corruat: neque vnus in eo moriatur aut pereat, neque de cætero orantes decipiantur in eo. Et

Diana templum corruit nec læsit quẽquam.

statim ad Apostoli verbum corruit templum illud prophanum, neque quemquam in loco læsit. Tũc F
Ioannes ad dæmonem, qui in loco illo habitabat, se conuertit, & dixit, per quanta spatia temporis
immũde spiritus, latitasti in templo hoc? Dæmon dixit, ducentorum quadraginta annorum spatio
meum est domicilium. Cui Ioannes iterum, tu ne es qui milites aduersum nos concitasti, & popu-
lum commouisti? Dixit dæmon, Etiam. Tunc Ioannes, præcipio tibi, inquit, in nomine Iesu Christi,
Nazareni, vt in loco hoc non habites de cætero: Et continuò dæmon exiuit de Ephesiorum ciuita-
te. Pro hac re igitur mirabantur vniuersi, & ad se inuicem loquentes dicebant, quid est quod fecit
homo iste, & qua arte? Nescimus: pertrahamus tamen eum ad iudicem ciuitatis: & secundum legem
puniatur. Tunc ex eis vnus nomine Marnon, genere Iudæus, dixit, ego hunc & qui cum eo est, ma-
gos esse scio, & malorum operum actores: quia decet eos vt maleficos perire. Et ad circumstantes
Marnon dicebat, non per iudicem isti examinentur, sed hîc pœnam dantes occidantur. Volebat e-
Iudæus accu-sat D. Ioannẽ. nim Marnon, vt antequam in manus iudicis traderemur, populum inducere vt in nos insurgeret ac
interficeret. Verùm turba illi non consensit: & statim tradiderunt nos iudici, qui dixit illis, qua oc-
casione aut culpa traditi sunt vobis homines isti? Responderunt, pro magicis ac maleficiis: quibus G
iudex quænam magica arte maleficia perpetrarunt. Tunc Marnon dixit, quomodo Dianæ tẽplum
magica arte destruxisset, & quomodo miles quidam ab Hierosolyma venerat eos accusans, & male-
ficos cognoscens, & eorum maleficia ex Deorum confessionibus approbans. Tunc Iudex ad Mar-
nonem, veniat ergo, inquit, miles ille, & nobis faciat apparere veritatem. Tũc grauiter vinculis con-
strictos coniecit nos in carcerem. Illi verò circumeuntes ciuitatem, quęrierunt illum militem: quem
cum non inuenissent, post triduum reuersi sunt ad iudicem, dicentes, non possumus hominem illum
Quatenus susci-pienda accusatio. reperire, qui verè maleficia eorũ agnoscit. Quibus iudex dixit, homines peregrinos, aduersus quos
neque accusatores neque cartæ apparent, nobis punire non licet, neque in carcere retinere. Tunc
iussit nos de carcere educi, comminans & præcipiens, ne diceremus, sed de vrbe discederemus. Ex-
untes autem persecuti sunt nos, & expulerunt de finibus eorum, & peruenimus vsque ad littus ma-
ris, vbi Ioã. ex mari proiectus fuerat, & mãsimus illic triduũ sed * nobis permissum ephesum regredi.

D. Ioannes ex rescripto Domitiani carceri mancipatur. CAP. VIII. H

SEcũdam vero postea persecutionem Domitianus excitarat, cuius temporibus Ioannes E-
phesi morabatur. Imperator autem Domitianus epistolam misit Ephesum ad proconsulem
ciuitatis ita continentem. Accepimus apud vos quẽdam Ioannem filium Zebedæi esse, qui
à multis asseritur Christianus, & discipulus illius Nazareni esse, qui pro suis sceleribus à Iudæis fer-
tur crucifixus: cesset iam ab errore suo & viuat, aut examinetur & pereat. Tunc proconsul missis ex-
actoribus comprehendit Ioannem, & eum secundum edictum Cæsaris ammonuit, & vt Christum
Psal. 2. Act. 5. negaret, & à prædicatione Euangelij cessaret. Ioannes verò respondens illi dixit, Absit vt vnquam
dulcissimum Domini mei nomen negem, nomen, cui flectitur omne genu, & omnis lingua confite-
tur: obedire enim magis Deo oportet quam hominibus propter magnam gloriam maiestatis suæ, &
gloriam quam promisit diligentibus se. Non ergo negabo Christum Deum meum, qui dilexit me,
& magistrum: neque à prædicatione Euangelij nominis eius cessabo, donec ministerij eius quod su-
D. Ioannes Domitiani iussu compre-henditur. scepi cursum cõsummauero. Vt verò præsul hæc ab Apostolo verba audiuit, ira motus vultũ immu-
tauit, & dixit ad Ioannem, cur ad tantam insaniam deuenisti, vt contra te iram imperatoris cõcites? I
continuò iussit tradi in carcere dicens, rebelles principibus & legum contemptores non decet suæ
voluntatis habere potestatem.

Proconsul Ephesiorum de captura S. Ioannis scribit ad Domitianum. CAP. IX.

PRoconsul vero rescripsit Romam de Ioanne ad Domitianum ita continentem. *Piissimo Cæsari semper Augusto, Domitiano, Proconsul Ephesiorum.* S. Sactæ maiestati tuę notum sit de Ioanne Ze-
bedeæ filio, de quo olim tuas dignatus es litteras, in Asiam venisse, & prædicasse Christum crucifi-
xum, quem affirmat Deum verum & Dei filium esse, & culturam inuictissimorum Deorum nostro-
rum euacuat, & templa veneranda quæ à maioribus nostris mirifice extructa fuerunt euertit. Quæ
magus cum cõtrarius existeret imperiali edicto, & cum suis maleficis artibus & prædicationibus re-
pentè omnem Ephesinum populum ad culturam hominis crucifixi & mortui seduxisset, nos erga
deorum immortalium culturam zelum habentes, Iussimus eum pro tribunalibus præsentari, & iux-
ta benignissimum clementiæ tuæ rescriptũ blanditiis, & terroribus studuimus ammonere, vt Chri- K
stũ suum negaret, & à prædicatione desisteret, atque diis omnipotentibus grata libamina offerret.
Quæ cum illi nulla ratione suadere potuimus, hos apices imperiali tuæ maiestati direximus, vt quic
quid supremæ celsitudini tuæ de prædicto rebelli visum fuerit cognitum diligenter exequamur.

D. *Ioannes vinctus Romam mittitur, tondetur, & in dolium feruentis olei coniicitur.* CAP. X.

IN illo verò tempore Romæ Domitianus cum Lino & Marcello de Christi aduentu alter-
cantur, & cũ videret se non posse eos vincere, indignabatur plurimũ, & eo tẽpore sibi præ-
sentãtur acta Proconsulis de Ioanne Apostolo: Ille verò incœpit ea legere, qui vbi ea legit,
magis

A magis magisque succensus mandauit proconsuli, vt Ioannem ex Epheso tolleret, & vinctum cathe-
nis ad vrbem Romam mitteret. Tunc proconsul suscipiens Imperatoris edictum, Ioannem Apostо-
lum cathenis ligari præcepit, & assumptis militibus secum Romam vsque perduxit. audiens autem
Domitianus de aduentu eius, noluit impius Cæsar videre faciem Apostoli & iussit vt proconsul du-
ceret ante portam Latinam, & in feruentis Olei dolium illum viuum dimitti, prius tamen illum fla-
D. Ioan. tõ-situr in dolio & tondetur ad ignomi-niam. gris cęderet, & crinẽ capitis detondêret, vt ignominiosus & inhonorabilis populo videretur. Cũm-
que eum duxisset præses, iussit expoliari & flagris crudeliter cædi, crinémque capitis ad ignominiæ
notam deponere. Lictores autem eum suscipientes fecerunt sicut illis mandauerat præses.

D. Ioan. de dolio feruentis olei exiit illæsus, vnctus, non tństus. CAP. XI.

POst hæc sedit Senatus Romanus vnà cum proconsule & populo Romano ante portam Lati
B nam, & iusserũt dolium apponi feruenti oleo plenum, in quod nudum, flagellatum, & igno-
miniosè pertractũ pridiè nonas Maij Beatum Apostolum Ioãnem miserunt. qui diuina domini no-
stri Iesu Christi protegente gratia, à bullientis & feruentis olei dolio velut athleta fortissimus non
Tertul. in præ script. combustus, sed tanquam vnctus, illesus, ac intactus exiuit, & Domini qui eum dilexit saluante gratia
& refrigerante, ita illæsus & libera pœna apparuit, quàm à corruptione carnis mansit integer ac im-
munis. Fideles autem qui aderant exultantes & flentes præ gaudio, voces ad cœlum extollebant,
commendantes Ioannis Apostoli & Euangelistæ dignam memoriam, & Apostolicam constantiam.
Et Christi fideles qui illic aderant ante portam Latinam, Ecclesiam posuerunt in eius nomine dedi-
Ecclesia in ho-norem D. Ioãnis. Petri & Ioannis mar-tyria Romæ. cantes. Deus enim per crudelem tyrannum consilium suum disponebat, vt sicut virtutibus & signis
Ioannes & Petrus socij fuerunt, ita in vrbe Roma memoriam haberẽt sui triumphi. sicut enim triũ-
phalis & insignis habita est cruce Petri, sic & porta Latina Ioannis dolio insignis & memorabilis ha-
betur. Videns igitur proconsul Ioannem Athletam Christi fortissimum, de dolio exeuntem velut
vnctum non vstum, stupefactus, voluisset ei libertatem dare, si non timuisset regis iussionem. Tunc
C Domitianus iussit ne amplius proconsul Ioannem torqueret, sed reduceret eum vt dein amplius dis-
ponet quid de eo esset agendum.

D. Ioan. redit Ephesum. CAP. XII.

POstquam autem hæc gesta sunt, apparuit Dominus Ioãni, & dixit ei, te iterum oportet ingre-
di ciuitatem Ephesum, & post tres menses mitteris exul in Pathmon: vrbs enim illa adhuc tui
multum eget: Et tandem postquam multum semen seminaueris, eam ad me conuertes. Nos ita-
que iterum intrauimus Ephesum, & comminuta sunt reliqua numina, & erat templum in Epheso, à
quo non fuerat eliminata spurcicia. Hæc autem signa fecit in Epheso Ioannes Christi Apostolus,
antequam mitteretur in exilium, multa passus à Iudæis Græcis & Romanis, Diabolo eos aduersum
nos suscitante. Pontifices verò & magistratus Ephesiorum iterum Epistolam aduersum nos scripse-
runt ad Domitianum talia continentem.

D *Ephesiorum ad Domitianum Epistola, super Ioanne.* CAP. XIII.

IOti vrbi dominanti Domitiano habitantes Ephesi. Oramus te nobis esse auxilio. Nam
quidam qui de Iudæa prodierunt, quorum nomina Ioãnes & Prochorus, ciuitatem no-
stram occupauerunt, nouam doctrinam seminantes, & arte malefica omnia templa ma-
gnorum deorũ destruxerunt. Hæc omnia tibi nota facimus, vt secundum tuum imperium de ipsis
volũtatẽ tuã impleamus. Visis ergo Epistolis præcepit imperator, vt penitus exularẽt, rescripsit hæc.

Rescripto Domitiani, Ioannes relegatur in Pathmon. CAP. XIIII.

DOmitianus Cæsar, magistratibus & Ephesiorum ciuitati. Volumus scelestos illos, impios, &
maleficos viros Ioannem & Prochorum exulare: quos multùm diúque pro clementia nostra
sustinuimus: nunc autem indies contra Deos immortales peccãtes non est æquum amplius in me-
dio eorum versari qui continuò Deos sapienter honorant. Quare iubemus impios in Pathmon in-
E sulam relegari, primò quia deorum cultui aduersantur, secũdò quia legum nostrarum sunt contem-
ptores, & nos nostráque iussa spernunt & inhonorant: vt per multas tribulationes discant magnifi-
Exulat D. Ioannes. centiam deorum reuereri, nostráque iussa non contemnere. Hoc ergo Cęsaris mandatum perlatum
est in Ephesum, & miserunt qui nos & Ioãnem magistrum meum in vincula coniecerunt, & plagis affecerunt & iniuriis dicentes, hic est seductor, qui arte malefica tot facinora peregit. Et fuerunt
ad nos tenendum missi numero centum. Postquàm ergo Ioannes Apostolus & Euangelista, & Dei
amicus comprehensus est, tenuerunt meipsum non tamen ligauerunt, sed plagas intulerunt, & con-
uitia: demùm nos ad nauem perduxerunt.

Diuus Ioannes dum in insulam deportatur lapsum in mari puerum suscitauit. CAP. XV.

SVm ergo ingressi essemus nauē, iusserunt milites nos in medio nauis consistere, & sex vncias panis, breolum aquæ, & pauxillum aceti pro victu nobis ordinarunt. Ioānes verò in die duas panis sumebat vncias, & octauam portionem aquę & reliquas mihi relinquebat. Vbi verò tertia diei aduenit hora, milites sederunt vt pranderent, lautas habentes epulas, & lauta pocula. Finito autem prandio cœperunt ludere.--Saltantibus igitur & tripudiantibus, accurrens vnus eorum iuuenis super extrema--nauis, subitò delapsus est in mare. Pater iuuenis erat in naui luctum mirabilē faciens, & qui libenter (nisi alij vetuissent) præcipitem se dedisset in mare. Venientes autem quidam militum, & procurator, vbi Ioannes erat ligatus, vbi viderūt eum non flentem, dixerunt, nos omnes pro malo quod accidit nobis, flemus: & tu sine fletu & dolore manes? quibus Apostolus dixit, quid vultis faciam vobis? Dicunt: si potes adiuua nos: audierant enim multa signa quæ fecerat in Epheso. Ioannes dixit ad vnum eorum. Quem Deum colis? ille dixit: Apollinem, Iouem, Herculem cum altero patre: & ad alterum, & tu quem? qui dixit: Esculapium, & magnam Ephesiorum Dianā. Et similiter cæteros interrogauit, & quisque eorum suum errorem manifestauit, quibus Ioannes tot Dij non potuerunt adiuuare & assistere vestro iuueni, ne sine impedimento vestro & tristicia illum vobis custo dirent. Dicunt ei, quoniam immundi sumus ante eos, & ideò permiserunt nos incidere in hanc tribulationem. permisit Ioannes eos in luctu vsque ad horam sequentis diei tertiam: transacta verò tertia, Ioannes tristis & dolens pro eo qui perierat, & communi omnium dolore qui aderant, flexus inquit mihi, surge fili Prochore, & porrige mihi manum tuam: erat enim multo pondere ferri grauatus. surrexi igitur, & porrexi illi manum: ille verò creatus perrexit in eminentem locū nauis, & vincula sua sustinēs fleuit abundè, & dixit ad mare. Hæc dicit Filius Dei qui supra planiciem tuam siccis pedibus ambulauit, pro cuius nomine hæc vincula porto vt eius seruus, redde nobis iuuenem viuum & sanum, quem absorpsisti: & finitis his verbis continuò procella facta est, & aquę magnus sonus, ita vt periculū emineret & timerēt vniuersi qui in naue illa versarētur: nā fluctus magnus ab imo ad summū eleuatus est, qui iuuenem viuum & sanum ad pedes Ioānis reiecit. vidētes autem vniuersi vnà cum eo qui suscitatus est, prociderunt in facies suas ante Ioannem, adorantes & dicentes, verè Deus tuus, ipse est Deus cœli & terræ, & creator omnium creaturarum. tunc accesserunt & dissoluerunt vincula quæ erant super beatissimum Apostolum, & fuimus cum eis in magna fiducia.

D. Ioannes suscitat naufragum.

Seruat B. Ioannes secum nauigantes à tempestate.

CAP. XVI.

POstea transiuimus ad quoddam castellū, vbi nostra nauis appulit, & illic stetimus vsque solis occasum. Vbi verò qui descenderant in nauem, redierunt, soluimus illinc, & circa quintam noctis horam, in mari suborta est tempestas valida, ita vt penè nauis periclitaretur, & dissolueretur: ita vt vniuersis mors ante oculos versaretur, & accesserunt ad Ioannem decem, dicentes, Apostole Dei viui, qui militem socium nostrum de periculo maris viuum nobis reddidisti: & suo miserando patri, ora Deum tuum, vt tempestatem hanc sedet, ne & nos pereamus. quibus dixit Apostolus, tacete, & vnusquisque vestrum locum suum teneat quietus. tacuerunt igitur omnes, sed fluctus amplius intumescere cœperunt, & iterum clamauerunt, miserere nostri Apostole Iesu Christi. quibus respondit, iacete. Nam neque amissio erit in hac, nam vnus capillus non peribit capitis vestri. Tunc surrexit & dixit, mare, hæc tibi dicit Apostolus Iesu Christi, in nomine Iesu Christi quiesce & compescere: & statim facta est magna maris tranquillitas, & mirati sunt vniuersi.

Periclitantur à Marnone Iudæo & Epidauritis Sancti dei, B. Ioannes & Prochorus.

CAP. XVII.

NAuigantibus nobis tribus diebus totidémque noctibus, peruenimus Epidaurum, vbi habitabat Marnon Iudæus, qui plurimas Ephesi aduersum nos suscitauerat seditiones. videns autem nos in naui sedentes, dixit illis qui nobiscum erant, qui sunt hi quos vobiscum in naue habetis? Responderunt, Christiani sunt homines fideles: magna enim salus nobis per eos in mari facta est. Quæ eorum inquit, nomina? Responderunt nomen maioris, Ioannes, & discipuli, Prochorus. audiens autem hoc Marnon, ascendit in nauem, & magna voce cœpit clamare, quid hic facitis ô magi, Deo mundoque odibiles? Vnus autem de nūciis regiis, qui nobiscum vnà cum militibus custodibus nostris aderat, arguit Marnonem dicens, cur in viros sanctos talia verba profers: nos eos custodimus, & iuxta regis edictum ducimus in insulam Pathmon. Quæ cum dixisset, Marnon descendit de puppi, & vestimenta sua discindens clamabat, viri fratres, qui mecum Epidauri moramini, omnes adiuuate me: erat enim Marnon diues, & multas tenens possessiones homo. fluxerūt itaque ad eum multi, quærentes quid ita clamaret. Quia, inquit, viri qui magi sunt & polluti, huc appulerunt, qui plurimas pœnas & rogationes habitatoribus Ephesi inflixerunt. Ad nos ergo, vt similia infligant mala, ab illis huc venerūt. Venite ergo mecum omnes qui epidauri habitatis, & immittamus ignes in nauem, & pereant magi illi. Crediderunt ergo verbis Marnonis, & voluerunt propter nos succedere nauem. Verum missi à Cæsare, videntes eorum malam voluntatem, dixerunt, viri Epidauritæ, videte,

Marnon Iudæus inuehitur in Apost.

videte ne quid mali his hominibus inferatis, quia principis Domitiani edicto eos in insulā Pathmō ducimus, vbi eos exilio damnari iussit. Audientes autem viri Epidauritæ doluerunt, ab incœpto desistentes, & ostenderunt illis cōmissi literas edicti regio sigillo munitas. Quibus Epidauritæ, Si ergo, inquiunt, principis edictum est, cur eos non cōstringitis ferro, ne forsan sua malitia vos eludant, effugiántque è manibus vestris, & in vos, principis iracundiam prouocetis? Nam maleficis artibus edocti, pestiferi sunt homines, & suis molestiis, suáque simulatione multas perdiderunt animas, multósque peremerunt, quorum alter nomine Ioannes, homo mēdax est, & omni supplicio dignus. Audientes, autem hæc qui legati fuerant, mirabantur super verbis illis: nam verbis dolosis eos deceperat Marnon. Et rogauit eos Marnon, vt comederent cum eo. Epulis sumptis, & Marnone osculato, redierunt in nauem effrenes, & beneficiorum, quæ à Ioanne magistro meo acceperunt obliti, denuò eum in districtis ferreis vinculis posuerunt, & victum quem prius, nobis instituerunt

B. Ioannes dysenteria, profluuióque sanguinis moribundum sanitati restituit.

CAP. XVIII.

DEinde illinc nauigantes, peruenimus myrrh, †vbi septem dies ob infirmitatem vnius militis perstitimus: dysenteria enim profluuióque sanguinis vehementer laborabat. octaua autem die inter eos orta est contentio. Dicebant enim, non est bonum nos hic diutiùs immorari, quia præceptum habemus, vt proficiscamur, & iter absoluamus incœptum. Nam iussiones regis & mandata nobis diligentiùs sunt prosequenda: alioquin qui negligentius illa curabit, timendum illi est ne pœnam pro salute recipiat. Alij contrà dicebant, nequaquam honestum est vt collega noster in tanta necessitate destituatur. Nam protinus mors derelictum occupabit: neque est qui maris ferre possit molestias: satius igitur videtur, vt adhuc paucos dies illū præstolemur, donec quid de eo faciendū fuerit tum honestè videamus. sicque magna inter eos contentio suborta est. Videns autem Ioannes, quia contentio hæc inter eos sine vtilitate esset, dixit mihi, fili mi Prochore, vade dic infirmo illi, vt in nomine Domini mei Iesu Christi veniat ad me. Accessi igitur ad eum, & verba quæ mihi præceperat Ioannes magistrer meus, dixi, & contituò surrexit, & mecum venit ad Ioannem. Cui Ioannes, dic, inquit, sociis tuis, vt soluamus hinc, & de loco isto nauigemus. Nec mora: ille qui septem iam dies laborans, ferè nihil ob infirmitatem susceperat alimenti, hortatus est socios, vt inde soluētes nauigarent festināter, & quod à dolore morbi euasetat liber & incolumis.

† *Deest quia piam.*

Dysenteria medetur D. Ioannes.

Milites præ magnitudine miraculorum soluere B. Ioannem nolunt, quod ipse recusat.

CAP. XIX.

ILlinc igitur soluentes, venimus in quendam locum, qui Liphon vocabatur & certa procella sex dies illic immorari coacti sumus. Locus autem ille dulci aqua carebat, & penè omnes siti periclitabantur. Dixit autem ad me Ioannes, fili Prochore, mitte vas in mare in nomine Domini nostri Iesu Christi, & imple illud: Feci itaque vt mihi iniunxerat. Et iterum dixit mihi, funde per singula vasa, & imple illa aqua maris. Feci autem sic, & omnia vasa impleui, & statim aqua quæ in ea missa est, inuenta est dulcissima; & communi moratis cunctis qui in naui erant, dixit, in nomine Iesu Christi crucifixi accipite & bibite: & accipientes cuncti biberunt, & mirati sunt vniuersi, & dixerunt adinuicem, quid faciemus homini isti, quia signa multa & prodigia per ipsum facta videmus? vadamus igitur, & soluamus eum à vinculis ferreis, & petamus ab eo indulgentiam & remissionem de malis quæ illi intulimus, ne forté descendat ignis de cœlo & nos omnes deuoret, ac cōsumat. Accesserunt igitur ad Apostolum Dei, dicentes, homo Dei ne irascaris seruis tuis, quia præceptum regis facimus, & non valemus aliud facere, Veruntamen absoluimus te à vinculis, & quicquid preceperis nobis, faciemus. Et statim soluerunt Ioannem magistrum meum à vinculis. Quibus dixit Ioannes, ego nihil æstimo laborem & anxietatem huius mundi, sed anima mea multo exultat gaudio adimplere voluntatem & præcepta Dei mei Iesu Christi, qui crucifixus fuit propter nostram salutem. Hæc audientes milites prociderunt omnes in faciam suam, & dixerunt Apostolo Ioāni, Domine ecce omnia in tua sunt potestate: vade in pace vbicunque vis, liber: nos autem in regiones nostras nauigabimus. quibus Ioannes, habetis talem in principe vestro fiduciam, quòd si nos abire finitis, iram eius non incurratis? dicunt ei: non Domine, dixit Ioannes, complete ergo ministerium vestrum secundum regis edictum, & reponite nos in locum ab eo institutum, & tunc in regiones vestras reuertemini cum pace. Suscipiens autem postea Ioannes, de diuina scriptura docebat eos aliqua quæ erant de Filio Dei, & accepto verbo rogauerunt vt Baptizarentur ab eo. & Baptizauit in illa die decem, qui aliis præerant, aliorum administratores, & soluentes nauem, Lipho derelicta, venimus in insulam Pathmon, & intrantes vrbem tradiderunt nos milites secūdum principis edictum illis qui nos recipere debebant. Rogauerunt ergo Ioannem administratores qui baptizati fuerant, vt sineret eos nobiscum in illa insula remanere. Sed non permisit, dicens, filioli mei gratiam quam accepistis solummodò conseruetis, & locus nihil vobis nocebit. fuerunt ergo nobiscum dies decem, & accepta benedictione rgauisi reuersi sunt omnes vnusquisque in sua loca.

Dulcoratur aqua maris.

D. Ioannes soluitur vinculis.

Benedicitur.

B. Ioan. Mironis familiam conuertit eiecto Pythtonico Spiritu Apollonidis.

CAP. XX.

ERat autem in loco illo vir quidam prædiues, nomine Miron, & illi vxor nomine Flora: quibus tres erant filij docti in arte rethorica: & is qui inter eos maximus ætate erat, habebat spiritũ Pythtonem. Cum ergo Myron suscepisset nos in domum suam, cognoscens Filius eius, qui spiritum malignum habebat, potestatem Ioannis, fugit in aliam regionem, ne eiiceret ab eo Ioannes spiritum malignum. Agnoscens autem Myron quia Filius eius fugisset, dixit vxori suæ, si homines hi boni fuissent, nũquam id accidisset nobis vt Filius noster fugisset, sed potius, sicut narrant multi magi sunt & malefici, & domum hanc maleficio suo incantauerunt, & Filium nostrum abiecerunt Me miserum Charissime fili, quomodò factus sum insipiens, vt magos duos intromitterem vt te perderem? Dixit autẽ illi vxor eius, si ita res se habet vt dicis, cur non eos de domo eiicis, ne fortè similibus maleficiis reliquos filios nostros dementent, & cogant à nobis discedere & perire? cui Myron, non eiiciam eos, sed multa tribulatione eos afficiam, donec faciant filium nostrum redire, & nobis eum in hanc domum saluum restituant: postea verò punientur acerbè: erat enim Myron socer præsidis insulam Pathmon procurantis. Cognouit autem Ioannes per Spiritum sanctum quæcunque locutus est Myron ad vxorem suam. Et dixit mihi, Fili mi Prochore, id agnoscas Myronem hospitem nostrum multa mala aduersum nos moliri, quæ & intendit explere. Nam filius eius senior spiritum Pythtoniçum habet, & dum introissemus in domum hanc, innuit spiritus immundus ne eum eiiceremus, & fugit, & transtulit illum in aliam regionem, & propter hanc causam Myron contra nos animo est infenso. sed ne concidat animus tuus super malis venientibus, quæ inducet Miron super nos. dum autem fermè hæc ad me loqueretur Ioannes, superuenit Epistola à filio Myronis directa in hunc modum, * Patri & matri, Apollonides salutem. Magus quidam nomine Ioannes, quem in domum vestram induxistis, dum rem nefariam præstigiis suis patraret, & inuideret bono quod in me erat, spiritus quidam ab eo missus est, & me persecutus est vsque in hanc ciuitatem, & vbi multa pertuli pericula, inueni Cynopem cãdidum & benignissimum conductorem, qui mihi multa narrauit quæ in me facta sunt, & quomodò acciderant. Et dixit mihi, fili mi Apollonides, nisi interfectus fuerit magus ille Ioannes, non poteris amplius in regione tua habitare, non poteris amplius domum tuam videre. Quare Pater, nunc Filius tuus te precatur, compatere Filio tuo, & interfice magum illum Ioannem, vt citò tuis, Patris mei & maternis & duorum Fratrum meorum desideratis fruar amplexibus, & valete. Audita igitur hac Epistola, quæ missa est à Filio suo Apollonide, statim nos conclusit Myron, & cum æstimatione profectus ad præsidem ostendit illi litteras, quas ad se miserat Filius suus Apollonides. Accipiens ergo præses litteras, legit & aduersum nos exacerbatus eò magis est, quò in parte Epistola nomine Cynopis fuerat conscripta. Nam omnes qui Pathmon habitabant, ipsum Cynopem tanquam Deum quendam habebant propter magna eius ludificamenta. Suasus igitur præses verbis Myronis & Apollonidis filij eius, iussit Ioannem exhiberi feris, & continuò capti sumus ex Domo Myronis, & ducti in carcerem publicum, post triduum verò deduxerunt nos in prætorium. Dixit autem præses ad Ioannem, Pius imperator noster Domitianus te * condemnationes iudicauit, remisit tamen & non interfecit: volens autem te emendatum reddere & sobrium, in hanc insulam te misit, & ecce maiora hîc incipis perpetrare flagitia quàm Ephesi. Nam reiecisti Filium soceri mei, meumque affinẽ: responde ergo mihi properè, priusquam pœnas luas: & fac vt redeat affinis meus: & dic quem ritum sequeris, quem perpessus es, & ex qua regione ad nos veneris. Respondens autẽ Ioannes dixit, ego hebræus sum, seruus Iesu Christi Filij Dei viui, qui crucifixus est & sepultus propter hominum peccata, qui & Resurrexit tertia Die à mortuis, ipse verò me misit euangelizare omnibus gentibus, vt credant in eum, & habeant vitam æternam. Cui præses, piissimus imperator iussit te hac occasione exulare, & iterum. cõtra te alia verba profers. Disce ô stultissime Deos honorare, & colere immortales, & legibus imperatoriis obsequere, & neque Deum prædica hominem qui ob multas seditiones morti adiudicatus est. Beatus verò Ioannes dixit, ego eundem semper veneror immortalem, & illum annuncio his qui cupiunt sobriam agere vitam. Præses dixit, non opus habemus his multis quę profers fabulamentis. Nam præceptum tibi est, vt ab hac prædicatione desistas: tamen Apollonidem sanum in hanc ciuitatem restitue, & redde domui suæ. Dixit Ioannes, à prædicatione quam facio non possum desistere, per quam expecto mercedem salutis æternæ, quæ mihi reposita est in fine laboris mei, quam reddet mihi ille quem dilexi, in quem credidi magister meus Christus, qui est benedictus in sęcula. De amico autem tuo Appollonide, si quicquam aduersum me petis, nihil mihi conscius sum in eum aliquid commisisse. Verum si finis, ego pro eo discipulum meum mittam, & ipse illum adducet ad te, & quid habet aduersum nos ille nos accusabit corã te. Iussit ergo præses ita fieri, & interim Ioannem arctissimè cathenis duabus teneri vinctum. Dixit Ioannes ad præsidem, permitte me prius Epistolam ad Apollonidem scribere, & post, me mitte in cathenas. Permisit autem præses, & Ioannes scripsit Epistolam hæc continentem. Ioannes Apostolus Iesu Christi filij Dei viui, spiritui pythtoni qui habitat in Apollonide, Præcipio tibi in nomine Patris & Filij & Spiritus-sancti, vt exeas à creatura

B Ioannis aduentu fugatur pythonicus.

Cynops magus insignis.

**Deest quidpiam.*

Epistola B. Ioannis pithonem eicit.

tura Dei, neque vlterius introeas in eum, neque habites in insula ista: sed secede in locum inaquosum, quem nulli habitant hominum: Et hæc ego Ioannes tibi præcipio in nomine sanctæ Trinitatis. Hanc Epistolam ego Prochorus suscepi, & abij in vrbem vbi diuersabatur Apollonides: erat autem spatium milarium sexaginta. & ingressus ciuitatem, ipsum requisiui, post biduum ipsum reperiens: statim vt accessi, Spiritus immundus discessit ab eo. Et exeunte spiritu immundo Apollonides continuò factus est sui compos, & humana consuetudine intelligens, & sciens, & dixit mihi: quare huc venisti bone discipule benignissimi magistri? Ego autem respondi: vt prudentiam tuam accerserem, & te ad præsidem fororium tuum ducerem, & in domum tuam, & ad tuum dilectissimum Patrem. Statim ergo iussit parari equos, & iussit me ascendere, & ex ciuitate exeuntes, nos ad iter accinximus. & dum peruenissemus in vrbem, interrogauit me Apollonides, vbinam esset mansio magistri mei: ego verò inquio illi, præsidem illum catenis duabus vinctum in carcerem coniecisse. Audiens autem Apollonides neque domum est ingressus, neque ad præsidem est profectus, neque quenquam de notis suis est allocutus: sed duxit me ad carcerem, & pulsanti illi custos carceris aperuit, illi ad pedes cum eum cognouisset esse Apollonidem, se inclinans. Ingressus ergo Apollonides, vbi vidit Ioannem, pronus adorauit in terram. Ioannes verò illum erexit, & dixit fili, Deus te benedicat: & statim Apollonides soluit Ioannẽ à vinculis, & dixit, custodi carceris, Si Præses quicquã tibi dixerit, & quare soluisti eum? Dic illi, quonim Apollonides venit, & soluit eũ. Et duxit nos in domũ suã. Erãt autẽ Pater, Mater, & Fratres eius luctũ faciẽtes pro absentia Apollonidis. Cæterũ vt eũ viderũt, surrexerunt omnes præ gaudio, & ipsum cũ lachrimis amplexati osculati sunt eũ. Et dixit Pater, quid tibi factũ est fili, quia de domo mea effugeris, & mihi, & Matri tuæ & fratribus tãtũ luctũ reliqueris? Respõdit Apollonides: domus nostra plena peccatis & sceleribus fuit, in quam dum introisset dilectus Deo Apostolus Christi Ioannes, ignorauimus quis esset, & quis eum miserat, & etiam ille qui missus est an à Deo esset, an ab aduersario & maligno. Verumtamen Pater factum est vt dimisso eo cognouerim ab aliis quis esset, & quis eum misisset, priusquam reuerterer? Hæc audiens Myron credidit Filio suo & dixit: Fili mi, si res ita se habet, vadamus ad præsidem, & annunciemus ei hæc, quoniam me conscio misit Ioannem in carcerem. Dixit autem Apollonides: noli de hac re, optime Pater, esse solicitus, Ioannem iam solui, præses gener tuus est, & vult quęcunque voluerimus. Et Apollonides introduxit Ioannem. Ad quem conuersus dixit, annuncia nobis optime magister, aliquod verbum nobis vtile, per quod accipiamus à te lumen æternum. Ioannes verò dixit, volo prius nobis narres, cur hanc domum deseruisti, & in aliam te vrbem contulisti. Tunc suscepit Apollonides causam fugæ suæ hinc narrare: Non (inquit) Patrem, neque matrem fugit, exactum iam pluribus annis dum in lectulo meo dormiens requiescerem, venit quidam, & tetigit me, & ego protinus excitatus vigilaui, & vidi illum qui me excitauerat, erántque oculi eius grandes vt & faces ardentes, & facies eius sicut fulgur, & dixit mihi, aperi os tuum, & statim vt aperui os, introiuit per os meum in ventrem meum, & impleuit ventrem meum: & ex illa die cognoui omnia mala, & bona quę domui nostrę accidebant: & non solum ista, sed quæ mihi necessaria erant, dicebat. Et veniebãt ad me omnes & negotiorum suorum quæstiones proponebãt, sed cum in hanc domum ingressus es, dixit mihi Apollonides, hic homo magus est, & ille verò nusquam me permisit, dicẽs mihi, si Ioannes non interficiatur, nequaquam poteris vnquam in domum tuam regredi. Interrogaui etiam Cynopem, & hæc eadem mihi asseruit. Verum vt discipulus locum ingressus est vbi morabar, illico vidi illum qui per os in me ingressus fuerat, in eadem forma qua intrauerat, egredi: & continuò sensi me à multo labore liberatum, & magna consolatione ac lætitia repletus sum, & gratificatus sum discipulo. Dixit autem Ioannes Apollonidi: fili, hæc est vna de virtutibus & beneficentiis Iesu Christi Filij Dei, qui Crucifixus pro nobis, & qui resurrexit. Ille verò qui corpus tuum subintrauit, spiritus erat Pythtonicus, qui cum ingrederemur in domũ tuam: eiecit te de ea, ne eum à te expelleremus, & cogeremus eum per virtutem Iesu Christi. nunc autem Fili mi non solum per increpationem & veri Dei virtutem restitimus maligno immundóque spiritui, sed etiam per Epistolam nostram illum eiecimus. Et accepit à me Ioannes Epistolam, quam aduersus spiritum Pythtonem miserat, & illam Apollonidi exhibuit. Quam cum legisset, assumpto Ioanne, & me, & fratribus: profectus est ad præsidem ciuitatis, & illi omnia enarrauit, & quæcunque à spiritu nequam fuerat perpessus, & quo pacto, beneficio Ioannis Apostoli Iesu Christi, & Prochori discipuli eius, fuerat liberatus. Hæc cum audisset præses, capite inclinato nobis gratias egit, & ex illo tempore multum dilexit Ioannem magistrum meum, & eo tandem dimisso, in domum Myronis reuersi sumus.

Apollonides soluit Cathenas D. Ioannis.

Somnium Apollonidis

Baptizatur familia Myronis.

Baptizat D. Ioannes familiam Myronis & Chrysippam vxorem Proconsulis Insulæ Pathmos.

CAP. XXII.

IOannes autem repletus Spiritu-sancto cœpit eis narrare magnalia Dei, & instruxit eos diuinis scripturis, & rogauerunt eum vniuersi vt baptizarẽtur in nomine patris & Filij & Spiritus sancti, & baptizauit Ioannes in die illa omnes qui erant in domo Myronis. Et vxor præsidis, Myronis filia, cui nomen erat Chrysippa, videns Patrem, Matrem, & Fratres suos in Flium Dei credentes, dixit viro suo: En tota domus Patris mei credit in Deum crucifixum quem Ioannes prædicat,

B

cupio ergo vt credamus, & glorificetur domus noſtra, ſicut domus Patris mei: & dum in poteſtate F
conſtitutus es, & amplius habes, adiuua nos aduerſus illos qui Ioannem inſtitutorem noſtrum perſequuntur. Cui reſpondit vir eius, mihi id non licet quod ſuades, dum prouinciæ magiſtratum gero. Nam ſecta Chriſtianorum omnibus hominibus non ſolùm regibus contemptui & execrationi habetur, & cæteri homines vbi viderent Ioannem & alios Chriſtianos, domum meam & domum Patris tui frequentantes, tanquam ſuſpicantes nos eſſe Chriſtianos, nos habebunt deſpectui, & orientur diſſenſiones, & domos noſtras ſuccēdent, me magiſtratus adminiſtratione priuantes. At verò ſi ſenſerint me ritum eorum ſeruare, etiam propter me cæteris vobis exhibebūt honorem, Nam dum magiſtratum gererem in Græcia, in aperto ritus eorum ſum ſecutus, in occulto tamen illis qui credebant in Chriſtum benefaciebam. Dum ergo expleuerò præfecturæ tempus, accomodatius erit vt efficiar Chriſtianus. Tu verò tecum aſſume Filium noſtrum, & ingredere domum Patris tui, & auſculta diligenter doctrinā Ioannis, & tu & Filius tuus Baptizamini, conſeruantes præcepta Chriſti. Vide ne deſpicias vnum de verbis illis quæ loquitur Ioannes, neque mihi renunties quæ annunciabit tibi priuſquam efficiar Chriſtianus. Nam ſi leges Græcorum damnant eos qui deorū ſuorum G
myſteria pandunt, quanto magis Chriſtiana, quam prędicat Ioannes Chriſti Apoſtolus? Apoſtolus, illos damnat qui reuelant arcana Dei ſui. Cuſtodi ergo Chariſſima, teipſam & Filium noſtrum vnicum, Et hæc cum dixiſſet, Chryſippa continuò diſceſſit à viro ſuo: & aſſumpto Filio ſuo venit in domum Myronis Patris ſui, & ingreſſa, prona ſalutauit Ioannem, & Patrem & Matrem, & Fratres ſuos. quo facto dixit ad eam Ioannes, qua ex cauſa ad nos veniſti Filia? quæ reſpondit, huius rei cauſa optime magiſter, vt per te glorificetur domus mea, ſicut & domus Patris mei. Et ait illi Ioannes, rectū faciat Deus cor tuum in ſeipſo, & cor viri tui, & filij tui, & conſeruet vniuerſa quæ in domo tua ſunt. Et procidens Chryſippa ad pedes Apoſtoli adorabat & dicebat, optime magiſter, da mihi ſignaculum Chriſti, & Filio meo, & efficiamur participes domus Patris mei. Reſpondit Ioannes, prius eamus, & alloquamur virum tuum, vt cum eius conſenſu purificeris. Tunc Chryſippa cœpit illi narrare vniuerſa quæ audierat à viro ſuo. Et gauiſus eſt valdè Ioannes cum audiuit conſenſum præſidis,
Chryſippa à D.Ioan.baptizatur. & cathechizauit eam, & Filium eius, & dicens præcepit omnia præcepta fidei Chriſtianæ ſeruare, & H
baptizauit eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Videns autem Myron, quod Filia cum Filio credidiſſet in Chriſtum, gauiſus eſt, & attulit multam pecuniam coram Filia ſua dicens: adſunt bona, Filia, quæ poterunt nobis ſufficere: ne (precor te) domum meam & menſam amplius deſeras, neque tu amplius cum Filio tuo cures in domum tuam redire, ne inter te & virum de Chriſto oriatur contētio. Cui Chryſippa dixit: ſi vis Pater, vt tecum maneamus, ſit hæc pecunia ſemper tua: ego verò cum Filio in domum trāſiens vbi auri argentique multum congeſtum habemus, & hinc quantum nobis neceſſarium fuerit ſumens, ad te in domum tuam reuertemur, & vnus & idem erimus.
Fides non dirimit matrimonium. Hæc autem audiens Ioannes dixit Myroni, nequaquā licet quæ tu & Filia tua condicitis: Nam Chriſtus neque iuſſit neque miſit me ſeparare vxorem à viro ſuo, neque virum ab vxore, reuertatur ergo Filia tua cum pace in domum ſuam, præſertim cum ipſa in Chriſtum crediderit conſentiente marito. Confido in Domino qui me miſit magnalia ſua Euangelizare, quòd vir ſuus Chriſto annumera-
Prouerb.28. Matth.19. Matth.4. bitur: pecuniam autem de qua inter vos ſermonem feciſtis, pro Chriſto erogetis pauperibus, ſicut dicit ſcriptura, qui pauperi tribuit, Deo tribuit, & ſecundum datum eius retribuetur ei. Dixit enim Dominus Ieſus, miſeremini & miſerebitur veſtri: eadem enim menſura qua metieritis, remetietur I
& vobis. Et his dictis remiſit Ioannes Chryſippam & Filium eius ad præſidem virum ſuum, & nos remanſimus in domo Myronis. In craſtino autem protulit Myron thezaurum ſuum ad pedes Apoſtoli Ioannis, & dixit, ſuſcipe Domine mi, pecuniā hāc, & diuide pauperibus. Dixit autē illi Ioannes, grato animo excipio propoſitum tuum, quod ex Dei amore prouenire cognoſco. Et nunc quæ tua ſunt, in tua prouidentia relinquo, diſtribue ea manibus tuis, illis qui opus habebunt. Myron autem ſecūdum Apoſtoli præceptum pauperibus & egenis ſua diſtribuebat, & multiplicabat ei Deus omnia quæ in domo ſua erant, & cum gratiarum actione gaudebant in Domino vniuerſi, quia diſtri-
Myron ſua multiplicat dum pauperibus erogat. buebatur vnicuique vt opus erat.

Baſilius Tribunus cum vxore credit, quæ fœcunda fit ex ſterili.

CAP. XXII.

ERat autem in ciuitate illa quidam diues homo, cui nomē erat Baſilius, nomen vxoris eius Cha- K
res, quæ & erat ſterilis. Is autem venit ad Rhodonem nepotem Myronis, cui dixit: quidnam factum eſt vt Myron auunculus tuus ita peregrino iſti conſentiat, vt neque nobiſcū ſedeat, neque recipiat, neque ſermones communicet? Dixit illi Rhodon: doctrinam eius ſanam agnoſcimus, & nos cum multis eum libenter audimus. Dixit Baſilius, cum tanta de eo audiam, dicat vt vxor mea Filiū patiat: Cui Rhodon, dico tibi Baſili, quia potens eſt hoc in nomine Dei ſui facere. Hæc audiens Baſilius properauit feſtinanter ire in domum Myronis, vt Ioannem videret. Interrogauit igitur ſi Apoſtolus Chriſti illic hoſpitaretur. Intelligens autem ita eſſe, dixit puero ſe velle alloqui Ioannem, qui
Baſilius Tribunus credit in Chriſtum. nūciauit Myroni, & Myron Ioanni dicēs: Baſilius tribunus quidā pro foribus ſtans te cupit alloqui. Hæc audiens Ioannes cōtinuò ſurrexit, & proceſſit illi obuiā. Baſilius verò ſe illi pronus humiliauit. Cui Ioannes dixit, impleat Deus omnes petitiones cordis tui in bonum: & beatus homo qui non ten-

A tentauit Deum in corde ſuo. Iſraelitę enim tentauerunt Dominum ad aquas cōtradictionis, & eduxit Dominus de petra aquas vt fluuium, ita vt de ea biberent increduli: panem etiam Angelorum *Num.16. Deut.32. Num.21.*
dedit eis ad veſcendum, & ipſi tanquam ingrati & talem cibum faſtidientes petierunt carnes ad edendum, & audiuit Dominus voces eorum, & dedit illis ingratis & duro corde carnes in abundantia, ita vt verteretur eis in abominationem, tu vero Baſili, noli tentare Dominum, ſed firmiter crede in eum, & ipſe vxorem ſterilem viſitabit, & omnes petitiones tuas implebit. Videns autem Baſilius quia cuncta quæ erant in corde ſuo aperuit, obſtupuit & admiratus eſt vehementer. Cui iterum dixit Ioannes: fili Baſili, Crede in Ieſum Chriſtum Filium Dei, & omnem voluntatem tuam propter fiduciam tuam dabit tibi. Reſpondit Baſilius, Credo vt dixiſti, ſed & nunc te obſecro roga Deum tuum, vt vxor mea habeat Filium. Cui Ioannes, dixi tibi crede, & agnoſces gloriam Dei. Et dum benè inſtruxiſſet eum, exiuit Baſilius è domo Myronis: & abiit gaudens in domum ſuam: nuntiauitque cuncta quæ audierat à Ioanne vxori ſuæ: quæ nō multò poſt cum viro ſuo acceſſit ad Ioannem, proni venerantes eum, Et dixit Ioannes ad vxorem Baſilij: Charis, gratia Dei illuminet cor tuum, &
B cor viri tui, & tribuat tibi fontem vteri tui bonum. Et cum multa diuinarum ſcripturarum prædicatione confirmaſſet corda eorum, requieuit gratia Dei ſuper illos: & rogauerunt vt baptizarentur, & baptizauit eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Et rogauit Baſilius Ioānem, vt intraremus domum ſuam, & maneremus apud eum: ſed non permiſit Myron vt abiremus, niſi vt tantum Ioannes domum Baſilij benedixiſſet, orans nos quàmprimum in domum ſuam reuerti. fecimus ita, & *Benedicitur Domus.*
orationibus Ioannis vxor Baſilij peperit ei Filium, & vocauerunt nomine magiſtri mei Ioannem, & facta eſt lætitia magna in tota eius familia. Et priuſquam natus eſſet puer, ipſe & Charis vxor eius obtulerunt Ioanni magnam pecuniam, vt diſtribueret indigentibus. Ioannes autem dixit Baſilio, *Nomen Apoſtoli imponitur infantulo.*
vade fili mi in domum tuam, & ea quæ tua ſunt, & habebis theſaurum in cœlo.

Rhodon depoſito proconſulatu baptizatur.

CAP. XXIII.

C VMque vir Chryſippæ filiæ Myronis duos annos in præfectura compleſſet, depoſitus eſt, & alteri commiſſa eſt adminiſtratio. Veniens igitur in domum ſoceri ſui dixit ad Ioannem: perturbatio rerum huius mundi afflixit animam meam, & priuauit me auro multo, & argento, & bonis quàm plurimis: verumtamē rogo ſanctam animam, vt baptiſes me, & purifices à delictis meis. Ioannes autem conſolatoriis verbis confortauit eum, & confirmauit verbis diuinis, & ſancta doctrina inſtruxit, monúitque vt toto corde crederet in Ieſum Chriſtum Crucifixum, ſaluatorem omnium, & Baptizauit eum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & baptizatus reuerſus eſt in Domū ſuam.

Creſi Iudicis filius liberatur à dæmonio, & baptizatur.

CAP. XXIIII.

ERat in eadem ciuitate homo quidā nomine Creſus, & vxoris nomen Selene, quibus erat vnus filius, qui vexabatur à ſpiritu immundo, & Creſus iudex erat in ciuitate illa. Vt ergo audiuit Ioannem magnas virtutes in nomine Ieſu operari, aſſumēs filium ſuum venit in domum Myronis.
D Quem vt vidit Ioānes dixit. Creſe, peccata tua filium tuum perdunt: Si in Deum verum credideris, magna ab eo percipies beneficia, laudémque mereberis. Noli in iudicio contra animam tuam facie perſonarum acceptare, & ſic adimplebis Dei mandatum: & his dictis Creſus dixit, Domine quid me oportet facere, vt filius meus ſaluus fiat, & liberetur à ſpiritu immundo? Dixit Ioannes, Crede in Ieſum Chriſtum Crucifixum, & curabitur filius tuus: & dicit Creſus, Credo Domine, tantummodò ſanetur filius meus. Tunc apprehendens Ioannes per dexteram filium eius, ter eum ſigno Crucis
ſignauit, & eiecit ab eo dæmonium. Videns autem Creſus quod fecit Ioannes ſignum, procidens ad *Creſi filium Dæmoniacū ſanat D.Ioannes.*
pedes eius adorauit eum. Et incipiens Ioannes de dictis ſanctarum ſcripturarum, chatechizauit eum & ille glorificans Deum & confitens Ieſum Chriſtum verum Deum eſſe, & ſe credere in eum, abiit in domū ſuā, & rediens aſſumpta vxore ſua, & filio, & pecunia multa reuerſus eſt ad domū Myronis ad Ioannem Apoſtolum, dicens: accipe Domine, pecuniam iſtam, & da mihi, & vxori, & filio ſignum Chriſti. Dixit ei Ioannes, ſignaculum Chriſti pecunia non eget, ſed fide legitima. Vide ne talia co-
E gites, ſed redi in domum tuam, & da pauperibus. Cumque ita factū fuiſſet, Baptizauit eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & dimiſit eos abire in domum ſuam in pace.

B. Ioannes verbo diſſecit Apollinis templum, proinde cæditur à ſacrificulis & comprehenditur.

CAP. XXV.

POſtquam apud Myronē tribus annis manſimus, in quem locū conueniebāt qui crediderant, vbi & eos docebat & baptizabat, exiuimus à domo Myronis, & venimus in publicum locum, vbi conſtructum erat Templum Apollonidis, vbi erant congregatæ turbæ multæ, & alloquitur eos Ioannes. Quidam credebant iis quæ audiebant, & quidam diſſentiebant. Erant autem in eodem loco Sacerdotes Apollinis, qui dixerūt iis qui audiebāt Ioannē: viri fratres & amici, cur attēditis verbis & ludificamētis hominis iſtius, & obſequimini fallaciis eius? nónne propter maleficia ſua exulat

in hac insula? Quomodo excęcata sunt corda vestra nescientes veritatem? næ auscultãdo virum gra- F
uem, magnis diis facitis iniuriam, qui immortales Deos afficit cõtumelia, & præcepta imperatorum
contemnit: Ioannes hæc audiens dixit Sacerdotibus Apollinis: vt intelligant omnes quoniam dij
vestri non sunt dij, ecce ex nunc relinquetur vobis domus hæc deserta: & statim hoc dicto verbo se-
Templi Apollinis ruina. cuta est Templi ruina, neque lapis in eo remansit, nullus tamen circumstantiũ periit, neque eorum
quisquam læsus fuit. Videntes autem id Sacerdotes, irruerũt in Ioannem, & multis illatis plagis sau-
ciauerunt, & recluserunt eum in tenebrosum & obscurum locum, addentes insidias ad eum custo-
diendũ, & abeuntes annunciauerunt præsidi dicentes: Ioannes seductor ille & magus maleficiis suis
templũ magni Dei Apollinis subuertit: ne sinas tantam in Deos immortales contumeliam inultam.
Hæc audiens præses, contristatus est valdè, & iussit vt mitteremur in carcerem. Cum autem hoc per-
uenisset ad Myronis & Apollonidis cognitionem, abierunt ad Acdam, qui tunc erat præses, & in lo-
cum viri Chrisippæ suffectus, & erat de Synope quæ est in Ponto colens Apollinẽ. Vbi verò ingressi
sunt, dixerunt præsidi, oramus benignitatem tuam vt reddas nobis Ioannem peregrinum, & si quid
aduersus eum habes, in nobis sit si dignus mortis inueniatur: si autem nihil dignũ mortis cõperiatur, G
quid in eum tam seuerè animaduertis? Dixit præses: audio verum magum esse, & cunctis hominibus
pernicioſum atque maleficũ: quid ergo si susceperitis eum, & magica sua effugerit à vobis? Respondit
Apollonides, si effugerit à nobis, vita nostra pro vita sua sit, & bona nostra sint tua. Et illicò præses
annuit eis eorũ voluntatẽ fieri, quia Myron & Apollonides viri prudentes & percelebres erant inter
vniuersos qui in vrbe illa morarẽtur. Ingredientes igitur carcerẽ soluerunt vincula Ioanni, & indu-
xerunt nos in domũ eorũ. Et Myron gaudens dixit Ioanni, sedeas nũc nobiscum in domo serui tui,
& ne secedas in vrbẽ, quia homines maligni sunt & violẽti, ne fortè te cum Prochoro discipulo tuo
interficere attentent. Respondit autẽ Ioannes, non misit ô Myron Dominus Iesus Christus, vt quiesẽ
Matth. 11. Act. 14. in domibus, sed misit me ad iniquos & violentos dicens: ecce ego mitto vos in medio luporum:
Nolite ergo eos timere qui occidunt corpus, animam autẽ non possunt occidere: & iterum dixit no-
bis, quia oportet nos per multas tribulationes intrare regnum Dei, & nos etiã habuimus possessio-
nes & domos, sed dixit nobis Dominus: relinquite omnia & sequimini me, & nos omnibus relictis
secuti sumus eum. Et paratus sum non solum alligari, flagellari, & haberi derisui propter nomen suũ: H
sed millies occidi, & in omnibus patientiam habere, nec ab hac doctrina discedã, donec cursum vitę
huius impleuero, sæpè enim dixi vobis, moriamur pro eo, vt per eum liberemur à morte perpetua
quæ comprehensura est eos qui non credunt in eum. Et cum hæc dixisset Ioannes, non diu stetimus
apud Myronem, sed exiuimus ab eo.

Apostolus Rhodonem proconsularem virum baptizat, dæmoniacum sanat, & paralyticum.

CAP. XXVI.

Enimus autem ad quendam locum in quo decumbebat Paralyticus, qui tránseũtibus de bo-
nis suis distribuere solebat. Dixit autem ad Ioannem, bone Christianorum magister ne per-
transeas seruum tuum. Dixit illi Ioannes: quid vis vt faciam? Paraliticus, Panem habeo, & condimẽti
paululum, ne confundaris mecum sedere & sumere cibum, sed annue precibus serui tui. Nam pe-
regrinus ego sum, in quo collecta sunt omnia parentum delicta, me, vt hic maneam constringentia: I
vt pro me & ipsis diram hic agam pœnitẽtiam: & cum video peregrinum, illi compatior, & in eo re-
quiescit anima mea. & hæc audiens Ioannes miserans sortes eius, condoluit & dixit Paralytico, &
nos modò tecum exultabimus & lętabimur, & tu pariter nobiscũ, & cum eo bibimus & comedimus.
Dæmoniacus mundatur. & abeuntes ab eo, occurrit nobis mulier vidua, quæ dixit Ioanni, Domine vbi est Templum Apolli-
nis? qui dixit: quid tibi cum Templo Apollinis? quæ dixit: vnicum mihi filium spiritus malus corripit,
& sæuissimè vexat: idcirco huc veni, vt rogarem Apollinem vt mihi succurrat, & inueniam aliquam
consolationẽ. Ioannes dixit, de qua ciuitate es? quæ dixit, de nulla, sed pagana mulier ego sum, nun-
quàm ciuitatem nisi nunc ingressa. Dixit Ioannes, quot dies iam spiritus malignus eũ vexat. Respon-
dit mulier, iam tres & triginta, & multum æquus est, & violentus. Cui Ioannes, reuertere mulier in
domum tuam: Nam in nomine Domini mei Iesu Christi sanabitur puer tuus, & reuersa mulier in
domum suam, inuenit filium à spiritu immundo liberatum. Postea reuersi sumus in eundem locum
vbi iacebat paraliticus, & dixit Ioannes: ecce nunc tecum venimus ad prandium, quis ergo mini-
Paralyticus sanatus. strabit nobis? Et dixit paralyticus, dum ad vos fatigandos primum inuitaui, & vt mihi ministraretis K
& vos nunc ministrabitis, quia neque mihi neque vobis valeo ministrare. Dixit autem Ioannes, ne-
quaquam ita erit, sed tu ministrabis nobis, & tenẽs manum eius erexit eum dicens, in nomine Do-
mini nostri Iesu Christi surge, & continuò surrexit, sanus factus, & incolumis, & magnificans Deum
ministrauit nobis. Quo facto reuertimur in domũ Myronis, in qua inuenimus Rhodonem nepotẽ
eius: & rogauit Ioannem vt daret ei signaculum Christi, & ille instruens eũ baptizauit In nomine san-
ctæ Trinitatis. Postea autẽ venit peregrinus ille qui fuerat paralyticus, & ingressus procidit ad pedes
Ioannis. Videntes verò qui aderant, factũ sanum, valdè admirati sunt, & interrogauerunt eum quo-
nammodo factus esset sanus: qui statim omnem modũ suæ sanitatis aperuit, ideo veni, inquit rogare
Ioannem, vt mihi det illuminationem Christi, cuius nomine saluum me fecit. at Ioannes docens
eum, & de fide Catholica confirmans, baptizauit illum in nomine Patris, & filij, & spiritus sancti.

Charus

A *Charus Iudæus blasphemans redditur mutus, dein respiscens tingitur*

CAP. XXVII.

Sequenti die exiuimus domo Myronis, & venimus in locum quendam maritimum, vbi erat
officina fullonum. Vnus autem eorum Iudæus, nomine Charus, ex scripturis Mosi alloquebatur Ioannẽ. Ioannes verò illi scripturam secundum spiritum aperiebat, & narrabat ei quę de filio Dei
scripta erãt, de incarnatione, de passione, sepultura, & resurrectione ex mortuis, de ascensione ad cœ-
los, & de sessione ad dexteram patris: & de glorioso aduentu eius ad iudiciũ: Charus autem hæc om- *Iudæus blasphemans obmutescit.*
nia conuertebat in blasphemias. Tunc Ioannes dixit illi: desiste blasphemare, & obmutesce: & conti-
nuò Charus factus est mutus, nec potuit vllo modo loqui. Viri autem qui aderant, mirati sunt quo-
modo solo verbo tam citò secuta est sententia. Effluxis fermè tribus diebus, venit turba amicorum
Chari ad Ioannem, indignata & succensens Ioanni, dicentes: quid effecisti Charo qui amicus noster
est, vt efficeretur mutus, & loqui nullo modo potẽs? Quibus respõdit Ioannes: viri fratres quid mihi
B succensetis, & imputatis quod ipse per verba eius maligna Dei omnipotentis incurrerit indignatio-
nem, & induxerit super se vindictam quam modo sustinet? qui enim nõ consentit de Deo loquenti,
non protinus debet more canis insurgere, sed cum patiẽtia audire, & postmodum quæ rationabilia
videbuntur ad id propositum adducere. Tunc quidam inter eos qui sapiens videbatur, dixit: Magi-
ster, aliquando contingit vt vinum non habeat suauitatem, nec lac dulcedinem: sic & de hominibus
euenit, vt malus homo bona verba emittat, & bonus aliquãdo mala. Et cũ hoc dixisset, innuit Cha-
ro, vt veniam peteret à Ioanne: qui statim concidens ad pedes eius: alter qui inter eos sapiẽs videba-
tur, dixit: Magister, vt benignus es, nunc dissolue, quæ ligasti. Dixit autem Ioannes ad Charũ, quia in
Deum peccasti, sicut in nomine Iesu Christi os tuum clausum est, ita & in nomine eius aperiatur: &
continuò locutus est Charus Iudæus, & prostratus ad pedes eius dicebat: veridice Magister, scimus
per scripturas, Patres nostros olim Deum ad iracundiã prouocasse. Ille verò pro sua clementia & be-
nignitate remisit eis delictum. etiam si peccaui in Deum qui te misit in hanc insulam, ora pro me vt
remittat mihi hoc peccatum, & da mihi seruo tuo baptismum gratiæ. Tunc Apostolus eum cathe-
C chizauit, & instructum baptizauit in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti.

Cynops Magus ostentis & præstigijs multa in B Ioannem committit.

CAP. XXVIII.

Dum hæc ab Apostolo Christi in Pathmo agerentur, morabatur in eadẽ insula magus quidam, nomine Cynops, & locus eius ab vrbe distabat stadiis quadraginta in loco deserto, habitabátque in spelũca quæ erat immũdorum spirituum habitaculum, & quadraginta in loco habitare fama
erat. Prædictum tamen magum propter præstigias & ludificamenta dæmonum quæ ostentabat,
omnes in insula commorantes vt Deum habebant. Ad hunc igitur magum confugerunt Apollinis
Sacerdotes postquam viderunt Ioannem liberè docere & prædicare, & dimissum à præside, neque
coercitum post templi Apollinis euersionem, quod dirutũ fuerat à Ioanne. Et dixerunt illi, per mul-
tos annos te in hac insula consuluimus ô clarissimè Cynops, nunc autem magis tuo adiutorio quam *Cynops magus.*
D vnquam anteà egemus, ob hoc te precamur, esto tutor & defensor in hac tribulatione quæ accidit
nobis. nam Ioannes peregrinus quidã, & à patria sua exul, & ob maleficia sua in hãc Insulã exilio dam
natus, omnes principes & præfectos nostros ita maleficio cepit, vt omnes ad ipsum declinẽt: qua fi-
ducia fretus multas in ciuitate excitat seditiones, & templum Apollinis subuertit, quæ cum præsidi
nunciassemus iussit eum in carcerẽ claudi: sed Myronidis & Apollonidis precibus, liber consentien-
te præside factus euasit. Nunc ergo succurre nobis, & occurre illi, quia passim omnes quasi errantes
oues ad illum excurrunt, & illi obediunt: ergo nobiscũ venias precamur, tolle maleficia. Audiens au-
tem à Sacerdotibus hæc Cynops, dixit eis; Scitis quia locum hunc nunquam egredior, cur ergo ten-
tatis me hinc abducere? quia sic expedire videt, & vt nos adiuues te omnes obsecramus. Quibus Cy-
nops, nonne vultis vt gloriam meam cõtaminem, & nomẽ meum inhonorabile reddã, maculatam
ciuitatem propter homuncionem vnum intrando, & personam cõtemptibilẽ quam hactenus nun-
quam intrauit? Nequaquam ita erit, sed cras mittam Angelum meum malum in domum quam inha-
bitat, qui ab eo animã tollat & auferat, & ego eum in iudicium sempiternum. quo audito Sacerdo-
E tes prociderant ad pedes eius, gratias illi agentes; quod pollicitus esset auxilium suum: & redierunt
in ciuitatem. Et mane facto conuocauit Cynops multitudinem dæmonum & dixit principi eorum,
vade in ciuitatem in domum Myronis, & subitò tolle animam Ioannis, & continuò perduc illam ad
me, vt eam secundum quod mihi placitum visum fuerit, iudicẽ. Exiuit ergo dæmon, & ingressus ci- *Cynops immittit in D. Ioannem dæmones.*
uitatem introiuit in domum Myronis: quem vt cognouit Ioãnes in quodam secessu locóque remo-
to residens, dixit illi, præcipio tibi maligne dæmõ in nomine Domini nostri Iesu Christi, ne hinc e-
grediaris, donec causam, ob quam huc venisti, manifestes. Et illicò fecit malignus dæmon tanquã le-
gatus. Et dixit, omnem tibi Apostole Dei veritatẽ aperiam, tantũ precor ne insuccenseas. Nam vene-
runt Sacerdotes Apollinis ad Cynopẽ, rogantes eum vt ingrederetur ciuitatẽ, & te interficeret: ille
autem noluit dicens, non ingredi ciuitatem, neque velle gloriam suã diminuere, & nomen suum in-
honorare: non igitur id faciam, sed cras mittam Angelum meum qui tollat animam à Ioanne, & ad-

ducet ad me,& ego iudicabo eam & mittam in ſupplicium ſempiternum,& iccircò huc miſſus ſum. F
Tunc dixit Ioannes ſpiritui maligno,fuiſti aliàs aliquãdo ab eo miſſus ad tollendã alicuius animam,
& tuliſti ad eum?cui dæmon, iam alia vice ab eo miſſus, ſed animas illi non obtuli.Et iterũ Ioannes
cuius rei gratia ei obeditis?dæmon dixit,quia omnis virtus ſathanæ in eo habitat,& fœdus ac pactũ
D. Ioannes eiecit dæmones Pathmo. habet cum vniuerſis principibus noſtris, & nos cũ eo pariter pactũ habemus,nã & nobis obſequitur
Cynops,& nos illi. Dixit autẽ Ioãnes ſpiritui maligno,præcipit tibi Apoſtolus Ieſu Chriſti, vt nun-
quã amodo egrediaris in pernicie & detrimentũ hominũ,ſed nec reuertaris vlterius ad locum vnde
huc veniſti:ſed abi feſtinãter extra inſulã hanc,& continuò ſpiritus malignus inſulam egreſſus abiit.
Videns autem Cynops quia ſpiritus malignus moras faceret redire, vocauit aliũ, præcepit illi vt &
priori:qui vt venit ad Ioannẽ,præcepit illi Ioannes, In nomine Domini Ieſu Chriſti inſulã protinus
egredi:& ſtatim egreſſus eſt.Videns Cynops quod neque ſecundus reuerteretur,vocauit duos alios
ſpiritus malignos,quibus dixit,ite ad Ioannẽ,ſed vnus ſolus ingrediatur,& alter ſtet pro foribus,ag-
noſcens quæ dicet & faciet, & quidnã aliis factum eſt quo minus reuertantur. Acceſſerunt ergo illi
duo ſpiritus nequã,& alter intrat ad Ioannẽ,alter autem,vt iuſſerat Cynops,pro foribus aſtat.Perci- G
piens autẽ Ioannes dæmonẽ aſtare, ad quid veniſti,inquit,in hanc domũ ſpiritus nequã?Cui dæmõ,
Cynops prius ad te interficiendum duos principes dæmoniorum miſit, & neuter reuerſus eſt:nunc
autem miſit duos alios me ſcilicet & alterum qui nõ eſt ingreſſus ad ipſum peragendũ. Cui Ioannes,
præcipio tibi in nomine eius qui crucifixus eſt pro ſalute hominũ, ne vltra reuertaris ad Cynopem,
ſed protinus hanc inſulam deſere,& illico diſceſſit, parens verbo apoſtoli Dei. Cognoſcens autẽ ille
qui foris aſtabat,quod factum eſt,& complicem ſuum in exilium coactũ,fugit,& abiit ad Cynopem,
& ei denarrauit omnia.Cynops autẽ non propoſuit vltra mittere dæmones ad Ioannẽ,ſed aduocata
dæmonum legione dixit eis,complices veſtri à Ioãne electi ſunt & futurũ eſt vos vniuerſos hinc ex-
pelli,&malè per cũ perpeti,niſi illi reſtiterimus,& parua vobis trepidatio ne fortè veniat,& ingrediatur
locũ hunc,& vos hoc in loco ſilentes & mihi miniſtrantes hinc expellat:ſed præſidiis veſtris ful-
tus ingreſſus ciuitatem artes eius euertã,& illũ cogam malè interire.Hoc dicto Cynops ſumpta dæ-
monũ caterua ciuitatẽ ingreſſus eſt,& tribus ſolùm ſumptis,reliquos extra vrbem voluit remanere.
Cúmque introiſſet Cynops ciuitatẽ,commota eſt vniuerſa ciuitas, & occurrerũt ei quãplurimi,quia H
nunquã ingreſſus erat eam ante,qui ad eum congregati mirabantur, & de variis eũ rebus perconta-
bantur:qui vnicuique iuxta eorum interrogationem reſpondit.Et dixit ad me Ioannes,fili Proch-
re,magnanimus eſto & non puſillanimus:nam Cynops nos in multas anxietates & tribulationes eſt
miſſurus. Tũc aggregati ſunt vniuerſi fratres qui baptiſma ſuſceperant à Ioanne, vt erudirentur &
confirmarẽtur ab eo.Ex præcepto Ioannis decẽ diebus manſimus in domo Myronis,nuſquã egreſſi
ob ſeditionẽ quę in ciuitate à Cynope cõmota erat,& ne per inſidias ab inimicis circumueniremur,
conſolabatur inſuper nos dicens,confortamini & eſtote viriles, nam videbitis virtutẽ Dei & gloriã
eius.Et paruo tempore vniuerſa ciuitas collecta eſt, vt audiret Cynopẽ: & admirabantur vniuerſi de
ſermone & verbis eius.Poſt decẽ verò dies dixit mihi Ioãnes, Surge fili Prochore,eamus in locũ vr-
bis,cui nomen * & dum illic ſederemus, conuenerunt multi vt audirent Ioannẽ. Audiens autẽ Cy-
**Deeſt quidpiam.* nops quòd Ioannes doceret populũ & videns populum,libenter audientẽ Ioannem,dixit turbæ cir-
cumſtanti, O viri cæci & à via veritatis aberrãtes,ſi iuſtus eſt Ioãnes, & bona & vera ſũt opera,& ſer- I
mones eius, ego credam:ſin autẽ reperiatur iniuſtus,& eius opera mala,ſiue ego iuſtus & mea opera
bona & vera, nolite illi ſed mihi credere. Et apprehẽſo Cynops quodam adoleſcẽte interrogat eum
ſi ſuus pater viueret:qui reſpõdit, non: ſed nobis nauigantibus inter duas naues,illiſus, periit.Tunc
Cynops dixit ad Ioannẽ,oſtende nũc ſi vera ſunt quæ doces,& reuoca de mari Patrem huius adole-
ſcẽtis,& redde Patrem filio.Hoc toto vidente populo dixit Ioãnes, nõ miſit me Dominus ad reſuſ-
citandos populos,ſed docere & eripere homines qui à diabolo ſunt decepti. Et dixit Cynops ad cir-
cumſtantem populum, nõ omnia ſatis creditis ô viri qui hanc vrbem incolitis,magum eſſe Ioanẽ,&
per magicam ſeductũ?Iccircò volo vt eum teneatis,donec adducã patrem huius adoleſcentis, & illi
viuũ reſtituã cernentibus vobis.Tunc Cynops duxit populũ ad littus maris,& ſtatim expanſis vtriſ-
que manibus fecit plauſum magnum, & ab oculis omniũ diſparere viſus eſt:& ingens pauor omnes
inuaſit. Quę cùm vidiſſent turbæ factũ,clamauerunt dicentes,magnus eſt Cynops, & non eſt Deus
alius maior eo.Et ſtatim Cynops aſcendit de mari,habens ſecum dæmonem formam ſimilem patris
adoleſcentis habentẽ,dixitque Cynops ad iuuenem,iſte eſt pater tuus?qui reſpondit,eſt domine, & K
expauerunt & adorauerunt omnes proni Cynopẽ, voluerũntque interficere Ioannẽ:ſed nolite in-
Dæmones mẽtiuntur quaſ-cuas ſimilitudines. quit Cynops,nam maiora his videbitis, & tunc punietis eũ ſeuerè.Aduocauit antè Cynops aliũ ho-
minẽm,quem interrogauit dicens,habes ne filium?qui reſpõdit,habui domine,ſed per inuidiã alius
ſuſtulit eũ.Tunc Cynops voce magna exclamans vocauit eos nominibus propriis, & continuò aſti-
terunt dæmones duo, vnus in forma illius qui occidit,& alius in forma eius qui occiſus eſt.Tunc di-
xit Cynops viro,cuius filius occiſus fuerat:hic eſt filius tuus?qui dixit,etiã Domine.Et dixit Cynops
Ioanni,non miraris ſuper ſignis his quæ vidiſti?Dixit Ioannes, nõ.Et dixit Cynops,ſi te hæc ſigna nõ
mouent,maiora his videbis,& niſi te ſignis & portentis vicero,non finã te interim. Et reſpondit illi
Ioannes, hæc ſigna & portenta tua ſtatim tecum tollentur. Audientes autẽ turbæ dixerant Ioanni,
ô profuga,exul,& ignote,cur in optimum Cynopem blaſphemas? & irruentes in eum more ſæuien-
tium

A tium ferarum deiecerunt eum in terram diſcerpentes & lacerantes. Et Cynops credens ipſum mor-
tuũ eſſe,dixit ad turbam,ſinite inſepultum,vt volucres cœli & beſtiæ terrę comedãt illum, & vide-
bitis ſi Chriſtus quẽ prædicat ſuſcitabit eum. Putãtes ergo Ioannẽ eſſe mortuum abierunt gaudẽtes
vnuſquiſque in domũ ſuã.Manſit ergo Ioãnes in illo loco abſcõſus vſque ad ſecũdã noctis horam,&
ego veni in eum locũ dolens, vt viderẽ magiſtrum meũ, & appropinquans ad eum dixi,quidnã mo-
do tibi eſt domine?qui dixit mihi,feſtina in domũ Myronis quia illic ſunt omnes fratres congregati
luctũ magnũ deducentes,annuncia eis quia ego per gratiã Ieſu Chriſti viuus ſum,& continuò ad me
reuertaris.Et perrexi ego citiſſimè ad domũ Myronis,&inueni fratres cõgregatos planctũ magnum
ſuper Ioannẽ,vt mihi dixerat,facientes,& pulſante me fores, non audebant aperire timẽtes inſidias
eorum qui erant ex parte Cynopis magi.Sed me clamante & perſeuerãte,vnus miniſtrorũ Myronis
agnoſcens nunciauit eis quia Prochorus pulſuret ad ianuam:& illi ſtatim aperientes,vt viderunt me
obſtupuerunt,nã putabãt me vnà cũ Ioanne eſſe mortuũ. Et dixit ad eos,nolite turbari fratres,nam
magiſter meus viuit,& ſalutans vos miſit me ad vos. Audientes autem quod Ioannes viuus eſſet,præ
B gaudio noluerunt à me aliud ſciſcitari:ſed properantes cucurrerant ad locũ vbi erat Ioannes & inue-
nimus eum genuflexũ, & deprecantem dominum Ieſum Chriſtum, & oratione cõpleta oſculati &
amplexati ſunt eum. Ioãnes verò cœpit eos docere,& monere ne in verbis aut factis Cynopis magi
ſeducerentur.Nam quæ facit,omnia præſtigiæ ſunt,& ludificamenta dæmonis:ſed ſuſtinete,inquit
ſtatim per gratiã Ieſu Chriſti videbitis eum ſua arte pereuntẽ. Ite ergo in domũ Myronis, & illic ſe-
dentes orate conſtanter longanimes,donec Deus ſuã manifeſtauerit voluntatẽ: & his dictis eum oſ-
culantes abierunt.Cũ ergo matutina lux exoriretur,quidã nunciauerunt Cynopi,quod Ioannes vi- *Dæmõ exultatio inferni.*
ueret.Audiens hoc Cynops vocauit quendam dæmonẽ,per quem ſępè fecerat vt inferi exultarent:
& dixit ei,eſto nunc mecum paratus. Et cõtinuò aſſumpto dæmone multa concomitante turba,ve-
nit ad locum in quo eramus.Et appropinquãs,inquit Ioanni, volui ſuper te hanc vexationẽ & hanc
maximã confuſionẽ indicare,quare volui te viuere, ſed nunc volo vt ad id littus reuertamur,vt om-
nes videant meã gloriam, & ex tua confuſione & interitu gaudeant, quo dicto iuſſit vt eum tenerẽt,
quouſque viderent magnas virtutes eius, &eum in iudicium æternum traderet, & tenuerunt eum.
C

Cynopis præſtigiæ produntur, iſque ſubmergitur. CAP. XXIX.

PEruenerũt autem cũ turba ad locũ vbi primas ludificationes oſtẽderat Cynops. In quo loco
inuenimus viros multos pariter & mulieres incẽſum ponentes:& vbi viderunt Cynopẽ,pro-
ciderunt in terram eum adorantes,duos verò dæmones quos Cynops moliebatur,homines à ſe ſuſ-
citatos perſonæ ſequebãtur eum. Tunc Cynops plauſum vt prius manibus fecit,& ſe magno fragore
facto miſit in mare:& exclamauerunt turbę dicentes,magnus Cynops. Et illi duo dęmones dixe-
runt ad turbam,expectate,quia Cynops mortuus eſt, & ipſe reſurget à mortuis. Et Ioannes dixit dę-
monibus illis,præcipio vobis ſpiritus immundi ſtate hic immobiles donec orauerim,& ſtatim Apo-
ſtolus extenſis in cœlũ manibus & cancellatis in formã crucis flens, magna voce clamans,orauit,di-
cens: Domine qui ad preces Moſi dediſti Iſraeli ſubuertere Amalech,vt de cætero ſolẽ non videat, *Orans Apoſtolus manus decuſſauit.*
Domine Ieſu fili Dei viui eiice Cynopem in inferiora abyſſi,vt de cætero ſolẽ non videat,neque vi-
D uens amplius populo ſeducat,finita autẽ prece Ioannis,magnus maris ſonus auditus,& facta eſt ma-
gna maris ebullitio in eo loco vbi ſe Cynops in mare miſerat præceps, & illa hora ſubmerſus eſt,nũ-
quam ab aliquo poſtea viſus.quo facto præcepit duobus dæmonibus, qui in forma duorũ ſuſcitato-
rum apparebant,in nomine Ieſu Chriſti qui pro peccatis hominũ voluit crucifigi,eos ſua morte ſal-
uare volẽs,vt ſtatim egrederentur de regione illa:nec mora,immundi illi ſpiritus ab oculis omnium *Cynops ſubmergitur.*
euaneſcentes diſparuerunt. Videſ autẽ turba quod in verbo Ioannis nõ cõparuiſſent illi quos ſuſci-
tatos credebant eſſe homines,indignati ſunt vehemẽter aduerſus eum,maximè adoleſcens qui pa-
trem ſuum vnum eorum eſſe credebat,& alter qui alterũ putabat ſuum eſſe filiũ:& tenẽtes Ioannem
cõminantes illi,vnus dicebat,reſtitue mihi patrem:& alter filiũ,quos exiſtimabãt Cynopẽ ſuſcitaſſe,
& qui circumſtabant pariter dicebant,ſi beneficus homo fuiſſes, non debueras reſtituta perdere ſed
perdita reuocare:ſed quia magus, quæ Cynops beneficia cõtulit,in perditionẽ illa conuertiſti: aut
ergo illos duos tu nobis redde,aut nobis propoſitum eſt te interficere.Quidam eorum dicebant: Si-
namus,nullum illi malũ inferamus,donec iuſtiſſimus Cynops redierit,& tũc tradet eum in iudicium
E ſempiternum.Et cõſenſerunt,quia ita Cynops præceperat,& vt de loco illo non diſcederent,tribus
ergo diebus & noctibus ieiuni magnis acclamationibus vociferantes,Maximè Cynops adiuua nos.
In illo loco permanſerunt, & multi eorũ in magnas infirmitates propter cibi inędiam & continuum
clamorem inciderunt, ita vt aliqui deficerent & in loco morerentur.

Diuus Ioan.vt.ſuſcitauit qui inędia defecerant oblatos diuinos honores abominatur. CAP. XXX.

VIdẽs,autẽ Ioãnes eos ſine ratione perire,miſertus ingemuit,& cœpit orare dicẽs, Domine Ie-
ſu Chriſte,qui me in hanc inſulam pro ſalute eorũ qui in ea habitãt miſiſti,immitte eis diſcre-
tionis ſenſũ,& cordis intelligentiã,vt ne vnus de populo hoc pereat,& facta oratione conſolabatur
eos dicẽs, Viri fratres audite me patienter,iã quartus aduenit quòd non comediſtis, & adhuc in ie-
iunio permanetis,expectãtes eum qui amplius non veniet.Nam ſcite Cynopẽ iuſta Dei ordinatione

abiisse in æternã perditionẽ: quapropter oro vos, abite hinc vnusquisque in domũ suã, & pro salute F
vestra cibũ sumite. Et cũ hæc dixisset, venit ad eos qui ex ieiunio defecerãt, super eos ita orãs, Domine Iesu Christe, qui in nouissimo die & in nouissima tuba genus hominũ, qui à sæculo dormierũt excitabis à morte, extende gratiã tuam super homines hos qui mortui iacent, vt reuiuiscant & excitentur à mortuis & continuò surrexerunt à morte. Quod signum cum vidissent turbę factum à Ioanne, ciderunt in terrã, & proni adorauerũt eum dicentes: Magister, nunc cognoscimus quia à Deo venisti. Et cum hęc dixissent, dixit eis qui ieiunio defecti erãt, ite filij in domos vestras, & sumite cibum & reficite animas vestras: Nam & ego etiam vadam in domũ Myronis qui conseruus est Iesu Christi, & postea egrediar ad vos, & ea quæ necessaria sunt, & abierunt vnusquisque in domum suam. Et nos abiuimus in domũ Myronis, & ex aduentu nostro magnũ gaudiũ factum est in domo Myronis. Et apposuit Myron mensam, & sumpsimus cibũ cũ eo. Diluculo autẽ, conuenit ferè tota ciuitas in illum locum dicentes, Myron, dignus es plurimorum bonorum propter virum Dei, & præceptorem bonum qui per te nobis manifestatus est. Perduc ergo eum foras ad nos, vt nos ab eo percipiamus verbum fidei. Putauit ergo Myron hæc illos dolosè petere, vt tenerent Ioannem, vt foras fortè eductũ interficerent. Quod cum vidisset Ioannes dixit Myroni, ne paueas frater, neque quicquam formides: Nam confido in Domino meo qui crucifixus est pro nobis, quia nulla mala cogitatio est in hominibus iis, & exiuit ad eos foras, quem vt viderunt turbæ, cœperunt dicere, tu es præcursor noster, & opifex animarum nostrarum, tu es magnus Dominus & Deus, qui illuminas hominem mirabiliter ad illuminationem immortalem. Hæc audiens Ioannes scidit vestimenta sua, & puluere caput respersit, & expauerunt omnes, & Ioannes silentium manu dixit, & tacuerunt. Et ascẽdit in eminentem iuxta domum Myronis locum, & cœpit eis dicere, Nolite errare fratres & blasphemare, non ego Deus sum: & aperiens scripturas incipiẽs à Mose per prophetas interpretabatur eis de filio Dei, & quomodo Deus pater filium suum vnigenitum misit in terras, natum de muliere, factum sub lege, vt eos qui sine lege erant, saluaret: cuius (inquit) filij Dei viui ego seruus indignus sum, qui me in hanc G
insulam misit vt à vobis ammoueam errorem, in cuius nomine & virtute, omnia hæc signa & mira
quæ videtis, facio. Et cum eis multa de scripturis enarrasset, descendit de loco illo, & iterum in- H
gressus est domum Myronis, ad quem tunc conuenerunt quidam de turbis, rogantes eum, vt baptizarentur, & eos adhuc instruens baptizauit: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Suscitantur à morte plurimi.

Diuinos honores Apostolus recusat.

Gal. 4.

D. Ioan. disputat de legè cum Iudæo, & curat infirmum.

CAP. XXXI.

DIe verò sequente egressi sumus cum Ioanne ego Myron, & triginta qui proximè baptisma susceperant, & venimus in hyppodromum, hoc est, in locum in quo solent esse cursus equorum. Morabatur autem illic Iudæus nomine Philon, sciẽs legem ad litteram. Quem cum videret Ioãnes, cœpit interrogare de libris Mosi & Prophetarum: ille verò respondebat illi ad litteram: & Ioannes interpretabatur secundum spiritũ, & cum illi non cõuenirent, dixit Philon, non est opus de scriptura pluribus contendere verbis, sed corde mundo & immaculato, & fides recta & bona placet Deo. & cum hoc dixisset, desiit Ioannes alloqui eum, & ecce haud lõgè iacebat quidam, qui vehemẽtibus vrgebatur febribus, iuxta quem assidebat iuuenis, qui cum vidisset Ioannem prætereuntem, & turbã sequentem, clamauit voce magna dicens, Apostole Christi miserere huius infirmi, qui malè febre ve- I
xatur. Est statim Ioannes appropinquans, sancto crucis signo dixit infirmo, In nomine Domini nostri Iesu Christi, cuius ego licet indignus seruus sum & Apostolus, surge, & vade in domum tuam sanus, & continuò eger surrexit sanus, & genua flectens ad pedes Apostoli, illi gratias agebat.

Signo crucis curatur infirmus.

Iudæus vt vidit vxorem à læprâ baptismo mundatam, credit & tingitur.

CAP. XXXII.

VIdens autem Philon, signum quod fecit Ioannes, apprehendens eius manum dixit, Magister quid est charitas? Respondit Ioannes Deus charitas est, & qui habet charitatem, Deũ habet. dixit Philon, si ergo quis charitatem habens Deum habet vt ais, ostende te nunc habere charitatẽ & ingredere domum meam, vt simul panem edamus & bibamus aquam, & Deus erit nobiscum. Et statim Ioannes illi acquiescẽs secutus est eum. Ingresso autem & cibo sumpto, vt prædicationẽ eius audiuit, vxor philonis rogauit eum vt baptizaretur. Erat autem mulier illa tacta lępra, & cutis alba vt K
nix: quæ cum suscepisset baptismum, omninò curata est à lępra sua, & tota munda. videns autem philon vxorem suam à lępra sanatam esse, qui prius erat inflexibilis & contentiosus, factus est humilis & modestus, & procidens ad pedes Apostoli dixit, Magister bone, per Deum illum quem prædicas, propitius esto mihi, & noli seruo tuo irasci quòd multa locutus sum in contemptum tuæ prædicationis: quæ me nunc pœnitet dixisse, sed præcor potius vt des mihi signaculum vitæ huius. Catechizato autem eo, & in fide Christi confirmato, baptizauit eũ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Philonis vxorem tactam lępra curat baptismus.

Blasphemiæ pœnas luit sacrificulus Apollinis. CAP. XXXIII.

SEquenti verò die valdè manè egressi sumus de domo Philonis, & conuenerunt ad nos multæ turbæ vt docerentur à Ioanne. venerunt autem & Sacerdotes Apollinis, qui prius congregauerant vt perderent Ioannem, quòd Templum Apollinis diruisset. Et steterũt coram eo vt viderent aliqua

A aliqua eius facta quæ reprehendere possent: & vnus eorum tentauit Ioannem dicens, Magister filiũ habeo vtroque crure claudum, redde eum sanum & credam in eum qui crucifixus est, vt prædicas. Respondit illi Ioannes, si credideris, sanabitur filius tuus. Qui respondit, sana eum prius & postea ego credam: cui Ioannes noli imprudenter loqui, scio quia tentator es, & blasphemias inferre tentas, & ideo in nomine eius qui crucifixus est eris vtroque crure claudus, & continuò ex vtraque parte effectus est claudus, vt ambulare non posset, & dixit Ioannes vni, vt me vocaret, & ego statim veni corã Ioanne, & dixit mihi, fili Prochore, vade ad filium Sacerdotis Apollinis, & dic ei, dixit Ioannes Magister meus in nomine filij Dei qui cruxifixus est, sub Pontio Pilato præside, veni ad me, & accedens ad eum locutus sum ei verba quæ Ioannes præcepit mihi, & ilicò surrexit sanus & incolumis, & secutus est me. Et cum venissemus ad Ioannem, ille qui sanus effectus est prouolutus ad pedes eius, gratias illi agebat. Videns autẽ pater quod filius sanus esset, exclamauit voce magna, Miserere mei Apostole benedicti Dei. Et Ioannes continuò misertus illius signauit eum signo crucis, præcipiens vt surgeret, & confestim surrexit, qui prouoluens se ad pedes Apostoli rogauit eũ vt baptizaretur, & bapti-
B zatus est ab eo, & ille nos duxit in domum suam & mansimus apud illum die illo.

Blasphemiæ pœna.

Signũ crucis blasphemum sanat.

Scripta Epistola curatur hydropicus & baptizatur. CAP. XXXIIII.

ALtera verò die contulimus nos in porticum, quæ Domitiani vocabatur, & illic conuenerunt multæ turbæ ad Ioãnem. Erat autem illic homo quidam hydropicus, qui decem & septẽ annos infirmitatem habens decidebat, vt neque se mouere, neque verba proferre posset, is iudicio atramentum & cartam petens scripsit ad Ioannem, Apostole Christi Ioannes, ego infœlicissimus obsecro te vt mei miserearis in hac mea infirmitatis necessitate. Accipiens autem Ioannes Epistolam, & legens gauisus est in viri fide, & scripsit ad eum. *Homini hydropico Ioannes Christi seruus & Apostolus salutem.* Postulas à me tuæ infirmitatis opem, & in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti, ab infirmitate
tua dimittaris, & esto sanus: & cum accepisset qui aquam patiebatur, epistolam, & legisset, surrexit sa- *Epistola curatur hydropicus.*
nus, nullã in se sentiens infirmitatis læsionem. Et turbę id signum videntes, quod Ioannes hydropico
C fecerat, mirabantur, & tanto magis ardebant eius audire prædicationem. Et qui sanus effectus fuerat procidit ad pedes Ioannis rogans vt daret ei signaculum Christi, & baptizauit eum Ioannes In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Præsidis domus benedicitur, vxor partu liberatur & tingitur. CAP. XXXV.

VM autem ab illo loco discederemus, ecce quidam missus à præside nobis obuius factus est, & dixit ad Ioannem, Apostole Christi Filij Dei, festina venire in domũ præsidis: vxor enim præsidis prægnans dum venisset ad tempus pariendi, laborabat in partu, & parere non poterat. Profectus est ergo Ioannes, & dum ingrederetur domum præsidis, vxor eius partu leuata est. Et dixit Ioannes præsidi, qua ex causa me accersiri iussisti? dixit præses, vt benediceretur à te do- *Domus benedictio.*
mus mea. Cui Ioãnes, si credis in Iesum Christũ filiũ Dei, eris tu & domus tua benedicta. Gaudẽs autẽ præses salute facta ex aduentu Ioãnis, dixit illi, credidi, & credo in Deũ qui te misit pro salute nostra, & postquã Ioannes docuit eum quomodo credere debeat in Patrem, & Filium, & Spiritũ sanctum, baptizauit eum, & pariter rogauit eum vxor eius vt baptizaretur: sed nos & Ioannes, donec cõ-
D pleuisset quadraginta dies purgationis, * & contulit præses Ioanni multã pecuniam, orans vt eam re- *Mulier à partu 40. dies domo claudi debet antequam purificetur.*
ciperet, & domus sua esset benedicta, cui Ioannes dixit, non poterit pro hac pecunia domus tua benedici, sed vadens offer eam pauperibus pro nomine Christi, & erit domus tua benedicta. & mansimus continuo triduo in domo præsidis, & inde egressi venimus in domum Myronis, vbi conuenerunt turbæ multæ petentes vt audirent Ioannem.

D. Ioan. dæmonem qui se Deum lupum nominabat expellit, mactandósque illi homines liberat.

CAP. XXXVI.

DEinde mansimus in foro ciuitatis annis tribus, & postea egressi sumus in aliam ciuitatem distantem stadiis quinquaginta. Et hęc ciuitas populosa erat, idolorum multitudine repleta, & in phano ludificamenta erãt: quæ apud eos mendacia Deorũ dicebantur. Et ciuitatẽ in circuitu alluebat flumen. Dũ ergo ingressi sumus ciuitatẽ, nemo nos agnouit, & apud eos erat. * introeuntibus autem nobis, virũ quendam publicũ inuenimus, maiores ciuitatis viros duodecim vinctos habentẽ.
E Et Ioannes quosdam qui astabant interrogauit, qua de causa illi vincti essent, qui respõderunt, quia in noua luna singulorũ mensiũ duodecim detinentur, qui offeruntur iugulati in sacrificiũ Deo lupo. Dixit Ioannes, vellẽ scire quis ille Deus sit lupus. at ille respondit, Circa horam diei quartam veniẽt *Deo lupo immolantur homines.*
Sacerdotes multa comitãte turba sacrificia offerẽtes: si ergo eos sequi volueris, videbis lupũ, & quod illi offerẽt sacrificiũ. Dixit Ioãnes, video te virũ beneuolũ, ego verò aduenticius sum, ideo te rogo vt ostẽdas mihi ipsum, id enim desidero: si autẽ ostẽderis mihi ipsum, habeo precio sam margaritã, quæ non potest vllo cõparari precio, quã tibi dabo. Hæc audiens homo, duxit nos ilicò in eũ locũ in quo habitabat lupus, & dixit, ecce venimus in locum, da mihi margaritã, & ego ostendã tibi lupum, dixit mihi, tantũmodò crede mihi, cũ ostẽderis mihi illũ, recipies margaritã à me tibi promissã, nec multò pòst ascẽdit de flumine lupus, dixítque illi Ioãnes, adiuro te spiritus immũde, dic quot annos in hoc habitasti loco? dæmon respondit, septuaginta: ait Ioannes, præcipio in nomine Patris, & filij, & spiri-

tus ſancti, vt exeas ab hac inſula, & ſtatim ſpiritus immundus incuſſibilis diſparuit, & cum hoc vidiſ- F
ſet homo ille, continuò cecidit pronus ad pedes Apoſtoli, & dixit, miſerere mei homo ſancte, die
mihi quæſo quis es, & vnde, qui talia admiranda facis? qui diis volũtatem tuam præcipis, & cum tre-
more obediunt tibi. Reſpondit Ioannes, ego ſum Apoſtolus & ſeruus Ieſu Chriſti filij Dei, hunc au-
tem lupum quem tu Deum eſſe credebas, dico tibi pro verò, ſpiritum eſſe malignum, qui multas ho-
minum perdidit animas, & ideo me miſit dominus meus Ieſus Chriſtus, in hanc inſulã, vt ab ea om-
nes immundos ſpiritus expellam, & perſequar, & Euangelizem hominibus huius ciuitatis veritatẽ.
Hæc audiens vir iterum procidit in faciem ſuã dicens, Apoſtole Chriſti fac mecũ miſericordiã, vt &
ego merear eſſe filij Dei ſeruus. Et incipiens Ioannes diuinam ſcripturam aperire, docuit eum quo-
modo deberet credere in patrem, filium, & ſpiritum ſanctum, & ſequẽti die baptizauit eum, & dixit
ei: ecce accepiſti precioſiſſimam margaritam. Et cum hæc dixiſſet, venerunt in locum Sacerdotes cũ
Margarita preciosa. pueris duodecim ferro reuinctis, gladios in manibus tenentes, vt eos interficerent, Deo ſuo lupo ſa-
crificandos, & cum gaudio aduentum dæmonis expectabant, quem Deum eſſe credebant. Poſtquã
diu expectauerunt, appropinquans Ioannes dixit, ô viri ignari, viam veritatis neſcientes, quem vos G
hic expectatis lupum, & quem pro Deo colitis, dæmon eſt, & malignus ſpiritus: ego eum in nomine
Domini Ieſu Chriſti filij Dei ab hac regione expuli, in vanum enim hic eum expectatis, neque am-
plius veniet, ſoluite ergo pueros hos, & credite in dominum Ieſum Chriſtum verum Deum, & verũ
hominem, qui crucifixus eſt pro totius mundi ſalute, & relinquite ſpiritum nequam qui ſeducebat
vos contra animarum veſtrarum & puerorum veſtrorum ſalutem. Hæc autem audientes, & videntes
eum cum fiducia loqui, turbati ſunt valdè, & nullus eorum audebat ei reſpondere, neque loqui ad
adinuicem illa hora: ſed timebant ne fortè lupus veniret, & inuolueret fluctus fluminis ſuper eos ſi
Lupo mactandos liberos ſoluit D. Ioãnes. crederent peregrino. Et Ioannes iterum ad eos dixit, ſoluite pueros, ſicut dixi vobis, & ſinite abire
liberos, & nolite dæmonem timere, neque expectare vlterius, nam præcepto Domini Ieſu Chriſti
per me hinc deiectus eſt, & cum nullus Sacerdotum reſponderet, acceſſit Ioannes, & ſoluit pueros,
dixitque eis, ite in ciuitatem ad patres veſtros, & matres, & fratres, & amicos: nã nullus propinquorũ
eorũ ſecutus fuerat eos. Et acceſſit ad Sacerdotes, & accepit gladios de manibus eorum, & illi omnes
expauerunt, neq; vllus auſus fuit ei loqui malũ verbũ: protexerat enim eum dominus, & induebat ne H
ne tangerent eum, aut iniuriam aliquam ei inferrent. Introierunt ergo tandem omnes in ciuitatem,
& Ioannes venit in locum vbi erat parua porticus, & conuenerunt turbæ multæ ad eum vt audirent
verbum eius. Ille autem cœpit eos docere à ſacris litteris quæ prænunciata erant de filio Dei: & qui-
dam eorum verbum eius crediderunt, quidam verò non: plurimi tamen eum libenter audiebant, &
gratias ei agebant, quia pueros à morte liberaſſet: & ſoli Sacerdotes eum odio habebant, nec volue-
runt ab eo baptizari, nec obedire verbo eius.

Filium Sacerdotis oppreſſum in balneis à dæmone, ſuſcitat & tingit Apoſtolus.

CAP. XXXVII.

IGRat autem in illa ciuitate balneum, in quo vnus ex filiis Sacerdotum à dæmone fuerat ſuffo-
catus: erat enim dæmon ille qui ex Epheſo à Ioanne deiectus fuerat, & qui filium Dioſcori-
dis ſuffocauerat, audiens autem Sacerdos eius filium ſuffocatum eſſe, cucurrit ad balneum, & vt vi- I
dit ſuum filium mortuum humi iacentem, dolens & triſtis receſſit, & acceſſit ad Ioannem, & dixit ei:
Nũc tempus credendi eſt in eum qui te miſit, & quem tu ipſe prædicas, nã filius mihi in balneo ſuf-
focatus interiit, ſcio ſi volueris potes mihi eũ reſtituere viuum. Cui Ioannes, etiam tibi reſtituetur,
& apprehendit Ioannes manum Sacerdotis, & duxit eum Sacerdos vſque ad locum, & nos ſumus
eos ſecuti. cũ ergo ingreſſi fuiſſemus allatus eſt puer mortuus & poſitus ad pedes Ioãnis, & dixit Sa-
cerdos Ioanni, per Deum quem veneraris, & prædicas, ſuſcita illum, ſtatímque Ioannes apprehenſa
In nomine Ieſu ſuſcitatur mortuus. manu adoleſcentis dixit, in nomine Domini Ieſu Chriſti filij Dei ſurge, & ilicò viuus ſurrexit. & dixit
Ioãnes ad puerum, quid tibi contigit fili: Reſpondit puer, dũ me in balneo lauarẽ, emerſit ab aqua vir
quidam æthiops, & me protinus ſuffocauit. Cognouit autem Ioannes quod dæmon eſſet, & intrauit
balneũ. Dæmon autem clamare cœpit horrẽti voce: Ioannes Apoſtole Chriſti & ab eo dilecte, oro-
te per dominũ & Magiſtrũ tuũ, ne me hinc velis expellere. Ioannes autẽ dixit, quot annos hîc habita-
ſti? reſpondit dæmon, ſex dũtaxat: nam ego ille ſum qui in Epheſo habitabã in Dioſcoridis balneo, &
Adiuratio Dæmonis. à te illinc eiectus hic habito. dixit Ioannes, præcipio tibi immunde ſpiritus in nomine Ieſu Chriſti, K
vt de loco iſto & inſula exeas, neq; de cętero vlli hominũ noceas, ſed abi in deſerta loca: & ſtatim abſ
ceſſit ſpiritus immũdus. Vidẽs autẽ Sacerdos cũcta quæ fecerat Ioãnes, flexis genibus orat eũ dicẽs,
Domine ecce ego & filius meus & vniuerſa domus mea in tua volũtate ſum⁹, & omnia tuo ſubdũtur
arbitrio, quicquid præceperis, faciemus, & tibi parebimus in omnibus. Dixit Ioãnes, crede in eũ qui
crucifixus eſt Ieſum Chriſtũ filium Dei, & eris ſaluus tu & domus tua. Reſpõdit Sacerdos, credo per
te qui es Apoſtolus & Diſcipulus Ieſu Chriſti filij Dei. & duxit nos in domum ſuã. & flexis genibus
orabat dicens, da mihi & filio meo baptiſmum, & vniuerſæ domui meæ. docuit autem eos Ioannes,
& in vera fide inſtruxit quomodo credere deberent in Patrẽ, & filium, & Spiritũ ſanctũ, & baptiza-
uit eos cum omnibus qui erant in domo. & manſimus cum eo tribus diebus gaudentes & exultan-
tes in omnibus quæ fecit Dominus per Apoſtolum ſuum Ioannem.

In Phlago

A *In Phlago liberatur Dæmoniacus, qui cùm matre & domeſticis Baptiſatur.*

CAP. XXXVIII.

GVarta autem die è domo Sacerdotis exeuntes venimus in quendam locum qui Phlago dice-
batur, vbi ferè tota conuenit ciuitas ad audiendum ab ore Ioãnis verbum Dei. & ecce quædã
mulier aduoluta pedibus Ioannis dixit, adiuro te per Deum quem annuncias, miſerere mei.
Dixit autem illi Ioannes, quid vis vt faciã tibi mulier? dixit, filiũ mihi reliquit vir meus cũ infans ad-
huc eſſet trium annorum, ego eum cum multo labore educaui donec eſſet adultus, ſpiritus autẽ ma-
lignus inuaſit eum, & ego omnes diuitias meas cum hominibus Magis conſumpſi, & non potuerunt
liberare eum: quare precor te Apoſtole Chriſti, vt curetur filius meus. Ioannes reſpondit, adduc eũ
ad me, & Chriſtus eum curabit: & confeſtim mulier abiit, & ſex cum ea vt adducerent eum: & cum
illi apprehendiſſent puerum, dixerunt ei, veni ad Ioannem Apoſtolum Chriſti vt expellat à te ſpiri-
tum immundum, & ſtatim ab eo diffugit ſpiritus immundus priuſquam duceretur ad Ioannem. Ac- *Audito Ioãnis nomine fugit Diabolus.*
B cipiens itaque mulier filium ſuum ſanum duxit eum ad Ioannem, & procumbens ante pedes eius ro-
gabat dicens, da mihi Domine & filio meo baptiſmum Chriſti: & cõfirmauit eam & vniuerſam eius
familiam, & baptizauit, & manſimus apud eam tribus diebus.

Templum Liberi patris duodecim Sacerdotes ruina oppreſſit.

CAP. XXXIX.

DEinde exiuimus de domo eius & ſequebatur nos plurima turba, quam docebat Apoſtolus. Et
venimus in locum quendam vbi erat templum quod à gentibus vocabatur templum Liberi
patris, quem Deum eſſe aſſerebant & in hoc pollutum templum introiuit multitudo populo-
rum offerens vinum multum, & abundantiam cibariorum. Et mos erat in ſolenni quadam die con-
ſtituta, viros & mulieres ſine pueris introire, & bibere, & manducare, & poſt crapulam impetum ad
alterutrum facere more inſanientium equorum, & per inſanum deſiderium viros cum mulieribus
ſuccumbere. Accidit autem vt illa die Apoſtolus Ioannes prædicaret, qua quidem infandam exer- *Bacchantium intemperantia.*
C cebant ſolennitatem: & congregati vniuerſi ad complendam eorum maliciam, dicebant Ioãni, ſuf-
ficiat tibi hactenus corruptela malorum ſeminum, quæ inter inſipientes ſeminaſti: abi nunc de loco
hoc, quia dies eſt ſolẽnis magni Liberi patris, quem nos obſeruamus, diſce de ergo ocyùs, ne te malè
puniat. Ioannes nec propter eorum ſolẽnitatem, nec propter intentas minas diſcedebat, ſemper do-
cens eos qui libenter verbũ veritatis audiunt. Et erãt in illo polluto templo duodecim ſceleratiſſimi
Sacerdotes, qui vbi viderunt Ioannem à predicatione non ceſſare, neque à loco diſcedere, violentas
manus in eum iniecerunt, & multis cum plagis impiè ac crudeliter affecerunt: extruderunt eum de
loco, & ligatum iacentem in terram dimiſerunt, abieruntque in templum. Sciens autem Ioannes il-
los & populum ad eorum nefandam conſuetudinem implendam introiſſe, fleuit amare, & exclama- *Ad orationẽ B. Ioannis ruit templum Liberi patris.*
uit ad Dominum dicens, Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, ruat phanum Liberi patris: & ſtatim pha-
num ruit: & interfecti ſunt duodecim Sacerdotes illi. Cumque populus vidiſſet ruiſſe templum, &
Sacerdotes interiiſſe, timuerunt valdè: & dixerunt adinuicem, vadamus ad Ioannem, rogantes eum
D vt oret pro nobis, & ne iraſcatur contra nos, deſcendatque ignis de cœlo precibus ſuis, & conſumat
nos. Et ſtatim venerunt ad Ioannem, & liberauerunt à vinculis, & rogabant eum: & continuò Ioan-
nes ſurrexit, & cœpit prædicare populo.

Nucianus Magus in excitandis à morte duo decim Sacerdotibus ſe Apoſtolo præferens, excæcatur.

CAP. XL.

IGRat autem in illa ciuitate homo quidã nomine Nucianus: & nomen vxoris eius Flora. Et duos
habebat filios: cuius maioris natu nomen erat Policarpus, Nucianus verò inſtructus erat mul-
tis malis artibus, & maleficiis multis imbutus: & multi necromantici libri erant apud eum in
domo ſua repoſiti. Venit ergo ad Ioannem, vbi vidit templum collapſum, & illiſos duodecim Sacer-
dotes: & dixit ad Ioannem, magiſter, tunc omnes te diligent, facias duodecim Sacerdotes qui mor-
tui ſunt, reſurgere. Reſpondit Ioannes, ſi digni eſſent vt à Deo ſanctificarẽtur, nunquam in templo
E mortui eſſent. Nucianus dixit, & ego gloriam tuam imminuam. Nam & ego eos ſuſcitabo, & erit tibi
ſupplicium, quia homines vita eorum ſpoliaſti: alioquin ſi ſuſcitauerit eos credam in crucifixũ quem
tu prædicas. Et his dictis diſceſſit Nucianus: & ruinas Templi circuiens, arte dæmonica fecit aſtare
ante ſe duodecim dæmones in ſimilitudinem duodecim Sacerdotũ: & dixit ad eos, venite poſt me, *Nuciani Magus.*
& faciam vos Ioannem interficere. Reſponderũt dæmones, non poſſumus in loco vllo habitare vbi
ſteterit pes eius: ſed ecce ſtabimus hîc, tu verò adduc populum in hũc locum vt ipſi nos videãt ſuſci-
tatos, & ita credant, & vadant, & lapident Ioannem. Conſentiens his verbis Nucianus, venit ad Ioã-
nẽ: & circũſtante turba exclamare cœpit voce magna, ô viri, vt quid ſeducti eſtis per homines hos,
& eorum ludificamenta: vobis loquuntur inepta verba, & nihil facere poſſunt? Nam & ego conue-
niens Ioannem, Dixi illi, ſuſcita mortuos, & ego credam in eum quem tu prædicas crucifixum: alio-
quin ſi illos ſuſcitauero, tu malè peribis, qui indignos perire feciſti. Reſpondit autem mihi, quia non
ſunt reſurrectione digni & vita: & ecce ego ſuſcitaui eos, & vobis videntibus incolume inſuper reſti-

suam Templum. Nunc autem vos omnes me sequimini, vt viuos videatis, & postea Ioannes magus F
malè pereat: & nolo vt ipse, neque discipulus eius illuc veniant: sed maneant in loco isto. Cum turba
à Nuciano hæc verba audisset, quòd Sacerdotes suscitati essent, relicto Ioane secuta est Nucianum.
Et cogitabant turbæ quomodò nos malè perderent: sed Ioannes & ego sine turba venimus ad ruinam Templi: sed vbi dæmones Ioannem viderunt, priusquam appropinquaremus, subitò euanuerũt
& disparuerunt ab oculis nostris. Nos autem abscondimus nos in quadam scrobe iuxta ruinam Tẽpli. Et cum venisset Nucianus vniuersa comitante turba, iuxta demolitum Templum, cœpit magicis
execrationibus vocare dæmones illos quos dicebat esse Sacerdotes: & non respondebant ei, neque
se manifestabant, vt fecerant prius: & cum tota dies illa à mane ad decimam horam cõsumeretur, &
nihil suis inuocationibus proficeret Nucianus, iratus populus voluit Nucianũ occidere dicens, ma-
ligne cur feci sti nos nostrum magistrum & bonum instructorem relinquere, vt crederemus tuis ver-
bis fallentibus? Et quidam voluerunt impetum in eum facere: sed alij inhibuerunt dicentes, non in-
Nucianus ad D. Ioannem adducitur. terficiamus eum: sed ducamus eum ad Ioannem, & quicquid præceperit faciendum, illud sine mora G
sit exequendum. Tunc Ioannes dixit mihi, fili Prochore: reuertamur in locũ vnde turba dimota est.
Surreximus ergo & venimus in illum locum. Et venit turba, & adduxerunt Nucianum coram Ioan-
ne dicentes, Magister hunc probauimus mendacem, & viam veritatis volentem subuertere: & vo-
luimus eũ interficere, sicut & te interficere moliebatur: & nunc eum ad te adducimus, vt secundum
sententiam tuam illum perdamus. Respondit autem Ioannes, sinite tenebras abire in tenebras: vos
autem permanete in veritatis luce, ne vos tenebræ apprehendant, & verè salui eritis: & non permisit
eos interficere Nucianum. Tũc plurimi de turba rogabant Apostolum vt baptizaret eos: quibus di-
xit, sequimini me vsque ad flumen, & illic vos baptizabo. Docuit, autem eos quomodò credere de-
berent in Patrem, & filium, & Spiritum sanctũ, & eos perduxit ad flumen. Fecerat autem Nucianus
malefica arte, vt tota arte sanguinolenta videretur, & expauerunt omnes: & beatus Apostolus ad do-
minum dicens, Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui splendidas naturas & omne genus animantiũ
tuũ posuisti in vsum homini, restitue aquam fluminis huius in naturam & conditionem quæ à te ab
initio data est ei, & cæcitate percute Nucianum vt qui alios errare satagit, ne in domũ quidem suam H
norit regredi. Et ilicò in verbo Ioãnis purgata est aqua, & in priorem naturam reuersa: & Nucianus
Nucianus excæcatur. in eodem loco cæcus remansit: & postea Ioannes Apostolus baptizauit omnes qui baptizari requi-
rebant, & baptizati sunt in die illa ducenti viri. Nucianus autem solatio visus priuatus clamauit ma-
gna voce dicens, Apostole benedicti filij Dei miserere mei: & da mihi signaculũ Christi, & sana me,
& restitue mihi visum oculorum & corporis mei. Ioannes verò pietate motus apprehendit dextram
Nucianus baptizatur. eius & duxit eum ad flumen, docens eum vt confideret in Domino Iesu Christo: & baptizauit eum
in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti: & continuò aperti sunt oculi eius, & vidit sicut prius, & du-
xit nos gaudens in domum suam.

Nuciani & Iudæi familiæ baptisantur.

CAP. XLI.

ERant autem in domo Nuciani Idola: & dum Ioannes ingrederetur domum, corruerunt, &
omnino perfracta comminutaque sunt tanquam puluis. quod videns Nucianus multo magis
credidit in Dominum nostrum Iesum Christum: & confirmata est validiùs fides eius. Similiter autẽ I
& vxor eius, & filij eius, & vniuersa eius familia hæc videntes, crediderunt in Deum, & baptizati sunt
ab Apostolo collaudantes magnalia Dei. Et mansimus apud Nucianum diebus decem: & ipsis cõ-
summatis egressi sumus de ciuitate, & venimus in aliam, quæ tredecim distat miliaribus: & obuiauit
nobis Faustus vir Iudęus, sobrius admodum & benignus, & duxit nos in domum suam: & prædican-
Iudæus credit te Ioanne credidit in dominum Iesum Christum ipse & omnes qui erant in domo eius, & baptizati
sunt vniuersi.

Apostolus prædicit Sosipatro quid sibi contingat ex amore matris nimium impudico.

CAP. XLII.

ERat autem in ciuitate illa mulier quædam diues, nomine Prodiana, formosa valdè, & vidua,
quę filium habebat vnicum, Sosipatrum, annum ętatis suæ vicesimum quartum agentem, spe-
tiosum valdè inter homines, sed castitatis amatorem, & imitatorem cõtinentiæ Ioseph. Nam mater K
eius Prodiana, instigante diabolo fœda in eius desiderium ardebat concupiscentia: & dicebat ad fi-
lium, fili mi Sosipater, magnam & penè innumeram possidemus substantiam: manducemus & biba-
mus & hilariter viuamus: non enim habeo alium virũ quàm teipsum: nec volo vt aliam habeas quàm
me vxorem, ego adhuc iuuencula sum & decora. ero tibi pro vxore, & tu mihi pro viro: neque sinas
alium virum introire, nec ego ad te aliam sinam introire mulierem. Intellexit autem Sosipatrus falla-
ciam suæ matris, & venit ad locum in quo Ioannes concionabatur ad populum vt audiret ver bum
Materim filiũ intemperans. Dei: & cum vidisset quosdam de turba detrahentes Ioanni, & quòd vir fallax esset, secessit ab eis: &
appropinquauit loco in quo prædicabat Ioannes. Et finita prædicatione, venit ad eum Ioannes: co-
gnouit enim per spiritum maliciam diaboli, quam aduersus iuuenem machinabatur, & quomodò
vrgebat matrem eius ad subuersionem castitatis eius: & dolebat vehementer. Intuens eum dixit ei
per si-

per similitudinẽ, Sosipatre Sosipatre? Quid, inquit, bone Magister, & ait illi Ioannes, quædã mulier A
erat in quadã ciuitate, & erat ei filius vnicus, formosus adolescens: erat autem mulieris nomen sedu-
ctrix, & filij nomen seducendus: & erãt ambo diuites multùm: & immisit malignus in cor matris vt
seduceret filiũ: seductrix igitur nitebatur seducere seducendum: Seducendus autem resistebat, &
non seducebatur. aliquo igitur exacto tempore mater Seductrix egrè ferebat filium inseductum, a-
deò vt morti vellet eum tradere, & accusauit eum apud iudicem tanquam seductum, cum ipsa sola
esset seducta. Iussit ergo iudex eum auferri, & interficere ad vlciscendum seductionis crimen sibi à
matre impositum: sed Deus qui est iudex summus, videns eum mundum esse, & innocentem, & ab
iniquo iudice & à seductrice matre liberauit, & noxios condigna pœna mulctauit. Quem igitur
ô Sosipatre dignum est laudare, matrem ne an filium? Tunc Sosipater, non aliter quam terra
sitiens pluuia susципit, reddens vberem fructum, verbum Ioannis intimè susципiens dixit, Magister
bone, dignum est laudari filium, & matrem culpari. Cui Ioannes, Rectè inquit respondisti: vade igi-
tur fili mi saluus in domum tuam, & intende in matrem tuam sicut in matrem, & non sicut seductri-
cem; & vltio superni iudicis liberabit te. Sosipater autem conscius cui Ioannes hunc sermonem di- B
xerit, prouolutus ad pedes eius adorauit eum & dixit, Domine si dignus, sum, sequere seruum tuum
in domum suam: ego seruus tuus apponam tibi panem & aquam, & mãducabis & bibes: & erit do-
mus serui tui per aduentum tuum benedicta. Ioannes autem secutus est Sosipatrum, & ingressus est
domum eius, quod cum vidisset Prodiana, repleta est ira multa: & dixit ad Sosipatrum nunquid
dixi tibi fili mi, ne dimittas alium virum introire ad me, neque ego ad te sinam aliam introire mu-
lierem? quare induxisti duos viros ad ludificandum Domui nostræ? Dixit autem Sosipater ad eam:
noli mater de hominibus his talia suspicari: non enim ad hoc introierunt domum hanc: sed vt appo-
nam eis panem & aquam: & cum parum comederint & biberint, statim abibunt. Nequaquã inquit
Prodiana, edent & bibent: sed cũ iniuria eos de domo mea expellam: ne fortè cor tuum & mentem
immutent, & faciant vt me odio habeas matrem tuam, & sic propter amorem tuum mori me co-
gant. Dixit Sosipater, Nequaquam ita futurum est mater: Nam in mundo non est qui possit me in o-
dium tui conuertere. Audiens hæc Prodiana, consensit Sosipatro vt faceret peregrinis quod libe- C
ret, sperans per hoc amplius in desiderium suum eum allicere. Apposuit ergo Sosipatrus mensam, *
& solus nobis ministrabat & comedit nobiscum. Prodiana verò sedebat non procul * attentè au-
scultans, vt audiret verba Ioannis ad filium suum loquentis, vt possit eum in aliquo reprehendere
si quicquam dixisset quod eius displicuisset voluntati. Ioannes autem cognoscens nequitiam mu-
lieris, tacuit, nec vnum verbum ad Sosipatrum locutus est. Postquam autem manducauimus, dixit
Ioannes Sosipatro, egredere fili è domo tua, & veni nobiscum. Et continuò Sosipatrus surgens se-
quebatur nos. Dum autẽ venissemus ad extremam ianuam, voluit Sosipatrus sequi Apostolum ad
audiendum verbum Dei: præsertim cum nihil dum manducaremus audisset ab eo. Percipiens au-
tem id Prodiana, venit, & apprehẽdit filium suum Sosipatrum dicens illi, veni fili mi in domũ tuam.
Dixit illi Sosipatrus, sine me mater modicũ sequi homines hos, & continuò ad te reuertar. Dixit illi
mater, nunquid reuerteris & adimplebis desiderium meum? & permisit abire. Reuersus est ergo So-
sipater, & mater eius voluit deducere in secretum domus suæ locum, vt expleret eius desiderium: &
frequenter eum conturbauit, & Deus liberauit eum à mortifero veneno malæ voluntatis matris
Insania ex amore filij impudico. D suę. Videns autẽ Sosipatrus matris suę insaniam, & paratã illi malã voluntatẽ: studuit verbis dulcibus
matris animũ auertere: & dixit illi, mater ingredere domũ tuã, vt ego citò te sequar. Illa autẽ appre-
hensum noluit dimittere eum. Sosipater autẽ ipse ab ea discerpsit, & noluit in domum suam redire
propter eam. Quarta autem die furibunda Prodiana è domo ad requirendũ filiũ suum egressa, venit
in locum vbi Ioannes prædicabat: & circũspiciens in turba non vidit eum, nam illic non erat. Quẽ
cum non vidisset, discessit, & ea abeunte non longè à loco, ecce Sosipatrus factus est illi obuius. ipsa
autem appropinquans apprehendit vestimentum eius, & tenuit eum vehementer: at ille dixit ei, si-
ne me modo mater, & quæcunque tibi sunt animo, faciam: illa verò non sinebat eum abire.

Mater quæ innocentem filium incestus accusauerat, Iudex quoque qui damnauerat Apostolo iudice puniuntur.

CAP. XLIII.

EO tempore, insulæ illius factus est Proconsul quidam, Græcus nomine, crudelis & immisericors: qui Christum & christianos odio persequebatur. Et ingressus est locum, vt eiiceret nos E
de ciuitate: & cum transiret per ciuitatẽ, accidit eum transire per locum, vbi Prodiana per vestimẽ-
ta detinebat filium suum. Videns autẽ Prodiana proconsulem, exclamauit voce magna, ô procon-
sul adiua me: & illa capitis sui velamen detrahens, capillos præ amaritudine, quam aduersus filiũ
suum gerebat, vellebat, & multas profundebat lachrimas, dixit autem illi præses, quid tibi est? quid
vis? & quæ tanti causa doloris? Tunc Prodiana dixit: mulier sum vide, & iste filius meus est, quẽ post
mortẽ mariti à quatuor annis ad hanc vsque ætatẽ nutriui, & hodiè decima dies est quo non cessat
mihi molestus esse, & vult mecũ vi concũbere: Proconsul hoc audiens iussit apprehendi Sosipatrũ,
& iussit * bouis sui, & mortiferas bestias, serpẽtes, viperas, & aspides, pellibus includi: & proiici intus
Sosipatrũ, vt eũ miserabiliter occiderẽt. Paratis igitur pellibus, & bestiis ad perditionẽ Sosipatri, ac-
currit athleta fortissimus Ioãnes, clamãs voce magna, Pro cõsul, iniustè iudicas aduersus pudicũ & in

** deest quidpiam.*
Præceps iudicium.

fontem iuuenē: quibus teſtibus innocentem condemnaſti? Tūc Prodiana apprehēdit Ioānem clamans magna voce, Proconſul adiuua me: per fontem enim hominem hunc, iniuriam mihi infert filius meus. Nam me contradicente adduxit eum in domum meam ad bibendum & comedendum, & comeſtione ſumpta reduxit filium meum aduerſum, & docuit eum vt hanc mihi inferret moleſtiam. Hæc autem audiens Proconſul, iuſſit Ioannem teneri, & preparari plura & ampliora coria: & iuſſit plures mortiferas beſtias immitti, & Ioannem pariter cum Soſipatre iuſſit interimi, vt eadem morte eos afficeret. Apoſtolus autē ſuſpiciens in cœlū ſuſpirans dixit, Domine Ieſu Chriſte, cuius natura eſt immobilis, & cuius virtus inuicta, precor tuam immenſam miſericordiā vt locus totus ſit inſtabilis & inquietus, propter inconſtans & iniuſtum proconſulis iudicium, donec tua ſumma potentia id reuocare dignetur. Et ſtatim prece Ioannis finita, factus eſt grandis terræmotus, & omnes præ timore ceciderunt in terram. Et quia proconſul iniuſtè manum extenderat in Ioannem ad condemnandū Ioannem, remanſit manus eius arida, & Prodianæ vtrūque brachiū, quo apprehendit Apoſtolum & filium, retortum, vnum ſurſum & alterum deorſum, & oculi eius in capite verſi: & omnes à ſerpentibus & mortiferis læſi ſunt, excepto Ioanne, Soſipatro, & me, qui remanſimus penitus illæſi. Proconſul vero intelligens hanc vindictam à Deo eſſe inflictam, compunctus corde dixit ad Ioānem, Apoſtole Chriſti, ſerue Dei benedicti, redde mihi brachium & manum in ſua loca ſana, & ego firmiter credā in eum quem prædicaſti. Ioannes verò vt erat mitiſſimus, miſericordia motus, ſuſpiciens in cœlum cum gemitu orauit ad Dominum dicens, Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, qui in loco iſto oſtendiſti virtutem tuam ad eruditionem aſtantium, deleat horum hominum delicta miſerationum tuarum multitudo: ita vt omnes ſalui fiant & incolumes, ſicut prius ſine concuſſione reſideat terra. Et finito verbo Apoſtoli, quieuit terræmotus, & proconſuli ſanitas reddita eſt, & Prodiana facta ſana: & omnes quicunque, morſi à ſerpentibus fuerunt, aut ex caſu læſi incolumes facti.

Temerarij iudicij diuina vltio.

F G

Proconſul, & Prodiana ſanitati redditi baptizantur.

CAP. XLIIII.

H

PRoconſul verò duxit nos in domum ſuam, & appoſitis menſis manducauimus apud eum: & in craſtinum rogauit Ioannem vt daret ei ſignaculum Chriſti: Et Ioannes inſtruxit eum quomodo credere deberet, & baptizauit eum. Videns autem præſidis vxor virum ſuum baptizatum, accipiens filium ſuum procidit ad pedes Apoſtoli dicens, Apoſtole Chriſti fac me & filium meum huius gloriæ participes: & lætatus Proconſul cum omni domo ſua, quos baptizauit Ioānes. Et cum egreſſi fuiſſemus de domo proconſulis, dixit Ioannes ad Soſipatrum, fili eamus ad Prodianam in domum tuam. Dixit Soſipater, præceptor ſequar te quocunque ieris: ſed in domum meam non reuertor: nam omnia dimiſi vt verbis & doctrina tua melliflua fruar. Et Ioannes dixit fili Soſipater, noli memor eſſe priorum malorum quæ ſuggeſtione mala aduerſum te curauit mater tua: neque illius memineris verborum: Nam mater tua benigna Dei gratia præueniente omnes ſuggeſtiones diaboli reliquit, & quæ ſunt Chriſti, de cætero cogitabit, & quomodo poſſit deo placere: neque amplius ſimilia prioribus ab ea audies: ſed aget pœnitentiam ab omnibus quæ dixit & malè egit. mox vt mandauit Ioannes introiuimus omnes cum Soſipatre in domum eius. Cum verò Prodiana nos audiuiſſet approperauit, & proſtrauit ſe ad pedes Ioannis flens: & illa lachrimans veniā de malis operibus quæ geſſiſſet, & dixiſſet poſtulans, dicens, benigne Apoſtole Chriſti peccaui coram te & cotrā Deo quē tu colis. Et primò obſecro te ne iraſcaris ancillæ tuæ propter mala quæ in te commiſit, & omnia mala quæ in te & filium meum commiſi, confiteor tibi tanquam bono medico qui potes ſanare animas, & vulnera mortalium inſanabilia. Nam per multos dies per ſuggeſtionē diaboli malè incalui ad ſubuerſionem Soſipatri filij mei, & ſæpe eum allicere tentaui ad meum malignum deſiderium: ſed noluit acquieſcere meæ malæ voluntati: ideò malus error concitauit me aduerſus eum, vt eum apud proconſulem falſi criminis accuſarem: vt eum malè perderet, & per te dominus omnipotens de nece liberauit innocentem, & in me furorem illū malè ſanum extinxit, & liberauit me à magna iniquitate & irrequieto malo. Nūc ergo oro te vt Deum ores pro me, ne vindicet mala iniquæ voluntatis meæ, quæ aduerſum vos cogitaui: & reddat mihi iuſta ſupplicia ſecundū quod merui. Tunc Ioannes mitibus verbis ſtuduit eam placare, & inſtruxit eā ex ſcripturis credere in Patrem & filium & ſpiritum ſanctum, & pœnitentiam de commiſſis malis agere, & amodo caſtè coram Deo viuere, & baptizauit eam, & filium eius Soſipatrum, & vniuerſam eius familiā. Et attulit Prodiana multam pecuniam Ioanni, vt diſtribueret indigentibus & iis quibus eſſet opus. Et interrogauit Ioannes, anne alia eſſet ei pecunia? Reſpondit, etiam Domine. Nam plurimis abundo diuitiis. Dixit Ioannes, hanc ergo quia in vſus illorum qui opus habebunt accipe, & manibus tuis diſtribue eam pauperibus: & thezauriſabis tibi thezaurum in cœlis. Prodiana verò deuotè impleuit præceptum Apoſtoli, & quotidiè pauperibus diſtribuebat prout vnicuique erat opus: & manſimus in domo eius & Soſipatri multis diebus. Vidimus in ipſis bonum fructum pœnitentiæ in ieiuniis, & orationibus, & eleemoſinis mala præterita emendantibus atque redimentibus.

Prodiana pœnitenta.

Prodiana Eleemoſina.

I K

Ioannes

Ioannes Apoſtolus reuocatus ab exilio pergit in Epheſum.

CAP. XLV.

A

DOmino noſtro Ieſu Chriſto, gratiam largiente Apoſtolo ſuo Ioanni fermè omnes in Pathmon inſulam habitantes, crediderunt in Deum per prædicationē Ioānis. Mortuo autem Domitiano qui nos trāſmiſerat in exilium, ſucceſſor eius nō prohibebat chriſtianos. Et cum audiſſet de bonitate & ſanctimonia Ioannis, quódque fuiſſet iniuſtè à prædeceſſore ſuo exilio relegatus, per literas reuocauit nos ab exilio. Et cum vidiſſet Ioannes quod tota inſula Pathmos recepiſſet verbum Dei, & crederet in Dominum Ieſum Chriſtum: diſpoſuit vt rediret Epheſum. Quod cum cognouiſſent vniuerſi fratres, doluerunt vehementer, & congregati venerunt ad Ioannem, rogantes eum ne diſcederet, ſed vſque ad finem vitæ remaneret apud eos. Ioannes verò dilectus Domini conſolabatur eos dicens, quid facitis filioli mei plorantes & egrè ferentes diſceſſum meum? quomodo infligitis mihi dolorem? nunquid poſſum reſiſtere voluntati Dei? Etiam ſciatis quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui me in hanc inſulam miſit, apparuit mihi in reuelatione, & præcepit quòd redirem in Epheſum, propter errores qui inciderunt inter fratres qui illic ſunt. Et videntes vniuerſi quòd Ioannes non morem gereret eorum voluntatibus, prociderunt in terram ad pedes eius, cum lachrymis dicentes, ergo bone Magiſter, cum nos relinquere ſtatuis deſolatos, ſcientia imperfectos, & imbecilles in fide: noli nos tamen penitus deſerere, ſed relinque nobis de ſcriptis ſigna quæ vidiſti apud filiū Dei, & verba quæ ex eius ore audiſti: vt in verbo Domini firmi & ſtabiles maneamus, & non recidamus in odibiles laqueos diaboli, quos per te euaſimus. Ioannes autem reſpondit eis dicens, Audiuiſtis filij chariſſimi omnes ab ore meo omnia ſigna quæ fecit filius Dei, me etiam illa vidente & verba quæ locutus eſt mihi, docui vos. Seruite ergo Deo: & vobis ea ſufficiant, quæ annunciaui vobis de ipſo, & iugiter illis intendite, & habebitis vitam æternam. Reuelationem quàm mihi Dominus Ieſus, qui eſt principium & finis, reuelare dignatus eſt, vobis reuelaui: & ſigna vidiſtis, quæ Dominus, qui me verba vitæ huius docuit, per me operatus eſt. Illi autem perſtabant in præcibus dicentes, Magiſter & Præceptor veriſſime, & magne conſolator, nunc preces noſtras audi, & noſtrum imple deſiderium. Expone nobis ſcripto de Chriſto Ieſu filio Dei & quæ vidiſti, & que ab ore eius audiſti. Tūc Ioannes miſertus eorum dixit, filioli mei nunc abite quiſque in domum ſuam, & orate Dominum vt implere dignetur deſiderium veſtrum, nam ſi voluntas fuerit Domini, ipſe precipiet & per me aut per alium poſtulationem veſtram implebit, & veſtrum deſiderium vobis dabit. Abierunt ergo vnuſquiſque in domum ſuam.

B C

Coceius Nerua, Niceph. lib. 3. cap. 11.

Solam traditionem ſuſficere ait, D. Ioan.

Dictat B. Ioannes Euangelium Notario amanuenſi Prochori.

CAP. XLVI.

POſtquam autem hæc facta ſunt, duxit me Ioannes in quendam locum ſolitarium & deſertū, qui ab vrbe diſtabat miliari vno, in quo mons erat præruptus. fuimus ergo illic tribus diebus vbi toto illo tempore Ioannes in oratione manſit ieiunus, orās deum vt tribueret fratribus petitionem quam popoſcerant. Tertia vero die vocauit me, & dixit, fili mi Prochore, abi in ciuitatē, & affer mihi huc atramentum & chartas: ſed nihil quem locum ſim ingreſſus, fratribus indices. Ingreſſus ego ſum ciuitatem, & impleui mandatum eius, deferens chartas & atramentum. qui dixit mihi, relinque hīc chartas & atramentum, & recipias te in ciuitatem: & tertia die ad me reuertere. feci ita, & tertia die ad eum ſum reuerſus: & inueni eum orantem: & finita oratione dixit mihi, tene chartas & atramentum, & ſede à dextra mea. Feci ita. Et ſtatim factum eſt fulgur ingens & tonitruum magnum, & totus mons commouebatur, & nimio timore perterritus corrui pronus in faciem, & factus exanimis multo tempore manſi quaſi mortuus. At Ioannes erexit me manibus propriis, & dixit, fili Prochore, quæ audieris de ore meo, ſcribe diligenter in chartis. Tunc Ioannes ſtans oculis in cœlum intentis, aperuit os ſuum, & incipiens ſanctum euangelium pronunciauit. In principio erat verbum, continuò ſic ſtans, & in cœlum intendens hucuſque & tenebræ eum non comprehenderunt. Deinde parua interueniente mora proſequutus, ſtans, cætera verba. Ego autem ſcribebā ſedens. & fecimus illic duorum dierum & ſex horarum moram, ipſe dicens & ego ſcribens. Et cum compleuiſſet diuinos ſermones, receſſimus à loco illo, & venimus in domum Soſipatri & Prodianæ matris eius: & manſimus nocte illa apud eos. Et dixit Ioānes Soſipatro, fili Soſipater, quære nobis optimas membranas ad reponendum ſanctum quod nobis Deus oſtendere dignatus eſt, euangelium, quod fecit Soſipater: & iuſſit Ioannes, vt in domo illa ſederem, & diligenter ſanctum ſcriberem euangeliu m: quod gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti adueniente diligenter perfeci.

D E

D. Ioannes dictauit euāgelium excipiente Prochoro. quod refert in vita Ioan. Metaphraſtes.

D. Ioannes ſuum Euangelium ab Eccleſia probari voluit.

CAP. XLVII.

EO autem tempore quò euangelium ſcriberem: Ioannes euangelizabat populo per vniuerſam inſulam, Epiſcopos, preſbiteros, & ceteros Eccleſiæ miniſtros Eccleſiis quas inſtruxerat. Et cū compleſſem ſcripturā: præcepit Ioannes, vt vniuerſi fratres in Eccleſiam Dei conuenirent, & cōgregatis vniuerſis, præcepit mihi Ioannes vt ſanctum Dei Euangeliū legerē & recitarem audiente

Legitur D. Ioannes in Ecclesia Euãgelium.

tota congregatione eorum. Legi itaque audiẽtibus cunctis: & lætati sunt valdè, glorificãtes Deum F
& laudantes magnalia eius. & dixit Ioannes vniuersis fratribus, vt sanctum acciperẽt Euangelium:
& rescriberent, & ponerent in vniuersis Ecclesiis: quod fecerunt. Et dixit iterum illis, quod exscriptum est in pellibus, operatum in insula hac, custodite: quod verò exscriptum est in chartis, oportet
illud nobiscum in Ephesiorum ciuitatem deferri. Et priusquam hæc facta fuerunt, Ioannes per sep-
tem menses circuiens ciuitates, vicos & castella euangelizando verbum, insulam reliquit, in qua
prius & Apocalipsim sctipserat sua manu, sicut Deus illi reuelauerat.

Apocalypsim propria manu scripsit B. Ioan.

B. Ioannis sacerdotis iouis filium cæcum curauit, & eruditum in fide baptizauit.

CAP. XLVIII.

EPiscopi Asiani, & populus vnà cum Gaio & Aristarca Apostoli Ioannis discipulis, dederant
epistolas ad Romanũ senatum, desiderantes Ioannis absolutionẽ ab exilio, qui vbi finierunt
consilium, statuisse vt quidquid Domitianus statuisset, cassaretur: & Ioannem ab exilio liberum. ve-
nerunt obuiam Ioanni, & eum cum honore duxerunt Ephesum. Ipso autem vnam ciuitatum insulæ
intrante & prædicante affuit filius Eucaris Sacerdotis Iouis qui erat cæcus, & libenter audiebat A- G
postolum prædicantem. & exclamauit voce magna dicens, magister: at Ioannes respondit quid
vis fili. Et adolescens qui cæcus erat dixit, per illum Deum quem prædicas ego te libenter audio:
sed vnum mihi deest quòd te videre nequeo, neque tuam desiderabilem faciem contueri valeo: ora
Deum tuum vt mihi visum donet, quo te videre sicut & te delectabiliter audire possim: & in me gau-
dium completum erit & perfectum. Audiens Ioannes quia naturæ mitis erat, præ miseria & calami-

Cæcus illuminatur.

tate adolescentis contristatus ingemuit, & vehementer cõpatiens, & accedens ad eum dixit, in no
mine Domini nostri Iesu Christi, fili, respice. Et continuò aperti sunt oculi eius, & vidit, & laudabat
& magnificabat Deum. Quod factum cum vidisset Eucaris pater eius procidit ad pedes Ioannis;
rogans vt daret illi & filio eius signaculum Christi Et Ioannes introiuit in domum eius: & baptiza-
uit eos. Deinde vt Ioannes processit in publicũ: conuenerunt ad eum vniuersi fratres Iudæi & Græ-
ci & mulieres multæ: & loquebatur ad eos de sanctis scripturis verbum Dei. & in fine adiecit filioli
mei estote memores verborum meorum: & seruate traditiones quas accepistis ex ore meo, & præ- H

Traditiones seruandæ.

cepta Christi quæ per sanctum eius Euangelium vobis tradita sunt, vt sitis obedientes filij, & reg-
nabit Cristus in vobis. statim enim inquit, redire me Ephesum ad eos qui illic sunt fratres visitan-
dos oportet: vos autem in sancta custodia ac protectione Domini nostri Iesu Christi qui vos con-
seruet in etærnum, commendo & dedit illi benedictionem suam: & recessimus ab eis. Illi verò plan-
ctum magnum ducebant: cupientes eum precibus & lachrimis in insulam retinere, sed noluit con-
sentire & venimus ad littus maris: & inuenta naui quæ soluebat in Asiam ascendimus in eam, & de-
cimo die peruenimus Ephesum vbi cum magno gaudio occurrerunt nobis Asiani clamantes, & di-
centes, benedictus qui venit in nomine Domini.

Historiæ Prochori de vita & miraculis B. Ioannis finis.

EX PRÆFATIONE WOLFANGI LAZII IN ABDIAM EIVSQVE INTERPRETEM IVNILIVM AFRICANVM. I

QVo tempore in Carinthia Ossiacense cœnobium, longè omnium eius viciniæ antiquissimũ, & à Carolo
Magno confirmatum, inuisere, quia nulla isthic Bibliotheca erat, ob frequentes & ignis & barbarorum
deuastationes, specus subterraneos, illo, quem diximus nobis insitum esse antiquitatis amore, seu libidine
potius, inuestigaui. Vbi inter chartas ignobiles, & malè olentem situm, incidimus fortè fortuna in codicẽ
membrancum, antiquissimis literis & ferè detritis scriptum. Quem tum quidem, quòd itineris absoluendi gratia matu-
rarem, visum duntaxat obiter, quia titulus sub finem scriptus erat, & deerant quædã ab initio, cum medium folium
legissem, placerétque, cõiectum in sarcinulas meas, vel ob solam membranæ & characterum vetustatem, Viennam de-
uexi. Atque ibi postea, cum superesset ocium, & alueare librorum aduectorum recognoscerem, deprehendi argumen-
tum esse historiæ Apostolicæ: placuitque non solum dicendi genus quod tersum esse animaduerteram, & hæbraismum
redolens: verum etiam ipsius historiæ veritas, à vulgaribus Legendis (quas vocant) in multis dissentiens. Iccirco cum
& titulum sub calcem libri tum reperissem, K

SCRIPSIT AVTEM GESTA SANCTORVM APOSTOLORVM ABDIAS BABYLONIÆ EPISCOPVS, QVI AB IPSIS APOSTOLIS ORDINATVS EST, SERMONE HEBRÆO, QVÆ VNIVERSA AB EVTROPIO IN GRÆCVM, ET AB AFRICANO LATINO SVNT TRANSLATA SERMONE, ET IN DECEM LIBROS DESCRIPTA.

Hic verò dici non potest, quanto gaudio suffusus, tanquam vnionem quendam precio sum reperissem, non solum de
euoluendo veteri & Ecclesiæ perquam necessario authore, verùm etiam de eodem publicando cogitarem. Quo in pro-
posito hoc me solum remorabatur, quòd nec Abdiæ, nec Africani interpretis nomina mihi satis nota essent. Contigit
verò tum res perneces saria, vt quo tempore Cæsares nostri comitia cum Germaniæ principibus apud Augustam
Rhætiæ transigerent, ego rursus authoritate & indultu Regis nostri clementissimi, posthabita re familiari mea
ad tertiam me accingerem profectionem: ne nihil deesset, quo sitim illam inquirendæ vetustatis extinguerem.

Ibi

A *Ibi in eo itinere, quo Bibliothecas per Sueuias, Brisgaudiã, Alsatiam, Sũgdouiam, & Heremũ Heluetiorũ excussimus*
quãtumuis tempore anni incõmodissimo, cælique statu improsperò, vasto in nemore Harcianæ siluæ, di-
uerteramus ex sancto Blasio in cœnobium Sancti Trudberti, facilè totius Germaniæ vetustissimũ, quod videlicet Phocu
imperante positum est ab Otberto Comite Habsburgensi, eius nominis primo, vnde nimirum illa Splendidissima Au-
striadum gens ac prosapia defluxit. Ibi igitur constitutus, comite itineris ascito longè doctissimo viro Sebastiano Mun-
stero, professore & Mathematico Basilien si, dum curiosius Bibliothecam euoluerem, incidi fortè fortuna in aliud Ab-
diæ siue Africanianæ translationis exemplar, quod erat & membrana & characteribus mihi visum vetustioribus,
quàm quod in Charinthia inueneram, scriptum. (quia ad manum habebam primum exemplar.) Et quo vetustatẽ ma-
gis arguerem us, contulimus illud cum diplomate confirmationis cœnobij, quod sub primo erat Ludouico exaratum, ante
annos plures quàm septingentos, & longo interuallo relinquebatur à codice Abdiano illo, adeò literæ erant detritæ, &
magna ex parte deletæ, vel obscuratæ, vt inumbrationes potius literarum, quàm characteres esse viderentur. Lætatus tũ
quidem sum, non minimum, vt credi facilè potest: quanquam & alios non ignobiles authores reperissem, qui in Theo-
logicis historiis ac poëtis lucubrarunt: tamẽ vt ex collatione duorum exemplariorum iustam lectionem adsequi possem;
B *rem mihi post hominum memoriam longè rarissimam accidisse arbitrabar. Itaque sarcinis librorum collectis, cum post*
longam peregrinationem Viennam redissem, emensus miliaria plura quàm ducenta, nihil antiquius habui, quàm au- Lib. 6.
thorem hunc collatione vtriusque exemplaris recognoscere. Itaque in ipso labyrintho negociorum & molestiarum mea-
rum, aliquot horas describendæ Africanianæ translationi dedi. Quo rursus in labore, cum legerem in historia Symonis
& Iudæ, Abdiam Christum Saluatorem nostrum in carne vidisse: cúmque esset vnus ex Septuaginta duobus discipu-
lis, Symonem & Iudam Persida abeuntes, vt verbum Domini eius incolis adnunciarent, secutum, Babyloniæ postremò
ab eisdem Apostolis Episcopum esse relictum: iam maior incesserat eruulgandi huius authoris cupido. Non enim vitio
accessisse hoc authori, ex serie historiæ animaduertebam: propterea quod subinde prima persona pluralis introducatur,
vt cum Apostolis hunc profectum esse, & interfuisse rebus eorum gestis, & potissimum qui in Asia Euangelium ad- Lib. 3.
nunciabant, liquidò appareat. Vt sub finem libri tertij, cum Beati Andreæ passionem descripsisset: Et hæc dicens, diuti-
sime Dominum clarificans & gaudens, nobis flentibus reddidit spiritum. Et in libro quinto, cum Drusianam doceret à
sancto Ioanne Euangelista à mortuis suscitatam: Cum igitur (inquit) appropinquassent sepulchro, subitò præcepto Ioan-
nis apertæ sunt fores, & iuxta sepulchrum Drusianæ, vidimus speciosum adolescentem arridentem. Et iterum eodem li-
C *bro, cum S. Ioãnis sepulturam describeret: Vbi autem, sicut voluit, facta est fouea, nihil quoquam nostrum sciente, exuit*
vestem, & strauit eam in illa fouea. Idem libro nono, in historia Diui Thomæ: Neque enim serui Dei dormire tum po-
terant, quos sic CHRISTVS excitabat, neque patiebatur nos somno dimergi. Transeo orationes, quas Apostoli vel
ad Christum in martyrij coronis fundebant, vel vbi mortuos suscitabant, aut populos ad fidem vel suscipiendam vel re-
tinendam adhortabantur, miro artificio, ac planè rethoricè scriptas, energiæ ac grauitatis plenissimas. Hæc inquam, &
his similia cum inter exscribendum legissem, nihil quicquam dubitans, hunc ipsum dignum luce autorem iudicare: &
eo quidem magis, quòd Ioachimus Perionius Gallus, homo alioquin doctissimus, ex fragmentis, cùm illius (vt arbitror)
Africanianæ tralationis, tum ex his quas legẽdas Ecclesia appellat, aliisque in fide nostra autoribus, librum superiori
anno de Apostolorum historia euulgasset, latinissima quidem phrasi scriptum, sed vbi multa desiderantur (pace optimi
viri dictum sit) adeò vt affirmare ausim, vix tertiam partem, aut etiam minus, huius nostræ historiæ attingere. id quod
candido lectori perspicuum euadet, si Diuorum Andreæ, Ioannis, & Thomæ historias vtrobique contulerit. Fateor qui-
dem, in Diui Pauli historia fusissimum esse Perionium, & longo interuallo Africanum superare, vel Abdiam: vt qui
D *brevior in eius vita propterea (vt arbitror) fuit, quòd procul in Asia remotissimè à Diuo Paulo scripserat: vel quòd epi-*
stolæ huius Apostoli instar historiæ Christianis essent, ex quibus etiam suam de hoc Apostolo magna ex parte Perionius
historiam sumpsit. Hic fortè scrupulum lectori vel Abdias, vel Africanus eius interpres fecerint, quòd in prioribus
duobus libris, multa quæ in Actis extant, recensentur: sed tamen breuius, & cursim, vt ita dicam: vt vel Abdiam hæc
ex Luca sumpsisse, vel Lucam ex Abdia, credendum sit, cum vterque eodem tempore vixerit, & Apostolorum disci-
pulus extiterit.

Atque vt de interprete huius nostræ historiæ posterius dicam, vel in transcursu historiæ, & præcipuè diuorum Symo-
nis & Iudæ vita, apparet, præter hunc Abdiam Babylonis Episcopum, & Apostolorum discipulum, quique Saluato-
rem nostrum viderat in carne, Apostolorum beatorum res gestas & Cratonem quendam scripsisse: sed vtriusque non
solum opera, verum etiam vel nomina ipsa in Ecclesia hactenus ignorabantur. Interpretis tamen Iulij Africani histo- Iul. Africa-
riographi, diuus Hieronymus subinde in Epistolis, tum præcipuè capite octauo in Danielem, meminit, & supputationẽ nus,
hebdomadarum ex eius & Eusebij authoritate adducit. Citat huius autoritatem & Nicephorus Calistus Xantopulus, Lib. 1. cap. 11.
E *Græcus & ingens autor, quem inclytus Romanorum Cæsar Diuus Ferdinandus, ex reliquiis bibliothecæ Matthiæ Regis* 4. & 6. &
Hungariæ, inter prædam Turcarum repertum, vestro calculo atque consilio, viri longè omnium clarissimi, Latinè red- lib. 18.
ditum à Ioanne Lango eruditissimo viro, iam prelo Oporiniano destinauit. Is inquam autor, Louanien sium Theologorũ
censura quoque approbatus, capite vndecimo Tomi primi, de Africano sic scribit, vt Langus reddidit: Quandoquidem
diui Euangelistæ Matthæus & Lucas genealogiam variè prodiderunt, & non pauci, qui talibus rebus persequẽdis, ma-
gni clariquesunt habiti, de ea dissonantia integros libros composuerunt: ego tamen prætermissis aliis, Africano historico
vtar autore qui aliorum opiniones, vt pote quæ ad veritatem non pertingant, reprehendẽs atque refellens, quam ipse à
vetustioribus acceptam, in Epistolis de Euangeliorum dissonantia ad Aristidem exposuit, inde translatã verbis ipsius,
in opus hoc inseram sententiam. Hæc Nicephorus. Meminit porrò Africani Sulp. Seuerus. Ado vienensis, Beda vener.
& Martinus chronographus, quem ipsi vnà cum aliis à situ vendicauimus, quique sub Othonibus scripsit. Nam cum
Gordiani primi tempora describeret: Floruit (inquit) his temporibus Iulius Africanus, nominatissimus in Ecclesia scri-
ptor, qui vnà cum aliis notariis gesta martyrum scripsit, & multa in linguam Latinam traduxit.

De ipso quidem Abdia nullam inuenio mentionẽ in libris sanctorum Patrum: præterquam quod F
Eusebius eius tamen suppresso nomine videtur illius sæpe meminisse: lib. 2. cap. 1. Eccl. hist. latenter eum reprehendit, in ratione qua B. Iacobum asseruit nominatum fratrem Domini similiter de eo vult intellectum: quod ait nõnullos scripsisse & sensisse Eunuchum baptizatum à D. Philippo statim vt reuersus fuit in Ethiopiã, prædicasse ibi Euangelium: & alibi Clementem alexandrinum didicisse ab antiquis historiã S. Iacobi fratris D. Ioannis. Eodem lib. cap. 13. videtur etiam aut ipse aut Irenæus quem citat ad verbum reddidisse, quod Abdias scripsit de Simone Mago. Volent tamen aliqui arguere veritatem historiæ & magnum quippiam se inuenisse gloriabũtur, si nugis quibusdam possint minuere authoritatem & fidem tantæ antiquitatis: dicent lib. 3. loqui Abdiam de Euangelio, quasi antea Euangelium nullum scriptũ esset: sed intelligi locus debet de Euangelio Ioannis: nam Ioannes scribere noluit priusquam trium aliorũ Marci, Mattheæ, Lucæ, Euangelia legisset, herebunt etiã in vocabulo Missæ: cuius de antiquitate, & vnde deducatur dicere supersedeo: cum eodẽ vocabulo vtatur Gregorius Magnus, Isidorus, Cassiodorus & his vetustiores & penè coetanei Africano, Tertullianus & Cyprianus, qui omnes authores fidem quoque facient quantæ esset dignitatis signũ G
crucis in veteri Ecclesia: nec esse nouum ostẽdent consecrationem panis & corporis in Eucharistia appellare sacrificium corporis & sanguinis Domini.

IVLII AFRICANI HISTO- H
RICI ET EPISCOPI, IN HISTORIAM
APOSTOLICAM PRÆFATIO.

Abdias Christum in carne vidit.

QVANQVAM plurima de Apostolicis signis sacra Euangeliorum, vel illa quæ ab ipsis actibus nomẽ accepit, narret historia: tamẽ visum est nobis, vt retractis exẽplaribus ac voluminibus istis, & maximè quæ ab Abdia, qui Saluatorem in carne viderat, & secutus Symonem & Iudam Apostolos in Persida, primus Babyloris episcopus fuit, de vniuscuiusque virtutibus sermone Hebraico scripta sunt, quãtum inuenire potuimus, libros singulos conscribamus: vt etiam si alicui delectatio fuerit inquirẽdi, quod ille aut ille propriũ gesserit, singulatim reperiatur in singulis. Nam de multis, quæ hac de re à veteribus scripta sunt, nihil ad nos, præter ipsorum passionũ monumenta venerunt. Quod nos pro magno complectimur, scientes scriptum: Honorandi sunt amici tui Deus. Verùm vtrum magna ostendissent prodigia in populis, an minora, non hæc fragilitati humanæ sunt ascribenda, sed à nobis fideliter confitendum, quia operatur ea vnus atqui idem Dominus Iesus Christus, qui in eis per bonam voluntatem & sensus puritatem habitat. sicut dudum protulit Propheta: Quia inhabitabo in eis, & inambulabo in illis, & ero illorum Deus. Ergo in huius IESV Christi filij Dei omnipotentis nomine, quæ scripsit sanctorum Apostolorum gesta Abdias episcopus Babyloniæ, qui ab ipsis episcopus ordinatus erat, sermone Hebræo, & quæ discipulus eiusdẽ Abdiæ Eutropius in Græcam linguam transtulerat, hæc nos vniuersa Latinò reddidimus sermoni, & in decem libros descripsimus, gloriam semper referẽtes Deo patri, per vnigenitum eius filium, Dominum & redemptorem nostrum, Iesum Christum, in spiritu sancto, inluminatore animarum nostrarum, & nunc, & semper, & per sæcula sæculorum. Amen.

Maiult Africanũ græcè scripsisse Sixtus Senensis pag. 50. Biblioth.

I

A

ABDIÆ BABYLONIÆ PRIMI
EPISCOPI HISTORIA CERTAMINIS
APOSTOLICI, QVAM EX HEBRÆO IN
B GRÆCVM TRANSTVLIT EVTROPIVS
& è Græco in latinum Iunilius
Africanus,

LIBER PRIMVS.

De rebus à Beato Petro, principe Apostolorum, præclarè gestis.

C POST corporeum Dominicæ natiuitatis aduentum, cum ipse Dominus Iesus Christus, vera lux mundi, mundanis inluxisset tenebris, ambulans iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare: erãt enim piscatores. & ait illis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuò relictis retibus, secuti sunt eum. Et cum venisset in partes Cæsareæ Philippi, interrogabat discipulos suos dicens: Quem dicũt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij verò Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Tum Simon Petrus constanter & intrepidè respondit: Tu es Christus, filius Dei viui. Respondens autem Iesus, dixit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis. Ego verò dico tibi: Quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferni non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcũque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Contigerat fortè eodem tempore vt Christus oraturus, ex more in montem quendam abiret, adsumptis ex discipulis tribus charioribus, Petro, Ioanne, & Iacobo. Cumque adsumptus paulo altius, soliisque lumine circum- *Transfiguratio Christi testes.* fulsum
D medio Moysis & Heliæ, clarificatus à discipulis videretur, Domine (inquit Petrus) bonus est ste locus ad habitandum: itaque si placet, tria hic tabernacula faciemus: tibi vnum, & reliquum Heliæ ac Moysi. Sed nihil tum Iesus respõdit: verùm vt surgerent, ac timorẽ exuerent, admonuit, reliquumque de passione sua sermonem protrahebat. Quę cum postea ante Paschatis solennia instaret, sciens Iesus quia omnia dedisset ei Pater in manus, & quia à Deo exierat, & ad Deũ vaderet, surgit à cœna, & ponit vestimẽta sua: & cũ accepisset linteũ, præcinxit se. deinde misit aquã in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum suorum, & tergere illos linteo. Cumque venisset ad Simonem Petrum, dicit illi Petrus: Domine, tu mihi ne lauabis pedes? Respondit illi Iesus: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. Tum Petrus: Non lauabis mihi pedes in ęternum. Respondit Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Ad quæ Petrus: Non tantum pedes, sed etiam caput meum, & manus meas. Quem sermonem excipiens Iesus, ait: Qui lotus est, non indiget vt iterum lauetur, sed est mũdus totus. Hæc ante resurrectionem à Beato Petro gesta sunt. Post resurrectionem autem dicebat Dominus Iesus Petro: Simon Ioannis diligis me? Etiam Domine, inquit Petrus, tu scis quia
E amo te. Tum Christus: Pasce agnos meos. & subdit: Simon Ioannis, diligis me? Dicit ei Petrus: Tu scis quia diligo te. Pasce ergo oues meas, ait Iesus. Et dicit Petro tertiò, Simon Ioãnis, amas me? Quæ cum audisset Petrus, contristatus est, quòd ei tertiò dixisset, amas me, & respondens ait: Domine tu scis, quia amo te. Et Iesus: Pasce ergo oues meas. Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te & ambulabas quò volebas: cum autem senueris, extẽdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Hæc autem facta sunt eo tempore, quo ad mare Tiberiadis Saluator post resurrectionem, piscantibus discipulis, in littore apparuerat, quærens nunquid pisces aliquot cepissent? Sed illi, qui Dominum tum non cognouerãt, eminus pernegabant. Quo audito, Iesus rete ad dextram partem nauis mitti præcepit. Quod vbi hi fecissent, & Petrus se in mare demisisset, rete plenum piscibus retraxerunt. atque ex eo miraculo attoniti, Dominum cognoscere cœperunt: & appellentes ad littus, propè eum piscem subiectis car-

Nicep. lib. 2. cap. 14.

Vocatio Petri & Andreæ Mat. 4. Mar. 1. Ioã. 1. 8. & 9. Ministr. lib. 5. Mat. 14. Marc. 8. Luc. 9. Mat. 16.

Ioan. 21. Niceph. hist. li. 1. cap. 35.

Ioan. 21.

Ioan. 21.

bonibus,& panem inuenerunt.Cumque centum & quinquaginta piſces numeraſſent, quos ex reti colligebant,inuitabat Chriſtus diſcipulos vt ſederent, piſcemque & panem ſecum ederent. Et hæc quidem dum adhuc in terris degebat, poſt reſurrectionem, à Petro facta ſunt, quæ digna ſunt memoria.Poſtquam autem Dominus Ieſus adſumptus eſt in cœlum,Petrus & Ioannes aſcendebant in templum,ad horam orationis nonam.& ecce quidam vir,qui erat claudus ex vtero matris ſuæ, baiulabatur:quem ponebant quotidiè ad portam templi quæ dicitur ſpecioſa, vt peteret eleemoſynã ab introeuntibus in templum.Is cum vidiſſet Petrum & Ioannem ingredientes,ſupplicabat,vt eleemoſynam acciperet.Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit: Reſpice in nos. At ille intendebat in eos,ſperãs ſe aliquid accepturum ab eis. Tum Petrus: Argentũ & aurum non eſt mihi:quod autem habeo,hoc do tibi.In nomine Ieſu Chriſti Nazareni,ſurge & ambula. Et apprehẽſa eius dextra alleuauit eum.Et protinus conſolidatæ ſunt baſes eius, & plantæ & exiliens ſtetit, & ambulabat: & ingreſſus cum illis in templum,coram omni populo teſtificabãtur & magnificabat Dominũ. Erat autem annorum amplius quadraginta. Augebatur verò interea numerus credentium in Chriſtum, multitudo virorũ ac mulierum:ita vt in plateas eiicerent infirmos,& ponerent in lectulis ſuis ac grabatis,ſecus vias publicas,quibus Apoſtolos audiuerãt vẽturos. Conueniebtã autẽ ex proximis ciuitatibus multi Hieroſolymam,ægros adferentes,& qui à ſpiritibus immundis vexabantur, quos omnes curabat Petrus.Intereà cum fama veniſſet Hieroſolymam,quia Samaria verbum Domini reciperet,miſerunt eò Apoſtoli Petrum & Ioannem:qui cum veniſſent,orauerunt pro ipſis vt acciperẽt ſpiritum S.Nondũ enim in quenquam illorũ venerat,ſed baptizati tantum erant in nomine Ieſu.'At Apoſtoli imponebant manus ſuper illos,& acceperunt ſpiritum ſanctum & Samaritani. Quam rem cum vidiſſet Simon qui dicitur Magus,quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur ſpiritus ſanctus,obtulit eis pecuniam,dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum.Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ, quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.Nõ ſit tibi pars, neque ſors in ſermone iſto. cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Quare age pœnitentiam, & recede ab hac nequitia tua, & roga Deum ſi fortè remittatur tibi.Hæc cogitatio cordis tui praua eſt:in felle enim amaritudinis,& obligatione iniquitatis video te eſſe.Reſpondens autem Simon,dixit:Precamini vos pro me Dominũ, vt nihil cueniat ſuper me horum quæ dixiſtis.Et iſti quidem teſtificati,& locuti verbum Domini redibant Hieroſolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant Dominum. Factum eſt autem, vt Petrus, dum pertranſiret multas vrbes ac vicos, deueniret ad ſanctos qui habitabant Lyddæ.Ibi hominem quendam inuenit nomine Æneam, ab annis octo iacentem in lecto, qui erat paralyticus,& ait illi Petrus: Ænea ſurge,ſanat te Dominus noſter Ieſus Chriſtus.Et continuò ſurrexit,& ſtrauit ſibi: & videbant illum omnes qui habitabant Lyddæ,& Saronæ,qui conuerſi omnes ad Dominum fuerunt. Dum hæc agerentur, Chriſti diſcipula quædam nomine Thabitas occurrit,quę interpretata dicitur Dorcas,Hæc erat plena operibus bonis,& eleemoſynis, quas quotidie erogabat. Accidit autem vt fortè infirmata moreretur. Quam cum lauiſſent agnati: depoſuerunt eam in cœnaculo. Quia autem non procul diſtabat Ioppe à Lydda,miſerunt duos viros ad Petrum, rogantes ne ſibi differret venire ad eos.Quæ cum accepiſſet Petrus,exurgens peruenit cum illis in Ioppẽ. Et cum veniſſet,duxerunt eum in cœnaculũ,& circumſteterunt illum omnes viduæ flẽtes, & oſtendentes tunicas ac veſtes,quas fecerat illis Dorcas.Quarum fletibus condolens Petrus, eiectis omnibus qui aderant,foras, extenſis in cœlum cum oculis manibus, & ponens genua orauit. Conuerſuſque ad corpus,dixit:Thabita ſurge.At illa aperuit oculos ſuos, & viſo Petro reſedit. Dans autem illi manum erexit eam. Et cum vocaſſet ſanctos & viduas ad ſe,ſignificauit eam viuam. Notum autẽ factum eſt per vniuerſam Ioppen,& crediderunt multi in Dominum.

Eodem tempore miſit Herodes rex manus, vt affligeret quoſdam de eccleſia. Videns autem quia placeret Iudæis, appoſuit apprehendere & Petrum:erant enim dies azimorum. Quem cum apprehendiſſet, miſit in carcerem, tradenſque quatuor quaternionibus militum cuſtodire eum volebat poſt paſcha producere eum populo. Et Petrus quidẽ ſeruabatur in carcere:fiebat autẽ oratio ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Dominum pro eo. Cum autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens,inter duos milites,vinctus catenis duabus. Et cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem.Et ecce Angelus Domini aſtitit,& lumen refulſit in habitaculo carceris: percuſſóque latere Petri, ſuſcitauit eum Dominus: Surge velociter: & ceciderunt catenæ de manibus eius.Dixit autem Angelus ad eum:Præcinge te,& calcia te caligas tuas,& fecit ſic. Et dixit illi: Circumda tibi veſtimentum tuum,& ſequere me.Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat quia verũ eſſet quod faciebat per Angelum:æſtimabat autem ſe viſum videre.Tranſeuntes autem primam & ſecũdam cuſtodiam, venerunt ad portam ferream quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltrò aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerunt vicum vnum, & continuò diſceſſit Angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus dixit: Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.His ita geſtis, ſurrexit quidam Simon Samarius genere, qui dudum viſis miraculis Petri, pecunia comparare voluit donum ſpiritale, qui ſe magnum & perpetualiter ſtantem eſſe dicebat:promittens eos qui in ſe crederent,prorſus diſſolui non poſſe. Hic etiã Petri cupiens euertere vias,& ea quæ docebat ad irritum reuocare: diem conſtituit, in quo conuenientibus

Hæc hiſtoria recenſẽtur. Act.3.

Act.5.

D.Petri curationes admirabiles. Act.8.

Euſeb. lib.1. cap.3. Niceph. lib. 2. cap. 6. Simõ Magus. Act.8.

Act.9.

Ibid. Niceph.lib.2. cap.6.

Hæc omnia capite duodecimo Actorũ habẽtur, quare vel Abdiã ex Luca ſumpſiſſe, vel Lucam ex Abdia, cum fuerit vterque Apoſtolorum diſcipulus, credendũ eſt. Niceph.lib.2. cap.12. Act.10. Egeſip.lib.3. cap.2. Epiph. hæreſ. 21.

nientibus turbis ad diſputãdum cum Petro, preſens adeſſet.Erat autem tũc Petrus apud Cęſaream Stratonis.Igitur inluceſcẽte ſtatuta die,Zachæus,qui erat prior ciuitatis,aſtitit Petro dicens: tempus eſt vt procedas ad diſputandum Petre.Turba autem in medio atrij congregata opprimitur,te oppe- *B.Clemens ſub finem 1.Recog.*
riens,quorum in medio multis fultus ad ſe* conſtitit Simon.Tum Petrus vt hæc audiuit, orationis gratia ſecedere aliquos iubens, qui nondũ erant diluti à peccatis, quæ ignorantia commiſerant ait ad reliquos:Oremus fratres,vt Dominus per Chriſtum filium ſuum,pro ineffabili miſericordia ſua adiuuet me, exeuntem pro ſalute hominum qui ab ipſo creati ſunt.Et hæc cum dixiſſet, oratione facta,proceſſit ad atrium domus,in quo erat multitudo plurima populi cõgregata. Quò vbi omnes ſummo cum ſilentio eſſe attentos videret,& Magum Simonem in medio eorum velut ſigniferum, ſtatim hoc modo cœpit:Pax vobis omnibus,qui parati eſtis dare dextras veritati.Quicunque enim *B.Petri concio.*
obediunt ei,videntur quidem ſibi aliquid gratiæ conferre Domino.Porrò autem ipſi ab eo donum ſummi muneris conſequuntur, iuſtitiæ eius ſemitas incedentes. Propter quod & primum eſt omnium,iuſtitiam domini,regnúmque inquirere eius.Iuſtitiam quidem, vt rectè agere doceamur: regnũ verò,vt quæ ſit merces poſita laborum & patientiæ,nouerimus.In quo eſt bonis quidẽ æternorum bonorum remuneratio:his autem qui contra voluntatem eius egerint, pro vniuſcuiuſque geſtis, pœnarum digna reſtitutio. Hic ergo,hoc eſt in preſenti vita poſitos,oportet vos agnoſcere voluntatem domini, vbi & agendi locus eſt. Nam ſi quis velit antequam actus ſuos emendet, de his requirere quæ nõ poteſt inuenire, ſtulta & inefficax erit huiuſcemodi inquiſitio. Tempus enim breue eſt, & iudicium digeſtorum cauſa agitur, non quæſtionum. Ideoque ante omnia hoc quęramus,quid nos aut qualiter agere oporteat,vt æternam vitam conſequi mereamur. Mea ergo iſta ſententia eſt,ſicut & vero prophetæ viſum eſt:vt primùm de iuſtitia requiratur, ab his maximè qui dominum ſe noſſe confitentur. Si ergo habet aliquis quod eſſe rectius putet, dicat. Et cum dixerit, audiat: ſed cum patientia & quiete. Propter hoc enim ab initio ſaluationis ſpeciem pacis cunctis imprecatus ſum.Ad hæc Simon reſpondit: Nos pace tua opus non habemus. Si enim pax *Pax ſimoni mago exoſa Clemens 2. Recog.*
& concordia ſit ad inueniendam veritatem,nihil proficere poterimus:habent enim pacem inter ſe & latrones,& ſcortatores, & omnis nequitia cum ſemetipſa concordat. Et nos ergo ſi ob hoc conuenimus, vt pacis cauſa omnibus quæ dicuntur præbeamus aſſenſum, nihil auditoribus conferemus:ſed è contrario incluſis eis,nos amici diſcedimus. Propter quod noli inuocare pacem,ſed magis pugnam: & ſi potes expugnare errores,ne requiras amicitiã, iniuſtis aſſentationibus partã. Hoc enim te ante omnia ſcire volo,quia duobus inter ſe dimicantibus, tunc erit cũ alter ceciderit ſuperatus.Et Petrus ait: quid times crebrò audire pacẽ,an ignoras,quia perfectio legis eſt pax? Ex peccatis enim bella naſcuntur,& certamina.Vbi autem peccatum non fit,pax in diſputationibus,veritas in operibus inuenitur.Et Simon: Nihil momenti continent hæc verba quæ loqueris.Sed nunc oſtendam virtutis ac diuinitatis meæ potentiam vt repentè procidas,& adores me. Ego ſum prima virtus, qui ſemper & ſine initio ſum:Ingreſſus autem in vterum Rachel, natus ſum ex ea vt homo, *clemens initio recog.lib.2.*
quo ab hominibus videri poſſim. Ego per aerem volaui, igne commixtus, vnum corpus effectus ſum:ſtatuas moueri feci,animaui examina,lapides panes feci, de monte volatu tranſmeaui, manibus angelorum ſuſtentatus ſum,ad terram deſcendi.Hæc non ſolum feci,ſed & nũc facere poſſum: *de monte ſcilicet capitolino Egeſip. lib.3.cap.2.*
vt rebus ipſis probem omnibus quia ego ſum filius Domini,ſtans in ęternum, & credentes mihi ſimiliter in perpetuò ſtare faciam. Tua autem verba vana ſunt omnia,nec vllum potes opus oſtendere veritatis:ſicut & ille qui miſit te Magus,qui nec ſeipſum potuit liberare de crucis pœna. Poſſum enim facere,vt volentibus me comprehendere,non appaream;& rurſum volens videri,palam ſim:ſi fugere velim montes perforem, & ſaxa quaſi lutum pertranſeam. Si me de monte excelſo præcipitem dedero, tanquam ſubuectus intrans illæſus deferar. Vinctus memetipſum ſoluam:eos verò qui vincula iniecerint,vinctos reddam. In carcere conligatus, clauſtra ſpontè patefieri faciam. Statuas inanimatas reddam ita,vt putentur ab his qui vident homines eſſe:nouas arbores ſubitò oriri faciã, & repentina virgulta producam.Igni me ipſum iniiciam,vt non ardeam, Vultum meum commuto, *Miracula magi.*
vt nõ cognoſcar.Sed & duas facies habere me poſſum hominibus oſtendere, vt ouis aut capra efficiar, puer paruus barbam producam:in aëre volando inuehar, aurum plurimum oſtendam: Reges faciam,adorabor vt Dominus:publicè diuinis danabor honoribus, ita vt ſimulacrum mihi ſtatuentes,tanquàm Dominum colant,& adorent.Et quid opus eſt multa dicere:quicquid voluero,facere potero.Multæ enim iam mihi experimento cauſæ conſummatæ ſunt. Denique aliquando, inquit, cùm mater mea Rachel iuberet me exire ad agrum,vt meterem:ego falcem videns poſitã, præcepi ei,vt iret & meteret:meſſuit decuplo amplius cæteris. Multa iam noua virgulta produxi de terra,& comare ea ego feci,& ſub momento temporis apparere:& montem proximum ego ſecundò perforaui.His dictis à Simone, Petrus reſpondit: Ne aliis aliena. Tu enim quòd ſis Magus ex ipſis quæ geſſiſti confeſſus es,& manifeſtatus. Noſter autem magiſter, qui eſt filius Domini & hominis, manifeſtè bonus eſt.Quod autem verè ſit Domini filius,quibus oportuit dictum eſt,& dicitur. Tu autẽ ſi non vis confiteri quòd magus es, cum omni hac turba pergamus ad domum tuam,& tunc apparebit quis ſit magus.Hæc autem Petro dicẽte,Simon blaſphemiis & maledictis agere cœpit & ſeditione facta,perturbatis omnibus, argui non potuit. Et Petrus, ne quaſi blaſphemiæ cauſa ſecedere videretur,perſtitit immobilis,& arguere eum vehementius cœpit.Tum populus indignatus,Simo-

nem de atrio eiectum, extra ianuas domus repulit: eoque depulso, vnus secutus est solus. Facto autē F
silentio, Petrus alloqui populum hoc modo cœpit: Patienter fratres, malos ferre debetis, scientes
Malos Deus patitur quia Dominus cū possit eos excidere, patitur tamen durare vsque ad præstitutam diem: in qua de
omnibus iudicium fiet. Quomodo ergo nos non patiemur, quos patitur Dominus, cui subsunt &
obediunt cœli & terræ? Vos ergo qui ad Dominum conuertimini per pœnitentiam, curuate ei ge-
nua. Hæc cum dixisset, omnis multitudo genua flexit Domino. Et Petrus respiciēs ad cœlum, cum
lachrymis orabat super eos, vt Dominus pro sua bonitate susciperet eos dignaretur, confugientes
ad se. Et postquam orauit, & præcepit vt die posteriora maturius cōuenirent, sacrificium fecit: tum
deinde secundum consuetudinem quieuit. Manè autem facto, veniens quidam ex discipulis Simo-
Is est fortassis quem Clemēs 6. const. cap. 8 cleobium vocat. nis, clamabat dicens: Obsecro te Petre, suscipe me miserū, & à mago Simone deceptum, cui ego ve-
lut cœlesti Domino intendebam, pro his quæ ab eo fieri mirabilibus videbam: auditis tamen ser-
monibus tuis, cœpit iam homo mihi videri, & quidem malus. Veruntamen cum hinc exisset, ego
eum subsecutus sum solus: nondum enim ad liquidum impietates eius agnoueram. Cum autem vi-
disset me subsequentē, beatum me dicens, perduxit me in domum suam. Circa medium verò noctis G
ait ad me: Omnibus te hominibus faciam meliorem, si volueris vsque ad finem perseuerare mecum.
Qui cum promisissem, exegit à me sacramentum perseuerantiæ: eoque accepto, imposuit super hu-
Magorum Sacramenta meros meos polluta quædā & execrabilia vt secreta sua, portarē, & secutus est me. Vbi verò vētum
est ad mare, nauigium quod fortè aderat ingressus, sumit à ceruicibus meis, quod portare me iusse-
rat, & paulò pòst egressus, nihil extulit: certum quòd in mare quid deiecerat. Rogabat ergo me, cū
ipso vt proficiscerer, dicens se Romā petere. Ibi enim se in tātum placiturū, vt Dominus putetur, &
Ara Deo stanti erecta Iust. 1. Apol. Euseb. 2. hist. cap. 12. Clem. 2 recog. diuinis publicè donetur honoribus. Tūc, inquit, te omnibus diuinis repletū, si huc redire placuerit,
pluribus fultū ministeriis remittā. Hæc ego audiens, nihil in eo secundū hanc professionē vidēs, sed
Magū & deceptorē, eū intelligens, respondi: Quæso te, ignosce mihi, quia pedes doleo, & propterea
exire Cæsareā non valeo. Præterea est mihi vxor, sunt paruuli liberi, quos relinquere omninò non
possum. At ille hæc audiens, & ignauiæ me incusans, profectus est Romā dicens: Cū audieris quanta
mihi gloria in vrbe Roma erit, pænitebit te. Et post hæc ipse quidē, vt aiebat, Romā petiit. Ego autē
confestim rediì huc orans vt me suscipias ad pœnitentiam, quia ab eo deceptus sum. Cum hæc di- H
xisset is qui à Simone regressus est, iussit eum Petrus in atrio residere. Procedens autem ipse, & tur-
bas videns multò plures quàm superioribus diebus, stetit in loco solito, & ostendens cum qui à Si-
mone venerat, ait: Iste, fratres, quem videtis, paulò ante venit ad me, de Simonis mihi malis artibus
nuncians, quomodò ipsam sceleris sui officinam proiecerit in profundum, non quasi pœnitētia du-
Edictum Tyberij intelligit, de quo Sueto. in Tib. & Tacitus lib. 1 Annal. ctus, sed metuens ne deprehensus publicis legibus subiaceret. Hæc dicente Petro populus videns
hominem qui venerat à Simone, stupebat. Igitur Petrus à Cæsarea digressus, Tripolim venit: & in-
gressus domum Maronis vidit locum aptum ad disputandum. Vt autem vidit turbam, velut ingen-
tis fluuij inundasse leuem meatum, ascendens supra basim quandam quæ forte iuxta horti parietem
stabat, primùm religionis more populum salutauit. Quidam autem ex his qui aderant, & longo tem
pore à dęmonibus fuerant fatigati, in terram proruunt, obsecrantibus spiritibus immundis, vt vel
vno die indulgeretur eis in obesis corporibus permanere. Quos Petrus increpans statim iussit ab-
Curationes D. Petri. scedere: & sine mora discesserunt. Post hos alij longis afflicti languoribus, rogabant Petrum vt re- I
ciperent sanitatem. Pro quibus se supplicaturum Domino, populo pollicetur, cum prius sermo do-
ctrinæ fuisset expletus: sed statim, vt promisit, languoribus resoluti sunt. Et iussit eos sursum resi-
dere cum his qui à dæmonibus fuerant curati, quasi post laboris fatigationem. Petrus autem egres-
Nicep. 13. cap. lib. 2 sus à Tripoli pergebat Antiochiam: & venit ad insulam Ancharadum nomine, vbi erāt in æde qua-
dam, columnæ vitreæ miræ magnitudinis, ad quas contuendas cum multi abiissent cum Petro, &
Petrus miratus eas egressus esset pro foribus, vidit mulierculam quandam stipem ab introeuntibus
deposcentem quam attentius considerans, ait: Dic mulier, quod tibi mēbrum corporis deest, quòd
huic iniuriæ te subiecisti, vt stipem petas, & non potius manibus tuis quas à domino accepisti, ope-
rum cibum quæras? At illa suspirans ait: Vtinam mihi quidē manus essent quæ moueri possent, nūc
autem species tantum seruata est manuum. nam ipsæ sunt mortuæ, & meis morsibus debiles, & sine
sensu redditæ. Tunc adprehensis Petrus manibus eius, sanauit eas. Erat enim hæc mulier mater Cle-
Clem. 9 Recognit. Non Niciam sed Niceta vocat Niceph. mentis, à quo & in eodem loco cognita est. Nam per virtutes Petri, & alios filios recepit Faustinum
& Faustum, qui mutatis nominibus Aquila ac Nicia appellabantur: & virum suum Faustinum, qui K
multò à se tempore fuerant separati. Et cum vellent nauigare ex illa insula, mater ait ad Clemētem:
Fili dulcissime, rectum est vt vale-dicam mulierculæ quæ me suscepit. Est enim egens & paralitica,
iacens in lecto. Quibus auditis, Petrus & omnes qui audierant, admirati sunt bonitatem & pruden-
tiam fœminæ. Et continuò iussit Petrus adire quosdam, & deferre mulierem in lectulo, vt iacebat.
cum fuisset allata, & in medio turbæ astantis collocata, in conspectu omniū Petrus ait: Si veritatis e-
go sum pręco, ad confirmandam fidem horum omnium qui assistunt, vt sciant & credant quia vnus
est Dominus qui fecit cœlum & terram, in nomine Iesu Christi filij eius surgat hæc mulier. & sta-
tim vt hæc Petrus dixit surrexit mulier sana, & procidit ad pedes Petri, atque amicam suam ac fa-
miliarem osculis petens, gratias Domino referebat. His expletis, volente Petro vt iret ad hospitiū,
dominus domus ait ad eum: Turpe est & impium tali sancto viro, manere in stabulo, cum ego penè
omnem

A omnem domum vacantem habeam lectósque stratos quàmplurimos, & quæ necessaria sunt, pa-
rata. Sed Petro contradicente, vxor patrisfamilias vnà cum liberis suis postrauit se ante eum, & exo-
rabat dicens: Obsecro te mane apud nos, sed ne sic quidem acquiescebat Petrus, donec filia eorum
B. Clem. sub finem. 9. Recog. qui rogabant, ab immundo spiritu temporibus multis vexata, & catenis vincta, quæ fuerat intra cō-
claue clausa, effugato à se dæmone, & ostiis patefactis, cum catenis suis veniens, procidit ad pedes
Petri, dicens: Rectum est mi domine vt agas hodiè hic salutaria mea, & non contristes me neque
parentes meos. Petro autem requirente catenarum sermonumque eius causam: parentes præter
spem leti effecti, de filiæ sanitate, & velut stupore quadam attoniti, ipsi quidem dicere nequeūnt.
Adstantes autem familiæ aiunt: Hæc à septimo ætatis anno dæmone tentata, omnes qui accedere
tentassent ad eam, scindere, dilaniare, morsibus etiam disrumpere conabatur. Et hoc à viginti annis
vsque ad presens facere nunquam destitit, nec ab aliquo potuit curari: sed nec accedere quidē quis-
quam valebat ad eam. Multos enim inutiles reddidit, alios interemit. Omnibus enim viris validior
puella ad præsentiam D. Petri. dæmonio liberatur. erat, sine dubio viribus dæmonis vsa. Nunc autem, vt vides, ex præsentia tua dæmon quidem fugit:
B ostia verò quę summo cum munimento clausa fuerant, aperta sunt, & ipsa sana stat ante te, rogans
vt diē salutarium suorum lætum & ipsi & parentibus eius facias, & maneas apud eos. Hæc cum ita
vnus ex familiis enarrasset, ac ipsæ etiam catenæ de manibus eius ac pedibus fuissent sponte reso-
lutæ; Petrus certus quòd per ipsum sanitas hæc reddita sit puellæ, adquieuit ut maneret in domo
patris eius. *Post hæc autem Petrus Romam veniens, in ipsis diebus sibi finem vitæ imminere præsensit. In conuentu ergo fratrum positus, adprehensa Clementis manu repentè consurgens, in auribus totius ecclesiæ hæc protulit verba: Audite me fratres, & coserui mei: quoniā sicut edoctus sum ab eo qui me misit Domino & magistro Iesu Christo, dies mortis meæ instat*, Clementem hunc episcopum vobis ordinabo, cui soli meæ prædicationis & do-
Successit B. petro Clemēs lib. 7. const. cap. 45. Epist 1. ad Iacobū Tertul. lib. præscrip. ctrinę cathedram credo, qui mihi ab initio vsque ad finē comes in omnibus fuit, & per hoc veritatē
totius meæ prædicationis agnouit. Qui in omnibus tentationibus meis socius extitit, fideliter per-
seuerans: quē præ cæteris expertus sum, Dominum colentem, homines diligentem, castum, disci-
pli studiis deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, scientem ferre nonnullorum etiam ex
his qui in verbo Domini instruuntur, iniurias. Propter quod ipsi trado à Domino mihi datam po-
C testatem ligandi & soluendi, vt de omnibus quibuscunque decreuerit in terris, hoc decretum sit
& in cœlis. Ligabit enim quod oportet ligari, & soluet quod oportet solui. Et hæc cum dixisset, ma-
Nicep. Lib. 2 cap. 35. c. nus ei imposuit, eumque in cathedra sua sedere compulit: multum eum instruēs, qualiter aut eccle-
siam sibi commissam regeret, aut oues susceptas aleret. Tunc & Paulus apostolus Romam veniens,
Christum Dominum prædicabat. Tempore igitur Neronis Cæsaris, erant Romæ salutiferi docto-
Euseb. lib. 2. cap. 13. res Christianorum Petrus & Paulus Apostoli, per quos dum fides domini Iesu Christi in omnium
cresceret mentes, & religionis propagarentur augmenta, quia essent sublimes operibus, clari magi-
Egesip. 2. cap. lib. 3. sterio ob virtutem diuinę gratiæ. Nero per Magū Simonem vehementer aduersari cœpit Apostolis
quia diuersis illusionibus dæmonum ita magus Cæsaris animum obtinuerat, vt eum salutis suæ pręsulem, vitæque custodem, remota ambiguitate confideret. Nā & bellorum victorias, & subiectiones
gentium, & prosperitatē rerum se per eum in omnibus habiturū esse credebat. Sed Petrus apostō-
lus vanitates eius & flagitia vniuersa detexit. Quia veritatis lux, & verbi diuini claritas, quæ ob sa-
lutem hominum nuper obfulserat totius mendacij caligine de humanis mentibus discussa per apo-
D stolos, ignorantię tenebras effugabat. Tunc Simō Magus veri luminis fulgore perculsus, cæcitatem
continuò malè sanæ mentis incurrit: quippe qui iam in Iudæa per apostolum Petrum de his quæ e-
gerat sceleribus confutatus, transmarinam ingressus est fugam. Et qui in aliis terrarum partibus Pe-
Ibid. Hegesippus tri expertus erat potentiam, tamen præueniens Romā, ausus est se iactare, quòd posset mortuos sus-
citare. Illo ipso tempore erat quidam defunctus adolescens nobilis propinquus Cæsaris. Vbi cum
multa turba propinquorum conueniisset, sciscitabantur inuicem, si esset aliquis qui posset mortuum
excitare. Celeberrimus scilicet & tunc Petrus in his operibus habebatur, sed apud gentiles nulla hu-
ius firmabatur fides. Dolor tamē exegit inquiri remedium: perrectū est ad Petrum. Fuerunt equidē
qui etiam Simonem accersendum putarent, vt vterque adesset. Tum Petrus ad cognatos defuncti
ait, vt Simon, qui de sua se iactabat potentia, prior si posset, mortuū suscitaret. Sin ille nequiuisset,
sibi non ambiguum, quin Christus opem ferret defuncto. Ibi Simon, qui putabatur apud gentiles
magnæ esse potentiæ, conditionē interposuit vt si ille mortuum suscitaret, Petrus occideretur, qui
E tantæ potestati verbis audacibus lacessendo inrogasset iniuriam. Si verò illo nihil agente, Petrus
mortuū suscitasset, Magus sententiæ quæ in Apostolum data fuerat, subiaceret. Talis cum esset in-
teriecta conditio, quieuit Petrus. exorsus est autem Simō, & accedens ad lectulum defuncti incan-
tare atque inmurmurare dira clàm carmina cœpit. Visumque est circumstantibus, caput agitari de-
functi. Itaque clamor gentiliū ingēs attolitur, quòd iā viueret, ac cū Simone loqueretur. Miraque
indignatio in Petrū esse omnium cœpit, eo quòd esset ausus se tantæ potestati conferre. Tū Petrus
fieri silentiū postulat, & ait: Si viuit defunctus, loquatur: si suscitatus est, surgat, & ambulet, atque fa-
buletur. Ego verò phantasma hoc non veritatem esse, quòd cernitis motum caput defuncti, doce-
bo. Denique (inquit) separetur Magus à lectulo, & ad plenū figmenta diaboli denudabantur. Abdu-
citur itaque Simon a lectulo, & sine vlla spe vitæ manet defunctus immobilis. Astitit Petrus à lōgè
& intra se orationi paulisper intentus, cum magna voce ait: Adolescens tibi dico, surge: sanat te

Suscitatur à B. Petro defunctus.

Dominus noster Iesus Christus. Et statim surrexit adolescens, & locutus est, & ambulault, & dedit F
eum Petrus matri suæ viuentem. Quæ cum remunerare beatum apostolum vellet: Secura (inquit)
esto mater de filio, & non verearis: habet enim custodem suum. Et cum vellet populus Magum Si-
monem lapidare, ait Petrus: Satis est ad pœnam eius, quòd agnoscit se in suis actibus superatum. Vi-
uat, & regnum Christi crescere videat, vel inuitus. Torquebatur interea Magus, & apostolica per
culsus gloria ad Neronem Cæsarem currit, nouamque Petro iniuriam molitus, obtinuit vt Petrum
vocaret. Itaque cum vterque coram imperatore staret, prior Simon: Miror (inquit) Cæsar hunc te
alicuius momenti hominem existimare, imperitum piscatorem, mendacissimum, & nec in verbo
nec in re aliqua præditum potestate. Sed ne diutius hunc patiar inimicum, præcipiã modò angelis
meis, vt veniant, & vindicent me de isto. Ad quæ Petrus: Non equidem timeo angelos tuos qui me
cogunt timere, & in virtute & in confidẽtia huius Christi Domini mei, quẽ te esse mentiris. Nam si
diuinitas in te est, quę cordis arcana rimatur dic mihi nũc Simõ, quid cogitẽ, vel quid facturus sim.
Quam cogitationẽ meam, antequã tibi mẽtiatur Magus, Cęsar optime, auribus tuis insinuabo vt nõ
possit mẽtiri quid cogitẽ, Tũ Nero: Accede huc, & dic mihi quid cogites. Petrus dixit: Iube mihi ad- G
ferri hordeaceũ panẽ, & occultè dari. Cũque hoc iussum fuisset, Petrus ait: Dicat nunc ergo Simõ,
quid cogitatũ, quid dictũ, quid ve sit factum à me. Tũ Nero, Quid dicis Simõ? Respondet Simõ: Imò
Petrus dicat quid ego cogitauerim, vel quid fecerim. Tum Petrus: Quid cogitet Simon, me scire
docebo, si tamen ipse prius dixerit, quid ego cogitauerim. Quæ cum audiuisset Simõ: Hoc (inquit)
scias bone Imperator, quia cogitationes hominum nemo nouit, nisi solus Deus: cæterùm Petrus
mentitur. Ad quæ iterum Petrus: Tu verò, qui filium Dei te esse dicis, dic quid cogitem, & quid fe-
cerim modò in occulto, si potes, exprime. Petrus autem benedixerat panem hordaceum, quem ac-
ceperat, & fregerat, & in dextra atque siniſtra manica sua collocauerat. Tũc Simõ indignatus, quòd
dicere non posset secretum Apostoli, exclamauit: dicens: Procedant canes magni, & deuorent eum
in conspectu Cæsaris. Et cum hæc dixisset, apparuerunt canes miræ magnitudinis, & impetum fe-
cerunt in Petrum. Petrus verò extendens manus in orationem, ostendit canibus quem benedixe-
rat panem. Quem vt viderunt canes, subitò nusquam comparuerunt. Tum conuersus Petrus ad Cę H
sarem: Ecce ostendi tibi Imperator, quid cogitarit Simon, non verbis, sed factis. Nam qui angelos
promiserat contra me esse venturos, canes exhibuit: vt se ostenderet non diuinos Angelos, sed ca-
ninos habere. Quare indignatus Magus, sese ad omnem excitare cœpit carminum suorum potẽtiã.
Congregátque populum, ac offensum se dicit à Galilæis: relicturum se vrbem, quam tueri soleret.
Denique diem statuit, quo se per volatum supernis sedibus satis iactanter promittebat inuehendi,
veluti quando vellet cœlum petiturus in sua potestate consisteret. Statuto igitur die montem Capi-
tolinum ascendit, ac se de rupe deiiciens, volare cœpit. Mirari populus, ac venerari. Plerique etiam
dicebant. Dei hanc esse potentiam, non hominis, qui ita corpore volaret ad cœlum: nihilque tale
Christum feciſſe, multi asseuerabant. Tunc Petrus stans in medio, inquit: Domine Iesu, ostende
virtutem tuam, & ne permittas his vanis artibus decipi populum, qui tibi est crediturus. Sic decidat
domine (inquit) vt viuens, se contra tuã potentiam nihil potuisse cognoscat. Cũque hæc lachrymis
orasset apostolus, ait: Adiuro vos in nomine Iesu Christi, qui eum fertis, vt nunc demittatis. Et sta-
tim ad vocem Petri dimissus à dęmonibus, implicitis remigiis alarũ quas sumpserat, corruit: nec sta- I
tim exanimatus est, sed totus fractus corpore, debilitatisque cruribus post paruum horarum spatiũ
inibi expirauit. Quòd vbi Neroni cõpertum est, & deceptum se ac destitutum dolens, sublatumque
sibi virum vtilem ac necessarium reipublicæ indignatus, quærere cœpit causas, quibus Petrum
occideret. Itaque datur à Nerone præceptum, vt Petrus comprehenderetur. Et cum ab omnibus
antè fuisset rogatus, vt se alio conferret, ille semper resistebat, dicens: Nequaquam hoc se esse factu-
rum, vt tanquam metu mortis territus fugeret: Quippe cum sciret, & sibi & omnibus pro passione
Christi, immortalitatis gloriam prouenire. Cumque hæc & talia Petrus obtexisset, plebs lachrymãs,
ne se relinqueret, ne imminẽre procella Christianorum, despiceret tot bonorum lachrymas, victus
tandem populorum fletibus ac quieuit, promisitque se vrbem egressurum. Proxima igitur nocte sa-
lutatis fratribus, celebratáque oratione, proficisci solus cœpit. Vbi ventum erat ad portam, vidit
Christum sibi occurrere. quem adorans ait: Domine quò vadis? Cui Dominus, Venio Romã iterũ
crucifigi. Quod cum audisset intellexit Apostolus, de sua hoc passione dictum, in quo scilicet passu- K
rus videretur Christus, quem pati constabat in singulis non dolore corporis, sed misericordiæ con-
templatione, & pietatis affectu. Itaque Petrus ad vrbem rediit, captusque à custodibus, mox cruci
adiudicatus est. Quo audito, ingens subitò populi concursus est factus: ita vt plateæ non reciperent
homines vtriusque ætatis & sexus. Qui summa voce clamabant dicẽtes, Cur occiditur Petrus? quid
admisit criminis? quid læsit vrbem? Innocentem damnare nefas est. Et metuendum est, ne in tanti
viri nece vlciscatur Christus, & nos omnes pereamus. At verò Petrus mulcebat plebis animos, ne
aduersus principem desæuirent, dicens eis: Viri Romani, qui in Christo creditis, & in illo solo spe-
ratis, in mente habitote eius patientiam, & consolationem in his signis quæ vidistis facta per me. Sustí-
nete itaque eum aduenientem, & retribuentem vnicuique secundum opera sua. Hoc autem quod
nunc in me videtis fieri iam antea mihi à Domino est proditum, non esse discipulum supra magistrũ
nec seruum supra Dominum. Quare scitote, ad hoc ipsum me festinare, vt carne exutus, Domino
adsistam,

Concertatio B. Petri & Simonis Magi, coram Nerone.

Benedictus panis diabolicos canes fugauit.

Nicep. lib. 2 cap. 27.

Simonis magi interitus. Aritiæ tamẽ ex eo casu mortuũ scribit Hegesip. lib. 3. cap. 2 cui nonnihil fauet Clem. 6 const. cap. 9.

Eadem Hegesip. lib. 3. cap. 2.

Nicep. lib. 2. cap. 36.

Mat. 10. Ioan. 13.

A adsistam, sed qui moror (inquit) & non accedo ad crucem? Teneant persecutores corpus, ego do-
mino meo spiritu adherebo. Et accedens ad crucem, rogauit vt cruci inuersis vestigiis figeretur: ea
reuerentia, ne ita seruus crucifigi videretur, vt Dominus. Quod vbi factum est, cæpit de cruce ad
populum loqui: ô ineffabile ac profundum mysterium crucis, ô inseparabile vinculum charitatis
Istud est lignum vitæ, in quo Dominus Iesus exaltatus, omnia traxit ad se. Istud est lignum vitæ, in
quo crucifixum est corpus domini Saluatoris. At in eo confixa est mors, & mundus totus æternæ
mortis est vinculis absolutus. O gratia incomparabilis, & amor crucis incredibilis! Gratias ita-
que tibi domine Iesu, fili dei viui, non solũ voce & corde ago, sed etiam spiritu, quo te diligo, quo te
loquor, quo te interpello, quo te teneo, quo te intelligo, quo te video. Tu mihi omnia, & in omni-
bus, tu mihi totũ, & nihil mihi aliud præter te solũ. Qui es bonus & verus dei filius, & deus, cui cum
æterno patre & spiritu sancto honor & gloria est, in cuncta semper sæcula sæculorum. Et cum magna voce omnis populus respondisset Amen, emisit, spiritũ. Cuius corpus Marcellus, vnus ex disci-
pulis eius, nullius expectans sententiam propriis manibus de cruce deposuit, & pretiosissimis aroma-
B tibus conditum, in suo ipsius sarcophago collocauit, in loco qui dicitur Vaticanus, iuxta viam triũ-
phalem, vbi totius vrbis veneratione celebratur in pace.

Petrus inuersis vestigiis crucifigitur Nicepb. lib. 2 cap. 36.

Et ostiensis à Nicep. B. petri sepultura de qua Greg. mag. in regist.

LIBER SECVNDVS HISTORIÆ APOSTOLICÆ, DE REBVS A BEATO PAVLO APOSTOLO HINC INDE GESTIS.

C EVit vir quidam in Hierusalẽ, de tribu Beniamin, nomine Saulus, eruditissimus in libris
Moysi, & cunctis legis cæremoniis, quæ tunc secũdum litteram gerebãtur, nihil in his
mysticum sentiens, aut aduertens. Hic deuastabat ecclesiã dei, ingrediẽs domos, & tra-
hens viros ac mulieres in carcerem, & multos quotidiè congregabat. Igitur cũ adhuc
spiraret minas & cædes in apostolos Domini, accessit ad principem sacerdotum, & petiit ab eo epi-
stolas in Damascum ad Synagogas, vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres vinctos
perduceret in Hierusalem. In eo proposito cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco,
& ecce subitò circumfulsit eum lux de cœlo, & cadens in terram audiuit vocem dicẽtem sibi: Saule
Saule, quid me persequeris? Durum est tibi cõtra stimulum calcitrare. Qui dixit: Quis es Domine?
Et ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Sed surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te
oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur, stabant cum eo stupefacti, audientes quidem vo-
cem, neminem autem videntes. Surrexit quoque Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat.
Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus, non videns,
& neque manducabat, neque bibebat. Erat verò discipulus Christi quidam Damasci, nomine Ana-
nias, & dixit ad illum in visu Dominus: Anania. Et ille ait: Ecce ego domine. Et dominus ad illum:
D Surge, vade in vicum qui vocatur rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem. Ecce
enim orat ipse, & expectat te, vt introiens imponas sibi manus, vt visum recipiat. Respondens autẽ
Ananias inquit: Domine, audiui à multis de viro hoc, quãta mala sanctis tuis fecerit in Hierusalẽ. Et
hic habet potestatem à principibus sacerdotum, alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Tum
dominus: Vade (ait) quoniam vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gentibus, &
Regibus & filiis Israel. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit
Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus dixit: Saule frater, misit Dominus me Iesus,
qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas, & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt
ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit. Et surgens baptizatus est: & cum accepisset, cibũ,
confortatus est. Mansit autem cum discipulis qui erant Damasci, per aliquot dies: & continuò in
Synagogis passim prædicabat Iesum, quoniam hic est filius Dei. Quod cum viderent, stupebãt om-
nes, & dicebant: Nonne hic est, qui expugnabat in Hierusalem eos qui inuocabant nomen istud?
E & huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad Principes sacerdotum? Interea Saulus conualesce-
bat quotidiè, & confundebat Iudæos, qu habitabant Damasci, affirmans, quoniam hic est Christus
Iesus filius Dei. Cum implerentur autem dies multi, consilium inierunt Iudæi, vt eum interficerẽt.
Sed hæ insidiæ Saulo statim notæ factæ sunt. Custodiebant enim portas die ac nocte, vt eum com-
prehenderent. Sed accipientes eum discipuli eius nocte, demiserunt per murũ submittentes in spor-
ta. Itaque cum venisset postea in Hierusalem, tentabat se iũgere discipulis Christi. At illi timebant
eum, non credentes quia esset discipulus. Barnabas autem adprehensum illum duxit ad Apostolos,
& narrauit illis, quomodo in via vidisset Dominũ, & quomodo locutus fuerit sibi, & quæ Damasci
egerit cũ fiducia in nomine Iesu. Ex hoc autẽ tẽpore Saulus, qui & Paulus, cũ euangelizaret Christũ
in multis ciuitatibus, venit Lystram. Et erat ibi quidam infirmus pedibus, sedens claudus ex vtero
matris suæ, qui nunquam ambulauerat. Hic vbi audiuit Paulũ loquentẽ, intuebatur eũ fortiter. At
Saulus, vidẽs quia haberet fidẽ, vt saluus fieret, dixit magna voce: Surge, & sta super pedes tuos rec-
D

Paulus persequitur Ecclesiam Nicep. lib. 2. cap. 5. Act. 7. 8. 9. & 22. 1. 1. cor. 15. & 2. 12.

conuersio Pauli.

Horũ omniũ fit mentio in Apost. actus cap 9. Quare vel Abdias illa ex Luca, vel Lucas ex Abdia sumpsit.

Nicep. lib. 2. cap. 5.

Act. 11.

B. paulus curat infirmũ Lystris: Act. 14.

Et exiliuit ſtatim homo ille, & ambulabat. Turbę autem cum vidiſſent quod fecerat Paulus, le- F
uauerũt vocem ſuam dicentes: Verè hic miniſter Dei eſt, qui tanta facit in Iſrael. Factum eſt autem,
Hæc hiſtoria explicatur. 16 Act. facta eſſe Philippis.
euntibus nobis ad orationem, puellam quãdam habentem ſpiritum Pythonis obuiare, quæ quæſtũ
magnum præſtabat dominis ſuis diuinando, Hæc ſubſecuta nos paululum, clamabat dicens: Iſti ho-
mines ſerui dei excelſi ſunt, qui adnunciant vobis viam ſalutis. Hoc autem faciebat multis diebus.
Dolẽs igitur Paulus, dixit ſpiritui: Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti, exi ab ea. Et exit ab ea eadẽ
hora. Poſtea verò cum veniſſent quidam ex diſcipulis cum eo in Aſiam, diſputabat in ſchola Tyran-
Act. 19.
ni per biennium: ita vt omnes qui erant in Aſia audirent verbum Dei, Iudæi atque gentiles, virtu-
Hoc alij & Romæ contigiſſe ſcribũt, & nomen adoleſcenti patroclum indidere, quẽ Neronis fuiſſe ſcribunt pocil latorem.
téſque non modicas Deus faciebat per manus Pauli, ita vt etiam ſupra languidos deferrentur à cor-
pore eius ſudaria & ſemicincta, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.
In vna autem ſabbatorum cum veniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat eis, profe-
cturus in craſtinum: protraxitque ſermonem vſque in mediam noctem. Erant autem lampades co-
pioſæ in cœnaculo, vbi eramus congregati. Sedens autem quidam adoleſcens nomine Euthycus
ſuper feneſtram, cum mergeretur ſomno graui, diſputante diu Paulo, depreſſus ſomno, ce- G
cidit de tertio cœnaculo deorſum, & ſublatus eſt mortuus. Ad quem cum deſcendiſſet Paulus
incubuit ſuper eum, & complexus dixit: Nolite turbari. Anima enim ipſius in eo eſt. aſcen-
déńſque rurſus, fregit panem: & cum guſtaſſet, ſermonem protraxit vſque in lucem. Interea
Act. 20. Hæc profectio Pauli nõ voluntaria recitatur Act. 27. Euſeb. lib. 2. cap. 21. Nicep. lib. 2. cap. 33.
adducunt puerum viuentem, qui ex caſu obierat, & conſolati ſunt omnes non minimum. Poſt
hæc Paulus, aſcenſa naui, venit in inſulam quæ dicitur Miletus. Barbari verò præſtabant non
modicam humanitatem nobis, & accenſa pyra reficiebant nos omnes propter imbrem qui im-
minebat, & frigus. Cumque congregaſſet Paulus ſarmentorum aliquantam multitudinem, & im-
poſuiſſet ſuper ignem, vipera à calore prorupit, inuaſitque manum eius. Vt verò viderunt barbari
pendentem beſtiam de manu eius, ad inuicem dicebant: Vtique homicida eſt homo hic, qui cum
euaſerit de mari, vltio non permittit eum viuere. Et ille quidem excutiens beſtiam in ignem, nihil
mali paſſus eſt. At illi exiſtimabant eum in tumorem conuertendum, & ſubitò caſurum, ac moritu-
rum. Cum autem illis ſperantibus & videntibus, Paulo nihil mali fieret: conuertentes ſe dicebant, H
cum eſſe Deum. In locis autem illis erant prædia Principis nomine Publij, qui nos ſuſpiciẽs triduo,
benignè exhibuit. Contigit autem patrem Publij febribus & dyſenteria vexatum, iacere, ad quem
Paulus ingreſſus, cũ oraſſet, & impoſuiſſet ei manus, ſaluauit eum. Quo facto omnes qui in inſula ha-
bebant infirmitates, accedebant, & curabantur ab eo. Qui etiam multis honoribus Paulũ ſunt pro-
ſecuti.* Exinde nauigans venit romã, ibique ſolutus à vinculis, manſit biẽnio toto in conductu ſuo,
& ſuſcipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans ſubinde regnum Dei, & docens quæ
ſunt de domino Ieſu Chriſto. Poſt crucem verò Petri, & eliſionem Simonis magi, in urbe adhuc
libera manebat cuſtodia: qui à corona etiam martirij eadem die diſpenſatione diuina ſubtractus
fuerat, vt per eum omnes gentes Euangelij prædicatione implerentur. Itaque cum Romam à Iulio
centurione Paulus fuiſſet perductus, ſub vnius militis duntaxat cuſtodia conſtitutus, poſt tertium
diem conuocauit primores Iudæorum: cumque conueniſſent in hoſpitium eius, loquebatur illis:
** Hic multa res geſtæ à Paulo omittuntur, quas in Macedonia, Attica Corintho, Aſia, Phrigia Galatia, & Epheſo pro verbo Chriſti geſſit, quorũ meminit Lucas, Act. 13. 14. vſque ad 27. Porrò miſſus erat Romam à Feſto preſide Iudeæ, & Agrippa rege, quia ad Cæſarem appellauerat. Act. 28. Eſa. 6. Mat. 13. Mar. 4. Luc. 8. Rom. 11. Act. 10. & 14. Quæ ſequuntur, in hiſtoria Actorũ non habentur. De illirico Orientali hæc intelligenda Euſeb. lib. 6 cap. 14.*
Ego viri fratres (inquit) nihil aduerſus plebem faciens, au conſuetudinem maiorum, vinctus ab Hie-
roſolymis traditus ſum in manus Romanorum, qui cum inquiſitionem de me habuiſſent, conſti- I
tuerant me primò dimittere, eo quòd nulla eſſet cauſa mortis in me. Contradicentibus autem Iu-
dæis, coactus ſum appellare Cæſarem, Quam ob cauſam cum eſſem in itinere, rogaui vos videre &
alloqui: Propter ſpem enim Iſraelis hac ſum catena circundatus. At illi dixerunt ad eum: Nos neque
litteras accepimus de te à Iudęa, neque aduenies aliquis fratrum adnunciauit nomen & conditio-
nem tuam. Cupimus autem nunc ex te audire, quæ ſentis. Nam de ſecta hac notum eſt nobis, quia
vbique ei contradicitur. Igitur conſtituto die venerunt ad eum plurimi in hoſpitium, ex Iudæis.
Quibus exponebat ille in ſcripturas, teſtificans regnum dei ſuadensque eis ex lege Moyſi & pro-
phetis, à mane vſque ad veſperam docebat. Sed cum non omnes crederent in Ieſum, dixit Paulus
ad eos: Spiritus ſanctus rectè per Eſaiam locutus eſt: Vade ad populum iſtum, & dicas: Aure audietis,
& nõ intelligetis: & videntes videbitis, & non poteritis perſpicere. Incraſſatum eſt enim cor populi
huius, & oculos compreſſerunt, ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, &
conuertantur, & ſanem eos. Notum ergo cupio eſſe vobis, & gentibus miſſum eſſe hoc ſalutare dei,
& ipſos ad ſalutem venturos. Et cum hæc dixiſſet, exierunt ab eo Iudæi, magnas inter ſe concerta- K
tiones agitantes. Ipſe autem Paulus manſit Romæ toto illo biennio, in conductu ſuo, & ſuſpiciebat
omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ ſunt de Domino Ieſu
Chriſto, cũ omni fiducia, ſine impedimento. Hæc dum Romæ Apoſtolus faceret, interea apud Ne-
ronem Cæſarem defertur, quòd nõ ſolum nouam ſuperſtitionem inueheret, verum etiam aduerſus
imperium ſeditiones excitaret. Accerſitus igitur, & interrogatus à Nerone, vt rationẽ doctrinæ ſuæ
redderet, ita coram Cæſare locutus eſt: De doctrina quidem magiſtri mei, de qua interrogaſti me,
non eam capiunt, niſi qui fidẽ mundo pectore adhibuerint. Quæ enim pacis ſunt & charitatis, do-
cui, & per circuitum ab Hieruſalem vſque in Illyricum repleui verbum pacis. Docui, vt homines ſe
inuicem diligant. Docui, vt inuicem ſe honore præueniant: Docui ſublimes & diuites, ſe non extol-
lere, & ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deum ponere ſpem ſuam. Docui mediocres, in victu
& veſtimento

A & veſtimento contentos eſſe. Docui pauperes, in ſua egeſtate gaudere. Docui patres filios ſuos do-
cere diſciplinam timoris Dei. Docui filios, obtemperare parentibus, & monitis ſalutaribus. Docui
poſſidentes, reddere tributum ſolicitudine. Docui negotiatores, reddere vectigalia miniſtris Rei-
publicæ. Docui vxores, diligere viros ſuos, & timere eos quaſi dominos. Docui viros, fidem ſeruare
coniugibus, ſicut illi ſeruari ſibi pudorem omnibus modis volunt. Quod enim punit maritus in vx-
ore adultera, hoc punit in marito adultero ipſe pater & conditor rerum Deus. Docui præterea do-
minos, vt mitius cum ſeruis ſuis agant. Docui ſeruos, vt fideliter, & quaſi Deo, ita ſeruiant dominis
ſuis. Docui eccleſiam credentium, vnum & omnipotentem, inuiſibilem & incomprehenſibilem co-
lere Deum. Hæc autem mihi doctrina non ab hominibus, neque per hominem aliquem data eſt,
ſed per Ieſum Chriſtum, & patrem gloriæ, qui mihi de cœlo locutus eſt. Et dum me mitteret ad
Act. 7.
prædicationem dominus meus Ieſus Chriſtus, dixit mihi: Vade, & ego ero tecum, ſpiritus vitæ om-
nibus credentibus in me: & omnia quæcunque dixeris, aut feceris, ego iuſtificabo. Hæc cum di-
xiſſet Paulus, Nero Imperator obſtupuit: indignatuſque poſtea ſententiam mortis in eum pronun-
B ciauit, vt capite afficeretur. Et cum ei de morte illius tardius nũciaretur, miſit duos ex armigeris ſuis
Sententia mortis in Paulum.
Nero, Feregam & Parthemium: qui euntes inuenerunt Paulum, cum omni fiducia & libertate vni-
uerſum populum de Chriſti mirabilibus inſtruentem. Hos cum vidiſſet Paulus ſe accedentes, hor-
tabatur eos dicens: Venite filij, & vos credite in Deum, vt ſaluentur animæ veſtræ, qui me & omnes
credentes ſibi per aduentum vnigeniti filij ſui ſuſcitauit, & in regno ſuo quod æternum eſt, collo-
cauit. Qui reſponderunt dicentes: Nos quidem Paule, prius ibimus ad Neronem nunciantes ei finẽ
mortis tuæ. Tu autem ora pro nobis, vt credamus illi quem tu prædicas Deum. Rogabant enim
Paulum pro ſalute ſua, vt baptizarentur. Tum rurſus Apoſtolus: Poſt paululùm (inquit) filij venite
huc ad ſepulchrum meum & inuenietis duos viros orantes, Titum, & Lucam: ipſi poſt me dabunt
ſignum ſalutis. Et cum hæc dixiſſet, ſuperuenerunt milites, qui correptum eum foras, extra ciuita-
tem duxerunt. Paulus verò cum veniſſet ad locum ſupplicij, conuertit ſe contra Orientem: & eleua-
B. Pauli martyrium Greg. Turonen. lib. de glor. marty. cap. 2. Nicaph. lib. 2. cap. 36. Egeſip. lib. 3. cap. 2. Euſeb. 2. lib. cap. 24. 2. lib. 3 cap. 2.
tis manibus ac oculis ſuis ad cœlum, diutiſſimè orauit. Et completa oratione, dedit pacem fratribus
qui eum ſecuti fuerant: & valedicens eis, flexis genibus, cruciſque ſe ſigno muniens, ceruicem præ-
C buit percuſſori. E cuius gladio, deſecto capite pro ſanguine lac cucurrit, ita vt percuſſoris dextram
lactea vnda perfunderet. Quod cum circumſtantibus viſum fuiſſet obſtupefacti omnes magnifica-
uerunt Deum, qui tantam gloriam donauerat Apoſtolo ſuo. Cuius corpus Lucina Chriſti famula,
ſecundo ab vrbe miliario via Hoſtienſi, in proprio prædio, differtum aromatibus ſepeliuit. Paſſus
eſt autem III. Kal. Iulias, duobus iam à paſſione Petri elapſis annis, regnante Domino noſtro Ieſu
Chriſto, cui eſt apud æternum Patrem & ſpiritum ſanctum, honor & gloria, in ſæcula ſæculorum:
Amen.

LIBER TERTIVS CERTAMINIS APOSTOLICI, DE GESTIS BEATI ANDREÆ APOSTOLI.

D

ANDREAS Apoſtolus, Simonis Petri, qui Barionas cognominatus erat, frater
germanus fuit, & Ionæ filius: ex primis erat, qui Chriſto à Ioanne in Iordane bap-
Nicep. lib. 2. cap. 39. Math. 4. Mar. 1.
tizato adhæſerunt. Audiens quippe à Ioanne in deſerto, hunc Dei agnum eſſe,
miraculo ductus ſimul authoritate Ioannis, ad fratrem feſtinabundus contendit.
Cui cum de Chriſto ſignificaſſet, Petro perſuaſit, vt ſeſe ad illum contemplandum
ſequeretur. Quam rem mox caſus inſecutus eſt, vt quo tempore is cum Simone
fratre retia in mare mitteret, Chriſtus fortè tranſiret: à quo ambo vocati fratres, ſi
ne mora diſcipuli magiſtrum ſecuti ſunt. Quo in munere cum diu Chriſtũ ſequeretur, probatus ma-
giſtro, ad Apoſtolatus demum apicem ante paſſionem vocatus fuit. Et hæc quidem ante Dominicã
E paſſionem, ab hoc Dei viro geſta ſunt. At verò poſt illum Dominicæ aſcenſionis nobilem glorio-
B. Andreæ prima ex Iudea in Achaiam profectio.
ſumque triumphum, cùm beati Apoſtoli prædicare verbum Domini per diuerſas regiones incepiſ-
ſent, tum & Andreas Apoſtolus apud Achaiam prouinciam, adnunciare Dominum Ieſum Chriſtũ
exorſus eſt. Eodem tẽpore Matthæus Apoſtolus, qui & euangeliſta, Myrmidoni vrbi verbum ſalutis
adnunciauerat: ſed incolæ ciuitatis illius grauiter & indignè ferentes, quæ de redẽptoris noſtri vir-
tutibus audiuerant, ac ſua nolentes deſtruere templa, beatum Apoſtolum erutis oculis, cateniſque
oneratum carceri incluſerant: eo animo, vt paucis interpoſitis diebus interficerent. Quod antequã
fieret, Angelus à domino miſſus ad Andream apoſtolum, vt in Myrmidonẽ ciuitatem maturaret, &
fratrẽ Matthæũ de ſqualore carceris erueret, monuit. Cui ille ait: Domine, ecce viam neſcio, & quò
ibo? Et ille: Vade (inquit) ad littus maris, & inuenies nauem, quam ſtatim cõſcẽde. ego enim ero dux

itineris tui. Paruit Andreas inuentamque nauem ascendens flantibus ventis congruis prosperè F
nauigauit ad vrbem. Quam vt ingressus est, ad publicum se illicò carcerem contulit, inueniénsque
cum reliquis vinctis, Matthæum, amarissimè fleuit, & facta oratione hæc verba locutus est:
Domine Iesu Christe, quem fideliter prædicamus, & ob cuius nomen tanta perferimus, qui
cæcis visum, surdis auditum, paralyticis gressum, leprosis mundiciam, mortuis vitam: immensa
clementia lagiri dignatus es, aperi oculos serui tui, vt eat ad annunciandum verbum tuum. Et sta-
tim locus ille contremuit, & lumen refulsit in carcere, & oculi beati Apostoli restaurati, & cun-
ctorum cathenæ confractæ sunt, & trabes, in qua pedes eorũ coarctati erant, sciſſa est. Quibus factis,
B. Andreas, recuperat visum. omnes magnificabãt dominum, dicentes: Quia magnus est Deus, quẽ prædicant serui eius. Ita edu-
cti per beatũ Andream de squalore carceris, omnes qui capti fuerant, abiit vnusquisque ad propria:
cum quibus & Matthæus recesserat. Ipse verò Andreas manens apud Myrmidonẽ, prædicabat in-
colis verbũ Domini. quod cum minus audirent, adprehensum Andream, ligatis pedibus per plateas
ciuitatis trahebant. Quibus in tormentis cum iam sanguis efflueret, & capilli vellerentur, Apostolus
ad dominum in hæc verba orationem habuit: Aperi domine Iesu Christe, oculos cordium illorum, G
vt cognoscant te Deum verum, & desistant ab hac iniquitate: neque velis hoc illis peccatum sta-
tuere, quia nesciunt quod faciunt. Hæc cum dixisset, timor subitus inuasit incolas ciuitatis illius, vt
dimisso Apostolo, peccatum agnoscerent, dicentes: Peccauimus in iustum. cumque se ad pedes
Apostoli demitterent, remissionem delicti, & sibi ostendi viam salutis petebant. Quibus ille erec-
tis, prædicabat dominum Iesum Christum, & miracula quæ fecerat in hoc mundo ostendit, &
quemadmodum ipsum mundum iam pereuntem proprio cruore redemerit, Ita vendicatis domi-
no incolis eius ciuitatis, cunctos in nomine Patris, & filij, & spiritus sancti, concessa peccatorum re-
missione baptizauit.

Quibus gestis, recedens ab eo loco, venit in regionem suam: vbi cum ambularet cum disci-
pulis suis, accessit ad eum cæcus quidam, & ait: Andrea Apostole Christi, scio quia posses mihi
reddere visum, sed nolo eum recipere. Hoc tantum deprecor, vt iubeas his qui tecum sunt, tan-
tum conferre pecuniæ, vnde vestitum & victum comparem. Cui Andreas: Verè (inquit) co-
gnosco, hanc non hominis, sed diaboli vocem esse, qui non sinit hominem istum recipere vi- H
Cæco visum restituit. B. Andreas. sum, & conuersus tetigit oculos cæci, & confestim recepit lumen, & glorificabat Deum. Cúm-
que vestimentum vile haberet, & hispidum, ait Apostolus ad discipulos suos: Auferte ab eo
vestimenta sordida, & date ei indumentum nouum. Et cum omnibus, qui cęcus erat, expolia-
tus esset, inquit Apostolus: Quod sufficit illi, hoc accipiat. Et sic accepto vestimento, gra-
tias agens rediit in domum suam. Interea Demetrij cuiusdam, primi ciuitatis Amasæorum,
puer erat Ægyptius, quem amore vnico diligebat. Is correptus febri, fortè eo tempore spi-
ritum exhalauerat. Itaque auditis Demetrius signis quæ faciebat beatus Apostolus, venit ad
B. Andreæ profectio ad Amaseos. eum, & procidens cum lachrymis ante pedes eius, inquit: Nihil tibi difficilè est, ô minister
Dei. Ecce puer meus quem vnicè diligebam, mortuus est. Confido autem, & rogo, vt do-
mum meam ingressus, eum, vt potes, reddas mihi. Hæc audiens beatus Apostolus, condo-
lens lachrymis eius, venit ad domum in qua puer decumbebat, & prædicans diutissimè ea
B. Andreas mortuum suscitauit. quæ ad salutem populi pertinebant, conuersus ad feretrum, ait: Tibi dico puer, in nomine I
Iesu Christi surge, & sta sanus. Et confestim surrexit puer Aegyptius, & reddidit illum Apo-
stolus domino suo. Tunc omnes qui erant increduli, crediderunt in Deum, & baptizati sunt
à beato Andrea. Dum hæc fierent, puer quidam Sostratus nomine, venit secretiùs ad bea-
tum Andream, conquerens: Mater mea (inquit) concupiuit formam speciei meæ, & iugi-
ter me insectatur, vt commiscear ei: quod ego infandum execratus, fugi. At illa felle com-
Vel hoc authori fidem confirmat quod Achaia Proconsulẽ perpetuo habebat, id quod in Opere Reipub. Rom. prolixè ostendit Lazius. De hac pœna l. penult. ff. de leg. Pomp. de parr. & Calius lib. 6. cap. 43. & l. vn. tit. 17. lib 9. cod. mota, adiit Proconsulem prouinciæ, vt crimen suum retorqueat in me. Et scio, cum accusatus
fuero, quia nihil habebo quod ad hæc respondeam. Satius etiam duco vitam amittere, quàm
matris detegere crimen. Nunc autem hæc tibi confiteor, vt digneris pro me dominum exorare,
ne innocens præsenti vita priuer. Hæc eo dicente, venerunt ministri Proconsulis, accersentes
eum. Beatus verò Apostolus facta oratione surrexit, & abiit cum puero. Mater autem instanter
accusabat eum dicens: Hic, domine Proconsul, oblitus maternæ pietatis, stuprum mihi inferre
voluit, adeò vt vix ab eo me eripere potuerim, ne violarer. Ad quæ Proconsul: Dic (inquit)
puer si vera sunt ista, quæ mater tua prosequitur? At ille tacebat. Iterum atque iterum inter- K
rogabat Proconsul, & nihil ei quicquàm puer respondit. Durante autem eo in silentio, Pro-
consul habebat cum suis consilium, quid esset ea de re agendum. Mater autem pueri cœpit fle-
re. Ad quam conuersus beatus Andreas Apostolus, inquit: O infælix, quæ fletus emittis a-
maritudinis, propter incestum quem in filium es meditata, quam adeò concupiscentia præci-
pitauit, vt vnicum amittere filium, libidine inflammante, non verearis. Hæc eo dicente, mu-
lier ait: Audi Proconsul, postquam filius meus hæc in me molitus est, homini huic ab eo tem-
pore adhæsit semper. Proconsul autem super his ira commotus, puerum iussit in culleum par-
ricidii recludi, & in flumen proiici: Andream autem in carcerem retrudi, donec excogitatis
suppliciis ipsum perderet. Tum verò orante beato Apostolo, mox terremotus magnus cum
tonitru

A tonitru grauis factus est, & Proconsul de sede cecidit, & omnes terræ decubuerunt. Tum & ma-
ter pueri percussa aruit, & mortua est. Quæ videns Proconsul, prostratus pedibus sancti Apo-
stoli: Miserere (inquit) pereuntibus famule Dei, ne terra nos deglutiat. Orante igitur beato Apostolo, confestim terræmotus cessauit, ac fulgura & tonitrua quieuere. Ipse autem circumiens eos qui
turbati iacebant, cunctos sanitati restituit. Ex eo tempore & Proconsul, & multi alij in Achaia *B. Andreæ In Synopen Achaiæ ciuitatem commigratio.*
prouincia suscipientes verbum domini, crediderunt in Iesum Christum, & baptizati sunt ab Apo-
stolo domini. Contigit autem, vt eo tempore Cratini quoque Synopensis filius, dum in balneo mu-
lierum lauaretur, à dæmone, perdito sensu grauiter cruciaretur.

Ipse igitur & febre grauiter ægrotaret, & vxor similiter hydrope intumuisset, epistolam ad Pro-
consulem misit, in qua rogabat vt Andream exoraret, ad se vt veniret. Deprecante igitur Procon-
sule, Andreas ascenso vehiculo venit ad ciuitatem. cumque introiisset in domum Cratini, contur-
bauit spiritus malignus puerum, & venit & procidit ante pedes beati Apostoli. Quem ille increpans
discede (inquit) humani generis inimice, à famulo Dei. Et statim multum clamitans, ab eo discessit.
B Et veniens Apostolus ad stratum Cratini: Rectè ægrotas (ait) qui relicto proprio throno, scorto mis-
ceris. Surge in nomine Domini Iesu Christi, & sta sanus, & noli vltrà peccare, ne maiorem ægro-
tationem incurras. Et sanatus est ex illa hora Cratines. Mulieri quoque dixit: decepit te, ô infœlix
mulier, concupiscentia oculorum, vt relicto còniuge, commiscearis. Et ait: Domine Iesu Christe,
deprecor piam misericordiam tuam, vt exaudias seruum tuum, & præstes, vt si hæc mulier, ad cœ-
num libidinis, quo prius erat fœdata, fuerit reuoluta, non sanetur omninò. Quare, si domine no-
uisti, cuius potentia etiam futura prænoscuntur, quod deinceps hæc mulier ab hoc possit se flagi-
tio abstinere, iam, te iubente, sanetur. Hæc eo dicente, disrupto per inferiorem partem humore, sa-
nata est cum viro suo. Beatus autem Apostolus, cum gratias egisset, fregit panem, & dedit ei. Quo
accepto, credidit domino cum omni domo sua: nec deinceps illa scelus, aut vir eius, quod
prius admiserant, perpetrauerunt. Quibus factis, Cratinus cum magna munera Apostolo, prostra-
tus in terra cum vxore, tribuere vellet: Non est meum (inquit vir dei) hæc accipere, dilectissimi: sed
potius vestrum est, ea indigentibus erogare. Et ita nihil accipiens ex his quæ offerebantur, Nicæam
C proficiscitur, deinde in Asiã, vbi erãt septẽ dæmones inter monumẽta cõ morantes secus viam: qui *Dæmones lapidabant transeuntes.*
prætereuntes homines quotidiè lapidabant, & mortè afficiebant. Veniente autem beato Apo-
stolo, exiit ei obuiam vniuersa ciuitas cum ramis òliuarum, proclamantes laudes, atque dicen-
tes: Salus nostra in manu tua est, homo Dei. Et cum exposuissent omnem rei ordinem, respon-
dit Apostolus: Si creditis in dominum Iesum Christum, filium Dei omnipotentis, cum spiri-
tu sancto vnum Deum, liberamini eius auxilio, ab hac dæmonum infestatione. At illi clama-
bant, dicentes: Quæcunque predicaueris, credimus, & obaudimus iussioni tuæ, vt modò ab
ista tentatione liberemur. At ille gratias agens deo, pro eorum fide, iussit ipsos dæmones
in conspectu omnis populi eius adsistere: qui venerunt in similitudine canum. Tunc conuersus Apostolus ad populum, inquit: Ecce dæmones, qui aduersati sunt vobis. Si itaque
creditis, quòd in nomine Iesu Christi possim eis imperare, vt desistant à vobis, confitemini
coram me. At illi clamauerunt dicentes: Credimus Iesum Christum filium Dei esse, quem
prædicas. Tunc beatus Andreas imperauit dæmonibus, dicens: Ite in loca arida & infructuosa,
D nulli penitus homini nocentes, neque accessum habentes, vbicunque nomen domini fuerit in-
uocatum, donec accipiatis debitum vobis supplicium ignis æterni. Hæc eo dicente, dæmones
dato rugitu, euanuerunt ex oculis adsistentium, & liberata est ciuitas ea ex illa hora. Baptizauit
quoque incolas illius beatus Apostolus: & instituit eis episcopum Calistum, virum sapientem, & *Calixtus primus episcopus Niceæ à B. Andrea ordinatus.*
inreprehẽsibiliter custodientem, quæ à doctore susceperat. Postea egressus Nicæam Andreas, cum
ad portam Nicomediæ appropinquaret, efferebatur mortuus in grãbato, cuius pater senex, seruo-
rum sustentatus manibus, vix obsequium funeri valebat impendere. Mater quoque hac ætate gra-
uata, sparsis crinibus sequebatur, dicens: Væ mihi, cuius vsque ad hoc tempus ætas producta est,
vt funeris mei apparatum in filij funus expendam. Cumque hæc & similia deplorantes cadauer vo
ciferando prosequerentur, affuit Apostolus domini, cõdolensque lachrymis eorum, ait: Dicite mi-
hi obsecro, quid huic puero contigit, vt ab hac luce migraret? At illi præ timore diu nihil respõdere
poterant tandem collecta mente, subiecerunt: Dum esset (inquiunt) iuuenis iste in cubiculo solus,
E aduenerunt subitò septem canes, & irruerunt in eum. Ab his igitur miserrimè discerptus, cecidit, & *Dæmones in specie canum Infantem oppremunt.*
mortuus est. Tunc Beatus Andreas suspirans, & in cœlum oculos erigens, cum lachrymis ait: Scio
Domine, quia dæmonum illorum fuerunt insidiæ, quos à Nicæa vrbe populi: & nunc rogo Iesu be-
nigne, vt resuscites eum, ne gaudeat aduersarius humani generis de eius interitu. Et hæc dicens,
ait ad patrem mortui: Quid dabis mihi, si restituero tibi filium tuum saluum? Et ille: Nihil ha-
beo pretiosius: ipsum enim dabo, si ad vitam surrexerit, te iubente. Quibus dictis, iterum
beatus Apostolus ad cœlum expansis manibus orauit, dicens: Redeat quæso Domine anima
pueri, vt isto resuscitato, relictis cuncti idolis, ad te conuertantur, fiátque eius viuificatio salus
omnium pereuntium, vt iam non amplius subdantur morti, sed tui effecti vitam mereantur æ-
ternam. Respondentibus autem fidelibus, Amen, conuersus ad feretrum, inquit: In nomine Iesu
Christi surge, & sta super pedes tuos. Et statim admirante populo surrexit, ita vt omnes qui ade-

rant,voce magna clamarent:Magnus est Deus Christus,quem predicat seruus eius Andreas. Parentes quoque pueri multa munera dederunt filio suscitato à mortuis, quæ beato Apostolo offerret. sed ille nihil ex his accepit,puerum tantum secum ad Macedoniam abire præcipiens, salutaribus verbis instruxit. Egressus itaque Nicomedia Apostolus nauem conscendit,ingressúsque Hellespontum fretum nauigabat,vt veniret Byzantiũ. Et ecce commotum est mare, & incubuit super eos vẽtus validus,ita vt nauis mergeretur. Itaque cum omnes mortis periculũ præstolarentur,orauit beatus Andreas ad dominum,præcipiénsque vento,siluit. Quieuerunt autem mox & fluctus maris, & tranquillitas secuta est:ereptique omnes à presenti discrimine,Byzantium peruenerunt. Inde progressi,vt transirent Thracias occurrit eis multitudo hominum à longè cum euaginatis gladiis, lanceas manu gestantium,qui volebant in illos irruere. Quod cum vidissent Andreas Apostolus,faciẽs crucis signum contra eos, ait: Oro domine, vt decidat pater eorum, qui hæc eos agere instigauit. Conturbentur virtute diuina,ne lædant sperantes in te. Hæc eo dicente, angelus domini cum magno splendore præteriens,tetigit gladios eorum & mox corruerunt proni omnes in terram. Et ita beatus Apostolus cum suis sine detrimento præteriuit. Et qui hostes antea fuerant proiectis gladiis adorabant illum,angelúsque domini cum ingenti lumine recessit. Interea Andreas emenso itinere, ad Perynthum ciuitatem Thraciæ maritimam peruenerat,vt nauc in Macedoniam traiiceret. Cumque angeli monitu,qui ei iterum apparuit,nauem conscendissẽt antequam solueren à terra, verbũ Domini cunctis in naui secum existentibus prædicabat. Cuius verbis salutaribus persuasi cuncti,cũ ipso nauis præfecto in Iesum Christum credentes,glorificabant Deum. Quare lætatus sanctus apostolus,quòd nec in mari defuerit qui verbũ domini audiret,& ad filium Dei omnipotentis conuerteretur, glorificabat & laudabat Deum conditorem cœli & terræ. Dum hæc fierent, & antequam adhuc Apostolus in Macedoniam peruenisset, accidit quòd duo viri in Philippis fratres germani essent,nobiles,& quibus erat magna domi facultas:erántque alteri filij duo,alteri totidem filiæ. Hi, cum in ciuibus nulli forent qui dignè generationi illorum iungi possent,inito fœdere obligauerunt se mutuò, vt vnam domum facerent,& vnius filij alterius filias in matrimonium acciperent, Cúmque iam dies nuptiarum esset constitutus,factum est verbũ Domini ad eos,dicens:Nolite coiungere liberos vestros,donec huc veniat famulus meus Andreas: ipse enim vobis, quæ agere debeatis, ostendet. Iam autem thalamus præparatus erat, & conuiuæ vocati erant, omnísque apparatus nuptialis in promptu tenebatur. Interea triduo elapso,aduenit beatus Apostolus,& videntes eum gauisi sunt magno gaudio:& occurrentes ei cum coronis,processerunt ante pedes eius,& dixerunt: Te admoniti præstolamur,famule Dei vt venias, & adnuncies nobis,quid faciamus. Sumus enim oraculo diuino iussi te operiri:& ne antea coniungerentur liberi nostri,quàm tu venires,indicatum est nobis. Erat autem tunc vultus beati Apostoli tanquã sol relucens,ita vt omnes admirarentur,& honorarent eum. Qui cũ audiuisset quæ gesta essent, Nolite(ait)filioli, nolite seduci, nolite decipere hos iuuenes,quibus potest fructus apparere iustitiæ. Sed magis pœnitentiam agite quia deliquistis in Dominum,vt proximo sanguine velletis polluerè coniugia filiorum vestrorum. Neque verò nos nuptias euertimus,aut vitamus,cum ab initio Deus masculum iungi præcepisset, & fœminam:verũm incesta potius damnamus. Hæc eo loquente cõmoti parentes eorum,dixerunt: Oramus Domine, vt depreceris pro nobis Deum tuum, quia nescientes fecimus hoc delictum. Adolescentes autem videntes vultum Apostoli splendere tanquam angeli Dei, dicebant: Magna & immaculata est doctrina tua,vir beate,quod nesciebamus. Nunc enim verè cognouimus,quia Deus loquitur in te. Ad quos conuersus sanctus Andreas:Custodite (inquit)sine pollutione, quæ audistis à me, vt sit Deus vobiscum,& accipiatis mercedem operis vestri:id est,sempiternam vitam,quæ nullo claditur fine. Hæc dicens Apostolus, benedixit eis: & relictis Philippis, perrexit in Thessalonicam. Vbi iuuenis quidam nobilis erat diues opibus,Exoos nomine,cuius parentes magno in ea ciuitate loco erãt. Hic cum de virtutibus beati Andreæ cognouisset,venit ad Apostolum insciis parẽtibus:& procidens ad pedes eius,rogabat eum,dicens:Ostende mihi domine viam veritatis,vt immortalitatem consequi possim. Cognoui enim, quod verus minister sis eius qui te misit. Sanctus verò Apostolus prædicabat ei dominum Iesum Christum, & credidit adolescens ex illa hora adhærens viro Dei, nulla facta vel parentum vel facultatum suarum mentione. Interea parentes requirentes filium, cũ audiuissent quòd cum Apostolo moraretur,accedentes muneribus eum ab Andrea separare nitebantur. Sed noluit adolescens obtemperare,dicens: Vtinam nec vos has opes haberetis: & mundi simul cognoscentes authorem,qui est verus Deus,animas vestras ab ira futura erueretis. Quæ dũ iuuenis faceret,sanctus quoque apostolus descendit de tristega, & prædicabat eis verbũ domini: sed non audientibus, rediit ad puerum, & clausit ostia domus. At illi vocata cohorte, venerunt vt incenderẽt domum. cumque scirpos & faculas subiecissent, & iam flamma ferretur in altum,arrepta adolescens ampulla aquæ:Domine(inquit)Iesu Christe,in cuius manu omnium elementorum, natura consistit,qui arentia inficis,& infecta facis arescere: qui ignita refrigeras, & extincta succendis extingue iam hos ignes,vt tui non tepescant,sed magis ad fidẽ accendantur. Et hæc dicens, effudit desuper aquam ex ampulla: & statim omne incendium ita sublatum est, ac si nunquam accensum fuisset. Quod videntes parentes pueri,dicebant:Ecce filius iam noster magus effectus est. Et adhibentes scalas,volebant ascendere in tristegam,vt eos interficerent. Dominus autem excæcauit eos, ne vide-

Byzantium postea dicta est Constantinopolis ibique prædicauit & Andreas dum pergeret in macedoniã Nicep. lib. 8. cap. 6.

E perynthio in Macedoniam transfretatio.

B. Andreæ In Philippos Macedoniæ vrbem commigratio.

Mos antiquus, cum coronis obuiam procedere, cuius sæpe T. Liuius meminit, & Lucas Act. 14.

Gen. 2.

Thristega, habitatio trium contignationum in ædibus altissima, Græca vox est.

ne viderent ascensum scalarum. Quumque in peruersitate durarent, quidam Lysimachus è ciuibus ait: Vt quid ô viri cassò vos labore consumitis? Deus enim pugnat pro viris istis,& vos nõ cognoscitis, desistite ab hac stultitia, ne vos cœlestis ira consumat. Hæc eo dicente, compunctionis corde dicebant: Verus est Deus, quem isti colunt, quem & nos sequi constituimus Aduenerant autem iam tenebræ noctis, & subitò lumen affulsit, & omnium oculi inluminati sunt:ascendentesque vbi erat Apostolus cum puero, inuenerunt eum orantem. Prostrati igitur in pauimento, clamabant dicentes: Te rogamus domine vt ores pro seruis tuis, qui errore seducti sunt. Tanta autem omnes compunctio cordis tetigerat, vt diceret Lysimachus, qui vicinus erat: Verè Christus est filius Dei, quem prædicat seruus eius Andreas. Itaque cum omnes corrobati ab Apostolo in fide crederent,parentes tamen infideles manserunt. Et execrantes adolescentem, domum regressi sunt,subdentes omnia quæ habebant publicis ditionibus. Qui haud multò pòst, quinquaginta diebus elapsis, vnius horæ momento expirauerunt. Est posthæc, propterea quòd diligerent omnes viri ciuitatis adolescentem,ob mansuetudinem eius,patrimonium ei à publico est restitutũ.

B Et cum possideret cuncta quæ parentes eius habebant,non tamen discedebat ab Apostolo,sed fructus prædiorum in pauperum necessitatibus, & curis indigentium expendebat. Igitur cum multo tempore apud Thessalonicam sanctus Apostolus domini vna cum adolescente moraretur congregati subinde in theatrum multis hominum millibus,prædicabat non solum Andreas verbum Dei, sed ipse etiam iuuenis, adeò vt mirarentur cuncti prudentiam eius .Itaque euenit postmodum, vt Carpiani cuiusdam ciuis filius valdè ægrotaret, pro quo cum multi & apud adolescentem, & apud Apostolum ipsum præcibus intercederent:Nihil est (inquit sanctus Andreas)impossibile apud Dominum,sed tamen vt credatis adducite eum in conspectum nostrum,& sanabit illum Dominus Iesus Christus. Quæ audiens pater ægroti,cucurrit mox ad filium suum domum. Hodiè Adimathe,inquit(hoc enim erat ægrotãtis pueri nomen)sanus eris. Ad quem filius:Iam video insomnij mei exitum.nam per quietem hunc vidi virum,qui me sanabit. Et hæc dicens,induit vestimenta sua, surrexítque à grabato,& pergebat ad theatrum cursu veloci,ita ut non possent parentes vestigia eius adsequi. Et procidens ad pedes beati Apostoli,gratias egit pro sanitate recepta. Populus autem qui aderat, obstupescebat, videns eum post viginti tres annos ambulantem, ex quo lecto fixus fuisset: glorificabántque cuncti Dominum,dicentes:Quia non est similis Deo Andreæ. Accessit & alius à ciuibus tum ad beatum virum, cuius filius spiritum immundum habebat: Sana quæso (ait) vir Dei filium meum,quia malè vexatur è demonio. Dæmon verò sciens futurum se eiici, seduxit puerum in secretum cubiculum,& suffocauit eum laqueo,extorquens animam eius. Denique pater cum inuenisset filium mortuum,plurimum fleuit & ait amicis: Ferte cadauer ad theatrum, confido enim quòd poterit resuscitari ab hospite,qui prædicat Deum verum. Quod vbi factum fuisset, ac posito coram Apostolo cadauere, totam rei causam cognouisset, conuersus ad populum Andreas: Quid (inquit) vobis proderit,viri Thessalonicenses,cum hæc fieri videtis & non creditis? At illi dixerunt: Ne dubites, quin isto resuscitato, omnes in Deum tuum crediturí simus. Hæc illis dicentibus, ait Apostolus:In nomine Iesu Christi surge puer. Et statim surrexit,& stupefactus omnis populus, clamabat dicens:Nunc cuncti credimus Deo illi:quem prædicas. Sufficiunt hæc nobis. Et deducentes eum ad domum suam cum facibus & lucernis, eo quòd iam nox aduenisset, manserunt apud eum

D per triduum:quo tempore de illis quæ Dei erant abundè omnes instruxit.

Dum hæc apud Thessalonicam fiunt interea vir quidam ex Philippis,Medias nomine, cuius filius graui ægritudine torquebatur,Thessalonicam ad Apostolum venit,deprecans filij sanitatem,tanto animi affectu,vt lachrymas emitteret. Beatus verò Apostolus abstergens genas eius, & caput manu demulcens,dicebat:Confortare fili:tantum crede,& implentur volũtates tuæ.adprehensáque manu illius,cum eo ibat in Philippos. Cumque ingrederentur portam ciuitatis,occurrit eis senex, rogans pro filiis,quos carceri cõclusos Medias habebat,vlceribus penè, & temporis diuturnitate pũtrefactos. Vbi cõuersus ad Mediam sanctus Andreas:Audi homo,tu quidem deprecaris,vt sanetur filius tuus:cum apud te vincti retineantur,quorum iam sunt carnes exesæ. Quare si preces tuas vis ad dominum proficisci,solue prius miserorum cathenas,vt filius tuus à debilitate laxetur. Nam sentio impedimentum fieri precibus meis,maliciam quam exerces. Quæ audiens Medias, procidit ad pedes Apostoli,& deosculans inquit: Absoluantur & hi duo,& alij septem,de quibus nihil audiuisti,

E tantum vt sanetur filius meus. & iussit eos in conspectum beati apostoli exhiberi. At ille imponens eis manus, & per triduum abluens vulnera eorum, sanitati restituit, libertatique donauit. Postera verò die ait ad puerum: Surge in nomine Iesu Christi, qui me misit vt medear infirmitati tuæ: & adprehensa manu eius,leuauit eum. Qui statim surrexit, & ambulabat, magnificans dominum. vocabatur autem puer ille Philomedes, qui tribus decubuerat annis. Clamante autem plebe,& dicente Et nostris medere infirmis, famule Dei. conuersus ait Andreas ad puerum: Vade per domos ægrotantium, & in nomine Iesu Christi, in quo sanatus es tu, iube eos exurgere. At ille, admirantibus cunctis, abiit per domos infirmorum, inuicatóque Christi nomine, restituebat sanitati quotidiè quàmplurimos. Credidit igitur ex eo tempore omnis populus Philipporum,offerénsque ei munera, rogant multi vt audirent verbum Dei. Beatus verò apostolus prædicans Deum verum, nihil de muneribus accipiebat. Denique Nicolaus quidam ex ciuium numero,exhibens carrucam deauratã

Thessalonia metropolis macedoniæ.

In somnio B. Andreas sanauit adolescentulum.

Suscitatur puer mortuus

Reditus in philippos.

Sanatus à D. Andrea sanat alios.

cum quatuor mulis candidis totidémque equis, obtulit beato Apoſtolo, dicés: Hæc accipe famule Dei, quibus nihil inueni in rebus meis præſtantius, tantum vt ſanetur filia mea, quæ diutino morbo cruciatur. Cui ſubridens beatus Apoſtolus: Accipio quidem (inquit) munera tua Nicolae chariſſime, ſed non hæc viſibilia. Nam ſi pro filia quæ præcioſa in domo tua habes, offerre cupis, quanto magis pro anima debes tale quoddam munus precioſum offerre? Ego verò hoc ſolum à te accipere cupio, vt homo ille interior cognoſcat verum Deum factorem ſuum, rerumque omnium creatorẽ, terrena reſpuat, & æterna deſideret: qui caduca negligat, ſempiterna diligat: qui illa quæ videntur contemplatione ſpiritualis intẽtionis aduertat, vt cum in his exercitato ſenſu vigueris, vitam æternam conſequi merearis: filiam hic ſanitati redditam etiam in illo æternitatis gaudio perfruaris. Hæc eo dicente, perſuaſit omnibus, vt relictis idolis, Deum verum crederent. filiam quoque ipſius eiuſdem Nicolai ſanauit ab infirmitate in illa hora, & omnes magnificabant eum, percurrente per totam Macedoniam fama de virtutibus quas faciebat ſuper infirmos apoſtolus Domini. Euenit porrò ſequenti die, cum doceret beatus Andreas populos, vt adoleſcens quidam exclamaret voce magna dicens: Quid tibi & nobis Andrea famule Dei? veniſti ne vt nos é propriis ſedibus exturbares? G

Dæmonium obſtrepit Apoſtolo.

Tunc beatus apoſtolus vocato ad ſe iuuene, ait: Enarra author criminis, quod ſit opus tuum? Et ille: Ego (inquit) in hoc puero, ab adoleſcentia eius habitaui, ſuſpicans quòd nunquam ab eo recederem Nudiuſtertius autem audiui patrem illius dicentem amico ſuo: Vadam ad hominẽ famulum dei Andream, & ſanabit filium meum. Timens igitur cruciatus quos nobis infers, ecce egrediar ex eo coram te. Et hæc dicens, proſtratus ſolo ante pedes apoſtoli, exiit à puero, & ſanatus eſt ex illa hora, ſurgenſque voce magna glorificabat Deum. Tantam verò gratiam Deus præſtiterat ſancto apoſtolo, vt ſua ſponte quotidiè multi venirent ad audiendum verbum ſalutis. Sed & Philoſophi veniebant & differebant cum eo, & nemo poterat reſiſtere doctrinæ eius. Igitur cum hæc agerentur à viro Dei apud Theſſalonicam, ſurrexit quidam inimicus prædicationis apoſtolicæ. is acceſſit ad Proconſulem prouinciæ Quirinum, & ei de Andrea ſignificauit, quemadmodum multos quotidiè à religione maiorum & deorum cultura auerteret, in Theſſalonica: qui templa deorum prædicaret deſtrui, cæremonias reſpui, & omnia priſtinæ legis decreta conuelli, vnum Deum tantum coli præcipiens, cuius etiam ſe famulum profiteretur. Quibus commotus Proconſul, milites qui comprehenderent ipſum, miſit. Qui venientes ad portam, in qua domo commoraretur apoſtolus, didicerunt. ingredienteſque illam, cum vidiſſent vultum eius fulgore nimio reſplendentem, timore perterriti, ceciderunt ante pedes eius. Beatus verò apoſtolus narrabat audientibus, quæ de eo Proconſuli nunciata fuiſſent. Et venientes populi cum gladiis & fuſtibus, volebant milites interficere: ſed prohibuit ſanctus apoſtolus. Impeditus igitur Proconſul iis quæ conſtituerat, fremuit valdè: & miſit alios viginti, & ipſi aſcendentes in domum, cum vidiſſent beatum Apoſtolũ, turbati nihil dixêre. Quæ Proconſul vt accepit, iratus miſit aliam militum cateruam, qui eum cum vi adducerent, Quibus viſis, Apoſtolus ait: Nunquid propter me veniſtis? Et illi: Propter te (inquiunt (ſi tamen tu es Magus qui prædicas deos non coli. Quibus ille reſpondit: Ego Magus nõ ſum, ſed Apoſtolus dei mei Ieſu Chriſti, quem prædico. Dum hæc agerentur, vnus militum arreptus à dæmone, euaginato gladio clamans, dixit: Quid mihi & tibi, Quirine Proconſul, vt mitteres me ad hominem, qui non modò extrudere ab hoc vaſe, verum etiam ſuis me virtutibus incendere poteſt? vtinam venires ad occurſum ei, & nihil mali ageres contra illum. Quum autem hæc dixiſſet, egreſſus eſt à milite, ceciditque miles, & mortuus eſt. Interea adfuit Procõſul cum magno furore, & ſtans ſecus ſanctum apoſtolum, eum tamen videre nequiuit. Cui ille dixit: Ego ſum quem quæris Procõſul: & ſtatim aperti ſunt oculi eius, & vidit illum, & indignans ait: Quæ eſt hæc inſania, vt contemnas iuſſionem noſtram, & miniſtros noſtros ſubiicias ditioni tuæ? Iam verè te magum atque maleficũ eſſe, manifeſtum eſt. H

B. Andreas reuincit philoſophos.

Dæmoniacus ad conſpectũ B. Andreæ expirauit. I

Quapropter feris te obiiciam, & quod nos & quod deos contemnas: & tunc videbo, ſi te poſſit eripere crucifixus quem prædicas. Cui beatus Apoſtolus: Oportet (inquit) & te credere Proconſul, Deum verum, & quem miſit filium eius Ieſum Chriſtum, præſertim cum videas vnum de militibus tuis interiiſſe. Et proſtratus ad orationem ſanctus Apoſtolus, cum diutiſſimè preces fudiſſet ad Dominum, tetigit militem, dicens: Surge, ſuſcitat te Dominus meus Ieſus Chriſtus, quem prædico. Et ſtatim ſurrexit miles, & ſtetit ſanus. Cumque populus acclamaret, Gloria deo noſtro: Proconſul air, Nolite credere ô ſimplices, Magus eſt. At illi clamabant, dicentes: Non eſt hæc magica, ſed doctrina vera & ſana. Ad quæ Proconſul: Hominem iſtum beſtiis tradam, & de vobis ſcribam Cæſari, vt velociter pereatis, quia comtemnitis leges eius. Illi autem volentes eum lapidibus obruere, dicebãt Scribæ Cæſari, quia Macedones recepêre verbum Dei, & contemptis idolis Deum verum adorant. Ad quæ iratus Proconſul, abiit in Prætorium: & facto mane intromiſit feras in ſtadium, & iuſſit eò trahi ac proiici beatum Andream. K

B. Andreas à Beſtiis dãnatur.

Quo adprehenſo, cum capillis tractus ac fuſtibus impulſus in harena fuiſſet relictus, admiſerunt aprum ferocem & horribilem, qui ter cum circuiſſet ſanctum dei, nihil nocuit. Videntes autem hæc populi, dederunt gloriam deo. Proconſul verò iuſſit adduci taurum, qui à triginta militibus tractus, & à duobus venatoribus impulſus, Andream non attigit, ſed venatores in fruſta diſcerpſit: & poſtremò dans mugitum, cecidit, & mortuus eſt. Et ſtatim acclamabat populus dicens: Verus Deus Chriſtus

A Chriſtus. Dum hæc agerentur angelus domini viſus eſt deſcendiſſe de de cœlo & cõfortabat S. Apoſtolum in ſtadio. Denique Proconſul feruens ira, iuſſit leopardum ferociſſimum dimitti. qui dimiſſus, reliquit populum: & aſcendentes ad ſedem Proconſulis, arripuit filium eius, & ſuffocauit eũ. Tãtaque inſania Procõſulem obtinuerat, vt neque de his aliquid aut doleret, aut diceret: Inter hęc beatus apoſtolus conuerſus ad populum dixit: Ex his cognoſcitis viri Theſſalonicenſes, quia verum Deum colitis, cuius virtute beſtiæ ſuperatæ ſunt quem nunc Quirinus conſul ignorat. Sed ego, vt credatis facilius etiam filium illius in nomine Chriſti, quem prædico, ſuſcitabo, vt confundatur ſtultiſſimus pater eius. & proſtratus terræ, diutiſſimè orauit: adprehenſaque manu ſuffocati, ſuſcitauit eum. Hæc videntes populi, magnificauerunt Deum, & querebant Quirinum interficere: ſed non ſunt permiſſi ab apoſtolo. Procõſul autem confuſus, diſceſſit in Prætorium ſuum. His ita geſtis, adoleſcens quidam, qui diu iam cum apoſtolo manſerat, indicauit matri ſuæ quæ acta erant: & accerſiuit eam, vt veniret ad occurſum ſancti. Quæ accedens, procidit ad pedes apoſtoli, & querebat audire verbum Domini. Cui cum ſatisfactum eſſet, deprecatione multa rogauit, vt accederet ad agrum

Beſtiæ malorum vltrices.

B eius in quo ſerpens miræ magnitudinis erat, qui totam totam regionem illam deuaſtabat. Adpropinquante autem apoſtolo, ſibila magna emittens, erecto capite obuiam venit. Erat enim longitudo eius quinquaginta cubitorum, vt omnes qui aderant metu terrerentur, & terrę decubarent. Tũc ſanctus dei ait ad eum: Abde caput funeſte, quod erexiſti in principia ad perniciem generis humani, & ſubde te famulis dei, ac morere. Et ſtatim ſerpens emittens grauem rugitum, circũdedit quercum magnam, quæ propinqua erat, & obligans ſe circa eam, euomẽſque riuum veneni expirauit. Sanctus verò apoſtolus poſthæc ad prædium peruenit, in quo paruulus, quem ſerpens perculerat, mortuus decubabat, & videns flere parentes illius, inquit, Dominus noſter, qui vult vos ſaluos fieri, miſit me huc, vt credatis in eum. Nunc autem abeuntes, videte interfectorem filij veſtri. At illi dixerunt: Nihil de morte dolemus filij, ſi vltionem de inimico videmus. Illis verò abeuntibus, dixit apoſtolus ad vxorem Proconſulis: Vade, & ſuſcita puerum. At illa nihil addubitans, acceſſit ad corpus, & inquit: In nomine dei mei Ieſu Chriſti, ſurge puer incolumis. Et ſtatim ſurrexit. Parentésque redeuntes, cum vidiſſent & ſerpentem mortuum, & inueniſſent filium viuentem, proſtrati coram

S. Andreas ſerpentem miræ magnit. attrimit.

Mater Chriſtiana filium ſuſcitat.

C Apoſtolo, gratias deo agebant. Sequenti verò nocte vidit per quietem beatus Andreas, viſionem, quam & fratribus enarrauit, dicens: Audite ſomnium meum, dilectiſſimi. Videbam, & ecce mons magnus erat in ſublime elatus, qui nihil ſuper ſe de terrenis rebus habebat, niſi quòd luce reſplendeſcebat in tantum, vt mundũ putaretur inluminare. Et ecce aſtiterunt mihi dilectiſſimi fratres, Petrus, & Ioannes. Et Ioannes quidem extenſa manu Petro apoſtolo, leuabat eum in verticem mõtis, & conuerſus ad me, rogabat aſcendere poſt Petrũ, dicens: Andrea, poculũ Petri bibituros es. Et extẽſis manibus, ſubdit: Appropinqua mihi, & extẽde manus tuas vt coniungãtur manibus meis, & caput tuum capiti meo ſocietur. Quæ cum feciſſem, inuentus ſum breuior eſſe Ioanne. Et poſt hæc ait mihi: Vis cognoſcere imaginem huius rei quam cernis, vel quis ſit qui tibi loquatur? Et ego: Deſidero, inquam. Et ait mihi: Ego ſum verbum crucis, in qua pendebis in proximo, propter nomen eius quem prædicas. Et multa alia dixit, quæ nunc ſilere oportet: prodebũtur autem tunc, cum ad hãc æmulationem acceſſero. Quare rogo, conueniant omnes qui ſuſcepêre verbum dei, vt commendẽ illos domino Ieſu Chriſto, quo eos in doctrina ſua immaculatos cuſtodire dignetur. Ego verò iam

Somnium S. Andreæ de futura paſſione.

Præparatio D. Andreæ ad paſsionẽ.

D reſoluor à corpore, & vado ad promiſſionem illam, quam mihi polliceri dignatus eſt Regnator cœli & terræ, qui eſt filius omnipotentis Dei cum ſancto ſpiritu verus Deus, permanens in ſæcula ſempiterna. Hæc audientes fratres, flebãt valdè, & cedebãt palmis facies ſuas, cũ gemitu magno. Denique conuenientibus cũctis, ait iterum: Scitote dilectiſſimi, me diſceſſurum à vobis. Sed credo in Ieſum, cuius verbum prædico, quia cuſtodiet vos à malo, vt non diuellatur ab inimico hæc meſſis, quam in vobis ſeui: id eſt cognitio & doctrina Ieſu Chriſti domini mei: Vos autem orate iugiter, & ſtate fortes in fide, vt euulſa Dominus omni zizania ſcandali, tanquam triticum mundum, in horreo vos cœleſti congregare dignetur. Et ſic per dies quinque docebat eos, & confirmabat in præceptis Dei. Poſthæc autem expanſis manibus orauit ad Dominum, dicẽs: Cuſtodi quæſo domine gregem hũc, qui iam tuam cognouit ſalutem, vt non prævaleat ille malignus: Sed quæ te iubente, & me diſpenſante ſuſcepit, inuiolata cuſtodire mereatur, in ſæcula ſæculorum. Et his dictis, omnes qui aderant, reſpõderunt, Amen. Apoſtolus verò accipiens panẽ, & gratias agẽs, fregit, & dedit omnibus dicẽs:

Oratio S. Apoſtoli. B. Andr. nauigat Theſſalonicã.

E Accipite gratiam, quàm vobis tradidit per me famulum ſuum Chriſtus dominus deus noſter. Et exoſculans ſingulos, atque commendans domino ex Philippis Theſſalonicam profectus eſt, ibíque biduo docens, diſceſſit ab eis. Multi autem ex Macedonia fideles profecti ſunt cum eo, quorum fuerunt duæ naues. Quærebant autem omnes, vt illam nauem, in qua apoſtolus vehebatur, conſcẽderent, deſiderantes eum audire loquentem, ſcilicet vt nec in mari deeſſet eis verbum domini. Ad quos conuerſus Apoſtolus: Noui (inquit) deſiderium veſtrum dilectiſſimi, ſed nauis hæc paruula eſt. Quare rogo vt pueri cum impedimentis in maiorem nauem tranſeant: Vos verò in iſta quæ minor eſt, nobiſcum properabitis. Et dato eis Antymo qui conſolaretur eos, iuſſit aliam cõſcendere nauẽ quàm propè ſibi ſemper eſſe iuſſerat, vt & ipſi viderent eum, & verbũ Domini audirẽt. Hæc dum fierent, accidit vt quidam ſolutus in ſomnum, vento impulſus caderet in mare. quod videns Antymus conuerſus ad Apoſtolum: Succurre doctor (inquit) bone, periit enim vnus de famulis tuis. Tũc

Antymus S. Andreæ diſcipulus.

beatus Andreas increpauit ventum & ſtatim ſiluit & tranquillum redditum eſt mare. Homo verò F
qui ciderat, vnda famulante ad nauem deuectus eſt. Cuius manu Antymus adprehenſa, leuauit
eum in nauem: & omnes admirati ſunt virtutem apoſtoli, quòd etiam mare obediret ei. Duodeci-
B. Andreæ in patras Achaiæ vrbẽ profectiõ. ma igitur die Patras Achaiæ ciuitatem adpulſi ſunt, egreſſique de naui in quodam diuerſorio mora-
bantur. Denique cum multi precibus inſiſterent, vt in domos eorum ingrederetur, dixit: Viuit do-
minus, quia non vadam niſi quò præceperit ille. Et nocte dormiens, nihil reuelationis accepit. Alte-
ra verò nocte, cum eſſet ex hoc triſtis, audiuit vocem dicentem ſibi: Andrea, ego ſum tecum, & non
derelinquam te. Quæ audiens ille glorificabat dominum pro hac viſione. Dum hæc fierent interea
Liſbius Proconſul admonetur diuinitus, vt ſuſciperet hominem Dei. Qui miſit in occurſum apoſto-
lo homines, qui eum hoſpitio exciperent, & ſibi adducerẽt. Quod cum ille audiuiſſet, venit ad Pro-
cõſulem, & ingreſſus cubiculum eius vidit eum iacentem cluſis oculis quaſi mortuum. pũgenſque
latus eius, inquit: Surge, & enarra nobis quæ tibi contigerunt. Et ille: Ego (inquit) ſum qui execrabar
viam quam doces: & miſeram milites cum nauibus ad Proconſulem Macedoniæ, vt vinctũ te trãſ-
mitterent mihi, teque ipſum morte damnarem. ſed ecce naufragia perferentes nunquam potuerũt G
accedere quò iuſſi ſunt. Dumque in hac mẽte eſſem, vt deſtruerẽ viam tuam, apparuerunt mihi duo
Somnio Lisbius proconſul creditur. viri Aethiopes, qui me flagris cedebant, dicente: Non poſſumus hic iam vllam poteſtatem habere,
quia venit homo ille quem perſequi cogitabas, quare iſthac adhuc nocte, qua poteſtatem habemus,
vlciſcemur nos in te. Et ſic grauiter cæſo, receſſerunt à me. Nunc igitur vir Dei deprecari velis do-
minum, vt dimittat hoc mihi delictum, & ipſe ſaner ab infirmitate qua teneor. Hæc eo coram omni
populo narrante, beatus Apoſtolus prædicabat aſſiduè verbum domini, & credebant omnes. Pro-
conſul verò ſanatus, credidit & ipſe, & corroboratus eſt in fide affatim. Qua ex re accidit vt Trophi-
ma, Quæ Proconſulis quondam concubina fuerat, & alio poſthæc viro ſociata viuebat, relinqueret
& ipſa virum ſuum, & apoſtolicæ doctrinæ adhæreret. Veniebat enim ipſa plærunque in domũ Pro-
conſulis in qua iugiter ſcilicet docebat Apoſtolus. Iſtud in iram maritum eius concitauit, vt accede-
ret Proconſulis coniugem, dicens: Si neſcis domina, Trophima viri tui ſcortumeſt, quam ipſe ſub
prætextu mihi collocauit, vt ea nihilominus pro libito, vt facit, potiretur. Quæ illa audiens, ſuccẽ- H
ſa felle, inquit: Idcirco ergo me reliquit vir meus iam enim ſex menſes tranſierunt, ex quo non con-
Mulier conuicta ſtupri in lupanar retruditur. iungitur mihi. Iam autem intelligo, quòd diligit ancillam ſuam. Et hæc dicens, vocauit Procurato-
rem ſuum, iuſſitque Trophimam vt ſcortum damnare, atque in lupanar retrudi. Nec mora, deduci-
tur ad lupanar, ac lenoni donatur. Sed nihil horum Liſbius ſciebat: requirens tamen eam, ab vxore
deludebatur. Trophima verò, ex quo die lupanar erat ingreſſa, proiecta humi aſſiduè orabat. Cum-
que veniſſent qui eam contingerent, ponebat euangelium quod ſecum habebat, ad pectus ſuum, &
ſtatim omnes vires perdebant. Quare cum accederet ad eam impudiciſſimæ vitę iuuenis quidã, ac il
ludẽs vim iam pararet, adeò vt ſciſſis veſtimẽtis euangelium è pectore caderet, Trophima conſter-
nata, aclachrymas, extenſis ad cælum manibus, inquit: Ne patiaris domine me pollui, ob cuius no-
men diligo caſtitatem, & ſtatim apparuit ei angelus domini, & iuuenis cecidit ante pedes eius, &
mortuus eſt. Itaque confortata pia mulier, benedicebat & glorificabat dominum, qui non permiſe
rat eam deludi. ipſa quoque tantam ex illo tempore in fide conſtantiam acceperat, vt non ita mul-
tò poſt in nomine Ieſu Chriſti puerum à mortuis reſuſcitarit: ad quod quidem ſpectaculum vniuerſa I
ciuitas conuenerat. Interea temporis vxor Proconſulis abiit ad balneum, cum Procuratore ſuo: cũ-
que lauarentur ſimul, apparuit eis dæmon teterrimus, à quo percuſſi ambo ceciderunt, & mortui
ſunt. Quæ dum ita fierent, planctus factus eſt magnus: & nunciatum eſt apoſtolo & procõſuli, quòd
uxor eius cum lenone mortua eſſet. Motus igitur his turbis beatus Andreas, plebem in hæc verba
Euangelij geſtatio quãtæ virtutis do cet barnabas qui Euangelij tactu ægros curabat. & Cæcilia quæ ſæpe in ſinu codicem Euãgelicum ferebat: D. Thomas ſecunda 2. q. 9. 6. art. 4 alloquitur: Videte dilectiſſimi, quantum præualeat inimicus. nam Trophima propter pudicitiam lu-
panari incluſa eſt. Sed non defuit iudicium diuinum. mox enim & materfamilias, quæ hoc præcepe-
rat, cum lenone ſuo percuſſa in balneo cecidit, & extincta eſt. Hæc eo dicẽte, ecce aduenit nutrix
mortuæ, quæ prè ſenectute manibus portabatur. Et ipſa ſciſſis veſtibus, cum clamore magno: Sci-
mus (inquit) quia dilectus deo es, & quæcunque petieris deum tuũ, præſtabit tibi. Quare miſerere, &
reſuſcita illam. Cuius lachrymis motus beatus Apoſtolus condolebat. cõuerſuſque ad Proconſulẽ,
miſericordiã misericordia prouocat. ait, Vis vt reſuſcitetur? Cui ille: Abſit (inquit) vt viuat, quæ tantum flagitium commiſit in domo mea.
Suſcitatur vxor procon ſulis. Et Apoſtolus: Noli (ait) ſic agere. miſereri enim nos oportet petentibus, vt miſericordiam & ipſi cõ-
Lisbius peccata confitetur. ſequamur á Domino. Hæc eo dicente, perrexit Proconſul ad Prætorium. Sanctus verò Apoſtolus, K
iuſsit corpus exhiberi in medium, & accedens ait: Rogo benigne Domine Ieſu Chriſte, vt reſuſcite-
tur hæc mulier, vt cognoſcant omnes quia tu es Deus ſolus, qui non pateris innocentes perire, &
conuerſus tetigit corpus mulieris, dicens: Surge in nomine Ieſu Chriſti domini mei. Et ſtatim ſur-
rexit mulier. Quæ demiſſo vultu flens & gemens, reſpiciebat in terram. Cui apoſtolus: Ingredere
(ait) in cubiculum tuum, & eſto ſecretius orans, donec conforteris à domino. Cui illa reſpondit: Fa-
cito me prius cum Throphima pacificam, in quam tantum mali miſera admiſi. Ad quæ apoſtolus:
Noli (inquit) timere, non enim Trophima eorum amplius meminit, neque vltionem vllam deſide-
rat: ſed gratias agit domino, in omnibus quæ acciderant ei. Vocata tamen ab apoſtolo Trophima,
cum Caliſta vxore Proconſulis, quæ reſuſcitata à mortuis fuerat, reconciliata eſt. Liſbius verò ipſe,
videlicet Proconſul in tantum profecit in fide, vt quadam die apoſtolum accedens, omnia ei peccata vltrò

A ta vltrò confiteretur. Cui ſanctus apoſtolus: Gratias (inquit) ago Domino ô fili, quòd times futurũ
iudicium: ſed viriliter age, & confortare in Domino quem credis. Et tenens manũ eius, ambulabat
in littore. Poſt deambulationem verò cum ſediſſet, ſedebant & ſinguli qui cum eo erant, ſuper are-
nam, audientes verbum dominj. Et ecce cadauer necatum in mari, proiectum eſt ad littus maris, &
poximè ad pedes Sancti Andreæ. Quod videns beatus apoſtolus, exultans in Domino, ait: Oportet *Suſcitatur naufragus.*
hunc reſuſcitari, vt cognoſcamus, quæ in eum aduerſarius operatus eſt. Et fuſa oratione, tenens ma-
num mortui, erexit illum: & ſtatim reuixit, & loquebatur. Cumque nudus eſſet, dedit ei tunicam, di-
cens: Dic nobis ordine, expone omnia quæ contigerunt tibi. At ille reſpondit: Nihil te celabo, qui-
cunque ſis homo. Ego ſum Soſtrati filius, ciuis Macedonis, qui nuper ab Italia nauigaui. Sed cum
reuertiſſem ad propria, audiui doctrinam ſurrexiſſe nouam, quam nullus hominum prius audiuiſſet.
Sed & ſigna, prodigiaque, ac medelas magnas fieri a quodam doctore, fama erat, qui ſe veri Dei
affirmat eſſe diſcipulum. Ego autem cum hæc audiuiſſem, properaui vt talem videre hominẽ poſ-
ſem. non enim aliud tum arbitrabar, niſi diuina eſſe quæ is gereret: Itaque nauigare cœpi cum a-
B micis & pueris meis. & cum eſſem in alto, ſubitò orta tempeſtas, nos fluctibus oppreſſit & vtinam ſi-
mul proiecti fuiſſemus, vt & illi reſuſcitati à te fuiſſent, ſicut ego ſum. Et hæc dicens, voluebat mul-
ta in corde ſuo, & arbitrabatur ipſum iam eſſe, quem cum tanto periculo quæſiſſet. & procidens ad
pedes eius ait, Scio quia tu es famulus Dei veri. Rogo pro his qui mecum fuerunt in naui, vt & ipſi,
te impertiente, vitam mereantur, vt cognoſcant Deum verum, quem prædicas. Tunc ſanctus apo-
ſtolus, repletus ſpiritu ſancto, prædicabat ei conſtanter verbũ domini, ita, vt admiraretur adoleſcens
ſuper doctrina eius. Et demum expanſis manibus ait: Oſtende nobis quæſo domine & reliqua cada-
uera mortuorum, vt ipſi cognoſcant, te duce, deum ſolum & verum. Hæc eo dicente, ſtatim appa-
ruerunt triginta nouẽ corpora, ad littus vnda famulante deuecta. Itaque ſlente iuuene, ſimul omnes
flere ceperunt: proſtratique ante pedes apoſtoli rogabant, vt & iſte reſuſcitarentut. Sed & Philopa-
tor (hoc enim erat nomen adoleſcentis) dicebat: Genitor meus per bonam voluntatem impoſitis
neceſſariis, & largitus vim pecuniæ, miſit me huc. Quare ſi audierit quæ mihi contigerunt, blaſphe-
mabit Deum tuum, & doctrinam eius refutabit. Sed abſit vt hoc fiat. Rurſus ſlentibus omnibus, ro-
C gauit apoſtolus vt congregarentur corpora ſimul: ſparſim enim proiecta fuerant. Tunc congregatis
omnibus in vnum, ait apoſtolus: Quẽ vis prius reſuſcitari? At ille dixit, Vuarum, conlactaneum meũ.
Hæc audiens apoſtolus flexis in terram genibus, palmiſque extenſis ad cœlum, diutiſſimè orauit cũ
lachrymis dicens: Ieſu bone, reſuſcita hunc mortuum, qui cum Philopatore nutritus eſt, vt cõgnoſ-
cat gloriam tuam, & magnificetur nomen tuum in populis. Et ſtatim ſurrexit iuuenis, & mirabantur omnes qui aderant. Apoſtolus autem iterum ſuper ſingulos orationem fundens ait: Quæſo do- *Nota mirandam & tremendam hiſtoriam.*
mine Ieſu, vt & iſti reſurgant, qui de profundo æquoris ſunt delati. Quæ cum dixiſſet, iuſſit fra-
tribus, vt vnuſquiſque tenens mortuum diceret: Reſuſcitat te Ieſus Chriſtus filius Dei viui. Quod
cum factum fuiſſet, reſuſcitati ſunt triginta octo, & glorificauerunt Deum qui aderant cuncti, dicen
tes: Quia non eſt ſimilis Deo Andreæ.

Lisbius verò Proconſul, cum multis muneribus fuiſſet Philopatorem proſecutus: Non contri-
ſtet te frater, inquit, facultatum amiſſio: conſulo, vt non recedas à famulo Dei. Et erat ſempet cum
D Apoſtolo Philopator ex illa hora, intendens omnibus diligenter, quæ dicebantur ab eo, Dum hæc
fierent apud Patras Achaiæ ciuitatem contigit vt mulier Caliopa nomine, quæ homicidæ coniũ-
cta, conceptum ſuſceperat inlicitum, magnis in partu doloribus arctaretur, nec partum proferre
poſſet, Hæc ad ſororem ſuam inquit: Vade quæſo, & inuoca Dianam, dæam noſtram, vt miſereatur
mei. ipſa enim habet patrocinium obſtetricandi. Faciente igitur ſorore quæ ſibi imperata fuerant,
venit ad eam nocte diabolus, dicẽs: Quid me caſſo inuocas, cum tibi nihil prodeſſe poſſim? Sed ma-
ge Apoſtolum Dei Andream accede, qui in Achaia moratur, & ipſe miſerebitur ſorori tuæ. Surrexit
igitur mulier, & venit ad Apoſtolum, & narrauit ei omnia quæ contigerunt. At ille nihil moratus, *B. Andreæ Ex Patris Corinthum profectio.*
venit in Corinthum ad domum mulieris ægrotantis. erat autem Lisbius Proconſul cum eo. Vidéſ-
que Apoſtolus mulierem grauidam dolorum cruciatu torqueri, ait: Meritò hæc patieris, quæ malè
nupſiſti, & ex dolo concipiens, nunc intolerabiles labores ſuſtines. Inſuper conſuluiſti dæmonia,
quæ neque vlli, neque ſibi prodeſſe poſſunt. Crede nunc Ieſum Chriſtum filiũ Dei & proiice puer-
periũ: veruntamẽ mortuus egredietur, quòd indignè concepiſti, Hæc vt mulier credidit, mox egre-
E dientibus cunctis de cubiculo, proiecit partum mortuum, & ab omnibus doloribus liberata eſt. Ita-
que cum multa prodigia faceret in Corintho Apoſtolus, Soſtratus, pater Philopatoris, admonitus
per viſum vt Andream accederet, maturauit iter in Achaiam: & cum cognouiſſet vbi eſſet, peruenit
in Corinthum. habénſque occurrentem Apoſtolum, ſtatim cognouit eum Soſtratus, ſicut iam an-
tea ei per quietem erat oſtẽſus. complexuſque pedes illius, inquit: Miſerere mei quæſo famule Dei,
ſicut & filio meo miſertus es. Philopator autem ait Apoſtolo: Hic eſt pater meus, quem cernis. Is te
interrogat iam quid eum oporteat agere. Ad quæ beatus Apoſtolus: Scio (inquit) quia pro cognoſ-
cenda veritate ad nos venerit. Gratias agimus Domino Ieſu Chriſto, qui ſe credentibus reuelare
dignetur. Dum hæc diceret Andreas, interea Leontius Soſtrati ſeruus, ait domino ſuo: Vides Do- *B. Andreæ vultus luce refulget.*
mine, qua luce refulgeat vultus hominis huius? Cui ille: Video (inquit) dilectiſſime, & ideo nõ diſce-
dam ab eo, ſed ſimul ambo cum illo viuamus, & audiamus verba vitæ æternæ. & ſequenti die obtu-

lit Apostolo munera multa. Sanctus verò Dei dixit ad eum: Non est meum, accipere aliud à vobis, F
nisi vt vos ipsos lucrifaciam, cum crediderit is in Iesum qui me misit Euangelizare in hunc locum.
Si pecuniam desideraſſem, Lisbium equidem ditiorem reperissem, qui me multò magis ditare potuisset. Hoc autem cupio, vt conferatis mihi, quod vobis poterit prodesse ad salutem æternam. His gestis in Corintho, post paucos dies beatus Apostolus iussit sibi balneum præparari. Et cum venisset lauandi gratia, vidit senem, dæmonium habentem, & trementem valdè. Quem dum admiraretur, alius puer adolescens egressus de piscina, procidit ad pedes Apostoli, dicens: Quid tibi & nobis Andrea? venisti ne huc, vt destruas nos sedibus nostris? Erectus autem, adstante populo, dixit Apostolus: Nolite timere, sed credite in IESVM saluatorem nostrum. Clamantibus igitur omnibus, Credimus quæ prædicas: increpauit vtrumque dæmonẽ Andreas, & egressi sunt cõfestim à corporibus possessis, dimissique & senex & adolescens redierũt ad propria. Interea Apostolus lauãs, nihil quidquã de doctrina intermittebat: sciens inimicum generis humani ubique insidiari, siue in lauacris, siue in fluminibus. & idcirco nomen domini assiduè inuocandum suasit, vt is qui vult insidiari, non habeat potestatem. Quod videntes viri ciuitatis, veniebant & adferebant ægrotos, ponentes coram coram eo, & curabantur: & multi etiam de aliis ciuitatibus, qui verbum domini acceperant, quotidie accedebant beatum Apostolum vt ab eo erudirentur. Dum hæc agerentur in Corintho, ecce quidam senex Nicolaus nomine sciſſis vestibus venit ad Apostolum dicens: Famule Dei, ecce septuaginta quatuor anni sunt vitæ meæ, quibus nõ discessi ab immũditiis ac scortatione, in lupanaribus, subindè exercens inlicita. Et nũc tertia dies est, ex quo audiui miracula quæ agis: & prædicationes tuas, quæ sunt plenæ verbis vitalibus. Cogitabam enim mecum, vt relicto hoc opere, venirem ad te, & ostenderes mihi meliora. Sed dum hæc cogitarem, venit mihi rursus aliud in mentem vt priorem sensum relinquerem, & non facerem bonum quod cogitabam. luctanctẽ igitur cõscientia mea, accepi Euangelium, & oraui dominum, vt hæc aliquando me faceret obliuiſci. Itaque post paucos dies oblitus Euãgelij, quod super me erat, inflammante cogitatione peruersa, abij iterũ in lupanar. Et ecce mulier meretrix videns me, ait: Egredere senex, egredere. Angelus enim Domini es tu, non contingas me, neque appropinques huic loco: video enim in te mysteriũ magnum. H
Cumque ego obstupefactus cogitarem, quid hoc esset, recolui, quod Euangelium mecum haberẽ. Abij, & conuersus venio nunc ad te, famulum Dei, vt misereris erroribus meis. Spes enim mihi est maxima, quòd non perco, si oraueris pro humilitate mea. Hæc audiens beatus Andreas, cum multa contra fornicationem disseruisset, prostratus genibus, expansisque manibus tacitus orabat, emittensque gemitus cum lachrymis, ab hora diei sexta vsque ad horam nonam, surgebat abluta facie, nihil cibi accipere volens, dixitque: Non gustabo, donec cognoscam, si miserebitur Deus huic homini, & si sit reputandus inter saluatos. Et cum ieiunasset etiam altera die nihil tamen ei reuelatum fuit de homine isto, vsque ad quintum diem, in quo flens vehementer, dicebat: Domine, pro mortuis obtinemus pietatem tuam, & non iste quia tua cognoscere desiderat magnalia, cur nõ reuertatur, vt sanes illum? Hæc eo dicente, vox de cœlis delata est dicens: obtines Andrea, pro sene: sed sicut tu ieiuniis fatigatus es, ita & ipse studeat, per ieiunium vt saluetur: Et vocans eum, prædicauit ei Apostolus abstinentiam. Die verò sexto vocauit omnes Christianos, & rogabat vt orarent vniuersi pro eo. qui prostrati solo, orabant dicentes: Domine pie, misericors, remitte homini delictũ I
suum. Quo facto, & ipse gustauit, & cæteros manducare permisit. Nicolaus quoque rediit ad domũ suam, & omnia quæ habebat distribuit indigentibus. Ipse quoque multum se excruciauit, ita vt per sex menses nihil aliud quã aquã acciperet, & pane arido vesceretur. Igitur exacta digna pœnitentia, haud ita multò post senex iste excessit è seculo. Aberat tum beatus Andreas sed circa ipsam mortẽ senis, vox ad Apostolum facta est alio loco: Andrea, meus effectus est Nicolaus: at ille gratias agens narrauit fratribus Nicolaum excessisse de corpore, orans vt in pace quiesceret.

Corinthi dæmoniacos B. Andreas liberat.

Euangelium malis temperat.

Dum hæc apud Corinthum ab eo fierent, & fama de virtutibus eius quotidiè crescceret, venit ad Apostolum Antiphanes ciuis Megarensis, & ait: Si qua in te est bonitas iuxta præceptum saluatoris, quem prædicas, hanc ostende iam nobis, vir Dei, & libera domum de insidiis quibus tentatur. Ad quem Apostolus: Enarra nobis homo, quæ contigerunt tibi. Et ille: Dum de itinere (inquit) domũ reuersus fuissem, & ingrederer ianuam atrij mei, ecce audiui vocem ianitoris, miserrimè declamantis. Quumque interrogassem quæ essent hæ voces, narrauerunt mihi qui aderant, ipsum cum vxore & filio malè à dæmonio torqueri. Tum verò ascendens ad superiora domus, vidi & alios pueros K
stridentes dentibus, & in me impetum facientes, risusque insanos arridentes. Quos cum præterirẽ, ascendi iterum ad alia superiora, in quibus coniunx iacebat, ab his verberata grauissimè: quæ ita erat amentiæ fatigatione turbata, vt cæsarie supra oculos dimissa, neque aspicere me, neque cognoscere posset. Hanc ergo, rogo vir Dei vt restituas mihi, de cæteris verò curam nullam habeo. His dictis, sanctus Apostolus misericordia motus, respondit: Non est acceptio personarum apud Deum qui propterea venit, vt cunctos saluos faceret, ne perirent. & ait, Eamus ad domum eius. Cumque progrediens Andreas & Lache, venisset in Megaram, iam iámque ianuam domus ingrederetur, dæmones vnius vocis impetu clamauerunt, dicentes: Vt quid nos hic Andrea persequeris? vt quid domum non tibi concessam adis? Quæ tua sunt, possides: quæ nobis concessa sunt, ne velis penetrare. Quæ sanctus Apostolus, vt erant insolita, admiratus ascendit in cubiculum, vbi mulier decumbebat. &

Dæmoniaci curantur.

Sap. 1. Rom. 2. Act. 10.

E Corintho Megaram pergit.

B. Andreas.

A bat. & cum flexis genibus oraſſet, adprehenſa manu mulieris inquit: Sanat te dominus Iesus Christus, & statim surrexit mulier à lectulo, & benedicebat Deũ: Similiter & singulis quibusque qui à dæmonio vexabantur, imponens manũ, sanitati cunctos in domo restituit: habuitque deinceps Antiphanem & vxorem eius firmissimos auditores in Megara, ad prædicandũ verbum domini. His gestis, non ita multò pòst, beatus Apostolus Patras ciuitatem reuertitur, in qua Proconsul Aegeates erat, qui nuper adeò Lisbio succeſſerat. Hîc, mulier quædã Ephidama nomine, quæ ex doctrina Sosiæ cuiusdã Apostolici discipuli, Christo mancipata fuerat, Andreã accedit, amplectensque pedes beati Apostoli, inquit: Rogat te, vir sancte, domina mea Maximilla, quæ magnis febribus retinetur, vt eam accedere digneris. cupit enim audire doctrinam tuã. Hæc autẽ prõcõsulis cõiunx erat, cuius morbũ vir tã grauiter ferebat, vt educto mucrone sibi vellet mortẽ cõſciſcere. Sic igitur præcedẽte Ephidama, Apostolus venit in cubiculũ, in quo mulier iacebat ægrota, & vidẽs stantẽ præsidem cũ euaginato gladio, ait illi: Nihil tibi nũc mali feceris ô Procõsul, sed recõde gladiũ tuũ in locũ suum. Erit enim tẽpus quãdo ad nos is exercendus erit. Sed nihil intelligens Præses, dedit accedendi locũ.
B Tũc Apostolus veniẽs ante lectũ infirmæ, facta oratione apprehẽdit manũ eius, & statim sudore perfusa est mulier, & discessit ab ea febris, iussitque ei Apostolus dare cibũ. Quæ vt vidit Procõsul, centũ argẽteos iussit numerari sancto Dei: quos ille nec aspicere voluit. Egressusque domũ illius, in itinere vidit hominẽ iacentẽ in cœno debilẽ, cui multi ê ciuibus stipẽ porrigebant, vnde alimentũ haberet. Misertus itaque miseri, ait ad eũ Andreas: In nomine Iesu Christi surge sanus. Qui protinus surgẽs, glorificabat Deũ. Et cũ progressus fuisset paululũ, in alio loco vidit hominẽ cęcum cũ vxore & filio, & ait Apostolus: Verè diaboli est hoc opus, qui hos homines mẽte & corpore excæcauit. Ecce ego vobis in nomine Dei mei corporaliũ oculorũ restituo lumẽ: ipse quoque mentiũ vestrarũ tenebras reserare dignetur, vt cognita luce, quæ inluminat omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mundũ, salui esse possitis. Et imponens eis manus, aperuit oculos illorũ. At illi procidẽtes, osculabãtur pedes eius, & dicebãt: Quia nõ est alius Deus, nisi quẽ prædicat famulus eius Andreas. Hæc dũ apud Patras faceret beatus Apostolus signa, abduxit quidam ad littus Andreã, vbi nauta quispiã, quinquaginta annis debilitate nimia proie ctus in cœno iacebat, vlceribus scatens, & vermibus, cui nullius medici
C potuit cura mederi. Hic cum aspexisset Apostolũ forsitã tu es (inquit) discipulus Dei illius qui solus saluare potest. Cui sanctus Apostolus ait: Ego sum, qui in nomine Dei mei te sanitati restituo. Et adiecit: In nomine Iesu Christi surge, & sequere me. At ille relictis pannis purulentis, in quibus tabes defluxerat, sequebatur eum, profluente pure cũ vermibus à corpore eius. Cũque venissent ad mare, ingressus est vterque aquã: abluénsque eũ Apostolus in nomine trinitatis, ita sanũ reddidit, vt nullũ penitus infirmitatis huius corporeæ resedisset indiciũ, tantũque fide post acceptã sanitatẽ accensus est, vt nudus per ciuitatem cucurrerit, adnunciãs: Quia ille est verus Deus, quem Andreas prædicat. Et mirabãtur omnes cõgratulantes sospitati eius. Cũque talia, & alia plura digna admiratione, apud Patras per beatũ Apostolum agerentur, interea aduenit ex Italia Stratocles, frater Procõsulis. huic erat puer Alemana nomine, quẽ in precio singulariter habebat. Euenit autẽ, vt ab impulsu dæmonis percussus tãc iaceret, spumãtque in atrio, tumultum magnũ excitaret. Quæ vidẽs Stratocles, nimis molliter casum dilectissimi pueri ferebat. Et ecce Maximilla & Ephidama consolãtes virum, dicũt:
D Noli cõtristari frater, mox enim puer recuperabitur. Est enim hic vir quispiam, qui viã salutis ostendẽs, multos reuocat ab infirmitate ad integrã sanitatem. Mittamus ad illũ, & statim reddet tibi puerum sanũ. Haud mora: accersitur Apostolus: qui rogatus à matronis, adprehẽsa manu eius, ait: Surge puer in nomine Iesu Christi, Dei mei, quem prædico. Et statim surrexit incolumis. Stratocles verò credidit exindè in dominum, & ita cõfortatus est in fide, vt ex illa hora nõ discederet ab Apostolo, sed quotidiè adhærẽs lateri eius audiebat verbũ salutis. Interea dũ hæc fierẽt apud Patras, cõtigit vt abeũte Procõsule in Macedoniã, Maximilla vxor, verbis salutaribus instructa, in tãtum beato Apostolo adhæreret, vt reuersus Præses, parum abfuerit quin & vxorẽ, & magnã insuper hominũ multitudinem, in Prætorio cũ Apostolo audientes verbũ salutis inuenisset. Quod præsentiens beatus Andreas, flexis genubus: Ne patiaris (inquit) Domine ingredi Procõsulem in hũc locũ, donec omnes egrediantur exindè. Quòd cũ feciſſet, antequã Proconsul Prætoriũ fuisset ingressus, accidit illi voluntas purgandi ventris: cumque secessum petiisset, & moras innecteret, sanctus Apostolus singulis
E manus imponẽs, & consignans cruce, eos abire permisit: nouissimè autem se signãs, & ipse, discessit. Maximilla autẽ iam & antea, & post illa tẽpora sæpè, domũ vbi Apostolus morabatur cũ aliis Christianis ingrediebatur, & verbum Domini assiduè audiebat. Quæ ex re factũ est, vt rarius viro suo cõmisceretur, quòd ille ægreferens, & causam in Apostolum coniiciens, Andream accersit: cui cum religionem saniorem exprobrasset, & vt ad idola adoranda mentem conuertere vellet persuadere conaretur, respondit intrepidus beatus Apostolus: Ego sum inquit, Proconsul, qui prædico verbũ veritatis, & dominum Iesum, vt recedentes homines ab idolis manufactis, verum Deum agnoscere incipiant, per quem facta sunt omnia. Adhuc enim cum esset dominus maiestatis, descendit de cœlo, hominis formam suscipiens, qui primus perierat: & cum esset Deus, sponte pati dignatus est, vt eum quem ipse fecerat, de morte liberaret. Hæc audiens Proconsul, iussit eum recludi in carcerem. Vbi, quamdiu clausus tenebatur, plurima quotidiè turba ad eum confluebat, quam his verbis sanctus Andreas, alloquebatur: Ego quidem sum missus Apostolus à domino meo,

B. Andreæ in Patras reditus. Niceph. lib. 2. cap. 39. S. Andreas febricitãtem sanauit.

B. Andreas debiles & cæcos restituit.

Vlcerosus Sanatur verbo Apostoli.

Dæmoniacus curatur.

B. Andreas cruce signat fideles.

Nicep. lib. 2. cap. 39.

Mat. 18. Luc. 19. Rom. 5. Exhortatio S. Andreæ in carcere.

E

ad vos,chariſſimi fratres vt homines poſitos in tenebris & vmbra mortis,per verbum Dei ad viam F
veritatis & luminis reuocarẽ.Quo in inſtituto,haud vnquã ceſſaui,hortans vos ſubindè, vt recedẽtes à dæmonum culturis,verum Deum quærentes,& in mandatis eius perſeuerantes, promiſſionis eius hæredes inueniamini. Hortor autem vos dilectiſſimi,& moneo,vt fidem veſtram, quam ſupra fundamenta Domini mei Ieſu Chriſti poſuiſtis, creſcere ſinatis in ſpẽ & laudẽ domini.Cæterùm in his quę mihi contingunt,nolo vos quidquã contriſtari.iſta enim promiſſa ſunt à Domino meo Ieſu Chriſto,ſicut ſcriptum eſt:Pro nomine illius mulctandos nos eſſe,paſſuros, & flagellandos : atque
Mat.13. Luc.16. adeò ante iudices ſtaturos,in teſtimoniũ eius.Qui perſeuerauerit vſque in finẽ,hic ſaluus erit. orate
Mat.10.& 1.Pet.5. ergo ſine ceſſatione,vt diabolus,qui circuit vt leo rugiẽs,querens aliquem deuorare, eluſus & proſtratus iaceat,à ſeruis domini ſuperatus.Cum hæc & alia plurima exhortans turbam per totã noctẽ
G doceret,& cum prolongaſſet ſermonem ſequenti die primo diluculo procedens Aegeas Procõſul, tribunal conſcendit,accerſitóque ſancto Andrea,illum in hæc verba conuenit : Scis quare te cuſtodire mãciparim?vt dum vana & ſuperſtitioſa neſcio quæ in vulgũ diſſeminas,ita aliquid certius cognoſcerẽ de te.Interim audio neſcio quę ridicula,te tota nocte locutũ.Cui Andreas reſpõdit:Ego nõ
2.Tim.4. ceſſo,quæ mihi à domino ſunt iniũcta exercere,vt populus de via erroris liberatus ad verã poſſit cognitionẽ perduci.Tũ Proconſul: Recede(ait)ab hac ſtultitia,& noli benè viuentes ſubuertere,Andreas dixit:Mihi Deus meus Ieſus Chriſtus præcepit,vt opportunè & importunè verbũ eius prędicare nõ ceſſem,atqſe errantibus pœnitentiã oſtenderẽ. Tũ rurſus Aegeas: Aut promitte te receſ-
ſurũ(ait)ab hac ſuperflua & ſuperſtitioſa doctrina,aut ſtatim iubebo te interfici.Andreas reſpõdit:E go nõ ſolùm interfici,ſed diuerſis etiã pœnis excruciari paratus ſum,priuſquã à prædicatione diuina receſſero.Sic Proconſul ſeptẽ eũ ternionibus flagellorum cæſum,crucifigi præcepit,mãdans nomi-
natim quæſtionariis,vt ligatis manibus & pedibus & nõ clauis affixus ſuſpẽderetur,quò diutino cru
S Andreæ ad crucẽ exclamatio. ciatu deficeret.Hæc vidẽs plebs indigna in virũ Dei cõmitti,in turba dicebat:Iuſtus homo, & amicus dei,& doctor bonus,ducitur immeritò ad mortẽ. Andreas verò cũ plurimis verbis eos alloqueretur,peruenit tandẽ ad locũ,vidẽſque proconſul crucẽ,exclamauit,dicẽs:Salue crux,quæ diu fati-
gata requieſcis,tãto tẽpore expectans me.Certiſſimè autẽ ſcito te gaudere ſuſcipientẽ diſcipulũ eius
H qui pepẽdit in te.Quapropter letus pergo ad te:quia ſecretũ tuũ cognoſco,& myſteriũ noui,qua de cauſa fixa ſis.Suſcipe nũc quẽ deſideras,quia tandẽ ſpeciẽ tuã deſiderans,inueni in te. Video enim in te,quæ à domino mihi ſunt promiſſa.Suſcipe itaque electa crux humilẽ propter Deũ, & transfer ſeruũ eius ad dominũ ſuũ.Et hæc dicẽs beatiſſimus Andreas,expoliãs ſe,tradidit miniſtris. Qui ligãtes manus & pedes eius,ſecundũ quod eis fuerat præceptũ,ſuſpẽderunt eũ in cruce.Aſtãte verò turba ingẽti viginti fermè milliũ hominũ,inter quos etiã ſtabat frater Aegeatis Stratocles,aperuit beatus Apoſtolus os ſuũ,& ita loquutus eſt:Ego quidẽ gratias habeo domino meo Ieſu Chriſto,qui me tandẽ perfunctũ iuſſione ſua,abire corpore vult,vt per bonã confeſſionẽ,perpetuã cõſequar miſericordiã,dilectũſque & notus eius efficiar,qui me ad vos miſit.Vos autẽ manete in verbo vobis tradito docẽtes & admonẽtes alterutrũ,vt & ipſi ſitis cũ Deo meo imperpetuũ,& cum eo habitetis, promiſſionéſque ciuſdẽ recipiatis. Et cũ reſpõ diſſent qui aderãt Chriſtiani,Amẽ:toto eo die, & nocte quæ inſecuta eſt iugiter loquebatur,neque in aliquo fatigabatur aut deficiebat. Sequẽti igitur die vi
I dentes eius tolerantiam & animi conſtantiã,denique ſpiritus prudentiam,& mẽtis robur,venerunt turbæ ad Aegeatẽ,ac accedẽte eo pro tribunali,vociferãtes dixerunt:Quæ iſta tua eſt tã crudelis ſententia Proconſul vt hominem probum, qui nihil mali commiſit,crucis ſupplicio velis condẽnare? Perturbata eſt tota ciuitas,& ſimul cum eo omnes perimus.Quæſumus te ne Cæſaris tam celebrem
B. Andreas Crucifixus viuit & loquitur. perdas ciuitatem. Concede nobis hominem iuſtum, redde nobis hominem ſanctum ne interficias hominem Deo charum, ne perdas hominem manſuetum & pium. Biduo enim ſuſpẽſus viuit quæ res miraculo nõ caret:& quod plus eſt,loquitur adhuc, & nos ſuis ſermonibus reficit. Quare reddas nobis hũc virum,vt viuamus:ſolue pudicum,& omnes patriæ erunt in pace.His commotus Proconſul, cum & minas ac tumultum populi metueret, ſurgens de tribunali, Andreã ſoluere cogitabat : profectuſque ad locum crucis, læto populo quò famulus Dei liberaretur, & frequenti comitante,turba triſtis & facti pœnitens, Andreæ ſuſpenſo appropinquabat. Ad quem ille : Quid ad nos (inquit) Aegeas veniſti ? nunquid ſoluere me cupis, & pœnitentia ductus credere deſideras? non mihi,crede perſuadebis,vt ex iſta cruce recedã.Et cũ populus,vt ſolueret hominẽ,iuberet : ſanctus
Oratio beati Andreæ ante mortem. K Andreas exclamauit voce magna,& dixit. Ne permittas famulũ tuũ domine Ieſu Chriſte, qui propter nomẽ tuũ pendet in ligno,ſolui:neque permittas quæſo deus miſericors, ſecretis tuis inhærentem,humanis amplius cõuerſationibus tradi,Sed ſuſcipe tu magiſter me,quem dilexi,quẽ cognoui, quẽ retineo,quẽ videre deſidero,in quo ſum quod ſum.Suſcipe exitũ meũ Ieſu bone & miſericors.
Ex hoc appareat, Abdiam huius hiſtoriæ authorem paſſioni interfuiſſe. & hæc dicẽs,diutiſſimè dominũ clarificans & gaudẽs,nobis flentibus reddidit ſpiritũ.Cuius corpus Maximilla Procõſulis vxor accipiẽs,conditũ aromatibus,celebri in loco ſepeliuit, & ex illo tẽpore pudicitiã & caſtitatẽ ſeruans,in fide quoque accepta cõſtans permanſit. Aegeas verò maritus illius,
Niceph.lib.2. cap 39.lib.10 cap.11. arreptus ea nocte à dæmonio,de loco alto ſe præcipitauit, & mortuus eſt. Stratocles porrò frater eius,cum hæc audiuiſſet,de bonis Procõſulis nihil contingere voluit dicens:Quæ tua ſunt,tecum pereant. Mihi ſufficit dominus Ieſus,quem cognoui per famulum eius Andream.Eſt autem paſſus venerabilis & ſanctus Dei Andreas Apoſtolus apud Achaiã,in ciuitate Patris,ſub Aegeate Procõſule, pridie Calend. Decẽbris,regnante Domino Ieſu Chriſto,cui ſit gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

LIBER

A
LIBER QVARTVS ABDIÆ. D. IACOBI APOSTOLI ACTA, PEREGRINATIONES, ET MIRACVLA CONTINENS.

IACOBVS Zebedæi filius,& Ioannis qui euangelium reliquit frater germanus fuit:quẽ Chriſtus ſaluator noſter,in naui cũ patre & fratre viſum, ſequi ſe iuſſerat. quod diuino compũctus amore fecit,adhæſitque Domino noſtro ex eo tempore non ſolùm vt diſcipulus,quos multos habuit,verùm etiã in monte ad apoſtolatus apicẽ ab eodẽ vocatus,poſt paſſionẽ domini. Iudææ & Samariã in diuiſione apoſtolica ſortitus eſt.Quas prouincias cũ peragraret,ingrediens per ſynagogas ſecũ-
Mat.4.& 10. *Nicep.lib.2. cap.40.*
B dũ ſcripturas,oſtẽdebat omnia quæ à Prophetis prædicta erant de Domino Ieſu Chriſto, ea in ipſo impleta eſſe.Quod dũ fieret,opponebãt ſe ſancto apoſtolo Hermogenes & Philetus quiſpiã,afferẽtes,quòd nõ verus Dei filius eſſet Ieſus Chriſtus Nazarenus,cuius ſe ille apoſtolũ memoraret. Iacobus autẽ in ſpiritu ſancto confidenter agens,omnes aſſertiones illorũ euacuauit,oſtendens de ſcripturis ſanctis hũc eſſe verũ filium Dei,generi humano promiſſum. Qua re motus Philetus cũ Iacobi prudentiã admiraretur,reuerſus ad Hermogenẽ, dixit ei:Iacobũ, qui ſe ſeruũ Chriſti Ieſu Nazareni aſſerit,& apoſtolũ eius ſtias ſuperari non poſſe.nã in nomine eius vidi eũ dæmones ex poſſeſſis corporibus eiicientẽ:vidi eũ & cæcos inluminantẽ,leproſos mundãtem. Aſſerunt etiã amiciſſimi mei, quòd viderint inſuper eũ mortuos ſuſcitantẽ.Sed quid multis moramur? Omnes ſcripturas ſanctas memoriter retinet,ex quibus oſtẽdit,nõ eſſe alterũ filiũ dei,niſi illũ quẽ Iudæi crucifixerunt. Quare
Hermogenis hæreticis dogma. *Eorũmeminit D.Paul.2. Tim.1. & 2.*
ſi conſilio meo obtemperas,eamus ad eũ,& indulgentiã impetremus.Quod ſi non feceris,ego ſaltẽ relicto te,ad ipſum me conferã,vt diſcipulus eius eſſe merear.Quę vt audiuit Hermogenes, ira ſuc-
Hermogenes magicis vtitur. cẽſus,Philetum vinculis magicis cõſtrinxit,& ait:Videbimus ſi Iacobus tuus ſoluat te. Philetus au-
C tẽ miſit feſtinanter puerũ ſuũ ad Iacobũ,vt ei nunciaret quæ geſta eſſent. & ſtatim miſit beatus apoſtolus ſudariũm ſuum Phileto, dicẽs: dominus Ieſus Chriſtus erigit alliſos,& ipſe ſoluit cõpeditos. Statim autẽ vt de ſudario eius tetigit eũ is qui miſſus erat,reſolutus à vinculo magi,currens venit ad Iacobum,& cœpit inſultare maleficiis magiſtri.Hermogenes verò magus dolẽs quòd ei inſultaret,
B.Iacobi ſudaria ſoluũt à dæmoniaca poteſtate. arte ſua excitauit dæmones,& miſit eos ad Iacobũ dicẽs:Ite,& ipſum Iacobũ mihi,& ſimul Philetũ diſcipulũ meũ adducite,vt vindicer in his,ne mihi & cæteri diſcipuli mei ita illudant. Venientes igitur dęmones,vbi Iacobus orabat,vlulatum in aëre habere cœperunt,dicẽtes : Iacobe apoſtole dei,
Magus à ſuis virtutibus ligatur. miſerere noſtri:quia antequam veniat tẽpus incendij nos etiã exurimur.Quibus Iacobus : Vt quid veniſtis ad me?Dicũt ei dæmones:Miſit nos Hermogenes,vt te & Philetũ ad ipſum perduceremus. Mox autẽ vt ingreſſi ſumus,angelus dei ſanctus catenis igneis religauit nos,& miſerè cruciabamur. Dicit eis Iacobus:In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, exoluat vos iterum angelus dei, ita vt reuertentes ad Hermogenẽ,non eum ledatis,ſed vinctum huc illum ad me adducatis. Qui cũ abiiſſent,ligauerunt Hermogeni ad tergum manus de reſtibus,& ita vinctũ adduxerũt eũ ad Apoſtolũ,
D dicẽtes:Ad quẽ nos miſeras,cũ incẽſi flagraremus,ecce hũc adducimus tibi.Ad quẽ apoſtolus Dei: Stultiſſime hominũ(inquit)cũ inimicus generis humani rationẽ tecũ haberet, quare non cõſideraſti quos ad læſionẽ meã mitteres?Sed tamen illos adhuc non permitto,vt furorẽ ſuũ tibi oſtendant. Clamabãt quoque tũ ipſi dęmones:Da nobis eum in poteſtatẽ,vt poſſimus & tuas iniurias vindicare & noſtra incendia.Ad quos Apoſtolus : Ecce(inquit)Philetus ante vos ſtat,cur eum non tenetis? Dicũt ei dæmones:Nos nõ poſſumus vel formicã cõtingere,quæ in cubiculo tuo eſt.Tũc beatus Iacobus ad Philetũ ait:Vt cognoſcas ſcholã domini noſtri Ieſu Chriſti hãc eſſe, vt diſcãt homines bona pro malis reddere,ille te ligauit,tu eũ ſolue:Ille te vinctum à dęmonibus ad ſe conatus eſt adducere tu eum captũ à dæmonibus liberũ ire permitte, Itaque vt ſoluit eũ Philetus deiectus & cõfuſus, Hermogenes ſtetit. Ad quẽ cõuerſus apoſtolus domini: Vade,liber quocũque volueris.Nõ eſt enim diſciplinæ noſtræ,vt inuitus aliquis cõuertatur.Dicit ei Hermogenes ecce noui iras dæmonum,niſi
Libri magici comburũtur. mihi dederis aliquid quod mecũ gerã:tenebunt me,& diuerſis cruciatibus interficiẽt me.Cui beatus Iacobus accipe(inquit)baculum itineris mei,& cũ eo perge ſecurus quocũque volueris. Qui ac-
E piens baculum apoſtoli,abiit ad domũ ſuã.Et haud mora,collectis libris magicis: zabyras plenas ad apoſtolũ attulit, ceruicibus ſuis & diſcipulorũ impoſitas, & cœpit eos ignibus corã eo comburere. Sed Iacobus prohibuit:Ne fortè odor incẽdij(inquit)vexet incautos:appẽde zabyris lapides & plũbum,& mitte in mare.Quod cũ feciſſet Hermogenes,reuerſus cœpit tenere plantas apoſtoli,rogãs eũ & dicẽs:Animarũ liberator,accipe pœnitentẽ,quẽ inuidentẽ & detrahentẽ hactenus ſuſtinuiſti. Reſpõdens dixit Iocobus:Si veram Deo pœnitentiã obtuleris,veram eius indulgentiã conſequẽris.
Σάβειρον Græcis armentorũ repoſitoriũ eſt.
pœnitentia hæretici, quã eandem iniunctã Marcioni ſcribit Tertull. lib. 1 in marc.

Dicit ei Hermogenes:In tantum veram deo pœnitentiã offero , vt omnes codices meos , in quibus erat inlicita preſumptio,abiecerim, & omnibus ſimul artibus renunciauerim inimici.

Tunc ſanctus apoſtolus:Vade(inquit)per domos eorum quos euertiſti,vt reuoces domino : quæ tuliſti doce hoc eſſe verum,quod antea docebas eſſe falſum:& hoc eſſe falſum, quod modò docebas verum.Idolum quoque quod adorabas, & diuinationes tibi putabas,ab eo reſponderi,cõfrin-

ge. Præterea pecunias quas malo opere acquisisti, bona ratione expende: vt sicut fuisti filius diabo- F
li, imitando diabolum, efficiaris ita filius dei sequendo Deum qui quotidie etiam ingratis præstat
beneficia, & se blasphemantibus exhibet alimenta. Si enim cum malus esses circa deum, bonus cir-
ca te extitit dominus quanto magis erit circa te benignior, si magus esse cessaueris, & bonis ei ope-
ribus cœperis complacere? Hæc & his similia dicente Iacobo, in omnibus obtemperauit Her-
mogenes, & ita cœpit in dei esse timore perfectus, vt etiam virtutes per eum plurimæ fierent à Do-
mino. Videntes igitur Iudæi, quia hunc magum, quem inuictum putabant, ita conuertisset apos-
tolus, & omnes simul discipulos & amicos eus, qui solebant ad synagogã conuenire, Iesu Christo per
Iacobum credidisse, obtulerunt pecunias centurionibus duobus, qui præerant Hierosolymis, Lysię
& Theocrito, vt comprehenderent Iacobum. Exorta autem à populo seditione, cum duceretur in
custodiam, dicebant ei Pharisæi: Vt quid prædicas Iesum, hominem, quem inter latrones crucifi-
xum omnes scimus? Ad quæ Iacobus repletus spiritu sancto: Audite me (inquit) viri fratres, & om-
Gen.12. nes qui Abrahæ filij esse cupitis. Promisit deus patri nostro Abrahæ, quòd in semine eius hereditarẽ-
Gen. 21. tur omnes gentes. Semen autem eius non est super Ismahel, sed supra Israel. Ille enim cum matre sua G
Agar electus, à portione seminis Abrahæ exclusus fuit. Abrahæ à deo dictum est, quia in Isaac voca-
bitur tibi semen. Amicus autem dei Abraham, pater noster appellatus est, antequam circuncisionẽ
acciperet, & antequam Sabbatha coleret, & antequam legem aliquam diuinæ constitutionis sciret.
Amicus autem factus est, non quidem circumcidendo se, sed credendo in deum, hoc, quod in se-
mine eius hæreditarentur omnes gentes. Si ergo Abraham amicus factus est credendo, constat ini-
micum deo esse, qui non credit in deum. Hæc cum disseruisset apostolus, dixerunt iudæi: Et quis est
Gen.12.& 22. qui non credit in deum? Iacobus respondit: Qui non credit, quòd in semine Abrahæ hæreditentur
Vaticinia Prophetarum De Christo. omnes gentes: Qui non credit Moysen dicentem, Suscitabit vobis dominus Prophetam magnum,
Deut.18. ipsum audietis tanquam me, per omnia quæ præceperit vobis. Hoc autem promissum Esaias præ-
Esa.7 & 9. dixit, quo ordine fieret, ait enim: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen
Hier.31. eius Emmanuel: quod est interpretatum, nobiscum deus. Addit Hieremias: Ecce veniet redemptor
Ezech.36. tuus Hierusalem, & hoc eius signum erit: Cæcorum oculos aperiet, surdis reddet auditũ, & voce sua
Dan.7 excitabit mortuos. Ezechiel hunc etiam designat, dicens: Veniet rex tuus Syon, veniet humilis, & H
Psal.2 restauret te. Daniel quoque dicit: Sicut filius hominis, ita aduenier, & ipse obtinebit principatus &
Psal.88. potestates. Prædixit hũc & Dauid: dominus dixit ad me, filius meus es tu. Et patris vox de filio dicit:
Psal.131. Ipse inuocauit me, Pater meus es tu, & ego primogenitum ponam illũ, excelsum apud reges terræ.
Esa.53. Et iterũ: de fructu ventris tui ponã supra sedem meam. Quin & passionẽ eius prædixerũt prophætæ.
Psal.21. Esaias enim dicit: Sicut ouis ad occisionẽ ductus est. Et Dauid in persona eius dicit: Foderũt manus
Psal.68. meas & pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea: Ipsi verò considerauerũt & inspexerũt me, diui
Psal.15. serunt sibi vestimenta mea, & super vestẽ meã miserunt sortẽ. Et alio loco Dauid ait: dederũt in escã
meã fel, & in siti mea potauerũt me aceto. Et iterũ de morte eius vaticinatus: Caro mea requiescet
Psal.138. in spe, quoniã non derelinques in inferno animã meã, nec dabis sanctũ tuum videre corruptionem.
Psal.11. Vox autẽ filij ad patrẽ dicit: Exsurgã adhuc, & tecum sum. Et iterũ: Propter miseriã inopũ, & gemitũ
Psal.67. pauperũ, nũc exurgã, dicit dominus. De ascensione prætercа illius dictum est à Propheta: Ascendit
Psal.46. in altũ, captiuã captiuitatẽ duxit. Et iterũ: ascẽdit deus in iubilatione. Et rursus: ascendit super Che-
Psal.11. rubim, & volauit. Item Anna mater sancti Samuelis dicit: dominus ascendit in cœlos, & tonat. Et I
1.Reg.1. multa alia inueniũtur in lege de ascensione eius testimonia. Nam quòd sedeat ad dextrã patris, item
Psal.109. Dauid inquit: dicit dominus domino meo sede à dextris meis. Et quòd ventutus sit iudicare sæcu-
Psal. 49. lũ per ignem, dicit Propheta. Et iterũ: dominus manifestè veniet deus noster, & non silebit. Ignis in
conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tẽpestas valida. Hæc omnia in domino nostro Iesu Chri-
Esa.26. sto, & impleta sunt partim quæ fuerũt prædicta, & quæ nondũ facta sunt implebuntur propediẽ, ita
sicut Prophetæ prędixerunt vobis: Ait enim Esaias Surgent mortui, & resurgent qui in monumẽtis
sunt. Si interroges, Quid erit, si resurrexerint? Respondit Dauid, audiuisse se dominũ loquentẽ. Si-
mul loquutus est deus, duo hęc audiui: Quia potestas dei est, & tibi domine misericordia, qui reddes
vnicuique secundum opera sua. Vnde, viri fratres, vnuquisque vestrũ pœnitentiã agat, vt non recipiat
secundum opera sua, qui se scit participem esse eorum qui cruci affixerunt eum, qui mundum
totum à cruciatibus liberauit. Siquidem è sputamento suo oculos cæci nati inluminauit: & vt pro-
Ioan.9. baretur ipse esse qui Adam de limo terræ formauerat, lutum fecit de saliua sua, & imposuit oculis, K
ac sanauit eos. Et cum nos discipuli eius interrogassemus illum, qui peccassent, hic an parentes eius,
vt cæcus nasceretur? Respondit nobis Magister, dicens: Neque hic peccauit, neque parentes eius,
Psal.34. sed vt manifestarentur opera domini in eo: id est, vt manifestus fieret artifex qui eum fecerat cum
ipse faceret quod minus fuerat factum. Nam & hoc quod pro bonis mala recepturus esset, prædi-
ctum est in persona eius, per Dauid regem, cum diceret: Retribuebant mihi mala pro bonis, & odiũ
pro dilectione mea. Denique post tanta beneficia in iudæos collata cum tot paraliticos curasset, le-
Mat.26. prosos mundasset, tot dæmones fugasset, & mortuos suscitasset, omnes vna voce clamauerunt:
Psal.40. Reus est mortis. Præterea quod à suo discipulo tradendus fuerat, hoc ordine item prædictum fuit
à Dauid: Qui edebat panem meum, ampliauit aduersus me supplãtationem. Hæc omnia viri fratres,
filij Abrahæ prædixerunt, loquente per os eorum spiritu sancto. Nunquid si hæc non credimus, po-
terimus

A terimus euadere perpetui ignis supplicium, aut nõ meritò puniendi erimus? cum etiam gentes cre-
dant vocibus Prophetarum: nos verò populus quondam electus, nullam Patriarchis & Prophetis
nostris fidem adhibebimus? Equidem censeo erubescenda & punienda tot factis & sceleribus cri-
mina lachrymosis vocibus lugenda esse nobis, vt pœnitentiam nostram pius indultor accipiat: ne
illa nobis tandem eueniant, siue gentilibus maioribusque nostris acciderunt. Aperta est terra, & de-
glutiuit Datham, operuit super synagogam Abyron, Exarsit ignis in synagoga eorum, & flamma cõ-
sumpsit peccatores. Hæc cum disseruisset, non sine admiratione & singulari gratia Dei coram tur-
bis clamauerunt omnes vna voce, dicentes: Peccauimus, iniustè egimus: da nobis remedium, quid
faciamus. Quibus Iacobus ait: Viri fratres, nolite desperare, credite tãtum & baptixamini, vt deleã- *Num.16.*
tur omnia peccata vestra. Cum itaque post hunc sermonem beati apostoli, multi ex Iudæis baptiza- *Psal.105.*
ti essent, Abiathar pontifex anni illius, videns magnum quotidie populum in Iesum credere, per pe-
cunias excitauit seditionem grauissimam, ita vt vnus ex scribis Pharisæorum mitteret funẽ in collũ
apostoli, & perduceret eum ad Prætorium Herodis regis. Herodes, is filius Archelai erat: qui vt cau-
B sam accepit, iussit beatum Iacobum decollari. Cumque duceretur ad locum supplicij, vidit paraly- *B. Iacobus comprehenditur.*
ticum iacentem, & clamantẽ sibi: Vir sancte libera me à doloribus, quibus omnia membra mea cru-
ciantur. Ad quem conuersus apostolus: In nomine (inquit) crucifixi domini mei Iesu Christi, pro cu-
ius fide ducor ad mortem, exurge sanus, & benedic saluatorem tuum. Et protinus exsurrexit, & cœ-
pit gaudens currere, & benedicere nomen domini Iesu. Tunc ille Pharisæorum scriba, quem dixi-
mus funem collo eius circundedisse, Iosias nomine, procidens ante pedes apostoli: Obsecro te (ait) *Paralyticus curatur, scriba credit.*
vt des mihi indulgentiam, & facias me nominis sancti participem. Ad quem conuersus Iocobus, di-
cit: Tu credis, quia dominus Iesus Christus, quem crucifixerunt Iudæi, ipse sit verus filius Dei viui?
Et ait Iosias: Ego credo, & hæc est fides mea, ex hac hora, quia ipse est filius Dei viui. Quæ videns
Abiathar Pontifex, scribam iussit comprehendi, & dixit ei: Si nõ discesseris à Iacobo & maledixeris
nomen Iesu, cũ ipso decollabere. Cui Iosias: Maledictus (inquit) tu, & maledicti omnes dies tui. No-
men autem domini Iesu Christi, quem Iacobus prædicat, est benedictum in sęcula. Tunc Abiathar *B. Iacobus & Iosias decollantur.*
C felle succẽsus, pugnis cædere scribam præcepit: & missa relatione de eo ad Herodem, impetrauit vt
simul cum Iacobo decollaretur. Iacobus igitur cũ Iosia ductus ad locum supplicij, antequam decol- *Spiculator qui Iacobum duxit ad supplicium Christianus factus & cum eodem decollatus est. Euseb. lib.2. cap. 8. Niceph. cap.12. lib.2.*
laretur, rogauit spiculatorem, vt aquæ illi facultas fieret. & allata est ei lagena plena aquæ. Quam
accipiens apostolus: Credis (inquit) in nomine Iesu Christi, filij Dei? At ille dixit: credo. Et perfudit
eum Iacobus, & dixit: Da mihi pacis osculum. Cumque osculatus esset eũ posuit manũ super caput
eius, & benedixit eum, & fecit signaculum crucis Christi in fronte eius. & haud mora, cerucẽ spi-
culatori porrexit. Pòst & Iosias, perfectus iam in fide, martyrij palmam exultãs accepit, pro eo quem
immundum nobis salutis deus æternus miserat: Cui sit honor & gloria, in sæcula sæculorum.

LIBER QVINTVS HISTO-
RIÆ APOSTOLICÆ, DE REBVS A SAN-
CTO IOANNE EVANGELISTA GESTIS.

D IOANNES Iacobi superioris frater germanus, sed minor natu, Zebedæo patre, *Hieron. in cat. illust. Testamentũ Salutis.*
cum piscaretur, vocatus à Christo fuit: quem postea non solũ ad apostolatus cul-
men euexit, sed præcipuo quodã amore complectebatur. Vnde & in monte cũ se *Mat.20.*
Christus manifestasset, & in horto cum caperetur, ex tribus vnus fuit. Quin & in *Ioan.19.*
cœna postrema cum nouum illud testamentũ salutis nostræ mundi Saluator cõde- *Ioan.11.*
ret, proximè Christo affidens, in sinu eius reclinans obdormiuit. De quo & illud *Act.9.*
euangelista scribit, quòd mater Christum rogauerit, vt filiorum alter illi à dextris, *Act. 3. Euseb. lib. 3.c.1.*
alter à sinistris in regno cælorum sederet. Iacobum nimirum, & istum ipsum Ioannem intelligens. *Meminit Paulus quoque in epistola ad Galatas, se cum Tito & Barnaba profectum Hierosolymam, atque ibi Iacobo, Petro, & Ioanni dextram porrexisse.*
Is, vt Christus in ligno crucis præcepit, virginis matris domini curam à passione magistri semper
habuit: & communibus cum fratre Iacobo auspiciis, Iudæis Samaritanísque Iesum saluatorem præ-
E dicabat. Petro quoque subindè adhærebat. vnde post resurrectionem, cum dominus piscantibus
occurrisset, Ioannes agnitum prius Petro significauit. Accepto quoque spiritu sancto, cum Petro
hora nona templum Hierosolymitanum ingressus, Aeneæ paralytico & claudo ex vtero matris ad
speciosam portam stipem petenti, sanitatem contribuit. Secutus posthæc iussa magistri, vt euan-
gelium gentibus annunciaret, ex Palæstina in Asiam, atque inde in Ephesum traiecit, vbi ad Do-
mitiani Cæsaris ætatẽ vsque apostolico munere suo fungebatur, nonagenarius ferè, quod de illo in
vita Christus prædixisse videtur. Nam cum Christus Petrum, vt se sequeretur, iuberet, & Ioan-
nes citius sequeretur, quia molestè Petrum ferre videret, qui ab ipso etiam quæsuerat, quid Ioan-
nem facere vellet: Christus ei respondit: Si eum manere in vita vellet, quoad ipse veniret, quid
eius interesset? Quod discipuli non intelligentes verbum, vana opinione, antequam spiritum
adhuc sanctum accepissent, Ioannem nunquam moriturum existimarunt. Est igitur & hoc ip-
sum amoris Saluatoris in beatum Ioannem indicium non vulgare, quòd vita reliquos om-

Euſebius lib. 3. Hiſt. eccl. Ioannem in Aſia euangeli. Aſſe ſcribit. Act. 5. Tertul. in preſcr. Hoc, Legendæ prochorus. Terrull. Rupertus &c. romæ contigiſſe ſcribūt. Relegatio Ioannis in pathmum. Euſeb. lib. 3. c. 15. Nicep. lib. 2. c. 42. Reditus in Epheſum. Dion in vita Neruæ & Egnat. in Domitian.

nes ſuperauit, & vt dictum eſt, ad Domitiani temporis ætatem vſque in Aſia verbum ſalutis popu- F
lis adnunciarit, & paulo pòſt defuncto Timotheo eccleſiam gubernare cœperit apud vrbem Ephe-
ſum. Cui Procōſul loci cum edictum Imperatoris, vt Chriſtum negaret, & à prædicatione ceſſaret,
legiſſet, beatus apoſtolus intrepidè reſpondit: Obedire oportere deo magis quàm hominibus.
Proindè nec Chriſtum Deum meum (inquit) negabo, nec à prædicatione nominis eius quieſcam,
donec conſumpſero curſum miniſterij mei, quod à domino ſuſcepi. Ad cuius reſponſionem motus
Proconſul, iuſſit eum velut rebellem in dolio feruentis olei mergi. Qui ſtatim vt coniectus in æneo
eſt, veluti fortis athleta, vnctus, non aduſtus, de vaſe exiit. Ad quod miraculum Proconſul ſtupefa-
ctus, voluit eum libertati ſuæ reddere: & feciſſet, niſi timuiſſet edictum Cæſaris: mitiorem igitur
pœnam excogitans, in exilium eum relegauit, in inſulam quæ dicitur Pathmos. In qua & Apoca-
lypſim, quæ ex nomine eius legitur, & vidit, & ſcripſit.

Poſt mortem autem Domitiani, quia omnia illius decreta Senatus infringi iuſſerat, inter cæteros
qui ab illo relegati fuerant, & ad propria remeabant, etiam ſanctus Ioannes Epheſum rediit, vbi &
hoſpitiolum, & multos amicos habebat. Plenitudine enim gratiæ diuinæ, & conuerſatione ſyncera G
commendatus, omnibus amabilis erat. In qua ciuitate ſeneſcens, etiam prædicationem verbi diuini
ſignis & virtutibus confirmabat, ita vt tactu veſtimenti eius languentes ſanarentur, infirmi curaren-
rentur, cæci illuminarentur, leproſi mundarentur: denique dæmones paſſim ab hominibus expel-
lerentur. Cum ergo rediiſſet Epheſum apoſtolus rogabatur etiam vicinas luſtrare prouincias, quo
vel eccleſias fundaret, in quibus non erāt locis: vel in quibus erant, ſacerdotes ac miniſtros inſtrue-
ret, ſecundum quod ei de vnoquoque ſpiritus ſanctus indicaſſet. Cum igitur veniſſet ad quandam
vrbem haud longè poſitam omnibus eccleſiaſticis ſolenniter impletis, vidit iuuenem quendam va-
lidum corpore, & uultu elegantem, ſed animo acrem nimis. reſpicienſque ad epiſcopum, qui nuper
fuerat ordinatus: Hunc (inquit) ſummo ſtudio tibi commendo, ſub teſtimonio Chriſti, &
totius eccleſiæ. Tum ille ſuſpiciens, omnem ſe adhibiturum, ſicut præcipiebat diligentiam pol-
licetur. Sed iterum atque iterum eadem ſæpius repetens, iuuenem commendabat attentius, &
poſthæc Epheſum rediit. Tum verò presbyter in domum ſuam adoleſcentem ſuſcepit commen-
datum, & cum omni diligentia enutrit, amplectitur, fouet, ad vltimum etiam baptiſmi gra- H
tiam tradit. Poſthæc iam velut confidens gratiæ, qua fuerat communitus, paulò indulgentius
habere iuuenem cœpit. Sed ille vbi immatura libertate potitus eſt continuò per æquæuos, quibus
luxus & deſidia cordi eſt, amare vitia, & corruptæ viæ incedere tramitē perdocetur. Et primò qui-
dē conuiuiorum illecebris decipitur, inde nocturnis eum furtis ſocium mali ſibi, participemque cō-
ſciſcunt: poſt hæc iam ad maiora flagitia pertrahunt. Cum interea ſenſim iuuenis formabatur & in-
ſtituebatur ad ſcelera, & qui eſſet acer ingenio, ſicut equus effrenis & validus, duris morſibus ob-
matis, recti itineris lineam derelinquens, rectore contempto rapido curſu totus fertur in præceps.
Ita ſuccedentibus tibi malis, vt deſperationem quoque à domino præſtitæ ſalutis acceperit, dedig-
natur iam de paruis ſceleribus cogitare, grandia quæque molitur: & ex integro perditioni ſe tradēs,
nulli inferior eſſe in flagitiis cupit. Denique illos ipſos qui prius magiſtri criminum fuerant, diſci-
pulos facit: & latronum ex his turmam, quibus ipſe dux & princeps violentus præeſſet, inſtituit, &
cum his omni crudelitate graſſatur. Verùm tempore elapſo, cum rei ita popoſciſſet vtilitas, inuita-
tur iterum ad illam vrbem Ioannes. Et cum cætera, quorum gratia venerat, ordinaſſet: Age (inquit) I
ô epiſcope, depoſitum repræſenta, quod tibi ego planè & Chriſtus commendauimus, eccleſia teſte,
quam regis. At ille obſtupuit, primò pecuniam putās à ſe repoſci, quam non acceperat. Sed rurſum
conſiderabat nec poſſe fallere Ioannem, nec quod non dedit, quærere: hærebat igitur ſtupens.
Quem Ioannes hærentem videns: Iuuenem illum (inquit) repeto à te, & animam fratris. Tunc
grauiter ſuſpirans ſenior, & in lachrymas reſolutus: Ille ait, mortuus eſt. Quomodo (inquit)
vel quali morte? Domine (ait) mortuus eſt, quia peſſimus & flagitioſus euaſit ad vltimum etiam
latrocinium adgreſſus eſt: Et nunc adeò montem quendam cum multa latronum manu occu-
pat. Quibus auditis, Apoſtolus veſtem continuò, qua erat indutus, ſcindit, & cum ingenti gemitu
feriens caput ſuum: Bonum te (inquit) cuſtodem fratris animæ dereliqui. Sed iam nunc mihi
equus paretur, & dux itineris. Et ita confeſtim ab ipſa eccleſia aſcendens, eò concitus properabat.
Cumque peruenisſet ad locum, attinetur ab his latronibus, qui cuſtodias obſeruabant. Sed ille ne-
que effugere, neque prorſus declinare vſquam nitens, ingenti tantū voce clamabat: Quia ad hoc K
ipſum veni, adducite mihi principē veſtrum. Qui cum veniret armatus, eminus agnito Ioāne Apo-
ſtolo, pudore tactus, in fugā vertitur. Ille equo poſt eum admiſſo, confeſtim inſequitur fugientem,
etiam ætatis oblitus, ſimul & clamans: Quid fugis ô fili patrem tuum? quid fugis inermem ſenem
miſer? noli timere, habes adhuc ſpē vitæ. Ego Chriſto rationē reddā pro te. Equidē pro temorē ex-
cipio libenter, ſicut & dominus excepit pro nobis, & pro tua anima dabo animam meā. Sta tantū, &
crede mihi quia Chriſtus me miſit. At ille audiens, reſtitit, ac vultum demiſit in terram: poſt hoc ar-
ma proiecit, tremefactúſque flebat amariſſimè. Et accedentis ad ſe ſenis genubus prouolutus, gemi-
tibus ac vlulatibus quibus poterat ſatisfecit. denique vberrimis lachymarum ſuarum fontibus ite-
rum baptizatur, occultans ſolam dexteram ſuam. Apoſtolus verò iuriſiurandi ſacramento ſe ei à
ſaluatore impetraturum veniam pollicens, ſimulque genibus eius prouolutus, atque ipſam dextrā,

Iuuenis indulgentia malorumque conſuetudine peruertitur Euſeb. lib. 3. cap. 17. Niceph. lib. 2. cap. 42.

Conſpectum iuſti non ſuſtinet ſceleratus.

A ex cuius cœdis conſcientia torquebatur, tanquam iam per pœnitentiam purgatam, deoſculans,
ad eccleſiam reuocat, & indeſinenter pro eo orationes profundens: & cum ipſo pariter ducens
crebra ieiunia: indulgentiam à Domino, quam ei pollicitus fuerat, expetebat. Sed & variis ſermonū
cōſolationibus, veluti quibuſdam præcantationibus, efferum & exterritum eius animū mitigabat.
Nec prius abſtitit, quàm eum in omnibus emendatum, etiam Eccleſiæ præficeret loci illius: præ-
bens per hoc magna exempla veræ pœnitentiæ, & documentum ingens nouæ regenerationis, at-
que inſignia quædam & trophæa viſibilis in eo reſurrectionis, oſtendens.

Ita igitur cum plurimas vrbes adiiſſet ſanctus Ioannes, prædicans verbum Dei reuertitur Ephe- *S. Ioannis in Epheſim reditus.*
ſum, quod ſibi finem vitæ adeſſe intelligeret. Apud Epheſum verò in tanta gratia hominum exinde
Apoſtolus ſemper extitit, vt alius manus eius gauderet contingere, alius applicare eas oculis ſuis, &
pectori admouere, ſi ita vſus expoſceret. Plerique etiam tactu veſtis exhilarati, quia tetigerāt amictū
eius, ſanabantur. Sed hæc ſancta gaudia & piam celebritatem aduerſarius ingemiſcens, immunem
fraudis eſſe non paſſus, interturbare conatus eſt, vas ſibi ad nocendum eligens gentilis hominis, *Hanc de Druſiana hiſtoriam Perionius vix attigit.*
B qui Deum neſciret: cauſam verò arripiens, de pulchritudine fœminæ nobilis & Chriſtianæ, Druſia-
ne nomine. adſciſcebat quoque idem inimicus noſter ad facilitatem prolapſionis, adoleſcētis ætā-
tem. Adoleſcenti nomen Callimacho erat. Is Druſianam cum vidiſſet, perditè adamare cæpit. Et
quamuis Andronici noſſet vxorem, etiam in adulterij crimen exæſtuabat. Frequens erat ſermo, &
certa opinio, quòd ea fœmina Apoſtolicis intenta ſermonibus, propter Dei cultum viro non com-
miſceretur, clauſáque in ſepulchro, ne ita quidem victa in arbitrium conceſſiſſet mariti. Quin etiam
mori elegerat, quàm conſuetudinem repetere coniugij, cùm præſertim maritus inſiſteret dicens:
Aut reddes te mihi vxorem qualem ante præbebas, aut morte perſequar repugnantem. Sed nec
mortis timore reuocata eſt, nec à contemplatione cœleſti vel donis vel vllis illecebris reuocari po-
tuit. Verùm hæc, amore inſaniens adoleſcens, quem diximus, tametſi ſciret atque audiret, cum re-
uocaretur à plurimis, eò quod nihil eſſet effecturus, contempſit & confirmatam Dei verbo, ſuo fu-
rore tentandam putauit, quæ maritum proprium etiam ad obſeruantiam prouocauerat caſtitatis,
coniugij copulam mentis tantummodo charitate ſeruans. Itaque cum compellaſſet fœminam, nū-
C cio ſpeque potiundi deiectus, mœſtiorem indies cœpit ducere vitam. Druſiana quoque procaci in- *Caſtiſsimæ mulieris exēplum.*
terpellatione offenſa, poſt biduum in febrē incidit dolens quòd ad patriam reuertiſſet, & tantum ex
eius forma nefas exortum eſſet: Vtinam (inquit) vel in patriam nūquam rediiſſem, vel ille verbo Dei
inſtructus, in hunc ſe errorem non coniecisſet. Ego igitur quia cauſa tanti vulneris infirmæ animæ
ſum, ſolui me ab hac vita cupio, Domine Ieſu, vt euocata ancilla tua, quietius vitam miſer proroget.
Hæc præſente Ioanne Apoſtolo Druſiana dicebat: ſed quò tenderet ſermo, nec Apoſtolus nec alij
intelligebant. Triſtis igitur ac mœſta, propter vulnus adoleſcētis illius, obiit diem. Mœſtiorem quo-
que maritum fecit, quia conturbatum vxor eius habuiſſet exitum, & mærore affecta, animam optaſ-
ſet abſolui. Flebat igitur Andronicus, ita vt reprehenderetur ab Apoſtolo dicente: Ita ne fleueris,
quaſi ignores, quo illa conceſſerit. neſcis illam conuerſationem eſſe meliorem, quæ in cœlo eſt, ad
quam ſancta & fidelis Druſiana tranſiuit, expectans ſpem reſurrectionis à mortuis? Cui reſpondit
Andronicus, ſe non diffidere quòd reſurrectura ſit Druſiana, nec mutare fidem: ſed putare, qui purè
huius vitæ confecerit curſum, ille ſaluetur. Sibi autem hoc dolori eſſe, quòd cognouerit latentem
D quendam mœrorem ſubiiſſe ſorori ſuæ (ita Druſianam appellabat) cuius cauſam cognoſcere ex illa
nunquam potuerat, nec humano iam corpore ſciret. Et cum interrogaſſet Apoſtolus Andronicum
ſecretò, quæ cauſa fuiſſet: reſidens pauliſper præſentibus fratribus omnibus qui conuenerant, allo-
quio dulci Apoſtoli frui cupientes, in hæc verba locutus eſt. Gubernator nautis & omnibus qui na- *Elegans & plena grauiſsimi argumenti diſputatio, de vita humana, & eius fine.*
uigant, & ipſi etiam naui, cum eam in portu conſtituerit, ac fideli commiſerit ſtationi, tūc valedicit.
Sic agricola cum dederit terræ ſemen, & multo labore nouale exercuerit, diligentiam exhibuerit,
detulerit cuſtodiam, tunc requiem laboris accipit, cum in apothecis multiplicatā meſſem locaue-
rit. Præterea qui currit in ſtadio, tunc exultat, cum brauium acceperit. Qui athletarum more decer-
tare parat, tunc gaudeat, cum coronam acceperit. Omnes poſtremò, qui diuerſis artibus ſtudent, &
operibus incumbunt, in fine muneris vel operis Deum meritò laudant omnes, quòd deſtituti non
ſint, ſed iuſtificati iuxta promiſſum Domini quòd ſanctis ſuis dignatus eſt polliceri: Quod non con-
uenire arbitror, vt vnuſquiſque tunc fidem ſuam, quam exercet probatam ſciat, cum explens vitalis
E muneris curſum purum reddat quod ſibi creditum eſt. Multa ſunt enim quæ fidem facilè ſingulorū
frangant, & quaſi turbationem quandam inferunt humanæ cogitationis ſolicitudini: filij, parentes,
gloria, paupertas, adulatio iuuentus, pulchritudo, iactanctia, cupiditas diuitiarum, prælatio, negligē-
tia, inuidia, diſſimulatio, iniuria, amor, triſtitia, poſſeſſio ſerui, patrimonium, occaſio, & alia huiuſce-
modi impedimenta, quæ obſiſtere ſolent: ſicut gubernatori currenti curſum proprium, ventus fre-
quenter exortus occurrit, & properantem retardat, & tempeſtatem excitat & procellas. Agricolæ
quoque adultam ſpem triſtior ludit euentus: ita etiam, priuſquam vitæ huius aliquis exitum ſubeat,
effectum proſpicere debet, & qualem ſit habiturus, addiſcere: videlicet, vigilantémne ac ſobrium, &
cui nihil impedimenti poſſit adferri, an vero conturbatum & obligatum voluptatibus ſæcularibus.
Sicut enim laūdat corporis decorem nemo, niſi cum omnia depoſuerit indumenta: nemo ducem,
niſi eum qui glorioſe vniuerſum bellum confecerit: nemo medicum, niſi eum qui curauerit ægritu-

dines varias:ita nemo poteſt laudare vitam,niſi is qui plenum fidei animum,& templo Dei dignam F
carnem ſuam præſtiterit:quæ nõ ipſo curſu vana ſpecie diſſoluta corruerit,non obſtupefacta & hebetata rebus hamanis ſit, neque inclinata ad temporalia,neque perpetuis caduca prætulerit, & nõ manentibus manentia commutarit, neque honorauerit quæ honorificanda non ſunt, neque denique amauerit plena opera contumeliis:& qui pignus ſatanæ non acceperit,aut intra pectus ſuum ſerpentem clauſerit:qui non riſerit non ridenda,vel opprobrium nõ erubuerit pro Chriſto. Eſt etiã
Temperantia qui verbo aliquid dicit,& opere negat.Non igitur lubricam carnem præſtare vnuſquiſque ſuam debet,ne vas faciat immunditiæ:ſed talẽ quæ non ſordida exuratur libidine,nõ immunditia vincatur, non auaritia ſuperetur,nõ cupiditati pecuniæ ſubiugetur,non ferocia corporis dometur,non ira & indignatione prodatur,non abſorbeatur triſtitia,non ludicris quibuſdã in hac vita actibus eneruetur:ſed ea quæ fidem in Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrũ adaugẽt & prouehũt,ſuſcipiat vt vitã recipiat æternam purcherrimum præmium pro illis quæ in hoc ſæculo deſpexerit. Hæc cum adhortationis gratia ſanctus Apoſtolus diſſeruiſſet grauiter,vt fratrum animos prouocaret ad concupiſcenda æterna,& contemnenda tẽporalia:is tamen de quo diximus adoleſcens,qui Druſianam adamabat, G
cæcum pectore vulnus alens,ſuo indies magis magiſque conſumebatur incendio, quod nec mulieris potuit morte reſtingui.Nec mirum ſi nullam accipiebat Ioannis ſermone medicinam,qui negligens audiẽdi,non remedium vulneri adhibere querebat, ſed ſcelus quotidiè immane deſiderabat augere.Itaque accidit poſtea mortua Druſiana, atque ſepulchro illata cum mortuam adhuc Callimachus deperiret,Procuratorem Andronici precio corrupit vt ſibi tumulum in quo Druſiana condita erat,reſeraret, corporiſque adamatæ copiam faceret. Quod vbi procliuè tandem impetrauit,
Nota horrendum ſcelus. tentabat inlicitum nefas corpori inferre defuncto.In quod non repentino quodam motu,ſed furioſa quadam meditationis amentia latus: Etſi viua(inquit)coitus noluiſti mecum ſubire conſortium, mortuæ eam tibi tamen inrogabo iniuriam. Ita adhibito flagitij procuratore, adoleſcens furens cum ſepulcrum fuiſſet ingreſſus,corpus primò inuolutum pannis exuere cæpit.Subiecit procurator ſceleris immanis:Quid profeciſti infelix Druſiana,negando viua quod mortua ſubſtinebis? Ita ſermone pariter atque opere geminabatur ſcelus. Et cum iam ſublatis propè omnibus exuuiis ſepulturæ, ſolum genitalis partis ſupereſſet velamen, commixtionem inclitam molitur immani iuuenis H
libidine furens. Et ecce ſubito, incertum vnde,ingens ſerpens occurrit, cuius vno ſaucius morſu, ſed magis diro furentis terrore perculſus,corruit iuuenis,ita vt veneni frigore,ſubitò omnis eius vis euanuerit.ſupra quem ſtatim ſerpens lapſum aſcendens quieſcebat.Sequenti verò die, qui erat tertius à die mortis Druſianæ, cum ſanctus Ioannes, & vir mulieris Andronicus, matutinis horis ad
Oratio pro defunctis. tumulum conueniſſent, vt ſacra celebrarent, ecce claues non inueniebantur. Quocirca Ioannes: Rectè, inquit, claues ſepulchri perierunt, quoniam Druſiana in ſepulchro inter mortuos non eſt. verùm ingrediamur,ſponte fores aperientur.Non enim dubitare poſſum de Domini miſericordia, quin & hoc cõferat nobis,qui multa cõceſſit. Cum igitur appropinquaſſent ſepulchro,ſubitòpræ-
Ex his apparet, Abdiam hanc hiſtoriã ſcripſiſſe ex relatione alicuius qui rebus à ſancto Ioanne geſtis interfuerat. cepto Ioannis apertæ ſunt fores: & iuxta ſepulchrum Druſianæ vidimus ſpecioſum adoleſcentem, adridentẽ. Quem videns Ioannes,cum clamore ait:Et hic nos preuenis Domine Ieſu Chriſte?Qua cauſa igitur veniſti Domine?Et audiuimus ſono vocis exprimi: Propter Druſianam,quã habes nũc reſuſcitare:& propter illum qui propior ſepulchro eius exanimatus iacet:qui & honorificabũt propter me deum.Et hæc cum dixiſſet bonus ad Ioannem,in cœlũ vidẽtibus Ioãne & cęteris, reuertebatur.Cõuerſus autẽ Ioannes,cum vidiſſet duo iacentia propè ſepulchrum corpora, quorũ vnũ Cal I
limachi erat, qui princeps epheſiorũ erat, ſupra cuius corpus ſerpens cubabat immenſus: alterum verò corpus erat Fortunati,qui procurator fuerat Andronici: Intuens igitur vtriuſque corpus, cogitabat ſecum ipſe, & dicebat: Quid ſibi vult hæc ſpecies & quare mihi dominus non demonſtrauit quæ hic gerebantur, qui nunquam dedignari ſolet? Verùm Andronicus cum ſeminudum corpus Druſianæ vidiſſet,cum vno tantum velamine iacere in ſepulchro,illos autem duos mortuos,ait ad Ioãnem:Intelligo quid factum ſit,ô Ioannes.Nam iſte Callimachus iuuenis adamauerat Druſianam,dum viueret. & cum eſſet eius petitum refutata, nihilominus tamen mulierem non deſinebat inceſſere. Verùm frequentis repulſæ dolore commotus, Procuratoris mei amicitiam ambiuit, vt eius opera ad vſus nefandos vteretur. Quin aiunt eum crebrò viuente Druſiana dixiſſe, ſi non poſſet concubitu eius potiri viuentis,iniuriam tamen defunctæ eſſe facturum.Et fortaſſe,Ioannes,propterea bonus iſte velauit eius reliquias, ne ſcilicet corpus pateretur iniuriam.Et ideo arbitror iſtos K
morte mulctatos eſſe, quia immanes auſus flagitij tentauerunt. Puto etiam ideò hanc ad te factam eſſe vocem,reſuſcitandę Druſianæ,quòd cum mœrore & triſtitia vitæ iſtius exitum immaturè clauſiſſet,dolens quòd iuuenem formæ ſuæ culpa affeciſſet. Quæ igitur cauſa,vt cum tria videamus corpora,de duobus tantum reſuſcitãdis facta vox ſit, de tertio autem ſiluerit:niſi quòd reformari Druſianam dominus voluerit, ex eo quòd cum mœrore deceſſerat, vt diem ſuum cum tranquillitate componeret.Hic quoque iuuenis,quam cauſam veniæ habet,niſi quod videatur ipſe, tanquã vnus de errantibus,eſſe deceptus.tertius autem,puto quòd indignus beneficio domini noſtri Ieſu Chriſti exiſtimetur. Accingere igitur Ioannes obſecrõ, & primo omnium Callimachum reſuſcitato, vt ipſe nobis quæ geſta ſunt,prodat.Accedens autem Ioannes,iuxta corpus defuncti iuuenis,dixit ſerpenti: Diſcede ab eo,quia ſeruiturus eſt domino noſtro Ieſu Chriſto,& ſtatim receſſit ſerpens.Quofacto,pro

A facto procumbẽs humi,precatus eſt dominum in hæc verba:Deus, cuius gloria honoratur à nobis, qui omnem operationem inferiorem domas : Deus, cuius voluntas virtute tua conſummatur, propter gloriam tuam, exaudi nos:& nunc conſummetur in iſto iuuene gratia tua. Et ſi quæ facta ſunt per iſtum iuuenem, hæc nobis ſurgente eodem, demonſtrato. Et ſtatim iuuenis ſur- *Suſcitatur Callimachus*
gens, integram horam requieuit. Sed vbi ad vigorem ſenſus ſui reuerſus eſt, interrogatur à Ioanne, vt cauſam ſui aperiret. Ita ingreſſus rem omnem explanauit, quemadmodum ſuprà Andronicus intimauerat. Amorem ſibi Druſianæ cauſam fuiſſe, vt nec à deſiderio mortuæ temperauit, Qui interrogatus rurſum à Ioanne, vtrum nunc temeritatis ſuæ circa reliquias plenas veneration is & gratiæ, aliquem habere potuiſſet effectum? Reſpondit: Quomodo aliquid poteram vel audere, vel facere, cum talis beſtia repentè in me irruiſſet, quæ Fortunatum vulnere etiam perculit, qui incentiuum addiderat huius inſaniæ, quæ videbatur iam poſſe quieſcere. Mihi autem illud cauſa mortis fuit, quòd cum animi quadam dementia, & planè infelici languore correptus, detraxiſſem defuncto corpori exuuias, ac diſcedens pauliſper, meiã ad impium facinus præ-
B parabam, quo volebam cum defunctæ corporis reliquiis conuenire: ecce vidi, quemadmodum ſpecioſus iuuenis corpus Druſianæ ſua veſte velabat, à cuius facie ſcintillæ ignis reſiliebant in totum ſepulchum. Ex quibus vna in me veniens, vocem dedit, Callimache morere, vt viuas. Quis fuerit homo iſte, neſcio. Sed quia te video hic Dei ſeruum, & nunc apparuiſti mihi, cognoſco & illum angelũ Dei fuiſſe, & noui quia verè à te Deus adnunciatur. Vnde rogo & deprecor, ne me in hac erumna relinquas. Scio enim atque reminiſcor quæ geſſerim, & quàm indigna tentauerim. Et ipſe animo mœreo. vtinam viſcera mea reſerare poſſes, & videre interiorem mei ſenſum doloris. Denique mœreo, quod nequaquam à tantis flagitiis tentauerim*. Sed huius mœroris à te expecto medicinam: qui vt es Dei omnipotentis prædicator, cuius eſt filius verus dominus noſter Ieſus Chriſtus, ita à te verbum eius cupio ſcire. Nec dubito, ſi manum porrigas, vt & vocis eius compleatur veritas, quæ dicebat, Oportere me mori vt viuerem. Mortuus ſum autem ille inſolens, ſed reſuſcitatus ſum mitis atque manſuetus. mortuus ſum gentilis, ſed reſuſcitatus ſum Chriſtianus. cognoſco iam quidem ve- *Callimachus moritur gentilis, reſuſcitatur Chriſtianus.*
C ritatem, ſed peto vt plenius mihi tuis magiſteriis reueletur, Quibus verbis lętatus Apoſtolus: Et quid agam (inquit) Domine Ieſu Chriſte, neſcio. Obſtupui in exceſſu meo, tanquam tuam eſſe miſericordiam: ſimul inſolitam quandam patientiam tuam recognoſco. Hæc cum dixiſſet, benedicens dominum, apprehendit Callimachum, & oſculatus eſt eum, dicens: Benedictus dominus Deus & filius eius Ieſus Chriſtus, qui tui miſertus eſt, & à furore atque demẽtia mortis ſpecie liberauit, qui illa tua refrigerauit incendia, qui occaſionem culpæ ademit, qui veſanę libidinis tẽtamina ſuccidit, qui iam mortuum peccato rurſum reddidit vitæ, vt in domini noſtri Ieſu Chriſti fide gratiaque requieſcas. vides quanta multitudo ad miniſterium noſtrum, & ad ſalutem tuam venerit. Andronicus autem vbi vidit Callimachum reſuſcitatum, viſcera maritali reſolutus affectu, rogare cœpit Apoſtolum, vt Druſianam quoque reſoluta morte reuocaret, dicens: Oportere eam reſurgere, vt triſtitiam exuat, cui iam mortua videbatur, mœrorẽ quo poſſit abſoluere: eo quòd doluit occaſione formæ ſuæ iuuenem eſſe deceptum. Rogat ergo vt & ipſam reſuſcitaret, & quando vellet dominus, iterum auocaret eam. Motus itaque Ioannes & petitione viri, & modeſtia Druſianæ, accedens ad ſepulchrum, & manum eius tenens, cum dominũ eſſet deprecatus: Druſiana(inquit)ſurge in nomine Ieſu Chriſti *Druſiana ſuſcitatur.*
D Domini noſtri, ſurge in gloria eius. Quæ ſurgens aſcendit de tumulo, & cum vidiſſet ſe nudam, in illo tenui tantum velamine, cauſam quæſiuit. Quam vbi ab Apoſtolo cognouit, honorificauit Dominum, ac ſe induit.

Deinde reſpiciens Fortunati corpus iacere, ait ad Ioannem: Pater, & hic reſurgat quæſo, quamuis funeris mei ſe prębuerit proditorem. Quod vbi audiuit Callimachus, rogare cœpit, ne hominem improbum reſuſcitare vellet, cuius incentiuo præcipitatus ſit in furorem, quòd hunc etiam quã audierat gratia non contigerit, eo quòd de ſe tantum & Druſiana reſultauerit venerabilis illius vocis oraculum: Dignum (inquit) morte iudicauit, quem dignum reſurrectione non prodidit. Cui reſpondit Ioannes: Non dicimus filij, malum pro malo reddere. Nam & nos peccatores ſumus, qui grauia commiſimus, & per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum conſecuti ſumus miſericordiam, qui non putauit mala pro malis eſſe reddenda, ſed pœnitentia & conuerſione ſepelienda delicta. Sed ſi *Mat. 5.*
mihi non permittis vt Fortunatus reſurgat, Druſianæ hoc munus atque opus erit. Quæ repleta ſpi-
E ritu ſancto, accedens ad corpus Fortunati, ait: Domine omnipotens, qui conceſſiſti vt hæctam miranda opera tua cernerem qui me conſortem nominis huius eſſe voluiſti: qui denique contuliſti mihi vt non ſolum te ipſa cognoſcerem, ſed etiam maritum conſortio quodam germanitatis agnoſcerem: qui mortem elegiſti meam, vt ſeparata pauliſper à corpore, magis eſſem tua: qui iuuenem iſtum abire iuſſiſti, vt in eo culpa moreretur, vita repararetur: Et nunc igitur Domine, ne deſpicias preces famulæ tuæ; iube Fortunatum reſurgere, etſi proditor meus eſſe tentauerit. Et adprehendens manũ *Druſiana ſuſcitat fortunatum.*
eius, inquit: Surge Fortunate in nomine Ieſu Chriſti, Domini & Dei noſtri, Qui cum ſurrexiſſet, & vidiſſet Druſianam reſuſcitatam, Callimachũ domino credidiſſe, ingratus ſalutis ſuæ, ait: Mori ſibi melius fuiſſe quàm reſuſcitari, ne videret quod etiã ad illos virtutis gratia perueniſſet. Quẽ aſpiciẽs Ioannes ait: Hoc eſt quod dominus in Euangelio locutus eſt, quia arbor mala malos fructus facit. *Mat. 7. & 12.*
Malæ enim radicis ſuccus inoleuit, & ideo non poteſt bonus fructus ſucco degenerante cõreſcere.

Nihil hic communis natura deliquit, sed radicis totum est vitium. Eadem omnes arbores fœcunditate, & quasi quodam gremio parentis ac sinu fouet terra mater, ac prouehit: eiusdem quoque aëris F
temperie ager omnis vtitur. Dominus quoque omnipotēs pari vsu omnia imbre perfundit, & eodē sole tepefacit secreta terrarum & ligna syluarum: sed diuersus est fructus, variúsque prouentus arborum singularum: alia sterilis est, alia fœcunda. Atqui in illa sterili, radix vitij causa est, quæ terrenæ vbertatis & cœlestium beneficiorum gratiam sentire non potuit. Similiter autem omnes homines Deus noster ad imaginem suam fecit, hoc est, ad illam diuinam gratiam prouocauit, vt misericordiam, virtutē, pietatē, atque iusticiā, & cætera quæ in Deo laudamus, & nos imitari debemus: suum oriri iussit sole, & omnibus dominus noster Iesus Christus aduenit, omnibus crucifixus est, omnibus surrexit. Sed hoc tantū munus ac donū Dei patris, qui pro nobis tradidit filiū suū, itémque domini nostri Iesu Christi, qui se pro nostra redemptione obtulit, pauci vsque ad finem vendicāt. Alij fastidiunt, & oblatam salutem recusant, dum nolunt credere auctorem salutis. Plerique etiam, dum inuident gratiæ diuinæ, quæ operatur in nobis, se hoc cœlesti fructu abdicant: vt iste miser inuidia deceptus, nec redditæ sibi vitæ munere gratulatur. habet igitur carbones suos, habet & fructum malæ G
arboris, quē accendat ignis, & suis se consumit incendiis. Separetur radix huiusmodi à fidelium cōuersatione, & ab omni opere timētium Deū, ab omni deuotorum munerē, à congregatione sanctorum, & à communione sacramentorum. Non habeat communionem cum viuente Drusiana, cuius & mortem iniuria dignam putauit, & vitam inuidia ferre non potuit. Nos autem communionem quam deferebamus mortuæ viuenti impertiamus. Ita gratiarum domino nostro Iesu Christo actione celebrata, domum Andronici Apostolus repetiuit: vbi suggerente sibi spiritu, fratribus ostendit, Fortunatum vulneratum denuò à serpente esse. iussitque citò aliquem dirigi, qui nunciaret fidem
obstinati hominis exitus. veri. Vnum igitur ex iuuenibus destinarunt, qui regressus vidit eum iam frigidū, & per corpus eius venena serpentia. Sed vbi nunciatum esset Ioanni, quòd intra tres moriturus esset horas, ait: Habes filium tuum diabole. & illam diem cum fratribus letū exegit. Altera verò die Craton philosopus in foro proposuerat, de contemptu diuitiarum exempla se editurum. Erat autem spectaculum huiusmodi. Duos iuuenes persuaserat, ditissimos ciuitatis fratres, vt distracto patrimonio, gēmas emerēt singulas, quas in conspectu plebis publicè fregerunt. Quod dum facerent illi, contingit vt transiret H
Mundi contemptus futilis. forte apostolus. Qui vocans ad se Cratonem philosophum, ait: Stultus est iste mundi contemptus, qui hominum ore laudatur, diuino iam pridem iudicio condemnatus. Sicut enim vana medicina est, ex qua non abscinditur morbus: ita vana doctrina est, ex qua non vitia curantur animarū & morum. Atqui magister meus iuuenem cupientem ad vitam æternam peruenire, his verbis instruxit, quibus diceret: Vt si vellet perfectus esse venderet omnia sua, & daret pauperibus: quo facto, thesaurum in cœlis acquireret, & vitam quæ finem non habet inueniret. Ad quem Craton: Humanæ, inquit, cupiditatis fructus in medio hominum positus, confractus est. Sed si verè Deus est magister
Mat. 19. Luc. 18. tuus, & vult hoc fieri, vt pauperibus erogetur cēsus precij harum gemnarum, fac reintegrari species, vt quod ego feci ad famam hominū, tu facias ad gloriā eius, quē tuum magistrum esse cōmemoras. Tunc beatus Ioannes colligens fragmenta gemmarum, illaque manu retinens, eleuauit oculos ad cœlum, & dixit: Domine Iesu Christe, cui nihil impossibile est, qui fractum mundum per lignum concupiscentiæ, rursus per lignum crucis tuæ, in tuis fidelibus restauraſti: qui nato cæco oculos,
Ioan. 9. & 11 quos natura negauerat, reddidisti: qui mortuum Lazarum & sepultum, post quartum diem ad superos reuocasti, & omnes morbos omnesque ægritudines uirtutis tuæ verbo subiecisti: adesto nūc super istos lapides preciosos, quos ignorantes fructus eleemosynæ ad plausus hominum confregerūt; tu Domine, per manus angelorum tuorum modò recupera vt precio eorum misericordiæ vsus expletus, faciat credentes tibi ingenito patri per vnigenitum filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, cum sancto spiritu illuminatore & sanctificatore totius ecclesiæ, in sæcula sæculorum.
Gemmæ recōpinguntur in vsus pauperum. Cumque respondissent fideles, qui cum apostolo erant, & dixissent, Amen: ita mox sunt solidata fragmenta gemmarum, vt nec signum aliquod in iis quòd fractæ fuissent, remaneret. Quæ Craton philosophus cum suis discipulis cernens pedibus apostoli aduolutus, credidit exindē, & baptizatus est cum omnibus, cœpitque & ipse fidem Domini nostri Iesu Christi publicè prędicare, Itaque duo fratres illi, quos diximus, venundātes gemmas, quas vendito patrimonio suo emerant, pauperibus tradiderunt: & cœpit de reliquo infinita turba credentium adhærere Apostolo. Quæ cum fierent accidit vt eodem exemplo duo honorati ciuitatis Ephesiorum omnia sua venderent, & egentibus K
distribuerent, sequentes Apostolum per ciuitatem euntem, & verbum Domini prædicantem. Hi cum Pergamum vrbem ingrederentur, viderunt seruos, suos sericis indutos vestibus, in publicum procedentes, & in gloria seculari fulgentes. Vnde factum est, vt sagitta diaboli percussi, tristes efficerentur: quòd se in vno pallio viderent egentes, suos verò seruos potentes atque fulgētes. Sed hos dolos diaboli intelligens Apostolus Christi ait: Videō vos & animos mutasse, & vultus propter hoc
virgas in aurum & saxa in gemmas conuertit Apost. quod doctrinam Domini mei Iesu Christi secuti, omnia quæ habere potuistis, pauperibus contulistis. Vnde si vultis recuperare omnia, quæ in auro, argento, & lapidibus preciosis quondā habebatis, deferte mihi virgas rectas in singulis facibus. Quod cum feciſſent, inuocato nomine domini Iesu Christi, conuersæ sunt in aurum. Et dixit ad eos Apostolus: Adferte mihi lapides minutos à littore maris. Quod cum & ipsum feciſſent, inuocata maiestate domini, conuersi sunt in gēmas lapilli omnes. Et

A nes. Et cōuersus ad viros istos beatus Ioannes: Circuite (inquit) aurifices & gemmarios per dies septem, & cum probaueritis aurum verum & veras gemmas esse, nunciate mihi. Euntes autem, ambo post septem dies reuersi sunt ad apostolum dicētes: Domine, omnium aurificum officinas circuiuimus, qui omnes dixerunt, tam purum aurum se nunquam vidisse. Sed & gemmarij eadem dixerunt, tam optimos lapides & præciosos se nunquam vidisse.

Tūc dicit eis sanctus Ioannes: Ite, & redimite vobis terras quas vendidistis, quia cœlorū prædia perdidistis. Emite vobis sericas vestes, vt pro tempore fulgeatis sicut rosa, quæ odorem & ruborem *Elegans & plena grauitatis S. Ioannis disputatio contra diuitias.* ostēdens, repentè marcessit. suspiraſtis enim in vestrorū aspectu, & vos effectos pauperes gemuistis: estote ergo floridi, vt marcescatis: estote diuites temporaliter, vt in perpetuo mendicetis. Nunquid non valet manus domini, vt faciat diuitias affluentes, & imcōparabiliter splendētes? sed certamen statuit animorū, vt credāt se æternas habituros diuitias, qui pro eius nomine tēporales opes habere noluerunt, Denique narrauit nobis magister noster de quodā diuite, qui epulabatur quotidiè, & ful-
Luc. 16. gebat in auro & purpura. ad cuius fores iacebat mendicans Lazarus, qui cupiebat vel micas quæ de
B mēsa eius cadebāt, accipere: & nemo illi dabat. Cōtigit autem, vt vna die ambo deficerēt, & ille mēdicus duceretur in requiēquæ est in sinu Abrahæ, diues autē mitteretur in flāmam incēdij. Vnde eleuans oculos, vidit Lazarū, & rogat vt intingat digitū in aquā, & refrigeraret os suum, quo cruciaretur in flāmis. Cui respōdens Abrahā dixit: Memēto fili, quia recepisti bona in vita tua: Lazarus autē hic similiter mala. Quare meritò iste nūc consolatur, cū tu torqueris. Et in omnibus chaos magnū inter vos & nos firmatum est, vt neque inde huc, neque hinc illuc transire possint. At ille respōndit: Sunt mihi quinque fratres, obsecro vt surgat aliquis, qui moneat eos, ne veniant in hanc flammam. Cui Abraham ait: Habent Moysen & Prophetas, audiant eos. Ad hæc ille respondit: Domine, nisi resurrexerit aliquis, non credunt. Cui dixit Abrahā: si moysi & Prophetis non credunt, neque si aliquis resurrexerit, fidem habebunt. Hos autem sermones suos Dominus & Magister noster virtutū firmabat exemplis. Nam cum dicerent ei, Quis inde huc venit vt credamus ei? Respondit ille: De-
Luc. 7. ferte huc mortuos quos habetis. Cumque adportassent coram illo adolescentem mortuum, veluti
C dormiens excitatus est ab eo, & dabat fidem cunctis sermonibus suis, Sed vt quid ego de Domino meo referam, cum in presenti sint, quos in eius nomine & vobis presentibus atque aspicientibus à mortuis excitaui? In cuius nomine & paraliticos curatos vidistis, leprosos mundatos, & cæcos illuminatos, & multos denique à dæmonibus liberatos. Sed has virtutum opes habere non possunt, qui
Euseb. lib. 5. cap. 11. voluerint diuitias habere terrenas. Denique vos ipsi quando ad infirmos intrastis, inuocato nomine Iesu Christi, saluati sunt illi. Fugastis dæmonia, & cæcis lumina reddidistis. Ecce ablata est hæc gratia à vobis, & facti estis miseri qui eratis fortes & magni. Et cum tantus esset timor in dęmoniis, vt iussu vestro obsessos homines derelinquerent: modò vos timebitis dæmonia. Amator enim pecuniæ seruus est Mammonæ. Mammona autem dæmonis nomen est, qui lucris carnalibus præest, *Mammona dæmonis nomen est.* & dominator eorum qui diligunt mundum. Ipsi autem amatores mundi non possident diuitias sed ipsi à diuitiis possidentur. Absurdum enim est, cum sit vnus venter, cui tot cibi reponātur, qui mille ventribus satisfacerent: & vni corpori tot vestes, quæ mille hominum corporibus præbere indumenta valeant, Sic fruſtrà, quod in vsum non venit, custoditur: & cui custodiatur, omninò nescitur,
D dicente sancto Spiritu per Prophetam: Vanè conturbatur omnis homo, qui thesaurizat, & ignorat cui cōgreget ea. Nudos nos fuderūt in lucē partus mulierū, egentes & cibi & poculi: nudos nos recipiet terra, quos edidit. In cōmuni possidemus cæli diuitias, splēdor solis diuiti & pauperi æqualis est, similiter lunæ lumen & sy derum. Aeris quoque temperies, & pluuiarum guttæ: & ecclesiæ ianua, & fons sanctificationis, & remissio peccatorum, & participatio altaris, & esca corporis & potus san-
salutis & necessitatis communia omnia. guinis Christi, & chrismatis vnctio, & gratia largitoris, & visitatio Domini, & indulgentia peccati: hæc omnia absque personæ acceptione, æqualis est dispensatio cōditoris. Neque aliter diues, aliter pauper his donis vtitur. Sed miser & infelix homo, qui vult plus aliquid habere quam sufficit. Nascūtur enim hinc calores, febrium rigores, frigorum dolores varij in cunctis corporum membris. Et neque esca cibari potest, neque poculo satiari, vt cognoscat auiditas non sibi pecunias profuturas: quæ repositæ, custodibus suis solicitudinem diurnam nocturnamque incutiunt, & nec vnius horæ spatio quietos aut securos esse patiuntur. Nam dum custodiuntur, fures insidiantur: dum possessio colitur, dū aratris intendūt, dum soluūt* Viscalia, dū ædificāt promptuaria, dum lucris studēt, dum
al. fiscalia. E potentiorum impetus mitigare nituntur, dum minus potentes nudare contendunt, dum iras suas quibus possunt inferunt, & inlatas in se tolerare vix possunt, dum blandimenta carnis assentiunt, dū ludere tabulis & spectaculis non perhorrescunt, dum polluere & pollui non metuunt, subitò exeūt, de isto sæculo, nudi, sola secum peccata portantes, pro quibus sunt pœnas passuri perpetuas. Hæc dicente sancto Ioanne apostolo, ecce efferebatur iuuenis à matre vidua, qui triginta diebus elapsis vxórem primum duxerat. Venientes autem turbæ quæ exequiis officia faciebant simul cum matre vidua, coniecerunt se ad pedes apostoli, eundem omnes pariter mugitum fletusque ac gemitum emittentes. Rogabant enim, vt in nomine dei sui, sicut Drusianam, ita & hunc iuuenem mortuum resuscitaret. Tantus autem omnium tum extitit fletus vt etiam ipse Apostolus vix à fletu & lachrymis temperaret. Itaque prosternens se in orationem diutissimè fleuit. Et exurgens ab oratione, expandit manus suas ad cœlum, intra se diutissimè orationi intentus. Hoc cum feciſſet & tertiò, iubet

solui inuolutum corpus,& ait:O iuuenis Syrice,qui amore carnis tuæ ductus citò animam amisisti: F
ô iuuenis,qui nesciuisti creatorem tuum,qui Saluatorem hominum non cognouisti,amicum verò,
& idcircò in insidias hostis pessimi incurristi: ecce pro ignorãtia tua lachrymas Domino meo simul
Iam nomina duorum recenset,qui diuitiarum cupidi,facti sunt apostatæ. & preces effudi, vt exurgens à mortuis, lethi vinculo resoluto, istis duobus Attico & Eugenio annuncies, quantam gloriam amiserint,& quantã incurrerint pœnam. Tũc exurgens* Stacteus adorauit Apostolum & cœpit increpare discipulos eius dicens: Vidi angelos vestros flentes, & satanæ angelos in vestra deiectione gratulantes. Iam enim regnum paratum vobis, & ex coruscantibus gemmis zetas instructas, plenas gaudii, plenas epulis, plenas deliciis, plenas denique vita pertua, & lumine æterno, paruo tempore amisistis: & acquisiuistis vobis loca tenebrarum, plena draconibus, plena stridentibus flammis, plena cruciatibus, & incomparabilibus pœnis,plena doloribus, plena angustiis, plena timore & tremore horrifico. Amisistis loca floribus immarcessibilibus plena,fulgentia,plena vocibus organorum:& acquisiuistis è cõtra vobis loca,in quibus
Descriptio inferni. diu noctuque non cessat mugitus, & vlulatus,& luctus.Nam nihil aliud vobis supereſt, nisi rogetis
apostolum Domini, vt sicut me resuscitauit ad vitam,ita vos quoque resuscitet ab interitu ad salutẽ, G
& animas vestras quæ iam de libro vitæ deletæ sunt, iterum reducat. Quibus dictis, & ipse qui recens suscitatus fuerat,& omnis populus vna cum Attico & Eugenio,prosternebat se pedibus Apostoli, & exorabant vt intercederet pro his ad dominum.Quibus sanctus apostolus hoc dedit in responsis:vt per triginta dies Deo pœnitentiam offerrent,in quo spatio maximè precarentur,vt virgæ
Pœnitentiæ vis,& eiusdem ratio in primitiua ecclesia. aureæ ad suam naturam redirent,similiter & lapides ad vtilitatem,qua nati fuerant, remearent. Factum est autem,vt triginta dierum transacto spatio,cum virgæ mutarentur,& petræ, venientes Atticus & Eugenius,dixerunt apostolo:Semper misericordiam docuisti,semper indulgentiam prædicasti,& præcepisti vt homo homini indulgeret.Et si hominem homini indulgere vult Deus,quantò magis ipsi, cum deus homini & indulget & parcit, in quem peccatum nostrum contulimus, & quod oculis concupiscentibus in mundo deliquimus, oculis flentibus pœnitemus. Oramus nunc igitur te domine, oramus apostole Dei vt indulgentiam quam semper promisisti verbis, factis tandem ostendas.Tunc sanctus Ioannes flentibus & pœnitentibus, vniuersis etiam pro his interuenientibus,dixit:Dominus deus noster his sermonibus vsus est, dum de peccatoribus ageretur, vt di- H
ceret,Nolo mortem peccatoris,sed volo potius vt conuertatur,& viuat, Nam dum nos doceret de
Luc.15. Mat.18. pœnitentibus dominus Iesus Christus, ait:Amen dico vobis, quia magnum gaudium est in cœlo super vnum peccatorem pœnitentem, & conuertentem se à peccatis suis: & amplior lætitia super illo est,quàm super nonaginta nouem,qui non peccauerunt.Vnde vos uolo scire,quia dominus accipit pœnitentiam horum.Conuersusque ad Atticum & Eugenium, dixit: Euntes reportate virgas ad syluam,vnde eas assumpsistis,quoniam ad suam iam sunt naturam reuersæ: & lapides, quoniam petræ effectæ sunt,vt antè fuerant.Quod cum fuisset impletum,receperunt gratiam, quam amiserant:ita vt iam iterum fugarent dæmones sicut prius, & infirmos curarent, & cœcos illuminarent, multasque indies per eos virtutes dominus faceret.Dum hæc fierent apud Ephesum, & omnes indies magis magisque Asiæ Prouinciæ Ioannem & excolerent & prædicarent, accidit vt cultores idolorũ excitarent seditionem.Vnde factum est,vt Ioannem traherent ad templum Dianæ,& vrgerent eum,vt ei fæditatem sacrificiorum offerret.Inter hæc beatus Ioannes inquit:Ducamus omnes I
eos ad ecclesiam domini nostri Iesu Christi,& cum inuocaueritis nomen eius, faciam cadere templum hoc,& comminui idolum hoc vestrum,Quod vbi factum fuerit,iustum nobis videri debet,vt relicta superstitione eius rei quæ à Deo meo victa est, & confracta, ad id ipsum conuertamini. Ad hanc vocem conticuit populus:& licet essent pauci qui contradicerent huic definitioni, pars tamẽ maxima consensum attribuit.Tunc Beatus Ioannes blandis alloquiis exhortabatur populum, vt à templo longè se facerent.Cumque vniuersi exteriore parte foras exissent, voce clara clamauit: Vt
Ad vocem Apost.ruit dianæ idolũ & templum de cuius excell.plin. strabo.& mela.Nicep. lib.2.c.42. Aristodemi cum B. Ioãne sponsio. sciat hæc omnis turba quia idolum hoc Dianæ vestræ dæmonium est,& non deus,corruat cum omnibus manufactis idolis quæ coluntur in eo:ita tamen,vt nullam in hominibus læsionẽ faciat.Continuò ad hanc vocem apostoli,omnia simul cum templo suo idola ita corruerunt, vt efficerentur sicut puluis,quem proiecit ventus à facie terræ.Itaque conuersa sunt eadem die xij. milia gentilium, exceptis paruulis & mulieribus,& baptizati sunt à beato Ioanno, & virtute consecrati, Quæ cum animaduerteret Aristodemus,qui erat põtifex omnium illorum idolorum, repletus spiritu nequissimo,excitauit seditionem in populo, vt populus contra populum pararetur ad bellum. Ad quem K
conuersus Ioannes: Dic mihi Aristodeme(inquit)quid faciam vt tollam indignationem de animo
tuo?Cui Aristodemus: Si vis vt credam Deo tuo,dabo tibi venenum bibere. quod cum biberis, & non fueris mortuus, apparet verum esse deum tuum. Respondit apostolus: Venenum si dederis mihi bibere, inuocato nomine domini mei, nocere non poterit. Cui rursus Aristodemus: Volo vt prius videas bibentes:& statim morientes, vt vel sic possit cor tuum ab hoc poculo abhorrere. Ad quem beatus Ioannes: Iam antea dixi tibi,quia paratus sum bibere,vt credas in Dominum Iesum Cristum,cum me videris post veneni poculum sanum.Perrexit itaque Aristodemus ad Proconsulem,& petiit ab eo duos viros de quibus debebat vltimum supplicium sumi. Quos cũ statuisset in medio foro coram omni populo, aspiciente apostolo, fecit eos bibere venenum: qui mox vt biberunt,spiritum exhalauerunt.Tunc conuersus ad Ioannẽ Aristodemus:Audi me(inquit)
& recede

A & recede ab hac doctrina tua,qua à deorum cultura reuocas populum:aut accipe & bibe vt ostendas omnipotentem esse Deum tuum, si posteaquam biberis, poteris incolumis permanere. Tunc beatus Ioannes, iacentibus mortuis his qui venenum biberant, vt intrepidus & constans accepit calicem,& signaculum crucis faciens, ita locutus est: Deus meus,& pater domini nostri Iesu Chri- *Causa picturæ,qua S. Ioannes cum calice exprimitur.*
sti,cuius verbo cœli firmati sunt, cui omnia subiecta sunt,cui omnis creatura deseruit, & omnis potestas subiecta est,quem & metuit & expauescit.Itaque nos te ad auxilium inuocamus, cuius audito nomine serpens conquiescit,draco fugit,silet vipera,& rubeta illa quæ dicitur rana inquieta torpescit,scorpius extinguitur, regulus vincitur, & phalangius,nihil noxium operatur: denique omnia venenata,& adhuc ferociora repentia & noxia animalia terebrantur. Tu inquam ille,extingue hoc venenosum virus,extingue operationes eius mortiferas,& vires quas in se habet euacua:& da in cõspectu tuo omnibus his quos tu creasti,oculos vt videant,aures vt audiant,& cor vt magnitudinem tuam intelligant.Et cum hæc dixisset,os suum, & totum semetipsum armauit signo crucis, & bibit totum quod erat in calice.Et posteaquam bibit,dixit:Petò,vt propter quos bibi,conuertantur ad te *Crux extinguit vim veneni.*
B Domine, & salutem quæ apud te est, te inluminante mereantur. Attende autem populo, Ioannem per tres horas vultum habere hilarẽ, & nulla penitus in eo esse signa palloris aut trepidationis, clamare voce magna cœpit: Vnus Deus verus est,quem colit Ioannes. Aristodemus tamen ne sic quidem credebat,populo obiurgante hunc.Ille autem conuersus ad Ioannem, dixit:deest mihi adhuc vnum,quod si istos qui hoc mortui veneno sunt,in nomine dei tui excitaueris,emũdabitur ab omni dubio mens mea. Quæ cum dixisset, plebs insurgebat in Aristodemum, dicens:Incendemus te & domum tuam, si pergas vlterius apostolum sermonibus tuis fatigare. Videns itaque Ioannes acerrimè seditionem fieri petiit silentium.& omnibus audientibus ait: Prima est,quã de virtutibus diuinis imitari debemus patientia, per quam ferre possumus incredulorum insipientiam, Vnde si adhuc Aristodemus ab infidelitate tenetur,soluamus nodos infidelitatis eius.Cogetur,quantumuis serò,agnoscere creatorem suum.non enim cessabo ab hoc opere,donec medela eius possit vulneribus opitulari, Et sicut medici, habentes inter manus ægrum medela indigentem: ita etiam nos, si adhuc curatus non est Aristodemus his quæ facta modò sunt,curabitur illis quæ iam faciam.Et cõ-
C uocans ad se Aristodemum,dedit ei tunicam suam,ipse verò pallio amictus cœpit stare.Cui ait Aristodemus:Vt quid tunicam mihi tuam dedisti? Ad quem Ioannes:Vt vel sic confusus, à tua infide- *Tunica B. Ioannis excitat mortuos.*
litate recedas. Et Aristodemus:Et quomodo(ait)me tunica tua faciet ab infidelitate recedere? Cui respondit apostolus:Vade,& mitte eam super corpora defunctorum,& dices ita:Apostolus domini nostri Iesu Christi misit me,vt in eius nomine exurgatis, vt cognoscant omnes, quia vita & mors famulantur domino meo Iesu Christo. Quod cum fecisset Aristodemus, & vidisset eos exurgere, adorans Ioãnem,festinus perrexit ad Proconsulem,& cæpit clamosa voce dicere:Audi me,audi me Proconsul, meminisse te puto, quòd contra Ioannem frequenter iram tuã excitauerim, & multa quotidiè cõtra eum sim molitus:vnde vereor,ne iram eius experiar. Deus enim sub specie hominis latens,venenum bibens,non solum incolumis perseuerat,sed etiam eos qui veneno mortui fuerãt, per manus meas, tunicæ eius attactu,ipse illos reuocauit vt viuãt, nulla secum signa mortis habẽtes. Quæ audiens Proconsul:Et quid vis vt faciam inquit?respondit Aristodemus:Eamus, & aduoluti
D eius genubus,veniam postulemus, & quidquid nobis ille iusserit, faciamus. Tunc venientes simul prostrauerunt se,indulgentiam flagitantes.Quos ille suscipiens, orationem cum gratiarum actione obtulit deo,præcepitque eis vnius hebdomadæ ieiuniũ:quo expleto,baptizauit eos in nomine domini nostri Iesu Christi,patrisque eius omnipotẽtis, & inluminatoris Spiritus sancti, Qui cũ baptizati fuissent cum vniuersis domibus & familiis suis,affinitatibusque,fregerunt omnia simulachra,& fabricauerunt basilicam in nomine sancti Ioannis: in qua ipse Ioannes apostolus adsumpus est hoc ordine.Cum esset annorum nonaginta septẽ, apparuit ei dominus Iesus Christus, cũ discipulis suis *Causa & ordo, quòd templa sanctis Dei dedicantur.*
& dixit ei:Veni ad me,quia tẽpus est,vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tuis. Itaque cũ surrexisset apostolus,addidit idem dominus:Dominica resurrectionis meæ die,quæ post quinque dies futura est,ita venies ad me,& cum hæc dixisset, cœlo receptus est. Interea inlucescente dominica, cõuenit vniuersa multitudo ad ecclesiam,quæ in eius nomine erat exstructa. Ibi à plurimo pullorũ cantu,cũ egissent mysteria Dei,horã circiter diei tertiã,omnem populũ in hæc verba allocutus est. Conserui & cohæredes & compartícipes regni Dei vidistis quæ dominus Iesus per manus nostras
E opera facere dignatus sit.Nos quidem ministri fuimus volũtatis illius:ille verò auctor operũ, quæ à *Nota plenam energiæ orationis S. Ioannis.*
nobis fieri videbãtur, extitit,illoque iubẽte omnia fiebãt.Quare illa signa,dona,requiẽ,ministeriũ, gloriam,fidẽ,cõmunionem,munera,gratiã,quãdiu donauit ille,accepimus,quãdiu cõcessit, diuisimus.In illo cõuersati sumus,in illo viximus.Sed nũc ad aliud is me opus vocat,quod cõsummari debet in domino. Dissolui iã delectat,& esse cum Christo:vt hoc quod olim desiderauimus, tribuere is tandem dignetur. Quid igitur iam vobis pro exangysi relinquã? Sed habetis eius pignora, habe- *Græca vox est ἐξαγγυησις: i. est, vadimonium pignus.*
tis depositum manſuetudinis eius atque pietatis, In vobis conuersetur illud, in vobis caste viuentibus delectetur. In vobis præterea epuletur patrium cibum, vt faciatis voluntatem patris qui in cœlo est. Denique in vobis coronetur ea laurea quam ipse composuit his floribus, quos ipse proprio cruore vestiuit. Tu autem Domine Iesu, ecclesiam tuam quam ædificasti tibi, misericordia tua benignè protege. Tu enim domine solus misericors es, solus pius, solus saluator & iustus: qui

F

radix es immortalitatis, & fons incorruptionis, consortium nobis huius communionis sanctifica. F
Et adiecit: Deus, qui solus es saluator, qui hanc plebem per gloriosam filij tui passionem acquirere
dignatus es in libertatem, & commanentem in tuis præceptis, & abundãtem in tuis bonis operibus,
Hæc est vera collecta. semper, quæsò domine, custodire digneris. Exaudi supplices serui tui preces, & dirige hanc plebem
tuam, tibi dicatam, legibusque tuis seruientẽ, & quem adoptiuum tibi populum elegisti, insuper &
filios vocare dignatus es. Dirige inquam, in præceptis tuis diebus ac noctibus gradientẽ, per bene-
Benedictio Eucharistica. dictum vnigènitum filium tuum, qui nos elegit esse discipulos, & ouium tuarum pastores esse cõstitu-
it: qui tecum pater viuit, dominatur, & regnat, cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Et cum
cõpleuisset orationem, petiit sibi dari panem: & respiciens ad cœlum, benedixit eum, & fractũ ero-
gauit omnibus dicens: Pars mea sit vobiscum, & vestra mecum. Continuóque ad Byrrum ait (hoc
nomen viro erat) vt adsumptis duobus fratribus, cum duobus cophinis & ferramẽtis, sequeretur se.
Egressus igitur summa cum animi tranquillitate, præcepit vt plerique discederent. Et cum venisset
ad sepulchrum quoddam, vnus de fratribus ait ad iuuenes quos Byrrus deduxerat: Fodite filioli. G
& illi fodiebant. Vrgebat verò eos Apostolus, vt altius foderent. Et cum illi præcepto obedirent,
hortabatur cæteros fratres, vt sequerentur dominum, & singulorum affectus ædificabat Dei verbo:
Ex his appareret, historiam descriptam ab aliquo, qui morti sancti Ioannis interfuerat. ne videretur ipse, dum iuuenes foderent, feriari. Vbi autẽ, sicut voluit, facta est fouea, nihil quoquã
nostrum sciente, exuit vestem, & strauit eam in illa fouea, & stans sola linea veste tectus, extendens-
que manus Deum inuocabat, dicens: Deus pater omnipotens, & tu domine Iesu, qui seruum tuum
speciali amore fouisti qui adnunciatus es à Patriarchis, nominatus es per legem, redarguere & mo-
nere dignatus es per Prophetas: qui per Euangeliũ miseratus es, & peccata cõdonasti: qui per Apo-
stolos prouocasti, vt ad congregandum tuos populos conuenirent, quos sitientes verbi tui fonte
potasti, mitigasti asperos, & animi defectum replesti Spiritus tui gratia: suscipe tandem Ioannis tui
animam, quem citò elegisti, sed serò adsumpsisti. Tu domine qui seruulũ tuum mundũ à coniunctio-
In hac oratione sancti Ioannis, totius vitæ eius cursus retegitur. ne fœminea præstitisti, te domine rogo, qui festinanti mihi ad nuptias in iuuentute demonstrasti te,
atque dixisti: Mihi necessarius es Ioannes, operã tuã quæro. Sed cũ iuuentutis ardore visus essem nõ
seruare præceptum, & diffisus quòd integritatem seruare vix possem, animũ ad nuptias appulissem: H
tu quasi bonus Dominus ægritudinem mihi corporis inferens, castigans castigasti me Domine, &
Psal. 117. Ioan. virgo obiit. morti non tradidisti me. Tertiò quoque studentẽ nuptiis, impedimento leuiore reuocasti. Tu mihi
Domine, in mari dignatus es dicere: Ioannes, nisi meus esses, permitterẽ tibi vxorẽ vt duceres. Tuũ
igitur hoc munus est, qui motum carnis edomare ac temperare es, fidẽ infundere, vt nihil mihi pre-
cioſius sit nisi tibi adhærere. Tu me de morte ad vitam, à seculo ad regnũ Dei, ab ægritudine animi
ad sanitatẽ vocasti. Tu mihi viuendi lex, spirandi gratia es, & certandi corona. Venio ergo ad te Do-
mine venio ad conuiuium tuum: venio inquam gratias agens, quia me dignatus es Domine Iesu
Christe, ad tuas epulas inuitare, sciens quòd ex toto corde meo desiderabam te. Vidi faciem tuam,
& quasi de sepultura suscitatus sum. Odor tuus concupiscentias in me excitauit æternas: vox tua
Hieronym. in catal. script. Eccl. plena suauitate mellifl ua, & allocutio tua incomparabilis eloquiis angelorũ. Quoties te rogaui vt ad
te venirem, dixisti tu: Expecta, vt populum meum liberes, creditur um mihi. & custodisti corpus
meum ab omni pollutione, & animam meam semper inluminasti: & non dereliquisti me cum irem
Hic alludit ad Euangelium, quod sanctus Ioannes scripsit. in exilium, & cum redirem: & posuisti in ore meo verbum veritatis tuæ, vt commemorarem testi- I
monia virtutum tuarum: & scripsi ea opera quæ oculis meis vidi, & ea verba quæ audiui ex ore tuo
his auribus meis. Et nũc ego domine commendo tibi filios tuos, quos tibi ecclesia tua virgo, vera
mater, per aquam & spiritum Sanctum regenerauit. Suscipe me, vt cum fratribus meis sim, cum
quibus veniens inuitasti me. Aperi mihi pulsanti ianuam vitæ. Principes tenebrarum non occurrãt
Nota emphasin orationis diuinæ. mihi, nec veniat mihi pes superbiæ, & manus extranea à te non attingat me: sed suscipe me secundũ
verbum tuum, & perduc me ad conuiuium epularum tuarum, vbi epulantur tecum omnes amici
Origo & causa, quare capita sanctorum, radiata pinguntur. tui. Tu es enim Christus filius Dei viui, qui præcepto patris mundum saluasti, qui & spiritum sanctũ
tuum nobis destinare dignatus es, vt nos de præceptis tuis communes faceret ille: per eundem
spiritum tibi gratias referimus, per infinita sæcula sæculorum. Et cum omnis populus respondisset
Amen, lux tanta apparuit super Apostolum, per vnam ferè horam, vt nullus eam sufferret aspectus.
Abdias interfuit morti sancti Ioannis. signans se totum astitit, & ait: Tu mecum Domine Iesu solus. Et proiecit se supra tumulum in quo
Tertull. cap. 28. lib. de anima. strauerat vestimenta sua, dicens nobis: Pax vobiscum fratres. ac omnes benedicens ac valefaciens,
Nicep. lib. 2. c. 42. Ioã. 21 depositit se viuentem in sepulchro suo, & iussit se operire, glorificans Dominum. & statim reddidit K
Hieronym. in catal. Euseb. lib. 3. cap. 28 lib. 5. cap. 25. & 4. lib. cap. 11. spiritum. qui interfuimus, alij gaudebamus, alij plorabamus. Gaudebamus, quòd tantam cernebamus, gratiam: dolebamus, quòd tanti viri aspectu & presentiæ specie defraudebamur. Et protinus
Manna exiens de sepulchro, apparuit cunctis, quam vsque hodiè gignit locus iste: & fiunt virtutes
per orationes eius frequentes, hîc ab omnibus infirmitatibus ægroti liberantur, & periculis exi-
muntur. & precum suarum quisque consequitur effectum. Hic est beatus Ioannes, de quo dominus
prius dixerat ad Petrum: Si eum volo manere, quoad vsque veniam, quid ad te? Tu vero sequere me:
significans, quòd beatus Petrus per crucem honoraturus esset dominum. Hic ergo subito corporis
summo requiescit in pace, per dominum nostrum Iesum Christum: qui coronis laureis clarificat
sanctos suos, & est æterna laus & expectatio omnibus electis eius. Ipsi gloria & eternitas, virtus &
potestas debetur, in sæcula sæculorum, Amen.

LIBER

A

LIBER SEXTVS ABDIÆ

BABYLONIS EPISCOPI, DE HISTORIA BEATORVM, IACOBI, SIMONIS ET IVDÆ, FRATRVM.

Mat. 10. Mar. 3. Luc. 5. & 6. SIMON Chananæus cognomine, ac Iudas, qui & Thaddæus, & Iacobus quem fratrem Domini quidam appellant, fratres germani fuerunt, ex Cana Galileæ oriundi, parentibus Alphæo & Maria Cleophæ filia. Quorum postremus ex eadem matre, sed patre diuerso natus fuit, Iosepho scilicet Iusto, eo cui desponsata beatissima Dei genitrix Maria fuit. vnde & frater Domini, subintellige quoad carnem, Iacobus appellatus est: quia Ioseph Iacobi pater, desponsatam, verùm minimè nu-
B ptam Mariam virginem habebat, quæ spiritu sancto postea impregnata, Saluatorem mundi Christum Iesum dominum nostrum virgo peperit. Itaque ob huius vinculi occasionem à Christo inter discipulos, tres hi Mariæ Cleophæ filij recepti sunt, & posterius ad Apostolatus fastigium subleuati quorum minor natu Iacobus, Christo saluatori in primis semper dilectus, tanto rursus desiderio in magistrum flagrabat, vt crucifixo eo cibũ capere noluerit priusquam à mortuis resurgentẽ videret, quod meminerat sibi & fratribus à Christo agente in viuis fuisse prædictũ. Quare ei primũ omniũ, vt & Mariæ Magdalenæ, & Petro, apparere voluit, vt discipulũ in fide confirmaret: & ne diutinum ieiuniũ tolleraret, fauo mellis oblato, ad comedendũ insuper Iacobũ inuitauit. Is mãsit post subleuationẽ Christi in cœlũ, cum Petro & Ioãne Hierosolymis, & Iudæis verbũ Domini prædicabat, quod eò facilius etiã facere poterat, quia in tẽplo Salomonis publico fungebatur ministerio. Igi
tur nondũ elapso quartodecimo anno à passione Domini, quando Paulus hunc cũ Tito & Barnaba
itineris sociis conuenerat, dextrasque Iacobo & Petro atque Ioanni porrexisset, conuenientibus
C duodecim apostolis in Hyerusalem ad diem festum Paschæ, præsidente Iacobo, & populo audiente, breuiter exposuerunt singuli, quæ in locis singulis fuerant per eos gesta. In quibus diebus Caiphas Pontifex, missis ad eos sacerdotibus rogauit eos, ire ad se, vt aut rationem docerent, quia Iesus ipse sit æternus Deus ac Christus: aut ipse contra doceret, quia non sit. Constituto igitur die ascenderunt in templum Apostoli, & coram omni populo protestari cœperunt de Iesu, simul & arguere Iudæos de multis, quæ ab his absurdè gerebantur. Et cum starent in gradibus templi, facto populi
Niceph. lib. 2 cap. 3. eadem ex Hippolito portuensi: Euseb. sequitur opinionem Egesip. hierõ fratrem pro fratucle dici putat. Huius voti meminit D. Hieron. in catal. Euseb. lib. 1. cap. 14. Simulta D. Paulus Epist. ad Galatas. Apostolorũ protestatio. Vide hieronym. in 2. cap. Mat. silentio, docuerunt sacerdotes de vno solo Deo Christo Iesu, Saducæos de resurrectione mortuorum, Samaritas de consecratione Hierusalem, Scribas denique & Pharisæos de regno cœlorum: vniuersum verò populum, quia Iesus est Christus æternus, informarunt. Ad vltimum autem monuerũt vt priusquam progrederentur ad gentes prædicare agnitionem Dei patris, ipsi reconciliarẽtur Deo, suscipientes filium eius. alias enim, eos nullo modo ostenderunt posse saluari, nisi per sancti Spiritus gratiam trinæ inuocationis dilui Baptismate properarent, & Eucharistiam Christi domini sumerent, cui soli de his quæ docuit credere deberent vt sic æternam salutem consequi mererentur. Ita igitur cum per septem dies persuasissent populo & Pontifici, vt confestim ad percipien-
D dum Baptisma festinarent, cumque iam res in eo esset vt venirent & baptizarentur, ecce homo quidam inimicus, tunc cum paucis admodum ingrediens templum, clamare cœpit, & dicere: Quid facitis ô viri Israelitæ? cur nobis tam facile subripitur? cur præcipites ducimini ab hominibus infæliciſſimis, & à mago deceptis? Cumque hæc diceret, & hæc audiretur ac superaretur ab episcopo Iacobo, cõturbare populũ & seditiones suscitare cœpit, ita vt ea quæ ab apostolo dicebantur, plebs minimè posset audire. Igitur exagitare cuncta clamoribus, & quæ fuerant multo labore ordinata cõuellere, simulque incusare Sacerdotes, & opprobriis atque increpationibus cæpit cunctos accẽdere. & veluti furibundus, singulos quosque ad cædem concitabat Apostolorum, dicens: Quid agitis? quid cessatis, ô segnes & desides? cur non manibus nostris inuadimus, & discerpimus hos omnes?
Et cum hæc dixisset, primus rapto ex ara vsto, cædis fecit exordium. Tum deinde & cæteri videtes
Precipitio. D. Iacobus claudicat. Ad D. Paulum alluso. Act. 26. in de hist. Euseb. transtulit cap. 22. lib. 2. E eum, simili ferebantur insania. fit omnium clamor, cædentium pariter & cæsorum, & sanguis vbique plurimus funditur, & fuga permixta habetur: cum interim ille inimicus homo, Iacobũ adgressus de summis gradibus precipitem dedit. Quem cũ mortuũ credidisset, vltra mulctare neglexit. In qua collisione, vno pede debilitatus, pessimè claudicabat. Hominem verò inimicum saluum fuisse manifestum est, quem postea dominus ad Apostolatus ministerium destinauit. Igitur Iudæi postquã Paulus ad Cæsarem, quem appellauerat, à Festo præside missus est, & frustratas insidias quas ei intẽderant vident, in Iacobum fratrem domini, immanitatem nequitiæ suæ vertunt. Quem hoc modo adorti sunt. Productum in medium, abnegare eum fidem Christi coram omni populo expetunt.
At ille contra omnium opinionem, voce satis libera, & multò maiore quam vellent, coram vniuer-
Hinc Iusti cognomentum sancto Iacobo additum est. so populo, cum omni fiducia profitetur, filium Dei esse Saluatorem & dominum nostrum Iesum Christum. Tum illi non ferentes tam graue & tam liberum testimonium viri, pro eo maximè, quod iustissimus apud omnes habebatur, ob religiosæ & continentissimæ vitæ merita, in necem eius vertuntur, & fauentes sibi occasione temporis, & ex morte Rectoris, alios quàmplu-

rimos aſciſcunt. Contigerat tum fortè Feſtum apud Iudæam obire cunctos, ac ſine rectore ac prin- F
cipe eſſe prouinciam. Nam mortis Iacobi modus licet à Clemente & aliis fuerit intimatus, explora-
tus tamen de eo Egeſippus, qui poſtea primas Apoſtolorum ſucceſſionis fuit, quinto Commenta-
riorum ſuorum libro his verbis refert: Suſcepit (inquit) eccleſiam cum apoſtolis frater Domini Ia-
cobus, qui ab omnibus cognominatus eſt iuſtus, ab ipſis Domini temporibus perdurans vſque
ad nos. Et multi quidem Iacobi vocati ſunt, ſed hic ex vtero matris ſuæ ſanctus fuit. Vinum & cice-
ram non bibit, ſed neque animal manducauit, ferrum in caput eius non aſcendit. Oleo non eſt perũ-
ctus, ſed neque balneis eſt vſus. Huic ſoli licebat introire in ſancta ſanctorum. Neque enim laneo
vtebatur indumento, ſed tãtum ſindone. Solus ingrediebatur templum, & iacebat ſupra genua ſua,
orans pro populi indulgentia, ita vt orando callos faceret in genubus ad modum cameli ſem-
per genua flectendo, nec vnquam ab oratione ceſſando. Itaque pro incredibili hac continentia,
& ſumma iuſtitia, appellatus eſt Iuſtus: & Oblias, quod eſt interpretatum, munimentũ populi & iu-
ſticia, ſicut & Prophetæ indicauerunt de eo. Quidam ergo de ſeptẽ hæreſibus quæ erant in populo,
de quibus ſuperius diximus, interrogabant eum, quid eſſet oſtium domini? At ille dicebat: Hũc eſſe G
Saluatorem. Ex quibus aliquãti crediderunt, quia Ieſus eſt Chriſtus. Illæ autem hæreſes, quas ſuprà
ſcripſimus, non crediderunt, neque ſurrexiſſe eum, neque vẽturum vt retribuat vnicuique ſecundũ
opera ſua: Qui verò crediderunt, per Iacobum crediderũt. Ex quibus cum multi etiam ex principi-
bus credidiſſent, perturbatio erat Iudæorũ, dicentium: Nihil iam ſupereſt, quin omnis populus cre-
dat in Ieſum, quòd ipſe ſit Chriſtus: Conuenientes igitur ad Iacobum, dicebant ei: Oramus te, vt reu-
oces populũ: quia ecce errat in Ieſu, putans quòd ipſe ſit Chriſtus. Deprecamur ergo te, vt ſuadeas
omnibus conuenientibus in die Paſchæ, de Ieſu. Tibi enim omnes obtemperamus, & de te, tam nos
quàm populus, teſtimonium ferimus, quia iuſtus es, & perſonam vllius non accipis. Tu ergo ſuade
populo de Ieſu, ne erret, tunc omnes tibi obediemus. Aſcende itaque in excelſum locum pinnæ tẽ-
pli, vt in edito poſitus appareas omnibus, & verba tua audiantur à cũctis: quia in diebus Paſchæ cõ-
ueniet non ſolum Iudeorum, ſed & gentiliũ multitudo. Statuerunt igitur ſupradicti Scribæ & Pha-
riſæi, Iacobũ ſupra pinnam templi, & voce magna clamãtes, dixerunt: Virorum iuſtiſſime, cui omnes H
nos obtemperare debemus, quoniam populus errat poſt Ieſum qui crucifixus eſt, enũcia nobis, quid
ſit oſtium Domini. Tum Iacobus ad eos ingenti voce reſpondit: Quid me interrogatis de filio ho-
minis? Ecce ipſe ſedet in cœlo à dextris ſummæ virtutis, & ipſe venturus eſt in nubibus cœli. Cũ hac
reſponſione & teſtimonio Iacobi multis ſatisfactum eſſet, & libenter audiuiſſent, quòd Iacobus ſic
de Chriſto foret proteſtatus, cœperunt glorificare Deum, & dicere: Oſanna filio Dauid. Tum rur-
ſum ipſi Scribæ & Phariſæi cœperunt ad inuicem dicere: Male fecimus, vt tale is teſtimonium præ-
ſtaret de Ieſu. Sed aſcendamus, & præcipitemus illum deorſum, vt cæteri terreantur, & non credant
ei. ſimul & voce magna clamauerunt, dicentes: O o, & Iuſtus errauit. & compleuerunt in hoc ſcrip-
turam, quæ in Eſaia ſcripta eſt, dicentem: Auferamus Iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, propterea
fructum operum ſuorum manducabunt. Aſcenderunt ergo, & præcipitauerunt eum, & dicebant ad
inuicem: Lapidetur homo iſte. Et his dictis, cœperunt beatum Iacobum lapidibus vrgere. Qui deic-
ctus non ſolum mori non potuit, quin conuerſus & ſuper genua ſua procumbẽs, dicebat: Rogo Do-
mine Deus pater, dimitte eis peccatum, non enim ſciunt quod faciunt. Cumque eum talia orantẽ
deſuper lapidibus perurgerent, vnus de ſacerdotibus, de filiis Rhachabitarum (de quibus proteſta- I
tur Hieremias propheta) exclamauit dicens: Parcite quæſo, quid facitis? Pro vobis orat Iuſtus iſte,
quem lapidatis. Et vnus ex ipſis fullo, arreptum fuſtem, in quo res exprimere ſolent, cerebro eius
inliſit. Ita beatus Iacobus, cui Iuſti cognomentum fuit tali tandem martyrio conſummatus eſt, ac
ſepultus in eodem loco propè templum. Atque hic ille eſt, qui extitit veritatis teſtis Iudæis & genti
bus, quia Ieſus eſt Chriſtus, filius Dei viui, qui cum patre & Spiritu ſancto dominatur & regnat in
cuncta ſæcula ſæculorum. Atque hæc de Iacobo. Cuius fratres maiores natu, Simon cognominatus
Chananæus, & Iudas, qui & Thaddæus & Zelotes, & ipſi Apoſtoli Domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ per
reuelationem Spiritus ſancti Perſidem fuiſſent regionem ingreſſi inuenerunt ſtatim inter initia ſuæ
prædicationis duos ibi magos, Zaroẽ & Arfexat, qui à facie ſancti Matthei Apoſtoli de AEthiopia
fugerunt. Erat autem doctrina eorum praua, ita vt Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob
blaſphemantes, Deum dicerent tenebrarum, & Moyſen dicerent maleficum fuiſſe, denique omnes
Prophetas Dei à Deo tenebrarum miſſos adſererent. Præterea animam hominis partẽ Dei habere K
dicerent, corporis verò figmentũ à Deo malefactũ eſſe: & ideo ex contrariis ſubſtantiis conſtare, in
quibus lætatur caro, anima contriſtatur: & in quibus exultat anima, & corpus affligitur. Solẽ & Lu-
nam deorũ numero applicantes, aquã ſimul deitatem habere docebãt. Dei autem filiũ dominũ no-
ſtrum Ieſum Chriſtum, phãtaſiam fuiſſe, nec verum hominem, nec ex vera virgine natum, nec verè
tentatũ: nec verè paſſum, nec verè ſepultũ, nec verè tertia die reſurrexiſſe à mortuis, adfirmabãt. Hac
prædicatione polluta Perſida poſt Zaroem & Arfexat, magnũ meruit inuenire doctorẽ, perbeatos
Apoſtolos Simonẽ & Iudã: id eſt, dominũ Ieſũ Chriſtũ, qui ſe diceret Spiritũ ſanctũ decœlo miſſurũ
iuxta promiſſum dicẽtis: Vado ad patrem & mitto vobis Spiritũ paracletum. Hac igitur cauſa ſuſce
pto itinere, vt Perſida à ſeductione nequã Doctorũ liberarent, vt primũ ei appropinquarũt, quos di-
ximus, Apoſtoli Simõ atque Iudas, occurrẽtẽ habebãt exercitũ Varardach ducis regis Babyloniorũ
cui, nomen

Hinc liquet Africanum Paraphraſtẽ egiſſe non Interpretẽ.

Iacobus ex utero matris ſanctus Euſeb. 9. & 22. cap. lib. 2. Nicep. 38. cap. lib. 2.

S. Iacobus Apoſtolus fuit Iudeæ & Paleſtinarum.

Sap. 2. Eſa. 5.

Iacobi iuſti Martyrium Ier. 46. 35.

Niceph. lib. 2 cap. 3.

Hic incipit hiſtoria de Simone & Iuda.

Zaroes & Arfexat magi.

Luc. 24. Ioan. 14. Act. 1.

A nomen erat Xerſes. Hic autem contra Indos, qui fines Perſidiis inuaſerant, ſuſceperat bellum: erant-
que in comitatu eius ſacrificatores, & arioli, & magi, & incantatores, qui per ſingulas manſiones
ſacrificantes dæmoniis, dabant reſponſa fallaciæ ſuæ. Contigit autem, vt die qua Apoſtoli in exer-
citu erant, concidentes ſe, & ſanguinem ſuum effundentes, nullum penitus dare potuerunt duci bel-
li reſponſum. Quapropter perrexerunt ad fanum vicinæ ciuitatis, & conſulentes illic dæmonia, dæ-
monem cum ingenti mugitu ita audiuerunt loquentem: Dij qui vobiſcum comitabantur, euntibus
ad prælium propterea dare non poſſunt reſponſa, quia duo homines iſthic ſunt, Simon & Iudas, qui
tantam conſecuti à Deo ſunt virtutem, vt nullus noſtrorum audeat illis preſentibus loqui. Quę cum
accepiſſet Varardach dux regis Xerſis, fecit eos in exercitu inquiri: Quos cum inueniſſet, cœpit ab
eis quærere, vnde eſſent, aut quid eſſent, aut quare veniſſent in illas tẽras? Cui ſanctus Simon Apo-
ſtolus ait: Si genus quæris, Hebræi ſumus: ſi conditionem, ſerui ſumus Ieſu Chriſti: ſi cauſam quæris,
ſalutis veſtræ cauſa venimus, vt relicto errore ſimulachrorũ, Deum qui in cœlis eſt poſſitis agnoſce-
re. Cui reſpondens Varardach dux: Nunc (inquit) ad prælium maturo, vt Indos ab inuaſione Perſi-
B dis arceam, antequam Medorum aduerſus nos auxilia colligant, Quare non eſt oportunum mihi, vt
de rebus veſtris nunc diſcutiam. Cum verò fœlix fuerit reuertendi ſucceſſus, audiam vos. Ad quæ
Iudas Apoſtolus: Mede, magis congruum eſt (inquit) te cognoſcere illum, cuius ope & auxilio poſſis
victor exiſtere, vel eos ſaltem qui tibi rebelles ſunt, pacatiſſimos inuenire. Tum Varardach dux:
Quia audio deos veſtros, vobis coram poſitis, vobis dare reſponſa, volo vt vos nobis futura prædi-
cẽtis, vt quos belli exitus habituri ſimus, ſcire queam. Tum Simon: Vt agnoſcas (ait) errorem hã-
rum quos tibi putas prædicere, damus illis poteſtatem reſpondendi tibi, vt dum dixerint quæ ignõ-
rant, probemus eos per omnia fuiſſe mentitos. Cumque orationem fudiſſent ad Dominum, dixe-
runt: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, præcipimus, vt more ſolito detis reſponſa his qui inter-
rogare conſueuerunt. Ad hanc vocem cœperunt phanatici eorum arripi & dicere: Grande bellum
futurum eſſe, & vtrinque multos præliantes interfici poſſe. Tunc Apoſtoli Dei, abundantia lætitiæ
in riſum ſoluuntur. Quibus Varardach: Me (inquit) timor inuaſit, & vos ridetis? Dicunt ei Apoſtoli:
Ceſſet timor tuus, quoniam in ingreſſu noſtro pax vobiſcum intrauit in iſtam prouinciam. Quare
C mitte profectionem tuam, nam craſtina die, eadem hac hora, id eſt tertia, venient ad te quos præmiſi-
ſti cum legatis Indorum, qui vobis terras inuiſas, reſtitutas imperio veſtro nunciabunt: & ſolutis
tributis, aditum referent: & paci veſtræ, ad quaſcunque conditiones volueritis, gratanter conſen-
rientes, pactum firmiſſimum ſtabilient. At Pontifices ducis hæc irridentes: Domine dux, inquiunt,
noli iſtis hominibus fidem dare, vanis & mendacibus, aduenis ſcilicet & ignotis, qui ideo grata lo-
quuntur, ne exploratorum loco habeantur. Iſti autem dij noſtri, qui nunquam fallunt, dederunt tibi
reſponſum, vt ſis cautus, & ad res omnes ſolicitus: non quemadmodum illi qui te ſtudioſè reddere
ſecurum conantur, vt dum minus cautus fueris, poſſis ex improuiſo & acrius & facilius adoriri. Re-
ſpondens autem ſanctus Simon Apoſtolus, dixit: Audi me dux. Nos aduenæ & ignoti, & mendaciſ-
ſimi, non vnum menſem te expectare iubemus: ſed diximus, expecta vnum diem, & eras manè circa
horam tertiam venturi ſunt quos miſiſti. Venient autem cum eis Indorum honorati, qui conditio-
nes à te accipient, vt ſint deinceps tributarij Perſarum. Hæc cum animaduerterent ſacerdotes Per-
ſarum, qui in exercitu erant, propalam clamabant: Aureas & gemmatas inter purpureos & auro te-
D ctas veſtes, inter pateras & byſſum, ſericúmque, & omnem gloriam Babylonici regni, dij noſtri ſplen
didi, ſuæ diuinitatis reſponſa dantes, aliquando fallere poſſunt: & iſti pannoſi, & perſonam nul-
lam habentes, tantum ſibi tribuere audent? quos vel videre, vel audire, iniuria eſt. Et hos tu do-
mine dux ad iniuriam deorum noſtrorum non punis? Tum dux: Hoc magnum eſt (inquit)
quia aduenæ & pauperes atque ignoti, cum tanta hoc conſtantia aſſeuerant, quod deorum
noſtrorum teſtimonio videtur eſſe contrarium. Dicunt ei Pontifices: Iube eos cuſtodiri, ne fugi-
ant, Reſpondit dux: Ego non ſolum iubeo eos cuſtodiri, ſed ipſi etiam vos in cuſtodia eritis vſque
in craſtinum, vt rerum exitus doceat, ſi poſſit eorum teſtimonium comprobari. Poſthæc iudicabi-
tur, quis meritò debeat condemnari. Factum eſt autem in craſtino, iuxta verbum apoſtolorum, ve-
nerunt nuncij qui miſſi fuerant curſu velociſſimo in dromedis, & nunciauerunt omnia iſta eſſe, ſi-
cut Apoſtoli paulò antè intimarunt. Quare indignatus dux, iuſſit pyram accendi, vt ibi ſacerdotes
ſuos igne conſumeret, & hos omnes qui apoſtolos obfuſcare nitebantur. Apoſtoli autem proſtraue-
E runt ſe duci, dicentes: Obſecramus domine, ne efficiamur nos cauſa interitus eorum: qui pro ſalute
hominum huc miſſi ſumus, vt viuificaremus mortuos, non vt viuentes occidamus. Itaque cum diu
aſperſi puluere, prouoluti pedibus ducis iacerent, reſpondit ille: Miror vos ita pro iſtis interuenire,
qui nihil aliud egerunt per omnes comites meos & Tribunos ac Satrapas, & ad hoc premia ingentia
contulerunt, quàm vt vos incenderent viuos. Ad quæ ex templo apoſtoli: Diſciplina (inquiunt) ma-
giſtri noſtri has leges tenet, vt non ſolum malum pro malo non reddat, ſed etiam bona pro malis re-
ſtituat. Eſtque hoc ſolum diſcrimẽ inter nos & cæteras diſciplinas, quia omnes reliqui malum red-
dunt pro malo, omnéſque odentes ſe odio habent. Nos autẽ è contrà diligimus inimicos noſtros, &
benefacimus his qui nos odiunt, & oramus dominũ pro calũniantibus & perſequentibus nos. Quæ
cũ audiuiſſet dux: Vel hoc permittite (inquit) facere, vt omnia bona eorũ vobis tradantur. Et cũ hæc
diceret, iuſſit inquiri quãta eſſet facultas Pontificũ. Et reſpondẽtes tabularij fiſci, dixerũt: Vnus Pon-

Demon non diffiteatur authoritatem Apoſtolis.

Permittunt Apoſtoli fanaticos diuinare.

Apoſtoli pãnoſi.

Pro malo bene facere, inimicos diligere, Chriſtianæ perfectio.

Vel hoc autoris fidem cõfirmat. nam tabularios in prouinciis cõstituisse & Augustum Suetonius, & Capitolinus M. Cæsarem tradit, apud quos & cen-sum singuli ostenderent, & nomina acciperent.

tifex vnam libram auri in vno mense de fisco consequitur. Et computati sunt centum & viginti ta- F
lentorum: Excepto eo qui sacerdotij arcem tenebat, qui quadruplum consequebatur in auro. Con-
gregatæ sunt itaque familiæ & vestes, & ministerium, & argentum & aurum, & iumenta, & omnia
quæ habere poterant, nec poterat dinumerari facultas eorum. Ita congregatis opibus, dux ad regẽ
reuersus, apostolos Domini commendauit, inquiens: Hi sunt sub effigie hominum latentes, quos
dij nostri timent, qui neque sine illorum concessione dare responsa hominibus possunt. Et ip-
sa responsa illorum falsa fuisse, & oracula illorum, & euentus ipsi comprobauerunt. Isti autem
sacerdotes nostri, dum dicerent eos aduenas fallentes, quibus non deberet credi, & insisterent
apud nos vt puniremus eos: dumque vtrosque in custodia haberemus, vt pars quæ vera
diceret, remuneraretur, & quæ fefellisset, puniretur: denique vbi omnia eo ordine quo
isti prædixerant, sunt adimpleta, & vellem eos hoc pati, quod illi istos pati elaborauerant: ecce isti
precibus apud me egerunt boni viri, vt nihil penitus paterentur mali. Et cum facultates eorum iussissemus conferri, has tamen illi nihilominus contemnunt, dicentes: Nobis non licet aliquid possidere supra terram, ex eo quòd nostra possessio est in cœlo, quæ est æterna, & vbi immortalitas reg- G
nat. Quin & illud insuper addunt: Nulla ratione possumus accipere vel aurũ, vel argẽtum, vel vestes,
vel domos, aut prædia, aut seruos. Ista enim omnia terrena sunt, & morientem hominem non sequũtur. Quibus cum dicerem, vel aliquantum vt acciperent inde, quòd pauperes & peregini essent, per-
sundere nequiuimus. Non sumus (dixerunt illi) pauperes, qui diuitias cœlestes habemus. Sed si vis vt
ad salutem animæ tuæ proficiat census ille, eroga pauperibus, eroga viduis & orphanis, eroga infir-
mis & afflictis, libera debitores qui à creditoribus exagitantur, eroga publicè manum porrigenti-
bus, & omnibus qui his opibus indigẽt. Nam nos terrenum nihil desideramus. Hæc & alia cum dux

Apostoli spe æternorum terrena despiciunt.

apud regem Xersen differuisset, excitati in zelum qui cum rege fuerant Zaroes & Arfexat Magi, si-
mul indignabundi, rumores sparserunt: Malignos eos homines esse, qui contra deos gentis, contra-
que regnum tam astutè molirentur. Nam si vis scire Rex (inquiunt) quòd ea vera sunt quæ dicimus,
non prius permittemus hos loqui, quàm deos tuos adorauerint. Tum dux: Audetis ne cum illis ha-
bere conflictum, vt si viceritis eos, tum demum abiiciantur? Dixerunt magi: Aequum est, vt sicut nos
adoramus deos nostros, ita adorent & illi. Respondit dux: Hoc scilicet conflictus vester ostendet. H
Ad hæc iterum magi: Vis videre (inquiunt) potentiam nostram, vt probes quia non poterunt loqui
nobis præsentibus: iube adstare hic, qui sint eloquentes in linguis, acutissimi in argumentis, & cla-
mosi in vocibus. Et si tunc ausi fuerint nobis præsentibus loqui, probabis nos esse imperitissimos.

Simonis & Iudæ cum magis contentio.

Tunc iussu regis & ducis, omnes aduocati præstò facti, ita sunt à duce admoniti, vt quanta possent
constantia, haberent cum his magis contentiones, & eos à defensionum proposito, argumentorum
suorum proposito excluderent. Et cum in præsentia regis & ducis, cunctorumque sublimium magi
locuti essent, omnis illa aduocatio ita muta facta est, vt nec nutibus, quod loqui non poterat, indica-
ret. Et cum vnius ferè horæ transisset spatium, dixere magi ad regem: Vt scias nos ex deorũ esse nu-
mero, permittimus eos quidem loqui, sed ambulare non posse. Quod cum fecissent, adiecerunt di-
centes: Ecce reddimus eis gressum, sed faciemus eos apertis oculis nihil videre. Cumque & hoc fe-
cissent, expauit cor regis & ducis, dicentibus amicis eorum, non debere contemni hos magos, ne
& regi & duci inferant debilitatem in membris. Igitur hoc spectaculum à primo mane vsque ad ho-
ram sextam dum spectatur, aduocati mœrore confecti, ad suas reuersi sunt quisque domos, nimio I
animi impulsu fatigati. Dux verò cum haberet amicos apostolos, eis narrauit omnia quæ dicta quę-
que facta extiterant. Dixerunt duci apostoli: Vt scias, nobis præsentibus figmenta illorum valere
non posse: & ideo timere eos nostram præsentiam, iube aduocatos ipsos ad nos venire, priusquam
ad ipsos vadant. Et posteaquam ad nos venerint, ita ingrediantur ad regem, similem habituri
conflictum: & si præualuerint eis, tum scias nos ab his aliquatenus vinci posse. Conuocauit
igitur dux omnem illam aduocationem in domo sua, & quasi compatiens illis, dixit: Doleo
equidem verecũdiæ vestræ, quam estis intra regalem aulam perpessi. Vnde sciatis, me inuenisse ho-
mines, qui vos moneant & doceant, vt non solum vobis non prealeant, sed etiam à vobis superati
discedant. Tunc omnis illa multitudo aduocatorum prostrata, duci gratias agens, & eorum singuli
cœperunt precibus agere, vt dictum facto compleret. At ille protulit eis apostolos domini, Simonẽ

Prætiosa seruantur vasis fictilibus.

& Iudam, videntes autem aduocati homines vilissima veste indutos, quasi in despectu eorum cœ-
perunt habere personas. Quos facto silentio sic allocutus est Simon: Sæpissimè euenire, vt intra scri- K
nia aurea & gemmata, vilia quædam habeantur inclusa: & intra vilissimas & ligneas capsas, sint gẽ-
marum monilia preciosa reposita. Solere etiam vasa pulcherrima aceto repleta, execrationi & con-
temptui subiacere: contrà verò, vasa fœdissima in aspectu, vino tamen intus optimo repleta, ambi-
tionem sui saporis excitare gustantibus, ita vt neglecta visione, contemptui vilia quæ aspectus offen-
dit, de sola cogitent homines suauitate, quæ intrinsecus latet. Imò quicunque (inquiunt) alicuius rei
cupit esse possessor, non magnopere gestatoriũ, sed ipsum quod gestatur spectat. Non ergo offen-
dat aspectum vestrum, vilis hic noster habitus. intus enim latent ea, quæ æternam vos faciant & glo-
riam inuenire, & vitam. Nos quippe omnes homines, de vno patre & de vna matre nati sumus. Qui
cum facti essent & positi in regione viuorum, suadente angelo inuidiæ, præuaricati sunt in lege, quã
suo conditore susceperant, suntque serui facti eius, cui suadenti obtemperauerunt. Deinde cum ipso

angelo

A angelo, ab illa vitæ æternæ regione, in huius terrę exilium proiecti sunt. Misericordiam tamen nihi-
lominus deus & in hac parte suam constituit, vt sic homo creatorem suum solum Deum excoleret,
& elementa non adoraret, nec diceret ligno quod ipse dolauerat, Tu es Deus meus. Recessit autem
à Deo suo homo, à custode suo: & quod maius est, à Saluatore suo, vt suo pareret inimico. Hũc autẽ
errorem in hominibus hic angelus princeps inuidiæ ideò nutriuit, & nutrit, vt ipse eis dominetur, &
faciat de eis quòd ipse voluerit: conaturque auocare deum verum, quem iste angelus timet, à gene-
re humano. Hac de causa per magos suos, quando voluit, fecit vos tacere: rursus fecit vos inuidere,
denique fecit vos immobiles permanere. Vnde vt probetis ita esse, venite ad nos, & promittite vos
ab idolorum cultura recedere, & solum Deum inuisibilem adorare ac colere. Et cum hæc feceritis, *Loquebatur hæc Simon ad sapientes ac eloquentes Persarum ad uocatos.*
imponemus manus nostras super capita vestra, & signum Christi faciemus in frontibus vestris, & si
tum non confutaueritis eos, credite nos fallere omnia quecunque asserimus. Tum vniuersi illi ad-
uocati, considerantes rationem veram, prostrauerunt se Apostolis dicentes: Facite ergo quæ sumus
ne in nobis possint linguæ impedire officium, nec aliqua in membris nostris impedimenta inferre:
B & sit supra nos ira dei, si vltrà idolis crediderimus. Quæ cũ ab aduocaits dicta essent, procumbẽtes
humi sancti apostoli Simon & Iudas, orauerũt ad Deũ in hæc verba: Deus Israel, qui exinanisti ma- *Exod. 7. 2. Tim. 3.*
gica figmenta Iannes & Mambres, & dedisti eos in confusionem & vlcera, & perire eos iussisti: fic
faciat & hic manus tua super hos magos Zaroem & Arfexat. Hos autem famulos tuos, promitten-
tes quòd ab omni cultura idolorum abscedent, fac fortes & stabiles, & constanter aduersus eos in-
surgere, vt cognoscant omnes, quia tu es vnus omnipotens, qui regnas in sæcula sæculorum. Cum-
que respondissent, Amen: signatis frontibus abierunt. Ingressi sunt autem cũ duce ad regem. Haud
multò pòst adsunt & magi, tentantes ea quæ antea fecerant, & nulla poterant ratione præualere. Tũ
ex aduocatis vnus Zebeus nomine, dixit: Audi domine rex, ista stercora abiicienda sunt, & ex tuo *Magi regno eiiciendi.*
regno emundãda, ne fortè omnibus putredinem generent. Habent enim secum angelum humani
generis inimicum, & ludificant in hoc homines, vt quàm plurimos angelus iste malus habeat sub-
iectos. Habet autem hos subiectos, qui non sunt Deo omnipotenti subiecti. Iam verò idcirco insi-
stebant magi, vt apostoli sancti hos deos adorarent: quo facto, Deum verum offenderet, & deinceps
C ipsi in illis facilius per angelum illum malignum sua præstigia exercerent. Denique signum Dei sui
in frontibus nostris, digitis suis facientes, miserunt huc, ista verba adiicientes: Si post istud signacu-
lum dei, præualuerint artes illorum, sciatis nos quæ docemus vniuersa mentitos. Ecce nunc igitur,
in Dei omnipotentis nomine adsumus, insultamus, & opponimus nos Magis: si possunt, agant, quæ
hesterno die gesserunt. Quæ cum viderent magi, indignati, multitudinem serpentũ venire fecerunt.
Quare terrefacti qui aderant, vt Apostolos rex vocaret, clamarunt. Missis igitur nuncijs, mox ve-
nerunt Apostoli, qui implentes pallia sua de serpentibus, miserunt in eosdem magos dicentes: In
nomine domini nostri Iesu Christi non moriemini, sed morsibus eorum attrectati, dolorum vestro- *præstigiorum magi pœnas rependunt.*
rum mugitum dabitis. Statimque serpentes cœperunt carnes eorum deuorare. Illi autem vlulabant
veluti lupi. Quæ videns rex, & omnes qui aderant, dicebant Apostolis: Permittite, vt magi morian-
tur ab eis. At illi responderunt: Nos missi sumus, à morte ad vitam cunctos reducere, non à vita
præcipitare in mortem. Facta igitur oratione, dixerunt apostoli serpentibus: Redite in nomine Ie-
su Christi ad loca vestra, atque omne venenum quod in hos magos infudistis, auferte vobiscum. No
D uos itaque cruciatus magi patiuntur, cum serpentes venena sua morsibus renouatis tolleret, sugen-
tes sanguinem eorum. Itaque ablegatis serpentibus, adlocuti sunt apostoli Magos in hæc verba, Au-
dite impij scripturam sanctam dicentem: Qui proximo suo parat foueam, ipse prior cadit in illam. *Eccles. 10 & 27. Prou. 26.*
Vos quidem nobis paratis mortem: Nos autem rogauimus dominum nostrum Iesum Christum,
vt nos à morte præsente eriperet. Denique qui per multos annos morsibus his repentinis affligi po-
teratis, ecce tertia die transacta, precibus nostris recuperata vobis sanitas redonabitur. Forsitan vel
sic ab impietate vestra cessabitis, dum veritatẽ dei circa uos exuperare, probare possitis. In istis autẽ
tribus diebus, ideò permittimus vobis dominari dolores, vt pœniteamini pro erroribus vestris. Hęc
cum dixissent Apostoli, deportati sunt ad hospitalia magi, qui per triduum nec cibum capere, nec
bibere vllo modo poterant, sed in his sola vociferatio doloribus extorta incessabilis extitit. Postea,
cum iam res in eo esset, vt pariter expirarent magi Zaroes & Arfexat, accesserunt eos Apostoli, di-
centes: Non dignatur Deus habere coacta seruitia: ideo surgite sani, habentes liberam facultatem
E conuertendi à malo ad bonum, & exeundi à tenebris ad lumen. At illi permanentes in perfidia sua, *Magi perfidiæ tenaces.*
sicut à facie Mathæi apostoli fugerunt, sic & ab his duobus Apostolis fugientes, ad simulachrorum
cultores, per totam Persidis regionem, vt Apostolis inimicitias excitarent, vbique dicebant:
Ecce veniunt ad vos inimici deorum nostrorum. Si vultis deos vestros habere propitios, compellite
eos sacrificare illis. Si autem noluerit is, saltem interficite eos. Hæc cum ita inter Apostolos & ma-
gos in Perside gesta fuissent, rogati à rege & duce, beati Simon & Iudas, ab eo tempore morabantur *S. Simonis & Iudæ habitatio in Babylone.*
in babylone, facientes quotidie mirabilia magna, illuminantes cæcos, surdis reddentes auditum,
claudicantibus gressum, mundantes leprosos, fugantes denique ab obsessis corporibus omnis gene-
ris dæmonia. Habebant autem secum discipulos multos, ex quibus ordinabant per ciuitates presby-
teros, & diaconos, & clericos, & ecclesias multas constituebant. Factum est autem, vt vnus ex diaco-
nibus, pateretur crimen incesti. Erat enim vicinus filiæ Satrapæ cuiusdam ditissimi hominis, quæ

perdita virginitate partum edens periclitabatur. Interrogata autem à parentibus, virum Dei sanctum & castum Euphrosinum diaconum impetebat. Qui tentus à parentibus puellæ, vrgebatur subire vindictam. Quod vbi Apostoli audiuerunt, venerunt ad parentes puellæ. At illi cum aspexissent Apostolos, cœperũt clamare, & diaconum reum huius criminis accusare. Tum Apostoli: Quando (inquiunt) natus est puer? Responderunt: Hodiè erat diei prima. Dicunt eis Apostoli: Perducite hunc infantem, & diaconum quem accusatis huc pariter adducite. Cúmque in presentia essent, alloquuntur Apostoli infantem dicentes: In nomine Domini nostri Iesu Christi loquere, & dic, si iste diaconus præsumpserit hanc iniquitatem. Tum infans absolutissimo sermone ait: Hic diaconus vir sanctus & castus est, & nunquàm inquinauit carnem suam. Rursus autem insistebant parentes Apostoli, vt de persona infans interrogaretur incæsti. Qui dixerunt: Nos innocentes soluere decet, & nocentes prodere non decet. Dũ hæc Babyloniæ fierent ab apostolis domini, interea euenit, vt duæ tygrides ferocissimæ, quę erant in singulis caueis clausæ, fortè fortuna liberatæ fugerent, & quidquid in occursu inuenirent, deuorarent. Quare consternatus omnis populus, ad apostolos dei confugit. Apostoli autem inuocantes nomen domini Iesu Christi, iusserunt vt sequerētur eos in domum, in qua manebant. Et per triduum ibi manserunt. Et conuocantes ibi omnem multitudinem, dixerunt: Audite omnes filij hominum, qui ad imaginem Dei facti estis, quibus dedit deus ingenium, memoriam, & intelligentiam: considerate feras, quæ nunquam mansuescere cousueuerant, audito nomine domini Iesu Christi, in agnos conuersæ sunt: & homines in tanta adhuc perdurant obstinatione, vt non intelligant, deos non esse figmenta hæc aurea & argentea, quæ flata sunt, & ad arbitrium hominis fabrefacta, vel de lapide aut ligno sculpta: Dominum autem qui vos creauit, ignoratis, qui dat vobis pluuiam de cœlo, & producit vobis panem de terra, & vinum ac oleum de surculis ligni. Vt autem sciatis, quia ipse est verus deus, erunt vobis in testimonium tygrides istæ, vt ipse vos admoneant quodammodo, vt non alterum colatis Deum, nisi Dominum nostrum Iesum Christum, in cuius nomine istæ mansuetæ factæ, quasi oues in medio vestri conuersabuntur, vespere autem facto in suam cellulam reuertentes manebunt. Interea nos suscepto itinere, reliquas ciuitates peragrabimus, & prouincias, vt Euãgelij domini nostri Iesu Christi prædicatio cunctis innotescat. Quę cum audirent ex Apostolis, flebant populi, rogantes vt non discederent, Ad quorum petitionem vnum adhuc annum & menses tres in Perside beati Simon & Iudas remorati sunt. In quo spatio amplius quam sexaginta millia virorum baptizati sunt, exceptis paruulis & mulieribus: baptizato primùm Rege, cum vniuersis dignitatibus suis. Præterea vidẽtes omnes infirmitates verbo curari, inluminari cæcos, mortuos etiã suscitari in nomine domini Iesu Christi, vniuersi populi crediderunt, destruentes templa, & ecclesias extruentes. Ordinauere autem apostoli in ciuitate Babylonis episcopum nomine Abdiam, qui cum ipsis venerat à Iudæa, qui & ipse viderat oculis suis dominum: & repleta est ciuitas ecclesiis. Quibus ritè omnibus ordinatis, egressi sunt Apostoli præsidem. Sequebantur autem eos turbæ discipulorum, & eo amplius viri.* Circumierunt autem duodecim prouincias Persidis, & ciuitates earum, in quibus quæ egerint, & quæ passi sint per annos tredecim, longa narratione scripsit Crathon, Apostolorum ipsorum discipulus, in decem librorum voluminibus vniuersa comprehendens, quæ † Africanus historigraphus in Latinam transtulit linguam: Ex quibus, qui scire voluerit, qui fuerint progessus prædicationis, vel quo fine mundum Simon & Iudas apostoli reliquerint, ex multis pauca selegimus. Quippe Zaroes & Arfexat magi facientes scelera multa per ciuitates Persidis, & dicentes se esse ex genere deorum, semper à facie Apostolorum fugientes, tandiu erant in quacunque ciuitate, quandiu cognoscerẽt Apostolos aduenire. Apostoli autem vbicunque fuissent ingressi, detegebant scelera eorum, & ostendebãt doctrinam eorum ab inimico humani generis adinuentam. Erant autem in Suanyr ciuitate lxx. templorum Pontifices, qui solebant singulas libras auri à rege consequi, quando Solis epulas celebrabant: id quod quater in anno fieri consueuerat, in tempore nouorum, in introitu veris, initio æstatis autumni & hyemis. Hos igitur pontifices hac allocutione magi in apostolos Dei incitauerunt, dicẽtes: Venturi sunt duo Hebræi, deorum omnium inimici. Quare vbi inceperunt dicere, Deum alterũ adorari debere: vos exclusi eritis à facultatibus vestris, & contemptui populo eritis. Alloquimini ergo populum, vt primum hi vrbem intrarint, teneantur ad sacrificandum. Si consenserint, pacem habebũt cum diis vestris. Si verò sacrificare noluerint, sciatis illos ad subuersionem vestram ingressuros, & deprædationem & mortem. Factum est autem, vt postquam peragrassent vniuersas prouincias, venirent ad Suanyr ciuitatem magnam. In quam cum fuissent ingressi, & mansissent apud discipulum suum, eiusdem ciuitatis virum, nomine Semnem, ecce circa horam primam omnes simul sacerdotes cum populo innumerabili venerunt ad ædes, clamantes ad Semnem: Produc ad nos inimicos deorum nostrorum. Cum quibus si non sacrificaueris diis nostris, incendemus te & domũ tuam, cum ipsis. Interea tenentur Apostoli Dei, & ducuntur (haud mora) ad templum Solis. quod cum ingrederentur, cœperunt clamare dęmones, Ergon mystumenos: Quid vobis & nobis Apostoli Dei viui? In ingressu vestro flãmis exurimur. Stabat autẽ in vna æde tẽpli ab oriẽte quadriga solis, fusilis ex argento, in alia autem æde stabat luna fusilis ex argento, habens quadrigam similiter bouum fusilem ex argento. Cœperunt ergo Pontifices apostolis vim facere cum populo, vt adorarent eos inibi. Quod animaduertens Iudas, ad Simonem: Frater (inquit) Simon, video Dominũ meum Iesum

Infans recẽs natus loquitur.

Aureum dictum.

Bestiæ audito Christi nomine mansuescunt.

Elegans comparatio.

Baptizatur rex persidis.

Ex his rursus apparet authorem huius historiæ gestis rebus S. Simonis & Iudæ interfuisse. Chrathon, alter author, qui historiã Apostolorum scripsit.

† Interpres huius historiæ, sui ipsius meminit.

Suamyr amplissima ciuitas Persidis.

Græcæ voces sunt. τὸ ἔργον μυςούμενος de quibus Budæus in comment.

Iesum Christum, vocantem nos. Similiter & Simon respondit: Diu est, quod intueor aspectum domini in medio angelorum. Nam & dixit mihi angelus Domini, cum orarem: Faciam vos egredi de templo, & faciam ipsum templum ruere super eos. & dixi, nequaquam Domine, non fiat hoc, fortassis erunt aliqui ex his qui conuertantur ad Dominum. Igitur cum hæc secum Hebræo sermone loquerentur, apparuit eis angelus Domini, dicens: Confortamini, & vnum è duobus eligite: aut repentinum istorum omnium interitum, aut palmam martyrij vestri, cum fiducia boni certaminis expectate. Cui respondentes apostoli, dixerunt: Imploranda est misericordia Domini nostri Iesu Christi, vt & illis propitietur, & nos adiuuet, vt possimus pertingere cum constantia ad coronam. Hoc autem apostoli soli cum viderent & audirent, compellebantur à Pontificibus adorare simulachrum Solis & Lunæ. Quibus apostoli dixerunt: Facite fieri silentium, vt demus responsum omni populo audiente, Facto autem silentio dixerunt: Audite omnes, & videte. Solem noscimus seruum Dei esse, & Lunã similiter præcepto sui Creatoris esse subiectam. In cœli tamen firmamento consistentes, non sine iniuria sui in templis includuntur, qui in cœlo omni sæculo patere noscuntur. Et vt intelligatis, quia simulachra eorum non Sole, sed dæmoniis sunt plena, ego præcipiam dæmonio qui in Solis simulachro latet, & frater meus iubebit alteri dæmonio quod in simulachro Lunæ vos ludificat, vt egrediantur ex eis, & ipsi ea comminuant. Et stupentibus cunctis, dixit Simon ad Solis simulachrum: Præcipio tibi ludificator huius populi dæmon pessime, vt exeas de simulachro Solis, & comminuas ipsum, & quadrigam eius. Similiter cum hæc Iudas ad simulachrum Lunæ dixisset, visi sunt ab omni populo duo Æthiopes nigri, nudi, horribili vultu, & vlulãtes, diráſque voces emittentes abscedere. Quo facto, irruentes Pontifices & populus in Apostolos Christi, interfecerunt eos per tumultum. Erant verò ipsi gaudentes & alacres Apostoli Dei, gratias Deo agentes, quia digni habiti essent, vt pro nomine Domini paterentur. Passi sunt autem die Kalen. Iuliarum. Simul quoque tum passus est cum Apostolis, Sennes hospes eorum, quoniam & ipse idolis sacrificare contempserat. Ipsa autem hora passionis, cum nimia esset cœli serenitas, fulgura exorta sunt, ita vt trifariam templum ipsum scinderetur, à summo tecti fastigio vsque ad vltimum fundamentum. Quo tempore, & duo, de quibus diximus, magi, Zaroes & Arfexat, ictu choruscationis adusti, ad carbonem conuersi sunt. Post menses autem tres misit rex Xerxes nuncios in ciuitatem Senayr, qui confiscarent Pontifices, & corpora sanctorum Apostolorum ad suam transferrent ciuitatem. In qua extruere cœpit basilicam, octogenos cyclos octo angulorum, & octies octogenos pedes per gyrum comprehendentem, cum alta esset pedum centum & viginti: fuerúntque omnia ex quadratis marmoribus signaticis extructa, & camera ipsa laminis aureis suffixa. In medio autem octogeni sarcophagum, corpora beatorum Apostolorum portantem, ex argento puro instituit: factáque est huius fabricæ ædificatio per annos tres continuos, & consummata die natalis Apostolorum, & die coronationis Kalend. Iulij dedicata. In quo loco beneficia consequuntur, qui credentes in dominum Iesum Christum, illuc meruerint peruenire.

Apparet christus Simoni & Iudæ.

Pietas admirabilis.

Idolatriæ gẽs dedita.

Dæmones Æthiopum specie.

Hospitis Apostol. passio.

Diuina vltio.

Xerxis humilitas.

Magnific. Templum honori Apost. dicatum.

LIBER SEPTIMVS HISTORIÆ APOSTOLICÆ, AB ABDIA BABYLONIS EPISCOPO HEBRAICE SCRIPTÆ: ET IN LINGVAM Latinam ab Africano versæ, De gestis à beato Matthæo Apostolo & Euangelista rebus.

MATTHÆVS cognomento Leui, & Alphei filius, ex publicanorum ordine fuit: atque eo in munere vocatus à domino nostro Iesu Christo, in discipulorum eius numerum venit: postremò ad Apostolatus culmen ascendit, ante subleuationem Domini in cœlum: præter cæteros muneris Apostolici socios, peculiare nihil gessit. Sed postquam Spiritum sanctum inluminatorem vnà cum cæteris accepisset, & in orbem terrarum ad prædicandum Euangelium esset directus, Aethiopiam is in diuisione prouinciam suscepit. In quam profectus ipse, cum in ciuitate magna quæ dicitur Naddauer moraretur, in qua rex Aeglippus sedebat, contigit vt duo magi Zaroes & Arphaxat simul essent, qui regem miris modis ludificabant, vt se deos esse, remota ambiguitate, crederet. Et credebat eis rex omnia, & omnis populus, non solum memoratæ vrbis, sed ex longinquis etiam regionibus Æthiopiæ veniebant quotidiè, vt adorarent eos. Faciebant enim subitò hominum gressus figi, & tamdiu immobiles stare, quamdiu ipsi voluissent. Similiter & visus hominum, & auditus à suo officio refrenabant. Imperabant serpentibus vt percuterent, quòd & marsi facere solent: & ipsi incantando multos curabant. Et vt dici vulgò solet, malignis maior reuerentia exhibetur ex timore, quàm benignis ex amore: sic & illi venerabiles apud Æthiopes, in magno diu precio fuerunt. Verùm (vt sępè

Genus beati Matth. Mat. 9. Vocatio ad Apostolatũ.

Aethiopia Matthæo contigit.

Euseb. lib. 10. cap. 8. & lib. 3. cap. 1.

Duo Pseudoprophetæ.

Gell. cap. 11. li. 16.

Benignitas Dei succurrit hominibus.

dictum est) curam Deus hominum gerens, Matthęum contra hos Apostolum misit. Qui ingressus F
ciuitatem, cœpit detegere præstigia illorum. Omnes enim quos illi figebant, hic in nomine Iesu
Christi soluebat: quos illi excæcabant, hic inluminabat: quibus illi auditum tulerant, iste reddebat.
Serpentes etiam, quos ad percutiendos homines excitabant, hic conuertebat in somnum, & per-
cussiones eorum facto signo Domini percurabat. Hunc cum vidisset Æthiops eunuchus Candacis
nomine, qui fuerat à Philippo Apostolo diacono baptizatus, procidit ad pedes eius, & adorans di-
xit: Quia respexit Deus ciuitatem istam, vt liberaret eam de manu duorũ magorum, quos putant
stulti homines deos esse. Is suscipiebat Apostolum in domũ suam, & veniebant ad eum omnes qui
erant amici Candacis eunuchi: & audientes verbum vitæ credebant Christo Iesu domino. Et bap-
tizabantur quotidié plurimi, videntes quòd omnia quæ magi faciebant mala hominibus, hæc Dei
discipulus euacuaret. Illi enim ideò vulnerabant quos potetant, vt vulnerati, ipsos euocarent ad
curam. Quique ideò curare putabantur, quoniam à læsione cessabant. Matthæus autem Apostolus
Christi, non solum hos curabat quos illi lædebant, sed etiam omnes qui ad eum ferebantur, & fue-
rant infirmitatibus diuersis obsessi. Prædicabat autem populo veritatem Dei vt omnes mirarentur G

Eloquentia B. Matthei

eloquentiam eius. Tum Candacis eunuchus, qui eum susceperat omni affectione, interrogauit eum
dicens: Obsecro te, vt digneris indicare mihi, quomodo cum sis Hebræus, nosti Græcam, Aegy-
ptiacam, & Aethiopicam sermocinationem, ita vt hi qui in his regionibus nati sunt, nõ possint tam
benè sermocinari. Respondit Apostolus: Totus mundus vnam sermocinationem habuisse omnium

Gen.11.

hominum dignoscitur. Sed nata est præsumptio omnium hominum talis, quæ eos turrim tãtæ ma-
gnitudinis facere hortaretur, ita vt cacumen eius peruenisset ad cœlum. Hanc præsumptionẽ Deus
omnipotens hoc ordine repressit, vt alter alterum tum non potuerit loquentem aduertere. Facta

Casus & origo tot per orbem terræ linguarum.

sunt autem plurima linguarum genera, & diuisa est illa conspiratio, quæ per vnam linguæ intelli-
gentiam consistebat. Bona quidem fuit ea voluntas, vt fieret turris, cuius cacumen peruenire ad
cœlum: sed mala fuit præsumptio, quæ non sanctis meritis ire volebat ad sancta. Veniens autem fi-
lius Dei omnipotentis, ostendere voluit quo ordine ædificando peruenire mus ad cœlum: & nobis
duodecim discipulis suis misit Spiritum sanctum de cœlo, cum sederemus in vno loco, venitque H

Scala virtutum in Cœlum. Act.2.

supra vnumquenque nostrum, & inflammati sumus sicuti ferrum inflammatur ab igne. Post hæc
cum à nobis panor simul & splendor discessisset, cæpimus variis linguis loqui gentibus, & magna-
lia natiuitatis Christi adnunciare, quo ordine sit natus vnigenitus filius Dei: cuius originem ante
sæcula nemo nouit. Qualiter verò sit natus ex vtero Mariæ virginis, adnuncians atque intimans
nobis, & ab intacta virgine lactatus & ablactatus, & enutritus atque eruditus & baptizatus, & ten-
tatus & passus, & mortuus & sepultus, & die tertio resurrexit: Et in cœlos ascendit vt ad dextram
Dei omnipotentis sederet, vnde sit venturus iudicare omne sæculũ per ignem. Non ergo, vt tu pu-

Apostoli omnes linguas sciuerunt.

tas, istas tantum quatuor, sed omnium gentiũ etiam linguas scimus, qui eius discipuli sumus, Iesu
crucifixi, non mediocriter, sed perfectè. Et ad quamcunque genttem peruenire potuerimus, iam
loquelam eius perfectè cognoscimus. Nunc verò ædificatur turris non de lapidibus, sed de vir-
tutibus Christi, omnibus qui baptizantur in nomine patris & filij & spiritus Sancti: aperitúrque eis
turris, quam Christus extruxit: & per ipsam tandiu ædificantes ascendunt, vsque quo ad cœlorum

Magici dracones.

regna pertingant. Hæc & his similia multo mystico sermone apostolus cum differeret, venit qui I
diceret, magos illos cum singulis draconibus aduenire. Dracones autem erant galeati, & flatus
eorum flammiferum ardorem emittebat, sulphureasque spargebant auras è naribus, quorum odor
homines interficiebat. Quæ cum audiuisset Matthæus, consignans se, securus cæpit in occursum
illis prodire: prohibebat autem illum Candacis, clausis ostiis, dicens: Per fenestram quæso, si vi-
detur, loquere magis istis. Dicit illi Apostolus: Tu mihi aperi, tu mihi aperi, & per fenestram tu
considerabis magorum istorum audaciam. Itaque aperto ostio, Apostolus mox vt egressus est, ecce
obuiam illi duo magi, singulos dracones ante se habentes, veniebant. Tum verò vt appropinquа-
runt, ambo dracones ante pedes Apostoli obdormiuerunt. Et dicit Apostolus magis: Vbi est ars

Non est ars aduersus dominum.

vestra? Si potestis excitate eos, Ego autem si non rogassem dominum meum Iesum Christum, omnẽ
furorem, quem in me exacuistis, in me retorsissent. Sed quousque omnis populus conueniat, hi ob-
dormiunt. Et quia nullus accedere huc ausus est, ego excitabo eos, & iubebo illos redire ad locũ
suum, cum omni mãsuetudine. Conabantur autẽ interea arte sua magica excitare eos Zaroes & Ar-
phaxat, & non poterant neque oculos aperire neque penitus commouere quidquam. Rogabant K
autem populi, dicentes Apostolo: Rogamus te domine, vt liberes populum & ciuitatem ab his be-
stiis. Ad quos apostolus: Nolite timere (inquit) ego faciam eos hinc cum omni mãsuetudine absce-
dere. Et conuersus ad dracones, dixit: in nomine Domini mei Iesu Christi, qui cõceptus est ex Spi-
ritu sancto, & natus de Maria virgine, quem tradidit Iudas Pharisæis, & illi eum crucifixerunt: qui-
que post crucem sepultus, tertia die resurrexit à mortuis, conuersatus nobis per quadraginta dies,
docuit nos ea quæ ante passionem docuerat, commemorans vniuersa quæ dixerat: & qui denique
post xl. dies, videntibus nobis ascendit ad cœlos, & sedet nunc in dextra Dei patris, vnde venturus

Suscitantur Dracones.

est iudicare viuos & mortuos: in ipsius inquam nomine & virtute, suscitemini. Et te adiuro spiritus,
vt cum omni mansuetudine facias eos redire ad locum suum, ita vt nullum contingant, nullum læ-
dant, neque hominem neque quadrupedem, neque volucrem. Ad hanc vocem eleuantes capita
serpentes

A serpentes cœperunt ire, atque apertis portis egressi publicè & omnibus videntibus, nunquam am-
plius comparuerunt. Quo facto, Apostolus populũ ita allocutus est: Audite fratres & filij, & omnes
qui vultis liberare animas vestras à vero dracone diabolo. Propter vestram salutem misit me

Expositio legationis Apostol.

ad vos Deus vt relicta vanitate idolorum, ad ipsum conuertamini, qui vos creauit. Deus autem
quando fecit hominem primùm, posuit eum in paradiso deliciarum, cum vxore sua, quam de costa
eius fecerat. Porrò paradisus deliciarũ eminet omnibus montibus, & vicinus est cœlo: neque habet

Gen.2.1. cor. 15.

aliquid in se, quod possit esse saluti hominum inimicum. Non aues terrentur ad sonitum hominis

Topographia paradisi.

& aspectum, non spinæ nascuntur & tribuli, non ibi rosæ marcescunt non lilia, non aliqui ibi præte-
reunt flores, non anni senectutem generant ætatibus, non labor fatigationibus subiacet, non infir-
mitas aliqua sanitati succedit: tristitia, & fletus, & mors, ibi penitus locũ non habent, auræ enim quæ

Beatitudinis fœlicitas.

ibi sunt, blandiuntur potius quàm perflant, & æternitatem naribus inferũt. Nam sicut thymiamatis
fumus excludit putores, ibi nares, ibi vitam expirant æternam, quæ non permittit hominem neque
fatigationem incurrere, nec dolorem, sed semper æqualem, semper iuuenem, semper lætum, & sem-
B per immobilem permanere. Sonant ibi organa angelorum, & voces mellifluæ auribus inseruntur.
Serpens ibi locum non habet, non scorpio, non phalangius, non musca aliqua saluti hominis ini-
mica est, famulãtur ibi hominibus leones, & tigrides, & pardi: & quidquid iusserit homo auibus aut
feris, quasi charissimo & dilecto Dei, mox obtẽperant cũ reuerentia iussioni eius. Quatuor quoque

Nomina fluuiorum paradisi. Gen.2.

flumina inde fluũt: vnus fluuius dicitur Geõ, secũdus Physon, tertius Tygris, & quartus Euphrates.
Hi omni genere piscium abundant. Nullus ibi est latratus canũ, nullus leonum rugitus: omnia blanda
sunt, omnia mãsueta omnia quieta. Nunquam ibi facies cœli nubium tegminibus obumbratur, nũ-
quã ibi fulgura choruscãt, nũquã tonitrua cõcrepant, sed est ibi exultatio sine fine, & festiuitas quæ

Gen.3.1.cor. 11.

terminũ non habet. Quamobrem verò paulo antè memorauerim, quod ibi serpẽs penitus nõ esset,
causa est, quòd per ipsum angelus inuidiã suã exercuerit, & propterea à Deo maledictus, in loco be-
nedicto maledictus habitare nõ potest. Liuor autẽ angelo hinc natus est, quòd vidit imaginẽ Dei
in homine extitisse: & quoniã homini possibile esset, vt in hac regione beata cũ cũctis animantibus
loqueretur. Hinc angelus qui ex se concœpit inuidiam, per potentiam angelicam serpentem ingres-
C sus, suasit vxori Adæ, vt de pomo arboris manducaret, quod Deus fieri sub interminatione mortis

Adæ præuaricationis expositio.

prohibuerat. Posthæc etiam vxor cum deliquisset, seduxit virum. Cumque ambo præuaricatores
existerent, huc in istam terram, aridam & desertam, exilio ablegati sunt, proiecti de regione vitæ in
regionem mortis: ipse verò author sceleris simul in serpente inuentus, maledictionem æternam
accepit. Huius rei conditionisque hominum misertus ipse Dei filius, qui in præcepto patris sui ho-

Ose.13.1.cor. 15.heb.2.

minem fecerat, pro nostra fragilitate, dignatus est hominis assumere formam, non amittens suam
deitatem. Atque hic est homo Iesus Christus qui recuperauit iterum illum hominem, & diabolum

Ad quid in carnatus filius Dei.

patiendo crucem vicit: præterea irrisiones atque insultationes tolerans, vicit etiam mortem mo-
riendo, vt paradisum resurgendo aperiret. Iam vt nemini fieret dubium, illuc omnes in Christum

Luc.13.

credentes intrare, primò latronem ipsum Christus induxit: cui in ligno crucis, positus lignum præ-
uaricationis excussit, cæterisque omnibus paradisum animabus sanctis de hoc corpore exeuntibus,
aparuit. Denique in die nouissima resurgentibus, etiam regna cœlestia vt intrare valeant patefe-
cit. Iã igitur, qui modò vult ad vitã venire, is currat, & ad paradisum redeat, licet: vnde pater noster
D carnalis Adam foras missus, in isto nos omnes generauit exilio. Contra aperuit nobis dominus Ie-
sus paradisi ianuas, vt ad patriam illam reuertamur, in qua mors locum non habet, & in qua iuge
gaudium perseuerat. Cũ hæc & similia loqueretur Apostolus, ecce tumultus luctuosus subito ortus
est, in quo regis filius mortuus plangebatur. Ad cuius funus stabant magi, qui cum non possent sus-
citare eum, conabantur regi persuadere, hunc à diis raptum esse in collegium suum, vt sit vnus ex

Superstitio incantatorum.

diis, cui oporteat & simulachrum fabricari, & templum. Quæ cum audiuisset Candacis eunuchus,
ingressus ad reginam, dixit illi: Istos quidem magos iubeto custodiri: tum verò rogo te, vt veniat
ad nos apostolus Dei Matthæus. Et si ipse eum nobis resuscitauerit, istos viuos incendi curabis, quia
omnia mala peripsos in ciuitate nostra eueniunt. Tunc missi sunt per Candacem virum honoratũ

Oratio Reginæ ad Matthæum.

à latere regis aliqui, qui rogantes Apostolum cum honore introduxerunt ad regem. Ingrediente
autem Matthæo, prostrauit se Euphenissa regina Æthiopũ ad genua eius, & dixit: Agnosco te Apo-
stolum à Deo missum pro salute hominum, & eius esse discipulum qui mortuos suscitabat, & omnes
E ægritudines ab hominibus suo imperio appellebat. Nũc ergo veni, & inuoca nomen eius super de-
functũ filium meũ: & credo si hoc feceris, quod reuiuiscet. Dicit ei Apostolus: Atqui prædicationem

Responsio Apostoli.

domini mei Iesu Christi, adhuc ex ore meo non audiuisti: & quomodo dicis, credo? Ideoque scias,
filium tibi tuum reddi. Ingressusque expandit manus suas ad cœlum, & dixit: Deus Abraham, Deus
Isaac, Deus Iacob, qui ad restaurationem nostram, vnigenitum filium tuum de cœlo ad terras misi-
sti, qui nos ab errore conuerteret, & te nobis verum Deum demonstraret, memor esto dictorum do-
mini nostri Iesu Christi filij tui: Amen dico vobis, quia omnia quæ in nomine meo petieritis à patre

Ioan.14.15. 16.

meo, dabit vobis. Vt cognoscant ergo gentes, quia præter te non est alius omnipotens, & vt vera
sit hæc assertio oris mei, excitetur puer iste. Et apprehendens manum defuncti, ait: In nomine Do-
mini mei Iesu Christi crucifixi, ex surge Euphranon. Et confestim exurtexit puer. Ad hoc factum

Resurgit mortuus.

expauit cor regis, & statim iussit deferri ei coronas, & purpuram. Et præcones misit per ciuitatem, &

Alludit ad ornamenta coronarum, quæ fortibus viris deferebantur: de quibus consule lib. 10. Vuolphangi Lazij de Romana militia.

diuersas prouincias Æthiopiæ, dicentes: Venite ad ciuitatem, & videte Deum in effigie hominis la- F
tentem. Cumque venisset omnis multitudo cum cereis & lampadibus, & cum thymiamate, ac di-
uerso sacrificiorum ritu, Matthæus Apostolus Domini hac voce omnes alloquitur: Ego Deus
non sum, sed seruus Domini mei Iesu Christi, filij dei omnipotentis, qui me misit ad vos, vt relicto
errore simulachrorum vestrorum, ad verum deum cõuertamini. Quòd si me hominem similem vo-
bis putatis Deum, quanto magis hunc Deum debetis credere, cuius me seruum esse confiteor? in
cuiusque nomine ego mortuum hunc regis filium excitaui? Et nunc omnes qui capaces eui-
dentissimæ rationis estis, aurum & coronas aureas, & argentum ab oculis meis tollite, & his
diuenditis templum Domino extruite, atque ibi congregemini ad audiendum verbum domi-
ni. Quo audito, intra triginta dies vndecim milia hominum congregata, fabricantes ecclesiam san-
ctam consummauerunt, Et vocauit nomen templi Matthæus, resurrectio, quoniam per resurre-
ctionem occasio ædificationis extiterat. Sedit autem in ecclesia illa Matthæus annis xxiij. & con-

Templis nomina primũ indita.

Episcopi per castella ordinati.

stituit presbiteros ac diaconos, & per ciuitates & castella ordinauit episcopos, & multas construxit
per loca diuersa ecclesias. Et baptizatus est rex Æglippus, & regina Euphenissa, & filius eius qui sus- G
citatus erat Euphranon: & filia eius Ephigenia baptizata, & virgo Christi permansit. Interea magi

Rex Æthiopiæ baptizatur cum familia.

timentes, fugerunt ad Persas. Cæterum longum est narrare, quanti cæci inluminati, quanti paraly-
tici curati, quot denique à demoniis liberati, & quot mortui suscitati ab Apostolo fuerint. Adeò
Christianissimus rex iste fuit, & gloriosissima eius coniunx, deuotus quoque omnis exercitus & po-
pulus Æthiopiæ. Esset autem longum recensere, quomodo omnia simulachra, omniaque templa

Idola in Æthiopia destruuntur.

destructa sunt: quæ omnia propter copiam rerum præteriens, quo ordine passionem sanctam cele-
brauerit, retexam. Non multò pòst enim Rex Aeglippus senectute expleta, perrexit ad dominum, &
cepit Hyrtacus exadelphus imperium eius. Hic cum vellet accipere Ephigeniam filiam defuncti re-

Hyrtacus ambit moniales nuptias.

gis vxorem, iam Christo dicatam, & quæ sacrum velamen acceperat de manu apostoli, præposita
iam virginum amplius quàm ducentarum, sperabat tum rex Hyrtacus, quod per apostolum
posset eius animum commouere. Quare cæpit cum sancto Matthæo agere, dicens: Dimidium regni
mei accipe, tantum vt Ephigeniam queam matrimonio meo copulare. Cui beatus apostolus ait: H
Iuxta bonum propositum prædecessoris tui regis, qui omni die sabbato conueniebat, vbi verbum
Domini prædicabam, iube illic & tu conuenire vniuersas virgines, quæ cum Ephigenia sunt: & au-
dies coram populo, quantas laudes & quanta bona de bono coniugio loquar, & quemadmodum
satis Deo accepta sint sancta coniugia. Quo audito Hyrtacus gratulatus est, & iussit congregationi
illic interesse etiam Ephigeniam, quasi audituram ex ore apostoli, vt coniunx fieri Hyrtaci consen-
tiret. Facto autem in congregatione magno silentio, aperiens os suum apostolus dixit: Audite ser-
monem meum omnes filij ecclesiæ, audite & intelligite omnia quæ audistis, vt maneant scripta in

Sermo S. Matthæi de coniugio, & cælibatu.

cordibus vestris. Deus noster nuptias benedixit, & ipse permisit amorẽ corporibus dominari in sen-
sibus carnis, ad hoc vt vir diligat vxorem suam, & mulier diligat virum suum. Ecce autem vidimus
frequenter euenisse, vt vxor virum suum execretur vsque ad interitum, & venenum, & gladium, &
repudium. Similiter & vir suæ coniugi molitur, cum sit carnis tanta charitas, vt stimulet mentis
incensum. Porro, quid si non esset iste stimulus amoris in carne concessus? Ergo hic stimulus si cum
amore Dei vsum suum exhibeat, & amore filiorum vir mulierem accipiat, & mulier virum, bonus
est, & non est contra præceptum Dei: ita tamen vt mulier alterum virum penitus nesciat, similiter & I
vir omnino alteram fœminam perhorrescat. Dei enim regula si custoditur à coniugibus, à sorde
commixtionis eos mundat. Sordes autem sunt corporum, quæ à Deo lauantur per eleemosynas &
opera misericordiæ: non crimina, quæ non lauantur nisi per lachrymas pœnitendo. Coniugium

Vsus res Dei disponit, abusus peruertit.

ergo commixtionis pollutionem habet, crimen non habet. Denique diebus certis siue quadragesi-
mæ, siue legitimorum ieiuniorum temporibus, tam ab edacitate carnium quàm commixtione cor-
porum, qui non abstinuerit, non pollutionem solum, sed etiam simul crimen incurrit. Neque verò
manducare crimen est, sed incongruè manducare, peccatum est, & crimen. Denique si aliquis prius
cibum carnalem accipiat, & postea ipso die, quo iam cibo naturali refectus est, cibum spiritualem
præsumat, ex vtroque cibo reus criminis, & inhonestatis, & presumptionis efficitur: non ideo quia

Cibus spiritualis ante corporalem sumitur.

manducauit, sed quia contra ordinem, & contra iustitiam, & contra regulam Dei, cibo carnali prius
refectus est. Non ergo reum facit aliqua operatio hominum, sed irrationabilitas eius operis, suum
damnat auctorem. Denique & homicidas sepè vidimus statuas & imagines adorare, homicidam K
vtique, qui hominem pacis inimicum, aut barbarum, aut latronem occiderit, non ibi iam quia hoc
homicidium bonum est, erit bonum homicidium hominis innocẽtis. Frequenter etiam & menda-
cium, cum per naturam suam malum sit, bonum fieri videtur ex causa. Nam si te ab inimico tuo vo-
lenti te percutere possis aliqua ratione abscondere, & ille omnino quonam deueneris quærat, tum
tu nõ solum negare, sed etiam periurare consueuisti. Ibi duo quidem mala sunt, mendacium & per-
iurium: & vtraque tamen mala, bonum prorumpere probantur in fructum. Deus autem non arctè
nostri operis circumscripsit limites, quasi dicas, In iudicio eius timui mẽtiri, ideò hominem tradidi:
aut si dicas, Timui perdere nummum, ideo damnum immensi ponderis auri incurri. Non ergo sunt

Vsus sacramentorum.

aliqua opera sic mala semper, vt per naturam mala sint, sed per intemperantiam nostram. Nã si præ-
sumat sacramentorum mysteria sumere is, qui nondum est cœlesti aqua perfusus, rem bonam con-
uertit in

A uertit in crimen, & inde reatum æternæ pœnæ incurrit, vnde à reatu æternæ pœnæ potuerat libera-
ri. Ita & nuptiarum bona, cum à Deo benedicantur coniugia, à Deo sanctificentur, ac per sacerdotũ
benedictiones à Deo specialiter consecrentur, videntur aliquibus aliquam habere diuinæ indigna-

Nuptiæ benedicuntur.

tionis offensam. Hæc dicente sancto Matthæo, rex Hyrtacus clamosis laudibus cum suis comitibus
perstrepebat: existimans eum hæc ideo dicere, vt animum Ephigeniæ ad eius coniugium inclina-
ret. Sed postquam diutissimè clamatum est in eius laudem, sermonem apostolus repetiit, facto silẽ-
tio, & dixit: Videte filioli & fratres, in quantum noster sermo proruperit, vt etiam homicidium bo-
num posse fieri probaremus. Cum hic occiditur, qui si non esset ipse solus occisus nocens, multos

Elegans comparatio de homicidio.

1. Reg. 17. Eccl. 47. Iud. 5. & 7. Iud. 13.

potuisset occidere innocentes: sicut est occisus Golias, & sicut est occisus Sisara, sicut occisus
est Aman, sicut est truncatus Holofernes, & sicut denique sunt occisi cum laude, qui vestris sedibus
inimicabãtur & regnis: sic ergo & matrimonia dum copulantur, boni operis honestate ornantur, si
sanctè, & iustè, & integrè, & inreprehensibiliter copulentur. Nam si hodiè desponsatam regis vsur-
pare audeat, non solum offensam, sed etiam crimen tam grande incurrisse dignoscitur, vt meritò vi-

Dissuadet coniugium.

B uens tradatur flammarum incendiis: non ideo quidem, quia duxerit vxorem, sed quia sponsam re-
gis sui accepisset. Ita etiam tu ô fili charissime rex Hyrtace, sciens Ephigeniam filiam regis decessoris
tui, sponsam regis cœlestis esse effectam & sacro velamine consecratam, quomodo quæso poteris

Hyrta. furor in b. Matth.

sponsam potentioris te tollere, & tuo eam matrimonio copulare? Ad hũc sermonem Hyrtacus rex,
qui per singulas dictiones Apostoli laudator extiterat, ira accensus abscessit. Apostolus verò intre-
pidus & constans, eo magis etiam alacrior, reliquum sermonem prosecutus est, dicens: Audite me
qui timetis Deum. Rex terrenus pauci temporis dominationem habere cognoscitur, Rex autem
cœlestis æternum imperium tenet. Et sicut inenarrabilia gaudia habere facit eos, qui fidem suam
ipsi custodiunt: ita inenarrabilibus tormẽtis illigat eos, qui à fide eius & sanctitate discedũt. Quod si
timenda est ira regis offensi, multò quidem magis cœlestis regis offensa metuẽda erit. Nam ira ho-
minis, siue suppliciis, siue ignibus, siue ferro coerceat, in tempora temporum desinit: ira autem Dei

Verbi Christi virtus. Luc. 12.

æternas gehennæ, peccantibus flammas accendit. Vnde Dominus & magister Iesus Christus, præ-
scius futurorum dixit: Apud reges stabitis, qui cum flagellauerint aut occiderint vos, posthæc non
C habẽt quid facere. Et ideò dico vobis, non timueritis eos: illum autem timete, qui postquam occi-
derit, potestatem habet perdere, & in gehennam mittere. Dico vobis, hũc timete. Tunc Ephigenia
prostrauit se corã omni populo ad pedes Apostoli, & dixit: Obsecro te per ipsum, cuius apostolus es,
vt imponas super me & super has virgines, manus, vt per verbum tuum sint Domino consecratæ, vt
possimus euadere minas illius, qui adhuc viuẽte patre meo & matre, multa minabatur, & multis mi-
nis terrebat nos, multísque muneribus inuitabat. Si hoc viuentibus illis audebat, quid modò factu-

Ephigenia virgo consecratur & velatur

rum putas, vbi regnum iam in manibus habet? Tum Apostolus, confidentiam habens in Dominum
suum, & nihil penitùs Hyrtacum metuebat: & imponens velamen super caput eius, & supra capita
omnium virginum quæ cum ea erant, hanc benedictionem dixit: Deus plasmator corporum, af-
flator animarum, qui nunquam spernis ætatem, non sexum reprobas, non vllam conditionem gra-
tia tua ducis indignam, sed omnium ęqualis creator es & redemptor: tu has famulas tuas, quas ex o-
mni numero gregis bonus pastor eligere, atque ad conseruandam coronam perpetuæ virginitatis,
castimoniam conseruare animæ dignatus es, tuæ protectionis scuto circũtege: vt quas ad omne o-
D pus virtutis & gloriæ, magistrante sapientia præparasti, & vincentes carnis illicebras, & licita cõnu-

Arma Christianorum.

bia recusantes, insolubilem filij tui Domini nostri Iesu Christi copulam mereãtur. His petimus Do-
mine, arma suggeras, non carnalia, sed spiritus virtute potentia, vt te muniente earum sensus & mẽ-
bra, in earum corpore non possit dominari peccatum: atque sub tua gratia viuere cupientibus, nihil
sibi defensor malorum, & inimicus bonorum, de his vasis iam tuo nomini consecratis præualeat
vindicare. Omnem etiam genuinum calorem imber gratiæ tuę cœlestis extinguat, lumen verò per-

Benedictio pro conseruanda virginitate.

petuæ castitatis accendat. Facies scandalis pudica non pateat, nec incautis occasionem præbeat ne-
gligentia delinquẽdi: sitque in eis cauta virginitas, & ornata pariter, & armata, fide integra, spe cer-
ta, & charitate sincera: vt præparatis animis ad continẽtiam virtus tanta præstetur, quæ superet dia-
boli vniuersa figmenta: atque contemnendo præsentia, futura sectentur, ieiunia epulis carnalibus
præferant, & lectiones sacras conuiuiis & potationibus anteponant. Vt orationibus pastæ, & erudi-
tionibus expletæ, illuminatæ vigiliis, opus gratiæ virginalis exerceant. His virtutum armis has tuas
E famulas interius exteriúsque communiens, præsta in offensum cursum virginitatis, vt hũc implere,
per ipsum Dominum nostrum Iesum Christũ, redemptorem animarũ nostrarum, valeant: cum quo

Missæ nomen quam antiquum docet Greg. 2. dial. c. 23. & 3. cap. 3. vide Pieg.

est Deo patri honor & gloria, in Spiritu sancto, & nũc & semper, & per immortalia sæcula sæculorũ.
Cúmq; respondissent, Amen, & mysteria domini celebrata, & Missam suscepisset omnis ecclesia, re-
tinuit se, vt iuxta altare, vbi corpus ab eo fuerat Christi confectum, illic martyrium apostolicũ exul-
taret. Itaque non multò pòst, expãsis manibus orantem, spiculator missus ab Hyrtaco, à tergo pun-
ctim vnius gladij ictu feriens apostolũ, martyrem Christi effecit. Quo audito, omnis populus ad pa-
latiũ cum igne pergebat. Cui furenti populo occurrerũt omnes presbyteri, & omnes diaconi ac cle-
rici, simul cũ discipulis sancti apostoli: Nolite fratres (dicebãt) contra præceptũ domini agere. Nam

B. Matthiæ martyrium. Matth. 26.

& Petrus apostolus, arrepto gladio, amputauerat Malchi auriculã, qui dominũ tenebat cũ turbis. Et
ne videretur Iesus vicẽ repẽdere læsionis, iussit ipsam scilicet auriculam amputatam loco suo repo-

ni. Quæ appoſita ab apoſtolo, ſolidata mox eſt. Et dixit Petro tum Dominus: Nunquid, ſi vellẽ, non F
mihi exhiberet pater meus pluſquam XII. mille legiones angelorũ? Celebremus ergo omnes cum
Ephigeia ſua clero largitur. gaudio martyrium Apoſtoli, & quod Deus ordinare voluerit, expectemus. Interea Ephigenia, ſacra-
tiſſima virgo Chriſti, quidquid in auro & argento ac gemmis habere potuerat, hoc totum ſacerdo-
tibus contulit, & omni clero, dicens: Poſtquam dignam Apoſtolo Chriſti fabricaueritis eccleſiam,
quidquid ſuperfuerit, pauperibus erogabitis: me autem oportet certamen habere cum Hyrtaco. Fa-
ctum eſt autem poſthæc ſecundum verbum Ephigeniæ, vt omniũ nobilium vxores miſerit rex Hyr-
tacus ad eam, ſperans, quòd aliqua ratione poſſet ad eius conſenſum peruenire. Quod cum penitus
non poſſet, conuocauit magos, vt dæmonũ illam miniſterio raperẽt. Qui cum & ipſi nulla hoc poſ-
ſent conſequi ratione, fecit circundari ignem prętorio, in quo cum virginibus Chriſti commanens,
Angelus cõfortat Ephigeniam. Domino ſuo die noctúque famulabatur. Sed cum per circuitũ ignis arderet, apparuit Angelus Domi-
ni; cum Matthæo Apoſtolo, & dixit: Ephigenia firma eſto, & noli expaueſcere hosignes: ad illum,
enim à quo tibi ſunt ſuppoſiti, reuertentur. Igitur cum per gyrum prætorij ſanctæ Ephigeniæ flam-
Vltio diuina. mæ perſtreperent, excitauit Deus ventum validiſſimum, & mutauit omne illud incendium à domo G
virginis ſuæ, & ita conſumpſit palatiũ Hyrtaci, vt non inde potuerit aliquid ex facultatibus liberari.
Ipſe autem Hyrtacus cum ſuo filio vnico vix euaſit: ſed melius fuerat, incendio interiiſſe. Cæte-
rum filium eius vehementiſſimus mox demon impleuit, qui illum curſu rapidiſſimo ad Apoſto-
li Matthæi ſepulchrum adducens, à tergo manibus ab ipſo diabolo colligatis, confiteri eum
Prodigioſa mors Regis. paterna crimina compellebat. Ipſum autem Hyrtacum elephantię vulnera, à capite vſque ad vl-
tima pedum veſtigia ligauerunt. Quod cum medici curare non poſſent, ipſe in ſe gladium ponens,
illi incubuit, digno ſupplicio: vt qui à tergo Apoſtolum Domini percuſſerat, ipſe à recto ſeipſum ſto-
Beor Ephigeniæ germanus ſuccedit in Regnum. macho perforaret. Quo facto, omnis populus inſultans morti eius, apprehẽderunt cũ omni exerci-
tu fratrem Ephigeniæ, nomine Beor, qui per Ephigeniam germanam ſuam, de manu Matthæi fue-
rat gratiã Domini conſecutus. Is itaque anno ætatis ſuæ xxv. regnare in Æthiopia cœpit, & regna-
uit per annos lxiij. Facti ſunt autem omnes dies annorũ vitæ eius, octoginta octo. Et ſe viuente, con-
ſtituit vnum ex filiis ſuis ducem omnis exercitus, alterũ verò regem: & vidit filios filiorum ſuorum, H
vſque in quartam generationem: & habuit pacem firmiſſimã cum Romanis & Perſis. Omnes quoq;
prouinciæ Æthiopum eccleſiis repletæ ſunt Catholicis, vſque in hodiernũ diem, per Ephigeniam.
Et ſiunt ibi mirabilia magna, ad confeſſionem beati Apoſtoli: qui primus Hebręo ſermone conſcri-
Hoc teſtatur Hier. præfat. in Euang. & in Catal. & prœmio comm. in Matth. pſit Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat, &c.

LIBER OCTAVVS APOSTOLICI CERTAMINIS, DE REBVS BEATI BARTHOLOMÆI APOSTOLI PER INDIAM GESTIS.

Triplex India. *Euſeb. 1. cap. lib. 3.* INdię tres eſſe ab hiſtoriographis partes aſſerũtur. Prima eſt India, quæ ad Æthio- I
piam vergit: ſecũda quæ ad Medos: tertia, quæ finem facit. Nam ex vno latere te-
nebrarum regionem gerit, ex alio latere mare Oceanum. In Indiam ergo veniens
Bartholomæus Apoſtolus, ingreſſus eſt tẽplum Indiæ, in quo erat idolum Aſta-
roth, & quaſi peregrinus, ibidẽ manere cœpit. In hoc idolo dæmon talis erat, qui
diceret ſe curare languentes, & cæcos quos ipſe lædebat, illuminare, Erant enim
Gens Idololatriæ dedita. ſine Deo vero homines illi, & neceſſe erat vt à Deo falſo ludificarentur. Deus au-
tem falſus hac arte illudit eos, qui verum Deum non habent. Facit eis dolores, infirmitates, damna,
pericula: & dat reſponſa, vt ſacrificent ſibi: & cum immiſſa remouet, tãquam ab eo ſanentur, omnes
exiſtimant. Hoc quippè videtur ſtultis, quòd ſanet. Ille autem non ſanando ſubuenit, hoc eſt à læ-
ſione ceſſando. Ita cum deſinit lædere, curaſſe putatur. Vnde factũ eſt, vt ſancto Bartholomęo iſthic
Ledit dæmon cum ſanaſſe putatur. Tertull. Apol. cap. 22. manente, nulla poſſet reſponſa Aſtaroth dare, neque vllis ex his quos læſerat ſubuenire. Cúmq; iam
plenum eſſet languentibus templum, & quotidiè ſacrificantibus nullum daret Aſtaroth reſponſum,
hi qui ex longinquis regionibus adducti iacebant, cum neque ſacrificando, neque ſeipſos more ſuo K
laniando proficerent, perrexerũt in aliam ciuitatem, vbi aliud dæmoniũ colebatur, cui nomen erat
Interrogatio ſacerdotum Beireth. Et illic ſacrificãtes, cœperũt inquirere, quare deus eorũ Aſtaroth amplius nõ daret reſpõſa.
Quibus reſpõdens Beireth, dixit: Quia deus veſter ſic captiuus & religatus tenetur, vt neque ſuſpi-
rare, neque loqui audeat, ex illa hora qua illic Bartholomæus ingreſſus eſt. Et dicunt illi: Et quis eſt
iſte Bartholomæus? Reſpondit dæmon: Amicus Dei eſt omnipotentis, & ideo huc venit in iſtã prou-
inciam, vt numina quæ colunt Indi euacuet. Tum illi: Dic nobis ſigna eius, vt poſſimus inuenire
Symmetria corporis B. Bartholomæi. eum: quia inter multa milia hominũ difficile eſt nobis cognoſcere illũ. Reſpondens autem dæmon,
dixit: capillo nigro capitis eſt, & criſpo. Caro illius candida, oculi grandes, nares æquales & directæ,
aures coopertæ crine capitis: barba prolixa, habens paucos canos: ſtatura æqualis, quæ nec breuis,
nec lõga poſſit aduerti. Veſtituscolore albo, clauato purpura. Induitur pallio albo; habẽte per ſingu-
los

A los angulos ſingulas gemmas purpureas. Viginti ſex anni ſunt, ex quo nunquam ſordidantur veſti-
mẽta eius. Similiter & ſandalia eius amentis latis per XXV. annos nunquam veteręſcunt. Centies
Veſtimentorũ duratio. flexis genibus per diẽ cẽties per noctẽ orat Deũ. Vox eius quaſi tuba vehemẽs eſt. Ambulant cũ eo
Orationis per ſeuerantia. angeli Dei, quinõ permittunteũ fatigari, n õ eſurire. Sẽper eodẽ vultu, eodẽ animo perſeuerat: omni
Quod viuit viuit deo B. Bartholom. hora hilaris & lætus permanet: omnia præuidet, omnia nouit omnẽ linguã omniũ gentiũ & loqui-
tur & intelligit, Ecce & hoc quod vos interrogatis, & quod ego do reſpõſum de eo, iã nouit. Angeli
Dei famulãtur illi, & ipſi nunciãt õnia. Et cũ cœperitis eũquerere, ſi vult oſtẽdet ſe vobis: ſi nõ vult
nõ poteritis eum videre. Rogo autem vos, ut dum eum inueneritis, rogetis eum, vt vel huc non ve-
niat: vel hoc faciant mihi angelj qui cum eo ſunt, quod fecerũt collegę meo Aſtaroth. Igitur reuer-
tentes illi, cœperunt circumire omnium peregrinorum hoſpitales, atque aſpicere vultus & habitũ
ſingulorum, & per duos dies non inuenerunt. Factum eſt autem, vt quidam plenus dæmonio cla-
maret, & diceret: Apoſtole Bartholomeæ, incẽdunt me orationes tuæ. Tum Apoſtolus: Obmutesce
Homo liberatur à dæmonio. (inquit) & exi ab eo. Et ſtatim liberatus eſt homo ille, qui per multos annos fuerat fatigatus dæmo-
B nio. Polymius autem rex prouinciæ illius, cum haberet filiam lunaticam, nunciatum eſt ei de caſu
dæmonioſi, & liberatione. & miſit qui rogarent eum, dicentes: Filia mea male vexatur, peto vt ſicut
liberaſti Pſeuſtium qui per multos annos paſſus eſt, ita & filiam meã ſanes. Et ſurgens apoſtolus, per-
rexit ad regem. Ingreſſusque ad filiam, vt vidit eam catenis ſtrictam propterea quòd omnes morſu
attrectabat, & quos poterat tenere ſcindebat & cædebat, adeò vt nullus auderet ad eã accedere,
primùm iuſſit eam ſolui. Et cum miniſtri manum immittere non auderent, dicit Apoſtolus: Iam ego
Polimij Regis filia curatur. teneo vinctum inimicum, qui in ipſa erat, & vos adhuc timetis eam? Ite & ſoluite eam, eleuate & re-
ficite, & craſtino mane adducite ad me. Euntes autem, fecerũt ſicut iuſſit apoſtolus, nec dæmõ dein-
ceps vexauit eam quidquam. Quod vbi intellexit Rex, onerauit camelos auro & argẽto, gemmis ac
veſtibus, & cœpit quærere apoſtolũ: ſed non inuenit eum amplius. Et reportata ſunt omnia iterum
ad palatium regis. Factum eſt autem, cum tranſiſſet nox, & aurora futuri diei inciperet, apparuit regi
Reſpuit mu-nera Apoſtolus. Apoſtolus, oſtio clauſo, in cubiculo ipſius, dicens: Vt quid me queſiſti tota die, cum auro & argẽto,
gemmis ac veſtibus? Iſta enim munera eis ſunt neceſſaria, qui terrena quærunt. Ego verò nihil ter-
C renum, nihil carnale deſidero. Vnde ſcire te volo, quia filius Dei dignatus eſt per vterum virginis
naſci cum homine, ita vt homo in virginis vulua conceptus, ſecum inter ipſa ſecreta virginis habe-
ret deum, qui fecit cœlum & terrã, mare & omnia quę in eis ſunt. Hic ſimul cũ homine natus, partu
virginis cœpit habere initium naſcendi cum homine, cuius initiũ ante ſæcula à Deo patre eſt. Sine
B. Maria prima virginitatem vouit. initio nunquam nũ fuit, & omnibus initium dedit ſiue viſibilibus, ſiue inuiſibilibus creaturis. Hæc
autem virgo cum execraretur omnẽ virum & ipſa ſeruandæ virginitatis votũ prima deo omnipotẽ-
ti vouit. Primã autẽ ideo dixi, quia ex quo homo factus eſt ab initio ſęculi, nulla hoc votũ deo obtu-
lit. Hæc ergo prima inter fœminas hoc inſtituit corde ſuo, vt diceret: Domine offero tibi virginita-
tẽ meam: cum hoc à nullo homine nec verbo didiciſſet, nec exemplo, ad imitationem videlicet in-
uitata, cõſtituiſſet, vt virgo pro amore dei ſpecialiter permaneret. Huic ſubito in ſuo cubiculo clau-
ſę, ſplendens ſicut ſol, Gabriel angelus apparuit. Quę cum terrore perculſa, hoc viſu expauiſſet, ait
Eſa. 7. Luc. 1. ad illam angelus: Noli timere Maria, quia concipies. At illa timore depoſito cõſtanter ait, Quomo-
D do fiet hoc, quia virum non cognoſco, Cui angelus reſpondit: Propter hoc Spiritus ſanctus ſuper-
ueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque quod ex te naſcetur ſanctum, filius dei vo-
cabitur. Hic ergo cum natus eſſet, paſſus eſt ſe tentari à diabolo, illo, qui primum hominem vicerat
Mat. 4. Gen. 3. Gen. 1. 2. & 3. Mat. 4. Luc. 4. Mar. 1. Deut. 8. ſuadendo, vt de arbore vetita à deo manducare pręſumeret. Ipſum ergo permiſit ad ſe accedere: vt
ſicut dixerat Adæ, id eſt primo homini, per mulierem, Manduca & manducauit: qua de cauſa de pa-
radiſo proiectus fuit, & in hunc mundum exulatus, vbi & genuit omne genus humanum. Ita & iſti
dixit: Dic lapidibus vt panes fiant, & manduca vt non eſurias. Cui reſpondit: Non in pane tantum
viuit homo, ſed in omni verbo Dei. Hic ergo diabolus, quia per manducantem hominem vicerat,
victoriam ſuam per ieiunantem & ſe continentem amiſit. Par enim fuit, vt qui filium virginis vice-
rat, à filio virginis vinceretur. Tum rex ei Palymius: Et quomodo (inquit) dixiſti primam hanc eſſe
virginem, ex qua natus eſt homo cũ Deo? Apoſtolus reſpõdit: Ago Deo gratias, quia ſolicitè audis.
Primus inquam homo Adã dictus eſt, qui de terra factus eſt. Terra autẽ illa de qua factus eſt, virgo
fuit: quia nec ſanguine humano polluta fuerat, nec ad ſepulturam alicuius mortui à quoquam erat
E aperta. Par ergo erat, vt dixi, vt qui filium virginis vicerat, à filio virginis vinceretur. Et ideò, ſicut
Chriſtus eſt Adã vterque ex virgine. qui victor extiterit tyranni mittit comites ſuos, vt in omnibus locis, vbi tyrannus poſſidet, titulos
regis ſui victoris triũphatorios imponant: ita hic homo Chriſtus Ieſus, qui vicit, miſit nos in omnes
prouincias, vt expellamus miniſtros diaboli, qui per templa inſtantius habitant: & homines qui eos
colunt, de poteſtate eius qui victus eſt, auferamus. Ideóque argentum & aurum non accipimus,
ſed contemnimus, ſicut ipſe contempſit. Ibi enim cupimus eſſe diuites, vbi ſolum eius regnat im-
perium: vbi nec languor, nec morbus, nec triſtitia, nec mors, locum aliquem habent. Sed vbi fœlicitas
perpetua & beatitudo perennis eſt, & gaudium ſine fine, & vbi denique delicię ſempiternæ ma-
nent. Inde eſt, quòd templum veſtrum ingreſſus, dæmonem qui de idolo dabat reſponſa, ab ange-
lis eius qui me miſit religatũ obtineo. Quocirca ſi baptizatus fueris & permiſeris te inluminari, fa-
ciam te videre & cognoſcere, quanto malo careas. Nam omnes illi qui iacent in templo ægrotan-

tes audi qua arte curet eos dæmon, fallaciis inludens: ſicut diabolus, qui primum hominem vicit, vt F
ſæpè iam dixi, quia per ipſam victoriam peſſimam poteſtatem habere videtur. Et in aliis quidē ma-
Ars ſeductoris diaboli. iorem, in his ſcilicet qui minus peccant. Ipſe quippe diabolus facit arte ſua homines ægrotare, &
ſuadet eos credere idolis. Et vt in animabus eorū poteſtatem obineat, ceſſat eos tūc lædere, cū di-
xerint lapidi, aut metallo: Tu es Deus meus. Sed quia dæmon, qui in ſtatua latebat, iam à me victus
tenetur ſacrificantibus nullum poteſt dare reſpōſum. Sed ſi vis probare ita eſſe, iubebo illi vt ingre-
diatur ſtatuam ſuam, & faciam eum confiteri hoc ipſum, quòd ſit religatus, & reſponſa amplius da-
re non poſſit. Dicit ei rex: Cras prima hora parati erunt Pontifices ſacrificare illi, & ego illis ibi mox
ſuperueniam, vt videam hoc factum mirabile. Factum eſt autem altera die, prima hora diei, ſacrifi-
cantibus cœpit clamare dæmon: Ceſſate miſeri ſacrificare mihi, ne peiorā patiamini, quam ego, qui
catenis igneis religatus ſum ab angelis Ieſu Chriſti, quem Iudæi crucifixerūt, putātes eum in morte
poſſe detineri. Ille autem ipſam mortem, quę regina noſtra eſt, captiuauit, & ipſum principē noſtrū,
maritum mortis, vinculis ignitis vinxit: & tertia die victor mortis & diaboli, reſurrexit, & dedit ſig-
num crucis ſuæ apoſtolis ſuis, quos miſit in vniuerſas orbis partes, ex quibus & hic vnus eſt qui me G
vinctum tenet. Peto autem vos, vt rogetis eum pro me, vt dimittat me ire ad alteram prouinciam.
Quæ vbi audiuiſſet Bartholomæus: Confitere (inquit) immundiſſime, iſtos omnes qui hic ægro-
Ægrotantiū author diabolus. tationes varias patiūtur, quis eſt qui eos læſit? Reſpondit dæmon: Princeps noſter diabolus ſic quo-
modo ligatus eſt, ipſe nos mittit ad homines vt lædamus, primò quidem carnem eorum: quoniam
animas hominum non poſſumus habere in poteſtate, niſi ſacrificauerint. At vbi pro ſalute corporis
ſui non ſacrificauerint, ceſſamus affligere illos ex eo, quia iam in animas eorum poteſtatem habere
incipimus. Iam ergo per hoc quod ab eorum læſione ceſſamus, videmur curare eos, & tanquam dij
colimur: cum pro certo ſimus dæmones, miniſtri eius quem in cruce poſitus Ieſus virginis filius re-
ligauit. Ab illa autem die qua apoſtolus eius huc venit Bartholomæus, ardentibus catenis ſtrictus
conſumor, & ideo loquor, quia hæc ille iuſſit, alioquin non auſus fuiſſem loqui eo præſente, atque
adeò ne ipſe princeps quidem noſter. Tū Apoſtolus cōuerſus ad dæmonē: Quare nō ſaluas, inquit,
hos omnes qui ad te conuenerūt? Reſpondit dæmō: Nos quādo corpora lædimus, niſi animā læſe-
Dæmon variè afficit animam. rimus, corpora ſine læſione perdurant. Tunc conuerſus Apoſtolus ad plebem: Ecce quem deū co- H
lebatis, ecce quem vos curare putabatis. Audite nūc ex me verū deum, creatorē veſtrum, qui in cœ-
lis habitat. Nō lapidibus vanis credatis. Sed ſi vultis vt orem pro vobis, & omnes hi ſanitatem reci-
piant, deponite idolū hoc, & confringite. Et cū hoc feceritis, tēplum hoc Chriſti nomini dedicabo,
& vos omnes in iſto templo Chriſti baptiſmate conſecrabo. Tūc iuſſu regis omnes populi miſerunt
Fugatur diabolus verbo. funes & trochleas, & ſimulachrū nō poterāt euertere. Apoſtolus autē dixit eis: Soluite vincula illius.
cumque exſoluiſſent omnia vincula, dixit ad dæmonem qui in eo erat: Si vis vt nō te faciā in abyſ-
ſum mitti, exi de iſto ſimulachro, & cōfringe illud, & vade in deſerta vbi nec auis volat, nec arator a-
rat, nec vnquā vox hominis reſonauit. At ille ſtatim ergediēs, cōminuit omnia genera idolorū. Nec
ſolum maius idolum, ſed vbicunque pro ornatu templi ſigilla erant poſita, minutauit, ita vt picturā
Sigilla ſunt hęreues imagunculæ: Turneb. omnem deleuiſſet. Tūc omnes vna voce clamare cœperunt: Vnus Deus omnipotens, quē prædicat
apoſtolus eius Bartholomæus. Quibus factis, expādens manus ſuas apoſtolus ad cælum, dixit: Deus
Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, qui ad redemptionem noſtram vnigenitum tuum filium, I
Deum noſtrum & dominum direxiſti, vt nos omnes qui eramus ſerui peccati, ſuo ſanguine redi-
meret, & tibi filios faceret. Qui verus deus ex hoc cognoſceris, quia ſemper idem es, & immutabilis
Via cognoſcendi Deum vnum. perſeueras: vnus Deus pater ingenitus, & vnus filius eius vnigenitus Dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus, & vnus ſpiritus ſanctus, inluminator & ductor noſtrarum animarum, qui dedit nobis poteſta-
tem, vt infirmos ſaluaremus, cæcos inluminaremus, leproſos mundaremus, paralyticos abſolue-
remus, dæmones fugaremus, & ſuſcitaremus mortuos. Et dixit nobis: Amen dico vobis, quæcun-
que in nomine meo petieritis à patre meo, dabit vobis. Peto ergo in eius nomine, vt omnis hæc
multitudo ſaluetur: vt cognoſcāt omnes, quia tu es Deus vnus in cœlo, & in terra & mari ſalutē re-
cuperas per ipſum Dominū noſtrū Ieſum Chriſtū: per quē eſt tibi Domino patri honor & gloria, cū
Spiritu ſancto, per immortalia ſæcula ſæculorum. Cūque omnes reſpōdiſſent, Amen: apparuit ange-
Templi dedicatio mirabilis. lus Domini ſplendidus ſicuti ſol, habens alas, & per quatuor angulos templi circumuolās, digito ſuo
in quadratis ſaxis ſculpſit ſignum crucis, & dixit: Hæc dicit Dominus, qui miſit me: Sicut omnes
vos ab infirmitate veſtra mundamini, ita mundaui templum hoc ab omni ſorde, & habitatore K
eius, quem iuſſit apoſtolus dei ire in locum deſertum ab hominibus. Prætera me iuſſit dominus,
quem videntes nolite expaueſcere, vt prius oſtendam vobis, vt quale ſignum ego ſculpſi in his ſaxis
tale vos digito veſtro facite in frontibus veſtris, & omnia mala fugient à vobis. His factis, oſtendit
eis angelus Domini ingentem Ægyptium, nigriorem fuligine, faciem acutam habentem cum bar-
ba prolixa, & crines vſque ad pedes, oculos igneos ſicuti ferrum ignitum, ſcintillas emicantes
Eiicitur dæmon ab angelis Dei. ex ore eius, & ex naribus egrediebatur flamma ſulpherea. Habebat & alas ſpineas ſicuti hiſtrix,
eratque vinctus à tergo manibus, ignois cathenis ſtrictus. Et dixit ei angelus Domini: Quo-
niam audiui vocem Apoſtoli, & omnia pollutionum genera de iſto templo mundaſti, ſecun-
dum promiſſum Apoſtoli ſoluam te vt vadas vbi nulla conuerſatio hominum eſt, vel eſſe
poteſt, & ibi ſis vſque ad diem iudicij Et cum exſoluiſſet eum, vlulatum teterrimum diræ vo-
cis emittens,

A cis emittens, euolauit, & nuſquam comparuit. Euolauit & angelus Domini videntibus cunctis, ad
cælum. Tunc rex vna cum vxore ſua, & duobus filiis, & cum omni exercitu ſuo, & cum omni popu-
Baptizatus populus lo qui ſaluatus erat, & vicinarum vrbium quæ ad eius regnum pertinebant incolis credens baptiza-
tus eſt, & depoſito diademate capitis, & purpura, cepit Apoſtolum non deſerere. Interea colligentes
ſe vniuerſorum templorum Pontifices, abierunt ad Aſtyagem regem, fratrem eius maiorem, & di-
Aſtiages frater Regis. xerunt: Frater tuus diſcipulus factus eſt magi hominis, qui templa noſtra ſibi vendicat, & deos no-
ſtros confringit. Cumque hæc flētes referrent, rex Aſtyages indignatus, miſit mille viros armatos
cū Pontificibus, vt vbi inuentus eſſet Apoſtolus vinctum illum perducerent ad eum. Quod cū feciſ-
Durè Aſtyages contra Apoſtolum loquitur. ſent, dixit ad eum Aſtyages: Tūne es qui euertiſti fratrem meū? Cui Apoſtolus, Ego non euerti eum
(inquit) ſed conuerti. Dixit iterum rex: Tu es qui deos noſtros feciſti comminui? Reſpondit Apoſto-
lus: Ego dedi poteſtatem dæmonibus, qui in eis erant vt ipſi cōquaſſarent idola vana, in quibus de-
gebant, vt omnes homines relicto errore crederent omnipotenti Deo, qui in cœlis habitat. Dicit ei
rex: Sicut tu feciſti fratrē meum vt relinqueret Deum ſuum, & Deum tuum crederet: ita faciā te re-
B linquere Deum tuum, & Deo meo credere, & ipſi ſacrificare. Dicit ei Apoſtolus: Ego Deum quem
colebat frater tuus, religatum & vinctum oſtendi, & ipſum feci vt frangeret ſimulachrum ſuum. Si
potueris hoc facere Deo meo, tunc me ad ſacrificandum impelles. Si autem tu nihil Deo meo face-
re potes, ego omnes Deos tuos comminuam, & tu credes Deo meo. Hæc cum diceret, nunciatum
eſt regi, quod Deus eius Vualdath cedidiſſet, & minutim diſſiluiſſet. Qua re indignatus rex, ſcidit
purpuream veſtem, qua indutus erat, & fecit exindè fuſtibus cedi beatum Bartholomæum. Cæſum
autem iuſſit decollari. Interea qui hæc audierant, venerunt duodecim ciuitatum populi, qui per illū
crediderant vna cum rege Polymio, & abſtulerunt cum hymnis, & cum omni gloria corpus eius. Fa
Martyrium Barth. Apoſtoli. ctum eſt autem triceſimo die depoſitionis eius, arreptus dæmonio rex Aſty ages, venit ad templum
eius, & omnes Pontifices pleni dæmonibus paſſi ſunt, & confitentes Apoſtolatum eius, ibidē mor-
tui ſunt, & factus eſt timor & tremor ſuper omnes incredulos. Et crediderunt vniuerſi, atque bap-
tizati ſunt à presbyteris, quos ordinauerat Apoſtolus Bartholomæus. Factum eſt denique per reue-
lationem, vniuerſo populo acclamante, vt ab Apoſtolo ordinaretur Epiſcopus ipſe rex Polymius,
C qui cœpit ab eo tempore in nomine Apoſtoli ſigna multa facere, fuitque in Epiſcopatu annis vi-
Polymius rex, Epiſcopus ordinatur. ginti: & demum perfectis omnibus, ac benè compoſitis ac ſtabilitis, migrauit ad Dominum, cui ho-
nor & gloria ſit in ſæcula ſæculorum, Amen,

LIBER NONVS APOSTOLICI CERTAMINIS, DE REBVS BEATI THOMÆ APOSTOLI PER INDIAM GESTIS.

Mar. 3. Luc. 5. & 6. Cur dictus eſt Didymus Ioā. 11. et 20. Nicep. lib. 1. cap. 34.

D BEATVM Thomam cum reliquis diſcipulis, ad officium Apoſtolatus electum, ipſumque à domino Didymum, quod interpretatur gemitus, vocatum, fides Euangelica narrat. Qui licet reſurgente Domino, diffidere ſit viſus, eo quod cum condiſcipulis ſuis, qui Chriſtum ſe vidiſſe affirmabant, eis ſe habiturum antè fidē negarit, quàm manus ſuas in vulnera & plagarum veſtigia impoſuiſſet: tamen re-
Thaddei ad Abgarū regem legatio Vide Euſeb. libro. 1. hiſt. cap. 14. & 15 Sabel. anno mundi. 4162 Niceph. 7. c. lib. 2 Damaſ. lib. de fid. Nicep. c. 40. lib. 2. pl. Ionæ. 3. prehenſus mox à magiſtro, qui apparuerat illi & confirmatus in fide, acceptoque Spiritus ſancti dono, Thaddæum, vnum ex ſeptuaginta diſcipulis, ad Abgarum regem Edeſſenæ ciuitatis tranſmiſit, vt eum ab infirmitate curaret iuxta verbū quod ei à Domino ſcriptum erat. Quod Thaddæus ambienter impleuit, ita vt veniens, impoſito regi crucis ſignaculo ab omni eū lāguore curaret. Dū hæc fierēt, Thomas interea morabatur in Hieruſalē: vbi diuinacō-
christus admonitione monitione iuſſus eſt Indiā ingredi, vt ſcilicet populo qui iacebat in tenebris, lumē oſtenderet veritatis. Porrò legiſſe me memini quendā librū, in quo iter eius in Indiā, & res ibi geſtæ explanantur: qui
Indus. quod ab aliquibus ob verboſitatē nō recipitur, ſuperuacaneis omiſſis, ea memorabo quę fide certa
E cōſtant, ac legētibus grata ſint, & eccleſiā roborare poſſunt. Igitur cū ſæpè à Domino cōmoneretur,
Apparitio Domini. vt diximus, beatus Thomas vt partes citerioris Indiæ ingrederetur: & ille quaſi Ionas à facie Domi-
ni fugiēs ire differret, nec impleret quę ſibi diuinitus præcipiebātur, apparuit ei domin⁹ in viſu noctis
dicens: Ne timeas Thoma deſcendere in Indiam: Ego enim vado tecum, & nō derelinquam te, ſed
glorificabo te iſthic, implebiſque certamen bonū, cōfeſſus me corā hominibus terræ illius: & exin-
dè aſſumam te cum gloria, & ſtatuam te cū fratribus tuis in regno meo. Nā ſcito, quia oportet te ibi
multa pati proter me, vt cognoſcant omnes te docēte, quia ego ſum dominus. Hæc cū audiſſet bea-
Abban. tus Apoſtolus, dixit: Quæſo Domine, ne dirigas illuc ſeruū tuum. Regio enim illa lōginqua & grauis
eſt, & incolæ ſunt loci illius iniqui, & ignorantes veritatē. Accidit autē, vt is diebus, Hieroſolymis eſ
ſet negotiator quidā indus, Abbā nomine, vt per Syriā peritū quēdam in architectura cōpararet, à
Gūdafero rege miſſus. Huic per diē Dominus in ſpecie humana apparens, ait: quid hic tu ô homo, de

tanto terræ ſpatio aduenisti? Et ille: A domino (inquit) meo, rege Indiæ, miſſus ſum, requirens artificem ſtructorem, qui ei palatia poſſit edificare. Cui dominus ait: Eſt mihi ſeruus talis, quẽ ſi volueris, comparabis. Et ſtatim adduxit negociatorem ad hoſpitium Thomæ, & oſtendens eum inquit: Hic eſt ſeruus meus artifex, de quo locutus ſum. Nunc autem de prætio cum eo conuenite. Quod cum acceperit, duc eum quò volueris. Quod cum negotiator feciſſet, apprehenſum ſanctum Thomam deduxit ad nauem ſuam. Et aſcendentes, menſe tertio in Indiam citeriorem euecti ſunt: obſtupuitque negotiator cauſam velocitatis, eo quòd iter illud, quod alias trium annorum ſpatio vix expediebatur, nunc in tribus menſibus eſſet impletum. Exeuntes autem de naui, ingreſſi ſunt primã Indiæ ciuitatem, & audiebant ſonos muſicos, & vrbem totam letitia magna plaudere. interrogantéſque vnum de populo, quid hoc eſſet: dictum eſt illis: Rex (inquit) noſter vnicam filiam hodiè copulat matrimonio, ideo gaudiũ eſt huic ciuitati: & te, vt credo, dij exhibuere, vt his epulis intereſſes. Hæc illis colloquentibus ſubitò totam ciuitatem vox præconia replet, dicens: Audite habitatores omnes, diuites, mediocréſque, peregrini & pauperes: accedite ad palatium regis, & epulemini, gaudete & eſtote iucũdi. Si quis verò ab hac ſe communi letitia ſubtraxerit, reum ſe nouerit Maieſtatis. Hæc cum audiuiſſet negociator, ait Thomæ Apoſtolo: Eamus & nos, ne culpabiles inueniamur coram rege. Tunc ingreſſi palatium, iuſſi ſunt diſcumbere thoro. Thomas autem Apoſtolus diſcubuit in medio, intendentibus omnibus in eum, & ſcientibus quod peregrinus eſſet. Aderat verò his nuptiis & puella ex Hebræis, concinens calamos: quæ cum audiſſet beatum Thomam, orantem & benedicentem Deum, intellexit de ſua eſſe regione, & intendebat in eum iugiter, nec deſiſtebat ab admiratione vultus eius. Sed & ille intelligens Hebræam eſſe libentiſſimè aſpiciebat eam. Hæc videns pincerna conuiuij, zelo ductus, dedit alapam Apoſtolo, dicens: Vt quid tu ſic intendis in mulierem? At ille eleuatis in cœlum manibus, ait: Indulgeat tibi dominus in futuro iudicio, fili. In hoc verò ſæculo, protinus repreſentet dexteræ illi, quæ me verberauit iniuſtè. Erat autem iam imminens nox, epulãtibuſque illis ſubitò defecit aqua miniſteriis nuptialibus. Quare euntibus multis ad hauriendum, & tardantibus, ipſe quoque pincerna cucurrit. Et accedente eo ad fontem, adfuit leo magnus qui adprehenſum puerum confregit, & in fruſta diſcerpſit. Cuius dexteram adprehenſam, canis qui aderat, detulit ad domum, & portabat per conuiuia epulantium. Requirẽtibus autem illis, quis deeſſet ex famulis: cognoſcunt pincernam interemptum eſſe ad fontem, atque eius dextram, cum leo reliquum corpus deuoraſſet, à cane fuiſſe correptam, conuiuioque delatam. Hæc audiens puella Hebræa, confractis calamis procidit ad pedes Apoſtoli clamans voce magna, & dicẽs: Verè hic eſt ſeruus Dei viui, quia omnia quæ locutus eſt, velociter ſunt impleta. Cum verò & hæc audiſſet Rex, proſtratus eſt & ipſe ante pedes eius, dicens, Rogo vir Dei, vt depreceris Deum tuum pro vnica filia mea, quam hodiè viro tradidi, ac peto vt eas illuc, atque benedicas puerum ſcilicet & puellam. Illo verò recuſante, rex vi compulit Apoſtolum, ad thalamum vſque procedere. Tunc beatus Apoſtolus, expanſis manibus orauit ſuper eos, dicens, Deprecor domine, vt effundas benedictionem tuam ſuper hos adoleſcentes, & inſpirare digneris cordi eorum, quæ eos agere oporteat. Atque ita conſummata oratione egreſſus eſt oſtium, omnibuſque foras egredientibus, puer reuertebatur ad thalamum. Et ecce apparuit ei dominus in ſimilitudine Thomæ Apoſtoli, ſedẽs ſuper lectum eius. Puer verò timens, ait ad eum: Nonne tu modo egreſſus es? Et quomodo huc iterum es ingreſſus? Cui ille: Non ſum (inquit) ego Thomas, ſed frater eius: Ipſe enim vos mihi commendauit, vt cuſtodiam vos ab omni malo. Et ideo audite conſilium meum. Relinquite omnem ſolicitudinẽ ſæculi, & credite in deum viuum, quem prædicat frater meus Thomas. Eſtote caſtè viuentes, & proiicite à vobis omnem curam huius vitæ mortalis, vt effecti per ſanctitatẽ mentis & corporis templum Dei, illam vitam perpetuam, quæ nullo fine clauditur, adquiratis. Et hæc dicens, ac benedicẽs eis, receſſit à cubiculo. Mane autem facto, veniens rex viſitare eos, inuenit puerum ſedentem, & puellam iuxta eum, nihil habentem verecundiæ, vt ordo exigit nuptialis. & ait ad eos rex: Quæ vos cauſa ita ſedere facit? Cui puer: Gratias agimus domino noſtro Ieſu Chriſto, qui nos ad ſuam noticiam vocare dignatus eſt, vt relictis tenebris, ſequamur lumen veritatis eius. Sed & puellæ ait rex: Cur tu nihil verecundiæ ferens ob honorẽ nuptiarum, impudẽter oculos erigis? Et illa: Hæ (inquit) nuptiæ tranſitoriæ ſunt: at ego deſponſata ſum à rege cælorum, cuius thalamus immẽſis monilibus ſplendet, cuius nuptiæ caſtæ ſunt, ad cuius menſam epulæ non deficiunt, in cuius domo lætitia perennis, iucunditas ſempiterna, & gaudia perpetua perſeuerãt: cuius vultus eſt omnibus in eum credentibus deſiderabilis, de cuius veſtimentis diuerſorum aromatum ſuauitates efflagrant, in cuius hortis lilia perenniter nitent, roſæ rubent, violæ & croci perpetua florum viriditate rubeſcunt. Hæc illa dicente, rex ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Perquirite magum illum, quem ego ſponte introduxi in domum meam, vt amitterem filios meos, Ecce enim maleficati ab eo, Chriſtianos ſe nunc dicũt. Igitur indignatus miſit miniſtros qui requirerent Apoſtolum. Sed non inuenerunt eum. iam enim cum negotiatore ad vlteriores Indiæ partes proceſſerat. Adoleſcentes autem predicabant ab eo tempore verbum domini iugiter, ita vt omnis populus per eos conuerteretur ad dominum. Sed & ipſe rex, qui erat pater puellæ, cõpunctus corde, credidit in dominum Ieſum Chriſtũ. Et audiens beatum Apoſtolum in vlteriori India commorari, abiit cum omnibus qui crediderant, & peruenit ad eum, procidénſque ad pedes eius, rogauit vt eos omnes baptiſmatis gratia conſecraret. Hæc audiens

Ducitur. B. Thomas ad Indos architecti nomine.

Filia Regis nuptui traditur.

Amor patriæ animarum vinculum. Caditur Apoſtolus.

Vltio Diuina.

Reuelatione Hebræa cognoſcitur Apoſtolus. Regis ſubita mutatio & oratio ad Apoſtol.

A coniugio ad Caſtitatis perpetuæ ſtatum vocãtur.

Indiæ Regis populique ad Chriſtum cõuerſio.

A audiens Apoſtolus, gauiſus eſt, & gratias egit Domino: tranſactoque ſeptẽ dierũ ieiunio, baptizauit eos in nomine Trinitatis. Ipſe quoque rex rogauit ſibi caput tõdi, & diaconus ordinatus eſt; & adhęrebat inceſſanter Apoſtolicæ doctrinæ. Interea dum hæc fiunt, negotiator acceſſit ad regẽ, & nunciauit ei, inueniſſe ſe virum, qualem ei preceperat. Quem rex, repletus gaudio, iuſſit adduci in conſpectum ſuum, & ait: Quod eſt opus tuum, vel quod artificium noſti? Seruus ſum (ait Apoſtolus) artificis architecti. In lignis autem & cæmento valdè cognitus ſum, & in omnibus quæ iuſtè præcipiũtur. Tum rex: Talem dudum requirebam, qui hæc artificia noſſet. Et egreſſus è ciuitate, oſtendit ei locum, & ait: Si verus es artifex, in huius loci planicie palatium mihi conſtrues. Quod vbi feceris probabo quòd in cæteris operibus ſis perfectus. Cui ait Apoſtolus: Opportunus eſt locus, in quo palatium ædificetur, quod in perpetuum rex debeat inhabitare: quia planitie extenſus, tum aqua iucundus, & aëre ſalubris habetur, tum data menſura ædificij, relictoque multo pondere auri, profectus eſt rex in aliam ciuitatem, deprecans Apoſtolum, vt velociter edificaret domum illam. Beatus verò Thomas accepta pecunia, peragrabat in circuitu ciuitates obambulãs, & euangelizans
B verbum Dei, aurum regium indigentibus diſtribuebat, ſanabatque omnes infirmitates populi per regionem illam. Paulò pòſt cum aliquot dies tranſiſſent, miſit pueros ad Apoſtolum, qui opus ædificij contemplarentur, & ſi quo adhuc indigeret. Qui cum ad Apoſtolum veniſſent, & quæ iuſſi fuerant à rege expediuiſſent, reſpõdit Apoſtolus: Palatium quod fieri rex præcepit, iam ædificatum eſt, ad cuius tectum aliqua adhuc neceſſaria ſunt, quæ rex tranſmittat. Hæc vt ab Apoſtolo audiuerant, nunciauerunt pueri regi, & miſit rex iterato pecuniam Thomæ, deprecans, vt velociter ædificium cooperiretur. Denique poſt multum temporis, exiſtimans rex opus completum eſſe, venit ad ciuitatem illam: & interrogans amicos ſuos cupiebat videre palatium, quod Thomas ædificauerat. At illi dixerunt, nihil ædificij noui in hac vrbe operatus eſt; ſed vadit per populos, erogans aurum tuum, nouumque Deum patriæ, qui nunquam auditus eſt, prædicat, & poſt hanc vitam neſcio quam æternam promittit, aſſerens homines in perpetuo viuere, qui crediderint in nomine dei ſui: dæmonia eiicit, ſanat infirmos, mortuos ſuſcitat, & nihil mercedis accipit. Vnde manifeſtum eſt, magum illum eſſe, & ſeductiones vaniſſimas exercere. Quæ cum audiſſet rex, indignatus iuſſit eum
C adduci, & ait: Oſtende ædificium quod operãtus es, alioquin morieris. At ille: Ædificium (inquit) quod præcepiſti fieri rex, iam expletum eſt. Sed nunc non videbis illud: videbis autem in ſeculo futuro, & habitabis in eo fœliciter. Tum rex furore ſuccenſus: Ad inludendum (inquit) nobis, vt audio, huc veniſti, & ſtatim iuſſit eum mitti in carcerem, cum Abbam negotiatore. Audiens autẽ hæc frater regis, quòd ſcilicet vaſtata fuiſſet pecunia publica, & nihil appareret ex ea, indignatus, & dãno condolens fraterno febre accenſus, conuertit caput in lectulũ, & vocans regem, ait: Ecce dies obitus mei aduenerunt, & nunc commendans domum meam tibi, nouueris me ſpiritum exhalare. Sed rogo, vt magum illum, cuius nequitia hæc patior, protinus iubeas decollari, & hæc dicens, obmutuit. Et iacebat clauſis oculis, neque cibum capiens, neque vllum proferẽs verbum. Tertia vero die apertis oculis, vocauit iterum fratrem ſuum, dicens: Spei meæ certa eſt confidentia vt ſi quid à te petiero, preſtare non abnuas. Nunc autem rogo vt transferas in ditionem meam palatium, quod tibi homo peregrinus ædificauit. Illo autem admirante, eo quòd palatium Thomas nullum ædificaſſet, cœpit ei exponere, & dicebat ductum ſe fuiſſe à duobus viris, & oſtenſum palatium. Et adiiciebat, quæ amplitudo ei eſſet, quæ feneſtræ, qui ſplendor, quod tectũ, dicentibus ſibi viris à quibus
D ducebatur: Hæc eſt domus quam edificauit fratri tuo Thomas Apoſtolus Chriſti. His auditis, rex ait fratri ſuo: Si tibi hoc ædificium placet, da ei pecuniam, & ſimile conſtruat tibi. Ego autem non relinquam domum meam, quam multo labore quæſiui. Et curſu velociſſimo abiens ad carcerem, dimiſit Apoſtolum deprecans ex eo, vt indulgeret ei iniuriam quam fuerat paſſus: & flagitabat ſignaculum beatæ crucis accipere; & credere Deo illius. Beatus vero Apoſtolus indicens eis ieiunium per ſeptem dies; prædicauit verbum domini. Et die ſeptima baptizauit regem & fratrem eius, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Sed & populum multum poſt hos, & cum his baptizabat. Tũc quoque ipſe Rex cum fratre ſuo aſcendens de lauacro, vidit iuuenem in veſte alba, tenentem lampadem magnam; & dicentem: Pax vobis & ſtatim receſſit ab oculis eorum. Poſterius exeunte Apoſtolo de ciuitate, ecce occurrit ei mulier ſpiritum immundum habens. Et cum vidiſſet apoſtolum,
E conliſit eam ſpiritus in terram, & ait: Quid nobis & tibi apoſtole Dei ſummi? veniſti ante tempus, extrudere nos à ſedibus noſtris. Ad quem converſus mox beatus Thomas, ait: In nomine Chriſti Domini mei impero tibi, vt exeas ab ea, & nihil noceas corpori illius. Et ſtatim dæmonium cum egrederetur, dicebat: Ecce eiicis me hodie ab hac muliere, nobiliorem autem inuenturus ſum in quam ingrediar. Et confeſtim electo dæmone, mulier ſana facta procidit ad pedes apoſtoli, ſignũ ſalutis efflagitans. Ille autem abiit ad fontem qui erat proximus, & ſanctificauit illum, & baptizauit mulierem cum multis aliis. Deinde benedicto pane, communicabat eum omnibus, dicens: Gratia Domini vobiſcum. Accipientibus autem multis de hac gratia, venit quidam adoleſcens: Cumque extendiſſet manum, vt acciperet; & ipſe benedictionem, attracta eſt dextera eius, nec poterat eam amplius ad os adducere. Quod cum vidiſſet apoſtolus, ait: Ecce omnes qui accipiunt ab hoc pane, ſanitati redduntur. Dic tu ô iuuenis, quid ſceleris commiſiſti, vt hæc tibi eueniant? At ille tremens, ait: Nudiuſtertius cum prædicares, audiui te dicentem, quod omnes adulteri non haberent

Tonſura Diaconi.

Legationis Apoſtol. expoſitio.

In pauperes pecuniæ Regis diſtributæ ab Apoſtolo.

Palatium ſpirituale.

Fratris Regis ex damno publico egritudo.

Eripitur Apoſtolus à cuſtodia Carceris.

Rex baptizatur cum fratre & populo.

Dæmon à muliere deiicitur.

Benedicti panis virtus.

partem in regnō Dei tui. Cumque domum rediissem, vidi vxorem meam mœchari cū viro altero, & statim apprehensam fugillaui eam, quæ iacet iam domi mortua. Quæ vt audiuit Apostolus, iussit exhiberi sibi aquam in hydria, & abluens manus adolescentis sanauit eum, dicens: Ostende mihi vbi recumbit mortua vxor tua. Et videns eam Apostolus, prostratus in oratione, ait: Domine Iesu Christe, qui ore benigno polliceri dignatus es, vt omnia quæcunque peterem à te, benigna pietate largireris. Suscita ergo nunc hanc mortuam, vt ista viuente, multi credentes suscitentur ad vitam perpetuam. Et adprehensa manu mulieris, suscitauit eam. At ille videns Apostolum, procidit ad pedes eius, gratias Deo agēs. Quod videntes multi credere cœperūt, & baptizabātur ab Apostolo, offerentes ei munera quæ statim indigentibus erogabantur. Hac fama procedente per ciuitates, conueniebat populus in dies maior, exhibens infirmos, & ponēs per plateas, vnde sanctus erat trāsiturus Apostolus. Quos cum ille videbat cunctos in nomine Domini nostri IESV Christi, imponēs signum beatæ crucis, persanabat. Audiens autem hæc quidam princeps Mesdei regis, venit ad eum, dicens: In veritate comperi, te verum medicum esse: Qui cum languores omnium cures, nihil mercedis tamen accipis. Et nunc sunt mihi vxor & filia quæ cum de nuptiis venirent, à demonio correptæ, grauiter cruciantur. Rogo igitur vt accedas, & benedicas eis. Confido enim quod possis saluare illas, in nomine Dei tui. Tum beatus Apostolus condolens homini, ait: si credideris, sanabitur filia & coniunx tua. Cui ille: Si (inquit) non credidissem, non vtique venissem ad te. His auditis, vocauit Apostolus diaconum suum, illum qui rex fuerat ciuitatis primæ Indiæ, vbi Apostolus ad nuptias erat inuitatus, & ait ad eum: Vade, & conuoca omnes credentes ad me. Qui cum venissent, ait ille: Ecce ego à vobis abscedo, Vos autem state fortes in fide, & custodite quæ à me accepistis. Diligite dominū Iesum Christum, per quem renati estis in baptismo. Diaconum verò istum relinquo vobis, neque vlterius videbitis faciem meam. Et extendens manus suas benedixit eos dicēs: Custodi quæso Domine gregem tuum, quem per me congregare dignatus es, vt nullus retrorsum ruat, nullus post diabolum reuertatur: sed omnes tua virtute protecti, vitam æternam consequi mereantur, & tecum regnent in perpetuo, qui es cū æterno patre & Spiritu sancto in honore & gloria in sæcula sæculorum. Et cum respondissent omnes, Amen: beatus Apostolus exosculans singulos, & valefaciens, ascendit in currum cum principe Mesdei regis, & profectus est cum eo. Populus autem flebat valdè post eum, & tristabatur de absentia eius. Igitur appropinquante Apostolo ad domum illius cum quo gradiebatur, spiritus malus conturbauit mulieres, & vexabantur vehementer. Cumque veniisset Apostolus, dicebat spiritus immundus: Quid nos persequeris Thoma apostole dei viui? Iam enim nos de alia India eiecceras, nec est locus in quem fugiamus à facie tua. Tunc intellexit Apostolus, hoc esse dæmonium quod eiecerat prius à muliere in India secunda. & ait illi: In nomine Iesu Christi, filij dei viui, quem prædico, egredimini, & abite in terram desertam, & nolite vltra vexare homines. Et statim exierunt dæmonia de mulieribus. Quæ cadentes, factæ sunt sicut mortuæ. Adprehensis autem manibus earum, leuauit eas, & benedicto pane, dedit eis cibum. Et prædicabat beatus Thomas per totam Indiam, euangelizans dominum Iesum Christum: nec solum sermonibus, sed operibus etiam, fidem barbaricis pectoribus inserebat. Itaque ille ante paulisper incredulus, qui dixerat, Nisi videro fixuras clauorum, non credam: credentes deo populos innumeros congregabat. Et puto per prouidentiam domini ideo eum diligentius de resurrectione quæsisse, quia duris ac feris gentibus seminaturus erat verbum domini, vti instructior redderetur, quod hæsitantes fide vel ratione firmaret. Inuenit igitur in India viros pariter ac fœminas, qui verbum susciperent dei, quorum quotidiè multos sanabat infirmos. Audiens autem hæc signa quæ faciebat sanctus Apostolus, mulier quædam Mygdonia nomine, vxor Charisij, propinqui regis Mesdei, veniebat ad eum: cumque præ turba accedere non posset, & pueri eius cædebant populum, & repellebant multos: videns apostolus, prohibuit fieri. Et dato spatio, accessit mulier, & procidit ad pedes eius, & ait: Miserere nobis Apostole Dei viui, quia sumus sicut bestiæ quæ sensum non habent. Hæc audiēs Thomas, respondit: Audi filia, noli confidere in diuitiis quas possides, sed potius distribue omnia pauperibus vt fugiens hanc vitam transitoriam, perpetuam adipiscaris. Relinque idola muta & surda, & cognosce viuentem deum. Et cum ei de fide vsque ad vesperum intimaret, accepto signaculo crucis, reuersa est mulier in domum suam. Et ingressa cubiculum, flebat valdè, deprecās dominum, vt inueniret veniam pro delictis suis. eratque continuò tristis, donec veniēs vir eius, causam tristitiæ rogaret. Cui famuli dixerūt: In cubiculo commoratur domina nostra. Ingressus igitur vir ad illam: Cur (inquit) tristis es, & cur conturbatur cor tuum? Scio autem quia accessisti hominem magum, & audiuisti ab eo verba inania, quæ nihil proficiunt. Relinque ergo cogitationes vanas, & surge vt epulemur simul. Cui illa ait: Indulge quæso mihi hac nocte, quia neque cibum neque potum acceptura sum, sed nec in strato tuo quiescam. At ille recedens ab ea, epulatus est cum amicis suis. Mane autem facto rediit ad eam, & inquit: Mygdonia audi somnium meum. Putabam me cum rege Mesdeo discumbere, & veniēs aquila rapuit ex disco duas aues optimas, ac abiit, & rursus rapuit alias duas, portabatque eas ad nidum suum. Quæ cum rex videret, emisso iaculo transfixit illam, sed nihil ei nocuit. Hæc audiens mulier, dixit: Optimum est hoc verbum, & illud quod vidisti. Interea abeunte viro ad palatium, mulier iterum accessit beatum Thomam, & inuenit eum docentem turbas, procidensque ad pedes eius, ait: Prædicationem tuam audiui, & omnia verba quæ aure suscepi, corde retineo impolluto,

Mortua mulier surgit.

Regis Mesdei ad Apostol. verba.

Discessurus Diaconum à se institutum relinquit. Osculum pacis.

Sequitur Apostolus Mesdeum Regem.

Dæmoniacorū sanatio.

Ioan. 20.

Numerus credentium.

Accessus ad B. Thomam prohibetur.

Mygdoniæ pœnitentia.

Somnium cōiugis Mygdoniæ.

A polluto, & stans audiebant verbum vsque ad vesperam. Adueniente autem nocte, regressa est in domum suam, & nihil sibi accepit, neque dormiuit cum viro suo. Quare Charisius vir eius manè facto, dolens quòd ab eo separaretur vxor, indutus vestimenta vilia, accessit ad regē. Quem cum deturpatum vidisset rex, ait illi: Quæ extat causa, vt hæc te vilitas circundet? At ille: Quia perdidi (inquit) vxorem meam per hominem magum, quem Sapor introduxit in regionem istam, vt perdat eam. Et statim rex iussit Saporem vocari. Euntes autem pueri, inuenerunt eum sedentem iuxta Apostolum, & audientem verbum Dei, & Mygdoniam ad pedes eorum. Cui pueri: Ecce (aiunt) rex in caput tuum iratus est, & tu verbis inanibus vacas: Veni, quia vocat te. At ille surgens, rogauit apostolum vt orationem funderet pro eo. Ad quem conuersus apostolus, ait: Noli timere, sed spera in Dominum, quia ipse erit adiutor noster, & non timebimus nocere ab vllo mortali. Et ingressus est Sapor ad regem. Ad quem rex: Quis est (inquit) magus ille, quem accersisti in domum tuam, qui conturbat regionem & populum nostrum? Sapor respōdit: Nosti enim optime rex, afflictionem meam, quam de vxore & vnica filia habueram, quæ à dæmonio vexabantur, & ab eo sanatæ sunt. Sed & B multi infirmi nunc per manus eius sanātur: & omnia quæcunque petierit à Deo suo, præstat ei. Quibus auditis, Mesdeus rex iussit adduci ad se apostolum: Sed quia pueri non poterant præ turba ad eum accedere, Charisius cum furore rupit per turbam, & ait: Surge malefice, & veni in præsentiam regis: nihil enim valet magica tua. Et missō fune in collum eius, trahebat eum ad regem, dicens: Veniat Christus, & eruat te de manibus meis. Ita igitur tractus, cum venisset in cōspectum regis, ait illi rex: Quod est genus tuum, vel quæ patria, vel in cuius nomine hæc signa facis? Tum beatus Apostolus respondit: Deus meus, Deus tuus est, creator cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt. Qui solus coli debet, non idola surda & muta. His auditis rex iratus valdè, iussit eū extēsum torqueri, & cæsum recludi carcere. Cúmque recluderetur, gratias agebat Deo, quòd dignus esset talia pro nomine eius pati. Charisius autem reuersus ad domū suam, dicebat: Nunc copulabitur mihi vxor mea, eo quòd abstulerim magum de medio populi huius. Et veniēs, inuenit eam detonso capite decumbere solo, & ait: Dulcissima coniunx, quæ mentē insania cœpit, vt hæc feceris? Nunquid potentior erit me hic magus? Nónne vides quòd me omnis India veneratur, & quod volo, hoc facio cum rege? Sed & pecunia magna est mihi. Cui illa: Omnia (inquit) hæc terrena sunt, & in terrā reuertētur. Is autē beatus C erit, qui se vitæ perpetuæ copulauerit. Hæc audiēs Charisius, quiescit in lecto suo. Mygdonia autem accipiens aurū, dedit custodibus: & ingressa in carcerē, osculabatur pedes Apostoli, audiēs verbum Domini. Et reuersa ad domum suā, dum vir eius apud Regem esset, prostrata humo in cubiculo, deprecabatur Deum cum lachrymis, dicēs: Propitiare Domine insipientiæ meæ, vt reuertar ad salutē perpetuam. Quod videns nutrix illius, ait ad eam: Quæ est peruersitas in corde tuo, vt relicto viro, per quem magnificè honoraris, ieiuniis ac vigiliis te affligas, seducta verbis magi vnius? Cui illa ait. Non est hoc peruersitas, sed integra ratio, vt cognoscat homo auctorem suum, & mereatur adipisci vitam perpetuam. Vtinam & tu crederes Christum, & particeps fieres agonibus nostris. At illa: Si (inquit) rationem cognouero, sequar te. Tum Mygdonia: Dij, quos vsque nunc colui, nihil sunt, sed est verus Deus Iesus Christus, per quem facta sunt sæcula: qui vt hominē, quem prius plasmauerat, redimeret, homo factus, mortuus & sepultus est. descēdit ad inferna, & eripuit eos qui tenebātur à morte pessima. Exinde rediens, docuit nos resurgere: & sic ascēdit ad cœlos, sedet ad dextram Dei patris omnipotentis, tribuens nunc credentibus in se dona cœlestia. Cuius tempora finem non accipiunt, cuius lætitia nunquam perit, cuius denique lux nunquam occidit. Ipse verò cum Patre, & Spiritu sancto regnat, & nunc, & in cuncta sæcula sæculorum. Hęc audiens Nardua nutrix eius, confestim credidit D in Dominum. Et ambulantes simul ad carcerem, data pecunia introierunt, & audiebant verbū Dei ab Apostolo: qui gauisus erat valdè, super fide Mygdoniæ, quòd iam per illam & alij conuerterentur ad Dominum. Cúmque baptismum flagitaret, dixit Apostolus Mygdoniæ: Vade ad domum tuam, & præpara quæ sunt necessaria, & ego vadam ad baptizandū vos. Abeuntibus ergo mulieribus, beatus apostolus subsecutus est ad domum Mygdoniæ, & baptizauit eam cum nutrice sua, & aliis multis. Et reuersus est in carcerem, & clausa est ianua. Charisio autem grauiter dolente de conuersione vxoris, misit rex coniugem suam cum filio Zuzani, quæ consolaretur cognatam Mygdoniam, & reuocaret illam ab hac via, & vt viro suo copularetur. Quæ cum esset ingressa domum Mygdoniæ, ait ad illam: Vt quid soror charissima erras post hominem magum, qui nouum Deū patriæ nostræ præ- E dicat? Recede ab hac praua cogitatione, & esto iucunda in domo tua, cum viro cui te parentes tradidere: Et noli relinquere deos patrios, ne irascantur tibi. Ad hæc illa respondit: Erraui vsque nunc sequens idola vana, quæ sunt sine gressu, sine eloquio, & sine vllo effectu, ignorans verbum Dei qui fecit cœlum & terrā, & omnia quæ sunt in eis. Sed & metalla, ligna, & lapides, ex quibus isti vel funduntur, vel sculpuntur, eius verbo creata sunt, cuius & nos creatura sumus. Non est ergo æquum, soror dilectissima, vt relinquentes talem artificem, creaturam potius adorem, quæ nobis ad seruiendū data est. Hæc cum Mydonia dixisset, tum & Luzanis filius regis ait: Ecquis hæc omnia creauit, nisi dij nostri? Nam Iupiter cœlum tenet, Iuno aëra regit, Neptunus mare gubernat, Pluto inferna iudicat, Phœbus diem, Berecynthia nocte illuminat. Cui Mygdonia subridēs, ait: Omnes isti quos commemoras, fili dilectissime, inferno damnati sunt, quia non cognouerunt Deū viuum. Nam si recurras ad veteres fabulas, inuenies hos & luxuriis deditos, & talia mala perpetrasse, qualia hodiè iudices

Charisius Regem aduersus Apost. solicitat.

Saporis sancta responsio.

Tractus miserabilis.

Cruciatur Apostolus.

De side decidit Charisius.

Confessio errorum.

Mulieris sanctæ exhortatio.

Nardua nutrix credit in Dominum.

Baptizantur multi.

Dij gentium damnati sunt.

in iniquis hominibus perſequuntur & puniunt. Mortui autem ſunt, & non viuunt. Deus autem F
noſter manet in ſæcula ſempiterna. Et qui crediderit in eum, transfertur ab hac tẽporalia morte in
vitam æternam. Cumque hæc & his ſimilia eis Mygdonia diceret, compuncta corde vxor regis, ait
filio ſuo: Recte ſoror noſtra reliquit virum ſuum, & diuitias terrenas, vt vitam capiat ſempiternam.
Vtinam & nos videremus hominem iſtum, qui faceret nos cognoſcere veritatem. At illa gaudens,
abiit ad Apoſtolum, & narrauit ei omnia quæ acta fuerant. Ille verò gaudebat, & ipſe prædi-
Vxoris Regis filiique excellens conuerſio. cans ſine fine verbum domini & impoſita manu benedixit eos, & præcepit eos abſcedere. Sed non
abiit vltrà vxor regis ad virum ſuum, nec filius eius renunciauit patri de his quæ præceperat. Cũque
hæc omnia renunciata fuiſſent Meſdeo regi, quod ſcilicet vxor eius & filius conuerſi eſſent ad Apo-
ſtolum, iratus valde præcepit adduci vxorem ſuam & filium. Quibus cum perſuadere non poſſet, vt
recederent ab hac via, iuſſit vxorem in obſcuro loco recludi: filium verò cum beato Apoſtolo in
carcere conligari. Sed & Chariſius vxorem ſuam cum nutrice Narchia ſimiliter recluſit in cellula te
nebroſa. Et ſtatim rex iuſſit Thomam adduci, manibus à tergo ligatis, & dixit ei: Quis eſt iſte Deus
B. Thomæ in vinculis re-ſponſio. tuus, qui coniuges noſtras per te à nobis ſeparat? Dicit ei Thomas: Tu cum ſis rex nunquid vis ha- G
bere inquinata ſeruitia? Si ergo tu cũ ſis homo, mũdos ſeruos habere ſtudes, atque mundas ancillas?
quantò magis credere debes amare Deum caſtiſſima & mundiſſima ſeruitia? Si ergo hoc Deum in
ſeruis ſuis & ancillis ſuis amare prædico, quod tu in ſeruis tuis & ancillis tuis diligis, vt quid culpor?
Tum rex: Ego (inquit) permiſi vxorem meam, vt cognatam ſuam Mygdoniam de præcipitio li-
Vbi precipi-tium. beraret, & ipſam tu præcipitio immiſiſti. Reſpondit Apoſtolus: Præcipitium non eſt, niſi recedere
à caſtitate, & ire in libidinem. Nam qui à libidine ſe tollit, & ad caſtitatem accedit, hic à præcipitio
remeat ad ſalutem & egreditur de tenebris ad lucem. Dicit ei Meſdeus rex: Quomodo ſeparaſti
animos earum à conſortio coniungij noſtri? his quoque artibus age, & eodem conſilio, vt redeant,
et ſint coniuges noſtræ, vt antè fuerunt. Reſpondit Apoſtolus: Errat iuſſio regis. Et rex: in quo errat
iuſſio mea? Dicit Apoſtolus, Fabricaui turrem excelſam. Et dicis mihi, vt ego qui ſum fabricator,
Parẽdum deo potius quã ho minibus. Matth. 10. Ib. ipſe deſtruam ſummitatem? Fodi terram profundam, & eduxi fontem de abyſſo, & dicis mihi, vt
ego illam obruam: Ego potius dicam illis verba Domini mei: Quia qui diligit patrem aut matrem, H
aut filios aut vxorem, plus quàm Deum, Deo dignus non eſt. Tu enim rex temporalis es, & ſi vo-
luntas tua non fiat, temporaliter punis. Deus autem Rex æternus eſt, & ſi voluntas eius contempta
fuerit, æternaliter punit. Equidem tu rex poſteaquam occideris corpus, animam occidere non po-
tes. Deus autem verus, poteſt animam & corpus mittere in æternum ignem. Hæc audiens Chari-
Miraculum cur factum. ſius, qui coram rege ſtabat: Hunc magum ſi tardius occideris, nos ipſos in præcipitium mittet. Tũc
ira repletus rex, iuſſit lances ferreas igniri, & præcepit excalciari Apoſtolum, vt nudis pedibus ſu-
perſtans, hoc dolore deficeret. Verùm antequã hoc ſuppliciũ apoſtolo admoueretur, prorupit aqua,
& extincti ſunt lances. Et ait Apoſtolus ad regẽ: Hoc non propter me fecit dominus, ſed propter te,
vt vel ſic credas. Mihi autem dominus hanc patientiam dare poteſt vt vel ſine aqua ignẽ tuum non
timeam. Tum conuerſus ad regem Chariſius: Iube etiam eum in fornacem thermarum mitti. Quod
cum fieri rex iuſſiſſet thermæ vltrà calefieri non potuerunt, ſed nec paruũ quidẽteporem habebãt:
ipſeque Apoſtolus altero die eſt egreſſus incolumis. Et Chariſius iterum ad regem: Fac (inquit) illũ
ſacrificare Deo Soli, & irã incurret dei ſui, qui illum liberat ab his quæ inferũtur ei. Cũque argueret
vt ingreſſus templũ ſimulachro Solis ſacrificium inferret, ridens in faciem regis dixit Thomas: Dic I
mihi rex, quis eſt melior inter te & imaginem tuam? Non dubito, quin præſtantior tu ſis quàm pi-
Creaturæ ſunt picturæ creatoris. ctura tua. Et quomodo vos dimittitis Deum veſtrum, & excolitis picturam eius? Erat autem ſtatua
Solis facta ex auro, habens quadrigam equorum auream habenis effuſis, quaſi rapido curſu agere-
Modus vete-rum in ſacri-ficando. tur ad cœlos. Et dum compelleret vt adoraret ſtatuam, dixit Apoſtolus ad regem: Erras, ſi putas
ô rex, quòd ſicut dixit Chariſius, Deus meus iraſcatur mihi, cum ego Deum tuum adorauero. Hoc
magis volo te noſſe, quod is deo tuo iraſcetur, & euertet eum mox vt adorauero eum. Tum rex: In-
uictiſſimum Solem, Deus tuus, quem Iudæi occiderunt, euerteréne poteſt? Reſpondit Apoſtolus:
Vis ergo probari, ſi hoc poteſt fieri? Et Chariſius: Excuſationes (ait) ſibi inuenit, vt non adoret Solẽ,
neque ſacrificet ei. Dicit ei iterũ apoſtolus: Primò ego adoro eum, & ſi eũ non euertet Deus meus,
tum ſacrificabo ei. Et cũ cõſenſiſſet rex & Chariſius, introduxerunt eũ in tẽplum, ducentes choreas
eo ritu quo ſolebant. Erant autem virgines cum lyris cantãtes, alij cum tibiis, alij cum tympanis,
alij cum vatillis & thuribulis. Et cum introiiſſent, ait apoſtolus ad ſimulachrum: Tibi loquor K
Adiuratus dæmon fiat ante apoſto-lum. dæmon, qui in iſto ſimulachro habitas, & qui das reſponſa ſtultis & deceptis hominibus, qui
ſimulachrum vident: Adiuro te in nomine domini mei Ieſu Chriſti, quem iudæi crucifixerunt,
vt exeas, & ſtes ante me, vt videam te: & quod imperauero tibi hoc facias. Egreſſus autem dæmon,
ſtetit ante eum, ita vt ſolus apoſtolus videret eum. Et dixit ei: Ego corde colo dominum meum Ie-
ſum Chriſtum mox autem vt poſuero genua mea in terra, & dixero tibi, vt confringas idolum, ro-
gabo Dominum meum, vt mittat angelum ſuum, qui te releget, & damnet in abyſſum. Et reſpondit
Hebraicè cum dæmonio loquitur Apoſtolus. ei dæmon: Rogabo te apoſtole dei, ne me in abyſſum releges. Sed permitte me, vt omnes iſtos in-
terficiam. Tum Apoſtolus: Impero tibi in nomine Ieſu Chriſti domini mei, ne lædatur vllus homi
num, niſi hoc ſolum ſimulachrum. Mox vt genua flexero cominue illud. Loquebatur autem apo-
ſtolus cũ dæmonio ſermone Hebraico, & nullus ſciebat quid vel cui loqueretur, cõnerſuſque ad
regem

A regem dixit: Cogita tecum rex, tu iſtum inuictiſſimum dicis, & meum Deum dicis hominem à Iu-
dæis occiſum: ac per hoc, ſi fortior ſit deus tuus, & eum euocatione nominis dei mei confringere
non poſſim, ego non ſolum adorabo dæmonem qui in eo latitat, ſed etiam ſacrificabo illi. Si verò
minutatim fuerit attenuatus ille victus deus tuus, par erit è conuerſo, vt relinquas errorem, & te-
neas veritatem. Et rex: Adhuc auſus es (inquit) ex pari confabulari mihi: Si pergas, faciam tundi ar-
terias tuas, ſi non adoraueris, & ſacrificaueris Soli. Reſpondit Apoſtolus: Ecce adoro, ſed non ſimu-
lachrum. Ecce adoro, ſed non metallum. Ecce adoro, ſed non idolum. Adoro autem meum domi-
num Ieſum Chriſtum: in cuius nomine impero tibi dæmon, qui hic in ipſo lates, vt nullũ hominem
lædens, metallum & ſimulachrum comminuas: ſtatímque quaſi cera iuxta ignem poſita, liquefa-
Adoratio vera. ctum idolum reſolutum eſt. Quo facto, omnes ſacerdotes conſternati vlularunt, & rex fugit cum
Chariſio. Pontifex autem cedebat Apoſtolum, & facta eſt ſeditio magna in populo: ſed maior pars
Seditio exor-ta cõtra Apoſtolum. populi cum apoſtolo erat. Qua re motus Meſdeus rex Indiæ, apoſtolum Thomam, & filium ſuum
Zuzanem, & plures alios truſit in carcerem. Non deſinebat tamen etiam in carcere Apoſtolus con-
B firmare credentes, dicens: Credite in Deum, quem prædico: credite in Ieſum, quem Euangeliſo,
qui adiutor eſt ſeruulorum ſuorum, refector eſt laborantium: in quo exultat anima mea, quia
tempus impleui, & geſtio ipſum quem deſideraui videre. Cuius pulchritudo prouocat me, vt dicam
quis ſit: ſed magnitudo eius ſenſus ſuperat, & intellectum ſupergreditur, vt id quod cupio de eo di-
cere, comprehendere & explicare nequeam. Sed tu domine, qui animam inopem replere conſue-
uiſti, imple ea quæ mihi deſunt, & eſto mecum, donec ipſe ad te veniam, & te videam. Hęc vbi au-
diuit Zuzanes, aduertens quòd Thomas diceret tempus impletum ſuum, vt de hoc receſſurus ſæ-
Sollicita Zu zana pro vxore deprecatio. culo videretur, cupiens ab eo prius quam migraret à corpore, Manaſaræ vxori ſuæ impetrare me-
dicinam (erat enim debilis mulier, ſoluta membris) petiuit vt permitteret ei ire: & perſuaſo cuſtode,
fidéque facta quòd eſſent reuerſuri, cum Apoſtolo ex carcere abire conſtituit in Domum ſuam. vbi
& diaconatus miniſterium vt ſibi crederetur, rogauit, & vt benedictionem Leuiticam acciperet.
Quoniam ſe quoque deo ſeruire velle memorauit, & hoc iam dudum animo deuouiſſe, ſed à patre
C coactum vxorem duxiſſe, quam accepiſſet viceſimum annum agens: triennióque ea potitum, filios
ex ea nullos ſuſcepiſſe, nec aliam mulierem præter vxorem nouiſſe: iamdudum præterea à concu-
bitu vxoris abſtinuiſſe, eo quod & illa ſtudebat caſtitati, & optare audiret ſermonem Thomæ, ſed
Annuit de ſupplicatio-ne Apoſto. propter debilitatem adeſſe non poſſet. Quam ſi vellet apoſtolus ſanare, ſe impetraturum, vt exeun-
di facultatem haberent. Cui reſpondit Thomas: Si credis, videbis mirabilia dei, & quemadmodum
ſeruulos proprios curet. Dum hæc loquuntur, Treptia nomine, quæ erat vxor regis, & Mygdonia
Chariſij matrona, qui & ipſe amicus erat regis, & Narchia nutrix, trecentis ſexaginta argenteis da-
tis, à cuſtode introductæ ſunt ad apoſtolum. Atque illic repererunt Siforatum, militiæ regis du-
cem, & Zuzanem, & Siforem vxorem, & filiam eius, & alios verbis Euangelicis intentos. Ipſe igitur
Aduo carcerẽ mulieres re-cludunt. tres fœminæ cum adſtitiſſent ante conſpectum Thomæ, interrogauit eas Apoſtolus, quo permit-
tente ingreſſæ forent, vel quis eis aperuiſſet carcerem: & qualiter egreſſæ fuiſſent de loco in quo
Admirat ie-nis cauſa. clauſæ fuerant. Cui reſpondit Treptia: Nonne tu es qui aperuiſti nobis ianuam, & dixiſti: Exite, &
ite in carcerem, vt ſuſcipiamus eos fratres qui illic ſunt, & Dominus in nobis demonſtrauit glo-
D riam ſuam? Cum autem appropinquaremus ad ianuam, ſubitò non apparuiſti nobis, ſed huc ingreſ-
ſum te ſonitu ianuæ cognouimus. Nos verò poſteà mercede cuſtodem infleximus, vt ad te ingre-
deremur, ſi fortè impetrare poſſimus, quod impendiò petimus, vt pauliſper aliquò concedas, quò
regis poſſit iracundia mitigari. Tunc interrogauit Thomas Treptiam, quemadmodum à viro ſuo
eſſet incluſa, vel quid cauſæ obortũ eſſet, aut quo motus, nec propriæ peperciſſet vxori? Cui reſpõ-
dit Treptia; Tu à me requiris quemadmodum clauſa ſim, cum me nunquam deſerueris, ſed vna
tantùm abfueris hora? Vnde miror, te neſcire quomodo clauſa ſim. Sed ſi vis audire, accipe. Miſit
ad me Meſdeus rex, & iuſſit me introduci ad ſe, & ait mihi: Nondum plenam circa te magus ille
adeptus eſt poteſtatem. Nam quòd in oleo, pane, & aqua magica conſumet, audiui. Ergo cum ma-
gicis operibus venire non potuerit, nihil horum circa te fecit. Quare obtempera præceptis meis:
alioqui & ipſa clauderis. Itaque non adquieſcente, ſed dicente me, vt quod vellet faceret: poteſta-
tem enim habere eum corporis mei, animam verò meam cum eo perire non paterer: in obſcuro lo-
co me iuſſit includi. Chariſio quoque accuſante vxorem ſuam Mygdoniam, cum eius nutrice Nar-
E chia, iuſſit includi. Sed tu iam nos produxiſti, vt ad te veniremus: & ideo præſtò ſumus, vt à te
Cura Dei pro ſuis. benedictionis gratiam conſequamur. Quæ cum dixiſſet Treptia, agnouit protinus apoſtolus be-
neficia eius, qui ſe plerumque humana ſpecie figuraret, vt conſolaretur mœrẽtes, afflictorum erum-
nas releuaret. Et ideo ipſe gratias agere cœpit Domino Ieſu, eó quòd confirmauerit infir-
mos, nutantéſque ſtabilierit, & ſperare faceret cunctos diffidentes. Dum hæc captiui in car-
cere colloquuntur, ſuperuenerunt cuſtodes, dicentes, vt lucernas extinguerent, ne quis eos
ſimul eſſe, ac pariter colloqui; proderet regi. Extinctis igitur lucernis, collocauerunt ſe cu-
ſtodes. Sed Thomas apoſtolus, poſtquam omnes circumfuſos tenebris aſpexit, lumen petere
cœpit à Domino: Inlumina nos Domine (inquit) quia tenebrarum filij in tenebroſis nos ſedere
fecerunt locis. Sed tu Domine, inluminare ſancto lumine tuo dignare ſeruos tuos, eo lumine quod
nullus eripiat, & nullus extinguat. Et ſtatim refulſit dies; & omnis illæ cuſtodiæ locus. Tum & cæte

ri quos alias ob causas receperant claustra carceris, vigilabant. Neque enim serui Dei dormire F
Ex hoc apparet interfuisse hunc rebus à beato Thoma gestis, ex quo Abdias historiam desumpsit.
tum poterant, quos sic Christus excitabat, neque patiebatur nos somno dimergi, qui dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & inlusceſcit tibi Christus. Cum igitur inter se nonnulla sermone vario contuliſſent, ait Thomas ad Zuzanem: Vade, præpara nobis omnia, quæ in ministerio sunt paranda, Interrogante autem Zuzane, quomodo exire posset fores carceris, aut quis aperiret, cum essent clausa omnia, & custodes somno dissoluti? Respondit Thomas: Crede Christo, & vade, inuenies apertas ianuas. Secuti sunt igitur eum cæteri. Et cum iam medium spacium itineris confeciſſent, occurrit ei vxor eius Manazara, cum iret ad carcerem, & recognoſcens virum, ait: Zuzane vir? Qui cum cognouiſſet eam, cœpit quærere quonam iret, noctis præsertim tempore: aut quomodo potuiſſet exsurgere, quæ minimè antè surgebat. Quæ respondit: Puer iste domini, ponens manum, sanam me fecit. Somnio verò monita sum, vt ad peregrinum istum venirem, qui tenetur in carcere. Eò igitur festino, vt iuxta somnij visionem, plenam possim accipere
B. Thomas miraculosè apparet.
sanitatem. Interrogauit Zuzanis, quis ille puer esset, qui fuisset cum ea? Respondit Manazara. ipse non vides eum, dextra manu tenentem me, & sustinentem? Dum hæc fierent, interuenit loquen- G
tibus Thomas, sed etiam Sefosus dux militiæ, & vxor eius ac filia, denique & Treptia atque Mydonia, & Narchia, qui ad Zuzanis domum pariter commeabant. Cum vidiſſet autem Apostolum Manazara, adorauit eum dicens: Veniſti medicus, qui me sanes ab ægritudine. Vidi te hac quoque nocte, ac quidem tradentem mihi puerum istum, vt me ad te perduceret in carcerem. Et cum expectare venientem debueris, præstanti tamen bonitate ipse me diutius laborare non es passus, sed veniebas ad me: & simul hæc dicens, conuersa puerum quærebat: qui se oculis repentè subtraxit, nec erat videri facilis, qui antè videbatur. Anxia igitur sustentatore amisso, cœpit dicere: Non
Christus via & vita.
possum sola ambulare, non apparet amplius puer, quem mihi tradidisti. Cui Apostolus: Ecce iam tecum Christus ambulauit. Ipse tibi erit viator & præuius. Itaque currens mulier præibat cæteros, repentè domum festinans. quò postquam ab Apostolo & cæteris ventum est, subitò domus multo
Benedictio Apostolica
splenduit lumine. Et Thomas cœpit orare, & dicere: Tu Domine, qui es adiutor infirmorum, spes & confidentia inopum, refugium & requies laborantium, lugentium consolatio, fluctuantium portus, resurrectio mortuorum, redemptio peccatorum, & qui denique propter nos subiisti corporis H
passionem: tu domicilia mortis, & ipsa inferna penetrasti, vt nos à mortis vestigiis liberemur. Te principes mortis veniſſe mirati sunt, neque potuerunt tenere remeantem: imò etiam exutos se vetustate possessionis, & te cum trophæo reuertentem gemuerunt. Honorificamus igitur meritò te Domine Iesu, de paterna illa & perfecta veniſſe substantia, vt viscera tuæ misericordiæ videremus in nobis. Quique seruorum tuorum es minister, possessionis tuæ locupletator, pauper, sed non in-
Apostolo pro suis quam pro se magis solicitus.
digens: diues, sed non fastidiens pauperem: qui ieiunasti quadraginta diebus, vt perpetua benedictionis repleres alimonia animas esurientium: tu esto, rogo, cum seruis tuis Zuzane, & Manazara, ac Treptia, vt in tuum gregem eos digneris inducere, & adnumerare sanctis tuis, & in hac errorum regione iuuare, ne errare possint. Tu esto medicus in hac possessione languentibus, esto requies in laboribus, firmamentum in lubricis. Esto denique adiutor corporum, vita animarum, vt sint templa misericordiæ tuæ, & Spiritus sanctus inhabitet in eis. Hac cõpleta benedictione, sumpsit sacramentũ, & gratias egit domino, dicens: Sit nobis hoc sacramentũ tuum domine Iesu ad vitã, sit ad re-
Christo illata supplicia enumerat, ut nos ad patientiã inuitet.
missionẽ peccatorũ. Siquidẽ pro nobis passio tua celebrata est. Tu pro nobis fel illud bibisti, vt omnis I
in nobis aduersarij amaritudo moreretur. Pro nobis tu quoque bibisti acetũ, vt nostra lassitudo cõfortaretur. Pro nobis cõsputatus es, vt immortali nos rore perfunderes: percussus es à calamo fragili, vt fragilitatẽ nostrã vitæ perpetuæ æternitatíque firmares. Coronatus es spinis, vt virenti semper in te credentes charitatis tuæ laurea coronares. Inuolutus præterea fuisti sindone, vt nos quodã virtutis tuæ inuolucro vestires. In sepulchro poni voluisti nouo, vt nobis nouã gratiam, noua sæcula reformares. Hæc vbi finiuit, Eucharistiam diuisit his quos suprà memorauimus, & ait: Fiat nobis hæc
Sub una specie communicarit Laici ministrante Apostolo.
Eucharistia ad vitã, & viscera misericordiæ, & gratiã salutis, sanitatémq; animarũ nostrarũ. Respondentibus autem illis, Amen: audita est vox, dicens etiam, Amen. Quam vbi audierunt vocem, statim super facies suas ceciderunt. Et iterum vox sonuit, dicens: Nolite timere, sed tantummodò credite. Ex eo tempore redire cœperunt, Thomas ad custodiæ suæ claustrum: sed & Treptia, & Mygdonia, & Narchia, reuersæ sunt ad carcerem suum. Quibus antequam egrederentur, locutus
Gratis Apostoli & plena consolationis oratio.
est Apostolus, dicens: Accipite sermonem meum vltimum, non enim ero diutius in hac carne. K
accersor ad Dominum Iesum, ad illum qui me redemit, ad illum qui se ad vltimum humiliauit, vt ab vltimo omnes eleuaret: in quem sperare didici. Si enim ad sacri munus officij me indignum vocauit, quanto magis si in veritate seruiui, possum sperare mercedem? Bonus enim & iustus est, & nouit dominus mercedem soluere pro meritis singulorum. Diues munerum, largus gratiarum, haud quaquam parcus beneficiorum. Qui in me quoque infirmum supra meritum meum, multa conferre dignatus est. Cuius miracula eò prouocare vos debent, vt laudetis auctorem. Neque enim ego mea virtute hæc faciebam, sed in nomine Domini mei Iesu impetrabam, non imperabam. Non enim Christus, sed seruulus Christi sum: nec ego sum arbiter, sed minister eius qui me
Humilitas B. Thomæ.
misit. Et ideò peracto cursu, admonco vos, ne cum videritis datam in me esse homini potestatem, suppliciisque me deditum cum videbitis, ideo fides vestra minuatur. Ego enim voluntatem Domini mei impleo, & æquum est me velle quod Dominus iubet. Nam si pro nobis ille mortem susceperit,

quanto

A quanto magis nos, erga Domini voluntatem, corporis huius mortem timere non debemus? Cum
Martyrium spirat B. Thomas.
præsertim mors ista non sit interitus, sed solutio corporis. Ideóque non rogo, vt mortem differam. Creditis enim, quod possem differre, si velim: sed rogo magis, vt citius absoluar, & proficiscens videam illum decorum & misericordem, qui pro operibus & laboribus, quibus desudaui, nimis liberalis Dominus, præmium representabit. Hæc cum dixisset, receperunt se omnes ad tenebrosam domum. Et dixit Thomas in carcere constitutus: Domine Iesu, qui pro nobis plurimum pertulisti, claudantur ianuæ istæ, sicut clausæ fuerunt, & signacula iisdem foribus reformentur. Relictis igitur aliis, perrexit Apostolus vt se includeret. Fœminæ autem non poterant à lachrymis temperare, quæ sciebant, quòd Mesdeus non abstineret ab eius nece. Interea cum veniſſet Apostolus, in-
Artibus magicis tribuitur, quod diuinitus fiebat.
uenit custodes concertantes inter se, & dicentes: Heu quomodo incidimus in istum magum? Ecce aperuit ianuas carceris artibus magicis, & omnes voluit secum educere. Vnde ne magicis carminibus elabatur, & cæteri cum eo, renunciemus regi, simul de vxore eius ac filio. Audiebat hæc Thomas, & quiescebat. Illi autem abierunt primâ luce ad regem, petentes vt tolleretur magus ille, &
B alibi ne clauderetur, eò quòd clausum omne magica potestate reseraret. Secundò nunciabãt, apertas fuisse ianuas carceris, idque surgentibus manifestatum sibi. Introiisse etiam regis vxorem cum aliis, quæ non recederent ab eo. Quibus auditis, rex signacula mox, quæ imposuerat ianuæ, requisiuit, & eodem reperit modo quo fuerant antè. Vnde commotus, ad custodes ait, falli eos qui introisse in carcerem Treptiam & Mygdoniam dicerent, cum signacula remota non essent. At illi se verà intimasse significabant. Mesdeus autem sedẽs in secretario, sisti sibi iussum Apostolum rogauit, seruúsne an liber esset. Cui Thomas, Seruus sum, ait, vnius & solius, supra quem nõ habes potestatem. Quæsiuit iterum Mesdeus, cur eo veniſſet? Respondit denuò Apostolus, vt plures saluaret: & hoc sibi debitum esse, vt per manus Mesdei hinc emigraret. Tum rex, qui esset Dominus eius, rogauit, quod illi nomen, & cuius regionis? Ad quæ Thomas: Meus Dominus (inquit) Deus est tuus,
Exerta Apostoli confessio.
Dominus cœli & terræ. Huius tu nomen audire non potes: sed id quod datum est ei in hoc sæculo, est Iesus Christus. Minanti autem regi, quòd ei non parêret, cum maleficium eius aboleretur, vt tota India mundaretur, respondit Thomas: Hæc maleficia mecum abibunt: sed hoc scito, quia nec
C hic deerũt. Ex eo igitur cogitabat rex, qualiter Thomam occideret. Verebatur enim populum, quia plurimi etiam eminentiorum eius opera admirabantur, & credebant in Iesum. Astutè ergo sibi rex agendum ratus, cum Thoma ciuitatem armatis septus est egressus, populo existimante quòd ideo egrederetur vt Thomas ei aliqua suorum operum demonstraret. Intendebant igitur in eum qui putabãt quòd aliquid ab eo rex vellet discere, & ille regem docere. Sed egressus rex mediam ferè partem miliarij, tradidit eum quatuor militibus, adiuncto vno præstantiore viro, iubens vt ducentes cum in montem proximum, ibi gladio percuterent. Rex verò mox rediit in ciuitatem, vbi hoc mili-
Ducitur ad martyrium B. Thomas.
tibus imperasset. Quod intelligens plebs, sequebatur, Thomam cripere volens. At milites apprehenderant Apostolum, duo ad dextram, & duo ad sinistram tenentes. Ille quoque eminentior manum eius tenens, pariter incedebat. Dicebat autem Apostolus, magna, & diuina mysteria in ipso exitu reuelari: Siquidem propterea se duci à quatuor militibus, dicebat, qui ex quatuor coiuissent elementis, ea se quatuor habere principia generationis. Dominum autem Iesum ab vno esse percussum, quia vnum patrem sciret generatorem suum. Qui vbi venit ad locum
Exhortatio ad tolerandã supplicia pro christo.
D passionis, cohortatus cæteros, fidem seruare Domino Iesu, pietatémque colere: rogauit etiam Zuzanem, vt pretio custodibus dato, orandi tempus sibi impetraret. Cuius data copia, cœpit gratias agere, quòd & in hoc sæculo gubernatus esset à Christo, & ab eodem vocaretur. Illum esse in periculis præsulem, illum in mœrore consolatorem, illum in laboribus adiutorem, illum præuium sibi huius fuisse itineris, quod in hoc sæculo cucurrisset. Tu (inquit) Domine, adnunciasti mihi, me tuum
Grauissima S. Thomæ ante passionẽ oratio.
esse: propter quòd nec vxorem accepi, vt tibi totus vacarem, ne templi tui gratiam vel coniugalis copulæ vsus minueret, vel cõsuetudo decerperet. Diuitiarum quoque sæcularium cupidum animũ, cœlesti prouisione ac munitione reuocasti, docens in pecuniis dispendia esse, nõ commoda, & ideò compulisti, vt hic paupertate contentus, indeficientem spiritaliũ diuitiarum quærerem veritatem; & thesauros in Christo absconditos inuestigarem: tuíſq; contentus copiis, alias non desiderarẽ. Factus sum igitur pauper, indigẽs, peregrinus ac seruus, in vinculis, in ieiuniis, fame ac siti, in laboribus,
in periculis, vt cõfidentia non periret, spes non confunderetur. Respice igitur in me Domine, quia
E pecuniam tuam non abscondi, sed supra mensam posui, & in nũmulariis diuisi. Ad mẽsam tuã vocatus veni, nec ab hac reuisendi necessitate excusaui, nec iuga boum, aut ducẽdæ vxoris necessitatẽ cõiuio tuo prætuli. Ad nuptias sum vocatus, & albã vestẽ indui: & expectans Dominũ à nuptiis reuer-
Ad Euangelium allusio.
tẽtem, olei non sum oblitus: tota nocte domũ meã custodiui, à latronibus exspoliatus non sum: calceamenta pedibus circumdedi, ne diffinirẽtur vestigia obseruaui, primã & secundam & tertiã custodiam, vt vultum tuum viderem, & splendorem tuum discussa nocte perspicerem. Mortuum meum non viuificaui, nec deficientem repleui, sed magis quem dedisti mihi vinctum castigaui: Et captiuum meum occidi, vt quẽ acceperam liberũ non alligarẽ. Opprobriũ suscepi in terra, vt in cœlo remunerationẽ sperarẽ. Si igitur detuli fidele seruitiũ, adesto Domine Iesu, ne præsentiant me latrones, ne aduersus me rẽtia sua mittãt. Circũdet famulũ tuum gloria tua, vt tãta amictũ gratia, aduersariæ potestates impedire non audeant. Nunquid illis obediui, cum mihi intercludere vellent transitum? Suis enim occurrunt, & eos prodire vltra non sinunt. Adesto igitur Domine, vt cum pace &

H

Implorat auxilium Dei Apost.

gratia transeam. In veritate dirigas seruum tuum, ad sedem tuam. Dirigas iter meum, & diabolus in me non intendat. Excæcentur oculi eius lumine tuo. Conticescat os eius qui nihil in me dignũ suis operibus inuenit, quod loquatur. Hæc precatus, ait militibus: Venite, consummate præceptum eius qui vos misit. Aduenerunt igitur quatuor milites, & lanceis transuerberauere eum: atque cecidit beatus Apostolus, & mortuus est. Quem cum lachrymis sepelierunt fratres in sepulchro regio, in quo reges priores sepulti sunt, preciosis & plurimis amictum odoribus atque indumentis. Apparuit autem confestim Sifori, & Zuzani, qui recusabant in vrbem ire, & tota die ad sepulchrum sedebant. atque illis dixit: Quid sedetis custodiẽtes me? Non hic sum, ascendi enim, & recepi omnia quæ speraui. Surgentes itaque discedite hinc, breui enim tempore, & vos mecum colligam. Cum hæc fierẽt circa Apostolum, interea Treptia regina, & Mygdonia deductæ à Mesdeo & Chariſio affligebãtur, sed tamen voluntati eorum non acquiescebant. Quibus se Apostolus demonstrauit, dicens: Nolite errare, quia Dominus Iesus citò vobis adiumẽtum dabit. Itaque Mesdeus & Charisius cum animos vxorum suarum expugnare non possent, dimiserunt eas propriæ voluntati. Fiebat autem cõgregatio fratrum in multa exultatione atque lætitia. Erátque presbyter Siforus, & Zuzanes Diaconus, suntque ordinati iam tum à sancto Apostolo, cum in montem moriturus ascendisset. Atque hi potiebantur frequentibus adiumentis Domini, & fidei incrementa quotidie procedebant. Quibus addidit Dominus hanc gratiam, vt cum Mesdei filius correptus esset à dæmonio, nec quisquam qui eum sanaret, posset inueniri, succesſit huiusmodi Mesdeo sententia, vt diceret: Vado, & aperio sepulchrum, & tollens ossa de corpore Apostoli, suspendam filio meo, & curabitur. Ascendebat igitur secundum cogitationes Mesdeus ad montem, & reuelauit se ei Thomas, dicens: In viuentes non credidisti, & in mortuos credis? Sed ne timeas, miserebitur & tui Dominus Iesus, & exhibebit tibi viscera misericordiæ suæ, propter bonitatem sũã. Verùm vbi ascendit Mesdeus, reserato sepulchro, ossa inuenire non potuit: quia iampridem reliquias sanctas, quidam de fratribus rapuerant, & in vrbe Edessa sepelierãt. Ea tamen quæcunque rex in sepulchro reperit, humi, vel stercoris, supra quæ iacuerant reliquiæ Apostoli, auferens Mesdeus, & alligans filio suo, ait: Credo tibi Christe nũc, quia recessit à me ille qui hominum turbat affectus, ne ad te visendum summa properatione contendam. Itaque vbi suspendit illa puero, statim sanatus est ex illa hora: & factum est gaudium magnum inter fratres, super cõuersione regis, ad Regem cœlestem Christum Iesum, cui honor & gloria, in perpetua sæcula, Amen.

Nicep. lib. 2. cap. 40.

Sepultura S. Thomæ Apostoli.

Apparet consolandis bonis Apostolus

Reliquiarum sanctorum virtus.

Ruffin. lib. 11. hist. cap. 4.

LIBER DECIMVS CERTAMINIS APOSTOLICI, DE REBVS A BEATO PHILIPPO APOSTOLO FOELICITER GESTIS.

B. Philippi origo.

PHILIPPVS Petri & Andreæ conterraneus, ex vico Galilææ Bethsaïda originem duxit: vocatúsq; mox post Petrum, demum ad Apostolatus honorem peruenit. Qui vt socium haberet conuersionis, Nathanaëlem quendam familiarem ad Christum duxit, quem Christus mox se agnouisse testatus est, sub ficu, antequam à Philippo illi esset adductus. Quod admiratus Nathanaël, qui nunquã antea viderat Christum, haud illibenter deinde illi adhæsit, in parte societatis semper cum Philippo manẽs. Quorum hic pridiè quàm pateretur, cum in cœna audiret, neminem ad patrem nisi per eum venturum: Magistrum rogare cœpit, vt sibi ac condiscipulis patrem ostenderet: quod quidem amore ille sempiternæ vitæ tum dixerat. At Christus obiurgans Philippum, quòd tanto tempore cum ipso esset, & tamen eum rectè adhuc non cognosceret. Et hęc omnia ante Christi passionem à Philippo gesta esse, Euangelica nobis fides ostendit. Post ascensionem verò Saluatoris, Beatus Philippus per annos viginti, instanter prædicauit gentibus per Scythiã Euangeliũ. Vbi cum detentus esset à gẽtibus, & ductus ad statuam Martis, & compelleretur ad sacrificandum, exiit de subtus basi, in qua statua Martis stabat, draco ingens, & percussit filium sacerdotis qui ministrabat ignem sacrificij. Percussit etiam duos tribunos, qui præerant Prouinciæ, cuius officiales tenebant in vinculo Apostolum. Porrò de flatu draconis omnes morbidi redditi, vehemẽter ægrotare cœperunt. Quod videns Apostolus, dixit illis: Audite consilium meum, & recuperabitis sanitatem: sed & hi qui exindè erant mortui, resuscitabuntur omnes: draco quoque qui noxius vobis erat, in Dei nomine fugabitur. Dicunt ci ægroti: Quid faciamus? Quibus respondit Apostolus: Deiicite hunc Martem, & confringite, & in loco in quo fixus videtur stare, crucem Domini mei Iesu Christi affigite, & hanc adorate. Tunc illi qui cruciabantur, cœperunt clamare: Recuperetur in nobis virtus, & deiiciemus Martem. Facto itaque silentio, Apostolus dixit: Præcipio tibi draco in nomine Domini Iesu Christi, exi de loco isto, & vade, & morare in loco deserto,

Ioan. 1. Charitas Apostoli.

Ioan. 14.

Scythia obtigit sorte B. Philippo.

Draco infestus. Consilium Apostoli.

Adiuratur Dæmon.

certo, vbi non est accessus hominum, & nulla vtilitas humanis commodis ministratur, ita vt vadens nemini noceas. Tum draco ille sæuissimus exiens cœpit abire festinanter, & vltra nusquam comparuit. Philippus autem Pontificis filium, qui ignem ministrabat, & duos tribunos qui mortui fuerant, suscitauit, omnémque turbam quæ morbis erat affecta de draconis flatu, sanitati restituit. Vnde factum est, vt vniuersi Philippum Apostolum qui persequebantur, pœnitentiam agerent, Deúmque hunc æstimantes adorarent: ipse autem per vnum annum iugiter doceret eos, quomodo mundo periclitanti aduentus Domini subueniisset, quomodo natus ex virgine, quomodo passus, quomodo sepultus die tertia resurrexit: quomodo post resurrectionem, eadem quæ ante passionem suam, docuerat: quomodo videntibus Apostolis ascendisset in cœlos: quomodo denique misisset Spiritum sanctum, quem promiserat: qui veniens quasi ignis sedisset super Apostolos duodecim, & omnium linguas ac sermocinationes mentibus Apostolorum suorum inseruisset. Ex quorum ipse numero huc missus, scire vos facio, idola vana esse, & cultoribus suis inimica. Hęc & his similia dicente Apostolo, crediderũt vniuersi populi. Et eliso Martis simulacro, multa milia hominum baptizata sunt. Ipse verò Apostolus ordinatis Presbyteris & Diaconibus, ordinato etiã Episcopo, & Ecclesiis multis constructis, per reuelationem in Asiam reuersus est, & in ciuitate Hierapoli exinde commorabatur. Vbi hæresim malignam Hebeonitarum extinxit, qui dicebant, non verum hominem natum ex virgine Dei filium assumpsisse. Erant autem isthic duæ filiæ Apostoli virgines sacratissimæ, per quas Deus multitudinem virginum lucratus est. Ipse autem Philippus ante septem dies migrationis suæ vocauit ad se omnes Presbyteros & Diaconos, sed & vicinarum vrbium Episcopos, & dixit eis: Hos vij dies mihi Dominus in ista vita concessit: quare memores estote doctrinæ Domini nostri Iesu Christi, & state aduersus minas inimici viriliter. Dominus autem compleat promissa sua, & corroboret Ecclesiam suam. Hæc & his similia prædicans Apostolus Domini Philippus, annorum octuaginta septem perrexit ad Dominum, & in ea ciuitate Hierapoli positum est sanctum corpus eius. In cuius tumulo post aliquantos annos, duæ sacræ virgines, filiæ eius, dextra leuáque sepultæ sunt. Vbi præstantur beneficia Dei, orante Apostolo, omnibus qui credunt vnum Deum patrem inuisibilem, incomprehensibilem, & immensum, quem vidit hominum nullus, neque videre potest: & in vnum eius vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, qui crucifixus est pro sæculi delictis: & in vnum postremò Spiritum sanctum paracletum, illuminatorem animarum nostrarum, & nunc, & semper, per infinita sæcula sæculorum, Amen.

Mortui resurgunt.

Sanantur infirmi voce Apostoli.

Prædicatio B. Philipp.

Presbyteri & Diaconi ordinantur.

Euseb. lib. 3. cap. 24. Niceph. 3. cap. li. 3. & 12. lib. 5. 37. 4. & 44. lib. 2.

B. Philippi filiæ administrat Euãgelij.

Mors & sepultura Philippi.

Euseb. 28. ca. lib. 3. & 15.

1. Ioan. 4. & 1. Timoth. 6.

Finis decimi & postremi libri certaminis Apostolici, Authore Abdia Babyloniæ Episcopo, ipsorum Apostolorum discipulo, & Iulio Africano interprete.

VITA SANCTI MATTHIÆ APOSTOLI, EX HEBRÆO, INCERTI AVTHORIS.

PROLOGVS.

CVM multo studio ac solicitudine flagrarem, quomodo gesta Beati Matthiæ Apostoli, quæ apud nullum habentur Ecclesiasticorum interpretum inuenirem, quidam presbyter nomine Theodoricus fluctuãtem ac tristem me videns, causásque à me tristitiæ requisiit, & accepit. Vnde summa exultatione perfusus, quia hoc in me studium inuenerat, dixit, quòd si eorundem gestorum interpres esse cuperem, cum quodam Iudæo familiari suo se acturum, vt mihi librum, quem ipsi Damnatorum intitulant, quòd in eo contra legem agentium damnatio cõtineatur, Matthiæ scilicet, & Iacobi vtriusque, & Stephani, idem Iudæus præsentaret. Didiceram autem eo ipso tempore à quodam Iudæo literas Hebraicas. Venit ergo Iudæus, libellum deferens: cuius cum ego titulum legerem, Schirasirin, hoc est Cantica canticorum scriptum inueni: tanta indignatione commotus sum, vt vix ab eo manus continuerim. Nam illo innato sibi in Christianos odio decipere me gestiebat. Et tu, inquam, leno spurcissime, clericúmne fallere tentas, qui Hebraicarum, Græcarum, & Latinarum literarum historiarúmque plenam habet scientiam? Nihil est certè in omni vestra bibliotheca, siue Græca, siue Hebraïcâ, quod nesciam. Quod quidem falsò, sed ex industria dixi. Timore igitur correptus, maximè ne ei apud Principem, cum quo bene poteram, ea potestate nocerem: iureiurando promisit, se mihi satisfacturum: quod & fecit. Lecto namque titulo libri, quem postmodum detulit, Haymataẏ, hoc est, Vita Matthiæ, scriptũ deprehendi. Venítque opinatus omnia me intelligere, quæ infra scripta erant, licet inuitus, omnem tamen ex ordine gestorum mihi veritatem aperuit, accepto à nobis precio solidorum viginti trium. Posthæc dominus meus Archiepiscopus, anno sequente, ab alio Iudæo in periculo rerum suarum constituto, ita se habere deprehendit, excepto quòd eum ad nomen suum dixit allusisse versiculo Psalmi. Postremò cuidam incluſæ, pro hoc ipso triduanum agenti ieiunium, à Domino idem reuelatum est. Legatur igitur absque omni scrupulo hæsitationis, quod tam certis argumẽtis verum esse probatum est: quia omne dubium Spiritus sanctus aboleuit. Quomodo autem de Iudæa Treuerim venerit, sicut in historia Treueria, & in monumentis Syluestri Papæ Romani legi, miracula quoque eius subsequenter edisseram.

Liber damnatorum.

Historiæ veritatem didicit precio.

Cuius impul. su scripserit.

REVERENDISSIMO domino suo, Ecclesiæ sancti Eucharij, Treueris, Abbati vere dignissimo, humilis Leuita, omnium fratrum illi commissorum vltimus, debitæ subiectionis debitum obsequium.

Cum verbo simul & opere prapolleas, pater beatissime, plurimos à leuitate seculari retractos theoricæ claustro societati, ex quibus in specialius illud tuæ solicitudinis studium impendisti. Attestantur iis tua instantia, quotidiana admonitio, correptio. Quam licet ex iuuenili leuitate non satis libenter excipiam, ex qua tamen pietate prodeat, cum mentem à vanitate recolligo, non ignoro. Illud quoque praterire non debeo, quòd me lectioni instare iugiter præcipis & hortaris, ne scilicet ociosum inimicus inueniat, ne murmurando mentem occupet, ne detractio in lingua deseruiat, ne marius operi quod ad rem non attinet, instet. Præcipit igitur beatitudo tua, vt vitam beati Matthiæ apostoli, ad cuius ... dignè præsides, ab Hebraico volumine, qui Damnatorum intitulatur, quod in eo contra legem agentium iudicia contineantur; excerptam, latius exponerem, secùndum indagatam auido, vel potius extortam omnem rei veritatem. Quod ego, licet audaciæ meritò denoter, feci tamen vt potui. Proindè licebit aliis latius, rum eloquentius explanare, stilúmque rusticum lima vrbana decentius expolire. Dominus te incolumen nobis custodiat, pater charissime: Amen.

Quale studiũ debeat esse præsulum.

G

GESTA SANCTI MATTHIÆ APOSTOLI.

Patria B. Mat. Parẽtes Apostoli Deo hominibúsque gratis. Matth. ethimologia. Præceptor D. Matthiæ.

IGITVR gloriosissimus Apostolus Domini nostri Iesu Christi, Matthias, de tribu Iuda, ciuitate Bethlehem, illustri prosapia oriundus fuit. Parentes autẽ illius cùm multis diuitiis & nobilitate generis insignes, tum venerandi apud Deum & homines morum venustate pollebant. Vnde verè illis diuinitus cõcessum fuisse creditur, vt religiosi parentes, religiosiorem ex se filium procrearent. Natum itaque puerũ Matthiam, quod in nostra lingua, Dei paruus, siue donatus, sonat, nuncupauerunt: quem tum ab annis puerilibus diuinę legis institutionibus statim mancipauerunt. Ad pedes namque Simonis, summi & incomparabilis viri, atque tunc tẽporis in lege Mosaica doctissimi, prima legis elementa perceperat. Diuina siquidem cooperante gratia, omnem in breui legis & prophetarum scientiam comprehendit. Studebat iam in ætate tenera, maiorum imitari exempla, diuinæ legi iugiter incumbere, lasciuiæ sensum non impẽdere, sed annos pueriles morum vincere maturitate. Proindè adolescens factus, crebris disputationibus examinatus, non solum condiscipulis, sed ipsi magistro suo mirabilis, habebatur. Quippè qui licet eruditissimus esset, nullatenus tamen extollebatur, sed iuxta sui nominis etymologiam, verè se paruum & humilem exhibere nitebatur: illud semper memorans, Quanto maior es, tanto magis humilia te in omnibus, & illud viri sapientis: Superbum sequitur ignominia, humilem autem gloria. Erat igitur beatus Matthias corpore mundissimus, animo purus, in soluendis sacræ scripturæ quæstionibus acutissimus, in consilio prouidus, in sermocinatione nudus penitus & expeditus. Informabatur sensim animo ad virtutem, vt esset ad intelligentiam habilis, ad misericordiam facilis, in prosperis non elatus, in aduersis constans & intrepidus. Satagebat vt quod sensu perceperat, opere compleret, & oris doctrinã manus assertione comprobaret. O beatum virum, qui sub vbera positus, opera lucis exercebat: qui legi subditus, virum gratiæ præferebat. O beatum virum cuius laus non solum in Ecclesia sanctorum: sed quod mirificum magis est, in synagoga resonabat impiorum. Nam qualis quantúsque æstimandus est fuisse, quem boni totius æmuli, iidémque damnatores eius, non desinunt laudibus extollere?

B. Matthias studijs deditus à pueritia

Modestia viri. pros. 18.

Latus apost.

B. Matthias in numerum discipulorum à Christo delectus.

Act. 1.

Vt igitur lucerna de medio legis ad candelabrum trãsfertur ecclesiæ, vocatione Christi dignus habitus, Christum pauperem pauper ipse secutus, in sortem & numerum septuaginta duorum discipulorum ab ipso domino designatus est. Completo deinde dispensationis Dominicæ ministerio, incarnatione videlicet, passione, resurrectione & ascensione in cœlos, surgẽs Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominum ferè cẽtum viginti viri) Fratres, oportet impleri scripturam quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum: qui numeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem, ita vt appellaretur ager ille Acheldemach lingua eorũ, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eius deserta, cuius non sit qui inhabitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscũ sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiẽs à baptismate Ioannis vsque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos: Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Matthiam. Et orantes dixerunt: Domine, qui corda omniũ nosti, ostende quem elegeris ex his duobus, vnum accipere locum ministerij huius & Apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Et dederũt sortes, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Dum ergo complerentur dies Pẽthecostes, accepta in linguis igneis gratia Spiritus sancti, dispersi erant Apostoli toto orbe terrarum. Tunc beatus Matthias ex decreto eiusdem Spiritus sancti, Iudææam in sortem predicationis accepit. In qua, quemadmodum diuina gratia quosdã mancipans,

Iudas proditor.

Duo proponũtur ad electionem.

Act. 2.

B. Matth. deligitur ad Apost.

A cipans, æmulorum in se liuorem accenderit, sermo sequens declarabit. Anno igitur post passionem Domini tricesimo tertio, plus minus, Anano iuniore, qui & Akauua, pontificatum adepto credẽs se opportunum tempus inuenisse idem pontifex, aduersus discipulos Domini, Festo preside mortuo, Albino adhuc in itinere constituto, consilium iudicum fecit: & quosdam deducens ad se inter quos & fratrem Iesu Iacobum tradidit puniendos. Qua tempestate beatissimus apostolus Domini Matthias, verbum vitæ æternæ per circuitum Iudæis nunciabat, multosque filiorum Israel ad Deũ signis ac prodigiis conuertebat. Cæcos nãque illuminabat, leprosos mundabat, dæmones obsessis corporibus in Christi nomine effugabat, claudis gressum, surdis auditum, mortuis quoque vitam restituebat. Instruebat quod erat vitæ, quod morum, quod religionis: Moysen quidem sanctum prę dicans, legem nihilominus omni cultu dignissimam, sed quæ sub palea literæ maxima in se Christi & ecclesiæ sacramenta continebat. Christum denique ab ipso Moyse signis & enigmatibus præfiguratum, verbis propheticis annunciatum, in redemptionem generis humani missum à Deo patre, per virginem mundo innotuisse, diuinæ legis comprobabat testimonio. Plurimaque edisserens &

Incipit afflictio discipulorum Iesu.

Miracula B. Matthiæ.

B & interpretans illis, omnia signis potentissimis adprobabat. Dum ergo in hunc modum circuiret vicos & castella, benefaciens, & annuncians regnum Dei, deuenit in ciuitatem Galileæ nomine Galim, quæ Latinè Gischala dicitur. Et introiens in sinagogam, cœpit ex scriptura legis euangelizare Christum Iesum. Illi autem nitebantur contra ire sermonibus eius, blasphemiis & detestationibus maledicentes nomini sancto. Cumque instantius ipse de Iesu sermonem faceret, illi zelo repleti, duxerunt eum vincientes, & nunciauerunt principi sacerdotum senioribus, dicentes: Condẽnati illius Iesu, qui se filium Dei dicebat, discipulum comprehendimus, quem subuertentem plebem per sinagogas & compita deprehendimus, Quid facto opus sit, consulite. Nos enim multis quæstionibus legis examinauimus, & inuenimus hominem contra legem agentem quidem sed in ipsa lege peritissimum, qui & gloriatur Simonem se habuisse magistrum. Nobilis est, genere illustris, & acceptus in plebe: quamobrẽ decreuimus in illum nihil absque auctoritatis vestræ imperio præsumere. Quidam autem ex synagoga principis dixerunt: Lex nostra, fratres, vt nostis, hominem nõ nisi ex sua confessione, seu testium veracium assertione condemnat: sicut scriptum est, In ore duorũ

Pseudo prophetæ resistunt Apostolis.

Compositæ simulatio. Deut. 19.

C vel trium testium stabit omne verbum, & absque testibus nemo punietur. At illi dixerunt: Inuenimus per synagogas eum auertentem populum, per totam Galilæam, conuenticula facientem, circumferentem doctrinam Iesu Nazareni, iudicio principum crucifixi. Denique non est vicus aut ciuitas, in qua nouam sectam non inuexerit homo perditissimus, qui in Moysem locumque sanctum & legem blasphemare non timuerit. Huius rei testes sumus. Pontifex Ananus dixit: Nomen illius edicite. Respondentur: Matthias, natus de Bethlehem Iuda. Pontifex dixit: Quoniam quidem non expedit nobis, & generi nostro, sermonẽ de Iesu propagari, adducatur, vt si aliqua temerariè per ignorantiam protulit, per pœnitentiam diluat: sin alias, pœnam præuaricationis incurrat. Abeuntes igitur cũ ministris, põtificibus & aliis principibus magistratuum, adduxerũt beatum virũ in cociliũ. Quem intuitus pontifex, ait: Scit omne concilium hoc, & orbis vniuersus inquantũ respublica nostra peruenerit opprobrium, non quidem culpis nostris exigentibus paucorum qui ex nobis exierunt peruersitate, præsidumque romanorum auaritia, vel vt correctius dicam, seueritate. Fuerunt

Accusatio summa.

Rhetoricis colorib. instructa oratio.

D enim nominandi quidem rerum nouarum cupidi, sectas adducentes, per quos quot milia Iudæorũ peruersa sint, quot à Romanis principibus interempta, vos melius nostis. Nec enim talia vos aut ex ipsa vicinitate, seu potius visione terruerunt. Veruntamen eorum cum suis auctoribus vanitas, non sine magno nostri generis opprobrio penitus interiit. Nec inuentus est qui populum ex ipsorum superstitione, vel hæresi post illos irretierit. Fuerũt enim, Iudas Galilæus, Theodas magnus, quos post ipsorum interitum nemo recolit, nemo venerari vel imitari contendit. Maximus horũ hæresiarches Iesus Nazarenus surrexit, qui se Deum & Dei filium prædicans legis obseruationes nihilipẽdit, multorumque oculos & animos signis suis & prestigiis illiciens conuertit. Suscepit tamen & in se decreta legis, quæ contempsit, realiter hæc approbans, quæ verbaliter interdixit. Sed quorsum ista? Scimus, à Domino Moysi sancto legem datam, à patriarchis verbis & effectibus approbatã, à prophetis nihilominus obseruatam, quibus & Deus miracula dedit facere, qualia Iesus patrare non potuit. Quis enim nesciat, Moysem cum Domino quasi hominem cum homine, collocutum? Quis nesciat, Heliam igneo curru ad sidera transuectum? Quis ignoret, cadauer Helisei mortuum sepul-

Iudas & Theodas pseudochristiani.

Act. 5.

Blasphemia Phariseorum in Christum.

Authoritatẽ christi diminuit Ananus ex circũstantiis.

E chro iniectum suscitasse? Quis ambigat, cæteros Dei sanctos miracula prima & prodigia perpetrasse quorum tamen nullus hanc dignitatem diuini nominis vsurpauerit, nullus legem viuendi nouam adinuenerit. Denique sancti prophetæ, abiecto habitu, voce humili, quantum datur intelligi, non sponte, sed torrente spiritu locuti sunt, Hic autem ad ostentationem agens omnia, passim verba vana iactauit. In tantum enim eius processit insania, vt & principes sacerdotum eius lacerare contumeliis, scribas & pharisæos hypocritas appellaret. Quis horum prophetarum id præsumpsit? Sed iste præsumptionis suæ dignum finem inuenit. Atque vtinam memoriam eius cum ipso periisset, nec superesset qui errorem doctrinæ ipsius, semel emortuum, resuscitaret. Sed præter votum accidit. Ecce vt templum sanctum, ciuitas sancta, leges patriæ Romano præsidi & Romanis legibus exposita sint. Non est qui condoleat, non est qui misereatur, nemo est qui iudicet, nemo qui reputet. Trahimur ad iudicium, & sustinemus: seducimur, & assentimur: in diremptionem

Odij magnitudo declarãtur.

In odium trahuntur discipuli Christi.

sumus,& tacemus. Isti præcipue galilæi in manus Romanorum nos tradunt, dum sanguinem Iesu, F
quasi innocentis hominis,in nos & in genus nostrum refundere non erubescunt. Expedit itaque
nobis,vt pauci pereant, ne Romani totum locum deleant,& gentem. E duobus enim malis si neu-
trum vitari poterit,minus & tolerabilius eligendum est. Prospicere tamen & errantibus, & salutis
offerre remedium,magis est sententiæ, quam de voluntario ipsorum interitu vel perditione gratu-
lari. Neque enim nos in periculis positi,cuiusquam desideramus periculum:sed quod nostro potius
competit officio,lapsos reformare,errantes corrigere,periclitantibus adesse,summopere studemus.
Perpendat igitur & hic animi nostri mansuetudinem:tempus habet inducias, quo interstitio possit
animum religioni reuocare.Habet potestatem pro se quæ expediũt allegare,verbisque excusatoriis
obiecta refellere. Tunc repletus Matthias Spiritu sancto,extensis in cælum manibus,dixit:De obie-

Christianorũ nomen gloriosum.

ctis,viri fratres,quæ vos crimina dicitis, non oportet me multa dicere: quoniam quidem Christia-
num esse non est criminis sed gloriæ. Nam ipse dicit per Prophetam,dicens: Vocabo seruos meos
in nouissimis diebus nomine alio. Pontifex Ananus dixit: Quomodo non est criminis, legem san-
ctam pro nihilo ducere? Deum inhonorare, fabulisque superstitiosis & inanibus vacare? Matthias G

Prædicatio Apostoli per successionem gloriam Dei querit.
Gen.16.
Gen.18.
Gen.25.
Rom.9.
Gen.29.

respondit: Si verbis meis patienter auditum præbeatis, docebo qualiter hoc quod predicamus, fa-
bulosum non sit, sed ab initio,legis testimoniis approbatum. Deus patrum nostrorum, Abraham
patrem nostrum eduxit de vi Chaldæorum repromittens ei terram Chanaam se daturum, cum ne-
que filios neque filias haberet, & Sara vxor eius sterilis esset: de qua tamen scriptum est, Credidit
Abraham deo,& reputatum est illi ad iustitiam. Et locutus est dominus ad Abraham, dicens: Iuxta
condictum reuertar ad te,& habebit Sara filium.Per repromissionem ergo natus est Abraham patri
nostro filius, quem appellauit Isaac. Ex illo autem Iacob, qui primogenita quidem fratris surri-
piens, electus à Domino, in quo repromissio fructificaret, sicut scriptura dicit:Iacob dilexi, Esau
autem odio habui. Cumque zelaretur Esau Iacob,vt eum occideret,abiit Iacob in Mesopotamiam
ad Laban,& seruiuit ei sub mercede, vsquequo loqueretur ei dominus, dicens: Reuertere in ter-
ram natiuitatis tuæ,eroque tecum,& eruam te,& liberabo, dicit dominus. Cum ergo abiisset cum
multa familia & peculio,& venisset in Phanuel,descendit vir & luctabatur cum eo vsque mane. Di-
xitque ad eum: Dimitte me, aurora est. Qui respondit ei:Non dimittam te,ni benedixeris mihi.Et H

Mutatio nominis Iacob.

benedixit ei, dixitque: Non vocaberis vltrà Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Scisciţante autem
illo nomen viri, ait:Cur quæris nomen meum? quod est mirabile. Et abiit Iacob, & cum illo quos
genuerat in terra aliena duodecim patriarchæ:quibus præmisit dominus in Aegyptum, firmamen-
tum & saluatorem,qui adesset eis,& semini eorum,in tẽpore afflictionis suæ. Facta deinceps fame
in terra Chanaan,descendit Israel in Aegyptũ,in animabus septuaginta,& habitauerũt patres nostri

Transmigrationis causa.
Exod.3.

in oppidis Gessen,& multiplicati sunt nimis. Cum ergo affligerẽtur ab Aegyptiis,surrexit Moyses,
vir potens & eruditus,qui fugiens Pharaonem persequentem,deuenit in Madiam. Vbi dum pasce-
ret oues soceri sui, sacerdotis Madiam, in deserto, apparuit ei Dominus in igne flammæ rubi. Ad-
propinquãte autem illo, vt videret visionem mirabilem, dixit ad eum dominus: Solue calceamen-
tũ de pedibus tuis. Quid autem, fratres(scientibus enim legem loquor)signum repudij fuit? Quod

Apparitio in Rubo.
Deut.18.
Exod.4.

intelligens idem vir sanctus, ait: Obsecro domine, mitte quem missurus es: significans videlicet,
quod iisdem postea scribit, filiis Israel, dicens: Prophetam vobis suscitabit dominus de fratribus
vestris,tanquàm me ipsum,hunc audietis iuxta omnia quæ locutus fuerit vobis. Et iratus Dominus I

Legatio ad Pharaonem pro liberatione Israelitarum.
Exod,12.
Esa.7.
Exod. 12.
Esa.53.

in Moysen,ait: Ecce Aaron frater tuus venit in occursum tuum, ostendens nondum consumma-
tam plenitudinem temporis in quo vetus ille nuncius adesset, qui populum suum nõ de manu sig-
nificatiui Pharaonis,sed de potestate intellectualis & significati, qui est diabolus, liberaret. Signifi-
catiua enim cætera omnia quæ gesta sunt fuisse Phase vestrum indicio est, quod à patribus ad lite-
ram celebratum,maxima in se mysteria continere,manifestis & euidentibus de causis patet. Quid
enim esus agni carnium proderat ad conscientiam? Quare renes accingitis? Quare baculos in ma-
nibus, calceamenta in pedibus habetis? Hæc omnia, fratres, licet scientiam legis habere videa-
mini sicut scriptum est, si non crediderit is , non intelligetis. Quomodo enim sanguis agninus
in vtroque poste, & in superliminari aspersus, ab exterminatore vos eriperet, nisi crucem Iesu, qui
dicitur Christus,figuraret?De ipso namque Esaias dicit:Sicut ouis ad occisionem duceretur, & in-
ter cetera,Et inter iniquos reputatus est:vt ergo nomen Iesu pontifex audiuit, furore repletus ait:
Hæc itaque ad destructionem legis prosequeris? An ignoras scriptum, Si quis propheta vel somnia-
tor in Israel surrexit, vt auertat vos à lege Domini vestri, morte moriatur homo ille. Matthias res-

Gen.37.
Deut.13.
Christus non modo prophetas sed dominus prophetarum.

pondit:Propheta ille de quo nobis sermo,non solum propheta,sed & dominus est prophetarum,&
deus, dei filius, cuius diuinitas manifestis indiciis declaratur. Hac igitur ratione ductus, in ipsum
credidi, sperans quòd in confessione nominis eius perseuerabo. Pontifex dixit:Quid si dantur in-
duciæ, vis ne pœnitere? Matthias respondit: Absit à me, vt à veritate quam semel inueni, non
per pœnitentiam,sed per apostasiam digrediar. Iesum nazarenum,quem vos quidem negastis, ve-
rum dei filium, per omnia patri consubstantialem, & coæternum, atque coæqualem, corde confi-
teor,ore prædico: Christi seruus sum, aliud esse non potero. Tunc pontifex obdurans aures suas, &
stridens dentibus,in eum clamauit,& ait:Blasphemauit.Et subiunxit: Audiat legem. Et lecta est,iux-
ta quod attinebat:Homo qui maledixerit Deo suo,portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen

A rit nomen domini,morte moriatur, Lapidibus obruet eum omnis multitudo. Non parcet illi ocu- *Leuit.24.*
lus vester,& auferetis malum ex vobis. Cum igitur vir sanctus nec blandimentis euerti, nec minis
aut terroribus concuti posset protulit in eum sententiam. Os enim,inquit,tuum contra te locutum
est, sanguis tuus contra caput tuum. Proindè ductus est ad pœnam. Cum ergo venisset ad locum
Bethlaskila,id est,domum lapidatorum, silentium indixit, & ait:scriptum namque est, cum videro
facié domini Dei Sabaoth, nunquid non viuet anima mea? (vel vt alij peritiori Iudæo, secundum
Hæbraicam veritatem magis placuit) Quando veniam apparebo ante faciem domini? Ait enim, *Suspiria Apostoli ad dominum.*
quia prima & vltima litera nominis, quæ sunt Mem & Iod, simul iunctæ, resonent: quin & ipse
per has literas alluserit ad nomen suum, versiculo Psalmi. Et subiunxit vir sanctus: Hypocritæ, *Psal.93.*
benè prophetauit de vobis Dauid,dicens: Captabant in animam iusti, & sanguinem innocentem *Exech.13*
comdemnabunt, & Ezechiel ait: Mortificabant animas quæ non moriuntur. Testes igitur duo *Lapidandi mos veterum.*
numero, secundum legis mandatum, posuerunt manus super eum, & in tumulo lapidum
deiecerunt eum, ac primi lapides miserunt. Matthias autem petiit illos duos lapides conspeliri
B sibi, in testimonium illis. Et lapidatus ab illis, securi quoque Romano more percutitur, vt quasi
præsidi Romanæ maiestatis in hoc aliquid deferretur. Tunc extensis ad cœlum manibus, reddidit
spiritum, die vj. Kalendarum Martiarum. Et accedentes viri ex discipulis eius, sepelierunt eum: *Martyrium & Sepultura B. Matthiæ Apostatæ discipuli.*
quorum nomina sunt hæc:Lachis,Kaph,Himna,Heimhda, Samuel, Simon, Naamen,Ioseph, Is-
mahel, Simeon, Ioannes. Quique Ioannes gratia Dei destitutus,apostatauit, cæteris permanen-
tibus in fide Domini nostri Iesu Christi, cui est honor & gloria cum æterno patre & sancto Spiritu,
per omnia sæcula sæculorum, Amen.

C

HISTORIA DIVI MARCI
EVANGELISTÆ, EX VETVSTISSIMO CODICE DESCRIPTA, INCERTO AVTORE.

Dispersio Apostolorum. D.Marcus decernitur Euangelista.

PER idem tempus,quo diperſi erant Apoſtoli toto orbe terrarum, contigit beatiſſimum Marcum ad Ægypti regionem diuina voluntate pertingere, vnde eum Euangeliſtam ſancti canones Catholici & Apoſtolici decreuerunt. Propter quod primus in tota Ægypti regione, in Lybia, Marmarica, & Ammonica & Pentapoli prædicauerat Euangelium, & aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti. Erant enim cuncti qui in his terris habitabãt,incircunciſi,& idolis ſeruientes, & delubra & ſimulachra domeſtica fabricabant: exercitationes quinetiam nefandiſſimas habebant ac malefica, omniſque contraria virtus apud eos vigebat,quàm Dominus

Christus aduẽtu suo Idola & Templa destruxit.

noſter Ieſus Chriſtus aduentu ſuo diſperdidit atque deſtruxit. Cum ergo venerabilis euangeliſta
D Marcus,Cyrenem, quæ eſt apud Pentapolim, peruenisſet, erant enim illic ſecundum genus eiuſdem religionis indigenæ.his Apoſtolus faciens exordiũ diuini ſermonis, infirmos ſanabat,leproſos
mundabat, ſpiritus mutos nequiſſimos per gratiam Chriſti ſolo ſermone curabat:plurimi per eum

Pantapoli predicationẽ incipit Marcus.

in dominum noſtrum Ieſum Criſtum crediderunt, & deſtruentes idola ſua, lucoſque ſuccidentes,
baptizati ſunt in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Dein etiam reuelatur ei per Spiritum ſanctum,vt ad fanum Alexandriæ pergeret,& ſereret ibi bonum ſemen diuini ſermonis. Igitur beatiſſimus euangeliſta Marcus, velut athleta fortis, ſimul ad certamen prompta mente gradiebatur. Ita-

B. Marcus Alexandriã petit.

que fratribus ait: Dominus meus locutus eſt mihi, vt Alexandriam proficiſcar. Qui proſequuti ſunt
E eum vſque ad nauim: & manducantes panem cum eo, dimiſerunt eum, dicẽtes: dominus Ieſus Chriſtus proſperum faciat iter tuum. Venerabilis ergo Marcus Alexandriam die ſecũdo peruenit. Egreſſuſque de nauicula, venit ad locum quendam. Et mox vt ingreſſus eſt ciuitatem, calceamentum
eius diſruptum eſt. Et beatus Apoſtolus intelligens illud, ait: Verè iter meum expeditum eſt. Quen-
dam autem conſpiciẽs qui ſuere vetera ſolitus eſt, ipſi calceamentum tradidit corrigiandum. Qui

B. Marcus medetur vulneri.

cum faceret, ſiniſtram manum ſuam fortiter vulnerauit, & exclamauit, Vnus Dominus. Beatus autem Marcus audiens, quod dixerat, Vnus Dominus: ait intra ſemetipſum gaudens, Proſperum fecit
dominus iter meum. Et expuens in terram, vnxit manum viri, dicens: In nomine Ieſu Chriſti filij
Dei. Et confeſtim ſanata eſt manus eius. Sutor autem veterum, conſiderans tantam viri potentiam,
& efficatiã verbi eius vitæque continentiam, dixit ei: Obſecro te homo Dei, vt venias & declines
in domũ ſerui tui, & commedas panem: quia feciſti hodiè miſericordiã mecum, Beatus autem Marcus lætus effectus, ait: Dominus det tibi panem vitæ de cœlo. Homo itaque coëgit Apoſtolum, &
introduxit eum in domum ſuam, gaudens. Ingreſſuſque ſanctus Marcus, ait: Benedictio Domini
hic omnibus ſit: oremus fratres, & orauerunt ſimul. Cumque gratularentur, ait homo: Interrogo
te, vnde es, vel vnde ſermo iſte forti ſis in te? Reſpondit ei Beatus Marcus: Ego ſeruus ſum Domini

Iesu Christi, filij Dei viui. Dixit autem homo ille: Vellem videre eum. Respondit Beatus Marcus: F
Ego tibi eum demonstro. Et cœpit initium facere Euangelij Iesu Christi, & ostendere ei quæ à prophetis de eo fuerant prædicta: Dixit autem homo ille: Ego scripturas, quas tu dicis nunquam prorsus audiui: sed Iliada & Odyssea, quibus Ægyptiorum filij pro sapientiæ studiis imbuuntur. Tunc cœpit beatus Marcus Euangelizare ei Dominum Iesum Christum, declarans quod sapientia mundi huius stultitia sit apud Dominum. Credidit autem homo ille in Dominum, docente beato Marco, & signa atque prodigia faciente. Et baptizatus est ipse, totaque domus eius, & magna multitudo loci illius. Vocabatur autem ille Anizanus. Cumque plurimi facti essent credentes in Domino, audientes viri ciuitatis, quòd Galilæus quidam ibi venerit, qui eorum sacrificia destrueret, & prohiberet cærimonias eorum, quærebant interficere eum, ponentes ei multas insidias. Beatus autem Marcus agnoscens eorum consilia, Anizanum ibidem ordinauit episcopũ, & tres presbiteros: id est, Melium, Sabinum, & Cerdonem, & septem diaconos, & alios vndecim ad ecclesiasticum ministerium pertinentes. Et Pentapolim pergit, commoraturque ibi dein duobus annis, cõfortans fratres qui illic ante crediderant. Et ordinãs episcopos per regiones illas, & clericos, iterum Alexandriam G
venit, & reperit fratres multiplicatos in gratia & fide Domini, ecclesiamque constructam ab eis in loco qui vocatur Buculus, id est Bubulci, iuxta mare, sub rupibus. Et letatus est iustus valdè, positisque genibus domino laudem dedit. Cum autem iam impleretur tempus eius, & Christiani multiplicarentur, itridentes simulachra, subsannãtesque gentiles: cognouerunt ibidem profani aduenisse sanctum, & repleti sunt liuore propter miracula quæ eum facere compererant. Infirmos enim sanabat, prædicabat surdis, cæcis visum condonabat. Et quærebant eum apprehendere, nec poterant inuenire: fremebantque dentibus suis in spectaculis idolorum suorum, & in festis commessationibus suis clamabant, Magna vis huius magi. Factum est autem vt beatissima festiuitas nostra Paschalis, id est, Dominicus dies sanctus occurreret vicesimo die mensis Parmuthi, quod est octauo Kalendarum Maiarum quo tempore eorum Serapiaca agebatur celebritas. Hac igitur opportunitate adunati, insidiatores protinus dirigunt: qui repererunt eum orationis oblationem diuinæ Maiestati sacratissimam, celebrantem. Tollentes verò eum, miserunt funem in collo eius, & trahentes dicebant H
Trahamus bubalum ad loca buculi. Sanctus autem Marcus cum traheretur, gratias referebat saluatori Christo, dicens: gratias tibi ago Domine mi Iesu Christe, quia dignus habitus sum hæc pro nomine tuo pati, crantque carnes eius defluentes in terra, & saxa inficiebantur sanguine eius. Cumque vespera facta esset, miserunt eum in carcerem vsque dum pertractarent, quali eum morte disperderent. Circa mediam verò noctem clausis ostiis, & custodibus ante fores dormientibus, ecce terræmotus factus est magnus. Angelus autem Domini descendit de cœlo qui tetigit eum dicens: Famule Dei Marce, & princeps propagatorum sanctissimorum per Aegyptum decretorum, ecce nomen tuum in libro vitæ cœlestis adscriptũ est, & memoriale tuum non derelinquetur in sæculum: socius enim factus es supernę virtutis, nam in cœlis spiritum tuum colligent: in te requies non peribit. Hunc enim finem beatissimus Marcus inspiciens, manus ad cœlum extendens, dixit: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, quia non me dereliquisti, sed connumerasti cum sanctis tuis. Obsecro Domine Iesu Christe, suscipe in pace animam meam, & ne me patiaris à gratia tua separari. Hæc cũ dixisset, venit ad eum dominus Iesus Christus in habitu quo fuerat cum discipulis suis, & qua forma antequam pateretur, & ait ei: Pax tibi Marce Euangelista. Et ille respondit: Domine mi Iesu Christe & abiit. Mane autem facto, conuenit multitudo ciuitatis, & eiicientes eum de custodia, miserunt iterum funem in collo eius, & trahebant eum, dicentes: Trahite bubalum ad loca buculi. Sanctus I
autem Marcus cum traheretur, gratias agebat domino Iesu Christo dicens: In manus tuas commẽdo spiritum meum. Et hoc dicens beatissimus Marcus tradidit spiritum. Immanis autem multitudo gentilium ignem seccendentes, in loco qui vocatur ad angelos, voluerunt reliquias sanctas comburere. Tunc prouidentia Dei & saluatoris Domini Iesu Christi, valida tempestas exorta est, & procella venti facta est vehemens: sol quoque subtraxit suos radios, & tonitrua fuerũt grauia: imberque plurimus à mane vsque ad vesperum, ita vt habitacula multorum corruerent, & plurimi morerentur. Metuentes itaque custodes, dimiserunt sanctum corpus, & fugerunt. Alij verò deridentes, dixerunt: Beatissimus Serapis noster in sua hodie festiuitate, hunc virum voluit inuisere. Tunc religiosi viri venientes, iusti corpus collegerũt, & detulerũt, vbi orationes sollicitè fuderãt domino sine cessatione celebrantes. Fuit autem forma B. Marci huiusmodi: Longo naso, subducto supercilio, K
pulcher oculis, recaluaster, prolixa barba, velox, habitudinis optimæ, ætatis mediæ, cano aspersus, affectione continuus, gratia Dei plenus. Factis igitur orationibus sepelierunt eum, sicut ciuitatis cõsuetudo poscebat: & posuerũt eum in loco lapidis excisi, eum gloria, venerantes memoriam eius cũ sobrietate, & precibus, gratulantes quod primus viuum & pretiosissimum meruit Alexãdriæ thronum. Repositus est autem in parte orientali, dormiuitque beatissimus Euangelista, primus Domini nostri Iesu Christi martyr apud Alexandriam Aegypti, die quæ est apud Romanos septima Kalendarum Maiarum, iuxta Hebræos autem octauo decimo, imperante Caio: regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Anizanus vocatur ad fidem prædicatione Apostoli.

Ordinantur Episcopus presbyteri Diaconi.

Lætitia ex profectu fidei.

Dies dominicus deputatur insidiis.

Fune iniecto Marcus trahitur ad templum.

Vehemens terræmotus.

Oratio Apostoli in mediis cruciatibus.

Insultatio carnificum.

Miracula B. Marci mortem subsecuta

B Marci figura & symmetria.

Loci consuetudo obseruatur in sepultura.

HISTORIA ET VITA SANCTI CLEMENTIS, ROMANI EPISCOPI,

INCERTO AVTHORE.

A
IERTIVS Romanæ Ecclesiæ præfuit Episcopus Clemens: qui disciplinam Apostoli Petri secutus, ita morum ornamento pollebat, vt Iudæis & gentibus, & omnibus Christianis populis complaceret. Diligebant enim eum gentiles, quoniam non execrando, sed rationem reddendo, ex eorum libris & cæremoniis ostendebat, vbi nati, & vnde nati essent hi, quos deos putarent & colerent: & quid egissent, vel qualiter defecissent, euidentissimis documentis astruebat. Ipsos verò gentiles posse indulgentiam à deo consequi, si ab eorum cultura recederent, edocebat. Iudæorum verò hoc ordine gratia vtebatur, quòd patres eorum amicos Dei as- B
sereret, legémque eorum sanctam & sacratissimam memoraret. Primúmque locum istos apud Deum habituros, instruebat, si legis suæ sacramenta seruarent, in eo quòd promissum Abrahæ non negarent in Christo fuisse completum: id est, quòd in semine Abrahæ Deus hæreditandas promiserat omnes gentes: & quòd dixerat ad Dauid, De fructu ventris tui ponam super sedem meam: & quod per Esaiam confirmauerat, quòd virgo in vtero conciperet filium, & vocaretur nomen eius Emmanuel. à Christianis verò ideò quàm maximè diligebatur, quoniam singulárum regionum inopes nominatim habebat scriptos: & hos quos baptismatis sanctificatione illuminauerat, non sinebat publicæ fieri mendacitatis subiectos. Quotidiana itaque prædicatione mediocres ac diuites ammonebat, ne paterentur baptizatos pauperes à Iudæis, aut à gentilibus stipem publicam accipere, & vitam baptismatis consecratione mundatam donis gentilium inquinari. His & plurimis huiuscemodi prædicationum floribus pollens, tam Deo quàm omnibus hominibus rationabilibus complacebat. Irrationabilibus verò placere nemo potest, qui deo placere probatur. Et ideò non C
timuerũt sancti iniurias hominũ irrationabilium, quorũ ratio hæc erat, vt displicerent infidelibus, & nõ timerent. Sic factum est, vt nec Aurelianum, nec Sisinnium, amicos Neruæ imperatoris, expaueseret Clemens, cum & Domicillam virginem, neptem Domiciani principis, sponsam Aureliani, credentem Christo, sacró velamine ad integritatis perseuerantiam consecraret: & Theodoram Sisinnij coniugem conuersam à simulachris, Deo castitatis propositum profiteri persuasisset. Quam vir suus in zelo ducens, Ecclesiam intrantem occultè prosecutus est, studens videre & audire quid esset, pro qua re vxor eius ad ecclesiam festinaret. At vbi à Clemente episcopo oratio fuisset & collecta dicta, & à populo dictum esset, Amen: statim Sisinnius cæcus & surdus effectus, nihil videre poterat, nec audire. Tunc dixit Sisinnius ad seruos suos: Tollite me citò inter manus vestras, & eiicite me foras, quoniam oculi mei cæci facti sunt, & aures meæ ita effectæ sunt surdæ, vt penitus nihil videre vel audire præualeam. pueri autem eius gyrabant cum eo intus per totam ecclesiam, inter populos virorum ac mulierum orantium, & ianuas vnde ingressi fuerant inuenire non poterant. Sic factum est, vt dum gyrando in errorem conuerterẽtur, ad dominam suam Theodoram, vbi ora- D
bat dominum, cum domino suo peruenirent. Quæ cum videret seruos suos ducentes dominum suum excæcatum, & gyrum vanum laborantes, primùm quidem declinauit aspectum eorum, putans eum apertis oculis se aspicere: & misit vnum ex pueris, qui cum ipsa erant, vt sciret quid sibi vellent cum suo domino ita circumeuntes. Qui respondentes dixerunt ei: Dominus noster dum vult videre quod non licet, & audire secretum, excæcatus est, & surdus effectus est. Nobis quoque hoc imperauit, vt eum exportaremus foras. Sed non conceditur nobis, vt illum hinc aliquatenus proferamus. Cumque nunciatum fuisset hoc Theodoræ à puero, prostrauit se in oratione, & cum lachrymis cœpit postulare à domino, vt inde vir suus cum pueris qui eum ducebant exire posset. Et conuersa ad pueros qui eum ducebant, dixit eis: Ite modo, & dantes manum domino vestro, perducite eum ad domum. ego enim orationem meam, quam cœpi, non desinam, donec explicem: sed offerens hostiã meam Domino, expletis mysteriis prosequar vos. Cumque abiissent pueri, dantes ei manum, & egressi essent, perduxerunt dominum suum ad domum: & reuersi sunt ad domi- E
nam suam, cæcum nuntiantes virum eius effectum, & surdum. Theodora autem amplius Deo preces lachrymásque effundebat, vt illi diuina misericordia subueniret. Post mysteria autem facta, prostrauit se ad pedes Beati Clementis Theodora, dicens: Virum suum curas agentem secretorum Domini nostri Iesu Christi, cæcitatem incurrisse oculorum amborum, & vtrarumque aurium auditum perdidisse. Tunc beatus Clemens victus fletu & oratione, eos qui aderant simul, secum Deo preces fundere exhortatur, quatenus viro eius Dominus & auditum reddere dignaretur, & visum. Confidens itaque Clemens post orationem perrexit cum muliere Theodora ad virum eius, & inuenit eum apertis oculis nihil videntem, & neque sermonem aut sonitum audientem. Cúmque vlulatu vniuersi perstreperent, & hoc Sisinnius non audiret, dixit ad Deum Clemens: Domine Iesu Christe, qui claues regni cœlorũ dedisti Apostolo tuo Petro, magistro meo, & dixisti ei: Quæ aperueris aperta sunt, & quæ clauseris clausa sunt: tu præcipe, vt aperiantur huius hominis aures & oculi;

Clemens à B. petro pontifex tertius.

Doctrina B. Clementis. Genes. 26. Psal. 131. Esa. 7.

Baptizati prohibentur petere stipē à gentilibus & Iudæis.

B. Clementis consecrandis domicellis ardens studiū.

Sisinnius subita cæcitate afficitur.

Cæcitatis causa redditur.

Theodoræ ad deum deprecatio pro viro suo.

Eiusdem ad Clemen. oratio.

quoniam tu dixisti: Quæcunque petieritis credentes, consequimini: & tua hæc promissio fidelis F
permaneat in sæcula sæculorum. At vbi respondentes dixerunt, Amen: aperti sunt oculi Sisinnij,
Malum pro bono redditur. simul & aures eius. Et videns Clemente iuxta coniugem suam stantem, amens effectus, cogitare cœ-
pit, Quidnam hoc esset? & estimans se magicis illusum artibus, cœpit dicere seruis suis, vt tenerent
Pro B. Clemẽte columnas trahunt maleſici. Clementem episcopum. Dicebat enim: Iste, vt ingrederetur ad vxorem meam, artibus mihi ma-
gicis cæcitatem induxit. His autem quibus iusserat vt ligarent Clementem, videbatur quòd ipsum
constringerent & traherent: illi autem columnas trahentes ligabant & trahebant, nunc quidem
deintus foras, nunc verò deforas intus. Hoc quoque ipsi Sisinnia videbatur, quòd sanctum Clemen-
tem vinctum traherent. cui sanctus Clemens ait: Duritia cordis tui in saxum conuersa est: quia sa-
xa deos esse æstimas, saxa trahere meruisti. At ille quasi vincto insultans, dicebat: Ego te faciam ad
omnium maleficiorum tuorum experimentum interfici. Tunc Beatus Clemens dans orationem, & G
benedicens vxorem eius, abscessit: hoc illi in mandatis tradens, ne ab oratione omninò cessaret,
donec visitationem dominus viro eius dignaretur ostendere. Oranti autem Theodoræ, & flenti,
1. Cor. 7. Vir fidelis pro fideli muliere ſanctificatur. ecce subitò ad vesperum apparuit quidam vir canicie venerandus, dicens: Per te sanus erit Sisin-
nius, vt impleatur hoc quod dixit frater meus Paulus Apostolus, Sanctificatur vir infidelis per
mulierem fidelem, & cum hæc dixisset, ab aspectu eius abscessit. Vnde non dubium extitit, ibi bea-
tum Petrum Apostolum apparuisse. Denique statim vocauit ad se Sisinnius Theodoram, & dixit ei:
Obsecro te vt roges Deum tuum, ne irascatur mihi. zelo enim tui ductus, abij post te ad Ecclesiam:
& dũ volui videre quæ agebantur, & audire quæ dicebantur, amisi auditum pariter & visum. Nunc
ergo quia Clementis fecit præsentia, vt & auditum recuperarem, & visum, roga eum vt veniat ad
me, & faciat me veritatem agnoscere. Nam & mihi & pueris meis pro certo hoc videbatur, quòd
Clementem ligarent cum clericis suis, & ipsum traherent. Ipsi autem saxa & columnas liga-
Conuerſio Siſinnij. tes traxisse noscuntur. Tunc Theodora perrexit ad Episcopum Clementem, & narrauit ei omnia
quæ viderat, & quæ fuerant ei à suo viro narrata. Veniens autem Clemens ad Sisinnium, cum ho-
nore susceptus est. A quo audiens vniuersa quæ ad ædificationem eius conuenerant, docuit eum
omnia quæ ad fidem catholicam pertinere probantur: & credidit ei Sisinnius, & in fide corroboratus
est, & cœpit genibus Clementis aduolui, dicens: Gratias ago vero Deo omnipotenti, qui me H
idcircò cæcauit, vt videam: ideò auditum abstulit, vt veritatem hanc audiam, quam ignoranter
Aperta pœnitentiſcõfeſſio. irridebam: & hoc putabam falsum esse, quod verum est: hoc existimabam verum esse, quod falsum
est: tenebras putabam lucem, & lucem tenebras æstimabam. Sed purgatus est sensus meus à sordi-
bus idolorum. Verè nunc cognoui, dæmones decipere homines: qui non credunt Christum Deum,
ipsis dominantur saxa surda & muta, sicut & mihi hactenus dominata sunt. Hæc & his similia multa
dicente Sisinnio, gaudium magnum factum est. Credidit enim Sisinnius cum omni domo sua, &
dato nomine proximo Paschate futuro baptizatus est. Computati sunt autem de domo eius simul
viri cum mulieribus, & infantibus promiscui sexus, numero quadringenti viginti & tres. Per hunc
autem Sisinnium multi nobiles, multi illustres, & amici regis Neruæ, conuersi sunt ad Christum.
Comitis ſacrarum largitionũ, & liber præfecturarum meminit. Tunc Comes sacrarum Publius Tarquinius, videns enumerabilem multitudinem Christo crede-
re, inuidia Christi ductus, vocauit ad se patronos regionum, & data eius pecunia, monuit vt sedi-
tionem excitarent nomini Christiano. Illo igitur tempore administrante Mamertino præfecturam I
Virtus B. hominis declaratur vrbanam, facta est seditio populi Romani de nomine Clementis Episcopi, & inter se inuicem con-
fundebantur dicentes: Quid enim mali fecit? quid boni nobis non exercuit? Quicunque ab eo æ-
ger visitari potuit, nónne saluus factus est? Quicunque ad eum tristis aduenit, gaudens abscessit.
Nulli vnquam nocuit, cum omnibus profuerit. Alij verò spiritu diaboli inflati, dicebant: Magicis
artibus ista faciens, Deorum nostrorum culturam euacuauit. Iouem dicit Deum non esse: Herculem
conseruatorem nostrum, dicit esse immundum spiritum: Venerem Deam sanctam, meretricẽ
fuisse commemorat: deam Mineruam blasphemat: & Dianam ac Mercurium, simul & Saturnum
& Martem accusat: numina etiam vniuersa blasphemat. Tunc Mamertinus vrbis Romæ perfectus,
populi seditionem non ferens, iussit ad se adduci Clementem Episcopum vrbis Romæ. qui cum cũ
Coniuratio Mamertini præfecti. secretò vidisset, cœpit ei dicere: Nobili te stirpe progenitum omnis Romana multitudo testatur:
sed errorem te passum in eo referunt, quòd nescio quem Christum colere te dicant, & contra om-
nia templa diuina te suscipere arguant. Vnde deponẽda est à te hæc superstitio superflua, & dij sunt
à te colendi, eximius vt euadas. K
Opportuna B. Clement. reſponſio. Clemens dixit: Optarem per prudentiam culminis tui, ad rationem accedere: & te mihi non de
tumultu imperitorum, sed de ratione præscribere. Nam si canes in nos multi latrauerint, & mor-
sibus attrectauerint, nunquid nobis hoc possunt auferre, quòd nos homines sumus rationales, & illi
sint irrationabiles canes? Seditio autem semper ab imperitis exorta, ostendit se nihil certum ha-
bere, nec verum. Vnde silentij est flagitanda occasio, in qua pro salute homo irrationabilis disputa-
re secum incipiat, atque tractare, vt Deum verum inueniat, cui fidem suam iusta ratione committat.
Hæc & alia multa rationabiliter dicente Clemente Episcopo, furere contra ipsum cœpit vrbis præ-
fectus, qui ipsam seditionem excitauerat. Et missa relatione ad Neruam pariter & Traianum, dixit:
Clementem hunc ad seditiosam vociferationem populi Romani imperi, cum nihil in eo iure pos-
sit eorum accusatio inuenire. Ad quæ imperator Traianus rescripsit, debere Clementem Episco-
pum

Præceps Traiani iudicium. A pum aut sacrificare, aut trans Pontum mare, in heremo quod adiacet ciuitati Cersonæ, subire exiliũ.
Quod cum fuisset allegatum, cœpit cum Clemente Episcopo agere Mamertinus vrbis præfectus,
ne vellet spontaneum subire exilium, sed vt securus viueret diis libamina exhibere. Sed Beatus Cle-
mens Episcopus nitebatur etiam ipsius iudicis animum ad fidem Christi perducere, cum se ostẽ-
deret appetere potius exilium, quàm timere. Tantam denique Dominus gratiam Beato Clementi
Episcopo attribuit, vt fleret præfectus, ac diceret: Deus tuus, quem tu purè colis, ipse te adiuuet in
Relegatio B. Clementis. hac relegatione exilij. Et delegauit præfectus Beato Clementi nauem omnibus necessariis onustã,
& sic dimisit eum. Repleta est autem nauis tam de clero, quàm de populo. Secutique sunt Episco-
pum religiosi, multi viri. Cum autem peruenissent ad locum exilij inuenerunt ibi ad secanda saxa
Frequẽs Chriſtianorũ pœna exilij. amplius quàm duo milia Christianorum, diuturna relegatione damnatos. Qui videntes sanctum
Clementem Romanum Episcopum, omnes vna voce in fletum & gemitum proruperunt. Quos cũ
cognouisset Clemens, pro Dei nomine relegatos, dixit: Non meo merito ad vos me Dominus mi-
sit, sed ad hoc, ad vestram coronam adduxit, vt particeps factus passionis vestræ, etiam consolatio-
B nis particeps efficiar. Et cum multa eis consolationis & patientiæ verba intimasset, dedicit ab eis,
Ingẽs aquarum penuria. quòd de sexto miliario aquam sibi humeris apportarent. Tunc sanctus Clemens dixit: Oremus
Dominum Iesum Christum, vt confessoribus suis, fontis in isto loco venas aperiat: & qui percussit
Petram in deserto Sinai, & fluxerunt aquæ in satietatem, ipse nobis laticem affluentem impertiat,
Exod. 14. Num. 20. vt de eius beneficio gratulemur. Cúmque oratione completa hinc inde circumspiceret, vidit agnũ
Agnus dextro pede fontẽ oſtendit. stantem, qui pede dextro erecto quasi locum sancto Clementi ostenderet. Quod sanctus Clemens
intelligens, Dominum Iesum Christum esse, quem solus ipse respiceret, & præter ipsum alius non
videret, perrexit ad locum, & dixit: In nomine patris & filij & Spiritus sancti, in isto loco percutite.
Sed cum omnes per gyrum rostris effoderent, & non ipsum locum in quo agnus stabat contingerent,
accepto breui furculo Sanctus Clemens, leui ictu locum sub pede agni percutiens, fontem af-
fluentibus venis ornatum aperuit, qui suo impetu euomens, fluuium fecit. Tunc vniuersis gaudenti-
Pſalm. 45. bus, Beatus Clemens glorificans Deum, dixit: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Ad istã
autem famam confluxit omnis prouincia, & venientes vniuersi ad doctrinam sancti Clementis, cõ-
C uertebantur ad Dominum Iesum Christum: ita vt in die illa quingentæ animæ, & eo amplius, bap-
tizati in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti perfecti in fide Christi abscederẽt. Per totam autem
prouinciã intra vnum annũ à credentibus septuaginta & quinque Ecclesiæ fundatæ, & omnia tẽpla
Eccleſiæ 45. ædificantur. destructa, omniáq; idola fracta sunt. Post annos autẽ tres paganis insistẽtibus, tam ambitiosa relatio
cucurrit ad imperatorem Traianum, vt dicerent, ibi per Clementem Episcopum innumerabilem
Christianorũ populum accreuisse. Et missus est dux Aufidianus, qui multos Christianorum diuersis
Aufidianus à Traiano miſſus ad B. Clementem. pœnis occideret. Et dum videret Aufidianus, omnes gaudentes ad passionẽ accedere, cessit multi-
tudini, & solum Clementem Episcopum cogebat ad sacrificandũ. & cum videret illum sic fixum in
B. clemens in mare præcipitatur. Domino, vt penitus mutari nõ posset, dixit ad suos: Producatur ad mare, & ligetur ei ad collum an-
chora, & præcipitetur in medio mari, vt non possint isti populi Christiani hunc pro Deo colere.
Quod cum factum esset, omnis multitudo Christianorũ cœpit ad littus stare. Tunc dixerunt Cor-
nelius & Febus, discipuli eius: Omnes vnanimiter oremus, vt ostendat nobis Dominus martyris sui
excubias. Orantibus autem populis, secessit mare in sinum suum, per tria ferè miliaria, Et ingressi po-
B. Clementis corpus reperitur in mari ſub archa ſaxea. D puli per siccum, inuenerunt in modum templi marmorei habitaculum à Deo paratum: & ibi in arca
saxea Corpus sancti Clemẽtis positum, ita vt anchora, cum qua missus fuerat, iuxta eum esset posita.
Reuelatum est autem discipulis eius, vt non inde tollerent corpus eius. Quibus etiam hoc intimatũ
est, quòd omni anno die passionis eius recedat mare per septem dies, & sic aduenientibus iter præ-
beat, quod ad laudem nominis sui facit Dominus fieri, vsque in hodiernum diem. Hoc autem vbi
Miraculũ annuum. factũ est, omnes gentes per gyrum crediderunt Christo. Ibi fiunt multa diuina beneficia, oration-
ibus eius. Nam & cæci illuminantur ibi, omni anno natalis eius dæmones effugantur, & omnes
saluantur infirmi, qui illuc potuerint peruenire: & est ibi pax Dei, & laus Domini cum gaudio, &
benedicitur Christus filius Dei viui: qui cum patre viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus,
in sæcula sæculorum, Amen.

E
HISTORIA SANCTI CYPRIANI MARTYRIS ET EPISCOPI, EX VETVSTISSIMO CODICE DESCRIPTA.

IMPERATORE Valeriano quartum, & Galieno tertium Cõsulibus, tertio Kalendarum Septembrium, Carthagine in secretario Paternus proconsul Cypriano Episcopo dixit: Sacratissimi Imperatores Valerianus & Galienus, literas ad me dare dignati sunt, quibus præceperunt, eos qui Romanam religionem colunt, debere Romanas cæremonias recognoscere. Exquisiui ergo de nomine tuo: quid mihi respondes? Cyprianus Episcopus dixit.

Confessio B. Cypriani.

Christianus sum, & Episcopus. Nullos alios deos noui, nisi vnum & verum Deum, qui fecit cœlum F
& terram, mare, & quæ in eis sunt omnia, Huic Deo nos Christiani deseruimus, hunc deprecamur
diebus atque noctibus, pro nobis & pro omnibus hominibus, & pro incolumitate ipsorum Impe-
ratorum. Paternus proconsul dixit: In hac ergo voluntate perseueras? Cyprianus Episcopus respō-
dit: Bona voluntas, quæ Deum nouit, mutari non potest. Paternus proconsul dixit: Poteris ergo
Exilium decernitur ad Curubitanã vrbem. secundum præceptum Valeriani & Galieni, exul ad vrbem Curubitanam proficisci. Cyprianus
Episcopus dixit: Proficiscor. Paternus proconsul dixit: Non solum de Episcopis, verumetiam de
presbyteris mihi scribere dignati sunt. Volo ergo scire à te, qui sint presbyteri, qui in hac ciuitate
consistunt. Cyprianus Episcopus respondit: Legibus vestris benè atque vtiliter constituistis, delato-
Cyprianicharitas in christianos. res nos non esse. Itaque deferri à me non possunt, in ciuitatibus autem suis inuenientur. Et cum dis-
ciplina prohibeat, vt quis se vltrò non offerat, & tuæ quoque censuræ hoc displiceat: nec offerre se
ipsi possunt, sed à te exquisiti inuenientur. Paternus proconsul dixit: A me inuenientur. Et adiecit:
Præceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula fiant, nec cœmiteria ingrediantur. Si quis
itaque hoc tam salubre præceptum non obseruauerit, capite plectetur. Cyprianus Episcopus dixit: G
Præcepisti, Cúmque Cyprianus sanctus martyr, electus Deo, de ciuitate Curubitana, in qua exilio
præcepto Aspasij Paterni proconsulis relegatus fuerat, regrederetur, in hortis suis manebat. Inde
quotidie sperabat venire ad se, sicut illi ostensum fuerat. Et cum illic demoraretur, repentè Idibus
Septembris Tusco & Basso consulibus, venerunt ad eum principes duo: vnus ex officio Galerij Ma-
ximi proconsulis, qui & in curriculum eum leuauerunt: & ambo se in medio posuerunt, & in
Sexti perduxerunt. Galerius quidem Maximus proconsul, bonæ valetudinis recuperandæ gratia fe-
cesserat. Et ita idem Galerius Maximus proconsul in aliam diem Cyprianum sibi reseruari præce-
pit. Ex eo tempore beatus Cyprianus apud principem, & apud stratorem eiusdem officij Galerij Ma-
ximi proconsulis fuit. Et cum esset in vico qui dicitur Saturni, inter Venerea & salutaria, mansit
ille vniuersus populus fratrum. Et cum hoc sanctus Cyprianus comperisset, custodire præcepit, quo-
niam omnes in vico ante ianuam hospitij principis manserant. Et ita altero die, octauo decimo Ka-
lendarum Octobrium manè, multa turba conuenit ad Sexti, secundum præceptum Galerij Maxi-
mi proconsulis. Et ita idem Galerius Maximus proconsul eadem die Cyprianum sibi offerri præce- H
pit, in atrio Sautio sedenti. Cúmque oblatus fuisset, Galerius Maximus proconsul Cypriano episco-
po dixit: Tu es Tascius Cyprianus? Cyprianus episcopus respondit: Ego sum. Galerius Maximus
proconsul dixit: Iusserunt te sacratissimi Imperatores cæremoniari. Cyprianus episcopus dixit: Non
facio. Galerius Maximus ait: Consule tibi. Cyprianus episcopus respōdit: Fac quod tibi præceptum
Vrget Tirannorum vis. est, in re tam iusta nulla est consolatio. Galerius Maximus locutus cum consilio, dixit: Diu sacrile-
ga mente vixisti, & nefariæ tibi conspirationis homines adgregasti, & inimicum te diis Romanis
& sacris legibus constituisti, nec te pij & sacratissimi principes Valerianus & Galienus, & Valerianus
nobilissimus Cæsar, ad sectam cæremoniarum suarum reuocare potuerunt. Et ideò cum sis nequis-
simorum criminum auctor, & signifer deprehensus, eris ipse documento, cum his quos scelere tuo
Spirant christiani martyrium. tecum aggregasti, vt tecũ sanguine tuo saucientur * disciplina. Et decretum ex tabella reciratum est.
In Cyprianum enim gladio aduerti placuit. Cyprianus Episcopus dixit: Deo gratias ago. Post hãc
Mors B. Cypriani cum alacritate. verò sententiam turba fratrum dicebat. Et nos cum ipso decollemur. Propterea tumultus fratrum
exortus est, & multa turba eum prosecuta est. Et ita idem Cyprianus in agro Sexti perdu- I
ctus est, & ibi se lacerna birra expoliauit, & genu in terram flexit, & in orationem se Domi-
no prostrauit. Et cum se dalmatica expoliasset, & diaconibus tradidisset, ad lineam stetit, &
cœpit speculatorem sustinere. Cum venisset autem speculator, iussit suis, vt eidem speculatori au-
reos x x v. darent: linteamina verò & manualia fratribus ante eum mittebantur. Postea verò
beatus Cyprianus manu sua oculos sibi texit. Qui cum lacinias manueles ligare sibi non po-
tuisset, Iulianus presbyter, & Iulianus subdiaconus ei ligauerunt. Et ita beatus Cyprianus episcopus
passus est. Eiúsque corpus propter gentilium curiositatem in proximo positum est. Per noctem
autem corpus eius inde sublatum est ad cæreos & scholam Cæsaream, vbi Macrobij candidatíque,
Tempus passionis B. Cypriani. sunt in via Mappalensi, iuxta piscinas, cum voto & triumpho magno. Post paucos autem dies
Galerius Maximus proconsul discessit. Passus est autem beatissimus Cyprianus martyr die xviij. Ka-
lend. Octobris. sub Valeriano & Galieno Imperatoribus; regnante verò Domino nostro in sæcu-
la sæculorum, Amen. K

HISTO-

HISTORIA SANCTI APOLLINA-RIS MARTYRIS, EX PERVETVSTO CODICE DESCRIPTA.

Aduentus S. Petri in vrbẽ Rom.

IN DIEBVS Claudij Cæsaris, veniente Petro apostolo Iesu Christi Nazareni, ab Antiochia in vrbem Romam, multi cum eo Christiani, administrantes ei, Romam venerunt. Qui statim ad synagogam Hebræorum descendens, dedit eis notici am, dicens, quòd Hebræus esset, & à Iudæa propter fratrum charitatem aduenisset. Cum verò per multos dies sermocinaretur Iudæis, introducebat eis de nomine Iesu, quòd verus Dei esset filius, *Prædicatio B. Petri.* qui saluũ fecisset omne genus hominũ, indicans quantas operationes & virtutes in Israël fecisset, secundum propheticas voces. Multi verò ex Iudæis agentes pœnitentiã pro ignorantia sua credebãt in Iesum, prædicante Petro. Non solum autẽ Iudæi, sed etiã Romani, suscipientes verbũ, gauisi sunt, quòd visitatione visitasset Deus genus hominũ, mittens filium suum renouare mundum. Et crede- *Credũt multi omnis generis*
B tes in Iesum, baptizabãtur. Post mulum verò tẽpus ait beatus Petrus apostolus Apollinari discipulo *Mittitur Apollinaris Rauennam.*
suo: Quid sedes nobiscum? Ecce eruditus es de omnibus quæ fecit Iesus. Surge, accipe Spiritum sanctũ, simulq; pontificatũ, & perge ad vrbẽ quæ vocatur Rauennatiũ: multitudo enim populi illic moratur. Prædica eis de nomine Iesu, & ne formidaueris. Constat enim apud te, quòd verè Dei sit filius qui mortuis vitã reddidit, & ægris intulit verbo medicinã. Et post multa dãs orationem beatus Petrus, ponens manum super caput eius, ait ei: Mittat Dominus noster Iesus Christus angelum suum, qui præparet iter tuum, vt quæ postulaueris annuat tibi. Et osculans eum, emisit à se. Cum autẽ per- *Osculũ pacis.*
ueniisset beatus Apollinaris non longè ab vrbe Rauenna, mansit apud quendam militem Asiaticũ, *Herenæus hospes Apollinaris.*
nomine Herenæum. Cui indicans, vnde aduenisset, aut quid ageret: ait ad eum ille miles: Hospes, filius meus excæcatus est. Sed si qua virtus est prædicationis tuæ, adhibe medicinã, vt videam & sequar Deum tuum, credens in eum. Quem puerum alacriter Apollinaris ad se perduci iussit. Videntibus autẽ cunctis qui aderant, nihil aliud Apollinaris quàm signũ crucis super oculos cæci faciens, *Signum crucis cæcos illuminat.*
C dixit: Deus qui non localiter, sed vbiq; es, intromitte cognitionẽ filij tui Domini nostri Iesu Christi in istã ciuitatẽ, vt non solum istius oculos corporales inlumines, sed etiã interiores oculos genialiũ cõmorantium in loco isto aperias, vt celeriter cognoscẽtes Christum Iesum filium tuum, suum esse Deum, locũ mihi prædicationis tribuant, cum magno affectu. Expletis his sermonibus, vidit cæcus: & prouolutus ad pedes beati Apollinaris, vna cum parentibus, credens in Christo, baptizatus est in fluuio nõ longè ab vrbe Rauẽna. Matrona verò cuiusdã Tribuni militũ, nomine Thecla per annos *Theclæ morbo incurabilis.*
plurimos grauissima tenebatur infirmitate, quam nullus medicorũ poterat erigere. Factũ est igitur vt miles Christianus adstaret ante tribunal, & orta fabula à Tribuno de coniuge infirma, ait miles: Est apud me quidã peregrinus, prouecta ætate, qui etiã filium meum absq; vllo medicamine illuminauit. Hunc si venire permittis, mox vt illũ viderit, cõualescet. Ait ei Tribunus: Et hic vnde aduenit? *Tribuni domũ ingreditur Apollinaris.*
Qui respõdit: Ab vrbe Roma. Tribunus dixit: Ergo Romanus genere est? Respõdit: Nescio, plus tamẽ Græcus esse videtur, Dicit ei Tribunus: Secretè perduc eum in domum meam, vt cognoscã vera
D esse quæ dicis. Cúmq; ingressus fuisset vrbẽ Rauennã Apollinaris, circũ signans se honestissimè, dixit: Deus qui operaris cum Petro magistro meo, operare mecum, vt clarificetur nomẽ tuum, & fiat voluntas tua. Et ingressus domũ Tribuni, officiosissimè susceptus est. Ait autẽ ad eum Tribunus: Benè aduenisti medice, & quid dulcius quàm æstuanti frigida aqua? Cui beatus Apollinaris respõdit: Requiescat in vobis pax domini Dei nostri Iesu Christi. Tribunus dixit: Quis est de quo dicis? Respondit: Filius dei viui, qui sæculum perditũ renouauit. Tribunus ait: Vt video, tu Galilæus es. Respõdit: *Saluatio veri discipuli christi.*
Etiã. Tribunus ait: Nosti curationes? Respondit Apollinaris: Nihil sine nomine Iesu. Ait Tribunus: Et quæ virtus est in Iesu? Apollinaris respondit: Conuoca huc milites tuos, & cunctis videntibus dignosces virtutẽ Iesu. Cúmque adstarent, ait Tribunus: Ecce mulier mea lecto tenetur infirma annis plurimis, cui omnis medicina contraria extitit. si qua ergo virtus est in te, operare. Cui respondit Apollinaris: Aperiat deus oculos cordis vestri, vt videntes mirabilia eius, credatis Iesum Deum esse. *Iesus medicina languentium.*
Tũc apprehẽdens manũ mulieris, ait: Surge in nomine domini nostri Iesu Christi, & crede in illum, & ne amplius dixeris, quod alius similis sit illi. Statímque surgens mulier, descendit sana de lectulo, clamans & dicens, quòd non sit alius deus præter Iesum, quem prædicat Apollinaris. Videns ve-
E rò Tribunus, & milites, obstupuerunt dicentes: Quia verè hic est Deus, qui talia fecit. Potest etiam iste, si diligatur, inter bella præstare auxilia. Interea ipse Tribunus cum vxore, & filiis, & familia sua credentes in Iesum, baptizati sunt. Sed & multi alij ex Paganis, qui interfuerant, cœperunt fidem Iesu Christi profiteri. Habitauit interea in domo Tribuni intra vrbem Rauennam beatus Apollinaris, & quotidiè ad eum veniebant ex populo, & docebat eos secretè, dicens: Credite in Iesum, quoniam ipse est deus cœli & terræ: & credentes baptizabantur. Multi verò nobiles dabant filios suos beato Apollinari, vt ab eodem sacris litteris erudirentur: illi videlicet qui iam in Christo credebant. Mysterium enim & baptismata in domo Tribuni Beatus Apollinaris agebat cum discipulis suis assiduè. Itaque intra duodecim annos, duos presbyteros, Adhcretũ, & Calocerũ ordinauit: Marcianũ nobilissimum virum, & Leuthadiũ philosophum, diaconos fecit. Sex etiã cle- *Diaconos instituit.*
ricos statuit cũ quibus die noctúque psalmos Deo canebat. Cúmq; crescret Apollinaris in depre-

I

Confessio oris Christiani ad salutem.

Templum Iouis mirè artificiosum. cæditur S. Apollinaris.

Bonifacius mutus efficitur.

Pythonica.

Soluitur lingua muti. Ingès numerus credentiũ.

Paganorum vis ins. Apollinarem.

In tugurio misteria faciebant Christiani.

Caloteri presbyteri virtus insignis.

Inuocatione Christi in no. B. Petri, suscitatur puella.

Puella consecratur Christo.

catione Iesu Christi, & multitudo populi creuisset in fide Christi, iam non poterat latere. Nuntiatum est ergo de eo duci Saturno, qui producens eum, statuit ante Pontifices Capitolij Rauennatis. Interrogauítque eum dux, quis velit esse? Qui respondit libera voce, Christianus sum. Dux ait: Quis est Christus? Apollinaris respondit: Filius Dei viui, per quem omnis creatura viuit: quæ in cœlo, & quæ in terra, & quæ in mari est. Cui dux ait: Et te ipse misit ad nos, vt euacues culturas deorum nostrorum? an ignoras sacrum nomen Iouis, quia magnus est qui est habitator huius Capitolij, ciuitatis, cui te oportet humiliari? Apollinaris respondit: Quis sit habitator ignoro, & quale templum possideat, non vidi. Aiunt Pontifices: Veni & vide magnum templum, & mirè exornatum, ibíque cernes simulachrum inuictissimi Iouis. Cúmque introisset in Capitolium beatus Apollinaris subridens, ait Pontificibus: Ista tanta ornamenta aurea & argentea, melius poterant pauperibus erogari. Tunc irruentes Pontifices paganorum, cum populo super eum, nimia eum cæde mactauerunt. Et eiicientes eum ad mare, semiuiuum reliquerunt. Quem colligentes discipuli eius, absconderunt in domo cuiusdam mulieris viduæ Christianæ, adhibentes ei curam. Post menses autem sex, nobilissimus vir nomine Bonifacius, ciuis Classis, subitò obmutuit. Cui dum plurimi medicorum nihil prodessent, indicatum est, quòd famulus Dei Apollinaris viueret, & apud viduam lateret. Mittens igitur ad eum coniunx eius, obsecrare cœpit, vt ad virum eius visitationem suam impenderet. Cúmque peruenisset ad domum, puella de domo habens spiritum immundum, exclamauit dicens: Recede hinc serue Dei viui, ne faciam te pedibus ligatis de hac trahi ciuitate. Cui ait sanctus Apollinaris: Obmutesce diabole, & exi ab ea, & ne amplius in hominibus loquaris. Qui statim recessit ab ea. Ascendens verò vir beatissimus in domum Bonifacij, vidit eum iacentem mutum, & ait: Domine Iesu Christe, qui clausisti os istius hominis, ne amplius inuocaret idola in auxilium suum, aperi continuò os eius, vt tuum nomen, quod est benedictum inuocet, & credat quia tu es Deus viuens in sæcula sæculorum. Cúmque à Christianis dictum fuisset, Amen: eadem hora soluta est lingua eius, & laudabat dominum, dicens: Non est alius Deus, quàm hic quem beatissimus prædicat Apollinaris. Eodem die amplius quàm quingenti homines crediderunt in Iesum, agentes gratias Deo, & Apollinari famulo eius, per quem illuminati sunt omnes. Non post multos autem dies inflati quidam paganorum à spiritu immundo, suam facientes voluntatem, tenuerunt eum: & diutius cæsum fustibus, prohibebant ne de nomine Iesu mentionem aliquam faceret. Qui iacens in terra, clamabat, quòd verè ipse est Deus, qui sponte, pro omnium hominum salute corporaliter pati voluit. Non ferentes Pagani hoc testimonium, beatum Apollinarem nudis pedibus super prunas stare fecerunt. Qui amplius Christo testificabatur. Pagani verò ab vrbe Classe, eum proiecerunt, dicentes ei: Quamuis curationes facias, vrbem tamen noli ingredi, & viues. Erat itaque beatissimus vir iacens extra muros, & prædicans de nomine Iesu incessanter. Veniebant ad eum multi de ciuitate, timentes dominum, & ministrabant ei. Non enim parua erat plebs Christianorum, maximè nobilium. Habebant enim Christiani tugurium non longè à muro, vbi mysterium faciebant. Baptizabantur autem in mari, in nomine patris & filij & spiritus sancti, quotidie innumeri. Post plurimos deinde annos beatissimus Apollinaris ad Æmiliam perrexit, docendo secretè populum, quoscunque poterat trahere verbo. Interea Caloterus presbyter gubernabat Ecclesiam, quæ erat Rauennæ, latenter faciens multas virtutes in nomine Iesu Christi. Non post multum tempus regressus ab Æmilia beatus Apollinaris, à Christianis cum omni gaudio susceptus est. Eodem tempore Rufus Patricius, ex consule ducatum agebat Rauennæ, cuius vnica filia infirmabatur. Indicatum est ei de nomine Apollinaris sacerdotis: quem mox iussit ad domum suam venire, vt visitaret filiam eius. At vbi ingressus est domum cum clericis suis, statim defuncta est puella. Cúmque lamentationes audiuisset Apollinaris, cognouit quia transisset. descendénsque increpabat eum Rufus Patricius, cum lachrymis dicens: Atque vtinam domum meam non introisses. Dij enim magni indignati, noluerunt filiam meam saluare. Tu verò in quo poteris, cura eam. Et omnes qui aderant, flebant cum eo. Cui beatissimus Apollinaris dixit: Fiducialiter age Patrici, & iura mihi per salutem Cæsaris, quia permittes puellam sequi Saluatorem suum, & modò cognosces virtutem Domini nostri Iesu Christi. Rufus Patricius respondit: Scio quoniam mortua est puella, & non viuit: tamen si videro eam stantem & loquentem, laudabo virtutem Dei tui, & non prohibebo sequi Saluatorem suum. Tunc cum vniuersa multitudine flente, ipse fiduciam habens in Iesum, accessit, & tetigit puellam dicens: Domine Iesu Christe, Deus meus, qui magistro meo Petro apostolo tuo dedisti locum impetrandi apud te quæ desiderat, tu suscita hanc puellam, quia tua est creatura, & non est alius Deus præter te. Et respiciens ad puellam, ait: Quid iaces? Surge, confitere creatorem tuum. Quæ statim surrexit, & loquebatur, vociferans & dicens: Magnus deus quem prædicat Apollinaris, famulus eius, & nullus est alius præter eum. Factum est igitur in illa hora gaudium magnum coram omnibus, & coram Christianis, quia magnificatum est nomen Domini nostri Iesu Christi. Baptizata est puella cum matre & familia promiscui sexus, trecenti viginti quatuor. sed & multi alij ex Paganis crediderunt Christo. Rusus verò Patricius timens Cæsarem occultè diligebat beatum Apollinarem, & ministrabat ei. Filia verò eius consecrata est Christo, & permansit virgo. Nunciatum est hoc Cæsari à Paganis, quòd quidam vir veniens ab Antiochia, magicis artibus & incantationibus nomen

Iesu

Imperio Cæsaris vocatur S. Apollinaris.

Vox Messalini indocta.

Mos referendi in numerum deorum. Tertull. Apol. cap. 5.

Virgis cæditur Apoll.

Matth. 16. Remuneratio Christianorũ.

Os S. Apollinaris saxo cõtunditur.

Apollinaris cõfortatur ab Angelo.

Apollinaris cum suis liberatur à tempestate.

Lepra sue mũdatur in nomine Iesu.

Apollinaris ad Danubiũ versatus.

Templum Serapis.

Iesu Hebræi introduxissent in vrbem Rauennam, & magna multitudo obediret illi, ac etiam domus Rufi Patricij. Cui Cæsar mittens successorem, scripsit ad vicarium præfecturæ, vt præsumptorem huiusce modi aut diis inclinaret, aut longè in exilium mitteret. Accersiuit itaque Messalinus vicarius Apollinarem in prætorium suum, & ait ad eum coram sacerdotibus Capitolij: Quis diceris? Respondit, Apollinaris. Messalinus dixit: Vnde huc aduenisti? Respondit: ab Antiochia. Messalinus dixit: Quam artem agis? Apollinaris respondit: Christianus sum, & discipulus Apostolorum. Vicarius dixit: Et quis est Christus? Apollinaris respondit Filius Dei viui, qui fecit cœlum & terram, mare & omnem animam viuentem. Messalinus dixit: Tu de illo Christo dicis, qui ante paucos annos, dum se filium Dei diceret, à Iudæis interfectus est? Vtique si hic Deus erat, nec mori poterat, nec contumeliis affligi, sed superbè agens iniuriatus est, & morti traditus: hunc tu, qua ratione in numero deorum cõputas ignoramus. Apollinaris respondit: Audi iudex quę dico viriliter: Deus erat manens in corpore, mũdo faciebat mirabilia insignia: Quod autem à Iudæis tentus est, siue crucifixus, caro quæ ex virgine sumpta est, patiebatur: Deus enim impassibilis permãsit, & immortalis.

B Qui tamen etiam ipsam carnem tertio die excitauit à mortuis, apparens multis: ascenditin cœlum vnde descenderat Deus. Tantam verò tribuit potestatem in se credentibus, vt in nomine eius, dæmonia eiiciantur, infirmi conualescant, mortui resurgant. Vicarius dixit: Tu mihi persuadere non potes, vt ego deos sequar ignotos, qui à senatu præcepti non sunt. Sed istis postpositis, accede ad Capitolium, & manibus tuis ponetur thus magno Deo Ioui, & immola diis vt possis viuere. Nam per salutem Cæsaris verberatum te diuersis pœnis, in exilium dirigam. Apollinaris respondit: Iam me perductum in Capitolium existimato, securus esto, qui manibus meis thura non ponam dæmonio, sed Domino meo Iesu Christo incensum offeram laudis, & suauitatis. Tum exclamantes Pontifices, dixerunt: Ignoras iudex, quia hic sibi nomen posuit Pontifex, vt sub nomine nostro seducat turbas? Sed examina eum de præsumptionibus suis. Vicarius dixit ad officium: Exuite eum, & cedentes dicite: Resipisce, & immola diis. Cúmque cæderetur, clamabat dicens: Christianus sum, fac quod tibi videtur. Dum hæc circa famulum Dei geruntur, vnus de Pontificibus, dæmonium habens, dixit ad vicarium: E culeo appendatur, vt tortus diutius, det honorem diis immortalibus. Beatus Apollinaris dum torqueretur, dicebat: Dominum Iesum Christum deum viuum esse confiteor, & aliud non dico. Tum vicarius: Dic mihi pestifer, quæ remuneratio tibi erit pro his pœnis? Apollinaris respondit: Si quis perseuerauerit vsque in finem in Christo, hic saluus erit, & si mortuus fuerit, viuet. Hæc est remuneratio Christianorum. Tunc vniuersi qui aderant, & audierunt hæc, glorificabant Deum cœli: quia fortior erat Apollinaris, dum pateretur ab his qui ministrabant ei tormenta. Iudex dixit; Denuò verberetur, & super plagas, bulliens aqua mittatur: hinc sub præcone ad nauem perducatur, & cum graui pondere feratur in exilium, & ad partes Illyricæ relegetur. Quidam verò, qui sæuior erat in famulum Dei, arreptus à dæmonio, subito expirauit. Cúmque eleuatus fuisset à terra beatissimus Apollinaris, ait vicario: Impiissime, quare non credis in filium Dei, vt euadas tormenta æterna? Tunc indignatus iudex, iussit saxo os eius contundi. Videntes autem Christiani tantam impietatem, commoti sunt, & irruerunt super Paganos: tantáque illisio fuit, vt subitò amplius quàm ducentos homines impios interficerent: sed & vicarium perimere cogitabant. Perturbatus itaque iudex, reclusit se: Apollinarem verò cum grauissimo pondere ferri iussit & in carcerem horrificum claudi, & in ligno extendi, & nihil illi ministrari, vt deficeret. Angelus autem Domini nocte veniens ad eum, videntibus cunctis custodibus pauit, & confortans abijt. Quarto igitur die cognouit iudex, quòd adhuc viueret. Quare secretè cathenatum in nauem imposuit, & in exilium direxit. Secuti verò sunt eum tres viri de clero, qui ei ministrabant. Interea Ecclesia quæ erat Rauennæ, gubernabatur à presbyteris & diaconibus, crescente numero Christianorum. Cúmque littora currentis maris nauigarent, subitò nata est tempestas, & fracta naue in sicco comminuta est; & eiectus est in littore Beatus Apollinaris cum clericis suis, & duobus militibus, cæteri verò mortui sunt in mari. Aiunt itaque ad eum milites: Domine pater, quò ibimus? quid faciemus? Quibus ait: Baptizamini in nomine Iesu, & viuetis. Qui statim renunciantes idolis, baptizari sunt in nomine patris & filij & spiritus Sancti. Tunc cœperunt pergere de loco in locum, & pertransierunt Misiam, prædicantes verbum Dei, & nemo eos recipiebat. Interea cuiusdam primi & magni viri frater leprosus effectus, visus est à beato Apollinare, cui dixit ille: Tu vis fieri sanus? Qui ait: Volo. Apollinaris respondit: Crede in Iesum Christum. Respondit: Si me sanum fecerit ipse, est Deus. Inuocans Apollinaris nomen Iesu, tetigit eum: & statim sanus factus est. Qui & ipse renuncians simulachris, credidit in Iesum, baptizatus est, & mansit apud eum diebus plurimis. Et inde transiuit ad ripam fluminis Danubij, & multos sociauit ad Dominum. Cúmque innotuisset quòd inimicus esset idolorum, volebant eum occidere. Qui fugiens, descendit in partem Thraciæ, & mansit ibi diebus plurimis. Erat enim in ciuitate templum Serapis, qui in ipsis diebus nullum responsum suis dabat, spiritúsque dæmonum locutus est dicens: Nescitis quia discipulus Petri Apostoli Iesu Christi, à Roma huc venit, & ligauit me, prædicans Iesum? Hic si expulsus non fuerit ab his locis, nos vobis responsa dare non possumus. Facta itaque inquisitione, inuentus est Apollinaris. Quem discutientes, quid faceret in finibus eorum? narrabat eis, quia

Christianus sum, & pro Christi nomine ab vrbe Rauenna huc in exilio missus sum. Qui exuentes F
eum, diutius sustibus cæsum, vsque ad mare perduci fecerunt. Rogantes quoque Rectorem pro-
uinciæ, vt per vsum nauis currentis ad Italiam, Appollinaris cum suis hominibus aueheretur, dicē-
Deficitur sanctus ab infidelibus. tes: Melius est vt ibi, vnde venit, habitet, & subuertat populum, quàm hic euacuet culturas Deorum
nostrorum. Itaque post tertium annum Rauennam ingreditur. Quem suscipientes Christiani, ga-
uisi sunt gaudio magno, glorificātes Deum qui eis suum patrem & doctorem reuocasset. Multa e-
nim mirabilia per eum Dominus in littore Dalmatiæ, dum regrederetur, operatus est. Contigit
post multum temporis, dum Christiani mysterium facerent in suburbano Pyrinei senatoris, quòd
subito seditio orta est in ciuitate à Paganis de nomine Apollinaris: & irruentes populi super eum,
ligatum ad forum perduxerunt, cædentes & vulnerantes. Non enim dignus est iste, dicebant,
Templum cū Idolo dissoluitur. præsentari magno deo Ioui, quia frequenter eum illusit: sed ducatur ad templum Appollinis,
ibique cognoscat virtutem Deorum immortalium. Cúmque perductus fuisset, multi nobiles vi-
ri tam Pagani quàm Christiani, vnacum populo secuti sunt eum. Dicebant verò Pagani: Videa-
mus si iam homo iste resipuit. Et dum venisset ad templum, & vidisset simulachrum Appollinis, G
ait Apollinaris adstantibus: Nunquid iste est Deus, in quo auguria captatis? Respondérunt Pa-
gani: Etiam, primus inter deos, & custos ipse est ciuitatis. Respondit Apollinaris: Nunquam sit
huic benè: sed hoc destructo, erit custos Christianorum commorantium in loco isto, Dominus
Inqua virtute Sancti miracula faciant. Iesus Christus, qui verè est Deus. Et facta oratione, simulachrum solutum, & templum diaboli
destructum est. Pagani verò vidētes quæ facta sunt, clamabant dicētes: Senex impius interficiatur,
per quē omnia facta sunt. Christiani verò gratias Deo referebāt, dicentes: Quod verè ille est Deus,
qui talia per hunc patrem nostrum operatur. Commota itaque pars Paganorum, tradiderunt eum
iudici, cui nomen erat Taurus, vt eum interficeret. Qui congregans omnem nobilitatem vrbis in
prætoriū suum, his verbis cœpit eum alloqui: Rogamus te, prode nobis, in qua virtute tāta exerces:
aut vbi facis congregationem & signum, vt tanta turba te sequatur? Respondit Apollinaris: Virtus
alia non est, quàm Domini nostri Iesu Christi. Donum enim in cordibus nostris habemus: tamen
si fabricam quæris, non longè est ab vrbe: illic Christianis eloquia tradimus diuina. Taurus iudex H
Recipit visum Cæcus. dixit: Sunt tibi aliqui adiutores? Respondit: Etiam, plurimi. Taurus iudex dixit: Et vbi sunt modo?
Apollinaris respondit: In hac Rauennatium vrbe consistunt. Taurus iudex dixit: Est in te aliqua
virtus diuinitatis? Beatus Apollinaris respondit: Iam dixi tibi, est virtus superna Domini nostri Iesu
Christi. Taurus iudex dixit: Ecce apud me est filius naturalis cæcus natus? inuocato igitur no-
mine ipsius quem crucifixum à suis asseritis, aperi oculos eius, & credemus, quia verè ipse sit
Deus: sin autem aliud, igni te trademus ad comburendum pro sceleribus tuis. Apollinaris re-
spondit: Veniat ad me ille cæcus. Cúmque venisset, ait ad cum Apollinaris: In nomine Iesu
Christi crucifixi aperi oculos tuos, & vide. Qui statim aperiens oculos, recepit lumen. Stupefa-
cti igitur omnes qui erant præsentes, dicebant: Quod verè hic est Deus qui talia operatur. Mul-
tique ex eis crediderunt in Iesum. Tunc Taurus præses secretè eruit eum de populo, & misit illum
nocte in præsidio suo quasi custodiendum. Et mansit ibi annos quatuor. Erat enim ab vrbe mi-
liario sexto, ibique currebant ad eum omnes Christiani, & docebantur ab eo. Quicunque verò
ad eum æger perductus fuisset, sanus reuertebatur, quacunque infirmitate detentus fuisset. Po-
stea in diebus Vespasiani Cæsaris, inuidiosa relatio Pontificum Capitolij Rauennatis, qui erant I
super aras trecentas, peruenit Romam, aduersus beatum Apollinarem, & dicebant: Si hunc se-
ductorem Apollinarem non interfeceris, qui contraria regno vestro & saluti præfecturæ prædi-
cat, Romanas ceremonias exterminio tradetis. Non enim parua multitudo ab eodem seducta,
quotidie in iniuriis Deorum immortalium debacchatur: ipse quoque magicis artibus templa
omnia destruit. Solius igitur Apollinaris incuruata ætas vita priuetur, vt nomen Romanum
permaneat. Direxit itaque Imperator Talemium Sionem, vt si diis sacratissimis quis temerario
ore iniuriam insereret, pro ipso conceptu deorum aut satisfaciat, aut vrbe priuetur. Non enim
iustum est, ait, vt nos deos vindicemus, ne si ipsi de inimicis suis vlcisci non poterint, irascantur.
Missio B. Apollinaris. Interea hæc data iussio percurrit ad Demosthenem, illustrem virum atque patricium, sed omninò
Paganissimum: qui missa executione, Apollinarem sibi exhiberi iubet. Qui cum iam incuruatus
nimia ætate & diuersis passionibus, adstaret in conspectu iudicis, clamatum est à Paganis: Nihil ab
eo inquiras, omnes scimus quia Christianus est, & destructor templorum. Aut puni eum, aut lon- K
gius proiice ab hac vrbe, ne pereamus. Demosthenes Patricius dixit: Dic mihi antique seductor,
cuius religionis es? Beatus Apollinaris respondit: Non nego gloriæ vestræ, sed verum dico, quia
Christianus sum, & eruditus à beato Petro Apostolo, & ab ipso in hanc fœlicissimam directus sum
vrbem, & per nomen Iesu Christi salutem consequi mereantur, credentes huius vrbis habitatores.
Tum Demosthenes Patricius, dixit: Quid multa? tempus est, vt à vanitate tua recedens, satisfacias
diis. Beatus Apollinaris respondit: Sacrificium meipsum offero, pro salute filiorum meorum, quos
adquisiui. Si quis non recesserit ab hac incredulitate, & non adorauerit Deum cœli, qui cum Domi-
Cur saluandi sint nonnulli & damnandi alii. no nostro Iesu Christo & spiritu Sancto regnat in sæcula sæculorum, erit consumendus igni per-
petuo: qui autem crediderint, & baptizati fuerint, habebunt requiem æternam, & diuitias immuta-
biles. Tunc iudex accensus furore, tradidit eum in custodiam cuidam Centurioni, qui & ipse iam
Christia-

A Christianus erat occultus: cogitās quibus modis à cruciatibus eū liberaret. Accipiēs itaque Centurio
duxit eū ad classem, in domū suā. Post aliquot dies dicit Centurio Appollinari: Domine pater noli-
te tā cito morti tradere, quia vita tua nobis necessaria est: sed egredere noctu, & vade in vicū quo in-
firmi habitant, donec furor populi conquiescat. Et medio noctis laxauit eum vt fugeret. Cumque
Infectantur pagani S. Apollinarem & flagellant. cognitum fuisset à paganis, secuti sunt eum: qui apprehensus non longè à porta, tandiu cæsus est, do-
nec existimatus mortuus relinqueretur. Exindè ante lucem collectus à discipulis suis, perductus
est in vicum vbi leprosi morabantur: & ibi inter Christianos iacens, septem dies supervixit, admo-
nens Ecclesiam ne à fide Christi discederet: & annuncians eis, quòd multæ futuræ essent persecu-
tiones pro nomine Christi: sed post has plurimas tempestates, etiam principes ad fidē Christi essent
accessuri, Annunciās etiam omnia numina dæmonum euacuanda, & libere in toto orbe terrarum
hostias à Christianis Deo viuo offerendas esse. Si quis ergo inquiens, permāserit in fide Iesu Christi,
vita viuet, & non morietur. His & aliis multis expletis eloquiis, defunctus est beatissimus Appolli-
Martyrium B. Apollinaris. naris Martyr & Episcopus, & sepultus est extra muros Classis, in arca saxea, sub terram propter me-
B tum Paganorum missa, Gubernauit autem ecclesiam suam annos viginti nouem, mense vno, dies
quatuor: passusque Martyrium est sub Vespasiano Cæsare, die decimo Kalendarum Augustarū, re-
gnante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula seculorum Amen.

B. LINI ROMANORVM PONTIFICIS DE PASSIONE D. PETRI ET PAVLI AD ECCLESIAS ORIENTALES, LIBER PRIMVS.

Linus, de septuaginta duobus Christi discipulis vnus, cuius nomine Paulus Timotheum in posteriore ad ipsum Epistola salutat primus post Petrum Romanæ Ecclesiæ Pontifex, natione hetruscus, scripsit Græco sermone de Petri
C *& Pauli agone libros duos, itemque epistolas aliquot. Moritur Romæ sub Galba Imperatore, anno Christi septuage-simo post expletos pontificatus sui annos vndecim, menses tres, dies duodecim. Hæc Sixtus lib. 2. billioth. nonnihil dis-sentiens ab his quæ scripsit Nicephorus xanthopulus lib. 3. cap. 21.*

POST multimoda & multifaria viæ vitæque salutaris documēta, & eximia atque
Certamina B. Petri. celeberrima miracula ostensa, & diuersa cum Simone Mago aliisue quāplurimis
Antichristi præconibus pro nomine veri Christi certamina, post passionem quo-
que multiplicem, & flagellorum acerbitatem, & carcerum squalorem horrificum,
cum esset exultans in Domino beatus Petrus, & gratias agens nocte ac die cū fra-
tribus, in turba venientium ad fidem Dei & Domini nostri Iesu Christi, intentus
orationibus ac doctrinæ, cæterisque pietatis officiis, præcipuè charitatis & castitatis, gratiam audientium pectoribus inserebat, adhortans credentes in Christum vt pudicè & conti-
nenter se gererent. Nimis enim abundanter & supereminenter vrbs orbi prælata mente se in fastū
D elationis extulerat, & idcirco (vt solet in opulentia & inerti securitate) indecenti luxu dominabatur.
Elationes mentis sequitur contumelia carnis. Persæpe namque vbi est elatio mentis, sequitur contumelia carnis: vnde factum est vt beati Petri
sermonibus, magnus pudicitiæ apud multas diuersæ ætatis & potestatis seu nobilitatis fœminas, a-
mor exarserit, ita vt pleræque etiam Romanorū matronæ à cōmixtione virilis thori seruare mūda
corda, simul & corpora, quantum ex ipsis erat, deligerent. Sed cū iam tempus appropinquaret, quo
fides beati Petri Apostoli & labores remunerari deberent, præueniens, perditionis caput scilicet, &
antichristus Nero, consummata iniquitas, arctari eum & in custodia squalidissima compedibus vin-
Ira Neronem resurrecturū futurumque Antichristū quidam opinati sunt: Theophilus inprimis. D. Martinus & cælius lib. 11. cap. 12. Bousinius lib. 5. dec. 1. ciri iussit, vbi cœperunt frequentare illum quatuor concubinæ præfecti Agrippæ, quarū erant no-
mina: Agrippina, Eucharia, Euphemia, & Dione. Quę audientes ab eo castitatis sermonē, & omnia
Domini nostri Iesu Christi mandata, tabescebant & molestabantur sub thoro Agrippę. Vnde casti-
tati se deuouentes, pactum consilij adinuicem inierunt: & cōfortatę à Domino nostro Iesu Christo,
nullo modo ei obsequio concubitus acquiescere vlterius decreuerūt subtrahentibus autem se iisdē
E non solum à complexu, verum etiam ab omnimoda coniunctione Agrippæ, cœpit idem super hoc
valdè tædere, & mœstus esse. Mittensque solicitos ac solertes exploratores didicit eas studiosissimè
ad beatū Petrū se proripere. Quibus ad se reductis, dixit vehementissima amoris captus insania, scio
vnde veniti. Ille Christianus vos docuit mecum non conuenire, & à debito thoro subtrahere. Sed
certus sum, quia suis magicis artibus amorem erga me vestrum non poterit infirmare. Quæ mul-
tis blanditiis delinitæ, nec verbo amatorio compellarunt, nec, nec intento oculo, libidinis fo-
mitem respexerunt, quia Apostolico sermone fundatæ erant. Videns autem Agrippa præfectus,
quòd Petri doctrinam sequentes, libidinem eius vnanimiter spernerent, & eius blanditiis
minimè acquiescerent, cœpit eis minas intentare horrificas, iurans quòd & viuas incen-
dio cremaret, & Petrum grauissimè afflictum suppliciis, ab hominum de sub cœlo me-
moria perderet. Sed nunquam potuit eas ad inquinamentum flectere dicentes amabilius si-

bi esse omnibus tormentis pro castitate succumbere, quam Christum (cui deuouerant castimoniã) F
recusare. Indignabatur itaque Agrippa præfectus, maximè in Apostolum & fremebat super eum
dentibus, querẽs occasionem vt eum quasi rationabiliter potuisset occidere. Interea vxor Albini,
Cæsaris amicissimi, nomine Xandipe, cum aliis pluribus nobilissimis matronis, venit, ad Petrum. A
quo percipiens verbum castæ vitæ, repudiauit non modò virile connubium, quinetiam & omne hu-
ius delectamentum. Qua de re Albinus nimio mœrore confectus, comminabatur multa se Petro
illaturum tormenta. Xandipem verò vxorem suam, verbis iniuria plenis, indèque delinimentis, ac
toto conamine refragari tentabat. Mittensque ad Agripam præfectum, sibi amicitia copulatum,
mandauit ei, omnia quæ agente Petro, de sua vxore patiebatur, deprecans vt si ei secundum suam
fiduciam amicus esset, vlcisceretureum de Petro, alioqui ipse se vindicaturus esset. Agrippa quoque
reddidit ei responsum, se eadem, adhuc etiã & duriora his, per eum pati. Vnde factũ est, vt cùm Al-
binus cubitum iret, & Xandipen adduci sibi fecisset, suæque delectationis commixtionem apud eã,
nec blanditiis nec terroribus obtinere potuisset, consiliaretur quatenus vnà cum Agrippæ manu,
velut auem laqueo Petrum caperet, & vt maleficum pessundaret. Xandipe autem albini vxor hæc G
audiens, misit nuncium fidelissimum ad Petrum, vt Roma exiret, & insidias penè ineuitabiles decli-
naret. Marcello nihilominus Marci præfecti filio, qui postquàm Simonis magi pestiferam doctrinã
aufugerat, Apostolo fideliter & viriliter in cunctis adhæsit, atque etiam fratribus, conspirationem
viri sui & præfecti Agrippæ, ipsa innotescere fecit. In crastino quoque surrexerunt quidam ex sena-
toribus in confessu, & dixerunt, Suggerimus amplitudini vestræ nobiles viri, quôd ad peruersionẽ
Accusatur B. Petrus vxores à viris diuertere. vrbis æternæ, Petrus connubia diuortiis emancipat, vxores nostras à nobis disiungit, &(nescimus
quam)nobis nouam & inauditam legem inducit. Et hæc dicentes, cõcitabant etiam alios ad tumul-
tum & appellationem, Tunc Agrippa gratulatus est, quia quod de Petro optauit, sub occasione in
senatum uenit. Sed & hoc, Petrum & fratres non latuit. Innotescere siquidem hoc eis sceleri nũcio
fecerant ij, qui fuerant ex senatoribus per Petrum illuminati à Domino. Quapropter Marcellus &
fratres deprecabantur Petrum, vt secederet. Petrus verò ait: Non oportet fratres & filij fugere pro-
pter Christum Dominum passiones, cũ ipse vltro se pro nostra salute morte obtulerit. Marcellus au-
tẽ & fratres, nimio confletu aiunt: Miserere pater misericors iuuenũ, & eorum qui sunt in fide rudes, H
nec nos, nec illos inter infideliũ turbines destitutos relinquas. Tunc Petrus rogãtibus se, ait: Fugien
dum suadetis, & iuuenum atque infirmorum cordibus, exemplo nostro metum passionis incutere,
cum verbum Dei constanter debeamus asserere, & sanctæ castimoniæ fundamẽta quæ iecimus, cõ-
seruare. Fugiẽdum putatis, vt mortem declinemus, quam multis suspiriis & gemitibus diuturnis, vt
ingressum vitæ expetimus, quia etiã secũdum illius reuelationẽ, Dominũ clarificare debeamus. Fra-
tres verò hæc audiẽtes leuauerunt vocem dicentes: O pater veracissime, vbi sunt verba quibus dice-
bas, quoniam pro vita nostra morti paratus esses succumbere, & nunc impetrare non possumus, vt
pro salute nostra, donec corroboremur, patiaris te aliquantulum viuere. Adolescẽtes quoque, quos
ipse solicitè custodiens, in fide & castitate sedulò educabat manus protẽdentes in cœlũ, & porrecti
in faciem illius, velut subito mortui procidentes in terram vociferabantur nimio eiulatu clamãtes.
O bone Petre, pater, & pastor, post tuum Dominum clementia singularis, cur quos affectu materno
recenter per sacrũ fontem Domino peperisti, tam immaturo solatio & animo crudeli qui te anteà
nũquam attigerat, nos immaniſſimorum morsibus luporum exponis? Clamabant autẽ & matronæ, I
puluere conspersis capitibus. Hæccine est misericordia quã de saluatore tuo prædicare solebas? qui
tuis lachrymis quem ad tempus negaueras in æternũ pietate motus indulserat, & nũc tantis lachry-
marũ fluminibus, te vel paruo tẽpore, nobis non cõcedis, præsertim & cũ Domino possis ministrare
in carne & tibi reseruatam coronam adipisci perpetuam. Sed & custodes carceris processus & Mar-
Horum meminerunt Gregorius & Hildebertus in Epist. tinianus, cum reliquis magistratibus & ex officio iunctis, postulabant eum dicentes. Domine quo
vis abscede, quia imperatorem oblitum tui iam credimus. sed iste iniquissimus Agrippa pellicũ amo-
re & intemperantia suæ libidinis inflãmatus, perdere te festinat. Si enim te regis iussione impeteret,
Plautini viri clarissimi, cui te commendatũ nos custodiendum suscepimus, de tua nece sententiã ha-
beremus: nã postquàm nos credentes in hac vicina custodia, fonte precibus & admirabili signo cru-
cis de rupe producto, in sanctæ Trinitatis nomine baptizasti, libere quo libuerat perrexisti, & nemo
fuit tibi molestus: nec modo esset, nisi incendiũ dæmoniale quod vrbẽ stimulat, Agrippã acrius per-
uasisset. Quapropter oramus te salutis nostræ minister, hanc nobis digneris recompensare vicissitu- K
dinẽ, vt qui nos à peccatorum & demonũ vinculis absoluisti, à carcerali ac cõpedum nexibus quo-
rum nobis est cõmissa immanitas, nostra non tã permissione, quàm etiam deprecatione liber in sal-
uationẽ tantæ plebis abscedas. Viduæ quoque & orphani, ac senio valdè cõfecti, capillos sibi trahẽ-
tes, genasque vellentes & pectora denudantes, dicebant: Alios quorum ministerio fouebãtur, à di-
uersis languoribus sanasti, & de ipsa etiam morte resuscitasti, & te nobis pater piissime subtrahis. Vel
ante te omnes nos præmitte, ne tuæ institutionis doctrina destitutæ animæ pereant, & corpora, mi-
nistrationis tuæ solatio desolata intereãt: & sic quo desideras, accelerare festina, ne vitã nostrã post
dominum mori uidentes, & remanentes in vita miseri moriamur Tunc Petrus hęc vndique audiẽs,
qui vltra modũ misericors lachrymas afflictorum sine lachrymis, nũquam preterire poterat, deui-
ctus tantis fletibus ait: Nemo vestrum veniat mecum, ego solus mutato schemate pergam. Proxima
namque

A nãque nocte celebrata oratione valedicẽs fratribus, & cũ benedictione illos deo cõmendans, pro-
fectus est solus. Et dũ pergeret, ceciderunt ei fasciamenta ex cruce demolita à cõpede. Vt autẽ por-
tã ciuitatis voluit egredi, vidit sibi Christũ occurrere, & adoras eum ait. Domine quo vadis? Respõ-
dit ei Christus. Romam venio iterum crucifigi. Et ait ad eum Petrus: Domine, iterum crucifi- *Occurrit Christus Petro fugienti Euseb. lib. 3. cap. 2.*
geris? Et dixit ad eum Dominus. Etiam, iterum crucifigar. Petrus autẽ dixit, Domine reuertar, & se-
quar te. Et his dictis Dominus ascendit in cœlũ. Petrus autem prosecutus est eũ multo intuitu, atque
dulcissimis lachrymis. Et posthæc rediẽs in seipsum, intellexit de sua dictum passione, quòd in eum
Dominus esset passurus, qui patitur in electis misericordiæ cõpassione & glorificationis celebritate.
conuersusque in vrbem rediit cũ gaudio, glorificans Deum, & narrans fratribus quòd ei obuius
fuisset Dominus, & declarasset ei quod iterũ in ipso esset crucifigendus. Quibus cùm manifestasset
passionem suam, fletum omnes & vlulatum emiserunt, dolebãt vniuersi, & lachrymas profundebãt,
dicentes: Cõsidera oues tuas pastor bone, considera eos quorũ fides infirmior, tuo expedit roborari
sermone. Cõsidera corda titubantia, quę per te stabilicda noscũtur. Quibus Petrus ait. Facilè est Do-
B mino, vt seruorum suorum corda etiam sine meæ humilitatis sermone corroboret. Quos enim plã-
tauit, ad hoc faciet adolescere vt illos possint plãtare. Ego autẽ tanquã seruus necesse est vt Domini
exequar voluntatem. Quapropter si me ad huc morari in carne disponit propter vos, nõ cõtradico.
Et si me pati pro nomine suo decreuerit, & per passionẽ dignatur suscipere, exulto & lætor in gratia
ipsius. Cum his igitur & aliis multis verbis, fratrum animos cõsolaretur, & illi lachrymas tenere non *B. Petri erga gregem dilectio.*
possent, superuenit Hieros cũ quatuor apparitoribus, & aliis decem viris, qui eũ cõprehendentes ra-
puerunt de fratrum medio, & statuerunt vinctũ Agrippę profecti vrbis obtutibus. Cui ait Agrippa.
Multa est tibi audacia, ô scelerate in plebib⁹ quas circũuenis, atque in fœminis quæ tua persuasione
à maritali thoro discedũt. Ausus es etiam in Iudæorum iniuriam, nescio quem Christũ inducere, &
contra sanctum ritũ Romanum & contra vrbis æternæ deuotionem, nescio quæ inepta & vana do-
cere. Tunc facta est facies Apostoli sicut sol splendida: & aperiẽs Petrus os suum dixit ad eũ: Video
quo tẽdis, dux libidinũ, amator pollutionis, atrocitatis inuentor, innocentium persecutor, decipien-
tium fautor, fallaciæ conditor, habitaculum satanę. Ignoras namque gloriam in qua glorior, & ideo
C dicis, quod in viris & mulieribus sit mihi fidùcia. Et ait ad eũ Agrippa, Quia scis me ignorare in
quo gloriaris, facito me nosse. Et ait ad eum Petrus, Nulla sit mihi gloria, nisi crux Domini mei Ie-
su Christi, cuius ego sum seruus. Et ait ad eũ Agrippa. Vis ergo vt crucifigaris sicut Dominus Deus
tuus est crucifixus? Petrus quoque respondit. Non sum dignus recta cruce mundũ testẽ facere pas-
sionis meæ sed per quælibet supplicia opto & desidero sequi vestigia passionis eius. Tũc præfectus,
morbo incontinentiæ suæ prætendẽs superstitionis accusationem, crucifigi fecit Apostolũ. Et ecce
concursus ingens subitò factus est diuersæ ætatis & sexus, diuitũ, pauperum, viduarum, pupillorum, *Ob damnationem. B. Petri tumultuatur populus.*
imbecillium atque potentum, qui summa voce clamabant. Vt quid occiditur Petrus? Quid admisit
criminis? In quo lesit vrbem? Nec innocentẽ damnare fas est. Nonne timendum est, ne tanti ac talis
viri necem Deus vindicet, & nos omnes perire præcipiat? Et cœperunt in Agrippam sæuire populi,
molientes, illæsum rapere & conseruare Petrum, & tumultuantibus vocibus plebis ad inuicẽ, con-
fundebatur Roma. Tunc Petrus restitit modicum, & ascendens æditiorem locum, nutuque ad silẽ-
tium prouocans populũ, ait: O viri & fideles Dei, qui Christo militatis. O omnes qui in Christo spe-
D ratis, si charitas vestra in me vera est & viscera integra in me pietatis ostenditis, nolite reuocare eun-
tem ad Dominum, nolite impedire properantem ad Christum. State ergo quieti, gaudentes & læti,
vt hostiam meam cum hilaritate Domino offeram. Hilarẽ enim datorem diligit Deus. Et his dictis
vix est sedata seditio, & præfecti discerptio. Poterant enim & inhianter optabãt multi populi præfe-
ctũ euertere sed timebãt Apostolũ cõtristari, qui magistri sui sequebatur exemplũ, dicẽtis: Possum
rogare patrem, & exhibebit mihi modò (si volo) plusquam duodecim legiones angelorum. Perue-
nit denique vnà cum Apostolo & apparitoribus, populus infinitus ad locum qui appellatur Nauma-
chia, iuxta Obeliscum Neronis in monte. Illic enim crux posita erat, & respiciens flẽtem populum,
& iterum seditionem excitare volentem, ait clara voce. Nolite obsecro vos, fratres, oblationẽ meã
impedire. Nolite versus Agrippam sœuire, & amaro animo in eum esse. Ille enim minister est alienę
operationis. Nam damnationis meę secũdum corporis qualitatem, Diabolus author est, dominica
abutens permissione. Quia dolet vasa cõtumelię per me sibi sublata esse, & facta esse diuersoria con-
E tinentiæ, templa Christi, domicilia honoris & gratiæ. Itaque fratres mei & filij, obedientes estote,
quia per reuelationem à Domino Iesu Christo proditum est mihi, quod ita esset euenturum. Non
ergo est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum. Festinato itaque vt carne
exutus assigner Domino. Nunc enim tempus est, in quo meam offeram hostiam. Memento signo-
rum & prodigiorum atque sanitatum, quæ Christo operante, & me ministrante, vidistis & sensistis.
Ideo enim plurimorum infirmitates curatæ sunt, vt omnium animæ saluarentur. Ideo mortua cor-
pora suscitata sunt, vt animæ mortuæ reuiuiscerent. Sed quid iam moras patior & nõ appropinquo
cruci? Valete fratres, & patientes estote & seruate quæ audistis, commendo vos Domino Iesu Chri- *Crucis laudes de quibus plura apud Abdiam.*
sto. Accedens autem & astans cruci, dixit. O nomen crucis occultum mysterium. O gratia ineffabi
lis, in nomine enim crucis, pax. O crux, quæ Deo hominẽ coniunxisti à & dominio Diaboli captiuã
tis magnificè segregasti. O crux, quæ humano generi passionem saluatoris mũdi, & redemptionem

captiuitatis humanæ vera comitante fide ſemper repreſentas incolumẽ. O crux quæ quotidie carnes immaculati agni fidelibus diuidis populis,& dira ſerpentis venena à populo ſalutariter depellis atque Rhomphæam paradiſi ignitam,credenti ſine intermiſſione reſtinguis.O crux,quæ pacẽ quotidie terrenis cum cœleſtibus operaris,& mediatoris mortem qui à mortuis reſurrexit, & iã nõ moritur,æterno patri(Eccleſia pro filiis agẽte)ſedulò reparas,& legatione fœliciſſima renouas,& reformas:vim patior tui cauſa,& iam nunc infinitima abſolutione exiſtẽs,nõ quieſcã manifeſtare de cruce occultum Dei myſterium,quod olim clamauit anima mea.O qui in Chriſtũ creditis,non iſtud ſit vobis crux quod apparet,aliud eſt enim quiddã myſticũ in hoc quod apparet vobis.Et nũc maximè qui poteſtis audire in hora nouiſſima vitæ huius exiſtente me, omnes ſenſus ſegregate, & animas veſtras ab omni quod apparet, ad illud quod inuiſibile eſt, auocate, & ſcietis quod in Chriſto, per crucẽ,factũ eſt ſalutis myſterium.Debitum eſt tibi Petre,reddere terræ corpus acceptũ,per eos quibus eſt corpus occidere proprium. Ait autem ad magiſtros carnificum, quid eſt quod tempus atteritis? Quid Apparitores innecti mihi, moras patimini? Implete quod vobis eſt iuſſum, exuite me mortali tunica,vt ſpirituali adhæreã Domino.Petiit ſanè,& ita alloquens miniſtros carnificũ, exorauit.Precor vos bonę ſalutis meæ miniſtros,vt crucifigentes me caput deorſum ponatis,pedes verò ſurſum.Non enim decet me ſeruũ vltimũ ita crucifigi,vt Dominus vniuerſatis, pro ſalute totius mundi eſt crucifixus,quẽ paſſione mea conſtat glorificari.Et etiam vt myſterium crucis intento vultu ſemper poſſim cõſpicere, quò facilius quid inde dixero circũſtantibus,poſſit audiri.Quod cũ factũ fuiſſet,adorſus eſt Petrus flentem populũ,de cruce cõſolari,& alloqui myſterialiter,dicens:Grande & profundum myſteriũ crucis,& ineffabile atque inſeparabile vinculũ charitatis.Per crucẽ enim, ad ſe omnia traxit Deus. Hoc eſt lignum vitæ quo deſtructum eſt mortis imperium. Hoc mihi tu aperuiſti Domine, aperi & omnium iſtorum oculos,vt videant conſolationem vitæ æternæ. Et his dictis aperuit Deus oculos eorum qui lugebant,& lachrymas fundebãt in paſſione Petri,& viderũt Angelos ſtãtes cum coronis de floribus roſarum & liliorum,& in vertice crucis erectę ſtantẽ Petrũ, & librum à Chriſto accipientem,& ea verba quæ loquebatur,inde legentem.Quod videtes,ita cœperũt lætari & gaudere in Domino, vt illi ipſi incredeli & carnifices videntes eos exultare & lætari quos prius triſtes viderant,& plangentes, ſubitò contabeſcerẽt animo & veluti fumus vaneſcerent. Videns autẽ Petrus,quòd demonſtrata eſſet multis antea flẽtibus gloria eius, gratias egit Domino Ieſu Chriſto, dicens. Dignè tu ſolus Domine in altum porrecto vertice crucifixus es, qui totũ mundũ à peccato redemiſti:te imitari,etiã in paſſione optaui,ſed rectus crucifigi, non vſurpaui. Quia ex Adã,puri homines,& peccatores nati ſumus,tu verò ex Deo Deus,& lux vera ex verò lumine ante omnia ſæcula,in fine ſeculorum pro omnibus ſine cõtagione hominis,homo fieri dignatus, redẽptor hominis glorioſus exiſtens.Tu,ſemper rectus,tu ſemper excelſus:tu ſemper altus. Nos ſecundũ carnẽ,primi hominis filij ſumus,qui principale demerſit in terrã.Cuius lapſus, ſignificat ſpeciẽ generationis humanę.Sic enim naſcimur vt proni in terrã videamur effundi,& quod ad dexterã eſt,hoc ad ſiniſtram ſit,& quod ad ſiniſtrã,hoc,ad dexterã fiat,eo quod in autoribus huius vitæ,mutata conditio eſt.Hoc enim putat mũdus iſte dextrũ,quod eſt ſiniſtrũ:in quo tu Domine quos ſicut Niniuitas inueniſti perituros, tua ſancta prædicatione liberaſti. Vos verò fratres quibus eſt audire prõptum,aures cordis apponite,& nũc quæ annuncianda vobis ſunt agnoſcite,ſcilicet omnis naturæ myſterium,& omnis factæ conſtitutionis initium:nam primus homo, cuius genus in ſpecie ego habeo,miſſo deorſum capite,oſtẽdit olim perditam generationẽ,mortua enim erat generario eius, & nec uitalem habebat motum, Sed tractum miſericordia ſua principium, venit in mundum per corporalem ſubſtantiam, ad eum quem iuſta ſententia in terram proiecerat, & ſuſpenſum in cruce per ſpeciem huius honorandæ vocationis, videlicet crucis, reſtituit, & conſtituit nobisea quæ anteà hominũ iniquo errore immutata fuerunt præſentia videlicet vt æterna,& æterna ducebantur vt præſentia,& dextera ſiniſtra.Siquidẽ ille,dexterã glorificãs,omnia ſigna mutauit ad propriã naturã, ſicut bona intelligẽs quæ nõ putabãtur bona,& reuera benigna,quæ maligna æſtimabantur. Vnde Dominus in myſterio dixerat.Si nõ feceritis dexterã ſicut ſiniſtram,& ſiniſtrã ſicut dexterã,& quæ ſurſum ſicut quæ deorſum,& quæ ante ſicut quæ retro, non cognoſcetis regnum Dei. Iſtam ergo ſcientiam, in me produxi fratres, & hæc eſt figura,qua me pendentem oculi carnales conſpiciunt. Schema eſt enim primi hominis. Vos verò dilecti mei hæc audientes, & quę auditis perfectionem conuertendo & conuerſando ducẽtes,ſicut de veſtro primo errore ad certiſſimam fidei ſtationem rediſtis,ita perſeuerate currentes, & ad quietem ſupernę vocationis tendite, benè conuerſantes, via enim qua illuc iter agere debetis,Chriſtus eſt,Oportet igitur cum Ieſu Chriſto Deo vero ſuperaſcendere crucem qui eſt conſtitutus nobis ſermo ſolidus & viuus. Vnde & Spiritus dicit, Chriſtus eſt verbum & vox Dei. Cęterum verbum ſignificat iſtud rectum lignum, in quo crucifigor. Et quia vox propriè corporis eſt quod lineamenta recipit, quæ diuinitati non imputantur, naturalia crucis, humanam prætendere noſcuntur naturam quæ immutationis errorem, in primo homine paſſa eſt,ſed per Deum & hominem, veram intelligentiam recuperauit. Ipſa namque diſciplinæ clauis in medio aſtricta eſt,conuerſione videlicet,& conuerſatione, atque cum fide pœnitentia hominis. Et hæc dicens alacri vultu & facie ſerena, ſic exclamauit, in orationem erumpens. Iſta mihi tu Domine Ieſu Chriſte verba vitæ nota feciſti, & reuelanti tibi, quæ dixeram

Niceph. lib. 2 cap. 36.

Chriſtus ſuorum paſſione glorificatur.

crucis efficacia.

B. Petri gloria.

Quid ſignificet deorſum verſum D. Petri crucifixio.

B. Petri patientis oratio.

dixeram de ligno à me prædicato, gratias ago. Non corde cui ſæpè indecens quiddam ſubripit,non labiis iſtis carni affixis, nec lingua per quam verum vel falſum procedit, neque verbo articulata & materiali natura producto: ſed illa voce gratias tibi ago,rex bone,quæ per ſilẽtium intelligitur,quæ non in manifeſto auditur,quæ non per organa corruptibilis oris percipitur, quæ neque eſt è terra, nec in terra dimittitur,quę in libris materialibus non ſcribitur,nec quenquam materialiter mouet, neque materialis exiſtit.Illo inquam ſpiritu Domine Ieſu Chriſte,Domine & magiſter meus gratias ago tibi,quo te credo, quo te intelligo, quo te diligo, quo te teneo, & voce qua te alloquor, qua te interpello,qua tu tono & modeſto tantum ſpiritu intelligibilis es.Tu mihi Domine, Pater, & amicabilis actor, & perfector ſalutis. Tu deſiderium, tu refrigerium, tu ſatietas. Tu mihi omnia es, & omnia mihi in te ſunt: mihi totum es, & totum quod eſt,tu mihi es. Tu es mihi omnia. In te viuimus,mouemur & ſumus.Et ideo,te vt omnia habere debemus,vt tu des nobis illa quæ promiſiſti,quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderunt,quæ præparaſti his qui diligunt te.Hæc cuſtodi ſeruis tuis,hæc tribue atque largire,quia tu es paſtor æternus & ſummè bonus,verus filius Dei.Tibi commendo oues, quas tradidiſti mihi. Tu eas in ouile tuum aggrega, & conſerua,quia tu oſtium, ouile, & oſtiarius.Tu paſcua & æterna refectio. Tibi gloria cum Patre & Spiritu ſancto,nunc,& in omnia ſæcula ſæculorum.Et mox vt omnis plebs magna voce,Amen reddidit,Petrus Spiritum tradidit.Statimque Marcellus nullius expectauit ſententiam, ſed videns quia beatus expirauit Apoſtolus,propriis manibus depoſuit ſanctum corpus de cruce, & lauit illud lacte & vino optimo.Terẽnſque maſtiches,& aloes minas mille quingentas,& myrrhę ac folij atque ſtactes,cum cæteris variis aromatibus alias minas mille quingentas,cõdiuit eum diligentiſſimè. Melle quoque Attico nouum repleuit ſarcophagum,& in eo corpus aromatibus perlitum collocauit. In ipſa autem nocte,cum Marcellus ad ſepulchrum ipſius vigilaret,& ardenti eius deſiderio fleret (ſtatuerat enim in vita ſua non ſeparari à doctoris ſui amantiſſimi ſepulchro) venit ad eum beatus Petrus. Quem videns Marcellus & contremiſcens, illi velociter aſſurrexit, ſtetítque ante eum. Cui ait beatus Apoſtolus: Frater marcelle, non audiuiſti vocem Domini dicentis,Relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et Marcellus ait: Chare magiſter, audiui. Tunc Petrus ad eum: Noli ergò quaſi mortuus mortuum videaris ſepeliſſe, fiere: ſed tanquam viuus viuenti & gaudenti melius conlætare.Relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos.Tu autem,vt per me didiciſti,vade annũcia regnum Dei.Quod cum gratia multa,cunctis fatribus Marcellus indicauit,& ſuffragiis ſancti Petri ex omni parte fides credentium à Deo patre confirmata eſt,in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſanctificatione Sancti Spiritus. Nero autem comperiens beatum Petrum obiiſſe, quem arctare, non interficere iuſſerat, miſit vt cõprehenderetur Agrippa Præfectus, quoniã non cum ſua ſententia Petrum interfecerat, quem diſponebat per varia punire ſupplicia. Querebatur enim ſe ipſius præſtigiis deſolatum à Simone ſuæ ſalutis Præſule,& dolebat pro tanti caſu amici, qui ſibi & reipublicæ(vt fatebatur)commoda pręſtabat innumera.Agrippa verò interuenientibus amicis,obtinuit vt Præfectura carens,priuatus & cõtemptus in domo propria degeret: ſicque furorem Cæſaris declinauit.Sed vltionem diuini iudicij non euaſit: quam mox terribiliter expertus,interiit. Denique conuertit crudeliſſimus Nero animum ad perſecutionem eorum,quos didicit beato Petro familiarius adhæſiſſe,vt vel eorũ pœnis de Petro ſatiaretur.Beatus verò Apoſtolus fratribus hoc per reuelationẽ innotuit, & qualiter feram beſtiam declinarent, inſinuauit.Nero ſiquidem per viſum, vidit ſibi ſanctum aſtare Petrum, & diriſſimè à quodam,iuſſu ipſius flagellatus audiuit: Contine manus impiiſſimas à ſeruis Domini noſtri Ieſu Chriſti,quos nunc tenere non poteris. Vnde parum paueſactus quieuit. Erant quoque fratres ſimul lætãtes,& exultantes in Domino, confortati ſæpè viſione beati Petri Apoſtoli,glorificantes Deum Patrem omnipotentem,& Dominum Ieſum Chriſtum cũ Sancto Spiritu.Cui eſt gloria,virtus, & adoratio in ſæcula ſæculorum,Amen.

corpus D. Petri mortuũ, lacte & vino lauatur.

Demortui Petri ſuffragia credentium fidem confirmant.

Agrippa miſerè moritur.

DE PASSIONE B. PAVLI AD ECCLESIAS ORIENTALES, LINI LIBER SECVNDVS.

VM veniſſet Romam Lucas à Galatia, & Titus à Dalmatia, expectauerunt Paulum in vrbe.Quos cùm adueniens Paulus vidiſſet,lætatus eſt valdè, & conduxit ſibi extra vrbem horreum publicum,vbi cum his & aliis fratribus de verbo vitæ tractaret.Cœpit interea colligere multitudinem maximam, adiicebãtúrque per eum fidei multæ animæ operante Dei gratia,ita vt per totam vrbem ſonus prædicationis & ſanctitatis ipſius fieret,& exiret fama per vniuerſam regionem de illo.Iam enim admodum innotuerat orbi Romano ſignis & prodigiis, & doctrina multa, atque mirabili ſanctitate. Concurſus quoque multus de domo Cæſaris fiebat ad eum,

† *Quotidie non habetur in impreſſione Venetica.*

credentium in Dominum Ieſum Chriſtum, & augmentabatur quotidie † fidelibus gaudium ma- A
gnum & exultatio. Sed & inſtitutor * imperatoris adeò eſt illi amicitia copulatus, videns in eo diui-
nam ſciẽtiam, vt ſe à colloquio illius temperare vix poſſet, quo minus ſi ore ad os illum alloqui non
valeret, frequentibus datis & acceptis epiſtolis, ipſius dulcedine & amicabili colloquio atque con-
ſilio frueretur, & ſic eius doctrina augẽte Spiritu S. multiplicabatur, & diligebatur, vt licitè iam do-
ceret, & à multis libẽtiſſimè audiretur. Diſputabat ſiquidẽ cũ Ethnicorũ philoſophis, & reuincebat
eos: vnde & plurimi eius magiſterio manus dabant. Nam & ſcripta illius quidam magiſter Cæſaris
coram illo relegit, & in cunctis admirabilem reddidit: Senatus etiam de illo alta non mediocriter
ſentiebat. Quadam denique die, cùm Paulus doctrinæ inſeruiens circa veſperam in cœnaculo edi-
tiori turbas alloqueretur, quidam Patroclus delicioſus & Pincerna regis, ipſius ſe ſubducens aſpe-
ctibus, abiit ad horreum vbi Paulus hoſpitabatur, vt audiret documenta vitæ perpetuæ. Inuitatus
enim ad hoc & animo inductus iam fuerat à conſodalibus ſuis, & Cæſaris amiciſſimis, qui ex eius
familiari obſequio Pauli monita ſectabantur. Sed cùm præ multitudine populi ad eum introire non
poſſet, aſcendit ad feneſtram excelſiorem, & ſecus eam ſedit, vt verbum Dei commodius poſſet au- G
dire. Deſiderabat enim feruenti animo Pauli ſermonibus refici. Sed cùm Paulus in longum protra-
xiſſet ſermonẽ, & iuuenis ſomno grauaretur. Diaboli inuidia dolentis ſuper dilectione Dei & ipſius
Apoſtoli, quam ſtudioſus adoleſcens habebat, fecit iuuenem pauliſper dormitare, cadénſque de fe-
neſtra valde excelſa cœnaculi, ſpiritum exhalauit. Quod cum mox Neroni reuertẽti à balneo, fuiſ-
ſet nunciatum, cum multa frequentia dilectum ſibi iuuenem requirebat, contriſtatúſque eſt vſque
ad animã ſuper morte Patrocli, ſtutuítque alium pro eo ad vini officium, vt ei porrigeret poculum.
Paulus verò non multò poſt cognoſcens per ſpiritum quod geſtum erat, dixit ad plebem: Viri fra-
tres, inuenit malignus locum vt nos tentaret, ſed Dominus Ieſus Chriſtus more ſolito eius nequi-
tiam conuertet ad ſuam gloriam. Ite igitur foras, & inuenietis iuuenem Cæſaris delicatum, ex alto
cecidiſſe, & iam iacere exanimem: quem leuantes ad me huc deferre ſatagite. Illi ergo concito gra-
du pergentes, confeſtim iuuenem mortuum detulerunt. Mirabantur autem turbæ, quomodo Pau-
lus rem geſtam ex ordine cognouiſſet, ſibi nemine nunciante. Dixit itaque Paulus ad turbas: Nunc
fides vera apparebit erga Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. Tempus eſt enim, vt ſemen vitæ æter- H
næ in bonam terram deueniens, centuplica ſatione fructificet. Accedite ergo plena fide ad Domi-
num Deũ noſtrũ, & deprecemur illum vt reſtituatur anima eius in iſtud iuuenile cadauer, viuátque
melius quàm vixiſſet. Et cum ingemuiſſent vniuerſi, procumbentes orationi, ait Paulus: Adoleſcens
Patrocle, ſurge, & narra quanta fecerit tibi Deus. Ad quam vocem mox Patroclus tãquam de ſom-
no ſurrexit, & cœpit glorificare Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus. Dimiſitque illum
Paulus cum cæteris qui erant ex domo Cæſaris, & ibant lætantes & gaudentes omnes in Domino,
qui facit voluntatem timentium ſe, & deprecationes eorum exaudit. Cúmque lamentaretur Nero
Patroclum, & immenſitate abſorberetur triſtitiæ, dixerunt circumſtãtes ad Cæſarem: Non Domi-
ne magnanimitas tua grauetur moleſtia ſuper morte adoleſcentis: nam viuit & adeſt pro foribus,
Cæſar verò cùm audiſſet Patroclum viuere, quem paulò antè didicerat mortuum, expiauit corde,
& recuſabat eum introire, & aſtare cũ ſuo conſpectui. Sed cùm perſuaſum ei fuiſſet ab amicis quàm
plurimis, iuſſit eum introire. Et videns eum ſanum, nullàque ſigna mortis habentem, obſtupuit, & I
ait ad eum: Patrocle viuis? At ille reſpondit: Cæſar, viuo. Nero dixit: Quis te fecit viuere? Cui Pa-
troclus exhilaratus corde & accẽſus calore fidei, dixit: Dominus meus Ieſus Chriſtus, rex omnium
ſæculorum. Et Nero conturbatus de Nomine virtutis Dei, dixit ad iuuenem: Ille ergo debet regna-
re in ſæcula, & reſoluere omnia regna mundi: Et Patroclus ait: Etiam Cæſar, deſtruet omnia regna
quæ ſub cœlo ſunt, & vniuerſa quæ ſub cœlo ſunt ſeruient ei: quia ipſe eſt ſolus Rex regum, & Do-
minus dominantium. Nero autem dedit ei alapam, dicens: Ergo militas illi regi? Et Patroclus exul-
tans, ait: Etiam. Nam excitauit me à mortuis. Tunc Barnabas, & Iuſtus, & quidam Paulus, & Arion
Cappadox, & Feſtus Galata, qui erant miniſtri Cæſaris, & ei iugiter aſſiſtebant, dixerũt Neroni: Cur
Cæſar recta ſapientem, & prudentiſſimè reſpondentem percutis iuuenem? Nam & nos illi milita-
mus regi inuicto Ieſu Chriſto Domino noſtro. Nero autem cum audiſſet vno ſenſu, eodémque ſer-
mone dicere illos inuictum regem Ieſum, recluſit eos in carcere, vt nimium illos torqueret, quos an-
teà nimium amauerat. Et iuſſit inquiri regis illius famulos, poſuitque edictum, vt ſicubi fuiſſent in-
uenti, ſine interrogatione omnes Chriſti milites, per tormenta varia punirentur. Vnde multa ſeru- K
tatione à miniſtris reipublicæ, & apothecæ malignitatis fautoribus ſerui Dei quæſiti & inuenti quã
plurimi, perducti ſunt ad præſentiam Cæſaris. Inter quos & Paulus, conſuetudinarias ſibi pro Chri-
ſti nomine geſtans cathenas, ductus eſt vinctus. In quem omnes ſimul vincti à Deo intẽdebant, vt
ſine alicuius indicio facilè potuerit Nero cognoſcere ipſum Paulum magni regis militibus præſi-
dere. Intelligénſque ipſum ducem ſeruorum Chriſti magiſtrum, ait ad eum: O homo, neſcio cuius
Regis ſeruus, mihi autem vinctus, quid viſum eſt introire latenter regnum Romanorũ, & mihi ſub-
trahere, illi autem colligere de meæ militiæ principatu? Paulus verò repletus Spiritu ſancto, conſtã-
ter in aures omnium qui poterant adeſſe, dixit ad Cæſarem: Nero, non ſolùm de tuo angulo colligi-
mus milites, ſed etiam de toto orbe terrarum. Hoc enim præceptum mihi eſt, vt neminem ex omni
gente militare volentem æterno regi meo, repellam: potens eſt enim Dominus cunctis larga manu
ſecundum

Paulus ſuſcitat Patroclũ, ſuſcitat & Eutuchen ſimili lapſu mortuum. Act. 20.

Edictum Neronis de Chriſtianis Euſeb. lib. 2. cap. 24. Niceph. lib. 2. cap. 27. Hegeſipp. lib. 3. c. 2.

A ſecundum cuiuſque meritum, dona ditiſſima diſpẽſare. Si enim & tibi viſum fuerit in illum credere,
& ei fideliter obtemperare, nõ te pœnitebit. Cæterum noli putare, quòd diuitiæ huius ſeculi, ſplen-
dor, aut gloria, ſaluare te debeant, ſed ſi ſubiectus illi fueris, in perpetuum ſaluus eris. Cùm autem
venerit iudicare viuos & mortuos, diſſoluet mundi huius figuram per ignem, & ante mundi conſti-
tutionem parata, & à ſeculis abſcondita, militibus ſuis dona quæ nunquam deficient, & quæ om-
nem excludent indigentiam, largietur. Hæc audiens Nero, & ira ſuccenſus, quia mundi figuram per
ignem Apoſtolus dixerat reſoluendam, iuſſit omnes Chriſti milites igne cõcremari. Paulum autem
ſenatuſconſulto tanquam maieſtatis reum, capite ſecundum Romanas leges truncari. Tradidítque
cum Longino, & Megiſto Præfectis, atque Aceſto Centurioni, vt illum extra vrbem ducentes, &
populo ſpectaculum de eius occaſione præbentes, decollari præciperent. Quibus Paulus ſine inter-
miſſione verbum prædicabat ſalutis. Miniſtros etiam & apparitores per omnem ciuitatem, & circa
regionem cum velocitate Nero Diaboli exagitatus operatione, direxerat: qui ſumma diligentia
perſcrutarentur latitantes, & manifeſtatos ſimul interficerent Chriſtianos. Vnde tam multiplex oc-
B ciſa eſt turba Chriſtianorum, vt populus Romanus palatium vi irrumperet, & ſeditionem contra
Cæſarem excitare moliens, proclamaret. Pone modum Cæſar iniuſtiſſimæ iuſſioni, tempera irra-
tionabilem furorem, ſufficiat ſæuitiæ, quod crudelitatis metas tranſcendis. Noſtrates homines ſunt
quos perdis, Romanum tuentur imperium. Aufers Cæſar Romanam virtutem, quæ militum tan-
torum frequentia, terribilis cunctis gentibus exiſtebat. Tunc Nero clamore populi expaueſcens,
aliud edictum propoſuit, vt nemo auderet contingere Chriſtianos, nec quicquam eis moleſtiæ in-
ferre, donec relatio pleniſſimæ cognitionis ex delatione cuiuſque referretur ad Cæſarem. Quapro-
pter Paulus iterum eius aſpectibus oblatus eſt. Nero autem vt eum vidit, vehementiſſimè exclama-
uit, dicens: Tollite maleficum, decollate impoſtorem, nolite ſinere viuere criminatorem, perdite
ſenſuum alienatorem, auferte de ſuperficie terræ mentium immutatorem. Ad quem Paulus ait: Ne-
ro, tãpore modico patiar, ſed viuam in perpetuum cum Deo meo, & Rege ęterno Ieſu Chriſto, qui
vẽturus eſt iudicare orbem terræ in flagratione ignis. Nero itaque dixit Megiſto, Longino, Aceſto:
C Auferte ab illo celerius caput, & ſic ſibi de vita æterna blandiatur, ſentiátque me regem inuictum,
qui eum vinxi, & occidendo deuici. Paulus verò ait: Vt ſcias, Nero, poſt decollationem meo regi
inuicto æternaliter viuere, te autem victum, qui putas te vincere, cum mihi abſciſſum fuerit caput,
viuus tibi apparebo, & cognoſcere poteris quia mors & vita famulantur Domino meo Ieſu Chri-
ſto, cuius eſt omne regnum, & cui voluerit dabit illi, & omnis victoria eſt illius, & quem vult vince-
re, facit magnificè triumphare, & ipſe ſolus inuictus eſt Rex in æternũ. Et his dictis, ductus eſt Pau-
lus ad ſupplicium. Cum autem duceretur, Longinus & Megiſtus atque Aceſtus dixerunt ad eum:
Dic nobis Paule, vbi eſt rex ille, & vbi apparuerit vobis, & qualiter cognouiſtis, & quid vobis con-
tulit, aut quid vobis cõferet boni, quòd ſic ardentiſſimè eum diligitis vos Chriſtiani? vt nullo pacto
religioni noſtræ velitis commodare aſſenſum, ac viuatis, ac bonis huius vitæ fruamini, ſed potius
omni delectamento iucundius, pro illo mori variis tormentis ducatis? Magnus enim iſte videtur
error, iucundam odiſſe hanc vitam, & toto deſiderio pœnas amplecti & mortem. Paulus verò ait: O
viri cordati atque ſenſu bono vigentes, relinquite tenebras ignorantiæ & erroris, quarum caligine
D obnubilatur intelligentiæ veſtræ nobilitas, ne verum quod in vobis latet videre poſſitis, conuertite
mentis oculos ad æternam & veram lucem, vt valeatis prius voſipſos cognoſcere, & ſic ad cogni-
tionem regis illius cum lætitia peruenire, atque ab igne, vniuerſo orbi ſuperuenturo, ſalui & illæſi
permanere. Non enim (ſicut vos putatis) alicui terreno regi militamus, ſed Deo viuo, regi cœlorum,
& omnium ſæculorum: qui propter iniquitates quæ fiunt in hoc mundo, veniet iudex, & iudicabit
illum per ignem. Felix autem erit homo, qui crediderit in eum. Habebit enim vitam æternam, & vi-
uet in omnia ſæcula ſæculorum: & infœliciſſimus ille, quo non infelicior vllus, qui contemnens di-
uitias bonitatis & longanimitatis eius non conuertetur ad eum, nam peribit in æternum. Propter
hoc namque de cœlo in terram deſcendit qui cœlum & terram fecit: & ad hoc factus ipſe eſt homo
qui fecit hominem, vt homo conuerſus ab iniquitate ſua, relinquens vana, & ſimulachra muta quæ
nefandiſſimè pro Deo colit, ſeruiat ei qui fecit illum, & adoret eum quẽ tremunt Angeli & omnes
cœlorum poteſtates adorant. Quod cùm factum fuerit, faciat illum verũ adoratorem atque culto-
rem ſuum, cõſortem & ſocium ſuorum Angelorum ſpirituum videlicet ſanctorum ac beatorũ. Nec
E immeritò, quia ſpiritus eſt Deus, & eum qui illum in ſpiritu & veritate colit & adorat, ſancti Spiritus
ſocium faciet: illum verò qui in eum credere recuſauerit, ſocium & complicem reddet iniquorum
dæmoniorum, in tormento æterni incendij, ad concremationem, atque ignem perpetuum tranſ-
mittet illum refugam: hic eſt ignis vẽturus, per quem Deus eſt iudicaturus orbem. Quapropter viri
ſapientes, apud ſe prudentia veſtra diiudicet, quis fecit mundum, quoniam ſine factore non prodiit,
perpendite qui fecit hominem, quia vt diuina teſtantur oracula, non ipſe ſe fecit: attendite, quia ſi-
mulachra vana non ſunt dij, ſed hominum factura, & dæmonia in eiſdem facturis latentia: quæ licet
in hoc concordari videantur, quia vnanimiter perditionem humani generis cupiunt, ſibi tamen in-
uicem variis modis indubitatiſſimè diſſidẽt: non eſt enim impiis pax, dicit Dominus. In cauſa nam-
que eſt cur homines feſtinant perdere, & ſibi ſocios in pœnis habere, quia ſciunt in cœleſtem ha-
bitationem homines aſcẽſuros per Dei gratiam, vnde ipſi ſpiritus ceciderunt per ſuperbiam ſuam.

Nero cremat Chriſtianos quod mũdum dicerent igne diſſoluendum.

Nicephor. id ſcribit contigiſſe poſt Chriſtum paſſum anno 37. li. 2. cap. 36.

Quarſum Chriſtus de cœlo deſcenderit.

Gentiles vocantes dæmonia rum.

A Trinitate pendent omnia.

Viri vrbani ſenſu, cognoſcite, quia diuinitatis nomen per plures nequaquam diuiditur, quoniã vnus F
Deus, à quo ſunt omnia, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem ſunt omnia, & vnus Spiritus
ſanctus, in quo conſiſtunt vniuerſa: cui fideliter obtemperant omnia, & non eſt ſchiſma in diuinita-
te, quia caret pluralitate. Attendite ciues Romani, vnde diſcordia nata fuerit, & qua ratione accre-
ſcens, ſic longè latéque miſerabiliter adoleuerit, & cur tam multiplicia non numina ſed miſerabilia
emerſerunt deorum portenta. Videlicet quia multi cœperunt velle fieri principes ac tyranni, & do-
minatores non vitiorum, ſed hominum ſuæ naturæ conſortium. Vnde in ignorantiæ tempeſtate
demerſi, & in barathrum elationis ſuæ deiecti, vnuſquiſque poteſtatis ſuæ Deum aut mutuauit, aut
ſtatuit, nam ad tantam miſeri homines peruenerunt dementiam, vt ſic miſerrimos homines ſibi

De cultu idolorũ & eius originẽ vide quæ annotauimus ad calcẽ lib. de idololatr. Tertul.

deos conſtituerent, quibus ſimiles fieri vellent, vt mortem peſſimam deuitarent. Sed & quidam eo-
rum quoniã non probauerunt habere Deum in notitia, traditi ſunt in voluptates ſuas, vt exercerẽt
illa opera, quæ leges Romanæ puniunt cum execratione, & impletum eſt in illis quod dictum eſt
verbis ſanctiſſimis. Similes illis, inquit, fiant qui faciunt ea: fecerunt enim ſibi deos miſeros, & facti
ſunt ipſi miſeri, atque ad tantam ſunt inſaniam deuoluti, vt trunco ligneo dicant: Deus noſter tu G
es, & lapidi, adiuua nos, ſtipitémque fabrefactũ adorãt qui eius ſunt aſtutiis calefacti. Adhæc, mul-

Conuerſio ducentium Paulum ad ſupplicium.

tæ audientium turbæ eleuantes vocem cum planctu, dixerunt. Errauimus, peccauimus, iniquè egi-
mus, doctor ſalutis & æternæ vitæ ac veritatis oſtenſor, propitiare nobis, vt eruamur à laqueis pec-
catorum, & poſſimus euadere ignem quo exuretur mundus, & quiſque cruciabitur infœlix ac peſſi-
mus. Tunc Paulus ait: O viri fratres, quorum dominus cor ſuo ſpiritu tetigit, ſtate fideliter in fide:
nam miniſtri æternæ ſalutis aderunt, à quibus baptizabimini, & bene perſeuerãtes in charitate Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, ſalui eritis in æternum. Longinus quoque, & Megiſtus, & Aceſtus, ſecretius
alloquentes Apoſtolum dixerunt. Rogamus te Domine, fac nos aſcribi in militia regis æterni, vt
poſſimus vẽturum ignem euadere, & regni perpetui participes fieri, & dimittemus te: vt poſſis quo-
cunque decreueris pergere, & erimus tui itineris comites, & vſque ad mortem tibi parentes. Qui-
bus Paulus ait. Fratres mei, non ſum profugus, ſed miles legitimus regis mei: ſi enim ſcirem quod
morerer, & non potius ad vitam & gloriam per hanc mortem peruenirem, non ſolùm facerem quæ
rogatis, ſed ego hoc à vobis depoſcerem, nunc autem non in vacuum per multas tribulationes cu- H
curri, nec ſine cauſa pati cupio. Nam reſtat mihi corona victoriæ, quam reddet mihi cui credidi, &

Spes Sanctorum.

de qua certus exiſto: quoniam ad ipſum vado, & cum ipſo veniam, cum veniet in claritate ſua, & pa-
tris & ſanctorum Angelorum iudicare orbem terrarum. Propterea mortem iſtam contemno, &

1. Commodat Plautilla D. Paulo ſudarium.

veſtram petitionem (vt abſcedam) non audiam, neque faciam. Illi verò flentes, dixerunt ei: Quid er-
go acturi ſumus? Quomodo te punito viuemus? & ad illum, in quem nos credere perſuades, perue-
nire iam vltra valebimus? Et cùm hæc inter ſe loquerentur, & populus multus voces in altum tolle-

2. Scribit Gregorius in regiſtro quod & notauit Petrus de Boragine in legenda Sanctorum corpora D. Petri & Pauli fuiſſe in puteum proiecta: vnde cum oſſa fidelium deuotione requirerẽtur nec diſcerni poſſet quænam eſſent alterutrius, vox audita eſt è cæleſtibus: maiora ſunt piſcatoris, minora prædicatoris. Obiit autẽ vterq; ſecũdũ Niceph. lib. 2. cap. 36. anno poſt ſalutiferam Chriſti paſſionem 37. & 30. Neronis ſecũdum Sophron.

ret, miſit Nero Parthenium quendam, & Pheretam milites, vt viderent ſi iam Paulus eſſet occiſus.
Qui aduenientes repererunt eum adhuc viuentem, & diutiſſimè populum alloquentem. Quos Pau-
lus ad ſe auocans, ait illis: Viri Fratres, credite in Deum viuum, qui me & omnes qui in eum credunt
à mortuis ſuſcitabit. At illi reſpondentes dixerunt: Ad Cæſarem prius ibimus, omnia renunciantes:
& cùm peractum fuerit pro quo miſſi ſumus, & cùm mortuus fueris, & reſurrexeris vt dicis, tũc cre-
demus tuo Regi. Tu autẽ explica moras quibus iuſsionem differs, & vade ad deſtinatũ locum, vbi
ſententiam meritò dictatam ſuſcipias. Paulus quoque dixit eis: Commoratione mea in carne plus I
vos indigetis, ſi credere vultis, quàm ego, qui ad vitam per mortem vado: ſed & iam pergamus exul-
tantes in nomine Domini Ieſu Chriſti. Cúmque ad locum pergerent paſſionis, comitantibus popu-
lorum turbis innumeris, venit ad portam vrbis Romę, vbi habuit obuiam nobiliſſimam matronam
nomine [1] Plautillam, Apoſtolorum feruentiſſimam dilectricem, & religionis diuinæ cultricem: quæ
flens, eius ſe cœpit orationibus commendare. Ad quam Paulus ait: Vade Plautilla æternæ ſalutis fi-
lia, commoda mihi pannum quo caput tegis, & ſecede paululùm in partem propter plebis impedi-
menta: me hîc expectans donec reuertar ad te, & tibi reſtituam beneficium: ligabo enim mihi ocu-
los vice ſudarij, & tuæ dilectioni, amoris mei pro Chriſti nomine pignus, ad illum pergens relinquã.
Quæ feſtinatò pannum porrexit, & ei, vt ipſe Apoſtolus iuſſerat, obediuit. Inſultabant autem Par-
thenius & Pheretas dicentes. Quid credis impoſtori & mago? cur perdis pannum optimum, non
tantum per eum in ſæculo lucratura? Paulus verò dixit ad eam, etiam filia præſtolare aduentum
meum, & ſigna mortis meæ in panniculo tibi afferam cum Chriſto victurus. Interea Lõginus, Me- K
giſtus, & Aceſtus dum inſtarent obnoxiùs pro ſalute ſua, inquirentes modum qualiter ad veram vi-
tam poſſent pertingere, audierunt à beato Apoſtolo: Fratres & Filij mei, mox vt ego fuero decolla-
tus, vos & cæteri miniſtri interfectionis meę à loco in quo me Dominus vocare dignabitur receſſe-
ritis, viri fideles rapient & ſepelient corpus meum: [2] vos autem notate locum ſepulchri mei, & cras
valdè diluculo illuc venietis, ibîque inuenietis duos viros orantes, Titum & Lucam. Quibus dicetis
qua de cauſa vos miſi, & illi vobis dabunt ſigna ſalutis in Domino. Nolite igitur dubitare exequi
quod vobis eſt imperatum: quoniam ſtatim vt credentes ſacro fonte fueritis intincti, & diuinorum
myſteriorum viuificatione ſacrari, ab omnibus peccatorum contagiis, & ab hoc etiam quod refor-
midatis, in me ſcelere perpetrato incunctanter purgati eritis, ac ſuper niuẽ dealbati, ac in ſerie Chri-
ſti militũ aſcripti, & cæleſtis regni efficiemini cohæredes. Et his dictis peruenit ad paſſionis locum
vbi ad

vbi ad orientem verſus, tẽſis in cælum manibus, diutiſſimè cum lachrymis Hebraicè orauit, & gratias
A egit Deo. Cúmque patrio ſermone conſummaſſet orationem, valedicẽs fratribus benedixit eos. Et
ligãs ſibi de Plautillæ maphorte oculos, in terra vtrumque genu fixit, & collum tetendit. Spiculator
verò in altũ brachia eleuans, eum tota vi percuſſit, & caput eius abſcidit. Quod poſtquam à corpore
præſciſum fuit, nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti Hebraicè clara voce perſonuit. ſtatimque de cor-
pore eius vnda lactis in veſtimenta militis exiliuit, & poſteà ſanguis defluxit. vitta verò qua ſibi liga-
uerat oculos, cùm eam quidam rapere vellẽt, non comparuit. tanta etiam odoris ſuauitas fragrauit,
& lucis immenſitas in momento illius decollationis cælitus ibi emicuit, vt mortalium oculi ſplen-
dorem illum ſufferre, & humana lingua narrare nequiuerit odorem. Videntes autem omnes qui
aderant, gratiam Dei in beato Apoſtolo, admirati ſunt valdè, laudantes & confitentes per multam
moram Dominum Ieſum Chriſtum æternum & inuictum regem, quem prædicauerat magnificus
doctor & magiſter gentium Paulus. Reuertentes verò qui iuſſi fuerant accelerare interfectionem
eius, peruenerunt ad portam ciuitatis, vbi inuenerunt Plautillam, laudantem & glorificantem Do-
minum in omnibus quæ audiuit & vidit per ſanctum eius Apoſtolum. Et interrogauerunt eam cum
B irriſione cur caput ſuum non operiret de maphorte qua præſtiterat Paulo. Quę accenſa calore fidei,
cum magnanimitate reſpondit. O vani & miſeri, qui credere neſcitis quæ oculis videtis, & manibus
attrectatis. Verè enim habeo eundem quem illi porrexeram pãnum, de infuſione ſanguinis ſui pre-
cioſum. Nam de cœlo veniens innumerabilium candidatorum caterua comitatus, illum mihi vera-
ciſſimus retulit. Et repẽdens gratiam pro benignitate in eum habita: dixit: Tu mihi Plautilla in terris
obſequium prẽſtitiſti, ego tibi quam primum ad regna pergenti, officioſiſſimè obſequar. In proximo
namque pro te reuertar, & tibi regis inuicti gloriam demonſtrabo. Et extrahens Plautilla pãnum à
ſinu, roſeo perfuſum ſanguine, illis oſtendit. Qui nimio pauore correpti, greſſu concito perrexerunt
ad Cæſarem, quæ viderant & audierant nunciantes. At ille cum audiſſet, miratus eſt valdè, & ingenti
ſtupore attonitus, cæpit de his quæ nunciata ſunt ei, cum philoſophis & amicis, atque miniſtris rei-
publicæ, ſeu & cum his quos habere poterat ex ſenatu conquirere, atque cõfabulationis ſermonem
cum timore & tremore atque confuſione ſenſus habere. Dum hæc inuicem mirarentur, & ſecum
C quærerent, venit Paulus circa horam nonam ianuis clauſis, ſtetitque ante Cæſarem, & ait. O Cæſar
Nero, ecce ego Paulus regis æterni & inuicti miles, vel nunc crede miſer, quia non ſum mortuus, ſed
viuo Deo meo. Tibi autem, non poſt multum temporis mala inenarrabilia imminent, & ſupplicium
maximum, téque æternus manet interitus, eò quòd inter cætera flagitia tua peſſima, multum ſan-
guinis iuſtorum, effudiſti iniuſtè. Et hæc dicens, repentè diſparuit. Nero autem his auditis, vltra
quàm dici poſſit timore perculſus, & veluti amens effectus, ignorabat quid agendum illi eſſet. Sua-
dentibus ergo amicis, iuſſit Patroclum & Barnabam, & eos qui vincti erant cum illis, ſolui, atque
quò vellent liberos abire. Longinus denique, Megiſtus, atque Aceſtus, ſicut eis conſtituerat Apo-
ſtolus, primò mane venientes ad ſepulchrum eius, viderunt duos viros orantes, & in medio eorum
ſtantem Paulum. Qui pertimeſcentes in viſu admirabili, horruerunt, & reformidauerunt accedere
propius. Titus autem & Lucas ab extaſi orationis in ſe reuerſi, videntes præfectos atque Centu-
rionem, qui miniſtri necis Pauli fuerant ad ſe properantes, humano terrore correpti in fugam
conuerſi ſunt, & Paulus euanuit ex oculis eorum. Illi verò poſt eos clamauerunt dicentes: Non vt
D ſuſpicamini beati Dei homines ideo venimus, vt vos perſequamur ad mortem, ſed vt credentes, nos
per aquam baptiſmatis ad vitam transferatis æternam, ſicut nobis verus doctor promiſit Paulus,
quem paulò ante, in medio veſtri ſtantem & orantem conſpeximus. Hæc autem audientes ab eis
Titus & Lucas, ſteterunt cum multa lætitia & ſpirituali gaudio imponentes eis mox manus, & dantes
ſignaculum ſanctificationis perpetuæ: ſicque ieiunio vſque ad veſperam præcurrente baptizati ſunt
in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui cum patre in vnitate Spiritus ſancti, eſt honor, & gloria,
virtus, & imperium in omnia ſecula ſeculorum. Amen,

Paulus orat hebraice.

maforshic pro ſudario & ſtrophiolo ſumitur, non autem pro amictu humilitatis contegente colla atq; humeros vti exponit Caßian. lib de habitu monachi cap. 7. Idem de B Ignatio tradunt Eccleſiaſticæ hiſt. ſcriptores.

Idipſum teſtatur Greg. Turonẽſis cap. 29. lib. 1. de miracul. ſanct.

Paulus poſt mortẽ pro fidelibus ſe oraturum pollicetur.

Paulus tertiò à morte ſua die Neroni apparuit. Nice. lib. 2. cap. 36. & Tertull. in Apolog. ſed tamẽ obſcurè.

Apparitiones B. Pauli.

Titus. Lucas.

E

PALLADII DIVI EVAGRII DISCIPVLI LAVSIACA QVÆ DICITVR HISTORIA.

Ex Præfatione Gentiani Herueti.

DE monachorum vita, moribus, & institutis, cùm multi multa sparsim scripserint, Lausus præpositus vtilem Historiam: Cassianus collationes, Sophronius Hierosolymitanus Pratum & nouum paradisum titulo ediderit: Hieronymus aliquorum vitas, Basilius in resectico regulas, Damianus & Odo res gestas: duo tamen celeberrimi & magni nominis authores, Palladius, & Theodoretus, ea literarum monimentis mandauerunt, quæ cùm ij de quibus scribit, scetiotis scilicet, & Tabennesiotis vel illorum temporibus, vel paulò ante eorum tempora vixerint, aut à viris fide dignis qui ea viderant accepêre, aut ipsi suis oculis præsentes aspexêre. Quorum alter quidem, nempè Palladius, anteà Latinè versus, sub Heraclidis nomine in lucem exiit, sed non integer, cum in eo plus quàm triginta vitæ desiderentur. Theodoreti autem Θεοφιλὴς, *id est religiosa historia, cuius ipse sæpius meminit atque etiam Nicephorus in historia ecclesiastica, cum christianæ reip. vtilem censerem me nauare operam, si mea opera in lucem prodiret, eam verti Latinè: & cùm, vt dixi, mancus ac mutilus fuisset antea editus Palladius, non satis habui id quod ei deerat supplere, nisi eum denuò à capite verterem. Hanc autem Theodoreti historiam, quæ* Θεοφιλὴς, *id est religiosa dicitur, sua auctoritate, eam citando, comprobat & confirmat synodus septima quæ fuit secunda Nicæna: & Ioannes Damascenus in libro qui inscribitur aduersus vituperatores imaginum, Sozomenus, Euagrius, Nicephorus, passim qui scripta sua petitis hinc & inde narrationibus illustrarunt. Hoc autem esse opus Palladij nemo dubitauerit, qui libri vndecimi quadragesimum quartum caput legerit historiæ ecclesiasticæ Nicephori, Palladius inquit, Euagrij discipulus vitas sanctorum optimè expositurus: non dubitauit etiam qui legerit, cap. primũ libri octaui, Hist. Trip. Cass. & vigesimum tertium Socratis scholastici: qui loquens de sanctis de quibus paulò antè scripserat, hæc dicit. Si quis autem velit scire ea quæ ipsi egerint & fecerint, & quæ ad eorum qui audierunt locuti sint vtilitatem, & quemadmodum eis obedirent bestiæ, à Palladio Monacho scriptus est liber vnus, qui Euagrij quidem erat discipulus, de iis autem omnia accuratè pertractauit. In quo etiam meminit mulierum quæ par vitæ institutum cum viris prius dictis susceperunt. Quòd autem hic liber scriptus sit ad Lausum, probatur testimonio Ioannis Damasceni in libro qui inscribitur, De iis qui in fide dormierunt. Quòd si quis dixerit id quod Macario ab eo ascribitur, non inueniri in hoc nostro opere, duorum alterum necesse est, vel id fuisse in hoc opere tempore Damasceni, & fuisse postea ab hæretico aliquo malitiosè sublatum: vel eum librum qui inscribitur, De doctrina patrum, fuisse etiam à Palladio conscriptum, quem constat fuisse è Græco conuersum: cùm de capite mortui miraculum quod Macario ascribit Damascenus, iisdem verbis in eo opere referatur, libro quarto, capite de exemplis & doctrinis vitæ spiritualis.*

Non est autem quòd à Palladio nostro Ciceroniana expectetur eloquentia. Nam cùm ipse nullo adhibito orationis ornamento, humilique ac planè plebeio stilo scripserit, visus sum mihi fidelis interpretis non functurus officio, si aliter vertissem quàm scripsisset. Leges ergo, non vt ex eius lectione sis eloquentior, sed vt melior, & in iis quæ ad pietatem & pulcherrimæ historiæ cognitionem pertinent, eruditior, imitatus videlicet vitam angelicam eorum virorum, qui in carne minus carnalem vitam sed angelicam degerunt. Iuxta exemplum quod & tibi proposuit Theodosius princeps optimus, qui quarto cuiusuis hebdomadis die ieiunabat, hymnos Deo cum sororibus alternis canebat, & ne ab aseterio Monachorum aula sua differret, spiritus verba semper in ore habuit, cum episcopis & sacerdotibus congressus, obscuros locos, τρίφα, & nodos scripturarum, haud aliter quam si sacris ipse initiatus esset, explicuit, noctu libris legendis ἀνθρωματον lucernam excogitauit, ἀφεγγίσιαν id est iniuriarũ remissionem inuexit. Sacerdotes adeo dilexit vt Episcopi Cherbonensis defuncti sagulum sub imperiali chlamyde gestauerit: tanti fecit Monachos vt à quodam excommunicatus cui quidpiam denegauerat, non prius cibum sumpserit quam ab eodem diu multúmque quæsito, vinculis solutus esset. Theodoretus autem est huiusmodi, vt præter res præclaras & admirabiles quas narrat, stilus ipse facilè arguat eloquentissimi magistri, Ioannis, inquam, Chrysostomi, egregium fuisse discipulum. Vixit autem Palladius imperante Theodosio maiore, quo tempore vixit etiam Diuus Hieronymus, nisi dicas eum posteriorem & cuius vitam descripsit Theodoretus sect. 7. in dei amantium historia. Theodoretus verò imperante Martiano, quo tempore Romæ pontificatum gerebat Leo primus, ad quem etiam elegantissimam epistolam scripsit idem Theodoretus, quàm Romæ vertimus, & eiusdem in epistolas Pauli commentario à nobis verso & in lucem edito adiunximus. Vale.

Præfatio

PRÆFATIO. AVTHORIS.

Huius libri argumẽtum.

IN hoc libro scripta est qua in virtute vtebantur exercitatio, & admirabilis vitæ agendæ ratio, beatorum & sanctorum Patrum, qui degebant in solitudine. vt eos æmulentur ac imitentur, qui cœlestem volunt uitam agere, & quæ ad regnum cœlorum deducit, vitam ingredi: Quæritur Cassian. sub finem col. 19. sanctarum fæminarum vitas ab historiographis iunioribus pretermissas. anuúmque mulierum memoria, & inclitarum matrum à Deo inspiratarum, quæ magno & forti animo uirtutis exercitationis peregere certamina, vt exemplar proponatur, & amor excitetur iis quæ continentiæ ac castitatis volunt coronam redimere. ex sententia & voluntate viri, qui
B est varia ac multiplici doctrina præditus, moribus pacificus, & corde pius, mentéque religiosus, & in iis quæ sunt opus egentibus communicandis liberalis, & propter morum bonitatem multis viris eximiis est in summis honoribus præpositus, & omnino custoditur virtute diuini spiritus. Qui quidem nobis iussit, vel si verum potius dicere oporteat, ad eorum quæ sunt meliora contemplationem, hebes nostrum & obtusum excitauit ingenium, vt ad proponendam ad imitandum virtutum exercitationis decertationem sanctorum, & immortalium, & spiritalium patrum nostrorum, qui vt Deo placerent, in dura & aspera tractatione corporis vitam egerunt, præclarorum athletarum vitam à nobis descriptam ad eum mitteremus, uniuscuiusque ex magnis euidentes prædicando virtutes. Diuini autem huius & spiritalis desiderij amator est Lausus, cui post diuinum auxilium, mandata est custodia diuinitus afflati & religiosi imperij. Ego igitur qui & lingua sum ineruditus, & spiritalem cognitionem summis quodammodo labris attigi, & indignus sum qui recenseam spiritalem vitam sanctorũ patrum, & si reformidem præcepti magnitudinem, quòd meas vires superat, & iusC sum ægré feram, qui & magnam externam sapientiam, & spiritalem requirit intelligentiam, reueritus tamen primum, & eius qui ad hoc exequendum nos excitauit, virtutem, & reputans eorum qui hæc legent vtilitatem, & extimescens periculum quod essem aditurus, etsi iure parere recusarem, cùm egregium primùm iussum diuiuæ adscripsissem prouidentiæ, magnâque vsus essem diligentia, sanctorum patrum intercessione erectus, ad ea sum aggressus, veluti quodam compẽdio præclarorum athletarum, & magnorum virorum summa solùm certamina & signa describens. Nec solummodò clarorum virorum, qui optimam ac præstantissimam ex virtute vitam egere: sed etiam beatarum mulierum, quæ in excellentissimæ vitæ genere se honestè exercuere. Et aliquorũ quidem ex iis sacros vultus vt ipse coram viderem sum dignatus, qui iam antè sunt consummati in certamine pietatis. aliquorum autem cœlestem vitæ institutionem didici à diuinis athletis. Multas autem vrbes & multos vicos, & omnem speluncam, & omnia tabernacula deserti monachorum pedestri itinere obiens, diligentissimè considerauit eorum pietatem ac religionem. Atque cùm quæ partim quidem ipse vidi scripsissem, partim autem quæ à sanctis Patribus audiui, magnorum virorum certamina, & mulierum, quæ propter spem in Christum erant fortiores quàm earum ferebat natura,
D huius libri scriptis mandassem, missi ad tuas aures amicas diuinorum elequiorum, optimorum virorum, & religiosorum decus, fidelissimíque & religiosi imperij splendor, germane & Christi amice serue Dei Lause, pro ea quæ mihi inest exiguitate, vniuscuiusque ex Christi athletis tam masculis quam fœminis insigne nomen exprimens, & ex multis & magnis vniuscuiusque certaminibus pauca breuiter exponens. Plurimorum quoque genus etiam adiiciens, & vrbem, & locum mansionis. Meminimus autem virorum & mulierum, qui ex virtute quidem vitam perfectè instituerunt, propter arrogantiæ autem matrem inanem quæ vocatur gloriam, in infimum inferorum barathrum, & fundum præcipitati fuerant, & quæ longo tempore & plurimo labore sibi pepererant, amplectenda, & acerrimo studio comparanda exercitationis benefacta, vno temporis momento arrogantia & vana de se persuasione amiserant. gratia autem nostri Seruatoris, & sanctorum Patrum prouidentia, & viscerum miseratione, erepti sunt à spiritalibus diaboli laqueis, & sanctorum precibus recuE perauerunt priorem vitam quam agebant ex virtute.

Quis Lausus Niceph. lib. 8. cap. 41.

Humilitas authoris.

Vnde didicerit Palladius quæ scripturus est.

EXEMPLAR EPISTOLÆ SCRIPTÆ AD LAVSVM præpositum, ab Heraclide Episcopo Cappadociæ.

Beatum censeo tuum esse institutum. Par est enim vt incipiat epistola à beatitudine, quòd cum omnes varis rebus F
inhient, & lapides edificent, ex quibus nullam capient vtilitatem, ipse vélis doceri rationes ædificij. Solus enim
est vniuersorum Deus qui nequit doceri. quandoquidem & ipse per se est, & ante se non habet alium. Alia autem
omnia doceri possunt, quoniam sunt & facta & creata. Atque primi quidem ordines magistram habent summam
trinitatem. Secundi autem discunt à primis. Tertij autem à secundis. Et sic deinceps, & per ordinem, vsque ad extre-
mos. Qui enim sunt præstantiores honore & virtute, docent eos qui sunt inferiores cognitione. Qui ergo existimant
se egêre magistris, aut non parere iis qui docent in charitate, laborant morbo ignorationis, quæ est mater arrogantiæ. In-
ter quos primas partes tenent ad interitum, qui eodem vitio excidérunt à cœlesti habitatione in aëre volantes dæmones,
vt qui aufugerint ab iis qui erant in cœlo magistris. Non enim dictiones aut syllabæ sunt doctrinæ, quas nonnunquam
habent etiam qui sunt pessimi: sed mores rectè compositi, & molestiæ, & terroris, metus, & iræ vacuitas, & in rebus
omnibus fiducia ac dicendi libertas, & quæ rationes non secus gignit quàm ignis flammam, manſuetudo. Nam si ita
non esset, non diceret magnus magister suis discipulis. Discite à me, quoniam mitis sum & humilis corde. non verbo-
rum ornatu instituens & dirigens apostolos, sed morum bonitate neminem molestia afficiens, præter eos qui verbum
habent odio, & oderunt magistros. Oportet enim animam, quæ Deo conuenienter exercetur, vel fideliter discere ea quæ G
non nouit, vel apertè docere ea quæ scit. Si enim alterutrum horum nolit, laborat insania: Defectionis enim principium
est doctrinæ satietas, & verbi fastidium, quod semper esurit anima eius qui Deum diligit. Vale ergo, & sis sanus, &
fortis, & tibi Deus concedet vt persequaris Christi cognitionem.

LAVSO PRÆPOSITO, PALLADIVS EPISCOPVS CAPADOCIÆ. S.

CVM multi multa & varia diuersis temporibus scripta vitæ reliquerint, quorum alia quidem, ex Dei supernæ
gratiæ, inspiratione sunt ad ædificationem & securitatem eorum qui fideli proposito sequuntur dogmata seruato-
ris: alia autem, ex corrupto, & quod hominibus placere cupit proposito, luxuriant ad eorum consolationem qui inanis
gloriæ morbo laborant: alia autem ex importuna quadam insania, & dæmonis, qui quæ sunt honesta habet odio, im-
pulsione, ad leuium hominum perniciem, & intemeratæ catholicæ Ecclesiæ labem, ira & arrogantia irruperunt in
mentes stultorum, vt vitam honestam & puràm obscurarent: visum & mihi quoque humiliter propter Spem in Chri- H
stum, magnificentiæ tuæ iussum reuerenti, vir studiosissime. primum omnium narrare ea quæ ad me pertinent, & ætа-
tem, & mentis meæ ad virtutem, in Deum profectum, incipiendo à iuuenili ætate. Cùm tricesimum quidem & tertiũ
annum agerem in conuersatione cum fratribus & vita solitaria, vicesimum autem episcopatus, totius autem vitæ meæ
quinquagesimum tertium: necessarium existimaui, spiritalis vtilitatis gratia, tibi cupienti in scriptis narrare, quæ à
sanctis patribus rectè & ex virtute gesta sunt, tam masculis quàm fœminis, quos & ipse vidi, & de quibus audiui ab
animis fidelissimis, cum quibus versatus sum in Aegipti solitudine, & in Libya, & Thebaide, & Syene, sub qua sunt
etiã qui dicuntur Tabennesiotæ. deinde in Mesopotamia, Palæstina, & Syria & in partibus Occidentis, & Romæ, & in
Campania, & in iis quæ sunt circa eas partibus: vt tibi ab initio accuratissimè in hoc libro exponam instar narrationis.
Vt cùm habeas honestum & animæ vtile monumentum, perpetuum & non intermittẽdum pietatis & religionis me-
dicamentum, omnem quidem obliuionis dormitationem, quæ ex cupiditate rationis experte in anima ingeneratur, om-
nem autem in fide dubitationem, omnésque in rerum vsu sordes & parcitatem, omnémque dubitationem pusillique &
abiecti animi vitium, & nimiam ad iram propensionem, perturbationémque, & ægritudinem rationis expertem, &
intempestiuum timorẽper id expellas. & ne à corrupti mundi vana spe pendeas, effugias: perpetuo autẽ desiderio in Spe I
ad Deum proficias, & in proposito pietatis, sis & in via dux tuus, & eorum qui tecum sunt, & eorum qui tibi subi-
ciuntur, & maximè piorum Imperatorum. Per quæ quidem bene facta omnes qui Christum diligunt, Deo viri prope-
rant, expectantes scilicet quotidiè resolutionem animæ à corpore, prout scriptum est. Coarctor cupiens dissolui & esse
cum Christo. est enim multò melius. Et illud, Para in exitum opera tua, & præpara te in agrum. Qui enim semper mor-
tis meminit quæ necessariò oõ veniet, & nõ tardabit, in magnis nõ offendet, sicut scriptũ est: In omnibus operibus tuis,
memento nouissima, & in æternum non peccabis. Neque verò præter alia omnio hæc te fallat breuis admonitio nar-
rationum: neque respuas rudem & inornatam dictionem. Non est enim diuinæ doctrinæ, ornata, & ad ostenden-
dam sapientiam composita vti oratione, sed verbis persuadere veritati, vt scriptum est. Aperi os tuum verbo Dei, &
iudica omnia sanè. Et Rursus. Ne declines à narratione senũ, Ipsi enim didicerunt à patribus eorũ. Ego itaque, vir cogni
tionis Dei studiosissime, aliqua ex parte sequens hoc dictum, multos conueni sanctos. Neque verò ea cogitatio mihi
aliud agenti in mentem venit, sed cùm triginta atque adeo bis totidem dierum viam confecissem, & Dei gratia pedestri
itinere, omnem Romanorum regionem perussissem, viæ molestiam nihili feci si conuenire possem virum pium ac Dei K
amicum, vt lucrifacerem quod non habebam. Si enim qui me est longè præstantior, atque adeò fortè etiam vniuerſo
mundo, multósque superauit & vitæ agendæ ratione, & cognitione, & spiritali intelligentia, & fide in Christum,
beatus apostolus Paulus, Tarso in Iudæam profectus est, vt conueniret Petrum, & Ioannem, & Iacobum: & ideo ve-
luti glorians id narrat, referens suos labores, ad eos incitandos qui in socordia & ocio vitam transigunt, dicendo, Ascẽ-
di Hierusalem vt viderem Cepham, non contentus sola fama illius virtutis, sed desiderans eius quoque intueri faciem:
quãto magis ego qui sum innumerabilium talentorum debitor, debui hoc facere, non illos sanctos beneficio afficiens, sed
mihi peccatori vtilitatem afferens. Nam ij quoque qui patrum vitas conscripserunt, Abrahæ, & Isaac, & Iacob, &
Mosis, & Heliæ, & Ioannis, & eorum qui deinceps consequuntur, non narrarunt vt eorum illustraretur gloria, sed
vt prodessent iis qui eas legerent. Hæc ergo cùm scias fidelissimè & in primis venerande Christi serue Lause, teipsum
sepè admonens, feras patienter nostras ineptias, vt piam tuam mentem custodias, cui natura est insitum vt diuersis vi-
tiis, quæ sub aspectum cadunt & quæ non cadunt, tanquàm vndis agitetur, potest autem sedari sola perpetua oratione
& propria

& propria tui ipsius cura. Multi enim etiam ex fratribus paulò religiosioribus, qui & de exercitationis & eleemosy- A
næ laboribus sibi placebant, & de cœlibatu perfectáque & absoluta virginitate se iactabant, & in diuinorũ eloquio-
rum meditatione animum vehementer intendebant, & rerum bonarum disciplina freti erant, aberrarunt ab impatibi-
litate temeriaræ suæ sententiæ, seruientes. vt qui alicuius scilicet pietatis prætextu negotij gerendi cupiditate laborarẽt.
ex qua oriuntur & gerendi negocij nimiæ solicitudines, & ad mala negotia animi applicationes. quas consequuntur
curæ alienorum negociorum, quæ honestorum negotiorum curam euellunt radicitùs, quæ est mater propriæ ipsiusmet
curæ. Esto ergo, rogo te, fortis in omni intelligentia, non pingues & nitidas efficiens diuitias. quod quidem cerè fecisti,
eas satis minuens, impertiendo iis qui indigent. eæque ad exercendam virtutem tibi fuere ministerio, cùm nec impetu
aliquo, nec vlla quæ ratione careret anticipatione, neque vllo prætextu quo placeres hominibus, iureiurando obligasses
tuam liberam eligendi voluntatem, sicut multis euenit hominibus, qui cùm non comedendi vel bibendi contentiosæ va-
næ gloriæ seruire fecissent liberum arbitrium, necessitate iurisiurandi, ei rursus miserabiliter succubuerunt, vel vitæ
amore & ignauia, vel imbecillitate corporis, vel cupiditate alicuius voluptatis periurium patientes. Si ergo & ratione
participes, & ratione abstineas, nunquam peccabis. Diuina est enim in nobis ratio, quæ ab iis quæ sunt in nobis motioni-
bus exterminat quidem ea quæ sunt noxia, assumit autem ea quæ sunt vtilia. Iusto enim, inquit, lex non est posita. Me-
B *lius est ergo vinum bibere cum ratione, quàm aquam cum fastu & superbia. Atque mihi quidem aspice, eos qui cum*
ratione pietatis ac religionis vinum bibunt, esse viros sanctos: eos autem qui inconsideratè, & citra rationem, cum ar-
rogantia aquam biberunt, esse homines prophanos & corruptos. & nec amplius vitupares aut laudes materiam cibi aut
potus: sed beatam vel miseram iudices mentem eorum qui rectè vel malè vtuntur materia. Bibit aliquando Ioseph vi-
num apud Aegyptios: sed non fuit mente læsus erat enim animo munitus. Aquam autem biberunt Pythagoras, &
Diogenes, & Plato, inter quos etiam Manichæi, & reliquus cœtus Theologorum Philosophorum, & eò vanæ eos per-
duxit opinionis intemperantia, vt ipsum Deum vniuersorum effectorem ignorarent, & inanima simulachra adora-
rent. Vsum vini tetigerunt ij quoque, qui cum beato Petro Apostolo erant discipuli, adeò vt ipsi domino, & eorum ma-
gistro, omnium autem Seruatori, id probro daretur, ob participationem increpantibus Iudæis & dicẽtibus, Quare disci-
puli tui non ieiunant, sicut Ioannis discipuli? Et rursus insultabant discipulis, & exprobrantes dicebant infideles. Ma-
gister vester cum publicanis & peccatoribus comedit & bibit. De pane autem & aqua non reprehendissent, nisi de ob-
sonio & vino scilicet, ij qui vini quidem potionem vituperant, aquæ verò laudant & admirantur. Respondet au-
C *tem Seruator pulchrè dicens. Venit Ioannes in via iustitiæ, neque comedens, nec bibens (carnem scilicet & vinum, nam*
absque aliis non potuisset viuere) & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis comedẽs & bibens: & dicunt: Ec-
ce homo vorax & vini potor, amicus publicanorum & peccatorum, propterea quòd comedat & bibat. Quid nos ergo
faciemus? Nec eos qui vituperant sequamur: nec eos qui laudant. Sed vel cum Ioanne ratione ieiunemus, etiamsi nobis
dicant Iudæi, Dæmonium habetis. vel cum sapientia Iesu vinum bibamus, si corpus indigeat, etiam si nobis dixerint,
Ecce homines voraces & vini potores. Neque enim re vera esca est aliquid, nec potus, sed fides quæ per charitatem ex-
tenditur operibus. Cùm enim omnem actionem fides fuerit consecuta, condemnari non potest qui comedit & bibit, pro-
pter fidem. Quidquid enim non est ex fide, peccatum est. Sed quãdo aliquis ex voluptariis, vel ex iis qui quodlibet aliud
peccant, dixit, Fide participo, vel aliquid aliud ago, à ratione aliena cupiditate, vel corrupta conscientia innitens fid. i,
labitur. Seruator enim distinxit, dicens. A fructibus ipsorum cognoscetis eos. Quòd autem fructus eorum, qui diuina
ratione vitam instituunt & spiritalis intelligentia, sit ex diuini, Apostoli sententia, charitas, & gaudium, & pax, &
longanimitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, continentia, castitas, est extra controuersiam. Ipse enim dixit beatus
Paulus: Fructus autem spiritus est hoc & hoc. Quòd autem qui studet tales habere fructus, citra rationem, aut inconsi-
D *derատè, aut intempestiuè non comedet carnes, nec bibet vinum, neque cum vlla mala cohabitabit conscientia, rursus di-*
xit idem beatus Paulus. Omnis qui certat, ob omnibus abstinet. cùm sana quidem est caro, abstinens ab iis quæ pinque fa-
ciunt. Quòd si sit ægra vel mœrore confecta, vel aliquo casu afflicta, tunc vtetur quidem vel cibo vel potione tanquam
medicamento, ad ea curanda quæ molestiam afferunt. abstinebit autem ab iis quæ sunt animo noxia, ira & inuidia, va-
na gloria, tristitia, & detractione, superbia & elatione, Deo agens gratias. Cùm de his itaque satis disseruerim, tuæ rur-
sus pietati aliam affero adhortationem. Fuge pro viribus eorum virorum congressiones qui nullam habent vtilitatem,
& pellem exornant aliter quàm conueniat: etiam si sint orthodoxi, non solùm hæretici: & lædunt hypocrisi, etiam si
cano capite & corrugata fronte præ se ferant longitudinem temporis. Nam vt propter mores generosos ab eis nihil læ-
daris: id certè quod videtur esse minimum, te saciabit. Insolens enim redditus, animo affereris, eos irridens. Quod qui-
dem tibi detrimentum afferet, vt qui in superbiam incideris. Super lucidam autem fenestram persequere & virorum
& mulierum sanctas congressiones. vt per eorum veluti subtiliter scriptum librum, possis tuum cor apertè videre, &
per collationem probare socordiam tuam vel diligentiam. Multa enim sunt quæ probitati ferunt testimonium: color
E *vultus, qui in ea vita quæ degitur efflorescit: & vestium ornatus, & mores compositi, & modestia orationis, & ver-*
ba non exquisita & affectata, elegans sententia, cogitata sensáque sapientia. Dominus autem vires dabit tuæ manſue-
tudini, & omnibus qui sequuntur scopum pietatis, etiam si vel desidia, vel casus aliquis acciderit. Amictus enim, &
gressus pedis, & risus dentium annunciabit de ipso, vt ait Prouerbium. Incipiens itaque tibi narrare vitam sanctorum
patrum, neque eos, qui sunt in vrbibus, vel vicis, vel speluncis, vel solitudinibus tibi ignoti, prætermittam orationi:
adiiciens eos etiam qui sunt in cœnobiis. Neque enim locus quæritur in quo se rectè, & ex virtute gesserunt, sed mo-
dus rectè eorum institutionis, per quam Christi auxilio vitam egerunt angelicam.

perditio eorũ qui se statim perfectos ad dixerunt.

Votum.

Ratio contra peccatum. 1. Tim. 1.

Nihil fastu pernitiosius

Quomodo à cibo & potu abstinẽdum, Cassia l. 6. 5. Inst.

Matth. 11.
Matth. 6.
Marc. 2.
Luc. 5.
Matth. 11.

Ieiunandum cum ratione.

Rom. 16.

Matth. 7.

Galat. 5.

Ratio, tẽpus, discretio. 1. Cor. 9.

Aegrotis & cibus & potus licitus est, vt vtuntur quasi medicamentis.

Quæ probitati ferant testimonium. Eccl. 10.

Vita angelica monachorum monasteria enim sunt castra Dei, in quibus contra spiritales nequitiæ regis christi excubãt milites & exercẽtur tyrones.

VITA ISIDORI PRESBYTERI ET DOROTHEI.

F

SECT. I.

I. & II.

Iſidorus Socr. lib. 4. cap. 18. Sozom. lib. 6. cap. 29. Nice. lib. 11. ca. 34. & poſt ſect. 102.

G CVM ergo primùm veniſſem in Alexandrinam ciuitatem, ſecundo conſulatu magni Theodoſij, magni imperatoris, qui propter ſuam rectam in Chriſtum fidem nunc eſt cum angelis : in ipſa ciuitate incidi in quendam virum admirandum, &omni ex parte ornatum, ſermone, moribus, & cogitatione, nempè Iſidorum, qui erat & preſbyter & Xenodochus Alexandrinæ eccleſiæ. Is dicebatur prima quidem iuuentute verſans in ſolitudine, peregiſſe certamina exercitationis. Cuius etiam cellam vidi ego in monte Nitriæ. Offendi autem eum ſenem ſeptuaginta annos natum. qui cum vixiſſet alios quindecim annos, in pace obiit. Hic ſanctus vſque ad horam obitus nihil lineum geſtauit extra vitam, non balneo eſt vſus, non tetigit carnes, nunquam à menſa receſſit repletus ad ſatietatem, Erat autem corpore à Dei gratia tam bene contemperato, vt omnes qui ignorabant eius victus rationem, perſuaſum haberent eum lautè viuere & opiparè. Huius virtutes animæ ſi velim ſigillatim narrare, narrantem me tempus deficiet, qui erat adeò mitis, benignus & pacificus, vt etiam infideles eius inimici, propter rectam in Chriſtum fi- H dem, vel eius vmbram reuererentur, ob inſignem viri bonitatem. Tantam autem habuit ſpiritalem gratiam & cognitionem ſanctarum ſcripturarum, & comprehenſionem diuinorum dogmatum, & etiam in ipſo conuiuio hora ſolita refectionis fratrum, ſancti huius fieret mentis exceſſus, mutúſque euaderet ipſe & obſtupeſceret, & cum rogaretur vt quæ in exceſſu euenerant narraret, diceret. Mente ſum peregrinatus ab aliqua raptus contēplatione. Scio ego eum ſępè in menſa fuiſſe lachrymatū: & cum rogaretur cauſam cur eſſet lachrymatus, audiui eum dicentem. Pudet me veſci cibo à ratione alieno, cùm ſim ratione præditus : & ſim futurus in paradiſo deliciarum, & replendus ambroſiæ nutrimento, propter eam quæ nobis à Domino data eſt poteſtatem. Is erat Romæ notus cuncto ſenatui & procerum vxoribus, quo tempore cum beato Athanaſio epiſcopo prius receſſerat; deinde cum ſancto Demetrio epiſcopo. Is cum abundaret opibus, & iis quæ ſunt ad vſum neceſſaria, non ſcripſit teſtamentum decedens, non pecuniam reliquit, nō rem vllam ſuis ſororibus quæ erant virgines : ſed eas Chriſto commendauit, dicens. Deus qui nos creauit, vobis quoque victum prouidebit ſicut & mihi. Erat autem conuentus virginum quæ erant cum ſororibus eius, ſeptuaginta, Is, I cum ad eum veniſſem adoleſcens, & rogarem vt ad vitam cooptaret monaſticam, mea adhuc ætate laſciuiente, & non opus habente ſermonibus, ſed laboribus qui carnem ſubigerent, duráque & aſpera viuēdi ratione quæ corpus cōpeſceret: is, inquam, tanquàm bonus domitor pullorū, duxit me extra ciuitatem ad eas quæ dicuntur cellæ eremiticæ circiter quinto ab vrbe lapide. & me tradidit cuidam Dorotheo exercitatori Thebano ſexageſimum annum agenti in ſpelunca, & iubet me implere apud ipſum tres annos ad domandas animi perturbationes. Sciebat enim ſenem agere vitam admodum duram & aſperam. & poſtquàm annorum numerum impleſſem, rurſus ad eum reuerterer, mandauit ob reliquam doctrinam ſpiritalem. Cùm autem non potuiſſem apud eum implere numerum trium annorum, eo quòd in morbum incidiſſem vehementem, ab eo receſſi ante tempus præſtitutum. Erat enim eius vitæ ratio longè aſperrima, ſqualida, & planè arida. Toto enim die, atque adeò in ipſo æſtu meridiei, in ſolitudine quæ eſt propter mare, colligebat lapides, & ex eis ſemper ædificans, & cellas faciens, eas cedebat iis qui non poterant ædificare, ſingulis annis cel- K lam faciens. Cùm autem ego aliquando huic ſancto dixiſſem, Quid agis pater, in tanta ſenectute corpuſculum tuū occidens caloribus intolerabilibus. Reſpondit mihi, dicens. Illud me occidit, ego quoque ipſum occidam. Comedebat autem ſingulis diebus ſex vincas panis, & minutorum olerum decem. Aquæ autem bibebat quantum ſufficiebat. Deum autem teſtor me nunquam eum cognouiſſe pedes extendiſſe, non dedita opera dormiiſſe, aut ſuper lectum. ſed per totam noctem ſedens contexebat cathenā ex ramis palmarum, vt ex eo ſibi victum pararet. Cùm autem ſuſpicarer eum, cum adeſſem ſolummodò, tam extrema vſum eſſe exercitatione, ſciſcitatus ſum vt ſcirem à compluribus eius diſcipulis, an perpetuò vteretur tam accurata exactáque exercitatione. qui quidem manebant ipſi quoque deinceps ſeorſum, ſe rectè & ex virtute gerentes. Hi mihi dixerunt quòd à iuuentute vitam ſuam ita inſtituit, nunquàm dedita opera dormiens, niſi quod inter operandum vel comèdendum aliquandò conniuebat oculis deiectis. adeò vt ſæpè fruſtum quoque

ex

A quibus abſtinuerit Iſidorus.
In ieiunio lauticies.
Extaſis & raptus mētis.
Cibus beatitudinis.
Athanaſius.
Conuentus virginum.
Monacho iuueni non tam ſermonibus quam laboribus opus eſt.
Vita abbatis Dorothei. 11. Niceph. li. 11. cap. 35.
Dorothei exercitiū Caſſiod. lib. 8. cap. 1.
Affligendum corpus, ne illud nos occidat.
Victum parat ſuis manibus Dorothæus.

A ex eius ore excideret eſus tempore propter nimiam dormitationem. Cùm autem ego aliquandò cogerem hunc ſanctum paululum iacere ſuper ſtoream ægrè ferens mihi dixit: Si quando perſuaſeris angelis vt dormiant, tum virtutis ſtudioſo quoque perſuaſeris. Quodā autem die, ad puteum ſuum me miſit circa horam nonam, vt implerem cadum, quò eo in refectione vteretur cùm inſtaret hora cibi capiēdi. Accidit autem vt cum acceſſiſſem, infra in puteo viderem aſpidem, & præ metu aquam minimè haurirem, ſed currendo reuerſus ei nunciarem, dicens. Perimus Aba, vidi enim aſpidem inferius in puteo. Ille autem honeſtè ſubridens, quoniam mei magnam habebat rationem, & caput quatiens, dixit. Si viſum fuerit diabolo in omnem puteum iniicere ſerpentes, & aſpides, vel teſtudines, aut alia venenata animalia, in omnes fontes aquarum : tu manebis nunquam bibens. Ipſe autem è cella egreſſus, cùm per ſe hauſiſſet, bibit ieiunus cùm prius ſignaculo crucis muniiſſet, & dixiſſet : Quò venit Seruator, illic viribus caret diaboli improbitas.

Ne ſopor obruat virtutis ſtudioſum.
Miraculum.
Aſpis puteo.
Crux contra venenum.

ACTA ET TEMPERANTIA POTAMIANÆ.

SECT. II.

III.
Potamiana. Euſe. lib. 6. c. 4. Niceph. li. 5. cap. 7.
Conſtantia Potamianæ.

B BEatus ergo Iſidorus Xenodochus, qui beatum Antonium conuenerat, narrauit mihi ſe ab eo audiuiſſe rem dignam quæ mandetur litteris. Potamiana quædam puella formoſiſſima, tempore Maximini perſecutoris, fuit ancilla cuiuſdam intemperantis & libidinoſi. Quam cùm multum rogaſſet, & ei varia promiſiſſet eius Dominus, eam non potuit decipere. Quo factum eſt vt is tandem furore percitus : eam traderet præſidi Alexandrino, qui erat eo tempore, tanquam Chriſtiana, & quæ tempora & imperatores inſectaretur maledictis propter perſecutiones. pollicitus ſe ei magnam pecuniæ vim daturum ob eius calamitatem, dicens. Si ei perſuaſeris vt meo deſiderio aſſentiatur, eam cuſtodi nullo affectam ſupplicio. Quod ſi manſiſſet in ea quam ab initio oſtenderet auſteritate, rogauit vt ea ſupplicio affecta moreretur: ne, dicens, viua meam irrideat intemperantiam. Producta autem ante tribunal virgo fortis, diuerſis ad pœnas ſumendas comparatis inſtrumentis, corpore fuit excruciato, & aduerſus multas ac varias rationes mente tanquam turris firma ac ſtabilis reſiſtebat. Inter inſtrumenta autem ſuppliciorum, crudelius quoddam cæ- C teris tormentum ab eo qui tunc erat iudex inuentum eſt. Iubet enim magnum lebetem pice repletum vehementiſſimo igne accendi. Cum bulliret ergo pix & valdè arderet, conuerſus ad illam beatam ſæuus præſes, dixit. Abi pare voluntati Domini tui. alioqui, vt intelligas, iubeo te deuolui in lebetem. Illa verò reſpondit, dicens. Abſit vt ſit iudex adeò iniquus, qui me iubeat parere libidini & intemperantiæ. Ille itaque furore percitus, iubet eam exui, & in lebetem iniici. Illa verò vocem emittit, dicens. Per caput imperatoris quem tu times, ſi ſtatuiſti ſic me ſupplicio afficere, ne iuſſeris me exui. ſed iube me paulatim in picem feruentem demitti, vt videas quantam mihi largitus eſt patientiam Chriſtus quem tu ignoras. Quæ ſic paulatim demiſſa, ſpacio trium horarum, emiſit ſpiritum, cùm pix perueniſſet ad eius collum.

Potamiana In lebetē bullientis picis cum matre Marcella proiicitur. Niceph. lib. 5. cap. 7.

VITA DIDYMI COECI. SECT. III.

IIII.
Hierony. in catal. Niceph. lib. 9. cap. 17. Caſſiod. li. 8. cap. 8.
Didimus cæcus an. do. 376.
pſal. 145. Græce eſt σοφωτίζει ſed lege φωτίζει.
B. Antonius.

D PLurimus ergo cœtus ſanctorum virorum & mulierum, tunc fuit conſummatus in eccleſia Alexandrina, qui ſunt inuenti digni terra mitium. Inter quos conſummatur etiam beatus ſcriptor Didymus qui fuit orbus. Cum quo fuit mihi quater congreſſio, cùm decem annorum interiecto interuallo ad eum proficiſcerer. Is autem conſummatur natus annos octoginta quinque. Fuit autem is orbus, vt qui cum eſſet quatuor annos natus, oculos amiſerit, vt ipſe mihi narrauit, & neque literas didicit, neque ventitauit ad præceptores. Habebat enim ſecundum naturam magiſtram, firmam ac validam propriam conſcientiam. Tanta autem ſpiritalis cognitionis fuit exornatus gratia, vt re vera impleretur in eo quod ſcriptum eſt: Dominus illuminat cæcos. Vetus enim & nouum teſtamentum interpretabatur ad verbum. Dogmata autem ſubtiliter & tam ſtrenuè exponebat vt omnes veteres ſuperarit cognitione. Is cum aliquando me cogeret in cella facere orationem, ego autem nollem, mihi dixit narrans. Ter in hanc cellam ingreſſus eſt beatus Antonius vt me viſeret. qui à me rogatus faceret orationem, ſtatim genu flexit in hac cella, neque commiſit vt quod dixeram iterum repeterem, re ipſa quidem docens in obedientia. Quare ſi tu quoque E eius vitæ viſtigia ſequeris, vt qui ſis monachus & hoſpes ob virtutem, omnem depone contentionem. Hic ipſe hoc quoque mihi narrauit. Cùm quodam die, aiebat, de vita miſeri Iuliani imperatoris, vtpote perſecutoris eſſem ſolicitus, & animo angerer: accidit vt propter hanc ſolicitudinem ad veſperam vſque ſeram nihil comederem, & cùm in ſedili ſederem, me ſomnus opprimeret, & viderem in extaſi equos albos cum inſeſſoribus percurrentes, & annunciantes. Dicite Didymo. Hodiè hora ſeptima mortuus eſt Iulianus. Surge ergo & comede : & quod tu ſcis domum mitte ad epiſcopum Athanaſium, vt ille quoque hoc ſciat. Notaui autem, inquit, & horam & diem & hebdomadem & menſem : & ſic inueni.

Mors Apoſtatæ Iuliani reuelatur Didymo.
Niceph. cap. 35. lib. 10. Sozom. lib. 6. cap. 2. idem Alexandrinum decus,

oraculum ſui temporis theologorum Didimus à pueritia cæcus cum elementa prima ei diſcenda eſſent tantum auditione profecit celeritate ingenij, vt poeticā oratoriam philoſophica, & quod penè incredibile Mathematicarum artium obſcura, & Theorematū ſpeculationūque arcana exactiſſimè addidicerit. Et cum cæcus eſſet litterarum notitiam manuum contractatione aſſecutus eſſe dicitur. Nam earum formas in tabella altius exſculptas, ſæpius tangendo agnouit. Niceph. li. 9. cap. 17.

V. ALEXANRDÆ VITA. SECT. IIII F

Alexãdra moniméto per 12. annos se inclusit.

NArrauit autem mihi quoque hic beatus de quadam ancilla nomine Alexandra, quæ relicta ciuitate in monimento se inclusit, per foramen accipiens quæ erant necessaria, neque in virorum neque in mulierum conspectum veniens spatio duodecim annorum. Duodecimo autem anno aiunt beatam cum dormiisset, seipsam composuisse, adeò vt quæ solita erat ad eam venire, cũ illi non respondisset, nobis renunciauerit. Cùm nos ergo accessissemus, & monimenti ostium amouissemus: ingressi sumus & inuenimus eam obdormisse. De ea autem dicebat etiam beatissima Melania Romana, cuius vitam narrabo tempore & loco conuenienti. Huius, inquit, beatæ faciem non potui intueri. stans autem ego circa foramen, eam rogaui vt mihi diceret causam propter quam secessit quidem à ciuitate, seipsam autem inclusit monimento. Illa autem, inquit, per foramen me est allocuta, dicens. Quidam, inquit, insano mei amore tenebatur. & ne eum videre, molestia afficere, vel in inuidiam vocare, malui me viuam in hoc monimentum inferre, quàm offendere animam

S. Melania.

Cur se incluserit Alexãdra.

Quibus vacaret Alexãdra.

Piæ meditationes.

quę facta est ad Dei imaginem. Cùm autẽ ego ei dixissem, Quomodo ferre potes seruа Christi Dei, cum nullo omnino colloqui, sed sola pugnare cum desidia & cogitationibus? mihi respõdit, dicens. G A mane vsque ad horam nonam oro, per horam nens linum. Reliquis autem horis mente reuoluo vitam sanctorum patrum & patriarcharum & certamina beatorum apostolorũ, & prophetarum, & martyrum. Postquam autem aduẽtarit vespera, cùm Dominum meum glorificauero, cibum capio, plurimas horas noctis perseuerans in oratione, & finem expectans quando hinc dissoluar cum spe bona, & apparebo ante faciem Christi Dei. Non prætermittam autem narratione eos quoque qui ita vixerunt, vt speciem quidem præ se ferrent pietatis ac religionis, sed eam contemnerent, ad laudem quidem eorum qui rectè & ex virtute se gerunt, & vt cauti sint & attenti ij qui legunt.

DE QVADAM VIRGINE QVÆ LABORABAT amore diuitiarum. SECT. V.

VI.

ERat quædam Alexandriæ virgo solùm nomine, habitu quidem humilis, animi autem instituto H parca, gloriosa, & insolens & laborans auaritia, auri potius quàm Dei amans: ex rebus suis nulli vnquam exhibẽs, non hospiti, non pauperi aut afflicto, non monacho, non virgini, non ecclesiæ vel obolum vnum. Ea multis sanctorum patrum admonitionibus incitata, non repellebat graue põdus diuitiarum. Erat autem ei quoque genus, ex quo sororis suæ filiam in filiã adoptauerat. cui noctu & diu sua pollicebatur, cùm ipsa excidisset ab opibus cœlestibus. Nã hæc quoque est vna species fraudis diaboli, qui prætextu amoris in cognatos, efficit vt nascatur auaritia. Nam quòd ei nulla sit cura generis, hinc patet. Ipse enim docuit, & fratrem, & matrẽ, & patrem occidere. Idque est ex scripturis extra cõtrouersiam. Sed etsi videatur nõnullis curam cognatorum inferere, non hoc facit quòd illis benè velit, sed vt eorum qui ei parent animam apertè exerceat ad iniustitiã, cùm ipse sciat latã sentẽtiam, quæ dicit; Iniusti regnum Dei non possidebunt. Potest autẽ aliquis & spiritali motus intelligentia, & diuino desiderio, neque suam negligere animam, & cognatis opem ferre, si quid eis defuerit. Quando autẽ quis ita totam suam instituit animã, vt ea despiciatur & obruatur præ cura cognatorum, is incidit in legem, vt qui suam pro vano æstimet animam. Canit autem Dauid quoque I psalmographus de iis qui animæ curã gerunt, dicens in timore Dei, Quis ascendet in mõtem Domini? Pro eo quod est, Rarò. Aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde. qui non accepit in vano animam suam. Illi enim animam suam in vano accipiunt, qui existimant eam dissolui vnà cum hac caruncula: qui virtutes spiritales negligũt. Huic virgini, quæ solo nomine sibi parauerat appellationem, moribus autem erat aliena ab exercitatione, cum venam, vt dicitur, vellet incidere ad leuandam auaritiã, sanctissimus Macarius presbyter & prẽfectus Ptochotrophij eorum qui sunt corpore mutilati, talem actum excogitat. Erat enim à iuuentute lapidarius. Ad eam autem accedens dicit. In me inciderunt pulchræ gẽmæ, smaragdi, & hiacinthi. nec scio an sint furtiui, an alicuius mercatoris. Non constituitur enim eis pretium, cùm estimationem superẽt. Qui habet autẽ, vendit eas quingentis nummis. Si ergo tibi visum fuerit eas accipere, da quingẽtos nummos. potes ex vna gemma accipere quingentos, reliquis autem vti ad variãdum mundum filiæ tuæ sororis. Cũ autẽ quę dicebatur virgo, tota pẽderet à puella: inescatur ei° ornandæ cupiditate: & K procidit ad eius pedes, & dixit. Rogo te ne quis alius eas accipiat. Eã ergo adhortatur sãctus dicẽs. Veni vsq; ad domũ meã, & eas aspice. Illa autẽ noluit, sed ei præbet quingẽtos denarios, dicẽs. Rogo te, ipse eas vt vis cape. Nolo enim videre hominẽ qui eas vendit. Cũ autẽ quingẽtos denarios ab ea accepisset S. Macari° dat eas ad vsũ Ptochotrophij. Cũ autẽ multũ tẽpus prẽteriisset, quoniã existimabatur Alexãdriæ senex vir esse summè pius ac misericors, vixit autẽ ad centũ vsq; annos, cuius tẽpore nos quoque fuimus, verebatur eum admonere. Tandem cum eum inuenisset in ecclesia, dicit ei. Rogo te quid iubes de lapidibus pro quibus dedimus nummos quingentos? Ille ei respondit, dicẽs, A quo die mihi dedisti aurum, eos impendi in precium gẽmarum, & si velis eas videre, veni in hospitium. Illic enim sitæ sunt gemmæ, & vide. Quòd si tibi non placeant, tolle aurum tuum. Venit autem illa lubẽtissime. Habebat autem Prochotrophium, in superiori quidem parte mulieres, in inferiori autem viros. Cùm ea autem accessisset, introducit eam in vestibulum, & dicit ei sanctus Macarius

Virgo insolẽs & auara.

Deut. 12.

1. Cor. 6.

Quomodo possit quis cognatis succurrere citra animæ naufragium. Cassia. col. 24 cap. 11.

Psal. 23.

Qui in vano suam animã accipiunt.

S. Macarius quo astu virginẽ reduxerit.

Ptochotroph. Domus hospitalis mutilatorum.

Pauperes & ægroti gemmæ sunt maximi pretij.

A Macarius, Quid vis primũ videre, hyacinthos, an smaragdos? Ea vero illi dicit, Quod tibi videtur. Ille verò eam ducit in partem superiorẽ, & ostendit ei mulieres mancas, ac mutilatas, & orbatas oculis, & dicit ei, Ecce hyacinthi. Deinde deducit eam in partem inferiorem, & ostendit ei viros, dicẽs. Ecce smaragdi, & existimo non inueniri his preciosiores. Quòd si tibi non placeant, accipe aurum tuum. His ergo sic gestis, pudore affecta uirgo exiit, & domum reuersa magnum accepit dolorem, quod hanc rem ex Deo non fecisset, sed adducta necessitate. Postea autem gratias egit presbytero, cùm puella cuius curam gerebat, post nuptias mortua esset sine liberis, ipsaque deinceps vitam suam rectè instituit.

VITA ABBATIS ARSACII, ET EORVM QVI cum eo erant. SECT. VI.

VII.

BCVm ego cum multis sanctis essem congressus, & versatus tres annos in monasteriis quæ sunt Alexandriæ, & mansissem cum magnis, studiosissimisque & optimis viris circiter bis mille, omni virtute ornatis: illinc recedens veni in montem Netriæ. Inter hunc montem autem & Alexandriam positus est lacus, qui dicitur Maria. Is autem continet ad millia septuaginta, Quem cum transmisissem, per diem vnum & dimidium, veni in montem ad partem meridionalem. In quo mõte sita est ingens solitudo, quæ pertinet vsque ad Aethiopiam & Mazicos & Mauritaniam. In eo autem habitant ad quinque millia virorum, qui vtuntur vario vitæ genere, vnusquisque vt potest & vult, adeò vt liceat & solum manere, & cum duobus, & tribus, & cum quo velit numero. In hoc monte sunt septem pistrinæ, quæ & illis seruiunt, & Anachoretis qui sunt in vasta solitudine, viris perfectis, numero sexcentis. Cùm ergo toto anno in monte habitassem apud beatos & sanctos patres, magnum Arsasium, & Putuphastum, & Hagionem & Chronium, & Serapionem: & multis antiquiorum patrum spiritualibus narrationibus, ab ipsis essem stimulatus: veni in intimã solitudinem. In hoc mõte Netrię vna est maxima ecclesia, & in ipsa ecclesia, sunt tres palmæ, ex quibus vnaquęque habet[1] flagellum suspensum. Et est vnum quidem ad castigandos monachos qui delinquunt. C Alterum verò ad puniendos latrones, si quando inciderint. Tertium verò ad corrigendos eos qui fortè veniunt, & in aliqua delicta incidunt. Adeo vt quicunque delinquunt, & conuincuntur meruisse vt dent pœnas, palmam amplectantur, & tergo plagas præfinitas accipiant, & sic dimittantur. [2] Prope ecclesiam autem positum est Xenodochium, in quo venientem hospitem toto tempore accipiunt, etiam si biennium aut triennium voluerit manere donec velit sua sponte recedere: permittentes ei vna hebdomada manere in ocio. Aliis autem diebus ipsum deinceps attrahunt ad opera aut in horto, aut in pistrino aut in coquina. [3] Quod si fuerit quispiam cuius sit habenda ratio, dãt ei librum legendum, non permittentes ei vt cum vllo colloquatur vsque ad horam sextam. In hoc mõte degunt etiam medici & placentarij. Vtuntur etiam vino, & vinũ illic venditur. Hi autem omnes suis manibus faciũt vestem lineam, adeò vt sint omnes minime egẽtes. [4] Circa horã autẽ nonã licet stare, & audire in vnoquoque monasterio hymnos & psalmos Christo canentes, & preces ad hymnos emittentes, adeo vt existimet quispiam se sublimè elatum trãsmigrasse in paradisum deliciarum. veniunt autem ad ecclesiam sabbato solum & dominico. [5] Sunt autem octo presbyteri qui præsunt D huic ecclesiæ, in qua quandiu viuit primus presbiter huius ecclesiæ, nullus alius offert, nec iudicat, nec habet sermonem: sed tacitè solum cum eo sedẽt. [6] Hic magnus Arsisius, & alij multi cum eo senes, quos nos vidimus, fuerint æquales tempore magno Antonio. Atque mihi quidẽ narrauit hic magnus arsisius, se Amon quoque vidisse Netriotem, cuius animam vidit assumi Antonius, & deduci ab angelis. Is dicebat se etiam Pachomium vidisse Tabennesiotem, virum prophetam, ter mille virorum Archimandritam: cuius narrabo postea virtutes.

Aryxius Nicep. lib. 11. cap. 37. Sozom. lib. 6. cap. 29.

De monte netria Nicep. lib. 11. cap. 38.

Maria lacus.

Quinque millia Anachoretarum in mõte. Sic hodie sunt in monte Atho. 22.

Monasteria ordinis. D.

Basilij quæ tributi nomine turcæ pendunt 6000. obolorũ.

Ecclesia.

1 *Flagellum monachorum Ioseph tamen reprehẽdit eos qui maxillã colaphis offerrent propter illud. Mat. 5. Si quis dextrã & cæsiã col. 16. c. 20. ob idq; flagel*

6 *Arsisius,*

lantes habiti sunt haretici de quibus Alph. Prateol. & volater. 2 *Xenodochiũ.* 3 *Doctiores.* 4 *Hymni.* 5 *Octo presbiteri. an. do. 374.*

DE SANCTO AMON ET EIVS CONIVGE. SECT. VII.

VIII.

EDIcebatur autẽ Amon hoc modo vixisse. Cùm esset, inquit, parentibus orbatus adolescens circiter viginti duos annos natus, vi à suo patruo mulieri iunctus est matrimonio: & cum non posset resistere necessitati quã ei afferebat patruus, visum est ei & corona redimiri, & sedere in thalamo, & omnia sustinere quæ fiunt in matrimonio. Postquam autem omnes essent egressi, qui in thalamo & lecto dormituros collocauerat, surgit beatus Amon, & claudit fores: & sedens vocat beatam & germanam suam coniugem, & ei dicit: adesdum domina soror: Deinde rem tibi narrabo. Hoc quo coniuncti sumus matrimonium, nihil habet eximium. Rectè ergo faciemus si abhinc vnusquisque nostrum seorsum dormierit, vt Deo placeamus, intactam nostram reddẽtes virginitatem. Et cùm è sinu suo paruum libellũ protulisset, tanquam ex persona Apostoli & Seruatoris, legebat puellæ quæ erat ignara literarum, plurimam lectionis partem adiiciens ex sua diuinitus inspirata doctrina, & in vita, in virginitate & castitate degenda eam instituens. Quo factum est vt illa Christi gratia repleta, diceret. Ego quoque Domine mi persuasum habeo fore vt castã vitam libẽter agam, & si quid iubes

Amon. an. do. 374. de quo & Nicep. pl. cap. 41. lib. 8. cassiod. lib. 1. cap. 11.

Amon cohortatur coniugem ad virginitatem.

Amonis exercitium.

hoc deinceps faciam. Ille vero, Ego inquit iubeo, & rogo vt vnusquisque nostrum seorsum maneat. Ea vero hoc nõ tulit dicẽs, Maneamus in eadẽ domo, sed in diuersis lectis. Viuens ergo cum ea F
decẽ & octo annos in iisdem ędibus, toto die vacabat horto & balsameto. Operabatur enim balsamũ

Vis precum

quæ balsamus instar vitis plantatur, vt in qua collenda & amputãda multũ laboris ponatur. Vespere ergo domũ ingrediens, & faciens orationes, cum ea comedebat. Et rursus nocturnas preces fundẽs & synaxim peragẽs, summo mane ibat in hortum. Cùm hæc sic fierent, & peruenisset vterque ad im-

Amõ vxoris cõsilio seorsũ habitauit.

patibilitatem, vim & efficaciã habuere preces Amonis. Postremo autẽ ei dicit illa beata: Est aliquid quod tibi dicam Domine mi. vt si me audieris, mihi planè constabit, quòd verè ex Deo me diligas. Is verò ei dicit, Dic quod velis. Ea verò dicit illi. Æquũ est vt tu qui es vir pius & religiosus, & exerces iustitiam, & similiter ego qui eandem viam instituti sum secuta, seorsum maneamus, & multi ex eo capiant vtilitatem. Non par est enim vt propter me tanta & talis occultetur tua virtus philosophiæ,

Amon ad montẽ Netriæ cõtedit 3000 discipulorum habẽs, Niceph lib. 11. c. 34.

qui mecum propter Christum cohabitas in castitate. Is verò cùm ei gratias egisset, & gloriam Deo dedisset, ei dicit. Rectè tibi visum est domina soror. & si hoc tibi placet, tu habeto hanc domum. ego verò abibo, & aliam mihi domũ faciam. Qui cùm ab ea esset egressus, ingressus est in interiora mõtis G
Netriæ. Nondum enim tunc illic erant frequentia monasteria, & sibi fecit duos cellarum tholos. Et cùm vixisset alios viginti duos annos, & rectè summam exercitationis virtutem exercuisset, in vita obiit monastica, vel potius trãslatus est sanctus Amon, natus sexaginta duos annos, bis in anno vidẽs

Puer à rabioso canis morsu curatur.

beatam vitæ suæ consortem. Cùm is ergo solus esset in Netriis, ferunt ad eum puerum rabie exagitatum, vinctum cathenis. Canis enim rabiosus mordendo illi rabiem dederat. Seipsum ergo totum laniabat, vt qui intolerabilem morbum ferre non posset. Postquam ergo vidit eius parentes ad sup-

Restitutio alieni.

plicandum procedentes, Quid mihi, inquit, labores exhibetis ô homines, ea petentes quæ mea merita superant, cùm in vestris manibus præsto sit auxilium. Reddite enim viduæ bouem quem clan-

Qui parcit bonis ne opera misericordiæ impleat bonorum incurrit naufragium.

culum occidistis: & sanus reddetur vobis puer. Illi verò cum conuicti essent, læti fecerunt quæ iussa fuerant: & eo orante puer sanus euasit. Accesserunt autem alij eius visendi gratia. Ad quos dixit vir sanctus, tentandi eorum animi gratia. Afferte ad me dolium vnum, vt habeam satis aquæ ad eos qui veniunt excipiendos. Ij autem promiserũt seipsos allaturos. Cùm autem alterum pœnituisset, vbi in H
vicum venisset, dicit alteri. Nolo occidere camelum, neque ei dolium imponere, ne moriatur. His

Athanasius scripsit vitam S. Antonij.

auditis, alius, suis iunctis asinis, magno labore dolium sursum portauit. Præueniens autem Amon ei dixit, Quid quod socij tui camelus est mortuus, interim dum huc venisti? Is autem reuersus inuenit eum à lupis deuoratum. Multa quoque alia hic vir fecit. Hoc autẽ miraculum narrauit beatus Athanasius Alexandriæ episcopus, scribẽs in vita Antonij, quòd cùm aliquando monachi ad ipsum missi

Ecstasis.

essent ab Antonio, erat enim in interiori solitudine Antonius, cũ ad ipsum venissent, surrexit senex, & ambulabat cum eis. & cùm esset transiturus Lycum fluuium, cum eius discipulo Theodoro, verebatur exui, ne seipsum videret aliquando nudum: & interea dum de ea re dissereret, inuentus est trãs fluuium. vt qui absque cymba in ecstasi traiecisset, translatus ab angelo: Fratres autem natatu transmiserunt. Postquam autem accessit ad Antonium, primus ei dixit Antonius: Cùm Deus mihi multa de te reuelasset, & tuam translationem mihi significasset, te ad me accersiui necessariò, vt cùm nobis inuicem frui licuisset, pro nobis inuicem intercederemus. Cùm autem eum collocasset in quodam loco longè separato, hortatus est ne recederet ante translationem. Cùm autem ipse seorsum fuisset

Vidit Antonius animã Amonis, Nicep. lib. 8. cap. 41.

consumatus, vidit Antonius eius animã in cœlũ assumptã ab angelis. Hic est ergo Amõ qui sic vixit I
& sic obiit. Hunc Lycũ fluuium ego cũ metu pontone aliquãdo trãsmisi, est enim fossa magni Nili.

VITA ABBATIS OR. Sect. VIII.

IX. OR quis. Nic. lib. 11. cap. 34. Monasteria mille fratrũ.

IN hoc mõte Netriæ fuit vir admirabilis Abbas Or nomine, habẽs monasteria mille fratrũ, habitu Angelico præditus. vt qui cùm esset nonaginta annos natus, nihil amisisset de corpore, erat enim vultu nitido & alacri. adeò vt cùm vel solùm videretur vir esset reuerendus. Is cùm lõgè antè se in vlteriore exercuisset solitudine, postea in propiori solitudine congregauit monasteria, palude propriis plãtata manibus, cùm ligna nõ essent in eo loco, adeò vt esset densa sylua in solitudine. Dixerũt enim nobis qui cum eo erant patres, quod ne germen quidem illic erat, quãdo vir ille venit ex solitudine.

Victus OR abbatis.

Ipsam autẽ plantauit, ne propter res necessarias, qui ad ipsum cõueniebãt fratres, cogerẽtur circuire. sed eorũ omnẽ gerebat curã Deum orãs, & pro eorum salute decertãs, vt nihil eis deesset necessariũ: nec esset eis vllus socordiæ prætextus. Is primũ quidẽ degẽs in solitudine, vescebatur herbis & dul-

Angelica apparitio. Alludit ad ea quæ Abrahæ sunt dicta.

cibus radicibus: aquã quoque bibebat quãdo inueniebat. in precibus & hymnis toto tẽpore perse- K
uerãs. Postquã autẽ peruenit ad perfectã ætatẽ senectutis, angelus ei apparuit in somnis, dicẽs in solitudine. Eris in gentẽ magnam, & magnus tuæ fidei credetur populus. Qui per te autẽ salui fient, erũt decies mille: quos si hic lucrifeceris, totidẽ tibi parebũt in futuro seculo. Neq; quidquã dubitaueris,

OR θεοδίδακτος.

ait ei angelus. Nihil enim tibi deficiet eorũ quæ sunt ad vsum necessaria vsque ad mortẽ tuã, quoties Deũ inuocaueris. Hæc cũ audiisset, venit ad propinquã solitudinẽ, seorsum primũ degẽs, sibi quodã paruo cõstructo tuguriolo, solum cõpositis cõtentus oleribus. sæpè etiã semel solùm vescens in hebdomada. Atque erat quidem primũ illiteratus. Postquã autẽ venit ex solitudine in terrã habitatã, ei gratia fuit data diuinitus, & scripturas expromebat memoriter. Ei enim libro dato à fratribus, ita de-

Tria millia monachorum

inceps legebat tãquã peritus literarũ. Aliam quoque acceperat gratiã, nempe dęmonũ expellẽdorũ, adeò vt multi ex iis qui laborabãt, etiam eo nolente, clamantes eius vitam ostenderent. Alias quoq; curationes non cessabat peragere. Quo factũ est vt ad eũ cõuenirent tria millia monachorum. Cùm

A Cũ eos autẽ vir ille vidisset, lætitia affectus eos salutauit & cõplexus est. Cùm pedes eorũ propriis lauasset manibus, cõuersus est ad doctrinam. erat enim valdè peritus literarũ, vt qui hãc gratiã accepis-
) set diuinitus. Cùm autẽ scripturarũ multa soluisset capita, & fidẽ tradidisset orthodoxã, adhortatus est ad preces. Viris enim magnis mos est, nihil carnis admittere, priusquã spiritale alimentũ animæ tradiderint. Hæc autẽ est Christi communio. Cùm eius ergo fuissent participes, & egissent gratias, hortatus est ad mẽsam. ipse semper inter sedendũ eos admonẽs eorũ quæ sunt bona & honesta & dicẽs eis ea quæ pertinẽt ad salutẽ. Fuit ergo hic vir clarus in multos patres, adeò vt cùm multi ad eũ venirẽt monachi, omnes prẽsentes fratres couocãs, in vno die eis cellas faceret. vno quidẽ sub-

Eucharistia cibum præcedat.

ministrãte lutũ, altero verò laterẽ, alio autẽ hauriẽte aquã. Perfectis autem cellis, ipse præbebat ve-

OR fratri cel lam ædificat.

niẽtibus quę erant necessaria. Is falsũ fratrẽ qui ad eũ aliquãdo venerat, & vestes suas occultauerat cũ corã omnibus arguisset, in mediũ produxit. Quo factum est vt nemo auderet deinceps apud eũ mentiri cùm tantam haberet gratiã, quam per honestam suam vitã sibi collegerat. licebat autem vi-
B dere multitudinem eorũ qui cum ipso erãt monachorũ in ecclesia, tanquã angelorũ choros Deum laudantiũ. Magnam huic sancto, suo testimonio tribuit virtutẽ vniuersa fraternitas. prẽcipuè autem homo Dei Melaniã, quę hũc montẽ ante me est ingressa. Ego enim eũ nõ offendi viuũ. Hæc autem præclara de hoc viro narrabat, quòd nec vnquam sit mẽtitus: neque iurauerit: neq; vlli malè sit precatus: neque locutus sit nisi opus esset.

Melania.

VITA ABBATIS PAMBO. Sect. IX.

X.

HVius montis accola fuit etiã Abbas Pambo, qui fuit magister Dioscuri episcopi, Ammonis & Ioãnis filij fratris Dracontij viri admirabilis. Hic Pãbo multa quidẽ habebat & varia priuile-

Pambo an. do. 374. de quo plura Socrat. lib. 4. cap. 23. Niceph. cap. 14. lib. 9.

gia. Inter cætera autẽ siue rectè & ex virtute ab eo gerebãtur, hoc habebat quo erat reliquis superior quòd scilicet aurũ & argentũ despiciebat quantũ postulat ratio dominica. Vnde mihi narrauit beata Melania, quòd cùm ab initio Roma veniisset Alexãdriã, & de eius virtute audisset à beato Isidoro presbytero & Xenodocho, qui de eo mihi narrauit, & ad ipsum deduxit in solitudinẽ. Ad eũ aiebat,

Aurum despicere.

C attuli vasa argentea trecentarũ librarũ argẽti, rogãs eũ vt rerum mearum esset particeps. Ille autem,

Melaniæ donum.

inquit, operãs, & ramos texens mihi benè dixit, voce magna dicens. Deus det tibi mercedẽ. & dixit suo œconomo Theodoro: Accipe & ea dispensa vniuersæ fraternitati quæ est in Lybia & in insulis. hęc enim monasteria magis indigent. ei præcipiens vt ex eo nihil daret iis qui erãt in Ægypto, propterea quòd sit regio ditior & abũdãtior. Ego autẽ, inquit tãs expectabã, vt vel benedictionibus, ab eo honorarer, vel verbo saltẽ laudarer ob tantum donũ. Cùm verò nihil omnino ab eo audiissem, ei dixi: Domine, vt scias quantum sit: Sunt trecentæ libræ argẽti. Is autẽ rursus cùm ad hoc ne omninò quidẽ annuisset, & nec ad vasis quidem thecã attendisset, respõdit. Ea à te attulisti ô fili. Non opus

Pembo vasa argentea dono accepta dispensat egenis.

est vt à te discã quantitatẽ ponderis. Qui enim mõtes appẽdit & syluas statera, multò magis scit quã-
titatẽ tui argenti. Si enim hæc mihi dares, rectè mihi pondus dixisses. Sed si Deo ea obtulisti, qui ne duos quidẽ obolos despexit, sed eos plus quã omnia æstimauit, tace. Sic ergo, inquit, dispẽsauit gratia Domini, dũ ingressa sum in hunc mõtem. Breui autẽ pòst tẽpore dormiit homo Dei, nec ægro-

Ne quis eleemosynæ pretium faciat.

tãs, nec in nulla parte corporis dolorẽ sentiẽs, sed sportã contexens me accersiit, & cum adesset iam
D extremus stimulus, dicit mihi. Cape hanc sportã à meis manibus, vt mei memineris. Nihil enim habeo aliud quod tibi relinquã. Et cũ hoc dixisset, excedit sine febre cũ esset annorũ septuaginta, Domino cõmendans spiritũ. Quẽ cũ ego sepeliissem, & linteis sancti corpus inuoluissẽ & deposuissem, recessi à solitudine, vsq; ad diẽ mortis mecũ habens illã sportã. Hic Pambo cum esset moriturus, in ipsa hora excessus, eũ circũstãtibus beato presbytero & Ammonio, viris inclytis, & reliquis fratribus, dicitur hoc dixisse. Ex quo veni in hũc locũ solitudinis, & meã ædificaui cellã, & hic habitaui, nullus fuit dies quo nõ aliquid operis fecerim meis manibus: nec memini me ab aliquo panem gratis datum comedisse: nec me in hanc horã pœnitet alicuius sermonis quẽ dixerim: & sic ad Deum

Verba Pambonis moriẽtis

recedo, vt qui nec pius quidẽ ac religiosus esse cœperim. Hoc quoq; de eo ferebãt testimoniũ Chri-

Origenes. Ammonius.

sti serui, Origenes & Ammonius, quod nunquam de re aliqua interrogatus, quæ vel ad scripturam, vel ad actionem negociũmue aliquod pertineret, statim responderit, sed dixerit. Nondum inueni quod respondeam. sæpè autem hoc quoque adiecit. Præteribant enim tres menses, & non dabat
E responsum, dicens. Nondum compræhendi. Tam consideratè quidem ex Deo dabat responsa, vt à Deo cum omni metu omnes acciperent. Dicebatur enim hanc virtutem etiam suprà magnum Antonium, & super omnes sanctos exercuisse, nempè vt esset in loquendo accuratus & perfectus.

VITA ABBATIS PIOR. Sect. X.

FErtur autem præter alia hæc quoque actio sancti Pambon, quòd Pior qui se in vita exercebat monastica, ad eius cellam aliquando accedẽs, proprium panem detulit. Cum eum autem Pambon repræhendisset, dicens: Cur hoc fecisti? Respondit Pior, Ne te grauarem. Itaque tacitus eũ di-

Pior postea Sect. 75.

misit. Post aliquantum autem tẽporis accedens magnus Pambon ad cellam Pior, panẽ suum secum madefactum attulit. Ab eo autem rogatus quánam de causa panem attulisset madefactum, respondit Pambon. Ideo madefeci ne ego quoque te grauarem.

VITA ABBATIS AMMONII, ET FRATRVM SIMVL cum sororibus.. SECT. XI.

XII.

Ammonius an.do. 374. Cassiod. li.8. ca. 1. Niceph. lib.11.ca.37.

AMmonius, qui fuit magni Pambo discipulus, simul cũ tribus fratribus & duabus sororibus, cum peruenissent ad summum pietatis ac religionis, venerũt in solitudinem,& seorsum fecerũt vtrumque monasterium,virorum,scilicet & mulierũ, ita vt satis magnum intercederet spacium. Quoniã autẽ insigniter doctus erat virorũ optimus Ammonius,quædã ciuitas desiderauit eum habere episcopum. Qui cùm accessissent ad beatum Timotheum episcopum, rogarunt eum vt eis episcopum ordinaret Ammoniũ. Ille autem dicit, Adducite eũ ad me, & ego eum vobis ordinabo. Cùm ergo cum magno auxilio iuissent ad eum cõprehendendum,is conuersus est in fugã. Cùm vidisset autẽ se iam esse cõprehensum,stans eos rogabat. Cùm ij autẽ nõ parerent,iurauit senex se rem non suscipere,neque posse egredi è solitudine. Vbi autem non cedebant, ipsis videntibus, arrepto forcice siniſtram * aurẽ sibi abscidit ad imum vsque,eis dicẽs:Nunc intelligite fieri non posse vt ego fiam quod me cogitis, cum lex prohibeat ne ad sacerdotiũ prouehatur is cui sunt aures amputatæ. G Cùm sic ergo eum dimisissent,recesserunt, & ad episcopum venientes hæc ei renũciarunt. Is autem eis dicit:Hæc lex in vsu sit apud Iudæos: Mihi autem si vel trũcatum naribus adduxeritis qui sit bonis moribus,ego eum ordinabo. Euntes ergo eum rursus rogabant. Cùm ipse autẽ non pareret, aggressi sunt eũ vel vi adducere. Is autẽ eis iurauit,dicens. Si me coẽgeritis,etiam linguam meã exscindam. Eo itaque posto hæc dimisso,recesserunt. Huius Ammonij fertur hoc miraculum. Nunquã,inquiunt,turpis voluptatis carunculæ suæ insurrectio eius corpus inuasit:sed ferrũ candens suis membris admouebat adeò vt esset totus vlceratus. Eius autẽ mensa talis fuit à iuuẽtute vsque ad mortem quòd crudis scilicet vesceretur. Nihil enim vnquã comedebat quod igni fuisset admotũ præter panem. Vetus autẽ & nouum testamentũ discebat memoriter:& in doctorum virorũ Athanasij & Basilij scriptis ita erat versatus,vt decies mille & sexcentos versus proferret:vt de eo ferũt testimonium magni quoque patres in solitudine. Huius autẽ feruntur etiã prophetiæ. Tantũ autẽ valebat in consolandis fratribus qui erãt in solitudine,quantũ vllus alius. Hoc ei suo suffragio tribuebat Euagrius, H qui erat vir discernendi vi præditus,se nullum hominem vidisse qui esset magis impatibilis,& alienus ab omnibus animi perturbationibus.

Ammonius an.do. 374. Cassiod. li.8. ca. 1. Niceph. lib.11.ca.37. Renuit episcopatũ Ammonius. quãquam præstat prædicarequã cõtemplationi vacare dixit Protogenesca. 35.lib.11. Niceph.ob id ab Euegr. reprehensus est.

** Inde παρώτης est dictus. Ammonius.*

Nilam non etiam ne Episcopus fieret mortẽ precibus exoptauit Niceph.li. 13. ca.17. Et certè indignus est sacerdotio quisquis non fuerit ordinatus Inuitus l.si quemquã c.de Episc.& cler.

XIII. VITA ABBATIS BENIAMIN. SECT. XII.

Ammonius carnis nõ sensit rebellionẽ Memoria Ammonij. Beniamin an. do.374.Cassi. lib.8.cap.10. Niceph.lib.11 cap.35. Oleo sacro curati morbi. Iob patientia. Internus homo.

IN hoc mõte Netriæ fuit vir admirabilis,qui vocabatur Beniamin,qui rectè & ex virtute vitã egit annis octoginta. Qui cũ summè virtutẽ exercuisset,dignatus fuit gratia curationũ,adeò vt cuicũque manus imposuisset, aut quod benedixerat oleũ dedisset, qui laborabat, liberaretur ab omni ægritudine: Hic qui tanta gratia dignus fuerat habitus, octo mẽsibus ante obitũ fuit hydropicus. & eius corpus vsque adeò intumuit,vt propter dolores inueniretur alius Iob nostris tẽporis. Cùm nos autẽ assumpsisset Dioscorus episcopus,qui tũc erat presbiter mõtis Netriæ,me,inquã,& beatũ Euagrium,dicit nobis Adeste, videte nouũ Iob qui in tãto corporis morbo & tãto tumore,immensam I habet patientiam cũ gratiarũ actione. Accedentes ergo vidimus tantã molẽ eius corporis, vt paruũ eius digitũ non possemus cõplecti digitis duarum manuum. Cùm autẽ morbi grauitatẽ non possemus fixis oculis intueri,nostros oculos auertebamus. Tunc dicit nobis beatus ille Beniamin:Orate filij ne meus internus homo sit hydropicus. Hoc enim corpus neq; cũ benè se haberet, mihi quidquã profuit, neque cũ malè,me læsit. Illis ergo octo mẽsibus factus est illi currus latissimus,in quo sedebat assiduè.vt qui non posset in lecto accũbere,propter ea quæ sunt corpori necessaria. Cùm autẽ laboraret hoc morbo immedicabili, medebatur aliis qui tenebantur quibusuis ægritudinibus. Necessarium itaque duxi morbum huius sancti exponere, ne nobis alienũ videatur si viris iustis aliquis casus accidat. Egregio ergo illo viro mortuo, sublatum est limen ostij & postes, vt posset corpus efferri ex cella. Tanta erat moles corporis beati & inclyti patris Beniamin.

Aeger aliis medetur.

VITA APOLLONII QVI COGNOMINABATVR ἀπὸ πραγματευτῶν id est:à negotiatoribus. SECT. XIII. K

XIIII.

Apollonius An.do.374. pl.Cassiod: lib.8.cap.1. Nicep.lib.9. cap.14.lib.11 cap.35. Apollonius mediciũ se & pharmacopolã præstat fratribus.

QVidam Apollonius nomine ἀποπραγματευτῶν, id est,à negociatoribus, cũ mũdo renunciasset, & mõtẽ Netriæ habitasset,& nec artẽ discere posset nec literas, quòd ætate esset proiectus: viginti annis quibus vixit in monte hãc habuit exercitationẽ. Suis pecuniis & suis laboribus emẽs Alexãdriæ vasa medica omne genus, vniuersæ fraternitati ea suppeditabat ad morbos. & licebat eum videre vsque ad horã nonã discurrentẽ obeundo monasteria, & ostiũ ingredientẽ, & visentẽ num quis decũberet. Portabat autẽ vuam passam, mala punica, oua, panẽ siligineũ,& ea quibus opus habent ægroti. Hanc sibi conferentẽ inuenit vitæ rationẽ vsque ad senium Christi seruus. Qui cũ esset queriturus, alteri sibi simili sua reliquit friuola,rogans eum vt idẽ obiret ministeriũ. Nã cùm quinque milia monachorũ illũ montẽ habitent,tali quoque opus est curatione, quòd sit locus desertus.

VITA

VITA PÆESII ET ESAIÆ. SECT. XIIII. A

XV. & XVI.

Pæesius & Esaias Nicep. li.9.c.14. vtriũque habet Sozom.li. 3.cap.14. Fratres ambo solitudinem spirant. Vitæ diuersũ institutum.

ALij Pæesius & Esaias nomine, fuerunt fratres patre mercatore, qui quidem cum pater eorum esset mortuus,diuiserunt facultates quas habebãt in mobilibus: in nummis quidem quinque milia,in vestibus autem & seruis quæ inuenta fuerant. Ij inter se deliberarunt,& sibi consulentes,dicebant. Quódnam vitæ iter ingrediemur, ô frater. Si exerceamus mercaturã quã pater noster exercuit,nos relinquemus a liis nostros labores:& fortè incidemus in pericula vel latronũ vel maris. Agẽ ergo frater, vitam aggrediamur monasticã,vt& patris nostri lucremur facultates,& nostras animas non perdamus. Placuit ergo vtrisque scopus vitæ solitariæ. Sed inuenti sunt alius in alio discrepantes. Cùm itaque pecunias diuisissent,& reliqua omnia hunc quidem sibi scopũ proposuerunt vt Deo placerent, sed diuerso vitæ instituto. Vnus enim omnia dispergens, dedit monasteriis,& ecclesiis,& custodiis,& cum artem didicisset ex qua sibi panem pararet, exercitationi operam dabat & orationi. Alter autem eius nihil dispersit,sed facto sibi monasterio,& paucis assumptis fratribus,quemlibet B excipiebat hospitem,quemlibet curabat ægrotum, quemuis senem retinebat,cuiuis pauperi dabat. Sabbato & dominica, tres aut quatuor mensas statuens, eos qui erant egeni excipiebat. Hoc modo vitam suam consumpsit. Ambobus autem mortuis,diuersæ beatitudines vtrisque dabantur à fratribus,vt potè quòd essent inuenti ambo virtute perfecti.& aliis quidẽ placebat vita eius qui renunciauerat.aliis verò,ea quæ cõmunicabat omnibus egentibus. Cum ergo inter fratres incidisset contentio,propter horum beatorum diuersum vitæ institutum, & maximè propter laudes diuersas, vadunt ad beatum Pambo,& ad eum referunt vt de hac re respondeat,volentes scire vtrãnã sit melior vitæ ratio. Is autem eis dicit.vtrique sunt perfecti apud Deum. Alter quidem functus est munere Abrahæ,qui omnes excipiebat. Alter verò susceptt firmissimum & constantissimum zelum Eliæ prophetæ,vt Deo placeret. Et cum alij quidem ei dicerent, Quo modo fieri potest vt ex tuis pedibus hi sint æquales?vt qui exercitatorẽ præferrent,& dicerent:Præceptũ impleuit euangelicũ, vt qui omnia vendiderit & dederit pauperibus, noctu & diu perseuerans in orationibus, crucem ferens & se- C quens Seruatorem: contrà autem alij de altero contenderẽt,dicentes. Hic ex tuis pedibus, tot & talia viscera ostendit in omnes egentes, vt exiret & sederet in viis regiis, & qui erant afflicti colligeret & opem ferret. neque solum suam recreauit animam,sed etiam aliorum, ægrotos curans & eis dans auxilium:eis dicit beatus Pambo. Rursus vobis dicam. Ambo sunt apud Dominum. vnicuique autẽ vestrum de iis satisfaciam. Hic si non vsque adeò se exercuisset,non fuisset dignus illud bonum consequi. Ille rursus qui recreabat ac reficiebat hospites,& egenis ministrabat, ostensus est Domino pro viribus æqualis. Ipse enim dixit, Ego non veni ministrari,sed ministrare. Hic ergo minister etsi videbatur habere onus ex labore,attamen ex ipso quoque habuit recreationẽ. Expectate autem vt à Deo quoque de his habeã reuelationem, & postea scietis cum veneritis. Intermissis ergo aliquot diebus redierunt, de his magnum illum rogantes. Senex autem respondit illis dicens. Apud Deum vidi vtrosque simul stantes in paradiso.

Contẽtio fratrũ quis beatior.

Matth.20.

VITA MACARII IVNIORIS. SECT. XV.

XVII.

Macarius ob cædem solitarius Cassiod. ex Soz.li.8.c. 1.Niceph.lib. 11.c.35.

D QVidam ætate iunior,nomine Macarius,decem & octo annos natus,cùm luderet,cũ suis æqualibus ad lacum qui dicitur Mariam,pascens pecora cædẽ fecit inuolũtariã. Is cùm nemini hoc dixisset,venit in solitudinem,& eò processit metu & Dei & hominum,vt non senserit se tribus annis mansisse sine tecto in solitudine. Est autẽ illa terra arida,idque sciũt omnes, tam qui auditione acceperunt,quàm qui ex ipsa norunt experientia. Hic ipse Macarius sibi postea ædificauit cellulã: & cum in ea vixisset alios viginti & quinque annos, tanta gratia dignus est habitus, vt despueret dæmones solitudini insultantes. Ego cum eo versatus longo tempore, ab eo didici quomodo affecta esset eius ratio ob peccatum cædis. Dicebat autem tantum abesse vt doleret, vt etiã gratias ageret de crimine cædis. Fuit enim cædes inuoluntaria mihi causa salutis. Dicebat autem,ex scripturis afferẽs testimonium cædis quæ à magno Dei seruo Mose facta fuit in Ægypto,quòd nisi propter cædem & metum Pharaonis non dignus habitus fuisset Moses visione Domini,& tãto dono,& conscriptione sanctorum eloquiorum spiritus. Nam cùm effugisset ex Ægypto,peruenit in montem Sina. Hæc autẽ dico E non muniens viam ad cædem aliquam:sed potius ostendens esse etiam virtutes quæ oriuntur ex casu,quando non vult quis sua spõte ad bonum accedere. Ex virtutibus enim aliæ quidem sunt quę ex voluntate,& ex nostro animi instituto proficiscuntur:aliæ verò quæ ex casu nascuntur.

Salutare infortuniũ Soz. lib.6.c.29. Virtutes sunt à casu & electione.

VITA ABBATIS NATHANAEL. SECT. XVI.

XVIII.

Nathanaël.

EX veteribus sanctis fuit quidã alius, optimus Christi athleta,nomine Nathanaël:Eũ ego nõ offendi in carne. Dormierat enim quindecim annis ante meũ aduentũ in montẽ. Cùm autẽ in eos incidissem qui cũ hoc sancto se exercuerãt,& fuerant ei tẽpore æquales:de viri virtute lubenter sum eos sciscitatus. Mihi autẽ eius quoque cellã ostenderunt:in qua nullus adhuc habitat, quòd sit terræ habitatæ propinquior. Ille enim beatus tunc eã cõdidit quãdo rari fuerant anachoretę. Narrarũt autem mihi egregiã eius exercitationem: nẽpè quòd tantã habuerit in cella tolerantiã, vt nunquã di-

L

motus ſit à propoſito. cũ ab initio fuiſſet illuſus à dæmone qui omnes illudit, qui eũ labi fecerat in ſo- F
cordiã & animi mœrorẽ, & eũ è cella exegerat, viſus eſt enim eſſe triſtis & animo angi in prima cella.
Illinc itaque recedens, ædificauit aliam propius vicũ. Poſtquam ergo perfecit cellam, & in ea habi-
tauit tres vel quatuor menſes, accedit noctu dæmon taurina pelle indutus ſicut lictores, præ ſe ferẽs
Dæmon Taurina pelle inſultat. ſpeciem militis pannos induentis, taurina pelle edens ſtrepitus. Cui ſuccenſus, dixit beatus Natha-
naël. Quis tu es qui hæc facis in meo hoſpitio? Dæmon autẽ reſpondit. Ego ſum qui te ex tua prima
cella exegi, & nunc veni vt te ex hac quoq; fugem. Cùm ergo cognouiſſet beatus Nathanaël ſe fuiſ-
ſe illuſum, reuerſus eſt ad primam cellam: & ſpacio triginta ſeptem annorum non eſt egreſſus extra
fores, contendens cum dæmone, qui tot & tanta ei fecerat vt eũ cogeret è cella egredi, vt ne ea nar-
rare quidem liceat. Atq; inter cætera quidem hoc machinatus eſt bonorum inimicus, nempè vt eũ
Septẽ epiſcopi inuiſunt Nathanaelem. probro ac dedecore afficeret ad eius abrumpendũ inſtitutum. Cùm ſeptem ſancti epiſcopi ſanctum
inuiſiſſent, aut ex Dei prouidentia, aut ex ſuggeſtione illius tentationis, eum propemodum deturba-
uit à propoſito. Cùm enim epiſcopi poſtquã eum inuiſiſſent, oraſſent, & poſt orationem exirent, ne
greſſum quidem vnum pedis eos comitatus eſt vir egregius, ne daret locũ inimico bonorũ. Ei ergo G
dicunt diaconi epiſcoporum. Superbè te geris, ó Abbas qui nõ deducis epiſcopos. Is verò dicit eis:
Ego & Dominos meos epiſcopos colo, & omnem clerum honoro. Súmque ego peccator omnium
hominum peripſema. his autem omnibus & toti vitæ, quod in me eſt propoſito ſum mortuus. Ego
Dæmõ in pueri figura. enim habeo ſcopum occultum, quem ſcit Dominus, qui nouit occulta mei cordis, cur eos non ſum
comitatus. Cùm ergo hic quoq; actus nõ ſucceſſiſſet dæmoni, rurſus talem ſuſcipit figurã. Nouẽ mẽ-
ſibus ante dormitionẽ athletæ, trãsformatus eſt in puerũ duodecim annos natũ, tanquã agentẽ aſi-
nũ panẽ in ſporta ferentem. Qui puer cũ ſerò veſpere eſſet propè cellam, ſimulabat cecidiſſe aſinum
& ſe clamare. Abba Nathanaël, miſerere mei, & porrige mihi manum. Ille autem audiuit vtique vo-
cem pueri: & aperto oſtio cellæ, ſtans intus ei dicebat. Quis es, & quid vis tibi faciam? Reſpondet
Dæmon. Ego ſum huius monachi miniſter: & fero panes. Quoniã eſt agape tui noti fratris: & cras
Agapæ Oblatio. illuceſcẽte ſabbato opus eſt oblationibus. Rogo ergo te ne me deſpicias, ne deuorer ab hiẽnis. Sunt
enim hiænæ in his locis. Stans ergo mutus beatus Nathanaël, præ ingenti eius miſericordia ęaliga-
bat cõturbatus viſceribus, & reputabat apud ſe quid faceret, dicens. Aut futurum eſt vt tranſgrediar H
mandatum, aut à meo propoſito excidam. Poſtea pia apud ſe reputans cogitatione, dixit. Melius eſt
ne labefactem tot annorum propoſitum ad ignominia afficiendum & vincendum diabolum. Cùm
Firmũ Nathanaelis propoſitum. itaque Dominum rogaſſet dicit puero qui cum eo loquebatur. Audi puer, aut quicunque ſis. Credo
in Deum quem colo, qui dominatur cuiuis ſpiritui, quòd ſi auxilio re vera egeas, Deꝰ tibi mittet au-
xilium, & neque hyænæ, neque aliquid aliud tibi malè faciet. Sin autẽ es tentatio, hoc quoque Deus
mihi exhinc iam reuelabit, & clauſo cellæ oſtio eſt ingreſſus. Pudore autem affectus dæmõ quòd ſic
Confidentia. quoque eſſet victus, reſolutus eſt in turbinem, onagriſque exultantibus ac fugientibus & ſtrepitum
edentibus aſſimilatus, ſic euanuit. Hoc fuit certamen beati Nathanaël, & hæ ſunt virtutes eius ex-
ercitationis, & pugna inuicta aduerſus aduerſarium.

VITA ABBATIS MACARII ÆGYPTII, ET MACARII ALEXANDRINI. SECT. XVII.

XIX. & XX.

Macarij flore bant an. do. 379. de quibus Niceph. lib. 9. cap. 14. lib. 11. ca. 42. & 43. Caſſiod. lib. 8. ca. 7. Sozom. lib. 6. cap. 29. SAnctorũ & immortaliũ patrũ, Macarij Ægyptij & Macarij Alexãdrini, egregiorũ & inuictorum I
athletarũ, honeſtæ vitæ certamina, quæ ſunt multa & magna, & incredulis propè incredibilia, &
narrare vereor, & ſcriptis mandare, ne fortè mei tanquã mẽdacis fiat mẽtio. Quòd aũt Deus perdat
omnes qui loquũtur mẽdacium, licet apertè videre ſanctũ ſpiritũ pronunciantẽ. Cùm ego ergo per
Dei gratiã nõ mẽtiar, hominũ fideliſſime Lauſe, ne ſis quoq; ipſe incredulus de patrũ certaminibus:
ſed gloriare potius in æmulatione exercitationis eorum qui verè ſunt Macarij, hoc eſt beati. Atque
primus quidẽ Chriſti athleta, nomine Macarius, erat genere Ægyptius. Secundus autẽ ætate, ſed in
iis quæ ſunt monachorum præcipua primas partes obtinẽs, qui ipſe quoq; vocabatur Macarius, erat
Alexandrinus qui vẽdebat bellaria. Et primũ quidẽ narrabo virtutes Macarij Ægyptij, qui vixit no-
naginta annos integros: Ex his in ſolitudine annos ſexaginta. Cũ triginta annos natus aſcendiſſet eſ-
ſętque ætate iunior, tã tolerãter tulit labores exercitationis totum decẽnium, vt magna quadã & in-
ſigni dignꝰ haberetur diſtinctione, adeò vt vocaretur παιδαγωγὸν, id eſt, in puerili ætate ſenex, quo-
Niceph. li. 9. cap. 14. niã citius quã pro ætate profecerat virtutibus. Cũ eſſet quadraginta annos natus, & poteſtatẽ acce- K
pit cõtra ſpiritus, & gratiã curationũ, & ſpiritũ futurorũ prædictionis. Dignus quoq; eſt habitus ho-
norãdo ſacerdotio. Cũ eo habitarũt duo diſcipuli in intima ſolitudine, quæ vocatur Scete. Ex quibꝰ
vnus quidẽ erat ei miniſter, qui sẽper propè ipſum inueniebatur, propter eos qui venicbãt vt curarẽ-
Sacerdotium inter monachos honorãdum. tur. Alter autẽ ſeorſum ſedebat in cella. Procedẽte autẽ tẽpore, cùm ſanctus perſpicaci oculo præui-
diſſet, dicit ſuo miniſtro Ioãni nomine, qui poſtea factus eſt presbyter in loco ſancti Macarij (Presby-
teratu enim dignus fuerat habitus magnus Macarius) Audi me frater Ioãnes, & fer æquo animo meã
admonitionẽ, eaq; tibi proderit. Tẽtaris enim, inquit, & te tentat ſpiritus auaritiæ, Sic enim vidi: &
Spiritus auaritiæ. Simonia. 4. Reg. 5. ſcio quòd ſi meã æquo animo tuleris adhortationẽ, in Dei timore cõſummaberis & in eius opere, &
laudaberis, & in tuum tabernaculũ nõ appropinquabit flagellũ. Quòd ſi nõ audieris, in te veniet finis
Giezi, cuius vitio laboras. Cõtigit aũt vt ſancto quidẽ nõ obedierit poſt eius mortẽ: ſed obedierit ei
qui Iudæ

qui Iudæ alligauit laqueum propter auaritiam. & poſt alios quindecim aut viginti annos, cùm bona
A pauperũ ſibi vſurpaſſet, ita laborauit elephantia, vt non inueniretur integer locus in eius corpore, in
quo quis poſſet figere digitum. Hæc eſt prophetia ſancti Macarij. Ac de cibo quidem & potione ſu-
peruacaneũ eſt dicere, cũ nec apud iis ſocordiores monachos qui ſũt extrà, inueniri poſſit ingluuies,
aut vlla citra delectum & diſcrimen viuendi ratio alia ab iis qui ſunt in illis locis, cùm propter inopiã
rerum neceſſarium, tum etiam propter zelum virorum qui eſt ex Deo, vnoquoque cõtendente vin-
cere proximũ diuerſis vitæ inſtitutis. De alia autem exercitatione cœleſtis huius viri, Macarij inquã:
dicebatur hic ſanctus eſſe aſſiduè in ecſtaſi, & maiori tẽpore, vel cum Deo, vel in rebus verſari cœle-
ſtibus. cuius etiã feruntur res diuerſæ. Ægyptius quidam libidinoſus, captus amore cuiuſdã mulieris
ingenuæ, quæ viro nupſerat, cùm non poſſet eam ineſcare propter pudicitiam & caſtitatem erga ſuũ
maritũ Parthenicũ: conuenit improbus præſtigiatorẽ, dicẽs. Aut eam incita vt me amet: aut arte tua
effice vt eius maritus eã dimittat. Cùm ergo præſtigiator ſatis ab eo accepiſſet, vſus eſt ſuis præſtigiis
& incãtationibus: & cũ nõ poſſet eius animũ mouere vt ei aſsẽtiretur, efficit vt videretur equa iis qui
eã intuebãtur. Cùm ergo foris veniſſet eius maritus, aſpexit vxorã ſuam in forma equæ: cũque in ſuo
B lecto cubuiſſet, alienũ ei videbatur quòd in ſuo cubili equa iaceret. Flet ergo eius maritus, & lamen-
tatur quod rẽ non inueniat: & quòd exiſtimãs ſe alloqui beſtiã, reſpõſum non aſſequatur: præterquã
quòd ſolũmodo eam videbat iraſci. vnde magis angebatur animo, cũ intelligeret eã eſſe ſuam vxorẽ,
curioſis autẽ hominum artibus eſſe mutatã in equam. His de cauſis accerſit vici presbyteros, & do-
mum adducit, & eis eam oſtendit. Sed nec ij cognouerunt calamitatẽ quæ eis acciderat. Tribus ergo
diebus neque fœnũ comedit vt equa: neque panẽ, vt homo, vtroque alimẽto priuata. Tãdẽ vt Deus
glorificaretur, & videretur virtus ſancti Macarij, aſcendit in cor mariti eius ducere eam in ſolitudinẽ
ad ſanctũ virum: & cùm eã capiſtro ligaſſet vt equã duxit in ſolitudinẽ. Dum autẽ appropinquaſsẽt,
ſteterũt fratres propè cellã ſancti Macarij cũ eius marito cõtendentes, & dicẽtes. Cur huc adduxiſti
hãc equã. Is autem dicit, Vt miſericordiã cõſequatur ſancti oratione. Illi verò dicũt ad eũ. Quid mali
habet? Ille eis dicit. Quã videtis equam, ea miſera eſt vxor mea. neque ſcio quemadmodũ mutata ſit
in equã: & iam ſunt tres dies ex quo nihil comedit. Ij autẽ cùm hæc audiiſſent, referunt ad ſeruũ Dei
Macariũ, eo iam intus pro illa orãte. Ei enim Deus reuelauerat, ipſis ad eũ veniẽtibus, & ideo orabat
C vt ſibi declararetur cauſa propter quã hoc euenerat. Reſpondit autẽ ſanctus Macarius fratribus qui
ei renũciauerant. Adduxítne aliquis huc equã? dicunt, ita, Is verò eis dicit. Equi vos eſtis, qui habetis
equorũ oculos. Illa enim eſt fœmina ita vt eſt creata, nõ trãsformata, ſed ſic ſolũ apparẽs oculis eorũ
qui ſunt decepti. Quæ cũ eſſet adducta, aquámq; benedixiſſet, & in eius nudũ caput infudiſſet, ſuper
eius caput eſt precatus: ſtatímque effecit vt omnibus videtibus videretur fœmina. Cùm autẽ iuſſiſſet
ei cibum afferri fecit eam comedere. & eam ſic curatam dimiſit cum ſuo marito, Deo agẽtes gratias.
Eam autem admonuit vir Dei, ſic dicẽs: Nũquam eccleſiam deſeras: nunquã abſtineas à cõmunione
Chriſti ſacramẽtorum. Hæc enim tibi acciderũt, quòd iã quinque hebdomadis nõ acceſſiſti ad inte-
merata noſtri Seruatoris ſacramẽta. Alia eſt actio magnę eius exercitationis. Magno vitæ ſuæ tẽpore
à cella ſua in dimidiũ vſque ſtadiũ fodiens cuniculũ, ſummã effecit ſpeluncam. etſi quãdo complures
ei eſſent moleſti, occultè è ſua cella egrediens, ibat in ſpeluncã, neque quiſquã eũ inueniebat. Narra-
uit autem nobis quidã ex ſtudioſis eius diſcipulis, quòd recedẽs vſque ad ſpeluncã per cuniculũ, di-
D cebat viginti quatuor orationes: & rediens, totidẽ. De eo exiit fama quòd mortuũ ſuſcitauit: vt per-
ſuaderet hæretico qui nõ cõfitebatur eſſe reſurrectionẽ corporũ. Et fuit cõſtãs hæc fama in ſolitudi-
ne, Ad hũc ſanctũ adductus eſt aliquãdo à matre propria lamentãte adoleſcens qui vexabatur à dæ-
mone, à duobus adoleſcẽtibus ex vtraq; parte cõſtrictus. Hũc autẽ ita vexabat dæmon. Triũ modi-
orũ panes poſtquã comediſſet, & calicem aquæ bibiſſet, vtraque eructãs, cibos reſolucbat in vaporẽ.
Ab eo enim, nõ ſecus ac igne cõſumebãtur quæ comederat & biberat. Eſt enim ordo quoq; dæmo-
nũ qui dicitur igneus. Sunt enim dæmonũ quoque ſicut hominũ differẽtiæ, nõ mutata eſſentia, verũ
mẽte diuerſa. Hic ergo adoleſcẽs cùm ei mater nõ ſuppeditaret, ſæpè ſua comedebat excremẽta, &
lotiũ bibebat. Flẽte ergo eius matre, & alienã ſui filij merente calamitatem, & ſanctũ valdè obteſtãte
& rogante, illum accipiens inuictus Chriſti athleta Macarius, ſupplex pro eo Deum orauit. Poſt vnũ
autẽ aut alterum diem, remiſit dæmon vexationẽ. Tũc ergo dicit matri adoleſcẽtis Dominus Maca-
rius. Quantum vis vt filius tuus comedat? Illa autem reſpõdit, dicẽs. Rogo te iube eũ ſolum comede-
E re decem libras. Eam autem increpãs vt quæ nimium dixerat, dixit. O mulier, cur hoc dixiſti? Cùm-
que ſeptem dies oraſſet cum ieiunio, expulſo ab eo pernicioſo dæmone ingluuiei, cõſtituit ei veſcẽdi
rationẽ ad tres vſque libras panis, quas deberet ipſe comederet ſi operaretur. Cùm hoc modo Dei
gratia puerũ emundaſſet, eum matri reddidit. Has res admirabiles & præter opinionem fecit Deus
per ſanctum Macarium. Eum ego non cõueni. dormierat enim anno antè quã ego ingrederer in ſo-
litudinẽ. Conueni autẽ eum qui erat eius ſocius in fidei operibus, & idẽ venerabile nomẽ quod ipſe
habebat: Dico autem ſanctum Macarium Alexandrinũ, qui erat presbiter earũ quæ dicũtur cellarũ.
In quibus cellis ego nouem annos habitans, ex quibus tres annos mecũ vixit ille Macarius, inquietè
ſedẽs, eius quidẽ optimæ viuẽdi rationis alia quidem vidi opera & ſigna: alia verò didici ab iis qui cũ
eo vixerũt. Is cùm apud magnum virum & patrem Antoniũ electos palmæ ramos vidiſſet, quos ipſe
laborauerat, petiit ab eo vnum manipulum ramorũ palmæ. Dixit autẽ ei Antonius. Scriptũ eſt: Non

Macarius in extaſi frequenter vt Ioannis col. 19. cap. 4 Caſsian.

præſtigiator amatoris præcibus mulierẽ equam facit.

Reuelatur Macario cur id contigerit.

Aquæ benedictæ virtus.

Sacramenta accipere frequenter boniũ eſt.

Orationũ repetitio reſurrectio Nicep. lib. 9. c. 14. Caſsiũ. coll. 15. cap. 3

Dæmon medens cibos reſoluit non digerit.

Dæmonum differentiæ.

Dæmoniacus voraciſſimus.

A quo iſta diceret Palladius.

Deut. 7. Non concupiſcendum.

concupiſces res proximi tui. Et cùm id ſolum dixiſſet, rami omnes ſtatim tãquam ab igne torrefacti ſunt. F
Quod quidem cũ vidiſſet Antonius, dixit Macario, Ecce ſpiritus S. requiebit ſuper te: eríſque mihi deinceps hȩres mearũ virtutum. Hinc rurſus eum inuenit diabolus in ſolitudine, corpore valdè defatigato, & dicit ad eum: Ecce accepiſti gratiam Antonii: cur non vteris auctoritate, & à Deo petis cibũ, & vires ad iter ingrediẽdum? Is autem dicit ad eum, Virtus mea, & laus mea Dominus. Tu autẽ ne tẽtaueris ſeruũ Dei. Facit ergo diabolus vt ei phantaſma appareat, camelus onera baiulans & errãs per ſolitudinem, habens omnia ad vſum neceſſaria. Qui cùm vidiſſet Macarium, propè eum aſſedit. Is autẽ ſuſpicatus eſſe phãtaſma, ſicut erat, cõſtitit ad orandũ. Is verò protinus à terra fuit abſorptus.

Diabolus Aggreditur Macarium.

Aliquandò rurſus venit hic Macarius Alexandrinus ad magnum Macarium qui erat in Scete. & cũ ambo eſſent Nilũ tranſmiſſuri, accidit vt ipſi maximũ Põtonem ingrederentur: in quẽ ingreſſi ſunt duo tribuni cum magno faſtu & apparatu, vt qui intus haberẽt rhedam totã æneam, & equos frenis aureis, & quoſdã eos ſtipãtes milites ſatellites, & pueros torquibus & aureis zonis ornatos. Poſt quã ergo Tribuni viderũt ipſos veteribus pannis indutos, & ſedentes in angulo: humilem illã & tenuem viuẽdi rationem beatã iudicabant. vnus autẽ ex ipſis Tribunis, dixit ad ipſos, Beati eſtis vos qui mũdum illuditis. G Reſpõdens autem Macarius qui erat vrbanus, dixit eis: Nos quidem mundũ illuſimus: vos autẽ illuſit mũdus. Scias autẽ te non tua ſpõte hoc dixiſſe, ſed propheticè: Ambo enim vocamur Macarij, hoc eſt, beati. Is autem eius ſermone compũctus cùm domũ veniſſet, veſtes exuens, delegit vitã agere ſolitariã, multas faciens eleemoſynas.

Beata viuẽdi ratio in vilibus pannis. Mundus illuditur.

Rurſus cùm aliquando cupiiſſet veſci vuis recẽtibus perbellíſque ad ſe miſſis, oſtendens continentiã, eas miſit ad alium fratrem laborantẽ, qui ipſe quoque vuas deſiderabat. Qui cùm eas accepiſſet, & magna affectus eſſet lætitia, ſuam celare volẽs continentiã, eas miſit ad alium fratrẽ laborãtem, qui ipſe quoque eum cibũ appeteret. Cùm ille quoque accepiſſet, rurſus hoc ipſum fecit, etſi ipſe valdè veſci cuperet. Poſtquã autẽ ad multos fratres deindè venerũt vuæ, cùm nullus eis veſci voluiſſet, poſtremus qui eas acceperat, eas rurſus miſit ad Macariũ, tanquam magnũ ei donum largiens. Qui cùm rem curioſè inquiſiiſſet, admiratus, & Deo actis gratiis ob tantam eorum continentiam, ne ipſe quidem ex iis tãdem comedit.

Domita cibi cõcupiſcentia.

Atque hæc quidẽ eſt magni Macarij exercitatio, quam ego & multi accuratè apud ipſum didicimus. Si quod opus exercitationis aliquẽ vnquam feciſſe audiit, omninò id ardenter effecit. Cùm ab aliquibus audiiſſet Tabenneſiotas H per totam quadrageſimam nulla re veſci quę igni eſſet admota, ſtatuit hic ſanctus ſeptem annis nihil comedere quod per ignem tranſiſſet: & toto illo ſeptennio nihil guſtauit præter cruda olera vel legumina humectata. Cùm hoc ergo rectè geſſiſſet, aſpernatus eſt hanc viuendi rationem. Audiit autẽ ab aliquo alio hic monachorum optimus, quòd quidã monachus comedebat libram panis. Quem æmulatus, fregit quod habebat buccellatum, & immiſit in lagenam, ſtatuens ſolummodo tantum comedere, quantum manus eius ſurſum ferret. Magna eſt autem hæc in tractãdo corpore aſperitas. Feſtiuè enim nobis narrabat. Plura quidem fruſta apprehẽdebam: ſed nõ ſinebar efferre ob anguſtiã foraminis. Publicanus enim mihi nõ permittebat omninò veſci. Totos ergo tres annos hãc exercuit cõtinentiam, quatuor vel quinque vncias comedẽs, & aquam quæ eis reſpõderet. Olei autẽ ſextariũ toto anno cõſumebat in alimẽtũ. Alia athletę exercitatio.

Quadrageſimæ ieiunium.

Statuit indomitus hic vir ſomnũ ſuperare. Etenim vtilitatis gratia hoc ipſe narrauit. Totis viginti diebus & noctibus nõ ſum tectũ ingreſſus, vt ſomnũ vincerem. cùm interdiu quidem æſtu arderẽ, noctu verò algore rigerẽ. Quòd niſi, inquiebat, tectũ citius eſsẽ ingreſsus, & ſomno vſus eſsem, ita mihi erat arefactum cerebrũ, vt deinceps agerer I in ecſtaſim: & quod ad me quidẽ attinet, vici ſomnũ, quod autem ad naturã opus habentem, ei ceſſi.

Somnum ſuperare.

Ei aliquando moleſtiã exhibuit ſpiritus fornicationis: & tũc condemnauit ſeipſum ſedere nudũ ſex mẽſes, in palude Scetes, quæ eſt in vaſta ſolitudine, in qua poſſunt culices vel ſauciare pelles aprorũ, vt qui ſint æquè magni vt veſpæ, adeò vt in toto eius corpore infixerint aculeos: vt nonnulli exiſtimauerint eũ eſſe leproſum. Reuerſus ergo in ſuã cellulam poſt ſex menſes, ex voce cognitũ eſt eũ eſſe Dominũ Macariũ.

Spiritus fornicationis. Culices maximi. σφονδύλοις.

Is cupiit aliquãdò, vt ipſe nobis narrauit, quod in hortis erat, ingredi monimentũ quod dicitur κηποτάφιον, Ianne & Mãbre, magorũ qui erãt tẽpore Pharaonis, vt id videret, vel etiã vt cõueniret eos qui illic ſunt dęmones. Dicebatur enim plurimos, eóſque ferociſsimos, in eo loco ab illis collocatos eſſe dæmones per infamis artis eorũ excellentiam. Hoc autem monumentũ factum eſt à Ianne & Mambre fratribus, qui propter Magicæ artis excellentiam primas partes habebant illo tempore apud Pharaonem. Vt qui ergo illo vitę ſuæ tẽpore maximã in Ægypto haberent poteſtatẽ, conſtruxerũt illud opus ex lapidibus quatuor pedũ magnitudine: & ſuum illic fecerũt monumentũ: K & cùm multum illic auri depoſuiſſent, & omne genus arbores plantaſsent, maximũ quoque puteum aquæ foderunt. eſt enim locus qui cedit facilè. Hæc autem omnia fecerũt, ſperãtes poſt ſuũ hinc diſceſsũ, frui deliciis in illo paradiſo.

Monumentũ Iãnis & Mãbris κηποτάφιον. in horto ſepulchrum Qui chenceres Ægyptius rex fuit fulg. lib. 8. cap. 11.

Tãdem ergo quoniam neſciebat viam quæ ad eum ducit hortum, Dei ſeruus Macarius, cõiectura quadã ſequebatur aſtra: & ſicut Nautæ qui tranſmittũt maria, totam peruaſit ſanctus ſolitudinem: & cùm aliquot etiã accepiſſet arũdines, vnã ſtatuit in vnoquoque miliari, vt per eam rediret. Cùm ergo intra nouẽ dies totã illam peruaſiſſet ſolitudinẽ, & eſſet propè illũ hortum, ſuccedẽte nocte parũ dormiit. Immanis verò dæmõ qui ſemper aduerſatur Chriſti athletis, cum collegiſſet omnes illas arũdines dormiente Macario, & circiter ad vnum lapidem à monimẽto ad eius caput poſuiſſet, receſſit. Poſtquã ergo ſurrexit, inuenit colligatas arũdines quas ipſe fixerat ſigni cauſa. Fortaſſè autẽ hoc quoque fuit Dei permiſſo ad maiorem eius exercitationem, vt nõ ſpe-

raret

raret in arũdinibus, ſed in Dei gratia, quę per colũnam nubis deduxit Iſraël quadraginta annis in terA ribili illa ſolitudine. Dicebat autẽ Macarius. Cùm propius acceſſi ad illud monimentũ, ex eo egreſſi mihi occurrerũt ad ſeptuaginta dęmones variis formis prȩditi. alii quidẽ clamãtes: alii verò exiliẽtes: alii verò cũ magno fremitu in me ſtridẽtes dentibus. Alii verò tanquã corui volãtes, audebant meo vultui inſultare, dicentes. Quid vis Macari, tẽtatio monachorum? Quid ad nos acceſſiſti? An nõ nos quoque aliquem ex monachis vexauimus? Quæ noſtra ſunt, tu cum tuis ſimilibus illic habes, nempè ſolitudinẽ: & illinc noſtros cognatos fugauiſtis. Nihil eſt nobis tecum commune. Quid loca noſtra inuadis? Tanquam Anachoreta, contentus eſto ſolitudine: Qui hunc locum ædificarunt, eum nobis aſſignarunt, non potes hic manere. Quid quæris ingredi in hanc poſseſſionem, in quã nullus ex viuis hominibus eſt ingreſſus, ex quo fratribus qui hoc cõdiderũt ſunt à nobis hic factæ exequiæ.

Variæ demonũ apparitiones.

Et cùm multa adhuc facerẽt & inſultarent dæmones, dixit eis ſanctus Macarius, Ingrediar tãtum, & videbo, & hinc recedã. Dixerunt autem dæmones, Hoc nobis promitte in tua cõſcientia. Dicit autẽ Chriſti ſeruus, Hoc faciam. Dæmones autem euanuerunt. Ingrediente autem eo in paradiſum, ei occurrit diabolus cum ſtricta rõphea, ei minitans. Ad quem hanc vocem reſpõdit ſanctus Macarius: Tu venis

Iurat Macarius dæmonibus.

B ad me in ſtricta rõphæa: & egò cõtra te ingrediar in nomine Domini Sabaoth, in acie Dei Iſraël. Ingreſſus autem cõtemplatus ſum omnia: In quibus inueni etiam cadũ æneum, catena ferrea pendentem ex puteo, iam tempore conſumptum, & fructum malorum punicorum quæ nihil intus habebant: fuerãt enim arefacta à ſole, & plurima aurea donaria. Cùm ſanctus ergo illinc receſſiſſet abſque tumultu & citra vllam perturbationem, reuerſus eſt per viginti dies in ſuam cellam.

Deſcriptio ſepulchri magorum.

Cum autem defeciſſent panes & aqua quã portabat, in magna erat afflictione. Viginti enim diebus ingrediens per ſolitudinẽ, vt exiſtimo nihil omnino guſtauit, vt etiã res oſtendit. Fortaſsè autem tentabatur quoq; intolerãtia. Et cùm iam parùm abeſſet quin collaberetur, viſa eſt ei quædam puellæ ſpeciem præ ſe ferens, vt ipſe narrabat, munda linea veſte induta, & tenens vrnã aqua ſtillãtem: quam dicebat Macarius abfuiſſe ab eo circiter vnum ſtadium. Qui tres dies ingreſſus eſt eã videns cum vrna tãquam ſtãtem, & eum prouocantem, non valentem eam aſſequi: ſpe autem bibendi, trium dierum laborem fortiter ſuſtinuit.

Tentatur eſuriens.

Poſtquam apparuit multitudo bufalarum, ex quibus vna ſtetit ex aduerſo eius C habens vitulũ. ſunt enim multæ in illis locis, & vt dicebat nobis Macarius, vber eius lacte fluebat: & deſuper ſonuit vox ei dicens. Macari accede ad bufalã, & lactare. Cùm ergo, inquit, ad eã acceſſiſſem & lactatus eſſem, mihi ſuffecit. Vt autem maiorem gratiam oſtenderet Dominus, docens meam paruitatem, iubet bufalã me ſequi vſque ad cellam. Illa verò parens iuſſui ſecuta eſt, me quidem lactans, ſuum autem nolens vitulum.

Lactatur Macarius à bufala.

Aliquando rurſus cum puteum foderet hic virtute præditus, ad recreandos Monachos: is autem erat propé folia & ſarmenta illic poſita: morſus eſt ab aſpide: eſt autẽ venenatum & exitioſum animal: aſpidem apprehẽdens ſanctus ambabus manibus, eã diſcerpſit, dicẽs. Cùm te nõ miſiſſet Deus meus, quomodo ad me auſus es accedere?

Aſpidis morſus non obfuit Macario.

Cùm ipſe rurſus magnus audiiſſet Macarius, quòd haberẽt plæclarum vitæ inſtitutũ Tabenneſiotæ, veſte mutata, & aſſumpto mũdano habitu operarij, ſpacio quindecim dierũ peruenit Thebaidẽ, ingreſſus per ſolitudinẽ. Et cùm veniſſet in monaſteriũ Tabenneſiotarum, quæſiit eorum Archimandritam, nomine Pachomiũ, virũ probatiſſimum, & qui gratiam habebat propheticã. Cui quidẽ ſancto tũc reuelatus fuerat magnus Macarius. Cùm ergo eum cõueniſſet, dicit ei Macarius. Oro te, ſuſcipe me quæſo in tuũ monaſteriũ,

Pachomius poſtea ſect. 35.

D vt fiã monachus. Dicit ei magnus Pachomius. Nõ potes deinceps fieri monachus qui ſcis tã prouectus ætate: nõ potes te exercere. Sunc fratres qui ſe exercẽt à iuuentute, & laborem tolerãt. Tu autẽ in hac ętate nõ potes ferre tẽtationes: offenderis, & exibis, & nobis maledices. Neque eum accepit, nec primo die, nec ſecũdo vſq; ad ſeptem dies. Ille verò fuit cõſtans, manens ieiunus. Poſtea autem dicit ei ſenex Macarius. Suſcipe me Abbas, & niſi ieiunauero, & fecero ea quę ipſi opera, iubẽ me eiici ex monaſterio. Perſuadet fratribus magnus Pachomius vt eum admittãt. Eſt autem vnius monaſterij cõuentus, mille quadringenti viri vſque in hodiernum diem. Ingreſſus eſt ergo.

Monachi aſſueſcant à iuuẽtute.

Cùm autem prætériiſſet aliquantum tẽporis, aduenit quadrageſima, & vidit ſenex Macarius vnumquẽque ſuſcepiſſe diuerſas viuẽdi rationes: alium quidẽ comedere veſpere, aliũ verò poſt duos dies: aliũ poſt quinque: aliũ ſtare per totã noctẽ, interdiu verò ſedere ad opus. Ipſe autẽ cũ aliquot palmæ ramos ſibi madefeciſſet, ſtetit in vno angulo, & donec quadraginta dies impleti eſſent, & aduéniſſet paſcha, nõ ſũpſit panẽ, non aquam, nõ genu flexit, nõ ſedit, nõ accubuit, nihil aliud guſtauit præter pauca cruda crãbes

Quadrageſima.

Ieiunia portẽtoſa.

E folia, quæ ſumebat die dominico, vt videretur comedere, & nõ incideret in arrogantẽ de ſe perſuaſionẽ: & ſi quãdo egrediebatur ad aliquid neceſſariũ, citò rurſus ingrediẽs, ſtabat ad opus, os nõ aperiens, ſed ſtãs ſilẽtio, nihil aliud faciẽs preterquã ſilẽtiũ in corde exercẽs, & faciẽs orationẽ, & ramos palmæ operãs quos habebat in manibus. Cùm autẽ hæc vidiſſent omnes exercitatores illius Monaſterij, ſeditionem excitarũt aduerſus ſuum præfectum. Vndénam nobis adduxiſti hunc hominẽ ſine carne ad noſtri cõdemnationẽ? Aut eũ hinc eiice, aut, vt ſcias, nos omnes hinc recedimus.

æmulatio monachorum cũ murmure.

Cùm hæc autẽ à fratribus audiiſſet magnus Pachomius, de eo eſt ſciſcitatus. Et cũ didiciſſet eius vitæ agendæ rationẽ, Deũ rogauit vt ei reuelaretur quíſnã ſit. Reuelatũ eſt autẽ ei eũ eſſe Macariũ monachũ. Tũc eius manũ prehẽdit magnus Pachomius, & eũ foras educit: & cũ eũ deduxiſſet in domũ oratorij vbi eſt ara, & eſſet amplexus, ei dicit, Adeſdum venerãde ſenex: Tu es Macarius, & me id celaſti. Multis abhinc annis cupij te videre cũ de te audirẽ: Ago tibi gratias, quòd filios meos ſubegeris, ne ſe iactẽt

Pachomius agnoſcit Macarium reuelatione.

& magnificè circumſpiciant propter ſuã exercitationem. Rogo ergo te, recede in locũ tuum, Nos F
enim ſatis ædificaſti, & ora pro nobis. Tunc ab ipſo rogatus, & eũ omnibus fratribus orãtibus, ſic re-
ceſſit. Aliquandò rurſus narrauit nobis hic vir impatibilis: Quando rectè geſſiſſem omnẽ vitæ mo-
naſticæ agendæ rationẽ, tunc veni ad aliud ſpiritale deſiderium. Statui enim quinque dies ſolã men-
tẽ meam ita componere vt à Deo auelli non poſſet, & nihil aliud omninò cogitaret: & cum id apud
Quibus modis mẽtem in cœleſtia erigeret Macarius. me ſtatuiſſem, clauſi meã cellam & aulam extrinſecus, vt nulli darem reſponſum. Et ſteti incipiens à
ſecunda, & menti præcipiens, & ei dicens. Vide ne deſcẽdas de cœlis, Habes Angelos, Archangelos
omnes ſupernas poteſtates, Cherubim & Seraphim, Deum horũ omnium effectorẽ: Illic verſare: ne
Dæmon combirit omnia Macarij. ſub cœlos deſcẽderis: ne incideris in mũdanas cogitationes. Cùm duos autẽ, inquit, dies & duas no-
ctes perſeueraſſem, ita irritaui dæmonẽ, vt ipſe fieret flamma ignis, & combureret omnia quæ habe-
bam in cella, adeò vt etiam ſtorea ſupra quã ſtabã igne arderet, & ſic me quoque exiſtimarẽ totum
cõflagrare, Tandẽ timore affectus tertio die deſtiti ab hoc propoſito: cùm nõ poſſem amplius men-
tem meã tenere indiuulſam: ſed deſcẽdi ad huius mũdi cõtemplationem. Deo fortaſſe permitten-
Presbyter cãero curatur. te, ne hoc mihi reputaretur in ſuperbiam. Ego ad eum acceſſi aliquando: & inueni extra eius cellam G
iacentẽ quendam vici presbiterũ, cuius caput ita erat exeſum à morbo qui dicitur cãcer, vt etiã ip-
ſum os totũ appareret in vertice. Is acceſſit ad ipſum vt curaretur: nec eũ admittebat ad colloquiũ.
Rogaui autẽ eũ, dicens. Miſerere huius miſeri: & ſaltem da ei reſponſum. Is verò mihi reſpondit, di-
cens, Eſt indignus qui curetur: amandata eſt enim eius diſciplina. Quod ſi velis eũ curari perſuade ei
Sacerdos indignè celebrãs punitur. Sacrificare. vt deinceps abſtineat à miniſterio ſanctorum ſacramentorum. Ego autem ei dico, Quamobrẽ quæ-
ſõ: is verò dicit: Fornicans ſacrũ peregit miniſteriũ, & ideo caſtigatur. Nunc ergo ſi metu deſiſtat ab
eo quod auſus eſt facere per contẽptum, Deus ipſum curabit. Poſtquã ergo dixi ei qui affligebatur,
iureiurãdo eſt pollicitus ſe non amplius ſacrificaturũ. Tunc eũ accepit, & dixit ei. Credíſne eſſe Deũ
quẽ nihil latet? Reſpõdet ille. Maximè. rogo te. Deinde ei dicit Macarius, Nõ potuiſti Deũ illudere.
Dicit ille, Non potui domine mi. Dicit ei Macarius, Si agnoſcis tuũ peccatũ, & Dei diſciplinam pro-
Confeſsio peccati & ſponſio. pter quã hæc ſubiiſti, corrigitor in poſterũ. Qui confeſſus eſt peccatũ, & ſpopondit ſe non amplius H
peccaturũ, neque altari miniſtraturũ, ſed ſortem laïcam amplexurum. Deindè ſic ſanctus ei manus
impoſuit: & paucis diebus fuit curatus: capillíque ei creuerunt: & ſanus domũ rediit Deũ glori-
Quadrageſima. Curatio infirmorum. ficãs: egit autẽ magno quoq; Macario gratias. Hic ſanctus habebat diuerſas cellas: Vnã quidẽ in Scete quæ eſt interior in ſolitudine: & vnã in Liba: & vnã in celliis: & vnã in mõte. Et aliæ quidẽ care-
bãt oſtio, in quibus dicebatur ſedere in quadrageſima in tenebris: alia autẽ erat anguſtior, in qua nõ
poterat pedẽ extendere: alia autẽ latior, in qua cõueniebat eos qui ad ipſum ventitabãt. Hic curauit
tantã multitudinẽ eorum qui vexabantur à dæmonibus, vt ea non cadat in numerũ. Cùm nos autẽ
illic eſſemus, virgo nobilis deducta eſt ad eum è Theſſalonica, quæ multis annis laborabat paralyſi.
Hãc viginti diebus vngẽs oleo ſancto ſuis manibus, & orãs, ſanã remiſit in ſuã ciuitatẽ. Quæ cũ re-
Dæmoniacus ſanatur. Sacri olei & aquæ virtus. ceſſiſſet, ad eũ copioſam miſit oblationẽ. Me autẽ præſente, adductus eſt ad eũ puer qui vexabatur à
ſpiritu. Ei autem manum imponens in capite, & alterã ſuprà cor, tandiu orauit donec feciſſet ipſum
pẽdere ab aëre. Tanquã vter ergo puer inflatus, adeò intumuit, vt eſſet maximi põderis: & cum re-
põtè exclamaſſet, per omnes ſenſus aquã emiſit. & cùm rurſus deſiiſſet, rediit ad eã in qua prius erat
menſurã, & tradidit eum patri, cùm vnxiſſet oleo ſancto: & cùm aquã infudiſſet, præcepit ne quadra I
ginta diebus carnes tãgeret, nec vinũ: & ſic eũ curauit. Eũ aliquãdo ſubierũt cogitationes vanæ glo-
riæ, quæ eũ è cella eiiciebãt, & ſuggerebant vt honeſto cõſilio & iuſta de cauſa Romam veniret pro
beneficio corũ qui ęgrotabant. valde enim in eũ operabatur gratia aduerſus ſpiritus. Poſtquã autem
longo tẽpore non obediit, valdè agitabatur. Cadẽs verò in limine cellæ, foras pedes emiſit, & dicit
Trahite & vellite ô dæmones. Ego enim nõ abeo meis pedibus, iurãs fore vt iaceat uſque ad veſperã
& niſi eũ excutiãt, nõ eſſe auditurũ. Cùm autẽ diu procubuiſſet, ſurrexit. Cùm nox autem aduentaſ-
Miro onere ſe affligit Macarius. ſet, ei rurſus exhibuere negociũ: & cùm duorũ modiorũ ſportã impleſſet arena, & impoſuiſſet hume
ris, peruadebat totã ſolitudinẽ. Huic occurrit Theoſebius Coſmetor genere Antiochenus, & ei di-
cit, Quid portas Abba? Cede mihi onus, & ne vexeris. Ille autẽ dixit, Vexo eũ qui me vexat: nã cum
Paphnutius. ſit remiſſus & ignauus, ſuggerit mihi peregrinationes. Cùm autẽ diu permouiſſet, ingreſſus eſt cellã
cõtrito corpore. Narrauit autẽ nobis Dei quoque ſeruus Paphnutius, præclari huius ſãcti diſcipulus
Hyæna præmium adfert Macario. quòd cùm quodã die ſederet in aula ſanctus Macarius, & Deũ alloqueretur, hyæna acceptum ſuum K
catulũ qui erat cæcus, attulit ad ſanctũ Macariũ: & cùm capite pulſaſſet oſtiũ aulæ, ingreſſa eſt, eo ad-
huc ſedẽte, & proiecit catulũ ad eius pedes. Cùm autẽ accepiſſet catulũ ſanctus Macarius, & ſpuiſ-
Macarius ſputo illuminat hyænæ catulum. ſet in eius oculos, orauit, & ſtatim vidit, & cùm mater eũ lactaſſet & accepiſſet, ita exiit. Die autẽ ſe-
Adiuratur hyæna. quenti pellem magnæ ouis attulit ad ſanctũ Macariũ: & cùm ſanctus vidiſſet pellem, hæc dixit hyæ-
næ. Vndenã hanc habuiſſes, niſi ouẽ alicuius deuoraſſes? Quod ergo proficiſcitur ab iniuria, ego à te
non accipio. Hyæna autẽ humi inclinato capite, genu flectebat ad pedes ſancti, & ponebat pellem:
Ipſe autẽ ei dicebat. Dixi me nõ accepturum, niſi iuraueris te nõ amplius offenſuram pauperes co-
medẽdo eorũ oues. Illa verò ad hoc quoque capite ſuo annuit, vt quæ ſancto aſſentiretur Macario.
Tunc accepit pellẽ ab hyæna. Beata autẽ Chriſti ancilla Melana dixit mihi ſe illã pellem accepiſſe à
Macario illo, quod appellabatur munus hyęnæ. Quid verò mirum eſt apud viros mundo crucifixos,
ſi hyæna beneficio affecta, ad Dei gloriã & honorẽ ſeruorum eius, id ſentiens ad eum munera attu-
lerit?

lerit? Nã qui in Daniele Propheta mãſuefecit leones, huic quoque hyænæ largitus eſt intelligentiã.
A De eo autẽ dictum eſt, quòd ex quo fuit baptizatus, humi non ſpuerit, cum eſſent ſexaginta anni ex *Humi non ſpuit Macarius.*
quo fuerat baptizatus. Forma autẽ eius erat huiuſmodi. Oportet enim me quoq; tibi hoc ſignifica-
re, Chriſti ſerue, vt qui hoc ſciã optime, cùm mea paruitas ei fuerit tẽpore æqualis. Erat autem eius
forma ſatis minuta ac mutila & rara, pilos ſolũ habens in labro, Quinetiã in ſuprema parte genæ ha-
bebat paucos: Nã propter ingẽtes laboris exercitationes, ne pili quidẽ ei enati ſunt in genis. Adhũc *Palladius cõfulis Macarium.*
ſanctum Macarium cũm quodam die veniſſem, & eſſem animo valdè anxius, dico illi: Abba Macari
Quid faciam, quoniam me affligunt cogitationes, mihi dicentes. Nihil facis. recede hinc. Reſpõdet *Marcus Heremita Euchariſtiam ab Angelo accipit, Niceph. lib. 11. cap. 35.*
mihi dicens ſanctus pater Macarius. Dic tu tuis cogitationibus: Propter Chriſtũ cuſtodio parietes.
Hæc ô ſtudioſe & amãtiſſime Chriſti ſerue, ex multis & magnis ſignis & certaminibus incliti & vir-
tute præditi Macarij ſignificaui. Hic Macarius nobis narrauit, erat enim presbyter, ſe obſeruaſſe tẽ-
pore cõmunionis Chriſti ſacramentorũ, ſe Marco exercitatori nunquã dediſſe oblationẽ, ſed ei An-
gelum dediſſe exara: ſolum autem ſe vidiſſe digitum manus eius qui dabat.

B VITA ABBATIS MARCI. SECT. XVIII. *XXI.*

CVm eſſet autem hic Marcus iunior, diſcebat memoriter vetus & nouum teſtamentum, erátque *Marcus anno. 374. de quo Niceph. lib. 11. ca. 55. Caſſiod. li. 8 c. 1. Soz. li. 6, cap. 29.*
inſigniter mitis, & ſummè tẽperãs. Quodã ergo die cùm ſatis ocij haberẽ in cella mea, in extre-
ma iã eius ſenectute ad eũ venio, & oſtio eius cellæ aſſideo. Quẽ ego, vt potè qui eſſem adhuc rudis.
exiſtimabã eſſe ſupra hominẽ, ſicut erat: & auſcultabã quídnã diceret vel faceret. Is autem intus ſo-
lus, cùm iam centum annos tranſegiſſet, & dentes amiſiſſet, ſecum pugnabat, & cum diabolo, & di-
cebat. Quid vis deinceps χειλόγηρε, id eſt, male ſenex. Ecce iã & vinum bibiſti, & oleum tetigiſti. Quid
vis deinceps πολιόφαγε, id eſt, vorax in canicie, & κοιλόδουλε, id eſt ventri ſeruiens, probro & cõtume-
lia te ipſum afficiens? Et diabolo dicens, Recede à me diabole, cõſenuiſti mecũ in diſſenſionibus. *Marcus iam ſenex ſecum & cum diabolo diſputat.*
Feciſti me bibere vinũ, & ſumere oleũ, me reddẽs voluptariũ. Adhuc ne tibi aliquid debeo? Apud me
C nihil inuenis quod velis diripere. Recede à me deinceps inimice hominum. Ac veluti ſe prouocans
& irritans, ſecum loquebatur, dicendo. Adeſdum ô nugator, in canicie vorator, & helluo in ſene-
ctute, Quandiu ero tecum!

VITA ABBATIS MOSIS, QVI FVIT EX LATRONIBVS. SECT. XIX. *XXII.*

Moſes ann. 374. de quo ex Soz. Caſſi. lib. 8. cap. 1. Caſſia. col. 1. & 2. Niceph. lib. 11. c. 36. c. 46. Arabũ deſignatus Epiſcopus non vult ab Arrianis cõſecrari. Theod. lib. 4. hiſt. Eccl. cap. 21.

FVit quidam Moſes nomine, Æthiops genere, niger, ſeruus cuiuſdam qui regebat rempublicã.
quem propter morum improbitatem & latrocinij crimen proiecit eius Dominus. Dicebatur e-
nim etiam vſq; ad cædes progredi: cogor enim dicere facta eius improbitatis, vt poſtea oſtendã vir-
tutẽ eius pœnitẽtiæ. Narrarũt ergo aliqui eũ fuiſſe præfectũ magnę cateruę latronũ. Cuius inter cę-
tera latrocinãdi opera, hoc quoque fertur, quòd infeſto & vindictæ cupido animo erat in paſtorem,
qui ne rẽ aliquã effectã redderet, ei fuerat impedimẽto, dũ cum canibus gregis noctu abiret. Quem
cum vellet occidere, obibat locũ in quo eius oues habebãt ſtationem. Ei autem ſignificatum eſt ip-
D ſum eſſe trans Nilũ: & cùm fluuius illo tẽpore inũdaret, & plus quàm mille paſſus pateret latitudine
enſem tenẽs mordicus, & tunicã qua erat indutus imponẽs ſuo capiti, natãdo ſic tranſmiſit fluuium
Dum autẽ tranataret, potuit paſtor ſe abſcondere alicubi infodiẽs. Cùm ergo Moſi cœptum nõ ſuc-
ceſſiſſet, occiſis quatuor egregiis arietibus, & catena alligatis, Nilum rurſus tranauit: & cũ in paruam
quãdã villã veniſſet, excoriauit arietes: & cùm quę erãt carnis optima comediſſet, & pelles pro vino
vendidiſſet: cùm ſaltia octodecim ebibiſſet, illinc ad quinquaginta lapides eſt profectus, vbi ha-
bebat collegiũ. Hic princeps latronum ſerò tãdem caſu aliquo qui ei acciderat cõpunctus, tradidit
ſeipſum monaſterio: & ad tantam proceſſit pœnitentiam quantã res ipſæ indicarunt. Inter cætera
autem dicitur, quòd cùm quatuor latrones in eum in cella ſedentem irruiſſent, ignorantes eum eſſe
Moſem, beatus Moſes eos tanquã ſaccum paleæ ligatos, & humeris impoſuit, & ad fratrum portauit
eccleſiam, dicens, Quoniam non licet mihi alicui facere iniuriã inueni autem eos me agreſſos, quid
de iis iubetis fieri? Hoc modo autem comprehenſi à ſancto Moſe, Deo cõfeſſi ſunt: Et cùm cogno-
E uiſſent eum eſſe Moſem qui fuit aliquando inſignis princeps latronũ, Chriſtũ eo nomine glorifican-
tes, illi quoque mundo renunciarunt propter eius pœnitentiam, & euaſerunt monachi probatiſſi-
mi: ſic cogitantes, ſi hic qui tantum valebat viribus, latrocinia parui faciens, ſic Deum timet: quid
nos adhuc noſtram ſalutem differimus? Beatum autem Moſem (ſic enim oportet eum vocare) dein-
ceps adorti ſunt dæmones, ad fornicatoriæ intemperantiæ impellentes eum conſuetudinem. qui vſ
que adeò ab ipſis fuit tentatus, ſicut ipſe narrauit, vt parum abfuerit quin eum ab inſtituto dimoue-
rent. Cùm autem acceſſiſſet ad magnum Iſidorum, qui ſedebat in Scete, tertio ad eum retulit de bel
lo fornicationis. Cui reſpondit ſanctus: Ne conturberis ô frater: ſunt principia: & ideo te vehemen-
tius inuaſerunt, priorem requirentes conſuetudinem. Sicut enim canis cùm aſſueuerit in macello
oſſa rodere, non recedit à conſuetudine: ſed ſi fuerit clauſum macellum, & nemo ei dederit, fame
enectus non amplius accedit. Sic tu quoque, ſi permanſeris in tuæ continentiæ exercitatione, mor-

Mira hominis converſio latro fit monachus. Soz. lib. 6. cap. 29. σκόπτον ab Epiphanio vocatur Saites quẽ dicit contimere ſexcentos viginti duos. Tẽtatur Moſes ad fornicationem. Conſulit Iſidorum. Quid faciendum contra fornicationis ſpiritum.

Col. 3. tificans membra tua, quæ ſunt ſupra terram, & excludens ab ingreſſu ingluuiem quæ parit intemperantiam, ægre ferens dæmon, vt qui cibos non habeat qui accendant, à te recedet. Cùm ergo ſeceſſiſſet Chriſti ſeruus Moſes, & ab illa hora ſeipſum incluſiſſet in cella, maxima in omnibus exercebatur tolerantia, maximè autem in abſtinentia à cibis: vt qui nihil aliud ſumeret præter panis ficci vncias XII, plurimum operans, & quinquaginta orationes quotidiè peragens. Porro autem quamuis ſuum liquefeciſſet corpuſculum, permanſit tamen inflammatus, & præcipuè in ſomnis. Cum autem ſurrexiſſet, conuenit quendam alium monachum ſanctum probatiſſimum, & ei dicit, Quid faciam Abba? Rationi meæ tenebras offundunt ſomnia animi, vt qui eis ei veteri conſuetudine delecter. Dicit ei ille ſanctus: Non cohibuiſti mentem tuam à viſis quæ in eis verſantur: ea de cauſa hæc ſuſtines. Fac ergo quod dico. Dede te paulatim vigiliæ, & ora ſobrius: & ab his citò liberaberis. Cùm hoc autem monitum audiiſſet vir præclarus, tanquam ab eo qui erat artifex experientia: in cellam reuerſus, dixit ei, quod quidem ſua ſciat conſcientia, tota nocte non dormiiſſe: non orationis prætextu genu flexiſſe, vt ſomni fugeret tyrannidem. Cùm annis ergo ſex manſiſſet in cellas, totas noctes ſtans in medio cellæ, & Deum orans aſſiduè, & non claudens oculos, non potuit intemperantem vincere cupiditatem. Re vera enim non poteſt verè caſtigari cupiditas. Cùm enim ſeipſum liquefeciſſet laboribus, turpem illam affectionem non potuit ſubigere. Poſthæc aliam ſibi ſuggeſſit rationem aſperæ vitæ agendæ. Egrediens hic pugil Satanæ (variè enim cum eo decertauit) noctibus abibat ad cellas monachorum, qui ſe exercendo conſenuerant in laboribus, & per ſe aquam non poterant amplius importare: & accipiens hydrias eis neſcientibus, illas aqua implebat. Habent enim in illis locis aquam certa diſtantem longitudine. Alij quidem ad duos lapides: Alij verò ad quinque: Alij verò ad dimidium. Vna ergo nocte qua hoc faciebat, dæmon qui eum obſeruauerat, nõ amplius ferens athletæ fortitudinem, cùm ipſe ſe inclinaſſet in puteum, vt vnius monachi impleret hydriam, clauam quandam ei impegit in lumbos: & eum in eo loco reliquit iacentem mortuum, nihil omnino ſentientem, neque quid, neque à quo id paſſus ſit. Cùm ergo alio die veniſſet quidam monachus ad aquam hauriendam, eum illic inuenit iacentem, linqui animo. Is autem id renunciauit magno Iſidoro preſbytero Scetæ: Qui abiens cum aliquot aliis, eum accepit, & tulit in eccleſiam. Illè verò anno toto ægrotauit, vt vix corpus eius & anima conualuerit. Tunc dicit illi magnus Chriſti Sacerdos Iſidorus: Ceſſa deinceps frater Moſes, contendere cum Dæmonibus: & ne ſic eis inſultaueris, Eſt enim modus quoque fortitudinis in exercitationes. Is autem illi dicit. Non ceſſabo cum eis pugnare, donec mihi ceſſauerit phantaſia ſomniorum. Tunc ei dicit ſanctus Iſidorus Presbyter, In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ab hoc temporis articulo ceſſabunt turpia tua ſomnia. Bono deinceps & fidenti animo communica ſacramentis. Ne enim gloriareris, vt qui tua exercitatione viciſſes affectionem, ideo vehementer in te ſuã exercuit poteſtatem, ad tuam vtilitatem, ne incideres in animi elationẽ. His auditis reuerſus eſt in cellam, quietè deinceps attendens moderato inſtituto exercitationis. Poſt duos autem vel tres menſes rogatus à beato Iſidoro presbytero exercitator Moſes, Nunquid amplius ei moleſtiam exhibuiſſet ſpiritus, reſpondit, Ab illa hora qua mihi precatus eſt Chriſti ſeruus, nihil mihi accidit eiuſmodi. Dignatus eſt autem hic ſanctus gratia aduerſus dæmones: adeò vt ſicut nos muſcas hyeme contẽnimus: ita, atque adeò amplius, hic magnus Moſes contemneret dæmones, Hæc eſt vita quam egit Moſes Æthiops, qui ipſe quoque numerabatur inter magnos. Obiit ante ſeptuaginta quinque annos natus in Scete, cum factus eſſet presbyter, relictis ſeptuaginta quinque diſcipulis.

Abſtinentia à cibis.

Quinquaginta orationes.

Quid contra vitioſa ſomnia.

Moſes noctu hydrias monachorũ replet aqua.

Dæmon in Moſen irruit, eiꝰ ori ſtercus ingerit. Caſſi. col. 7. cap. 27.

Moſes ægrotat.

Moſen vides propter ſomnia turpia nõ cõmunicaſſe, ita cauẽt Iuſt. martyr, in quæſt. & patres in decretis Caſſia. col. 7. cap. 20. col. 22. ca. 4. & infra ſect. 63.

Moſes factus presbyter.

VITA ABBATIS PAVLI. SECT. XX.

XXIII. *Paulus abbas Nicoph. li. 11. c. 36. Caſſ. li. 8. cap. 1. hiſt. trip.*

MOns eſt in Ægypto, abducens: in vaſtam Scetes ſolitudinem qui appellatur Pherme. In hoc mõte ſedent circiter quingenti homines qui exercentur. Inter quos fuit etiam quidam nomine Paulus, monachus optimus, qui toto ſuo tempore hanc egit vitam: Nunquam opus attigit, nec vllum ſuſcepit negocium: nil vnquam accepit ab aliquo, præterquam quod poſſet in ipſo die comedere. Fuit autem eius opus & exercitatio orare perpetuò. Hic habebat trecentas preces expreſſas & præſtitutas, totidem habens in ſinu calculos, & in vnaquaque oratione iaciens vnum calculum. Is cùm acceſſiſſet ad ſanctũ Macarium qui dicitur politicus, eius conueniẽdi gratia & propter ſpiritalem vtilitatem ei dicit. Abba Macari, valdè affligor: coëgit eum Chriſti ſeruus dicere cauſam propter quam moleſtia afficiebatur. Is verò ei dicit.

Paulus ad calculũ fundit 300. orationes.

Huius Pauli puritatem & caſtitatẽ qui ne mulierem videre potuerit & miracula refert Caſſian. coll. 7. cap. 26.

DE VIRGINE QVÆ FACIEBAT SEPTINGENTAS orationes. SECT. XXI.

XXIIII. *Virginis abſtinentia. 700. orationes. 100. orationes conſtitutæ publicis rebus implicato, nõ*

IN quodam vico habitat quædam virgo, quæ triceſimum annũ iam exercetur. De qua multi mihi narrarunt, quòd præter ſabbatum & dominicam nullo alio die veſcitur, ſed toto tempore trahens hebdomadas, & poſt quinque dies comedẽs, facit ſeptingẽtas orationes. Hoc cùm didiciſſem meipſum reprobaui, quod vir creatus his viribus corporis, non potuerim facere plus quam trecentas orationes. Ei reſpondet ſanctus Macarius dicens. Sexageſimus annus agitur ex quo centum cõſtitutas facio orationes, & laborans manibus ea quæ ſunt ad alimentum neceſſaria, & fratribus vtilitatem

A tatem reddens cõgreſſionis: nec mea me iudicat ratio quòd fuerim negligens. Si tu autem cùm trecentas facias orationes, iudicaris à conſcientia: apertè oſtendis te non purè orare, vel poſſe plures orationes facere quàm facias.

minoris prætij quã 300. nihil aliud agentis.

DE CRONIO PRESBYTERO. SECT. XXII.

XXV.

CRonius quidam mihi narrauit presbyter Netriæ. Cùm eſſem, inquit, iunior ab initio, & propter animi angorem & triſtitiam fugerem ex monaſterio mei Archimandritæ, errans peruenI ad montem ſancti Antonij. Sedebat autem beatus Antonius inter Babylonem & Herculeas in vaſta ſolitudine quæ fert ad mare rubrum, circiter triginta milliaribus à fluuio. Cùm ergo veniſſem ad eius monaſterium quod eſt propter fluuium, in quo ſedebãt eius diſcipuli Macarius & Amatas, qui eum etiam cùm dormiiſſet ſepelierunt: expectaui quinque dies, vt cõuenirem ſanctum Antonium, Dicebatur autem accedere ad hoc monaſterium, aliquando quidem poſt decem dies, aliquando verò poſt viginti, aliquando verò poſt quinque, prout expediebat pro beneficio eorum qui veniebant ad monaſterium, Conueneramus ergo diuerſi fratres, diuerſis de cauſis. Inter quos fuit etiam
B Eulogius Alexandrinus monachus, & cum eo alius membris mancus: quiquidem propter talem cauſam acceſſerunt.

Cronius centum & decẽ annorum monach. Niceph. lib. 11. cap. 37.

Eulogius Alexandrinus.

DE EVLOGIO ALEXANDRINO & eo qui erat membris mancus, SECT. XXIII.

XXVI.

HIc Eulogius fuit diſciplinarum liberalium ſcholaſticus, qui diuino amore ſauciatus, propter deſiderium immortalitatis, renunciauit tumultibus: & cùm omnes ſuas diſperſiſſet facultates, ſibi reliquit paucos nũmos, cùm nõ poſſet operari. Cùm ergo per ſe angeretur animo, & eſſet triſtis & neque vellet cum aliis congredi, neque vt ſolus eſſet ſatis ſibi perſuaderet: inuenit quendam mancum ac mutilatum in foro proiectum, qui nec manus habebat nec pedes. Ei ſolum lingua remanſerat integra ad alloquendum eos qui incidebant. Eulogius autem ſtans, eum fixis intuetur oculis, &
C dcum rogat: & cum Deo hoc modo paciſcitur, dicens: Domine propter nomen tuum accipio hunc mutilatum, & eum me recreaturum ac refecturum ſpondeo vſque ad horam mortis eius: vt ego quoque per eum ſaluus fiam. Largire ergo mihi Chriſte patientiam vt ei inſeruiam. Et ad eum accedens, dicit ei. Vis ego te domo accipiam, & te recreem ac reficiam? Ille ei dicit: Vtinam dignareris, ſed ego ſum indignus. Vado ergo, inquit, & adducam aſinum, & te hinc auferam. Cum magno autem gaudio eſt aſceſſus is qui erat mutilatus. Eũ ergo ſuſtulit & portauit in ſuũ hoſpitiolum: eiùſque curam geſſit in omnibus quibus opus habuit. Perpetuis ergo quindecim annis, is qui erat mutilatus, beneuolè ab eo curabatur tanquam pater, vt qui lauaretur, vngeretur, foueretur, & portaretur manibus Eulogij, & ſupra ſuam dignitatem quidem cuſtodiretur, morbo autem conuenienter reficeretur. Poſt quindecim autem annos inuaſit dæmon eum qui erat mutilatus, volens priuare Eulogium mandato & propoſito, & mutilatum à refectione, & Dei gratiarum actione, ſeditionémque excitat in Eulogium, multíſque eum probris cœpit inſequi, adeò vt eum etiam appeteret maledictis dicens deinceps: Abi hinc ſcelerate fugitiue. Suffuratus es alienas pecunias: & dominum ſpoliaſti: & meo prætextu vis latere, vt qui pretextu benè faciendi me acceperis in tuum hoſpitiolum, & pro-
D pter me vis eſſe ſaluus. Eulogius autem cor eius lenibat, dicens: Ne Domine, ne hæc dixeris. ſed dicas quánam in re tibi fuerim moleſtus, & eam corrigam. Mancus autem dicebat arroganter: Non fero has aſſentationes: aufer me hinc, & proiice in foro: recuſo tuam curationem. Dicebat autem Eulogius: Rogo te, patere tui curam geri, & dic ſi quid ſit tibi graue Domine mi. Mutilatus autem magis incenſus, ei dicebat: Non poſſum amplius ferre tuam ſubdolam & ironicam adulationem: Non placet mihi hæc vita parca & ſordida, ego volo veſci carnibus. Patiens autem Eulogius carnes ad eũ attulit. Cùm eas autem vidiſſet qui vexabatur, Non ſatis eſt mihi tecum eſſe ſolum, turbas volo. Ei autẽ dicit Eulogius: Ego ad te iam adducam monachorum multitudinem. Ille autem rurſus ægrè ferens, dixit, Væ mihi miſero: Tuũ aſpectũ ferre non poſſum: & tu ad me adducis tui ſimiles, qui cùm ſint ocioſi, comedunt. Et inſolenti voce ſeipſum lanians, vociferabatur, dicens, Nolo, nolo, in forum deduci volo. O violentia: abiice me vbi inueniſti. Dico quod ſi habuiſſet manus, in animũ induxiſſet vel ſe ſuffocare, velſibi enſe manus inferre. Cùm dæmon ſic eum efferaſſet, poſtea ſe con-
E fert Eulogius ad propinquos monachos: & dicit eis. Quid faciam? Ad deſperationẽ me deduxit mutilatus. Dicunt ei, Quamobrem? Ille autem, Me, inquit, grauiter afficit, nec ſcio quid faciam. Abii ciam ipſum. ſed Deo dedi dexteram: & timeo. Non abiiciam. me dies noctéſque malè habet. Neſcio quid faciam. Ei dicũt illi abſolutè. Adhuc viuit magnus ille (ſic enim vocabant ſanctum Antonium) Aſcende ad ipſum, mutilatum imponẽs in nauigium: & defer eum in monaſterium: & expecta donec magnus venerit è ſpelunca, & ad eum refer iudicium: quòd tibi dixerit, ſta illius ſententiæ. Deus enim tibi dicit per ipſum, Verbis eorum morem geſſit Eulogius, & mutilato blandiens, cùm eum immiſiſſet in cymbam paſtoralẽ, noctu egreſſus eſt ex vrbe, & tulit eum in monaſterium diſcipulorum magni Antonij. Accidit autem vt alio die veniret magnus ſerò veſpere, vt narrauit Cronius, amicꝰ chlamyde pellicea. Ingreſſus eſt ergo in ſuũ monaſteriũ. Erat autẽ hęc eius cõſuetudo vt alloqueretur Macarium, & eum interrogaret. Frater Macari, venerunt ne huc aliqui? Reſpon-

Mira in mutilatum Eulogij humanitas.

Mutilatus agitur ſpiritu dæmonico: & in Eulogium murmurat.

Mutilatus vult veſci carnibus.

Quid agat de mutilato Eulogius conſulit S. Antonium.

Chlamys pellicea ſancti Antonij.

Hospitum discretio.

debat Macarius, Venerunt. Dicebat autem magnus, Sunt ne Ægyptij,an Hierosolymitani? Dede- F
rat autem magnus ei signum,dicens,Cùm videris venisse aliquos quibus est minus negocij,dic, Ad-
sunt Ægyptij. Quando autem videris venisse aliquos religiosiores & paulò consideratiores, dic,
Sunt Hierosolymitani. Rogabat ergo magnus pro more, dicens fratri Macario, Sunt Ægyptij fra-
tres, an Hierosolymitani? respondet Macarius, dicens, Est mixtura. Quando ergo dicebat Maca-
rius, Sunt Ægyptij, dicebat ei magnus. Para eis lentem, & da eis quod comedant, & faciebat eis v-
nam orationem, & dimittebat eos.Quando autem dicebat, Sunt Hierosolymitani, sedebat per to-
tam noctem, & eis dicebat ea quæ pertinent ad salutem.Sedens ergo illo vespere,dicit: Vos omnes
accersit magnus : cùmque nullus ei dixisset quod nomen haberet scholasticus,cùm serum esset ves-
per, vocat eum dicens, Eulogi, Eulogi:& cùm ter proclamasset, & scholasticus Eulogius non res-
pondisset ,putans aliquem alium vocari hoc nomine, dicit ei magnus. Tibi dico Eulogi, qui veni-
sti ab Alexandria. Tunc ei dicit Eulogius, Quid iubes quæso? Dicit ei magnus, Quid huc venisti?
Respondit ei Eulogius, dicens. Quis tibi reuelauit nomen meum, rem quoque propter quam veni
reuelauit. Dicit ei sanctus Antonius, Didici quare venisti. Sed dic coram fratribus, vt ipsi quoque G
audiant. Iussus autem à magno Eulogius, dixit coram omnibus. Hunc mutilatum inueni ego in fo-
ro proiectum & neglectui habitum : Eius autem misertus, Deum suum precatus vt daret mihi gra-
tiam in ipsum tolerantiæ: Dexteram quoque dedi Deo,quòd in morbo eius curam geram,vt & ego
per ipsum saluus fiam , & ipse à me recreetur : Sunt autem quindecim anni ex quo simul versamur,
sicut etiam tuæ sanctitati reuelata sunt omnia. Sed nescio quídnam mali à me passus,post tot annos
me summè vexat, & in animo habui ipsum eiicere, ipso me ad hoc cogēte. Ea de causa veni ad tuam
sanctitatem, vt mihi consulas quidnam debeā facere, & ores pro me:me enim vexat grauiter. Dicit
ei magnus Antonius graui & austera voce, Abiicias tu eum Eulogi : At qui eum creauit, nō abiicit:
Si tu eum abiicis, Deus ei excitabit te meliorem qui eum colligat. Conticuit Eulogius, & extimuit
cum hæc audiisset. Relicto autem Eulogio magnus Antonius incipit lingua flagellare mutilatum,&
ad eū exclamare: Mutilate,maculate,cœlo & terra indigne, Non cessas cum Deo pugnare, & tuum
fratrem irritare? Nescis esse Christum qui tibi ministrat? Quomodo audes hæc loqui aduersus Chri-
stum? Non propter Christum se tuo mancipauit seruitio? Cum ergo eum quoque verbis coërcuisset H
increpantibus,eos dimittit:& cum disseruisset cum fratribus de iis quæ erant vnicuique necessaria,
rursus accedit ad Eulogium & mutilatum, & dicit eis. Ne vsquā immoremini ô fratres, sed abite in
pace, & ne inuicem separemini, deposita omni molestia quam vobis iniecit dæmon :& cum bona
dilectione reuertimini in cellam in qua longo tempore versati estis. Iam enim Deus mittet ad vos.
Hæc enim tentatio in vos excitata est à Satana, quoniam scit vos iam ad finem peruenisse, & futu-
rum esse vt coronas à Christo accipiatis, ipsum per te,& te per eum, Nihil ergo aliud cogitaueritis.
Quod si veniens Angelus non inuenerit vos in eodem loco,futurum est vt coronis priuemini. Citò
ergo festinantes ingressi sunt,& venerūt in suam cellam in fine agapes: & intra viginti quatuor dies,
obiit beatus Eulogius resolutus ad Dominum,& intra tres alios obiit is qui erat corpore mutilatus,
sed anima firmus ac robustus, qui ipse quoque in manus Dei suum commendauit spiritum. Cùm
ergo aliquanto tempore versatus esset Cronius circa loca Thebaidis, descendit in monasterium A-
lexandriæ,& accidit vt beati quidem Eulogij obitus à fraternitate celebraretur tricesimus dies,mā-
ci autem tertius. Cùm hoc ergo didicisset Cronius, obstupuit :& acceptum Euangelium, vt fidem I
haberent audientes, posuit in medio fratrum:& eis iurauit,narrans magni Antonij de his præscien-
tiam, & de omnibus quæ acciderunt, & dicens: Horum ergo verborum fui interpres cùm beatus
Antonius Græcè nesciret. ego verò sciebam vtramque linguam,& eis sum interpretatus:iis quidem
qui Græcè,quæ à magno dicta sunt:ipsi autem sancto Ægyptiacè,quæ dicta sunt ab Eulogio.

Exhortationes sancti Antonij. *B. Antonio reuelatur nomen Eulogij.* *Non abiiciendi egeni & ægroti quãuis difficiles.* *Mutilatus cæditur & obiurgatur.* *Dimittuntur in pace Eulogius & mutilatus.* *Agape, conuiuium ad quod cõueniebant pauperes christiani.* *Obitus Eulogij & mutilati.* *Confirmatur superior historia.*

DE CONTEMPLATIONE QVAM VIDIT ABBAS Antonius. SECT. XXIIII.

XXVII. Visio B. Antonij.

HOc quoque narrauit Cronius illa nocte magnum eis narrasse Antonium: Ego,aiebat, anno in-
tegro oraueram vt reuelaretur mihi locus iustorum & peccatorum: Vidi autem Gigantem ni-
grum altissimum,qui ad nubes vsque pertingebat, habebat autem manus ad cœlum vsque extēsas,
infra autem erat lacus qui mare æquabat magnitudine. Vidi quoque animas tanquam aues sursum
volantes. Et quæcunque quidem eius manus & caput superuolabant,seruabantur ab Angelis. Quæ K
autem à manibus eius verberabantur,incidebant in lacum. Ad me itaq; vox peruenit quæ dicebat.
Quas vides animas superuolasse caput gigātis & eius manus, eæ sunt animæ iustorum, quæ quidem
ab Angelis seruantur in paradiso . Quæ autem à manibus eius percutiuntur, eæ in inferno demer-
guntur: quæquidem attractæ fuerunt à voluntate carnis,& odium secutæ sunt,& referendæ iniuriæ
cupiditatem.

Paradisus & Infernus.

VITA ABBATIS PAVLI SIMPLICIS. SECT. XXV.

XXVIII. Paulus Simp. cuius vitam scripsit D. Hieron. Nicep. li. 8. cap. 40. Caßiod. lib. 1. cap. 11. deprehensa in adulterio coniuge intrat monasterium.

NArrauit autē sanctus Dei Hierax,& Cronius,& plures alij ex fratribus de quibus sum dicturus,
quòd quidā Paulus agrestis agricola,insigniter innocēs,& vita simplex,vxorē duxerat mulierē

A formosissimam,sed moribus improbam: quæ lōgissimo tempore peccās eum latuit. Aliquando autē
de improuiso ingressus domum suā,inuenit eos turpia perpetrantes, deducente Paulum prouidētia
ad id quod erat sibi cōducibile:eámq; cùm vidisset cum eo,cū quo habebat stupri consuetudinē,ho-
nestè ac decorè risit,& eis exclamauit,dicēs: Benè est,benè est:reuera nō est mihi curę,Per Iesum,ego
eā nō accipiam amplius,abi,eā tibi habe & eius filios:ego enim recedo,& efficior monachus. Cum
nulli autem dixisset aliquid,pertransit octo monasteria, & abit ad sanctum Antoniū , & pulsat ostiū.
Egressus aūt sanctus Antonius,eū interrogat:Quid vis? Ei dicit Paulus: Volo fieri monachus.Respō-
det ei Antonius:Senex sexagenarius nō potest hic fieri monachus , sed potius abi in vicū , & opera-
re,& vitā dege operariam,Deo agens gratias:Nō potes enim sustinere afflictiones solitudinis.Respō
det senex, & dicit:Si quid me docueris,illud faciam.Dicit ei Antonius : Dixi tibi te esse senem,& nō
posse esse monachum,abi:Si enim vis esse monachus,ingredere cœnobium vbi sunt complures fra-
tres qui possunt tuā ferre imbecillitatem,Ego enim solus hîc sedeo, quinq; derum spacio interiecto
comedens,idque esuriēs.His ergo verbis Paulum abigit. Postquā autē eum nō admisit , clauso ostio
Antonius tribus diebus foras nō est egressus,propter se,nec propter ea quæ essent sibi vsui.Senex aūt
B permansit nō recedens.Quarto vero die cùm eum premeret necessitas, aperto ostio egressus est , &
cùm rursus vidisset Paulum,ei dicit:Abi hinc senex, Quid mihi es molestus? non potes hic manere.
Dicit ei Paulus:Fieri nō potest vt ego alibi quā hic moriar.Cū aspexisset aūt Antonius, & vidisset eū
nō ferre ea quæ sunt ad victum necessaria,nō panē,nō aquā, nō aliquid aliud, & iā quartum diē per-
seuerasse ieiunum,cogitauit apud se,Ne fortè moriatur,vt qui nō sit assuetus ieiunare, & meā macu-
let animā.Eum ergo admittit·Tunc ei dicit Antonius:Potes esse saluus si habeas obedientiā,& quod
à me audieris hoc feceris. Paulus autem respōdens dixit: Faciā quæcunque iusseris. Talémque vitæ
asperæ agendæ rationē in illis diebus suscepit Antonius, qualē,quando erat in principio iuuentutis.
Eius ergo mentē probans Antonius,ei dixit.Sta,& ora in hoc loco,donec ingrediar, & afferam tibi
quod opereris.Ingressus autem speluncā,per fenestrā animaduertit eum in eo loco totā hebdoma-
dam manere immobilem,cùm ab æstu torreretur.Egressus autem post hebdomadā , cùm ex palmis
ramos madefecisset,ei dicit: Accipe,& contexe catenā,vt me vides.Texit senex ad horā vsque nonā
C quindecim vlnas magno labore. Cùm autē vidisset Antonius id quod cōtexuerat, id minimè ei pla-
cuit,& ipsi dicit:Malè cōtexuisti, retexe & denuò contexe, cùm iā septimo die ieiunus ageret,ídque
cùm esset grādis ętate. Tantum autē eum hac de causa afflixit,vt ægrè ferēs senex fugeret Antonium,
& vitā monachorum.Is autē eosdem ramos & retexuit & iterum cōtexuit cum magno labore,quòd
ex cōtextura prima fuissent corrugati. Cùm ergo vidisset magnus Antonius eum nec murmurasse,
neq; animum abiecisse,neq; vultum suum omnino auertisse,& neque vel tātillum succensuisse , pro-
pter eum est cōpunctus.& sole occidente ei dicit,Patercule,vis comedamus fragmentum panis? Di-
cit ei Paulus.Vt tibi videtur, Abba. Hoc quoque rursus inflexit Antonium,quòd nō ad cibi nuncium
protinus accurrerit, sed ei potestatem permiserit. Para ergo , inquit,mensam : & obediit. Fert panes
Antonius,& imponit mensæ quatuor paxamidia,sex vnciarum:& sibi quidem vnum madefecit,erāt
enim sicci.Illi autem tres.Psalmum psallit Antonius quem nouerat : & cùm eum duodecies cecinis-
set,duodecies orauit vt in hoc quoq; Paulū probaret. Senex aūt simul precatus est ipso magno Anto-
nio prōptius & alacrius.Mallebat enim,vt arbitror,pascere scorpios,quā vna viuere cū adultera.Post
D duodecim autem orationes,Paulo dicit magnus Antonius:Sede,inquit,& ne comedas vsque ad ve-
sperā,sed solum attende esculentis.Cùm autem fuisset vespera,& Paulus nō comedisset, dixit ei An-
tonius:Surge, ora, & dormi.Ille autem mensa relicta sic fecit. Media autem nocte excitauit eum ad
orationem,& vsque ad horam nonam produxit orationes.Mensa autem rursus opposita,cùm & rur-
sus cecinisset & orasset , serò vespere sederunt ad comedendum.Cùm ergo comedisset magnus An-
tonius vnum paxamidium,aliud nō tetigit.Senex autem comedens tardius,adhuc tenebat paxami-
dium quod ceperat.Expectabat ergo Antonius donec perfecisset,& dicit ei: Comede Patercule,etiā
vnum alium paxamidium. Dicit ei Paulus:Si tu comedas ego quoque comedā,te autem non come-
dente,nec ego comedam.Dicit ei Antonius.Mihi sufficit:Sum enim monachus, & mihi sufficit. Nā
ego quoque volo fieri monachus. Surgit rursus , & facit duodecim orationes : & psallit duodecim
psalmos.Et post orationes primi somni parum dormiunt , & rursus expergiscuntur ad psallendum à
media nocte ad diem vsq;. Deinde misit eum ad obeundam solitudinē, dicens ei:Veni huc post tres
E dies.Cùm hoc autem factum esset, & quidam fratres ad eum venissent , obseruabat Paulus Antoniū
quídnam vellet eum facere.Is autem dixit ei:Tacens ministra fratribus, neq; aliquid gustaueris do-
nec fratres fuerint iter ingressi. Postquam autem tertia iam impleta esset hebdomada ex quo nō co-
mederat Paulus,fratres eum rogabant,Qua de causa taces? Dicit ei Antonius,Quid taces? colloque-
re cum fratribus : Ille verò est collocutus. Cùm aliquando ei fuisset allata vrna mellis,dixit ei Anto-
nius:Frange vas,& mel effundatur.Sic autem fecit.Et ei rursus dicit,Collige rursus mel concha , ne
sordes aliquas inferas.Et rursus iussit eum aquam haurire toto die. Et rursus cùm vestem eius disso-
luisset,iussit consuere.Tantam denique hic vir possedit obedientiam,vt ei etiam data sit gratia diui-
nitus , nempè vt eiiceret dæmones.Postquam ergo vidit senem magnus Antonius, promptè eum es-
se ad omnia secutum in vitæ exercēdæ ratione,ei dicit:Vide frater,si sic indiespotes , mane mecum.
Dicit ei Paulus : An quid mihi possis amplius ostendere,nescio. Nam ea quæ vidi ego quoque facio

Paulus pergit ad B. Antonium an. do. 327. est enim ascensus ab ordine ad ordinē dū modo fiat maioris cōtinētiæ desiderio, Caßiā. col. 17. cap. 14. id factitasse sauinienses scribit Neubrig. cap. 15. hist. & Ioannem Abbatē Cassianus col. 19. *Obedietia monacho necessaria, Caßian. lib. 4. inst. & coll. 18. & 19* *Mira hominis in orando perseuerantia.* *Ne murmurator fiat monachus.* *Duodecies orare canerèque Psalmum.* *Magna probatio.* *Expergisci media nocte ad orandum.* *Mira obediētia.* *Obediētia & simplicitas Pauli.*

facilè & citra laborem. Deo mihi opem ferente. Tunc ei dicit Antonius alio die: In nomine Iesu, ecce factus es monachus. Cùm autem satis superq; compertum haberet in omnibus magnus & beatus Antonius, esse admodum perfectã animam Christi seruum, vt qui esset admodum simplex, post certos menses, Dei gratia opem ferente beato Antonio, facit ei deinceps cellam ad tres vel quatuor lapides à sua cella. Et dicit ei. Ecce Christi virtute opem ferente tu factus es monachus: mane deinceps seorsum, vt etiam facias periculum dæmonũ. Cùm ergo anno vno per se habitasset Paulus simplicissimus, & gratia dignatus est aduersus dæmones & aduersus omne genus morbos, se perfectè gerens in virtute exercitationis. Quodam ergo die adolescentulus qui supra modum grauiter vexabatur à dæmone, allatus est ad beatum Antonium, habens principalẽ sæuissimum dęmonẽ, qui etiã ipsũ cœlum maledictis & probris insequebatur. Cùm igitur adolescẽtem obseruasset magnus Antonius, dicit iis qui eum ducebant. Nõ est hoc meum opus, nã contra hunc ordinem dæmonum, nẽpè principalẽ, nondum sum donatus gratia: sed hæc est Pauli gratia simplicis Abiẽs ergo magnus Antonius ad probatissimum Paulũ, ipsos quoque deduxit, & dicit ei. Abbas Paule, Eiice hunc dæmonẽ ab hoc homine, vt sanus ad sua redeat, & Dominum glorificet. Dicit ei Paulus: Tu verò quid? Dicit ei Antonius. Nõ est mihi ociũ. est aliud quod agã: & relicto illic puero, reuersus est magnus Antonius in suã cellã. Cùm ergo surrexisset innocens senex, & efficacem fudisset orationem, dicit prouocans dæmoniacum. Dixit abba Antonius, Egredere ab homine. Dæmon autẽ cum probris ac maledictis exclamabat dicens. Non egrediar improbe nugator senex. Accepta itaque pelle sua ouilla, verberabat eũ in tergo, dicẽs: Egredere. dixit Abbas Antonius. Dæmon autem maledictis insequebatur Paulum & Antonium, Helluones isti in senectute, Veternosi, insatiabiles, qui propriis nunquam sunt contenti: Quid est vobis cõmune nobiscum? Quid in nos exercetis tyrannidem? Tandẽ dicit ei Paulus: Aut exibis, aut abeo vt id dicã Christo, ísque faciet vt sit tibi væ. At Iesum quoque probris & maledictis insectabatur immitis ille dæmon, clamans, Non exibo. Ea de causa indignatus Paulus aduersus dæmonem, egressus est è suo hospitio in ipso puncto meridiei. Æstui autem Ægyptiorum intercedit cognatio cum fornace Babylonio. Stans ergo sanctus senex tanquam columna super petram, sic orat Christum dicens. Tu vides Iesu Christe qui fuisti crucifixus sub Pontio Pilato, me non descensurum ex hac petra, neque esurum nec bibiturum donec moriar, nisi me nunc audieris, & hunc dæmonem ab homine eiecceris, & à spiritu immundo ipsum liberaueris. Adhuc cum Iesu loquente simplici & humili Paulo, priusquam ipse preces perfecisset, exclamauit dæmon dicens. Recedo, recedo, vi egredior, & per tyrannidem expellor, discedo ab homine, non amplius ad eum accedo: Pauli simplicitas & humilitas me expellit: neque scio quò abeam. Protinusq; exiit dæmon, & mutatus est in maximum draconem circiter septuaginta cubitorum, recedítque reptãs in mare rubrum, vt impleretur quod dictũ est per sanctũ spiritum. Fidẽ quæ demõstratur iustus anunciabit. Et rursus alibi. Super quem respiciam, inquit Dominus, nisi super mansuetum & humilem & trementem verba mea? Solent enim humiliores dæmones eiici ab hominibus fide principalibus: principales rursus dæmones fugari ab humilibus. Hæc sunt miracula sancti Pauli simplicis & humilis, aliáque plura & his maiora. Hic vocatus est simplex à tota fraternitate.

Adolescens dæmoniacus per Paulum curatur. *Pelle ouina indutus Paulus, id est, melota.* *Humilitas pellit dæmones.* *Prouer. 12.* *Esai. 66.*

VITA ABBATIS PACHON.

Sect. XXVI.

XXIX. *Pachõ an. do. 380. Niceph. lib. 11. ca. 36. Tentatio luxuriæ.*

QVidam Pachon nomine cùm peruenisset ad annum septuagesimum, sedebat in Scete. Accidit autem vt ego vexatus ab affectione fœmineæ cupiditatis, cogitationibúsque & visis nocturnis, ferrem difficiliter. Cúmque parùm abesset quin propter hanc tentationem exirem è solitudine, quòd me hæc animi perturbatio ageret vehementissimè, vicinis quidem meis rem non exposuit, sed neque meo magistro Eulogio: sed latenter veniens in solitudinem, quindecim diebus versatus sum cum patribus senescentibus in solitudine, qui erant in Scete. Inter quos incidi etiam in sanctum virum Pachonem. Cùm ergo inuenissem eum sinceriorem & magis versatur in exercitatione, ausus sum ei meum animum aperire. Dixit autem mihi ille sanctus. Ne tibi videatur res aliena. Hoc enim non tibi accidit ob delicias ociúmque & negligentiam. Nam & mores tibi ferunt testimonium, & penuria eorum quæ sunt necessaria, & quòd nulla sit hic tibi cõsuetudo cum fœminis. sed potius hoc tibi accidit ab aduersario ob studium virtutis. Est enim triplex hostis qui impellit ad fornicationem. Aliquando enim nos caro inuadit luxurians, & quæ nimis lautè & delicate est curata. Aliquando autẽ in nos insurgunt motus animi propter cogitationes. Aliquando autem ipse quoque dęmon in nos exercet tyrannidem propter inuidiam. Nam ego quoque multa obseruans, hoc inueni. Ecce me, vt vides, hominem senem: Cùm iam quadragesimum annum degam in hac cella, curam gerens meæ salutis, & ad hanc ætatem peruenerim, tentor vsque in hodiernum diem, & iuraui dicens. Iam duodecim annis postquam transegi annum quinquagesimum, nullam diem nec noctem intermisit qua me nõ inuaserit. Cùm itaque suspicatus essem Deum à me recessisse, quandoquidem tanta in me dæmon vteretur potestate, potius delegi mori absque ratione, quàm vitio affectionéque corporis me turpiter gerere. Egressúsque à cella mea, & obiens solitudinẽ, inueni speluncam hyænæ. In quã speluncã me nudum immisi toto die, vt feræ egressæ me deuorarẽt. Postquã autem fuit vespera, prout scriptum est. Sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras, & facta est nox. In ipsa transibũt omnes bestiæ syluæ. Catuli leonum rugiẽtes vt rapiãt & quærãt à Deo escã sibi. Egressæ ergo feræ in illa hora,

Tres causæ libidinosarum cogitationũ. *Desperat acriter à dæmone tentatus.* *Psal. 103.*

ra, & masculus & fœmina, me à pedibus ad caput vsque odorati sunt, circumlingentes. Cúmque expectarem fore vt deuorarer, à me recesserunt. Cùm ergo illic tota nocte iacuissem, non fui deuoratus. Existimans ergo Deum omninò mihi parsisse, surrexi. Rursus verò in cellam redij. Cùm autem se paucis diebus continuisset dæmon, me est adortus vehementius quàm antea, vt parum abfuerit quin blasphemarem. Transformatus enim cùm esset in puellam Æthiopissam, quam in mea iuuentute videram æstate spicas legentem, ea mihi visa est meis insidere genibus, méque vsque adeò commouit vt putarem me cum ea coiuisse. Furore ergo percitus impegi ei colaphum, eáque sic euanuit. Hoc autẽ mihi crede dicenti. Biennio non poteram ferre manus meæ fœtorem. Cùm ergo hac de causa pusilli & abiecti animi euasissem, & de me omnem spem abiecissem, egressus sum pererrans vastam solitudinem, & inueni paruam aspidem. Quam cùm accepissem, eam admoueo meis genitalibus, vt vel sic morsus morerer: & cùm eius caput virilibus applicassem, vt quæ mihi fuissent causa tentationis, ne sic quidem morsus sum gratiæ prouidentia. Post hæc autem audiui vocem dicentem mihi in mea cogitatione. Abi Pachon, decerta. Ideo enim permisi in te tãtam exerceri potestatem, ne tibi esset elatior & arrogantior spiritus, perinde ac ipse posses hanc superare affectionem: sed tuã agnosceres imbecillitatem, & in tuæ vitæ instituto nunquam haberes fiduciam, sed recurreres ad Dei auxilium. Sic autem admonitus & confirmatus, ad cellam sum reuersus, & deinceps sedẽs cum fiducia, & nullam belli curam gerens, reliquos dies egi in pace. Dæmon autem cùm cognouisset meam eius despicientiam, pudore deinceps affectus, ad me non accessit amplius. His verbis cum ad luctam aduersus Satanam me confirmasset, & ad bellum instruxisset, & aduersum dæmonem fornicationis me parasset ac docuisset, dimisit, iubens vt forti animo me gererem in omnibus.

Pachoni feræ obsequuntur. *Dæmon specie puellæ tentat.* *Humilitas ex tentatione.*

VITA ABBATIS STEPHANI. Sect. XXVII.

XXX. *Stephanus cũrat omnes afflictos. Soz. li. 6. Nicep. lib. 11. cap. 36.* *Stephani ægritudo.*

STephanus quidam Libs genere, sedit sexaginta annos ex transuerso Marmaricæ & Mareotæ. Is cùm fuisset summè versatus in exercitatione, & esset discernendi potestate præditus, hãc gratiam est consecutus, vt quicunque eum conueniret, à quacunque cruciaretur molestia, is molestia vacuus ab eo recederet. Fuit autem is quoque notus beato Antonio. Peruenit autem etiam ad nostra vsque tempora. Atque ego quidem cum eo nõ sum versatus propter viæ longitudinem. Sanctus autem Ammonius & Euagrius qui eum conuenerunt, narrauerunt se eũ inuenisse in talem prolapsum ægritudinem in ipsis locis testiculorum, & penis summum vlcerasse cancrum, qui φαγέδαινα dicitur. Eum, aiebãt, inuenimus dum à quodam medico curaretur, & manibus quidem operabatur, & palmæ ramos cõtexebat, & nobiscum etiam loquebatur: reliquo autẽ corpori manum adhibebat chirurgus. Erat autem Dei gratia, ea præditus patientia, vt perindè affectus videretur, ac si corpus alterius secaretur: & cum eius membra rescinderentur, non secus atque essent pili insensiles, ita mansit immutabilis: tam insigniter, & admirabiliter erat à Deo instructus. Cùm nos autem, inquit, partim angeremur, partim verò terreremur, quòd tanti viri talis vita in tantum morbum incidisset, & tales medicorum exectiones, nostras autem cogitationes sensisset beatus Stephanus: dicebat nobis. Ne ex hac re offendamini ô filij. Nihil enim quod Deus facit, ad malum vnquam facit, sed ad bonum finem. Fortasse enim membra merentur suppliciũ: & melius est ea hic dare pœnas, quam post excessum ex hoc stadio. Cùm nos ergo sic est hortatus, & verbis cõfirmauit ad tolerantiã, ædificauit ad fortiter ferendas afflictiones. Hæc autem narrauit, ne videatur nobis alienũ, quando viderimus aliquos sanctos incidisse in tales calamitates.

Patientia. Cassiod. lib. 8 cap. 1. Niceph. lib. 11. cap. 36

DE VALENTE QVI EXCIDIT. Sect. XXVIII.

XXXI. Valens. *1. Cor. 4.* *Elationis vitium.*

FVit quidam Valens, genere quidem Palæstinus, mente autem Corinthius. Corinthiis enim vitium inflationis tribuit S. Paulus. Qui cùm venisset in solitudinem, ipse quoq; plures annos habitauit nobiscum. Eò autem processit superbiæ vt deceptus sit à dæmonibus. Ex eo enim quod ipse paulatim deciperetur, fecit vt ipse de se magnificè ac præclarè sentiret, tanquam cũ eo versarentur angeli. Quodam certè die, vt narrabant, cùm operaretur in tenebris, acum dimisit qua consuebat sportam. Quam cùm ipse non inuenisset, dæmon ei fecit lampadem, & inuenit acum. Hoc nomine rursus inflatus magnificam de se induit opinionem, & vsque adeò elatus est, vt etiam contemneret ipsam sacramentorum communionem. Cùm autem Christus Dominus eius esset misertus, sic prouidit vt eius detrimentum citò fieret manifestum vniuersæ fraternitati. Accidit vt quidam venientes hospites afferrent ad fraternitatem bellaria in Ecclesiam. Porrò autẽ cùm eas accepisset sanctus Macarius presbyter noster, misit ad vnumquemque in cellam circa manipulum: inter quos etiam ad Valentem, Cùm autem accepisset Valens, eum qui attulerat contumelia affecit, & verberauit, & ei dicit. Abi & dic Macario: Non sum te deterior, vt tu ad me mittas benedictiones. Cùm cognouisset ergo sanctus Macarius eum esse seductum, accessit vno die postea ad eum exhortandum, & ei dicit: Valens, illusus es, desine. Postquam autem non audiuit eius admonitiones, recessit. Cùm ergo certò sibi persuasisset dæmon, eum eius deceptioni maximè fidem habuisse, abit, & figuram Seruatoris induit, & noctu accedit in phantasmate, mille angelis lampadas tenentibus, & rotam igneam, in qua visus est figuram exprimere Seruatoris, vnúsq; eum præcedit, & dicit. Christus dilexit tuum institutum tuámque viuendi libertatẽ & confidentiam, & venit vt te videat. Egredere ergo è cella, & nihil aliud feceris, nisi cum procul eum videris, procumbens eum adora, & ingredere in tuã cellam.

Bellaria Ecclesiæ donata. *Supr. sect. 17.* *Dæmon fallaci seruatoris specie illudit.*

Egressus ergo cùm vidisset apparatum lampadum, circiter à stadio procul Antichristum adorauit. F
Alio itaque die adeò fuit emotæ mentis, vt ingrederetur ecclesiam, & fraternitate congregata di-
Quotidiè cõmunicabant. ceret. Ego non habeo opus communione, Christum enim vidi hodiè. Tunc patres eum anno vno
vinxerunt, & in ferreos compedes coniecerunt, & curarunt, precibus, eiúsque contemptione, vitá-
que austeriore detrahentes eius persuasionem. nam, vt dicitur, sunt contrariorum contraria medi-
camenta. Necesse est autem eorum quoque qui sunt tales vitam in hoc libro inserere, ad securita-
Genes. 2. tem eorum qui insidunt. sicut etiam sanctis plantis accessit lignum paradisi, nempè cognitio boni,
& mali: vt si quando contigerit eos in aliqua re se rectè gerere, non se efferant & se iactent de virtu-
te. Nam sæpè quoque virtus efficitur occasio prolapsionis, quando non recto scopo facta fuerit.
Eccl. 7. Scriptum est enim, Vidi iustum pereuntem in sua iustificatione: id quoque est vanitas.

DE ERONE. SECT. XXIX.

XXXII. Eron. FVit quidam Ero nomine, mihi vicinus, Alexandrinus genere, vrbanus adolescẽs, bono ingenio, C
vita mundus. Qui ipse quoque post magnos labores & præclaros sudores, ab arrogantia arre-
Ne monachus seniorem afficiat contumelia. ptus & elatione, præcipitauit: & aduersus patres superbus euasit & insolens: & Macarium quoque
presbyterum affecit contumelia, dicens. Qui tuæ doctrinæ parent, decipiuntur. Non oportet enim
alios magistros attendere præter Christum. Abusus est autem testimonio quoque ad peruersum
Vox similis nostrorũ hæreticorum. scopum suæ stultitiæ, dicens: Ne vocaueritis magistrum super terram. Qui ipse quoque mentẽ adeò
habuit obtenebratam vana persuasione suæ opinionis, vt fuerit etiam ferro vinctus cùm nollet cõ-
Matth. 25. uenire ad sacramẽta. Amica autem veritas. Fuit is vitæ instituto admodum subtili & accurato, adeò
Ieiunium portentosum. Albinus. vt multi dicant, quibus cum eo intercessit cõsuetudo, quòd sæpè non nisi post tres menses come-
debat, contentus communione sacramentorum, & ſicubi ei apparuisset olus agreste. Accepi autem
ego quoque eius experientiam cum beato Albino, cum irem in Scetem. Aberat autem Scete à no-
bis quadraginta miliaria. In his quadraginta miliaribus nos bis comedimus, & ter aquam bibimus.
Ille verò cùm nihil gustasset, pedes ingrediens, pronunciauit memoriter 15. Psal. Deinde magnũ Psal. H
Eronis mira memoria. Deindè epistolam ad Hebræos: Deinde Esaiã, & partẽ Ierem. Deinde Luc. Euangelist. Deinde Pro-
uerbia. Eum autem ambulantem non poteramus consequi. Is postremò arreptus à mali dæmonis
operatione, vt qui ageretur ab igne vehementissimo, in sua quidem cella sedere non poterat: profe-
Vera Augustini sententia, nullos esse peiores quam qui à monasteriis defecerunt. ctus autem Alexandriam diuino quodam consilio, clauum clauo extrusit. Sua sponte enim incidit
in promiscuum & indifferentem rerum vsum, inuenta postea salute inuoluntaria. Accessit enim ad
theatra & equestria certamina, & versabatur in cauponis. Is autem cùm gulæ esset deditus & ebrie-
tati, incidit in cœnum fœminæ cupiditatis: & cùm peccare constituisset, cum quadam Mima con-
Hic diabolo illusus se nocte in puteũ abiecit Cassian. coll. 2. cap. 5. gressus, vlcus suum aperuit. Cùm hæc sic fierent, diuino quodam consilio enatus est ei anthrax in
glande: & tempore semestri vsque adeò ægrotauit, vt eius virilia membra computruerint, & sua spõ-
te ceciderint. Cùm postea autem conualuisset, reuersus est ad hoc vt ea sentiret quæ Dei sunt, & ve-
nit in solitudinem, hæc omnia confitens patribus, & cùm non peruenisset ad operationem, paucis
post diebus obdormiit.

DE PTOLEMÆO QVI EXCIDIT SECT. XXX.

XXXIII. Climax locus in sceti. ALius quidam rusus nomine Ptolemæus, cum narratu difficilem, vel potius quæ narrari non
potest vitam trãsegisset, habitauit enim vltra Scetem in ea quæ dicitur κλίμαξ, id est scalæ. Est
autem locus, pui sic dicitur, in quo nemo potest habitare, propterea quod puteus fratrum distet de-
cem & octo miliaribus. Cùm is ergo multa vasa fictilia portasset, & Decembri & Ianuario mense ro-
rem collegisset, est enim permultum roris in illis partibus, & spongia ex lapidibus expressisset, per-
Ptolemæi Hæresis, quod casu fiant omnia. stitit illic habitans annos quindecim. Qui abalienatus à doctrina & congressione virorum sancto-
rum, & vtilitate, & continua sacramentorum communione, à recta via vsque adeò recessit, vt quod
nonnulli dicunt impij casu omnia fieri, is quoque infelix id fateretur, dæmone erroris deinceps in
cum obtinente imperium. Hic enim inimicus vano huic homini suggessit, vt diceret res nullam ha-
bere essentiam: sed omninò esse omnia ex eo quod mundus ferretur sua sponte. In huius ergo ani-
mam hæc immisit omnium vitæ hostis, dicendo. Cum res ita se habeant, quid frustrà teipsum foris K
Negatur prouidentia dæmone suggerente. domas? Quídnam te adiuuabit Ptolemæe, si non sit renumeratio? Quænam autem tibi sufficeret
merces tot & tantorum laborum, etiamsi esset qui redderet? Quódnam autem est iudicium quod
minantur scripturæ, si nulla sit prouidentia? His Satanicis circumseptus cogitationibus miserrimus
Ptolemæus, dicitur esse emotæ mentis, & hucusque errare in Ægypto, & seipsum dedidisse gulæ,
& ebrietati, cum nemine conuersans, sed mutus forũ obiẽs, miserabile & lachrymabile spectaculum
Qui stat, videat ne cadat Christianorũ oculis, ludibriũ autem iis qui vitã nostrã nesciunt. Hæc autẽ calamitas immedicabilis
miserum inuasit Ptolemæum, ex rationis experte sui persuasione, quòd à seductore dæmone illu-
sus, existimaret se habere cognitionem super omnes Sanctos Patres. Per quam inflatus, suiipsius
hostis, preceps datus est in profundum interitus. cùm nullum vnquam conuenisset ex Sanctis Pa-
tribus qui sapienter gubernauerant, nec eorum fuerit fundatus spiritali doctrina, sed inuẽtus absq;
gubernato-

A gubernatore, in extremum mortis profundum cecidit, & sicut arbor viridibus foliis comata, & fru-
ctibus ornata, quæ vno temporis momento omnibus simul est nudata, reddita est arida. Nam vt *Prouer. 11.*
scriptum est, Quibus non est gubernatio, ij cadunt vt folia. ,,
,,

DE VIRGINE LAPSA. SECT. XXXI.

NOui rursus quandam virginem Hierosolymis quæ saccũ gestauit sexennio, & fuit inclusa: nec *XXXIIII. Austeritas sine charitate periculosa.*
aliquid accepit ex iis quæ tendunt ad voluptatem, sed summã continẽtiam exercuit inter fœ-
minas. Postea autem à diuino deserta auxilio propter summã superbiam lapsa est, & aperta fenestra
admisit eum qui ei inseruiebat, & cũ eo fuit cõmixta: eo quòd nõ diuino proposito, & ex charitate se
exercuerat, sed vt humanæ scenæ seruiret, quod quidẽ est vanæ gloriæ & praui instituti. Nam cùm
eius cogitationes occupatæ essent in damnãdis aliis, incitaretur autem furore à dæmone superbiæ,
eóque valdè delectaretur: ab ea recessit sanctus angelus custos temperãtiæ. Ideò autem scripsimus,
B ô virorum fidelissime, & vitam eorum qui se rectè & ex virtute gesserunt, & eorum qui post multos
labores per ocium & socordiam à summo & perfectissimo vitæ instituto exciderũt, capti à diabolo
omne genus laqueis: vt vnusquisque ex suæ vitæ instituto intelligens occulta retia hostis bonorum *Dæmonum laquei.*
fugiat eius laqueos. Cùm sint ergo multi, iique magni viri & mulieres, qui ab initio se rectè gesserũt
in honesto instituto exercitationis, tandem autem fuerunt euersi radicitus ab omnium hominum
aduersario: ex multis facta mentione paucorum, plurimos præteribo silentio: vt qui neque ipsos eri-
gam, neque mihi prosim, dum in iis multum immoror, & eximios Christi athletas negligo, nõ nar-
rans virtutes diuinæ eorum exercitationis.

VITA ABBATIS ELIÆ. SECT. XXXII.

XXXV. Elias abbas. ELias quidem optimus exercitator, fuit virginum amantissimus, curã gerẽs partis imbecillioris,
Sunt enim tales animæ, quibus fert finis testimoniũ, quòd id faciant ex virtute. Is cum misertus
C esset ordinis fœminarum quæ se exercent, haberet autem facultates in Athlebe ciuitate, ædificauit
magnum monasterium: & illic congregauit omnes quæ errabant virgines, consequenter eorum in
omnibus curam gerẽs: suppeditans eis omnia quæ ad vsum pertinẽt necessarium, hortos, & earum
Monasterium Virginum. oracula, & vt semel dicam, omnia quæ postulat vita exercitationis. Eæ autem ex diuersis vitæ insti-
tutis & priuata deductæ consuetudine, inter se depugnabant assiduè. Cùm ergo oporteret hunc san-
ctum & eas audire, & efficere vt pacem inter se seruarent: collegerat enim ad trecentas: & necesse ei
Elias rector 300. virginũ tentatur voluptate. fuerat esse earum intercessor biennio, licet ætate iuueni. erat enim circiter triginta aut quadraginta
annos natus: is tentatus fuit à voluptate. A monasterio autem recedens ieiunus, errauerat per solitu-
dinem duos dies, hoc rogans, & dicens. Aut occide me, ne ipsas videam afflictus, aut meam aufer
affectionem; vt earum curam geram vt postulat ratio. Cùm fuisset ergo vespera, cum somnus op-
Tres angeli. pressit in solitudine. Venientes autem ad eum tres angeli vt ipse mihi narrauit, eum retinentes, ei
dicunt: Cur exiisti ex monasterio fœminarum? Rem itaque eis narrauit, dicens. Timui ne & illas læ-
derem & meipsam. Dicunt ei angeli: Si te ergo liberauerimus ab hac affectione, redibis, & earum
D curam geres? His assensus est. Ab eo autem iusiurãdum exigunt, narrabat autem iusurandũ. Iura no-
bis tale iusiurandum. Per eum qui mei curam gerit, earum curam geram. Hoc eis iurauit. Tunc an-
geli eum tenuerunt: vnus manus: & alter pedes: tertius autem accepta nouacula, excidit eius testicu-
Angeli castrãt Elyãs vt Petrus & Paulus Methodium Cõstãtinop. quod se carnis contumeliã sentire quereretur. Cassinian. los tanquam in ecstasi, non verè sed quadam visione. Visus est ergo in illa ecstasi veluti excisus fuisse,
& curatus. Post hoc interrogant ipsum angeli dicẽtes. Sẽsisti vtilitatem aliquam? Eis dicit ille: Valdè
magnam accepi vtilitatem, valdè enim leuatus sum, & persuasum habeo me esse liberatum à labore,
& affectione. Tunc angeli ei dicunt. Abi ergo ad tuum monasterium. Reuersus est autem post quin-
que dies, eum lugente toto monasterio, quandoquidẽ cùm esset propè, eas corrigebat assiduè quã-
tum in illo erat. Cùm autem postea vixisset alios quadraginta annos; affirmabat patribus, quòd ab
eo tempore non ascenderat in cor eius affectio cupiditatis fœminæ. Hæc est gratia sancti viri Eliæ,
& hæc exercitatio, & quemadmodum curam gessit monasterij virginum.

E VITA ABBATIS DOROTHEI. SECT. XXXIII.

XXXVI. Dorotheus inclusus, rector tamen virginum. CVi successit Dorotheus vir probatissimus, qui in bona vita, & quę in agẽdo versatur, consenuit.
Qui cùm non posset quidem sic curam gerere monasterij vt hic beatus, neque mansisset in illa
cella: in ipso monasterio in superiori cœnaculo seipsum inclusit: & fecit fenestram quæ spectabat ad
monasterium fœminarum; quam claudebat & aperiebat. Perpetuò ergo assidebat fenestræ, procu-
rans vt inter eas pugnæ cessarent. Sícque in superiori cœnaculo consenuit; neque sursum ascenden-
tibus fœminis, neque illo potente descendere: Non enim stabant scalæ.

DE AMMA PIAMVN. SECT. XXXIIII.

XXXVII. Piamun donatur gratia prophetiæ. FVit quædam virgo Piamun, quæ annos vitæ suæ vixit cum matre propria, sola cum sola vespere

comedens,& linum nens. Hæc digna est gratia prædictionis futurorum inter homines. Accidit ali quandò in Ægypto cùm Nilus ascenderet, vt vicus vicum inuaderet. Pugnant enim pro aquarum diuisione, adeò vt sequantur cædes & sauciationes. Potētior ergo vicus eius vicum inuasit, & venit virorum multitudo cum lanceis & clauis, vt eius vicum excinderet. Adstitit autem ei angelus reuelans eorum inuasionem: & accersitis vici presbyteris, eis dicit: Exite, & ex hoc vico occurrite eis qui veniunt contra vos, ne vos quoque vnà cum vico pereatis, & rogate eos vt desistant à pugna. Territi autem presbyteri ei ad pedes procumbunt, eam rogantes & dicentes: Nos non audemus eis ire obuiam, Scimus enim eorum temulentiam & petulantiam. Sed si facis misericordiam & in totum vicum & in domum tuam, ipsa eis egredere obuiam. Illa autem cùm non assensa esset, veniens in suā domunculam, stetit tota nocte orans & genuflectens, Deúmque rogans, dicendo. Domine qui iudicas terram, cui nihil placet quod est iniustum. Cùm hæc ad te venerit oratio, virtus tua eos sistat immobiles tanquam columnam, vbicunque eos deprehēderit. Ij autem circa horam primam, à tribus miliaribus, in loco fixi tanquam columna, labefactari non poterant. Illis quoque reuelatum est quòd illius intercessionibus factum est eis impedimentum. Iique ad vicum mittentes pacem petierunt, dicentes. Agite Deo gratias, & precibus Piamum quæ nos impedierunt.

Oratio irruētes sistit vt lapis immobiles.

VITA ABBATIS PACHOMII, ET EORVM QVI cum ipso erant. SECT. XXXV.

XXXVIII. Pachomius abbas ab Angelo constituitur de quo plura Niceph. lib. 9. cap. 14. Sozom. lib. 3. cap. 13. Cassian. lib. 5. inst. & col. 2.

TAbennesis est locus qui sic vocatur in Thebaïde, in quo fuit Pachomius Monachus, vir ex iis qui vixerunt in summo & perfecto vitæ instituto: adeò vt is fuerit dignatus & futurorum prædictionibus & angelicis visionibus. Is fuit valdè amans pauperum, & magna charitate in homines. Eo ergo sedente in hac spelunca, visus est ei angelus Domini, qui ei dicit, Pachomi, ea quidem quæ ad te pertinent rectè & ex virtute gessisti: Superuacaneè ergo sedes in hoc loco. Agê ergo, egredere, & congrega omnes iuniores monachos, & habita cum eis, & sequens formā quam dabo tibi, eis leges constitue. Eique dedit tabulam æneam, in qua hæc scripta fuerant. Concede vnicuique vt comedat, & bibat pro viribus comedentium, eis quoque manda opera quæ proportione conueniant ac respondeant, & neque ieiunare prohibe nec comedere. Sic quidem fortibus fortia manda opera, imbecilla autem & leuia iis qui se magis exercent, & sunt imbecilliores. Fac autem diuersas cellas in eadem aula, & tres in cella maneant. Ab omnibus autem cibus in vna domo capiatur. Dormiant autem, non recumbentes, sed extructis sibi sedibus paulo supinioribus, & illic suis impositis stragulis dormiant sedentes. Noctu autē gestent lebitones lineos, succincti. Habeat vnusquisq; ex his pellem ouillam albam laboratam. Absque ea neque comedāt, neque dormiant. Ingredientes autem ad Christi communionem, sabbato & dominica zonas soluant: & pellem ouillam deponāt, & cum sola cuculla ingrediantur. Fecit autem eis cucullas molles tanquam pueris: in quibus etiam iussit imponi figuram crucis purpureæ. Iussit autem esse viginti quatuor ordines fratrū, ex numero viginti quatuor literarum. præcepítque vnicuique ordini imponere nomen elementum Græcum. ab A. B. & quæ deinceps sequuntur, vsque ad Ω. vt dum interrogat Archimandrita de aliquo in tanta multitudine, sciscitetur eum qui est ab eo secundus, quomodo se habet ordo A, aut quomodo se habet ordo B. Rursus saluta R. sequendo quoddam proprium nomen literarum: & simplicioribus quidem & sincerioribus impones nomen. I.[1] difficilioribus autem Ξ. & sic conuenienter institutis eorum & vitæ & moribus, vnicuique ordini elementum literæ accommodabis, Solis spiritalibus intelligentibus ea quæ significātur. Scriptum autem erat in tabula: Si venerit hospes alterius monasterij quod habet aliam formam, cum eis nec comedat nec bibat, & nec ingrediatur in monasterium, nisi fuerit inuentus in via. Porrò eum qui semel ingreditur, nec potest cum eis ad triennium sustinere certamen, non admittes. Sed cùm opera fecerit difficiliora, sic prodeat in stadium post triennium. Comedentes autem velent capita cucullis: ne frater fratem videat mandentem. Comedenti non licet loqui, nec extra quadram & mensam vsquam aliò oculos conuertere. Constituit autem vt per totum diem facerent duodecim orationes, & in nocturnis vigiliis duodecim, & in matutino duodecim, & hora nona tres. Quando autem videretur comedendum esse multitudini, constituit vt vnusquisque ordo in vnaquaque oratione psalmum prius caneret. Cùm autem magnus Pachomius contra angelum diceret, esse paucas orationes, ei dicit angelus. Has constitui, vt parui quoque possint procedere ad perficiēdam regulam, nec eis sit molestum. Qui autem sunt perfecti, non opus habent vt leges eis ferantur. Nam cùm per se sunt in cellis, totam suam vitam attribuunt contemplationi. His autem legem tuli, qui mentem minimè habent intelligentem, vt sicut serui contumaces, metu Domini totum vitæ institutum implentes, securè, & liberè degant. Cùm hæc ordinasset angelus, & implesset ministerium, recessit à magno Pachomio. Sunt autem hæc monasteria quæ formam hanc obtinuerūt, habentia virorum circiter septem milia. Est autem primum & magnum monasterium, in quo ipse habitat beatus Pachomius, quod alia peperit monasteria, cōtinens numerum circiter mille quadringentorum virorum.

Regula monastica diuinitus data. Niceph. ibid.

Perceptio Eucharistiæ.

Quid significet monachorum habitus. Cassianus lib. 1. de hab. monachi. Nicep. lib. 9. cap. 14.

1 Huius loci explicationem petes ex. 14. c. 9. hist. Nice.

Hospites monasteriorum.

Orationes.

Regulæ imbecillioribus quoque esse accōmodata.

7000. monachorū Nicep. lib. 9. cap. 14.

Vita

VITA ABBATIS APHTONII. SECT. XXXVI.

INter quos est etiam seruus Dei qui vocatur Aphtonius, qui est mihi germanus ac sincerus amicus, qui nunc obtinet secundum locum in illo monasterio: Quem vt qui sit potens in Christo firmúlque ac stabilis, nec facilè offendi possit, mittunt ad suos vsus Alexandriā, vt vendat quidem eorum opera, emat autē quę sunt eis necessaria. Sunt autem alia quoq; monasteria quæ constant ex ducētis & trecentis animabus. Atq; in Spaniam quidem ingressus sum ciuitatem, in qua monasterium constat ex viris trecentis. Exercent autem omnem artem, & ex iis quæ supersunt, ædificāt etiam mulierum monasteria, & custodias. Manè ergo surgentes ij quibus sua vice hoc munus obtingit, alij quidem sunt occupati in culina: alij verò versantur in mensis parandis, mensæ imponētes panes & olera agrestia, oliuas, caseos, & comminuta olera. Atque ingrediuntur quidem qui minus sunt robusti, hora sexta, & comedunt, vt qui sint imbecilliores: Alij nona: Alij serò vespere: Alij post biduum: Alij post triduum: Alij post quatriduum: Alij post quinque dies, adeò vt vnumquodque elementum horam propriam significet. Sic autem erant eorum quoque opera: Alius quidem laborat in agro colendo, Alius in horto, Alius in pistrino, Alius in æris officina, Alius in fabricādo, Alius in cōsuendis calceis, Alius in pulchrè scribendo, Alius contexebat magnas sportas, Alius canistros & sportulas. Memoriter autem omnes expromunt scripturas. Horum est mulierū quoque monasterium circiter quadringentarum, quod habet eandem viuendi formam & idem institutum, præter pellem ouilē: Et sunt quidem mulieres trans fluuium Nilum, Viri autem ex aduerso earum. Si virgo autem obierit, reliquæ virgines cum eam ad sepulturam concinnauerint, efferunt, & eam ponunt ad ripam fluuij. Traiicientes autem fratres cum palmis & ramis oliuæ & psalmodia, eam transmittunt, & in suis monimentis sepeliunt. Præter presbyterum autem, & diaconum nullus transit ad monasterium fœminarum: idque die dominico.

XXXIX. Aphtonius.

Monachorum Pachomij labores: operantem enim monachum dæmone vno pulsari, otiosum verò innumeris dicit Cassian. lib. de sp. acced. cap. 23.

Monachi memoriter tenēbāt scripturas.

Sepultura virginum monialium.

DE VIRGINE DE QVA FVERAT DICTVM falsum testimonium. SECT. XXXVII.

IN hoc monasterio fœminarum hæc res accidit. Sutor secularis cùm traiecisset per ignorantiam, quærebat opus. Egressa autem vna iunior quàm eius postularet ratio, est enim locus desertus, inuita eum conuenit, deditque ei responsum. Nos habemus nostros sutores. Alia autem quæ eius viderat colloquium, cùm processu temporis inter eas exorta esset contentio, ex diaboli suggestione, præ summa malitia & animi excandescentia, eam calumniata est apud fraternitatem propter id colloquium. Cum qua concurrerunt paucæ quæ non adeò magna ferebantur malitia. Illa autem dolore confecta, vt quæ talem subiisset calumniam, quæ ne in eius quidem mētem venerat, nec rem potuisset tolerare, se clam iecit in fluuium, & sic obiit. Cùm autem id sensisset ea quæ ipsam fuerat calumniata, & vidisset se malitiosè eam fuisse calumniatam, & fraternitati tantum attulisset dolorem, ipsa quoque se clam suffocauit, cùm factum ægrè ferret. Cùm autem venisset presbyter, reliquæ virgines ei rem renunciauerunt. Iussit itaque pro nulla harum fieri oblationem. Eas autem quæ non pacem agebant, vt quæ consciæ erant illius quæ fuerat calumniata, & quæ dicta sunt crediderant, septennium segregauit, eas excommunicans. In hoc monasterio fuit alia virgo quæ propter Christum simulabat stultitiam, & se emotæ esse mētis præ se ferēs, præter hæc virtutem optimè exercuit, se in ea præclarè gerens, seque reddens abiectam, & humilem. Hanc vsque adeò reliquæ sunt aspernatæ, vt nec cum ea quidem vescerentur, id illa excipiente cum lætitia. Discurrēs itaque in culinam, exhibebat aliis omne genus ministerij, adeò vt nec horam quidem vnam intermitteret, sed tanquam ancilla seruiret. erátque hæc beata, vt dicitur, spongia monasterij, re vera implēs id quod scriptum est in Euangelio. Qui vult inter vos esse magnus, sit omnium seruus, & omnium minister. Et rursus alibi. Si quis videtur esse inter vos sapiens in hoc sæculo, sit stultus vt fiat sapiens. Atque aliarum quidem virginum erat eiusmodi habitus, vt essent tonsæ, & haberēt cucullos in capite. Ipsa verò panno caput obuoluta, obibat earum omnium ministerium. Eam nulla ex trecētis vidit mandētem omnibus annis vitæ suæ. In mensa nunquam sedit, neque vnquam fragmētum panis comedit: sed micarum mensas spongia colligens, & ollas lauans, his erat contenta. Neque verò ea vnquā induit calceos, neque aliquem affecit contumelia, non murmurauit, non paruum vel magnum quid est locuta, etsi cōtumelia afficeretur & pugnis tunderetur, & maledictis appeteretur, & plurimi eam abominarentur.

XL.

Calumnia claustralis.

Missa non celebratur pro desperatis Cassian. col. 2. c. 5.

Matth. 23. Marc. 10. 1. Cor. 3.

Virgines tonsæ & cucullatæ.

Tolerantia virginis.

DE SANCTO PITIRVM. SECT. XXXVIII.

DE hac sancta, sancto Pitirum Anachoretæ, qui sedebat in Porphyrite, viro probatissimo in virtute exercitationis, adstitit reuelans angelus, qui ei dixit. Cur tibi places & te magnificè circūspicis ob ea quæ à te rectè & ex virtute gerūtur, vt qui sis pius & religiosus, & sedeas in hoc loco? Vis videre mulierē te magis piam ac religiosam? Abi in monasteriū fœminarū Tabennesiotarum, & inuenies illic vnā quæ habet diadema in capite: ea est te melior, quæ cū tanta turba decertās, & omnibus indiscriminatim seruiens, cor nunquam abduxit à Deo, etsi ab omnibus superbè contemnatur.

XLII.

Tu autem etiamsi hic sedeas, per vrbes tamen vagaris cogitatione, qui orbem habitabilem nunquã F
calcasti pedibus. Surgens autem magnus Pitirum, venit vsque ad monasterium Tabennesiotarum:
& rogat magistros vt liceat ei transire vsque ad monasterium fœminarum. Vt qui esset ergo inter
patres magnæ existimationis, & cõsenuisset in exercitatione, bono ac fidenti animo transmisso flu-
uio eum intrò duxerunt. Cùm autem orasset, petiit magnus Pitirum vt virgines omnes coràm ex
S. Pitirum adit virginũ monasterium. facie videret. Cùm omnes ergo in medium accessissent, illa non apparuit. Tandem dicit eis sanctus
Pitirum: Cunctas ad me adducite. Cùm autem dicerent, Adsumus omnes, dicit ei, Deest vna quam
ostendit mihi angelus: eæ verò dicunt. Vnam habemus Salem, quæ est in culina: Sic enim vocant il-
lic eas quæ non sunt sanæ mentis. Dicit ei magnus. Illam quoque adducite, finite vt eam videã. Iue-
runt itaque ad eam vocandam. Illa verò nequaquam obediit, vt quæ rem sentiret. Nam fortè ipsi
quoque fuerat reuelatum. Eam ergo vi trahunt, ipsi dicentes: Sanctus Pitirum vult te videre (erat
Amma virgo à sororibus pro insana habita omnibus erat sanctior. enim is magni nominis). Ea ergo adducta, vidit magnus eius faciem, & pannum in capite & fronte
eius, & cadens ad pedes eius, dicit ei: Benedic anima. Cadens autem ad pedes eius ipsa quoque di-
cebat: Tu mihi benedic Domine mi. Cùm hoc autem cunctæ vidissent, obstupuerunt, & ei dixerũt. C
Ne tibi fiat probrum ac vituperium: est enim fale, eis dicit sanctus Pitirum: Vos estis sale. Hęc enim
& me, & vobis est melior: est Amma (sic enim vocant matres spirituales) & quæso vt ea dignus inue-
niar in hora iudicij. Eæ autem cùm audiissent, ceciderunt ad pedes eius flentes, & confitentes om-
nes quòd beatam diuersis modis afficerent contumelia: alia quidem, dicens: Ego hanc semper sub-
Non de facie indicandum. sannabam. alia, Ego eius humilem habitum irridebam. & alia, Ego eam tacentem afficiebam con-
tumelia. & rursus alia, Ego quadræ eluuiem sæpe in eam effudi. alia, Ego ei plagas infixi. alia rursus,
Ego ea sum quæ ei pugnos incussi. alia rursus, Ego sinapio eius nares aspersi. & vt semel dicam signifi-
cabant omnes se eam variis affecisse contumeliis. Cùm harum ergo cõfessionem accepisset sanctus
Pitirum, & pro eis simul cum ipsa orasset, & diu esset consolatus venerandam Christi seruã, sic exiit.
Paucis autem post diebus cùm ab omnibus valdè honoraretur, & ab omnibus obseruaretur, non fe-
rens beata gloriam & honorem quo afficiebatur ab omni fraternitate, & excusationes onus esse ar-
bitrãs, clam exiit ex monasterio: & quónam iuerit, aut quem locum subierit, aut vbi obierit, nemo
cognouit in hodiernum diem. H

XLIII. DE ABBATE IOANNE VRBIS LYCO. SECT. XXXIX.

Ioannes Lycus floruit an. Do. 374. fabrilia primo tractauit. FVit quidam Ioannes in vrbe Lyco, qui à puero quidem didicit artem fabrilem, cui fuit frater tin-
ctor. Postea autem cùm esset circiter vigintiquinque annos natus: & cùm quinque annos versa-
tus esset in monasterio, secessit solus in montem Lyco, & in cacumine montis factis sibi tribus tho-
lis, ingressus, seipsum inædificauit. Atque erat quidẽ vnus tholus ad vsus carnis: vnus autem vbi ope
rabatur: alius verò vbi orabat. Is cùm cõplesset triginta annos, inclusus, & ab eo qui ei ministrabat,
per fenestram accipiens quæ erant ad vsum necessaria, dignus est habitus gratia futurorum prædi-
Ioannes donatur gratia prophetiæ. Cassiodor. li. 8. ca. 1. Niceph. lib. 11. c. 34. Cassian. id eius tribuit obedientiæ l. 4. Inst. cap. 23. Theodos. Imp. euentum belli prædicit. Postea sect. 42 ctionis. quem donum habere prophetiæ planum factum est ex operibus. Etenim cuncta quæ à Deo
in mundum veniebant, in primis pio imperatori Theodosio prius significauit: & quæ rursus euen-
tura erant prius annunciauit, nempè & tyrannorum in eum insurrectionem, & rursus velocem co-
rum interitum, & quæ in eum irruebant gentium deletionem. adeò vt cùm quidam dux exercitus,
ad eum venisset sciscitatum, an Æthiopes qui sunt in Syene esset superaturus, quæ quidem est prin-
cipium Thebaïdis: ij autem tunc irruperant, & eorum finitimam regionem vastauerant: ei autem I
dixit Ioannes, Si ascenderis, eos comprehendes, vinces, & subiunges, & clarus eris apud impera-
tores, id etiam factum est: & quæ acciderunt, cõfirmarunt eius prædictionem. Dicebat autem Chri-
stianissimum imperatorem esse morte sua moriturum. Habuit autem hic vir admirabilem quoque,
& quæ modum superabat, prophetiam, vt audiuimus ex patribus qui ad eum ventitabant, quorum
uita fuit probata apud omnes qui illic erant. Quod autem de eo nihil narrarint ad gratiam, sed mi-
nus quàm mereretur, hinc facilè sciri potest. Nam cùm ad eum venisset quidã tribunus, & supplex
peteret vt permitteret vxorem suam ad eum venire, quæ multa passa fuerat, & volebat eum vi-
Mulierem videre recusauit Ioann. dere, ventura Sychem, vt pro ipsa prius oraret, & eam data benedictione dimitteret. Is autẽ qui
iam quadraginta annis non viderat mulierẽ in spelũca, cùm esset nonagenarius, & nec ipse vnquam
esset egressus, nec sibi permitteret videre mulierem, recusabat videre eius vxorem. Sed nec vir vllus
ad eum vnquã est ingressus, Solum enim benedicebat per fenestrã, & salutabat eos qui accedebant,
cum vnoquoque differens de eo quod volebat. Cùm ergo instaret tribunus, rogans an iuberet suã K
venire coniugẽ, degebat enim in solitudine quinto abvrbe lapide, is autem non annuisset, dicens id
non posse fieri, tristẽ dimisit hominẽ. Vxor autẽ nõ cessabat die & nocte marito exhibere molestiã,
Videtur Ioannes in somnis ab vxore tribuni. & iureiurando affirmare se nusquã abituram nisi videret prophetã. Postquã autẽ beato Ioanne à ma-
rito renunciatũ est iusiurandũ vxoris, eius fide intellecta, dicit ad ipsum. Hac nocte ab ea videbor in
somnis: nec amplius pergat in carne videre meã faciẽ. Vxori autẽ renunciauit maritus ea quæ pater
dixerat. Videbat autem mulier in somnis prophetam ad ipsam venientem. Cui dicit, Quid tibi mecũ
rei est mulier? Quid meã cupiisti videre faciẽ? Num sum ego propheta, aut iusti locũ obtineo? Homo
sũ peccator, & similiter atq; vos patibilis: orauí tamẽ pro te & domo mariti tui, vt fiat vobis secũdũ
fidẽ vestrã: Ite ergo in pace. Et cùm hæc dixisset, recessit. Cùm autẽ excitata fuisset mulier, renuncia-
uit marito verba prophetæ: & narrauit figuram & habitum, & per maritum ei misit agendas gratias.

Cùm

A Cùm eum autem vidisset beatus Ioannes, occupans ei dixit, Ecce impleui quod postulaueras: Eam
enim videns, monui ne me videret amplius, Sed ite in pace. Alterius autem præpositi vxor absen-
prædicit præposito absentis vxoris periculum. te marito ferebat vterum. Cùm autem peperisset, eo ipso die quo eius maritus conuenit patrem
Ioannem, animi deliquio venit in periculum. Ei autem sanctus annunciauit, dicẽs, Si vidisses donũ
Dei, & quòd tibi natus sit hodie filius, Deum glorificasses, sed mater eius propemodum venit in pe-
riculum, cùm veneris igitur, inuenies infantem septem dies natum, Ei impone nomen Ioannes:
Designatur monachus infans nondum natus. cúmque eum rectè educaueris, & ad annum septimum venerit, mitte eum ad monachos qui sunt in
solitudine. Et hæc quidem ostendebat miracula iis qui veniebant ab exteris. Suis autem ciuibus
propter suum vsum assiduè ad ipsum venientibus, & præsciebat & prædicebat futura: & quæ ab vno-
quoque occultè facta fuerant, & de Nilo, & de futura anni fertilitate eis significabat. Similiter autẽ
Dei quoque minas ad eos venientes prius annunciabat, & eius auctores arguebat. Atque ipse qui-
dem beatus Ioannes non peragebat apertè curationes. Dans autem oleum curauit multos ex iis *Oleo Ioannes curabat.*
qui laborabant. Senatorij enim cuiusdam viri vxor, quæ oculos amiserat, & habebat pupillas obdu-
B ctas albugine rogauit maritum suum vt ad ipsum deduceretur. Cùm is autem diceret eum nunquã
conuenisse mulierem, ea autem rogaret vt ipsi solum significaretur, & pro ipsa id efficeret, ille sic fe-
cit, & misit oleum. Cùm tres autem dies solùm inunxisset oculos, respexit, & Deo apertè egit gra-
tias. Et quid opus est dicere de aliis eius operibus quæ ipsis oculis accepimus? Eramus enim septem
fratres in solitudine Netriæ, ego & beatus Euagrius, & Albinius, & Ammonius. Quærebamus autẽ
scire accuratè quænam esset huius viri virtus. Dixit autem magnus Euagrius, lubenter scirem ab
aliquo qui norit examinare & mentem & orationem, cuiúsnam modi sit vir. Si enim ego eum non
potuero videre, eius autem vitæ institutum accuratè audire potuero alio narrante, discam, vt eum
conueniam. Quod si non didicero, non ibo vsque ad montem. Cùm hoc autem adiissem, & nemi-
ni quidquam dixissem, quieui vnum diem, alio autem occlusi cellam: & cùm me & ipsam Deo com-
mendassem, profectus sum vsque ad Thebaidẽ. Cùm eò autem decem & octo dierum spacio peruc-
nissem, partim quidem pedibus, partim verò nauigando in flumine, erat autem tempus ascensus, in
quo multi ægrotabãt; quod mihi quoq; accidit. Cùm venissem autẽ, inueni clausum eius vestibulũ.
C Fratres enim posterius ædificarunt maximum vestibulum, quod capiebat viros circiter centum.
Quod claue claudentes, aperiebãt sabbato & dominica. Cùm ergo didicissem causam propter quã
erat clausum, silentium egi vsque ad sabbatum. Et cùm venissem hora secunda, in congressione eum
inueni assidentem in fenestra, per quã videbatur cõsolari eos qui accedebant. Cùm me autem salu-
tasset, dixit per interpretem, Cuiúsnam es, & cur venisti? cõicio enim te esse ex conuentu Euagrij.
Dixi autẽ me esse hospitem ex Galatia, & confessus sum me esse ex sodalitate Euagrij. Interim autem
dum loqueremur, ingressus est Præses regionis, Alypius nomine. Ad quem accurrẽs, desiit mecũ col- *Ne in sapientem murmuret quis, quasi contemptus.*
loqui. Cùm ergo parùm secessissem, dedi eis locum eminùs. Cùm essent autẽ collocuti diutius, tri
stitia sum affectus, & murmuraui aduersus venerabilem senem, quòd me quidem contempsisset, illũ
autẽ honorasset; & ob id animo conturbatus, in animo habebã eo contempto recedere. Vocato autẽ
interprete Theodoro nomine, dicit ei, Vade, dic illi fratri vt æquo animo ferat. Iam dimitto præsi-
dem, & eum alloquar. Visum est ergo mihi toleranter ferre, vt qui animaduertissem eum esse spiri-
talem: Cùm exiisset autẽ præses, me accersito dicit mihi. Cur cõtra me fuisti indignatus? Quid inue-
D nisti quod te iure offenderet, quòd illa animo reputasti quæ neq; mihi adsunt, neque te decent? An
nescis scriptũ esse. Non opus habent sani medico, sed malè habentes: Te, quando volo, inuenio, & *" Matth. 9.*
tu me, & si te non fuero consolatus, alij te consolantur fratres & alij patres. Hic autem qui per mũda- *" Mar. 10.*
na negocia erat deditus diabolo, & cùm breui tẽporis spacio respirasset, vt seruus qui aufugit à Do- *Luc. 5.*
mino, accessit vt aliquam caperet vtilitatem. Absurdũ ergo fuisset vt eo relicto tecũ versarer, cùm tu *Quibuscum maximè colloquendum.*
assiduè vaces saluti. Cùm eum ergo rogassem vt pro me oraret, exploratum habui eum esse virũ spi-
ritalem. Tunc vrbanè mecum iocans, cùm sinistram maxillam mihi sensim pulsasset, dicit. Multæ te
manẽt afflictiones: & grauia bella passus es vt exires è solitudine, timoréque affectus es, & distulisti:
pios autẽ prætextus & rationi cõsentaneos afferens dæmõ te suscitat. Tibi enim suggessit & patris tui
desiderium, & fratris tui & sororis tuæ in vita monastica institutionem. Ecce ergo bonum tibi affero
nunciũ: Ambo salui sunt, mundo enim renũciarunt, & pater tuus est adhuc victurus septem annos.
Esto ergo forti & cõstanti animo in solitudiné, nec eorũ causa velis abire in patriã. Scriptũ est enim, *" Luc. 9.*
E Nemo qui manũ admouit aratro & est cõuersus, est aptus regno cœlorũ. Ex his ergo verbis adiutus *"*
& satis roboratus, Deo egi gratias, cum intellexi eos qui me agebãt prætextus esse peractos. Deinde *Culinariũ episcopus.*
rursus mihi dicit vrbanè mecum iocans; Vis fieri episcopus? Dixi autẽ, Nequaquã. Sum enim. Is autẽ
mihi dicit, Vbi? Dixi ego, In coquinis, in penu, in mẽsis, in doliis: Ea diligenter inspicio, etsi vinum
acuerit, id segrego, bonum autem bibo. Similiter ollã quoque diligenter inspicio, etsi sal defuerit vel
condimenti aliud, eam condio, & sic eam comedo. Hic est meus episcopatus, mea, inquã, inspectio,
me enim ad eum delegit gula. Is verò dixit subridẽs, Mitte ridicula: Futurum est vt eligaris episco-
pus, & multũ labores, & affligaris. Si ergo fugis afflictiones, ne exeas è solitudine. In solitudine enim
nemo te potest ordinare episcopum. Ego autẽ eius verborum sum oblitus. Tribus enim post annis
& splene & stomacho laboraui. Illinc autẽ à fratribus missus sum Alexandriã, timens ne fierẽ hydro *Palæstina aëris est optimi.*
picus. Ab Alexandria autem consuluerunt medici vt aëris gratia irem in Palæstinam. habet enim,

quod ad meam attinet temperaturam, subtilem aërem: A Palæstina autem veni in Bithyniam, & in F
ea nescio quomodo an humano studio, an potentiori voluntate, Deus scit, dignus habitus sum ordinatione, quæ meas vires superat, in eum casum incidens quem Ioannes prædixerat: Et vndecim mensibus latens in cella tenebrosa, recordatus sum illius beati qui mihi prædixit ea quæ passus sum. Porrò autē hoc quoq; mihi narrabat, tanquā profuturus ad hoc vt per narrationē me deduceret ad patienter ferendā solitudinem, Quadraginta annos versor in hac cella. Non vidi faciē fœminæ non vllum nūmum, non vidi aliquem mandentem, non comedentē nec bibētem me vidit aliquis. Cùm ergo ab eo recessissem, veni in solitudinē in loco cōsueto, hæc omnia narrās beatis patribus, qui post duos mēses venerūt & sunt cum eo collocuti, iisq; hæc nobis narrarūt. Cum ad eum venissemus, læto vultu nos excepit & salutauit, sē hilarem vnicuiq; ostēdens. Rogabamus autē eum vt statim pro nobis perageret orationē. est enim hic mos patribus qui sunt in Ægypto. Is autem nos interrogauit num inter nos esset clericus aliquis. Postquā autē omnes non esse diximus, nos omnes circūspiciēs, agnouit eum qui erat occultus. erat autem vnus ex nobis qui dignus fuerat habitus diaconatu, cum
Diaconi manum osculatur Ioannes. esset vnus frater eius rei cōscius, cui etiā præcepit vt nemini diceret. Qui causa humilitatis & in ta- G
lium patrū cōparatione, vix se dignum censebat Christiani appellatione, tantū abest vt alicuius dignitatis. Manu ergo cū ostendens, dicebat omnibus. Hic est diaconus. Cùm is autē assiduè negaret, & latēre conaretur, è fenestra eius manū apprehēsum osculatus est, & admonens eū hortatus est dicens. Ne irritā facias gratiam Dei fili, ne mentiaris donum Dei inficians. Mendaciū enim alienum
Mendacium christiano fugiendum Ioan. 8. est à Christianis, & siue sit in re magna, siue in parua, non est tamen laudabile, cùm dicat Seruator, Mendaciū est à malo. Is verò conuictus tacuit, accipiens paternā eius reprehensionem. Cùm preces
" autem cōpleuissemus, vnus frater ex nobis, quem iam tertiana febris vehemens tenebat, rogabat vt curaretur. Cùm autē dixisset frater, ei conferre afflictionem propter exiguā quæ ei inest fidem, tra-
Oleo curatur febricitans. dens tamen oleū iussit eum coniungi. Cùm is autē se vnxisset, quidquid intus habebat per os emisit, & à febre omninò liberatus, propriis pedibus recessit ad hospitiū. Licebat autem videre hominē no-
nagenariū toto corpore ita afflictum, vt prę exercitatione ne barba quidem nata esset in facie. Nihil enim aliud comedebat quam fructus, idq; post solis occasum in summa senectute, cùm se prius multum exercuisset, & neq; panem sumpsisset, neq; aliquid ex iis quæ igni admota veniūt in vsum. Cùm H
ipse autem nos iussisset sedere, Deo egimus gratias quòd eius frueremur cōgressione. Is autem cùm tanquā germanos suos filios longo tempore accepisset, ridenti vultu hæc nobis est locutus. Vndénā ô fili, & ex quánam regione ad hominem abiectum & humilē accessistis? Postquam autem diximus patriā, & adiecimus. Pro vtilitate animarū nostrarū ad vos venimus ab Hierusalē, vt quod auditione
Aures minus fideles oculis. acceperamus, id cerneremus oculis. Sūt enim aures minus fideles oculis, & auditionē quidem sæpè cōsequitur oblivio: rei autem visæ non deletur memoria: sed menti quodāmodo imprimitur historia. Ad nos ergo dixit beatus Ioānes, Et quid mirandū visuri ô filij charissimi, tantū itineris & laboris tolerantes huc venistis, homines abiectos & humiles videre cupientes, qui nihil habent spectatu dignū nec admiratu? Vbi quæ autem sunt admirandi & laude digni Dei prophetæ & apostoli, qui legūtur in Ecclesiis, quos oportet imitari. Valde autem miror, inquit, vestrū studium, quemadmodū tot contēptis periculis, ad nos venistis propter vtilitatē, cùm nos præ socordia ne ex ipsa quidē spelunca velimus progredi. Sed agē nunc, inquit, etiāsi res vestra sit laude digna, ne tanquam re aliqua præclarè gesta, vobis sufficere putetis. Sed imitemini virtutes quas patres vestri persequūtur. Quòd I
Exhortationes Ioannis. si etiā omnes possederitis, quod quidem est rarum, ne sic quidē vobis ipsis credideritis. Quidam enim qui sic confiderūt, & ad ipsum virtutū fastigium peruenerunt, tādem ex alto ceciderunt. Sed videte num preces vestræ se rectè habeant: num conturbata sit cordis vestri puritas: num mens vestra inter orādum sit occupata aliis negotiis, num aliqua alia mentem subiens cogitatio, auertat ad aliquid aliud: num aliqua cogitatorum memoria animo exhibeat molestiam. Videte num mundo verè renunciastis: num ingressi estis tanquā nostram speculantes libertatem: num ad vanam gloriam vestras virtutes venamini, vt ad ostentationem videamini hominibus nostra opera imitantes. Videte ne vobis facessat negociū animi perturbatio, ne honor & gloria & laus humana: ne rerum sacrarū curæ simulatio, aut amor proprius. Ne putetis vos esse iustos: neq; de iustitia gloriemini, nē propter virtutes efferamini. Ne orantibus cognationis memoria animo insideat. Ne memoria cōmiserationis, aut alicuius alterius rei, neq; ipsius vniuersi mundi vobis succurrat. Sin minus: res efficitur vanitas, quando quis Dominū alloquens, deorsum impellitur ab iis quæ ex aduerso trahunt cogitatio- K
nibus. Hæc autem mentis prolapsio vnicuiq; accidit qui hunc mūdum non omninò abnegauit, sed vel naturæ vt ei placeat. Permulta enim quæ aggreditur, eius mētem diuidūt curæ corporeæ & terrestres: & dum deinceps disputat cum animi perturbationibus, non potest Deum videre. Sed nemo ipsam cognitionem debet accuratè & exactè contemplari. ne si fortè fuerit indignus tali possessione & eius aliquā partem fuerit consecutus, existimet se totum comprehendisse, & omnino labatur in
Deum maximè vocādum. Psalm. 45. interitum. Sed oportet semper moderatè & piè ad Deum accedere, quantū potest vnusquisq; mēte progredi, & quantum possunt homines consequi. Oportet ergo mentem eorum qui Deum quærūt,
" ociū agere ab aliis omnibus. Vacate enim & cognoscite, inquit, quòd ego sum Deus. Qui ergo Dei
" cognitionem ex parte est cōsecutus, vniuersam enim nemo potest accipere, cōsequitur quoq; aliorū omnium cognitionem: & videt mysteria Dei illa ei ostendentis, & præuidet futura: & cōtemplatur

A tur reuelationes, quales sancti: & efficit virtutes. & obtinet à Deo omnem petitionem. Alia quoque multa dixit de exercitatione. & quòd oportet expectare mortem tanquā vitam bonæ translationis & non imbecillitatem intueri corporeā: & nec vel quibuslibet obuiis implere ventrem. Nam qui, inquit, fuerit satiatus, eadem capit cōsilia quæ ij qui viuunt in deliciis: sed tētare oportet per exercitationē etiam appetitionum parare impatibilitatē. Nec quærat aliquis ea quæ sunt parata, & animi relaxationem: sed nunc sit imbecillus afflictúsq; & oppressus, vt regni Dei latitudinis possideat hæreditatē. Oportet enim nos per multas afflictiones intrare in regnum Dei. Est enim, inquit, angusta *Act. 14.* porta, & arcta via quæ ducit ad vitā: & pauci sunt qui eam inueniāt. &, Lata est via quæ ducit ad per- *Matth. 7.*
ditionem: & multi sunt qui ingrediuntur per eam. Et oportet, inquit, nos hic cōtemnere, cùm paulo "
post eamus ad vitam æternā: nec oporteat aliquē efferri ob ea quæ rectè à se gesta sunt, sed semper es- "
se humilem, & longiores persequi solitudines, quādo senserit se efferri. Habitatio enim propinqua "
vicis, eos etiā qui erāt perfecti sæpè offendit. Quod etiam psallit Dauid cui tale quid acciderat. Ecce *Psalm. 54.*
elōgaui fugiens, & habitaui in solitudine. Expectabā eum qui saluū me facit à pusillanimitate & tē- "
B pestate. Hoc autem accidit multis quoque ex nostris fratribus, & propter arrogantiam exciderunt "
à scopo.

NARRATIO ABBATIS IOANNIS DE EO QVI lapsus est: SECT. XL.

ERat enim, inquit, quidam monachus, qui in propinqua solitudine degebat in spelunca, & om- XLIIII.
nem ostenderat exercitationē, & propriis manibus panem sibi quærebat. Postquā autem permansit in orationibus, & profecit virtutibus, in seipso deinceps habuit fiduciā, fretus pulchro suæ vitæ instituto. Qui autem tentat, eum quoq;, sicut Iob, expetiit ad tentandum: & ei vespere præbet *Ne quis propriis virtutibus glorietur, contra huiusmodi cenodoxiam vl. cassianilib. 2. institut.*
phantasiā formosæ mulieris errantis per solitudinem. Quæ cùm ostiū inueniisset apertum, ingressa est speluncam, & procumbens ad viri genua, petiit vt sibi illic liceret quiescere, vtpotè quòd nox cā apprehensisset. Ille autem cùm eius esset misertus, quod quidem non debuit, eam admisit in spelūcam: & de errore illā est percontatus. Illa verò & narrauit: & blanda ac fallacia verba insperfit: & ser-
C monem diu cum eo protraxit. Eum autem sensim nescio quomodo pelliciebat ad amorem, pluráq; deinceps verba inter se cōferunt, ridéntq; ac subridēt, cúmq; ipsa multo sermone seduxit, & deinde contrectatione manus & genæ & ceruicis: & tandem exercitatorem redegit in seruitutē. Cùm autē ille internis versaretur cogitationibus, deinde vt qui iam rem haberet in manibus, reputans opportunitatem & voluptatis explendæ securitatem, cogitationi assentitur, & tentat cum ea habere consuetudinem, vt qui iam euasisset insipiens, & equus in fœminas insaniens. Illa verò cum repentè magna voce exclamasset, euasit euanescens ex eius manibus non secus ac vmbra aliqua. Risus autē in aëre auditur multorum dæmonum qui ipsum increpabant, & in fraudem induxerant, & magna voce ad ipsum clamabant. qui se exaltat, humiliabitur. Tu autem vsq; ad cœlos quidem es exaltatus, humiliatus verò es vsq; ad abyssos. Exinde surgit manè nocturnū luctum attrahens: & cùm totū diem transegisset in lamentatione sua desperata salute, quod non debuit, in mundum reuersus est. *Luc. 14.*
Hoc est enim maligni studium, vt quando quempiam irriserit, eum redigat ad insipientiam, vt non *Ne quis desperet, sed emendet.*
possit deinceps surgere. Vnde ô filij, non est nobis conducibilis propinqua vicis habitatio: neq; mu- *Caueat monachus mulierum collocutione: nam videre malū, audire peius, tangere pessimum: visus allicit, auditus inflāmat, tactus polluit.*
D lierum collocutio, vt ex quibus oriatur memoria quæ non potest deleri, quam ex visu attrahimus & collocutione. Sed neq; debemus animum despondere, & nos ipsos detrudere ad desperationem. Iam enim ij quoque qui non spem abiecerunt, non fuerunt priuati Dei misericordis clemētia.

DE FRATRE QVI DVCTVS FVIT POENITENTIA; eiusdem Abbatis Ioannis narratio. SECT. XLI.

ERat enim, inquit, alius adolescēs in ciuitate, qui multa mala fecerat, & grauiter peccauerat. Qui XLV.
Dei nutu, propter multa peccata cōpunctus, veniens ad sepulchra, priorem suam vitam defle- *Dæmones insultant pœnitenti.*
uit, pronus cadens in faciem, & non audens vocem emittere, nec Deum nominare, neq; supplicare, ipsa quoq; vita seipsum indignum existimans. Et cùm ante mortem se inclusisset in sepulchris mortuorum, & suam vitam diceret, gemabat ex profundo cordis. Cum iam autem ab eo tempore præteriisset hebdomada, noctu ei adsistunt dæmones, qui eius vitæ prius damnum attulerant; clamātes
& dicentes. Vbi est ille scelestus & profanus, qui libidinibus & lasciuiis exatiatus, nunc nobis intē-
E pestiuus, temperans & honestus repentè apparuit: & quando non potest amplius, tunc vult esse Christianus & probis compositísque moribus? Ecce quídnam tibi boni amplius futurum expectas, cùm sis nostris malis impletus? Non hinc citò exurges? Non venies ad ea quæ sunt nobiscum consueta? Te manent scorta & caupones. Nō venies, & frueris cupidinibus, cùm sit cuncta alia tibi spes extincta? Velox ad te omninò veniet iudicium, qui sic teipsum perimis: & cur miser festinas ad supplicium? Cur autem contendis tibi pœnas citius infligere? Multáque alia dicentes, Noster es, in nostrum ordinem es relatus, exercuisti omnem iniquitatem, Tu es nobis omnibus obnoxius, & audes fugere? Non assentieris? non respondebis? Non simul egredieris? Postquam autem ille constans in fletibus, ne aures quidem eis præbebat, & nec verbum respondebat eum diu vrgentibus dæmonibus: postquam, inquam, nihil effecerunt, eadem sæpè illi dicentes, acceperunt eum mali & turpes dæmones, & totum eius corpus malè mulctarunt, eum grauiter flagris cædentes: & cùm eum grauí-

ter torsissent abierunt eo relicto semimortuo. Ille autem nihilo secius immobilis iacebat vbi eum reliquerunt, rursus, gemens postquam animum collegerat. Cùm autem eius necessarij eum inuestigassent & inuenissent, & causam eius quod ipsius corpori acciderat didicissent, rogabãt eum vt domum rediret. Is autem cùm uim ei sæpè attulissent restitit. Rursus autem sequenti nocte eum iisdem de causis peius quam prius affecerunt dæmones: & ne sic quidẽ eius consanguinei ei persuadent vt emigret, dicens satius esse mori quam viuere in talibus vitæ maculis. Tertia nox propemodum fecit vt excederet ab hominibus, cùm crudelibus tormentis in eum inuasissent dæmones, & eum vexassent vsque ad extremum spiritum. Postquam autem uiderunt eum non concessisse, recesserunt homine relicto exanimi. Recedentes itaq; exclamarunt, dicentes, Vicisti, vicisti, vicisti. Neq; ei amplius aliquid mali occurrit: sed in puriſſimo sepulchro purè habitauit dum vixit, puram exercens virtutẽ. Is Deo quoq; fuit preciosus, & virtutibus, & miraculorum effectionibus, adeò vt & multos in admirationem induxerit, & ad zelum adduxerit & æmulationem honestorum institutorum. Hinc factũ est vt multi quoq; ex ijs qui de se valdè desperauerant, bonas actiones aggressi sint, & se rectè gesserint, eíque factum est id quod dicit scriptura: Omnis qui seipsum humiliat, exaltabitur. Præcipuè ergo ô filij, exerceamus humilitatem, quæ est fundamentum primum omnium virtutum. Nobis autem multum quoque confert solitudo longior & remotior.

Resistite diabolo & fugiet à vobis.

Luc. 14.

Humilitas fundamentũ virtutum miraculis præpõderat cæsiani col. 15. cap. 7. LXVI.

ALIA NARRATIO ABBATIS IOANNIS, DE EO QVI lapsus, ductus est pœnitentia. SECT. XLII.

Visiones.

FVit enim alius quoque monachus qui vlteriorem occuparat solitudinẽ, & multis annis se rectè & ex virtute gesserat. Qui cum esset deinceps senio cõfectus, tentabatur à dæmonum insidiis. Silentium enim valdè amplectebatur exercitator: & in orationibus & hymnis, & multis contemplationibus diem transigebat: & visiones quasdam videbat, partim quidem vigilans, partim verò etiã in somnis, & somni propemodum expers tenebatur à vita incorporea: non terram plantans: neque victus vllam curam gerens: neque in plantis quærens quod egenti præberet corpori. Sed neq; auiũ aucupium, neq; vllum animal persequebatur: sed fiducia plenus, ex quo ex regione habitabili illuc migrarat, nullam habebat rationem vt ei permaneret corpus nutritum, sed omnium oblitus, se perfecto sustinebat in Deum desiderio, expectans vocationem, & ex hoc mundo migrationem: & vt plurimum quidem alebatur delectatione eorum quæ non cernũtur & sperantur, & neque diuturnitate ei corpus liquebatur: neque, mœrebat tristísque erat anima: sed in quodam honesto ac venerãdo statu bonum habeat habitum. Verùm enimuerò Deus cum honorans, post prolixum temporis interuallum, dabat ei super mensam panem duorum vel trium dierum, vt & videretur, & esset, & eo vteretur. & ingrediens in speluncam, quando sentiebat corpus indigere, inueniebat nutrimentum, & cùm adorasset & eibum sumpsisset, hymnis rursus fruebatur, perseuerans in precibus & contemplatione, indies germinans, & se tradẽs præsenti virtuti & futuræ spei, semper magis magísque progrediens: & ferè iam de meliori sua sorte confidebat, tanquam iam eam haberet in manibus, quod etiam fuit ei causa lapsus, cum propemodum exciderit per eam quæ ipsum postea inuasit tentationem. Quid enim non dicimus eius eum qui propè fuit casum? Postquam enim ad hãc processit cogitationem, paulatim imprudens eo deuenit vt existimaret se esse pluris quam alios, & iam maius quid possidere quam alij homines, & cùm talis esset, iam deinceps in seipso habuit fiduciam. Ei ergo gignitur haud ita diu pòst primum parua quædam animi remissio, vt ne videretur quidem esse remissio. Deinde oritur maior negligentia, quæ deinde eousque progressa est vt sentiretur. Nam & ex somno tardius surgebat ad hymnos: & erant preces paulo ociosiores, nec hymnus adeò prolixus: & dicit ei anima se velle requiescere: & mens ei annuit: & fluctuabant & vagabantur ei cogitationes: & iam occultè aliquid absurdi meditabatur: sed prior assuefactio adhuc exercitatorem quodammodo abducebat, veluti quidam motus ex priori illa incitatione: & eum interim conseruabat. Et aliquando post solitas preces ingressus vespere, inuenit panem super mensam, qui eis suppeditabatur diuinitus: & se refecit, quo tempore nec illas execrabiles abiecit cogitationes, neque reputauit animam lædi à contemptione: neque conuersus est ad quærẽdam mali curationem: sed parum duxit parum abesse quominus excideret ab iis quæ decet facere. Amor itaq; cupiditatis eum raptum cogitatione in regionem abduxit habitabilem. Cùm se tamen interim cohibuisset in diem sequentem, ad consuetam conuersus exercitationem, cùm orasset & hymnos dixisset, ingressus speluncã, inuenit quidem panem sibi appositum, sed non tam diligenter confectum nec tam purum, sed sordidum & inquinatum. Qui etsi esset id admiratus, & tristitia affectus, sumpsit tamẽ, & se refecit. Successit tertia nox, & triplex malum addidit. Etenim mens eius citò irrupit in cogitationes. Ita autem erat ei affecta memoria, vt videretur vnà cum eo adesse fœmina & simul accũbere: & eam rem habebat in oculis, & eam veluti facere perseuerabat. Egressus tamen est tertio quoque die ad opus, & preces, & hymnos: sed non habens amplius mundas cogitationes, sed frequenter conuersus in altũ tollebat oculos, eos huc & illuc torquens: eius enim pulchrum opus interrumpebant memoriæ cupiditatum. Vespere ergo reuersus pane indigens, illum quidem inuenit in mensa, veluti corrosum à muribus aut canibus, & foris siccas quasdam reliquias. Tunc ingemiscit quidem & lachrimatur: sed non quantum satis esset ad coërcendam nequitiam. Nutritúsque, non quantum volebat, se parabat ad

Pœnitens donatur quotidiano pane diuinitus.

Præsumptio quam officiat saluti Cassia. lib. 2. Instit.

ad quietem. Eum autem aceruatim inuaserunt cogitationes, eum vndique circundantes: & eius mentem oppugnant, & captiuum statim in mundum abducunt. Surgens autem iuit versus regionem quæ habitatur, ingrediens noctu per solitudinem. Cùm autem dies eum apprehendisset, & quæ habitatur regio adhuc procul abesset, & eum æstus affligeret, defessus est. Vndiquaq; autem in orbem considerans circumspicit, an alicubi appareret monasterium, in quod ingressus requiesceret. quod etiam accidit, cum exeipientibus quibusdam piis & fidelibus fratribus, qui cum eum tanquã patrem germanũ aspexissent, vultum eius & pedes lauerunt: & cùm orassent, mensam apposuerunt: & rogarunt vt quæ erant appositа sumeret cum charitate. Postquam autem se refecit, postularũt fratres vt verbũ salutis ab eo acciperent, & quánam ratione possent seruari à laqueis diaboli, & quemadmodũ superarent turpes cogitationes. Is autem ipsos tanquã pater filios admonẽs, hortabatur vt essent fortes & cõstantes in laboribus, vt qui essent paulo pòst in summa quiete collocãdi. Multa quoq; alia cum eis disserẽs de exercitatione, eos valdè iuuit. Cùm autẽ cessasset ab admonitione, & se parum percollegisset, considerabat quemadmodũ alios admonens, se nõ admonebat nec corrigebat, & se esse victũ intelligens, cursu, rursus rediit in solitudinẽ, seipsum deflens, & dicens. Nisi quia Dominus mihi opẽ tulit, propemodum in inferno habitauit anima mea. Propemodũ in omne malũ sum redactus. Propemodũ me in terra confecerunt. Et in eo factũ est quoddictum est, Frater qui à fratre adiuuatur, est tanquã vrbs munita & excelsa, & tanquã murus qui non potest corruere. Quanquã abhinc toto vitẽtẽpore luxit perpetuò, multatus mẽsa quæ ei dabatur diuinitus & panẽ suũ quærens cũ labore. Nãcùm se in spelunca incluſisset, & sibi saccum & cinerẽ substrauisset nõ prius è terra surrexit, nec cessauit flere, quam vocẽ angeli audiisset ei dicentẽ in somnis. Accepit Dominus tuã pœnitẽtiam, & tui est misertus: deinceps autem vide ne decipiaris. Ad te enim veniẽt fratres quos admonuisti, & afferent ad te benedictiones, quas cum acceperis, vescẽris cùm ipsis, & perpetuò Deo ages gratias. Hæc ergo vobis narraui ô filij, vt humilitatẽ exerceatis, seu in paruis seu in magnis esse videamini. Hoc est enim primũ præceptũ Seruatoris qui dicit: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cœlorum: & ne decipiamini à dæmonibus qui vobis visa & phantasias excitãt. Sed si quis ad vos venerit, aut frater, aut amicus, aut mulier, aut pater, aut magister, aut mater, aut soror, primũ extẽdite manus ad orationem: & si sit phantasma, fugietà vobis. Etsi vos decipiant dæmones aut homines vobis assentantes & laudãtes, ne eis pareatis, nec mente efferamini. Nam me quoq; sæpè noctu sic deceperunt dæmones, & neq; me sinebant orare nec quiescere, quasdã mihi phantasias præbẽtes tota nocte: & manè illudẽtes humi procũbebant, dicentes. Condona nobis Abba, quòd tibi labores præbeamus tota nocte. Ego autẽ dicebam, Discedite à me omnes quioperamini iniquitatẽ: ne tẽtetis seruum Domini. Quare vos quoq; ô filij, quietem persequamini, vos semper exercentes ad contẽplationem: vt puram possideatis mentẽ Deũ rogantes. Nam ille quoq; est bonus exercitator, qui assiduè in mundo exercetur, & in honestis occupatur actionibus, qui humanitatẽ ostẽdit & clementiã, hospitalitatémq; & charitatẽ, & facit eleemosynas, & benefacit aduenitibus, & opẽ fert laborantibus, & permanet citra vllam offensionẽ. Est quidẽ hic quoq; valdè bonꝰ. Versatur enim in actione, & præcepta exequitur: sed in rebus terrenis occupatur. His quidẽ certè præstãtior est & maior qui versatur in contẽplatione, qui à rebus agendis se transfert ad intelligẽtiã, eas res aliis relinquens prouidendas. Ipse autẽ & seipso abnegato, & sui oblitus, scrutatur cœlestia, Deo omniũ solutus & expeditus assistẽs, à nulla autem alia cura retrò auulsus. Qui est enim huiusmodi, vnà cum Deo degit: vnà cum Deo versatur, assiduis hymnis Deum semper celebrans. Noui enim ego hominem in solitudine, qui decem annos cibi terreni nihil gustauit: sed ei angelus tertio quoq; die cœlestem cibũ ad eum afferebat, & ei in os iniiciebat, ísq; erat ei instar cibi & potus. Scio quoq; ad hũc hominem in phantasia veniſſe dæmones, ostẽdentes angelicos exercitus, & currus ignis, & multos satellites tanquam alicuius regis venientis: & ei dicentes, In omnibus te rectè & ex virtute gessisti ô homo. De cætero me adora: & tanquam Eliam te assumam. Dicebat autẽ apud se monachus: Adoro quotidiè regem meum & seruatorem, & si hic esset ille, non hoc à me peteret. Postquam autem ei dixit quod habebat in animo. Dominum meum & regem habeo, Deum, quem semper adoro: tu autẽ non es rex meus: ille protinus euanuit. Hæc autem tanquam de alio differẽs, instituta vitæ suæ & res gestas volebat celare. Qui autem vnà cum eo erant patres, eum dicebant hæc vidisse. Hæc & alia multa nobis narrãs beatus Ioannes, & tres dies ad nonam vsq; differẽs, nostras curauit animas. Cùm autẽ dedisset nobis benedictiones, iussit ire in pace, nobis quoque dicta quadã prophetia. Hodiè, aiebat venerũt Alexandriam epinicia maximè pij Theodosij, propter de medio sublatum tyrannum Eugeniũ: & oportet imperatorem mori morte propria: quod quidem re vera ita fieri cõtigit. Licebat autẽ cernere multitudinẽ eorum qui cum ipso erant monachorũ, in ecclesia, veluti quosdam iustorum choros, lucidis vestibus indutos, & hymnis assiduis Deum glorificantes. Postquam autem multos quoq; alios patres vidimus, venerunt fratres nobis annunciantes consummatum esse beatum Ioannem modo quodam admirabili. Nam cùm iussisset vt tres dies neminem sinerent ad se venire, genibus flexis ad orationem, consummatus est, ad Deum veniens. Cui gloria in secula.

Primatur pæne qui desiit deo famulari.

pœnitentia lapsi.

Psalm. 93.

Prouerb. 18.

Matth. 6.

Psalm. 6.

Quæ vita melior: actiua an contẽplatiua.

Iciunium decem annorũ.

Dæmones assumunt speciem Angelorum.

Dies sublati tyranni solẽnis.

DE POEMANIE. SECT. XLIII. XLVII.

Is quoque cum Christi ancilla Pœmanie, quæ ad eum videndum accesserat, non est quidem col-

locutus: significauit autem ei quoque quædam arcana. Ei autem præcepit, dicens, Descendens à Thebaide, ne deflectas Alexandriam: quandoquidem futurum est vt cadas in tentationes. Ea autem magni Ioannis prædictionem vel nihili ducens, vel eius oblita, deflexit Alexandriam vt videret ciuitatem. In itinere autem propè vrbem Niciæ, ad eam accesserunt naues quiescendi gratia. Egressi autem famuli, ex quadam insolentia cum illius loci habitatoribus, amentibus & profligatis hominibus, manus conseruerunt. Qui quidem vnius quidem eunuchi digitum secuerunt: alium autem occiderũt: Dionysium autem sanctissimum Episcopum, in fluuium, ignorantes, proiecerunt: & illam ipsam conuitiis & maledictis impetierunt: & reliquos omnes seruos sauciarunt. F

Ioannis prædictio. Quod piscis in arido, hoc monachus in oppido: dicit magnus Antonius apud Hieronym.

VITA ABBATIS AMMONA, & eorum qui cum ipso erant. Sect. XLIIII.

XLVIII. Vidimus autem alium quoq; virum Thebaide, nomine Ammonam, patrem ter mille monachorum, quos etiam nominabat Tabennesiotas, qui habebant magnum vitæ agendæ institutum: vt qui & ouillas pelles ferrent: & vultu tecto comederẽt: & se deorsum inclinantes, ne quis eos aspiceret: & tantum exercerent silentium, vt viderentur esse in solitudine, vnoquoq; occultè peragente suum vitæ institutum: solum autem specie quadam in mensa sederent, conantes se inuicem latere. Aliqui enim ex his semel vel bis manum ori admouebant, tangentes panem vel oleum, vel aliquid ex iis quæ erant apposita: & cum de vnoquoque obsonio semel gustassent, contenti erant hoc alimento. Alij autem panem sensim mandentes, alia autem accipientes citra simulationem, sic perseuerabant. Alij autem suis tantum pergustabant: à reliquis autem abstinebant. quæ cùm, vt erat consentaneum, essem admiratus, non prætermisi eam quæ ex eis capitur vtilitatem. C

Ammona 3000. monachi Cass. lib. 8. cap. 1. Tabenesiotarum leges Nicepho. lib. 6. cap. 14. Cassiani lib. 4. Inst. Monastica dieta.

DE ABBATE BE. Sect. XLV.

XLIX. Vidimus autem alium quoque senem, qui lenitate superabat omnes homines, nomine abbatẽ Be, de quo affirmabãt fratres qui apud ipsum versabantur, eum nunquam iurasse, nunquam de aliquo mentitum esse, neque aliquo verbo increpasse. neque iratum fuisse. erat enim eius vita valdè quieta, & mores mansueti, vt qui statum haberet angelicum. Erat autem valdè quoque humilis, & seipsum vilipendens. Cùm nos autem multum rogaremus, vt adhortatorium nobis sermonem diceret, vix in animum induxit vt nobis pauca dissereret de mansuetudine. Is, cum Hippopotamus aliquando vastaret vicinam regionem, stans propter fluuium, rogatus ab agricolis, visa belua ingentis magnitudinis, ei præcepit, dicens. Denuncio tibi in nomine Iesu Christi, ne amplius vastes hanc regionem. Illa autem tanquam ab angelo loco pulsa, omninò euanuit. Sic etiam aliquando abegit crocodilum. H

Be abbatis integritas. Bennum vocat. Nicep. lib. 11. cap. 34. Belluæ grassanti imperat Abbas Be.

DE ABBATE THEONA. Sect. XLVI.

L. Vidimus etiam alium non procul à ciuitate, in solitudine, nomine Theona, virum sanctum, in domuncula seorsum inclusum, qui tempore XXX. annorum silentium exercuerat. Is cum plurimas virtutes perageret, habebatur ab eis pro propheta. Exibat enim ad ipsum multitudo ægrotãtium, quibus manus imponens per fenestram, dimittebat eos abire saluos. Licebat enim videre ipsum habentem vultum angeli lætis oculis, & totum plenum maxima gratia. Is, cùm non multo antè tempore latrones cum noctu inuasissent, existimantes se multum auri apud eum inuenturos, & vellent eum occidere, precatus est, & manserunt immobiles ad portas eius vsque ad matutinum. I Cùm turbæ autem manè ad eum accessissent, & eos igni mandare in animo haberent, vnum tantũ verbum ad eos est locutus: Sinite eos abire sanos, Sin minus: à me fugiet gratia curationum. Ij verò ipsum audierunt, non audebant enim contra eum dicere: & protinus abiêre latrones ad ea quæ erant circumcirca monasteria, mutati moribus, & de iis quæ fecerant ducti pœnitentia. Erat autem vir eruditus in triplici gratia sermonum, in scriptis Romanis, Græcis, & Ægyptiacis, sicut à multis & ab illo ipso audiuimus. Cũ enim nos agnouisset esse hospites, scribẽs in tabella, Deo propter nos egit gratias. Comedebat autem semina non cocta. Noctu autem, vt aiunt, egrediebatur è cella, & congregabatur cum feris: & eas probat ex ea quam habebat aqua. Erat enim videre vestigia bubalorum, & onagrorum, & quarundam caprearum, circa eius monasterium, quibus semper delectabatur.

Theon an. do. 374. Silentiũ 30. annis obseruatum, Niceph. lib. 11. cap. 34. Latrones redduntur immobiles, sicut & spiridionis oratione, Niceph. lib. 2. cap. 42. Theon doctus in genere linguarum Cassiod lib. 8. c. 1. Hic Theon propter illud Christi Matth. 10. Qui pluris fecerit patrem & matrem, &c. est me indignus, vxori nolẽti renũtiauit. Cass. coll. 21. c. 9. K

DE ABBATE ELIA. Sect. XLVII.

LI. Vidimus autem alium quoque senem in solitudine Antinoi, quæ est metropolis Thebaidis, Eliã nomine, qui natus erat centum & decem annos. Super eum dicebant spiritum Eliæ prophetæ requieuisse. Erat enim valdè celebratus, vt qui in terribili illa solitudine egisset septuaginta annos. Non potest autem oratio pro dignitate narrare asperam illam solitudinem, quæ est in monte in quo ille sedebat nunquam descendens in eam quæ habitatur regionem. Est enim quædam semita eorum qui ad ipsum accedunt eiusmodi, vt vix possint insistere vestigiis ij qui accedunt. Erat auten sedens sub quadam petra in spelunca, adeò ipsum quoque videre esset formidabile. Tremebat autem iam totus vt quem senectus opprimeret: Multa autem signa quotidiè peragebat, nec cessabat mederi ægrotan-

Elias eremita. Niceph. li. 11. cap. 34.

A ægrotantibus. Dicebant autem qui apud ipsum erant patres, neminem meminisse eius ascensus in montem. Comedebat autem in senectute tres vncias panis, & tres oleas vespere. In iuuentute autem semper semel comedebat in hebdomada.

Ieiunium mirabile.

VITA ABBATIS APPOLLO Sect. XLVIII.

LII. Vidimus autem alium quoque virum sanctum in Thebaide, in finibus Hermipolis, in quam Seruator venit cum sancta Maria & Ioseph implens prophetiam Esaiæ quæ dicit. Ecce Dominus sedet super nubem leuem: & veniet in Ægyptum & quatiẽtur manufacta Ægypti à facie eius, & cadent in terram. Vidimus illic quoque templum, in quo ingresso vrbem Seruatore, ceciderũt omnia simulacha in faciem super terram. Vidimus autem illic in solitudine, virum Apollo nomine, qui monasteria habebat super montem. Erat enim pater monachorum circiter quingentorũ, qui erat valdè clarus & celebratus in Thebaide erantque eius magna opera: & magnas virtutes per eum faciebat B Dominus & plurima signa & admirabilia per eum efficiebantur. Hic enim cum à pueritia multam ostendisset exercitationem, in perfecta ætate talem est consecutus gratiam. Cùm enim esset octogenarius, sibi magnum congregauit monasterium virorum perfectorũ qui poterant omnes ferè signa efficere. Is cùm quindecim annos natus à mundò secessisset, & quadraginta annos in solitudine transegisset, & in ea omnem virtutem exercuisset, visus est postea audire Dei vocẽ dicentis ei: Apollo, Per te sapientiam sapientum in Ægypto, & prudentiam gentium abolebo. Perdes autem mihi cum eis etiam sapientes Babilonis & de medio tolles omnem cultũ dæmoniacum, & nunc vade in eam quæ habitatur regionem: Generabis enim mihi populum peculiarem, æmulatorem bonorũ operum. Is autem respondens, dixit, Aufer à me Domine arrogantiam: ne fortè elatus supra fraternitatem, mulcter omni bono opere. Ei autem rursus dixit vox diuina: Mitte manum tuam super collum tuum: & deinde pones eam, & infodies arena. Is autem cùm statim manũ misisset super collũ, apprehendit paruum Æthiopem: & eum infodit in arena clamantem, & dicentem, Ego sum dæmõ superbiæ. Et rursus facta est vox ad eum, dicens, Vade quoniam quod à Deo petieris, accipies. Is C autem cùm primum hoc audiisset, profectus est in eam quæ habitatur regionem, tempore Iuliani tyranni: & tunc venit in propinquam solitudinem. Cùm quandam autem paruam occupasset speluncam, manebat subter montem. Eius autem opus erat toto diurno spacio preces edere: noctu quidẽ centies: interdiu autem toties, flexis genibus. Eius autem alimentum tunc quoque sicut prius, admirabili & preter opinionem ratione à Deo suppeditabatur. Ei enim in solitudine per angelum afferebatur nutrimentum. Eius autem indumentum erat lebiton, & paruum linteum in eius capite. Hæc enim ei manebant in solitudine, nec veterascebant. Erat autem in solitudine propinqua terræ quæ habitatur, faciens signa & virtutes admirabiles in virtute spiritus: quas propter miraculi insignem magnitudinem nemo potest omnes dicere, sicut audiuimus à senibus qui cum eo versabantur, qui ipsi quoque erant viri perfecti, & præerant multis fratribus. Fuit itaque protinus clarus ac celebratus, tanquã nouus aliquis propheta vel apostolus qui venisset nostro seculo, & cũ magna fama de eo sparsa esset, omnes qui circumcirca habitabant monachi; semper ad eum veniebant, & tanquam patri germano, suas offerebant animas. Is autem alios quidem hortabatur ad contemplationem: D alios verò instituebat vt persequerentur virtutem quæ versatur in actione, primum ostendens opere ea quæ ipsos facere admonebat sermone. Sæpe enim eis ostendens exercitationem: dominica solũ cum eis versabatur. ipse quidem non amplius sumens quam olera que sua sponte nascũtur in terra, non panẽ interim vel legumen, non ex fructibus arborum aliquid comedens, nec quæcunque igni admota veniunt in vsus hominum. Cùm autẽ tempore Iuliani aliquãdo audiisset, fratrem in exercitu captum vinctum teneri in custodia, accessit ad eum cum fraternitate, rogans eum & admonens vt esset fortis & cõstans in laboribus, & despiceret pericula sibi imminentia. Dicit enim esse sibi tẽpus certaminum, vt tunc quoque mens eius probetur insultu tentationum. Postquã autem his verbis eius animũ confirmauit adueniens Tribunus qui quodam sceleris ferebatur impetu, cũ quidã ei de ipsis significasset, clausis portis custodiæ, & ipsum, & omnes qui cum eo erãt, monachos inclusit, tanquam futuros aptos ad militiam, & cùm eis quot satis essent custodes constituisset, domum rediit, nec auditione quidem ob eis rogari sustinens. Media autem nocte, lampadem ferens angelus E apparet custodibus, lumine illustrans omnes qui erant in carcere, adeò vt præ stupore hiantes starẽt custodes. Qui cum surrexissent, eos rogarunt vt omnes abirent, eis apertis ianuis. Fatebãtur enim esse satius pro iis mori, quam quæ ad eos diuinitus venisset libertatem, qui citra rationem detinebãtur, despicere. Tribunus itaque cũ magistratibus, manè veniẽs in custodiã, contendebat vt viri egrederentur è ciuitate. Dicebat enim domũ suam cecidisse terræ motu, & è suis seruis optimos oppressos fuisse. Ij autem hæc audientes Deo gratias agentes, abierunt in solitudinem: erãtque omnes simul, vt dicit Apostolus, habentes cor vnum & vnam animam. Docebat autem quotidiè ornari virtutibus, & machinas diaboli in cogitationibus in principio protinus propulsare. Contrito enim capite serpentis, totũ corpus est mortuum. Iubet enim Deus vt obseruemus caput serpẽtis. Id autẽ est, ne in principio admittamus malas & turpes cogitationes nõ solũ vt obscœnas animi nostri phantasias deleamus. Contari autẽ nos inuicẽ superare virtutibus: & ne quis in his laudibus altera videatur

Apollos à Nicep. nominatur cap. 34. lib. 11. Cassian. col. 24. cpa. 11. Esa. 19. Simulachra Aegypti ad ingressum seruatoris corruunt. Sozom. lib. 5. cap. 20. Cassiod. lib. 6. cap 42 Niceph. cap. 31. lib. 16. item author Tropolon. Bertorius. Apollo diuinitus præficitur. Dæmon superbiæ. Oratio assidua. Vestimẽtum non veterascens. Apo. tempore Iuliani, an do. 374. Tribunus vult cogere monachos ad militiam. Nicep. cap. 27 lib. 11. Act. 4. obseruare caput serpentis.

F inferior. Hoc autem, inquit, ſit vobis argumentum, profectus virtutum quando fueritis vacui affectionibus & appetitionibus. hæc enim ſunt Chriſti donorum principium. Quando autem à Deo habuerit aliquis oſtenſionem miraculorum, ne nimium intumeſcat, nec efferatur cogitatione, tanquam ſit iam magis honoratus quàm alij: neque vt oſtentans quòd talem gratiã acceperit: Sin minus, ſeipſum decipit mente captus, & gratia mulctabitur. Habuit ergo hanc magnã doctrinam in ſermonibus, quam nos quoque ſæpè poſtea ab ipſo audiuimus: In operibus autem, efficiebat maiora. Omnis enim petitio ei ſtatim dabatur à Deo. Quinetiam videbat quaſdam reuelationes.

Reuelationes factæ S. Apollini.

Vidit enim ſuum fratrem natu maximum, qui ipſe quoque fuerat cõſummatus in ſolitudine, & ipſo pulchro vitæ inſtituto cum ſuperauerat, cũ quo ipſe quoque lõgo tẽpore vixit in ſolitudine. Videbatur ergo eũ videre ſedentem in eodẽ throno cũ apoſtolis, cùm ei reliquiſſet ſuarum virtutũ hæreditatẽ, & ſic pro ipſo intercedebat, Deũ rogans, vt eſſet velox eius trãſlatio. Viſus eſt autẽ ei dixiſſe Seruator, oportere eum adhuc paruo tẽpore eſſe in terra ad multorũ perfectionẽ, donec multi fiãt eius virtutis æmulatores. Magnus enim monachorũ populus credetur eius fidei, & pius exercitus, vt gloriã dignã laboribus cõſequatur à potẽtiore. Hæc vidit, quæ etiã euenerũt. Nã cũ multi vndique ex au G ditione ad eũ cõueniſſent monachi, & per eius doctrinã & cõuerſationẽ plurimi omnino mũdo renũciaſſent, facta eſt fratrũ cohabitatio, cùm ad quingẽti fratres ſimul apud ipſum cõmunem vitã haberẽt & vnã menſam, tota veſte candidati, & in eis impleta eſt ſcriptura quæ dicit. Lętare deſertũ ſitiẽs, erũpe & clama quæ non parturis: quoniã multi ſunt filij deſertæ magis quá virũ habẽtis.

Eſa. 54.

Nã impletũ quidem eſt hoc eloquiũ propheticum ex eccleſia quæ congregata eſt ex gẽtibus. Perfectum eſt autẽ in hac etiã Ægyptiaca ſolitudine, quæ plures filios Deo exhibet quàm terra quæ eſt habitata. Vbi enim ſunt in vrbibus tot greges eorũ qui ſalui fiunt, quot Deo exhibent quæ ſunt in Ægypto ſolitudines? Quot ſunt enim hic populi, tot ſunt illic in diſertis monachi. Ac mihi videtur dictum Apoſtoli etiam in ipſis eſſe impletum. Vbi enim abundauit peccatum ſuperabundauit & gratia. Abundauit enim in Ægypto multus & impius idolorum cultus, adeò vt in nulla gente magis, Canes enim & ſimias quidam colebant: alij, allia & cæpe: & ex vilibus oleribus multa Deos exiſtimabant, vt ipſum ſanctum patrem hæc narrantem audiuimus, & reddentem cauſam prioris ignorationis.

Rom. 5. cur Deus tot monachos Aegypto ſuſcitarit. Caſsiã col. 5. Monachorum ſanctitas gentiles conuertit Nicep. lib. 11. cap. 41. Apin. lege Herod. A nob. Lael. Theop & gyral. Syntag. 1. Vnde in Aegipto tã multi dij.

H Nam bouem quidem aiebat in Deos referebant gentes quæ prius apud nos habitabant: quoniam per ipſum exercentes agriculturam, victum ſibi parabant: aquam autem Nili, quoniam irrigat omnes agros: Terram quoque colebant vt quæ eſſet aliis omnibus regionibus fertilior. Reliquas autem abominationes, canes & ſimias, & reliquã omnem animantium & olerũ colebant turpitudinem quatenus eorũ vſus fuit eis occaſio ſalutis, qui tempore Pharaonis homines occupatos tenuit, quando ille iſraëlem perſequens ſubmerſus eſt. Vnuſquiſque enim id in quo fuit occupatus, cũ Pharaonem non eſſet ſecutus, hoc in Deos retulit, dicens. Hoc fuit mihi Deus hodiè, per quod effectum eſt vt non perirem vnà cũ Pharaone. Hæc quidem in ſermonibus habuit ſanctus Apollo. Ante ſermones autem ſcribendum eſt quæ poſſedit in operibus. Fuerunt enim aliquãdo gentiles propè accolentes in locis omnibus: & decem pagi & qui erant ei propinquiores, magis colebãt dæmones. Erat autem templum maximum in vno vico, & ſimulachrum maximè inſigne: Lignea autẽ erat hæc ſtatua. Pompam autẽ ducebant, eam per vicos circũferentes ſacerdotes, qui bacchabantur cũ multitudine, veluti pro aqua fluuiatili celebrantes myſteria. Accidit autẽ vt illo tẽpore illic adeſſet Apollo cum paucis quibuſdam fratribus. Poſt quam autem vidit multitudinem repente dæmoniacè furẽ I tem per regionem, flexis Seruatori genibus, fecit omnes gentiles repente immobiles.

Gentiles redduntur immobiles. Imbecillitas idolorum.

Cùm autem non poſſent ex illo loco progredi alius aliũ trudẽtes, & æſtu toto die torrerẽtur, ignorãtes vnde hoc eis eueniſſet, ſacerdotes eorũ dixerunt eſſe quendam Chriſtianum habitantẽ in eorũ finibus ſub ſolitudine, qui hæc faceret, dicentes de Apollo: & oportere ei ſupplicare. Sin minus: fore vt veniant in periculũ. Poſtquam autem qui procul habitabãt, auditis clamoribus & lamentationibus, acceſſerũt, & eos rogarunt, Quidnam eſt dicentes, quod vobis repentè accidit: quo pacto hoc factum eſt? Illi autem dixerunt ſe neſcire, niſi quòd virum habebant ſuſpectum, dicentes oportere illũ placare, alij verò teſtabantur ſe eum vidiſſe accedentem: & ſic rogarunt eos vt eis citò daretur auxilium, adductis bobus conati ſunt mouere ſimulachrum: Id autem manebat tãquam immobile cum ipſis ſacerdotibus. Cùm nullam ergo euadendi rationem inueniſſent, miſerunt per accolas legationem ad Apollo, vt illinc liberati ab errore recederent. His autẽ Apolline ſignificatis, celerrimè deſcendit homo Dei: & cum oraſſet, omnes ſoluit à vinculo. Hi autem omnes vno animo ad ipſum proceſſe- K runt, vniuerſorum ſeruatori credentes & Deo qui facit admirabilia, idolo protinus igni mandato, Quos omnes catecheſi inſtitutos adiecit eccleſiis. Multi autem ex his in hodiernum vſque diem degunt in monaſteriis. Huius autem rei fama peruaſit in omnes partes: & multi crediderunt in Dominum, adeò vt nullus amplius gẽtilis nominetur in eius finibus. Non multo poſt autem tempore, duo pagi inter ſe bellum incipiunt committere, pro agris decertantes. Poſtquam autem eſt Apollo renunciatum, ſtatim ad eos deſcendit, inter eos pacem conciliaturus. Qui erant autem ex parte aduerſa non parebant, ſed contrà dicebant, freti vno latronum principe, vt viro ad bellum præſtãtiſſimo. Cùm eum ergo Apollo vidiſſet contra dicentẽ, dixit ej, Si parueris, ô amice, rogabo Dominum meũ vt tua peccata remittantur. Is autem vbi hoc audiuit, non cũctatus, abiectis armis, eius genibus aduolutus ſupplicauit: & pace facta eius interceſſione, ſuos remiſit ad propria. Cùm ij autẽ pacẽ egiſſent, &

A egiſſẽt, & abiiſſent, inſignis eorũ propugnator, Appollo de cetero ſequebatur, promiſſũ aperte exigẽs. Quẽ cũ aſſũpſiſſet beatus Appollo in propinqua ſolitudine admonuit & hortatus eſt, vt patiẽti & cõſtanti eſſet animo, poſſe enim Deum ei cõdonare. Vbi autẽ nox aduenit, ambo viderũt in ſomnis ſe aſtare ante tribunal Chriſti: Vtrique autẽ cõtemplabãtur angelos, Deũ vna cũ iuſtis adorãtes. Cũque ipſi vnà cũ eis procubuiſſent patrẽ adorauerũt: & vox ad eos facta eſt Dei dicentis. Quæ eſt ſocietas luci cũ tenebris? aut quæ pars eſt fidelis cũ infideli? quid verò ſtat cũ iuſto homicida, cum ſit indignus tali cõtemplatione? Tu autem abi ô homo: tibi enim eſt conceſſus huic tarde natus perfuga. Qui cũ alia multa vidiſſent & audiſſent admirabilia, quæ neque audet oratio dicere, neque auris audire, excitati annunciarũt iis qui cum eis conuerſabãtur. Omnes autem maxima inuaſit admiratio vtriſque vnã narrãtibus viſionem. Permãſit autem cũ exercitatoribus, is qui nõ erat amplius homicida, vſque ad mortẽ vitã ſuã corrigens, ex lupo in ſimplicem & innocentem agnũ mutatus. In eo quoque impleta eſt Eſaiæ prophetia, dicentis. Lupi & agni ſimul paſcentur. & leo & bos ſimul comedent paleas, licebat enim illic quoque videre Æthiopes cũ monachis ſe exercentes, & multos vir-

Eſa. 65.

B tutibus ſuperantes, & ſcripturã in eis impletã, quæ dicit. Æthiopia præueniet manum eius Deo.

Pſalm. 67.

Aliquãdo autem decertabãt gentiles aduerſus Chriſtianos ruſticos pro ſuis finibus, erat autẽ multitudo vtrorũque armatorum, quibus adſtitit Apollo pacem inter eos conciliãs. Ei autem reſtitit gentiliũ in pugna princeps, qui erat vir grauis & ſæuus, affirmabat autem & dicebat ſe nõ eſſe daturũ pacem vſque ad mortem. Is autẽ ei dicit, Atque adeò tibi fiat quod elegiſti: Nullus enim præter te occidetur. Tibi autem mortuo nõ erit terra ſepulchrum, ſed ventres ferarũ & vulturũ te implebũtur. Atq; adeo oratio effectũ protinus eſt ſortita, cùm ex vtraque parte nullus ſit interfectus preter principem

Princeps negans ſe daturum pacem ipſe ſolus occiditur.

Quem etiã cũ in arena tumulaſſent, manè inuenerunt membra laniata ab hyænis & vulturibus. Illi autem cùm vidiſſent miraculũ, & euentum eius quod dixerat, omnes ſeruatorem deprecantes, eum prædicabant prophetã. Erat autem antea in mõtis ſpelũca ſanctus Apollo cũ quinque aliis fratribus, qui primi fuerũt eius diſcipuli cùm recenter veniſſet è ſolitudine. Cũ autem aduentaſſet dies feſtus Paſchę, & dei cultũ impleſſent, erãt eſuri ea quæ inueniebãtur (erãt autem aliquot ſicci panes, & quędã olera repoſita) Eis autem dixit Appollo, Si ſumus fideles ô filij, & germani Chriſti filij: petat vnuſ- C quiſque veſtrũ à Deo id quod eius animo gratũ eſt ad veſcendum. Illi verò ei vniuerſum permiſerũt, exiſtimantes ſe eſſe indignos tali gratia. Cùm læto autem vultu oraſſet, & omnes dixiſſent Amen, protinus noctu venerunt in ſpeluncã quidã viri penitus incogniti, qui dicebãt ſe venire à lõginqua regione: & omnia ferebant, ea etiã de quibus ne auditione quidem acceperãt, & quæ non naſcuntur in Ægypro, horti fructus omnis generis, vuas, & mala punica, & ficus intempeſtiuas, quin etiã quoſdã inuentos mellis fauos, & vrnã recentis lactis, & nicolaos panes maximos, & puros lupinos è regione externa, Ij autem qui ea attulerant, cùm ſolum nodo tradidiſſent, tanquam miſſi à viro magno & diuite, protinus properè receſſerunt. Cumque erant autem eſculenta percepiſſent, ea illis ſuffecerunt vſque ad Pentecoſten: adeò vt ipſi quoque mirarentur & dicerent fuiſſe ea verè à Deo miſſa.

Cibi diuinitus dati.

Nicolai ab Auguſto appellatæ ſunt placentæ quæ donatæ ei fuerant à Nicolao qui Damaſci habitabat, qui etiam ſcripſit ad Herodem Iudæorum Regem de gentibus mirabilibus. Ex bibliotheca Photij.

Quidã autem ex monachis rogabat patrem vt ſtatim Deum pro ipſo oraret, vt gratiam aliquã cõſequeretur: cum ipſe autem oraſſet, ei datur gratia humilitatis & manſuetudinis, adeo vt mirarentur omnes eum eſſe tã manſuetum. Has autem eius virtutes narrarunt nobis qui cum ipſo erant fratres hæc multis quoque atteſtãtibus fratribus. Etenim cũ non multo antè tẽpore fuiſſet aliquãdo fames D in Thebaide qui autẽ ea loca accolebãt populi audiiſſent, quod qui erant apud eũ monachi, præter ſpẽ omnẽ & opinionẽ alerẽtur: vno animo apud ipſum accederãt cũ vxoribus et liberis ſimul benedictionẽ petẽtes & alimẽtũ. Is autẽ nihil veritus ne cibus eis aliquãdo deeſſet, dabat omnibus venientibus vnicuique quod in diẽ ſufficeret. Relictis autẽ tribus ſolis magnis ſportis cũ panibus & fame inualeſcẽte iubet ſportas afferri in mediũ, quas ipſo die erãt eſuri monachi: & audiẽtibus omnibus fratribus & populi multitudine, dixit magna voce. Nõ potens eſt manus Domini hæc implere? Hæc autẽ dicit ſpiritus ſanctus: Nõ deficiet panis ex his ſportis donec nouo frumento fuerimus ſatiati. Et affirmarunt omnes qui tunc aderãt, eis panes ſuffeciſſe quatuor menſes. Similiter autẽ & in oleo & frumento, adeo vt veniret Satanas & ei diceret: Nũ tu es Elias, aut alius ex prophetis & apoſtolis, quod hæc facias? Is autem dixit ipſi. Quid enim? Nõ homines ſancti fuerunt apoſtoli & prophetæ, qui hæc nobis tradiderent? An tũc quidẽ aderat Deus nũc autẽ peregre eſt profectus. Poteſt autẽ Deus hæc ſemper facere, & nihil erit quod ipſe nõ poſſit. Si ergo Deus eſt bonus: cur tu malus? Quid verò non E oportet nos quoque dicere ea quæ vidimus? nempè quòd fratres ingrediebantur cũ ſportis, ad mẽſas panes afferentes, & cũ comederent quingenti fratres ad ſatietatem, eas rurſus plenas accipiebãt? Aliud quoque miraculũ, quod videntes obſtupuimus, par eſt dicere.

Tempore famis populum paſcit Apollo. Non deficit panis ſporta. Deus ſemper eſt omnipotẽs Aliud miraculum.

Cùm enim ad eos veniſſemus ſpacio triũ trium dierũ, cogniti ſumus, procul viſi à fratribus, qui ex eo audierãt de noſtro ad eos aduentu, qui quidẽ propere accurrentes nobis venerũt obuiã, pſallẽtes (eſt enim hic mos apud omnes monachos) & cũ proni in terrã adoraſſent, nos deoſculati ſunt, nos ſibi inuicem oſtendentes, & dicẽtes. Ecce venerũt fratres, de quibus pater noſter dixit tribus antè diebus, dicẽdo, Poſt tres dies veniẽt ad nos fratres, venientes Hieroſolymis. Et alij quidem nos deducebãt: alij verò nos retrò ſequebãtur, pſallẽtes, donec propè ipſum venimus. Cùm autẽ audiiſſet pater vocẽ pſallentiũ, venit nobis obuiã vt mos ei erat erga omnes fratres, & cũ nos vidiſſet adorauit primus ſe in terra extendẽs, & cũ ſurrexiſſet, eſt oſculatus: & poſtquã introduxiſſet, orauit, & pedes noſtros manibus lauit propriis, &

Perceptio Eucharistiæ præcedat cibum.

hortatus est ad refectionẽ. Hoc autem faciebat omnibus fratribus qui ad ipsum veniebãt. Qui enim F
cũ ipso erãt fratres, alimentum nõ prius accipiebãt quã eucharistiæ christi cõmunicassent. Hoc autẽ
faciebãt hora nona diei. Deinde cũ sic comedissent, sedebãt audiẽtes eum docentem omnia precepta, vsque ad primũ somnum. Illinc alij quidẽ ex ipsis secedebant in solitudinẽ, scripturas tota nocte
memoriter expromentes. Alij verò illic perseuerabant, assiduis hymnis Deũ laudãtes ad diem vsque
quos ego vidi his oculis, cum vespere hymnos cœpissent, vsque ad matũtinum non cessasse à cantu.

Eucharistia sola viuebãt.

Multi certè ex iis hora nona solum descendebãt de mõte: & Eucharistiã sumẽtes, rursus ascendebãt.
cõtenti spiritali nutrimento vsque ad aliã nonã. Hoc autem multi ex iis faciebant multos dies. Licebat autẽ eos videre exultantes in solitudine: adeò vt nullam eiusmodi aliã exultationẽ in terra videre liceat, nec letitiã corpoream, Neque enim erat inter eos aliquis mœstus aut tristis. Sed si quis
videbatur præ se ferre tristitiã statim pater Apollo ex eo rogabat causam, & quę erãt in oculto vniuscuiusque cordis renunciabat. Dicebat autem, Non oportet esse tristes propter salutem, cùm futuri

Tristitia fugienda quia desperationẽ inducit Cassia. lib. 9 Inst. cap. 13.

simus hæredes regni cælorum. Tristes autem, inquit, erunt gentiles: flebunt Iudæi, lugebunt peccatores: Iusti autem letabuntur. Et qui terrena quidam animo agitant, lætantur in rebus terrenis, nos G
autem qui tanta spe digni sumus habiti, quemadmodũ non letamur perpetuó? cùm nobis Apostolus suadeat vt semper letemur, & oremus sine intermissione. Quis autẽ dixerit eius in sermone gratiam, & reliquas eius virtutes, quas propter summũ miraculũ filuimus, auditas vtique ex ipso & ex
aliis, cum autem de exercitatione & vitæ instituto nobiscum sepè seorsum disseruisset, sepè etiam
dixit de suscipiendis monachis quod oportet adorare fratres aduenientes: Non enim ipsos, aiebat,
sed Deum adorasti: vidisti enim, inquit, fratrem tuum, vidisti Dominũ deũ tuum, & hoc, inquit, ab
Abraham accepimus: & quod oporteat, inquit, nonnunquã cogere fratres ad refectionẽ, à Lot accepim⁹ qui coëgit angelos: & quòd oportet ũ fieri potest, monachos quotidiè cõmunicare sacramẽ-
tis. Qui enim se ab eis procul amouet, deus quoque procul ab eo recedit, Qui autẽ hoc facit assiduè,
assiduè suscipit seruatorẽ. est enim, inquit, vox salutaris, Qui comedit carnem meã, & bibit meũ sanguinẽ, manet in me, & ego in eo. Hoc cõfert monachis salutaris passionis cõmemorationem cõtinẽ
ter faciẽtibus, quotidie etiã se præparare, vt omni ex parte digni sint qui suscipiãt cœlestia sacramẽ-
ta: quãdoquidem sic quoque consequimur remissionẽ pecatorũ. Catholica autẽ & generalia ieiunia H
nõ licet soluere sine ingẽti necessitate. In quarta enim feria traditur seruator & in parasceue crucifigitur. Qui ea ergo soluit seruatorem vnà tradit, & vna crucifigit. Sed si ad vos veniat frater qui opus
habet vt reficiatur cùm sit ieiunium, ipsi soli mensam apponite: Sin autem nolit, ne cogatis. Habemus enim cõmunẽ traditionẽ. Multũ autẽ reprehẽdebat eos qui ferrũ gestabãt, & comã nutriebãt.
Hi enim, inquit, se ostentant & quærũt placere hominibus, cũ oporteat ipsos potius corpus soluere
ieiuniis, & quòd bonũ est facere in occulto: Ij verò nõ sic, sed se propalãt omnibus, Et quid opus pluribus omnis enim eius doctrina est eius vitæ instituto similis, quam nec qui scribere potuerit nec dicere. Plurima ergo nobiscũ seorsum tota sepe hebdomada disserẽdo, tandẽ dimittens dixit: Habete
pacẽ inter vos, ne separemini in via. Cùm autem dixisset iis qui cũ ipso erãt fratribus, quisnã ex ipsis
uellet nos deducere, sanctus Apollo tribus viris delectis, qui valerẽt & sermone & vitę instituto, erãt
que periti linguæ Grecæ & Romanæ & Ægyptiacæ, cũ eis nos dimittẽs, iussit eis ne nos prius relinquerent, quã satisfactu esset nostro videndorũ patrũ desiderio, quos si quis vellet omnes videre, ad
eos aspiciendos tota vita nõ sufficeret. Cũ nobis ergo benedixisset, amãdauit, dicens. Benedicat vos I
Dominus ex Siõ: & videatis bona Hierusalẽ omnibus diebus vitæ vestræ. Nobis autẽ ambulãtibus
meridie per solitudinẽ, vidimus tractũ magni draconis qui tanquã trabes erat protractus per arenã.
Quẽ cũ vidissemus, nos magnus timor inuasit, Qui autẽ nos ducebãt fratres hortati sunt ne timeremus, sed essemus bono animo, & sequeremur draconis vestigiũ. Videbitis enim fidem nostrã, cũ ipsi
simus eũ manu nostra superaturi. Multos enim, inquit, & dracones & ceraſtas manu interfecimus, si
cut scriptũ est. In eis enim implebatur illud, Dedi vobis potestatẽ ambulãdi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici. Nos autẽ qui ferebamur incredulitate, & maiori eram⁹
affecti formidine, rogabamus eos ne iremus per vestigia draconis, sed recta via. Vnus autẽ frater ex
ipsis, magna animi alacritate, cũ nos eo in loco dimisisset, profectus est in solitudinẽ, quærens beluã
Quam cũ inuenisset nõ procul ab antro, magna voce exclamabat draconem esse in spelũca: & vocabat ipsos, vt ad se venirẽt visuri quid esset euenturũ: & hortantibus nos aliis fratribus ne timeremus,
cũ magno metu abiimus visuri beluã. Nobis autem repentè occurrens frater vnus, manu nos traxit K
in suum monasteriũ, dicens nos nõ posse ferre impetũ beluæ, & maximè quòd nõdum vidissemus talem beluam & tã vasta magnitudine, vt quæ sit plus quã quindecim cubitorũ. Cũ nos ergo iussisset
manere in loco, abiit ad fratrẽ dicẽs ei vt recederet à cauerna: conabatur enim ille à loco nõ recede
re, priusquam interfeciſſet draconem. Cui cũ persuasisset, eũ ducit ad nos increpantem modicam no
stram fidem. Quiescentes autem apud illũ fratrem, qui circiter vnũ milliare remotũ habebat monasterium, satis refecti sumus. Ille autẽ nobis narrabat, in illo loco in quo ipse sedebat fuisse virum sanctũ, cuius ipse fuit discipulus, nomine Amũ, qui in illo loco plurimas fecit virtutes, ad quẽ sepè latro
nes ven ẽtes, accipiebãt eius panẽ & alimenta. Hæc ergo ægrè ferens, cum vno die egressus esset in
solitudinẽ, adduxit secũ duos magnos dracones, & iussit eis vt in eo loco manerent, & portã custodirẽt. Homicidæ autẽ cùm pro more venissent, & vidissent miraculũ, pre stupore hiãtes ceciderũt

Vita Abbatis Amun.

Duo dracones portæ monasterij custodes.

in faciem

A in faciem. Egressus autem inuenit eos mutos & ferè semimortuos, & cũ eos excitassent, probris eos
afficit, dicens: Videte quantum estis bestiis agrestiores. Nam isti quidem propter Deũ nostræ parẽt
voluntati, Vos autẽ neque Deũ timuistis, neque Christianorum estis reperiti religionẽ: introductis
autẽ eis in cellã mensam apposuit, & monuit vt mores mutarent. Illi autem surgentes, protinus multis visi sunt meliores: nõ multo pòst autẽ ipsi quoque visi sunt eadem signa facere. Aliquãdo autẽ, in
quit, cùm vnus magnus draco propinquã vastaret regionem & multa occideret animalia quicũque
habitabãt iuxta solitudinẽ, omnes simul venerunt ad patrem, rogantes vt deleretur belua ex eorũ regione. Is autẽ eos ita dimisit, vt qui eis tristitia affectis nihil prodesset. Manè autem surgẽs, venit in *Draco disruptus precibus abbatis Amun.*
eũ locũ quo transitura erat bellua. Postquã autẽ ter flexit genua ad orationem, in ipsum veniebat be
lua, magno cum stridore grauem emittens anhelitũ, & intumẽscens ac sibilãs, tetrũque edẽs spiritũ.
Is autem nihil territus, ad draconẽ cõuersus, dixit, Vincet te Iesus Christus, filius Dei viui, qui est ma
gnũ draconem victurus. Idque cũ dixisset, protinus disruptus est draco, per os omne virus euomẽs,
cũ sanguine. Cùm autem venissent rustici postridiè, & illud magnũ vidissent miraculum, & nõ fer-
B rent spiritũ, in animal multã arenam congesserũt, patre illic eis adstante: ad draconem enim licet mortuũ, nõ audebant accedere. Puer autẽ inquit, pascens cum repentè vidisset adhuc viuũ draconem,
statim emota mente fuit exanimatus. Iacuit itaque puer nihil spirãs in loco tota die in solitudine. Cũ
eũ autem sui in vespere inuenissent parũ spirãtem, totũ inflatum ex ecstasi, deducũt ad patrem, ignó-
rantes causam eius quod acciderat. Cùm is autem orasset & eũ vnxisset oleo surrexit puer narrãs id *Amun oleo puerum curauit.*
quod fuerat deprehensum. Quare vir maximè motus, ad interimendum draconem est conuersus.

VITA ABBATIS COPRE PRESBYTERI.

Sect. XLIX.

LIIII. Copris virtutes Sozom. lib. 6. cap. 28 Cassiod. lib. 8 cap. 1. Nicep. lib. 11. cap. 34.

ERat autem illic quidã presbyter, qui monasteriũ propè habebat in solitudine, Copres nomine, vir sanctus, propè octogenarius, qui ipse quoque plures faciebat virtutes, morbis medens, &
multas faciens curationes, & dæmones expellens, & res multas efficiens, atque adeo quasdã in no-
stris oculis. Is ergo postquã nos vidit, salutauit, & pro nobis orauit, & postquã pedes nostros lauisset
C fiscitatus est à nobis quænã in mũdo fierent, nos autẽ rogauimus vt ipse nobis potius exponeret sui
vitę instituti virtutes, & quo modo eis Deus est dona largitus, & quanã ratione fuisset particeps eius
gratiæ. Is autẽ nulla eo nomine elatus superbia, nobis suã vitã narrauit, & maiorũ suorũ qui ipsum superarũt, quorũ ipse vitæ institutũ est imitatus. Nõ est, inquit, ô fili quod à me fit admirabile, si conferatur cũ iis quæ in vita gesta sunt à patribus nostris. Et cũ narraret nobis Copres presbiter quæ rectè
& ex virtute gesta fuerãt à patribus, vnus ex fratribus nostris dormitãs, vt qui iis quæ dicebãtur fidẽ
nequaquã haberet videt in eius manibus librũ admirabilem scriptũ literis aureis, & canũ virum adstãtem & minaciter ei dicentem. Nõ audis attentè lecturã, sed dormitas? Is autem cõturbatus, nobis
eum audientibus statim quod viderat Romanè exposuit. Eo autem hæc nobis adhuc dicente, venit
quidã rusticus habens cyathũ arenæ, qui expectabat donec implesset narrationẽ, rogauimus autem
nos presbiterũ, Quid sibi vult rusticus cũ arena? nobis respõdit pater, dicens: Filioli mei, Non oportebat me gloriari apud vos, neque ea nunciare quæ gesta sunt à patribus: ne mente elati amittamus
mercedem: propter studium autem vestrum & vtilitatem, quòd tã procul ad nos venistis, non frau-
D dabo vos vtilitate, sed quæ per nos Seruator gessit, narrabo præsentibus fratribus. Sterilis erat ager
qui est propè nos: & rustici qui ipsum possidebant, seminãtes, vix semen duplicatum metebant: Ver- *Fruges fide multiplicantur.*
mis enim nascens in spica, totam messem corrumpebat, Agricolæ autem catechismo à nobis instituti, & effecti Christiani, rogarunt nos ut oraremus pro messe. Dixi autem eis, Si habetis fidem in
Deum vel arena deserti fructum vobis afferet. Ij autem nihil cunctati, cũ hac arena quæ à nobis calcatur sinus implessem, attulerunt, rogãtes vt beneciceremus. Postquam autem sum precatus vt illis
fieret secundũ ipsorum fidem, ipsi eã cum frumento seminarunt in aruis suis, & repente eorum ager
ita multiplicauit fructum, vt omnem superaret Ægyptum. Hoc ergo facere soliti, nobis quotannis
exhibent molestiã. Vnum autem, inquit, magnum miraculũ prębuit mihi Deus multis præsentibus.
Cùm enim in ciuitatem aliquãdo descendissem inueni quendam virum magum, qui populos seduxerat. Cùm autem non possem ei publicè persuadere, dixi conuersus ad multitudinem, Magnum ro- *copris cum præstigiatore sponsio.*
gum in platea accendite, & ingrediamur in flãma, & qui ex nobis illesus à flãma mãserit, is habet bo-
E nam fidem. Postquam autem hoc factum est, & turbæ rogum citò accenderunt: ipsum mecum
trahebant in ignem. Is autem dicit, Vnusquisque seorsum ingrediatur: debesque primus ingredi qui
iussisti. Cùm autem in nomine Christi signatus essem ingressus, flãma in hãc & illã partem diuisa, me
nulla affecit molestia, cũ semihorã in ea essem moratus. Turbæ autem viso miraculo exclamarunt, *crucis signũ seruat ab incendio.*
& cogebãt illum pyram peruadere is autem nolebat, timore affectus. Cum eum autem accepissent
populi in medium protruserunt, & totus flãma ambustus, eiectus est è ciuitate: clamãtibus populis:
Planè viuentem exurite. Me autem turbæ accipientes, & laudibus prosequentes, deduxerunt
in ecclesiam. Cùm autem ego aliquando per quoddam templum transirem, quidam ex gentibus
suis idolis sacrificabant, Dixi autem eis: Cur cum sitis participes rationis, sacrificatis iis quæ carent
ratione: vòsque estis de cętero iis magis expertes rationis? Illi autem vt qui rectè dixissem, me statim
sunt secuti, credẽtes Seruatori. Cùm autẽ esset mihi aliquãdo hortus in agro propinquo, propter eã.

Olera furto rapta coqui non possunt.

quæ ad nos veniebat fraternitatem, & quidam pauper eum operaretur, ingressus est quidam gẽtilis F vt furaretur olera. Vbi verò ea suffuratus recessisset, eaque tribus horis non potuisset coquere, sed mansissent in lebete qualia acceperat vt potè quòd aqua minimè calefieret, vir se colligẽs, accepta olera ad nos detulit, rogans vt nobis cõdonaretur erratum, & vt fieret Christianus, quod etiã factũ est. Erant autẽ hac ipsa hora hospites, fratres qui ad nos venerant, propter quos tẽpestiuè admodum ad nos allata sunt olera. Quæ cum comedissemus, egimus Domino gratias duplici accepta lætitia, & ex salute hominis, & ex refectione fratrum.

VITA ABBATIS SVRI.
Sect. L.

Surus Oratione furtes transferri impetrauit

ABbas autem Surus, inquit, & Esaias, & Paulus sibi inuicem repente occurrerunt ad fluuiũ, viri pij & egregij exercitatores, inuisuri magnũ abbatẽ Anuph. Distabat autẽ eorũ interuallum tribus mãsionibus: & dicunt ad se inuicem. Ostendat unusquisque nostrũ suum vitę institutũ, & quẽadmodũ fuit in hac vita à Deo honoratus. Ab bas autem Surus dixit eis. Peto à Deo donũ, vt nos virtute spiritus indefessi ad locum perueniamus: & cũ ipse solũ orasset, inuentum est protinus paratũ naui giũ, & ventus secundus, & momento tẽporis inuenti sunt in loco, cũ aduerso flumine nauigassent. G

VITA ABBATIS ESAIÆ.
Sect LI.

LVI.

ESaias autem dicit eis. Et quid mirum ô amici, si vir nobis occurrerit, qui vitam narret vniuscuiusque?

VITA ABBATIS PAVLI.
Sect. LII.

LVII. Paulus huius mentio est. 19. col. Cassiani Pauli prædicto.

PAulus autem dicit eis. Si Deus nobis reuelauerit, quòd post tres dies assumit hominem? Cùm autem paulo vlterius processissent, vir eis obuiam factus eos salutat. Paulus autem ei dicit, Dic H nobis quæ rectè gessisti: Nam post crastinum diem abibis ad Deum.

VITA ABBATIS ANVPH.
Sect. LIII.

LVIII. Niceph. lib. 2. cap. 14. Magna vitæ perfectio.

DIxit autẽ eis Anuph, Benedictus Deus qui mihi hæc quoque signauit, & vestrum vitæ institutũ & aduentũ. Cùm autẽ dixisset quæ vnusquisque eorũ rectè gesserat, expositio deinceps quæ ipse fecerat, dicens: Ex quo Seruatoris nomen professus sum in terra, ex ore meo non est egressum mendacium, humani cibi nihil sumpsi, me cœlesti alimento alente quotidiè angelo: nullius alterius rei cupiditas in cor meum ascendit, præterquam Dei: Nihil ex rebus terrenis occultauit mihi Deus. quod non significarit & ostenderit meis oculis: Non interdiu somnum cepi, non noctu requieui, Deum quærens, Vnà mihi semper adfuit angelus mundi, ostendens potestates, lumen cogitationis meæ nunquam fuit extinctum, omnem petitionem accepi à Deo protinus. Vidi sæpenumero Deo assistentes myriades, Vidi choros iustorum, Vidi martyrum congeriem, Vidi monachorum vitæ I

Visiones Anuph.

institutionem, opus autem omnium Deum laudabat. Vidi Satanam igni traditum, Vidi angelos eius punitos, Vidi iustos lætantes in æternum. Hæc & multa alia narrans, tertio die tradit animam: eamque statim susciptentes angeli & chori martyrum in cœlos sustulerunt, ipsis videntibus & hymnos audientibus.

VITA ABBATIS HELLENIS.
Sect. LIIII.

LIX.

Hellen sinit ignem gestat Soz. lib. 6. cap. 28. Niceph. lib. 11. Cassiod. lib. 8 cap. 1. cap. 34. Gallat. 5. Abstinendũ à cibo ne lædatur anima. Math. 4. Luc 4. Hellen oratione cibũ à Deo impetrat. Helleni fera aret.

QVidam autem alius pater, qui vocabatur Abbas Hellen, cum ab incunte ætate se fortiter exercuisset, sæpenumero ignẽ gestabat in sinu, incitans eos qui propè erãt fratres ad ostẽdẽda signa, dicens eis: Si vos verè exercetis, virtutis signa de cætero ostendite. Aliquando autem cùm per se esset in solitudine, incessit eum mellis desiderium: cum vero illico fauos inuenisset sub petra dixit, Recede à me intemperans cupiditas: Scriptum est enim, Spiritu ambulate; & desiderium carnis nõ K perficietis: eisque relictis abiit. Cùm autẽ iam tres hebdomadas ieiunasset in solitudine, inuentis qui dissecti erant fructibus, dixit, Nõ comedam neque attingã aliquid ex iis, ne fratrẽ meum scandalizẽ nempè meam animam, Scriptum est enim, Non in alimento solum viuet homo. Cum autem adhuc aliam ieiunasset hebdomadam, postea dormitauit, & veniens angelus in somnis, ei dixit: Surge & tolle ea quæ inueniuntur, & comede. Is autem surrexit, & circumquaque aspiciẽs, vidit fontem in orbem herbas delicatas germinasse. Cùm autem & potum sumpsisset, & comedisset olera, affirmabat nihil sibi vnquã fuisse iucundius. Cùm paruam autem speluncam in loco inuenisset, mansit illic paucos dies ieiunus. Vbi autem egebat alimento, orabat flexis genibus: ei autem protinus apponebantur esculenta omnia, & panis calidus, & oliuæ, & varij fructus. Aliquando autem inuisit fratres suos: & cum eos multum monuisset, contendebat in desertum, afferens quædam

A quædã ad vsum necessaria. Cùm autẽ vidisset quosdã onagros pascentes, ait ipsis: in nomine Iesu Christi, veniat vnus ex vobis, & suscipiat onus meũ. Is aũt statim ad ipsũ accessit. Cùm aũt supellectilem ei imposuisset, & ei insedisset, vno die peruenit ad speluncam. In sole verò ab eo positis panibus & fructibus, cùm ad ea veniissent feræ vt solent ad fontem, & panes solum tetigissent, mortuæ sunt. Accessit enim aliquando ad quosdam monachos cùm esset dies dominicus, & dixit eis, Cur hodiè non egistis synaxim? Cùm ij autem apertè dicerent, Eo quòd non venerit presbyter. Dixit autem *Synaxis die dominica peragenda.* eis, Ego ibo & eum vocabo. Ij autem dixerunt non posse aliquem transmittere alueum propter altitudinem: Quinetiam dicebãt eo in loco esse beluam maximam, nempè crocodilum, qui multos homines consumpserat. Is autem non cunctatus, statim surgens profectus est ad vadum. Quem cùm belua statim tergo excepisset, transmisit. Cùm autem in agro inuenisset presbyterum, rogauit ne despiceret fraternitatem. Ille autem cum videns multis consutis pannis obsitum, rogauit vndenam pannum habuisset, dicens, Habes vestem animæ pulcherrimam ô frater: eiusque humilitatem & frugalitatem admiratus, eum secutus est abeuntem ad fluuium. Cùm autem qua transucherentur cym-
B bam non inueniissent, vocem emisit abbas Hellen, aduocans crocodilum. Is autem ei statim obediés aderat, tergum substernens. Rogauit autem presbyterum vt cum eo ascenderet. Is vero timore affectus cùm vidisset beluã, retrocessit. Cùm autem cum teneret admiratio & eos qui trans fluuium habitabant fratres, videntes eum cum belua transmittentem alueum, ille ascendens in terram, vna secum attraxit beluam, dicens melius esse ei vt moreretur, quàm interemptarum animarum acquireret supplicium. Ea autem cadens protinus est mortua. Tres autem dies permanens apud fratres, sedebat docens eos præcepta, & quæ erant occulta vniuscuiusque consilia apertè enuncians: hunc quidem dicens vexari à fornicatione, illum verò à vana gloria: alium à deliciis: alium ab ira, & alium quidem pronunciabat esse mitem, alium verò pacificum, illorum quidem vitia, horum verò virtutes *Exhortationes Hellenis.* arguens. Hæc autem audientes, mirabantur dicendo re vera ita esse. Eis autem dixit, Parate nobis olera. Hodiè enim ad nos venient plures fratres. Cùm illi autem adhuc pararent, superueniẽtes fratres se inuicem salutarunt. Rogauit autem eum quidam ex fratribus, volẽs vnà cum eo degere in deserto. Eo autem dicente non posse illum sustinere tentationes dæmonum; is contentiosius se omnia
C toleraturũ asseuerauit. Cũ eũ autẽ excepisset, iussit habitare in alia spelunca. Ad eum autẽ noctu aduentãtes dæmones, eũ suffocare aggrediebãtur, cũ eũ primũ turpibus perturbassent cogitationibus. Illi vero eũ victus admonuerũt. Ille aũt excurrens renũciauit abbati Helleni quæ euenerãt. Ipse autẽ cùm ei figurã impressisset, iussit eum deinde manere securè. Cùm autem aliquando panes ei defecissent in spelunca, aduentans angelus in figura fratris, eius attulit nutrimentum. Rursus autem ipsum aliquando quærentes fratres decem numero, errabant per solitudinem, septimo iam die iciuni permanẽtes. Cùm verò eũ inuenissẽt, iussit eos in spelũca refici. Ille qui nihil habebat quod eis apponeret, dixit eis. Potens est Deus mensam parare in deserto. Statim autem quidam adolescens pon- *Angelus panem esurienti ministrat.* *Parat deus mensam in deserto.*
tone ipsis orantibus pulsauit fores. Cùm autem apparuisset, viderunt adolescentem habentem magnam sportam panis & oliuarum. Iis autem susceptis, comederunt, Deo agentes gratias, cùm adolescens statim euanuisset. Hæc & alia multa miracula cum nobis narrasset pater Copres, nósque benignè & humaniter tractasset, induxit in suum hortum, ostẽdens nobis palmas, & alias arbores frugiferas quas ipse plantauit in solitudine, admonitus à fide rusticorum quibus dixit: Potest desertũ
D fructus producere iis qui fidem habent in Deum. Postquam enim vidit, vt aiebat, eos qui arenam seminauerant, & eorum agrum fructum tulisse, ipse quoque idem aggressus, idem est consecutus.

VITA ABBATIS APPELLE.
Sect. LV.

LX.

Appelles anno 374. tassiod. lib. 8. cap. 1. Niceph lib. 11. cap. 34. Ferrũ ignitũ illesus gestabat Appelles.

VIdimus autem alium quoque presbyterum in partibus superioris regionis, Appellem nomine, virum iustum, qui fabricæ æratiæ artem primùm tractauit, & exinde conuersus est ad exercitationẽ. Is cùm ad eum veniisset diabolus in figura muliebri, quo tempore ad vsum monachorum quẽdam tractabat fabrilia, ferrea lamina ex igne rapta, idque manu propter festinationem, totum eius vultum corpus combussit, eámque audierunt fratres vlulantem in cella. Ab eo tempore vir ille sem-
E per manu tenebat ferrum ignitum, nec lædebatur. Is cùm nos benignè & humaniter accepisset, narrauit nobis de viris præclaris & Deo dignis qui cum eo fuerant & erant adhuc superstites.

VITA ALTERIVS IOANNIS.
Sect. LVI.

LXI.

Ioannes Eucharistia nutrit. Diabolus specie presbyteri Eucharistiã ministrat.

EST, inquit, in hac solitudine frater noster nomine Ioannes, alterius quidem iam ætatis, omnes autem monachos superans virtutibus, quem nemo potest citò inuenire, quòd semper in solitudinibus locum loco commutet. Is primùm stans tres annos sub quadam rupe, orauit perpetuò, non sedens omnino, non dormiens, nisi quantum somni stans suffurabatur: & dominica solum sumens eucharistiam, afferente ei presbytero, nihil aliud comedebat. Atque adeò cùm quodam die se Satanas transfigurasset in presbyterum, ad eum abibat celerius, præ se ferens se ei velle dare Eucha-

ristiam. Cum eum autem agnouisset beatus Ioannes dixit ei. O omnis fraudis & malitiæ pater, inimice omnis iustitiæ, non cessabis decipere animas Christianorum: sed audes sanctis insultare sacramentis? Is autem ipsi respondit: Parum abfuit quin te deiectum lucrifecerim, Nam sic quoque seduxi quendam ex tuis fratribus: & mente motum deduxi ad insaniam. Pro quo cùm multi iusti multum rogassent, vix potuerunt efficere vt esset sanæ mentis. Hæcque cùm dixisset dæmon, ab eo recessit. Cùm autem essent disrupti eius pedes ex eo quòd tanto tempore stetisset immobilis, & exiret sanies, adueniens angelus tetigit eius corpus, dicens. Christus erit tibi verus cibus, & sanctus spirirus verus potus. Interim autem tibi sufficit spiritale nutrimentum, ne repletus cuomas: & cùm eum curasset, dimouit à loco. Deinceps autem vitam egit in solitudine, circumiens, & herbis vescès. Dominica autem inueniebatur in eodem loco sumens communionem. Cum paucos autem palmæ ramos petisset à presbytero, efficiebat cingula animalibus. Cum vero vellet quidam claudus ad eũ venire vt curaretur, & asinum solummodò inscendisset: vbi primum eius pedes tetigere cingulum, quod fuerat à sancto viro factum, fuit illicò curatus. Alias autem egrotis mandabat benedictiones, & à morbis liberantur protinus. Porrò autẽ reuelabatur de eius monasteriis. quòd quidam ex iis qui sunt in ipsis, vitam non recte instituunt, & per presbyterum ad cunctos scribit epistolas: quod illi quidem sunt ocio dediti, hi vero contendunt ad virtutem & inuenta est sic se habere veritas. Scribit autem ad eorum quoque patres quod quidam ex his sunt de fratrũ salute minus solliciti: alij vero eos quantum satis est exhortantur: annunciauitque vtrorũque honores & supplicia. Et rursus alios quoque prouocans ad statum perfectiorem, admonebat vt à sensilibus se transferrent ad ea quæ percipiuntur intelligentia. Tempus est enim, inquit, deinceps tale vitæ ostendere institutum. Non debemus enim, inquit, omni tempore permanere pueri & infantes, sed iam nos perfectioribus applicare cogitationibus, & magni & excelsi animi virtutem attingere, & cæteras maximas virtutes aggredi. Hæc & complura alia nobis pater de patre narrabat, quæ quidem, propterea quod excedant miraculi modum, omnia non scripsimus: non quod non sint vera, sed propter incredulitatem aliquorum. Nos autem satis de his certiores facti sumus, cùm multi & magni viri ea nobis narrauerint qui suis viderunt oculis.

Angelus Ioannem curauit.

Dominica die communicãdum. Curatur claudus attactu cinguli. Nicep. lib. 11. cap. 35.

F

C

H

DE ABBATE PAPHNVTIO. SECT. LVII.

LXII. Paphnutius huius meminit Nicep. lib. 9. cap. 14.

VIdimus autem locum quoque Paphnutij Anachoretæ, viri magni & virtute prædíti, qui haud ita multo abhinc tempore consummatus est in regione, quæ est circa Heracleotas Thebaidis: de quo multi multa narrarunt.

præsertim Cassianus coll. 3. & cap. 15. col. 18 eius patientiam mirabilem refert.

DE TIBICINE. SECT. LVIII.

LXIII. cui similis Paphnutius. conuersio mira tibicinis ad monasticen. Eripitur virgo à latronibus per latronem. Eleemosina latronis.

IS enim post multam exercitationem Deum rogauit, vt ei significaretur cuinam ex iis sanctis qui se rectè gesserunt esset similis, Angelus autem visus ei dixit, Es similis Tibicini qui degit in hac ciuitate. Is autẽ studiosè ad eum profectus, eius vitę institutum ab eo est scisitatus, & omnia eius vitæ facta est perscrutatus. Is autem ei dixit id quod etiam erat verum se esse peccatorem, & ebriosum, & scortatorem, haud ita longo autem ab hinc tempore se ex arte latrocinandi eo contulisse. Cùm autem acuratè examinaretur quidnam vnquam rectè ab eo gestum esset, dixit se nullius rei honestæ sibi esse conscium, nisi quod cum aliquando latronis vitam ageret, Christi virginem cui erat à latronibus vitium afferendum, liberauit & noctu ad vicum vsque reduxerit. Rursus autem, inquit, inueni aliquando formosam mulierem errantem in solitudine fugatam ab apparitoribus & curialibus præsidis, propter publicum mariti debitum, & errorem suum deflentem. Scisitatus sum autem ex ea causam fletus. Illa autem dixit, Ne me roges Domine nec miseram examines: sed tanquam ancillam tuam abducas quo velis nã cùm maritus tempore biennij ob debitũ publicũ trecentorũ aureorum sepe fuerat flagellatus, & in carcere inclusus, & tres mihi charissimi filij abrepti fuerint, ego recedo fugitiua locum loco commutans, nunc autem etiam errans per solitudinem, sæpe inuenta, & assidue flagellata iam tres dies permansi ieiuna in solitudine. Ego autem eius sum miserta, inquit latro: & cùm eam deduxissem in speluncam, dedi ei trecentos aureos, & deduxi eam vsque ad ciuitatem, & eius maritum liberaui cum liberis citra vllum probrum & contumeliam. Cui respondit Paphnutius. Ego quidem nullius rei talis mihi sum conscius, in exercitatione autem omninò audisti me esse celebrem. Non enim vitam traduxi in ocio. Mihi ergo Deus de te reuelauit, te rebus gestis nihilo me esse inferiorem. Si ergo ô frater, non parua à dignitate tui habetur ratio, ne tuam animã temerè neglexeris. Is autem statim proiectis quos habuit in manibus tibiis, & lyræ musicæ harmonia spiritalem traducta melodiam, virum secutus est in desertum. Cùm autem tribus annis se pro viribus exercuisset, & in hymnis & orationibus vitæ suæ tempus peregisset, in cœlum iter direxit, & cum choris angelorum & iustorum ordinibus connumeratus, requieuit.

Nulli infructuosa est pœnitentia.

I

K

DE PRO

DE PROTOCOMITE. SECT. LIX.

A

VBi ergo illum qui se exercuerat virtutibus, prius ad Deum misit, maiori & accuratiori vitæ instituto quàm prius esset sibi impositio, rogauit Deũ vt sibi significaretur cuinam ex sanctis esset similis, & rursus vox diuina ad eum facta est, dicens: Es similis vicini pagi Protocomiti. Is autem ad eum abiit celerrimè, & cum ipse pulsasset ostium, processit ille, vt ei mos erat, ad accipiendum hospitem, & cùm pedes eius lauisset & mensam apposuisset hortatus est vt vesceretur. Cum autẽ facta eius scitaretur, & ei diceret, Narra mihi, ô homo institutum vitæ tuæ: multis enim monachis, vt mihi Deus ostendit, euasisti superior, ille dixit se esse peccatorem & indignum nomine monachorum. Cùm autem instaret percunctari, homo respondit dicens. Non habeo quidem necesse narrare ea quæ à me facta sunt: sed quoniam dicis te à Deo venisse quæ mihi adsunt referam. Iam agitur tricesimus annus ex quo me à mea vxore separaui, cùm ter cum ea solum habuissem consuetudinem, & tres ex ea filios suscepissem, qui etiã mihi ad meos vsus inseruiunt. Hospitalitatem autem

B nunquam intermisi vsque in hodiernum diem. Nõ gloriatur aliquis ex comitibus se hospitem ante me excepisse: Non egressus est pauper, nec hospes ex mea aula vacuis manibus, qui non prius rationi conueniente esset viatico sustentatus: Non vidi pauperem infortunio affectum, cui non suppeditarim quod satis fuit solatij: Non accepi personam filij mei in iudicio non ingressi sunt in domum meam fructus alieni: Non fuit lis aliqua quam non composuerim, & pacificauerim: Non increpauit aliquis meos filios quòd se inhonestè gererent: Non tetigerunt fructus alienos mei greges: Non seminaui primus agros meos, sed cùm eos omnibus proposuissem communes, colligebam ea quæ erant reliqua: Non cõcessi vt pauper opprimeretur à potentia diuitis: non affeci aliquem molestia in vita mea: nunquam malum iudicium protuli in aliquem. Hæc à me esse facta Deo volẽte mihi sum conscius Cum autem viri virtutes audisset Paphnutius, eius caput osculatus est dicens: Benedicat te Dominus ex Sion: & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ, In iis enim te rectè gessisti. vnum autem tibi restat quod est caput virtutum, nempè Dei omni ex parte sapiens cognitio, quã non poteris sine labore consequi, nisi cùm te ipsum à mundo abnegaris, crucem accipias, & sequaris Seruatorem. Is autem vbi hæc audiit, statim nec suis quidem valere iussis, virum secutus est

C in montem. Et cum venissent ad fluuium, scapha non inuenta iussit Paphnutius eum flumen traijcere pedibus, quod propter altitudinem nemo illo tempore pedibus traiecerat. Cùm autem transissent, & eis peruenisset aqua vsque ad cingulum constituit eum in quodam loco. Cùm se autem separasset, Deũ rogauit vt eiusmodi hominibus videretur præstantior. Non multo autem interiecto tempore, vidit viri animam assumi ab angelis, Deum laudantibus & dicentibus. Beatus quem elegisti & assumpsisti, habitabit in atriis tuis, & rursus iustis respondentibus & dicentibus, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est eis scandalum: & tunc cognouit virum esse consummatum.

Hospitalitatis exemplum.

Psal. 127.

Perfectio vitæ mundi abnegatio.

Psal. 64. Psal. 118.

DE MERCATORE. SECT. LX.

LXV.

D CVm autem perseueraret Abbas Paphnutius Deum venerari precibus & multiplicare ieiunia, rursus orauit vt sibi ostenderetur cuinam esset similis. Dicit ei rursus vox diuina, Similis es mercatori querenti bonas margaritas: Sed surge deinceps, & ne cunctare, Tibi enim occurret vir cui es assimilatus: cum ille autem descendisset, vidit virum quendam mercatorem alexandrinum, pium & Christi amantem, vicies mille aureis negociantem, cum centum nauibus, descendentem ex superiore Thebaide, qui omnes suas facultates & merces distribuerat pauperibus. Is cum suis filiis decem saccos leguminum ad eum afferebat, Et quid hæc, ô amice, ei dixit Paphnutius. Is autem dixit ipsi, Sunt fructus meæ mercaturæ, qui Deo offeruntur ad iustam refectionem. Quid autem hæc, inquit, ipsi Paphnutius, & tuo nostro nomine non frueris? Is autẽ confessus est ad se id studiosè contendere. Ei respondit Paphnutius: Quousque ergo tu terrenam exerces negotiationem, nec cœlestia attingis mercimonia? Sed hæc quidem est aliis dimissurus, tu verò iis te adiungens quæ sunt maximè opportuna sequere Seruatorem, ad eum venturus paulò pòst. Is verò nihil differens, iussit filios suos reliqua diuidere pauperibus. Ipse autem cùm in montem ascendisset, & seipsum in eo loco

E incluisset, vbi duo priores consummati fuerant perseuerabat in orationibus. Paruo autem elapso tempore relicto corpore factus est ciuis cœlestis. Postquam autem eum quoque præmisit in cælos, ipse etiam despondit animum vt qui se non posset amplius exercere. Assistens autẽ angelus ei dixit: Huc deinceps accede Sta tu quoque ô beate, in æterna Dei tabernacula: venerũt enim prophetæ te in suos choros accepturi. Hoc autem non tibi prius declaraui, ne si fuisses elatus, de tuis detraheretur meritis. Cum ergo vno solo die superuixisset, & per reuelationem veniisset quidam presbiteri, omnibus illis narratis, tradidit animam. Apertè autem videntes presbyteri eum assumi in choris iustorum & angelorum, Deum laudabant.

Mercator opes pauperibus distribuit

Mercator fit Monachus tũ est fortasis quem Sozomenus vocat lib. 6. cap. 31 & Niceph. lib. 11. cap. 38.

VITA ABBATIS APPOLLONII. SECT LXI.

LXVI. Appollonius an. 374. de quo Soz. lib. 6. cap. 29. Cassiod. lib. 8. cap. 1 Niceph. hist. 9. cap. 14.

FVit in Thebaide quidam monachus nomine Apollonius. Is plurimas ostendit virtutes & facta egregia: Dignus quoque fuit habitus dono doctrinæ supra multos qui tunc fuere insignes vir-

tutibus. Is in tempore persecutionis addens animum Christi confessoribus, multos effecit martyres. F Porrò autem ipse quoque comprehensus custodiebatur in carcere, ad quem veniebant qui ex gentibus erant nequiores, & cum eo disputabant, incessebantque maledictis, & irridebant.

DE PHILEMONE MARTYRE, ET IIS QVI CVM IPSO fuere martyribus. SECT. LXII.

LXVII.

ERat autem quidam ex ipsis *Choraules, vir nequitiis famosus, qui accedens eum appetebat cõtumeliis, dicens eum impium & impostorem, & planum & qui ab omnibus habebatur odio, & qui debebat mori citius. Cui dicit Apollonius, Miserebitur tui Dominus ô homo: & eorum quæ dicta sunt, nihil tibi reputabitur ad peccatum. Hæc autem cùm audiisset ille choraules, Philemon nomine, mordebatur animo, à verbis eius compunctus. Statim autem ad tribunal profectus, coram iudice se sistit, & ei dicit populo præsente: Iniustè facis ô iudex, qui viros pios & nulli culpę affines punis: Nihil enim mali faciunt nec dicunt Christiani. Ille autem cùm ipse hæc diceret, in principio C quidem æstimabat eum loqui ironicè & ludificari. Postquam autem eum vidit persistere, Insanis inquit ô homo: mens tibi repente est emota: ille autem, Nõ insanio, inquit, ô iudex iniustissime: Sum enim Christianus. Is autem multis blãditiis vnà cum turba ei conabatur persuadere. postquã autem vidit immobilem ei omne genus tormenta adhibuit. Cùm autem rapuisset Apolloniũ, & multis eũ affecisset contumeliis, ipsum torquebat tanquam planum. Apollonius autem ei dixit, Optarem ô Iudex, vt tu & omnes presentes hunc meum errorem sequeremini. Is autem eo hæc dicente, iussit ambos igni tradere toto inspiciente populo. Cùm autem in flamma essent præsente iudice, vocem ad Deum emittit beatus Apollonius, toto populo audiente & iudice. Ne tradas domine bestiis animam cõfitentem tibi: sed teipsum nobis apertè ostende: nubes autem roscida & luscida adueniens, viros texit igne extincto. Admiratæ autem turbę & ipse iudex, dicebant, Vnus est Deus Christianorum. Maleficus verò quispiam hæc renunciat præsidi Alexandriæ. Qui cum crudeles quosdam & immanes elegisset protectores & apparitores, eos misit vt vinctos adducerent iudicem & Philemonem. Ducebatur ergo vna cum eis Apollonius, & quidam alij confessores. Cùm omnes autem iter H ingrederentur, eum inuasit gratia, & cœpit docere milites. Vbi autem ipsi quoque compuncti crediderunt Seruatori, erant omnes vno animo vincti. Quos omnes cùm vidisset præses à se non posse dimoueri, iussit proiici in profundum maris. Hoc autem fuit eis signum baptismatis. Cùm eos autem sui inuenissent disiectos in littore fecerunt omnibus ædem vnam, vbi nunc multæ virtutes peraguntur. Tanta autem fuit viri gratia, vt de iis quæ esset precatus statim exaudiretur, cum sic honorante Seruatore. Quem etiam nos in martyrio precati, vidimus, cum iis qui cum ipso fuerunt testificati, & Deum adorantes, eorum tabernacula salutauimus in Thebaide.

Subita mutatio impij.

Psal. 73.

Christiani naufragantes baptizantur.

Miracula ad reliquias.

VITA ABBATIS DIOSCVRI PRESBITERI. SECT. LXIII.

LXVIII.

VIdimus autem alium quoque presbyterum in Thebaide, nomine Dioscurum, patrem centum I monachorum: qui cùm ad Dei gratiam esset accessurus dicebat eis, Videte ne quis qui noctu phantasiã habuit mulieris, audeat accedere ad sancta sacramẽta. Ne quis ex vobis visis & phãtasiis pulsus somniet. Nam qui absque phantasiis fiunt fluxus seminis, casu fiunt: nec ex vniuscuiusque libero animi arbitrio insunt, sed absque voluntate. Procedunt enim ex natura, & ex redundanti materia excernuntur. Quocirca nec sunt peccato obnoxij. Visa autem ac phantasiæ procedunt ex libera eligendi voluntate, & sunt argumentum mali animi. Oportet autem, inquit, monachum transilire etiam legem naturæ: corpus autem liquare, nec inueniri in vllo inquinamento carnis, sed canem liquefacere, & nõ concedere vt in ipsa redundet materia, frequentibus & prolixis ieiuniis. Sin minus autem, nos ad appetitiones & desideria incitant. Non oportet autem monachum attingere appetitiones animi. In quo enim differt à mundanis, quos sæpè videmus abstinere à voluptatibus propter sanitatem corporis, aut propter aliquas alias causas à ratione minimè alienas? Quanto autem magis inquit, curanda est animæ sanitas & spiritus?

Dioscori sub nomine meminerunt. 503. Cassiod. & Nicep. lib. 11. c. 34. arcent à sacramentis turpia somnia superius: sect. 19.

Exhortationes Dioscori.

Deuenimus quoque ad Netrẽses, vbi multos & magnos vidimus Anachoretas: partim quidẽ indi- K genas, partim verò etiã hospites, qui se inuicẽ superabãt virtutibus, & magno studio se exercebãt, & in vita se inuicẽ cõtendebant superare: & alij quidẽ ex ipsis versabantur in contẽplatione, alij vero in actione. Cũ vidissent autẽ aliqui ex ipsis nos procul veniẽtes aliqui quidẽ nobis cũ aqua occurrerũt & alij quidem pedes nostros lauabant: alij vero vestes mundabant: alij verò ad cibum inuitabant: alij autem ad contemplationem & Dei cognitionem, & quod vnusquisque ex iis poterat, in eo studebat nos iuuare. Et quid dixerit quispiam omnes eorum virtutes, cùm nihil possit dicere pro dignitate: Habitant itaque locum desertum: & habent cellas magno inter se interuallo disiunctas, vt nullus possit procul agnosci ab altero, neque citò videri nec vox audiri: sed degunt in multa quiete, vnusquisque per se inclusus. Solum autem sabbato & dominico congregantur in ecclesiis: & seinuicem excipiunt. Multi autem ex iis sæpè etiam quatuor dies inueniuntur in cellis, absque eo quod se videant

LXIX. Netrenses anachoretæ.

Netrenses seorsim degunt.

A videant inuicem, præterquam in synaxi & alij quidem ex his veniebant ad synaxim à tertio & quarto lapide: tam logè sunt remoti à se inuicem. Tantam autem habent inter se charitatem, etiam supra relinquam fraternitatem, vt multis qui cum ipsis salui esse voluerint vnusquisque studeat suam cellam eis dare ad se reficiendum.

DE ABBATE AMMONIO ET IIS QVI ERANT cum ipso. SECT LXIIII.

LXX.

VIdimus autem patrem quoque eorum qui illic erant, nomine Ammonium, habentem eximias cellas & atrium, & puteum, & reliqua necessaria. Cùm autem ad eum venisset quidam frater qui volebat saluus fieri, & ei diceret vt ipsi inueniret cellam ad habitandum, illicò egressus, præcepit ei ne egrederetur è cellis, donec ipsi inuenisset aptum habitaculum, & cùm ipsi reliquisset omnia quæ habebat cum ipsis cellis, seipsum inclusit in paruam cellam. Quòd si plures erant qui cõuenie- B bant volentes salui fieri, congregabat vniuesam fraternitatem, & illo quidem tradente lateres, hoc verò aquam, perficiebantur cellæ in vno die: Eos autem qui erãt habitaturi in cellis, in ecclesiã vocabant ad conuiuia. Dúmque illi se recreant & exhilarant, vnusquisque cùm è sua cella ouillã suam pellem aut sportam pane vel cæteris implesset necessariis, deferebant ad nouas cellas, vt nulli nota esset vniuscuiusque oblatio. Noctu autem venientes habitaturi suas cellas, repẽte inueniebãt omnia necessaria. Multi autem ex ipsis neque panem comedebant nec fructus, sed solum intyba agrestia. Quidam autem ex ipsis tota nocte non dormiebant: sed sedentes vel stantes vsque ad manè, perseuerabant in oratione.

Ammonius.

Institutum vitæ monasticæ Ammonij.

Antea Sect. 11.

VITA ABBATIS ISIDORI ET EORVM QVI ERANT cum ipso. SECT. LXV.

LXXI.

VIdimus autem in Thebaide monasterium cuiusdam magni Isidori, quod intus habebat mille C monachos. Habebat autem intus puteos & hortos, & quæcunque sunt ad vsum necessaria, nemine egrediente extra monasterium. Sed erat presbyter ianitor, qui nullum permittebat egredi, neque alium ingredi, præterquam si quis vellet vsque ad mortem illic permanere nusquam progrediens. Porrò autem eos qui portam ingrediebantur, in paruo habitaculo excipiebat hospitio, & cũ mane dedisset benedictiones, in pace deducebat, Duo autem ex ipsis presbyteri solum exibant, opera fratrũ ad ministrantes, & referebãt ea quæ erant ipsis ad vsum necessaria. Dixit autem mihi is qui portam custodiebat presbyter, eos qui intus sunt sanctos esse tales, vt possint omnes signa efficere: & neminem ante decessum in morbum incidere: sed quando vniuscuiusque venisset translatio, id omnibus prius significantem & se reclinantem, dormire.

Isidorus hic alter est à Pelusiota de quo Nicep. lib. 14. cap. 35.

Monasterium mille monachorum.

Presbiteri monachorum Ianitores & administri. Nicep. lib. 11. cap. 34.

VITA ABBATIS AMMONA PRESBITERI. SECT. LXVI.

LXXII.

D EST autẽ alia quoque solitudo in Ægypto, maritima quidem, sed difficillima: in qua multi & magni habitant Anachoretæ, quæ est prope vrbem Diolcõ. Vidimus autem illic presbiterũ virum sanctum & valdè humilẽ, & assiduè videntem visiones, nomine Ammonã. Is aliquãdo offerens Deo cultum videt angelum stantem à dextris altaris, & signantem fratres accedentes ad gratiã & scribẽtem in libro eorum nomina. Cùm autem nõ adfuissent aliqui in synaxi, vidit deleri eorum nomina, qui post tres dies sunt mortui. Eum sæpè torquentes dęmones in tantam adduxerunt imbecillitatẽ, vt non posset ipse stare ad arã, nec offerre. Angelus autem veniens, eius manu adprehensa, protinus eum confirmauit, & sanum ad aram statuit. Cuius tormenta cum vidissent fratres, obstupuerunt.

Ammon. an. do. 370. hũc ex Sozo. cassiod. liber. 8. cap. 1. & Niceph. lib. 11 cap. 35. Piammon vocant. Huius habetur continentia apud. Cassian. col. 17. cap. 24 & doctrina col. 18.

1 *Angelus resignat non communicantes.* 2 *Ammon curatur per Angelum.*

DE ABBATE IOANNE. SECT. LXVII.

LXXIII.

VIdimus autem alium quoque in Diolco, Ioannem nomine, patrem monasteriorum, qui ipse E quoque multam habebat gratiam & Abrahæ habitum, & barbam Aaron: efficiebat autem virtutes atque curationes: & qui multos curauit paralyticos & podagra laborantes.

Ioãnes abbas. Nicep. lib. 11. cap 35. Cassiã. col. 19.

VITA ABBATIS PITYRIONIS ET EORVM QVI cum ipso erant. SECT. LXVIII.

LXXIIII.

VIdimus autem in Thebaide altum montem fluuio imminentem, valdè terribilem & præcipitẽ: & monachos illic viuentes in speluncis. Eorum autem pater erat nomine Pityriõ, qui fuit vnus ex discipulis Antonij, & tertius qui illum locum excepit: qui quidem multas virtutes efficiebat, & efficaciter spiritus expellebat. Cum enim successisset Antonio & eius discipulo Ammonæ, meritò etiam successit hæreditati donorum qui multos quidem alios quoque apud nos habuit sermones, quinetiam de discretione spirituum accuratè disseruit, dicens esse aliquos dæmones qui se-

Piterius à Cassion nominatur. lib. 8. Pithyrion a Nicep. lib. 9. cap. 14.

Quis possit dæmones fugare. Petrion bis in hebdomada comedit.

quũtur animi motus, & nostras affectiones ad malum sæpè cõuertũt. Quisquis ergo, ô filij, dicebat is nobis, vult exigere dæmones, prius in seruitutẽ rediget affectiones animi. Qualẽ enim quis superarit affectionem, eius quoque expellit dæmonem. Oportet autem vospaulatim vincere affectiones, vt earum expellatis dæmones. Si quis ergo gulam superauit, expellit eius da monem. Is autem comedebat bis in hebdomada, dominica & quinta feria, paruum farinæ iusculum: nec poterat aliquid aliud sumere, propterea quòd suum habitum ita formasset. F

VITA EVLOGII PRESBITERI Sect. LXIX.

LXXV. Eulogius cogitationes noluerat Cassiod lib. 8. cap. 1. Nicep. lib. 11. cap. 34. Sozõ lib. 6. cap. 39 Eucharistiã nõ assumebat turpe cogitans antea Sect. 19.

VIdimus autem alium quoque presbyterum, nomine Eulogium, qui in offerendis Deo donis, tantam accepit gratiam cognitionis, vt vniuscuiusque ex iis qui accedebãt monachis mentẽ cognosceret. Is cùm sæpè vidisset aliquos monachos ad aram accessuros, eos retinuit, dicens: Quomodo audetis ad sancta accedere sacramenta, cùm habeatis malas cogitationes? Et tu quidem hac nocte animo versasti turpem fornicationis cogitationem. Alius autẽ in animo suo reputauit, dicens nihil referre an peccator an iustus accedat ad Dei gratiam. Alius autem de dono dubitauit, dicens, Nunquid me accedentem sanctificabit? Parum ergo secedite à sanctis sacramentis, & ex animo agite pœnit entiam, vt sit vobis remissio peccatorum, & sitis digni Christi communione. Nisi enim primum mundaueritis cogitationes, non poteritis ad Christi gratiam accedere. C

VITA SERAPIONIS PRESBITERI. Sect. LXX.

LXXVI. Serapion. an. 374. Cassiod lib. 8. cap. 1. Decem millia monachorum sub Ser. p one. Pauperum cura, Cassian. lib. 10. inst. cap. 22.

VIdimus verò etiam in partibus Arsenoite presbiterũ quendã nomine Serapionem, patrẽ multorum monasteriorũ, & qui præst multæ fraternitati, vt qui sint decies mille numero, magnamque per fratres exequitur dispensationem, cùm omnes simul, tempore messis, omnes suos fructus ad ipsum afferant, quos pro messis mercede acceperunt, vnusquisque frumenti annuos duodecim artabas, qui sunt veluti quadraginta qui à nobis dicũtur modij, & ea ad ministerium pauperum per se dispensat, adeò vt deinceps in ea quæ est circumcirca regione nullus sit pauper, sed etiam mittat ad eos qui sunt Alexandriæ pauperes sed neque prædicti patres per totam Ægyptum vnquam neglexerunt hanc administrationem: sed ex laboribus fraternitatis, nauigia plena frumento & vestimentis pauperibus miserunt Alexandriam: propterea quòd rari essent apud ipsos qui egerent. H

VITA ABBATIS POSIDONII Sect. LXXI.

LXXVII.

POsidonij Thebani multa quidem sunt eáque narratu difficilia quemadmodum erat mitis, & in se exercendo acerrimus, & quanta fuerit in eo innocentia. Nescio an vllum talem conuenerim. Vixi enim cum eo anno vno in Bethleem, quando sedit vltra Pœmænium, & multas vidi eius virtutes. Atque inter cætera ipse mihi quodã die narrauit. Cùm habitarim, inquit, in loco Prophyrite anno vno, toto anno nullum hominem conueni, non andiui sermocinationem, non panem tetigi, nisi si quando paucis vterer dactylis, & sicubi herbas inuenirem agrestes. Quo quidem tempore cũ mei panes aliquando defecissent, egressus sum è spelunca, vt venirem in orbem terræ habitabilem: & cũ toto die ambulassem, vix aberam à spelunca duo miliaria. Cùm ergo circumspexissem, video equitem militis habitum præ se ferentem, habentem in capite galeam tiariferam, & cum coniectassem eum esse militem, profectus sum vsque ad speluncam: & inueni canistrum vuarum & ficuum nuper decerptarum. Quem cum accepissem, lætus veni ad speluncam, habens duobus mensibus cibos illos ad meam refectionem. Hoc autem miraculum fecit beatus Posidonius in Bethleẽ. Quędam mulier grauida habebat spiritum immundum, & in ipso tempore quo erat paritura, laborabat in partu, ipsam conterente spiritu. Cum ergo à dæmone vexaretur mulier, aduenit eius maritus, & rogauit sanctum illum vt adesset, & nobis ingressis ad orandum, cùm stetisset & precatus esset, post secundum genu flexionem, eiecit spiritum. Surgens autem dixit nobis, orate: modo enim expellitur immundus spiritus. Oportet autem esse aliquod signũ vt de eo fiamus certiores. Egrediens autẽ dæmon, diruit à fundamento totum aulæ parietem. Mulier autem sexennio non fuerat locuta. Postquam autem egressus est dæmon: & peperit, & locuta est. I

Posidonius curat grauidam à spiritu immundo.

Dæmon egrediens dat signum.

K

DE HIERONIMO Sect. LXXII.

LXXVIII. Propter Rufinum amicũ videtur Palladius fuisse iniquior, Hieronyme, cui tantũ tribuit Cassian. ad extremum libri de incarnatione vt eum catholicorum magistrum nominet: cuius scripta per vniuersum mundum quasi diuinæ lampades rutilant: cui etiam tantum concessit D. Augustinus, vt dicat: Nemo sciuit, quod hieronimus ignorauit.

VIus sancti noui hanc quoque prophetiam. Hieronymus enim quidam presbiter habitabat in illis locis, qui in sermone Romano magna erat virtute ornatus, & præclaro ingenio: sed tanta fuit eius inuidia, vt ab ea obrueretur virtus doctrinæ. Cùm ergo multis diebus cũ eo versatus esset sanctus Posidonius, dicit mihi in aurem.

LXIX. Ingenua quidem Paula quæ eius curam gerit, præmorietur liberata ab eius inuidia. Vt autem arbitror, propter hunc virum non habitauit vir sanctus in his locis, sed eius peruadet inuidia vel vsque ad pro-

A proprium fratrem: Réstque ita accidit. Etenim beatũ Oxyperentium Italum is hinc expulit: & Petrum alium quendam Ægyptium: & Symeonem, viros admirabiles, quos ego adnotaui. Narrauit mihi hic Posidonius continentissimus & virtutis obseruantissimus, quòd quadraginta abhinc annis panem non gustasset, neque acceptæ iniuriæ sit recordatus vsque ad diei dimidium. Hæc sunt certamina & signa præclari Christi athletæ Posidonij, quæ fecit prouidentia eius quæ est omnium virtutum maxima: & in his est insignis finis vitæ huius beati.

VITA SERAPIONIS SINDONITÆ. Sect. LXXIII.

LXXXIII.

Serapiõ. Cassia. coll. 2. c. 11 & col. 5. Imperitia summa doctrinæ.

FVit alius quidam Serapion sindonites (nam præter sindonem nihil vnquam induebat) qui exercuit magnã possessionem & facultatum vacuitatem. Cùm esset autem imperitus literarum, memoriter dicebat omnes scripturas. Et neque ob possessionum egestatem & scripturarum meditationem, potuit in cella quiescere. Non quòd traheretur à terrena materia: sed orbem terræ obiens, se B rectè & ex virtute gerebat. Natus enim erat hac natura: Sunt enim naturarum non substantiarũ differentiæ. Narrabant itaque patres, quòd cùm quendam accepisset exercitatorem qui cum eo luderet, se in quadam vrbe gentilibus vendidit histrionibus viginti nummis, & cùm signasset nummos, eos apud se seruabat. Tandiu autem permansit & seruiit nimis qui eũ emerant, donec eos fecit Christianos, & eos aulusit à theatro, præter panẽ & aquã nihil sumens, neque præ meditatione scripturarum ore silens: longo aũt tẽpore primus compunctus est mimus, Deinde mima, Deinde vniuersa eorum familia. Dictum est aũt quòd quo tempore eum ignorabant, lauabat pedes amborũ. Ambo ergo baptizati, à theatro recesserunt: & cùm ad vitam honestam & piam processissent, virũ valdè reuerebantur. Ei itaque dicunt, Adesdum frater, nos te liberabimus, quandoquidem ipse nos liberasti à turpi seruitute. Dicit ergo eis, Quandoquidem Deus est operatus, & salua facta est vestra anima, vobis dicam mysterium actus. Ego vestræ animæ misertus, cum essem liber exercitator genere Ægyptius, ea de causa meipsum vendidi, vt vos seruarem. Quoniã autem hoc fecit Deus, & per meã humilitatem salua euasit anima vestra, accipite aurum vestrum, vt etiã aliis opẽ ferã. Illi autem cùm multum rogassent & affirmassent, dicendo, Te tanquam patrem & Dominum habebimus, solum mane nobiscum, non potuerunt ei persuadere. Tunc dicunt ei, Da aurum pauperibus, nã id nobis fuit causa salutis. Sed saltem post annum nos inuisas. & sic ab iis abiit. Is frequẽtibus peregrinationibus peruenit in Græciã, & cum tribus diebus moratus esset Athenis, non fuit qui ei panem præberet. Nam neque æs ferebat, neque peram, nõ pellem ouillam, nihil horũ. Cùm aũt venisset quartus dies, valdè esuriit. Res est enim grauis fames inuoluntaria, quæ adiutricẽ habet incredulitatẽ: & stans super tumulum ciuitatis, in quo congregabantur qui erant viles & abiecti in ciuitate, cœpit vehementer & cum planctu lamentari, & clamare, Viri Athenienses, ferte opem. Ad quem accurrentes omnes qui pallium gestabant & pileum, dicunt ei. Quid habes, vndénam es, & quid pateris? Is verò dicit ipsis, Genere quidem sum Ægyptius, ex quo autem absum à vera mea patria, incidi in tres fœneratores. Et duo quidẽ à me recesserũt ex soluto eis debito: cùm non haberent de quo me accerserent. Vnus autem à me non discedit. Illi ergo studiosè quærentes de fœneratoribus vt eis satisfacerent, ipsum D rogabant, Vbi sunt? Quis est qui tibi exhibet molestiam? Ostende nobis eum, vt tibi feramus auxiliũ. Tunc eis dicit: Molestiam mihi exhibuit auaritia, & gula, & fornicatio. Et à duobus quidem sum liberatus, auaritia scilicet & fornicatione. Neque enim aurum habeo, neq; aliquid aliud possideo, non fruor deliciis quæ sunt nutrices huius morbi. Quocirca nihil mihi exhibẽt amplius molestiæ. A gula autem non possum recedere: Iam enim quatuor diebus nihil comedi, & mihi pergit venter molestiam exhibere, quærens consuetum debitum, sine quo non possum viuere. Tunc quidam philosophi suspicati eum esse mendicum, dant ei nummum. Quem acceptum posuit in officina panaria, & accepto pane recessit, statim profectus à ciuitate, & in eam non reuersus amplius. Tunc cognouerunt philosophi eum verè fuisse virtute præditum: & cùm pistori dedissent precium panis, acceperunt nummum. Cùm autem venisset in loca Lacedæmonis, audiuit quendam ex primis ciuitatis, esse Manichæum simul cum tota domo, alioqui virum bonum. Ei rursus seipsum vendidit in primo actu. Et cum intra duos annos ipsum abduxisset ab hæresi & eius vxorem, adduxit ad E ecclesiam. Tunc eum amantes, non amplius habebant tanquam seruum, sed tanquam germanum fratrem & patrem, & Deum laudabant. Post hæc seipsum coniecit in nauem tanquam Romam nauigaturum. Nautæ autem coniicientes eum vel intulisse sumptus, vel in auro habere quod expenderet, nihil aliud percontati eum exceperunt, alius alium existimans accepisse eius vtensilia. Cùm autem ipsi enauigassent, & abessent quingentis stadiis ab alexandria, cœperunt vectores vesci circa occasum solis, cùm Nautæ prius comedissent. Viderunt autem eum primo die non comedere: & putauerunt causam esse nauigationem. Similiter, & secundo, & tertio, & quarto die. Quinto autem die vident ipsum sedentem quietum, dum omnes comederent: & dicunt ei, Homo, cur non comedis? Is verò dicit eis, Quoniam non habeo quod edam. Cùm ergo inter se quæsiissent quis eius accepisset vtensilia vel impensas, vidissent autem neminem accepisse, neque enim habebat aliquid, cœperunt cum eo contendere. Quomodo sic ingressus es absque impensis? Quomodo dabis nobis naulum? Quónam te maleris? Is verò eis dicit, Ego nihil habeo: Auferte me &

Se vendidit Mimus vt eos luci faceret Christo.

Fames grauis

Tres pernicio si fœneratores

Serapion vẽdidit se viro Manichæo vt ipsum reduceret ab errore.

Serapion ieiunat.

O

abiicite vbi inueniſtis. Illi verò,Ne ſi centum quidem aureos nobis dares, lubenter hoc faceremus, F
cùm ſit nobis ventus adeò ſecundus.Scopum ergo vrgeamus,peragentes quę ſunt nobis propoſita.
Sic fuit in naui,& eum aluerũt Romam vſque.Cùm autem Romam veniſſet, curioſè indagauit quis
Vita abbatis Domnis. esſet in ciuitate magnus exercitator aut exercitatrix.Inter quos incidit in quendam Domnionẽ,cu-
LXXXV. ius lectus curauit ægrotos poſt mortem. Cùm ergo in eum incidiſſet, & ex eo vtilitatem accepiſſet,
Lectus curat ægrotos. erat enim vir & moribus ornatus & eruditione, & ab eo didiciſſet quiſnã eſſet illic alius exercitator
Mirũ virginis ſilentium. aut exercitatrix,cognouit eſſe quandã virginem ſilentium agentem & quieſcentem,quæ iam vigin-
tiquinque annis in cella erat incluſa,& cum nemine vnquam colloquebatur. Cùm aũt eius domum
didiciſſet,venit,& dicit vetulæ quæ ei inſeruiebat.Dic virgini me neceſſe habere eã cõuenire, Deus
enim me miſit.Cum autem duos vel tres dies intermiſiſſet eam conuenit poſtea,& ei dixit:Quid ſe-
Quid ſit mũdo eſſe mortuũ in decretis Monachi dicuntur mundo mortui. des?Ea verò dicit ipſi,Non ſedeo,ſed ambulo.Is verò dicit,Quo ambulas?Illa verò dicit,Ad Deum.
Is autem dicit:Viuiſne,an es mortua?Illa verò ei dicit,Credo in Deum me eſſe mortuam: Qui enim
carne viuit,non poteſt non ambulare.Is autem dicit ei,Vt me ergo certiorem reddas te eſſe mortuã,
fac quod facio. Ea illi dicit impera mihi quę poſſunt fieri & faciam:Is aũt dicit ei,Nihil eſt quod non G
poſſit mortuus,abſque eo quòd non poteſt eſſe impius.Tunc dicit ei,Deſcende & progredere. Ea verò reſpondit:Iam agitur viceſimus quintus annus ex quo non ſum progreſſa: & cur progrediar? Ei
autẽ dicit, Si mortua es mundo, & tibi mundus: idẽ eſt tibi progredi & non progredi.Ergo progre
dere: Illa verò progreſſa eſt. & poſtquã progreſſa fuit vſque ad quandam eccleſiam,ei dicit in eccle-
ſia, Si vis ergo me certiorẽ reddere quòd verè ſis mortua,& non amplius viuis placẽs hominibus:fac
quod facio, & ſciam te eſſe mortuam. Et itaque dicit:Exuens ſicut ego omnia veſtimenta,ea impo-
ne humeris,& tranſi mediam ciuitatem, me in hoc habitu præcunte.Illa verò ei dicit: Hac re mini-
mè honeſta multos offendam: & poterunt dicere me eſſe emotæ mentis & dæmoniacam. Is autem
dicit ei:Et quid tibi eſt curæ,ſi dixerint te eſſe emotæ mẽtis & dæmoniacam?tu enim es eis mortua.
Tunc illa ei dicit: Dic ſi quid aliud velis,neque enim ad hunc vſque modũ me veniſſe glorior. Tunc
ei dicit:Ecce ergo, ne amplius te iactes & tibi placeas,tanquam omnibus magis pia & mundo mor-
tua,Ego enim ſum te magis mortuus: & re ipſa oſtendo me eſſe mortuum mundo. Nam citra vllã
animi perturbationem & pudorem hoc facio. Tũc cùm eam ad humilitatem inſtituiſſet, & eius fre- H
giſſet arrogantiam,receſſit. Sunt autem multa quoque alia quæ perrinent ad impatibilitatem. Is de-
cedit cùm ageret annum ætatis ſexageſimum, in ipſa Roma ſepultus.

DE EVAGRIO CELEBRI DIACONO.
SECT. LXXIIII.

LXXXVI.

Euagrius de quo ſ. Socrat. l. 4. hiſt. cap. 18. Soz. l. 6. c. 30. Niceph. l. 11. cap. 42. Sapien. 4.

DE Euagrio claro Chriſti diacono,qui vixit inſtar apoſtolorum,non eſt æquum tacere,Sed ea li-
teris mandare ad ædificationẽ eorum qui ſunt lecturi, & ad bonitatis Seruatoris noſtri gloriã,
æquum arbitratus,ab alto expono,& quẽadmodum venerit ad inſtitutum monaſticum, & quomo-
do cùm ſe dignè exercuiſſet,moritur quinquaginta quatuor annos natus,in ſolitudine. Qui, vt ſcri-
ptum eſt,In breui conſummatus,impleuit longa tempora.Fuit enim re vera eius anima grata Domi-
no.Is genere quidẽ fuit Põtificus,ciuitatis liberorum,filius preſbyteri,lector promotus à ſancto Ba-
ſilio epiſcopo eccleſiæ Cæſareæ ad Argeum. Poſt deceſſum autem ſancti Baſilij epiſcopi, attendens I
eius aptitudinem,ſapientiſſimus,& à perturbationibus animi alienus, & omni doctrina clarus Gre-
Gregorius Nyſſenus F.S. Baſilij ordinat Euagriũ Nectarius. gorius epiſcopus Nyſſenus,frater epiſcopi cui datur honor inter apoſtolos,eum ordinat diaconum.
Illinc cũ veniſſet ſanctus Gregorius epiſcopus in magnã ſynodum Conſtantinopolitanã, relinquit
eum beato Nectario epiſcopo,cùm eſſet omnium diſſerẽdi artis peritiſſimus.Floruit ergo in magna
ciuitate, in diſputationibus iuueniliter exultans aduerſus omnem hæreſim. Accidit autem vt is qui
propter morum inſignẽ bonitatem honorabatur à tota ciuitate,cõfigeretur à ſimulachro muliebris
concupiſcentię,vt ipſe nobis narrauit poſtea cum eſſet mens eius libera.Eum autem viciſſim amauit
Euagrius agitur cõcupiſcẽtia in mulierem. mulierecula: Erat aũt ea vna ex primis. Euagrius autem,& Deum timens, & ſuã veritus conſcientiã,
& habens ante oculos dedecus turpitudinis,& quã hereſes de alienis malis concipiunt lætitiã, Deũ
ſupplex rogauit vt ab ipſo impediretur ſcopus quẽ ſibi propoſuerat mulier, quæ eum vrgebat cupi-
ditate,& eius inſano tenebatur deſiderio.Cúmq; vellet ab ea recedere, non poterat,vt qui eius ob-
ſequij blandis detineretur vinculis. Haud multò poſt autem eam quæ præceſſit orationem, ante- K
Viſione deterreturab amore libidineſa. quam rem eſſet expertus, adſtitit ei viſio angelica præ ſe ferens ſpeciem militum præfecti,quæ eum
rapit, & ducit tanquam in iudicium, & coniicit eum in eam quæ dicitur cuſtodiam, collari ferreo
Euagrius in eſtaſi. eius collo iniecto, & catena ferrea alligatis manibus, iis videlicet qui ad ipſum venerant, ei cauſam
minimè dicentibus. Ipſe autem qui pungebatur conſcientia,exiſtimabat ſe ea ſubire eius gratia, ar-
Angelus amici ſpeciem induit. bitrans maritum mulieris de hac re iudicem conueniſſe. Animi ita que admodũ anxius cõſtitit Eua-
grius,dum de alia cauſa ageretur,& de aliis propter tale crimẽ haberetur quæſtio. Poſt magnum er-
go illum metum & ſummum animi angorem,angelus qui ab initio prębuerat viſionẽ,ita trãsforma-
tur vt videretur adeſſe germanus & ſincerus amicus Euagrij,valdè obſtupefactus, & triſtitia affectus
ob tantam vinculorum infamiam, & dicens ei vincto inter catenas quadraginta reorum. Cur cum
tanta ignominia detineris cum reis, domine diacone?Ille ei dicit,Re vera quidem neſcio: ſuſpicor
autem

A autem N.qui eſt ex præfectis,me detuliſſe,motum zelotypia citra vllam rationem:& vereor ne ma-
giſtratus fuerit ab eo corruptus pecunia, & me maximo afficiat ſupplicio. Dicit ei is qui amici figu-
ram ſuſceperat:Si audias amicum,tibi cõſulo,Non tibi expedit degere in hac ciuitate. Dicit ei Eua-
grius,Si Deus me liberauerit ab hac calamitate, & me videris Conſtantinopoli, ſcias me iure ſubire
hoc ſupplicium,& eſſe dignum alio maiore.Dicit ei amicus,Si ita habet,fero ad te ſanctum euange-
lium:iura mihi in eo,quòd recedes ab hac ciuitate, & tuæ animæ curam geres: & te liberabo ab hac *Iurat Euagrius ſuper Euangelia ſe egreſſurum ci uitatem.*
neceſſitate. Euagrius autem,Rogo te,inquit,iurabo vt volueris: me ſolummodò libera ab hac nube *Venit Hieroſolimam.*
tenebroſa.Interim autem ei affert ſanctum euangelium,& exigit iuſiurandum.Euagrius autem ei iu-
rat per euangelium verbis ſic conceptis.Non manebo hîc præter vnum diem, idque vt meas veſtes
in nauem immittam. Cùm aũt proceſſiſſet iuſiurandum,ad ſe rẽdiit ab ecſtaſi quæ ei noctu euene-
rat.Cúmque ſurrexiſſet, cogitauit: Etſi mihi fuit datum iuſiurandum in ecſtaſi, iuraui tamen. Omni-
bus ergo quæ habebat in nauem cõiectis,venit Hieroſolyma,& illic excipitur à beata Melania Ro-
manâ.Rurſus cum diabolus eius cor tanquam Pharaonis indurãſſet,vt pote adoleſcentẽ & ętate lu-
B xuriantem,eũ rurſus inceſſit dubitatio,& animi fuit ancipitis, cùm tamen nemini quidquã dixiſſet.
Quo factum eſt vt & veſtes rurſus mutaret, & in diſſerẽdo ei veternũ afferret vana gloria.Sed Deus
qui impedit omnium noſtrum interitum,ei rurſus attulit calamitatem, rurſus in febrem coniiciens.
& deinde in longum morbum,tempore ſemeſtri eius carnem macerans,quæ ei afferebat impedimẽ- *Morbo reuocatur Euagrius.*
tum ad virtutem,medicis dubitantibus,& non inuenientibus modum curationis. Dicit ergo ei beata
Melanium.Nõ placet mihi fili,morbus tuus diuturnus:Dic ergo mihi quæ habes in animo?nõ eſt
enim verus hic tuus morbus.Confeſſus eſt ergo ei rem quæ ſibi euenerat Conſtantinopoli. Dicit ei
beata,Promitte mihi teſte Domino,te vitæ monaſticæ ſcopum eſſe ſecuturũ, & ego licet peccatrix,
orabo Deum,vt detur tibi tempus commeatus,& vitæ terminus.Is autem eſt aſſenſus. Cùm ea aurẽ- *Amictum me naſticus.*
oraſſet,intra paucos dies conualuit:cúmque is ſurrexiſſet, ab illa ipſa eſt amictu monaſtico indutus,
& peregrè proficiſcitur in montem Nitriæ qui eſt in Ægypto.In quo cùm habitaſſet biennio,tertio
ingreditur ſolitudinem. Cùm itaque vixiſſet quatuordecim annis in iis quæ dicuntur celliis, come- *Auſteritas eius qui delicatã vitã ſuã rat ſecutus.*
C debat quidem panis libram in die:trimeſtri autem tempore olei ſextarium: vir qui in molli delicatã
& lauta vita fuerat educatus.Faciebat autem centum orationes: ſcribens annuatim precium ſolum
eorum quę comedebat:eleganter enim ſcribebat celerem characterem.Cùm ergo intra quindecim
annorum ſpaciũ mentem expiaſſet,dignus eſt habitus dono cognitionis & ſapientiæ, & diſcretionis
ſpirituum.Is compoſuit tres ſacros libros monachorum,qui dicuntur Ἀντῤῥητικὰ, hoc eſt Contradi- *Euagrij Ἀντῤῥητικὰ, Niceph. l. 11. c. 42. Caſſiod. l. 8. c. 1.*
ctoria,ſuppeditãs artes quibus ſit vtendum aduerſus dæmones. Ei aliquando grauem exhibuit mo-
leſtiam dæmon fornicationis,vt ipſe nobis narrauit: & tota nocte ſtetit in puteo cũ eſſet hyẽs, adeò
vt eius carnes concreſcerẽt. Aliquando autẽ rurſus ei moleſtiã exhibuit ſpiritus blaſphemiæ:& qua- *Dæmones in habitu clericorum.*
draginta diebus nõ eſt tectũ ingreſſus, vt ipſe nobis narrauit,adeò vt corpus eius, non ſecus ac cor-
pus ferarum animantium,ſcateret muſcis. Ei tres apparuerunt dæmones in habitu clericorum, de fi-
de cum eo inquirentes. Et vnus quidem dicebat eum eſſe Arrianum, alter verò Eunomianum, Ter- *crucis ſignũ.*
tius autem Appollinariſtam:& eos paucis ſuperauit ſpiritu ſapientiæ.Rurſus cùm quodam die periiſ-
ſet clauis eccleſiæ,ſerra cruce ſignata,manu trudens eam aperuit,Chriſto inuocato.Is à dæmonibus
adeò fuit flagellatus,& variorum dæmonum tantam fecit experientiam,vt ij non poſſint facilè enu- *Præuidet futura.*
D merari.Vni ex diſcipulis ſuis,quæ poſt decem & octo annos erant euentura ei dixit,omnia ei prædi-
cens in ſpecie.Dicebat autem hic beatus, Ex quo veni in ſolitudinem,non tetigi lactucam, non mi-
nutum olus,non aliquid viride,non fructum,non vuam,non lauacrum,non carnem,non panẽ,non
vinum,neque omninò aliquid ex iis quæ per ignem tranſeunt,præter quædam olera cruda,& modi-
cum aquæ.Poſtea autem ſextodecimo anno inſtituti vitæ ſuę actæ abſque decoctione ignis,cùm ca-
ro,propter imbecillitatem corporis & ſtomachi, opus haberet vt aliquid ſumeret quod per ignem
tranſiiſſet,panem quidem tetigit,nequaquam autem ſumpſit cocta olera,ſed vel ptiſanam, vel legu-
mina duos annos.In his corpus conſumebat hic beatus,viuificans animam ſancto ſpiritu,in epipha- *Euagrius in Epiphania cõ municabat.*
niis in eccleſia communicans.Nobis autem narrabat hic generoſus chriſti athleta circa tẽpus mor-
tis.Iã ſunt tres anni ex quo non ſum amplius vexatus à cupiditate carnis. Si autẽ poſt vitã ita ex vir-
tute actam,& immenſum laborem exercitationis,cúmque vel maximè inflexibilem,& ſobriam per-
petuò orationem, hunc immortalem adeò inuaſit bonis infeſtus & exitioſus dæmon: quid ab exe- *Euagrius nõ afficitur mor te patris ſui. Niceph. l. 11. cap. 43.*
E crabili dæmone pati putamus eos qui ſunt ſocordiores,propter ſuam negligentiam? Huic ſancto ſi-
gnificata eſt aliquando mors patris ſui,& dicit ei qui renunciauit, Deſine blaſphemare: meus enim
pater eſt immortalis: Deum autem dicebat. Hucùſque eſt exactiſſimum & perfectiſſimum vitæ in-
ſtitutum inſignis Euagrij.

VITA ABBATIS PIOR. SECT. LXXV.

LXXXVII.

QVidam Pior nomine, Ægyptius genere,ætate iuuenis,cùm mundo renunciaſſet,exiit è domo *Niceph. l. 11. c. 37. Caſſiod. l. 8. c. 1. Vetũ.*
paterna:& propter inſignem amorem ſpiritalem, Deo eſt profeſſus ſe nullum ex ſuis viſurum
amplius quinquaginta ergo poſt annis,ſoror eius quæ conſenuerat, & ab aliquo reſciuerat fratrẽ ſuũ
viuere,veniebat in mẽtis emotæ periculũ,niſi ipſum videret. Cùm autẽ non poſſet venire in vaſtum

desertum, rogauit illius loci episcopum vt scriberet ad sanctos patres qui erant in solitudine, vt ipsum mitterent, & eum videret. Cum ergo ei vis magna afferretur, patribus obediens, statuit vno alio adsumpto, abire: & significauit domui sororis fratrem suum Pior aduenire, & foris stare. Cùm autem sensisset strepitum ostij, & quòd eius soror ei veniret obuiam, Pior clausis oculis, clamauit ad ipsam. O soror N. Ego sum Pior frater tuus, ego sum: ecce, vide, aspice quantum velis. Illa ergo facta certior Deum glorificauit, & cùm multa fecisset, non potuit ei persuadere vt domum ingrederetur: sed oratione facta in limine, reuersus est in solitudinem, propriam patriam illic sibi virtute comparans. Hoc eius fertur miraculum, quòd cùm fodisset in loco quem ædificauit, inuenit aquam amarissimam, & donec decessit illic permansit, se aquæ concludens amaritudine, vt suam ostenderet tolerantiam. Multi autem monachi post eius mortem cùm in cella manere contendissent, non potuerunt vnum annum id efficere. Est enim locus terribilis, & alienus ab omni consolatione.

Moniastica obedientia necess. Cassia. li. 4. Inst.

Mulier fratrē suum Pior videre desiderans, à fratre illuditur.

F

VITA ABBATIS MOYSIS LIBYCI.

G

LXXXVIII.

Sect. LXXVI.

Moses libycus Sozom. l. 6. c. 29

MOyses Libycus fuit vir mitissimus, & maxima charitate præditus, Is dignus est habitus dono curationum. (Is hoc narrauit,) In monasterio, inquit, eram valdè iuuenis, & fodiebam maximum puteum, latum viginti pedes. In eo cum tres dies fodissemus viri octoginta, & venam consuetam, & quæ aspiciebatur transissemus circa cubitum, aquam non inuenimus. Magna ergo affecti molestia, deliberabamus de desistendo ab opere. Dúmque de eo deliberaremus, ad nos adueniens Pior ex vasta solitudine, in ipsa sexta hora æstus, cùm esset senex, indutus sua pelle ouilla, &

Pellis ouilla pro Veste.

cùm nos salutasset, dicit nobis post salutationem: Quid animum abiecistis homines modicæ fidei? Vidi enim vos iam ab hesterno die abiecisse animum Quod cùm dixisset, in putei fossam statim demisit scalas, & cum eis facit orationem: & accepto ligone, & tertio ictu incusso, dixit: Deus sanctorum patriarcharum, ne irritum & inutilem feceris laborem seruorum tuorum, sed mitte ad eos

Pior obtinuit aquam precibus Niceph. l. 11. cap. 37.

H

vsum aquæ: & statim aqua exiit, vt nos omnes ea aspergeremur. Et cùm rursus orasset, abiit, dicens, Hac de causa missus sum: & aperta est. Cùm autem illi vim facerent vt illic comederet, non potuit in animum inducere, dicens, Non ideo missus sum. Hæ sunt res admirabiles Pior præclaræ columnæ tolerantiæ: & hic est finis illius virtutis, qui pro amaro fonte fruitur perpetuo dulcedinis fluento cum magno spiritali gaudio.

VITA ABBATIS CHRONII.

LXXXIX.

Sect. LXXVII.

QVidam qui dicebatur Chronius, ex vico qui dicitur Phœnix, cùm à suo vico qui est prope solitudinem, mensus esset decies mille quingẽtos passus dextero pede numeratos, illic precatus fodit puteum. & cùm aquam inuenisset pulcherrimam, quæ in profundo aberat quinque vlnis, illic quoque sibi ædificauit paruum hospitiolum, & ex quo die seipsum collocauit in monasterio, Deum rogauit ne reuerteretur in locum qui habitatur. Cùm pauci autem anni præteriissent, dignus fuit habitus presbyteratu, circiter trecentorum virorum circa ipsum congregata fraternitate. Hæc ergo fertur eius virtus exercitationis, quòd cum sexaginta annis aræ assedisset fungens sacerdotio, non egressus est è deserto. non extra laborem manuum comedit panem. Cum eo habitauit quidam Iacob è vicinis, qui cognominatus est Claudus, vir summa cognitione præditus. Erant autem ambo noti beati Antonij.

Acta & sacerdotium.

Vita abbatis Iacobi. cx.

I

VITA ABBATIS PAPHNVTII CEPHALA.

XCI.

Sect. LXXVIII.

CVm ergo quòdam die cõuenisset etiam Paphnutius qui dicebatur Cephala, qui quidem habuit donum cognitionis diuinarum scripturarum, veteris & noui testamenti, omnem eam interpretans, cùm non legisset scripturas: erat autem adeò modestus vt celaret virtutem propheticam. De quo dicitur, quòd octoginta annis non habuit simul duas tunicas. Cùm vnà hos conuenissemus, ego & beati diaconi Euagrius & Albinus, quærebamus scire causas fratrum qui decidebant vel labebantur in honesta vita.

K

XCII.

DE CHEREMONE. Sect. LXXIX.

De eo qui fodiebat puteũ.

ACcidit enim illis diebus vt Cheremon exercitator sedens decederet, & inueniretur mortuus sedens in cathedra, & tenens opus in manibus. Accidit etiam vt alius frater fodiens puteum, obrueretur à puteo. Accidit etiam vt alius veniens à Scete, siti aquæ moreretur.

XCIII.
XCIIII.
XCV.

DE

A

DE STEPHANO LAPSO
Sect. LXXX.

XCV.

Vnde solitario intemperantia.

INter quos commemorauimus etiam Stephanum qui in turpem lapsus est intemperantiam. & Eucarpum, & Heronem Alexandrinem, & Valentem Palæstinum, & Ptolomæum Ægyptium qui erat in Scete. Simul ergo rogauimus quænam esset causa, quòd qui sic viuunt in solitudine: ex iis alij quidem mente decipiuntur, alij verò erumpunt in intẽperantiam. Hoc ergo respõsum nobis dedit sanctus Paphnutius vir maxima cognitione præditus. Quæcunque fiunt, in duo diuiduntur; in Dei placitum, & Dei permissionem. Atque quæcunque quidem fiunt ex virtute ad Dei gloriam, ea fiunt Dei placito. Quæ verò damnosa, periculosa, & quæ infortunia & casus important, ea fiunt Dei permissione. Permissio autem ex egestate rationis vel infidelitate eorum qui deseruntur. Fieri enim non potest vt qui piè viuit & rectè cogitat, incidat in ignominiæ lapsus, vel impostu-

Dei placitum & permissio.

Nihil malo proposito aggrediendum, etiam si bonis speciem habeat.

B

ræ dæmonum. Quicunque ergo prauo scopo ac instituto, nempè vt hominibus placeant, & arroganti cogitatione, virtutem videntur aggredi, ij in casus incidũt, Deo eos deserente ad eorum vtilitatem: vt cùm per derelictionem mutationem senserint, aut propositum, aut actionem corrigant. Nam aliquando quidem peccat propositum, quando fit malo scopo, vt sæpè accidit intẽperantem, prauo scopo facere eleemosinam in adolescentulas propter turpem finem: & actionem esse rationi consentaneam, vt Orphanæ, & quæ exercetur monachæ, dare auxilium. Accidit autem recto quoque scopo facere eleemosinam, in ægrotos, vel eos qui euersi sunt bonis, vel eos qui consenuerunt; sed parcè & cum murmuratione: & esse scopum quidem rectum, actionem autem scopo indignam. Oportet enim misericordem misereri in hilaritate & largitate. Hoc quoque dicebat: In multis animis sunt dotes quædam præcipuæ: In aliis quidem, bonitas ingenii, in aliis verò aptitudo ad exercitationem: sed quando non fit propter ipsum bonum & ex diuino scopo, neque actio, neque ingenij bonitas, neque ij qui dotes habent præcipuas, non bonorum datori Deo ascribentes, sed suo libero arbitrio, ingenio, & sufficientiæ: qui tales sunt, relicti à prouidentia, incidunt in facta turpia, turpes

Specium beatæ.

Omnia in hilaritate.

Hilarem datorem diligit Deus.

C

perpessiones, probráque & dedecora. Derelicti ergo, per aduenientem humilitatem & pudorem, sensim nescio quomodo expellunt arrogantiam, quam susceperant ex ea quæ virtus reputabatur. Qui enim est inflatus, qui de bonitate, inquam ingenij effertur, & Deo non ascribit bonitatem ingenij, neque eam quæ sibi suppeditatur cognitionem, sed vel suæ exercitationi, vel naturæ, abducit ab eo Deus angelum prouidentiæ. Quo auerso, superatus a viribus aduersatij is qui effertur ob bonitatem ingenii, incidit in intemperantiam propter insolentiam, vt ablata teste temperantia, non videantur credibilia quæ dicuntur ab ipsis, fugientibus piis doctrinam quæ ex tali ore procedit, tanquam fontem qui scatet hirudinibus: vt impleatur quod scriptum est. Peccatori autem dixit Deus, Cur tu enarras iustificationes meas & assumis testamentum meum per os tuum? Eorum enim animę qui vitiis laborant, sunt re vera diuersis fontibus assimiles. Nam qui sunt gulæ & vino dediti, lutulentis fontibus. Qui verò tenentur auaritia & plura habendi cupiditate, fontibus ranas habentibus. Inuidi autem, qui habent aptitudinem cognitionis, fontibus serpentes habentibus; in quibus semper fluctuat ratio, propterea quòd nemo haurit ex ipsis, propter morum acerbitatem. Quocirca tria

Magnum arrogantiæ malum.

Monachi hypocritæ mors horrēda apud Niceph. l. 14. cap. 52.

Hinc & multi labũtur in hæreses.

Psal. 49.

D

rogat Dauid, bonitatem & disciplinam & cognitionem. Nam absque bonitate cognitio est inutilis. Etsi correctus quidem fuerit is qui est huiusmodi, deposita causa derelictionis, nempe arrogantia, & assumpserit humilitatẽ & sui modũ cognouerit, neque aduersus aliquẽ se efferens, & Deo agẽs gratias, ad eum rursus reuertitur quæ testimonio fulcitur cognitio. Orationes enim spirituales, quæ non habens vitam honestam & temperantem simul equitatẽ, sunt spicæ quæ à vento intereũt: quæ habẽt quidã figuram, sed ab eis ereptũ est alimentũ. Omnis ergo lapsus, siue fiat per linguã, siue per sensum, siue per actiones, siue per totũ corpus, conuenienter proportioni arrogantię, fit per Dei derelictionẽ parcentis iis qui derelinquuntur. Si enim cum temperantia, eorum quoque bonitati ingenij Dominus tulerit testimonium suppeditando eloquentiam, dæmones ipsos facit superbia, se extollentes cum immunditia. Hæc autem vobis dico, ô viri, vt cùm videritis aliquem vita quidem, peruersum, oratione autem aptum ad persuadendum recordemini dæmonis qui in sacra scriptura cum Christo loquitur, & testimonij quod dicit. Serpens autem erat prudentissimus omnium bestiarum quæ erãt

Orationes infructuosæ.

Vita peruersus & eloquēs est dæmonis imitator, sic hæreticus.

E

super terram: cui prudentia potius detrimentum attulit, cùm alia virtus non concurreret. Oportet enim eum qui est fidelis & bonus, ea quidem animo sentire quæ dat Deus: loqui autem quæ sentit, facere autem quæ loquitur. Si enim cum veritate verborum non concurrat vitæ cognatio, panis est sine sale, vt dicit Iob. Qui est autem talis, minimè comedetur. Quod si etiam comedatur: coniicit eum qui comedit in malam habitudinem. Si comedetur enim, inquit, panis sine sale: etsi est gustus in verbis inanibus, non impletis verborũ testimonio. Ex derelictionibus ergo, vna quidẽ est vt virtus occultata manifestetur, vt virtus Iob, Deo respõdẽte & dicente. Ne relicias iudiciũ meũ. neque putes me tibi aliter respõdisse: sed vt iustus appareas, es enim mihi not⁹ qui noui occulta, Sed quoniã ignoraris ab hominibus; suspicatur enim nõnunquã me à te coli propter diuitias, ideo feci vt in casnim ncideres. Demessui diuitias, vt ostendã eis tuã gratiarum actionem & philosophiam. Alia autẽ propter auertendã superbiã, vt in Paulo. Relictus est enim Paulus casibus, & colaphorum incussionibus, & diuersis iactatus afflictionib⁹, & dixit, Datus est mihi stimulus carnis, vt me colaphizet, ne for-

Genesa.

Iob. 40.

Tribulationes immissæ ad correctionẽ.

2. Cor. 12.

tè extollatur, ne fortè cùm miraculis quies & rerum successus & honor ei accedens, eum in arro- F
gantiam iniiceret diabolicam. Superbia elatus relictus quoque est paralyticus propter peccatum,
Ioan.5. Cui dixit Dominus: Ecce sanus factus es, noli amplius peccare. Derelictus quoque est Iudas, qui
Act.1. pluris fecerat pecuniam: Quocirca fuit etiam suffocatus. Derelictus quoque est Esau, & incidit
Gen.27. in temperantiam, vt qui stercus intestinorum præposuerit benedictioni paternæ, adeò vt cùm hæc
omnia sensisset Paulus, dixerit de aliquibus. Quoniam enim non probauerunt Deum habere in
Rom.1. cognitione, tradidit eos in reprobum sensum, vt faciant quæ non conueniunt. De aliis autem qui
videbantur habere Dei cognitionem cum mente corrupta & inani tumore, dicit, Quoniam enim
cùm Deum cognouissent, non vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, tradidit eos Deus in
passiones ignominiæ: adeò vt nos ex eo cognoscamus fieri non posse vt cadat aliquis in intem-
peratiam qui non fuerit derelictus à Dei prouidentia, propter negligentiam & socordiam eorum
qui derelinquuntur, & deseruntur ad hoc vt hæc eis eueniant.

XCVI.

VITA ABBATIS SOLOMONIS. SECT. LXXXI. G

Solomon. IN Antinoi ciuitate regionis Thebaidis quadraginta annos versatus, eo tempore accepi etiam
cognitionem eorum quæ sunt illic monasteriorum. Nam circa ciuitatem sedent viri circiter bis
mille, manibus viuentes, & se summè exercentes. In his sunt etiam Anachoretæ qui seipsos inclu-
Anachoretæ in speluncis rupium. serunt in speluncis rupium. Inter quos est Solomon vir mansuetissimus & temperatissimus, & qui
donum habet tolerantiæ. Is quinquaginta annos degit in spelunca, sibi victum suppeditans mani-
bus: & didicit totam scripturam.

XCVII.

VITA ABBATIS DOROTHEI. SECT. LXXXII.

Dorotheus. FVit etiam quidam Dorotheus, presbyter in alia spelunca habitans, qui in summa bonitate ip-
se quoque vitam vixit inculpatam, dignúsque est habitus presbyteratu, & ministrabat fratribus H
qui sunt in speluncis. Huic aliquandò Melanium iunior, magnæ Melaniæ neptis, de qua dicam
postea misit quingentos nummos, rogans eum vt ministraret fratribus. Is autem cùm tres solos ac-
cepisset, misit reliquos ad Dioclem Anachoretam, virum summa cognitione præditum, dicens.
Est me sapientior frater Diocles, & potest eos integrè & innocèter dispensare, vt qui me melius sciat
eos quibus sit meritò ferendum auxilium. Nam hi mihi sufficiunt.

XCVIII.

VITA ABBATIS DIOCLIS. SECT. LXXXIII.

Diocles à philosopho monachus. HIc Diocles in grammatica quidem primùm edoctus, cùm se postea dedisset philosophiæ, tan-
dem trahente eum gratia, ætatis annum agens vicesimum octauum, renunciauit quidem dis-
ciplinis liberalibus, se Christo verò coniunxit, & iam tricesimum annum agit in spelunca. Is dice-
bat nobis quòd mens quæ cogitatione recessit à Dei contemplatione, fit vel dæmon, vel bestia. I
Ne mẽs recedat à Dei cõtemplatione Cassian. col. 9 cap. 6. & 9. col. 23. à deo recedere mori est. Nobis autem rogantibus quónam modo, sic dixit. Mens quæ recessit à Dei contemplatione, ne-
cessario incidit vel in dæmonem cupiditatis, vel in spiritum iræ. Et cupiditatem quidem dicebat
beluinam, iram verò dæmoniacam. Cùm ego autem contradicerem: Quomodo fieri potest vt
mens humana sit cum Deo sine intermissione? ipse dicebat, quod in quacunque cogitatione vel re
pia & diuina fuerit anima, ea est cum Deo.

VITA ABBATIS CAPITONIS. SECT. LXXXIIII.

CXIX. Capiton. PRopè cum manebat quidam Capito à latronibus, qui cum quinquaginta annos implesset in
speluncis, quatuor millibus longè ab vrbe Antinoi, non abiit à spelunca vsque ad fluuium Ni-
lum, dicens se non posse turbas conuenire, eo quòd aduersarius ei adhuc resistat.

VITA ANACHORETÆ QVI ILLVDEBATVR. SECT. LXXXV. K

C.

CVm his vidimus etiam alterum Anachoretam, qui ipse quoque erat similiter in spelunca.
Is somnis illusus œstro vanæ gloriæ, vicissim illudebat eos qui decipiebãtur, ventos pascens,
& habebat quidem in corpore temperantiam, & propter senectutem, & propter tempus, & fortè
etiam propter vanam gloriam: vanæ autem gloriæ intemperantia corruptus erat eius animus.

CI.

VITA SANCTI EPHRAIM DIACONI. SECT. LXXXVI.

Ephraim Soz. li. 3. c. 15. l. 6. cap. 34. AVdiisti omninò de Ephraim diacono ecclesiæ Edesseonorum. Fuit enim vnus ex iis qui digni
sunt, de quibus fiat mentio à sanctis Christi seruis. Is cùm spiritus viam dignè peregisset, & à
recta

A recta non declinasset, dignus est habitus gratia naturalis cognitionis, quam consequitur Theolo- *Nicep. l. 9. ca. 16. Theod. l. 4 cap. 27.*
gia, & postremo beatitudo. Cùm ergo vitam exercuisset quietam, & multis iam annis ædificaret
eos qui ventitabant, postea è cella progressus est hac de causa. Cùm magna fames inuasisset ciuita- *Asiari frumẽtũ simunt putrescere.*
tem Edessenorum, misertus omnium qui peribant agrestium, processit ad eos qui erant diuites in
ciuitate, & dicit eis. Cur non miseremini humanæ naturæ quæ interit? sed frumentum vestrum
finitis putrescere ad condemnationem animarum vestrarum? Se autem excusantes, dicunt. Non
habemus cui credamus, ad hoc vt panem subministret esurientibus: Omnes enim res cauponan-
tur. Is verò dicit eis, Quid ego vobis videor? erat autem apud omnes in magna existimatione, non
falsò, sed re vera. Ei itaque dicunt, Nouimus te hominem Dei. Mihi itaque de cætero credite. Ec- *Ephraĩ succurrit famescẽtibus.*
ce, me propter vos eligo hospitum exceptorem. Cúmque pecuniam accepisset, & in fixis vallis sep-
tum construxisset, & lectos ad trecentos statuisset, curabat eos qui famescebant: eos quidem qui
deficiebant sepeliens, eorum verò qui spem vitæ habebant curam gerens, & vt semel dicam, ho-
spitium & ministerium propter famem quotidiè exhibens ex iis quæ suppeditabantur. Impleto er- *Reliquit trecẽtas versuum myriades Niceph. eod. & alia scripta de quibus Senes. in bibl.*
B go anno cùm successissiset fertilitas, & omnia rectè succederent, cùm nihil haberet amplius quod *CII.*
ageret, ingressus est in suam cellam, & post mensem est mortuus, cùm Deus ei hanc occasionem
præbuisset instar coronæ in extremis diebus. Reliquit autem scripta quoque studio digna, quæ ma-
gnam viri virtutem testantur.

VITA ABBATIS IVLIANI. SECT. LXXXVII.

AVdiui à quodam in illis partibus fuisse Iulianum virum maximæ exercitationis, qui cùm car- *Huius fit mẽtio 3. lib. 507. cap. 13.*
nem suam supra modum liquefeciisset, ossa solum & pellem circumferebat. Is in extremis finis
sui diebus dignus est habitus gratia curationum.

VITA ABBATIS INNOCENTII. SECT. LXXXVIII.

C *CIII.*

DE beato Innocentio presbytero Oliueti, à multis quidem audiisti: nihilo secius autem à no- *Innocentius.*
bis quoque audies, qui tres annos cum eo viximus. Is fuit longè simplicissimus. Cùm autem
is fuisset illustris in palatio inter magistratus Constantini imperatoris, mundo renunciauit, profe- *Innocentius è matrimonio monachus.*
ctus à matrimonio. In quo etiam habuit filium, Paulum nomine domesticum, qui militabat. Is cùm
peccasset in filiam presbyteri, imprecatus est proprio filio Innocentius, Deum rogans, & dicens
Domine, da ei spiritum: ne amplius inueniat eius caro tempus peccandi: melius arbitratus eum
pugnare cum dæmone quàm cum intemperantia. Quod etiam factum est. Nam nunc quoque ad-
huc est in monte Oliuarum, ferrum gestans, & castigatus à spiritu. Hic Innocentius adeò fuit mi-
sericors, (fortasse autem videbor etiam nugari dum vera narro) vt sæpè suffuraretur à fratribus, & *Gratia contra dæmones.*
daret egentibus. Fuit autem summè simplex & innocens: Is dignus est habitus dono aduersus
dæmones. & ad eum aliquando adductus est nobis videntibus adolescens quem inuaserat spiritus
D & paralysis, et ego cùm vidissem, voluerim apertè matrem expellere eius qui fuerat adductus de-
sperans eum posse curari. Accidit autem vt interim veniens senex hanc videret adstantem, deflen-
temque, & eiulantem, propter inenarrabilem calamitatem filij. Lachrymatus ergo præclarus senex
& commotus visceribus, accepto adolescẽte ingressus est in suum martyrium, quod ipse ædificarat, *Martyriũ locus orationis Reliquiæ S. Ioannis Baptistæ.*
in quo sitæ sunt reliquiæ Ioannis Baptistæ: & cùm pro eo orasset vsque ad horam nonam ab hora
tertia, sanum reddidit adolescentem & eodem die & paralysim expulit & dæmonem. Erat autem
talis eius paralysis, vt spuens puer tergum suum conspueret, ita erat inuersus. Aliud rursus fuit eius
signum: Quædam anus quæ ouem amiserat, accessit ad eum flens: Quam secutus dicit ei, Osten-
de mihi locum vbi amiseris. Ea verò ducit eum ad loca quæ sunt circa Laxarium. Stans ergo orauit.
Qui suffurati autem erant adolescentes, ipsam prius occiderant. Dum ergo ipse oraret, nemine
confitente, carne occultata in vinea, alicundè veniens coruus stetit supra furtum, & rursus euola-
uit. Cùm beatus autem animaduertisset, vidit mactatam victimam. Et sic iuuenes ad pedes eius ac-
cedentes confessi sunt se occidisse, & iustum precium fuit ab eis exactum.

E

VITA ABBATIS ADOLII. SECT. LXXXIX.

CIIII.

RVrsus noui Hierosolymis quendam nomine Adolium genere Tarsensem, qui cùm venisset *Adolius.*
Hierosolyma, ingressus est viam valdè immutabilem: non quam multi ingressi sunt, sed sele- *Adolij quadragesimale ieiunium.*
cto sibi quodam nouo vitæ instituto. Se enim super hominem exercuit, vt etiam ipsi dæmones
horrentes eius austeritatem, ne ad eum quidem auderent accedere. Propter summam autem
exercitationem & vigiliam, existimatus est esse spectrum. In quadragesima enim comedebat post
quinque dies: toto autem alio tempore, vno die interiecto. Hæc autem fuit eius res magna. A ves-
pera vsque ad illud tempus quo congregabatur fraternitas in oratoriis, in oliueto, in colle assum-

ptionis vnde ascendit Iesus, perpetuò stabat psallens & orans, & ieiunabat: & siue pluebat, siue G
grandinabat, manebat immobilis. Impleto autem tempore consueto, excitatorio malleo pulsabat
Oratoria in medio cellularum. cellas omnium, eos congregans ad oratoria, & in vnoquoque oratorio vnà cum eis psallens vnam
aut duas antiphonas, & vnà cum eis orans, & sic die appropinquante ibat in cellulam, & re vera
fratribus eum exuentibus, & vestes exprimentibus tanquam eas lauaturi, eum aliis induebant. Et
cùm quieuisset vsque ad horam tertiàm, psalmodia excitatus erat ei intentus vsque ad vesperam.
Hæc est ergo virtus Adolij Tarsensis, qui fuit consummatus Hyerosolymis, & ibi dormiit.

DE ABRAMIO. SECT. LXXXX.

CV. Abrahamius, lauditi sanauit vberes maximas Ægyptiæ dedit Cassian. col. 15. cap. 4. & 5.

FVit quidam Abramius genere Ægyptius, qui vitam asperrimam & maximè agrestem egit in so-
litudine. Is animo sauciatus ab intempestiua persuasione, veniens in ecclesiam, contendit cum
presbyteris, dicens, Noctu à Christo ordinatus sum presbyter. Suscipite me vt sacerdotem. F
Patres cùm abduxissent eum à solitudine, & ad vitam deduxissent crassiorem, & magis in-
differentem, curarunt eum à superbia, deducentes eum ad cognitionem suæ imbecillitatis, illu-
sum à dæmonibus.

VITA ABBATIS ELPIDII. SECT. LXXXXI.

Elpidius. CVI.

IN Amorrhæorum speluncis quæ sunt in Hiericho, quas olim construxerant fugientes Iesum
Naue, qui tunc populabatur alienigenas, in monte Luca fuit quidam Elpidius Cappadox gene-
re, postea autem dignatus presbyteratu monasterij, factus à Timotheo Corepiscopo Cappado-
ciæ, viro sufficientissimo. Is habitauit in quadam spelunca, & tanquam in exercitatione ostendit
Elpidius comedit tantum sabbatis & dominicis. continentiam, vt omnes obscuraret. Viuit enim viginti quinque annos, vescens solum sabbatis
& dominicis, Stans autem totas noctes cantabat. Is tanquam régi apum futuro, in medio frater- H
nitatis cohabitans, illum montem ædificauit: licebátque illic videre apud vnumquenque diuer-
sos modos exercitationis vitæ. Hunc aliquando Elpidium, & verè Elpidium, qui re vera spe gau-
debat, & propter Christum substinebat afflictionem, noctu psallantem nobis vnà cum eo psallen-
tibus, ipsum pupugit scorpius. Quem cum calcasset stans, non mutauit habitum corporis: tanta
tolerantia nullam duxit rationem doloris quem inussit scorpius. Porrò autem cùm quodam die qui-
Ditis euatæ miraculum. dam frater teneret frustum scalarum, id accepit sanctus dum sederet in margine montis, & infodit
tanquam plantans, etsi non esset tempus. Vsque adeò autem creuit, & tam ampla vitis euasit, vt
tegeret totam ecclesiam.

VITA ABBATIS ÆNESII. SECT. LXXXXII.

CVII.

CVm hoc sancto Dei athleta vnà etiam fuit consummatus inclitus Dei seruus Æneſius, vir ma-
gnæ existimationis, & qui fuit insignis in exercitatione. I

VITA ABBATIS EVSTATHII. SECT. LXXXXIII.

CVIII. Eustathius So Tom. lib. 3. cap. 13. Elpidij patientia. Scilicet Christiani orabant ad orientem.

ET eius frater Eustathius ei honore æqualis, promptóque & alacri animo, exercens vitæ cer-
tamina. Eò autem processit beatus Elpidius impatibilitate corpus macerans, vt sol eius ossium
fabricam perspicuè ostenderet. Fertur autem hoc quoque in eius virtutis narrationibus à studiosis
eius discipulis, quòd totis viginti quinque annis non fuit conuersus ad occidentem etsi spelunca
ostium esset positum in montis cacumine. Neque post horam sextam solem qui imminebat capiti,
vidit vnquam inclinantem ad occidentem. Neque stellas quæ in occasu oriuntur vidit viginti
annis. Hic magnus athleta patientiæ, ex quo ingressus est speluncam, non descendit de monte
donec fuit sepultus. Hæc sunt cœlestia facinora coronati & inuicti athletæ Elpidij, qui nunc degit K
in paradiso.

VITA ABBATIS SISINII. SECT. 94.

CIX. Sisinius monumento se includit ad orationem.

HVius discipulus Sisinnus nomine, qui prodiit quidem ex seruili fortuna, fide autem liber,
genere Cappadox. Oportet enim genera quoque significare ad gloriam Christi qui nos reddit
claros genere, nosque deducit ad beatam & veram nobilitatem, nempè regnum cœlorum. Hic cùm
fuisset longo tempore apud beatum Elpidium, acris athleta virtutum exercitationis, vt qui sex vel
septem annis didicisset viri virtutes, & fortitudinem laborum in exercitatione, is postea seipsum
inclusit monimento. In eo autem constitutus tres annos, perseuerauerit in orationibus. non noctu,
non interdiu sedens, non accumbens, non foras egrediens. Is assecutus est gratiam aduersus dæ-
mones

A mones. Nunc autem reuersus in patriam, dignus est habitus presbyteratu, ab eo collecta fraterni-
tate virorum & mulierum dato testimonio impatibilitatis per honestam vitæ institutionem, &
masculà expulsa sua cupiditate, & fœminarum mollicie constricta continentia adeò vt impleatur quod scriptum est. In Christo Iesu non est masculus & fœmina: non est seruus, nec liber. Est *Galat. 3.*
autem etiam insigniter hospitalis, etsi careat possessionibus, in vituperium diuitum qui minimè im-
pertiuntur.

VITA ABBATIS GADDANA. SECT. LXXXXV.

CX. Gaddana, So Tom. lib. 6. cap. 34. Exsiccatur manus Iudæi volentis percutere Gaddanum.

NOui ego senem quendam Palæstinum genere, Gaddanam nomine: qui toto vitæ suæ tempo-
re vixit absque tecto, vixit autem circa Iordanem. Hunc beatum eremitam, cùm Iudæi moti
æmulatione, in locis quæ sunt circa mare mortuum adorti, stricto gladio inuasissent, accidit vt ta-
B le fieret miraculum. Dum ensem extolleret, & vellet Gaddanæ afferre interitum, exsiccata est ma-
nus eius qui ensem tenebat, isque illi ita cecidit vt non sentiret. Hoc auxilium à Deo latum est bea-
to Gaddana.

VITA ABBATIS ELIÆ. SECT. LXXXXVI.

CXI. Monachi in spelunca.

RVrsus quidam Elias monachus probatissimus, in iisdem locis habitabat in spelunca, & cùm es-
set vitæ honestissimæ & in primis religiosæ, vacabat continentiæ & orationi, omnes aduenien-
tes benignè excipiens. Quodam ergo die cum complures fratres ad eum accessissent, erat enim il-
lâc eis transeundum, ei panes defecerunt; iurànsque nobis affirmabat dicens, Propemodum sum
exanimatus ob cibi penuriam. Ingressus ergo cellam mœrore animi cõfectus, quod nescirem que-
madmodum in eos qui aduentarant, implerem pro viribus mensuram charitatis, inueni tres recen-
C tes panes illic positos, quos lætus accepi & apposui. Cùm autẽ viginti viri comedissent ad satieta- *Panes dati & multiplicati diminuti.*
tem, superfuit vnus panis. Eum autem cum sustulissem, vsus sum eo viginti quinque diebus. Hæc
domini gratia facta est cùm hospitali Elia, cuius labórum remunerationes paratæ sunt apud beni-
gnum Dominum.

DE SABBATIO. SECT. LXXXXVII.

CXII. Sabbatius.

QVidam Sabbatius nomine, Hierichuntinus genere, cùm haberet vxorem, propter Dei timo-
rem adeò amauit monachos, vt ipse obiret cellas & omnem solitudinem noctibus, & in vno
quoque monasterio foris poneret vnum modium dactylorum, & olerum quod satis esset, propte-
rea quòd pane non vescantur qui in Iordane sunt exercitatores. Huic continentium monachorum
dextero mense stratori, cum is quodam die tulisset sanctis quæ exercitationi erant necessaria, mali-
gni æmulatione ei leo occurrit, inimico monachorum excitante immanem feram aduersus mini- *Leo insilit in Sabbatium.*
D strum monachorum, studente & illos priuare refectione, & hunc suo proposito. Et cùm fera eum
comprehendisset à lapide vnus ex monachis, suis vnguibus eum protrusit & euertit. Sed qui do-
cuit in Daniele leones ieiunare, prohibuit ne eum qui seruabat præcepta deuoraret leo, etsi valdè
esuriret. Quo factum est vt accepto senis asino recederet. Qui enim ei vitam donauerat, feræ quo-
que famem exatiauit.

DE PHILOROMO PRESBYTERO. SECT. LXXXXVIII.

CXIII. Philoromus. Iulianus aperta illudit Philoromo- nem. Tentatio fornicationis & gulæ quomodo retundi- tur.

REligiosissimum presbyterum Deique amantissimum Philoromum in Galatia conuenimus; &
cum eo longo tempore versati sumus, qui fuit vir exercitatissimus. Is ortus quidem est ex ma-
tre serua, patre verò libero. Tantam autem virtutum nobilitatem ostendit in vitæ Christianæ insti-
E tutione, vt etiam ipsi qui sunt in genere insuperabiles, eius vitam angelis æqualem reuerentur, &
efficacem virtutem exercitationis. Is mundo renunciauit in diebus Iuliani execrandi imperatoris;
& liberè cum hoc impio est locutus generosus Christi athleta Philoromus, quem iussit radi; & à
pueris ei astanti alapis impingi. Is verò rem fortiter & toleranter tulit; & ei egit gratias, vt ip-
se nobis narrauit. Hunc præclarum virum in principio adortum est bellum fornicationis &
gulæ, vt dicebat, quod tyrannidem exerceris exagitat multitudinem. At is veluti immensum
incendium multa aqua extinxit, summa cura continentiæ, ferrum gestando, & se concluden-
do, & abstinendo à cibis, & vt semel dicam, ab omnibus coctis, & in his se fortiter geren-
do ac tolerando propter ingluuiem. Qui cùm id vicerit, potuit hymnum victoriæ canere, sic
dicens. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, non lætificasti inimicos meos supra *Psal. 29*
me. Hic à spiritu fornicationis variè oppugnatus, perseuerauit quadraginta annos in mona-

...dicens, Triginta & duos annos nullum ...

... inimicas me summè oppugnasset, adeò vt vel interdiu pertimescerem, me inclusi sex annos in monimento: & ea ratione euasi superior, ex impatibilitate bellum gerens cum spiritu, qui mihi hanc imponebat seruitutem. Huius viri insignis magnam curam gerebat beatus Basilius Episcopus qui delectabatur eius austeritate, constantia, & in opere diligentia, qui adhuc in hodiernum diem calamo & charta nō recessit, cùm sit natus annum octogesimum. Dixit huic beatus. Ex quo sum initiatus & regeneratus ex spiritu & aqua, vsque in hodiernum diem, alienum panem gratis non comedi, sed eum qui ex propriis laboribus ad nos venit diuinitus. Ducentos quinquaginta nummos e opere manuum mearum dedi iis qui erant manci ac mutili, neque vlli vnquam feci iniuriam. Is pedestri itinere venit Romam vsque ad orādum in martyrio sanctorum Petri & Pauli. Peruenit autem etiam vsque ad Alexandriam, cùm vouisset, in martyrium venerandi athletæ Marci. Dignus autem, inquit, sum habitus, qui voti gratia, bis propriis pedibus venirem Hierosolyma ad honoranda loca sancta: & ipse mihi suppeditaui impensas. Dicebat autem, nobis, vt vtilitatem ex eo caperemus. Non memini me vnquam animo à Deo meo recessisse. Huius beati Philoromi talia sunt certamina, & in his est inuicta victoria, & beatorum laborū ei redditur finis, corona gloriæ immarcescibilis.

S. Basilius Philoromo familiaris.

Peregrinatio Romā.

Vita peregrinationis.

VITA BEATI SEVERIANI & eius vxoris. SECT. LXXXXIX.

CXIIII. Seuerianus & Dosphoria.

IN Ancyra Galatiæ, in ipso loco contigit mihi alloqui quendam Seuerianum vnà cum eius coniuge Dosphoria, nec eorum magnam habui experientiam. Ij quidem multa spe bona repleti sunt & suos frustrantur filios, re vera in futura intuentes. Suorum enim prædiorum reditus consumunt in egenos, habentes quatuor filios & duas filias: quibus ne vitis quidem sarmentum dederunt præterquam iis quæ nupserant. Dicebant autem reliquis suis filiis, Post nostrum decessum omnia sunt vestra: Quandiu autem sumus superstites, nos possessionum nostrarum fructus colligemus, eos distribuentes ecclesiis, & monasteriis, & xenodochiis, & omnibus egentibus. In quibus hoc quoque est eorum virtutis egregiæ. Cùm esset magna fames, & quæ omnium hominum peruadebat viscera, illi tunc erant hæreses traduxerunt ad rectam opinionem. Nam cùm in multis prædiis horrea sua aperuissent, ea præbebant in alimentum pauperum: adeò vt ex hac inexplicabili eorum benignitate in vnam rectè fidei consonantiam conuenerint, qui erant hæreticæ opinionis. Deo gratias agentes ob simplicem eorum fidem, & immensam beneficentiam. Alia autem exercitatio eorum erat admirabilis, Vestis eorum habitus erat maximè venerandus, erátque in eis magna & quæ dici nequit victus tenuitas, erant valdè modici sumptus, alimentorum frugalitate contenti quantam vita requirebat, pietatem in Deum mirandum in modum exercentes: in agris degentes plurimo tēpore: sēper fugientes ciuitates, & vitia quæ ex eis oriuntur: ne ex iucunda cum turba cōuersatione tumultus ciuiles attraherēt, & exciderēt à Dei proposito. Propter hæc omnia horū beatorū rectæ vitæ facinora, hinc iā intelligētibus oculis aspiciūt æterna bona quæ parata sunt à Dei gloria.

Seuerianus dum viuit, bona pauperibus distribuit.

Vitæ solitariæ descriptio.

VITA ELEEMONIS MONACHI. SECT. C.

CXV. Eleemon.

VIdimus in hac ciuitate monachum patrem monasteriorum, qui non inducebat in animum cum vllo homine vel pauco tempore colloqui. Is vicesimum annum agens in exercitatione, hoc habuit vitæ institutum, vt permaneret apud ciuitatis episcopum virum sanctissimum. Est autem adeò benignus & misericors, vt etiam noctu circumeat, & misereatur eorum qui indigent: Is non negligit custodiam non nosocomium, non Ptochium, non diuitem, non pauperem, sed fert opem omnibus, apud diuites quidem, vt immites & immisericordes, verba faciens de misericordia: vnicuique autem ex indigentibus prouidens quæ sunt necessaria, eos qui pugnant pacificās, nudis suppeditans indumenta, ægrotis medicamenta afferens ad curationem. Quod autem solet fieri in omnibus magnis ciuitatibus, in ea quoque fiunt. In porticu enim ecclesiæ iacet multitudo mancorum ac mutilatorū quotidianum victum emendicantium, qui partim quidem vxores non duxerunt, partim verò etiam duxerunt. Quodam ergo die accidit vt vnius horum vxor pareret in porticu, & in ipsa hyeme. Ea ergo clamante cum ab illo intolerabili dolore pungeretur, audiuit hic beatus vlulatum, orans in ecclesia, & relictis sibi consuetis precibus, egressus respexit: & cùm neminem inuenisset qui illi adesset in hac necessitate, ipse functus est vice obstetricis: non abhorrens fastidium quod consequitur mulieres parientes, mulierū insensibilitatē ei largiēte hac profundissima eleemosina. Atque vestium quidem quibus est indutus precium non est vnius oboli. Cibus autem contendit cum vestibus: libello autem non sustinet incumbere, à lectionibus eum abducente clementia. Si quis ex fratribus ei librum donauerit, eum statim vendit & distribuit pauperibus. Iis autem qui sciscitabantur, Cur hæc vendis? dicebat. Quî possum meo persuadere magistro me eius artem accuratè didicisse, nisi illo ipso vsus fuero ad artem rectè exercendam? Hic immortalis cum in hac actione hucusque permansisset, perpetuò germinans memoriæ nomen reliquit illi, quæ est circumcirca regioni.

Eleemonis mira pietas.

Verè hic Eleemosinarius.

A regioni. Ipse fruens æterno gaudio in regno cœlorum, recipiens digna præmia beatis laboribus, & qui esurientes hic nutriit, & nudis dedit vestimenta, nunc apud bonorum operum remuneratorem fruitur omne genus deliciis.

VITA ABBATIS BISARIONIS. SECT. CI.

CXVI. Bisarion. Simplex tunica.

FVit quidam senex, possessionibus carens, & misericors, nomine Bisariō. Is cùm venisset in quendam vicum, vidit mendicum nudum in foro mortuum. vnam quidem ferens tunicam conuenienter euāgelicæ traditioni, & paruum superhumerale. Nihil enim possidebat præter hoc necessarium tegumentum. Habebat autem semper quoque paruum euangelium sub axilla, aut ad sui faciendum periculum num perpetuò voci Domini obediret: aut potius gestans sermonem quem erat opere executus. Tam admirabili enim vita vsus est hic vir & citra vllum dedecus, vt perinde ac terrestris angelus cœleste iter legitimè peregerit. Hic ergo cùm vidisset reliquias, se protinus exuēs superhumerali, eo induit mortuum. Et rursus cum parum processisset, nudo egenti occurrit: & stetit apud se disceptans, & sic ratiocinans: Quomodo ego quidem qui mundo renunciaui veste induor, frater autem meus algore concrescit? Si ergo ego eum siuero exanimari, ero omninò causa B mortis proximo, Quid ergo, exuens ne scindam, & partem distribuam, an totum dabo ei qui est factus ad Dei imaginem? Sed quid mihi & illi erit vtilis pars quæ scinditur? Et cùm apud se disceptasset, dixit. Damnine aliquid patiemur, si plus quàm sit præceptum faciamus? Generosus itaque hic athleta, prompto & alacri animo vocat pauperem in vestibulum: & cùm eum dimisisset indutum, stetit nudus, se operiens manibus, genua flectens & subsidens, solum habēs sub axilla verbum quod facit diuites. Eius autem consilio & prouidentia transiens quidam Irenarcha, agnouit senem, & dixit proximo suo socio. Respice illuc. Non est hic senex abbas Bisarion. Cùm is autem dixisset, maximè, de quo descendens rogauit sanctum, dicens, Quis te exuit? Ille verò dextera protendens euangelium, Hoc, inquit, me exuit. Statim autem se sua veste exuens Irenarcha, perfectum militem inquit, & protinus gestans veluti quandam paruam vestem monachorum, à mundo latens recessit: declinans laudem eius qui suum vidisset vitæ institutum, eum qui est ab occulto honorem celando expectans. Hic ipse postquam omne præceptum euangelicum rectè esset executus, cùm nihil huius C mundi amplius haberet in animo, ad diuinorum dictorum perfectiorem executionem, cùm in transitu vidisset pauperem, cursu in forum contendit, vbi cùm paulisper constitisset, vendidit euangelium. Paucis igitur pòst diebus, qui cum eo erat abbatis discipulus Dulas nomine, rogauit senem, dicens. Quid paruo libello factum est ô abba? Cui senex placidè. verbum pulchrum admodum & valdè scitum est locutus, sic dicens. Ne tristitia afficiaris, ô frater. Nam vt illic habeamus fiduciam, propter obedientiam, vendidi ipsum sermonem, qui mihi semper dicebat.[1] Vēde quæ habes, & da pauperibus. Sunt autem aliæ quoque res plurimæ ex virtute gestæ huius magni patris. Cum quo nos quoque digni habeamur habere partem, gratia Christi, Amen.

Bisarion pauperem vestit suo habitu, ipse interim nudus, vt & D. Martinus quendā apud Ambianenses Seuer. Sulp. lib. 1.

εἰρηνάρχης tranquillitatis publicæ & securitatis studiosus latrunculator l. Munerum. ff. de muneri. & hon. tales in principum aulis curiosi cod. de Curiosis & stationariis.

1 *Ex Euagr. Niceph. lib.* 11. *cap.* 43. *hoc factum suppresso nomine refert, quamuis Fulgos. lib.* 4. *cap.* 8. *Serapion tribuat qui & vendidit semetipsum vt viduæ succurreret.*

VITA BEATÆ MELANIÆ ROMANÆ. SECT. CII.

CXVII. Melania quā admirādam vocat Nicep. lib. 14. ca. 52.

D NEcessarium autem existimaui virilium quoque & honestarum mulierum meminisse in hoc libro quibus Deus æqualia donauit præmia viris qui ex virtute vitam egere: & ipsis reddidit coronam eorum qui ipsi placuerunt, ne molles teneræque reddantur quæ sunt socordiores, & prætextum quærant & excusationem, tanquam quæ sint imbecilliores ad certamina virtutis, & ad honestam vitam agendam. Atque multas quidem vidi pias ac religiosas, & plurimas virtutis ergò conueni & virgines & viduas. Inter quas erat etiam beatissima Melania Romana, quæ fuit quidem filia Marcelli consularis, vxor cuiusdam viri qui erat in magna auctoritate, cuius nominis nō rectè memini. Hæc cùm esset vidua agens annum vicesimum, diuino amore digna fuit habita, & nemini quidquam dicens, prohibebatur enim iis temporibus Valente tenente imperium, cùm curasset vt filij sui nominaretur tutor, ipsa acceptis suis mobilibus & in nauem iniectis cum aliquot famulis & mulieribus, cursu nauigauit Alexandriam: & cùm illic res suas vendidisset, & in aurum minutum conuertisset, ingressa est in montem Nertiæ, sanctos patres conueniens, Pambo, & Orsisium, & Se- E rapionem magnum, & Paphnutium Scetiotem, & Isidorum confessorem Episcopum Hermipolis, & Dioscurum, & versata est apud eos circiter annum dimidium, obiens solitudinem, & videns omnes sanctos. Post hæc autem cùm Augustalis Alexandriæ relegasset Isidorum, & Pitimium, & Adelum, & Paphnutiū, & Pambo, & inter eos etiam Ammonium Parotium, & duodecim episcopos, & presbyteros in Palæstinam circa Diocæsaream, ipsa eos est secuta, eis ex suis propriis pecuniis subministrans. Cùm autem prohiberentur ministri, vt narrabant: conuenerunt enim sanctum Pitimiū, Isidorum, & Paphnutium, & Ammonium: hæc fortis mulier induta seruuli caracalla, vespere eis ferebat quæ erant ad vsum necessaria. Cum autem id cognouisset consularis Palæstinæ, & vellet sinum suum implere, sperauit fore vt ei fumo oculos præstringeret, & ab ea aliquid exprimeret: eamque retentam coniecit in carcerem, ignorans eius libertatem. Hæc autem significat ei, dicens, Ego illius quidē fui filia, huius verò vxor qui in terra fuit genere clarus: nūc autē sum Christi ancilla.

Melania Romana sub Valente.

Melania monachis subministrat necessaria.

Neque meum vilem habitum deſpexeris poſſum enim me ſi velim extollere, nec potes mihi hæc in [F] re fumo oculos præſtingere, neque ex rebus meis aliquid accipere. Ne ergo fortè ignorans in aliquod crimen incidas, quænam ſim tibi declaraui. Oportet enim aduerſus ſtolidos, tanquam cane & accipitre vti animi elatione, & in tempore eorum ſuperbiæ in ipſos immittere. Tunc certè iudex cum hæc accepiſſet, ſe excuſauit, & eam adorauit: & iuſſit eam abſque vllo impedimento cum ſanctis viris verſari.

VITA RVFFINI PRESBYTERI.
SECT. CIII.

CXVIII. Ruffinus cuius meminit Augu. paſſim & Socrates cap. 1. lib. 2. Nicep. li. 10. cap. 28. & Caſſian. lib. de Incar. 7. vbi eum appellat Chriſtianæ philoſophiæ virum haud cõtemnendum, de quo qui plura deſiderabit, legat præfationem noſtrã in eius opera quæ nuper edidimus.

Votum Hieroſolymitanum.

Sabellianos notat Macedonianos & Marathonios. qui πνευματομάχοι dicti ſunt. Socr. lib. 2. ca. 45.

Melaniæ beneficentia.

HÆc, poſtquam hi fuerunt reuocati, monaſterio ædificato Hieroſolymis, viginti ſeptem annos verſata eſt in Hieruſalem, habens conuentum virginum circiter ſexaginta. Cũ qua vixit etiam nobiliſſimus & moribus ſimillimus & fortiſſimus Ruffinus ex Aquilea ciuitate Italiæ: qui poſtea dignus eſt habitus presbyteratu: quo non eſt inuentus inter homines nec doctior nec mitior. viginti [G] autem & ſeptem annis excipiebant eos qui veniebant Hieroſolyma voti cauſa, & epiſcopos & monachos & virgines, & omnes qui aduentabant, ſuis fouebant expenſis. Iuuerunt quoque habitum qui eſt ſecundum Paulinum, circiter quadringentorum virorum vitam monaſticam agentium. & omnem hæreticum ex Pneumatomachis, hoc eſt ex iis qui bellum gerunt aduerſus ſanctum ſpiritum, perſuaſum introduxerunt in eccleſiam: & clerum qui erat in eo loco, & donis & alimentis honorantes, ſic vitam tranſegerunt, meminem offendentes, ſed omnem propemodum orbem terræ iuuantes. Atque de admirabili quidem & ſancta muliere Melania ſuperius quidem narraui attingendo leuiter: nihilò ſecius autem reliqua, vel potius ea quæ teneo memoria de eius virtutibus, adtexam oratione, nempe inenarrabilem religioſiſſimæ mulieris beneficentiam, per quem cùm beatum incorruptionis indumentum ſuis texuiſſet laboribus, & quæ non poteſt marceſcere gloriæ coronam, ſuis pecuniis, proprio ſuo capiti fabricata eſſet & induiſſet cum multa fiducia hinc exceſſit ad Dominum. Me ergo incipientem narrare præclara huius beatæ facinora, ſi volo dicere quæ ſcio, tempus deficiet. Quantam quidem opum materiam ea conſumpſit in egentes, cœleſti correpta de- [H] ſiderio, non arbitror flammam ignis ſi in copioſam inciderit materiam, tantam poſſe exurere. Hoc autem non eſt meum ſolum narrare, ſed etiam eorum qui Perſidem & Britanniam, & omnes habitant inſulas. Beneficiorum enim & largitionum huius immortalis fœminæ non Occidens, non Oriens, non Septentrio fuit expers, nec Meridies. Triginta enim & ſeptem annos hoſpites excipiens, illis ea quæ erant vſui ſuis præbuit ſumptibus, eccleſiiſque & monaſteriis & hoſpitiis & carceribus, & vt ſemel dicam, nullus ex iis qui eam conuenit, non eſt aliquam partem eius opum conſecutus, ſuppeditantibus ei conſanguineis, & ipſo filio, & curatoribus quotannis pecunias. Ea autem cũ in hoſpitalitate adeò perſeuerauerit, ne palmum quidem terræ poſſedit. Non abſtracta eſt à cupiditate filij, non eam diuiſit à charitate in Chriſti vnigenitj filij deſiderium. Sed eius precibus adoleſcens & ad ſummam peruenit doctrinam, moribúſque fuit ornatiſſimus, claróque & illuſtri fuit matrimonio coniunctus, & mundanos eſt honores conſecutus: qui duos quoque habuit filios, qui teſtarentur iuſtum matrimonium. Multis itaque poſt annis cùm de neptis ſtatu audiſſet, & eam nu- [I] pſiſſe, & vello ſeculo renunciare: verita ne fortè in aliquam malam abriperentur doctrinam, vel hæreſim, vel malam vitam anus ſexaginta annos nata nauem aſcendit, & Cæſarea nauigans viginti dierum ſpacio Romam venit. Atque illic quidem cùm eſſet, beatiſſimum virum maximæ exiſtimationis clariſſimum Aprianum, qui erat gentilis, catecheſi inſtituit, & Chriſtianum fecit, perſuaſitque vt contineret etiam cum ſua vxore, eius autem ſorore, Auita nomine. Cùm autem ſuam quoque neptem confirmaſſet Melanium vnà cum eius marito Apriano, & catecheſi inſtituiſſet Albinam nurum ſuam vxorem autem ſui filij: & perſuaſiſſet his omnibus vendere quæ habebant, Roma eos eduxit: & ad honeſtum ac tranquillum vitæ portum deduxit. Et ſic depugnauit aduerſus omnes beſtias, nempè eos qui erant ordinis ſenatorij, & eorum vxores prohibentes eam renunciare reliquis ſuis ædibus. Chriſti autem ancilla eis dicebat, Filij, pluſquam quadringentis abhinc annis ſcriptum eſt, Vltima hora eſt. Quid ergo lubentes ac volentes immoramini in vanitate vitæ? ne fortè veniant dies Antichriſti, & non poſſitis frui veſtris opibus, & rebus maiorum veſtrorum? Cúmque omnes his verbis liberaſſet, duxit in Siciliam: cúmque reliqua omnia ſua vendidiſſet, & precium accepiſſet, [K] duxit Hieroſolyma, & cùm facultates diuiſiſſet, intra quadraginta dies dormiit in bona ſenectute & ſumma manſuetudine, & veneranda memoria: relicto etiam monaſterio Hieroſolymis & ſumptibus monaſterij. Poſtquam autem hi omnes Roma abſceſſiſſent qui catecheſi inſtituti fuerant à beata Melania, barbarica quædam procella, quæ etiam in prophetis iam olim poſita fuerat, in Romam irruit, & nec æneas quidem ſtatuas reliquit in foro, ſed omnia barbarica diripiens inſolentia corrupit; adeo vt Roma quæ mille & ducentis annis pulcherrima fuerat & frequentiſſima dirueretur, fieretq; deſerta, & vt ait Sibylla, ῥύμη hoc eſt vicus, non Roma. Tũc qui catecheſi fuerãt inſtituti, & ei minimè aduerſati, Deum laudauerunt qui rerum mutatione perſuaſiſſet incredulis, quòd aliis omnibus redactis in ſeruitutem, eæ ſoluæ ſaluæ fuerint familiæ quæ Domino fuerunt haulocauſta ſtudio beatæ Melaniæ.

Aprianus.

Continentia coniugium.

1. Ioan. 2.

Roma iuxta Sibyllam diruta fit vicus.

VITA

A

VITA PARVÆ MELANIÆ.
SECT. CIIII.

CXIX. Melanion.

Narrationibus auiæ ſtimulatur iunior Melania.

NOn eſt autem iuſtum vt iunioris quoque in carne Melaniæ vitam deſpiciamus, & neptis magnæ Melaniæ tantam virtutem tacitam prætereamus, quæ longè fortè præſtat prudentibus & ſtudioſis vetulis. Hanc ergo ætate iuuenem, pietatis autem ſententia vetulam, parentes inuitam nuptum dedere, eam iungentes matrimonio viro vrbis Romæ primario. Hæc ſemper ſtimulata auiæ ſuæ narrationibus, tantum fuit ſauciata, vt matrimonio non poſſet inſeruire. Cùm autem ei nati eſſent duo filij maſculi: iique deceſſiſſent, tantum eam cepit odium matrimonij, vt dixerit marito ſuo Pipiano filio Seueri qui erat ex Præfectis: ſi volueris quidem mecum cohabitare vt ratio dictat temperantiæ, & te Dominum agnoſco, & profiteor meam vitam eſſe in tua poteſtate. Sin autem hoc tibi graue videtur vtpotè iuueni: res omnes meas tibi habe, & ſolum ſine me eſſe liberam, vt ſatisfaciam meo quod eſt ex Deo deſiderio, facta hæres eius quæ eſt ex Deo virtutis meæ auiæ, cuius etiam

B nomen gero. Si enim vellet nos Deus degere in hoc mundo, & frui rebus mundanis, non filios mihi natos accepiſſet immaturos. Cùm autem longo tempore inter ſe contenderent, Deus poſtea miſertus adoleſcentis, ei quoque zelum immiſit religionis, vt ipſe quoque mundi vniuerſæ renunciaret terrenæ materiæ, adeò vt impletum fuerit quod ſcriptum eſt ab Apoſtolo. Quid enim ſcis mulier an virum ſeruabis? Viceſimo ergo ſuæ ætatis anno mundo renunciat. Et primum quidem omnia ſua ſerica ſuper humeralia tegumẽta dedit altaribus, reliqua autem ſerica indumenta cùm conſcidiſſet, res diuerſas fecit eccleſiaſticas. Argentũ autem & aurum cùm credidiſſet cuidam Paulo preſbytero monacho, id per mare miſit ad Orientem. Atque Ægypto quidem & Thebaidi decies mille nũmos: Antiochiæ autem & eius partibus nummos decies mille: Palæſtinæ nummos decies mille diſtribuit. Eccleſiis autem quæ ſunt in Occidente, & monaſteriis, & xenodochiis, & omnibus egẽtibus per ſe ipſam ſuppeditauit, & ſuppeditat his quadruplò plura. Liberauit autem ſeruorum qui voluerũt octo millia: Reliqui enim noluerunt, ſed maluerunt manere cum fratre eius. Omnes autem poſſeſſiones

C quas habuit in Hiſpania, & in Gallia, & in aliis ciuitatibus, cùm vendidiſſet, eas ad tres vſque nũmos diſtribuit. Quæ autem habebat in Sicilia, Campania, & Aphrica, ſibi reliquit, vt ſuppeditare poſſet monaſteriis & egenis. Hæc eſt ſapientia in primis religioſę, & quę mentem ſenilem ſuſceperat de pecunię materia, Melaniæ iunioris. Hæc autem erat eius exercitatio: Poſt diem vnum comedebat, In principio autem poſt quinque, variè ancillis ſuis ſeruiens: quas etiam ſecum vnà reddidit exercitatrices. Iam verò ipſa quoque multos ex ſuis cognatis ducens ad zelum diuinum, fecit vt ſimiliter atque ipſa religioſè Deum colerent. Hæc eſt vita iuuenis Melaniæ per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

1. Cor. 7. Renunciare mundo. Ornamenta altaris.

Melanion quomodo ſua diſtribuerit.

DE ALBINA.

CXX. Albina De hac & multis ſequentibus vide tom 1. & 2. Epi. D. Hieron.

HAbebat autem ſecum quoque matrem Albinam, quæ ſimiliter exercetur, & ſimiliter rurſus ſeorſum diſpergit ſuas pecunias, Habitant itaque in agris, aliquando quidem Siciliæ, aliquando verò Campaniæ cum eunuchis quindecim, & virginibus & ancillis.

D

DE OPIANO.

CXXI.

SImiliter autem Opianus quoque eius quõdam maritus, nunc autem in opere virtutis adiutor vnanimis, qui exercetur cum triginta monachis, & legit diuinas ſcripturas, hortóque colendo eſt intentus, & congreſſionibus. Non paruo autem nos honore affecerunt cùm Romam veniſſemus propter beatum Ioannem epiſcopum, nos reficientes, & abundantiſſimis viaticis excipientes, accerſentes æternam vitam Domini noſtri Ieſu Chriſti, & optimæ vitæ inſtitutionis. Ad eum acceſſit vir proconſularis, nomine Pammachius, qui cùm mundo renunciaſſet, vitam egit optimam, & ſuas opes partim viuus diſperſit, partim autem moriens reliquit pauperibus. Similiter etiam quidam nomine Macarius ex Vicaria. Conſtantius quoque aſſeſſor Præfectorum Italiæ, inſignes viri & eruditiſſimi, qui peruenerunt ad ſummum pietatis & religionis, quos exiſtimo adhuc nunc quoque eſſe in carne, optimam inſtituendæ vitæ rationem exercentes, beatámque vitam & nulli exitio obnoxiam expectantes. Inter quos fuit etiam Paula Romana mater Toxotij, vxor N. ad ſpiritalem vitæ inſtitutio-

E nem accommodatiſſima. Cui impedimento fuit Hieronymus quidam Dalmata. Nam cum poſſet ſuperare multas, ne dicam cunctas, vt quæ ad vitam ex virtute gerendam eſſet optimo ingenio prædita, eam ſua inuidia impediit, ipſam trahens ad ſcopum proprium. Cuius filia nunc quoque exercetur in Betheleem, nomine Euſtachium: quam ego non conueni. Dicitur autem eſſe temperatiſſima, habens conuentum quinquaginta virginum. Inueni autem Venereã Ballomeci comitis filiam, quæ onus cameli rectè diſperſit, & liberata eſt à vulneribus quæ oriuntur ex materia. a Et beatam Theodoram Tribuni filiam, quæ ad tantam proceſſit egeſtatem poſſeſſionum, vt ipſa eleemoſinam accipiens ſit mortua. In monaſterio Heſicha propter mare, noui mulierẽ nomine b Vſiã, lõgè in omnibus honeſtiſſimã. Et eius ſororẽ c Adoliã, quæ ipſa quoq; vixit in virtute, & nõ pro eius quidẽ di-

de Pãmachio. CXXII.

De Macario. CXXIII.

De Conſtãtia CXXIIII.

De Paula Romana. CXXV.

De Euſtachio CXXVI.

De Venerea. CXXVII.

a De Theodora cap. 5. li. 17. Nicepb. cũ virili habitu monaſticam vitam egiſſe, illatámque de infante calumniam patienter ſcribit tuliſſe. CXXVIII. b *De Vſia.* CXXIX. c *De Adolia.* CXXX.

de Basianilla. CXXXI. *De Photina.* CXXXII. *De Aselle.* CXXXIII. *De Anuita.* CXXXIIII.

guitate, sed pro suarũ viriũ facultate vixit in zelo Dei. Noui autẽ etiã Basianillã Cãdiani ducis exercitus filiã, quę ipsa pio & alacri animo virtutẽ exercuit, & in hodiernũ vsq; diẽ certamina acriter exequitur. Et Photinã virginẽ summè honestã: filiã Theoctisti presbyteri in Laodicea. Vidi autẽ Romæ quoq; Aselliã honestã Dei virginẽ, quæ honestè consenuit in monasterio, mulier longè mitissima, & quę retinebat cõuentus, in quibus vidi & viros & mulieres in cathechesi recẽter institutos. Vidi etiã beatam Auitam Deo dignam cum eius marito Priniano, & eorum filia Eunomia, in omnibus Deo benè placentes, vt apertè facilè traducti fuerint à dissoluta & voluptaria vita ad honestam & continentem vitæ institutionem, in his quoque digni habiti vt in Christo dormirent, ab omni quidem peccato liberi, perfectè in honesto certamine decertantes, in bona memoria vitam suam relinquentes. In ciuitate Ancyra, sunt multæ quidem aliæ virgines, nempè ad decem millia, duo autem vel pura, quæ exercentur, & in omni virtutis institutione militant, omnésque temperantiæ legibus claræ & insignes fœminæ, & diuinum certamen studio exequentes. Inter quas principatum obtinet in pietate Magna honestissima fœmina & probissima. Quam nescio quid sim nominaturus, virginém ne an viduam. A matre enim vi viro coniũcta, eum tamen variis inescans dilationibus, & corporis morbos pretexens, à corruptionis vicio & integra & intacta permansit, vt dicunt eius necessarij. Cúmque paulò pòst decessisset eius maritus, omnium simul facta est hæres vnica, & temporalibus deinceps commutans æterna, totam seipsam Deo obtulit, summé curam gerens vitæ quæ semper manet, suis famulis honestè imperans, agens vitam laboriosissimam & plenam temperantia, in congressu tam seuera vt ipsum eius aspectum reuererentur etiam excellentissimi episcopi propter insignem pietatem & religionem. Atque ipsa quidem superuacaneam & nimiam opum materiam, possessionum vacuitatis igne consumpsit, quæ autem supererant ea constituit ad subministrationem, monasteriis, ptochotrophiis, xenodochiis ecclesiis, pauperibus, traseuntibus, episcopis, orphanis, viduis, & omnibus egentibus suppeditans auxilium, non cessabat hilariter operari pietatem latenter & per se & per seruos fidelissimos, ab ecclesia non recedens noctu maximè: in omnibus in virtute se exercens propter spem eius quæ verè est vita.

De Magna. CXXXV.

Opum optima largitio.

F G

DE VIRGINE QVÆ EXCEPIT Athanasium episcopum.

H

CXXXVI. Virgo Alex. D. Athanasium celauit, Sozom. lib. 5. cap. 6. Niceph lib. 10. cap. 6.

NOui ego Alexandriæ virginem, quam offendi natam circiter septuaginta annos. Ei clerus vniuersus dabat testimonium, quòd cùm esset iuuenis nata annos circiter viginti, & longè formosissima, fugiebatur ab iis qui erant studiosi virtutis propter pulchritudinem, ne inureret eis aliquam labem ex suspicione. Quando ergo accidit vt Arriani struerent insidias beato Athanasio Alexandrino episcopo per Eusebium, qui erat eo tempore præpositus sub Constantio Imperatore, nefariorum criminum cum accusantes & calumniantes: vitans iudicari à corrupto iudicio, apud neminem ausus est delitescere, non apud cognatum, non amicum, non clericum, non apud aliquem alium, sed repente episcopatum ingressis præfecti ministris & eum quærentibus, accepto suo Stichario & cereo media nocte confugit ad hanc virginem. Illa autem fuit rei nouitate obstupefacta. Dicit ei episcopus, Quandoquidem quæror ab Arrianis nefariorũ criminum ab eis accusatus: Ne ergo & ego veniam in malam existimationem, & in peccatum coniiciam eos qui me volunt afficere supplicio, ea de causa fugere constitui: Mihi ergo Deus reuelauit hac nocte me apud nullum alium posse esse salvum, nisi apud te. Illa ergo præ magno gaudio omni iecta dubitatione, cùm tota esset Domini, prõpto & alacri animo occultauit sanctissimum episcopum sex annos, quãdiu vixit imperator Constantius, ipsa & eius pedes lauans, & excrementa expurgans, & in aliis quæ erant ei vsui inseruiens. librósque ei commodans & prebens. neque vllus sex annos nouit Alexandriæ, vbínam ageret beatus Athanasius episcopus. Postquam ergo fuit annunciata mors imperatoris Constantij, & peruenit ad eius aures, honesto & venerabili habitu indutus rursus noctu fuit inuentus in ecclesia. Quem vidẽtes omnes magna sunt affecti admiratione, vt qui ipsum viuũ accepissent ex mortuis, simul etiam postulantes eius amici de latebris quæ ab eorum ignoratione inueniri non potuerant. Respondit itaque beatus Athanasius germanis suis amicis, Ea de causa ad vos non confugi, vt verè iurare possetis, & alioqui etiam propter inuestigationem, ad illam confugi de qua nemo suspicarj poterat, vtpotè formosam & iuniorem, duo bona procurans, & illius salutem: illi enim profui, & meæ existimationi & securitati.

Sticarium est interior alba vestis sacerdotalis.

Mirum virginis obsequium in Athanasium.

Athanasius redit ad suos.

I K

VITA AMMÆ TALIDA.

CXXXVII. Amma Talida.

IN ciuitate Antinoi sunt fœminarum monasteria duodecim. In quibus conuenit etiam Ammam Talida, quæ octoginta annos fuerat in exercitatione, vt narrabat ipsa & eius vicinæ. Vnà cum ea, habitabant sexaginta adolescentulæ. Eam autem adeò diligebant, vt ne esset quidem clauis aulæ monasterij, vt in aliis: sed ipsæ ab eius amore detinerentur. Eò autem impatibilitatis processit anus, vt cùm ego essem ingressus & consedissem, ipsa quoque ingressa sit, & vnà mecum sederit, & magna libertate meis humeris manum imposuerit.

VITA

A

VITA AMMÆ TAOR.

CXXXVIII. Amma Taor. μαφόριον.

IN hoc monasterio erat virgo huius discipula, nomine Taor, quæ triginta annos versata erat in monasterio. Ea vestem nouam aut μαφόριον, aut calceum noluit accipere, dicés, Nõ est mihi opus, ne etiam cogar progredi, Aliæ enim omnes die dominico progrediuntur in ecclesiam gratia communionis: Illa autem in monasterio manebat pannis obsita, operi assiduè assidens. Ea autem fuit tam eleganti aspectu, vt parum abesset quinetiam valdè constantes deciperentur eius pulchritudine, nisi insigne præsidium habuisset temperantiam, quæ ad metum & verecũdiam deducebat honestate impudicos oculos.

DE VIRGINE QVÆ renunciauerat.

CXXXIX. Martyr hic dicitur qui breui subitus erat martyrium, uti alias ex Tertull. & Cyp. annotauimus. Martyrium autem est oratorium dedicatum in honorem martyris.

B ERat quædam mihi vicina, cuius vultum quidem non vidi. Nunquam enim, vt aiunt, est progressa ex quo renunciauit. Cùm autem impleßet sexaginta annos in exercitatione cum matre sua propria, erat postea vita excessura. Ad eam autem accedens martyr qui erat in eo loco, nomine Colluthus, ei dicit. Hodie es itura ad Dominum, & visura sanctos omnes, Veni ergo & prande nobiscum in martyrio. Cùm ergo manè surrexisset & se induisset, & in sporta panem accepisset & oliuas, & minuta olera, post tot annos est egressa: & cùm venisset in martyrium, orauit, & cùm toto die obseruasset tempus in quo nullus erat intus, & sedisset, rogauit martyrem dicens, Benedic cibos meos, Colluthe sancte, & me in via comitare tuis precibus Cùm ergo comedisset & rursus orasset, domum venit circa occasum solis. Et cum dedisset matri suæ opus Clementis Stromatei in prophetam Amos, Dixit ei: Da id episcopo relegato, Et dixit ei, Ora pro me, Vado enim ad Dominum meum, decessit ipsa nocte. Cùmque nec febri laborasset, nec ei caput doluisset, sed seipsam ad sepulturam composuisset, in manus Dei emisit spiritum.

DE VIRGINE QVÆ LAPSA est, & egit pœnitentiam.

C

CXL. Cantor decipit virginem.

QVædam virgo exercitatrix manens cum duabus aliis virginibus, se exercuit nouem vel decem annis. A quodam autem cantore inescata cum eo habuit stupri consuetudinem, & cùm vtero concepisset peperit. Cùm autem in summum odium venisset apud eum qui ipsam deceperat, in profundo compunctus est animo, & ad eam peruenit mensuram pœnitentiæ, vt in ea perseuerans se fame vellet occidere, hoc cum lachrymis orans, Deúmque rogans, & dicens. Deus magne, qui omnium nostrum peccata portas, & immensum totius mundi vitium, qui non vis mortem peccatorum & eorũ qui labuntur interitum, sed misereris vniuersæ creaturæ. est enim voluntas tua vt omnes seruentur. Si ergo me quoque quæ pereo vis esse saluum, in hoc mihi tuam ostende bonitatem, & nunc tua ad me perueniant mirabilia, & iube hinc abduci fructum meæ iniquitatis. Nam nisi hoc fiat, ego hac de causa vel me laqueo suffocabo, vel meipsam disperdam. Cùm sic oraret, fuit exaudita. Nam qui natus fuerat infans non multò post decessit. Ab illo ergo die non amplius conuenit eum qui ipsam redegerat in seruitutem, sed se totam insigniter dedens continentiæ ægrotis mancísque ac mutilatis seruiens triginta annos, ita Deum placauit, propiciúmque reddidit: vt quidam sancto presbytero reuelaretur illam Deo magis placuisse in pœnitentia quàm in virginitate. Hæc autem scribo, ne eos qui multa peccant, & ex animo ac sincerè agunt pœnitentiam contemnamus, sicut hæc beata quæ cor suum contriuit, & in humilitate vitam suam liquefecit, non despecta fuit à Domino eorum qui ducuntur pœnitentia.

Oratio pœnitentis.

D

Pœnitens Deo gratior iusto.

DE FILIA PRESBYTERI & Eustathio diacono.

CXLI. Lector iniustè accusatus de stupro.

CVIusdam presbyteri filia virgo in Cæsarea Palestinæ lapsa, ab eo qui ei vitium attulerat docta fuerat, vt quendam ciuitatis lectorem calumniaretur, & quod corrupta esset in eum culpam conferret. Cùmque ferret ventrem, à patre suo examinata, nominauit lectorem. Hoc cùm audiisset presbyter, conturbatus retulit ad episcopum. Hoc cùm audiisset episcopus, conuocauit concilium sacerdotum, fecítque vocari lectorem déque eo habuit quæstionem, rem examinans. Rogatus autem ab episcopo rem non fatebatur lector: Nam quod factum non fuerat, quomodo dici poterat? Ægrè ergo ferens episcopus, grauissima voce ei dicebat. Nõ fateberis lapsum tuum, vt agẽs pœnitẽtiam ô infelix, & plene immundicia? Respondit lector, Rogo te: Dixi id quod res est, hãc rem ad me nihil pertinere, Planè enim culpa careo, vt qui de ea ne cogitauerim quidẽ: Sin autẽ vultis audire id quod nõ est, dicã, Feci. Hoc cũ ipse dixisset, deposuit eũ episcopus ab officio lectoris. Post hoc cadẽs ad pedes episcopi, rogauit dicens. Si hoc tibi visum est Domine episcope, vt quoniã dixi, Næ, lapsus sum, sim separatus à communione, & non sim dignus esse clericus tuæ sanctitatis, iube vt mihi ab hoc tempore ea detur in vxorem: Neque enim ego sum deinceps clericus, neque illa virgo. Cùm hæc audiisset episcopus & presbyter eam tradidit pater eius lectori: sperans fore vt iuuenis benè esset in eam affectus, & alioqui credens non posse eum excindi è consuetudine. Cùm eam autem adolescens accepisset in manus ab episcopo, & eius patre, eámque esset consolatus, ab

E

duxit & depoſuit in monaſterio mulierum, rogans eam quæ illic erat prima miniſtra fraternitatis, vt F
eam illic tolerarent vſque ad partum eius. Illa verò relicta in monaſterio, lector abiens ſeipſum in-
Oratio iniuſtè delati.
cluſit in cella ſordida, vitæ ſummam ſuſcipiens aſperitatem. ad Chriſtum accedens in corde contrito cum multis lachrymis & gemitibus, dicens. Tu domine meas actiones noſti, qui ſcis omnia, quem nihil latet, neque eſt vllus locus occultus in quo quis ſe abſcondat à tua quæ omnia aſpicit poteſtate qui vides omnia priuſquam fiant. Tu ſolus vides profunda cogitationum, & omnis mentis conceptio à te cernitur, perindè ac ſi aſpiciatur oculis. Tu cum cogitatorum ſis acer examinator perfectè iudicas. Tu es qui eos arguis, qui appetuntur calumniis, cui nihil placet iniuſtum. Omne autē momentum ſtateræ iuſtitiæ eſt à te ſemper, qui es lux ad quam non patet aditus: & omne opus hominis eſt coram te. Eſt ergo tui iuſti & immutabilis iudicij, ius quoque meum pronunciare. Efficaciter autem orante adoleſcente, & in ieiunio diligenter perſeuerante, intra breue tempus adfuerunt dolores eius partus. Cúmque aduenisset hora, adfuit etiam iuſtum Dei iudicium, afferens vehemen-
Puerpera cogitur purgare ſtupri quo eā falſo accuſaue rat cuiuſmodi ſimile quidppiam Caſſiod. 2. hiſt. cap. 24. & Nice. lib. 17 cap. 22 de Simeone.
tem & intolerabilem dolorem ei quæ fuerat calumniata, gemituum immenſa multitudo, labores partus inenarrabiles, inferni ſuppliciorū viſiones terribiles, hanc miſerā fortiter obſidētes, & infans G
propter magnitudinem non prodibat ex vtero. Præteriit dies primus & ſecundus, & dolores erant intolerabiliores. Aduentauit tertius & quartus, & ſecutus eſt dolor multis partubus grauior: Quintus & ſextus & ſeptimus tenebroſus, & infelix mulier ex multo dolore verſabatur in inferis. In omnibus his diebus manſit neque omninò cibum ſumens, nec tantillum ſomnum videns, ſed luctibus & grauiſſimis dolorum tormentis ſuccedentibus, poſt hæc omnia, viciatæ & falſæ accuſatricis cor inflexibile, victam à Dei poteſtate quæ non cadit ſub aſpectum, intolerabilibus doloribus addidit etiam confeſſionem, lugubri voce exclamans. Hei mihi miſera, venio in periculum ne peream, vt quæ in duo mala inciderē, nempe in calumniam & fornicationem, & amiſſa virginitate ſum tradita detractioni: & cùm mihi ſit ab alio allatum vitium, accuſaui lectorem. Cùm hæc autem audiiſſent virgines monaſterij, patri eius omnia renunciarunt. Pater autem veritus ne condemnaretur vt calumniator, ſilet duos dies: rurſus autem miſera, ſe inuicem excipientibus acerbis affligebatur doloribus, cùm non poſſet deinceps vel viuere vel mori. Cumque id effugit, oritur dies octauus, H
& rurſus nonus, grauiſſimis perpetuarum vertiginum tenebris eam offuſcantes. Cùm ergo eius magnos eiulatus nō ferret conuentus, hæ curſim feſtinantes renunciant epiſcopo, iam eſſe nonum diem ex quo illa confitetur ſe accuſaſſe lectorem, nec poſſe parere, quòd ipſum ſit calumniata. Epiſcopus autem cùm hæc audiiſſet à virginibus, ad lectorem mittit duos diaconos, ei omnia ſignificās, & vt pro ipſa oraret, vt miſera mulier liberaretur ab iis neceſſitatibus. Egregius autem adoleſcens, neque eis dedit reſponſum, nec aperuit oſtium, ſed à quo die ingreſſus eſt in cellam, non exiit, implens conſuetam regulam ieiunij, & Deo preces fundens. Flexus autem pater, & filiæ ſuæ miſertus,
Epiſcopus ipſe etiam pergit ad cellam lectoris Euſtathij.
veniens ad epiſcopum, eum valdè rogauit, vt pro ea orationes fierent in eccleſia. Et cùm pro ea preces fuſæ eſſent ab omnibus ad Dominum, ne ſic quidem miſera liberata eſt à neceſſitate. Eius enim qui per calumniam fuerat accuſatus, orationes Dominum mouentes, arcebant, ne eorum preces admitterentur. His ſic geſtis ſurgens epiſcopus iuit ad cellam in qua erat lector, & cùm pulſaſſet oſtium, nolebat is aperire. Cùm diu autem foris fuiſſet epiſcopus, ille autem intus, iubet epiſcopus tolli oſtium, & ingreſſi inuenerunt adoleſcentem in oratione perſeuerantem, & humi I
procumbentem. Quem multum rogans epiſcopus, ei dicit, Frater Euſtathi lector, in apertum prolata calumnia Dei prouidentia, & exauditis tuis orationibus, miſerere eius quæ in te peccauit, quæ tormentorum flagellis fuit excruciata, Miſerere deinceps miſeræ, & ſurgens ſolue quod ligaſti, precibus enim hæc patitur, & dic Domino vt eam liberet à partu ventris. Cùm autem inclitus lector intenſè oraret ſimul cum epiſcopo, ſtatim miſera liberata eſt à neceſſitate, eni-
Precibus lectoris eripitur miſera à partus doloribus.
xa infantem, rogans omnes vt ei remitteretur iniquitas ipſius iuſti interceſſione: & illum egregium virum habuerunt omnes deinceps loco martyris. Nam cùm ſe deinceps liberaſſet ab omni ſolitudine peruenit ad ſummum vitæ quæ ex virtute agitur: adeò vt is ſit dignus habitus ſpiritali gratia. Hæc autem ſcripſimus, ne quis calumniatus allaqueetur his inimici retibus, & incidat in dolores carnis intolerabiles, ſicut hæc prius ſcripta eſt falſa accuſatrix, poſtquam autem à corpore fuerit liberatus, tradatur æternis intolerabilibus tormentis, & quæ nunquam diſinent. Deum enim ad iram prouocat is qui calumniatur. Qui autem per calumniam accuſatur, ídque fert pio & æquo animo, &
Qui calūniam patitur expectet Dei iudicium.
eius in apertum prolationem permittit precibus, expectans iuſtum Dei iudicium, ſicut hic à Chriſto K
coronatus, is & quoad eius fieri poteſt, laudatur & in honore habetur, & æternam coronam conſequitur. Diſcamus ergo quam ſint inſuperabiles vires orationis, quæ & fideles confirmat, & peccatorum miſeretur, & flectit ac mouet omnium creatorem, & eos coronat qui ſe ex virtute rectè gerunt, & eis qui in ea perſeuerant, largitur regnum cælorum.

VITA SANCTÆ SILVANIÆ.

CXLII. Siluania. CXLIII.

ILlo tēpore contigit vt nos ſimul nauigaremus ab Aelia in Ægyptū, deducētes beatā Siluaniā virginem, vxorem autē fratris Rufini, qui fuit ex Præfectis. Inter quos erat etiam nobiſcum Iubinus tūc quidē diaconus, nūc autē epiſcopus eccleſiæ Aſcalonis, vir pius & eruditus. Cùm autē vehementiſſimus nos æſtus inuaſiſſet, & perueniſſemus Peluſiū, accidit vt Iubinus accepta pelui, pedes & manus

A nus palmis lauaret aqua frigidiſſima, & poſtquam lauiſſet, ſuper pelliculam humi ſtratam requieſceret. Cum autem illa id aduertiſſet, vt mater ſapiens germani filij eius increpauit molliciem, dicens. Qui in animum inducis, illam agens ætatem viuente adhuc tuo ſanguine vſque adeò tuam fouere carunculam, non ſentiens damna quæ ex eo oriuntur? Confide, confide, ecce ago annum ætatis ſexageſimum: Præter extrema manuum mearum, non pes meus aquam tetigit, non vultus, neque
Siluaniæ auſteritas.
vllum ex membris meis, etiamſi me variæ inuaſerint ægritudines, & cùm à medicis cogerer vti balneo, non induxi in animum carni reddere debitum, non in lecto quieſcens, non lectica vſquam geſtata ingrediens. Hæc cum eſſet doctiſſima, doctrinam amore complexa, noctes mutabat in diem, omnia antiquorum qui commentarios ediderunt ſcripta percurrēs, Gregorij, & Stephani, & Pierij, & Baſilij, & quorundam aliorum præſtantis virtutis virorum vigintiquinque myriadum, non leuiter, nec temerè hęc percurrens, ſed elaboratè ſepties vel octies vnumquemque librum perlegens, vt
Siluaniæ ſtudium.
horum verborum gratia in altum erigeretur, ſpe bona ſeipſam auem efficiens ſpiritalem, & ad Chriſtum euolans, immortales ab ipſo acceptura remunerationes.

DE OLIMPIA.

CXLIIII. Olympias comitiſſa. Soz. lib. 8. ca. 24. Niceph. li. 13. cap. 24.

B EIVS veſtigia eſt ſecuta, & omnem virtutem diuinæ vitæ ſpiritalis, in primis veneranda & honeſta Olympias, & quæ vitæ quæ ferret in cœlum ſummo zelo tenebatur, diuinarum ſcripturarum ſententiam ſecuta in omnibus. Fuit autem ſecundum carnem filia Seleuci ex comitibus, vera autem Dei filia ſecundum ſpiritum: neptis autem Ablauij qui erat ex Præfectis, aliquot autem dies ſponſa Nebridij qui fuit ex Præfectis Conſtantinopolis. Ipſa autem reuera fuit vxor nullius. dicitur autem dormiiſſe virgo incorrupta, effecta diuini verbi conuictrix, coniūx autem totius veræ humilitatis,
Niceph. lib. 13 ca. 24. viginti menſes cum marito vixiſſe ſcribit: quo defuncto omnem ſubſtantiam egētibus diſtribuerit.
communicans & miniſtrans omnibus egentibus. Ipſa cùm omnes illas infinitas & immenſas diſperſiſſet diuitias, abſolutè & indiſcriminatim opem ferebat omnibus. Non enim vrbs, non rus, non ſolitudo, manſit expers largitionum huius inclitæ virginis, Sed & eccleſiis ſuppeditauit ad donaria deputata ſacrificia: & monaſteriis, & cœnobiis, & xenotrophiis, & cuſtodiis, & relegatis: & vt ſemel dicam, in omnem orbem terræ diſperſit eleemoſinas. Hæc beata proceſſit vſque ad extremum terminum humilitatis: vltra quem nihil poſſit inueniri amplius, vita ſine vlla inani gloria: ſpecies ne-
Laudes Olimpiadis.
C quaquam ficta, benigni mores, facies non fucata, corpus florens, mens non glorioſa, animus ab arrogantia alienus, cor minimè turbulentum, ſomni expers vigilia, ſpiritus non curioſus, charitas immenſa, quæ comprehendi non poteſt communicatio, vilis & contempta veſtis, infinita continentia, recta cogitatio, in Deum ſpes æterna, cum eleemoſina quæ non poteſt narrari, ornamentum omnium humilium, cui multæ ſunt accenſæ tentationes ex operatione eius, qui eſt ſua ſponte malus & omnis boni expers, nempè Dæmonis: quæ pro veritate non parua adiit certamina. quæ & diu
Cibus & ſomnus inſidiatores pudicitiæ.
affatim vixit in immenſis lachrymis: Omni humanæ naturæ ſubiecta propter Dominum: cum omni pietate ſanctis ſubdita epiſcopis, venerans preſbyteratum, honorans clerum, reuerens exercitationem, ſuſcipiens virginitatem, opem ferens viduitati, curam gerens orbitatis, protegens ſenectutem, ægrotos inuiſens, peccatorum miſerens, errantes in viam deducens, in omnes vtens miſericordia, profuſè autem in pauperes, multíſque infidelium in catecheſi inſtitutis vxoribus, etiam ad victum eis ferens auxilium, ſemper memorabile nomen benignitatis reliquit per totam vitam. A
Seruos redemit Olympias.
ſeruitute in libertatem innumerabilium ſeruorum reſtituens examina, reddidit eos honore æquales
D ſuæ nobilitati. vel potius, ſi vera dicere oporteat, facti ſunt hoc ſancto habitu nobiliores. Neque enim eius indumentis inueniri potuit quidquam vilius. Nam iis etiam qui ſunt pānis valde obſiti, indigna erant huius ſanctæ tegumenta. Tanta autem erat eius manſuetudo, vt etiam longe ſuperaret ſimplicitatem ipſorum puerorum. Nulla vituperatione à vicino quidem vnquam inuenta eſt apud hanc quę Chriſtum geſtabat, ſed omnis eius vita non vitalis, erat in compunctione & frequenti profluuio lachrymarum, & potius videre licebat fonti æſtate ſua deficere fluenta, quàm huius non ſublimibus & Chriſtum ſemper videntibus oculis lachrymas deficere. Et quid in his immoror? Quo enim magis meus verſabitur animus in duræ inſtar ſaxi animæ narrandis certaminibus & virtutibus, eo magis inuenientur verba à factis remotiora. Nec me exiſtimet aliquis hæc ſplendidè & magnificè colligere de hac vel maximè impatibili, & perquirere reliquias totius Olympiadis, quæ fuit pretioſum vas ſancti ſpiritus: ſed qui his oculis viderim huius beatæ vitam & angelicam inſtitutionem, vt qui fuerim ſpiritalis huius germanus amicus, & eius cognatis familiariſſimus: adeò vt mul-
E tæ eius pecuniæ ſint à me ex eius ſententia diſtributæ. Hæc ergo non amplius de cætero quæ ſunt carnis ſapiens, ſubiecta principatibus, obediens poteſtatibus, venerans preſbyteratum, honorans vniuerſum clerum, confeſſione quoque digna eſt habita pro veritate, importunorum maledictorum, multis acceptis procellis. Cuius vitam inter confeſſores referunt, quicunque pij habitant Conſtantinopolim: vt quæ proximè matrem periclitata ſit in iis quæ ſunt ex Deo certaminibus: & in his mortua beatam accepit gloriam, & in infinito ſeculo coronata pompam agit, nulli interitui obnoxiam, cum ſanctis & ſibi ſimilibus, in ſempiternum manſiones habitans, & bonorum operum à Chriſto Domino cum fiducia accipiens remunerationes.

Huic vni D. Ioannes Chryſoſtomus abiturus in exilium vale dixit, eiuſque ſe commendauit precibus. Niceph. cap. 20. lib. 13. & cap. 24. beatæ Olympiades ſepultura miraculo eligitur, cuius reliquiæ varias ſanationes operantur, dæmones expellunt, quorum vnus mulieris talo incumbebat.

DE CANDIDA. F

CXLV. Candida. Ornarat Ecclesias.

POst hanc æquali quoque modo in Domino viuens, beata Candida, Traiani vxor ducis exercitus cum & ad summam peruenisset honestatem, & rationi conuenienter ornasset ecclesias, & venerata esset episcopos pro dignitate Christi sacramentorum, & omnem Christi clerum apertè honorasset, & suã filiam instituisset in sorte virginatis, eam præmisit ad Christum donum suorum ilium: postea autem ipsa quoque, temperantia & castitate & pecunię dispersionibus filiam suam est consecuta. Hanc ego vidi egregiam mulierem tota nocte laborantẽ & molentem, & propriis manibus facientẽ panem oblationis, ad vires corporis deprimendas: & dicentẽ. Cum non sufficiat ieiuniũ, hãc ei do sociam laboriosam vigiliã, vt Esau dissoluam, eneruemq; lasciuiam. Ea ab iis quę sunt sanguine prędita & animata omninò abstinuit, nisi quòd sumebat pisces & oleũ & olera: ídque solũ in die festo. Omni autem alio tempore contenta erat oxycrato & pane arido. In hac vitę asperitate, cùm beata requie obdormiisset hæc mulier inclita, nunc fruitur bonis æternis, quæ sunt parata iis qui dilexerunt vitam quæ ex virtute agitur. G

Abstinentia à carnibus.

DE GELASIA.

CXLVI. Gelasia. ad hãc extat D. Hieronymi epistola. Irarum obliuio.

COnsequenter zelo huius bonæ fœminæ, veritatis viam ingressa est, pie trahens iugum virginitatis, in primis veneranda Gelasia, cuiusdã Tribuni filia. Huius optimæ hæc fertur virtus, quòd sol nunquam occidit super eius dolorem, non aduersus seruum, non aduersus ancillam, non aduersus aliquem alium. Hæc beata cùm effugisset viam eorum qui sunt acceptæ iniuriæ memores, quæ fert ad mortem æternam, euasit hunc malum diaboli stimulum, nempè odij & maleuolentiæ, & cùm desideraret æternam peccatorum remissionem, remisit parua delicta, vt ipsa quoque inueniret maiorum remissionem.

DE IVLIANA. H

CXLVII. Iuliana huius obliti sunt Eusebius lib. 6. & Nice. cap. 14. & 18. lib. 5. Liber Origen. carmine scriptus.

QVædam nomine Iuliana, virgo in Cæsarea Cappadociæ, dicta est esse & doctissima & fidelissima, quæ Origenem scriptorem fugientem gentilium insurrectionem excepit, eum duos annos occultans, suis sumptibus, & suo ministerio virum alens. Inueni autem hæc in antiquissimo libro scripto versibus, qui quidem scriptus erat manu Origenis. Hunc librum inueni ego apud Iulianam virginem in Cæsarea, qui apud ipsam erat occultus. Dicebat autem se accepisse à Symmacho interprete Iudæorum. Non fuit autem alienum ab instituto opere, posuisse virtutes harum fœminarum, sed vt sciamus, quòd ex diuersis occasionibus licet lucrari, si velimus.

DE FOEMINA NOBILLISSIMA quæ fuit semper virgo.

CXLVIII. Liber Hippolyti. Huius Corinthianæ virginis & aliorũ qui mira arte pudicitiã seruarunt historias recenset Niceph. lib. 7. cap. 13. & Suidas de Hypatia. Tentatur Virgo. Baal consilio prostituebant gentiles quos tormẽtis corrumpere non poterant clamãtes non ad leonem sed ad lenonem. Tertul. apol. cap. 9.

IN alio libro antiquissimo, scripto ab Hippolyto, qui fuit familiaris apostolorum, inueni talem narrationem. Fuit quædam nobilissima virgo & formosissima, quæ in vita ex virtute agenda exercebatur Corinthi. I Hanc illo tempore detulerunt ad iudicem, qui erat gentilis in tempore persecutorum, vt quæ maledictis incesseret, & tempora, & imperatores, & simulachra. Proponebant autem eius pulchritudinem harum rerum cauponatores, impio iudici fœminas insano amore depereunti. Is verò, equinis auribus, & fœminas insanè amantibus cogitationibus, accepit calumniam. Ea autem producta ad hominem sceleratum, multò magis insana captus est intemperantia. Postquam autem omnibus aduersus eam adhibitis machinis huic Dei homini persuadere non potuit: variis tormentis subiecit fortem fœminam. Postquã autẽ ne in his quidẽ id quod volebat est assecutus, vt qui non posset eam abducere à Christi confessione: in eam insaniens crudelis, non tradit eam tormentorum cruciatibus. sed castam & temperantem fœminam ponens in prostibulo, iussit ei qui eas possidebat, dicens: Hanc mihi cape: & tres nummos ex ea ad me defer quotidiè. Is autem aurum exigens ex turpi actione, eam tradidit volentibus in officina abominandi flagitij. Cùm hæc ergo nouissent qui tenebantur insano amore mulierum, assidebant sceleratæ exitij officinę, mercedem K dantes inhonestæ operationis. Illa autem virgo honestissima & in primis veneranda, & verba declinans quæ possent ad fraudem pellicere, suppliciter eis dicebat, rogans. Habeo vlcus in loco occulto quod mirandum in modum malè olet, & timeo ne vos mei odium capiat propter vlcus auersandum, Concedite ergo mihi paucos dies, & tunc licebit vobis vel me habere gratis. His verbis persuasos intemperãtes amandabat beata. Assiduis autem precibus Deum placans, & compunctis supplicationibus, eum inflexit, ad misericordiam. Attendens ergo Deus qui nouit cogitationes, quomodo casta pudicitiæ curã gerebat ex animo, in illis diebus pro salute omniũ tale quid struxit. Quidã adolescẽs magistrianus, specie formosus, mẽte pius, cui Deus zelũ immisit spiritalẽ adeò ardẽtẽ, vt etiã mortẽ cõtẽneret: Is cũ prętextu intẽperãtię eo accessisset, profũdo vespere ingreditur ad eũ qui illas alebat, & dat ei quinque nũmos, & dicit ei. Cõcede mihi manere hac nocte cũ hac puella. In locum

CXLIX. Magistrianus adolescẽs formosus seruat virginem.

A cum ergo occultum cum ea ingressus, dicit ei, Surge, serua te ipsam. & cùm eam suis vestibus induisset, tunica, camisia, & chlamyde, & omnibus virilibus, dicit ei, Egredere, te summa chlamydis parte contegens. Quæ cum sic fecisset, & se totam signo crucis muniisset, egressa ex illo loco omnino incorrupta & impolluta, seruata est Christi gratia, & causa adolescentis qui eã suo sanguine liberauit à turpi vicio. Sequenti autem die res fuit cognita: & productus est Magistrianus ad sæuissimum iudicem. Cùm autem strenuũ Christi athletã examinasset impius, & omnia didicisset, iussit eum obiici bestiis, vt etiam malis infestus dæmon in eo afficeretur ignominia. Nam cùm existimasset virum fortem in nefarium iniicere supplicium, eum effecit duplicem Christi martyrem, vt qui & pro sua anima præclare decertauerit, & pro illa beata in laboribus strenuè perseuerauerit. Quocirca duplici honore & duabus coronis dignus est habitus à Christi benignitate.

Crucis signũ tempore apostolorum.

Martyrium magistriani.

DE VXORE VIRI SENATORII

CI.

B MEmini autem alterius quoque historiæ, & bonum est eam non præterire. Dicitur de Magnẽtino insurrectore, quòd habuerat stupri consuetudinem cum multis gentilibus: & animum adieçerat vt rem etiam haberet cum Christianis. Eæ autem malebant mori, quam prodere pudicitiam. Cùm ergo venisset in vnam vrbem amauit quandam vxorẽ viri senatorij ex Præfectis. Timore autem affectus eius maritus dixit ei, Mittẽ, tolle eam. Cùm autem venissent ad eam milites, dixit eis mulier, Expectate parumper donec mundum meum componam, cui sum assueta. Ingressa autem suum cubile, accepto ense, eũ suis infixit visceribus. Audiant virgines & erubescant, quæ profitentur se Christum habere sponsum, & parua eum produnt libidine. Nobis autem det vnicuique Deus seruare virginitatem, & exultantibus clamare cum psalmographo. Confige in timore tuo carnes meas: A iudiciis enim tuis timui. &, Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Christus. Concedatur autẽ vt vos quoque dicatis sobriæ. Ego patrueli meo, & patruelis meus est mihi, aliquando quidem spõsus, aliquando verò frater: vt nihil cogitetur carnale. Si enim audieris sponsum & sponsam, significat spiritalem vnionem cum patre. C Vidimus autem alios quoque patres & monachos per totam Ægyptum, multas virtutes & signa facientes. quorum non meminimus propter multitudinem, sed pauca pro multis narrauimus. Quid enim dixerit aliquis de superiori Thebaide quæ est per Syenem: in qua sunt viri valdè admirabiles, & multitudo monachorum infinita, quorum nõ crediderit aliquis vitæ instituta, vt quæ vitam humanam superant: qui etiam mortuos in hodiernum vsque diem suscitant, & super aquas ambulant, sicut Petrus: & quidquid Seruator per sanctos effecit Apostolos, ea nunc quoque efficit. Sed quia magnum imminebat periculum, si vltra lyco trãsiremus, propter latronum irruptionẽ, non ausi sumus videre illos sanctos. Neque enim prædictos patres vidimus sine periculo: neque sine labore aspeximus sacras has fæminas: sed multa prius passi, & propemodũ periclitati, vix assecuti sumus vt ea videremus. Septies enim in mortem incidimus. In octauo autem malum nos nõ attigit, cum Deus nos omnino seruasset. Semel enim quinque dies & noctes ambulantes per solitudinem, fame & siti propè fuimus exanimati. Aliquando autẽ in acutas & asperas paludes incidentes, & pedes nostros perforantes, vt dolores essent intolerabiles, propemodum frigore enecti sumus. D Tertio autem, cœno ad lumbum vsque inhæsimus, & nõ erat qui criperet: & has beati Dauid voces exclamauimus, Saluum me fac Domine Deus, quoniam, ingressæ sunt aquæ vsque ad animam meã. Infixus sum in lutum profundi, & non est substãtia: &, Serua me à luto, vt ne infigar. Quartum autem fuit aquæ multitudo quæ affluxit ex Nili incremento, cum quatuor dies per aquas ambularemus: & in ostiis propemodum abrutis. Tunc clamauimus, dicentes, Ne nos demergat tempestas aquæ: nec me deuoret profundum. Quinto autem incidimus in latrones in littore maris, venientes in Diolcõ: qui nos etiam eousque sunt persecuti volentes comprehendere, donec nobis paruus relinqueretur spiritus, vt qui nos decies mille passus essent persecuti. Sexto autem, Nilum nauigantes, propemodũ euersi ac submersi sumus. Septimum fuit, quando in palude Mareotide, vbi charta nascitur, abiecti sumus in quandam paruam insulam desertam: & tres noctes & dies sub dio mansimus, magno frigore & imbribus nobis imminentibus: erat enim tempus Epiphaniorum. Octauum autem superuacaneum quidem est narrare: sed tamen est vtile: Nam cùm nos per quendam locum venissemus Nitreas, erat in ea regione quoddam magnum concauum, in quo multi remanserant crocodili, cum E aqua recessisset ex agris, Tribus ergo crocodilis in margine fossæ extensis, accessimus visuri beluas putantes eas esse mortuas. Illæ autem statim in nos irruerunt. Nobis autẽ magna voce Dominum nominantibus, Christe adiuua nos, statim beluæ tanquam ab angelo auersæ, seipsas in aquam sunt iaculatæ. Nos autem Nitreas magno cursu contendimus, illam vocem Iob meditantes, vbi dicit: Septies ex necessitatibus liberabit te, In octauo autem te non attinget malum. Deo ergo agimus gratias qui nos ex tot liberauit periculis, & nobis magna ostendit spectacula.

Mulier se ense transfigit ne stuprum patiatur, talium exẽpla refert. Aug. lib. 1. ciuit. Euseb. lib. 8. & Nic. lib. 7. cap. 12. Psal. 118. Galat. 2.

Eremitarum Thebaidis miracula. Quantis periculis peregrinatus est Palladius.

Psal. 68.

Mareotidis lacus. Epiphania

Iob. 5.

VITA FRATRIS QVI CVM EO VERSABATVR.

CLI. Sodalis Palladij.

CVm ergo pauca dixero de fratre qui mecum versatur à iuuentute vsque in hodiernum diem, hic deinceps finẽ imponã orationi. Eum ego cognoui longo tempore cum comederet, omni

gulæ affectione caruisse, & itidem cum ieiunaret, affectum non fuisse, vt qui, vt arbitror, vicisset F
affectionem: longè remotum ab auaritia contentum præsentibus: non se ornantem vestibus: con-
temptum gratias agêtem: pro germanis amicis pericula adeuntem: Dæmones expertum plus quàm
millies: adeò vt quodam die cum eo dæmon pactus sit & dixerit, Paciscere mecum te vel semel pec-
Dæmonis pactio semper peccare. caturum: & quam mihi in hac vita dixeris, eam ad te adducam. Et rursus cum aliquando quatuor-
decim noctes cũ eo depugnasset, vt mihi narrauit, & noctu traxisset, ipsum est allocutus, dicens. Noli
adorare Christum, & ad te non accedam, is respondens dixit. Propterea cum adoro, & innumerabi-
libus amplius partibus glorifico, & adorabo, quoniã hoc te malè habet. In centum & sex venit ciui-
tates, & in plurimis est etiam aliquo tempore versatus. Mulieris nullam habuit experientiam ne in
somnis quidem, nisi si se somniaret belligerari. Ter eum noui esculẽta accepisse ab angelo: Quodam
Pellices Vestis Hos Paximidios panes appellat paximacin Cass. ã. col. 2. cap. 19. erant vix vnius libræ & bis cotti nam παξημάδιον siue παξημὰς bis coctum significat. Coelasio libri. die cum in extrema solitudine ne micam quidem haberet, inuenit in pelle ouina tres panes calidos
paxamidios: aliquando rursus vinum & panem: Aliquãdo rursus venit ad eum vox, dicens, Noui tibi
deesse cibos: vade & accipe ab N. frumentũ & oleũ. Cùm ergo venisset ad illũ ad quẽ missus fuerat, is
ipsi dixit, Iussit quidam te accipere triginta modios frumenti, & duodecim sextarios olei. De eo G
potero gloriari ac prædicare qualis esset: quem noui sæpè esse lachrymatum propter eos qui ex ne-
cessitate laborabant inopia. Præbebat ergo si quid habebat, carne excepta. Noui etiam eum esse la-
chrymatum propter eum qui ceciderat in peccata, & eum qui ciderat adduxisse lachrymis ad pœ-
nitentiam. Is mihi aliquando hoc narrauit. Deum rogaui, vt neminem compungeret maximè ex di-
uitibus & improbis, vt mihi aliquid darẽt quod esset ad vsum necessarium. Mihi autem hoc sufficit,
quòd dignus sim habitus, qui horum omniũ meminissem quæ scriptis mandaui. Non enim sine Dei
numine hoc factum est, vt mẽs tua moueretur vt iuberes me hunc librum scribere, scriptis, inquam,
tradere vitam horum virorum. Tu autem fideliſſime Christi serue ac vanerande Lause, & caput mihi
amicissimum & maximè germanum, hunc librum lubenter legens, magnam tuæ immortali animæ
præbebis vtilitatem in iustorum resurrectione, inclitorum rectæ vitæ athletarum instituta, labores,
& tantam tolerantiam, vitæque duriter actæ patientiam assumẽs. Quamobrem ea prompto & alacri
animo sequere, bona & incorrupta spe nutritus, semper retrò videns dies qui antè sunt breuiores: & H
ora pro me: teipsum conseruans alienum à reprehensione & custodiens integrum: qualem te noui &
habui, à consulatu Tatiani vsque in hodiernum diem: & qualem te rursus noui meliorem moribus, &
electum præpositum in conseruando maximè pio cubili. Nam cum sis in tanta dignitate in tot & tã-
tis pecuniis, & tanta potestate, non fecisti peius quam Dei postularet metus. Is est Christo dedicatus
Mat. 4. qui audiit à diabolo: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Sed eum Dominus pudore af-
» fecit, dicens, Vade post me. Quem quidem tu quoque imitans, fluentibus expulsis diuitiis, & adum-
» brata gloria vitæ præsentis cœlestem desiderasti & incorruptam vitam, regnúmque æternum, & ma-
» nentem gloriam, & bona arcana quæ neque oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽ-
derunt. Quorũ nos Dominus efficiat hæredes cum sanctis eius patriarchis & prophetis, & apostolis
& martyribus, & iis quorum mentionem fecimus in hoc libro, gratia ipsius Seruatoris nostri Iesu
Christi, Cum quo patri gloria cum sancto spiritu, In secula seculorum. Amen.

I

BEATI THEODORETI

ΘΕΟΦΙΛΗ῾Σ, ID EST RELIGIOSA HITTORIA.

OMnis temporibus Ecclesiam Cyri gubernauit sapientia & doctrina magnus Theodoretus Ecclesiasticus scriptor, ac poëta eximius, vir in græcis iuxta & Christianis disciplinis præclarus, qui libros nonnullos Ecclesiæ vtiles reliquit: inter quos historiam dei amantium quæ est de diuinis doctrina atque virtute præstantibus viris. Niceph. lib. 14. cap. 30. & 53.

Vtilitas libri. PTIMORVM virorum, & qui in virtute præclare se exercuere, pulchrum K
quidem est videre certamina, & oculis haurire vtilitatem. Quæ enim laudantur, dũ cernuntur, & digna videntur quæ possideantur, & amplectenda moréque pro-
sequenda existunt, & ad ea comparanda spectatores inducunt: afferunt autem
nihilo secius non mediocrem quoque vtilitatem, eiusmodi rerum rectè & ex vir-
tute gestarum narrationes, quæ ab iis quæ sciunt, eorum qui nesciunt auribus of-
feruntur. Visum enim esse fideliorem auditu dicunt aliqui. auditui tamen fit quo-
que fides, dum ex eorum qui dicunt veritate ea quæ dicuntur iudicat. Quomodo enim linguę & pa-
Testimonium eorũ quæ narratur est. lato, de dulcedine, & amarore, & aliis huiusmodi qualitatibus, creditum est iudicium, déque iis ferũt
illam sententiam: ita orationum discernendarum ratio commissa est auditui, qui scit secernere à no-
xiis eas quæ aliquam afferũt vtilitatem. Atque si vtilium quidem narrationum integra & incorrupta
maneret memoria, & nõ obliuionis, veluti caligo quædam, aspersa labes, efficeret vt ea euanescerẽt,
de iis

A de iis vtique scribere esset superuacaneum, cùm quæ hinc percipitur vtilitas, ad posteros admodum
facilè perueniret. Quoniam autem corporibus quidem tẽpus affert interitum, inducẽs senectutem
& mortem: rebus autem rectè & ex virtute gestis, obliuionem, vt mihi quidem videtur, inferens, & *Vtilitas historiæ.*
obscurans memoriam: nemo nos iure reprehenderit, quòd piorum virorum, Deíque amantium vitę
instituta aggrediamur scribere. Quemadmodũ enim ij quorum fidei est credita corporum curatio,
medicamenta comparant, cum morbo bellum gerentes, & iis qui laborãt ferentes auxilium: ita quæ
in his conscribendis ponitur industria, efficitur veluti quoddam salutare medicamẽtum, quod obli-
uioni quidem insidiatur, opem autem fert memoriæ. Quomodo enim non est absurdum, vt poëtæ
quidem & scriptores ea conscribãt quæ in bello fortiter & præclarè gesta sunt: Tragici autẽ, eas quæ *Tragici. Argumentum à minori ad maius.*
rectè celabantur calamitates, tragœdiis in publicum proferant, & earum scriptis mandatam relin-
quant memoriam: aliqui autem alij in comœdiis & rebus ridiculis cõsumant orationes: nos autem
sinamus eos viros tradi obliuioni, qui in corpore mortali & patibili ostenderunt impatibilitatem, &
incorpoream æmulati sunt naturam? Quásnam autem pœnas non meritò dederimus, si horum quæ
B admiratione digna sunt certaminum nihili faciamus negligi memoriã? Si enim ipsi eorum qui olim
fuere sanctorum summam æmulati philosophiam, non ære & literis illorum insculpsere memoriam:
sed omnem eorum virtutem exprimentes, quasdam eorum animatas imagines & statuas, seipsos ef-
fecere: quænã nobis meritò daretur venia, si nec literis quidem eorum insignẽ vitam honoraremus?
idque cùm athletæ & pancratiastæ qui decertant in Olympicis, honorentur statuis, atque etiam in
equorum curriculis, qui victores esse videntur aurigæ, idem præmium accipiant. Nec hoc solum, sed
etiam muliebres viros & effœminatos, & de quibus dubites sintne viri an mulieres, ij qui horum de-
lectantur spectaculis, inscribunt tabulis, eorum memoriam longissimo tempore conseruare conten-
dentes, licet memoria animis detrimentũ afferat, non cõmodum: sed tamen hi quidem hos amãtes,
his, illi verò illos, illis, idque cùm damnum afferant, picturis honorant. & quoniam mortalem naturã
mors deprædatur, colores temperantes, & illorum effigies tabulis imponentes, excogitãt rationem
qua eorum memoria sit vita longè diuturnior. Nos autẽ scribimus quidem vitam philosophiæ ma-
C gistram, & quæ imitata est vitæ institutionem quæ agitur in cœlis. Describimus autem non figuras
characteresve corporum, neque ea expressa iis qui nesciunt ostendimus. sed formas animarum, quæ *Argumentum libri.*
sub aspectum non cadunt adumbramus, & bella quæ cerni non possunt, conflictúsque qui non ap-
parent ostendimus. Tali enim armatura eorum phalãgis imperator & in pugna princeps eos Paulus
induit. Accipite enim, inquit, armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & omnibus confectis *Eph. 6.*
stare. Et rursus. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati »
pedes in præparatione euangelij pacis: in omnibus assumẽtes clypeum fidei, in quo poteritis omnia »
tela maligni ignita extinguere. Et galeã salutaris accipite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. »
Hac cùm hos induisset armatura, produxit ad certamina. Talis enim est hostium quoque natura, »
incorporea, minimè aspectabilis, obscurè inuadens, clanculum insidians, repentéque & præter ex- »
pectationem irruens. Hoc ipsum idem quoque docẽs imperator, dicebat. Non est nobis colluctatio »
aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores, tene- »
brarum huius seculi, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Sed tamen cum tales hostes haberet »
D horum sanctorum classis, imo vero vnusquisque eorũ à tot & tantis circunsideretur hostibus: neque *Eph. 6.*
enim omnes simul inuaserunt, sed modò quidem hos, modò verò illos adoriebantur: tam præclarã »
retulere victoriam, vt fugerint quidẽ aduersarij, hi verò iis fugatis ac profligatis trophæũ erexerint, »
cùm nihil eis afferret impedimentum. Eis autem præbuit victoriam, nõ natura, ea enim est mortalis, »
& innumerabilibus plena affectionibus, sed mẽs quæ diuinam attrahebat gratiam. Nam cùm diuinæ »
pulchritudinis essent ardentes amatores, & pro eo quam amabant omnia lubenter & agere & pati »
statuissent, forti quidẽ & generoso animo tulerunt affectionũ perturbationúmque impetus: Diaboli
autem telo procellas strenuè repulerunt, & vt dicam apostolicè, cùm corpus castigassent & in serui-
tutem redegissent, iræ quidem ardorem sedauerunt, cupiditatum autẽ rabiem quiescere coëgerunt:
ieiunãdo autem & domi cubãdo sopitis animi motibus, repressísque eorũ exultationibus, coëgerũt
corpus fœdus inire cum anima: & soluerunt bellum quod est eis à natura insitũ. Pace autem sic inter
ea inita, omnem aduersariorum cateruam expulere. Nam cùm eis deessent cogitationes quę interna
E proderent, & membrorum humanorũ auxilio priuati essent, bellare non poterant. Telis enim in nos
diabolus nostris membris vtitur. Nam si neque inescantur oculi, neque aures demulcentur, neque
tactus suaui quodã sensu titillatur, neque mens improba admittit consilia, frustra laborant qui patãt *Vrbs in alto ædificata.*
insidias. Quomodo enim vrbem in alto ædificatã, & validis propugnaculis munitam, & profundis
fossis vndique circũdatã, nullus hostis cœperit, si ex iis qui sunt intus nemo prodat, & portas aliquas
aperiat: ita fieri non potest vt dæmones qui bellum gerũt extrinsecus, superent animam circũdatam *In quos minus agant dæmones.*
à diuina gratia, nisi cogitationis alicuius socordia, nostrorũ sensuum aliquã fenestram aperuerint, &
per eam inimicum intrinsecus admiserint. Hæc cùm à diuina scriptura apertè didicissent ij quorum
laudes à nobis celebrantur, & Deum audiissent dicentem per prophetã, Ascendit mors per fenestras, *Hier. 9.*
cùm diuinis legibus tanquam quibusdam repagulis & vectibus sensus clausissent, menti claues eorũ »
tradiderũt, & neque labra linguam aperiebant, nisi mens imperasset, nec pupillę permittebatur vt se »
extra cilia porrigeret, auditus autem noxiis sonis aditum obstruens, stultas & inutiles repellebat ora-

tiones:illáſque ſolas admittebat quibus mens delectabatur. Sic odoratũ docuere ea non deſiderare F
quæ ſuauem emittunt odorẽ,vt quibus natura ſit inſitum vt molliant & relaxẽt.Sic ventris expulere
ſatietatem,eúmque ea ſumere docuere,quæ nõ voluptatẽ afferrent,ſed vſum implerẽt, nec amplius
quàm quod ſatis eſſet ad prohibendum ne fame morerẽtur.Sic ſomni dulcem diſſoluere tyrannidẽ:
& cùm cilia ab eius ſeruitute liberaſſent,ea pro ſeruitute dominatum docuerũt, vt eius vſum admit-
terẽt non cùm ipſe inuaderet, ſed cùm ipſi accerſerent,ad breue naturę auxilium. Cùm ergo muro-
rum & portarum cuſtodiæ eam curam geſſiſſent,& internis cogitationibus concordiã conciliaſſent,
aduerſarios extrinſecus inuadẽtes irridebant,qui vi quidẽ intrare,propter diuinę gratiæ præſidiũ,nõ
poterant:nullũ autem inueniebant proditorem qui vellet inimicos admittere. & cũ hoſtes ea eſſent
natura quæ nõ cadit ſub aſpectum,corpus quod videtur & ſubiicitur naturæ neceſſitatibus,vincere
minimè potuere.Eius enim auriga & muſicus & gubernator,optimè quidem tenens habenas, equis
perſuaſit vt rectè & ordine procederẽt:numeroſè autem pulſans cordas ſenſim effecit vt ſonũ omni
ex parte concinnum & conſonum redderent.Scienter autem mouens clauum,& fluctuum inſultus,
& ventorum fregit impetus.Hos ergo qui per innumerabiles quidem labores vitæ iter ingreſſi ſunt: G
ſudoribus autem & afflictionibus corpus edomuerunt:& riſus quidem affectionem ignorauerunt,in
luctu autem & lachrymis omnem vitam conſumpſerunt: & delicias quidem Sybariticas ieiunium
Deliciæ Sybariticæ,de quibus pl. Athenæus & Eraſm. in chil. eſtimarũt:ſomnum autem ſuauiſſimũ,laborioſas vigilias:molle ſtragulum,durum ſolum:immenſam
autem & inexplebilem voluptatem, in orationibus & cantandis pſalmis conuerſationem: Hos,
inquam,qui omne genus virtutis complexi ſunt,quis non iure fuerit admiratus: vel potius quis pro
dignitate eorũ laudes celebrauerit? Atque ego quidem ſatis intelligo nullam poſſe orationem eorũ
virtutem aſſequi,eſt tamẽ aggrediendum.Non enim rectè habuerit, ſi quoniã veram philoſophiam
perfectè adamarunt,ideo ne minores quidem laudes cõſequantur.Scribam autem laudem non vnã
communiter omnibus.Diuerſa enim dona eis data ſunt diuinitus.Hoc autem docẽs dicebat beatus
1.Cor.12. Paulus Alij enim per ſpiritũ datur ſermo ſapientiæ: Alij autem ſermo cognitionis, ſecundũ eundem
ſpiritum:Alij autem fides,in eodem ſpiritu. Alij autem dona curationum,in eodem ſpiritu: Alij autẽ
" operationes virtutum: Alij autẽ prophetia: Alij genera linguarum: Alij autẽ interpretatio linguarũ: H
" Horum verò omnium oſtendens fontem,ſubiunxit,Omnia autem hæc operatur vnus & idem ſpiri-
" tus,diuidens ſeparatim vnicuique ſicut vult.Quoniam ergo diuerſa ſunt dona cõſecuti,meritò vni-
" uſcuiuſque narrationem faciemus ſeparatam, non quæcunque ab eis geſta ſunt perſequentes, ad ea
" enim ſcribenda ne tota quidem vita ſuffecerit:ſed cum pauca de vniuſcuiuſque eorũ viuẽdi ratione,
" & de iis quæ fecit,narrauimus,& paucis totius vitæ characterem & formam oſtenderimus,ad alium
" tranſibimus.Neque verò omniũ ſanctorum,qui vbique inſignes extitere, vitæ hiſtoriam literis mã-
Donorum varietas. dare conabimur,neque enim eos qui vbique clari fuere cognoſcemus,neque fieri poteſt vt vnus cõ-
Quorum maximè meminerit Theodoretus. ſcribat de omnibus.Eorum ergo ſolum vitam deſcribam, qui tanquam lumina fulſere in oriente,&
fines orbis terrarum ſuis complexi ſunt radiis. Narrando autem procedet oratio,non vtens legibus
encomiorum,ſed pauca quædam verè referens. Rogo autem qui in hanc religioſam inciderint hi-
ſtoriã,ſeu formã monaſticę exercitationis,vocet enim quis hoc corpusvt voluerit,ne iis quę dicũtur
minus credant,ſi quid audiant quod eorum vires ſuperet:nec ex ſe illorum virtutem metiantur:ſed
apertè ſciant,quòd piorum animis deus deſuper metitur dona ſanctiſſimi ſpiritus,& maiora largitur I
Forma monaſticæ exercitationis. perfectioribus. Hæc autem à me dicta ſunt ad eos,qui in rerum diuinarũ myſteriis,nõ ſunt admodũ
Qua virtute fiant miracula. accuratè initiati.Miſtæ enim adytorum ſpiritus,ſciunt gloriam ſpiritus, & quænam per homines in
hominibus faciat miracula,attrahens incredulos ad Dei cognitionẽ: Qui autem non eſt crediturus
iis quæ à me dicenda ſunt, clarum eſt eum ne iis quidem credere tanquam veris quæ per Moſem,&
Ieſum,& Eliam,& Eliſæum facta ſunt,habere autem etiã pro fabulis miracula quæ facta ſunt à ſanctis
Apoſtolis.Sin autem illa eſſe vera teſtatur, hæc quoque credat eſſe à falſo aliena. Quæ enim in illis
operata eſt gratia,ea per illos quoque fecit ea quæ fecit. Perennis enim gratia, & eos qui digni ſunt
eligens,veluti per quoſdam ſalientes,per hos effudit fluenta ſuæ operationis. Ex iis autem quæ ſunt
dicenda, ipſe quidem vidi nonnulla: quæ autem non vidi, audiui ab illis qui viderunt,viris virtutis
amantibus,& qui digni ſunt habiti vt & eos viderẽt,& eorum doctrina fruerentur.Euangelicæ autẽ
doctrinæ ſcriptores fide digni,non ſolum ſunt Matthæus & Ioannes,magni & primi in Euangeliſtis,
qui Domini videre miracula:ſed etiam Lucas & Marcus,quos qui ab initio viderunt,& fuerũt verbi K
miniſtri,non ſolum quæ paſſus eſt & quæ fecit Dominus,ſed ea etiam quæ perpetuò docuit,acuratè
edocuerunt.Etenim cùm non vidiſſet ipſe beatus Lucas, in principio operis dicit ſe ea narrare, de
quibus certior factus eſt.Nos autem etſi audiamus eum nõ vidiſſe ea quæ narrat,ſed hanc doctrinã
Confirmatur id quod aſſerit authoritate. acceꝑiſſe ab aliis,non minus ei & Marco credimus quã Matthæo & Ioanni.Vterque enim eſt in nar-
rando fide dignus,vt qui didicerit ab eis qui viderunt.Nos itaque alia quidem narrabimus vt quæ à
nobis viſa ſint : alia autem vt qui crediderimus eis qui viderant narrantibus viris, qui illorum vitam
ſunt æmulati. Prolixiori autem de iis vſus ſum oratione, dum volo perſuadere me vera narraturum.
Huius Iacobi Niſibitæ meminit Gẽnad in catal. & ipſe Theod. lib.2.cap.30. Hinc autem deinceps narrare incipiam.

IACOBVS. SECT. I.

MOſes ille diuinus legiſlator,qui imum maris fundum aperuit,& inundatione aquarum aridam
obruit ſolitudinem,& alia omnia fecit miracula,ſcripſit res geſtas eorum ſanctorum qui fuere
antiquitus:

antiquitus.non ea vſus ſapientia quã acceperat ab Ægyptiis,ſed ſplendore gratiæ accepto à ſuperis, *hiſt.Eccl. quæ & primò lib.*
A Vadẽnam enim alioqui Abelis didiciſſet virtutem, & Enoch virtutis ſtudium, & Noë iuſtitiam, & *tradit cum*
Melchiſedech pium ſacerdotium, Abrahæ vocationem, fidem, fortitudinem,& quæ ei magnæ erat *ſuſcitaſſe mor-*
curæ hoſpitalitatem: vulgò iactatum filij ſacrificium, & aliorum quæ ab eo præclarè geſta ſunt cata- *tuos vniuer-*
logum:& vt in ſumma dicam, diuinorum virorum certamina, victorias, præconia, niſi intelligentis *ſali verò Ni-*
diuiníque ſpiritus radios accepiſſet? Hoc mihi quoque in præſentia opus eſt auxilio,qui conor eorũ *cenæ ſynodo*
vitam ſcribere ſanctorum,qui parum ante nos & noſtris temporibus claruere,& veluti quaſdã leges *interfuiſſe.*
iis qui imitari volent velim proponere.Horum ergo ſunt preces inuocandæ,& incipiendum eſt nar- *Niceph.lib.8.*
rare. Viſibis eſt ciuitas in confinio regni Romanorum & Perſarum,quę olim quidem erat Romanis *cap.14.*
victigalis,& eorum parebat imperio. Ex ea ortus magnus ille Iacobus, ſolitariam vitam & quietem *Inuocatio ſan-*
eſt amplexus.& altiſſimorum mõtium occupatis verticibus, in eis vitam egit,vere quidem & æſtate *ctorum.*
& autumno vtens ſyluis, & pro tecto habens cœlum : tempore autem hyemis, antrum ipſum exci-
piebat,quod ei paruum præbebat tegumentum.Habebat autem alimentum,non quod cum labore
naſcitur & ſeritur:ſed quod ſua ſponte producitur.Nam ex ſylueſtribus colligens arboribus fructus
B qui ſponte naſcũtur,& ex herbis eas quæ ſunt eſculentæ, & habent inſtar olerũ,ex iis dabat corpori *Victus ratio,*
ea quæ ſatis erant ad viuendũ,ignis vſum recuſans.Vſus quoque lanæ erat ei ſuperuacaneus: Aſper- *Ioan.*
rimi enim caprarum villi eius vſum implebant, Ex eis ipſi fiebat & tunica & ſimplex amiculum. Ita
corpus affligens,ſpiritale alimentum aſſiduè exhibebat corpori,& cogitationis facultatẽ expurgans
contemplantem,& diuini ſpiritus perſpicuum efficiens ſpeculum, reuelata facie, ex diuini apoſtoli
ſententia,gloriã Domini ſpeculans,in eandem transformabatur imaginem à gloria in gloriã,tanquã
à ſpiritu Domini. Hinc quæ ei erat in Deum fiducia augebatur indies,& à Deo petẽs quę oportebat *1. Corin.3.*
petere,ea ſtatim accipiebat. Porrò autem hinc quoque futura præuidebat propheticè, & virtutẽ ad
facienda miracula à ſanctiſſimi ſpiritus accipiebat gratia. Ex his pauca narrabo, & apoſtolici eius
ſplendoris radium iis qui neſciunt aperiam. Vigebat illo tempore in ſimulachra hominum inſania,
& inanimæ quidem ſtatuæ diuinum cultum ſibi vendicabant: Dei autem cultus negligebatur à plu-
rimis, contemptui autem habebantur qui eorum ebrietatis nolebãt eſſe participes, quíque perfecta
C virtute præditi, ea quæ ſunt diſcernebãt, & ſimulachrorum quidem ridebant imbecillitatẽ, vniuer-
ſorum autem adorabãt opificem. Illo tempore venerat in Perſidem, viſurus plantas veræ religionis,
& ei quam par erat curã adhibiturus. Cùm is autem fontẽ trãſmitteret,puellæ quædam quæ pannos
lauabant, & veſtes pedibus emundabant, ne nouum quidem, & qui decentem præ ſe ferebat gra-
uitatem,ſunt reueritæ habitum:ſed exuto pudore,& perfricta facie,& impudẽtibus oculis diuinum *Pœna puellis*
hominem aſpiciebant,neque capita operientes, neque veſtes quas ſuccinxerant demittentes. Hoc *inflicta inho-*
cùm ægrè tuliſſet homo Dei, & vellet Dei virtutem in tempore oſtendere, vt facto miraculo libe- *norantibus*
raret ab impietate,fontem quidem eſt execratus, & fluentum cõfeſtim euanuit.Puellas quoque eſt *ſenẽ.Niceph.*
execratus, & impudentem earum iuuentutem caſtigauit canis ante tempus iuductis, & ſermonem *lib.15.cap.22.*
factum eſt conſecutum, mutatúſque eſt nigror pilorũ & ſimiles euaſerũt nuper plantatis arboribus,
quæ vere circumtectę ſunt foliis autumnalibus.Eæ autem cùm ſic ſenſiſſent ſuppliciũ(nam & fontis
fluenta effugerant,& ſua inuicem capita intuentes,videbant repẽtinam illam mutationem)curſu ad
vrbem contenderunt, renunciaturæ illud quod acciderat. Illi autem cùm accuriſſent, & magnum
D Iacobum offendiſſent,rogauerunt vt iram compeſceret,& ſupplicium remitteret.Ille autem nõ diu
cunctatus,Domino quidem preces obtulit:fluenta autem rurſus ſcatere iuſſit.Illa verò mox rurſus è
ſuis emanarunt penetralibus,iuſti deriuata nutibus.Illi autem cùm hoc impetraſſent,petebant vt fi-
liarum quoque ſuarum crinibus color ſuus redderetur. Aiunt autem eum hoc quoque conceſſiſſe,
requiſiiſſe autem puellas quæ illam acceperant diſciplinam: & quoniam non venerũt,reliquiſſe ſup-
plicium,documentum temperantiæ,& argumẽtum moderationis, & diuinæ virtutis perpetuum &
euidens monimentum. Tale eſt noui huius Moſis miraculum, quod quidem non factum eſt virgæ
percuſſione,ſed operationem accepit ſigno crucis.Ego autem præter miraculũ valdè quo que miror *Crucis ſigno*
manſuetudinem.Neque enim,vt magnus Eliſæus,impudẽtes illas puellas vrſis tradidit immanibus: *miracula*
ſed quadam innoxia diſciplina, & quæ dedecoris parum habebat,vſus, pietatẽ ſimul docuit & mo- *facta.*
derationem.Hæc autẽ dixi,non vt prophetam ſeuitiæ accuſem,abſit vt adeò inſaniã:ſed vt oſtendã
quòd cùm eandem haberet virtutem,ea effecit quæ congruebant Chriſti manſuetudini & nouo te-
ſtamento.Is cùm aliquando vidiſſet iudicem Perſam iniquam tuliſſe ſententiam,quendam maximũ
E lapidem,qui propè ſitus erat,execratus, iuſſit eum conteri & diſpergi,& illius iniquam arguere ſen-
tentiam. Lapide autem ſtatim cõminuto in particulas innumerabiles, conterriti fuere qui aderant:
horrore autem plenus iudex, reuocauit quidem priorem,in alterã autem iuſtam tulit ſententiam.Et
hic quoque ſuum Dominum eſt imitatus: qui cùm vellet oſtendere ſe ſua ſpõte ac lubentem ſubire
paſſionem,& facilè ſi voluiſſet puniiſſet ſceleratos, non eis intulit ſupplicium, ſed ficum inanimam
verbo arefaciens,ſuam oſtendit virtutem. Hanc ipſe quoque imitans clemẽtiam,non puniit iniuſtũ
iudicem:ſed ictu lapidis illum docuit iuſtitiam.Cùm his rebus eſſet inſignis,& omnibus amabilis,&
in ore omnium verſaretur,trahitur ad munus Pontificatus,& ſuæ patriæ præficitur.Cùm illam autẽ
montanam viuendi mutaſſet orationem,& ciuilem vitę conſuetudinẽ non ex ſui animi cepiſſet ſen- *in Pontificem*
tentia,neque cibũ mutauit nec veſtitum. ſed loca quidem erant mutata, vitæ autẽ inſtituto nullam *ioan electus.*

Cura.

a ecipiebat mutationem. Crescebant verò labores, & erant longè maiores prioribus. Ieiunio enim, F & cubili humi strato, & sacco quo induebatur, accesserant etiam omnino curæ eorum qui indigebant, vt de viduis, inquam, esser sollicitus, & prouideret orphanis, & eos qui iniuriam faciebant argueret, & iis quibus fiebat iniuria iustum afferret auxilium: & quid opus est omnia recensere, apud eos qui norunt quænam illis competant qui hanc suscepere curationem? Insigniter autem ille tales amplectabatur labores, vt qui ouium dominum insigniter & cuperet & timeret. Quò autem virtutis opes colligebat maiores, eo maiore sanctissimi spiritus fruebatur gratia, & cùm aliquando ei in vicum quendam aut oppidum iter esset, neque enim locum satis teneo, ad eum accedunt quidam pauperes, vnum quempiam ex eis qui cum eis versabantur, tanquam mortuum proponentes, & quæ ad illum sepeliendum erant necessaria supplices ab eo postulantes. Ille autem concessit quidem rogantibus: Deo autem preces obtulit tanquam pro mortuo, rogãs vt ei remitteret quæ in vita peccauerat, & eum in chorum iustorum dignaretur admittere. Hæc autem cùm dicerentur, eius qui tunc mortem simulabat euolauit anima, suppeditata sunt autem corpori tegumẽta. Postquam autem parũ processisset homo admirabilis, iubebant eum qui iacebat surgere, ij qui actum composuerant. Post- G quam autem viderunt eum non exaudire, & quòd simulabatur id verum euasisse, & in veram faciem mutatam esse personam, ad magnum quidem adeunt Iacobum, suppliciter autem obsecrantes, & ad pedes eius prouoluti, & actus quem temerè agendum susceperant, dicentes causam fuisse paupertatem, rogabant vt eis suum mitteret delictum, & ei qui iacebat ablatam restitueret animam. Domini itaque imitans clementiam, & preces exaudiit, & ostendit miraculum: vt qui vitam precibus ablatã, per preces iacenti restituerit. Hoc aũt mihi quidem videtur esse simile magni Petri miraculo, qui Ananiã & Saphiram suffuratos mẽtitósque morti tradidit. Etenim hic quoque similiter, eius qui veritatem erat furatus, & mendacio erat vsus, abstulit animam. Sed ille quidem cùm furtum cognouisset, reuelauerat enim gratia spiritus, intulit supplicium. Hic autem actus argumentũ nesciens, obtulit quidem preces, sitit autem vitæ cursum ei qui simulauerat. Et diuinus quidem apostolus mortuos à calamitate minimè eripuit. Salutaris enim prædicationis initia metu opus habebant. Hic autẽ cùm esset refertus gratia apostolica, & puniit ad tempus, & pœnam mox remisit. Hoc enim opus habebat eo qui esset lucrifacturus eos qui offenderãt. Sed enim & est eundũ ad alia, & sunt illa breuiter expo- H nẽda.

Opus cũ gratia.

Idẽ ferè de Epiphanio, Sozom. lib. 7. c. 26. Niceph. l. 12. c. 46. Cassiod. l. 9. c. 48 vnde colligimus non nouum defunctis requiem precari.

Arij tempora.

Postquã enim Arius, in vnigenitũ & sanctissimũ spiritũ maledicti blasphemiæq; pater & opifex, in eum quiipsum fecerat linguã mouẽs, impleuit Ægyptũ tumultu & perturbatione. Cõstãtinus aũt imperator maximus gregis nostri Zorobabel: illius enim instar vniuersam piorũ captiuitatẽ reduxit ab exilio, & diuina templa humi disiecta in altum erexit & excitauit. Postquam ergo is omnes ecclesiarum præsides illo tempore congregauit Niceæ, venit cum aliis magnus quoque Iacobus, pro veris decertaturus decretis, vt vir fortis & princeps totius phalãgis. Romanorum enim imperio tũc parebat Nisibis. Postquã autem fuit dimissus sacer ille conuentus, & vnusquisque in suam est reuersus, rediit hic quoq tanquã vir fortis victoria potitus, exultans propter trophæa pietatis. Cùm autẽ aliquantum processisset temporis, imperator quidem ille magnus & admirabilis, excessit è vita cum coronis pietatis. Illius autem filij fuere hæredes imperij orbis terræ. Tunc rex persarum, cui nomen erat Sapores, contemptis filiis vt quorum potẽtia nõ esset patri æqualis, bellum mouit aduersus Nisibim magnis & equitum, & peditum copiis. Duxit autem elephantos quoque quàm plurimos, & ad vrbem obsidendam diuiso exercitu, eã circunsedit, & machinas extruxit, & turres ædificauit, vallós- I que figens, & quod inter eos intercedit, ramis tãquam cratibus contextis, obstruens, iussit militibus vt aggerẽ extruerẽt & turres cõtra turres excitarent. Deinde illic sagittarios collocans & in eos qui erant super muros tela iubens mittere, alios iussit inferius fodere murósque subruere. Postquã autẽ omnia illi erant irrita & inania, vt quæ viri diuini dissoluerentur precibus: postremò cùm fluuij præterfluentis, multitudine hominũ fretus, fluxum prohibuisset, extructísque muris, & ad retinendũ cõparatis impedimẽtis, fluuij plurimũ collegisset, id totũ simul immisit in mœnia, eo vsus tãquã aliqua vehementissima machina. Ea verò aquæ insultum nõ tulerunt, sed impetu cõcussa in illa parte funditus corruerunt. Illi verò magnum clamorẽ sustulerunt, vt potè quòd vrbs iam esset captu facilis: habitantium enim ciuium magnũ murum ignorabant. Distulere tamen irrumpere, cùm viderẽt nõ posse vrbem adiri propter aquas. Cùm ergo procul recessissent, vt potè quòd labor eis esset cessaturus, quiescebant ipsi & equos curabant. Qui aũt vrbẽ habitabant, ex animo cõuersi erant ad supplicationes, magnum Iacobum habentes intercessorem. Qui aũt ætate adhuc vigebãt, omnes quã ma- K xima poterant cõtentione rursus ædificabãt, nec pulchritudinis nec cõcinnæ cõpagis vllam curam gerentes, sed omnia temere componentes, & lapides, & lateres, & quidquid portabat quilibet, vnáque nocte opus tãtum processit, & in tantã creuit altitudinẽ, vt & satis esset ad arcendũ cursũ equorũ, & hominũ ascẽsum absq; scalis. Tunc oẽs ab homine Dei petunt supplices, vt & in muris se ostendat, & tela execrationũ iaculetur in hostes. Is verò exoratus ascendit, & eorũ plurima millia contẽplatus à Deo supplex petiit, vt in eos immitteret nubẽ cyniphũ & culicũ. Et is quidẽ dixit, Deus verò immisit, ab eo tanquã à Mose exoratus: & viri quidẽ diuinis telis vulnerabãtur, equi autẽ ac elephãti ruptis vinculis fugiebant, huc & illuc dispersi, vt qui nõ possent illos ferre aculeos. Cũ itaque vidisset rex impius & machinas nulli sibi fuisse vsui, & aquæ irruptionẽ fuisse inutilẽ: murus enim qui corruerat, rursus fuerat ædificatus: & omnẽ exercitum & affligi laboribus, & malè se habere sub dio, & vexari

Constantini laus, iusimab Eusebio libris 4. de vita & oratione de laudib. cõst. Nicep. l. 8. c. 55. scribit ad monumentũ eiusdem varia edita miracula: Eunapius author gentilis queritur ab eodẽ Const. deorũ delubra versa fuisse in monasteria.

Iacobi precibus mœnia reparantur Niceph. l. 9. cap. 28. Theod. l. 2. cap. 30.

Nubes cyniphum in hostes. 16. Nicep.

A vexari à plaga immissa diuinitus: vidisset autem diuinum quoq; hominem super muros ambulantem, & cõiecisset ipsum imperatorem ei præesse operi: sibi enim visus erat & purpura indutus, & redimitus diademate, indignatus quidẽ est in eos qui eum decepissent, & vt bellum moueret persuasissent, & dixissent non adesse imperatorem, & cùm eos damnasset capitis, dimisit exercitum, & in suam regiam rediit quàm citissimè. Hæc in hoc quoq; Ezechia Deus fecit miracula, nõ illis minora, sed etiam maiora, vt mihi quidem videtur. Quòd enim cùm corruisset murus, vrbs non capta fuerit, quodnam potest esse eo maius miraculum? Ego autẽ præter hoc illud quoq; valdè admiror, quòd cùm vteretur execrationibus, non petiit vt fulgura & fulmina è cœlo mitterentur, vt fecit magnus Elias quando ad ipsum vterque quinquagenarius venisset cum suis quinquaginta. Audiuerat enim Dominũ apertè dixisse Iacobo & Ioanni qui hoc ipsum conabãtur facere, Nescitis cuius spiritus sitis; & ideo non petiit vt terra eis dehisceret, nec rogauit vt phalanx igne consumeretur, sed vt animalculis illis sauciaretur, & cùm Dei cognouisset virtutem, tandem mutata edisceret pietatem & verum Dei cultum. Tantam habuit hic homo diuinus apud Deum fiduciam, tantam à superis gratiã

Luc. 9.

B est consecutus. Cùm in his perpetuò versaretur & in rebus diuinis quotidiè cresceret, cum maxima gloria hanc vitam deposuit, vt ex his locis migrauit. Cùm autem præteriisset aliquantum temporis, & hoc oppidum, ab eo qui tunc imperabat, regno Persarum esset traditum, exierunt quidẽ omnes qui in eo habitabant, sui autem defensoris ac principis corpus ferebãt, egrè quidem ferentes & dolentes quòd transmigrarent, canẽtes autem celebrantésque virtutem fortissimi victoris. Si ille enim vixisset, ij minimè venissent in potestatem barbarorum. Hæc cùm de viro diuino recensuerim, ad aliam transibo narrationem, rogans vt consequar eius benedictionem.

Corpus S. Iacobi elatũ: cui arcam sepulchralem faciendã curauit Theodoritus apud Niceph. lib. 15. cap. 22.

IVLIANVS SABAS. SECT. II.

Iulianus.

IVlianus, quem cognomine Sabam honorantes nominabant incolæ πρεσβύτηρ autem, id est senẽ græca voce hoc nomen significat, in regione quæ olim quidem Parthorum, nũc autem nominatur Osroneorum, fixit ad exercitationem monasticam tugurium. Ea autem patet ad occidentem quidẽ vsq; ad ripam fluuij: est autem ei nomen Euphrates. Ad orientem autem solem, habet limitẽ C Romani imperij. Assyria enim excipit Persas, cùm Persici regni sit finis occidentalis, quam qui postea sunt secuti, nominarunt Abdiabenem. In hac gente, multæ quidem sunt vrbes magnæ & populosæ. Regionis autem plurimum quidem habitatur, plurimum autem est & inhabitabile & desertũ. Ad extrema huius solitudinis cùm hic vir diuinus peruenisset, & antrum non manu factum, neq; benè ac pulchrè effossum, inuenisset, sed quod posset exiguum aliquod tegumẽtum præbere iis qui ad ipsum confugiebant, locum lubenter habitauit auro & argento fulgentibus, regiis id existimans esse magnificentius. In eo autem degebat, in hebdomada semel cibum capiens. Cibus autem erat panis hordeaceus, isq; furfuraceus: Obsonium autem, sales: Potus autẽ suauissimus, per se natiuum aquæ fluentum, idq; non satietate dimensum, sed vsu demissi prius cibi definitum. Erant autem ei deliciæ, opiparúmq; & lautissimum epulum, Dauidicorum hymnorum decantatio, & assidua cum Deo cõuersatio, & cùm eis frueretur insatiabiliter, eorum nunquam voluit capere satietatem: sed semper quidem implebatur: semper autem clamabat, Quàm dulcia gutturi meo eloquia tua? super mel & D fauum ori meo. Rursus enim audiuit beatum Dauid dicentem. Iudicia domini vera iustificata in idipsum. Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum: & dulciora super mel & fauum. Rursus audiuit eum dicentem, Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et rursus: Lætetur cor querentium Dominum. &, Lætifica cor meum, vt timeat nomẽ tuum. &, Gustate & videte quàm benignus est Dominus. &, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. &, Adhæsit anima mea post te. & eius qui hæc dixit, amorem in se transtulit. Hac enim de causa, magnus quoque Dauid hæc canens docuit vt multos socios & in Deo amando riuales constitueret. Neque verò spe falsus est, sed & hunc virum diuinum, ex alios innumerabiles diuino amore sauciauit. Hic enim tanto amoris igne fuit incensus, vt inebriaretur desiderio, & nihil videret ex terrenis: solum autem dilectum & noctu somniaret, & interdiu visione apprehenderet. Hanc summam eis philosophiam cũ multi didicissent, alij quidem qui propius habitabant, alij verò qui remotius. allata enim fama percurrebat in omnes partes, accurrebant supplicãtes vt essent palæstræ participes, & ei tanquam exercitationis magistro & pædotribæ parentes, viuerent in posterum. Non solum enim aues venantur, E canentes, & ad se eas euocantes quæ sunt eiusdem generis, & subiectis laqueis implicantes: sed etiam homines venantur eos qui sunt eiusdem naturæ, alij quidem ad exitium, alij vero ad salutem. Sic cõgregati quidẽ citò fuere decem. Deinde duplo & triplo plures. Eos autem cùm tot essent, accipiebat illud antrum. A sene enim didicerãt negligere curã corporis. Vescebãtur autem ipsi quoq; similiter atq; Pædotriba, hordeaceo pane sale condito. Aliquo autem pòst tempore, & olera sponte nascentia colligẽtes, deinde dolia implẽtes, & muriæ quantum satis erat miscẽtes, id habebãt obsoniũ qui opus habebãt curatione. His autẽ oleribus humida habitacula sunt maximè infesta. Solent enim sua natura eis ingenerare situm & putrefactionem. Cùm huic ergo obsonio id accidisset, erat enim antrum vndiquaq; valdè humidum, supplicarunt seni sodales, vt sibi paruam aliquam domũculam liceret extruere, quæ sufficeret obsonij vasis accipiendis. Ille autem primò quidem postulatum minimè admittebat: tandem autem persuasus, à magno enim Paulo didicerat non quæ-

Theodor. lib. 3. Eccl. hist. c. 19. lib. 4. c. 25 Niceph. lib. xi cap. 25.

Tuguriũ præfertur palatiis

Iuliani victus.

Hymnorum Dauidicorũ fructus.

Psal. 118. Psal. 18. Psal. 36. Psal. 104. Psal. 33. Psal. 41.

Congregãtur ad Iulianum multi qui eãdem cum eo sequantur exercitationẽ.

rere quæ sua sunt, sed aliquid concedere & se accommodare humilibus, dedit quidem domunculæ F
breuem quandam & exiguam mensuram, abijt autem procul ab antro, solitas oblaturus Deo sup-
Supplicationes longe ab humana consuetudine. plicationes. Solitus enim erat sæpè quidem quinquaginta stadia, nonnunquam autem etiam bis to-
tidem in desertum proficiscens, & se ab omni humana consuetudine separãs, & ad seipsum rediens,
per se cum Deo congredi ac cõuersari, & diuinam illam & ineffabilem speculari pulchritudinem.
Hoc ocium cùm sumpsissent, qui vt ab illo cura eorum gereretur digni erant habiti, vsui quidem iu-
sta symmetria respõdentem, sed maiorem quàm iussi fuerant, extruxere domũculam. Decimo autẽ
die, veluti quidam Moses reuersus à monte, & ab ea quæ verbis explicari nequit contemplatione, cũ
vidisset maius factum quàm volebat ædificium. Vereor, inquit, ô viri, ne dum terrena dilatamus ha-
bitacula, minuamus cœlestia. Atqui hæc quidem sunt ad tempus, & quæ nobis parumper conue-
nient: cœlestia autem sunt æterna, & quæ nullum possunt finem capere, & hæc quidem dixit, chorũ
docẽs ea quæ sunt perfectiora. tolerauit tamẽ cũ vocẽ audiisset apostolicam. Non quæro quod mihi
est vtile, sed quod multis, vt seruentur. Illos quoq; docuit, intus quidem communem Deo offerre
Quis ritus precationum. hymnodiam: post auroram autem duos simul exire in solitudinem: & vnũ quidẽ flexis genibus of- G
ferre eã quæ Domino debetur adorationẽ: alterum verò stantem Dauidicos psalmos canere, quin-
decim. Deinde operis facta cõmutatione, alterum quidẽ surgentem canere, alterũ verò humi pro-
cumbentẽ adorare: & id à mane vsq; ad crepusculũ assiduè faciebant. Ante occasum autẽ solis, in an-
tro paululũ quiescẽtes, hi quidem hinc, illi verò illinc, omnes verò vndiquaq; in antrũ conueniebãt,
& hymnos vespertinos simul Domino offerebant. Solebat autẽ ipse quoq; senex vnũ aliquem ex in-
signioribus assumere sociũ officij. Sequebatur autem eum frequentius vir quidã genere quidẽ Persa
forma autem corporis magnus & admirabilis: forma verò corporis magis admirabilẽ possidebat a-
nimam. Erat autem ei nomẽ Iacobus, qui etiam post illius mortem in omni quidẽ virtute resplen-
Iacobus persa tandem monachus. duit: fuit autem insignis & illustris, non iis solis quæ illic erant, sed etiã iis quæ erant in Syria philo-
sophiæ gymnasiis seu monasteriis, in quibus etiã vitam finiit, cùm vixisset, vt fertur, centum & qua-
tuor annos. Is cùm esset magno seni ad solitudinem viæ comes, sequebatur eminus. Non sinebat e-
nim Magister eum propius accedere, ne occasio differendi ex eo sumeretur: sermo autem abstrahe-
ret mentẽ à Dei contemplatione. Sequens autẽ, in via vidit draconem maximũ. Deinde cum contẽ- H
platus, non est quidem ausus progredi: cùm sæpè autem eũ præ metu voluisset declinare, rursus cõ-
firmauit animũ. Deinde cum declinatus accepisset lapidẽ & cum proiecisset, vidit draconẽ in eodẽ
statu manentem non posse se omninò mouere. Cùm autem eũ intellexisset esse mortuũ, existimauit
Draco maximus occiditur esse opus senis mortẽ beluæ. Cõfecto autem itinere, & hymnorũ cõpleto officio postquã venit tem-
pus quietis, & sedens senex, ei quoq; iussit vt corpus quieti parũper traderet, primùm quidẽ sedebat
tacitus. Cùm autẽ senex sermonem quendã leniter subridens aggressus est, rogauit Iacobus vt ei a-
periret id quod ignorabat. Cũ is autẽ permisisset rogare, Vidi, inquit, in via maximum draconem ia-
centẽ, & primũ quidem timui, illũ viuere existimans. Postquã autem eum aspexi mortuum, securus
iter sum ingressus. Dic mihi, inquit, ô pater, quis eũ interfecit? Tu enim præeedebas: nullus autem
alius hac præteriit. Senex autem, Cessa, inquit, de iis curiosè percontari quę ijs qui scisciantur non
possunt vllam afferre vtilitatem. Verùm nihilo secius instabat Iacobus admirabilis, verum scire,
desideramus. Senex autem diu quidem tentans celari, non ferens autem amicum diutius angere, I
re, Ego, inquit, tibi dicam, si id scire desideras. Præcipio autem vt me viuo nullus alius hoc à te
Celanda quæ falsum excitant. rescisca quod dicendum est. Hæc enim sunt celanda, quæ ad arrogantiam & fastum sæpè excitant. Sed si ego hinc excessero, & ab eiusmodi animi perturbationibus fuero liberatus, non veto
quo minus dicas & narras vim diuinæ gratiæ. Scias ergo, inquit magnus Iulianus, quòd me iter in-
gredientem illa inuasit bellua, ósq; aperuit me cupiens deuorare. Ego autẽ Iesum appellãs, & digito
Signo crucis draco interfectus. trophæũ crucis ostẽdens, omnem quidẽ excussi timorem. Extemplo autẽ vidi humi cecidisse bel-
luã & cõmuni laudato Seruatore perrexi vlterius. Sic finita narratione, ad antrũ est profectus. Ali-
quando autem adolescens, nobili quidem loco natus, sed molliter educatus, maiorem autem osten-
dens prõptitudinem & animi alacritatem quàm vires ferre possent, supplex petiit à sene vt esset illi
Asterius adolescens senem Iulianum cõsecutus pro vitæ instituto. Probatur Asterius. viæ comes cunti in solitudinem, non eius quidẽ quã omnes obibãt quotidiè, sed longissimè, & qua
sæpè erat octo & decem diebus peregrinandũ. Is autem erat celeberrimus ille Asterius. Cùm autem
diuinus senex prohiberet iuuenẽ, & aridam, aquáq; carentẽ diceret esse solitudinẽ, instabat adoles- K
cens obsecrãs vt hoc ei donũ concederet. Victus autẽ precibus cessit senex: ille verò sequebatur pri-
mo quidem alacriter. Cùm autẽ primus & secũdus & tertius dies præteriisset, & à radiis solis exure-
retur, erat enim æstas, vigente autem æstate est vtique flamma solis ardentior, siti perpetuò labo-
rabat. Et primum quidem cum morbum aperire pudebat, memoria reputans ea quæ sibi prædicta
fuerant à Magistro. Tandem autem victus & planè omninò deficiens, orauit senem vt sui misere-
retur. Is autem cùm quæ ei prędixerat reuocasset in memoriam, iussit eum reuerti. Cùm autem di-
ceret adolescens nec se scire viam quę ducit ad antrum, nec si sciret, ire posse, cum sint vires siti con-
sumptæ: misertus homo diuinus casus adolescentis, & ignoscens imbecillitati corporis, genibus fle-
xis orauit Dominum, & calidis lachrymis solũ irrigauit, & viam salutis petiit adolescenti. Qui autẽ
Fons lachrymis orantis erumpens. facit voluntatem eorum qui ipsum timent, & eorum exaudit orationem, stillas lachrymarum quæ
puluerẽ attigerent effecit fontem aquarum, & sic fluẽto repletũ adolescentem, iussit abire protinus.

Fons

A Fons autem mansit vsque in hodiernum diem, Mosaicæ diuini senis orationi ferens testimonium.
Quomodo enim ille olim cùm sterilem illam petram virga percussisset, effecit vt produceret exũ-
dantes aquas fluuiatiles, vt satiaret multa illa hominum milia siti confecta: ita hic cum arenam illã
aridissimam irrigasset lachrymis, fecit vt fontana emanarent fluenta: non vt multarum myriadum,
sed vt vnius adolescẽtis afferret siti remedium. A diuina enim gratia anima illuminatus, apertè præ-
uidit futuram adolescentis perfectionem. Is enim multis pòst temporibus à diuina prouocatus gra-
tia, vt alios quoque multos ad eandem exerceret gratiam, in locis quæ sunt circa Gendarum (est au-
tem is vicus maximus sub Antiochia) palæstram fixit monasticã & multos quidem etiam alios ad se
traxit athletas philosophiæ, traxit autem magnum quoque Acacium, insignem inquã illum & fama Acacius.
clarum, qui fuit quidem egregius in vita monastica, emisit autem splendidos virtutis radios, vt qui *Idem Theod. lib. 4. Eccles. hist. cap. 25.*
sit dignus habitus qui fieret pontifex, & Berrhœam pascendam est sortitus. Cùm quinquaginta au- *Strenuã. virtutis athletã nominauit.*
tem & octo annis ei fuisset cura gregis crẽdita, non reliquit quidem formam Vitæ monasticæ, mo- *Sozom. lib. 7.*
nasticam autem & ciuilem simul temperauit virtutem, & illius quidem sumens exactam perfectio- *cap. 25.*
B nem, huius autem œconomiam ac dispensationem, in vnũ coẽgit ea quæ erãt inter se disiuncta. Sed *Niceph. lib. 11 cap. 25. lib. 12. cap. 47.*
huius virtutis & venator & exercitator fuit ille Asterius, qui magni illius senis tanto semper tenebā- *Duo medimni sunt 14. modij.*
tur amore, vt sæpè quidem bis in anno, sæpè etiam ter ad eum proficisceretur. Veniens autem sole-
bat caricas afferre sodalibus, onerans tria vel quatuor iumenta. Duos autem medimnos colligẽs, vt
qui seni toto anno sufficerent, id onus suis imponebat humeris, se Magistri iumentum & vocans &
præstans. Portabat autem id onus, non decem vel viginti stadiis, sed septem dierum iter conficiens.
Cùm eum autem aliquando vidisset senex ferentem humeris sarcinam caricarum, ægrè ferens dixit
hæc non sibi esse exhibenda alimenta. non esse enim iustũ, vt ille quidem tantum subiret laborem,
ipse verò delicatè eius frueretur sudoribus. Cùm is autem iurasset se nõ esse onus à suis humeris de-
positurum, nisi assensus esset senex se allati cibi futurum participem, Faciam, inquit senex, quod iu-
betur, modò tu quamprimum deponas canistrum. Nam in hoc quoque imitabatur primum Apo- *Ioan. 13.*
stolorum, qui cùm voluisset Dominus lauare eius pedes, prius quidem negauit, apertè affirmans id
C non esse futurum. Postquam autem audiuit fore vt abrumperetur à Domini communione nisi hoc
concederet, orauit vt præter pedes, manus quoque & caput lauaret. Ita etiam egregius Ioannes ius-
sus tingere Seruatorem, prius quidem & suam cõfessus est seruitutem, & ostendit Dominũ. Postea
autem iussum est executus, non se asperè gerens, sed parens Domino. Ita etiam hic quoque vir diui-
nus grauabatur quidem alio laborante ipse frui alimento: sed postquam vidit ardentissimam clien-
tis animi alacritatem, præposuit suæ voluntati illius ministerium. Fortè autem aliquis ex iis qui ex
aliorum reprehensione magnam capiunt voluptatem, & ea quæ sunt honesta solùm didicerunt irri-
dere, dixerit hanc narrationem non esse dignam quæ commemoretur. Ego autem aliis huius viri *Cur ista narret quæ tamẽ videantur levia.*
miraculis hoc quoque adieci, non solum magnorum virorum volens in eum impietatem ostende-
re, sed etiam morum eius suauitatem & moderationem declarare, existimans conducibile. Nã cùm
tanta esset tali virtute, ne leuissimo quidem honore seipsum dignum esse censebat, sed eum repelle-
bat vt qui ad se nequaquam pertineret: rursus autem eum sustinebat, vt qui eos qui faciebant affice-
ceret beneficio. Aufugiens autem, nam vt qui omnibus euasisset manifestus, ad te trahebat per famã
D eorum, quæ sunt bona & honesta, amatores, venit in montem Sinæum cum paucis ex paulo familia-
ribus: non oppidum ingrediens, non vicum: sed iter per inuiam iniens solitudinem. Ferebat autem
humeris alimentum quoque necessarium, panem, inquam, & salem, lagenam & cyathum ligneum,
& spongiam fune alligatam: vt si quando aquam inuenissent profundiorem, exhaurirent quidem
spongia, expressam autem in cyathum ebiberent. Cùm itaq; iter multorum dierum confecissent, ad
montem optatum peruenium: & cùm suum Dominum adorassent, illic longum tempus perpetuò
transegerunt, loci solitudinem & animæ quietem maximã existimantes voluptatem. Cùm autem *Ripas latibulum Moysi cõsecratur in Ecclesiam.*
in illa petra sub qua latens Moses prophetarum princeps, dignus est habitus qui Deum videret sicut
videri poterat ecclesiam extruxisset, & diuinam aram consecrasset, quæ etiam mansit vsque in ho-
diernum diem, in suam reuersus est palæstram. Cùm autem eius cui erat quidem idem quod ipsi no-
men, sed impij imperatoris minas intellexisset, pios enim se funditus perditurũ minatus, profectus
erat in Persas, & qui eadem quæ ipse sentiebant, abominandum illum reditum inhiantes expecta-
bãt, tunc Deo orationẽ magno studio & vehementi desiderio offerens, & eadem ad decimum vsq; *Mors Iuliani apostatæ significatur diuinitus. Didymo, Athanasio & Iul. Sabæ Niceph. lib. 10. c. 35.*
E diẽ extendens audiuit vocẽ dicentẽ, execrandũ illum & fœtidum porcum, de medio esse sublatum.
Sed neq; accepto fine orationis, confestim finiit orationẽ, sed mutauit petitionẽ in hymni decanta-
tionẽ, gratias agens seruatori suorũ clementiq; & potenti hosti alienorũ. Lõgissimo enim tempore
fuit clemens & lenis in impium: sed cùm eius lenitas & patiẽtia sceleratũ ad maiorẽ exercuisset rabi-
biẽ, opportunè intulit supplicĩũ. Cùm autẽ implesset orationẽ, & ad suos esset cõuersus planũ fuit eũ
esse læto & trãquillo animo. Animi enim alacritas vultum ostẽdebat hilarẽ. Cùm autẽ qui cum eo
versabantur nouũ admirati essent spectaculũ, nam cum semper tristi aspectu videretur, tunc visus est
subridere. & cùm causam rogassent lætitiæ, Præsens tẽpus, inquit, ô fratres, est gaudij. Cessauit enim
impius, vt est vox Esaiæ, & audaciũ inceptorũ meritas dedit pœnas, & qui tyrannidem exercuit in
Deum qui fecit & seruauit, ab eius qui illius parebat imperio, dextera iure est cæsus. Ideo lætor cùm
videam ecclesias quæ ab eo sunt oppugnatæ exultantes, & cernam sceleratum ab iis quos colebat,

Ecclesiæ persecutio sub Valente. Theod. lib. 4. hist. Ec. cap. 22.

Dæmonibus, nihil auxilij consecutum. Huius ergo impiæ cædis talem habuit præscientiã. Cùm autẽ Vales qui post illum accepit habenas Romani imperij relicta veritate euangelicorũ dogmatum, erroris Arrij accepisset impostură, tũc exorta est maior procella aduersus ecclesiã: cùm gubernatores quidẽ vndiq; expellerentur, prædones autem quidã & hostes in eorũ locum sufficerentur. Ne autem totam illã in præsentia recẽseam tragœdiã, alia nunc prætermittã, vnius autem solummodò faciam mentionẽ, quòd apertè ostendit diuini spiritus gratiã in hoc sene florentẽ. Ab Antiochena quidem ecclesia electus erat magnus Meletius, quæ à Deo vniuersorũ pascenda ei credita fuerat. A diuinis autem tẽplis electi fuerant cum populo qui erat eiusdẽ cum eis sententiæ, quicunq; in clerũ cooptati, trinitatis diuinã vnam colebant essentiam: & nunc quidẽ in aliquem specum montis venientes, sacros illic cætus celebrabant: nunc autem ripã fluminis faciebant oratorium: aliquando autẽ bellicum gymnasium, quod situ est ante portam Septentrionalẽ. Non permittebãt enim qui bellum gerebant, in vno loco pios cõsistere. Iactarant autẽ alumni mendacij, & rumorem in illa ciuitate sparserant, quòd magnus, hic inquam senex, eorum quæ ipsi tenebant religionis dogmatum amplecteretur cõmunionem. Hoc pios maximè angebat, ne fama rudiores & simpliciores decipiens eos hæreticorum implicaret laqueis. Sed diuini & beati viri, Flauianus & Diodorus, qui digni erant habiti vt essent sacrifici, & præessent piorũ populo, & Aphraates, cuius per se vitã vobis, si Deus concesserit adiiciã, persuadent magno illi Acacio, cuius fecimus mentionem, vt viæ acciperet comitem suum quidem Magistrum, sancti autem senis discipulum, insignẽ illum Asterium, curreret autem ad communem pietatis splẽdorẽ, & euangelicæ doctrinæ sustentaculũ, & persuaderet vt relinqueret quidẽ illã in solitudine versandi rationẽ, veniret autem vt ferret auxiliũ tot millibus quæ fraude interibãt, & rumore sui aductus flammã extingueret Arrianam. Cucurrit diuinus Acacius, & sumpto, vtiussus erat, magno Acacio accessit ad maximum lumen ecclesiæ, & cùm eum salutasset, Dic mihi, inquit, ô pater, quánam de causa totum hunc laborem tamlubẽter toleras? Cùm is autem respondisset, Et corpore, & anima vitáq;, & omnibus quæ ad vitam pertinent, est mihi Dei cultus pretiosior. Conor autem, quoad eius à me fieri potest, illi à sorde nudũ offerre ministerium, & ei perpetuò placere. Ostendam tibi, inquit Acacius, rationem, per quam ei plus quàm nunc seruies. Idq; dicam, non sola vtẽs ratiocinatione, sed vt qui id ab eius doctrina didicerim. Cùm enim Petrum aliquãdo rogasset, an eũ plus quàm alij amaret, & didicisset id quod sciebat vel ante Petri vocẽ, Tu enim, inquit nosti Domine quòd amo te. Ostendit ei quidnam agens eum magis coleret. Si enim, inquit, amas me, pasce oues meas, & pasce agnos meos. Hoc quoq; tibi, ô pater est faciendum. Periculum enim est ne oues à lupis intereant: eas autem valdè amat, qui à te valdè amatur. Est autem proprium amantium illa facere, quæ cum fiunt, eis qui amãtur grata sunt. Et alioqui non paruũ est periculum, multorúmque & magnorum illorum sudorum detrimentum, si pati potueris negligere, tacitus prætorire, veritatem quidem grauiter oppugnari, eos autem qui ei adhærent, captari, ad eos autem venandos esse escã tui nominis appellationem. Te enim habere sotium suæ impietatis, gloriantur & iactant Præsides Arrianæ abominationis. Hoc cùm primùm audiisset senex, quietẽ quidẽ iubẽs valere ad tẽpus neq; ciuitatis strepitus, quòd eis non esset assuetus, refugiens, accurrit Antiochiam. Cùm autem duorum vel trium dierum iter confeciisset in solitudine, noctu venit in quoddam prædium. Quædã autem diues muliercula, cùm sacrum illum chorum audiisset venire, cucurrit vt perciperet eorũ benedictionem: & ad eorum pedes prouoluta, rogabat vt sua domus esset eorum diuersorium. Concessit senex, idq; cùm plusquam quadraginta annis à tali fuisset spectaculo separatus. Cùm autẽ admirabilis illa mulier, esset in sacris illis viris ministrando occupata, puer septem annos natus, cuius solius erat mater, quæ hospitalitatem Saræ est æmulata, esset autem vesperũ & tenebræ, cecidit in puteum. Cùm autem ex eo, vt est consentaneum, exortus esset tumultus, mater autem sensisset, iubet quidem omnes quiescere: puteo autem operculo imposito, instabat ministerio. Mensa autẽ viris diuinis apposita, diuinus senex iussit vocari puerum mulieris, & accipere benedictionẽ. Cùm autem admirabilis mulier diceret cum malè habere, perstitit iubere vt is duceretur. Postquam autem ei quod accidisset significauit mulier, mẽsam quidem reliquit senex, accurrens autẽ ad puteũ cùm auferri quidem operculũ, afferri autem lucem iussisset, videt puerũ sedentem super aquæ superficiẽ, & aquã manu pueriliter pulsantem, & qui reputatus fuerat interitus, eum ludum putantem: & cùm quosdã funes alligassent & eos demisissent, puerũ extraxerũt: & statim accurrit puer ad pedes senis, dicens se eum vidisse in aquis ipsum ferentem, & ne mergeretur prohibentem. Hanc hospitalitatis mercedem recepit mulier à beato sene. Et vt alia prætermittam quæ facta sunt in itinere, venerunt quidem Antiochiã: omnes autem vndiq; concurrebant, Dei hominẽ videre cupiẽtes, & morbi sui medicinã vnusquisq; accipere desiderans. Habitabat autem in speluncis quæ erant in latere montis vbi diuinũ quoq; apostolum Paulum & habitasse dicunt & latuisse. Sed statim vt scirent omnes eũ esse hominẽ, eum inuadit febris vehemẽtissima. Cum autem videret magnus Acacius multitudinẽ eorum qui simul erant congregati, & eam quæ acciderat ægrè ferret ægritudinẽ: existimabat enim fore vt ij qui cõuenerant perturbarẽtur, si viri morbũ rescisserent, à cuius manu se inuẽturos sperabãt medicinã: Noli angi animo, inquit senex. Si est enim necessaria sanitas, eam statim dabit Dominus. Statim ergo post hæc verba ad preces cõuersus, & vt solebat, & genua & frontẽ solo admouẽs rogauit vt assequeretur sanitatem, si ex ea reditura sit aliqua vtilitas ad eos qui cõuenerant. Nondũ finierat

Hæreticorum mos bonos & doctos infamare.

Vel Asterio. Cur tanta toleraruit Heremitæ.

Cura animarum.

Puer qui ciderat in puteum nihil mali passus est.

B. Pauli latibula.

Morbi sunt in manu Domini.

finierat preces, & rẽpẽtè multus sudor profluens extinxit flammam febris. Cùm illic autem liberasset multos à morbis omnis generis, profectus est ad conuentum piorum. Transeunte autem eo per portas regiæ, mendicus quidam qui clunibus vtebatur pro pedibus, & per terram trahebatur, cùm manum extendisset, & eius pallium tetigisset, fide quidem morbum exegit, exiliens autem ostendit se æquè currere atque ante morbum: idem faciens quod claudus quem Petrus & Ioannes suscitarunt. Hoc cùm factum esset, confluxit totus populus ciuitatis: eratque bellicum gymnasium plenum iis qui concurrebant. Pudore autem afficiebantur calumniatores & mendacij artifices: læto autem & tranquillo animo erant alumni veritatis. Exhinc in domos suas trahebant lumen veritatis, ij qui opus habebant vt curarentur. Vir autem quidam cui fuerat maximus mandatus magistratus, eiúsq; fidei commissus erat clauus orientis, ad eum misit rogans vt ad se veniret, & à morbo vrgente liberaret. Ille verò accessit nihil cunctatus, & communi Domino fusis precibus, verbo soluit ægritudinem, & iussit vt Deo ageret grãtias. Cùm hæc & talia fecisset, statuit deinceps reuerti ad suæ exercitationis monasticæ tugurium. Cùm per Cyrum autem iter faceret, distat autem hæc ciuitas duorũ dierum itinere ab Antiochia, diuertit quidem in ædem præclari martyris Dionisij. Qui illic autem vero Dei cultui & rectæ religioni præerant, conuenientes supplicarunt vt sibi opem ferret exitium præuisum expectantibus. Dicebant enim, Asterium qui in sophistica & falsa differendi arte fuerat educatus, & se in hæreticorum Ecclesiam iniecerat, & Episcopale munus erat assecutus, falsum acriter defendere, & improbo vti artificio aduersus veritatem: & veremur, inquiebãt, ne facundia veluti quadam esca falsum contegens, & nexus syllogismorum tanquam quædam retia extendens, capiat multos ex simplicioribus: ea enim de causa fuit ab aduersariis accersitus. Senex autem, Estote, inquit, bono animo, & Deo nobiscum supplicate, orationem & corporis afflictionem precibus adiũgentes. His Deum sic rogãtibus, vno die ante diem festum ac celebrem, quo verba erat facturus falsi defensor & hostis veritatis, is diuinitus immissam accepit plagam, & cùm vno tantum die egrotasset, excessit è viuis, illam, vt est probabile, vocem audiens, Stulte, hac nocte repetent à te animam tuam: quæ autem parasti retia & laqueos, iis tu implicaberis, & non alij. Hæc Balaam quoque acciderunt, qui ipse quoq; aduersus Dei populum accersitus, cùm impia quædam Balaac aduersus ipsum cõsuluisset, eius dedit pœnas, vt qui ab Israëlitica dextera fuerit cæsus. Igitur hic quoq;, cùm in Dei populum quasdam callidas excogitasset sententias, per Deum populi vita fuit priuatus. Hanc autẽ salutem Cyrus est consecuta per huius orationem. Hæc autem quæ narraui, mihi diuinum caput, ille magnus tradidit Acacius qui pulchrè faciebat omnia quæ ab ipso facta fuerant. Cùm ergo illinc esset profectus, & ad suos sodales reuersus, & vnà cum eis non paruo tempore esset versatus, ad vitã senij & molestiæ expertem valdè promptè & alacriter transiit, vt qui in mortali natura meditatus esset impatibilitatem, expectaret autem corporis immortalitatem. Ego autem hic de eo sistens orationem transibo ad alium: rogans sanctos qui in hanc ingrediuntur narrationem, per suam intercessionem mihi supernam conciliare beneuolentiam.

Claudius sanatur.

Asterius dialectica & eloquẽtia abutitur ad hæresim, eiusmodi describitur à Nicephor. Ætius & Eccebolius.

Asterius diuina plaga moritur.

Inuocatio sanctorum.

MARCIANVS. Sect. iii.

Marcianus.

Huius alibi meminit Theodor. lib. 4. hist. Ecc. c. 26. Socrat. lib. sub finẽ hist. c. 45 Nicep. lib. 11. cap. 41. lib 15. cap. 22. Heb. 11.

ILlum autem tantopere celebratum Marcianum, quomodo pro rei dignitate admirabimur? Num videlicẽt eum simul coniungentes cum Elia & Ioãne & similibus, qui circumibant in ouinis & caprinis pellibus, egentes, afflicti, vexati, quibus dignus non erat mundus, errantes in solitudinibus & montibus & speluncis & foraminibus terræ? Is enim olim patriam quidem habuit Cyrum, cuius prius quoque meminimus: post hæc autem solitudinem: hac autem & illa relicta nunc habet cœlũ. Et illa quidem eum genuit: hæc verò aluit, & victorem effecit: cœlum autem accepit vt coronatũ: contempta enim claritate generis. Ducebat enim genus à patriciis; & à splendore regio. In illis enim florebat, corporis specie & magnitudine accepta ab opifice naturæ; & animo ingenij solertia ornato. In Deum autem, & ea quæ ad eum pertinent, totum amorem transtulit: & omnibus valere iussis, solitudinis occupat vmbilicũ, & parua extructa domũcula, quę ne eius quidẽ corpori iusta respõdebat proportione, cùm eam quodã alio paruo septo circũdedisset, incluſus erat assiduè; separatus quidẽ ab omni humana cõsuetudine, differens autẽ cum Domino vniuersorũ, & dulcem illam vocẽ exaudiens. Diuina enim versans eloquia, se diuina voce frui putabat. Orans autẽ & supplicationes offerens, ipse loquebatur cum Domino: & cùm semper tãtis frueretur delitiis, cum nunquã capiebat satietas. Audiuit enim diuinum spiritum per magnum Dauid psallentẽ. Qui meditatur in lege Domini die ac nocte, erit tanquã lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tẽpore suo. Et folium eius nõ defluet. Hos fructus desiderans, iucundissimum hunc laborẽ amplectebatur: & orationẽ quidem psalmodia: psalmodiam autem excipiebat oratio: & vtraq; rursus diuinorum eloquiorum lectio. Cibus autem ei erat solus panis, ísq; certa præbebatur mensura. Ea autem erat mensura, vt nec puero quidẽ nuper ablactato satis esset. Aiunt enim panis libram in quatuor partes diuisam quatuor diebus fuisse distributã: & vnicuiq; diei attributã fuisse partem vnã. Statuerat enim vesperè comedere quotidè, nunquam autem satiari: sed semper quidẽ esurire, semper verò sitire: corpori autem ea exhibere quæ ad viuendum sufficiunt. Dicebat enim, quòd qui pòst multorum dierum inediam capit cibum, in diebus quidem inediæ officia dominica exequitur imbecillius. Quo autem die rursus capit cibum, plura, vt est cõsentaneum, exhibens, ven-

Psalm. 1.

Post orationẽ & psalmodiã lectio scripturarum.

Victus Marciani.

Ieiunia moderata sunt meliora.

trem onerat: is autem grauatus tardiorem reddit animam ad vigilandum. Dicebat igitur esse melius vesci quidem quotidiè, nunquam autem expectare satietatem. Verum enim ieiunium est perpetua indigentia. Hanc legem perpetuò ferebat vir ille diuinus, & cùm corpus haberet maximum, & omnium sui temporis hominum esset & maximus & pulcherrimus, hoc paruo cibo alebat. Cùm autem præteriisset aliquantum temporis, duos admisit contubernales, Eusebium qui sacri illius tugurij fuit hæres: & Agapetum, qui has leges angelicas transtulit Apameam. Est enim quidam vicus maximus & populosissimus: est autem ei nomen Nicerte. In eo ergo construxit duo maxima philosophiæ gymnasia, quorũ vnum quidẽ est ab eius nomine denominatum: alterum verò ab admirabili Symeone, qui quinquaginta annorũ spacio refulsit in hac philosophia. In his in hodierũ vsq; diẽ degunt plus quàm quadringẽti viri, virtutis athletæ & amatores religionis veríq; Dei cultus, & qui suis cœlum coëmũt laboribus. Huius autẽ reipublicæ legislatores fuere Agapetus & Symeones, qui leges accepere à magno Marciano. Ab his autẽ plurima quæ plantata sunt exercitatorũ virtutis habitacula, quæ quidem iisdẽ legibus reguntur & institutis, difficile est enumerare. Cæterũ horũ plãtator fuit ille diuinus. Qui enim pulcherrimũ semen præbuit, is iure vocari possit auctor bonorũ quæ nascuntur. Primum ergo, vt dixi, solus voluntarium illum tenebat carcerem. Deinde cùm hos duos admisisset, non habitabant illi in eadem domo. Neque enim ei soli sufficiebat domuncula, vt quæ esset valdè parua, & quæ ipsi & stanti & recumbenti multum afferret laboris. Neque enim stans, rectus stare poterat, cùm tectum caput & collum tangeret: neque recubans poterat pedes extendere, cùm domus non haberet longitudinem æqualem longitudini corporis. Cùm ergo eis permisisset aliam extruere, iussit in ea degere: per se autem hymnos dicere & orare, & diuina legere eloquia. Cùm autem oporteret esse plures huius vtilitatis participes, alio habitaculo eius iussu procul extructo, iussit eos qui vellent in illo degere. Eorum autem dux erat Eusebius, qui magni Marciani transmittebat doctrinam. Diuinus autem ille Agapetus, vt oportuit institutus & exercitatus, & in hac arte athletica optimè eruditus, reuersus est, vt dixi & seminauit semina quæ à diuina illa anima acceperat. Euasit autem adeò clarus & illustris, vt pontificali sede dignus sit habitus, & ei mãdata sit pastoralis curatio, & eius fidei credita fuerit cura patriæ. Eusebius autem ille admirabilis, congregati gregis præfectus, & curam Magistri susceperat, & solus dignus habebatur qui ad eum in tempore ventitaret, & eum rogaret nunquid vellet. Cùm autem vellet noctu videre quid ageret, ausus est ad fenestram, erat autem ea breuis admodum, accedere, & cùm se inclinans respexisset, videt lumen, non ex lucerna, neque quod esset manu factum, sed à Deo datum, & quod superna gratia præceptoris sui caput circumfulgebat, & diuinorum eloquiorum scripturæ ostendebat intelligentiam: tenebat enim librum, & diuinæ voluntatis sacrosanctum inquirebat thesaurum. Hoc cùm esset contemplatus admirabilis Eusebius, ingenti timore horroréque est affectus, & Dei ministri diffusam edoctus est gratiam, & Dei in suos seruos didicit beneuolentiam. Aliquando autem cùm in vestibulo magnus oraret Marcianus, draco quidam qui reptauerat supra parietem versum ad orientem, desuper e muro despexit, simul & hians, & horribiliter intuens, & se inuasurum significans. Procul autem stans Eusebius, & illud horrendum spectaculum pertimescens, & id Magistrum ignorare suspicans, illi ostendit clamans & vt fugeret rogans. Ille autem cùm eum apprehendisset, & timorem expellere iussisset, nam eum quoque esse exitiale vitium, digito quidem crucis prius expressit figuram, ore autem insufflauit, & veteres ostendit inimicitias. Ille autem spiritu oris, tanquam igne aliquo, exiccatus, & veluti excctus, instar exustæ stipulæ in multas partes est dissolutus. Vide ergo num imitatus est Dominum vt seruus beneuolus? Dominus enim cùm aliquando fureret mare in cimbam discipulorum, eos autem vidisset anxios & perturbatos, non prius maris sedauit tempestatem, quàm increpando discipulos, compescuit eorum incredulitatem. Hinc doctus hic vir admirabilis, primum expulit timorem discipuli, deinde sic belluam effecit supplicio. Talis magni Marciani fuit & sapientia, & miraculorum effectio, & in Deum fiducia. Sed tamen cùm tanta gratia dignus esset habitus, & magna posset facere miracula, studebat tamen celare virtutem, prædonis virtutis suspectas habens machinas. Arrogantiæ enim vitium subter seminans labore collectos fructus conatur eripere. Et cùm sibi datam vellet celare gratiam, inuitus ad facienda veniebat miracula, cum eius rectè factorum iubar resplendesceret, & quæ occultabatur virtutem aperiret. Quinetiam aliquando contigit vt tale quid fieret. Vir quidam honesto loco natus, & cui militares magistratus sæpè fuerant mandati, ex Berhœa Syriæ vrbe proficiscẽs, cùm eius filia diu debaccharetur, & à malo dæmone vexata insaniret, venit in solitudinem, cùm esset quidem magni Marciani familiaris, sperarct autem propter priorem consuetudinem eum conuenire & rogare. Spe autem falsus, cum non liceret ei Dei videre seruum, rogat quendam senem, cui illo tempore diuini illius viri commissum fuerat ministerium, vt paruum lecythum oleo plenum acciperet, & ad ostium domunculæ poneret. Senex autẽ sæpè quidem se id facturum inficiatus, sæpè autem rursus rogatus, victus est à precibus. Cum autẽ strepitum magnus sensisset Marcianus, rogauit & quisnam esset, & quonã opus habens veniret. Is autem uerã quidem celabat causam, simulabat autem se venisse vt sciret num iuberet aliquid: & hoc dicens dimissus est. Cum autem sub auroram rursus pater puellæ rogasset vt sibi redderetur lecythus, ille timens quidẽ, iuit tamẽ cum quàm maximo potuit silẽtio, & porrecta manu, & accepto lecytho, cupiebat latere. Is autẽ rursus rogauit quídnã volens veniret. Postquã autem candem

Duo monasteria. Φροντιστήρια.

Eusebius.

Agapetus ob merita Apamæorum pontifex. Theod. lib. 5. hist. cap. 27. Φωταγωγός.

Lumine diuinitus adumbratur caput Marciani.

crucis signo necatus draco.

Non gloriandum in virtutibus.

eandẽ dixit causam quã etiã vespere præ se tulerat, ægrè ferẽs homo Dei, vtpotè quòd præter cõsuetudinem fuisset eius aduentus, iussit vera dicere. Ille autem timens & contremiscẽs, cùm non posset eum latere qui plenus erat Dei gratia, dixit & quis esset qui supplicabat, & eum morbi docuit tragœdiam, & ostendit lecythum. Is autem succensuit quidem, vt est consentaneum, quòd nollet virtutem ostendere. Minatus tamen quòd si hæc rursus auderet, & ab illa priuabitur consuetudine, & ei auferetur ministerium, erat autem maxima iactura iis qui quæstum sciebant, remisit, iubens reddere ei qui dederat. Et Marcianus quidem hæc iubebat: Dæmon autem qui aberat iter quatuor dierum, eius qui exigebat vociferabatur virtutem: & Marcianus Berhoæ functus est officio iudicis, quibusdam lictoribus vsus aduersus dæmonem, & illũ sceleratũ expellens, & puellã mundã reddens ab illa vexatione. Hoc autem exactè sciuit pater puellæ. Ei enim reuertenti, cùm pauca stadia abesset ab vrbe, occurrit quidam seruus à domina in agrum missus. Is cùm vidisset Dominum, miraculi facti attulit nuncium, quatuor antè diebus dicens factum esse miraculum. Diebus ergo supputatis, & tempore rectè examinato, didicit illud fuisse in quo senex attulit lecythum. Mihi autem venit in mentem cogitare, quid non fecisset ille vir magnus si voluisset facere miracula. Si enim etiam cùm studeret celare quam acceperat virtutem tantum ostendit splendorem: quod non miraculum fecisset si voluisset: Sic autem spiritalem quoque suam sapientiam non ostendebat omnibus. Itaque cùm postremò post diem festum salutaris passionis & dominicæ resurrectionis, permisisset iis qui volebant ad se ingredi: illo certè tempore omnes studebant eum videre. Atque ad eum aliquandò congregati primi veniebant pontifices. Flauianus ille magnus, cuius fidei erat credita pascẽda Antiochia: & diuinus Acacius, cuius prius quoque meminimus: & Eusebius Calcidensis episcopus: & Isidorus cui tunc erat commissa Cyrus gubernanda, qui erant virtute insignes. Vnà autem cum illis erat etiam Theodotus qui tenebat habenas Hierapolitanorum ecclesiæ, clarus monastica exercitatione & mansuetudine. Erant autem nonnulli quoque ex magistratibus, incensi ardore fidei. Omnibus ergo cum silentio sedentibus, & sacram illam vocem expectantibus, ipse quoque diu tacens sedebat, lingua quidem ociosus, auribus autem promptus. Tunc aliquis ex iis qui sedebant, qui erat ei familiaris propter curam animæ, & alioqui auctoritate & dignitate clarus. Omnes, inquit, ô pater, diuini hi patres, sitientes expectant suauissima tuæ doctrinæ fluenta. Omnes ergo præsentes impertias vtilitate, nec claudas riuos tuæ beneficentiæ. Ille autem cùm valdè ingemuisset, Deus, inquit, vniuersorum quotidiè loquitur per creaturas, & per diuinas scripturas disserit, & monet ea quæ oportet, & inducit ea quæ sunt vtilia: terrétque minis & adhortatur promissis: & ex his nullam capimus vtilitatem. Quemadmodum ergo loquens profuerit Marcianus, qui tantam vtilitatem amittit cum aliis, & commodum non vult ex eis capere. Hinc factum est vt multi quidem sermones mouerentur à patribus, quos inserere narrationi duxi superuacaneum. Cùm autem surrexissent, & orassent, & ad conferendum sacerdotij ordinem vellent ei manus imponere, rursus ei manus admouere sunt veriti: & hic quidem illi, ille verò huic iubebat. Cùm omnes autem id simul recusassent, redierunt. Sed enim volo his quoque aliam addere narrationẽ, quã cognosci poterit diuina eius prudentia. Auitus quidam, primus in solitudine, gratia monasticæ exercitationis, fixerat tugurium. Id autem magis quàm hoc vergit ad septentrionem, & aliquantum situm ad orientem, spectat ventum Aparctiam qui est proximus subsolano. Is magno Marciano erat & tempore & labore antiquior, vir autem philophus, & in vita dura & aspera educatus. Is cùm de viri virtute quæ vbique celebratur audiisset, ratus tale spectaculum esse silentio & quiete vtilius, accurrit studens videre eum quem desiderabat. Cùm autem eius aduentum magnus sciuisset Marcianus, ostio aperto eum ad se admisit. Admirabili autem præcepit Eusebio vt & legumen coqueret & olus, si haberet. Postquam verò mutuum inter se colloquendi explessent desiderium, & alter alterius virtutem didicissent, nonæ simul peregerunt officium. Venit autem Eusebius mensam ferens, & panem afferens. Magnus autem Marcianus diuino dixit Auito. Adesdum omnium mihi amicissime, vt huius mensæ simus simul participes. Ille verò, Nescio, inquit, me vnquam cibum sumpsisse ante vesperam: sæpè autem duos & tres dies simul maneo ieiunus. Magnus autem Marcianus, Mea ergo, inquit, causa hodiè mutetur cõsuetudo. Nam cùm sim corpore imbecillo, non possum expectare vesperam. Postquam autem hæc dicens nõn persuasit admirabili Auito, ingemuisse dicitur & dixisse. At ego, inquit, animo angor & valdè crucior, quòd tantum laborem ceperis vt virum aliquem laboriosum videres & philosophum, spe autem falsus, cauponem videris aliquem profusè & delicatè viuentem. Cum ex his autem molestia esset affectus Auitus, & dixisset se malle vesci carnibus quàm hæc audire, dixit magnus Marcianus, Nos quoque, ô amice, eandem quam tu vitam persequimur, & amplectimur eandem viuẽdi rationem & quieti labores præferimus: ieiunium magis expetimus quàm cibum, cúmque nocte aduentante capimus: sed scimus charitatem esse ieiunio præstantiorem. Charitatis enim opus à lege diuina præcipitur. Ieiunium autem est potestatis nostræ & arbitrij. Oportet autem existimare diuinas leges esse nostris longè præstantiores. Hæc cùm inter se inuicem disseruissent, & parum cibi sumpsissent, & Deũ laudauissent, & tres dies simul versati essent, rursus sunt separati, videntes se inuicem spiritu. Quis ergo non admiretur huius viri sapientiam, à qua gubernatus, sciebat quidem tempus ieiunij, sciebat autem etiam fraternæ charitatis: sciebat virtutis quoque partiũ differentiam, & quamnam cuinam cedere oportet, & cuinam in tempore danda sit victoria. Poss um

Marcianus etiam absens sanat precibus dæmoniacam. ἐνεργείας.

Dies festus passionis & dominicæ resurrectionis. *Pontifices cõgregantur ad Marcianum.*

Quàm multis modis nobis loquatur Deus.

Auitus monachus.

Officium nonæ.

Auiti triduanum ieiunium. Ieiunia quotidiana aduẽtu hospitum soluẽda Cassian. li. 5. Inst. cap. 24. col. 2. ca. 26. legitur apud Niceph. de eo qui cum aliud non haberet aduenienti hospiti lardum quadragesimali etiã tempore obtulit. Cassian. col. 21.

autem aliud quoque narrare quo eius cognoscatur in diuinis perfectio. Ad eum enim ex patria ve- F
nit soror cum filio, qui & vir erat & vrbis Cyri facilè princeps, ea quæ ei vsui erant abundè afferens.
Is autem sororem quidem videre non est passus, sororis autem admisit filium: erat enim id tem-
Quid monachо naturalis cognatio. pus definitum quo eum licebat conuenire. Cùm autem eum rogarent accipere quæ allata fue-
rant, per quot, inquit, monasteria transistis, & quænam ex his, eis ipsis impertiistis? Cùm is autem
dixisset se nulli dedisse. Abite, inquit, cum iis quæ attulistis. Nos, inquit, nullo horum egemus, nec si
egeremus acciperemus. Naturalis enim cognationis, non autem diuinæ pietatis & seruitij curã ge-
rentes, hanc exercetis in nos beneficẽtiam. Si enim non honorauretis solam generis necessitudinem,
non ea quæ attulistis nobis solis impertiissetis. Hęc dicens, filium sororis dimisit cum sorore, iubens
vt nihil acciperetur ex iis quæ attulerant. Ita erat extra naturam, & in cœlestem migrarat viuendi
rationem. Quódnam enim aliud afferri potest exemplum apertius, quòd Deo esset dignius cõue-
Matth.10. nienter ipsius Dei voci? Qui non relinquit enim, inquit, patrem & matrem, & fratres & sorores, &
» vxorem, & filios, non est me dignus. Si autem qui non relinquit est indignus: qui relinquit, & tam
» accurata exactáque vtitur perfectione, clarum est eum fuisse dignissimum. Ego præter hæc admiror G
Hæreses eius temporis de quibus Epiph. in panario. Arrius. Apollinaris. Sabellius. Euchitæ. Manichæi. Abraames Eremita. De Quatuordecimanis & Nicena synodo pl. Niceph. lib. 12. cap. 33. & 34. & Sixt. Senens. bibl. annot. ex. Psal. 18. quoq; eius in diuinis decretis summam perfectionem. Abhorrebat enim Arrij insaniam, quæ à po-
testate imperatoris accendebatur illo tempore. Abominabatur etiam amentiam Apollinaris. For-
titer autem & strenuè decertabat aduersus eos qui cum Sabellio sentiebant, trésque hypostases seu
personas in vnam cogebant. Valdè quoque auersabatur eos qui nominantur Euchitæ, qui in habi-
tu monastico laborant morbo Manichæorum. Erat autem adeò feruens eius zelus pro decretis
ecclesiasticis, vt etiam aduersus virum admirandũ & diuinum, iustam pugnã susceperit. Erat Abraa-
mes quidam senex in illa solitudine, vir canis quidem pilis, sed magis cana prudentia, omni virtute
clarus, & vberes semper profundens lachrymas compunctionis. Is in principio à quadam inductus
simplicitate, primum pascha peragere sustinuerat: ignorans quidem vt est verisimile, quæ de eo Ni-
ceæ à patribus constituta fuerant, antiquæ autem seruire malens consuetudini. Multi autem alij la-
borabant eo tẽpore eadem quoque ignoratione. Sed magnus Marcianus, multis quidem sæpè ver-
bis vsus, conatus est senem Abraamen (ita enim eum appellabant qui in ea habitabant regione) vt
H cum ecclesia consentiret, traducere. Cùm eum autem vidisset non parere, apertè destitit cum ipso
communicare. Sed procedente tempore, ille quoque vir diuinus abiecta macula, in festo celebran-
do amplexus consensum ecclesiæ, verè psallens cecinit. Beati immaculati in via, qui ambulant in le-
ge Domini. Hoc autem effectum est à magni Marciani doctrina. Ei multi quidem vbique ædifica-
bãt oratoria. In Cyro quidem, eius sororis filius Alypius. Zenobia autem quædam in Chalcide, quæ
» & genere erat clara, & insignis virtute, & magnas habebat diuitias. Alij quoque non pauci hoc fa-
» ciebant, victoria parta illustrem illum athletam rapere contendentes. Hoc cùm nosset homo Dei,
Oratoria Marciano erecta. rogat admirabilem illum Eusebium, omni terrore plenum illi offerens iusiurãdum, vt corpus in illo
loco deponeret, & nemo sepulchrum dignosceret præter duos qui simul habitabant familiariores,
Marcianus nititur ignotum habere sepulchrum. donec præteriisset magnus annorum numerus. Hoc autem iusiurandum impleuit homo ille admi-
rabilis. Postquam enim insignis illius victoris venit finis, & chorus angelorum sacram illam & diui-
nam animam ad cœlestes transtulit mansiones, non prius eius significauit obitum, donec cum duo-
bus ex familiarioribus facta fossa, & corpore depositio, complanauit terræ superficiem: & quinqua-
ginta annis vel pluribus elapsis, cùm innumerabiles cõcurrissent, & corpus scrutati essent, ignotum I
mansit sepulchrum. Postquam autem vnumquodque ex prædictis oratoriis, vnum quidem apostо-
Reliquiæ. lum, alterum verò martyrum accepit reliquias securè deinceps illius tabernaculi & doctrinæ hære-
des, cùm duobus antè annis arcam cõstruxissent lapideã, in ea posuerũt precioſi corporis reliquias,
cùm vnus ostendisset sepulchrum. Is enim solus supererat ex illis tribus. Cùm illius autem fuisset vir-
Eusebij austeritas. tutis æmulator Eusebius admirabilis, longo tempore corpus perpetuò affligebat. Nam cùm cẽtum
& viginti ferri libras corpori haberet impositas, sibi quoq; imposuit alias diuini Agapeti quinqua-
ginta: Adiecit autem magni quoque Martiani alias octoginta. Habebat autem oratorium lacum
quendam in quo nulla aqua remanserat. Tribus autem annis perpetuis hoc modo vitam transegit.
Ad hæc autem dicenda sum digressus, cùm vellẽ ostendere quot & quantarũ rerum rectè & ex vir-
tute gestarũ auctor & procurator fuerit Marcianus. Huius autẽ philosophiæ fructum quoq; perce-
Basilius monasteriũ extruit. pit admirãdus ille Basilius, qui multis postea tẽporibus, apud Seleucobolũ, est autẽ vrbs Sirię, mona-
sticũ extruxit habitaculũ, & clarus quidẽ fuit in multis generibus virtutũ, insigniter autẽ fuit clarus K
in ea quę Deo lõgè est gratissima possessione charitatis, & in diuino opere hospitalitatis. Quã multos
autem hic quoq; Deo exhibuerit operarios, citra pudorem, vt apostolicè dicam, verbum tractantes
veritatis, quis facilè enumerauerit? Nam vt alios in præsentia prætermittam, qui sunt quidem laude
digni, nimis autem prolixam redderent narrationem, huius vnius & solius meminero. Fuit quidam
Sabini austeritas. qui ad eum ventitabat, cum autem appellabant Sabinum, qui corpus consumpsit laboribus innu-
merabilibus. Neque enim panis neq; obsonij fuit alicuius particeps: cibus autem erat ei farina aqua
madefacta. Consueuerat autem is totum vnius mensis miscere nutrimentum, vt situm contraheret,
& tetrum odorem emitteret. Volebat autem hoc genere alimenti hebetare sui corporis appetitio-
nes, & efficere vt fœtore nutrimenti flaccescereet voluptas. Cùm autem per se sic degeret, si quis ex
familiaribus ad eum accederet, simpliciter & citra discrimen vescebatur iis quæ apponebantur.

Tantam

A Tãtam autem diuinitus gratiam acceperat, vt mulier quædam Antiochena, cuique & genus & opes
ingentes faciebant spiritus, ad eum accurrerit, & ei supplicarit vt opem ferret filiæ quæ vexabatur à
dæmone. In somnis enim, inquiebat, vidi quendam iubentem vt huc accurrerem, & precibus præ- *Somnus Antiochenæ.*
sidis monasterij salutem filiæ procurarem. Dicebat ergo is qui responsa dabat non solere præsidem
loqui cum mulieribus. Cùm autem instaret mulier, lachrymans, & eiulãs, & grauiter vociferans, e-
gressus quidem est præfectus monasterij. Dicebat autem mulier non esse ipsum: fuisse autem alium
sibi ostensum suburbicundum, qui pustulas quasdam habebat in genis. Vbi autem cognouerũt eum
qui quærebatur, erat autem is tertius monasterij, non primus, eum persuasum adduxerunt ad mulie-
rem. Protinus autem illa quidem agnouit faciem: malus autem dæmon vociferans reliquit puel- *Sabini meritis sanatur dæmoniaca.*
lam. Hæc præclara fecerunt facinora magni Marciani discipulorum discipuli. Tales vbique plãtas *Intercessio sanctorum.*
plantauit plantator optimus. Ego autem huic narrationi rursus finẽ imponens, rogo & quæso vt per
horum omnium intercessionem diuinum consequar auxilium.

B EVSEBIVS. SECT. IIII.

QVales quales quidem Deo obtulerit fructus desertum sterile, nempè pulchros, & maturos, & ei EVSEBIVS.
qui plantauit gratos, & iis qui sapiunt hominibus charos & maximè expetendos, ostendimus *De eo nonulla idem Theod. lib. 4. hist. eccl. cap. 26. Sozom. lib. 6. cap. 3. Niceph. lib. 11. cap. 37.*
in iis quæ iam scriptę sunt narrationibus. Ne quis autem existimet virtutem esse loco circumscriptã,
& solam solitudinem esse aptam ad tales ferendos redditus, agè transeamus deinceps oratione ad
terram quæ habitatur: & ostendamus ad parandam philosophiam eam minimè esse impedimẽto.
Est mons altus, qui Antiochiæ quidem situs est ad orientem: Berhœæ autem ad occidentem, om-
nes autem montes propè sitos superat: in summo autem cacumine imitatur figuram conoidem, ab
altitudine autem accepit denominationem. Κορυφὸω enim, id est verticem, cum solent appellare ac-
colæ. Olim in eius summo vertice erat templum dæmonum, quod apud vicinos in magno erat ho- *Templum dæmonum.*
nore. Subtus autem ad meridiem patet campus, sinus præ se ferens figuram, qui vtrinque coërcetur
vlnis non admodum altis. Pertinent autem eæ vsque ad viam qua equitatur, quæ vtrinque à meri-
C die ad septentrionem sectæ sunt, semitas excipientes. In eo autem sunt constructæ villæ & magnæ, *Teledauicum.*
& paruæ, conuenientes iis qui sunt vtrinque montibus. Propter ipsas autem excelsi montis oras, est
quidam vicus maximus & populo frequentissimus: vocabulo autem regionis eum vocant Teledã: *Φρόντιστη-*
in superiori autem parte lateris montis, est quidam saltus non admodum accliuis, sed qui modicè *ρια philosophiæ monasticæ gymnasium.*
inclinatur, spectans ad illum campum & ventum austrum. In eo, philosophiæ gymnasium exstruxit
quidam Ammianus, vir qui cum multis quidem aliis virtutibus esset clarus, tum summa modestia
superabat alios. Hoc autem satis est argumẽti, Etenim cùm ad doctrinam, non solum suis sodalibus,
sed vel bis totidem aliis posset sufficere, sæpè ad magnum accurrebat Eusebium, rogans & suppli-
cans vt is esse vellet adiutor, pædotriba, & magister eius palæstræ quam fundauerat. Aberat autem
vigintiquinque stadiis, in quodam valdè paruo habitaculo, & quod nec fenestras quidem habebat,
inclusus. Eum autem ad hanc virtutem deduxerat Martianus, eius quidem patruus, fidelis autẽ Dei
seruus. Sufficit enim hoc dicere, cùm etiam magnum Mosem hoc cognomine honorarit Dominus.
D Hic Martianus cum diuinum gustasset amorem, noluit solus frui bonis: sed multos etiam fecit alios *Martianus Eusebij patruus.*
in amore socios. Venatus est autem & magnum Eusebium, & eius fratrem qui in vita verè quoque
erat frater. Non existimauit enim rationi esse consentaneum, vt eos quidem qui ad eum nihil attine-
bant venaretur ad virtutem, fratres autem non itidem. Hos ergo ambos cùm in parua inclusisset
domuncula, eos euangelicam vitæ docebat rationem. Sed fratrem quidem morbus inuadens, illum
cursum interrupit: morbum mors autem est consecuta. Nam cùm paucis diebus vixisset postquam
illinc est egressus, vitæ finem accepit. Permansit autem magnus Eusebius toto tempore vitę patrui,
neque cum vllo loquens, neque lucem intuens, sed perpetuò inclusus: & post illius mortem hanc
vitam est amplexus, donec admirabilis ille Ammianus, ei multis delinito precibus persuasit. Dic
enim mihi, ad illum dicebat, ô optime, Cuínam placere existimans, laboriosam hanc sordidámque,
& squallidam vitam es persecutus? Cùm autem, vt par est, is vtique dixisset, Deo qui est virtutis le- *Ammianus.*
gislator & magister. Quoniam ergo eum amas, inquit Ammianus, ego tibi modum ostendam, per
quem & amorem magis accendes, & ei quem amas seruies. Nam quòd omnis tua cura & industria
E in teipsam conuertatur, non effugiet, vt sentio, crimen nimij in te ipsum amoris. Lex enim diuina *An nosmet amare debeamus.*
iubet proximum amare vt teipsum. Multos autem opum sumere participes hoc est proprium veri
muneris charitatis. Hanc autem diuinus Paulus appellauit legis plenitudinem. Rursus quoque cla- *Rom. 13. Galat. 5.*
mat. Tota lex, & prophetæ in hoc sermone in summam rediguntur, nempé, Diliges proximũ tuum *Ioan 21. Ezech. 34.*
sicut teipsum. Porrò autem Dominus quoque in sacris euangeliis, Petro qui confessus est eum ama- *Elias & Ioannes Baptista principes vitæ monasticæ.*
re plus aliis, præcepit pascere oues suas. Eos autem qui hoc non fecerunt reprehendens, clamat per
prophetam ô pastores, Non seipsos pastores pascunt, non oues; Et ideo magnum quoque Eliam qui
hanc vitam persequebatur, iussit versari in medio impiorum: & secũdum Eliam, tantoperè celebra-
tũ Ioannem, qui amplectebatur solitudinem, transmisit ad ripas Iordanis, illic baptizare iubens, &
prædicare. Quoniam ergo tu quoque es Dei qui te fecit ardẽs amator, multos quoque tecum alios
effice amatores. Hoc enim est valdè gratum communi Domino. Propterea Ezechielem quoque

appellauit speculatorem, & peccatoribus iussit testificari: & Ionam iussit currere Niniuem: & nolentem transmisit in vinculis. Cùm hæc diceret & similia, diuinum virum mansuefecit, & voluntario illo effosso carcere, eduxit & abduxit, & suorum sodalium ei curam tradidit. Ego autem nescio vtrũ plus admirer, huiúsne moderationem, an illius obedientiam, & quòd ab eo sit persuasus. Is enim fugiebat principatum, & magis volebat esse ex iis qui parebant, vt qui præfecturæ formidaret periculum: & magnus Eusebius auersabatur quidem cum pluribus conuersationem, cessit tamen, & captus retibus charitatis, suscepit curam gregis, & duxit chorum: non multis verbis opus habens ad docendum. Sufficiebat enim vel solus aspectus, vt vel longè tardissimum celerem efficeret ad cursum virtutis. Dicunt autem qui viderunt, eum semper habuisse grauem vultum, & qui poterat timorem afferre spectãtibus. Cibum autem ipse quidem capiebat tertio & quarto quoque die. Iis autem qui secum habitabant iubebat vesci alternis diebus. Præcipiebat autem cum Deo assiduè colloqui, & nullum tempus relinquere vacuum ab hac operatione: sed communiter quidem præfinita exequi officia: partes autem diei quæ intercedunt, vnumquenque per se, vel sub aliqua vmbra arboris, vel propter petram aliquam vel vbicunque quiescret aliquis, vel stantem, vel humi iacentem, rogare Dominum, & petere salutem. Ita autem vnamquanque ex partibus corporis edocuit virtutem, vt illa faceret quæ sola permittit ratio. Vt autem hoc reddam manifestum omnibus, mentionem faciam vnius eius narrationis. Sedebat super quandam petram ipse & Ammianus ille admirabilis: & diuinorum euangeliorum historiam alter quidem legebat: alter verò eorũ quæ erant obscuriora explicabat sententiam. Cùm autem quidam Agricolæ in subiecto campo terram colerent, ad hanc contemplationem magnus tractus est Eusebius. Cùm autem diuinus Ammianus legisset locũ euangelicum, sciscitaretur autem interpretationem, iussit magnus Eusebius vt repeteret lectionem. Cùm is autem dixisset, Iis qui arant fortè delectatus, minimè exaudiisti, vt est verisimile: suis deinceps oculis legem tulit, vt neque campum illum vnquam contemplarentur, neque cœlesti pulchritudine, & chori astrorum aspectu fruerentur: sed angustissima vtens semita, cuius mensurã aiunt fuisse vnius palmi, ferente ad oratorium, extra eam deinceps egredi non est passus. Dicunt autem eum plusquam quadraginta annis vixisse post hanc legem. Vt autem cum animi sui sententia, ad hæc quoque cum traheret aliqua necessitas, cum lumbos zona ferrea alligasset, & grauissimum collare collo imposuisset, aliquo alio ferro coniunxit zonam collari qui erat collo impositus: vt hoc modo inclinatus, conaretur assiduè in terram despicere. Has ipse de se exegit pœnas: quòd illos esset contemplatus Agricolas. Hoc autem & multi quidem alij me docuerunt ex iis qui illum nouerunt, & res eius optimè sciuerunt, narrauit autem senex quoque magnus Acacius, cuius prius quoque meminimus in aliis narrationibus. Dixit autem se eum quoque aliquando interrogasse cùm eum sic vidisset incuruatum, Quámnam capiens vtilitatem, neque cœlum patiatur aspicere, neque campum illum subiectum contemplari: neque ex angusta illa via egredi: eum autem dixisse se hæc moliri aduersus maligni dæmonis machinationes. Nam ne, inquit, de magnis bellum gerat, conans auferre temperantiam & iustitiam, & iram armans, & cupiditatem accendens, & vt fastu efferar & superbia intumescam efficiens, & quæcunque aduersus eam machinatur animam, conor hostem ad hæc parua traducere: in quibus etiam si vicerit, non magnum affert detrimentum: etsi victus fuerit, euadit magis ridiculus, vt qui ne in paruis quidem possit euadere superior. Quoniam ergo noui hoc bellum minus periculosum, non valdè enim feritur qui in his damni aliquid accipit: Quod enim damnum est vel videre campum, vel in cœlum oculos attollere, ad hoc me genus pugnæ transtuli. In hac enim me nec ferire potest nec perimere. Nõ sunt enim hæc iacula læthifera, vt quæ illis ferreis careant aculeis. Hæc se audiuisse dixit magnus Acacius, eiúsque se admiratum esse sapientiam, virtutémque bellicam & experientiam. Quamobrem hoc quoque narrabat eis qui talia discere cupiebant, vt admirabile & dignum quod mandetur memoriæ. Hæc eius gloria cùm in partes omnes vndique peruaderet: ad se attraxit omnes virtutis amatores. Venerunt autem diuinissimi quoq; Iuliani, senis, cuius prius persecuti sumus narrationem, qui optimi gregis erant perfecti. Postquã enim vir ille diuinus, fine vitæ accepto, migrauit ad vitam supernam, ad magnum accurrerunt Eusebium, melius esse rati rectè regi quàm regere & præesse. Iacobi autem, cuius prius quoque iam memini, cùm summatim eius ostendi virtutem, nunc quoque euidens argumentum ostendam summæ eius philosophiæ. Postquam ille diuinus hinc excedens Eusebius, iussit eum præesse gregi, & recusans curationem, non persuasit cupientibus eum hanc curam suscipere, abiit ad alium gregem, malens pasci quàm pascere: Et cùm plurimo tempore superuixisset, hanc vitã sic finiit. Suscepit itaque illam præfecturam Agrippa, vir qui & multis aliis ornatus erat bonis, præcipuè autem puritate animæ: per quam & diuinæ pulchritudinis visionem assiduè apprehendens, & illius amoris igne accensus, irrigabat genas perpetuis lachrymis. Cùm is autem longo tempore electum illum & diuinum gregem rectè pauisset, deinde è vita excessisset, Dauides ille diuinus cuius aspectu mihi quoque frui cõtigit, suscepit præfecturam: vir qui re vera, ex diuini apostoli sententia, mortificauerat membra quæ sunt super terram. Tãtum enim fructum cœperat ex doctrina magni Eusebij, vt quadraginta quinque annos egerit in illo monasterio, absque ira autem & excandescentia toto hoc tempore vixerit. Neque enim post susceptam præfecturam vidit eum aliquis superatum ab hac animi perturbatione, idque cùm, vt est verisimile, essent innumerabilia quæ cogerent. Centum enim & quinquaginta viri

Eusebij gratuitas & iciunium.

Hoc est orare: nam dũ oramus, Deum alloquimur cũ sacras scripturas legimus, nobiscũ Deus loquitur Chrisost. lib. de orãdo Deũ

Oculorũ concupiscẽtiæ dominantur.

Zona ferrea.

Acacius.

pugna spiritualis.

De Iuliano.

Iacobus recusat prælaturã.

Agrippa monachus.

Dauides.

Centum & quinquaginta viri sub Dauide.

A viri pascebantur ab illius dextera: aliqui quidem summa & excellenti virtute, & eam quæ est in cœlo viuendi rationem imitantes: alij verò qui pennas tunc primùm producebant, & terram transilire, & superuolare docebantur. Et tamen cùm tot essent qui diuina docebantur, & aliquid, vt est verisimile, delinquerent, neque enim facilè fieri potest, vt qui modo ventitat, rectè se gerat in omnibus; mansit immobilis vir ille diuinus tãquam incorporeus, nulla eum occasione ad iram excitante. Hoc enim non solum accepi ex auditione, sed etiam ex experientia. Nam cùm aliquando desiderassem videre illum gregem, accessi habens etiam alios socios peregrinationis, qui eandem quam ego vitam amplectebantur. Toto ergo tempore hebdomadæ apud illum virum diuinum degentes, vidimus eius vultum nullam accipere mutationem, neque nunc quidem hilaritate diffundi, nunc verò tristitia contrahi. Oculos quoque similiter, non aliquando quidem truces ac toruos, nunc verò lætos: sed in eodem semper honesti decorísque tenore permanere. Hi autem sufficiunt ad arguẽdum animi tranquillitatem. Sed verisimile est existimatorum quempiã eum talem esse visum, quòd nulla eum moueret causa. Quamobrem necesse habeo eiusmodi quid narrare quod accidit, cùm nos illic essemus. Sederat apud nos vir ille diuinus de philosophia agitans rationes, & quærẽs id quod est summum euãgelicæ vitæ institutionis. Cùm autem interessent eiusmodi sermones, Publius quidam, genere quidem Romanus, moribus autem ipse quoque admirãdus, & sacerdotij honore præditus, & illius præfecturæ secundas partes obtinens, ad nos venit aduersus diuinum Dauidem vociferans, & commune damnum illam nominans lenitatem: & omnibus perniciem afferre dicens eius mansuetudinẽ, & amentiam, non modestiam, summam illam vocans philosophiam. Ille autem habens animam veluti adamantinã, accipiebat quidem rationes, non pungebatur autem ab iis quæ sua natura solent pungere: vultum itaque non mutauit, neque sermonem institutum dimisit, sed cũ leni voce & verbis serenitatem animæ significantibus, illum senem dimisit: rogans eum vt eorum quæ vellet curam gereret. Ego autem cum his qui ad nos venerunt loquor, vt vides, existimans necessarium esse hoc officium. Quomodo ostenderit quis melius animi lenitatem? Eum enim cui illa credita erat præfectura, talem accepisse contumeliam ab eo qui tenebat secundas partes, præsentibus maximè hospitibus, & maledictum audientibus, & nullam iræ subiisse tempestatem & perturbationem, quam non magni & excelsi animi virtutem superat & fortitudinem? Ac diuinus quidem Apostolus considerans humanæ naturæ imbecillitatem, eam quam fert legem, natura metiens. Irascimini, inquit, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nam cùm iræ quidem motus nosset esse naturæ, non nostri abitrij, noluit lege ea decernere, quæ essent laboriosa, & fortè etiam eiusmodi vt fieri non possent: sed motui naturæ & iræ tempestati mensuram præfinit, diem: iubens rationi vt eam compescat, & tanquam freno reprimat, & non concedat progredi vltra terminos. Vir autem hic diuinus vltra leges quæ latæ sunt decertauit, & sepra transiliit: non vsque ad vesperam iræ vt moueretur concedens, sed nec vt moueatur quidem omninò permittens. Talem fructum accepit is ex magni Eusebij consuetudine. Vidi multos quoque alios in illo tugurio qui huius philosophiæ amatores fuere & æmulatores: alios quidem in flore corporis: alios verò etiam in profunda senectute. Nam cùm plus quam nonaginta annis vixissent homines, laboriosam vitã noluerunt relinquere, sed insignes fuere obeuntes labores iuuẽtutis, noctu quidem, & interdiu Deum laudantes, & sacra illa officia peragentes: post duos autem dies vilibus illis cibis vescentes. Vt alios autem prætermittam, qui non sunt quidem digni qui fileãtur, sed vel maximè laudentur & celebrẽtur: sed ne sit prolixior quàm par sit narratio, in diuino illo loco fuit quidam, cum autem Abbatem nominant, qui ex Ismaelitide quidem radice germinauit, non fuit autem iectus à domo Abrahæ, vt is à quo genus duxerat, sed paternæ hæreditatis fuit cum Isaac particeps, vel potius ipsum rapuit regnum cœlorum. Is Monasticæ huius exercitationis protinus attigit institutionem apud quẽdam qui tunc habitabat solitudinem, qui eos optimè exercebat: erat autem ei nomen Marosas. Post hæc autem ille quoque aliis præesse desistens, ad hunc cum Abbate venit gregem: nec paruo vixit tempore, sed cùm præclarè decertasset, & insignis euasisset, excessit ex hac vita. Hic autem illic quidem fuit continuos triginta & octo annos: ita autem desiderabat laborare, vt qui modò laborare cœpisset. Nam in hodiernum vsque diem pedes nunquam texit calceis. Cùm est autem frigus, in vmbra sedens, in æstu solem suscipit, & tanquam auram Zephyri, quæ ex eo procedit flammam excipit. Toto autem hoc tempore, aquam potare non passus est: non illa comedens quæ iis exhibentur, qui ad E non bibendum se exercent: solent enim ij vti cibis humidioribus: sed iis vtens cibis quibus alij. Verùm pauca comedens, & quæ modicas ei vires afferunt, existimat vsum aquæ superuacaneum. Grauí autem ferro lumbos succinctus, rarò quidem sedet, noctu autem, & maiori parte diei, vel stãs, vel flectens genua, offert Domino officium precationis: vsu autem accubitus se omninò priuauit. Nemo enim in hodiernum vsque diem eum vidit cubantem. Quinetiam cùm est chori denunciatus Coryphæus, & ei contingit vt præsit, totum hunc laborem fert prompto & alacri animo, se iis qui eius parent imperio præbens exemplar philosophiæ. Tales victoria insignes decertatores, diuinus Eusebius, horum certaminum prædotriba & exercitator, exhibuit Domino: & cum alios quoque plurimos tales fecisset, eos transmisit doctores ad alias palæstras, qui totum illum sacrum montem diuinis his pratis & suauem emittentibus odorem impleuere. Nam cùm ad orientẽ ab initio fuisset illius exercitationis monasticæ tugurium, licet videre eius philosophiæ fœtus ad occidentẽ, & me-

Dauidis vultus minimè mutatur.

Publius Rom. sacerdos.

Dauid ne quidem accepta contumelia mutatus.

Psal. 4. ” ” *Dies iræ præfixa.*

Orationes nocturnæ.

Marosas Abbas.

Victus.

Ferrum circa lumbos.

Situs tugurij.

ridiem, veluti quasdam stellas circa lunam choros ducentes: & alios quidem græca, alios verò eius F
in qua habitant regionis voce, laudantes creatorem. Sed enim id aggredior quod fieri non potest, cupiens omnia persequi quæ à diuina illa anima rectè gesta fuere. Huic ergo narrationi finis est imponendus, & ad aliam conuertenda est oratio, & rursus est addenda quæ illinc capitur vtilitas, cùm horum magnorum virorum benedictionis rogauerimus vt simus participes.

PVBLIVS. Sect. V.

PVBLIVS. Hūc Zeugmatensem vocat Niceph. li.11. cap. 41. & Theodor. lib. 4. cap. 26.

Publius ex ordine senatorio.

Zeugma op.

EOdem tempore fuit quidam Publius, & propter formam spectatu dignus, & anima præditus quæ formæ conueniebat, vel potius eam ostendens corpore magis admirabilem. Is ex senatorio quidem ordine ducens originem, natus autem ex ciuitate apud quam Xerxes ille, cuius vbique est fama tam celebris, in Græciam bellum gerens, & volens exercitu fluuium Euphratem transmittere, nauium congregata multitudine, eiisdem inter se coniunctis, & hoc modo super fluuium ponte constructo locum zeugma, id est coniuncturam appellauit, & ciuitatem ex re denomi- G
nauit. Ex ea ortus & ex tali genere procreatus, altum locum occupat, qui distabat ab vrbe non plus quam triginta stadiis. In eo cùm quandam paruam extruxisset domunculam, omnia quidem vendidit quæ à patre acceperat, domum inquam, & possessiones, & greges, & vestes, vasáque argentea & ænea, & si quid erat cū his aliud. Et cùm ex lege diuina ea diuisisset iis quibus oportebat, & se ab omni cura terrena liberasset, illam vnam curam suscepit pro omnibus, nempè vt ei seruiret qui eum vocauerat: eámque animo perpetuò versabat: noctu diúque considerans & perscrutans quemadmodum eam augeret. Ea de causa ei labor crescebat quotidiè, ampliórque & intensior euadebat indies, erátque dulcis & voluptate plenus, & procul expellens satietatem. Nemo enim eum vnquam vidit quiescentem vel minima parte diei, sed psalmodiam quidem oratio: orationem verò psalmodia: vtrumque autem excipiebat diuinorum eloquiorum lectio. Deinde cura hospitum venietium.

Orationem sequitur lectio.

Deinde fiebat aliquid ex operibus necessariis. In his vitæ iter ingrediens, & iis qui imitari volebant exemplar virtutis propositus, veluti quædam auis canora, multos sui generis in hæc retia coëgit salutaria. Cæterum ab initio quidem nullum habere passus est qui secum habitaret: sed paruas domū- H
culas foribus vicinas ædificans, vnumquenque ex iis qui conueniebant, iubebat per se degere: domunculas sæpè inuisens, & perscrutans, nunquid præter vsum habeant repositum. Aiūt autem eum quoque accedentem ad trutinam, panis mensuram diligenter perpendisse: & si quando inuenisset plus quàm esset definitum ægrè tulisse, & eos qui hoc faciebāt, helluones appellasse. Iubebat enim neque comedentes, neque bibentes expectare satietatem: sed tantum capere quātum satis esset ad tuendam vitam corporis: siquando autem vidisset etiam farinam opertam furfure, eos qui hoc fecissent impetebat maledictis, vt qui Sybariticis fruerentur delitiis. Porrò autem noctu quoque ex improuiso veniens ad ostium vniuscuiusque, si aliquem quidem inuenisset vigilantem, & Deum laudantem, recedebat tacitus. Si quem autem sensisset dormientem manu quidem pulsabat ostium, lingua autem in eum qui iacebat inuehebatur, vt qui corpus plusquam oporteret curaret. Hūc eius laborem cùm considerassent aliqui qui erant eiusdem animi & sententiæ, ad eum retulerunt vt omnibus vnum edificaret habitaculum. Eos enim qui nunc sunt dispersi exactius & accuratius dixerūt esse victuros, eúmque fore liberum à magna parte solicitudinis. Probauit consilium vir sapientissi- I
mus, & cùm omnes simul coëgisset, & paruas illas diruisset domunculas, iis autem qui erant congregati vnam ædificasset, rogauit vt simul viuerent & se inuicem incitarēt: & hic quidem illius imitaretur mansuetudinem, ille verò mansuetudinem huius zelo temperaret. & alius communicans vigilias, acciperet ieiunij disciplinam. Sic enim, inquit, à nobis inuicem id quod deest sumentes, perfectissimam efficiemus virtutem. Quomodo enim in foris ciuitatum, alius quidem vendit panes, alius verò olera: alius habet vestes venales, alius est opifex calceorum: à se autem inuicem id quo opus habent comparantes, vitam agunt iucundiorem. Qui dat enim vestem, pro ea accipit calceos. Qui autem emit olus, vendit panem. Ita nos oportet inuicem permutare virtutis partes pretiosissimas. Cùm qui erant eiusdem linguæ sic exercerentur, & decertarent, & Græca voce Deum laudarent, huius vitæ instituti eos quoque cepit amor qui lingua vtebantur illius regionis: & concurrentes aliqui supplicarunt vt ipsi quoque in eorū gregem admitterentur, & essent eius sacræ doctrinæ participes. Concessit autem quod postulabant, legis memor Dominicæ K
quam sanctis tulit Apostolis, dicens, Euntes docete omnes gentes: & cùm iuxta illud habitaculum ædificasset alterum, eos iussit illic degere, diuino quodam tēplo constructo, in quod iussit, & hos, & illos conuenire, incipiente die & desinente: vt vespertinos & matutinos hymnos Deo simul offerrent: in duas quidem diuisi partes, & singuli sua voce vtentes, ex successione autem canticum emittentes. Permansit autem in hodiernum vsque diem forma eius instituti: & neque tempus, quod hæc talia mutare vehementer contendit: nec ij qui illius successere curationi, vt ex limitibus ab eo positis aliquid euerterent, in animum induxere: ídque cùm non duo vel tres, sed plures hanc susceperint præfecturam. Cùm primum enim ille certamen implesset, & ex hac vita excessisset, & in illam omni molestia vacuam commigrasset, Theotecnus quidem Græcæ linguæ: Aphtonius verò Syriæ præfecturam accepere, qui vtrique illius virtutis fuerūt quædā animatæ statuæ & imagines. Neque enim iis

Communicatio bonorum spiritualium.

In Monastica non omnes omnia.

Templū constructum.

Hymni matutini & vespertini.

Theotecnus Aphtonius.

A enim iis qui simul conueniebant, neque iis qui extrinsecus adueniebant concesserunt mortis illius vllum habere sensum, vt qui illius vitæ instituti seipsos expressa ostenderent simulachra. Sed diuinus quidem Theotecnus cùm non diu vixisset, tradidit Theodoto præfecturam. Aphtonius autem gregis curam gerens, & iam latis legibus regens, permansit diutissimè. Hic autem Theodotus ex Armenia oriundus, cùm exercitationis Monasticæ illum vidisset ordinem, primum quidem erat in numero eorum qui magno parebāt gubernanti Theotecno. Postquam autem, vt dixi, ille quidem excessit, ipse verò accepit præfecturam, eam tot bonis exornauit, vt fama sua priores propemodū obscurarit. Sic enim eum diuinum affecit desiderium, eúmque tot & talibus consauciauit iaculis, vt noctu & interdiu effunderet lachrymas compunctionis. Erat autem spiritali tanta plenus gratia, vt eo quidem precante, silerent quidem omnes qui aderant, solum autem illa sacra verba audirent, illam auditionem planè ducentes bonam precationem. Quis enim fuisset adeò adamantinus, vt illis verbis tam sincerè & germanè prolatis, non demulceretur anima, illiúsque duritiem emolliret & in obedientiam, & ad Deo seruiendum traduceret? Cùm sic opes augeret quotidiè, & sacros ostende-

Theodotus.

B ret thesauros talibus bonis plenos, postquam viginti quinque annis gregem pauisset, adiectus est ad patres suos, vt diuina dicit scriptura, in bona eductus senectute, traditis habenis Theotecno, qui erat quidem genere fratris filius, frater autem moribus. Iam verò diuinus quoque Aphtonius, cùm plus quàm quadraginta annis choro præfuisset, sedem accepit pontificalem: nec cilicium mutans monasticum, nec tunicam contextam ex pellibus caprarum. Iisdem quoque cibis vescebatur quibus antequam fieret Antistes. Quinetiam quamuis hanc accepisset curationem, nihilo secius curam gerebat illius gregis, illic multos dies versans: & nunc quidem componens eorum lites qui inter se depugnabant: nunc verò eis consulens qui erant aliqua affecti iniuria: aliquando autem sodalibus diuinam porrigens admonitionem. Faciebat autem vnumquodque horum, vel contubernalium interim pannos consuens, vel lentem expurgans, vel frumentum abluens, vel aliquid tractans ex iis quæ sunt eiusmodi. Cùm sic autem & pontificatum ornasset, & virtutem auxisset, ad diuinum portum peruenit cum suis oneribus. Et quid opus est dicere de Theotecno, & qui illū secutus est Gre-

Theotecni æquanimitas.

Vitandum otiū, alioquin etiam prælato mechanicis vtendum.

C gorio, quorum ille quidem à iuuentute omne genus virtutis collegit, & cùm maiorum suorum excessit gloria: hic verò adhuc in hodiernum diem laborat in profunda senectute, perinde ac si esset in florenti ætate. Perstitit enim vitis fructum perpetuò recusans, & nec aceto quidem vel vuis passis vescens: non lactè, neque recenti, nec concreto. Sic enim viuere magnus cōstituit Publius. Olei autem vsum agnoscentes in tempore Pentecostes, rursus recusant eius esse participes. Hæc didici de magno Publio, quæ partim quidem audita accepi, partim verò ab ipsis eius quos vidi discipulis, in quibus agnoui præceptorem, & per Athletas didici Pædotribam. Iniquum igitur esse arbitratus, & hominis mundi, tantam vtilitatem mandare silentio, iis qui ignorabant proposui narrationē, vt & ipsi vtilitatē hinc accipiant procurans, & memoriæ hinc mihi quæstū parans. Audiui enim Dominum, dicentem: Quicunque me confitebitur coram hominibus, ego quoque eum confitebor coram Patre meo qui est in cœlis: & planè scio quòd si eorum memoriam fecero in hominibus, futurum sit vt ij quoque mei meminerint apud Deum vniuersorum.

SYMEONES PRISCVS. Sect. VI.

Symeones. Huius meminit Theod. hist. Eccl. lib. 4. cap. 26. Euagr. lib. 4. cap. 33. Niceph. li. 17. cap. 22.

Spelunca, domus Symeonis.

Imperare feris.

D SYmeonem autem senem si quis de industria prætermiserit, & illius philosophiæ memoriam mādarit obliuioni, iniuriæ, & inuidiæ meritò accusari poterit, vt qui neque velit laudare ea quæ sunt laude digna, nec iis qui volunt iuuari ea proponat quæ sunt maximè expetenda. Ego autem non, ne accuser metuens, sed laudibus eum prosequi cupiens, narrabo eius vitæ institutū. Is enim longissimo tempore perpetuò vitam amplexus est solitariam: & in parua quandam spelunca vitam agens, nulla humana fruebatur anima, solus enim viuere statuerat: sed cum Deo vniuersorū loquebatur assiduè. Herbas autem esculentas sibi parabat cibum. Ea in re eius labor cōsumebatur. A superis autem tam copiosa donatus erat gratia, vt vel fortitissimis & audacissimis imperaret bestiis. Idq; non solis piis sed etiam incredulis Iudæis euasit manifestum. Nam cùm propter aliquod eorum negotium, peregrè proficisceretur ad aliquod castellū quod situm erat extra eam quæ à nostri imperij hominibus habitatur regionem, ortus autem esset imber vehemens & ingruisset tempestas, à via quidē aberra-

E runt, ut qui anteriora videre non possent: errabant autem per solitudinem, nec vicum, nec antrum, nec viatorem aliquem inuenientes. Cùm autem in medio continente non secus vndis iactarentur, quàm ij qui nauigant in mediis fluctibus, diuini Symeonis antrum, veluti quēdam portum, animaduertere: sordidúmque & squallidum hominem aspexere, & quandam exiguum ex pelle caprina cōtextum pannum habentem super humeros. Ille autem simul ac vidit, eos salutauit, erat enim affabilis, & eos rogauit causam aduentus. Postquam autem narrarunt quod euenerat, & rogarunt vt eos doceret viam quæ ducit ad castellum. Manete, inquit, statim vobis dabo duces qui ostendēt viam quam desideratis. Atque ij quidem tunc parebant & quiescebant. Ipsis autem sedentibus, venere duo leones, non toruè, & ferociter intuentes, sed veluti cuidam Domini blandientes, & seruitutem significantes. His annuens, iussit vt hospites ducerent, & ad viam à qua aberrarent, reducerent. Nemo autem existimet fabulosam esse narrationem, cùm communes veritatis hostes habeat ferentes veritati testimonium. Ipsi enim consecuti beneficium, hoc perpetuò eccine-

Sordidus vir tamen sanctissimus.

Leones viæ duces dati.

runt: hòcque mihi hic magnus narrauit Iacobus, dicens se affuisse, cùm hoc beato Maroni narrarēt F miraculum. Qui ergo non credit Iudæis de Christianorum miraculis ferentibus testimonium, quomodo non meritò vocabitur Iudæis infidelior? siquidem illi, etiamsi in nos sint infesto animo, vincuntur tamen, & cedunt radiis veritatis: hi autem cùm existimentur beneuoli, & fidei socij, ne inimicis quidem credunt virtutem gratiæ testantibus. Cùm autem vir ille diuinus talibus miraculis euasisset insignis, & multos attraxisset ex vicinis barbaris, illam autem habitant solitudinem qui de Ismaële generis auctore gloriantur, quietis amans: necesse habuit speluncam relinquere, Et cùm multum viæ confecisset, peruenit ad montem qui Amanus dicitur: idque quod olim erat refertum insania multorum deorum cultus, multis iisque omnis generis excoluit miraculis, pietatémque ac veram religionem quæ nunc in eo exercetur plantauit. Sed omnia quidem narrare valdè esset laboriosum, & fortasè id à me præstari minimè posset. Cum itaque vnius mentionem fecero, & veluti quandam formam characterémque Apostolici & Prophetici miraculi adiecero, relinquam deinceps cogitandum lectoribus cuiusnam gratiæ virtutem acceperit. Æstas erat, & messis, & ferebantur manipuli in areas. Vir autem quidam qui non erat suis iustis contentus labo- G ribus, sed aliena concupiscebat, proximi quidem aliquot sustulerat manipulos, per hæc autem conabatur suum augere cumulum: sed statim in eius furtum diuina lata est sententia: cecidit fulmen, & exusta est area. Miser autem ille ad Dei hominem accessit, qui non procul à vico fixerat tabernaculum: & quæ sibi quidem acciderat, narrabat calamitatem, furtum autem celare conabatur. Postquam autem vera dicere iussus, est furtum confessus: coëget enim casus vel seipsum accusare, iussit vir ille diuinus, vt corrigendo iniuriam, faceret vt liberaretur à pœna. Nam si tu, inquit, illos solueris manipulos, extinguetur ille ignis immissus diuinitus: licebat ergo videre illum quidē currētem, & spicas furto surreptas ei cui facta fuerat iniuria offerentem, pyram autem absque igne extinctam, diuini senis oratione & intercessione. Hoc non incolas solùm impleuit terrore, sed etiam totam ciuitatem, Antiochiam inquam: erat enim in eius ditione hoc prædium, coëgit illuc currere: & vnum quidem petere vt liberaretur à rabie Dæmoniaca, alium verò, vt quiesceret febris: alium autem vt alicuius ex iis quæ eum cruciabant consequeretur remedium. Ille verò, iis qui inhabitabant, gratiæ fluenta abundè suppeditabat. Sed rursus amans quietis, ad montem Sinæum voluit peruenire. Cùm H autem id sciuissent multi viri optimi, & qui eandem persequebantur philosophiam, simul accurrerunt cupientes esse socij eius peregrinationis. Cùm autem iter multorum dierum cōfecissent, postquam in Sodomiticam venerunt solitudinem, vident eminus viri manus quæ ex profundo in altum expandebantur. Et primum quidem existimabant esse fraudem Dæmonis. Cùm autem maiore animo studio precati essent, & eadem vidissent, profecti sunt ad illum locum: & vident quidem paruam fossam, qualem solent vulpes facere, cùm quæ subeant lustra machinantur: nullum autem illi videbāt illic apparere. Nam cùm sensisset pedum strepitus qui manus habebat extensas, se intra cauernam occultauerat. Diu autem moratus senex, valdè rogauit vt se illi ostenderet si humanam habeat naturam, & non sit impostor aliquis Dæmon, qui se in has formas verteret. Etenim nos quoq;, inquit, persequentes vitam monasticæ exercitationis, & quietem amantes: erramus per hanc solitudinem, in monte Sina cupientes adorare Deum vniuersorum, in quo cùm Mosi seruo suo apparuisset, dedit legum tabulas: nō quòd existimemus Deum esse loco circumscriptum: audimus enim I cum dicentem, Cœlum & terram ego impleo, inquit Dominus: & quòd contineat terræ ambitum, „ & eos qui in ea habitant tanquam locustas: sed quoniam ij qui ardenter amant, non solum eos qui „ amantur desiderant, sed etiam illis loca grata sunt & iucunda in quibus ij fuere præsentes, & in quibus versati sunt. Hæc & similia cum diceret senex, ex cauerna se ostendit homo qui in ea delitescebat. Erat autem aspectu quidem agrestis, coma squallida, facie corrugata, ex siccatis & planè exanguibus omnibus membris corporis. Erat autem sordidis quibusdam pannis indutus, ex cōsutis palmarum germinibus. Cùm autem salutasset, & pacis verbum dedisset, rogauit quinam essent, & vnde venirent, & quò abirent. Ille autem & ad rogatum respondit, & vicissim rogauit vndénam venisset, & cur hanc vitam delegisset. Idem, inquit, me quoque cœperat desiderium eò eundi quò vos nunc itis. Huius autem vitæ socium assumpseram quendam meum familiarem, & qui erat eiusdem animi & setentiæ, & cui erat idem qui mihi scopus & institutum. Adegeramus autem nos inuicem iureiurando, ne nisi morte quidē nostrā seiungere cōsuetudinē. Accidit ergo vt is quidem in peregrinatione vitæ finem hic acciperet. Ego autem iureiurando astrictus, & fossam feci vt potui, & cor- K pus tradidi sepulturæ: propter hoc vero monimentum effosso mihi altero sepulchro, vitæ finem hic expecto, & Domino cōsuetum offero officium. Vescor autem dactylis, quos ad me afferre ab eo qui curam gerit iussus est quidam frater. Hæc cùm sic dicerentur, leo procul apparuit. Cùm autē ij qui erant cum sene, animi angore & metu cecidissent, sentiens is qui iacebat in cauerna, surrexit & leoni annuit, vt transiret ad aliam partem. Is autem statim paruit & venit, botrum afferens dactylorum. Deinde rursus abiit cùm sibi fuisset permissum, & procul à viris decumbens obdormiit. Cum ergo dactilos diuisisset omnibus, & eorum precibus, & psalmodiæ communicasset, & post finem matutini officij salutasset, eos dimisit nouitate spectaculi stupefactos. Si quis autem non habet fidem iis quæ dicta sunt, recordetur vitæ insignis Eliæ, & coruorum ministerij, qui manè quidem panem, vesperè autem ei carnem perpetuò afferebant: vniuersorum enim effectori

Iudæis innotuit Symeonis sanctitas.

Mons Amanus.

Fulmen in eius aream qui alterius manipulos furatus fuerat.

Restituenti mitescat ignis

Mons Sinæus.

Videntur eminus tantū monachi cuiusdam manus.

Hierem. 23.

Describitur senex monachus.

Leo adfert dactilos.

A effectori est facilè, vt suis prouideatur, omnē viam inuenire. Sic Ionam in ventre ceti trium dierum & noctium spatio conseruauit: & effecit vt leones in lacu Danielem obstupuerint, & vt ignis inanimus operaretur tanquàm ratione præditus, & eos quidem qui erāt intus illuminaret, eos autem qui erant foris vreret. Sed enim rem facio superuacaneam, qui ad probandam Dei potentiam argumēta affero. Postquàm ergo peruenit in mōtem quē desiderabat, aiunt senē illū admirabilē, in illo loco in quo Moses dignus est habitus qui Deum videret, (vidit autem vt videri potuit ab humana natura,) genua flexisse, & non prius surrexisse quàm vocem diuinam audiuerit, quæ illi significabat Domini beneuolentiam. Quoniam autē tota vertente hebdomada ita perpetuò fuerat inclinatus, & ne minimū quidem cibi sumpserat, iussit vox quæ ad eum facta est, vt ea sumeret quæ erant apposita, & prompto & alacri animo comederet. Cùm autem manum extendisset, & tria mala inuenisset, & ea comedisset, vt iusserat qui dederat: tū ei plenæ restitutę sunt vires, & alacri, vt par erat animo eos qui cum eo versabātur salutauit. Lætus ergo & hilaris reuersus est, vt qui & vocem diuinam exaudierat, & rursus comederat cibum à Deo datum. Reuersus autem, duo philosophiæ extruxit gymnasia: vnū B quidem in vertice montis, de quo prius diximus: alterum autem infrà, propter ipsas oras lateris mōtis. Cùm in vtroque autem athletas virtutis congregasset, horum & illorum excitator fuit & pædotriba. Et aduersarij docens insultus, & agonothetæ promittens beneuolentiam, & bono animo, nō autem degeneri & pusillo esse iubens, & in suos quidem moderatione, in hostem autem animi magnitudine vti præcipiens, hæc docens, sic viuens, hæc miracula faciens, & splendorem omnis generis emittens, laboriosæ huius vitæ finem cepit, & migrauit in eam quæ est senij & molestiæ expers, relicta gloria quæ extingui non potest, & memoria quæ manet in perpetuum. Huius benedictionē, cū is adhuc esset superstes, beata, atque adeò ter beata, mater mea est consecuta, & sæpè mihi multa de eo narrauit. Ego autem nunc oro, vt quam dare potest, eius consequar intercessionem: & scio me consecuturum. Omninò enim dabit petitionem, imitans Domini benignitatem.

Dei potentia in iis nutriēdis qui carent necessariis.

Duo monasteria.

Inuocatio sanctorum.

PALLADIVS. SECT. VII.

C QVi autem multorum sermone celebratus est Palladius, & tempore ei fuit æqualis, & moribus similis, notúsque & familiaris. Ad se enim, vt aiunt, inuicem ventitantes ex se inuicem capiebant vtilitatem. se mutuò prouocantes, & ad zelum Dei incitantes. Inclusus autem erat in quadam domuncula, quæ erat propinqua vico maximo & populo longè frequētissimo: est autem ei nomen Iemme. Ac de maxima quidem viri à cibo abstinentia seu ieiunio & inedia, vigiliáque, & oratione perpetua, dicere existimo esse superuacaneum. In his enim idem traxit iugum quod beatus Symeō. Miraculum autem quod in hodiernum vsque diem decātatur, ab illius autem voce & manufactum est, existimaui si narrarem facturum me operæpretium. In prædicto vico fit celeberrimus conuentus, qui vndique attrahit mercatores, & maiorem multitudinem quàm quæ possit numerari. In eo quidam mercator, iis quæ attulerat vēditis, & auro coacto, noctu volebat recedere. Quidam autem homicidia, qui aurum illic collectum aspexerat, œstro quodam & furore percitus, somnū quidem à ciliis depulit: obseruabat autem quando vir ille esset profecturus. Post galli autem cantū, ille quidē abibat securus: hic autem præueniens, cùm quendam locū aptum insidiis occupasset, repentè ador- D tus, eum & percussit & cædem fecit. Execrando autem facinori impium quoque aliud factum adiicit. Nam cùm aurum cepisset, mortuum illud corpus proiecit ad ostium Palladij. Cùm autem dies venisset, & fama peruasisset, & totus hominum conuentus de eo quod factum erat passim loqueretur, concurrerunt omnes, & effracto ostio, cædis factæ pœnam exigere volebant à diuino Palladio: vnus autem ex iis qui hoc faciebant, erat is qui sua manu cædem fecerat. Cùm ergo vir diuinus circumsideretur à tanta multitudine, cœlum intuens, & mente cœlum superans, supplicauit Dominò vt calumniæ mendacium refelleret, & veritatem quæ latebat ostenderet. Cùm sic orasset, & iacentis manum prehendisset, Dic, inquit, ô adolescens, quis hanc tibi plagam intulit? Ostende quis hoc execrandum facinus admiserit: & libera innocentem ab hac improba calumnia. Sermonem autem sermo quidem est cōsecutus. Dextera autem homo etiam sedens, circumspiciebat quidem eos qui accedebant, digito autem ostendebat homicidam. Clamor sublatus est ab omnibus, & miraculum stupentibus, & calumniam quæ fuerat intentata deflentibus. Cùm autem illum sceleratum exuis- E sent, & gladium inuenerunt adhuc cruentum sanguine, & aurum illud quod cædis causam dederat. Diuinus autem Palladius cùm prius fuisset admirabilis, hinc meritò euasit longè admirabilior. Sufficiebat enim miraculum ad viri ostendendam apud Deum fiduciam. Ex eodem autem ordine fuit etiam Abrames admirabilis, qui ædificauit quidem id quod vocatur Paratomon, virtutis autem splendores in omnem partem emisit. Quàm clara autem fuerit eius vita, testantur quæ post eius mortem fiunt miracula. Ex eius sepulchro in hodiernum vsque diem scaturiunt omnis generis morborum curationes. Huius autem sunt locupletes testes, qui eas abundè illinc per fidem hauriūt. Mihi autem quoque detur consequi auxilium, qui eorum memoria linguam sanctificaui.

Palladius. Theod lib. 4. hist. eccl. c. 26 Nicep. lib. 11. cap. 41.

Latro mercatorem occidit: & auro vi potitur.

Homicida diuinitus ostensus, vi & fures miraculo comprehensi Niceph. lib. 8. cap. 42.

Abrames.

Reliquiarum miracula. Intercessio sanctorum.

Aphrates. Habes de eodē 4. hist. eccles. Theod. Integrum cap. 24 Nice. l. 11. c. 25

QVòd vna sit omnium hominum natura,& philosophari sit facilè volentibus,siue sint Græci,siue
barbari,ex multis quoque aliis scire est in promptu:ad hoc autem apertè ostendendum sufficit
vel solus Aphrates. Is enim in Persis qui sunt iniustissimi,& natus& educatus,& ortus ex talibus pa-
rentibus,& in eorum legibus institutus,ad tantam peruenit virtutem,vt eos qui ex piis nati fuerant,
& piam doctrinam ab ineunte ætate acceperant, obscurauerit. Primum enim contempto genere,
erat autem id clarum & illustre,accurrit ad Dominum adorandum, maiores suos imitatus Magos.

Aphrates ex Persarū Magorum genere.

Deinde sui generis hominum impietatem abominatus,suæ prætulit alienam regionem.Et cùm ve-
nisset Edessam,est autem ciuitas maxima & populo frequentissima, & quæ pietate insigniter exór-
natur,cùm extra eius ambitus inuenisset domunculam,& se in ea inclusisset,suæ curam gerebat ani-
mæ,veluti quidam optimus agricola, vitiorum spinas excindens radicitus, & diuinam expurgans
segetem,& maturos Euangelij fructus offerens domino.Illinc venit Antiochiam,quæ ab hæretica
procella grauiter circumsidebatur, vbi cùm ante ciuitatem, in quoddam philosophiæ gymnasium G
diuertisset,& Græcæ linguæ pauca verba didicisset,ad diuinos quidem sermones audiendos traxit

Monachus barbarie quidem vtitur, sed in cōmunem Ecclesiæ vtilitatem. Barbaries melior eloquētia, si modo cum barbarie Zelus & veritas.

plurimos:vtens autem lingua barbarie commixta,fœtus proferebat ingenij & intelligentiæ,ex gra-
tia diuini spiritus accipiens hæc fluenta. Quis enim ex iis qui suam iactant eloquentiam, & superci-
lia contrahentes elatè loquuntur & magnificè,& propter syllogismorum laqueos iuueniliter exul-
tant,in erudita illa barbara voce fuit vnquam superior?Ratiocinationibus enim ratiocinationes,&
diuinis eloquiis philosophorum vincebat rationes, cum magno Paulo clamans. Etsi imperitus ser-
mone,non tamen scientia.Hoc autem modò perpetuò ex Apostoli sententia,deprimebat rationes,
& omnem altitudinem quæ extollitur aduersus Dei cognitionem,& captiuabat omnem intelligē-
tiam ad Christi obedientiam.Licebat autem videre concurrentes eos qui gerebant magistratus, &
qui erant relati in aliquos militiæ numeros,eósque qui manu sibi victum comparabāt, & vt semel
dicam,& priuatos & milites,& doctos,& literarum rudes,& pauperes,& diuites:& alios quidem si-
lentio accipientes ea quæ offerebantur : alios verò rogantes & sciscitantes, & orationi præbentes
occasionem.Cùm autem tantum laborem caperet,non passus est vnquam vllum accipere qui se- H
cum habitaret.Quinetiam malebat suam ipsius operam quàm officium & ministerium quod sibi
offerebatur ab aliis.Cúmque eius congressiones, & collocutiones fierent ad portam atrij, ipse eam
aperiebat ingredientibus,& abeuntes deducebat ac dimittebat.Nihil autem vnquam omninò ac-

Aphrates ab vno tantum panē accipit.

cepit ab aliquo:non panem,non obsonium,non vestem,sed vnus solus ei notus panem suppedita-
bat.Cùm autem vsque ad profundum processisset senium, post occasum Solis vescebatur oleribus.
Aiunt autem Anthemium,qui postea fuit & Præfectus & Consul,cùm electus legatus profectus est
ad Persas,ad eum attulisse tunicam apud Persas contextam,& dixisse,Cùm scirem vnicuique suam
dulcem esse patriam,& qui illic nascuntur fructus esse iucundissimos,hanc ex patria ad te attuli tu-
nicam,rogóque vt tu eam accipias:ego verò sim tuę benedictionis particeps.Is autem eam quidem
primum iussit poni in subsellio.Deinde cùm multi fuissent interiecti sermones,dixit se angi animo,

Aphrates ne quidem Persicam tunicā accipit ab Anthemio.

vtpotè quòd sit in duas partes diuisa cogitatio.Illo autem rogante causam, Semper, inquit, consti-
tui habere vnum solum qui mecum habitaret : mihíque ipsi hanc legem imposui,vt mihi omninò I
denegetur duorum simul habitatio.Cùm ergo vnus mecum iam sedecim annis habitasset & esset
mihi cordi,accessit quidam meus contribulis,volens mecum habitare,& rogans vt hoc sibi liceat.
Hoc mihi mentem distrahit.Duos enim simul habere non patiar. Contribulem enim amplector vt
contribulem:priorem autem,vt qui mihi cordi fuerit expellere, & graue, & iniquum existimo. Ille
verò,Meritò,inquit,ô pater.Neque enim fas est vt eum qui tibi plurimo tempore inseruiit, aman-
des,tanquam non aptum:eum autem cuius morum nondum fecisti periculum, propter solam ad-
mittas patriam. Ad hæc diuinus Aphrates,Non accipiam ergo,inquit,ô vir admirande, hanc tuni-
cam:duas enim habere non patiar.Est enim mea quidem sententia iucundior, tua verò melior, ea
quæ mihi tanto tempore inseruiit.Cùm callido ergo commento sic elusisset Anthemium, & inge-
nij solertiæ exhibuisset miraculum,persuasit vt nemo deinceps cum eo ageret de illa tunica.Ego au-
tem hæc retuli,volens duo simul ostendere:& quòd ab vno solo acceperit quod curando corpori
satis erat,& quòd tāta eius fuerit sapiētia,vt effecerit,vt qui rogabat vt acciperet,sententiā tulerit eū
non debere accipere.Sed his & quæ sunt huiusmodi relictis,narrabo maiora.Cùm Iulianus Deo in- K
festus in barbarorum regione pœnas dedisset impietatis,res quidem fuere parumper trāquilliores
alumnis pietatis,cùm Iouinianus accepisset clauum Romani imperij. Postquā autē hic quoq; cùm

Valens imperator autor afflictionis Ecclesiæ.

paruo tempore regnasset,accepit finem vitæ,Valens autem accepit principatum, procellæ & tēpe-
states rursus mare nostrū agitabāt,grauísq; fluctus excitabatur,& vndæ maximæ scaphā vndíq; im-
petebant. Efficiebat autē grauiorē tēpestatē solitudo gubernatorū. Eos enim imperator, qui in solā
veram religionē suam exercebat audaciam,coëgit habitare in exilio.Et cùm tanta esset vsus iniqui-
tate,impietatis eum non capiebat satietas,sed dispergebat ac dissipabat cœtum piorū omniū, instar
feræ immanis gregem contendens discerpere.Ea de causa eos non solùm expulit ab omni ecclesia,
sed etiā ex latere montis,& ex ripa fluuij,& ex bellico gymnasio.Hæc enim loca perpetuò mutabāt
vt in quos obiter sæuiret armata manus.Et Scythæ quidē,& alij barbari,totā Thraciam à Danubio
vsque

Scythæ ad vsque Propontidem grassantur.

A vsque ad Propontidem securè populabantur.Ille autem eorum auditionem,ne arrectis quidem, vt
dicitur,auribus,poterat accipere:sed in eos qui erant eiusdem generis, & eius ditionis, pietatéque
ac religione clari,armis vtebatur. Diuinus autem populus illorum malorum deflebat importunita-
tem,Dauidicum illud canēs canticum. Super flumina Babilonis illic sedimus,& fleuimus, dum nos
recordaremur tui Sion.Reliqua autem cantici eis non cōueniebant.Aphraates enim, & Flauianus,
& Diodorus,non permiserunt vt suspenderentur in salicibus instrumenta doctrinæ: nec passi sunt
dicere, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Sed & in montibus, & in cam-
pis, & in vrbe, & in suburbanis, & in ædibus, & in foris, canticum Domini assiduè canebant.
A Dauide enim didicerant,Domini est terra,& plenitudo eius,orbis terræ,& omnes qui habitabāt
in eo.Rursus autem audierant eundem prophetam clamantem : Benedicite Domino omnia opera
eius,in omni loco dominationis eius. Audiuerunt autem diuinum quoque Paulum præcipientem
orare viros in omni loco,tollentes manus sanctas absque ira & disceptationibus. Porrò autem ipse
quoque Dominus loquens cum Samaritano, hoc prædixit apertius. Amen enim, inquit, dico tibi

Ioan. 4.

B mulier. Venit hora, & nunc est, quando neque in loco hoc, neque Hierosolymis, sed in omni loco
adorabunt patrem.Hæc cùm didicissent:& in domo, & in foro, &, vt apostolicè dicam, publicè &
per domos perpetuò testificabantur:& veluti quidam præstantissimi imperatores, suos quidem ar-

Flauianus & Theodorus.

mabant,aduersarios autem confodiebant. Atque magnum quidem Flauianum, & diuinum Theo-
dorum,qui tunc sub alio pascebant,& secunda cathedra digni erant habiti,hæc facere quæ dixi, &
admirandum quidē est & laude dignū:sed tamen hæc faciebant cùm essent electi exercitus impe-
ratores, & subiecti legibus imperatoriis.Sapienrissimus autem Aphraates,sua sponte ad hæc prosi-
luit certamina.In quiete enim educatus, & cùm eius institutum esset per se viuere,& extra teli iactū
sederet,vt dicitur,cùm vidisset belli vehementiam,non illi placuit quòd esset securus: sed quietem
iubens valere ad tempus,piorum phalangis fuit in pugna princeps,feriens quidem & vita,& sermo-
ne,& miraculis,ipse autem nunquam percussus. Quinetiam cùm imperator omni ex parte stultus
cùm aliquando vidisset exeuntem in gymnasium bellicum:contigerat enim vt tunc illic congrega-
rentur qui erant ritè venerandæ trinitatis socij:ostendit autem quis eum ad ripam fluuij ambulan-
C tem spectanti imperatori,rogauit eum quonam tenderet.Cùm is autem dixisset se ire deprecatum
pro terrarum orbe & pro imperio,rursus respondit imperator,Et quanam de causa vitam profitens

Monachis licet claustra egredi vrgēte Ecclesiæ commodo. Vide in Ammonio apud Pallad. Sect. XI. & apud Niceph. lib. 11. cap. 25. de Iuliano & Aphraate qui propter gregē Christi monasticam reliquere.

monasticam,securè per forum ingrederis,silentio & quiete relicta?Ille autem,solebat enim Domi-
nū imitans,parabolicè ratiocinari, Dic mihi,inquit,imperator,Si essem virgo absconsa in thalamo,
vidissem autem aliquem in domum patris ignem iniicientem,quid mihi consuluisses facere,viden-
ti flammam ardentem, & domum quæ comburitur,intúsne sedere,& domum quæ crematur despi-
cere?Sed sic ego quoque fuissem consumpta ab incendio.Sin autem dicis oportere properare,aquā
ferre,& súsque déque currere,flammámque extinguere: ne me reprehēdas ô Imperator, si id ipsum
facio. Quod enim tu consulueris virgini quæ est in thalamo,hoc ego cogor facere qui vitam sum
professus monasticam.Quòd si tu me reprehendis qui quietem reliquerim,teipsum reprehende qui
hanc flammam in domum diuinam inieceris, & non me qui conor extinguere. Quòd enim opor-
teat opem ferre domui paternæ quæ vritur,ipse quoque confiteberis. Quòd autem Deus sit magis
verus & germanus pater quàm ij qui sunt in terra, est cuiuis apertum etiam qui rebus diuinis non
D est omnino initiatus. Nihil ergo absurdum facimus ô Imperator, neque cœpto nostro, & instituto
contrarium,si veræ religionis alumnos congregamus & pascimus, & eis herbam diuinam exhibe-
mus.His dictis,Imperator quidem tacitè assentiebatur,considerans iustam defensionem : vnus au-

Eunuchi descriptio.

tē ex iis qui nec viri censentur nec mulieres, sed posse vnquā patres fieri eis est ademptum,& hac de
causa censentur benè velle Imperatori, & ei loqui confidenter, is ex loco superiore diuinum virum
conuitio est insectatus,& mortem minitatus:sed non ita diu pòst pœnas luit suæ audaciæ.Nam cùm
vellet Imperator corpus lauare in balneo, accessit quidem miser tanquam solium visurus an benè
esset temperatū, mēte autē captus,insiluit in solium,quod aquam calidam minimè temperatā con-
tinebat: & cùm nullus adesset intus,solus enim ingressus fuerat visurus an esset paratum, remansit
coctus & resolutus.Cùm autem tempus interim tereretur,mittit Imperator alium qui eum vocaret.

Eunuchus Balneo suffocatur.

Cùm is autem neminem in nulla domo inuenisset,id renūtiauit Imperatori. Cùm deinde autē plu-
res accurrissent omnia perscrutantes solia,& ad illud tandem venissent,eum iacentem,& vita priua-
E tum aspiciunt. Excitato autem tumultu,& omnibus deflentibus, alij quidem aquam illam calidam
exhauserunt:alij verò corpus miserrimū extulerūt.Hinc factū est vt metus inuaderet Imperatorem,
& omnes qui armabātur aduersus pietatem.Sparsa est autē fama per totā ciuitatē,quales infœlix il-
le luerit pœnas cōtumeliæ qua affecit Aphraatē : omnésq; Deū Aphraatis perpetuis celebrabant
laudibus.Hoc,etsi instarēt aduersarij,obstitit quo minus homo Dei mitteretur in exiliū.Imperator
enim perterritus,eos quidem qui hæc suadebant, aduersabatur, virū autem reuerebatur.Porrò au-
tem aliundè quoque eius virtutem didicit. Equus quidam bono genere natus,& portare apprimè
doctus erat imperatori charissimus,Morbus quidam qui ei acciderat,malè habebat Imperatorem:
retinebatur autem humidorum excrementorum excretio.Ad eum curandum accersebantur, qui in
hac arte fuerant exercitati.Cùm ea autem esset etiam morbo inferior, Imperator quidem molestia
afficiebatur: lamentabatur autem ei cui equorum cura fuerat credita.Cùm esset autem pius , & fide

Equum Imperatoris curas Aphraates signo crucis.

firmus, in meridie venit vnà cum equo ad magni Aphraatis habitaculum: & cùm morbum dixisset, F
& fidem suam significasset, orauit vt solueret morbum suis precibus. Ille autem nihil cunctatus, sed
statim Deum precatus, iussit aquam hauriri ex puteo: & cùm ei salutaris crucis signum imposuisset,
iussit eam ad equum afferre. Is autem bibit plus quàm consueuerat. Deinde cùm oleum diuina in-
uocatione implesset benedictione, equi vtrem inungit: & manus cõtrectatione statim morbus est
sublatus. Lætus ergo homo equo accepto, cucurrit ad stabulum. Vespere autem, solebat enim eo
tempore venire ad stabulum Imperator, venit & interrogauit quomodo equus se haberet. Is autem
cùm & sanum esse significasset, & equum valentem, & exultantem, hinnientémque, & collum super-
be erigentem eduxisset, rogauit eum causam sanitatis. Vbi autem diu cunctatus, (verebatur enim
ostendere medicum, sciens eum qui rogabat esse infensum (tandem verum coactus est dicere, & do-
Valens sepultura prouatus cuit modum curationis. Obstupuit quidem Imperator, & cõfessus est eum esse virum admirabilem:
nec tamen à priore destitit insania: sed perrexit furere aduersus vnigenitum, donec à barbarico fuit
igne consumptus, ne sepultura quidem, qua famuli vel mendici, dignatus. Diuinus autem Aphraa-
tes & in illa tempestate suam ostendit virtutem, & reddita tranquillitate fecit quoque consimiliter. G
Porrò autem alia quoque miracula fecit innumerabilia, quorum vnius vel duorum meminero. Mu-
lier quædam genere nobilis, simul cum viro intemperante trahens iugum matrimonij venit ad bea-
tum illum hominem, deflens propriam calamitatem. Dicebat enim maritum concubinæ captum
consuetudine, magicis quibusdam præstigiis fuisse incantatum, & odio habere ipsam legitimo ma-
trimonio coniunctam. Hæc autem dicebat mulier stans pro foribus atrij. Sic enim solebat colloqui
Oleum sanctificatum. cum fœmina: nullam enim vnquam admisit intra fores. Tunc ergo mulieris miserius ciulantis, ora-
tione incantationis abolet operationem: & cùm olei guttum ab ipsa allatum inuocatione diuina
sanctificasset, iussit vt eo vngeretur. Hæc præcepta cum implesset mulier, coniugis amorem in se
trãstulit: & persuasit vt pro illegitimo, legitimum cubile eligeret. Iam verò dicunt etiam quòd cùm
locustæ aliquando regionẽ repentè inuasissent, & instar ignis omnia consumerent, segetes, arbores,
prata & nemora: venit ad eum quidam vir pius, rogans vt opem ferret vnum quidẽ agrum habenti,
Locustæ cessãt Aquæ benedictæ aspersione. ex eo autem & se & vxorẽ & filios & familiam alenti, & à quo etiam imperatoria exigeretur colla-
tio. Is ergo rursus dominicam imitans benignitatem, iussit ad se afferri congium aquæ. Postquam H
autem aquæ congium attulit is qui orabat, ei quidem manum imposuit: Deum autem est precatus
vt fluentum impleret diuina virtute. Deinde finita oratione, iussit vt in prædij limitibus aqua aspe-
geretur. Qui eam attulerat, fecit vt iussus fuerat: idque fuit illis agris pro vallo sacrosancto & inex-
pugnabili. Nam vsque ad illos fines, reptantes & circumuolantes locustæ instar exercitus, rursus re-
trocesserunt, benedictionem impositam extimescentes, & veluti quodam freno suffocatæ, & vltra
progredi prohibitæ. Et quid opus est dicere omnia quæ facta sunt à beata illa anima? Hæc enim sa-
tis sunt ad ostendẽdum splendorẽ gratiæ quæ in eo habitabat. Eum ego vidi, & sanctæ illius dexte-
ræ percepi benedictionem, cùm essem quidem adhuc adolescens, matri autem me adiunxissem co-
mitem ad illum profectionis. Et cùm pro more quidem ianuam aperuisset, illam & suo sermone di-
gnatus est & benedictione: me autem intromissum impertiit opibus deprecationis. Ea nunc quoq;
fruar, vt qui credam eum viuere & vnà cum angelis choros ducere, & maiori quàm olim apud Deũ
vti fiducia. Eam enim tunc metiebatur corpus mortale, ne occasio arrogantiæ euaderet, si fuisset
maior quàm par esset fiducia. Nunc autem depositio onere animi perturbationum, vt athleta victo- I
Intercessio sanctorum. ria potitus, fiducia & libera loquendi facultate vtitur apud agonothetam. Qua de causa oro quoq;
vt eius consequar intercessionem.

PETRVS. SECT. IX.

Petrus Galata. *Huius meminit Theod. 4. hist. eccl. cap. 26. Niceph. lib. 11. cap. 41.*

DE Gallis quidem audimus qui sunt in Europa ad occidentem. Scimus autem eos quoque qui
sunt in Asia, ab illis oriundi, qui sedes fixerũt propter potum Euxinum. Ex iis germinauit bea-
tus Petrus, atque adeò térque quatérque beatus. Septem autem annis, vt aiunt, postquàm natus est
à parentibus educatus, consumpsit totam reliquam vitã in philosophiæ certaminibus. Dicitur au-
tem obiisse, cum vixisset nonaginta & nouem annos. Eum ergo qui nonaginta & duos annos decer-
tauit, & noctu diúq; semper victor euasit, quis pro dignitate laudauerit? Quænam autem lingua suf-
fecerit ad eius narrandas res præclarè & ex virtute gestas, in pueritia & adolescentia, in virili & in in- K
grauescente ætate, & in extrema senectute? Quis illum sudorem mensus fuerit? Quis luctas quæ
in tanto tempore factæ sunt enumerauerit? Quænam autem oratio cõsequi potuerit, vel semina ab
eo deiecta, vel collectos manipulos? Quis est adeò magna & excelsa mente præditus, vt possit per-
fectè intueri facultates & copias collectas ex præclara mercatura? Scio rerum illius gestarum va-
stum pelagus: & ideo vereor accedere ad narrandam historiam, ne obruatur oratio. Quamobrem
ambulabo propter littus, & quæ in continente gesta sunt ante mare admirabor & enarrabo, pro-
fundum autem relinquam ei qui, vt diuina dicit scriptura, scrutatur profunda, & occulta cogno-
Locorum sanctorum visitatio. scit. Hic ergo primo tempore certauit in Galatia. Illinc videndi gratia venit in Palestinam: vt
cùm vidisset loca quæ susceperunt salutares passiones, in his Deum qui seruauit adoraret: non vt
qui loco circunscribantur: sciebat enim eius naturam non posse circumscribi: sed vt pasceret oculos

spectaculo

A spectaculo eorum quæ desiderantur: nec sola animæ vis qua contemplatur, absque visu, spiritali ali-
mento per fidem frueretur. Ijs enim qui amore aliquem prosequuntur est à natura insitum, vt non
ex solo eius aspectu capiant voluptatem, sed & domum & vestes & calceos contemplẽtur cum ma-
gna lætitia. Tali in sponsum amore prædita, sponsa quæ desiderabat in cantico canticorum cla-
mabat dicens, Sicut malum in lignis syluæ, ita patruelis meus in medio filiorum. In vmbra eius
desideraui & sedi: & fructus eius dulcis in gutture meo. Nihil ergo absurdum & alienum fecit hic
homo diuinus, qui in sponsum quidem eundem accepit amorem, iisdem autem verbis vsus est qui-
bus sponsa, Vulneratus sum ego, clamabat, ab amore. Cùm autem desideraſſet contemplari sponsi
quandam veluti vmbram, abiit visurus loca ex quibus scaturierunt fontes omnis hominibus salu-
tares. Cùm ergo quæ desiderabat eis frui licuisset, profectus quidem est Antiochiam: cùm autem vi-
disset ciuitatis pietatem ac religionem, externam regionem patriæ suæ prætulit, ciues existimans,
non contribules & cognatos, sed eos qui erant eiusdem cum ipso sententiæ, & in fide socij, & trahe-
bant idem iugum pietatis ac religionis. Cùm illic autem morari placuisset, non extendit taberna-
B culum: non fixit tugurium: non excitauit domunculam: sed totum tempus transegit in alieno se-
pulchro. In eo autem erat proiectum quoddam superioris tabulatum, cui coniunctæ scalæ eos exci-
piebant qui volebant ascendere. In eo permansit inclusus longissimo tempore, aqua quidem vtens
calida: solo autem pane vescens: idque nõ quotidiè, sed vno quidem manens ieiunus: postridiè au-
tem ea sumens. Cùm autem quidam insaniens, & furore percitus, & maligni dæmonis plenus o-
peratione, ad eum venisset, eum quidem mundauit, deprecatus, & ab illo diabolico furore liberauit.
Cùm verò nollet abire, sed obsecrasset vt pro illa curatione ei suum impertiret ministerium, cum
admisit vt secum habitaret. Eum ego & noui: & memini miraculi: & vidi mercedem curationis: &
audiui sermonem quem de me habuerunt. Dicebat enim Danielus, erat enim hoc illi nomen, me
quoque præclari ministerij huius futurum socium. Vir autem ille diuinus nõ est assensus vt hoc fie-
ret, parentum meorum in me amorem considerans. Sæpè autem me genibus impositum vna aluit
& pane. Nam cùm mater feciſſet periculum spiritalis eius gratiæ, iussit me semel in hebdomada de-
cerpere illius benedictionem. Eius autem habuit notitiam hac de causa. Morbus qui ei in alterum
C ex oculis incubuerat, visus est medicinæ superare scientiam. Nihil enim erat aut scriptum à veteri-
bus, aut inuentum ab iis qui fuere posterius, quod non morbo fuerit adhibitum. Postquam autem
omnia probauit, & ostẽdit nullam afferre vtilitatem, venit quædam ei familiaris quæ diuinum virũ
ostendebat, & ab eo factum docebat miraculum. Dicebat enim vxorem eius qui eo tempore
tenebat clauum orientis administrationis, erat autem is Pergamenus, cùm ea in hunc morbum in-
cidisset, eum ipsam curasse cum deprecatione esset vsus & crucis signaculo. Audiuit mater, & ad di-
uinum statim accurrit hominem. Habebat autem in aures, catenas, & torques, & alia aurea quæ sibi
induerat, & vestem variam ex sericis filis contextam. Nondum enim virtutem gustarat perfectiorẽ:
florebat autem tempore, & mundum muliebrem gestabat vt adolescentula. Cùm diuinum ergo ca-
put hæc aspexisset, nimij ornatus amoris primum morbum curauit, vsus verbis talibus. Dic mihi, in-
quit, filia, vtar enim eius voce, & non mutabo verbum sanctæ illius linguæ. Si quis pictor in arte be-
nè exercitatus, aliquam pinxisset imaginem, vt præcipit lex artis, & eam proposuisset videre volen-
tibus, veniret autem aliquis alius, artem non sciens perfectè & accuratè, temeréq; & inconsultè, vt
D sibi videtur, vellet contrà pingere deinde illã artificiosam reprehendens picturam, supercilijs quidẽ
& ciliis lineas adderet longiores, faciem autem efficeret albiorem, & genis rubrum adderet colorẽ:
non tibi videtur prior ille pictor iure succensurus, quòd & ars eius probro esset & contumelia affe-
cta, & eorum quibus opus non erat additamẽtum à manu indocta accepisset. Ergo vniuersorũ quo-
que, inquit, opificem, & nostræ naturæ effictorem & pictorem, iure irasci credite, quòd illã quæ ver-
bis explicari non potest, naturam & sapiẽtiam accusetis inscitiæ. Non enim rubrum & album & ni-
grum colorem vobis infunderetis, si non existimaretis esse vobis opus hac additione. His autẽ cor-
pus egere arbitrantes, imbecillitatis damnatis creatorem. Sciendum est autem eum habere potesta-
tem suæ voluntati iusta symmetria respondentem. Omnia enim, vt ait, Dauid, quæ voluit Dominus
fecit. Eius autem quod est omnibus vtile futurum curam gerens, non dat ea quæ damnum afferũt.
Nolite ergo Dei corrumpere imaginem: neq; tentetis ea addere quæ sapienter non dedit: neque
hanc adulterinam excogitate pulchritudinem, quæ vel pudicis affert exitium, videntibus insidians.
E Hæc audiuit præstãtissima & omni ex parte optima fœmina, & statim Petri reti fuit implicata. Pisca-
batur enim hic quoque similiter atque is qui idem quod ipse nomen habebat: pedésque tangens, &
vociferans, obsecrauit vt curaret oculum. Is autem dicebat se quidem esse hominem, & eandem ha-
bere quam ipsa naturam: se autem peccatorum magnam gestare sarcinam, & ideo priuatum esse ea
quæ ad Deum habetur fiducia. Cum autem mater fleret & oraret, & diceret se non esse eum relictu-
ram, nisi sanitatem essequeretur, dixit Deum esse horum curatorem, petitiones autem semper dare
iis qui credunt. Dabit ergo, inquit, nunc quoque nõ mihi donans gratiam, sed tuam fidem contẽ-
plans. Si eam ergo habes synceram & veram, purámque & ab omni liberam dubitatione, iubens &
medicos valere & medicamenta, à Deo datum sume hoc medicamentum. Hæc cùm dixisset, manũ
imposuit oculo & salutaris crucis signo facto, morbum expulit. Illinc domum reuersa, cùm & medi-
camentum abluisset, & omnem extrinsecus inductum abiecisset ornatum, ex legibus à Medico latis

Reliquiarum veneratio demõstratur similitudine.

Antiochia pietati dedita.

Domus Petri eremitæ sepulchrum.

Dæmoniacus liberatur.

Mater Theodoreti curatæ ab oculorum dolore.

Crucis signaculum.

Petrus nimiis mulieris ornatum arguit apta similitudine.

Pulchritudo pudicis exitium.

Humilitas Petri.

Signũ crucis.

vitam instituebat: neque varia veste induta: neque aureis monilibus exornata: idq; cùm esset ætate adhuc admodum iuuenis: nata enim erat vicesimũ tertium, nec dum mater facta fuerat. Cùm enim septem alios annos vixisset, me peperit, qui fui eius primus & solus fœtus. Tantum fructum cepit ex magni Petri doctrina, & duplicem accepit curationem: & cùm corpori quæreret medicinam, bonã quoque animæ sibi parauit habitudinem. Talia dicendo ille operabatur, & tam potens erat precando. Cùm ea autem aliquando adduxisset obsonatorem famulum, qui à malo dæmone vexabatur, rogauit vt ei suum non negaret auxilium. Cùm precatus autem esset vir diuinus, iussit dæmoni vt diceret causam cur haberet potestatem in Dei creaturam. Ille autem, tanquam homicida aliquis vel murorum perfossor ac latro stans ante iudicem, & iussus dicere quæ fecit, sic omnia est persecutus, vt qui præter consuetudinem cogeretur vera dicere: & dixit Heliopoli ægrotasse quidem Serui dominum: Dominam autem coniugi, vtpotè ægrotanti, assedisse: ancillis autem Dominæ domus in qua manebant, narrasse vitam monachorum qui philosophabantur Antiochiæ, & quantas vires habebãt aduersus dæmones: & has quidem, vtpotè puellas, ludo delectatas, dæmoniacas & insanas egisse, illum ipsum autem famulum, monastica veste ex caprina pelle confecta indutum, illas monasticè adiurasse. Cùm hæc, inquit, fierent, ego stans pro foribus superbáque illa & gloriosa quæ de monachis dicebantur non ferens, volui facere periculum de illa quam illos iuueniliter iactabant potestate. Ea de causa relictis ancillis, in hũc me intrusi volens scire quemadmodum expelleret à monachis. Nũc autem, inquit, didici: nec vlla alia egeo experientia: mox autem te iubente exeo. Hæc dicens, aufugit: fuitque liberatus famulus. Iam verò alium quoque rusticum cùm matris quidem meę mater, mea verò matertera, adduxisset, rogabat aduersarium vitij vt ei opem ferret. Is autem rursus rogauit & vndenam esset, & à quonam accepisset potestatẽ in Dei creaturam. Vt autem silens ille non dedit respõsum, orauit Petrus flexis genibus, Deúmque est precatus, vt execrando illi dæmoni suorum famulorum ostenderet potentiam. Deinde rursus surrexit: ille autẽ rursus, resistens, tacebat: & hæc facta sunt vsque ad horam nonam. Postquam autem maiore studio & magis vehementem Domino obtulit orationem, surgẽs dixit scelerato dæmoni, Non tibi imperat Petrus, sed Petri Deus. Respõde ergo, vt qui ab illis cogaris potentia. Reueritus est, etsi sit impudens, pernicioſus dæmon, sancti lænitatẽ ac moderationem: & magna vsus voce, clamauit, quòd in monte quidem Amano versaretur. Cùm eum autem vidissem, inquit, in via, ex aliquo fonte aquam haurientem & bibentem, contendi hoc mihi sumere habitaculum. Sed egredere, inquit homo Dei, eo qui pro orbe terrarum est crucifixus, hoc tibi imperante. Audiuit ille, & fugit: & à furore liber materteræ redditus est Agricola. Cùm alia autẽ cuiusmodi innumerabilia possim de beata illa narrare anima, plurima prætermittã, pertimescens vulgi imbecillitatem. Ad seipsos enim respicientes, fidem non habent diuinorum virorum miraculis. Cùm vnum autem vel duo narrauero, transibo ad alium athletam. Erat quidem vir libidinosus, qui superioribus temporibus fuerat dux militiæ. Puella autem quædam innupta, sed nubilis, quæ eius suberat domino, relicta matre & suis, fugit in quoddam gynæceũ in quo erat cœtus athletarum. Decertant enim fœminæ quoque similiter atque viri & descendunt in stadium virtutis. Cùm huius fugam didicisset dux militiæ, matrem flagris cecidit, & vinxit, nec eam prius emisit è vinculis quàm religiosarum mulierum ostendit habitaculum. Sua itaque vsus rabie, illinc rapuit puellam, & domum suam reduxit: & sperauit infelix se suam expleturum libidinem. Sed qui magnis & malis tentationibus de Sara vxore Abrahæ tentauit Pharaonem, & pudicam mulierem conseruauit intactam: & qui Sodomitas percussit cæcitate, qui eos qui erant incorporei, aggressi fuerant, tanquam hospites, insectari contumeliis. Is cùm huius videndi virtutem percussisset cæcitate, effecit vt præda euaderet è manibus. Et ipse quidem ingressus fuerat in thalamum: illa autem quæ intus custodiebatur mox exiit & euanuit ex oculis, & ad maximè expetẽdum peruenit habitaculum. Sic cùm didicisset stolidus, se non esse eam superaturum, quæ Deum sponsum elegisset, coactus est quiescere, eam quæ capta fuerat, & diuina potestate euaserat, non amplius requirens. Hæc tempore procedente in grauem morbum inciderat: morbus autem erat cancer: cum mãmilla autem inflata dolor quoque crescebat. Sed magnum vocabat Petrum cùm dolor esset vehementissimus: & dicebat sacra illa voce in aures suas immissa, totum illum sopiri dolorem & nullum exhinc sensum sentire molestiæ. Ea de causa eum accersens frequẽtius accipiebat consolationem. Dicebat enim toto illo tempore illius præsentiæ, dolores omninò recedere. Sed illam quidem, cùm sic decertasset, laudibus victoriam significantibus ex hac vita excedentem est prosecutus. Rursus autem matrẽ meam, cùm postquã me peperisset, esset in ipsis mortis foribus, à matertera rogatus, veniens eripuit à mortis manibus. Iacebat enim, vt aiunt, medicis quidem desperantibus, familiaribus autem deplorantibus, & finem expectantibus, clausis oculis, febre vehementi laborans, nullum ex notis agnoscens. Postquam autem venit qui apostolico & sermone dignatus fuerat & gratia, & Pax tibi, dixit, filia, hæc enim erat eius salutatio, dicitur protinus & cilia erexisse, & cum fixis oculis aspexisse, & benedictionis fructum renunciasse. Postquam vlulauit autem chorus fœminarum, animi enim angor & lętitia simul erant commixta & causa erant illius vociferationis, præcipit homo diuinus vt eæ omnes sint sociæ eius orationis. Sic enim dicebat etiam Tabitham fuisse salutem consecutam, viduis quidem deflentibus, magno autem Petro offerente Deo illorum lachrymas. Precatæ sunt vt iussit, & acceperunt vt prædixit. Nam cùm finem accepisset oratio, morbus quoque finem cepit: & sudor repentè

Dæmoniacus curatur.

periculosum monasticam deludere.

Ἐξορκίζειν. *Exorcismi.*

Mons Amanus.

Intelligit dominum virginũ deo dedicaturum.

curationes per Petrum factæ.

Petrus excitat moribundam Theodoreti matrem.

Act. 9.

repentè fluxit ex toto corpore: & ignis ille est extinctus: & sanitatis signa apparuerunt. Talia nostris quoque temporibus per suos seruos benevolos Deus fecit miracula. Huius quoque vestium superficies operata est similiter atque diuinissimi Pauli. Hoc autem posui, non vtens aliqua hyperbole, sed consentientem habens dicto veritatem. Nam cùm propriam zonam diuisisset in duas partes, erat autem lata & longa, ex crasso lino contexta, huius quidem dimidio suos lumbos, altero verò meos cinxit. Hanc cùm sæpè quidem mihi ægrotanti mater imposuisset, sæpè autem patri quoque, morbum exegit. Quinetiam ipsa quoque hoc medicamento sæpè vsa est ad sanitatem. Multi autem ex notis quoque cùm hoc didicissent, assiduè ad ferendum ægrotis auxilium hanc zonam accipiebãt: & vbique illius gratiæ ostendebat operationem. Cùm quidam sic eam accepisset, priuauit eos qui donauerant, in eos qui ipsum beneficio affecerant se ingratum ostendens. Hoc modo fuimus illo dono nudati. Cùm sic resplendisset, & radiis Antiochiam illustrasset, abductus fuit à certaminibus, expectans coronam quæ est reposita victoribus. Ego autem cuius, dum adhuc esset superstes, percepi benedictionem, ea vt nunc quoque fruar precatus, finem imponam huic narrationi.

Zona miraculosa.

Intercessio sanctorum.

THEODOSIVS. Sect. x.

Theodosius

ROsus est oppidum Ciliciæ, à dextera ei qui nauigat in pontum Cilicium. Huius ad orientem & meridiem est mons altus, spatiosus, & vmbrosus. Alit autem feras in nemoribus. In eo cùm quendam ad mare vergentem lucum inuenisset magnus & vulgò celebratus Theodosius, quadam modica extructa domuncula, euangelicum viuendi institutum solus amplectebatur, vir oriundus quidem Antiochia, insignis autem claritate generis: sed tamen & domo, & cognatione, & omnibus aliis relictis, pretiosissimam, vt euãgelicè dicam emit margaritam. Ac de eius quidem à cibo abstinẽtia, & quomodo humi cubaret, & cilicio indueretur, superuacaneum est dicere iis qui eius vident discipulos & sodales, & in eis eãdem cernunt viuendi formam. Hæc tamen ille insigniter persequebatur, vt qui seipsum certantibus exemplar proponeret. His autem adiiciebat ferreum onus collo & lumbis & ambabus manibus. Porrò autem gestabat quoque comam sordidam, & quæ ad ipsos vsque pedes pertingebat, & vlterius etiam progrediebatur, & ideo erat lumbis eius alligata. Deprecatione autem & hymnodia vtens assiduè, cupiditatem, & iram, & arrogantiam, & alias animi beluas sopiebat. Labores autem semper augens laboribus, persequebatur eam quoque quæ manibus fit operationem: nunc quidem sportellas quæ vocantur, & viminеas crates contexens: nunc autem parua prædia in saltu efficiens, & semina deiiciens, & illinc quantum victui satis esset colligens. Postquam autem procedente tempore eius fama peruasit in omnem partem, multi multis ex locis concurrebant, eius & habitationis, & laboris, & instituti esse socij cupientes. Quos quidem excipiens, ad eandem vitam deducebat. Et videre licebat alios quidem vela, alios verò saga ex pellibus texentes: alios verò crates viminеas vel sportellas connectentes: alios verò terram colentes. Et quoniam locus erat maritimus, ad transmittendum quoque quadam constructa nauicula, quæ Ponto appellatur, ea vtebantur ad ea quæ erant inferenda, & exportans opera eorum qui simul habitabant, & importans ea quæ erant necessaria. Memor enim vocis apostolicæ quæ dicit: Noctu » diúque operantes, ne essemus oneri alicui vestrum. &, Manus hæ mihi & iis qui erant mecum sup- » peditarunt: & ipse laborabat, & hortabatur suos contubernales, vt cum animæ laboribus, corporis quoque labores coniungerent. Est enim absurdum, vt ij quidem qui aluntur in vita seculari, se affligentes & laborantes alant filios & vxores, & præterea & tributa conferant & ab eis exigantur vectigalia, & Deo offerant, primitias, & mendicorum pro viribus medeantur inopiæ: nos autem non quæramus ex laboribus ea quæ sunt necessaria, idque cùm vili quidem & modico cibo, vili autem veste vtamur: sed sedeamus quidem compressis manibus, alienis autem fruamur laboribus. Hæc & talia dicens, hortabatur ad operandum, in tempore quidem quæ sunt vbique præscripta diuina peragens officia, id autem quod intercedebat temporis, impẽdens operi. Non leuem autem curam gerebat hospitum, viris lenitate & morum mansuetudine ornatis, & in proximum charitate præditis, vt eis prouiderent committens. Ipse autem visebat & inspiciebat omnia perscrutans an ex latis legibus vnusquisque suo fungeretur officio. Hinc factum est vt tam insignis & celebris esset eius fama vt qui nauigabant, plus quam mille stadiis aberant, Deum Theodosij inuocarent in periculis, & Theodosij appellatione sedarent tempestatem. Eum audaces quoque & immanes hostes sunt reueriti, qui maximam orientis partem sunt depopulati. Quis enim ex iis qui in nostro habitabili orbe terrarum habitant, non auditione accepit ea quę illo tempore facta sunt ab iis qui olim quidem Solymi, nunc autem nominantur Isauri? Illi tamen qui nec oppido nec vico pepercerunt, & quæcunque capere potuerunt, diripuerunt & igni mandauerunt, sunt illam reueriti philosophiam: & cùm solummodò panem petiissent, & vt pro se orarent significassent, illud illæsum reliquêre monasterium: idque non semel, sed etiam bis fecere. Veriti tamen præsides ecclesiarum, ne pecuniæ cupiditate illis barbaris à diabolo immissa, captiuum abduceretur magnum illud lumen: erat enim verisimile fore vt magna vis pecuniæ ad eum redimendum transmitteretur ab omnibus qui habent in honore res diuinas, ei persuadent vt se conferret Antiochiam. Iam enim captiuos ceperant duos præsides ecclesiarum: eos quidem omni officij genere sunt prosecuti: cùm autem quatuordecim milia aureorum pro vtrisque accepissent, permiserunt vt redirent quò vellent. Postquam autem per-

A *Niceph. lib. 17. cap. 24.*

appellatur præclarus eremi præses. lib. 16. c. 33.

cœnobiorũ princeps.

Theodosius magna domo relicta vitam monasticam sectatur.

Labor priscorum monachorum.

Primitiæ.

officia diuina præscripta.

Isauri etsi ne pago quidem parcunt tamẽ Theodosii monasterio.

uenit Antiochiam, habitauit quidem in habitaculo quod inuenit situm prope fluuium, omnes autem traxit ad seipsum qui sciũt talia colligere. Dum autem me trahit impetus orationis, prætermisi narrare miraculum quod à diuino illo viro factum est, quod multis quidem fortassè videbitur esse incredibile, & tamen remanet in hodiernum vsque diem, oratione testificans, & ostendens qualem apud Deum gratiam & fiduciam est consecutus hic vir admirabilis. Præceps quædam petra imminet monasterio, quod ipse ædificauit. Erat autem primò sicca & omni humore vacua. In ea fecit aquæ ductum, qui à vertice fertur in monasterium, tanquam qui motum aquarum haberet in potestate. Plenus autem fiducia in Deum & firmiter credens, vt est verisimile, se Dominum habere beneuolum, & fidem habens in quam nulla cadebat dubitatio, ascendit in supremam partem eius qui nunc est aquæductus, priusquàm surrexissent sodales ad preces consuetas: & Deum precatus, fretus eo qui facit voluntatem timentium eum, virga cui innixus erat petram percussit. Ea verò rupta, aqua instar fluminis scaturiit: & monasterium ingrediens per aquæ ductum, & quantum ad omnem vsum sufficit abundè suppeditans in mare propinquum influit: & in hodiernum vsque diem ostenditur operans Mosaica magni Theodosij gratia. Sufficit vel hoc solùm ad ostendendam viri huius erga Deum fiduciam. Cùm autem Antiochiæ vixisset paruo tempore, migrauit ad choros Angelorum. Per mediam autem vrbem ferebatur sacrum corpus, tanquam aureis quibusdam coronis, ferro illo decoratum, cùm omnes duces concurrissent, & qui magnos suæ fidei creditos gerebant magistratus. De cubili autem erat magna lis & decertatio, cùm id omnes auferre contenderent, & ex eo benedictionem & vtilitatem percipere cuperent. Sic elatus, ponitur in æde sanctorum Martyrũ, cùm Iuliani victoria insignis in pietate athletæ fuisset & contubernalis, & eodem tecto vsus. Idem autem loculus eum excepit, qui illum quoque diuinum & beatum Aphratem. Gregis autem præfecturam accepit Helladius ille admirabilis, qui in illis quidem locis perpetuis fuit sexaginta annis, deinde Cilicum diuinitus electus est Antistes cùm neque priorem reliquisset philosophiam, & illis laboribus Pontificatus sudores quotidiè adderet. Huius cùm beatus quoque Romulus fuisset auditor, dux maximi gregis fuit creatus. Permansit autem illius chorus in hodiernum vsque diem, idem seruans vitæ institutum. Est autem prope monasterium vicus qui Syriacè appellatur Maratus. Ego autem fine imposito huic narrationi: rogo vt eius quoque consequar benedictionem.

F G H

Petra percussa aquas copiosas fundit.

Reliquiæ.

Etiam cubile honoratum.

Helladius.

Romulus monachus.

Inuocatio sanctorum.

ROMANVS. Sect. XI.

Romanus.

MAgnus ergo Theodosius ab Antiochia profectus, cùm in montibus Rosicis decertasset, & Antiochiam reuersus esset, sic vitæ finem accepit. Diuinus autem Romanus Rosi & natus, & primum educatus, Antiochiæ ostendit prima virtutis certamina, extra ambitum quidem ciuitatis ad latus montis fixo tabernaculo, in aliena autem domuncula eáque parua viuens toto tempore. Nunquam autem vsque ad senectutem neque igne vsus est, neque lumine lucernæ. Cibus autem ei erat panis & sal. Potus autem fontanum fluentum. Erat autem coma magno Theodosio similis: vestis autem ferrum quoque similiter. Abundauit autem hic & morum simplicitate ac mansuetudine & moderatione, & ideo emisit splendorem diuinæ gratiæ. Super quem, inquit, respiciam, nisi super mitem & quietum, & trementem sermones meos? Iam verò rursus quoque dixit suis discipulis. Discite à me: quoniam mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Et rursus, Beati mites, quoniam ipsi hæreditabunt terram. Quinetiam Mosis legislatoris erat hoc vel maximè insigne. Erat enim, inquit, Moses mitissimus præter omnes homines qui erant super terram. Hoc de propheta Dauide testatus quoque est sanctissimus spiritus: Memento, enim inquit, Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius. Didicimus etiam de patriarcha Iacob, quod non fictus erat domum habitans. Has virtutes cùm instar apis collegisset ex diuinis illis pratis, mel confecit veræ philosophiæ, Profundebantur autem eius quoque in externos fluenta iucundissima: & iis qui ad ipsum veniebant, leni ac dulci voce vtens, de amore in fratres, de concordia & pace, multas offerebat admonitiones. Multos autem vel solo aspectu effecit rerum diuinarum amatores. Quis enim non esset mirandum in modum admiratus, cùm videret eum corpore afflictum, & qui prolixam gestabat comam, & maximum ferri pondus sua sponte ferebat, & veste ex pilis contexta vtebatur, & tantum capiebat alimenti quantum satis erat ad prohibendum ne fame moreretur? Magnitudini autem & multitudini laborum accedebat quæ in eo florebat gratia, qua quidem omnes persuadebantur, vt eum admirarentur & honore afficerent. Multorum enim sæpè morbos exegit difficiles: multis autem sterilibus mulieribus filios impetrauit. Et cum tantam à diuino spiritu accepisset potestatem, seipsum appellabat egenum & mendicum. Quotquot itaque ad eum ventitabant, eos & aspectu & sermone, toto vitæ suæ tempore, impleuit vtilitate. Porrò autem cùm hinc quoque excessisset, & in angelicum chorum esset translatus, reliquit memoriam quæ non fuit sepulta simul cum corpore, sed quæ viget, floret, & germinat, & quæ extingui non potest, sed semper permanet, & quæ sufficit ad eos qui volunt adiuuandos. Cùm hinc itaque benedictionem mihi conciliauero, aliorum quoque athletarum res gestas narrabo vt potero.

I K

Hunc in catal. illustriũ ponit. Theod. lib. 4. hist. Eccl. cap. 26. Item Niceph. cap. 41. lib. 11.

Romani victus.

Mansuetudinis laus.

Esa. 66. Matth. 11. Matth. 5. Num. 12. Psal. 131.

Castigatio carnis.

Inuocatio sanctorum.

ZENO

ZENO. Sect. XII.

A

ZEnonem admirabilem non multi quidem cognoscunt: qui cognoscunt autem, non possunt admirari pro dignitate. Is enim cum maximas opes reliquisset in patria, ea autem erat Pontus, magni quidem vt dicebat, Basilij hausit fluenta, qui erat vicinus, & Cappadocum irrigabat regionẽ: irrigatione autem dignos fructus reddidit. Cùm primùm enim imperator Valens fuisset de medio sublatus, militare deposuit cingulum: erat autem adscriptus in numerum eorum qui literas imperatoris ferebant celeriter. Cùm autem à regia venisset in quoddam sepulchrum, multa autem sunt in monte quod est situm prope Antiochiam, solus illic degebat expurgans animam: & eius contemplandi facultatem semper emundans: diuinam contemplationem semper visione apprehendens: & Dei ascensus in corde disponens: & pennas tanquam columbæ accipere desiderans: & in diuinã requiem euolare cupiens. Ea de causa non habuit lectum, non lucernam, non focum, nõ ollam, non guttum, non arculam, non librum, non aliquid aliud: sed erat quidem pannis indutus veteribus: erãt quoq; calcei eiusmodi vt indigerent vinculis: erat enim diuulsum ac discerptum solearum corium.

B Ab vno autem ex familiaribus necessarium accipiebat alimentum. Id autem erat vnus panis, quo duobus suppeditabatur diebus: aquam autem procul hauriens, ferebat ipse. Cùm quis autem eum aliquando vidisset onus portantem, rogabat vt eum leuaret labore. Ille autem primùm quidem resistebat, docẽs se nõ posse in animum inducere vt biberet aquam quæ esset portata ab alio. Postquã autem non persuasit, dedit vrnas: ferebat enim duas ambabus manibus. Postquam autem fuit intra portam atrij, cùm aquam effudisset & dispersisset, rursus cucurrit ad fontem, reipsa confirmans quæ dixerat. Porrò autem ego quoque quandò eum primùm desiderans videre, ascendi in montẽ, aspexi eum tenentem vrnas manibus. Deinde rogaui eum vbinam esset admirabilis Zenonis habitaculum. Is autem dixit se nullum nosse monachum qui sic appellaretur. Ego autem cùm eum ipsum esse coniecissem, secutus sum, id coniiciens ex eius sermonis modestia. Postquam autẽ ingressus sum ostium, vidi thorum ex fœno constructum, & quãdam aliam storeã ita super lapides stratam, vt qui super illam sedebant, ab ea minimè læderentur. Postquam autem de philosophia multa verba fecimus: ego enim interrogabam: ipse verò nobis explicabat ea quæ quærebantur: & oportebat deinceps domum reuerti: ego eum precabar vt daret viaticum benedictionis: ille autẽ repugnabat, dicẽs æquum esse vt nos preces impleremus: & seipsum quidem priuatũ, nos autem milites appellans: tunc enim sacros libros legebam Dei populo. Cùm nos autem iuuentutem & ætatis immaturitatem adduceremus, tunc enim primum paucam quandam producebamus lanuginem, & iuraremus nos non esse rursus venturos, si cogeremur hoc facere, vix tandem quidem multis flexus precibus, Deo obtulit quidem intercessionem: sed quòd id fecisset multis verbis se excusauit, dicens se id fecisse & amoris causa & obedientiæ: appropinquantes enim audiuimus precantem. Quòd autem in tam profunda philosophia, tanta esset modestia ac moderatione vir senex, quadraginta enim annis perpetuis versatus erat in monastica exercitatione, quis satis pro dignitate poterit admirari, quasnam autem laudes rei magnitudini pares potuerit afferre? Cùm autem virtutis tales possidet opes, tanquam qui esset in extrema inopia, ad Dei ecclesiam die dominico veniebat cum populo, diuinos audiens sermones, & aures accommodans doctoribus: & postquam mensam participasset mysticam, reuertebatur in nouum illud habitaculum, non habens clauem, non claustrum, nõ relinquens custodẽ: erat enim maleficis planè inuium & sacrosanctum, vt quod solam illam haberet stoream. Vnum autem librũ accipiens à familiaribus, cum totũ legebat: & eo prius reddito, alium accipiebat. Sed licet nec claustra haberet, nec vectibus vteretur, custodiebatur à superna gratia. Idque per ipsam experientiam apertè didicimus. Quando enim Isauri per insidias noctu arcem cepere: deinde manè vsque ad latus montis faciebant incursiones, multos quidem viros, & multas mulieres quæ vitam exercebant monasticam, crudeliter confodere. Tunc ergo vir diuinus, aliorum cædem intuens, effecit oratione vt eorum caligarent oculi: & per ostium ingredientes, non videbant aditum vt autem dicebat, testem appellans veritatem, apertè quoque tres vidit adolescẽtes, qui totam illam cateruã expellebant, Deo manifestè suam ostendente gratiam. Qualem ergo vitam egerit hic vir diuinus, & qualem sit diuinitus gratiam assecutus, ad docendum hæc sufficiunt. Sed enim necesse est hoc quoque his adiicere. Valdè eum angebat & malè habebat quòd eius mansissent facultates, & non ex lege euangelica & venundatæ essent & distributæ. Huius autem causa fuit, fratrum ætas

C D E

immatura. Quoniam enim erant cõmunes & pecuniæ & possessiones, ipse quidem nolebat diuisionis causa redire in patriam: alijs autem verebatur vendere partem suarum facultatum, ne emptores moti auaritia fratres circumscribentes, illi inurerent ignominiam. Hæc apud se animo versans, diu distulit venditionem. Postea autem cùm cuidam ex notis suis vendidisset omnia, plurima quidem distribuit: interim autem mala quæ accidit valetudo, coëgit eum consultare de reliquis. Accersito itaque antistite ciuitatis, is autem erat magnus Alexander, splendor veræ religionis, & exemplar virtutis, exacta & accurata imago philosophiæ, Adesdum, inquit, ô diuinum caput harũ tu pecuniarum sis mihi optimus Oeconomus, eas ex diuino instituto distribuens, tanquã iudici illi rationem redditurus. Alias enim ego manu mea dispensaui, & distribui vt mihi visus sum optimè. Vellem autẽ reliqua quoque dispensare similiter. Sed quoniam iubeor migrare ex hac vita, te ego earum cõstituo dispensatorem, qui es & pontifex, & pontificatum legibus rectè geris. Pecunias itaq; tanquam Dei

Zeno.

Hunc nominat Theodor. lib. 4. hist. Ec. cap. 26. Niceph. lib. 12. cap. 47.

Zeno dedicit à Basilio.

Zenoni nulla supellex.

Theodoretus vidit Zenonẽ vidit & Sozom. lib. 7. cap. 27.

Viaticum benedictionis.

Modestia Zenonis.

oblatio.

Participatio mensæ mysticæ.

Angelorum auxilium.

Alexander episcopus.

Zenonem annos centũ vixisse testis octo latus est Sozo.

quæstori tradit. Ipse autē cum non plus quàm annum vixisset postea, tanquam quidā Olympicus victor receſſit à ſeptis, non ab hominibus ſolum gloriam aſſecutus, ſed etiam ab angelis. Ego autem cùm eum vt pro me ad Dominum intercedat, orauero, me ad aliam conuertam narrationem. F

Inuocatio.

MACEDONIVS. Sect. XIII.

Macedonij

MAcedonium autem cognomine κριτοφάγον, id eſt, veſcentē hordeo, is enim cibus hoc ei cognomen impoſuit, ſciunt quidē omnes Phœnices & Syri & Cilices. Sciunt autem horū quoque vicini & finitimi, qui partim quidem ipſi viri videre miracula, partim autem ea famam celebrātem audiuere. Neq; verò ſciunt omnes omnia: ſed cùm alij quidem hoc, alij verò illud didicerint, quod ſciunt meritò ſolum admirantur. Ego autem cùm de hoc diuino capite alijs ſciam perfectius: multa enim me mouerunt vt ad eum irem & frequens apud eū eſſem, narrabo ſingula vt potuero. Hunc autem ei ordinem ſeruaui, & poſt multos, eius poſui narrationem, non quòd is aliis fuerit virtute ſecundus: erat enim vel ſummis & primis æqualis: ſed quòd cùm vixerit longiſſimo tempore poſt illos quorum memini, vitæ finem accepit. Hic ergo habebat palæſtram & ſtadium, cacumina montiū: non in vno loco poſitus, ſed nunc quidem in hoc agens, nunc verò in illum tranſiens. Hoc autem faciebat, nō loca ægrè ferens, ſed eorū qui ad ipſum cōueniebant, & vndiq; concurrebant, effugiens multitudinē. Quadraginta autem & quinq; annis perpetuis vixit hoc modo: non vtens tabernaculo: non tugurio: ſed ſtans in foſſa profunda. Vnde etiā quidam eum vocabant Gubbam. Id autem nomen, ſi ex lingua Syriaca in Græcum transferatur, ſignificat λάκκον, id eſt lacum. Poſt id autem temporis cùm euaſiſſet ſenex, ceſſit rogantibus, & fixit tugurium. Poſtea autem orantibus familiaribus, domūculis quoq; non propriis, ſed alienis eſt vſus. Vigintiquinq; autem annis perpetuò vitam egit in tugurio & domūculis, vt deinde colligatur certaminum tempus ſeptuaginta anni. Cibo autem vſus eſt, nō pane, nec leguminibus, ſed purgato hordeo, & aqua ſola madefacto. Hunc autem cibum mater mea quæ ei fuit familiaris, lōgiſſimo tempore ſuppeditauit. Cùm aliquando autē ad eam veniſſet ægrotantem, & didiciſſet eam nolle perſuaderi vt ſumeret cibum morbo conueniētem: nam ipſa quoq; iam exercitationem amplectebatur monaſticam, cōſuluit vt cederet medicis: & illud nutrimentum exiſtimaret eſſe medicamentum: non enim deliciarum, ſed neceſſitatis gratia adhibetur. Nam ego quoq;, inquit qui quadraginta annis, vt ſcis, hordeo ſolo ſum vſus, cùm quædā mihi pridie huius diei veniſſet infirmitas, iuſſi cum qui mecum habitabat parum mihi panis petere & aſſerre. Venit enim mihi in mentem quòd ſi morerer, mortis redderem rationem apud iuſtum iudicē, vt qui fugiſſem certamina & detrectaſſem labores ſeruitutis. Nā cùm pauco cibo poſſet mors prohiberi, & in hac vita poſſem ſic manere, laborans & me affligēs, & opes quæ ex his percipiuntur colligens, mori fame quā viuere in philoſophia duxi magis expetendū. Timore ergo hinc repletus, cùm vellem cogitationis obtūdere aculeos, & panē petere iuſſi, & allatum comedi: & tibi præcipio ne mihi amplius hordeū, ſed panē præbeas. Ex illa ergo lingua ab omni mēdacio aliena audiuimus, quod quadraginta annis comederit hordeū. Atq; hæc quidem ſufficiunt ad coniiciendum quàm eſſet vir in exercitatione monaſtica ſtrenuus & quàm laborioſus. Integritatem autē & ſimplicitatem morum per alia declarabimus. Poſtquam enim magnus fuit ordinatus Flauianus, vt magnum Dei gregem paſceret, viri autem virtutē didicit: prædicabatur enim & erat in ore omniū: eum quidem abducit a vertice montis: tanquā in eum ad ſe delata fuiſſet accuſatio. Cùm autem myſticum eſſet propoſitū ſacrificium, adducit ad altare, & eum cooptat in numerum ſacerdotum. Poſtquam autem fuit ſacrum finitum officium, & hoc ei ſignificauit aliquis, quod enim factū fuerat ignorabat omninò: primum quidem inceſſebat omnes maledictis & conuitiis: poſtea autem accepto baculo, ſolebat enim eo innitens ingredi propter ſeniū, & ipſum perſequebatur pontificem, & alios quotquot aderant. Exiſtimabat enim ordinatione eum eſſe priuaturū & cacumine montis, & ea quam deſiderabat viuendi ratione. Sed tunc quidem vix eum iraſcentē ſedauerūt quidam ex familiaribus. Poſtquam autē fuit finitus hebdomadæ circulus, & rurſus venit dies feſti dominici, rurſus eum magnus accerſit Flauianus, rogans vt cum eis eſſet particeps huius celebritatis: ille verò ad eos qui venerāt, Non ſufficiūt, inquit, vobis ea quæ facta ſunt: ſed me rurſus vultis efficere presbyterum. Cùm ij autē dicerent fieri non poſſe vt bis eadem fieret ordinatio, non ceſſit, neq; venit, donec tempus & eius familiares eum id docuerūt. Scio quidē fore vt hæc narratio videatur multis non adeò admiranda: eā autem poſui, vt qui eam dignā quæ cōmemoretur exiſtimem, vt ex qua ſatis poſſit coniici & eius animi ſimplicitas & animæ puritas. Iis autē qui ſunt huiuſmodi, Dominus regnum cœlorū eſt pollicitus. Amen enim, inquit, dico vobis, niſi conuerſi fueritis vt puelli iſti, non intrabitis in regnū cœlorum. Quoniā ergo ſummatim oſtēdimus eius animæ formā ac characterem, age eius quoq; oſtendamus ex virtute fiduciam. Quidam dux militum qui delectabatur venatione, aſcendit in montem venaturus. Eum autē ſequebātur & canes & milites, & quæcunq; ſunt apta ad venationē. Poſtquam autē procul vidit hominē, & ab iis qui cum eo erant audiit quiſnā eſſet, ſtatim ex equo deſiliens, acceſſit, & allocutus eſt, & rogauit quid faciēs hic degeret: is autē contra viciſſim interrogauit, Tu autem quid hic veniſti facturus? Cùm dux autē dixiſſet, Venaturus, Et ego, inquit, meum venor Deū: & eum capere cupio: & cōtemplari deſidero: nec ab hac pulchra ceſſabo venatione. Hæc cum dux audiiſſet, & vt par erat miratus eſſet, receſſit. Cùm autem aliquando ciuitas à malo aliquo dæmone incitata baccharetur, & in imperatoris fureret ſtatuas, venerant quidā ex ducibus præſtātiſſimi, qui aduerſus

Extant de eo nōnulla apud Damaſc. lib. aduerſus vitup. Imag. & apud Niceph. & Theod. li. 5. cap. 19.

Confirmatio à ſuo ipſius teſtimonio.

Foſſa profunda Macedonij domus.

Cibus.

Theodoreti mater monaſtica, exercitationis amatrix.

Ægrotis quibuſdam licet vti cibis, alioquin prohibitis: ad me dicamentum potius quam nutrimentū.

Sacrificium miſſæ.

Venatio ſpiritualis.

G

H

I

K

Matth. 18.

aduerſus ciuitatem internecionis ferebant ſententiam. Cùm iis autem è monte deſcendiſſet, ambos accedentes duces in foro retinuit. Illi vero cùm quiſnam is eſſet didiciſſent, & ex equis deſiluerunt, manuſque & genua prehenderunt, & ei ſalutem ſignificarunt. Ille autem iuſſit vt dicerent imperatori, quod homo eſſet, & eandem haberet naturam quàm ij qui eum affecerant contumelia: & cùm natura iram metiri oporteat, ira ſit vſus immoderata: & pro ſuis imaginibus Dei imagines occidat: & pro ære ſtatuarum, corpora morti tradat. Ac nobis quidem æneas effingere & rurſus formare, eſt in promptu & facile tu autem, etſi ſis imperator, non potes occiſa corpora ad vitā reducere. Et quid dico corpora? Neque enim pilum vnum potes effingere. Hæc dixit voce vſus Syriaca. Illi autem, interprete in linguam Græcam transferente, audientes, & exhorruerunt, & ad imperatorem tranſmiſſuros ſignificarunt. Ego autem exiſtimo omnes cōfeſſuros hæc verba eſſe ex gratia diuini ſpiritus. Quomodo enim aliter hæc eſſet locutus, vir quidem expers omnis eruditionis, in agris autem educatus, vitam autem agens in cacuminibus montium, omnem autem animo circumferens ſimplicitatem, & qui nec diuinis quidem vacauerat eloquiis? Cum itaque eius & ſpiritalem declarauerim ſapientiam, & quæ iuſtis conuenit fiduciam, iuſtus enim confidit vt leo, tranſibo ad miracula. Vxor quædam cuiuſdam locupletis notabilis inciderat in morbum ingluuiei: & alij quidē eum morbum appellabāt operationem ſeu vexationē dæmonis: alij autē eum exiſtimabāt imbecillitatē corporis. Siue autem hoc, ſiue illud eſſet, erat huiuſmodi. Dicebant eam comedente in die triginta gallinas, non poſſe appetitionem extinguere ſatietate, ſed adhuc alias appetere. Cùm ſic ergo in ea conſumerentur facultates eius miſerti qui ad eam attinebant, diuinū illum hominē obſecrant. Ille autem venit quidem & precatus eſt: & cùm aquæ dexteram impoſuiſſet, & ſalutare efformaſſet ſignaculum, & iuſſiſſet bibere, curauit morbum: & adeo retudit immoderatam illam appetitionem, vt deinceps parua aliqua gallinæ particula quotidiè eius alēdæ vſum impleret. Hic quidē morbus hoc modo eſt curatus. cum autem quædam puella thalamo adhuc cōtineretur, & repētè cepiſſet vexari à malo dæmone, accurrit pater ad diuinum hominē, orans, & vociferans, & poſtulans vt curaretur filia. Is autē precatus, iuſſit vt dæmon ſtatim abiret à puella. Is autē dicebat ſe eam non ſua ſponte eſſe ingreſſam ſed magicis coactum præſtigiis. Dicebat autem eius quoque nomen qui coēgerat, & amorem eſſe cauſam incātationis. Sed cùm hæc audiiſſet, non tulit pater iræ impetū: nec expectauit vt curaretur puella: ſed omnium magiſtratuum ſummum adit præſidem ſcilicet qui pluribus præerat gentibus: accuſat hominem, & rem narrat. Is autem reus in iudicium adductus, rem negabat, & accuſationem nominabat calumniam. Hic autem non alium citabat teſtem quam ipſum dæmonem qui miniſter fuerat incantationis: & orabat iudicem vt curreret ad illum virum diuinum, & acciperet eius teſtimonium, Cùm is autem diceret non eſſe fas nec iuſtum vt in loco monaſticæ exercitationis haberetur quæſtio: dixit pater puellæ ſe in iudicium ducturum Macedonium: & currens perſuaſit, & duxit. Sedens autem extra iudicium iudex, non fuit iudex, ſed ſpectator. Magnus enim Macedonius fungebatur officio iudicis, vtens ea quæ intus habitabat poteſtate. Et cum iuberet dæmoni vt conſuetum mitteret mendacium, cum tota autem veritate rei narraret tragœdiam. Ille à maxima adactus neceſſitate, & virum oſtendit qui ei magicis carminibus vim attulerat, & ancillam per quam illa potio puellæ data fuerat. Cùm autem alia quoque pararet dicere quæ fecerat coactus ab aliis, vnius quidem ædes exurens, alterius verò iumenta interimens: aliū verò aliquo alio dāno afficiens, iuſſit homo Dei eum ſilere, & ſtatim procul recedere à puella & ab vrbe, ille autem tanquam Domini legi parens, fecit quod iuſſus erat, & protinus effugit. Sic cùm hanc vir diuinus liberaſſet à furore, illū quoque miſerum eripuit ab accuſatione, & abſtitit quo minus iudex in eum ferret ſententiam capitis: non eſſe fas dicēs vt propter ea quæ per ipſum ſunt conuicta, ſuppliciū capitis decerneretur, ſed potius per pœnitentiam ei daretur ſalus. Atquæ hæc quidem ſatis ſunt ad oſtendendam diuinæ potentiæ copiam quæ ei data fuerat: ego tamen alia quoque narrabo. Mulier quædā nobili loco nata, & longè ditiſſima, ea autem vocabatur Aſſyria, erat quidem emotæ mētis, ex domeſticis autē agnoſcebat neminem: vt cibum autem & potum ſumeret ferre non poterat. Plurimo autem tempore aſſi duè delirabat: & hoc alij quidem dicebant eſſe vexationem & operationem dæmonis: Medici autē dicebant eſſe morbum cerebri. Cùm omnis ergo ars eſſet conſumpta, & ex ea nullum daretur auxilium, eius maritus, erat autem is Abrodiantus, vir qui erat ex magiſtratibus & magna dignitate præditus ad diuinum illud caput accurrens, narrauit morbum coniugis, & orauit vt ea aſſequeretur curationem. Ceſſit vir diuinus: & domum quidem venit, & magno ac vehementi ſtudio Deo obtulit orationem. Perfecta autem oratione cum iuſſiſſet aquam afferri, & feciſſet figurā ſalutaris ſignaculi, iuſſit illā bibere. Cùm autē prohiberent medici, vt pote quod potu aquæ frigidæ morbus creſceret, expulſa tota illorum caterua, obtulit mulieri potionem. Illa autē ſimulac bibit, ad ſe rediit, & à morbo omnino liberata, diuinū virum agnouit, & vt dextrā acciperet rogauit, oculiſque eam impoſuit, & ori admouit, & deinceps ſemper fuit mētis cōpos. Cū autē illud vitæ genus amplecteretur in mōtibus, paſtor quidā quærens oues errantes, venit ad illū locū ūbi erat homo Dei: Erat autē nox profundā & multa nix deſcenderat: & vidit, vt ipſe dixit, piram circa ipſum accenſam: & quoſdam duos candida veſte indutos igni præbentes materiam. Animi enim alacritatem afferens, diuino fruebatur auxilio. Quinetiam doni erat prophetici particeps. Et cùm ad eum aliquando veniſſet quidam dux, pietate & vera religione clarus, quis autem ignorat virtutem Lupiciani? dixit ſe eſſe de

Viuæ imago præſtat muta ſtatuā.

Dæmoniacæ voracitas.

Aqua benedicta dæmoniacū ſanat.

Dæmō magicis præſtigiis inducitur in corpus puellæ.

Non eſt habēda quæſtio iudiciaria in monaſterio.

Potio magica.

Mulier emotæ mentis ſanatur.

Aquæ benedictæ guſtus inſanam curauit.

Donum prophetiæ.

A

B

C

D

E

S

quibuſdam ſolicitum, qui ab vrbe regia per mare ad ipſum ferebant neceſſaria. D icebat enim præ- F
teriiſſe quinquaginta dies, ex quo ex portu ſoluerant, de eis autem nihil audiuerant. Ille autem nihil cunctatus, Vna, inquit, nauis, amice, periit: altera autem poſtridiè portum occupabit Seleuciæ. Et hoc quidem audiuit diuinam illam vocem locutam: didicit autem experientia eorũ quæ dixerat veritatem. Vt autem alia prætermittam, ea narrabo quæ ad nos ipſos pertinent.

Mater Theodoreti primũ ſterilis.

Cùm mater mea vnà cùm patre meo habitaſſet tredecim annis, ea non fuerat facta mater filiorum: erat enim ſterilis, vt quæ fructum ferre à natura prohiberetur. Et ipſa quidem id non valde ægre ferabat. Quæ enim erat in rebus diuinis erudita, credebat hoc eſſe vtile: magnam autem moleſtiam accipiebat pater quòd careret filiis: & circunquaque curſitans rogabat Dei ſeruos vt à Deo ei peterent filios. Alij ergo pollicebantur ſe & Deum deprecaturos, & iubebant vt eſſet Dei voluntate contentus. Hic autem homo diuinus eſt aperte profeſſus, ſe vnum petiturum ab vniuerſi opifice, & ſe petitionem accepturũ eſt pollicitus. Cùm tres itaque anni præteriiſſent, & promiſſio finem non accepiſſet, rurſus acceſſit pater promiſſum exigens. Ille autem iuſſit vt ad ſe mitteretur coniũx, cũ autẽ veniſſet mater, dixit ille vir diuinus, ſe & petiturum, & eam filiũ accepturã, & quod oportet ei eum qui dederat dedicari. G

Theoderetus deo dicatur antequã naſcatur.

Cùm autem mater ſolum rogaret vt animæ ſalutem acciperet, & vt liberaretur à gehenna: Præter hoc, inquit, liberalis & munificus Deus tibi dabit filiũ. Iis enim qui purè & ſincerè petunt, duplices largitur petitiones. Illinc reuerſa eſt mater afferens promiſſi benedictionem. Et quarto anno à promiſſione concipit, & gerit vterum: & accedit ad diuinum hominem, benedictionis oſtendens manipulos.

Macedonius nouus Eliſeus

Quinto autem menſe à conceptione, fuit periculum abortionis. Illa autem rurſus miſit ad nouum ſuum Eliſæum: vetabat enim morbus ne ad ipſum veniret: & ei reuocauit in memoriã quod nolebat fieri mater filiorum: & eius promiſſa adduxit in medium. Ille autem cùm procul vidiſſet venientem, & agnouit, & cauſam ſignificauit, Noctu enim & morbum & ſalutem ei oſtenderat Dominus. Accepto ergo baculo, venit, ei innitens: & cùm fuiſſet intra ædes, & pacis ſalutationem dediſſet vt conſueuerat, Bono, inquit, ſis animo: nec timueris. Neque enim donum auferet is qui dedit, niſi tu pacta conuenta tranſilieris. Pollicita es autem te ei redditurum eum qui datus fuerit, & ei cõſecraturum ad diuinum miniſterium. Sic autem, inquit mater, ego & opto & volo. Exiſtimo enim vel imperfectiſſimum fœtum eſſe magis expetendum quàm à Deo alienam filij educationem. H

Aqua benedicta pellit abortionis periculum.

Cùm itaque aquam accepiſſet & benedixiſſet, Bibe ergo, inquit, vir diuinus, hanc aquam: & ſenties diuinum auxilium. Bibit itaque vt iuſſerat, & abortionis effugit periculum. Hæc ſunt noſtri Eliſæi miracula. Ego eius benedictionem & doctrinã ſæpè percepi. Me enim adhortãs, ſepè dicebat: Natus es, o fili, cum multis laboribus, Multas noctes Deũ hoc ſolum perpetuò rogaui, vt tui parẽtes hoc fierent quod te nato ſunt nominati.

Exhortatio Macedonij ad Theodoretum.

Vide ergo vt vitam agas dignam laboribus, vt qui antequam naſcereris, promiſſis fueris dedicatus. Quæ ſunt autem Deo dedicata, ſunt omnibus veneranda, & quæ à vulgo minimè ſunt cõtrectanda. Conuenit ergo vt tu quoque malos animi motus nõ admittas: illa autem ſola & facias & cogites quæ Deum placant virtutis legiſlatorẽ. Hæc mihi perpetuò ſuadebat vir diuinus. Ego autem & eorum quæ mihi dixit memini: & donum diuinum ſum edoctus.

Inuocatio ſanctorum.

Cùm autem non oſtendã factis ea quæ mihi ſuaſit, rogo vt per illius preces diuinum conſequar auxilium, & quod eſt vitæ reliquum, agam ex illius præceptis. Qualis ergo ille fuerit, & quibus vſus laboribus diuinam attraxerit gratiam, hæc quoque ad docendum ſufficiunt. Accepit autem etiam in hoc mũdo I
eius obitus dignum honorem laboribus. Omnes enim & ciues & externi, & quibus credita fuerat magnorum magiſtratuum diſpenſatio, ferentes illum ſacrum lectum ſuper humeros, deportarunt in ædem martyrum victoriç inſignium: & cũ diuinis viris Aphraate & Theodoſio, ſanctũ illud & Deo gratũ corpus depoſuerũt: mãſit autem gloria eiuſmodi vt extingui non poſſit.

Cœmyterium in Eccleſia.

Nos autem impoſito fine narrationi, eum qui percipi poteſt ex narratione bonum odorem percepimus.

MAESYMAS. SECT. XIIII.

Naeſymas.

SCimus quidem alia quoque plurima in vrbe Antiochena reſplenduiſſe pietatis & veræ religionis lumina, magnum Seuerum, & Petrum Ægyptium, Eutychẽ, & Cyrillum, & Moſem, & Malcum, & alios quoque plurimos eadem via eſſe ingreſſos, Sed ſi res ab omnibus in vita geſtas conaremur ſcribere, totum tempus nobis nõ ſuffecerit: maximè cùm etiam multis permultorum lectio afferat ſatietatem. Ex iis ergo qui ſcripti ſunt de eorum quoque qui ſunt prætermiſſi vita coniecturam facientes, proſequantur laudibus & imitentur, & vtilitatem percipiant. Ego autem tranſi- K
bo ad prata Cyri, & eorum qui in eis fuerunt fragrantium ſpecioſorumque florum, quam maximè potero, oſtendam pulchritudinem.

Prata Cyri

Fuit quidam Maeſymas, in iis quæ nos præceſſerunt temporibus: voce quidem Syrus, & ruri educatus, & qui virtutis omne genus oſtendit. Cùm autem claruiſſet in ea quæ eſt per ſe vita, ei cuiuſdam vici cura fuit credita.

Sacrificare & Dei oues paſcere.

Sacrificans autem, & Dei oues paſcens, illa dicebat & faciebat quæ lex iuſſit diuina. Aiunt autem cum neque tunicam, neque cilicium ſæpè mutaſſe, ſed iis quæ in eis fiebant rupturis aliquot pannos conſuendo, ſenectuti hoc modo remedium attuliſſe.

Hoſpitalitas.

Hoſpitum autem & pauperum tam alacri animo curam gerebat, vt patefaceret portas omnibus qui aderant. Dicitur enim habuiſſe duo dolia: vnum quidem, frumenti: alterum verò, olei. Ex his ſemper quidem ſuppeditabat omnibus egentibus: habebat autem ea ſemper plena benedictione quæ data eſt viduæ Sareptanæ, & immiſſa fuerat in hæc dolia

A dolia. Ipſe enim Dominus omnes opes effundit in omnes eos qui ipſum inuocant: & ſicut illius hydriam & guttam iuſſit ſcaturire, præbens manipulos ſeminum hoſpitalitatis: ita etiam huic viro admirabili exhibuit ſuppeditationem, quæ ex æquo reſpõdebat eius animi alacritati. Iã verò ad faciẽda quoque miracula à Deo vniuerſorum magnam accepit gratiam. Faciã autẽ mẽtionem vnius aut duorũ miraculorum: reliqua autem prætermittam, vt qui properem venire ad alios.

Gratia miraculorum.

Mulier quędam & genere & fide ornata filium qui ceciderat in malam valetudinem erat autem admodum tenera ætate, multis obtulit medicis. Arte autem ſuperata, cùm & medici deſperaſſent, & puerum eſſe moriturum apertè dixiſſent non abiecit mulier ſpem meliorẽ: ſed illã imitata Sunamitidem, multis imponit cameram. Cùm in ea autem ſe & puerum impoſuiſſet, peruenit ad virum illum diuinum. Lamentans autem, & naturæ oſtendens affectionem, rogauit vt ferret auxilium. Is autẽ cùm puerum manibus accepiſſet, & aræ baſi admouiſſet, iacebat pronus, animarũ & corporum rogãs medicum: & accepta petitione reddidit valentẽ matri filiũ. Ego autem id audiui ab ea quæ hoc vidit miraculum, vt pueri accepit ſalutem.

Puer curatur à graui morbo, baſi aræ admotus.

Aiunt autem illius quoque vici dominũ cum veniſſet (is autẽ erat B
Latoius, qui antiocheni quidem ſenatus primas partes tenebat, impietatis autem tenebatur caligine) & fructus acrius quam oportebat exigere ab agricolis, diuinum illum hominẽ clementiã illi conſuluiſſe, & de miſericordia apud eum verba feciſſe: manſiſſe autem illum inexorabilẽ, experiẽtia autem cognouiſſe ſecutum damnũ ex eo quòd nõ paruerit.

Dominus vici acrior in exigendo mo[...]netur à Mæſyma.

Cùm enim eum abire oporteret, & currus eſſet paratus, & ſedens aurigæ iuſſiſſet vt mulas incitaret, illæ quidẽ trahebãt totis viribus, vrgẽtes, & temonẽ aſportare molientes: viſæ ſunt autem rotæ ferro & plũbo alligatæ. Cùm autem agreſtium quoque multitudo, rotas mouens vectibus nihil proficeret, quidam ex amicis qui Latoio aſſidebat, ei cauſam ſignificat, dicens ſacerdotem ſenem eum eſſe execratũ, & quòd oportet eum placare & reddere beneuolum. De curru itaque exiliẽs, ei fuit ſupplex quem prius reſpuerat: & ad eius pedes prouolutus, & ſordidos pannos amplectens rogabat vt iram compeſceret. Is autem cũ preces accepiſſet & eas Domino obtuliſſet, ſoluit vincula rotarum quæ ſub viſum non cadebant, & effecit vt ſicut ſolebat veheretur vehiculũ, Porrò autẽ multa quoque alia huiuſmodi narrant de diuino illo capite. Poteſt autẽ ex his quoque intelligi, quod iis qui volunt philoſophari, nihil detrimenti afferat
C mora quæ trahitur in oppidis & vicis. Oſtẽdit enim hic, & qui huic ſimiles, Dei culturæ curã gerunt, quòd etiam qui verſantur in media hominum multitudine, peruenire poſſint ad ipſum virtutum faſtigium. Cuius ego vtinam ad aliquam ſaltem partem exiguam ſuſtollar, eorum adiutus precibus.

Sanctorum preces.

ACEPSEMAS. SECT. XV.

XV. Acepſemas. Inuenitur inter cæteros eremitas apud Theod. lib. 4. Eccl. hiſt. cap. 26.

ACepſemas fuit eodem tẽpore cuius fama latè ſparſa eſt per oriẽtem. Is cùm in domũcula ſeipſum incluſiſſet ſexaginta annos tranſegit, neque videns, neque loquens: ſed in ſeipſum cõuerſus, & Deum viſione apprehendens, illinc omnem accipiebat conſolationem, cõuenienter propheti æ quæ dicit. "Delectare in Domino, & ora eum, & ipſe dabit tibi petitiones cordis tui." Per exiguam autem quandam foſſam manum porrigens, accipiebat id quod afferebatur nutrimẽtum. Foſſa autẽ non ita effoſſa fuerat vt omnino tenderet in directum, ne eſſet ex aduerſo eorum qui vellent ipſum videre, ſed erat obliqua, & ita conſtructa vt eſſet inſtar incuruæ lineæ. Ei autẽ ferebatur cibus, lens aquæ madefacta, Semel autẽ in hebdomada noctu egrediens, hauriebat ex fonte propinquo quan-

Pſal. 36.

D tum ſatis erat aquæ: & cum aliquando quidã paſtor procul oues paſcẽs, in tenebris vidiſſet eum moueri, & eum conieciſſet eſſe lupũ: ibat enim incuruus, vt qui multo eſſet ferro grauatus: mouit fundam tanquam iaculaturus lapidem. Cùm autem eius manus longo tempore maneret immobilis, & lapidem non poſſet emittere donec vir ille diuinus hauſta aqua reuerſus eſt, ſenſit ignorantiam: & poſt auroram venit ad virtutis gymnaſium: & narrat quod acciderat, & petit veniam, & accipit delicti remiſſionem: non audita voce loquente, ſed per manus motiones intellecta placatione.

Acepſimas ille dicatiſſimus tugurιolo incluſus ſexaginta annos ſanctè peregit, vt neque conſpiceret neque alloqueretur quenquam Niceph. lib. 11. cap. 41.

Quidam autem alius, vſus quodam maligno inueſtigandi ſtudio, & ſcire deſiderans quid toto tẽpore ageret perpetuò, auſus eſt conſcendere platanum, quæ ſita erat iuxta foſſam: ſed percepit illico fructus ſuæ audaciæ. Media enim parte corporis vſque ad pedes exſiccatus, ſupplex erat, ſuum peccatũ accuſans Ille verò, ſecta platano prius ſignificauit futuram ſanitatem. Ne enim alius quoque cùm ſimilia feciſſet, pœnas lueret ſimiles, arborem iuſſit excindi. Arboris autem ſectionem ſecuta eſt etiam ablatio ſupplicij. Tanta quidem fortitudine & tolerantia vſus eſt hic vir diuinus: ab Agonotheta autem
E tantã accepit gratiam. Cùm autem ſe abhinc migrandum pararet, prædixit quòd poſt quinquaginta dies vitæ finem eſſet accepturus: excepit autẽ omnes qui vellent eum videre. Cũ autem eccleſiæ quoque veniſſet Antiſtes, eum quidem vrgebat vt iugũ acciperet presbyteri, Noui, dicẽs, ô pater, & tuæ philoſophiæ altitudinẽ, & quanta ſit mea paupertas. Sed cum mihi ſit credita põtificatus adminiſtratio, ex hac nõ ex illa ordino manus imponens. Accipe ergo, inquit, donũ, ſacerdotij mea quidẽ dextera miniſtrante, ſanctiſſimi autem ſpiritus gratia ſuppeditante. Ad hęc fertur dixiſſe paucis poſt diebus hinc migraturus, De his, inquit, minimè decertabo. Si enim eſſem diutius victurus, omnino fugiſſem hoc graue & terribile onus ſacerdotij, pertimeſcens reddendã depoſiti rationem. Quoniã autẽ non ita diu abhinc recedam iis quæ hic ſunt relictis, iuſſis non inuitus parco. Statim ergo nullo ducente, hic quidem flectens genua, expectabat gratia: ille verò manum imponens, erat adminiſter ſpiritus, Cum autem accepto ſacerdotio vixiſſet paucos dies, vita vitam mutauit: ſeniique &

Manus arctatur paſtoris. Curioſitatis pœna. Prædicit Acepſemas diem mortis ſuæ. Onus ſacerdotij grauiſſimum.

corpus defuncti quisque sibi vendicare mittitur.

curæ expertem, pro hac quę multis curis est obnoxia, accepit cum vellent autem omnes corpus rapere, & in animo haberent vnusquisque in vicum suum transferre, quidam cum sancti iusiurandum significasset, sustulit contentionem. Dixit enim sanctum eum iureiurando adegisse, vt eum in hoc loco traderet sepulturæ. Ita etiam post mortem, frugalitatis & simplicitatis curam gerebant ciues cœlorum: & neque cùm viuebant, in animum vnquam induxerunt vt eis res vlla magnos spiritus faceret & mortui non sunt amplexi honorem hominum: sed totum amorem transtulerunt in sponsum: non secus ac pudicæ mulieres, quæ à solis coniugibus student & amari & laudari, laudes aliorũ contemnentes. Ea de causa sponsus eos etiamsi noluit, reddit claros & insignes, & hominum gloria ex redundanti quadam copia impertit. Cùm enim quis diuina persequens, petit cœlestia, vnà cum illis multa quoque alia adiicit, multiplicatas largiẽs petitiones. Hoc etiam dixit in ferendis legibus. « Petite regnum Dei & iustitiam, & cætera omnia adijcientur vobis. Et rursus, « Qui reliquerit patrem & matrem & fratres & filios propter meum euangelium, etiam in hoc seculo centuplum accipiet, & « in futuro erit hæres vitæ æternæ. Hæc & dixit & fecit. Nobis quoque adsit & sermone & opere eruditis, vt eius precibus innixi, tanquam scopum, attingere præmium supernæ vocationis, quæ est in Christo Iesu Domino nostro valiamus.

Sancti reiecerunt honorem, quem tamen Deo donante, assecuti sunt.

Luc. 12.

Matth. 19.

Inuocatio sanctorum.

F

G

MARO. Sect. XVI.

XVI. Maro.

Is marosas à Solom. & Niceph. nominatur.

MAronis post hunc meminero. Nam is quoque diuinum sanctorum chorum exornauit. Eam enim quæ sub dio sit vitam amplexus, occupauit quoddam cacumen quod in honore habebatur ab iis qui erant olim impij: & cùm quod in eo erat templum dæmonum Deo consecrasset, in eo est versatus, paruo quodam in eo fixo tabernaculo, quo tamen rarò est vsus. Nõ solum autẽ consuetis vsus est laboribus, sed etiam alios excogitauit, accumulans opes philosophiæ. Agonotheta autem mensus est gratiam eius laboribus. Liberalis enim & munificus Deus ei tam copiosè dedit donum curationum, vt in omnes quidem partes eius gloria peruaserit, omnes autem vndique attraxerit, & experientia docuerit eam famam esse veram, Videre enim erat & febres extingui rore benedictionis: & horrorem cessare: & dæmones fugere: & varios omnisque generis morbos vno curari medicamento. Medici enim vnicuique morbo exhibẽt coueniens medicamentũ. Sanctorũ autem deprecatio est commune omnium morborum remedium. Nõ solum autem medebatur ægritudinibus corporis, sed etiam animis conuenientem exhibebat curationem: huius quidem auaritiam, illius vero curans iracundiam: & vni quidem exhibens doctrinam moderationis: alteri verò disciplinam iustitiæ: & illius quidem castigans intemperantiam, illius vero excitans hebetudinem. Hac vtens agricultura, effecit multas plantas philosophiæ: & hortum qui nunc germinat in regione Cyri, ipse Deo plantauit. Huius plantationis opus est magnus Iacobus, ad quem quispiam vocem illam traxerit propheticam, Tanquam cedrus quæ est in libano multiplicabitur & etiam alij omnes « cuius seorsum, si Deus velit, faciam mentionem. Sic autem agriculturæ diuinæ culturam gerens, & « animas simul curans & corpora, paruam passus ægritudinem, vt & naturæ imbecillitatem & animi discamus fortitudinem, ipse quidem excessit è vita: Acre autem bellum inter vicinos exortum est de corpore. Ex finitimis autem quidam vicus populo frequentissimus, cùm toto simul coacto populo aduenisset, alios quidem fudit ac fugauit: maximè autem expetendum illum rapuit thesaurum: & maxima æde extructa, ea quæ ex eo percipitur vtilitate fruuntur in hodiernum diem: publico ac celebri festo illum insignem victorẽ honorantem. Nos autem etiam absentes fruimur benedictione. Nobis enim pro monimento sufficit memoria.

Miraculorum operatio.

Orationes sanctorum commune morbis omnibus remedium.

Psal. 91.

Pro defuncti corpore contenditur.

Memoria sanctorũ & miracula.

H

I

ABRAAMES. Sect. XVII.

XVII. Abraames.

Habetur in catal. illust. eremitarum lib. 4, hist. Eccl. Theod. cap. 26. Nicep. lib. 11. cap. 41.

NEc admirabilis Abraamis memoriam fas est prætermittere, hoc prætextu, quod post vitam monasticam Pontificiæ sedi fuerit ornamento. Nam hoc quidem certè nomine iure fuerit dignior qui commemoretur, quod institutum vitę mutare coactus, vitam non mutauerit: sed cum monasticę exercitationis trãsierit afflictiones: & simul monasticis laboribus & curis Pontificialibus circunsessus, vitæ cursum peregerit. Porrò autem est hic quoque fructus Cyri regionis. Hic enim & natus & educatus, collegit opes virtutis monasticæ. Qui enim simul cum eo versati sunt, dicunt eũ & vigilando & stando & ieiunando ita corpus edomuisse, vt longissimo tempore permanserit immobilis, minimè valẽs ingredi. Diuina autẽ prouidentia liberatus ab illa imbecillitate, voluit grauia pati pericula pro diuina gratia. Venit autem in Libanum, cùm didicisset vicum quendam teneri magna impietatis caligine: & persona mercatoris vultu celato monastico, cum iis qui simul versabantur ferens canistros tanquam nuces empturus: hunc enim fructum præcipuè ferebat vicus, cùm domum conduxisset, & aliquantum pecuniæ prærogasset possessoribus, quicuit quidem tres & quatuor dies. Deinde paulatim diuinum aggressus est officium, vtẽs voce moderata. Postquam autẽ senserun psalmodia, Præco quidem clamauit, & omnes conuocauit. Erant autem simul congregati & viri & pueri & mulieres: & confractis extrinsecus foribus, desuper ex tecto multum puluerem congerentes deiiciebant. Postquam autem eos viderunt suffocari & obrui, & nec aliquid

Abraames simul monachus & pontifex.

Personam mercatoris induit monachus, vt alios lucrifaciat.

K

A aliquid aliud velle facere nec dicere, sed solum Deo preces offerre, seniorum monitu destiterunt ab insania. Deinde apertis foribus cùm eos eiulcisset ab aggere, iusserunt eos statim abire. Sed eodem tempore venerunt exactores qui eos vectigalia cogebant exoluere. Et alios quidem ex iis vinciebãt alios verò per contumeliam afficiebant verberibus. Sed vir ille diuinus, nullius ex iis quæ in ipsos facta erant recordatus, dominum imitans, qui cruci affixus, eorum qui hoc fecerant curam gerebat orauit illos exactores vt moderatè ac clemẽter exigerẽt. Cùm autẽ fideiussores requisiissent, sua spõte suscepit fideiussionem: & paucis pòst diebus centum aureos se daturum est pollicitus. Qui autem grauia illa eis fecerant, valdè admirati viri benignitatem, de iis quidem quæ ausi fuerant petunt veniam: rogant autem vt ipse fiat eorum præses neque enim habebat vicus Dominum: erant autem ipsi & agricolæ & Domini centum autem aureos cùm veniisset in ciuitatem, est autem ei nomen Emesa, & notos aliquos inuenisset, accepit mutuò. Deinde in vicum reuersus, die præstituto implet quod promiserat. Cùm hoc eius yidissent studium, vehementius id ab eo contendunt. Cùm is autẽ se id facturum esset pollicitus, si se pollicerentur ædificaturos ecclesiam, rogarunt vt statim aggrederentur: & deduxerunt beatum virum, aptiora loca illi dicantes: & vnus quidem hunc, alius verò locum illum laudabat. Cum autem meliorem elegisset, & fundamenta iecisset, tactum breui tempore imposuit. Cúmque finem accepisset ædificium, iussit vt admitterent sacerdotem. Cùm autem dicerent se nullum alium electuros, & rogarent vt eum haberent & patrem & pastorem, accipit gratiam sacerdotij. Postquam autem cum eis versatus est tres annos & eos pulchrè deduxit ad res diuinas, cùm effecisset vt vnus ex eis qui simul erant, vice sui præficeretur, ad monasticum rediit habitaculũ. Et ne si omnia illius narrem, prolixiori vtar narratione, cum in his resplenduisset, fit Carrarum pontifex. Erat autem ea quidem ciuitas circumcessa ab ebrietatis impietate, & seipsam dederat debachationi dæmonum. Sed cum esset dignata huius agricultura, & accepisset ignem huius doctrinæ, permansit quidem libera à prioribus sentibus: nunc autem vberem profert segetẽ spiritus, maturarum frugum Deo offerens manipulos. Sed non sine labore vir diuinus hãc exercuit agriculturã: sed laboribus vtens innumerabilibus, & eorum qui corporibus medẽtur artem imitans, partim quidẽ dulcem adhibens adhortationẽ, partim verò acribus vtens medicamentis: nonũquam verò & vtẽs C & secans effecit hanc sanitatem. Doctrinæ autem & alij eius diligentiæ vitæ quoque lumina suffragabantur. Illis enim illuminati, & audiebãt ea quæ dicebãtur, & ea quæ fiebant lubenter accipiebãt. Toto enim tempore quo fuit Antistes, ei quidem fuit panis superuacaneus: aqua quoque superflua inutilis autem lectus, & superuacaneus vsus ignis. Noctu enim quadraginta hymnos, quos inter se inuicem loquendo & respondendo dicunt, implebat, earum quæ intercedunt precum duplicãs numerum: reliquum autem noctis in sede sedebat, concedens palpebris vt aliquantulum quiesce rent Atque quòd non in solo quidem pane viuit homo, dixit quidem contemplator Dei Moses: meminit autem huius quoque vocis Dominus prouocationẽ diaboli recusans. Quòd autẽ etiã sine aqua viui possit, à nullo loco diuinæ scripturæ didicimus. Etenim tantus ille Elias primũ quidẽ ex torrẽte aquam hausit. Deinde etiam cũ ad viduã accessisset Sareptanam, sibi primũ iussit aquã afferri, deinde panem. Sed hic vir admirabilis toto tempore põtificatus, neque panẽ, neque legumina, neque olera quæ igni appropinquassent comedit: neque aquam bibit, quæ ab iis qui in his rebus sibi docti sunt D visi, propter vsum existimata est prima ex elemẽtis: sed lactucas, intyba, & apia, & similia, cibum ducebat & potũ, pistorum & coquorum artes ostendens superuacaneas. Tempore autem autumni, fructus ei illum vsum implebant. Hæc autem sumebat post officium vespertinum. Cum corpus autem talibus cõsumeret laboribus, in aliorũ cura gerẽda erat insatiabilis. Aduenientibus enim hospitibus erat & totus paratus: egregius autẽ & selectus panis eis offerebatur, et vinũ odoriferũ: piscésque et olera, & quæcũque sunt eis cõiuncta. Quinetiã ipse quoque meridie assidebat conuiuantibus, eorum, quæ apponebãtur partes vnicuiq; afferẽs & dãs vnicuique talices & iubẽs libere, & cũ qui erat eiusdẽ secũ nominis imitans, patriarchã inquã qui ministrabat quidẽ hospitibus, sed nõ simul conuiuabatur. Interdiu autem versans in iudiciis eorum qui inter se litigabant & decertabant, aliis quidem persuadebat vt inter se inuicem reconciliarentur: alios autem cogebat, qui leni & mansuetæ doctrinæ non parebant. Nullus autem ininstus recessit sua audacia aduersus iustum victoria potitus. Ei enim qui iniuria afficiebatur iusti partem semper addens, reddebat eum inexpugnabilem, & eo qui volebat iniuriam facere superiorem. Similisque erat optimo medico, qui semper prohibet eos hu- E mores qui redũdant, & procurat vt sit inter materias æqualitas. Hũc quoque desiderauit videre Imperator. Est enim allata fama, quæ facilè omnia quæ bona sunt & quæ mala significat: & ad se accersiuit, & venienis salutauit & excepit: & agreste illud cilicium suã purpura existimauit præstantius. Iam verò reginarum quoque chorus eius & manus prehendit & genua: virúmque rogabant qui nec exaudire quidem poterat linguam Græcã. Adeo & regibus & omnibus hominibus res honore & reuerentia digna videtur philosophia. Quinetiã vbi obierint ij qui eius sunt amatores & sectatores, maiorem assequuntur gloriam. Et potest quidẽ hoc sciri etiam ex multis aliis, sed vel maximè quidem ex iis quæ diuino huic viro acciderunt. Postquã enim obiit, & hoc resciuit Imperator, voluit quidẽ eum deponere in aliqua æde sacra: cũ autẽ intellexisset piũ esse & honestũ vt gregibus redderetur corpus pastoris ipse quidem & id deduxit præcedens, & reginarum consequens, omnesque & magistratus, & qui ab iis regebatur, populus, militésque & priuati. Tanto studio eum accepit

Ecclesiæ ædificatio.

Sacerdos in Ecclesia.

Modus in exhortando.

40. hymni nocturni.

Matth. 4.

Quis victus Abramir.

Officium vespertinum.

Hospitalitas egregia eius qui semper seruabat.

Iudicium rectum & iustitia Abramis.

Cilicium purpura Imperatis præstantius.

Maior laus sanctorum post mortem.

Imperator & regina adsunt exequiis & funeri Abramir.

& ciuitas Antiochi, & quæ eam sunt consecutæ, donec peruenit ad magnum illum fluuium. Ad ripā F autem Euphratis concurrebant quidem ciues; & concurrebant etiam hospites, cōcurrebant etiam rustici, Quinetiam finitimi festinabant ad fruendum benedictione. Lectum autem multi sequebantur lictores, eos percutiendo terrentes qui corpus veste nudare conabantur, & cupiebant illinc pannos sumere. Et licebat audire alios quidem psallentes: alios verò lamentantes. Alia enim deflens eum vocabat præsidem: alia verò altorem: alia autem pastorem & magistrum: & alius quidem lachrymans nominabat patrem: alius verò adiutorem & curatorem: & cum tot laudibus & lamentationibus sanctum illud & sacrum corpus sepulchro mandauere. Ego autem admiratus quòd cùm vitæ mutasset institutum, vitam non vnà commutauerit, neque dum esset Antistes, remissum ac solutum vitæ genus sit amplexus, sed exercitationis monasticæ labores adauxerit, eum recensui in historia monachorum: nec recessi ab eo qui ei placuit ordine, benedictionem quoque ab eo desiderans.

Panni Abraamis vita functi omnibus preciosi.

EVSEBIVS SECT. XVIII. G

XVIII. Eusebius. huius est mētio lib. 6. Sozom. cap. 33.

PRius dictis sanctis magnum quoque addam Eusebium, qui non longo quidem abhinc tempore est mortuus. Cùm multis autem annis vixisset, tempori quidem æqualem sustinuit laborem labori autem æqualem simul delegit virtutem. Multiplex autem lucrum ex eo retulit: magnitudine enim remunerationum Agonotheta superat certamina. Hic ergò cùm primò aliorum fidei sui curam credidisset, quo illi ducebant, ducebātur: erant enim ipsi quoque viri diuini virtutisque athletæ & exercitatores: & cùm aliquo tempore cùm eis esset versatus, & benè rectéque philosophiæ accepisset scientiam, vitam monasticam est amplexus: & cùm quoddam dorsum montis occupasset, imminet autem ei vicus maximus, quem nominant Asicham, fossa solummodo facta, & lapidibus ne luto quidem coniunctis, sub dio reliquam transegit vitam seipsum affligens, veste quidem opertus pellicea, cicere autem & fabis aqua madefactis se nutriens. Quinetiam aliquando quoque vescebatur caricis, sic vt cūque conans sustentare imbecillitatem corporis. Cumque ad summam peruenisset senectutem, vt etiam dentes plurimos amisisset, neque mutauit cibum, neque habitationē. H Sed & cum hyeme congelaretur, & æstate vreretur, fortiter ferebat contrarias qualitates aëris, faciem quidem habens corrugatam, arefacta autem omnia membra corporis. Tam multis autem corpus consumpsit laboribus, vt ne zona quidem maneret super lūbos, sed caderet inferius: nihil enim erat quod vetaret: nam & clunes, & coxendices consumpti erant, & zonæ facilem descensum præbebant ad inferiora. Zonam itaque adsuit tunicæ, hac ratione vt staret excogitans. Egrè ferebat autem conuersari cum multis. Nam cùm diuinam contemplationem visione assiduè apprehenderet, mentem ab ea nolebat abstrahere. Sed tamen etsi esset amore tam vehementi præditus, permittebat aliquibus ex notis, vt id quod portam obstruebat auferrent, & intrarent: & cùm eis exhibuisset doctrinam ex diuinis eloquiis, iubebat rursus abeūtes portæ lutum imponere. Verum cùm omnino satius existimasset etiam cum paucis vitare congressionem, aditum omninò obstruxit, illi portæ maximo admoto lapide. Per quādam autem fossam colloquebatur quidem cum paucis ex familiaribus, sed non videbatur. Sic enim prouiderat. Illinc autem illud quoque exiguum accipiebat nutrimentum. Rursus autem cum omnibus colloqui denegasset, me solum dulci illa & Deo grata I voce dignabatur: & abire volentem me sæpè detinebat, de rebus disserens cœlestibus. Cùm multi autem ad eum venirent & postularent donum benedictionis & eum ægrè ferret tumultum, nec senectutem considerans nec vrgentem reputans imbecillitatem, transilit fossam quæ nec à robustis quidem & valentibus facilè transiri poterat: & cùm ad quandam propinquam venisset monachorū classem, parua rursus fossa acta ad muri angulum, cùm consuetis decertabat laboribus. Huius autem gregis præfectus, vir omni virtute plenus, dixit eum cum comedisset quindecim caricas, transegisse septem hebdomadas sancti ieiunij. Hoc autem subiit certamen, cùm vixisset plus quàm nonaginta annos, imbecillitate autem quæ narrari non potest esset affectus. Sed imbecillitatem superabat animi alacritas: & Dei amor omnia facilia reddebat & expedita. Cùm hic talibus circumflueret sudoribus, peruenit ad metam cursus, & Agonothetam videns, & coronam desiderans. Ego autem rogo vt illam consequar intercessionem quam huc vsque percepi dum esset adhuc superstes. Credo enim eum viuere, & habere puriorem ad Deum fiduciam. K

Asicha vicus.

Vestis pellicea.

Mira viri mortificatio.

Theodoretus audit Eusebium.

quadragesima.

SALAMANVS. SECT. XIX

XIX. Salamanus. Salamanes vocatur à Sozom. lib. 6. cap. 32. & à Nicep. lib. 11 cap. 39. Salamines. Capersana vicus.

ME virtuti iniuriam facere arbitratus, si admirabilis Salamani vitam posteris non significauero sed obliuione obrutam neglexero summatim afferam narrationem. Est quidam vicus ad occidentem fluuij Euphratis, ipsi ripæ imminens, vocatur autem Capersana. Hic ex eo ortus, cùm vitā amplecteretur quietam & in vico qui est ex aduerso paruam inuenisset domunculam, seipsum in ea inclusit, nec ostio relicto, nec fenestra. Semel autem in anno terram fodiens, accipiebat totius anni nutrimentum: cum nullo vnquam homine loquens. Idque facere perseuerauit, non paruo tempore sed longissimo. Porrò autem pontifex ciuitatis cuius erat is uicus, cùm viri didicisset virtutem, accessit,

A accessit, volens ei dare donū sacerdotij: & domunculæ perfossa aliqua parte est ingressus: & manum imposuit, & peregit precationem: & sæpè quidem ei dixit, & quæ ad eum aduenerat gratiam significauit. Cùm nullam autem vocem audiisset, abiit iubens vt fossa rursus ædificaretur. Aliquandò autem rursus qui erant illius vici ex quo erat profectus, cùm noctu fluuium traiecissent, & domum perfodissent, eum accipientes nec resistentem nec iubentem, in suum vicum exportarūt: & cùm talem ad orientem construxissent domunculam, eum protinus incluserunt. Ille autem similiter quietem agebat cum nullo loquens. Paucis autem post diebus, qui erant illius vici qui est ex aduerso, cùm noctu rursus aggressi essent, & domum perfodissent, ad se abduxerunt, neque contradicentem, nec vt maneret vrgentem: neque rursus prompto & alacri animo recedentem. Ita seipsum omninò mundo mortuum constituit, & Apostolicam illam vocem verè loquens, dicebat, Cum Christo sum crucifixus: Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Christus. Quod autem nūc viuo in Christo, in fide viuo filij Dei qui me dilexit, & pro me seipsum dedit. Talis hic quoque fuit. Sufficiunt enim hæc ad ostendendum totum eius vitæ institutum. Ego autem cùm benedictionem ab eo B quoque percepero, ad alium transibo.

Donum sacerdotij.

Galat. 2.

MARIS. SECT. XX.

XX. Maris

EST Homeri quidam vicus qui à nobis vocatur Netis. Cùm apud eum paruam quandam domūculam ædificasset diuinus Maris, in ea permansit inclusus triginta & septem annis. Ex monte autem propè sito ea suscipiebat multum humoris. Tempore autem hyemis quædam quoque guttæ aquæ in ea emanabant. Quantum autem hinc damni oriatur corporibus, sciunt & ciues & rustici. Nam iis quoque qui in agris habitant manifesti sunt morbi qui ex eo nascuntur. Sed tamen ne hæc quidem sacro illi capiti persuaserunt, vt mutaret domunculam: sed fortiter & constanter permansit donec cursum confecerit. Quinetiam priorem quoque vitam trāsegit cum virtutis laboribus: vnde & corpori & animæ conseruauit castitatem: idque ipse mihi apertè significauit, docens sibi mansisse corpus integrum & incorruptum, & quale egressum fuerat ex materno vtero, idque cum multos C quidem dies festos martyrum celebrasset cùm esset adolescens, vocis autem bonitate demulsisset populum. Nam & plurimo tempore perseuerauit psallere, & fuit insigni pulchritudine corporis. Sed tamen nec species corporis, nec vocis claritas, nec quæ ei cum multis intercedebat congressio, animæ pulchritudini aliquid detrimenti attulit: sed viuens similiter atque ij qui sunt inclusi, suæ curam gerebat animæ. Virtutem autem auxit quoque laboribus quos sustinebat inclusus. Ego huius sæpè vsus sum consuetudine. Iussit enim mihi aperire ostium. Quinetiam complectebatur me venientem: & de philosophia fusa prolixáque vtebatur oratione. Porrò autem hic quoque fuit simplicitate insignis, & varios mores omninò abhorrebat. Inopiam autem magis dilexit quam summas copias. Nonaginta autem annos natus, vtebatur vestibus contextis ex villis caprinis. Panis autem & parum salis nutrimenti eius vsum implebant. Cùm autem longo tempore desiderasset videre offerri spiritale & misticum sacrificium, rogauit vt diuini doni illic fieret oblatio. Ego verò lubenter parui: & iussi sacra vasa afferri, pagus enim haud longè aberat: & pro altari vsus diaconorum manibus, mysticum, diuinum, & salutare obtuli sacrificium. Ille autem omni spiritali implebatur voluptate, & D existimabat seipsum cœlum videre: dicebátque se nunquam tantam cepisse lætitiam. Ego autem cùm ab eo valdè fuerim dilectus, putaui me & ei iniuriam esse facturum si non etiam mortuum laudauerim, & aliis, si non hanc optimam philosophiam eis proposuerim imitandam. Cùm itaque nūc orauero vt eius consequar auxilium, imponam finem narrationi.

Netis Vicus.

Maris non mutat domunculam etiam male sanam.

Dies festi martyrum.

Vestis ex villis caprinis.

Eucharistiā Theodoretus confecit in manibus diaconorum.

IACOBVS. SECT.

XXI.

QVoniam eorum qui iam sunt victores declarati, virtuti athletarum, certamina recensuimus, summatim narrantes & quos in meditando suscepere labores, & quos in certaminibus perpessi sunt sudores, & longe clarissimas & maximè insignes victorias: age eorum quoque qui adhuc sunt superstites, & magnificè decertant, & contendūt priores vincere sudoribus, vitæ instituta cōscribamus, & posteris vtilem relinquamus memoriam. Quomodo enim eorum qui olim resplenduere, E sanctorum, vitæ institutum, posteris maximam attulit vtilitatem: ita iis qui nos consequentur erunt exemplaria eorum narrationes. Initium autem ducam à magno Iacobo. Is enim & tēpore & labore est prior aliis: & qui eum sunt æmulati, faciunt admirabilia & quæ sunt præter opinionem. Vsuuenit autem nescio quomodo, vt & eorum qui excesserunt, & eorum qui adhuc sunt superstites, hoc sit primum nomen. Etenim quando narraui eorum vitæ institutū, initiū sumpsi à diuino illo Iacobo, qui persicum illum exercitum fudit suis præcibus: & cùm corruissent vrbis murorum ambitus, neque permisit vrbem capi, & coëgit fugere aduersarios, cùm in eos misisset exercitū & nustrū culicū. Qui ergo illi simile nomen est sortitus, & est ei similis moribus, sit primus in ordine athletarū qui adhuc sunt superstites, non quoniam eiusdem est nominis particeps, sed quoniam est illius virtutem æmulatus: & fuit ipse aliis exemplar philosophiæ. Nam cum simul cum in clyto & illo Marone esset versatus, & eius diuinæ fuisset doctrinæ particeps, obscurauit præceptorem maioribus laboribus.

Quid prosit historia sanctorum. Sect. 1. Theod. lib. 2. cap. 30.

Maro inclytus abbas.

Cœlum pro tecto.

Ille enim & murorum tegumentum habuit templum veteris erroris, & ex pellibus contextum fi- F
xit tabernaculum: & eo vtens, imbris & niuis effugiebat impetus. Hic autem his omnibus valere
iussis, & tabernaculo, & tugurio, & murorum tegumẽto, pro tecto habet cœlum, contrarios omnes
aëris impetus sustinens: nunc quidem pluuia vehementi obrutus, nunc autem glacie & niue con-
gelatus: aliquando autem radiis solis tostus & exustus: & aduersus omnia se fortiter & constanter
gerens, & tanquam in alieno certans corpore: & contendens vincere naturam corporis alacritate

Impatibilitas 2 cor. 10.

animi. Mortali enim hoc & patibili corpore indutus, vitam agit tanquam impatibilis: & vitam in
corpore am in corpore meditans, clamat cum beato Paulo. In carne ambulantes, non secundũ car-
„ nẽ militamus. Arma enim nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munimen-
„ torum, destruentes cogitationes & omnem altitudinem quæ se extollit aduersus Dei cognitionem
„ & captiuantes omnem intellectum ad Dei obedientiam. Sed hæc quidem certamina quæ sunt super
„ naturam, in minoribus se exercendo laboribus est meditatus. Nam cùm in parua quadam domun-
„ cula se prius inclusisset, & ab externis tumultibus animam liberasset, & recordationi Dei mentem
afflixisset, sic perfectam & absolutam meditabatur virtutem. Cum autem se optimè exercuisset, & G
bonis laboribus animam assuefecisset, maiora ausus est aggredi certamina: & cum ad hunc montem
peruenisset, qui triginta stadiis distat ab hac vrbe, eum reddidit illustrẽ & venerãdum, qui erat olim
obscurus & penitus infertilis: nunc autem creditur tantam accepisse benedictionem, vt terra quæ
est imposita consumatur, omnibus qui vndique aduenerunt, ad vtilitatem eam exportantibus. In eo
vitam agens cernitur ab omnibus accedentibus, non habens vt dixi, spelunca, nõ tabernaculum,
non tugurium, non fossam, non sepem quæ eum circundet ac muniat: sed videtur orans & quies-
cens, & stans & sedens, & sanus & cum aliqua tenetur ægritudine: adeò vt assiduè præsentibus decer-
tet spectatoribus, & naturæ expellat necessitates. Neque enim aliis hominibus qui sunt ingenuè vt
cunque educati, externis præsentibus est facile excrementa egerere, nedum viro in summa philo-

Iacobus morbo afficitur.

sophia exercitato. Et hæc dico, non vt qui ab aliis didicerim, sed qui ipse viderim. Nam cum qua-
tuordecim ab hinc annis in grauem morbum incidisset, affecit quidem, vt par est, eum qui est mor-
tali corpore præditus. Erat autem æstus vehemens, & flamma radiorum ardebat vehementius, H
cùm sopiti quidem essent venti, aer autem maneret immobilis. Erat autem morbus inundatio flauæ
bilis quę deorsum ferebatur, & mordebat ac comprimebat intestinum, & cogebat extra egredi.
Tunc magnam vidi tolerantiam. Nam cum ex multis vicis cõgregati essent homines, vt glorio-
sum hoc corpus salutarent, sedebat in duas partes distractus. Nam natura quidem vim afferebat vt iret

Vincula sacerdotij comminationes excommunicationis.

ad excernendum: pudor autem eius quæ aderat multitudinis, cogebat eum manere in eodem statu
& habitu. Ego autem hoc sciens, cum eis qui conuenerant, partim multis egi adhortationibus, par-
tim etiam minis, abire iubens: postremò autem eos implicaui vinculis sacerdotij & non sine maxi-
mo labore vespere tandem amandaui. Ille autem vir diuinus ne cum ij quidem abscessissent, victus
est à natura: sed perstitit tolerans, donec accedens nox profunda coëgit omnes domum recedere.
Rursus autem die sequenti cùm ad eum veniissem, vt vidi æstum euasisse vehementiorem, & qua la-

Theodoretus mittitur optimo patri persuadere vt aliqua consolatione mœrbi vehementiã expungat.

borabat, febrem igne extrinsecus allato nutriri & augeri, prætexens dolorem capitis, dixi me ægrè
ferre vim solis radiorum: & rogaui vt mihi aliquam modicam apud se vmbram expanderet. Qui
postquam iussi tribus fixis arũdinibus, & iis duobus impositis ciliciis, vmbram adinuenimus. Cùm
autem iuberet me ingredi, Turpe est, inquam, ô pater, vt ego qui sum & iuuenis & valẽs viribus, hãc
assequar consolationem: tu autem qui & vehementi febre teneris, & opus habes tali consolatione,
foris sedeas excipiens impetum radij solaris. Si vis ergo, inquam, me vmbra frui, sis mihi socius mo-
dici huius tabernaculi: nam tecum quidem volo manere, sed prohibet radius. Cessit itaque his ver-
bis auditis, & meum accepit remedium. Et quoniam vmbra fruebamur communiter, cepi rursus
alium sermonem afferre, & dixi, Opus est vt accumbam, cùm coxendix non citra molestiam patia-
tur sessionem. Sed rursus rogabat quidem vt accumberem, ei autẽ contrà respondi, non esse toleran
dum vt ego decumberem videns eum sedentem. Si vis ergo, inquam, me quoque frui hac quiete,
communiter accumbamus ô pater: erubescam enim solus decumbens. Cùm talibus verbis de-
cepissem eius tolerantiam, ei accubitus exhibui solatium. In solo autem iacenti suaues adhibui ser-

B. Iacobus catenas mortificationis decussat.

mones, traducens ad animi iucunditatem. Manu autem immissa intra vestem, tentabam eius dor-
sum moderatè abstergere: tunc vidi magnum ferri põdus, quod & lumbos alligabat & collum. Iam
vero aliæ quoque catenæ à circulo qui erãt circa collum, duæ quidem ante, duæ verò ponè, ad infe- K
riorem circulum obliquè pertinentes, & literæ X figuram efficientes, antè & pone duos circulos
colligabant. Iam vero manus quoque interius circa cubitos talia quoque alia habebant vincula.
Cum ergo aspexissem onus ponderis multorum talentorum, obsecraui vt opem ferret corpori la-
boranti, quod non poterat simul ferre & onera voluntaria, & inuoluntariam ægritudinem. Nunc
quidem, inquam, ô pater, febris fungitur officio ferri. Cùm ea autem cessauerit, tunc rursus corpori
imponemus laborem qui ex ferro capitur. Hoc quoque concessit multis delinitus eiusmodi carmi-

Concurritur vt quisque rapiat corpus sanctæ Iacobi.

nibus. Sed tunc quidem cùm paucis ægrotasset diebus, facile conualuit. Postea autem cùm in mor-
bum incidisset grauiorem, multi autem vt corpus raperent multis ex locis conuenissent, audientes
id ciues, concurrerũt omnes & milites & priuati: illi quidẽ sumptis armis militaribus: hi verò, armis
vtentes quibuslibet. Densa autem & instructa acie pugnare cœperunt, tela emittentes, & fundis la-
pides

A pides torquentes: non vt percuterent, sed solum vt terrerent: & sic expulsis accolis victoriis insigni
Athleta lecto imposito, qui nihil sentiebant eorum quæ fiebant, nam nec cùm coma eius à rusticis
velleretur, senserat, venerunt in vrbem. Cùm in ædem autem venissent Propheticam, in monasterio
ei propinquo lectum deposuerunt. Venit autem quidam Berhoeam, illinc enim tunc eram, ea quæ
facta fuerat significans, & nuncium mortis afferens. Cùm itaque statim cucurrissem, & totam noctẽ
in itinere consumpsissem, post auroram offendi hominem, neque loquentem, neque vllum ex iis
qui aderant potentem agnoscere. Postquam autem eum allocutus, & nomine magni Acacij ei dixi

Magnus Acacius.

salutem statim & aperuit oculos, & rogauit quomodo se haberet & quando veniissem est percon-
tatus. Cum autem adhuc respondissem, rursus clausit oculos. Dùm verò tres dies præteriissent, vespe-
rè rogauit vbinam esset. Cum autem resciuisset, ægrè tulit, & rogauit vt statim rursus referretur in
montem. Cùm autem vellem eum perpetuo obseruare & ei inseruire, iussi mox ferri lectum, & de-
ferri in locum quem cupiebat. Tunc vidi quantoperè & ambitione & gloriæ cupiditate esset alienũ
caput mihi venerandum. Postridiè enim ei obtuli ius ptisanæ cum id refrigerassem: nihil enim om-
B nino calidi sumere patiebatur, cum vsum ignis sibi interdixisset. Cùm autem nollet sumere, Nobis
omnibus, inquam, ô pater, hoc concede, Communem enim salutem tuam ducimus sanitatem. Non
solum enim es vtilitatis exemplar propositum, sed etiam orans fers auxilium, & Dei concilias nobis
beneuolentiam. Quòd si te hoc malè habet quòd non sis assuetus, hoc quoque, inquam ô pater, cõ-
stanter tolera: est enim hoc quoque genus philosophiæ. Quomodo enim cùm esses sanus cibum
appetens, tolerantia vicisti appetitionem: ita etiam nunc minimè appetens in vescendo ostẽde to-

S. Polychronius. Sect. 24

lerantiam. Hæc cùm dicerem, aderat homo Dei Polychronius, qui id quod dicebam defendens,
dixit se id primum velle sumere, idque cùm esset manè, cùm sæpe post interiectum septem dierum
spacium corpus aleret. Victus ergo ratione, vnum iuris poculum clausis demisit oculis, quod quidẽ
solemus facere cum amaras bibimus potiones. Quoniam autem pedes quoque qui propter imbe-
cillitatem ingressum amiserant, ei lauare persuasimus: operæ pretium existimo hanc quoque eius
animæ aperire philosophiam: prope enim aderat scyphus, voluit autem quidam ex iis qui minis tra-
bant eum canistro tegere, vt nõ videretur ab iis qui ad ipsum veniebant. Ille autem, Cur, inquit, scy-
C phum tegis? Cùm is autem dixisset, Ne videatur ab iis qui veniunt ad contemplãdum. Absit, inquit,

Longe ab hypochrisi.

ô fili, ne celes homines ea quæ sunt aperta Deo vniuersorum. Illi enim soli volens viuere, nullã hu-
manæ gloriæ curam gero. Quid enim me iuuerit, si quidem me magis laborasse & maiori exerci-

Monachi hypocritæ mors horrenda; refertur à Nicep. lib. 14. cap. 52.

tatione vsos esse sciuerint, Deus verò minori? Non sunt enim hi dãtores mercedis pro laboribus:
Deus est suppeditator. Quis ergo non valde admiretur & sermones, & mentem quæ sermones ge-
nuit, quæ omni humana gloria adeò fuit superior? Tale quid etiam alias memini accidisse. Erat ves-
per, & altum vesper, & tempus comedendi. Accepta ergo testa appositа, madefactæ lentis cibum
sumpsit. Id enim erat ei alimentum. Venit autem quidam à ciuitate, cui erat commissa quædam mi-
litaris exactio. Is autem cùm eum procul vidisset lentem non deposuit, sed cibum demisit vt consue-

Dæmon in hominis specie exactionis militaris curam habens.

uerat: & cùm visione apprehendisset eum esse dæmonem, eum verbis insectabatur vt hostẽ: & ostẽ-
dens se non vereri, interim ori lẽtem admouit, Obsecrabat autem is qui incessebatur maledictis di-
cebat se esse hominem: & quòd prius quodam adactus iureiurando se ante vesperam ab vrbe esse
D profecturum, venisset hoc tempore: Ille, Bono, inquit, animo esto, & ne extimescito: sed cum precа-
tus fueris recedito. Sis autem mihi conuiua, & mei cibi particeps. Simul autem hæc dicẽs impleuit
dexteram, & lente eum impertiit. Sic vanę gloriæ morbum cum aliis expulit ex animo. De toleran-

Iacobi mira tolerantia.

tia autem superuacaneum est dicere cùm visus ipse testetur. Tres enim sæpe dies & totidem noctes
niue delapsa ita fuit obrutus, pronus iacens, & Deum orans, vt ne parum quidem videretur ex pãnis
quibus fuerat indutus: sæpe autem marris & ligonibus vicini niuem impositam detrahẽtes, eum ia-
centem euellunt & excitant. Ex his laboribus collegit dona diuinæ gratiæ, quorum volunt omnes
esse participes, Illius enim benedictione multæ quidem extinctæ sunt & extinguuntur febres &

Benedictionis & aquæ lustralis efficacia.

multæ ægritudines cessarunt & omninò abierunt, multi autem dæmones coacti sunt fugere: &
aqua quæ ab illius dextera benedicitur, fit salutare pharmacum. Quis nescit puerum mortuum per
eius orationem fuisse excitatum? In suburbanis enim ciuitatis erant eius parentes, qui multos qui-

Pater pollicetur Deo filiũ.

dem filios genuerunt: omnes autem immaturos ad sepulchrum transmiserunt. Quando ergo hic
vltimus natus fuit filius, cucurrit pater ad hominem Dei, rogans vt is lõgam haberet vitam, & pol-
E licens se eum esse Deo dicaturum si viueret. Cùm itaque vixisset quatuor annis, vitæ finem accepit:
pater autem aberat, aduenientes autem videt eum repente efferri: cum eum itaque è lecto rapuissent,
Oportet, inquit, me implere promissum, & Dei homini reddere; vel mortuum. Detulitque vt prius
dixit & ante pedes sanctos illum posuit, dicens illa quę suis quoque dixerat domesticis. Homo autẽ

puer resuscitatur.

diuinus cùm ante se posuisset puerum, flexis genibus orabat pronus vitę & mortis rogans Domi-
num. Vespere autem puer edidit vocem, & patrem vocauit. Cùm sic sensisset vir ille diuinus, quòd
suas preces suscepisset dominus, & vitam puero suppeditasset, surrexit, & eo adorato qui facit volũ-
tatem timentium eum, & audit eorum preces, finiit orationem: & filium reddidit patri. Hoc & ego
vidi, & patrem audiui narrantem: & multis aliis narrauit miraculum Apostolicum, cum sciret mul-
tis audituris futurum id conducibile. Porro autem eius quoque sum consecutus auxilium: vnius au-
tem aut duorum faciam mentionem: existimans ingrati esse animi ea silentio prętерire, & non do-

cere genera beneficij. Execrãdus Marcio multas ſpinas impietatis ſeminauit in regione vrbis Cyri. F
Eas cum conarer euellere radicitus, omnem laborem ſubibam, & omnibus machinis aſſiduè vtebar. Qui autem ea fruebantur cultura, cùm me eo nomine deberent diligere, pro eo, vt propheticè dicam, detrahebant mihi: ego autem orabam & reddebant mala pro bonis, & odium pro dilectione mea: & magicis vtentes præſtigiis, & malignorum freti ope dæmonum, conabantur bellum gerere quod ſub viſum non caderet: & noctu venit quidam dæmon exitialis, clamans, & lingua vtens Syriaca. Cur tu bellum geris cum Marcione? Cur hanc pugnam aduerſus eum ſuſcipis? Quanam is te vnquam affecit moleſtia? Deſine belligerari: deſiſte à maleuolentia: aut diſce experientia quantum bonum ſit quies. Scias quòd te iampridem confodiſſem, niſi chorum martyrum te cuſtodientem vidiſſem cum Iacobo. Hæc ego audiui, & dixi cuidam ex familiaribus qui prope me dormiebat Audis, inquam, quæ dicuntur: Ille verò, Omnia, inquit, audiui: & cum vellem ſurgere, & reſpicere, & ſcire quis loqueretur, tua cauſa quieui, cùm te putarem quieſcere. Ambo itaque ſurgentes reſpeximus, neque vllum qui moueretur vidimus, nec qui loqueretur, audiuimus. Illa verba alij quoque qui nobiſcum habitabant, audiuerũt intellexit igitur quod martirum quidem, chorum dicebat Lecythum olei martyrum, qui cum à multis martyribus collectam haberet benedictionem, pendebat à meo lecto: ſub meo autem capite erat magni Iacobi vetus amictus, qui quouis clauſtro adamantino fuit mihi validior. Quinetiam cum eorum maximum vicum eſſem ingreſſurus, deinde multa eſſent intermedia quæ mihi prohibebant exitum, miſi ad meum Eſaiam, rogans vt diuinum conſequerer auxilium. Ille verò, Eſto, inquit, bono animo. Soluta ſunt omnia illa impedimenta inſtar telæ aranearum: idque noctu me docuit Dominus non in ſomnis adumbrans ſed re vera oſtendens. Vidi enim, aiebat, cùm incepiſſem hymnodiam, in illa parte in qua illa loca ſita ſunt ſerpentem quẽdam, ignis ſpeciem præ ſe ferentem, qui ab occidente reptabat in orientem, & ferebatur per medium aërem. Cùm orationes antem tres peregiſſem, rurſus vidi inflexum, & orbiculatam oſtendentem figuram, & eius caudam capiti coniunctam. Cùm rurſus autem octo orationes abſoluiſſem, aſpexi eum in duas partes diſſectum & in fumum reſolutum. Hæc ipſe quidem ſic præuidit: nos autem vidimus exitum qui conſenſit eius prædictioni. Manè enim mali auctoris dæmonis imperio parentes qui olim quidem erant ſectæ Marcionis, nunc autem ſunt claſſis apoſtolicæ ab occidente profecti, H
nudos nobis enſes oſtendebant. Hora autem diei tertia ſimul coacti, curam gerebant ſuæ ſolum cuſtodiæ, ſicut ſerpens qui cauda caput ſuum contexit. Octaua autem diſperſi, dederunt nobis locum ingrediendi in vicum. Statim autem inuenimus ſerpentem factum ex æris materia, qui ab eis adorabatur. Cùm enim aduerſus opificem & vniuerſorum creatorem bellum apertè ſuſcepiſſent, execrãdum ſerpentem, tanquam illius hoſtem, colere contendebant. Talia ego beneficia mihi à venerãdo capite ſum conſecutus. Quoniam autem diuinarum reuelationum narrationem ingreſſa eſt oratio age narrabo quæ audiui ab illa lingua ab omni mendacio aliena. Narrauit autem non vlla gloriæ inductus cupiditate: fuit enim diuina anima ab eo vitio remotiſſima: ſed cum illum quidam vſus ea coëgiſſet dicere quæ volebat celare. Supplex ab eo contendebam vt oraret Deum vniuerſorum, vt redderet mihi ſegetem mũdam à zizaniis, & à ſeminibus hæreticis eam omninò liberaret, Me enim valdè angebat abominãdi Marcionis error qui plurimum inualuerat. Dixit itaque à me oratus. Nec me, nec vllo alio tibi opus eſt ad Deum interceſſore. Habes enim Ioannem illum inſignem, Verbi vocem, Domini percurſorem, has pro te preces aſſiduè offerentem. Cùm autem ego dicerem me I
& eius credere orationibus, & aliorum ſanctorum apoſtolorum & prophetarum, quorum ad nos nuper delatæ ſunt reliquiæ. Eſto, inquit, bono animo. Habes Ioannem Baptiſtam. Sed nec ſic eum paſſus ſum ſilere: ſed multò magis vrgebam interrogans, & ſcire deſiderans cur eius potius meminiſſet, Ille autem, Vellem, inquit, amplecti & deoſculari eius amabiles reliquias. Cùm autem dixiſſem, Non afferam eas, niſi pollicitus fueris te ea dicturũ quæ videris. Atque ipſe quidẽ eſt pollicitus: egò vero poſtridie attuli ea quæ deſiderabat: & cum omnes iuſſiſſet abſcedere, hæc mihi ſoli narrauit. Quando hos, inquit, ciuitatis patronos, qui à Phœnicea venerant & Palæſtina, cum Dauidica excepiſti chorea, venit mihi in mentem cogitare, num hæ eſſent illius inſignis Ioannis reliquiæ, & non alterius martyris qui eſſet eiuſdem nominis. Poſt vnum ergo diem, ego ſtabam ad hymnos decantandos: video autem quendam candida veſte indutum, & dicentem Frater Iacobe, Cur nobis aduenientibus non veniſti obuiam? Cùm ego autem rogarem quinam eſſent, reſpondit dicens. Qui K
à Phœnicia & Palæſtina nuper venimus & cum prompto & alacri animo nos omnes excepiſſent, & paſtor & populus, & ciues & ruſtici tu ſolus eorum honoris non fuiſti particeps: innuebat autem eam quæ fuerat dubitationem. Ad hæc ergo dicit ſe dixiſſe. Abſentibus & vobis & aliis & vos honoro, & adoro Deum vniuerſorum. Rurſus autem die ſequenti eodem tempore cùm ille ipſe apparuiſſet. Vides, inquit, frater Iacobe eum illic ſtantem: cuius quidem veſtis eſt colore niui ſimilis: eſt autem prope illum poſitus ignis clibanus. Cùm autem ego illuc oculos conuertiſſem, & illum eſſe Ioannem Baptiſtam coniecciſſem: nam & veſtitu erat indutus & manum habebat vt baptizãs. Is eſt, inquit, quem tu coniecciſti. Quinetiam, inquit, cùm tu aliquando noctu ad primum vicum ad ſeditioſos, eos docturus, abires, & vt ego maiori ac vehementiori ſtudio Deo offerrẽ orationem, mandaſſes, tota nocte vigilaui rogans Dominum. Deinde audiui vocem dicentem. Ne timeas ô Iacobe. Magnus enim Ioannes baptiſta tota nocte orat Deum vniuerſorũ. Facta enim fuiſſet magna cædes, niſi

Cyri regio Marcionis errore imbuta.
Pſalm. 118.
Pſalm. 168.
Præſtigiæ, & dæmones veciferantes in Theodoretũ.
Auxilium martyrũ & S. Iacobi contra dæmones.
Lecythus olei martyrum.
Amictus S. Iacobi ſalutaris.
Serpens adorabatur à Marcionitis.
Quæ Theodoretus audiuerit à S. Iacobo.
Interceſſio ſanctorum.
Sancti aduocati peculiares.
Reliquiæ oſculari.
Viſio facta S. Iacobo pro confirmatione reliquiarum B. Ioannis baptiſtæ.
Honor ſanctorũ, adoratio Dei.
S. Ioannes Baptiſta orat Deum pro reductione errantium.

A niſi illius interceſſionibus fuiſſet extincta diaboli audacia. Hæc cùm mihi narraſſet, præcepit vt ego ſolus ſcirem, & ne alios aſſumerem conſcios. Ego autem vtilitatis gratia non ſolum multis narraui, ſed etiam mando ſcriptis. Iam verò à ſe quoque dicebat eſſe viſum Ioſeph patriarcham, capite & barba canum, & in ſenio formæ emittentem ſplendorem, & in virtutis faſtigio ſeipſum ſanctorum extremum nominantem. Nam cùm ego, inquit, eum primum dicerem ex iis qui ſunt eiuſdem cum ipſo feretri particeps, ipſe ſeipſum nominabat vltimum. Mihi autem narrauit etiam varios & multiplices dæmonum inſultus qui in ipſum facti ſunt. Cùm primũ enim, aiebat, hoc vitæ genus ſum ingreſſus, viſus eſt mihi quidã nudus forma Æthiops ignem ex oculis emittens. Ego autem cũ eũ vi- *Dæmon in forma Æthiopis moleſtus Iacobo.*
derem, & timore ſum affectus, & ad preces conuerſus, nec in animum inducere potui vt cibum ſumerem: illo enim tempore mihi apparebat. Cùm autem ſeptem & octo & decem dies tranſiiſſent, & ieiunus permanerem: tandem improbum illum inſultum contemnens, ſedi & cibum ſumpſi. Ille autem cum hanc meam non tuliſſet animi magnitudinem, minatus eſt ſe virga percuſſurum. Ego autem, inquit, dixi. Si tibi quidem eſt permiſſum à Deo vniuerſorum, percute: & plagam lubenter
B accipiam, vt qui ab illo feriar. Sed ſi non ſit tibi permiſſum, non percuties licet milies inſanias. His auditis tunc effugit. Sed me rurſus clanculum perpetua afficiebat moleſtia. Nam aquam quæ mihi bis in hebdomada infernè efferebatur, ei qui afferebat occurrens, & meam formam imitans accipiebat: & illum iubens recedere, fluentum effundebat. Idque cùm non ſolum bis ſed etiam ter feciſſet me ſitis perpeſſione validè oppugnauit. Cum ergo valdè angerer, rogaui eum qui ſolebat ad me afferre, cur iam quindecim diebus ad me aquam non attuliſſet: is dixit ſe iam ter & quater attuliſſe, & me accepiſſe. Et vbi, inquam ego, à te eam afferente accepi? Ille locum oſtendit. Et ſi millies, inquam ego, me illuc accedentem videris, ne vas dederis donec ad hunc locum veneris. Sic cum hæ quoque eius apertæ & irritæ fuiſſent inſidiæ, alias rurſus eſt aggreſſus. Dixit enim noctu vociferans, te tam tetro implebo odore, & te tanta iniuria infamabo, vt nemo te vlla ex parte aſpiciat. Ego autem, inquit, ad hæc reſpondi. Agam tibi gratias. Inuitus enim tuum inimicum beneficio afficies, vt qui efficias vt magis verſer in Dei recordatione. Nam quò mihi plus eſt ocij, eò magis occupor *Orationes & officium mendei.*
perpetuo in contemplanda diuina pulchritudine. Cum itaque pauci dies præteriiſſent, meridie con
C ſuetum peragens officium; Video, inquit, duas mulieres de monte deſcendentes. Ego autem cum id præter conſuetudinem ægrè tuliſſem, & eas lapidibus petere eſſem aggreſſus, memini minarum *Dæmones in ſpecie ſeminarum.*
ſcelerati dæmonis: & conieci hanc eſſe eam quam dicebat infamiam. Dixi ergo magna voce, quòd etiam ſi meis inſiderent humeris, non eas impetam lapidibus, nec perſequar: ſed ſola vtar deprecatione. Ego quidem hæc dixi: illæ verò euanuerunt: & ſermone finem accepit viſio ſpectaculi. Poſt hæc rurſus, inquit noctu ego quidem orabam: ferebatur autem vehiculi ſtrepitus, & clamor aurigæ & equorum hinnientium. Me autem conturbauit rei nouitas. Cogitabam enim quod nec princeps tunc eſſet in ciuitate: nec ea eſſet via vehiculorum: nec tempus aptum vehiculis. Hæc autem, cum apud me reputarem, audiebatur quidam ſtrepitus appropinquantis multitudinis, & clamabant quidam præcedentes lictores, ſibilantes, & de medio turbam exigentes, & ei qui præerat viam parãtes Poſtquam autem mihi viſi ſunt valde appropinquare, Dixi, aiebat, quiſnam es, & vnde venis: & quo opus habens veniſti hoc tempore. Quousque ludificaris ô infelix, & diuinam contemnis patien- *Oratio ſit ad orientem.*
tiam) Hoc ego quidem dicebam, conuerſus ad orientem, & Deo preces offerens. Ille autem truſit
D quidem, ſed non potuit deiicere: reſiſtebat enim diuina gratia: & extemplò omnia illa euanuerunt. Dicebat autem ſe etiam tempore pernicioſorum illorum latronum, quando ex Iſauria profecti, maximam partem orientis vrentes prædas egerunt, valdè extimuiſſe nonne occideretur: neque enim tenebatur tanto amore corporis: ſed ne raperetur in ſeruitutem & captiuus fieret, impietatiſque & iniquitatis videret ſpectaculum. Hunc metum cum ſenſiſſet diabolus, ſæpe enim audiuerat cum hoc notis ſuis aperiret: imitatur noctu vlulatum mulierum. Ego autem, inquit, videbar audire quòd venirent hoſtes, & quod vicis ignem iniicerent. Statim ergo cum capillos in duas partes diſcriminaſſem, & partim quidem à dextris, partim vero à ſiniſtris ad pectus trãſtuliſſem, parabam collem vt id *Diuerſæ ſpecies quibus apparet dæmon.*
enſis amputaret facilius, & breui plaga accepta ab illo abominando liberarer ſpectaculo. Cũ ſic totã illam noctem tranſegiſſem, & aſſiduè incurſionem illorum expectarem, cum fuiſſet dies & quidam veniſſent, rogaui quidnam audiiſſent de Iſauris. Illi autem dixerunt ſe nihil noſſe illis diebus: & ſic
E agnoui, inquit, diabolicam quoque illam fuiſſe viſionem. Aliquando autem aſſimilatus viuido & vegeto adoleſcenti, ſpecie decoro, & flaua coma ornato, ad me accedebat ſubridens ſimul & ludens. Ego autem, inquit, ira armatus, eiiciebam inſectans maledictis. Ille autem permanebat, aſpectu meretricio, riſuque & ſermone ad voluptatem alliciens. Tunc ergo maiore ira percitus, Quomodo, inquam, potes totam terram obire, & omnibus tales parare inſidias? Is autem dicebat ſe non eſſe ſolum, ſed dæmonum multitudinem per totum terrarum orbem eſſe diſperſam, qui hoc modo ſimul & ludunt, & ſerio agunt: ludo enim qui videtur, ſtudent ſimul totam perdere humanam naturam. At tu, dicebam ego, abi: Chriſto tibi id iubente, qui totam legionem per porcos tranſmiſit in profundum. Audiuit ſimul & fugit: nec Domini appellationis vim ferens, nec eius famuli philoſophiæ ferre volens ſplendorem. Porro autem cum multa alia ſciam quæ poſſim narrare, ea nolo ſcribere, ne imbecillioribus eorum multitudo cauſa ſit incredulitatis. Nam iis quidem qui diuinum cernunt hominem, nihil eiuſmodi quod dicitur videtur incredibile, cum ea quæ videtur virtus *Coniuratio dæmonis.*

confirmet ea quę dicuntur. Sed quoniam transmittentur ad posteros scripta harum narrationum, F
sunt autem multis aures magis incredulæ quàm oculi, imbecillitate auditorum metiemur narrationem. Ei ergo ædificarunt alii quoque maximam ædem in vico propinquo, quæ nō distat multis stadiis. Construxi ego quoque loculum in æde victoria insignium apostolorum. Sed cū hoc rescisset vir diuinus, sæpè me rogauit vt in illo monte corpus mandaretur sepulturæ. Ego autem sæpè dixi, quòd non oportet eum qui vitam præsentem non curauit, sepulchri curam gerere. Vbi autem vidi hoc ei esse cordi, annui & sum assensus: & feci vt scinderetur arca & sursum ferretur. Cùm autem viderem lapidem corrumpi à pruina, rogaui vt fineret arcæ paruam fieri domunculam: vbi autem iussit, & perfecto ædificio tectum imposuimus, Non patiar, inquit, hoc vocari sepulchrum Iacobi: sed
Ecclesiæ martyrum. volo hanc fieri ædem martyrum victoria insignium: me autem tanquam aliquem inquilinum poni in altero sepulchro, vt qui dignus sim habitus vt apud eos habitarem. Neque verò hoc solum dixit, sed etiam fecit: & cum multos quidem prophetas, multos autem apostolos, maximè autē plurimos
Reliquiæ sanctorum. martyres vndique collegisset, eos posuit in vna arca, volens simul habitare cum populo sanctorum, & desiderans cum eis resurgere, & dignari Dei contemplatione. Hoc autem sufficit ad faciendam G
coniecturam quanta eius esset modestia. Qui enim tantas opes collegerat, perindè acsi esset in extrema paupertate, desiderauit habitare tanquam peregrinus apud diuites mercatores. Quales ergo venerandi mihi capitis sint labores, & quanta certamina, & quantam gratiam acceperit diuinitus, & quàm multis sit victoriis potitus, & quàm multis coronis ornatus, hæc ad ostendendum sufficiunt. Quoniam autem asperos & difficiles eius mores reprehendunt aliqui, & ægrè ferunt quòd solitudine tantoperè delectetur & quiete, cum de eo pauca dixero, imponam finem narrationi. Proponitur, vt iam dixi, aspectandus ab omnibus: neque fossa circundatus: neque tugurio aliquo aut tabernaculo tectus. Vnusquisque autem ex iis qui veniunt, à nullo claustro prohibitus, statim accedens, ea quæ vult loquitur. Aliis autem amatoribus huius philosophiæ, sunt & fossæ & fores: & eis licet frui quiete: & qui est inclusus, aperit cum voluerit, & quantum vult differt: & quātum vult impletur diuina contemplatione. Hîc autem horum nihil est. Quocirca eos fert ægerrimè qui in tempore orationis ei exhibent molestiam: & si cùm iussit quidem, statim recesserint: rursus prosequitur orationem. Quòd si perrexerint exhibere molestiam, & cum semel aut bis iusserit non pareuerint H
tunc ægreferens & increpans amandat. Ego autem de eo quoque aliquando sum cum illo locutus: & dixi aliquos molestè ferre quòd expulsi fuerint & non fuerint participes eius benedictionis: & quod oporteret eos qui hac de causa veniunt, & iter multorum dierum conficiunt, recedere non indignantes, sed animi lætitia repletos, & qui philosophiæ narrationum conuiuio excipere possint eos qui ignorant. Ille autem, Non alicuius, inquit, alterius, sed mea causa veni in montem: & cum scateam admodùm multis peccatorum vlceribus, plurima opus habeo medicina: & ea de causa oro clementem dominum, vt mihi præbeat medicamēta quæ mea cu-
Non interrumpendæ sunt orationes. rent vitia. Quomodo ergo non fuerit valde reprehendendum & valdè stultum, interrumpere quidē seriem orationis, interim autem loqui cum hominibus? Si enim hominis qui est eiusdem cuius ego naturæ essem famulus, eo autem tempore quo est ministrandum domino, dimittēs in tēpore afferre cibum vel potum, confabularer cū aliquo ex conseruis, quot plagas iure acciperem? Si autem cū etiam accessissem ad Præsidem, & qua ab aliquo afficior narrās iniuriam, sermonem quidem in medio interrumperem: apud aliquem autem ex præsentibus aliqua alia verba facerem, non tibi videtur Iudex id ægrè esse laturus, & auxilium quidem esse denegaturus. flagris autem præterea esse cæsurus, & à tribunali iecturus? Quomodo ergo est honestum, vt seruus quidem in dominum qui autē supplicat in iudicem, ita vt oportet se gerat: ego autem ad Deum & æternum dominum & Iudicem iustissimum & omnium Regem accedens, ne similiter quidem atque ij accedam: sed inter orādum, me conuertam ad conseruos, & prolixo cùm eis vtar sermone? Hæc & audiui, & ad eos qui ægrè ferunt transmisi: & mihi videtur rectè pulchréque dixisse. Nam prēterea quę dicta sunt est etiam amātium propriū, omnes quidem alios despicere, illi autem soli quem amant & diligunt adhērere, eúmque & noctu somniare, & interdiu visione apprehendere. Ideo mihi videtur ęgrè ferre, vt qui in ea quidem quam desiderat versetur contemplatione, prohibeatur autem impleri expetenda & dignissima quæ ametur pulchritudine. Hęc vt narrātes, non vt encomij ritu laudantes conscripsimus: breuitatis magnam curam gerentes, ne prolixitatis molestia lectores afficeremus. Quòd si etiam fuerit huic superstes narrationi, innumerabilia alia prēclara facinora adiiciet prioribus: & illa quoque cō- K
scribent alij, nos enim hinc excedere valdè cupimus. Pietatis autem certaminum agonotheta, & ei det finem dignum suis certaminibus: prestétque vt reliquus priori consentiat, vt victor perueniat ad metam: & nostram imbecillitatem sustentet ac suffulciat suis orationibus, vt confirmati, multas quas alij in nos consecuti sunt victorias eis eripiamus, & victores e vita excedamus.

Thalassius.

THALASSIVS AVT LIMNÆVS. SECT. XXII.

Helimnæ vicus.

HElimna est apud nos quidam vicus, qui olim quidē excepit semina impietatis Marcionis, nunc autem Euangelica fruitur agricultura. Eius ad meridiem est quidam collis, neque valde asper, neque

A neque admodùm accliuis. In eo monasticum ædificauit habitaculum Thalassius vir admirabilis, qui est multis quidem aliis quoque bonis exornatus, sed morum simplicitate mansuetudinéque & moderatione omnes homines sui temporis superauit. Hoc autem dico, non vt qui soli credam auditui, sed qui eius etiam fecerim periculum. Ad virum enim sæpè accessi, & eius sum sæpè vsus suaui consuetudine. Ab eo in hoc loco fuit initiatus, qui nunc ab omnibus decantatur Limnæus: & cùm admodùm iuuenis ad illam peruenisset palæstram, pulchrè in hac summa instituebatur philosophia. Et primùm quidem cùm linguam sciret esse lubricam, adhuc adolescens hoc sibi constituit silentiū: mansítque longissimo tempore cum nemine quidquam loquens. Postquam autem diuini illius se- *Silentium ita secūdus philosoph. Sulp. Seuerus qui verbo decepta à Pelagianis ad mortē vsque tenuit silentium: vt peccatum quod loquendo contraxerat, tacēdo quidem diluet. Abbas Spamb.*
nis doctrinæ satis fuit particeps, & se ostendit expressam illius virtutis imaginem, accessit ad magnū illum Maronem cuius prius quoq; meminimus. Accessit autem eodem tempore quo diuinus quoque Iacobus. Cùm autem ex eo quoque magnam percepisset vtilitatem, & quæ sub dio agitur vitam esset æmulatus, occupauit aliud mōtis cacumen quod imminet cuidam vico, quem nominant Targallam. In eo degit vsque in hodiernum diem, non habens domunculam, non tabernaculum, non
B tugurium: sed solo continetur septo quod est ædificatum ex lapidibus. Habet autem quoddam paruum ostium luto assiduè obstructum: quod aduenientibus quidem aliis nunquam aperit: mihi autem soli accedenti hoc permittit facere. Ea de causa vndiquaque congregantur plurimi cùm meum aduentum senserint, desiderantes esse mei ingressus participes. Cum iis autem qui aliquando ad ipsum veniunt, loquens per paruam quandam fenestram, eos impertit benedictione, per eam plurimis sanitatem largiens. Seruatoris enim nostri vtens nomine, & morbos cessare facit: & dæmones expellit: & apostolica imitatur miracula. Non solùm autem iis qui ad ipsum veniunt suppeditat curationem: sed eam quoque sæpenumerò præbuit suo corpori. Eum enim iampridem inuaserat morbus colicus. Quàm sint autem acres qui ex eo oriuntur dolores & cruciatus, optimè quidem sciunt qui illum sunt experti: sciunt autem ij quoque qui eius fuēre spectatores. Prouoluuntur enim similiter atque ij qui rabie agitantur, huc & illuc se vertentes: & crebrò pedes extendentes & contrahentes: nonnunquam autem & sedent & surgunt & ambulant, aliquam quietis viam quærētes: & ideò assident balneis, sæpè ex eo aliquam accipientes consationem. Et quid opus est longio-
C ri vti ratione in iis enumerandis quæ sunt aperta & manifesta omnibus? Cum hoc morbo colluctās, & tot tantísque cruciatus doloribus, non medicinæ accepit auxilium, non lectum ingredi sustinuit, non à medicamentis aut cibis est recreatus: sed in tabula humi iacente sedens oratione & crucis signaculo est curatus: & carmine diuinæ appellationis sopit cruciatus. Porrò autem cùm is quoque noctu aliquando ambularet calcauit dormientem viperam. Ea verò apprehendens plantam pedis, in eam dentes infixit. Cùm autem pedi conaretur opem ferre, se quidem inclinauit, & ei manum admouit: os autem bestiæ in eam conuertit. Cùm autem rursus sinistra esset vsus vt ei succurreret, in eam quoque traxit iram bestiæ. Postquam autem fuit eius furor exatiatus: illi enim plus quàm decem morsus intulit: tunc quidem recessit, & suam cauernam repetiit. Ille autem vndique maximis cruciabatur doloribus. Sed neque tunc passus est vti arte medicina: sed vulneribus adhibuit sola fidei medicamenta, crucísque signaculum, & orationem, & Dei inuocationem. Ideo autem, vt exi- *Signum crucis venenum restinguit.*
stimo, Deus vniuersorum permisit illam bestiam in illud sacrum corpus furere, vt diuinæ illius ani-
mæ omnibus apertam ostēderet tollerantiam. Nam eius quoque quod generosi & fortis animi Iob
D idem videmus fuisse cōsilium. Sciuit enim eum maximis iisque omnis generis agitari fluctibus, cùm sapientiam gubernatoris vellet omnibus ostendere. Vndénam enim aliās cognouissemus vel illius fortitudinem, vel huius tolerantiam, nisi in eos quæuis tela coniiciendi, datus esset locus inimico pietatis? Atque ad viri quidem tolerantiam docendam hæc sufficiunt: clementiam autem & beni- *Benignitas Thalassij.*
gnitatem aliunde ostendemus. Nam cùm multos visu priuatos, & qui mendicare cogebantur, congregasset, & vtrinque ad orientem & occidentem eis habitacula ædificasset, iussit in eis degere, &
Deum laudare: alimentum eis necessarium præcipiens suppeditari ab illis qui ad ipsum veniebant. Ipse autem medius inter eos inclusus, & hos & illos incitat ad hymnodiā: & licet eos audire Deum assiduè laudantes. Tanta est eius perpetua benignitas in eos qui sunt eiusdem generis. Eorum autem quæ sub dio suscipiuntur certaminum, ipsi & magno Iacobo est idem tempus. Iam enim compleuerunt tricesimum octauum annum.

E

DE IOANNE. SECT. XXIII. Ioannes.

HOc vitæ institutum æmulatus quoque est Ioannes, vir præter cætera clarus lenitate & māsuetudine. Is cum rupem quandam valdè asperam, tempestatibúsque obnoxiam, & ad septentrionem vergentem occupasset, in illa iam transegit vigintiquinque annos aëris contrarios excipiens impetus. Alia autem omnia, ne singula persequar, cibus & vestis & ferri pondera, sunt iis qui prius dicti sunt similia. Est autem humanis omnibus adeò superior, vt nullo ex eis fruatur solatio. Afferam autem huius rei indicium euidens. Nam cùm propter thorum eius herbaceum vir quidam bonus plātasset amygdalū, & ea deinde procedente tēpore arbor euasisset, adeò vt & ei vmbrā præberet, & oculos pasceret, iussit eam excindi: vt ex ea nullam acciperet recreationem. Hoc vitæ institutū am- *Moses.*
plexus quoque est Moses in alto quodam montis vertice, qui impendet vico Romæ: decertans: Et *Antiochus.*

Huius meminit Theodoretus lib. 5. hist. Eccl. cap. 24.

Antiochus vir senex, qui in monte maximè deserto paruum septum extruxit: & Antonius, qui in corpore senio confecto æquè decertat atque iuuenes. Est autem eis ead em vestis,& cibus,& status, & oratio, nocturnísque & diurni labores: & nec longitudo temporis, nec senectus, nec naturæ imbecillitas,eorum superat tolerantiam: sed in eis floret ac viget laborãdi studium. Alios quoque plurimos athletas habet in montibus & agris Deus virtutis Agonotheta, quos non est enumerare facilè, nedum vitam vniuscuiusque scibere. Cùm ergo sufficientem ex eis vtilitatem iis qui lucrari voluerint adiecerim,me conuertam ad aliud genus narrationis, rogans vt sim eorum quoque benedictionis particeps.

Zebinas & Polychr.

ZEBINAS AVT POLYCHRONIVS. Sect: xxiiii.

De Polychr. Sozom.lib.9. cap.2. Theod. Mopsuestiæ frẽ fuit lib.5 Eccl.hist.cap. vltim. Nicep. lib.14 ca.30.

ZEbinam prædicant vsque in hodiernum diem, qui vt illum viderent digni sunt habiti. Aiunt autem eum cùm ad extremam peruenisset senectutem,iisdem esse laboribus vsum vsque ad finem: nec licet grauissimo premeretur senio, ex certaminibus iuuentutis aliquid immutasse. Superabat autem,vt dixerunt, omnes sui temporis homines assiduitate orationis. In ea enim diu noctúque versans,non solùm nõ satiabatur,sed etiam desiderium efficiebat vehemẽtius. Quinetiam cum iis qui ad ipsum veniebant paucis differens, nõ poterat in animum inducere vt cogitationem à cœlis deduceret: sed statim ab illis liberatus,vt nec tantillum quidem ab iis quæ sunt Dei vniuersorum separatus,offerebat rursus deprecationem. Postquam autem non permittebat senectus vt citra molestiam stare posset assiduè,sustẽtaculum ei præbebat baculum: cui innixus, Dominum & laudabat & orabat. Cùm autem præter alia bona esset ornatus amore in hospites,iubebat multos ex iis qui ad ipsum veniebant;expectare vesperam. Illi autem timentes ne tota nocte illic starent, aliqua sua negocia sua prætexentes,se ab illis subducebant laboribus. Hunc ille quoque magnus admiratus est Marum: & omnes ad se venientes ad illum ire iubebat, & accipere eius benedictionem: eum patrẽ & magistrum nominans, & totius virtutis exemplar vocans. Rogauit autem vt in eodem quoque sepulchro poneretur: sed non sciuerũt qui corpus illud sacrum dirupuerunt, & in eum locum quem diximus detulerunt. Diuinus autem Zebinas cùm ante eum obiisset in vico ei propinquo, is autem appellatur Cittica, iusta sibi facta accepit. In eius autem sepulchro maximam ædem ædificarunt. Iis enim qui cum fide accedunt,variam ac multiplicem effundit curationem. Habet autem nunc quoque sub eodem tecto martyres,qui apud Persas quidem decertarunt,annuis autem & celebribus festis à nobis honorantur, Huius doctrinam magnus accepit Polychronius. Quinetiam diuinissimus Iacobus dicebat cum sibi primum dedisse tunicam ex pilis contextam. Ego autem qui illum nunquam vidi, ante meum enim aduentum vitæ finem acceperat in hoc egregio Polychronio diuini Zebinæ video philosophiam. Non sic enim cera exprimit figuras annulorum, vt hic illius effingit formam & characterem. Hoc autem apertè scio,ea quæ de illo narrantur,cum iis quæ ab hoc fiunt, conferens. Est enim similiter diuino incensus desiderio:& est terrenis omnibus superior:& corpori alligatus mentem habet elatam,& quæ fertur sublime,aërémque traiicit & ætherem, & cœlis fit sublimior,& perpetuò diuinam visione apprehendit contemplationem: nec potest illinc vnquã mentem detrahere. Quinetiam cum iis qui adueniunt colloquens, superna mente peragtat. Eius autem per totam noctem vigiliam & stationem hinc didici. Cùm eum viderem simul & cum senio conflictantem & cum imbecillitate, nullam omninò habentem curam corporis, sæpius præcatus ei persuasi vt duos assumeret qui simul habitarent,& aliquam consolationem ab eis acciperet. Quoniam autem petiit viros virtute claros qui per se in alio degebant monasterio, illis quoque viris admirandis persuasi, vt diuini hominis curam omnibus præponerent. Ij cùm paruo tempore cum eo habitassent,conati sunt fugere,per noctem illam non ferentes stationem. Cùm autem virum diuinum obsecrarem vt imbecillitate corporis metiretur laborem. Non solum, inquit, eos non cogo stare mecum assiduè, sed etiam sæpè præcipio vt decumbant. Illi autem,Et quomodo possemus, aiebant, eo qui in laboribus consenuit, stante, & imbecillitatem corporis despiciente, decumbere, cùm simus sani & in media ætate? Sed venerandi quidem mihi capitis nocturnos labores sic didici. Hi autem viri procedente tempore sibi tãtam parauere virtutem, vt cum hoc magno viro eandem persequerentur philosophiam: & Moses quidem,hoc est enim ei nomen,permansit vsque in hodiernum diẽ, tanquam patri & Domino omne ei seruitium exhibens: & quæ ex sacra illa anima coruscat virtutẽ accuratè perfectéque exprimens. Damianus autem, hoc enim erat nomẽ alteri,cùm peruenisset ad quendam vicum non procul situm,ei autem est nomen Niara, & præter alias paruam quandam inuenisset domũculam,in illa degit: idem vitæ institutum persequens: adeò vt qui hunc & illum rectè norunt,eum aspicientes,existiment se videre beati Polychronij animã in alio corpore. Eadem enim & simplicitas & mansuetudo & moderatio: eadem lenitas sermonis: eadem in congressu suauitas: eadẽ animæ vigilantia,& Dei intelligentia: idem status & labor & vigilia & cibus: & quæ est ex lege diuina paupertas & nihil possidere. Nam præter vnam sportulã quę lentẽ habet madefactã, nihil est in habitaculo. Tantã accepit vtilitatem ex consuetudine magni Polychronij. Ego autem relicto discipulo redibo ad magistrũ. A fonte enim riui fluẽta procedũt. Hic ergo cum aliis vitiis eiecta quoq; ex anima gloriç cupiditate, & inanis gloriæ cõculcata tyrãnide, studebat semper labores occultare. Et ferrũ quidẽ vt gestaret nõ inducebat in animũ, timẽs ne ex eo aliquid dãni hauriret, si arrogantiæ inflam-

Polychronij mores.

Nocturni labores polychronij.

Moses.

Damianus.

Niara vicus.

Cittica vicus.

Festa martyrum.

Tunica ex pilis.

A inflãmationem anima ex ea accepisset. Cùm autem quercus grauissimã radicem ad se deferri iussisset,vt qui ad aliũ scilicet vsum ea opus haberet,eam & noctu imponebat humeris, & ea imposita orabat: & interdiu,cùm esset ei otium. Cùm autẽ veniret aliquis,& pulsaret ostium,eam in loco aliquo abscondebat. Hanc cùm vidisset quidam mihi indicauit: & cùm vellem scire quantum esset eius pondus,vix eam potui tollere ambabus manibus. Is autem cùm me aspexisset,iussit eam dimittere. Ego autem eum rogabam vt mihi eam permitteret accipere,vt ei eripere occasionem laboris. Postquam autem eum vidi ægrè ferre,ei cessi desiderio victoriæ. Ex his laboribus efflorescit ei quoque data gratia diuinitus: & multa fiunt miraculaillius orationibus. Etenim cùm grauis illa siccitas quę homines affligebat,ad preces incitaret,venit ad eum multitudo sacerdotum. Erat autem vnà cum eis quidam quoque cui Antiochenæ regionis multi vici pascendi erant crediti. Is ex iis qui aderant rogabat seniores,vt ei persuaderent vt manum d exteram imponeret lecytho. Cùm ij autem dixissent eum non esse id facturum,dum preces post hæc fierent, & venerandum mihi caput oraret, ille pone stans porrexit duabus manibus lecythum. Is autem ita cœpit scatere, vt duo aut tres ex iis qui B aderant manus extenderent, & eas plenas oleo acciperent. Sed licet & diuinæ gratiæ fundat radios & rectis officiis præclarísque & ex virtute rebus gestis sit plenus, & quotidiè colligat opes philosophiæ,est tamen tanta modestia & moderatione præditus, vt vniuscuiusque ex iis qui ad ipsum veniunt ambos pedes amplectatur,& frontem terræ imponat: siue fuerit miles: siue opifex: siue rusticus. Narrabo autem aliquid quod possit docere eius simplicitatem & moderationẽ. Quidam vir bonus cui huius gentis obtigit præfectura,cùm Cyrum venisset, cupiebat mecum frui aspectu horũ magnorum athletarum. Cùm alios ergo obiissemus,ad hunc quoq; accessimus cuius virtutem nunc narramus. Cùm ego itaque dixissem esse præfectum qui mecum accessisset,& æqui iustíque amatorem,statim homo diuinus vtrasque manus tendens & ambos pedes prehẽdens, Volo,inquit, vt mihi aliquam promittas petitionem. Cùm is autem ægrè ferret,& vt surgeret oraret, & se quod iusserit facturum polliceretur: coniiciebat enim eum velle rogare pro aliquo ex iis qui eius parebant ditioni. Quoniam ergo,inquit homo diuinus es pollicitus, & iureiurando promissum confirmasti, acri & vehementi studio Deo pro me offer preces. Is autem frontem pulsans, obsecrabat vt eum absolueret à iureiurando,vt qui non esset dignus pro ipso preces offerre Domino. Eius ergo qui in tam C alta philosophia tanta sit modestia ac moderatione, quænam oratio possit eius laudes pro dignitate consequi? Huius in laboribus suscipiendis studium, ne varij quidem ac multiplices morbi qui in eũ incubuere, retardarunt. Sed cùm à variis morbis obsideatur, eosdem labores sustinet. Cùm multis autem sæpè verbis apud eum egerimus,vix hanc ædificauimus domunculam,corpori planè frigefacto aliquantulum caloris procurãtes. Ei multi quidem adhuc superstites aurum sæpè obtulerunt,& qui etiam excessere reliquerunt,sed nihil ab vllo vnquam accepit: sed eorum quæ offerebantur eos iussit esse dispensatores. Porrò autem magnus quoque Iacobus cilicium ab aliquo ad se delatum ad ipsum misit:sed id quoque remisit,cùm id esse videret densius & elegantius. Perpetuò enim vsus est vilibus & minimi pretij vestibus. Adeò autem existimauit paupertatem esse quouis regno magis expetendam,vt nec necessarium quidem semper haberet nutrimentum. Scio enim me sæpè venisse,& benedictionem petiisse, neque aliquid aliud inuenisse quam solas duas caricas. Huius mel,& iis qui vident est valdè expetendum, & iis qui audiunt suaue & maximè iucundum. Nullum enim vidi D hominem, ne ex iis quidem qui sunt faceti & dicaces, qui vlla vnquam reprehensionis labe eum asperserit: sed omnes eum & prædicant & celebrant: & ad ipsum venientes, minimè volunt recedere.

Miraculorum virtus.

Lecythus oleũ scatet benedictione Polychronij.

Aurũ oblatũ reiicit Polychronius.

Paupertas quouis regno melior.

ASCLEPIVS. Sect. xxv.

Asclepius.

HVius ordinis est admirabilis quoque Asclepius, qui abest quidem decem stadiis, idem autem vitæ institutum est æmulatus. Est enim ei idem & cibus,& vestis,& morum moderatio, in hospitéque & in fratres charitas,lenitásque & mansuetudo; & cum Deo conuersatio, & summa paupertas,& maximæ virtutis copiæ,& opes philosophiæ, & alia omnia quæ de illo sacro capite recensuimus. Dicunt autem eum quoque,cùm esset in numero fratrum qui in vico habitant,monasticam & temperatam vitam fuisse amplexum,nec ex multorum congressu vllam contraxisse maculã. Cùm ergo in vtraque vita, nempè & ciuili & solitaria, se egregiè gesserit, duplicibus quoque coronis E meritò dignabitur. Porrò autem multi quoque alij sunt horum æmulati virtutem: & plena est non nostra solùm,sed etiam vicinæ ciuitates,& pagi,tali philosophia. Est autem vnus ex his diuinus quoque Iacobus, in quadam domuncula incluſus iuxta vicum qui dicitur Duzan. Qui cùm sit etiam in ipso vitæ termino,est enim plusquam nonaginta annos natus,incluſus est solus: & per quãdam modicam fossam,instar incuruæ lineæ factam,responsa quidem reddit, sed non videtur: & neque igne vtitur neque lumine lucernæ. Me quidem bis perfosso ostio iussit admitti,hoc me honore afficiens, & quàm mihi benè velit ostendens. Atque ij quidem qui adhuc sunt superstites, scriptis meis non indigent. Possunt enim si velint, ipsi eorum contemplari philosophiam. Posteris autem & qui hoc non videre spectaculum, hæc quoque ad vsum sufficiunt, vt quæ philosophiæ ostendant characterem. Hic ergo & de his absoluta oratione, & benedictionis postulata remuneratione,ad aliam transibo narrationem.

Asclepius in vtraque vita ciuili & solitaria egregiè.

Iacobus ereminita igne nõ vtitur nec lumine.

Symeones.

SYMEONES Sect. xxvi.

De quo multi multa tradiderũt Euagr. hist. lib. 1. cap. 13. lib. 6. c. 22 Metaphrastes in vita Theodosij Cœnob. Damascenus lib. aduersus iconomachos Nicephor. lib. 14. hist. Eccl. cap. 51. lib. 15. c. 13. & 19.

SYmeonem illum insignem, magnum illud orbis terrarum miraculum, sciunt quidem omnes qui parent imperio Romanorum: norunt autem Persæ quoque & Indi & Æthiopes. Quinetiam ad Scythas vsque Nomadas fama peruadens, eius in laboribus subeundis diligentiam docuit & philosophiam. Ego autem etiam cùm omnes, vt semel dicam, homines testes habeam, vereor narrare certamina, quæ omnem superant orationem: ne posteris videatur fabula nuda ab omni veritate. Quæ enim fiunt, humana sunt natura superiora. Solent autem homines natura metiri ea quæ dicuntur. Si quid autem dicatur quod eius excedat limites, falsa videtur oratio iis qui non sunt diuinis initiati mysteriis. Quoniam autem piis & vera religione præditis terra & mare plena sunt: & qui in rebus diuinis sunt eruditi, & sanctissimi spiritus gratiam accepere, tantum abest vt non credant iis quæ dicenda sunt vt iis etiam magnam fidem sint habituri: prompto & alacri animo accedam ad narrationem. Illinc autem incipiam vnde etiam superna dignatus est vocatione. Et quidam vicus situs in confinio nostræ regionis & Cilicum: eum autem Sesam nominant. Ex hoc ortus, primò G
à parentibus docebatur oues pascere: vt in hoc conferri possit eum magnis viris, Iacob patriarcha, Ioseph temperãte & Mose legislatore, Dauid Rege & Propheta, & Michæa Propheta, & viris diuinis qui illis fuêre similes. Cùm aliquando autem plurimum nauigasset, & coactæ essent oues intus manere, facta ei potestate quiescendi, ad templum diuinum venit cum parentibus. Hæc autem narrantem audiui sanctam linguam. Dicebat ergo se vocem audiuisse Euangelicam, quæ eos quidem qui flent & lugent beatos pronunciat: miseros autem vocat eos qui rident, & eos nominat felices qui sunt mundo corde præditi, & alia quæ sunt his connexa. Deinde ex iis qui aderant interrogasse quempiam, quidnam fecerit aliquis vt horum vnumquodque consequatur? Eum autem illi vitam retulisse solitariam, & summam illam ostendisse philosophiam. Cùm ergo verbi diuini hæc suscepisset semina, & profundis animæ sulcis ea pulchrè occuluisset, dicebat se iuisse in proximam ædem sanctorum Martyrum. In ea autem & genua & frontem in solo defixisse, & eum rogasse qui vult omnes homines saluos facere, vt eum deducat ad viam perfectam pietatis & veræ religionis. Cùm autem hoc modo diu esset moratus, dulcem quidem somnum quendam sibi obrepsisse, tale autem vidisse somnium. Mihi, inquit, videbar fodere fundamenta: deinde audire aliquem stantem, quòd me oporteat fossam facere profundiorem. Cùm itaque adiecissem vt iussit altitudinem, rursus tentabam quiescere: sed me quoque rursus iubebat fodere, & non cessare à labore. Cùm autem hoc mihi ter & quater præcepisset facere, tandem dixit eam sufficere altitudinem: & iussit ædificare deinceps nullo labore: vtpotè quòd cùm cessasset labor, futura quoque esset ædificatio citra laborem. Huic prædictioni res feret testimonium. Ea enim quæ fiunt, humanam naturam excedunt. Cùm illinc surrexisset, ad propinquorum quorundam monachorum venit habitaculum. Duobus autem annis cum illis versatus, & perfectioris virtutis amore captus, venit ad vicum illum Teledam cuius prius quoque meminimus: apud quem magni & diuini viri Ammianus & Eusebius palæstram fecêre monasticam. Sed non venit in hanc diuinus Symeones, sed in aliam quæ ex hac germinauit. Eusebonas enim & Abiron cùm magni Eusebij doctrinam satis percepissent, hoc philosophiæ ædificauere gymnasium. Cùm itaque toto vitæ tempore fuissent & animis cõcordes & moribus, & veluti vnam animam ostendissent in duobus corporibus, multos habuerunt qui eiusdem vitæ tenebãtur amore. Cùm ij autem ex hac vita gloriosè excessissent, Heliodorus admirandus suorum sodaliũ accepit præfecturam: qui cùm vixisset sexaginta & quinque annos, sexaginta & duos annos intus inclusus transegit. Cùm enim tres annos apud suos parentes fuisset educatus, hunc gregem est ingressus, cùm nihil vnquam aspexisset eorum quæ fiunt in mundo. Dicebat autem se ne ipsam quidem nosse formam porcorum vel gallorum vel aliorum huiusmodi. Eum ego sæpè vidi, & simplicitatem morum sum admiratus, & eius animi puritatem sum mirum in modum amplexus. Cùm ad hunc venisset hic præstantissimus pietatis Athleta, decem quidem annos perpetuos decertauit. Cùm autẽ haberet octoginta eiusdem certaminis socios, omnes longo interuallo superauit. Et cùm alij post duorum dierum spatium vescerentur, ipse totam hebdomadam permanebat iciunus, ægrè ferentibus præsidibus, & cum eo contendentibus, & ordinis perturbationem eam rem vocantibus, iis tamen quæ dicebantur non persuadentibus, nec animi alacritatem refrenare valentibus. Audiui autem illum ipsum narrantem qui nunc est huius gregis præfectus, quòd cùm aliquando funem contextum ex palmis, est autem is asperrimus, sumpsisset, & manibus astrinxisset, eo lumbos succinxit, non apponẽs extrinsecus, sed ipsi pelli applicans: & tam arctè compressit, vt tota illa pars cui fuerat impositus, circumcirca exulceraretur. Postquam autem plus quàm decem dies hoc modo transegisset, & vlcus quod increbescebat guttas sanguinis emitteret, rogauit quidam qui hoc viderat quænã esset causa sanguinis. Cùm is autem diceret nihil esse quod ei afferret molestiam, eius socius per vim & manum immisit, & causam didicit, & eam præfecto renunciauit. Mox ergo increpans, & rogãs, & rei crudelitatem reprehendens, vix illi soluit vinculum: sed nec sic persuasit vt illi vlceri vllam adhiberet medicinam. Porrò autem cum eum viderẽt facere alia eiusmodi, iusserunt vt ab illa palæstra recederet: ne iis qui erant corpore imbecilliori, ea quæ essent supra vires æmulari conantibus, dãni causa fieret. Egressus ergo cùm venisset ad montis loca magis solitaria, & quendam sine aqua lacum

non

De quo vox euangelij multos reuocat.

Ecclesia sanctorum martyrum.

Conuersio Symeonis. Visio.

Teleda vicus. Ammianus & Eusebius. Eusebonas & Abiron. Theod. lib. 4. hist. Eccles. cap. 26. Heliodorus So zom. l. 6. c. 33. & 34.

Iciunia.

Funis ex palmis.

A non valdè profundum inuenisset, in eum seipsum demisit, & in eo Deo offerebat hymnodiam. Pœnitentia autem ducti illius palestræ præfecti, duos quosdam emiserunt permittentes vt eum quærerent & ducerent. Cùm itaque ij montem circuissent, rogarunt quosdam qui illic pascebant pecora, an vidisset aliquem tali colore præditum & sic vestitum. Vbi autem lacum pastores ostenderunt, valdè quidem statim exclamauerunt, fundè autem allato, eum cùm magno labore extraxerunt. Non est enim æquè facilis ascensus atque discensus. Cùm itaq; paruo tempore apud illos esset moratus, venit in vicum Telanessum, subiectum cacumini montis in quo nunc degit. In eo cùm paruam inuenisset domunculam, tres annos transegit inclusus. Cùm autem contenderet virtutis augere diuitias, desiderauit similiter ac diuini homines Moses & Elias, ieiunus permanere quadraginta diebus: & admirabili Basso conatur persuadere, qui tunc multos abiit vicos, vt qui præsset iis qui erant in pagis sacerdotibus, vt nihil quidem intus relinquat, luto autem ostium obstruat. Cùm is autem rei referret difficultatem, & moneret ne violentam mortem existimaret esse virtutem: est enim id crimen & maximum & primum. At tu, inquit, ô pater, repone mihi decem panes, & hydriam aquæ: B & si videro corpus egere alimento, ero eorum particeps. Factum est vt iussit: & illa quidem fuerunt reposita, ostium autem luto est obductum. Finitis autem diebus, venit quidem ille admirandus & homo Dei Bassius, amoto autem luto, ostium ingressus, inuenit quidem panes quosdam: inuenit autem vrnam quoque aqua plenam: ipsum autem iacentem, nec spirantem, & nec lõqui nec mouere potentem. Spongia ergo petita, cùm os ea humectasset & eluisset, ei obtulit diuinorum sacramẽtorum symbola: & sic per hæc confirmatus, surrexit, & modicum cibi sumpsit, lactucas & intybum & his similia paulatim mandẽs, & ad ventriculum transmittens. Obstupefactus itaque magnus ille Bassus, venit ad suum gregem, magnum hoc narrans miraculum. Habebat enim plusquam ducentos sodales, cùm nec eis iumentum habere, nec molam permisisset, neque aurum ab aliquo oblatum accipere, neque aliquem extra fores egredi aut aliquid ex necessariis emturum, aut aliquem ex suis notis visurum: sed intus agere, & quod à diuina gratia mittebatur alimentum accipere. Hanc legem in hodiernum vsque diem seruant sodales: & quamuis creuerit eorum numerus, mandata quæ eis data sunt non transilierunt. Ego autem ad magnum transibo Symeonem. Ab illo ergo tempore vs-
C que in hodiernum diem, iam autem præterierunt viginti & octo anni, manet ieiunus quadraginta dies. Tempus autem & assuefactio multum detraxit de labore. Solebat enim primis diebus stare & Deum laudare. Deindè cùm propter inediam non posset amplius corpus pati stationem, deinceps sedere & diuinum peragere officium: postremis autem diebus etiam accumbere. Nam cùm paulatim consumerentur & extinguerentur vires, cogebatur iacere semimortuus. Postquam autem stetit in columna, non inducebat quidem in animum vt descenderet, sed alia ratione excogitauit vt staret. Nam cùm trabem quandam columnæ alligasset, & seipsum rursus funibus trabi adaptasset, sic quadraginta dies perpetuos transegit. Post hæc autem cùm maiorem deinceps à superis gratiam accepisset, ne hoc quidẽ opus habuit auxilio: sed stetit quadraginta dies, cibum quidem non sumens, sed alacritate animi & diuina gratia confirmatus. Cùm hos ergo tres perpetuos, vt dixi, annos in illa transegisset domuncula, ad hoc tantopere sermonibus iactatum & celebratum venit cacumen: & cùm septum circũcirca fieri mandasset, ferream autem catenam viginti cubitorum comparasset, &
D eius vnum quidẽ initium cuidã petræ maximæ appendisset, alterum autẽ dextero pedi adaptasset, vt nec si vellet quidẽ, abiret extra eos limites, in eo degit cœlum assiduè visione apprehendens, & vt ea quæ sunt supra cœlos contẽplaretur sibi vim afferens. Mentis enim volatum non impediebat ferri vinculum. Postquam autem Meletius ille admirabilis cui tunc mandata erat cura episcopatus regionis Antiochenæ ciuitatis, vir cordatus, & prudentia clarus, & ingenij solertia ornatus, superuacaneum dixit esse ferrum, cùm sufficiat mẽs ad corpori imponenda rationis vincula, cessit quidem, & eius paruit suasioni. Cùm autem æris fabrum accersiri iussisset, præcepit solui vinculum. Cùm autem tibiæ quoq; adaptata esset pellis, ne corpus læderetur à ferro, & oporteret eã (fuerat enim consuta) dissũpi, dixerunt se vidisse plus quàm viginti maximos cimices, in ea tanquã in cauerna delitescentes: & hoc se dicebat vidisse admirãdus Meletius. Ego autem huius memini, hinc quoq; ostendens magnam viri tolerantiam. Nam cùm posset pellem manu comprimere, & omnes facilè interimere, molestos morsus toleranter passus est in paruis se lubenter ad maiora exercens. Cùm ergo peruolaret fama in omnes regiones, concurrebant omnes, non solum vicini, sed qui etiam multorum die-
E rũ itinere aberant: alij quidem paralyticos afferentes: alij verò ægris sanitatẽ petentes: alij autem vt patres fierent rogantes: & quòd à natura non acceperant, ab illo volebant accipere: cúmq; acciperent & quæ postulabant impetrarent, læti quidẽ redibant: quæ autẽ erant consecuti beneficia prædicantes, longè plures eadẽ petituros emittebant. Sic autem omnibus vndiq; aduenientibus, & per totam viam instar fluminis affluentibus, videre est pelagus hominum in illo loco constitutum, quod fluuios vndiquaq; exeipit. Non solùm enim confluunt qui nostram habitãt regionem, sed & Ismaëlitæ, & Persæ, & Armenij qui sunt eis subiecti & Iberes, & Homeritæ, & qui illi sunt interiores. Venerunt autẽ multi quoq; qui habitant extrema occidẽtis, Hispani, inquã, & Britanni, & Gallici, qui quod est intermediũ occupant. De Italia enim superuacaneum est dicere. Aiunt enim Romæ, quæ est lõgè maxima, eum fuisse adeò omniũ sermone celebratũ, vt in officinarum omnibus vestibulis & porticibus ei paruas posuerint imagines, hinc sibi præsidiũ & tutelam parantes. Cum ergo venirent

Symeones in lacu siccocanit hymnodiam.

Telanessus vicus.

Moses & Eliæ ieiunij. Sacerdotes.

Ieiunium per integrã quadragesimam absque cibo.

Eucharistia.

Inde dictus est Symeones, columella, quia primus in columna monasticam instituit: cui is est posteà imitatus institutum Daniel Stylites Nicephor. lib. 15. cap. 22. Meletius.

Magna viri tolerantia supra stoicorum ἀπάθειαν.

Curatio infirmorum.

Cõcursus populorum ad Symeonem.

Imagines sanctorum. Hic locus citatur in septima synodo.

Act. 4.

innumerabiles, conabantur autem omnes contrectare, & ex pelliceis illis vestibus aliquam perci- F
pere benedictionem, primùm quidem absurdum & alienum existimans tam insignem sibi haberi

Ex vestibus pelliceis benedictio.

honorem, deindè etiam rem ægrè ferens, vt nimis laboriosam, machinatus est illam in columna sta-
tionem: primùm quidem iubens ædificari sex cubitorum: deinde duodecim: postea autem viginti
duorum: nunc autem sex & triginta. Cupit enim in cœlum euolare, & ab hac terrena liberari con-
uersatione. Ego autē nec absque diuino consilio existimo hanc factam fuisse stationem. Quãobrem
eos hortor qui reprehendendi studio delectantur, vt linguã suam refrenent, & non temerè eam ferri

Confirmatio austeritatis monasticæ: nudi pedes. 2. lumbi cincti. 3. collaria lignea & ferrũ. 4. cubare. 40. dies & 150.

permittãt: sed potius cõsiderent quòd sæpè talia machinatus est Dominus vt eis prodesset qui sunt
socordiores. Etenim iussit Esaiam ambulare nudũ & nudis pedibus: Hieremiã lumbis cingulum cir-
cumponere, & sic incredulis offerre prophetiam: & aliquando etiam lignea cellaria, & ferrum col-
lo imponere: quinetiam Oseæ quoq; vxorem accipere fornicariam: & rursus amare mulierem for-
nicariam, & adulteram: & Ezechieli super dexterum latus cubare quadraginta dies: & super sini-
strum centum & quinquaginta: & rursus murum perfodere, & fugientem exire, & sibi describere
captiuitatem. Quinetiam ensem aliquando acuere, & eo caput radere, & in quatuor partes capillos G
diuidere: & alios quidem huic: alios verò illi distribuere: ne omnia recensam. Vnumquodque au-
tem horum iussit fieri rector vniuersorum, eos qui sermoni non parebant, nec vt prophetia audi-
rent in animum inducebant, admirabilitate spectaculi colligens, & vt diuina responsa audirent, effi-

Ad hunc locũ vide num pertineãt quæ de Symeone fatuo narrat Euagr. libr. 4. cap. 33. qui quòd famelicæ meretrici panem dedisset, fornicationis est calumniatus.

ciens. Quis enim non obstupuit, cùm videret diuinum hominē nudum ingredientem? Quis autem
non desiderauit scire causam, cur hoc fieret? Quis autem non est percontatus, cur fornicariam pro-
pheta secum habitare pateretur? Quomodo ergo vniuersorum Deus iussit illorum vnumquodque
fieri curam gerens eorum qui ignauè & socorditer viuebant: ita etiam hoc nouum & admirabile
procurauit spectaculum, rei nouitate & admirabilitate omnes trahens ad spectandum, & efficiens
vt aduenientibus credibilis exhiberetur admonitio. Nouitas enim spectaculi est pignus sufficiens
doctrinæ: & qui venit ad spectaculum, cum res diuinas doctus fuerit recedit. Et quemadmodum ij
quibus obtigit vt essent reges hominum, post aliquã temporis conuersionem mutant imagines nũ-
morum: aliquando quidē leonum exprimentes imagines: aliquando autē stellarum: & aliquando
angelorum, nouo charactere tentantes aurum reddere pretiosius: ita etiam summus rex vniuer- H
sorum, veluti quasdam figuras ac characteres, hæc noua & multiplicia viuendi instituta, pietati ve-

5. cap. radere caracteres Reg. 3.

ræque religioni adiiciens, non solùm fidei alumnorum, sed eorum etiam qui laborant morbo incre-
dulitatis, ad laudandum linguas excitat. Et quòd ita se habeat, non solùm verba testantur, sed etiam
res ipsæ clamant. Ismaëlitarum enim milia innumerabilia, quæ impietatis seruiebant caligini, illa in

Lucerna.

columna illuminauit statio. Nam veluti super candelabrum aliquod posita hęc lucerna lucidissima,

Concursus populi ad Symeonem.

solis instar emisit circunquaq; radios: & est, vt dixi, videre Ibernas venientes, & Persas, & Armenios,
& diuinum baptismum accipientes. Ismaëlitæ autem turmatim veniētes, ducenti simul & trecenti,
& nonnunquam etiam mille errorem quidem patrium negant cum clamore: quæ autem illi colue-
rant simulachra, ante magnũ illud lumen conterentes: & Veneris orgiis renuntiantes, ab alto enim
repetitis temporibus acceperant cultũ huius dæmonis, diuina percipiunt sacramēta: leges accipien-
tes à diuina illa lingua, & patrios ritus valere iubentes, asinorúmque agrestium & camelorum esum
abnegantes. Eósq; ego & vidi & audiui, & patriam impietatem abnegantes, & doctrinæ euangelicæ
assentientes. Semel autem maximum adij periculum. Ipse enim eis dixit vt ad me accederent, & sa- I
cerdotalem acciperent benedictionem: dicens fore vt magnum hinc fructum perciperent. Cùm

Sacerdotalis benedictionis magnus fructus.

illi autem paulò magis barbaricè cōcurrissent, alij quidem antè trahebant, alij verò ponè, alij autem
ex obliquo. Qui autem aliis aberant longius irruentes, & manus protendentes, alij quidem barbam
vellebant: alij verò vestes apprehendebant: & à vehementiori illorum aditu fuissem suffocatus, nisi
ille clamorem edens omnes dispersisset. Talem, quæ à dicacibus irridetur hominibus, columna, ef-
fudit vtilitatem, & tantum emisit radium Dei cognitionis in mentes barbarorum. Scio etiam aliud
ab eo fuisse factum eiusmodi. Obsecrabat vna tribus diuinum hominem, vt deprecationem quan-
dam & benedictionem emitteret suæ tribus præfecto. Alia autem quę aderat tribus contradicebat,
dicens non oportere illi emitti benedictionem, sed ei qui præest suæ tribui: illum enim esse iniustis-

Barbari in se inuicem irruunt.

simum: hunc verò alienum ab iniustitia. Cùm autem inter eos magna fuisset contentio, & barbari-
ca decertatio, tandem in se inuicem irruerãt. Ego autem prolixa vsus oratione, suadebam vt quies-
cerent: vtpotè quòd vir diuinus sufficeret ad dandam & huic & illi benedictionem. Sed hi quoque K
dicebant non oportere illum hanc assequi, & illi ea alterum priuare conabãtur. Cùm eis autem de-
super esset minatus, & eos canes vocasset, vix sedauit contentionem. Hæc autem dixi, volens osten-
dere quanta esset eorum animi fides. Non enim sic inter se insaniissent, nisi diuini viri benedictionē
credidissent maximam habere virtutem. Vidi autem aliud quoque miraculum quod fuit valdè ce-
lebratum. Quidam enim ingressus, erat autem is quoque Saracenorum vnius tribus præfectus, sup-
plex petebat à diuino capite vt cuidam opem ferret cui in via erant paralysi soluta membra corpo-
ris. Dicebat autem eum morbum ei accidisse in Callinico: est autem id castellum maximum. Cùm

Curatur paraliticus.

is itaque fuisset allatus in mediũ, effecit vt negaret impietatem maiorum. Vbi autem lubenter obe-
diit, & quod iussus fuerat impleuit, rogauit an crederet patri, & vnigenito filio, & sancto spiritui.
Cùm is autē se confessus esset credere: His, inquit, credens appellationibus surge. Postquam autem
surrexit,

A surrexit, iussit vt tribus præfectum suis ferret humeris vsque ad ipsum tabernaculum: habuit
autem corpus maximum: & ille quidem eo accepto, statim abiit. Qui autem aderant, ad Dei lau-
des linguas mouerunt. Hoc autem iussit, Dominum imitans, qui iussit paralytico ferre lectum.
Sed imitationem nemo vocet tyrannidem. Est enim vox eius, Qui credit in me, opera quæ
ego facio ille quoque faciet: & maiora his faciet. Etenim huius promissi euentum vidimus.
Nam cùm vmbra Domini nunquam fecerit miraculum, magni Petri vmbra, & mortem fre-
git, & morbos exegit, & fugauit dæmones. Sed dominus & hæc per suos seruos fecit miracu-
la: & nunc quoque similiter eius vtens appellatione, diuinus Symeones innumerabilia efficit mira-
cula. Accidit enim vt aliud quoque fieret miraculum, priore minimè inferius. Ex iis enim qui in

Votum abstinendi à carnibus.

nomen salutare Domini Christi crediderant, quidam Ismaëlita non obscuro loco natus, Deo votũ
fecerat, hoc diuino viro teste. Pollicitus autem erat futurum vt se deinceps perpetuò abstineret ab
esu cuiusuis animati. Hoc promissum nescio quomodò quodam tēpore transgressus, occisam auem

Auis fit lapis.

ausus est comedere. Cùm Deus autem per increpationem eum ad conuersionem voluisset deduce-
B re, & suum famulum honorare, qui fuerat testis promissi quod is fuerat trangressus, mutata est in la-
pidis naturam caro auis, adeò vt nec si vellet quidem, deinceps eo vesci posset. Quomodo enim po-
tuisset, cum lapidasset quod ad cibum sumptum fuerat corpus? Hoc admirando & incredibili spe-
ctaculo obstupefactus barbarus, ad sanctum venit quam celerrimè, quod erat occultum peccatum
in lucem proferens, & suam transgressionem omnibus enuncians, & delicti à Deo petens veniam,
& sancti auxilium inuocans: vt omnipotentibus suis precibus ipsum peccati vinculum exolueret.

Symeō prædixit sterilitatē & pestem.

Multi autem id videre miraculum, qui auis partem ex osse & lapide constantem viderunt in eius
pectore. Non solùm autem fui spectator miraculorum, sed etiam auditor eorum quæ prædicta sunt
futura. Etenim eam quæ fuit siccitatem, & magnam illius anni sterilitatem, & eam quæ consecuta
est simul famem & pestem, duobus annis antè prædixit: dicens se præuidisse virgam quæ infligitur
hominibus & flagella quæ per eam intentatur. Porrò autem aliàs quoque significauit irruptionem
eius qui Bruchus seu eruca dicitur, & eam non esse magnum detrimentum allaturam, cùm diuina
clementia mox sequatur supplicium. Cùm autem triginta dies præteriissent, innumerabilis quidem
C suprà stetit multitudo, vt etiam radium dissecarent, & vmbram offunderent: idque omnes planè, &

Alia predictio.

perfectè vidimus: solum autem dedit damnum bestiarum pascuis: cibum autem hominum nulla ex
parte læsit. Iam verò mihi quoq; qui ab aliquo oppugnabar, significauit ante quindecim dies futu-
rum belli finem: & prædictionis veritatem didici experientia. Quinetiam ei aliquando visæ sunt duæ

Visio.

virgæ quæ ferebantur quidem de cœlis, in terram autem orientalem cadebant, & occidentalem.

Predixit Mauritio plurima. Euag. lib. 5 cap. 21.

Hanc autem Persicæ & Scythicæ gentis in imperium Romanorum insurrectionem, significauit vir
diuinus, & iis qui aderant effatus est visionem: multísque lachrymis & precibus assiduis repressit pla-
gas quarum intentabantur minæ in orbem terræ. Gens quidem certè Persarum iam armata, & pa-
rata ad Romanos inuadendos, eis diuina aduersante voluntate, à cepto est retardata, & intrinsecus
in malis propriis occupata. Cùm autem sciam plurima alia eiusmodi, ea prætermittam, orationis vi-
tans proxilitatem. Sufficiunt hæc quidem certè ad ostendendam spiritalem eius mentis contem-
plationem. Eius quoque fuit magna fama apud regem Persarum: vt enim narrarunt legati qui ad

Oleũ sacrum.

ipsum venerunt, diligenter sciscitabatur quænam esset eius vita, & quænam miracula. Dicũt autem
D eius quoque coniugem, & petiisse oleum dignatum eius benedictione, & tanquam donum maxi-
mum accepisse. Quinetiam omnes regis asseclæ, & à fama commoti, & multas in eum à magis ad-
ornatis accipientes calumnias, diligenter rogabant, id cùm intellexissent, virum diuinum nomina-
bant, Cætera verò turba, & ad muliones accedentes & ad famulos & milites, & pecuniã offerebant,
& rogabant vt essent participes olei benedictionis. Ismaëlitarum autem regina cùm esset sterilis, &
cuperet filios, primùm quidem misso aliquo ex iis qui valebant dignitate & auctoritate, obsecrauit
vt mater fieret. Postquam autem assecuta est petitionem, & peperit vt cupiit, accepto rege qui na-
tus fuerat, profecta est ad diuinum senem: & quoniam non licebat mulieribus ad eum accedere, ad

Ita Eutymius oratione panes multiplicauit: terram & steriles fecundauit. Nicep. lib. 14 cap. 52.

eum misso infante, rogauit vt consequeretur eius benedictionem. Tuus enim, inquit, est hic actus.
Ego enim obtuli cùm lachrymis semen orationis: tu autem semen effecisti manipulum, cùm diuinę
gratiæ imbrem attraxisses per deprecationem. Sed quousque conor metiri altitudinem maris
Athlantici? Nam sicut eam non possunt homines dimetiri: ita narrationem exuperant quæ ab illo
E fiunt quotidiè. Ego autem eius ante hæc omnia admiror tolerãtiam. Noctu enim & interdiu ita stat
vt videatur ab omnibus. Ablatis enim foribus, & non minima parte ambitus dissoluta, proponitur
omnibus spectaculum nouum & admirabile: nunc quidem stans longo tempore, nunc autem fre-
quēter se incuruans, & Deo offerens adorationem. Iam verò multi quoque ex adstantibus enume-
rant has adorationes. Semel autem quidam ex iis qui mecum erant, cùm enumerasset mille & ducē-
tas & quadraginta quatuor, deinde lapsus esset, destitit numerare. Semper autem se inclinãs, propè

Cibus in hebdomada.

digitos pedum frontem admouet. Nam cùm venter semel in hebdomada alimentum accipiat, idq;
exiguum, quantum est diuinorum sacramentorum participatio, dorso cōcedit vt facilè inflectatur.
Aiunt autem ei ex statione in altero pede enatum esse vlcus chironium, & illinc assidue plurimam
excerni saniem. Sed nihil quod ei accidit, reprimit philosophiã: sed fert forti & generoso animo vo-
luntaria & inuoluntaria, alacritate animi, & hæc, & illa superans. Hoc autem vlcus coactus quoque

F est aliquando alicui ostendere. Dicam autem causam: Venit ab Arabe nā quidam vir bonus, & honoratus Christi ministerio, is cùm ad illud peruenisset cacumen, Dic mihi, inquit, per ipsam veritatem, quæ hominum genus ad se conuertit, ésne homo an natura incorporea? Cum autem qui aderant ægrè ferrent interrogationem, omnes quidem iussit tacere: ad illum autem dixit, Cur hanc mihi proposuisti interrogationem? Cùm autem dixisset, Quoniam omnes vulgo iactare audio, te neque comedere nec dormire: vtrumque autem est hominum proprium, nemo enim qui hac sit natura præditus, vixerit absque alimento, & somno. Ille autem iussit quidē scalas admoueri colum næ, illum autem ascēdere: & primùm quidem manus aspicere: deinde intra pelliceum illum amictū manum mittere: & videre non solum pedes, sed etiam vlcus illud grauissimum. Cùm autem homo vidisset, & admiratus esset vlceris magnitudinē, & ex eo didicisset quomodo sumat nutrimentum, illinc quidem descendit, ad me autem veniens narrauit omnia. In festis autem publicis aliam quoque ostendit tolerantiam. Nam post occasum solis, donec is rursus venerit ad horizontem occidētalem, manibus in cœlum extensis stat tota nocte, nec à somno delinitus, nec à labore superatus. In tantis autem laboribus, tantáque rerum gestarum magnitudine, & miraculorum multitudine, est tā- G ta morum modestia ac moderatione præditus adsisit dignitate postremus omnium hominum. Præter modestiam autem, & facilis ad eum patet aditus, & est affabilis & suauis: & respondet vnicuique eorum qui loquuntur, siue sit opifex, siue mendicus, siue rusticus. A munifico autem & liberali domino accepit atiam donum doctrinæ: & bis quotidiè faciens admonitiones, irrigat aures eorum qui audiunt, pulchrè admodum loquēs, & diuini spiritus exhibens disciplinam: & iubēs in cœlum suspicere & euolare, & à terra discedere, & regnum quod expectatur visione apprehendere, & gehennæ minas timere, & terrena contemnere, & futura expectare. Licet autem eum quoque videre iudicantem & rectas ac iustas ferentem sententias. Hæc autem & quæ sunt huiusmodi, fiunt post horam nonam. Totam enim noctem & diem vsque ad nonam orat perpetuò. Post nonam autem, primum quidem diuinam doctrinam exhibet præsentibus. Deinde audita vniuscuiusque petitione, cùm aliquas fecerit curationes, componit lites eorum inter quos est controuersia. Circa occasum autem so- lis deinceps incipit conuenire dominum. Sed quamuis in his versetur, & hæc omnia faciat, nec sanctarum ecclesiarum curam abiicit & prouidentiam, aliquando quidem pugnans cum impietate gen- H tium: aliquando autem frāgens Iudæorum audaciā: aliquando autem fundens ac profligans turmas hæreticorum: & aliquando quidem de his scribens ad Imperatorem, aliquando autem præsides ac magistratus ad diuinum zelum excitans: aliquando autem ipsis quoque Ecclesiarum pastoribus maiorem gregis curam gerere præcipiens. Hæc autem sum persecutus, ex gutta conatus ostendere pluuiam, & iis qui hæc scripta legerint, tanquam indice gustandam præbere mellis dulcedinem. Quæ autem decantantur ac celebrantur ab omnibus, ea sunt iis longè plura. Sed non sum omnia scribere pollicitus, sed paucis eius vitæ instituti ostendere formam & characterem. Conscribent autem, vt est consentaneum, alij quoque his longè plura. [1] Cùm posthæc autem diu vixisset, & multis mitaculis & laboribus, ardoréque solis, & hiberna glacie, & vehementibus ventorum insultibus, & humanæ naturæ imbecillitate, solus ex omnibus qui vnquam fuerunt māsisset inexpugnabilis, post- quam cum deinceps oportuit esse cum Christo, & immensorū certaminum coronas accipere, quod homo quidem esset morte confirmauit iis qui non credebant: mansit autem etiam post mortem I immobilis: & in cœlum quidem anima peruenerat: corpus autem ne sic quidem cadere sustinuit: sed rectum stetit in loco certaminum, tanquam inuictus [2] Athleta nulla parte membrorum volens terram tangere. Sic Christi Athletis manet etiam post mortem cum eis simul versans victoria. Va- riorum certè morborum curationes, & miracula, & diuinarum virtus operationum, sicut quando erat superstes, ita nunc quoque fiunt, non solùm apud loculos sanctarum reliquiarum, sed etiā apud summæ eius virtutis & diuturnæ decertationis monimentū: magnam, inquā, [3] illam & celebratam columnam huius iusti & laudibus celebrādi Symeonis. Cuius sanctis intercessionibus cupio vt ego adiutus, in his sanctis perseuerem laboribus: Deúmque precor qui est cōmunis ornatus, & est splen- dor pietatis & veræ religionis, vt & mea vita corrigatur, & ad Euangelicam vitæ formam dirigatur.

Nec ad obedientiam monasticam refert Niceph. lib. 14. cap. 15.

αχίμητος fuisse monarches hoc est insomnes qui noctem orando & psallendo traducerent scripsit Niceph. li. 15. cap. 23.

Symeonis exercitia.

Ex gutta pluuiā proverb. huius simile ex vngue Leonē.

1 Hæc non sunt Theodoreti, sed alicuius addita post mortem Symeonis qui cum scriberet Theodoretus, adhuc viuebat. Nam cum dixisset eum vixisse tres supra centū annos, genua amortis non exposuit nec eius sacrum cadauer magna pōpa Anthiochiā delatum multis in itinere miraculis exhibitis, contendentibúsque vicinis vrbibus quinam illud sortirentur. Theodosium item emisit instant er illud vitale corpus ab Antiochenis sibi dari expostulasse: in quo temporibus Nicephori & Euagrij qui caput integrū cum sacerdotibus se vidisse scribit hoc erat miraculi, quod capitis & barbæ tanto interuallo non excidissent sed integra cute forma veluti viuida perstaret: iuxta quam torques ferreus quo corpus demauerat. Ei præterea non recensēt constructum templum in Mandra fuerat exercitij & solitudinis) in cuius medio columna 40. fuit cubitorum qua diuinus ille vir cœlum conscenderat: vbi ad lauam diebus quibus memoria sanctiuiri colitur, resulget, volitat etiam ad columnā Symeonis facies capite tiara circumtecto. Miraculūcertè quicunque voluerint, mulieres queque, sed extra templum: Nam his ingredi nequaquam licet. Hactenus Euagr. lib. 2. cap. 14. Niceph. libr. 14. cap. 51.

2 Reliquiarum miracula. 3 Inuocatio sanctorum.

BARADATVS. SECT. XXVII.

A Baradatus

Niceph. memimit sub nomine Baradati lib. 15. cap. 22.

ET communis hominum hostis inuenit multas vias vitij vniuersam humanam naturam studens penitus perdere: & pietatis veræque religionis alumni, multas & diuersas excogitauere scalas quibus in cœlum ascenderetur. Alij quidem per classes decertātes, sunt autem hi cœtus innumerabiles, incorruptis fruuntur coronis, & desideratum ascensum consequuntur. Alij autem vitam amplecten tes monasticam & cum Deo solum loqui meditantes, & nullam consolationem humanam participantes sic victores publice renuntiantur. Alij autem in tabernaculis, & alij in tuguriis degentes. Deum laudibus celebrant. Alij vero amplectuntur vitam in antris & speluncis. Multi autem, ex quibus aliquorum meminimus, non antrum, non tabernaculum, non speluncam, non tugurium habere decreuerunt: sed nudo aëri sua corpora mandantes, contrarias qualitates tolerant: aliquando quidem summo gelu concreti: aliquādo autem igne radiorum exusti. Iam verò eorum quoque rursus est vita diuersa. Nam alij quidem stant assiduè. Alij verò in sessionem & stationem & diem diui- *Monastica Formulæ.*

B dunt: & alij quidem septis quibusdam inclusi, fugiunt multorum congressionem. Alij verò nullo huiusmodi vtentes tegumento, propositi sunt omnibus qui eos volunt contemplari. Vnumquodque autem horum in præsentia necesse habui persequi cum admirabilis Baradati vellem vitam conscribere. Is enim excogitauit nouas rationes exercendæ tolerantiæ. Nam cum primum quidem longo tempore se inclusisset in domuncula, sola diuina fruebatur contemplatione. Illinc cū rupem occupasset imminentem, & paruam quandam arcam, nec iusta quidem symmetria corpori congruētem ex lignis constructam, in ea vitam degebat, deorsum assiduè incuruari coactus: non habebat enim altitudinem eius longitudini iusta proportione conuenientem. Non erat autem ea compacta asseribus: sed erat aperta similiter atque cancelli: & erat similis fenestris quæ latiores habent ingressus luminis. Quocirca nec à pluuiæ erat impetu libera, nec erat tecta à flamma solis: sed vtraque non minus admittebat alia quæ sunt sub diuo, in hoc autem solo ea superabat, quòd accederet labor in clusionis. Cùm autem longum tempus hoc modo transegisset, postea egressus est, cedens precibus diuini Theodoti, cui obtigerat pontificalis sedes Anthiochena. Stat autem assiduè manus in cœlum

C extendens, & vniuersorum Deum laudans: totum corpus tunica pellicea contegens: circa nasum autem solum & os, reliquit modicum ingressum spiritui, vt respiret, communem aërem excipiens, quoniam humana natura non posset aliter viuere. Omnem autem eum laborem sustinet, cùm nō sit corpore valdè robusto, sed valetudinario & multis morbis obnoxio. Feruens autem animi alacritas, & diuino amore incensa, cogit vt laboret qui non potest laborare. Iam vero sapientia quoque & intelligentia ornatus optimè, & interrogat & respondet, & ratiocinatur nonnūquam melius & potentius iis qui aristotelicos legere labyrinthos. Cùm sit autē in ipso summo virtutis fastigio, non sinit vt arrogantia simul efferatur spiritus, sed iubet eum deorsum repere circa ipsum latus montis. Sic enim quantum sibi damnum mens conciliat quæ tumet & ardet insolentia. Hæc est in summa eius philosophia. Cui concedatur vt crescendo possit metam cursus attingere. Est enim communis piorum letitia, horum qui victoria potiti sunt gloria. Mihi autem detur, vt eorū suffultus precibus, non sim procul ab hoc monte: sed paulatim conscendam, & me eorum contemplationis voluptate expleam.

D

THALELÆVS. SECT. XXVIII.

Thalelæus.

NEque Thalelæi silebo narrationem, est enim plenum miraculo spectaculum. Non solum autem alios audiui narrantes, sed etiam ipse vidi admirabile & præter opinionem spectaculum. *Templum dæmonum.* Nam cùm viginti stadiis procul à Gabalis, ea est autem vrbs parua & elegās, tumulum quendam occupasset, in quo erat templum dedicatum dæmonibus, & quod ab iis, qui iam erant antiquitus impij multis honorabatur sacrificiis, paruum quoddam fixit tugurium. Sceleratos autem illos & execrandos perpetuo colebant, vt dicebant, magnam eorum crudelitatem cultu placare adnitentes. Multis enim perniciem afferebant & iis qui accedebant, & iis qui erant vicini: nec solum hominibus, sed & asinis, & mulis, & bobus, & ouibus: non cum bestiis bellum gerentes, sed per eas quoque, hominibus tendentes insidias. Tunc ergo cùm eum vidissent aduenisse, perterrere quidem cona-

E bantur, sed non poterant, cum & eum muniret fides, & pro eo pugnaret gratia. Rabie itaque & furore repleti in eas quæ tunc illic plantatæ erant arbores fecerunt impetum. In illo autē tumulo multæ erant ficus & oleæ quæ florebant. Ex iis dicunt plus quàm quingentas repentè fuisse euulsas: audiuique plures vicinos agrestes id narrantes, qui olim quidem detinebantur caligine impietatis: per eius autem doctrinam & miracula, acceperunt lucem Dei cognitionis. Quoniam autem cùm hoc feciſſent pernicioſi & scelerati dæmones, non exterruerunt athletam philosophiæ, rursus in eum alias patauere machinas. Noctu enim vlulantes, & lampades ostentantes, conabātur perterrefacere, & eius rationem perturbare. Vbi autem risit omnes eorum insultus, eo postea relicto effugere. Is autem cum duas rotas construxisset, quę duorum cubitorum habebant diametrum, asseribus, non inter se compactis, sed disiunctis ac separatis, ambas rotas coniunxit. Deinde cum intus sedisset, & cuneis & clauis disiunctas illas confixisset tabulas sub dio rotam appendit, tribus aliis altis lignis in

terram defixis,& ſuperioribus eorum initiis aliis lignis commiſſis,& in eorum medio duplici illa rota alligata,& ſublime elata. Huius autem ſpatium quidem quod eſt interius, habet quidem cubitorum duorum altitudinem: cubiti verò latitudinem. In eo ſedens vel potius ſuſpenſus, annis iam fuit decem perpetuis. Cùm autem corpus habeat maximum, neque ſedens quidem poteſt collum erigere, ſed ſemper ſedet incuruatus, genibus habens affixam faciem. Ad eum cùm veniſſem, inueni quidem eum ex euangeliis colligentem vtilitatem: eum autem interrogaui, cupiens ſcire cauſam illius noui vitæ inſtituti. Ille autem Græca lingua vſus, erat enim Cilix genere, Ego inquit, multis peccatis obnoxius, & credens ſuppliciis quorum minæ ſunt intentatæ, hoc vitæ genus excogitaui, hoc agens vt caſtigetur corpus pœnis mediocribus: vt eripiar à magnitudine earum quæ exſpectantur. Sunt enim illæ grauiores, non ſolum quantitate, ſed etiam ipſa qualitate. Sunt enim inuoluntariæ. Quod autem ab inuito fit, id eſt valdè moleſtum. Quod autem eſt voluntarium, etiamſi ſit laborioſum, minorem affert dolorem: ſponte enim ſuſcipitur. Sed non labor violentus: ſi his ergo, inquit, paruis moleſtiis minuero ea quæ expectantur, hinc magnum lucrum referam. His auditis, eius ingenij ſolertiam valdè ſum admiratus, quòd non ſolùm iam facta ſepta tranſiliebat, ſed etiam ex ſe alia excogitabat certamina: & quòd non ſolùm decertabat, ſed eorum etiam cauſas ſciebat, & alios docebat. Iam verò multa quoque miracula per eius preces fieri dixerunt accolæ: non ſolum hominibus, ſed etiam camelis, & aſinis, & mulis, curationem per eum adipiſcẽtibus. Hinc vniuerſa illa gens quæ impietate detinebatur, paternum quidem abnegauit errorem, diuinæ autem lucis accepit ſplendorem. His vtens adminiſtris, & templum dæmonum diruit, & maximam ædem excitauit victoria inſignibus martyribus: iis qui Dij falſò nominabantur, diuos opponens mortuos. Horum concedatur interceſſionibus, vt hic cum eadem victoria: certaminum terminum occupet: & nos ab his & illo adiuti, ſimus vehementes amatores certaminum philoſophiæ.

Demiſſio vultus.

Mortificatio carnis fuga eſt pœnæ infernalis.

Interceſſio ſanctorum.

MARANA CYRA. Sect. xxix.

Marana.

POſtquam optimorum & præſtantiſſimorum virorum vitæ conſcripſi inſtitutum, operæpretium exiſtimo mulierum quoque meminiſſe, quæ non minus ſi non etiam amplius certauerunt. Eæ enim ſunt digniores quę laudentur, vt quibus quidem obtigerit natura imbecilliori, eandem autem quam viri oſtendant animi alacritatem, & à primo parente accepto dedecore genus liberauere. Maranæ autem & Cyre me minero in præſentia, quæ toleranti æ certaminibus omnes alas vicere. His patria quidem eſt Berhœa: patriæ autem genus inſigne: educatio autem generi conueniens. Sed his omnibus contemptis, cùm exiguum quendam locum ante vrbem comprehendiſſent, & intra eum fuiſſent, luto & lapidibus oſtium obſtruxere. Famulas autem quæ eiuſdem vitæ volebãt eſſe participes, extructo extra ambitum habitaculo, iuſſerunt in illo habitare. Ipſæ autem per quãdam paruam feneſtram reſpiciunt ea quæ ab illis fiunt, & eas frequenter excitant ad orationem, & accendunt ad diuinum amorem. Ipſæ verò cùm neque domum habeant, nec tugurium, ſub dio ſua ſponte vitam agunt. Pro ianua autem eis quædam parua extructa eſt feneſtra, per quam neceſſarium alimentum accipiunt: & cum iis quæ ad ipſas veniunt colloquuntur mulieribus. Ad eam autem congreſſionem definitum eſt tempus Pentecoſtes: alio autem tempore vitam amplectuntur quietam: ſola autem Marana loquitur cum aduenientibus: alteram autem nemo audiuit vnquam loquentem. Ferrum autem geſtant, & tantum onus ferunt, vt Cyra, cui corpus obtigit imbecillius, ad terram vſque incuruetur, & corpus minimè poſſit erigere. Habent autem vela maxima, vt retrò quidem trahantur, & pedes omninò contegant, anterius autem vſque ad ipſam zonam demittantur, vultum ſimul & collum & pectus & manus occultantia penitus. Eas ego ſæpè vidi, intra ianuam introminſſus: iuſſerunt enim mihi aperiri, ſacerdotij dignitatem honorantes. Vidi ergo illud ferri pondus quod nec à viro quidem forti & robuſto ferri poſſet: & cùm vehementer rogaſſem, tunc quidem auferre potui: poſtquã autẽ receſſimus, id rurſus ſuis mẽbris impoſuere: collo quidẽ, collare: lumbis autẽ, zonam manibus & pedibus ea quæ eis ſunt attributa. Hoc modo autẽ viuunt, nõ quinq; ſolum vel decẽ ſolis tranſactis annis, ſed quadraginta duobus. Et cùm tanto tempore decertauerint, tanquam quæ nuper certamina attigerint, delectantur ſudoribus. Viſione enim apprehendentes ſponſi pulchritudinem, facilè ferunt curſus laborem, & properant peruenire ad finem certaminis: videntes in illo ſtare delictum, & oſtendentem coronam victoriæ. Ea de cauſa, & imbris, & niuis & ſolis excipientes impetum, non cruciatum nec dolorem ſentiunt: ſed ex iis quæ videntur moleſta, animi gaudium percipiunt. Et diuini Moſis æmulatæ ieiunium, ter tanto tempore inediam ſuſtinuere. Quadraginta enim diebus exigui cibi fuere participes. Ter quoque diuini Danielis à cibo abſtinentiam ſunt æmulatæ, tres dierum hebdomadas conficientes, & cibum corpori ſuppeditantes. Cùm autem aliquando deſideraſſent ſalutarium Chriſti paſſionum ſancta loca contemplari, venerunt ad Æliam, cùm in via nihil cibi ſumpſiſſent: ſed poſtquã in illam vrbem venerunt, & adorationem impleuerunt cibum ſumpſerunt, & reuerſæ ſunt, rurſus à ieiuniis confecto itinere: eſt autem iter non pauciorum quàm viginti dierum. Quinetiam cùm victoria inſignis Theclæ cupiiſſent videre ædem quæ eſt in Iſauria, vt dilectionis in Deum flammam vndiquaque accenderent, ſic profectæ ſunt & reuerſæ ſunt ieiuniæ. Tantum eas diuinum amatorium fecit diuino quodam

Cyræ monialis tacturnitas.

Monialium velamen.

Monialium ieiunium.

In terrã ſanctam peregrinatio.

dam furore debacchari. Tantum diuinus amor, earum in ſponſum concitauit inſaniam. Atque eæ quidem quæ tali vitæ inſtituto fœmininum genus exornauere, vt quæ aliis fuerint exemplaria, coronabuntur à domino coronis victricibus. Ego autem propoſita quæ hinc percipitur vtilitate, cùm decerpſero benedictionem, ad aliam tranſibo narrationem.

DOMNINA. Sect. xxx.

DIuini Maronis cuius prius meminimus, vitam æmulata Domnina admirabilis, in horto maternæ domus paruum quoddã fixit tugurium. Ei autem tugurium efficit pannici ſtipula. Continuis autem lachrymis non ſolùm rigat genas, ſed etiam veſtimenta ex pilis: talibus enim indumẽtis tegit corpus. Circa gallorum autem cantum, ad diuinum templum quod non eſt procul, vadens cum aliis, & fœminis, & viris, vniuerſorum domino offert laudes. Hoc autem facit, non ſolùm die incipiente, ſed etiam deſinente: quouis alio loco, locum Deo conſecratum magis eſſe venerandum cenſens, & docens alios. Ea de cauſa & eius magnam curam geſſit, matri perſuadens, & fratribus vt facultates ſuas in id conſumerent. Habet autem nutrimentum lentem aqua madefactam. Omnem autem hunc laborem ſuſtinet, cùm ſit planè exciccato corpore & ſemimortuo. Pellis enim ſubtiliſſima, & quæ eſt inſtar membranæ, eſt oſſibus tenuibus circumiecta, adipe & carne conſumpta à laboribus. Proponitur autem omnibus eam videre volentibus, & viris & mulieribus, neque vultum aſpiciens, neque alij vultum ſpectandum exhibens, ſed amictu quidem penitus contecta, ad genua autem vſque incuruata, valdè gracili autem voce, & non ſatis expreſſa loquens, & eam quoq; ſemper cum lachrymis proferens. Sæpè enim cùm meam dexteram ſumpſiſſet, & oculis impoſuiſſet, eam dimiſit adeò madefactam, vt ex ipſa manu diſtillarent lachrymæ. Eam ergo cuius ſunt tantæ opes philoſophiæ, flentem lamentantem & ingemiſcentem ſimiliter atque eæ quæ ſunt in extrema paupertate, quænam pro dignitate laudauerit oratio? Vehemens enim amor in Deum illas parit lachrymas, ad diuinam inflammans contemplationem, & pungens aculeis, & vrgens ad eum qui eſt hinc futurus exceſſum. Porrò autem quamuis in his diu noctúque verſetur, ne aliorum quidem generum virtutis curam abiicit. Sed pro viribus quidem curat optimos Athletas, quorũ meminimus & quos prætermiſimus: curat autem eos quoque qui ad ipſum veniunt: iubens quidem habitare apud vici paſtorem, ipſa verò mittens omnia quæ ſunt neceſſaria. Matris enim & fratrum facultates ei ſunt propoſitæ ad ſumptũ faciendum quæ per ipſum accipiunt benedictionẽ. Quinetiam mihi quoque venienti ad illam partem, eſt autem noſtræ regioni ad auſtrum, mittit & panem, & fructus, & lentem madefactam. Sed quouſque prolixa vtor oratione, ſtudẽs omnem eius narrare virtutem, cùm oporteat aliorum quoque proferre vitam, quæ imitatæ ſunt & hanc & illas quarum prius meminimus? Multæ enim aliæ partim quidem vitam amplexæ ſunt ſolitariam: partim autẽ viuere amarunt cum pluribus: adeò vt ducentæ & quinquaginta & plures, & pauciores ſimul viuant, vno cibo veſcentes, ſuper ſolas ſtoreas ex inſtituto dormientes & manus quidem lanæ attribuentes, hymnis verò linguã conſecrantes. Sunt autem eiuſmodi innumerabilia ſapientiæ gymnaſia, non ſolùm in noſtra regione, ſed etiam per totum orientem. Iis autem plena eſt & Palæſtina & Ægyptus, & Aſia, & Pontus, & tota Europa. Ex quo enim Chriſtus Dominus honorauit virginitatem, vt qui natus ſit ex virgine, prata virginitatis natura germinauit, & hos ſuaue olentes, & qui non marceſcunt flores offert Creatori: non virtutem in maſculo & fœmina diſcernens: nec in duas differentias diuidẽs philoſophiam: eſt enim differentia corporum, ſed non animorum. In Chriſto enim Ieſu, vt ait diuinus Apoſtolus, non eſt maſculus & fœmina. Vna autem mulieribus & viris eſt fides ſuppeditata, Vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptiſma: vnus Deus & pater omnium, Qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus nobis. Quineriam vnum regnum cœlorum Agonotheta propoſuit victoribus, hoc commune præmium definiens certaminibus. Sunt ergo, vt dixi multæ & virorum & mulierum pietatis palæſtræ, non apud nos ſolum, ſed etiam in vniuerſa Syria & Paleſtina & Cilicia, & in ea quæ eſt media inter duos fluuios. In Ægypto autem dicunt etiam plus quàm quinque millia virorum habere monaſteria, qui operantur, & interim Dominum laudant hymniſque celebrãt: nec ſolùm ex operibus neceſſarium alimentum comparant: ſed etiam aduenientibus hoſpitibus & egentibus opem ferunt. Sed omnia narrare non ſolùm ego ſed nec omnes ſcriptores potuerint: & vt maximè fieri poſſet, ſuperuacaneum id eſſe exiſtimo, & honoris cupiditatem quæ nihil habeat commodi. Iis enim qui volunt aliquam percipere vtilitatem, ſufficiunt ea quæ dicta ſunt ad præbẽdum id quod deſideratur. Ideo enim & vitæ diuerſorum fecimus mentionem, & mulierum narrationes narrationibus virorum adiecimus, vt & ſenes & iuuenes, & mulieres philoſophiæ habeant exemplaria: & vnuſquiſque eam quæ ſibi cordi eſt vitam exprimens, habeat ſuæ vitæ quandam regulam & gnomonem, qui eſt ſitus in narratione: & quomodo pictores ad exemplar reſpicientes, & oculos imitantur, & naſum, & os, & genas, & aures, & frontem, & ipſos capitis, & barbæ pilos, & ad hæc & ſeſſionem & ſtationem: quinetiam ipſos oculorum intuitus, ſiue ſint læti & alacres, ſiue ſeueri & truces: ita etiam oportet vnumquemque ex iis qui hæc ſcripta legunt, volẽtem vitam aliquam imitari, ſuam, ad illam quam eligit componere: & quomodo fabri aſſeres rubrica dirigentes, couſque id quod eſt ſuperfluum auferunt, donec appoſita regula, viderint aſſerem eſſe æqualem: ita

Domnina.

Domnina monachis ſuppeditat neceſſaria.

Galat. 3. Epheſ. 4.

Quinquemillia monachorum.

Idem annotauimus antea ex caſſiano.

Imitatio.

etiam eum qui velit vitam aliquam imitari, oportet eum ſeipſum ponere pro regula, & vitij reſecare F
ſuperflua, & virtutis replere ea quæ deſunt. Ea enim de cauſa ſcriptionis laborem ſuſcepimus, vtilitatis occaſionem proponentes volentibus. Rogo autem eos qui ſunt lecturi, vt cùm ex aliorum laboribus abſque labore voluptatem capiunt, labores ſuis compenſent precibus. Eos quoque obſecro quorum vitam conſcripſi, ne me deſpiciant procul degẽtem ab illorum ſpirituali chorea: ſed trahant infrà iacentem & ad virtutis tollant altitudinem, & ſuo choro coniungant: vt non ſolùm laudem alienas diuitias, ſed ipſe etiam habeam aliquam laudis occaſionem, & facto & verbo, & cogitatione glorificãs ſeruatorem vniuerſorum. Cum quo patri gloria, cum ſancto ſpiritu, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

EIVSDEM ORATIO DE CHARITATE.

Sect. xxxi.

QVanti quidem ſint virtutis athletæ, quam multíſque & qualibus coronis decorentur, apertè G
docent quæ à nobis de eis ſcriptæ ſunt narrationes. Nam etſi non continent omnia eorũ certamina: ſufficiunt tamen vel pauca ad oſtendendam totius vitæ formam. Etenim non totum aurum quod affertur conſumens lapis, ſed eius paululo affricatus, oſtẽdit eſſe vel probum vel improbum: ſimiliter quoque ſagittarium, ex paucis quæ emittuntur telis, rectè didicerit quiſpiam, an rectè ſagittet & ad ſcopum dirigat, an ab eo aberret, in arte minimè exercitatus. Ita etiam alij artifices, ne dicam de ſingulis, poſſunt dignoſci, & athletæ, & curſores, & tragœdiæ hiſtriones & gubernatores, & nauium ædificatores, & medici, & agricolæ, & alij, vt ſemel dicam, qui artem tractant aliquam. Sufficit enim pauca experientia, & ad oſtendendam artem eorum qui ſunt præditi ſcientia, & ad conuincendam eorum inſcitiam qui ſolo vtuntur nomine. Sufficiunt ergo, vt dixi, vel pauca quæ ſcripta ſunt ex iis quæ rectè, & ex virtute ab vnoquoque geſta ſunt, ad vitæ vniuerſum docendum inſtitutum. Conuenit autem nos in præſentia ſcrutari, & inquirere & perfectè diſcere, vndénam incitati hoc vitæ inſtitutũ amplexi ſunt, & quibuſnam moti rationibus, ad hoc philoſophiæ faſtigium peruenere. Quòd enim non freti viribus corporis, ea quæ humanam naturam ſuperant H
amauerint, & ei poſitos tranſgreſſi terminos, & pietatis Athletis fixa ſepta tranſilierint, apertè docet experientia. Nemo enim ex iis qui ſunt expertes huius philoſophiæ, oſtẽdit vnquam eorum tolerantiam. Nam etiamſi niuem patiantur paſtores: at non ſemper: nam & vtuntur antris, & domos redeunt, & calceis pedes tegunt, & veſtibus calidioribus alias partes corporis amiciunt: & bis, & ter in die & fortaſſe etiam quater cibum capiunt: quinetiam carnium eſus & vini potus quouis foco melius corpora calefaciunt. Quando enim tale nutrimẽtum fuerit alteratum, & veluti quodam colo diſcretum, & ad iecur perueniens fuerit mutatum in ſanguinem, ad cor quidem procedit per venam concauam: illinc autem excalefactum peruadit in omnes partes corporis. Quocunque autem venerit, non ſolùm irrigat, ſed etiam ignis inſtar calefacit, & melius quàm molles veſtes fouet corpus. Non enim, vt quidam arbitrantur, tunicæ indumenta & veſtes calorem præbent corpori: lapides enim & ligna calefacerent, quibus ea admota eſſent. Sed nemo vnquam vidit lignum vel lapidem veſtibus euaſiſſe calidiorem. Ergo nec corpori præbent ea calorem, ſed ſeruant calorem corporis. & frigidi quidem aëris arcent incurſionem: ſuſcipientes autem vapores qui exeũt ex corpore, & iis calefiunt, & calorem exhibent corpori. Huius autem rei teſtis eſt experientia. Sæpè enim I
frigidum lectum ingredientes, corporis applicatione ſtragulum quod prius erat frigidum calidum efficimus. Cibus ergo corpus magis calefacit quàm veſtis. Qui eum autem ſumunt ad ſatietatem, habent ſufficiens propugnaculum aduerſus impetus frigoris. Eo enim armant corpus, & parant ac inſtruunt vt poſſit reſiſtere tali anni tempeſtati. Qui autem nec cibum nec potum quotidiè ſumũt, & quando ſumunt, non expectant ſatietatem, ſed adhuc acrem ac vehementem refrenant appetitionem, & ea ſumunt non quæ poſſunt corpus calefacere, ſed vel veſcuntur herbis non ſecus ac bruta animantia, vel ſolis madefactis vtuntur leguminibus: ex tali nutrimento quemnam calorem hauſerint? Quanta hinc autem fuerit fluxio ſanguinis? In nullo ergo ſunt alij eorum ſtudiis ſimiles. Neq; enim eſt eadem veſtis & horũ & illorum. Hæc eſt enim aſperrima, & quæ minimè poteſt calefacere, neque ſimilis cibus, ſed qui repugnat ex diametro. Paſtoribus enim & huiuſmodi aliis comedendi tẽpus eſt omne tẽpus: metiuntur enim tẽpus appetitione, & ſi manè eos fames inuaſerit, ſtatim cibũ K
adhibẽt: & adhibẽt quidquid contigerit: non eſt enim eis definitũ, vt hoc quidẽ veſcantur, illo verò minimè: ſed ſecurè comedunt quæcunque voluerint. Hic autem & dies, & tempora, & cibi genera, & menſuræ: & eſt eius excluſa ſatietas. Nullus ergo ex iis qui delectantur aliorũ reprehenſione, agricolas & paſtores & nautas adducens in medium, conetur horum maximorum Athletarum minuere certamina. Nam & Agricola laborans interdiu, domi noctu curatur, eam omni officio proſequẽte coniuge. Quinetiam paſtor eſt ſimiliter particeps omnium quæ prius diximus. Nauta autem corpore quidem ſolis radium excipit: ſed aquis adhibitis curat corpus. Natat enim quamtum lubet, & flammæ radij adhibet remedium, aquæ frigiditatem. Hos autem nemo eſt qui curet. Non enim ſimul habitant mulieres, quæ viros variis modis recreant & conſolantur. Neque cùm radius inuadit vehementius, aquarum adhibent ſolatium: nec hiberno tempore cibum opponunt frigori, neque

noctis

A noctis quietem, tanquam aliquod medicamentum, diurnis exhibent laboribus. Huius enim ſunt plures & maiores ſudores quàm ij qui fiunt interdiu. In hac enim & luctantur contra ſomnum: nec patiuntur vinci ab illius dulcedine, ſed dulciſſimam ſuperant tyrannidem, & tota nocte dominum hymnis perpetuò celebrant. Nullus ergo ex iis qui ſunt extra horum philoſophiam, horum oſtendit tolerantiam. Si autem nullus ex aliis hominibus, poteſt talibus reſiſtere laboribus, clarum eſt quòd amor in Deum, effecit vt naturæ terminos tranſilirẽt: & ſuperna flãma accẽſi, lubẽter ferunt impetũ frigoris, & qui à ſuperis deſcendit rore, flãmã radiorũ mitigãt. Is eos & alit, & rigat, & amicit: & dat pẽnas, & edocet volare: & efficit vt cœlũ trãſcendãt: & eũ qui amatur quo ad eius fieri poteſt oſtẽdit: & viſione contẽplationis incendit deſideriũ, & excitat amatoriũ, & flãmam accendit ardentiorem. Quomodo enim ij qui amãt corpora, & aſpectu eorũ qui amantur præbent amori materiã, & illud cẽſtrũ reddunt vehemẽtius: ita ij qui accipiunt ſtimulos diuinæ dilectionis, diuinã illã, & quæ nunquam interit, viſione apprehendentes pulchritudinẽ, efficiunt acutiores aculeos dilectionis: & quo magis frui deſiderant, eo magis expellũt ſatietatẽ. Voluptatẽ enim corporum conſequitur repletio. *Amor Dei ſupra naturam erigit.*

B Diuinus autem amor non accipit leges ſatietatis. Talis erat Moſes magnus ille legiſlator, qui ſæpè, quantum homini licuit, diuina contemplatione dignatus, cùm beatam ſæpe vocem excepiſſet, & fuiſſet intra caliginem quadraginta diebus, & accepiſſet leges diuinas, non ſolùm eum vlla cepit ſatietas, ſed etiam vehementius & ardentius fuit eius deſiderium. Quadam enim veluti crapula accepta ab illius amoris temulentia, & amatorio furore ſupramodum percitus, propriam quidem ignorauit naturam, quæ autem non licet videre, ea videre concupiit. Nam veluti dominij oblitus, & ſolum amorem conſiderans, dixit Deo vniuerſorum, Ecce tu dicis mihi, inueniſti gratiam apud me: & noui te præter omnes. Si ergo inueni gratiam coram te, oſtende mihi teipſum: vt ita te videam cognoſcam. Tantam ex diuina dilectione accepit ebrietatem: nec ebrietas ſedauit ſitim, ſed eam effecit vehementiorem: & additamentum cognitionis, effectũ eſt incrementũ deſiderij: & in truẽdo aucta eſt appetitio: & quomodo ignis quò plus accipit nutrimenti, eò maiorem accepit operationem: ea enim acceſſione materiæ augetur, non obtũditur: ita in Deum dilectio accẽditur diuinarũ rerum contemplatione, & operationẽ hinc ſuſcipit maiorẽ & vehementiorẽ: & quò magis in rebus diuinis C
verſatus quis fuerit, eò magis accẽdit flãmã dilectionis. Nec nos hoc docuit ſolùm magnus Moſes, ſed etiã ſancta ſponſa, de qua dicit beatus Paulus, Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Ea enim in cantico canticorũ cantat ad ſpõſum. Oſtende mihi vultũ tuũ: & fac vt audiã vocem tuã: vox enim tua eſt ſuauis: & vultus tuus formoſus. Nam cùm ex iis quæ de eo dicũtur amore capta fuerit, non eſt cõtenta orationibus, ſed vult etiam ipſam vocem audire: & cùm alas accepiſſet, & in ſublime elata eſſet, iis quæ de eius ſpecie feruntur narrationibus, deſiderat ipſam quoq; contẽplationẽ: iis quæ dictæ ſunt laudibus ſuũ amorẽ ſignificans. Oſtende, inquit, mihi vultũ tuũ: & fac vt ego audiã vocẽ tuã. Quoniã vox tua eſt ſuauis, & vultus tuus eſt formoſus. Eius quoq; pulchritudinis amore captus pronubus & ſponſæ deductor, Paulus, inquã, ille diuinus, amatoriã illam emiſit vocẽ. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? afflictio an anguſtia: an fames, an perſecutio, an nuditas, an periculũ, an gladius? ſicut ſcriptũ eſt: Propter te mortificamur tota die. Reputati ſumus tanquã oues occiſionis. Deinde oſtẽdit etiã cauſam tolerantiæ. In his enim, inquit, omnibus ſuperamus propter D
Deũ qui dilexit nos. Conſiderãtes enim quinam cùm ſimus, quænã bona accepimus: & quòd non nos primi dilexímus, ſed amati viciſſim amauimus: & cùm haberemus odio, amati ſumus: & cùm inimici eſſemus, fuimus recõciliati: cũ nõ ipſi ſupplices petiiſſemus vt fieret recõciliatio, ſed ad nos legatus veniſſet vnigenitus: & qui iniuriã feceramus, inuitati ſumus ab eo qui fuerat affectus iniuria: & præter hæc reputãtes ſuſceptã pro nobis crucẽ: ſalutares paſſiones: mortis ceſſationẽ: datã nobis ſpẽ reſurrectionis. Hæc & quæ ſunt huiuſmodi conſiderãtes, ſuperamus eas quæ in nos incurrunt difficultates: & beneficiorũ memoriã conferẽtes cũ ea quæ eſt ad breue tẽpus afflictione corporis, lubẽter ferimus rerũ moleſtarũ impetus. Omnes enim vitæ moleſtias, cum amore in Dominũ, tanquã in trutina conferentes, eas valdè leues inuenimus. Etſi omnia quæ videtur iucunda & delectabilia, ſimul collegerimus, ſi contra diuinũ expẽdatur deſideriũ, ea vmbra magis euanida, & quæ vernis floribus facilius intereãt, oſtendit. Id autẽ & per ea quæ dicta ſunt, & quæ dicẽda, apertè ſignificat. Perſuaſum enim, inquit, habeo quòd neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neque poteſtates, nèq; virtutes, neq; præſentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; aliqua alia creatura, poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Quoniã enim cùm ſuperius ea ſola quæ ſunt moleſta poſuiſſet, ad examen adduxit afflictionẽ, & anguſtias, & famem, & perſecutionẽ, & nuditatẽ, & periculũ, & gladiũ, hoc eſt, cædẽ violentam: meritò hic quoq; triſtibus adiicit ea quæ ſunt iucunda: morti, vitã: ſenſilibus ea quæ percipiũtur intelligentia: iis quæ videtur, eas quæ ſub aſpectũ minimè cadunt virtutes: præſentibus & prætereuntibus, ea quæ futura ſunt & manent: & præterea gehennæ profunditati, regni altitudinem. Hęc autem omnia cùm examinaſſet & cõparaſſet, & amori omnia cedere inueniſſet, tam quæ ſunt moleſta quã quæ iucũda, & charitatis priuationẽ, eo quòd eſt in gehẽna ſupplicio acerbiorem: & oſtẽdiſſet quòd ſi fieri poſſet, mallet cum diuina dilectione ſuppliciũ cuius minæ intentantur, quã abſq; ea, regnũ quod eſt promiſſum: ebrius deſiderio, ea quærit quæ non conſtãt: & ea contẽdit cõferre cũ diuino amore. Neq; altitudo enim, inquit, neq; profunditas, neque aliqua alia creatura, poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in

Voluptas contẽplationẽ vẽter plenus (inquit Hieron.) deſpumat in libidines. *Exod. 33.*

3 Cor. 11. Cant. 2.

Rom. 8.

V

Christo Iesu Domino nostro. Non solũ enim, inquit, omnibus quæ simul videntur, & quæ sub aspectum non cadunt, præfero amorem in Seruatorem & Creatorem, sed etiam si aliqua alia creatura, hac maior & pulchrior apparuerit, non persuadebit vt mutem charitatem. Sed etsi quis ea quæ sunt iucunda præbuerit, absq; ea non accipiam: etsi propter eam ea quæ sunt molesta intulerit, mihi amabilia videbuntur & valdè expetenda: & quæ propter eam sustinetur, fames, est mihi quibusuis deliciis gratior: & pace persecutio iucundior: & nuditas, purpura & ex auro laboratis vestibus delectabilior: & periculum quauis securitate iucundius: & violenta cædes quauis vita magis expetenda. Causa enim eorum quæ mihi eueniunt, efficitur mihi consolatio. Nam propter amatorem simul & eum qui amatur, has excipio procellas. Eum enim qui non nouit peccatum, propter nos fecit peccatum, vt nos efficiamur Dei iustitia in ipso. Qui cùm esset diues, propter nos pauper factus est, vt nos paupertate illius ditescamus: & nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum: & humiliauit seipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: & cum nos adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis est mortuus. Hæc & quæ sunt eiusmodi reputãs, non acceperim regnum cœlorum, absque in ipsum charitate: non fugerim supplicium in gehenna, si consentaneum esset vt qui eã habet pateretur supplicium. Hoc autem alibi quoque docet apertè, dicens. Dei enim charitas non contiget, cùm hoc iudicauerimus quòd vnus mortuus est pro omnibus: vt qui viuunt, non amplius sibi viuãt, sed ei qui pro ipsis est mortuus & resurrexit. Qui ergo non amplius sibi viuũt, sed ei qui pro ipsis est mortuus, & resurrexit, omnia pro ipso, & agere, & pati, lubẽter sustinent. Porrò autem ea quoque quæ sunt natura magna & perpessu difficilia, cum amore comparans, parua dicit, & ad ferendũ facilia. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum, supra modum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Deinde etiam docet quomodo conferre oporteat. Non considerantibus nobis ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur. Quæ enim videntur, momentanea. Quæ autem non videntur, æterna. Oportet enim, inquit, conferre futura cum præsentibus: æterna autem cum momentaneis, cum afflictione autẽ, gloriam. Illa enim habet id quod est momentaneum: hæc verò id quod est æternum. Ea de causa ipsa quidem est leuis, & ad ferendum facilis. Illa autem est magnifica & præclara & maximi pretij. Et ideo illud quoque. Supra modum, adiecit vtrisque: nempè & lenitati afflictionis, & ponderi gloriæ. Nam & hæc, inquit, sunt insigniter parua & leuia, & momentanea, & illa similiter insigniter & supra modum gloriosa, præclara, & magnifica, & maximi pretij, & æterna. Quinetiam alibi quoque clamat similiter, Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus in persecutionibus, in anxietatibus pro Christo. Quando enim infirmor, tunc potens sum. Hoc magnus quoque Petrus sauciatus desiderio, nec cùm prius quidem futuram didicisset negationẽ, latere voluit: sed satius duxit sequẽs negare, quàm fugiens confiteri. Quòd enim ab amore, & non à temeritate proficisceretur hæc confectatio, res ipsa testatur. Neque enim post negationem in animum induxit vt magistrum relinqueret: sed fleuit quidem amarè, vt docet historia, & quòd victus esset suam defleuit imbecillitatẽ: assedit autem vinculis amoris irretitus. Quinetiam cùm accepisset nuncium resurrectionis, primus venit ad sepulchrum. Iam verò cùm in Galilæa quoque piscans, intellexisset ipsum esse dominum qui stabat & loquebatur in littore, non sustinuit quidem, cùm cimba tardius proscinderet terga maris: desiderauit autem sumptis pennis, per aërem occupare littus quàm celerrimè. Quoniam autẽ pennis priuata est natura, aquis quidem vtitur pro aëre: pro pennis autem manibus. Natans autem peruenit ad eum quẽ amabat: & accipit cursum præmij, quòd in honore præponatur in aliis. Vbi enim eum sedere iussit, & cibos inuentos distribuit, protinus cum cœpit alloqui: percunctans quidem, & interrogans quanta esset eius dilectio, aliis autem aperiẽs magni Petri amorem. Simon enim Petre, inquit, amas me plus his. Is autem ipsum citauit ad suum in eum amorem testificandum. Domine, inquit, tu scis quia amo te. In animis enim hominum insides, & apertè scis motus cogitationis: nec te aliquid latet ex rebus humanis. Nosti enim omnia & antiqua & extrema. His subiunxit dominus Pasce oues meas. Ego enim, inquit, nullius rei egeo. Maximum autem duco beneficium mearum curam: & quæ in illas confertur diligentiam ac solicitudinem, ego in me recipio. Oportet ergo te eam qua frueris prouidentiam impertiri conseruis, & eos pascere vt pasceris, & quas mihi debes gratias, per illos exoluere. Hæc rursus iterum interrogauit dominus: & bis respondit magnus Petrus: & bis accepit factam pastoris electionem. Postquam autem tertia quoque fuit proposita interrogatio, non amplius æquè audacter & securè respõdit Petrus: sed & timore impletur, & animo angitur & conturbatur: & timuit, suspicans ne alteram præuidens negationem dominus verba amoris irrideret. Prior enim reuocabat in memoriam, & ei veniebat in mentem, quòd iam prius sæpè quidem vsque ad mortem non se esse relicturũ magistrum affirmasset, audiisset autem quòd prius quàm gallus cantaret ter esset negaturus: & inuenisset suam promissionẽ non accepisse finẽ: sed fuisse confirmatã domini prædictionẽ. Horũ hæc ipsum terrebat memoria: & non sinebat eã quã cõueniebat afferre responsionem: sed acutos quidem & molestos accepit aculeos, in cognitione tamen concessit Domino: non resistens quidem, vt prius: nec dicens. Etiamsi me oporteat tecum mori, non te relinquam: sed dicens se quidem habere Dominum conscium suæ dilectionis: perfectam autem vniuersorum cognitionem esse apud ipsum solum vniuersorum creatorem confitẽs. Domine enim, inquit, tu nosti omnia: tu scis quòd amo te. Quòd enim amo te, & nosti, & testaris. An autem sim in amore perseueraturus, ipse nosti apertius: ego enim nihil dico de futuris: neque de

1. Cor. 5.

2. Cor. 5.

2. Cor. 4.

Visibilia omnia caduca. Vide Ficinum in Theolog. & Lullium.

2. Cor. 12.

Petri fletus quid.

Ioan. 21.

Amor B. Petri.

iis decertabo quæ nescio. Didici experientia non contradicere domino. Tu es fons veritatis. Tu es abyssus cognitionis: didici ego stare tuis decretis. Hunc eius timorem cùm vidisset dominus, & rectè sciret eius amorem, prædictione mortis eius soluit timorẽ: & dat testimoniũ dilectioni: & Petri confirmat confessionem: & vlceri negationis confessionis adhibet medicamẽtum. Propterea enim vt existimo, hanc quoque exegit triplicem: vt tot numero vlceribus totidem exhiberet medicamẽta: & præsentibus discipulis flammam aperiret charitatis. Mortis itaque prædictio, & Petrum est consolata: & alios docuit diuini consilij & dispensationis fuisse negationem, non autem eius animi. Hoc quoque ipse innuit Seruator & Dominus noster, quando dixit ad eum. Simon Simon, expetiuit te Satanas, vt te cribraret sicut triticum. Et ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: sed & tu quoque aliquando conuersus, cõfirma fratres tuos. Sicut enim, inquit, ego te non despexi cùm fluctuares & labares: ita sis tu quoque sustentaculum fratribus qui circumaguntur: & id quod es assecutus, imperti auxilium: & ne eos pellas qui labuntur: sed erige eos qui periclitantur. Ea enim de causa concedo vt tu quoque labaris, sed te non sino cadere, procurans vt qui labant, per te stent, & erigantur. Ita orbem terrarum qui lababat & agitabatur, magna hæc columna fulciit, & vt omninò caderet non permisit, sed erexit stabilémque reddidit, Dei oues pascere iussus: & cùm pro eo probris affligeretur, sustinebat: & cùm per ignominiam cæderetur, gaudebat: & ex improbo exiens cõcilio, lætabatur cum socio, quòd dignus esset habitus pro nomine domini pati cõtumeliam. Quinetiam cùm coniiciebatur in carcerem, gestiebat & exultabat, & cùm à Nerone propter crucem est ad mortem crucis damnatus rogauit carnifices, ne similiter atque dominus trabi affigeretur, sed cõtrariò modo: veritus, vt est verisimile, ne eadem passio, eundem sibi ab insipientibus honorem conciliaret. Et ideo rogauit vt manus superius, inferius autem pedes affigerentur. Extremum enim eligere, non in honore solùm, sed etiam in ignominia didicimus. Quòd si etiam fieri potuisset vt hanc mortem decies vel etiam quinquagesies subiret, eam cum voluptate maxima sustinuisset, vt qui esset diuino incensus desiderio. Hoc ipsum clamat quoque diuinus Paulus, nunc quidẽ dicens. Quotidiè morior, per nostram gloriationem quam habeo in Christo Iesu: nunc autem, Cùm Christo sum crucifixus. Viuo autem non amplius ego: viuit autẽ in me Christus. Qui ergo diuinũ accepit amorẽ, terrena quidẽ simul omnia cõtemnit: conculcat autẽ omnes voluptates corporis: despicit opes, & gloriam, & hominum honorem: à telis aranearum nihil differre existimat purpuram Imperatoriam: pretiosas gemmas assimilat calculis qui sunt in littoribus: non rem beatam ducit existimandam sanitatem corporis: neque morbum appellat calamitatem: neque infelicitatem vocat paupertatem, nec res suas malè gerere dicit pauperem: nec diuitiis & delitiis metitur fœlicitatem: sed aquis fluuiorum, quæ in ripis plantatas arbores præterfluunt, & apud nullam ex iis consistunt, vnumquodq; eorũ semper esse simile rectè existimat. Similiter enim & paupertas, & diuitiæ, & sanitas, & morbus, honor, & infamia, & quæcunq; alia: naturã hominũ prætercurrunt nõ cernũt semper apud eosdẽ manentia, sed eos qui possident mutantia, & ab aliis ad alios assiduè transeuntia: multi enim à magnis opibus cadunt in extremam inopiam: multi autem ex pauperibus conscendunt in diuitum catalogum. Iam verò morbus quoque & sanitas, ingreditur per omnia, vt vno verbo dicam, corpora, & esurientia, & lautitiis ac deliciis fruentia. Virtus autem & philosophia est bonum constans ac stabile. Vincit enim & manus latronis, & linguas Sycophantarum, & hostilium telorum, hastarúmque procellas. A febre non consumitur: non perit obiter in fluctibus: nec patitur iacturam in naufragio. Eius vires non aufert tempus, sed auget. Eius autem materia est in Deum dilectio. Fieri enim non potest vt se rectè quis gerat in philosophia, qui non fuerit Dei amator vehemens: imo vero hoc ipsum vocatur philosophia. Sapientia enim Deus, & est, & vocatur. De Deo enim vniuersorum dicit beatus Paulus. Immortali, inuisibili, soli sapienti Deo. De vnigenito autem dicit. Christi Dei virtus, & Dei sapientia. Et rursus, Data est nobis sapientia à Deo, iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Qui est ergo re vera philosophus, iure etiam vocari poterit pius, & Dei amans. Qui Deum autem amat, alia omnia despiciens, & eum solum qui amatur respiciens, illius curam & suam in eum seruitutem cæteris præfert omnibus: illa solùm & dicens, & faciens, & cogitans, quæ ei quem amat placent & grata sunt: & abhorret omnia quæcunque ille prohibet. Hanc charitatem cùm Adam contempsisset, & ingratus fuisset in benefactorem, ingrati sui animi mercedem, accepit spinas, labores, & ærumnas. Eam cùm ei qui bona suppeditat Abel firmã conseruasset & stabilem, & vẽtris quidem voluptates cõtempsisset, Deum autem colere, & ei ex animo seruire instituisset, perpetuis, & in quas non cadit interius, coronis est ornatus: & per omnem procedit generationem, laudis fructum colligens per memoriam. Eam cùm veram & germanam Enoch acquisiisset, & benè plantauit, & mel fuit melius: & Dei cultus retulit mercedem, translationem, & vitam tunc immortalem, gloriosamq; & illustrem per omnem vitam memoriam. Quid dixerit quispiã de Noë pietate, & in Deum amore, quam nec retardauit quidem iniquorum & sceleratorum impetus: sed cùm omnes declinassent, & via contraria ingredi constituissent, solus via recta est ingressus, omnibus simul præponẽs creatorẽ. Quocirca solus quoque cum filiis salutem est consecutus, & semen relictum est naturæ, & scintilla conseruata est generi. Sic Michisedech magnus ille pontifex, cùm eorum qui simulachra colere instituissent, abhorreret amentiã, vniuersorũ creatori suum dedicauit sacerdotiũ. Quamobrẽ magnã illã accepit mercedẽ, vt qui fuerit figura & vmbra eius, qui re vera est sine patre, & matre & absq; ge-

Luc. 22.

Vide B. Linũ lib. 1. de agone Petri.

1. Cor. 15. Galat. 15.

Qui Deum amat mundi spernit omnia

Rerum mutationes.

Melchisedech

nealogia,& neque habet principium dierum,nec vitæ finem. Sed enim recta via procedens oratio, F
venit ad eum qui Dei dictus fuit amicus,qui amicitiæ leges diligẽter & accuratè seruauit & docuit.
Abraham. Quis enim nescit ex iis qui in rebus diuinis sunt vtcumque eruditi quomodo magnus patriarcha
Deo qui eum vocauit obedierit?quemadmodum domum paternam reliquerit,& patriæ regionem
externam prætulerit? quoniam eum omninò amabat qui ipsum vocauerat, & visum est illi omnia
posthabere illius amicitiæ?Qui cùm in multas incidisset difficultates,non reliquit eum quem ama-
bat,etsi promissis finem non imponeret.Sed licet & siti premeretur,& bibere aquam ex iis quos cu-
piebat puteis prohiberetur, neque ei qui vocauit succensuit, neque eos qui iniuriam faciebant est
vltus.Famis quoque impetum sustinuit,& charitatis flammã minimè extinxit. Ei quoque fuit abla-
ta coniux,quæ & insigni erat pulchritudine,& ornata pudicitia,& ei per omnia vitam præbebat de-
lectabilem:& non vnà cum muliere simul etiam fuit priuatus charitate in Deũ.Sed & Deo ei opem
ferente,& diuturna tolerantia exercente,& permittente eum accipere insultus iniustitiæ, perseue-
rauit similiter in amore.Senex euaserat,& pater non erat factus:& in eum qui ipsum patrem factu-
rum promiserat,nondum autem fecerat,erat similiter effectus.Postquàm autem tandem & promis- G
sum est assecutus,& Sarræ vicit naturam,& fines transiliuit senectutis,& effectus est pater Isaac, exi-
Isaac. guo quidem tempore percepit fructum illius consolationis: puerum autem cùm ad adolescentiæ
ætatem peruenisset,iussus est Deo qui dederat offerre in sacrificium:& reddere ei donum qui id fue-
rat largitus:& effici sacrificus fructus promissionis:& offerre in sacrificium magnum fontem gen-
tium:& manus cruentare sanguine vnigeniti filij.Sed tamen cùm hæc omnia & his adhuc lõgè plu-
ra haberet sacrificium,non contradixit patriarcha,neque produxit iura naturæ:neque promissa ad-
duxit in medium:neque quòd is in senectute ipsum erat alturus & deinde sepulturus, reuocauit in
memoriam: sed omni humana abiecta ratiocinatione,cùm desiderium desiderio opposuisset, & le-
gi legem obiecisset,legi naturæ,diuinam,profectus est ad sacrificium,plagam illaturus citra hæsita-
tionem,nisi citò munificus ac liberalis Deus,accepta eius animi alacritate,cędem prohibuisset.Sed
nescio an vlla suffecerit oratio ad narrãdam eius amoris magnitudinem. Qui enim ne filio quidem
pepercit vnigenito, quoniã hoc iussit is quem amabat, quẽ nõ propter eum despexisset?Quinetiam
ipse quoque magnus Isaac eandẽ charitatẽ habuit in Dominũ:& eius quoq; filius Iacob patriarcha. H
Vtriusq; autẽ in Deũ amorẽ diuinæ scripturæ celebrãt.Porrò autẽ ipse quoq; Deus vniuersorũ,nus-
Ioseph. quam ramos separat à radice:sed seipsum Deũ nominat Abrahæ, Isaac & Iacob.Horũ pius fructus
quoq;est Ioseph:qui & inter iuuenes erat senex:&inter senes fortis & generosus:cuius amorẽ in deũ
neque consumpsit inuidia:neque extinxit seruitus, neque dominæ dissoluerunt blanditiæ, neque
minæ ac terrores vt marcesceret effe cere:non calumnia & carcer & temporis longitudo prostrau-
it,non potestas,copiæ,opes & delitiæ ex animo expulere:sed similiter perseuerauit & cũ qui ama-
Moses. batur aspicere, & eius leges implere. Hanc charitatem cum possedisset Moses, in regi viuere con-
temnens,maluit affligi cum populo Dei, quàm ad tempus frui peccato. Et quid opus est vltra mo-
dum extendere orationem?Diuina enim charitate vniuersus ordo prophetarum vtens & exorna-
tus,& perfectissimè se gessit ex virtute, & reliquit gloriam semper memorabilem. Iam verò chorus
quoque apostolorum, & populi martyrum, hoc igne accepto, contempserunt quidem omnia quæ
videbantur:cuiuis autem vitæ iucundissimæ mortis innumerabilia genera prætulerunt.Capti enim
amore Dei pulchritudinis, cùm Dei amorem in nos considerassent, & innumerabilia cum animis I
cogitassent beneficia,turpe duxerunt, neque illam quæ verbis explicari non potest desiderare pul-
chritudinem,& ingrati esse in benefactorem.Ea de causa ad mortem vsque ea quæ fuerant cum eo
pacta conuenta obseruauere.Huius quoque pulchritudinis amore capti noui Athletæ, quorum vi-
tam breuiter conscripsimus,ad magna illa,& quæ humanam vincunt naturam, prosiliere certamina.
Psal.103. Hoc autem eos apertè diuinæ docuere scripturæ. Canunt enim cum magno Dauid. Domine
Deus meus magnificatus es vehementer.Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut
vestimento.Extendẽs cœlum sicut pellem:& alia quæcunque docent vim eius sapientiæ. Et rursus,
Dominus regnauit,decorem est indutus:indutus est dominus virtutem,& præcinxit se. Etenim di-
rexit orbem terræ qui non commouebitur.Et hic quoque similiter fuit prædicata, & sapientia, &
pulchritudo & potentia:& alibi.Speciosus forma præ filiis hominum.Hic autem humanam quoq;
Dei verbi laudibus celebrauit pulchritudinem. Laudat autem etiam sapientiam. Diffusa est enim,
inquit,gratia in labiis tuis. Ostendit etiam potentiam, cùm dicit, Accingere gladio super fœmur K
tuum,ô potẽs.Specie,& pulchritudine tua,intẽde,prosperè, procede, & regna. Propter veritatem,
mansuetudinem,& iustitiam. Hæc enim sunt eius opes, & pulchritudo, & potentia. Porrò autem
Esa 3. Esaias quoque clamat.Quis est hic qui venit ex Edom ? Rubor vestimentorum eius ex Bosor. Hic
est speciosus in veste sua,nempè vi cum fortitudine. Neque enim humana vestis diuinam operuit
pulchritudinem.Sed ea quoque indutus,splendores emittit ex specie,adeò vt vim afferat viden-
tibus,& illiciat ad amorem.Hoc etiam ad eum dicit sancta sponsa, loquens in cantico canticorum.
Cant 1. Vnguentum effusum nomen tuum.Ideo te dilexerunt adolescentulæ, traxerunt te retrò. Ad odo-
rem vnguentorum tuorum cucurrerunt.Iuueniles enim animæ bonum tuum odorem participãtes,
currunt te desiderantes cõprehendere : & odore, tanquam quadã catena irretitæ,non inducunt in
Melchisedech. animum vt perfringant vinculum:est enim dulce,quod voluntariè est eis illigatum.& vt ait Paulus,
Christi

A Christi bonus odor sumus, in iis qui salui fiunt , & in iis qui pereunt : aliis quidem odor mortis ad
mortem:aliis verò odor vitæ ad vitam. Cùm ergo & eum esse pulchrum doceantur à diuina scriptu-
ra,& habere diuitias quæ verbis explicare nequeunt, & esse fontem sapientiæ, & posse omnia quæ
vult,eas éque clementia & benignitate infinita, & ex eo scatere fontes mansuetudinis, & in omni-
bus velle homines solùm beneficio afficere,& innumerabilia genera beneficiorũ à viris diuinis do-
ceantur,suauibus telis charitatis fuere vulnerati:& cùm sint membra sponsæ,cum illa clamant.Vul-
nerati nos à charitate.Clamat enim magnus Ioannes.Ecce Agnus Dei,qui tollis peccatum mundi. *Ioan. 1.*
Propheta autem Esaias,tanquam facta quæ erant futura prædixit, dicens. Ipse vulneratus est pro- *Esaiæ 52.*
pter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra. Disciplina pacis nostræ super
ipsum.Vibice eius sanati sumus,& alia quæ de salutaribus persequitur passionibus. Porrò autẽ Pau- μεμαλάκιται
lus quoque prædicat clamãs.Qui proprio filio non pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit ipsum *Rom. 8.*
quomodo non vnà quoque cùm ipso nobis omnia largietur? Et rursus; Pro Christo legatione fun-
gimur,tanquam Deo rogante per nos. Rogamus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum enim qui
B non cognouit peccatum, Pro nobis peccatum fecit: vt nos efficiamur iustitia Dei in ipso. Hæc,& *2. Cor. 5.*
quæ sunt huiusmodi inuenientes apud eos qui fuerunt diuini verbi ministri, diuinæ charitatis sti-
mulos vndique accipiunt,& omnia despicientes,eum cuius amore tenentur visione apprehendũt:
& ante eam quæ speratur incorruptionem,corpus spiritale reddiderunt. Hunc nos quoque amorẽ
accipiamus,& à sponsi illecti pulchritudine,& bona quæ sunt promissa desiderantes, & beneficiorũ
multitudinem cogitantes,& ingrati animi crimen reformidantes,amantes autem,eius leges custo-
diamus.Hæc est enim definitio amicitiæ eadem amare & eadem odisse. Propterea dicebat etiam
Abrahæ,Benedicam benedicentibus te, & te execrantes execrabor. Et Dauid ait ad ipsum, Mihi *Genes. 12.*
autem nimis honorati sunt amici tui, Deus. Et rursus, Nunquid eos qui oderunt te Domine, odiõ *Psal. 138.*
habui,& propter inimicos tuos liquescebam? Perfecto odio habui, & propter inimicos tuos lique- *Ibidem.*
scebam?Perfecto odio oderam illos,in inimicos mihi facti sunt. Et alibi, Iniquos odio habui,legem *Psal. 113.*
autem tuam dilexi. Et alibi,Quàm dilexi legem tuam Domine:tota die meditatio mea est. Est ergo *Psal. 97.*
signum euidens in Deum charitatis,diuinarum eius legum obseruatio, Qui enim me diligit, mani- *Dilectionis si-*
C data mea seruabit,dixit Dominus Christus,cum quo Patri gloria,cum sancto Spiritu,nunc,& sem- *gnum.*
per,& in sæcula sæculorum, Amen. *Ioan. 14.*

FINIS.

F

SANCTI PATRIS NOSTRI ET CONFESSORIS THEODORI STVditæ Oratio Funebris in ſanctum Platonem patrem ſpiritualem.

Rhetores non curant vera ſed apta dicere.

ORatorum quidem, & Sophiſtarum omne ſtudium eſt, non vt ad ſcribendum ſe conferentes, quòd verum eſt aſſequantur, ſed vt dictioni ſplendorem adhibeant, & poëtarum verſus concidentes, verbis illinc ſumptis narrationem ſuam ornent, ac ſublimem reddant, & eorum aures, à quibus audiuntur, orationis ſuauitate oblectent. Verborum enim concinnitate auditores demulcent, & probabilitate G decipiunt, parum curantes, vt vera dicant, quippè qui opiniones captant, & ſtudio placendi hominibus omninò ſeruiunt. Quos verò amor veritatis tenet, illi vnum hoc curant, vt quæ ſunt, ea dicant, & veritatem ipſam honorent, quamuis oratio concinnitatem, & elegantiam non ſit habitura. Cùm enim veritatis pulchritudinem expetant, comptis dictionibus, quæ ſtragulis quibuſdam pictis ſimiles ſunt, multam ſalutem dicunt, id enim veræ ſapientiæ proprium eſt.

Ita certè, & ego, qui mente ſum exigua, oratione, & ſpiritu valdè tenui patrem meum laudabo, non vt illi hac laudatione gratum faciam. Quæ enim gratia illi hæc eſſet, qui nulla re ex his, quæ hîc ſunt delectatur, cum cœleſtem conditionem ſortitus ſit, cuius qui compos fuerit præſentia hæc irridet, cùm nihil in eis ſtabile ſit neque beatum, ſed tanquam vmbræ prætereant, & vt verni flores corrumpantur? Ad hæc ſi cùm in terris eſſet, indignum ſe arbitrabatur, qui vel in monachorum numero cẽſeretur (quæ res ſummam eius modeſtiam atque humilitatem, ſanctæque illius animæ præſtantiam indicabat) quomodo nunc cùm hinc ad ea migrauerit, quæ incorrupta ſunt, quo loco falſæ H gloriæ nulla eſt appetitio, hanc noſtram laudationem ille appeteret? Sed hoc mihi faciendum propoſui, quòd iuſtiſſimè, vt quiuis alius, hoc illi debeo, tum pro aliis ipſius in me officiis, tum maximè pro oratione ipſa, quæ qualiſcunque ſit, illius labore, ac diligentia in me exorta eſt, vt tanquam mercedem quandam orationis parenti hanc referam.

Officium.

Quamuis autem intelligam paternam laudem ad filij gloriam redundare (vt eſt à Sapiente illo dictum: Gloria hominis ex honore patris ipſius) non ob id tamen, vt aliquis opinari poſſet, illum laudabo, cùm ſciam, vnumquenque, ſi è domo, & ex ſe ipſo gloriam habeat, glorioſiorem quidem eſſe à Patre etiam ipſo ſplendorem accipientem, ſin minus, paternos honores nihil prodeſſe illi, qui eſt inglorius, & honoris expers, qualis ego haberi poſſim: Sed quod fas non ſit eius vitam cum virtute actam, velut lucernam quandam ſemper lucentem, ſilentio, & tanquam ſub modio aliquo occultari, immò in rationali candelabro effulgentem, non vni, aut alteri, ſed omnibus (hoc enim audeo dicere) qui ſunt in Dei eccleſia, proponi debeat. Quoniam igitur oſtenſum eſt orationem ipſam conducibilem eſſe ac nobis neceſſariam, quæ non veritatem ſolum, ſed vtilitatem etiam magnam in ſe I contineat, agè illinc vnde conuenientiſſimum eſt laudationem aggrediamur.

B. Platonis parentes.

Beati Platonis parentes fuerunt Sergius & Euphemia, Auorum nobilitas inſignis, & mores non ignobiles extiterunt, ita enim ſe geſſerunt, & diligenti domus ſuæ gubernatione rem familiarẽ præter cæteros ita auxerunt, vt etiam conſanguineis æmulationem ſui concitarint. Quibus ad alias laudes ea quoque acceſſit, quod bonorum filiorum parentes eſſe datum illis fuerit. Poſt duas enim filias, velut germen quoddam rectiſſimum & illum genuerũt, quem nunc laudamus, quamuis neque filiæ ipſæ ſine gloria vixerint, illarũ enim res geſtæ multæ, & præclaræ narrari poſſunt è quibus vna in communi vita, qua vſa eſt, ita ſe geſſit, vt excelluerit, altera, ex qua & nos geniti ſumus, monaſtico ordine illuſtrem ſe præſtitit.

Theodori Studitæ mater fuit ſoror B. Platonis.

Per iram intelligit iconomachiam & tyrannidem Copronymi.

Quoniam verò illis temporibus cœleſtis ira inflicta eſt (res enim me admonet, vt & de hac dicam, quippè, quæ publicam intulerit calamitatem, nõ in paucis aliquibus regionibus, ac ciuitatibus verſans, ſed velut Ægyptiacum quoddam flagellum ex alia in aliam ciuitatem tranſiens) ac vel maximè K in Regia vrbe Bizantio malum illud fuit, hi viri, quos diximus, ſemper memorabiles è vita exceſſerunt. Non alienum autem fortaſsè fuerit vtilitatis cauſa mortis etiam ipſius genus conſcribere. Narratio enim hæc talis eſt, quæ illorum animos terrere poſſit, qui prudenter eam intellexerint. Repentè in ſingulorum veſtibus ſalutaris Crucis ſignum cœruleo colore velut à manu aliqua pulcherrimè pingente, vel Dei potius digito, & ſuperna manu expreſſum cernebatur. Quicunque verò talis deprehenſus fuerat, diuulgabatur, ac ſtatim mors illi afferebatur. Eodémque die aliquis mortuũ efferebat, & ipſe mortuus efferebatur. Duo ſimul in feretro, quatuor in iumento portabantur, onera corporum miſerabilium ſemper recens cumulata. Lamentationes vbique, & voces miſerabiles vndique reſonantes. Qui mortuorũ cadauera efferebant, tam multis oneribus ſufficere non poterãt itaq; deerant, qui tot mortuos ſepelirent. Claudebantur domus, vrbis regiones inanes fiebãt, ſepulchra

Crucis ſignũ in veſtibus.

Crudelitas in amicos crucis Chriſti.

In beritho extat de hac re Athanaſij libellus ſub titulo de paſſione imaginis Chriſti cuius feſtum quotannis quinto Idus Nouẽb. inſtituit anno 765. adeo datus loci epiſcopus. Sigib. in chron.

A chra ipſa implebantur, cùm intra duos mẽſes vrbs celeberrima, & multis millibus hominũ habitata, iã deſerta, & talis ferè ſit facta, vt ſi à nullis habitaretur. Hæc illius impij Cõſtantini tẽporibus acciderunt, à quo imago Chriſti contumelioſè ſpreta, & à nefario illo homine, ac populi corruptore ſimulachrum erroris nominata, immò verò Chriſtus ipſe noſter Deus ab eo deſpectus fuit. Siquidem honor imaginis ad eum refertur, cuius eſt ipſa imago, vt diuinus Baſilius quodam loco ait. Hæc Dei virga, vt aliquis diceret, pœna fuit iuſtiſſima, qua peccantes homines inſtruerentur, nóſque à ſumma noſtra malitia reuocati emendaremur, ira, inquam illa, quæ ad ſalutis viam his viris dux eſt, qui eius correctionem prudenter, & æquo animo accipiunt. Sed ad Platonem ipſum noſtra redeat oratio. Cùm eſſet ille orbus parentibus, & ſororibus in ætate valdè puerili relictus, ab vno quodam cõſanguineo ſuo acceptus eſt, & ad ætatem vſque pubeſcentem educatus. Ac ſtatim quidem, vigẽte illius iuuentute, tanquam rectum quoddam germen optima rerum intelligendarum perſpicentia effloruit, quàm difficilè præſtare poſſunt, qui ſunt in orbitate educati, cùm neminem habeant, qui tãtùm diligentiæ illis educandis, quantum parentes, adhibeat. Suo igitur ſtudio, & honeſta æmulatione B notitiam eius artis, quæ notariorum dicitur, ita fuit aſſecutus, vt nondum aliquis eorum, quibus de paterna diligentia prouiſum fuit, illam aſſequi potuit. Cùm enim ponderibus præfectus eſſet apud auunculum qui regias pecunias cuſtodiebat, & in ea re tam probatus extitiſſet, vt auunculus nomen tantùm muneris illius haberet, ipſe verò munus illud re ipſa exerceret, ob ídque in conſeruandis pecuniis regiis valdè inſignis eſſet, tam optimatibus, quàm Cæſari erat vir ille notus, atque optabilis. Cùm igitur talis eſſet, atque arbitrij libertate vteretur, non incontinentibus iuuentutis affectibus mentem tradidit, vt aliquis licentioſior, & fractæ mentis homo faceret, ſed velut optimus quidam equorum domitor ipſe ſibi exiſtens, ab inſipientium virorum conſuetudine ſe abſtinebat, cum illis autem qui eruditi erant, vnà verſabatur, cum honoratioribus, non abiectioribus viris ſe coniungẽs, híſque adhærens, qui ætate præſtabant, non qui natu minores erant. Qua diligẽtia, & virtutis exercitatione, animi nobilitatem ab externis honoribus, ad honeſtam virtutis viam dirigebat. Nõ enim conuiuarum, & ſodalium communibus compotationibus ſe ipſum tradens, vt aliquis eorum, qui adoleſcentes ſunt, in epulis verſari conſueuit, neque in talorum ludo, & ebrietatibus, pecuniam con- C ſumebat, vt luxurioſi homines faciunt, ſed laborioſis vacationibus ponderandæ pecuniæ dans operam ex ea re diuitias ſibi cumulauit, eáſque ſic auxit, vt, præter paternam hereditatem ſatis amplam, ſibi alias etiam facultates comparauerit, quæ nunquam accedere potuiſſent, niſi vir ille continentia, & frugalitate in omni re vſus fuiſſet. Quare honeſti appetens iuuenis ille temperantiæ ornamentum aſſequebatur, & prudentia inſignis erat, in quo morum comitas inerat. Iuueniles appetitus à ſe longius remouebat, quibus capti qui fuerint, tantùm abeſt, vt bona, quæ non habent, adipiſcantur, vt etiam illa, quæ habent, exinanire ſoliti ſint. Sed quidnam deindè conſecutum eſt? Prudentia tam inſignis vir ille, & in his bonis, quæ ad vitæ commoditates pertinent, talis euaſit (quæ res ab eis appetitur, qui terrenis rebus delectantur, & ab his ſtudioſè quæritur qui filias viris collocant) vt alius aliunde vel ex eorum numero, qui nobiles, & locupletes erant, ad vitæ communionem illum ad ſe inuitaret. Sed diuinarum rerum appetitio, quam meliori conſilio vſus in animo accenſam habebat, non permiſit, vt in multo vitæ huius cœno infigeretur. Etenim pro ludo diuinas lectiones, quibus attentus erat, pro theatris, & ſpectaculis Eccleſias frequentabat, pro inhoneſtis diuerſoriis honeſta D collegia, quódque laudabilius eſt, [2] occultas mentis cogitationes, & acta cuidam eorum, qui præerant, ſępius confitebatur. Quæ res magnum religionis illius erat indicium, ídque cùm perfectè facere ſolitus eſſet, ei, qui confeſſionem ipſius audiebat, admirationem, ac ſtuporem afferebat. Itaque factum eſt, vt cùm ille mentis oculos ad ſempiternarum rerum cõtemplationem erexiſſet, & earum deſiderio allectus, atque alacrior factus, eorum, quæ in terris ſunt, cupiditatem extinxiſſet, fecit vir ille admirabilis, quòd diuinus Antonius ante fecerat. Cùm enim omnia, & paternam etiam domum vendidiſſet, pauperibúſque pecuniam diſtribuiſſet, ac ſeruos ipſos libertate donaſſet, & duabus ſororibus pauca quædam reliquiſſet, exiit è loco, in quo erat, eo propoſito, quo Abraham olim exierat, non vt in villis, quæ propè erãt, diuinam exercitationẽ obiret, ſed longiùs aufugiens ad Olympi partes, ad eum peruenit locum, ac virum, qui diuinitus monſtratus ei fuerat, ad quendam, inquam, Archimandritam ex eorum numero, qui erant in regione illa. Locus, quem dicimus, Symbolus appellabatur, vir autem Theoctiſtus, cuius mores boni, genus perſpicuum, & finis ſanctus fuit. Sed qua- E lem eius receſſum fuiſſe putamus? Ille quidem, & mihi maximè memorabilis eſt, & auditoribus cõpunctionis occaſionem afferre poteſt. Cùm enim è patria migraſſet, famulo quodam ſibi gratiſſimo vſus comite, & ad eum locum veniſſet, qui regum nomine appellatur, in denſam quandã ſyluæ partem ingreſſus, eius manu, qui eum ſequebatur, comam ſibi totondit, & puella veſte, tãquam purpurea quadam, ſe induit. Quod verò ſecutum eſt, quale ſpectaculum fuiſſe putamus, cùm comes ille iuſſus fuiſſet ab eo diſcedere, domúmque vnà cum veſtibus, quibus ſeipſum exuerat, redire, ob ídq; luctibus, quia domino priuatus erat, repleretur, ipſe verò ſolus cum Deo tantùm relictus eſſet, cuius cauſa, & propter quem id ille agebat? Talis eſt amor diuinus, qui ſui amatorem ab omnibus aliis rebus ſeiungit, eiúſque animum ſui deſiderio inflammatum ad ſe vnum contrahit. Poſtea verò quàm ad magiſtrum veniens ab eo interrogatus eſt, quiſnam eſſet, & vnde veniret, & qua de cauſa peregrinationem illam ſuſcepiſſet, ſingulis interrogationibus apta quædam, & iuſta reſponſa reddebat. Ille

Plato orbus parentibus.

Plato notarius.

Quid Plato in imperatoris aula.

2 Confeſſionis ſacramentalis vtilitas, & antiquitas.

Vt Plato omnia abdicarit hoc vere eſt λαθὲ βιώσας.

Theoctiſtus. Niceph. li. 14 cap. 52. lib. 16 cap. 33.

Comam tondere.

Propositum monasticum.

autem cùm patriam, genus, & educationem audiuisset, Nondum, inquit, in hac loci regione, quæ F
non mediocrem vitæ duritiem in se habet, monachi laborem sustinere poteris. Cui respondit Christi pugil: Omnia tibi, pater, trado, mentem, voluntatem, & corpus, vtere famulo tuo vt vis, in omnibus tibi obtemperante. O admirabilem propositi, & eius voluntatis demonstrationem, sed longè admirabiliorem monasticæ professionis materiam, quarum vna in eo apparuit, quòd in ipso ætatis flore, cùm res prosperę illi, & ex animo succedebant, ac meliores spes subiiciebantur, diuitiis propositis, gloria effulgente, corporis habitudine vigente, atque ad hæc omnia accedente propria voluntatis potestate, omnibus tamen his potiorem habuit Dei amorem, altera apparuit in eo quòd optimè de his rebus deliberauit, neque vt multi ex his, qui nunc in superficie, vel (vt v eriùs dicam) aliter quàm professio requirit, profiteri soliti sunt, sed vt vera professionis ratio postulabat, ipse professus est. Isti enim nescio quomodo obliti, quod Dominus dicit: Qui non renunciauerit omibus his quæ possidet, non potest meus esse discipulus: item alio loco: Vende omnia quæ possides, & habebis thesaurum in cœlis, & veni, & sequere me: horum, inquam, omnium obliti erigunt sibi ipsis templa, & monasteria. Deinde professioni, quam susceperunt, multam salutem dicentes, propriis bo- G
nis potiuntur, ac dominantur, seruos, & diuersas materias ad se attrahẽtes, heri, & nudiustertius professionis expertes, & hodiè tanquam in ea veteres aliorum duces, heri tales, qui nescirent prudenter aliis ducẽdos se præbere, & hodiè aliorum duces esse imperitè sibi proponentes, quibus non virtus, sed eorum, quæ habent, possessio principatum dedit, quique cùm multos annos debuissent discere, quomodo primum rectè imperio parere, deinde sic ad imperandum aliis ascendere deberent, antequam illud, quod prius est, experti fuerint, quod posterius est periculosè sibi assumunt, tales eos, quos sub manu habent, efficientes; quales nimirum & ipsi sunt. Non autem sic ille fecit, sed posteaquàm verè terrenis rebus renunciauit, tunc & obedientiam non adulterinam, & legitimam præstitit. Illud enim antecedit, hoc sequitur, vt fulgur tonitruo, & vt sole oriente lucifer priùs apparet. Nam qui optimè facultatibus, quas possidet, renunciauerit, optimè videlicet & obedientiam præstabit, at qui non rectè in alterutro se gesserit, in altero videlicet is claudicet necesse est. Multa quidem sunt virtutis exercendæ studia, extenuatio corporis, quæ continentiæ propria est: sobrietas in
vigilando, macies, quæ à lachrymis proficiscitur, in precibus alacrem esse, humi cubãdo se affligere, H
tenui veste indui, propriis manibus operari, crebrò genua flectere, mortem meditari, Psalmos constanter canere, stationis tolerantiam ferre, sed nihil tale viro illi, qui obedientiam profitetur, quale est cõfessionis studium, & obedientiæ munus perfectum præstare, quibus rebus anima illuminatur, & proprię voluntatis affectus extinguitur, perfectáq; eius qui per spiritum nascitur, in eum, à quo gignitur, adoptio efficitur. Nam qui non hæc aliis rebus prætulerit, is ad obedientiam præstandam imbecillis existet, & quibus rebus videtur salutem suam procurare, his deceptus perniciem, & exitium patietur. Continentia enim, vigiliæ, & vnaquæq; earum rerum, quas supradiximus, ipsa quidẽ per se laudabilia esse cõcedet aliquis, sed nihil tamen expedire, immò verò, & ruinæ causam illi esse affirmamus, qui suo arbitrio in his faciendis vtitur, nisi eius, qui præest, ductu, & regula dirigatur. Quamobrem qui confessionem cum obedientia coniunctam exercuerit, aliis, quæ supra diximus, secundas partes tribuet duobus his, quæ paulò ante dicta sunt, omnia concludens. Hæc cùm beatus ille ita præstitisset, vt nescio si quis alius vnquam præstitit, bonum fundamentum sibi iecit, atque
in eo firmum ædificium construxit, omnem cogitationem suam subiiciens, & in omnibus obedien- I
tem se præbens, ob idque (vt illud dicam, quod in literis diuinis scriptum est) dilectus erat in conspectu patris sui. Tanta enim fuit in viro illo tolerantia, vt adamanti ferè similis videretur. Idem in ministeriis obeundis erat admodùm dexter, & inter multos certaminũ, & laborum socios valdè insignis, atq; illustris, à quibus non lõgè aberat, quòd ad cœnobij vitam pertineret, seorsum verò cum vno quodam iisdem moribus prædito quietè versabatur, cum Theoctisto, inquam, illo semper memorabili, modò exercitationi domi vacans, modò cõmuniter versans, tum in Psalmis canendis, tum in cibo sumendo, & opere perficiendo, atq; (vt ita dicam) promiscuè, communitérq;, & in omnibus modestissimè se gerens. Non enim, quia genere insignis erat, quòd ad corpoream nobilitatem multorũ antea ministerio vtebatur, propterea ignobiliora officia tractare alienum à se putabat, aut ægre ferebat. Quamobrem & fumum humeris portabat, prædiúmq; stercorare, atque irrigare iussus, id facere non grauabatur. Idem farinam patienter subigebat, cáq; omnia faciens multum studij ac diligentiæ libris scribendis adhibebat. Vultis dicam & alia illius obedientiæ egregia facinora? Increpabatur quidem à patre ipse præsentibus hospitibus, ille, inquam, qui ea, quæ supra diximus, optimè faciebat, sed increpationem ipsam velut laudẽ quandam accipiens laudatissimus ille vir nihil mouebatur. Ad hæc cùm fratribus audientibus legeret, idq; rectè faceret, increpatus, tanquam perperam legisset, vir prudentissimus verecundè, ac timide se gerebat, cúmque à seruili genere se ortum esse audiret, vrbano quodam more annuens patri assentiebatur, generosus ille tam animo, quàm corpore, qui cùm in manuum suarum opere faciendo esset tolerãtissimus, & multum lucrifaceret, erat tamen ita modestus, & humilis, vt si nulla in re vtilis fuisset, vir & disciplinæ acquirẽdæ cupidissimus, & diuinæ pietatis amator ardentissimus. Cùm igitur aliquando ad patris pedes flexis genibus se deiecisset, ab illo ipso corrigebatur, quasi ad idem erratum relapsus fuisset, ille tamen non repugnabat veniam petere. Itaq; defessus erat, qui consuetò eum virum increpabat, & conuicia in eum coniiciebat,

Abusus in monasteriis.

Bonorum virorum exercitia.

Vis obedientiæ, Cassian. lib. 4. Inst.

A bat, quibus saturabatur, qui per voluntariam illam ignominiam gloriam sibi comparabat sempiternam. Dicam aliquid ex his, quæ professionis propria esse non videntur, consentanea tamen ei rei sunt, si rectè fiant. Idem ille tanto humilitatis desiderio tenebatur, vt precibus ab aliis peteret, vt pugnis, & alapis cæderetur. Cúmq; id impetrasset, & à quodam viro, cui pater id præceperat, verberaretur, muneris loco accipiens verbera, lætabatur. Quæ res erat valde admirabilis, cùm alter inuitus id faceret, quod indecorum videbatur, alter læto animo id peteretur propter vtilitatem, quam ex ea re percipiebat. Erat etiam id vidẽtibus, & audientibus admodum vtile, vnum aliquem inueniri, qui voluntariè illa patiens, Christum imitaretur. Num igitur talis, ac tantus vir poterat non diligi, & amari? Quæso, quomodo rationi consentaneum fuisset, eum qui totum obedientiæ legibus, tanquã filium, se tradiderat, non patri optabilem esse, & ex animo ab eo diligi? Propterea, vt dictum est, valde amabatur. Itaq; propter virtutis splendorẽ, eius fama peruagata vbiq; celebratur, quippè qui patri suo talem se præbebat, vt esset instar omniũ rerum. Nam vt oculus dexter omnia videns, vt manus rectè operans, vt pes benè incedens, in omnibus deniq; bonus erat illi consiliarius, & socius ad-
B modum egregius, & in colloquendo suauis, eorum, quæ intus erant custos fidelissimus, quæ autem foris erant, ea diligentissimè obseruabat, partim discipuli, partim fratris faciens officium. Illud quoque addiderim, eum virũ etiam patris munere functum fuisse. Deniq; tantus in vtraque re ille fuit, vt si quãdo aliqua de causa necesse fuisset laudatissimum illum Platonẽ aliquò proficisci, vir semper memorabilis Theoctistus ob eam rem tristis esset, neq; recreationem haberet, vt Apostoli sentẽtia vtar, propter eius hominis absentiam, qui tam optabilis illi erat. Quis enim illo ad res futuras prospiciendas, & cõiectura colligendas prudentior? Quis ad tristitiam leniendam, curandámq; accommodatior? Quis ad res necessarias cõparandas expeditior? Quis ad honorem multifariã impartiendum peritior? Talem ad perfectam verámq; in patrem beneuolentiam ostendendã se præstabat, vt cùm paterna quidem omnia officia in potestate haberet animũ ipsum à terrenarum rerum amore sic
alienum seruaret, vt ne oboli quidem vnius esset dominus. His autem ipsis quisnam finis, quodue præmium fuit? paterna scilicet benedictio in spiritualem Iacob profecta, ex quo Patriarchæ sacrarũ rerum, & gregis duces extiterunt, ex quibus multi Deo grati filij & nunc sunt, & plures erunt (certè
C scio) ex semine illo tanta benedictione prædito. Talis fuit vir ille, qui sanctitatem verè amauit, talémque finem habuit egregia illius obedientia, quàm, velut adumbratione quadam ad perfecti coloris characterem, & formam direxit. Postea verò quàm ad cœlestem Dominũ Theoctistus eius dux trãsmissus est, ad illius locum, ac mores se transtulit, & quietem ipsam legitime amplexus fuit, non quẽadmodum multi ex his, qui nunc sunt, periculosè illam aggredientibus quippè qui priusquam carnem spiritui subiecerint, audent cum nequitiæ spiritibus singulari certamine cõgredi, sed cùm tempus vincendi est, palæstrã meditantur. Nam qui non prius obedientiam dicit, quomodo ille hostiles affectus subiiciet? Quíq; obediendi regulam integram non seruauerit, quomodo ille ad quietis mõtem ascendet? An non manifestum est eum, qui extra tempus eam rem attigerit, lapidibus feriendũ, aut telo in se iacto percussum animæ interitu periturum, vt aiunt quodam loco diuinæ literæ? Sed non ita fecit is, de quo nunc sermo habetur. Cùm enim obedientiam Deo placẽtem verbis ac moribus præstitisset, iure, atq; aptè ad quietem se contulit, & prope Deum accedens, mentem purgauit
ciúsq; contemplationibus delectabatur, mente ipsa in rebus sublimibus versans, quãdoquidem ni-
D hil suauius est, quàm Deum contemplari, qui cùm sit suauitas ipsa, omni ex parte appetẽdus est his, qui eius gustum, & singularem charitatem aliquo modo senserunt, cuius satietas nulla est, ita vt qui hæc ipsa gustauerunt, vel ipsius cibi appetitum ferè obliuiscantur. Hæc igitur in se ipsum attraxit, de virtute in virtutem transiens, & ascensiones in corde suo disponens. Quoniã verò non satis illi erat res suas considerare, cùm charitas ipsa & aliorum vtilitatẽ requirat, patris loco, vel potius tanquam lumen quoddam fratrum, quos supra diximus, societati præfectus est, quæ virũ hunc beati Theoctisti successorẽ, ac ducẽ habuit, quam societatem vterq; & spiritu, & corpore ad eam conditionem, & statum prouexerunt, vt mansio illa sanctissima & esset, & nominaretur. Duorum autem discipulorũ dux seperatim fuit, à quibus ministeriũ ei præstabatur, quósq; contubernales quidem, sed non sodales habebat. Eorũ verò vnus adhuc supereſt, Antonius nomine, qui nobiscũ vnà vsq, ad senectutem obediẽtiæ subiectis vixit. Ipse nobis suggerat quæ hoc loco in his, quæ non dicemus, desiderabuntur. Panis erat nostro illi patri esca, vt aiunt, & fabæ cũ oleribus, & summis herbis. Talis, inquã, erat
E illi quotidianus cibus olei expers, ac nona dici hora sumptus, nisi Dominico, & festo aliquo die, his enim diebus solitus erat vnà cum fratrum societate cõmuni mensa vti. Potus erat is quem fontes emittunt, & quo mens ipsa colligitur, non vinolentiæ copia dispergitur. Neq; hic ipse quotidianus semper erat, sed interdũ vltra diem vnum, interdum in tota hebdomada bis, vel decimo quoq; die sumptus, potus sumendi tarditate, vel, vt ita dicam, bibendi ieiunitate cum temperanti appetitu cõiuncta, vel ex naturali tẽperatione ad habitum redacta, atque constituta. Vestis erat tenuis, ac vilis, calefaciendi corporis causa tantùm adhibita, non tenuibus filis contexta, neq; coloribus variis, ac florentibus elaborata, quam, qui nimia elegantia se ornant, non monasticæ vitæ cultores sectari student. Orationem, & lectionẽ laboriosius exercebat quas certis horis obire consueuerat, & pro deliciis, ac suauibus condimentis, eo cibo delectabatur. Flectẽdorum genuũ crebritas à patribus tradita, & callum, quod eius manus cõtraxerant, ac terra, in qua genua sua ponebat, huc vsque virtutem

Plato diligit virgas correctionis.

B. Platonis paupertas.

Dei contemplatione nil suauius.

Parsitas victus & potus Platonis.

Vestitus vilitas.

Geniculationis traditio.

illius manifestè prædicant. Stratum, non molle, aut diffluens lectus, sed qui corpus affligere, & ad F
spiritalia ministeria firmum seruare posset. Ad hæc manibus propriis aliquid operari studebat, hoc
enim ex illius rectè factis, præter cæteros, ne dicam omnes homines, insigne admodum habebatur,
vel, vt magis propriè loquar, cum sacro Apostolo illum id cõmune habuisse dixerim: Necessitatibus
meis, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ: quoniam non gratis panẽ comedit. Quis
enim concinnius, aut rectius, quàm eius dextera, literarum figuras scribebat? Aut quis laboriosius,
quàm ille alacrius, ac studiosius id, quod dixi vel quod vis aliud opus accidisset, tractabat? Quomo-
do posset aliquis eos enumerare, qui eius labores, hoc est libros ex diuersis Sanctorum patrum scri-
ptis, tanquam flores quosdam collectos seruant? Quos qui possident, tantum vtilitatis percipiunt,
quantum eis satis esse possit. Nostris autẽ monasteriis vnde nam tanta librorum abundantia suppe-
ditata est? An nõ ex illius sanctis manibus, & laboribus? quẽ adeũtes, & animo illustramur, & eius
manũ admiramur cùm eam talem fuisse perspicimus. Sed orationis nostræ progressus quædã tacita
præteriit. Redeat igitur ad ea quæ prætermissa sunt, enarrãda. Erat tẽporibus illis summa quædã im-
pietatis tẽpestas. Constantinus ille impijs cogitationibus feruẽs, malitię domicilium, multorum ca- G
pitũ draco, eius hæresis propugnator, quę sanctis imaginibus bellũ indixit, monastici ordinis acer-
bissimus persecutor tunc regnabat, à quo quisnã nostrorũ Nazareorũ nõ fuit exterminatus? aut quis
latens nõ in medium prolatus est? Quisve eorum, qui ei resistebãt, non ad impietatis barathrũ detra-
ctus? ita vt sicubi aliquis eorũ, qui insignes erant relictus fuisset, tanquã scintilla quædã in occulto, &
obscuro loco iacens, non latuerit, vt pro mortuo haberetur apud eos, qui adhuc supererãt. Talis fuit
noster Elias à Domino ipso seruatus iis in locis, in quibus exercitationi monasticæ operã nauabat,
nõ eius manibus captus, qui nouus Achab dici poterat, neq; eius impietatis particeps factus, vt post
caliginis tanquã nocturnæ cuiusdam pugnæ tẽpora, velut lucifer quidã denuò nobis exoriretur: id
quod factũ vidimus. Dehinc enim necessariis quibusdã de rebus Byzãtium ingressus est. Quo tẽpore
videre licuit monachos ipsos, qui superfuerant, tanquã lumina quædam, ab iis, qui in vrbe Byzantio
erant, conspectos fuisse. Tunc & beatus ille, qui mortuus antea putabatur, rediuiuus agnitus est, ne-
que enim à cognitis superesse credebatur, ex eóq; nõ solùm consanguineis hominibus, sed toti By-
zantio celeberrimus factus est, aliis aliunde illum attrahentibus, ac iucundissimè amplexantibus, & H
benignè eius dexterã apprehendentibus, deniq; nobili ipsius doctrina libentissimè fruentibus. Erat
enim vir ille oratione quidẽ suaui ac moribus longè suauioribus, formáque tali, qualẽ vitæ monasti-
cæ exercitatio cõmendat. Habebat & multiplicẽ docendi viam omnibus omnia factus, vt, quod est
ab Apostolo dictũ, de illo etiam ipse dicam. Erat idẽ & coniugatorum hominũ moderator, & earum
quæ virginitatem exercebant, propugnator. Quorũ manibus imperia tenebantur, eos adhortatio-
nibus suis reprimebat. Infirmorũ animos, tanquam bonus medicus, sustẽtabat. Patribus filios cõcor-
des reddebat, patrésque filiis recõciliabat. Precabatur seruos, vt dominis suis essent beneuoli: domi-
nos verò, vt seruis se beneficos præberent. Alia denique omnia faciebat, quæ qui facit, ac dicit, diui-
nus esse cognoscitur. Vnum illud addam ad ea comprobanda quæ dicta sunt, vt orationi fides ha-
beatur. Quãdiu cum iis qui in vrbe Byzantio erant, versatus fuit, domos totas in aliam vitæ formam
mutauit, & ad virtutis statum cõuertit. Quídnam hoc est, quod dico? Suç, inquam, linguæ admoni-
tionibus iurãdi consuetudinem ab eius loci hominibus abstulit. Nimios ornãdi corporis cultus mo-
desta sua doctrina repressit. Sępius de morum probitate disserens, vt charitatẽ in pauperes exerce- I
rent, hominibus persuasit. Quare factum est, vt pecunię abundè conferrẽtur, & in ea loca, in quibus
pietas exercebatur, publicè distribuerentur. Eosdẽ ad lectionem compositè exercendam instituit, &
ad quoduis aliud bonũ opus reduxit. Quæ omnia noctes, & dies, magno studio, labore, tolerãtia, ac
vigiliis perficiebat: pedibúsque iter faciens, amicorum, & consanguineorum illecebris labores, quos
ipse patiebatur, libenter præferebat, re, ac factis illud apostoli dictum obseruãs: Castigo corpus meũ
& in seruitutẽ redigo, ne cũ aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Itaque in vrbe alia regio, tan-
quã vexillũ quoddã erexit orationẽ spectatæ vitæ testimonio cõprobatã. Adde quòd tenui, ac mo-
desto habitu indutus, aspectu ipso eos, qui eum videbãt, ad virtutẽ honorabatur. Quòd si cum politi-
co aliquo viro negotium illi fuisset, orationẽ suauem adhibebat, ad eorũ mores, qui eum audiebant,
se cõponens. Neque quisquam hac in re ipsius institutũ accuset, sed vtilitatẽ inde proficiscentẽ cõsi-
deret. Et quænã, inquiunt, hæc est, Peccantium hominũ pœnitẽtia, & vitæ renuntiantiũ multitudo?
Primus enim, & solus ferè (vt ita dicã) is apparuit, qui nostri generis homines, & alienigenas ad virtu K
tis exercitationẽ suscipiendam alacres reddidit, primus, inquã, nobis, vt sanctè viueremus, hortator
diligens extitit. Quamobrem & monasterio cuidam, quod in Vrbe erat, præesse cogebatur quidẽ,
sed noluit tamen. Quinetiam Nicomediensiũ Ecclesiæ præsidere eum hortabatur, qui tunc præsi-
debat, sed assentiri noluit, clerũ fugiẽs qui is clero erat dignus, & sacerdotij fastigiũ metuẽs, qui vir-
tute sublimis, & præstans erat. Itaque ad iucundã sibi quietẽ reuersus est, vbi quædã memoratu di-
gna constituit, pauperum se patronũ præbens, & eorum, quibus iniuria fieret, propugnatorem. Ad
hæc consolabatur eos, qui erũnis præmebantur, & quibusuis angustiis afflictos subleuabat, partim
lingua, partim scriptis, vbi non habebat, quo alio remedio posset se adeuntes iuuare (literæ enim
ipsæ muneris loco erant, cùm eius viri tanta esset reuerentia, vt ad misericordiam eos flecteret, qui
possent misereri) partim verò quarum rerum facultas ei suppetebat, eas aliis impertiebatur, cùm in
eius

Ecce opus manuum in monachis.

Redit ad Copronymum, de cuius impietatib. plura Suidas.

Lenitas patris Platonis.

Iurandi mos impius sublatus.

Plato pauperum patronus & afflictorum.

A eius potestatem multa conferrent ij, qui bona sua benè exhauriebant, vt inexhausta, & sempiterna
bona participarent. Quòd si eiusmodi rebus alios iuuare non poterat, consolatione saltem mœro-
rem adimebat & longiore disquisitione ferociores animos eius, qui tristitia laborabat, mitiores effi-
ciebat. Quid igitur mirum, si & ipse cum celeberrimo illo Iob hæc dicere poterat? Seruaui pauperẽ
de manu potentis, & orphano, cui nõ erat adiutor opem tuli. Os verò viduæ mihi benedixit: & cau-
sam, quam non noueram, inuestigaui. Quibus de causis patris loco ab eis habebatur & vt eorum pa-
tronus magnifiebat. Denique vt hominum curator beatus prædicabatur, à multis visebatur, eidem
venienti homines occurrebant, eundem hospitio tam monachi, quam coniugati accipiebant, cùm
eius viri fama vltra eam, in qua versabatur, regionem peruagata esset, ac Platonem illum, velut ma-
gnum quempiam, & admirabilem virum, omnes in ore haberent, quem certò scio neque in posterũ
silentio, aut obliuioni traditum iri, si quidem virtus ipsa immortalis res est. Postea verò quàm cœpit
regnare Christi cultrix Irene, quæ pacem ipsam vt cognomento, ita & re attulit, in cuius regno cum
aliis bonis, & monasticæ vitæ adeũdæ facultas, & ianua patefacta est, quæ olim ab impio Imperato-
B re clausa fuerat, quemadmodum ab iis Imperatoribus, qui Græcorum superstitionem sequebãtur,
Christianæ fidei aditus præcludebatur: ex eo, inquam, tempore, quo Irene ipsa regnare cœpit, no-
stra tota eorum, qui rebus terrenis renunciauerant, familia monasticæ vitæ obedientiam profiteba-
tur, cui vno omnium ore laudatus pater ille post solitudinis quietem præfuit, nõ quòd vellet, aut cu-
peret dominari. (Quomodo enim rerum minimarum desiderio capi potuisset, maximos fugerat
principatus?) sed partim à cognatis hominibus victus (dicam enim quod verum est, etsi oratio ipsa
inconcinnior videtur) partim sperans etiam in principatu ipso eandem seruaturum se quietẽ. Quod
nequaquam fieri potuit: neque enim quòd quæsiuit, ac sperauit, illud assecutus est. Ex quo multæ in
eum tentationes allatæ sunt, à quibus verò, & per quos homines id factum fuerit, dicere omittam, vt
eorum, qui hoc fecerunt honori consulam. Illud tamen dicam, quòd tristem, & inæqualem, suæque
institutioni minimè consentaneam vitam ducebat. Sed quidnam fecit generosus ille, & recti con-
silij vir? Cùm se captum ad præfecturam illam exercendam vidisset, neque sine periculo eam se fu-
gere posse animaduerteret, quamuis sæpè id cogitasset, tunc tamen vt prudens aliquis gubernator
C clauum tenens in media fluctuatione nimium æstuante, segnitie omni ab animo remota, & mẽtis lu-
mine in altum erecto, atq; intento, beatorum virorum res gestas, ac vitas inuestigare cœpit, non ad
recentia exempla, quæ praua, & corrupta erant, sed ad exemplar, & Apostolicæ vitæ imaginem ocu-
los erectos habens, id quod facere oportet omnes, qui virtutis sunt imitatores, si vitam patriis mo-
ribus conuenientem, ac salutarem ducere velint. Primùm igitur dedit operam, vt studiosè magni,
& diuini Basilij constitutiones legeret, ex quibus sui temporis consuetudinem à monastica constitu-
tione alienam esse didicit. Cùm enim fœminarum cœnobia gubernarentur à seruis maribus, atque
ex ea re multa absurda gignerentur, & magnæ animarum iacturæ fierent, audite, quæso quid ille vir
egit. Cùm benè peritorum hominum sententias antea quæsiuisset, vt, quod bonum erat, exploratũ
haberet (erat enim ab arrogantiæ studio satis abhorrens, neque quicquam sine aliorum consiliis fa-
ciebat) illegitimas traditiones abscidit, vt pestilentes hæreses, suúmque monasterium constituit re-
motis seruis,[1] ac mulieribus, omníq; alio mercaturæ censu, quę cauponantium lucra idem diuinus
Basilius appellãs, fugienda esse præcepit. Id autem perfectum est non sine labore, cùm difficile fue-
D rit his, qui eiusmodi exercitationi assueti non erant, aliis etiam extrinsecus non paucis rebus propo-
sito illi aduersantibus. Neque id mirum est, cùm consuetudo ipsa facilè, & sine labore auferri non
possit, neque quicquam ex iis, quæ cum laude fiunt, inuidia careat. An non excelsæ, atque erectæ
mentis est, à perniciosa consuetudine sese auellere, & rectum exemplar se illis proponere, qui nõ so-
lùm nomine, sed etiam re monasticam regulam sequuntur, & opus vitæ suæ consentaneum habere
cupiunt? Quomodo enim fieri potest, vt ille sit verus monachus, qui seruos habeat, à quibus, tanquã
dominus, timeatur? Quomodo non visu allectus, & captus fuerit is, qui exercitationi monasticæ ad-
dictus mulierem aliquam sibi ministrantem cõtemplatur, cùm illud euenire solitum sit, vt quamuis
à muliere aliquis longè absit, intestino tamen bello vexetur, & aliquãdo capiatur? Quamobrem fa-
ctum illud his, qui propè erant, desiderium attulit, vt idem & ipsi facerent, & diuinos homines pie-
tatis studiosos ad eam rem imitandam prouocauit. Vnde sempiternam gloriam pater ipse assecutus
est. Quòd si alium quempiam adiutorem, & in ea re sociũ habuit, eum inquam, qui hæc dicit, & scri-
E bit, totum id patri nostro acceptum referendum est, decet enim filium in omni re patrem imitari,
séque totum parenti tradere. Iam verò à societate illorum, qui in vrbe versabantur, & cognatorum
congressu, necnon Principum consuetudine se disiunxit, intra spiritualẽ aulam se continens, & gre-
gi rationali præsidens, doctrinæ cibo illum nutriens, & eruditionis potum abundè illi suppeditans.
Ex quo factum est vt Lia ipsa floreret, & grex cresceret, ac celebrior fieret, Deúsque gloriosius lau-
daretur, à quo in omnes omne opus perfectum proficiscitur. Sed quale illud est, quòd interea hoc
dicens imprudens ferè præterij? Cùm iam regnaret pia illa fœmina Irene, multáque disceptatio de
venerandarum imaginum argumento facta esset, idem pater aute multos alios, & cum paucis qui-
busdam libera oratione imagines prædicabat, cúmque iis qui contra eiusmodi venerationem bellũ
gerebant, quantum poterat, ipse pugnabat, quandoquidẽ ad disputandum de dogmatibus idoneus
non erat. Nam simplicem quidem orationem habebat, at amplam tamen, & nomini suo congruen-

Irenes imperium, vide Zonaram, Cuspin. & Blondum.

Basilij constitutiones monasticæ.

1. B. Plato mulierũ ministeria à suo monasterio amouit.

Filius patrẽ imitetur.

B. Platonis assertio pro imaginibus de quarũ cultu plura Ionas

tem, & auditoribus probabilem. Cuius rei argumentum illud fuit, quòd in cathedra vrbis metro- F
politanæ. Epiphanorum in synodo illa, quæ in Apostolorum templo habita fuit, à Præside, qui tempore illo erat, prouocatus est is, qui neq; antea hæreticorum militaris ordinis impetum timuit. Quo tempore ad magnum illud templum festinauit, aduersus Præsidem clamans, & fallacem illum cœtum contra venerandas imagines coactum vituperans. Et paulò post cùm cōcilium illud falsum dissolutum fuisset, tam cœtus ille veritatis propugnator, quàm Regina ipsa è mediis Leonibus erepta fuit. Tunc sine sanguine (vt ita dicam) Martyr apparuit noster præceptor, Pontificem ipsum sequens, neque quicquam ob ea, quæ ausus fuerat, veritus. Parum enim est, quòd in ea synodo, quæ iterum in vrbe Nicæa habita est, inuentus fuerit. eò quòd tunc immitis, & durus ille populus de medio sublatus fuerat.

Aurelianensis opere peculiari cōtra claudium Taurinensem: & nuper Alanus copus in dial. & Nicepho. lib.6.cap.16 lib 10.ca.30. & 31.lib.17 cap.15.& 16. lib.14.ca.46 lib. 18.cap.4. Imago virginis nefarij Anatolij preces reiicit cap.27. Chosroes magno miraculo imaginem virginis veneratur cap. 42. Imago Christi delictorum pœnas in hac vita luere Mauricio Imperatore promisit Fulg.lib.1.cap.2. de Philippo Imp. Constantinop. quem ait cum oculus imperium amisisse propter iconomachiam.

Postea verò quàm hæc ita se habuerunt, & rectæ fidei trophæum erectum est, pater ipse in suum G
monasterium reuersus est, præsidendi munus exercens. Quo tempore morbo detentus, qui vitæ desperationem significabat, idque pro lucro ducens, atque appetens, præsidendi officium in nos transtulit, qui neque digni eramus, quibus ille præsideret. Inuenit igitur humilitatē illam, quam optabat, & molestiarum velut inducias quasdam accepit, & à vexationibus, quæ illum detinebant, liberatus est, talis existens, qualis olim fuerat à pecuniæ, & possidendi cupiditate alienus, neq; curiositatis amator. Non amplius autē aliquorum odia locum habebant ad eius virtutis splendorē contegendū. Nam & viri iusti affliguntur, vt cùm rebus aduersis, velut igne quodā, probati fuerint, eorū animi illustriores fiant, rectéq; incedentes minimè delabantur, discántq; benè agendi facultatem omnem à Deo se habere. Tempus igitur, quo præsidendi munus pater exercuerat, iam absoluimus. Orationē deinceps ad id, quod celebrius est, conuertemus. Sed in mentem mihi venit ingemiscere, quæ vera sunt dicere aggredienti quidem, sed harum tamen rerum narrationem recusanti, eorum causa, qui ea fecerunt. Verùm cùm fieri non possit, vt aliter manifesta fiant, quæ occultari non debent, quamuis vbiq; ea vulgata sint, veniam tamen ad eorum narrationē, non quod velim his qui hæc egerunt, ob- H
trectare, sed vt viri beatissimi virtutem monumentis literarum cōsignem. Væ tibi ciuitas (inquit Salomon) cuius Rex iunior est. Id quidem à literis diuinis olim audiueram, nunc etiam expertus sum. Constantinus Irenes filius, cuius fides quidem recta fuit ex materna pietate formata, vita verò peruersa ex imperij potestate, intēperantia, velut stimulo quodam excitabatur. Cùm enim pubescente ætate nuper imperium habere cœpisset, partim maternæ reuerentiæ, & custodiæ freno abiecto, partim diuinis legibus pro nihilo habitis, vxorem legitimè sibi copulatam eiecit, & Herodis exemplo mœchus factus est. Sed quorsum-nam hæc spectat historia? Vt nostrum hunc magistrum præcursoris illius Ioannis imitatorem quodāmodo fuisse intelligatis. Cùm enim omnes ferè iniquo illi facto assentirentur, solus hic (vt ita dicam) cum suis pueris, hoc est discipulis, stabilis permansit. Ob idque quot & qualia per totum annum certamina eum subiisse putamus? Nuncia nunciis, minæ minis addebantur flagella, exilia, membrorū mutilationes proponebātur. Cùm verò nihil eorū, quæ Cæsar ipse studebat perfici posset, ali, nam verbo quidē alij eum persequebantur, re autem vera Imperatoris manus illi erat infesta. Nostis monachos illos, & literas ad eum missas. Postremò cùm ea ipsa I
inania, atq; infirma deprehēsa essent, viro illo sancto, quod decebat, faciente, & cōtrarias literas mittente, tunc Imperatoris persona detecta fuit, cùm non amplius ficta species locum habere potuisset. Rem enim apertè ostenderunt quæ à duobus illis exercitus ducibus ab eo, velut hostibus quibusdā, ad inermem Christi monachū sola diuina lege armatum missis facta sunt. Pastor igitur è medio sublatus est, & oues gregis dispersæ sunt, aliis verberatis, aliis in exiliū missis, aliis persecutores fugientibus. Quodq; miserabilius est, regiū edictum prohibebat, ne quis eorū, qui Dei causa persecutionē patiebātur, alicubi reciperetur. Eiusmodi edicto monasteriorū præfecti obtemperauerunt, ac quotusquisq; inuictus est, qui virum illū accipere ausus fuerit. Interea Christus dormiebat ob eam, quam ipse nouit rationē, probans, & explorans aliorū animū, num firmior esset, aliorum verò inhumanitatē patientia sua flectens ad misericordiam, & ad pœnitentiam prouocans. Ille igitur Christi athleta sponte à propriis mēbris abscinditur, atq; omnino solus relinquitur, animā pro ouibus suis exponēs, verè bonus pastor, vt in Euāgelio dicitur. Idē ad Cæsarem Briarei manu ductus, corā ipso stetit (au- K
deo dicere) velut præcursor Domini Ioannes, nisi quòd ille vltrò, hic ab alio ductus id fecit. O fortem illius viri mentē, & animum, qui non imperium formidauit, nō minis cessit, non illecebris fractus est, cùm præsertim cognata illi esset fœmina, quæ Herodiadis mentē habebat, quinimò intrepida oratione vsus, ac nihil veritus, id quod verū erat, confessus fuit. Nō licet tibi, inquit Præcursor habere vxorē Philippi fratris tui. His similia, & Præcursoris imitator ei dixit, qui Herodis erat similis. Nō ille quidē fuit securi percussus, quoniā noluit Cæsar ipse martyrē eum virum esse, qui animo & proposito iā fuerat, & iis, quæ dixerat antea, se certasse satis ostenderat, sed imprudens tamen Christi confessorē eum esse probauit, cùm in celluia quadā, vt maleficum hominem, illum veritatis thesaurum conclusisset, clauibus aliis alias addens, ac cibū per foramē quoddam ei dari iubens, vt à nullo prorsus videri posset, qui à Deo ipso videbatur. Hæc vnà cum Cæsare agebant monachorum

præfecti

Constantini iunioris intēperantia.

Plato arguit Imperatorem, vt olim Ioannes Herodem.

Christus dormiens.

Plato carceri traditur.

A Propheta clamē) quoniam periit vir Deum timens à terra, & qui recte faciat in hominibus nō est. Quid dicam de illo, qui sanctum virum custodiendum ei tradidit, qui adulteros ipsos coniugauit? Quid de illo, qui mandato Imperatoris virum nullis rationibus reddendis obnoxium, tanquā reum conquisiuit? Quid eos in medium afferam, quos Cæsar ipse sacrorum ministros insignes in carcerē misit ad persuadendū iusto illi viro, vt verbo tantum assentiretur iis, quæ fiebant si à carcere dimitti vellet & omnibus suis dominari? Quid denique illos proferam, qui ei valdè illudebant, atque obtrectabant, tam consanguinei, quàm alieni, tam qui eodem, quàm qui diuerso habitu induebantur? O rem absurdissimam, immò verò ô factum contra veritatē iniuriosum. Insimulabant generosum hominem adulteriorum comprobatores, quòd mente delira esset. Falsæ gloriæ studiosum esse iactabant eum, qui pro Christi gloria certamen subierat. Illi nimirum homines hæc dicebant, qui cùm ad Cæsaris voluntatem omnia loquerentur, & facerent, à Deo ipso Domino exciderant. Eius temporis calamitosam inhumanitatem, Christi cultor ferebat, veritatem ipsam solùm propositam habens, & quæ veritatem defendendi retribuenda sunt secū cogitans. Itaque ærumnas illas ita transe-
B git, vt si cum trāquilitate in aliquibus locis occultis requiesceret. Cuius enim viri studium Deus est, eius religionem, & in Deum Charitatem nihil superare potest. Breue tempus intercessit, & adulterinum illud Imperium, quod noluit intelligere vt benè ageret, de medio sublatum fuit, vt & Imperatores ipsi discerent diuinas leges non violare neque iniquas persecutiones, & carceres struere, quāuis purpura nimirum efferantur. Tunc fidelissimus ille diuinarum legum custos confessionis brauio recepto à carcere ipso tanquam victor, exiit, multisque laudationibus, & carminibus celebratus fœlix dicebatur, eorum testimoniis comprobatus qui antea ipsi obtrectabant, atque illudebant. Solent enim (vt est à Gregorio Theologo dictum hominis alicuius virtutem vel hostes ipsi admirari, cùm, furore extincto, res ipsa per se probata fuerit. Licet hoc loco diuerso modo res se habeat, ac dici possit. Cùm enim regina illa, quæ pacis nomen habens Irene dicta est, rursus imperare cæpisset, & reuerentia virum hunc, tanquam Martyrem prosequeretur, tunc, instar fluuij retrofluentis, si quis inimicus antea fuerat, amicum, & laudatorem conuersus est, ita vt custos carceris in terra prostratus sibi veniā dari supplex petierit. Sed vir ille factis, aut dictis tam motus fuerat, quā lapis sensus expers.
C Postea vero quàm ab exilio reuersi sumus, aliique ex aliis locis, tanquam volucres quidam, aduolassent, factum illud piis hominibus admirationi erat, & cum capite ipso membra copulabantur. Diceret fortassè & hoc loco (quamuis verbum hoc audax sit) clarissimus ille vates Esaias: Leua in circuitu oculos tuos, & vide congregatos filios tuos, veniunt omnes filij tui de longè: videbis, & gaudebis, & metues atque obstupesces corde. Ille quidem Propheta hæc diceret, ego verò addiderim, illum etiam qui sacris præsidebat, & in ea re principem locum tenebat, ita fuisse affectum, vt eum, de quo dicimus reuerentia prosequeretur, qui cùm se illi purgasset, ad concordiam etiam ipsum inuitauit, Quod factum fuit, eiecto illo, qui adulteros coniugatos coronauerat, vt dissidium remoueretur, quod beatus ille vir maxime fugiebat. Quo facto, victoriæ premium apud vniuersos, qui conuenerant, assecutus est. Quid enim aliud Deo ipsi concordia, & coniunctione charius, modo coniunctio ipsa hominem à diuinis præceptis non seiungat? Sed quidnam postea factum fuit? E priore monasterio gentis illius causa Bizantium migrauimus. Quo loco pater ipse virtutis appetens, ne monasterij gubernationem sustineret, intra cellulam se claudens, eam vi-
D tam amplexus est. Sed vide etiam hic admirabilis rei studium. Tam multa eius erat humilitas, vt cū fratrum societas sub duobus principibus esse non posset, se ipsum vir ille Dei studiosus, atque imitator, obedientiæ legibus subiecerit. Idque fecit, illis ipsis præsentibus & eius rei testibus, qui eodem conuenerant. An non peregrinum, & alienum hoc est filium dici, eum, qui antea pater dicebatur, eius, inquam filium, quem ipse in spiritu genuerat. Quid quòd ei subiectus erat, cui olim imperauerat, cùm præsertim tot essent illius egregia facta, vt satis illi ad laudem esse possit, si tantarum rerum gloria non elatus, modeste se gesserit? Sed admirabilis ille vir facilè & nullo negotio hoc perfecit, nō fictè quodammodo, & adulterinè, vt verbo tantum imperanti subiectus esset, sed syncere, atque eo modo quo Deus postulat, idipsum faciebat. Vbi enim confessio est, illic & fiducia, vbi fiducia, illic propriæ voluntatis remotio: vbi voluntatis remotio, illic & obedientiæ profectio esse solet, Rectè factorum testes illi sunt, quorum causa petitiones aliquot extiterunt. Supplicabat pro aliquo propinquo, & cùm petitionē assecutus esset, eius causa, qui petitionem obtinuerat, ipse gaudebat. Quòd
E si petitionis compos non fuisset, sed re infecta discessisset, nequaquam id moleste ferebat, vnum illud propositum habens, vt re aliqua egenti vtilitatem afferret, non vt voluntatem suam expleret. Hei mihi, pater (vt prophetæ voce vtar) quemnā me genuisti? Patrem te vocare non erubesco, qui dignus non sum qui filius tuus nominari possim. Quorsum me ad hanc dignitatem extulisti, qui neque imperio parere aptus sum? Nouit Deus, quemadmodum & tua sancta anima, huius rei rationem, quòd scilicet amicitia ipsa vel obedientia potius etiam illa, quæ supra vires sunt ferre potest, vt breui oratione defensionem meam comprehendam, & hoc loco finem faciam, redeundum enim nobis est ad id, quod proposuimus. Clausus erat Pater ipse in loco quidē augustissimo qui æstate ita calefieri solitus erat, vt alter Chaldaicus caminus esse videretur plūbei tecti inflāmatione æstuās. At ille nō solū eam rem nō molestè ferebat, sed etiā talē in posterum sibi requiem reseruari votis expe-

X

B. Platonis accusationes.

Sublatum diuinitus Constantini Imperium.

Non secus ac Eudoxia quæ petit à Longis monachis benedict. & orari pro se & filiis apud Niceph. lib. 13.cap.11.

concordia.

Obedientiæ virtus apud priscos monachos.

tebat, desiderio ipso laborem leuante, & spe difficultatem faciliorem reddente, ex quibus fit, vt magnæ aliquæ virtutes, atque institutiones vires habeant. Neque his rebus vir ille laboris studiosus, contentus erat, sed constanter, ac diligenter manibus laborabat, multam vim adhibens, diuinæ verò meditationi multo diligentiorem dans operam, vt vbique aduersus hostem diabolum pugnans, & fratrum necessitati paratum se præbens, alios tristes consolans, alios animo deficientes recreans ac sustentans, multos lapsos erigens, quique acerbitate aliqua affecti erant illorum mœrorem leniens. Denique multiplex ille animarum medicus ad eorum qui aliquid patiebantur, habi-

Ferrea catena detinetur Plato.

tus se accommodabat, vt laborantes ipsos optimè curare posset. Non silentio pretereundum mihi videtur, quod est admodum memorabile. Cùm ferrea quadam cathena valde graui pedes circumdedisset, eiusmodi laborem fortiter sustinebat. Quàm vero laboriosum fuerit cathena illa indutum dormire, vigilare, & opus facere, licet eam rem considerantem intelligere. Neque id faciebat vt se clausum ostentaret, neque tanquam virtutis officinam, instar Chironis illius in Thessalico antro habitantis factum illud iactitabat, ab eo enim affectu athleta ille multum aberat, sed virtutem suam extenuabat, quasi eam non coleret, vt par erat: cathenam verò illam submissione quadam G
artificiosè ita occultabat, vt omnibus ferè ignotum esset, quod diximus, quoad à cella progressus rem ipsam vel inuitus patefecit. Sed de his rebus satis diximus, cùm & auditor mediocritatē amet, & scriptor copiosus res ipsas enarrandi facultate non abunder. Cum vero è vita excessisset diuinus ille vir, qui tunc Episcopatui præsidebat, quisnā Patriarcha futurus esset, suffragiis quærebatur: quæ quidem de multis ferebantur, cùm plærique alius alium cooptaret, prout beneuolentia, aut veritate ducebatur. Quæsitum est & patris nostri suffragium non solum ab his, qui sacerdotio insignes erant, sed ab ipso etiam imperatore. Quid igitur (vos quæso) faciendum illi erat? An non decebat eum, qui bonarum rerum causa certauerat, & accuratæ vitæ legē omnibus se proposuerat, liberè ac verè sententiam suam proferre, id quod ad communem vtilitatem spectaret, considerantem? Minimè inquiunt eius irrisores, & obtrectatores, sed vel ignorationem simulare, vel ambientibus suffragium illud concedere oportebat, quorum alterum mendacium habet, alterum simulationem, vtrunque certè respuendum. Ille igitur suffragium suum misit. Cui autem illud detulerit, omitto dicere. Misit tamen, Deo ipso teste. Quod & illi libenter acceperunt, nescio quomodo, quòd scriptum fue- H
rat, confirmantes. Qui cum suffragium ipsum accepit, reuoluit calculos ipsos, ac peruertit. Et Plato quidem ipse quoniam necesse erat, vt pro capite proponendo singula membra suo fungerentur officio, ad quendam eorum, qui eodem habitu induti erant, Cæsaris ipsius propinquum, communis vtilitatis causa egredi ex eo loco, in quo erat nequaquam veritus, nocte adiit, cui cum ea dixisset, quæ decebant, in cellam celeriter rediit. Ille vero cum hæc audiuisset, in furorem versus est, ac paululum moratus quantum ad id, quod consultauerat, perficiē dum satis esset, sanctum illum virum, & nos vna cum illo comprehendit, & quatuor ac viginti dies munito quodam in carcere detentos domum postea redire permisit. Quid opus est dicere quot iniuriis virum illum, vel potius veritatem ipsam affecerit, fratrum societatem furiosè oppugnans, atque conturbans, & alios quidem in carcere seruans, alios ad iudicia, tanquam reos trahens quamuis in omnibus aliis rebus imbellis, & ridiculus existeret? Quæ omnia erant apparatus quidam malitiæ, quā ille meditabatur, & velut iniquitatis cuiusdam exordium, necnon eius hominis nugarum, & apertæ petulantiæ significatio. Propediem vexatio ipsa illata est, eiusque causa fuit Ioseph ille, qui adulteros, quos diximus, coniu- I

Schismatici communionē vitare.

gauerat, clandestinum inquam, malum illud, & Ecclesiæ ipsius perturbatio. Cuius quoniam, tanquam serpentis cuiusdam venenum, canonicè communionem effugimus, à Cæsare ipso minæ nobis proponebantur: quinque instabant, parati erant. Sed qui possum paucis verbis comprehendere, quàm multos terrores, quot certamina, & tentationes nobis attulerit, quàm sæpè nos abducendo vexarit? Scit hæc tam qui ea passus fuit, quàm qui prope illum, qui hæc patiebatur, tunc erat. Profectò militaris phalanx locum, in quo manebamus ita cinxit, vt neque aliquem hiscere, aut omnino caput efferre permitteret. Intus timores, foris terror, ac mimæ proponebantur. A quibus autem hæc proposita fuerint, non dicam, eorum, qui hæc fecerunt, personam reueritus. Heu quanta fuit temporis illius calamitas. Nemo ferè impetum illum ferre potuit, nemo fuit qui recta consuleret, & diuinas partes sustineret. Quin imo optabile erat, ne quis iracūdiam Principū magis excitaret. Hæc, & his miserabiliora faciebant, qui eiusdem ordinis erāt participes. Postremo (vt summatim rem perstringam) fratrum sotietas noctu abrepta est, & in carcere conclusa. Quo facto synodi cōstitutus fuit K
dies, in quo vir ille sanctissimus à militari manu vnà cū tribus aliis, velut malefícus quispiā ad ipsam synodū ductus fuit. Miserabile certè spectaculū erat senē videre propter imbecillitatem ingredi nō valentē, sublatū portari cathena vinctū, qua ipsius pedes circundabantur, & abaliis humeris in alios velut piaculum quoddā indecora traiectione transmitti. Hei mihi, hæc ne fuit ordinationis synodo congruentis ratio? Hæc ne Imperij Christiani existimatio? Quæso, qua inre sunt hæc illis inferiora,

B. Plato exulat.

quæ latrocinātium insidiis, & tirānicè imperantiū violentia olim patrata sunt? Sed, vt quæ in medio sunt, ea velut ludicra quædam prætermittam (illa enim historiæ modum implere possunt) exilium iam decretum fuit, & pater ipse circumscriptus est in vna quadam insula ex his, quæ ante vrbē sunt, quem admodum & frater noster in alia quadam valde aspera, munitio quodam carcere ad exiliū accedente. O rerum mutationē? Monachis ipsis humaniores extiterunt hi, qui cōmuni vita vtūtur, & priuati

A priuati homines veriti non sunt iustum ferre iudicium quod iudices debuissent, manifestum enim erat iniquum illud facinus. Missum facio balneum illud, in quo Imperator ipse militari acie omniū fratrum societatem inuadens, cùm ex monasterio illo singulos suæ volūtati subiicere conatus esset, spe deceptus est, suo enim imperio valentiores illos esse cognouit, qui diuina lege nitebātur. Missos facio carceres in monasteriis constitutos, & monasteriorū Præfectos carceris duces factos, hisque quos clausos tenebant, plura quàm iussi fuerant, tormenta inferentes. Prætereo quæ postea cōsecuta sunt, quo tempore multi abducti, & in aliū locum translati persecutiones, inquisitiones, disiunctiones, atque exterminationes pertulerunt quo tempore multæ, atque ingentes minæ, iræ, interrogationes & respōsa multaque per omnes vrbes inuestigatio facta est necubi aliquis fratrū lateret, adeò vt nonnulli timore persequentium in tærræ foraminibus sese abdiderint, quò seruari possent. Hæc autem omnia eius rei causa facta sunt (rursus enim præ admiratione eadē tractare cogor) vt qui adulteros illos contra euangelium, & præcursorem Ioannem coronauerat, quasi salutarem aliquam dispensationem Ecclesiæ attulisset, impunè rebus sacris præesse posset, quique illū Euangelicis præceptis obtēperantes non admitterent, exleges, & à Deo alieni haberentur. O diuinas leges cōtemptas! O persecutorem acerbissimum, Christiani hominis appellationē habentē, & christi leges cōculcare gestientē! Quid ita insanus factus es, stolidus, atque immitis vnà cū leone tibi cōparare? An nō vides contra inuictas Dei leges te armari, quas nemo ex his Imperatoribus, qui vnquam fuerunt, superare potuit? Quinimo quicunque, se, vt tu nunc, his ipsis legibus aduersarium oftēdit, iure optimo periit. Sed quonam modo Dei seruus abductus est? Ad illū enim ipsum redeo. Rursus translatus, rursus distractus, & à duobus hominibus huc, atque illuc protrusus, eò quod nō amplius progredi posset, trahebatur, & ita distractus vexebatur, vt iniquum illud facinus vel ipsis lapidibus sensus expertibus lachrymas mouere posset. Huius rei testis est celebris illius martyris Mamantis regio, testis est abrupta illa insula, quæ post primam fratris iam dicti custodiam pietatis hūc custodem detinuit. O immites, & doloris sensu carentes illorū animos. Sed nescio certè, quo nomine ipsis congruente illos appellē, qui eadem opera monachi, & milites, & carceris erant custodes, qui iustum illum virum omninò de
C fertum, tanquam in lacu profundissimo, in cella quadam concluserunt, hominémque iam senio cōfectum, & morbo vexatum, sub vnius cuiusdam serui potestate, illi rerum terrenarum, & Cæsaris serui reliquerunt, vt sanctus vir semel in die, vel bis in ministro viseretur. Quo tempore senex eum rogabat, vt ad necessarium vsum corporis duceretur, & iniquus ille seruus id ei exprobrabat. Petebat aliquid imbecillitati suæ consentaneum, & peruersus ille fores claudebat. Cúmque hæc pateretur, nihilominus tamen stabilis permansit, quodque coram Deo, & hominibus confessus fuerat, nūquam denegauit. Postea verò quàm eius carceris causa eum in lethalem morbum incidisse Cæsar audiuit, animi duritiam leniorem faciens, in vrbem Byzantium ipsum transtulit: cúmque illum eò transtulisset, parabat se ad id, quod malefactum fuerat, corrigendum. Sed quoniā non recto proposito, ac sententia mouebatur, quod proposuerat, ad finem non perduxit. Illum enim diutius arrogantia, ac temeritate suspensum cum foris Dei manus ad Scythas exterminasset, illic cū toto exercitu perdidit, vt posteris narratio quædā terribilis, & dictu horrenda, Deique iudiciorum, quæ comprehendi non possunt, eiusdemque sapientissimæ prouidentiæ exemplum relinqueretur. Eum verò, qui antea nobiscū vna clausus tenebatur, cùm eorū qui tunc Imperio potiebantur, & piè se gerebāt, gratia proprio gregi restituisset, Cōfessorem ille se ipsum esse probauit, idque quomodo factum sit, dicemus, neque enim hoc præterire consentaneum est. Eorum cura, qui res nostras benevolo potius, quam inimico animo disponebant, de medio sublatum fuit scandalum, quo remoto, & dissidiū, quod illi cum Episcopo intercesserat, sublatum fuit, cùm principes ipsi hoc ei persuasissent. Itaque sanctissimus Patriarcha se purgauit, quòd quæcunque acciderāt, Imperatoris violētia facta fuissent. Tunc igitur vnà conuenerunt, & vicissim sibi satisfecerunt (quandoquidem Deo ipsi nihil ita charū
D est, vt pax, & concordia, modò concordia ipsa non sit fidei dissentio, neque diuini præcepti violatio, non denique Canonis alicuius reprobatio, quemadmodum præsens coniunctio se habuit) quantum ad nos non pertinebāt ea, quæ interea facta fuerant, prætermittentes, vt illis similia, quæ diuinorum patrum memoria facta, & similiter dispensatione quadam neglecta fuerant immò verò perfecta earum rerum examinatione in futuro illi seculo illo iusto, atque incorrupto iudici reseruata. Sed quidnam consecutum postea fuit? Non amplius pater ipse clausum se detinebat, quoniam propter
E infirmitatē non amplius corporis necessariū vsum per se ipsum explere poterat, sed modo in lectulo recūbens superioris exercitationis, & certaminis, atque laboris relaxatione, modo in humili aliqua sede requiescens, Dauidis Psalmos pronunciabat, & mente Deum ipsum precabatur, quæque ad fratrum societatem adiuuandum pertinebant, omnia conferebat, salutaria consilia admonitiones, & correctiones, adhortationes pro veterepaterna benevolentia, qua vti in eos consueuerat. Non tamen valebat opus facere, neque genu flectere, neque lectionibus vacare, nisi quantùm ministri alicuius prope se legentis opera vtebatur, nihilominus his rebus dolebat, & tristis erat, quasi animam perdidisset, eo quod diuina, & sacra ministeria non obiret, sed à corporis laboribus vacaret. Ac si quidem cibum sumebat morbo congruentem, vel lauachro, vt iussis pareret vtebatur, Deo quidem ipsi gratias agebat, sed ægreferebat tamen, quod remissius viueret. Itaque vere stadium ip-

Habes in decretis & apud Bernardum de vulpibus Sāpsonis concilia hominis mali. Sed eiusmodi malorum cōsentiens conspirationes sunt non concordia, pax nō erit impiis dixit propheta.

sum celeberrimus ille vir, & diuinũ cursum exigit, quod dicitur, cum obedientia exoriẽs, & in obedientia desinens, duodecimo enim, ac diuino horarum ambitui cùm parem annorum circulum in singulis certaminibus perfeciſſet, vitam illam sempiternam, & perenne lumen habiturus hinc migrauit. Numera certamina ipsa, & inuenies annos octo, & quadraginta, adde duodecim illos antequam terrenis rebus renunciaſſet, ad illa quatuor certamina, quæ in persecutionibus, decem item & nouem annos, quos in firmitate corporis transegit, & celebrem virum vnde octogesimo anno hinc migrasse inuenies. Sed quomodo sine lachrymis eius viri finem enarrabo? Iacebat senex ille senio admodùm honorato, ad migrationem ipsam animum habens paratissimum. Illic & fratrum societas circunfusa sanctarum eius orationum donum postulabat, Cùm igitur in singulis benedixisset, eosdem amplexatus ad sepulchrum abiit admodum lætus, quod iam pridem videre concupiuerat, quamuis voti compos antea factus non fuisset, cùm non pridem assecutus esset, quod volebat. Cùm igitur valdè hilaris sepulchrum suum vidisset, Deo gratias agens, Hæc, inquit, requies mea in seculũ seculi, eamque vocem adiunxit: voluntatem timentium ipsum faciet Dominus. Mouit & eorũ, qui foris erant non paucos, qui nullam temporis rationem habentes (erat enim sacrorum iciuniorum periodus) concursu ad eum venerunt tam monachi, quàm in communi vita versantes. Quibus cum ille benedixisset, reuersi sunt sanctam illius commendationem, velut bonũ quoddam viaticum, accipientes. Quinetiam sanctissimus ille Patriarcha cùm ad eum veniſſet eius orationum se participẽ fieri postulauit, quarum compos factus amplexus illum fuit. Itaque omnis discordiæ suspitio remota est cùm olim tristia illa, quæ inter eos acciderant, impedimento fuissent, quominus id credi posset. Omnes igitur admonuit, pro omnibus Deum orauit, vniuersis veniã dedit, qui minimè se in illũ gesserant, qui eum persecuti fuerant, & molestiis affecerant. Hæc fecit diuinus ille vir, qui Christum ipsum etiam moriens imitatus est. Quoniam verò & testamentum disponi oportebat dicam quodnam hoc fuerit: Orthodoxa, inquam fides, & legitima vitæ institutio, hæc enim & viuens, & moriens seruauit. Hoc autem vel illud distribuere ad eum minime pertinebat, quoniam neque de amictu ipso quicquam disponere in potestate habebat. Tunc & à me miserabili homine rogatus, an aliquid haberet quod diceret, manu vestem meam apprehendit, eamque concussit, (symbolũ quoddam, hoc est obedientiæ omninò liberæ, ac promptæ iudicium relinquens: vocemque valde submissam emittens, dixit, se nihil habere. Quo dicto ad humilitatem meam omnia referebat. Minimè autem illud prætermittam, quod prędicationis apertam habet significationem. Ipse funebre canticum sibi ante mortem modulatus est. Cùm enim thoracis morbo teneretur & assiduo anhelitu laboraret, labia ipsa ex consueta diuinorum eloquiorum meditatione commouebat, summissaque voce illã prędicipuè cantici partem canebat: Resurgent mortui, & exurgent qui sunt in monumentis, & lætabuntur qui sunt in terra. Quem versum hortabatur, vt secum vna canerent, qui presto erant quoad loqui potuit, & vocem tenuissimam emittere. Canticum autem illud eius obitus consecutus est, qui iusti Lazari, eiusque dici festi memoriam aduentantem antecessit ad quem Lazarum canticum illud referebatur, quo cum partem habiturus erat pater hic, cuius vitam scribimus. Postremò cũ insusurrasset, & Deum precatus esset, vt saluus fieret, decoro habitu iacens, caputque ad dexterã inclinas ita leni, & tacito corporis motu tanquam in proprium locum migrandum sibi proponeret cùm oculos ea hora clausisset, qua sol occidit, sanctam animã Angelis tradidit, qui eam ad iustitiæ solem perducerent. Et nunc ille quidem in cœlis est nõ solum eo ordine, ac statu (audeo hoc dicere) dignus habitus, qui viris exercitatione prestantibus assignatus est, sed in eorũ choro numeratus, qui Confessores extiterunt. Quorum enim certamina perpessus est, eorundem sortis manifestum est participem factum fuisse. Vel, si placet, cum iis, qui terrenis rebus renunciarunt, numeretur, qui ea re probatissimus fuit & multæ obedientiæ causa coronatus, cum his, qui vitam quietam egerunt, ille qui legitimã quietem exercuit, cum doctoribus doctor modestus, atque compositus, cũ iis, qui latentem vitam exercuerunt, ille, qui non solum clausus mansit, sed tunc etiam obedientiæ subiectus fuit, quodque admodum honorandum est cum Confessoribus certus confessor, re ipsa orationem comprobante. Ego vero miser bono illo patre orbatus, & animo fluctuans, vbinam consistã? Quem admonitorem inueniam extra rationem me gerens? Quomodo praui dæmonis impetum fugiã, cùm eius admonitoris, ac doctoris copia mihi non adsit? Sed ô diuinum, & sacrum caput, tu me ex alto propitius respicias, & cadentem erigas, gradientem dirigas, incolumem conserues, & vna mecum gregem hunc agas, & pascas, quem multis laboribus, & solicitudinibus cõstituisti, vt vestigia tua sequatur, vt diuinorum mandatorum semitas teneat. Protegas, foueas, & tam magnos, quàm paruos greges tuos defendens, eorum esto propugnator, sicut tuæ migrationis tempore pollicitus es (Tui enim greges sunt omnes, quorum duces sunt filij tui, & filiorum progenies) vt te propugnatorem, ac defensorem vniuersi coram Deo, ad Deum habentes, incolumes permanere possimus, nullis hostibus corporeis, aut incorporeis nobis nocentibus, vt neque timoris causa nos a recta fide vel paululum subtrahamus, neque à diuinis mandatis deuiemus, neque ignauiæ, aut pernicioſis affectibus aditum faciamus, non denique exercitationem ipsam, cui studemus, vllo vnquam tempore negligamus, in Christo Iesu Domino nostro: Cui sit gloria, honor, & imperium cum omnipotente patre, & vitæ auctore, ac sanctissimo Spiritu, nunc & semper, in secula seculorum. Amen.

FINIS.

B. vlato benedixit.

Postrema B. Platonis verba resurrectionem sonant.

Nestorii animæ deferuntur ad cœlum ab angelis.

Sanctorum Innocatio, potestas, & cura suorum.

EGESIPPI SCRIPTORIS

ANTIQVISSIMI, NECNON GRAVISSIMI, DE BELLO IVDAICO, ET VRBIS HIEROSOLYMITANÆ excidio, libri quinque.

AD LECTOREM

CVm verissimè scriptum sit à Plinio, historiam quomodocumque scriptam delectare, præsens hoc historicum opus multis nominibus studioso lectori placiturum sum arbitratus. Complexus est hoc opere auctor breuiter & argutè, quæ copioſè à Iosepho septem libris de bello Iudaico, & in Antiquitatibus sparsim referuntur. Explicat etiam non minus religioſè, quàm verè, à Iosepho de seruatore nostro Iesu Christo prætermissa, vel obiter, quod esset fortaſsis à fide nostra alienus, indicata. Adhæc belli causas paucis recenſet, fontes maximarum calamitatum eruditè commonſtrat, cur populus ille à Deo singulariter quondam electus, multumque dilectus, tam grauiter attritus fuit, Hieroſolyma euersa, non solum (vt Plinius ait) vrbium totius Orientis, verumetiam si insignia Dei spectes beneficia, totius orbis longè clariſsima: templum deletum, sacra ablata. Gentis politia, quæ per tot annos steterat penitus sublata. Quarum rerum non otioſa conſideratio præstantiſsimum, qui ex cognitione historiæ peti solet, fructum, pio prudentique lectori affatim suppeditabit. Quod opus elegantiſsimũ, summaque fide ac diligẽtia conscriptũ, atque adeo pro captu ætatis illius eloquentiſsimũ, titulũ hactenus prætulit Egeſippi: eius tamẽ esse Egeſippi Apoſtolorum tẽporibus vicini, cuius Eusebius Sozomenus, Theodoritus, Hieronymus meminerunt, probabile non est multis de cauſis, quarum aliquas paulo post subiiciemus. An vero alius quiſpiam fuerit posterioris ætatis Egeſippus huius operis auctor, an vero scriptor ipse, aut alius quiſpiam, vt opus esset commendabilius, Egeſippi nomen indiderit, compertum non est: neque illud conſtat, an græcè primum scripſerit, & posteà ab Ambroſio, vel alio quopiam viro erudito sub eam ætatem in linguam Latinam sit conuersus. Quod autem non sit illius priſci Egeſippi, hinc apparet: Primùm, quod Eusebius & Hieronymus quinque tantum commentarios siue libros Egeſippi commemorant, qui actuum Eccleſiaſticorum historiam complectantur: ex quibus Niceph. pleraque desumpſit de Iacobo fratre domini in cap. 38. lib. 2. cap. 10 lib. 3. Domitianum Dauidis posteros agnatoſque saluatoris perquiſiuisse ad cædem, quod ex iis aliquem Imperatorũ audiuisset: Itẽ cap. 26. eiusdem libri dicitur Egeſippum permultas apoſtolicas traditiones reliquisse, mandaſséque scriptis quinam primò idola & simulachra ſtatuerunt: ac deinceps quibus xenodochia & templa conſtruxerint. Tum cap. 7. lib. 4. quod caput totum est de Egeſippo & scriptis ipsius. hic verò auctor, preter hoſce quinque libros, alia quoque se scripſiſse teſtatur, qui ipsi quinque libri non Eccleſiaſticorum actuum à paſsione Domini, sed Iudaicam historiam inde vsque a Machabæis vſque ad excidium Hieroſolymitanum exponunt. Adde quod Hieronymus Egeſippum simplici stylo scripſiſse dicat, hic verò auctor grandi, operoſo & penè affectato dicendi genere vtatur. Accedit his omnium euidentiſsimum argumentum, quòd hic scriptor se ætate posteriorem esse prodat: meminit enim Conſtantinopolis, cui par Romanæ ciuitati dignitas sit attributa, quòd primum in concilio Conſtãtinopolitano, Gratiano & Theodoſio Impp. factum legimus. Ex quo hunc scriptorem horum imperatorum tempora secutum manifeſtè conficitur, cum Egeſippus duobus circiter seculis anteceſſerit, quare ad hunc auctorem hæc narratio referri non poteſt. Quod ſi sorte quis dicat, Egeſippum illum aliquid huius argumẽti scripſiſse, quod Eusebium & Hieronimum latuerit, illudque poſtmodum Latinus quiſpiam non tam conuerterit, quam exercitij causa dilatauerit, & amplificauerit, & in hanc formam, quam modo videmus, redactum, Egeſippi nomine in lucem ediderit, parum certè probabilitatis habet hæc oratio, quòd nec Euſebium & Hyeronimum illud opus latuiſse veriſimile est viros in perquirendis veterum scriptis diligentiſsimos: neque hunc scriptorẽ tam incogitantẽ & negligentẽ fuiſse, vt omnis decori oblitus, ea Egeſippi nomine scripſiſſet, quæ ille nomine omnium ob longiſsimum temporis interuallũ conueniunt. Quiſquis vero tandem is fuerit, non adeo referre puto, aut de hoc ſolicitè inquirendum, & anxiè diſputandum, cùm de scripti veritate, operis dignitate, fructuque satis conſtet.

EX TRITTHEMIO DE SRIPT. ECCLES.

Egeſippus natione Iudæus, ad fidem Christi conuerſus, doctrina & sanctitate in Eccleſia Dei admirabilis effulſit, cuius festum cum ceteris sanctis in martirologio locum obtinuit. Scripſit nonnulla excellentis ingenii opuſcula, de quibus ego tantum (ait idem Trithemius) reperi, à tempore dominicæ paſsionis vſque ad suam ætatem, opus insigne Hiſtoriam Eccleſiaſticorum actuum, lib. v. cuius initium Bello Parthico &c. Aliud operũ eius nullũ vidi, claruit, vicinus Apoſtolicorũ tẽporum sub, Antonino pio, Anno domini 160.

AVTHORIS PROLOGVS. F

QVATVOR libros Regnorum, quos Scriptura complexa eſt ſacra, & iam ipſe ſtylo breui proſecutus vſque ad captiuitatem Iudæorum, murique excidium, & Babylonis triumphos, hiſtoriæ in morem compoſui. Macchabæorum quoque res geſtas propheticus ſermo paucis abſoluit: reliquorum, vſque ad incendium templi, & manubias Titi Cæſaris, relator egregius hiſtorico ſtilo Ioſephus, vtinam tam religioni & veritati attētus, quam rerum indagini & ſermonum ſobrietati. Conſortem ſe enim perfidiæ Iudæorum in ipſo etiam ſermone exhibuit, quem de eorum ſupplicio manifeſtauit, & quorum arma deſeruit, eorum tamen ſacrilegia non dereliquit. Deplorauit flebiliter ærumnam ſed ipſius cauſam ærumnæ non agnouit. Vnde nobis curæ fuit, non ingenij ope fretis, ſed fidei intentione in hiſtoriam iudæorum vltra Scripturæ ſeriem ſacræ paulisper introrſum pergere, vt tanquam in ſpinis roſam quærentes, inter ſæua impiorum facinora, quæ digno impietatis pretio ſoluta ſunt, eruamus aliqua; vel de reuerētia ſacræ legis, vel de ſanctæ religionis conſtitutioniſque miraculo, quæ magis, licet hæredibus, vel in aduerſis oſtentui G *fuerint, vel honori in proſperis. Simul (quod eſt indicium domeſticæ improbitatis) liqueat vniuerſis, quòd ipſi ſibi propriæ cladis autores fuere. Primum, quòd aliâ curantes, Romanos in ſe conuerterint, & ad cognitionem regni ſui inuitauerint, quibus ignorari ſatius fuit. Rogauerunt amicitiam, fidem non ſeruaturi. Pacem violauerunt virtute impares. Poſtremò bellum intulerunt, quibus ſpes omnis in mœnibus, non in viribus erat, cùm ſit maximè omnium miſerabile claudi obſidione. Quæ etiam ſi bene procedit ſepius augere quàm minuere pericula ſolet. At ne quis vacuum fide & ſuperfluum putet nos ſuſcepiſſe negotium: ideo per princeps ductum Hæbreorum genus omne conſideremus, vt liquidò clareat vtrùm à * ſenioribus Iudæ, nuſquam generationis eius ſucceſſio claudicauerit: an verò offenderit in principum ſerie, ſed manſerit in eo, cui repoſita manebant omnia, & ipſe erat ſpes gentium. Hinc ergò ſumam exordium.*

Ioſephus plus indagini rerū & ſermonum ſobrietati, quam religioni & veritati attentus fuit: Niceph. lib. 2. cap. 18.

Iudæi ſibi ipſis cladis authores fuere.

Miſerrimum omnium obſidione claudi.

*Femoribus iuxta illud Gen. 49. Non auferetur &c.

CAPVT I.

BEllo Parthico, quod inter Machabæos duces, gentemque Medorum diuturnum ac frequens variaque victoria fuit, incentiuum principium dedit ſacrilegij dolor, quia rex Antiochus, cui nomen illuſtris, Anthiochi regis * filius, vbi Aegyptum quoque ſuo imperio adiunxit, in ſuperbiam elatus, quod ei incerta bellorum proſperauiſſent, ritus Hebræorum negligi, miniſteria quoque eorum profanari iuſſerat: idque poſtulantibus pleriſque iudeorum, ſtatuere auſus. Quod factum Matathias ſacerdos perpeti nequiuit: nec ſolùm ipſe temperauit à ſacrilegio, regalique edicto non obtemperauit, verum etiam immolātem ſimulachris hoſtias de popularibus ſuis nactus gladio tranſuerberauit. Et congregata manu, atque Aſidæis in ſocietatem aſcitis, ipſe cum filiis ſuis temerantes vſum patrium, & iuſtitias legis alios necauit, pleroſque expulit, bellique ſabbato adoriendi autor fuit ne ſimili arte ipſi quoque deciperentur ſicut iam plerique eorum dum ſabbato bellum ſuſcipere detrectant, irruentibus in ſeſe hoſtibus multi occubuere. Potentiam proſperi actus dederunt, & perſeuerandi in viro vſque ad extremum vitæ ſtudiū defenſionis & pietatis vigor. Sed cùm ſibi ſupremū diem adeſſe intelligeret, vocatis ciuibus atque aſſiſtentibus liberis, hortatus eſt, vt tuerentur patriam, templique religionem, ducemque I his Iudam Machabæum curæ atque ſolicitudinis ſuæ ſucceſſorem reliquit: Qui bello ſtrenuus, cōſilio bonus, ac præ cæteris fide promptus, quam frequenter innumeras hoſtium copias parua manu fuderit, proſequi, non eſt præſentis negotij. Quod tamen breui colligere datur. Sæpè proſperis vſus ſucceſſibus, excitauit in ſe magnam hoſtium multitudinem: qua circumfuſus vndique dum cedere pudori exiſtimabat, refugientibus ſociis in prælium ruit. Cæſiſque quos aduerſus ierat, à latere circumuētus, ſed tamen vltus propriam mortem, occiditur. Huic ſucceſſit Ionathas, non minus virtutis ſimilitudine par, quàm naturæ germanitate: Qui poſt multa in bellicis rebus opera, in rebus ſacris officia, quæ circa templi purificationem ſpectata ac probata ſunt, * pretēta per dolum amicitiæ fide intra vrbem hoſtium clauſus, nec longo pòſt interuallo necatus eſt. Ioannes etiam ſenior natu frater, & Eleazar iunior cæteris pro religione mortem non recuſarunt. Poſt hos rei ſummam Simon recepit, ad quam non rudis, ſed iam probatus fraternæ ſocietatis triumphis appropinquauit. Vtinā & ipſe tam perſpicax ad fraudes cauendas, quàm manu validus, bellandique artibus ſatis ſpectatus. K Etenim cùm virtutis ope Romanorū Ducibus Regibuſque gentiū amicitiam fœderauiſſet, Ptolomæi dolo generi ſui rogatus ad conuiuium, inter menſas & pocula cum duobus filiis, qui aderant, circumuentus, atque exutus armis impiè neci traditur. Sanè præuenit inſidias Ioannes ortus ex Simone, cui nomē Hyrcanus, & properauit ad vicinæ vrbis mœnia, vbi a populo propter egregia patris merita, odio quoque hoſtilis ſceleris, expectabatur. Vix denique vrbē ingreſſus eſt, & iam Ptolomæus aderat. Sed cum per aliam portam ingredi vellet, repulſus, multitudini cedendum exiſtimauit. Aſſumpſit illico Ionathas paterni ſacerdotij munus, & ad cultum rerum diuinarū profectus ſtatim pietatis obſequia curamque ſeruandæ neceſſitudinis exequebatur, matrem cupiens, fratreſque periculo auferre. Congreſſuque ſuperior factus, iuſtæ paſſionis affectu ſuperabatur, quo minus caſtro potiretur, in quo clauſi detinebantur. Nam Ptolomęus vbi ſe vrgeri videbat, matrē eius atque germanos in muris locabat præcipitandos illico, niſi Ionathas bello quod inferebat, deſiſteret. Vin-

cebatur

Sacrilegij dolor belli parthici principium.

** [illegible]*

Qui magnus dictus eſt.

Anthiochus. Hebræorum ritus negligit

Matathias ſacerdos à ſacrilegio temperat. Mach. 1. lib. cap. 2.

Matathias belli ſabbato adoriendi autor fuit.

Iudas Machabæus Matathiæ patri ſucceſſit.

Poſt iudam Ionathas.

**al. prætētata ſignificat trypionem tyrānum prætexiſſe dolo beneuolentiam.*

Simon dolo traditur.

Poſt Simonem Ionathas, qui & Ioannes. Ptolomæus Ionathæ matrem germanoſque muris præcipitabat.

A cebatur iuuenis pietatis metu, qui vincebat fortitudinis aſſumptionem, & iracundiam excitatam in hoſtem, reuocabat ſuorum miſericordia. Mater tamen parata ad tormenta tendebat manus, obſecrans non ſalutis auxilium, ſed vltionis ſolatium. Verebatur enim, ne filius plus matri metueret, quā paternæ vindictæ impenderet. Sibi mortem illam loco immortalitatis futuram, qua maritus vindicaretur, & gener impius pro ſcelere immani pœnam exolueret. Sed iuuenis plus intra ſeipſum, quā in hoſtem præliabatur. Nam quoties patrem cogitabat, accendebatur. Rurſum cùm matrem verberari atque ad necem aptari videret, moliebatur: reuocabat impetum, referebat gradum, quia retrahebat paſſio inter obſidionis moras, feriatus ex lege, ſuperuenit annus, qui erat ſeptimus. Ceſſit pietas religioni, ſoluta obſidio eſt: ſed eo magis Ptolemæi excitata immanitas, vt quorum obiectu pœnam euaſerat, eos iugulari iuberet, qui continuo ſe vltioni exemit, ad Zenonem, cui nomen Cotilæ Philadelphiæ regem confugiens, vt eius ope ſeſe tueretur. * Nec Antiochus quieuit, qui Simoni patri Ionathæ ludibrio ſuos fuiſſe exercitus indignabatur: Cupienſque adhuc aſſurgentes Ionathæ primitias extinguere, cum magna veniens manu Hieroſolyman, Hyrcanum obſedit. Repulit B Hyrcanus auro, quem ferro nequibat; reſeratoque (vt Ioſephus autor eſt) Dauid ſepulchro, * tria millia auri talenta eruit: Ex quibus trecenta annumerauit Antiocho, vt obſidionem relinqueret, vt pretio emptus abiret. Atque vt facti inuidiam leuaret, fertur ea pecunia Hyrcanus inſtituiſſe primus xenodochia; quibus aduentum ſuſciperet pauperum peregrinorum. Aucupatus etiam Antiochi neceſſitatem, qua Medis bellum inferebat, vultus diſpēdium eſt: plurimaſque vrbes Syriæ ſibi adiunxit: Samariam quoque, vbi poſteà Sebaſtia condita eſt, circundedit munitionibus, cuius expugnationem Ariſtobulo & Antigono filiis ſuis mandauit. Quorum obſidio lenta vſque ad diram famem, & tetra alimenta humanorum cadauerum clauſos coëgit. Qua impulſi neceſſitate, opem ab Antiocho (cui nomē Aſpondius petendam arbitrati, ferentem adiumētā ærūnæ ſocietati implicauere. Victus enim à fratribus prælio, fuga ſeſe eripuit nece. Samaritani autem repetita obſidione, captaque & euerſa vrbe, ſeruitio dati. Quo rerum ſecundarum proceſſu excitati Ariſtobulus atque Antigonus, impetum non refrigerabant, ſed adiungere ſibi finitimos bello coactos haud quaquam diſſimulandum arbitrabantur, donec inuidia oborta, bellum immane exarſit, con- C ſpirantibus locorum incolis, & coacta valida manu. Quæ tamen victa profundam in reliquum trāquillitatem Iohanni exhibuit, & ſibi otium. Hyrcanus trigeſimo & primo anno longæ quietis gratia functus, diem clauſit extremum, quinque liberis ſuperſtitibus, quod à pleriſque beatitudini datur: moderator egregius, & pulchrè ſobrius, qui nihil vnquam * vel fortuitis euentibus dereliquerit; in quo actus eius obfuſcaretur: vxori ſummæ rei commiſit negotia, ipſam conſultiùs ratus rebuſpublicis moderaturam, filios præſcientia quadam animi tenens non diuturnos fore, nec cum fefellit opinio.

** Cognomine ſoteres.*

Anthiochus Hircanum obſidet.

Iohannes qui & Hyrcanus ſepulchrū Dauid diſrupit, 3000 talēta & coronatorum decies octies centena millia.

Hyrcanus primus xenodochia inſtituit

**al. cognominatur Cyzicenus frater autem fuit Antiochi griphi, quorū pater Demetrius Nicanor*

**Id eſt fortuna nihil vnquam permiſit iuxta illud cic. in parad. ſapiens ſuæ faber eſt fortunæ.*

SIQVIDEM Ariſtobulus, cui inter fratres ætas * prouectior, mens promptior, principatum ſacerdotij ad regni potentiam vertit, & diadema primus imponere ſibi vſurpauit: poſt quadringentos ſeptuagintaquinque annos, triumque curricula menſium, ex quo de Babylone remeans Iſraël ſeruitio exutus, in ſuam terram ſeſe recepit. Superbe itaque nec partem ponere cæteris contentus fratribus ſolum Antigonum honoris ſpecie quem videbatur diligere, mulcebat: Matrem (quia poteſtatis exortem, & iudicio viri fraudatam ſe expoſtulauerat) alligauit vinculis, & vſque eò proceſſit imma- D nitatis parricidali ſpiritu ferox, vt & ipſam, & fratres ſuos ſimili modo vinctos arcta cuſtodia detineret, quò prope vſque ad mortem ſuprema fame compellerentur, ni maturiùs Ariſtobulus ſceleſti parricidij merita ſoluiſſet: ac primum in ipſum Antigonum ferus animus exaſperatur, & de amore in odia conuertitur, vt eum ante omnes necaret, quem ſolum ſibi conſortem imperij pollicebatur, adeò apud improbos affectus vilis, vt citò prauis ſuggeſtionibus extorqueatur.

CAP. I. *Ariſtobul. primus diadema vſurpauit. Ioſeph li. 1 cap. 3. De bel. Iud. 481. annos & tres mēſes numerat.*

DIGNVM igitur vt crudelitatis eius ſeriem nō prætereamus, quò iudicium Iohannis etiā poſt mortem probetur, qui ſummam publicæ rei ſeniori committendam filio haud quaquàm exiſtimauit, quem tanto declinaturum furore à pietatis lege & norma iuſtitiæ preuidebat. Haud ſcio, morum ne eius contuitu, an inſita gratia ſacerdotum principibus, vt his aliqua, quæ futura erant, etiam minus dignis infunderentur. Facinus miſerabile fuiſſe, qui fratribus inuiderent amorem naturæ, inde mali prima oborta eſt labes, inuidiæ commenta conſecuta huiuſmodi ſunt.

CAP. II. *Ioannes ſummam Reip. ſeniori filio cō mitti noluit. Scelus eſt odiſſe fratrem.*

COMPOSVERANT Primo alia, quibus fidem Ariſtobulus non detulit, & obtrectationē mol- E liuit charitatis gratia, inuidiæ tribuens delationis amaritudinem. Ideo falſa veris admiſcuere, vt ex his, quæ ad ſpeciem veri aſſumpſerant, renitentem circumuenirent.

CAP. III.

SCENOPHEGIA Iudeorum interim in terris ex lege celebrabantur, dies videlicet feſtus & plenus reuerentiæ, quo ſacrificium ſolenne deferebatur. Eo die clarus militiæ geſtis Antigonus domum reuertitur, & accidit, vt fratrem adueniens inæqualem offenderet, ilicò ad templum, ecquid enim præferret religioni? vt erat ſuccinctus ornatu bellico, & circunfuſus comitatu pari tendit: multus ibi pro fratris ſalute Domini precator, & inde ad fratrem ſedulus properat. Hinc calumnia componitur ex acerbo felle, & acerbiore paratur exitu.

CAP. IIII. *Scenophegia quæ ſint. Antigonus apud Ariſtobulū fratrem falſo defertur*

CONTINVO enim Regem adeūt improbiſſimi homines, & inuidiam excitant, quòd pompam armatorum celebrationem, quàm priuatis mos eſt, direxerit, oſtentui vulgò futuram, ne quis conatibus eius obuiare auderet. Tanto apparatu non aliud niſi necem Regis, & vſurpandi imperij po-

CAP. V

Hypogeum, cellam subterraneam interpretatur Gelenius ruffinus in bello Iud. obscurũ transitum.
**dilori carẽt rectius legitur quo verbo vtitur Cicero atque adeo author ipse cap. 25. eiusdẽ libri & eod. lib. 4.*
**Conserat De essæis plura Iosephus Plinius, & Euseb.*

tentiam affectatam. Haud difficile æger animus inualido fessus corpore impulsus est, vt credibile F duceret, quod pro verò asserebatur: maximè cum dies sacratus religioni, mendacij suspicionem excluderet, pompa excitaret inuidiam, infirmitas metum adderet armatorumque cohors fidem patrandi sceleris impleret. Itaque prius quàm sibi probaretur tentamentum aliquod flagitij parricidalis, stipatores suos cum armis iubet in hypogeo locari obscuro, qui aduenientẽ Antigonum * dolo necarent, nec expectarent imperium Regis, sed ipsi extinguerent. Sane mandato per nuncios præmisso, vt inermis veniret, eis indicij qualitatem nupta Aristobulo in aduersum mutauit, vt per illos coniuratos sibi insinuari faceret, Antigono fratrem eius delectatum esse armorum decore, quibus proxime accinctus affuerat, sed præ ægritudine intentius non considerasse: nunc petere omnem illũ ornatum bellicum, quem sibi cõposuit, ad fratrem * deferat, gratum hoc regi futurũ, si armatus adesset. Antigonus dolum nõ præuidit, dicto paruit eo studiosius, quo magis placere Regi pariter & fratri desiderabat: decumbebat Aristobulus in castro, cui nomen primo Baris posteà Antonia fuit, videlicet ab Antonio triumuiro donatione & appellatione cũ vrbis dignitate. Eò postquàm Antigonus appropinquauit, atque accessit ad illum obscurum transitum cõspicientes armatum venisse, re- G gij stipatores adorsi repentè iuuenem, præcepto satisfaciunt, atque imprudentem opprimunt. Is locus Stratonis turris appellabatur, quo deceptum vocabulo Iudam, qui erat Essenus genere opinio est frequens: quem siue probitate vitæ suæ, siue mystica obseruatione, sæpè, quæ futura erant, annũciasse historia vetus prodidit.

CAP. VI.

**Ioseph. lib. 1. bel. iud. cap. 3. & hoc ex supputatione Essenorum.*

ISVT accepimus, cũ vidisset Antigonum prætereuntem, vt fratrem reuiseret, dicit ad eos, qui numero discipulorum eius annectebantur: Papæ, nunc mihi bonum est mori quando mihi mortua veritas est, viuit Antigonus, quem necesse est hodie interfici, locus autem eius neci decretus Stratonis turris, qui sexcẽtis hinc stadiis abest: *hora iam diei quarta est. Tẽpore itaque excluditur prædestinatæ mortis fides. Hæc vbi dixit, intentius ipse secum conferre cœpit, quomodo eum fefellisset opinio. Nec multo post indiciũ defertur interfectum esse Antigonum in Hypogeo ad Stratonis turrim, qui locus simili vocabulo æquè vt ille, qui erat in maritimis Cæsareæ, nuncupari solebat. Quo facinore patrato, Aristobulus secũ ipse reputans, quid sceleris admiserit, in morbũ ipse incidit. Erat in oculis parricidium, perturbatio in animo, nec alibi vllum interuallum dissimulationi dabat. Desi- H gebatur in imis visceribus dolor inuidia in miserationem versa est, quòd innocentẽ peremisset cõtra ius germanitatis, tanti sceleris immanitas mentẽ exulcerabat: non somnus oculis, non quies animo dabatur. Serpebat cæco vulnus dolore, coquebantur ægra præcordia, ac dure solicitudines sauciabant inualidos artus, & crebro gemitu pulsabant alta nimis suspiria.

CAP. VII.

**conuulsis*
**exhibens.*

ITAQVE immoderata mœstitudine eo prorupit morbi vis, vt * euulsis visceribus, sanguinẽ vomitu oris reiiceret: Quẽ puer aulicus, regiis vsibus * prebẽs ministeriũ, foras extulit, atque imprudẽs facti, quod casu potius quam industria gerebatur, ad eum locũ peruenit, in quo Antigonus fuerat extinctus, illic supra rorantes adhuc fraterni sanguinis maculas, percussoris sanguinem effudit. Clamor subitò factus & gemitus intuentium, eò quòd profunda quadam dispositione domini libatus perẽpto scelestissimi parricidæ sanguis videretur. Sono excitus causam quæsiuit, cũ sileretur, elicuit studio quærendi & metu indignationis. Cuius accepto indicio, suffusos oculos lachrymis, & quantũ erat in eo virtutis, ingemiscens, haud, inquit, rependitur meritis meis congrua vicissitudo. Neque I enim Dei oculũ tam impij machinator sceleris præterire poterã. Matura flagitij vltio subest, & iam digno cõuenior parricidij mei pretio. Vale corpus, quousque animã fratri matrique cõdemnatã detines? Quid per partes eis libo meũ sanguinẽ? in me omnis (si qua est pietas) cõtorqueat manus spiculũ, ac me omnes filij germanique * vltores pietatis gladio trãsfigant. Mactetur hostia parricidalis, atque immoletur violatę necessitudini, totũ simul caro noxia sanguinẽ euomat. Non viscerũ meorũ cruciatibus & lenta tabe dæmoniũ exaturetur, quod me in tã nefarios ausus sæui facinoris impegit. His dictis finem imperij ac vitę dedit. Vix anno functus potestate regia, propter quam parricidium non effugerat.

Antigoni cadauer ad Aristob. fratris sanguinẽ clamorem emittit. Ioseph. lib. 1. bell. Iud. 39. cap. 3.

CAP. VIII.

**cupidiorem. Ioseph. 1. bel. Iud. cap. 3. Antiq. 13. Cap. 19.*
Alexãder rex constituitur.
[illegible] Hebræorum 8000 interempta.

SOLVIT illico mulier, atque exuit vinculis fratres defuncti, Regẽ cõstituit Alexãdrũ, cui & procera ætas, & moderatio suffragari estimabatur. Qui vt regnũ adeptus est, fratrẽ, quẽ aduerterat regni * cõpetitorem, statim interemit. Reliquũ, qui supererat ex fratribus, vitæ ac saluti potius quã regno intẽtum, reseruauit, vacuũ negotiorũ: cõtinuoque (vt se habet inquietudo morũ) bello pacem mutauit. Cõgressuque habito aduersus Lathyrũ Ptolemæũ, plurimos quidẽ hostiũ interfecit, sed ad K Lathyrũ victoria defluxit. Cui tamẽ victoriæ fructũ ademit Cleopatra mater coacta in Aegyptum cõcedere, vt mortẽ sibi imminentẽ euaderet. Eius absẽtiã aucupatus Alexãder, dũ regni eius partes inuadere cupit, etiã Theodorũ in se cõuertit, quoniã potissima quæque de eius possessionibus sibi associauerat. Improuiso itaque impetu Theodorus Regias opes occupauit, X. millia quoque Iudæorũ prælio fudit, sed super plagã nõ fractus Alexãder plura adhuc de hostiũ partibus suo imperio adiũxit, captarũque vrbiũ populos seruitio subegit. Hos bellandi successus domestica seditio interpolauit, & orta de cõuiuiis vsque ad bellũ cõtentio processit. Familiari peste huiusmodi Iudæorũ viris, vt de epulari ludo sese in arma excitent, ac nisi peregrina auxilia Regi prẽstò fuissent, seditio præualuerat. Sed aduẽtitia manu ægrè licet, cõpressa est tamẽ, octo millibus fermè Hebræorũ intereptis, inde in Arabiã iter direxit, ac nõnullæ eius vrbes subactæ: tributa quoque Moabitis & Galaa-

ditis

A ditis iure victoriæ adscripta. Vnde regressus in Amathunta, Theodoro tantis eius successibus stupefacto, vacuum defensoribus castellum inueniens, sine mora expugnauit. Non vsquequaque tamen otiosus Obedias Rex Arabũ fuit, nec inulta diu regni sui passus dispendia. Nam insidiis oportunè locatis omnẽ exercitũ eius deleuit, conclusum vallis profundo, & multo camelorũ agmine attritũ. Euasit tamen Alexander, & fugiens de prælio, Hierosolymitanæ vrbis receptacula petit, inuisus suis quoniã recruduerãt odia ærũnæ eius occasione, quia tãtæ potentiæ metu præmebãtur. Nec silentio tegebatur animorum discordia, * aut verbis tãtummodò exercebatur, prelio non vno, sed plurimis decertatum. Quibus extincta ferè L. Iudæorum millia, quos Alexander interemit, suis, quã hostibus pernitiosior, & maiore victor detrimento, quoniam regni sui vires vincẽdo attriuerat. Vnde nec ipse quidẽ iam suis victoriis delectabatur, auersusque à prælio, arte tractabat sibi subditos, vt iã nõ armis premeret, sed verbis vrgeret, ac solis sermonibus offensionum genera dissolueret. Nihil tamẽ proficiebat ad colligendam sibi gratiam, quoniam fictis facinora præponderabant, atque ipsa repentina conuersio ad pœnitentiam morumque inæqualitas sæua * passis suspecta habebatur.

**al. ante*
**haud.*
Repentina cõuersio suspecta habetur.
**Passim*

CAP. X.

Iudæi Demetrium Regem sibi asciscũt.

B DENIQVE cùm simulata eius placiditate se circũueniri arbitrarentur, Demetrium regem sibi auxilio futurum aduersus Alexandrũ inbellũ excitauerũt. Pugna in manibus, nec comperẽdinata, quãuis vni aduersum duos exercitus numero inferiore certandũ foret. Mille enim comitatus equitibus, & sex millibus peditũ, quos mercede sibi associauerat. X. milia quoque Iudæorũ sibi conspirãtiũ in bellũ accersens iuxta vrbẽ Sichimã occurrit hostibus, quibus tria millia equitũ erãt, & peditũ XL. millia. Tentatoque vtrinque agmine, vbi neque Demetrius pecunia cõductos desciscere à fide vidit, neque Alexãder de Iudæis aliquos, quibus se Demetrius adiũxerat, deposuisse erga se odia cognouit, armis decernendũ existimauerũt. Superior bello Demetrius factus plurimo tamẽ suorũ sanguine. Nãque ab his, qui è diuerso mercede cõducti venerãt, egregie bellatũ, vt ita vsq; ad mortẽ virtute ac fide decertauerint. Destitutũ itaque sese Alexãder vidẽs, cæsis suorũ cateruis, in mõtes concessit. Sed præter vtriusque spẽ ad alterũ eorũ species victoriæ peruenit, fructus alteri partus, quia & Demetrius nudatus est discessu Hebræorũ, qui eundẽ ad societatẽ rogauerãt, & Alexandro ex ipsis VI. milia sese adiũxerãt, more quodã humani ingenij adstipulãtibus ad misericordiã rebus aduersis.

C Cessit itaque Demetrius ei, quẽ bello vicerat. videns illũ affluẽtibus paulatim Hebræis iã pugnæ idoneũ, seseque, cũ paucis relictũ. Cuius victoria libertate assuetis * dãnationis metum mouebat. Redit Alexãdro sæuitia cũ securitate, regnũque in suos, & vsus belli reformatur. Quærẽti ab his quidnam faciens, animos sibi plebis cõciliaret, responsum est, si moreretur. Vix enim * fore cũ mortuo, tã graui perpessi vt in gratiã reuerterentur, vt odia aduersus defunctũ deponerẽt. Quibus excitatus, rebellandique assuetudine, multis necatis reliquos coegit in vrbẽ, cui nomẽ Besemelel. Cuius expugnatio acerbiorem solito pestem inuexit, tam sæuo crudelitatis processu, vt ex eo numero octingentos in media ciuitate crucifigeret. Quorum in conspectu coniuges eorum filiosque iugulari præcepit.

**domenationis.*
**forti melius Missẽlim Ioseph. bel. iud. li. 1. cap. 3.*

CAP. XI.

HÆC spectabat accũbens in medio concubinarũ, lætus inter escas & pocula sed magis sanguine quàm vino inebriatus, hoc solo facto amplius populũ quã bello deterruit: ita vt proxima nocte Iudæorũ VIII. millia vltra Iudeã discederẽt, quibus fugę finis mors Alexãdri foret: tãtique horror mali quietẽ regno attulit. Sed vbi à domesticis feriatũ præliis exorta est ei causa inquietudinis, Anthiochi aduersum Arabes expeditio, quã sibi terribilẽ & periculo futuri arbitrabãtur. Hic est antiochus, D qui etiã Dyonysius appellatur, Demetrij frater à Seleuco vltimus, cui transitũ negare cupiens Alexãder, inter vrbẽ Antripatridẽ & Ioppes littora foueis ingẽtibus ductis, muroque altissimo, turribus quoque è ligno impositis, clusit operã magno suorũ labore, nullo hostis impedimento. Siquidẽ negotio facili replete foueę, turresque exustæ, ipse quoque Alexãder fuga sibi consuluit, eò tutior, quia nequaquã tãti * existimatus, vt cũ victor * Principis loco persequi deberet, Nam secundis partibus reseruatũ, vt itineris obstructi iniuriam acceptã vlcisceretur. Rectũ autẽ in Arabas iter direxit, quorum Rex in loca prelio opportuna sese contulerat. Deindè subito conuerso equitatu, maxima vi ac multitudine effusas, ac sine ordine ruentes hostium turmas inuasere. Certatum acriter, quo ad Antiochus restitit (renitebatur enim) quanuis exercitus eius quasi more pecorum obtruncaretur. Vbi verò & ipse cecidit (nam præ cæteris sese offerre solebat periculis) auersi omnes, quorum maxima pars incerto fugæ dispersa extinguitur reliquis in vicum, cui Annana nomen, coactis, atque alimentorum inopia consumptis: vix paucissimi ex his tantæ cladi superfuere.

Alexander fugę sibi consulit.
**al. estimatus*
**al. principe*
42.
Antiochus occiditur.

CAP. XII.

Aretas. Ioseph. lib. 1. bel. Iud. cap. 4.
**Gamellam*
In rati. n. tẽporum variat Ioseph. lib. 1. cap. 4. bel Iud.

E HOC successu Aretas etiã à Damascenis ad regnandũ expetitus, vt Cœles, Syrięque imperitaret, quo Ptolemæũ excluderẽt, quẽ maximè infestis odiis persequebãtur, nec Iudęã immunẽ reliquit incursionis, de qua victor, licet superato Alexãdro, secundũ vtriusque tamẽ partis conuẽtum discessit, ac reuertitur in sua, Alexander autem Pellã euertit, & Gerassem petiit iterũ de Theodori possessionibus aliquas sibi adiũgere parãs eãque sibi bello vendicauit. Inde in Syriã progressus, Gaulanẽ & Seleuciã & * Gamalã euertit vltus superioris belli contumeliã, ipsas quoque Antiochi munitiones diruit. Quibus ex locis iterim Iudæã cõuertit, ac præter spẽ cũ gaudio totius gẽtis suscipitur pro mirabili sucessu rerũ gestarũ: vbi parta bellãdi quies exordiũ tribuit ægritudinis, atque aliquantulũ quartanis febriũ vicibus affectus, leuato paulisper incõmodo, dũ negotia repetit militaria, nec modũ seruat, animo validior quàm corpore, cõminuit omnẽ suæ vigorẽ salutis viresque absumpsit, atque ita mortuus est. viginti itaque & sex annis vario rerũ euẽtu aduersũ innumeros bellorũ tumultus regnũ tenuit, & duobus liberis superstitibus, decessit, quos impares regni existimans gubernaculo, summã

rem vxoris propriæ delegauit ſolicitudini, quoniam eam acceptiorem populo cognouit, atque F
ob hoc apud vniuerſos inueniſſe gratiam, quòd etiam ipſa ab immanitate viri ſemper alienam ſeſe faciendam exiſtimauerit, vt non ſolum refugeret flagitiorũ conſortia, ſed etiã reſiſtẽdo eius iniquitatibus, totius in ſe plebis beneuolentiam cõuerteret. Nec improuida viri ſentẽtia fuit; nã regnãdi ius mulier inoffenſè exercuit, ſine vllo fœminei ſexus impedimento, & acquiſiuit moderandi gratiã ſacræ legis obſeruatione. Nã dũ attentior circa tẽplum cura exerceretur, & dimiſſa miniſteria fraudis ſuccreuit imperij vigor, nec tamẽ affectu infracta materno regni cupido. Siquidẽ ex duobus liberis electus vnus ad* ſpẽ regnãdi nõ poteſtatẽ, Hyrcanus vocabulo natu ſenior, ingenio remiſſior, Ariſtobulũ verò acriorẽ animo expertẽ poteſtatis, emolliebat priuati humilitate. Aſſuerunt ſe Phariſæi mulieri, genus hominũ ſecundũ legis doctrinã exercitatũ ſecũdũ qualitatẽ affectus callidũ, auidũ negotiorũ, pecuniæ appetẽs qui captãtes elatã mulierculã, ſecundũ ſcientiã iuris diuini extollendo ſuã fecere, vt pleraque etiã regni negotia ipſis cõmitteret, adhiberẽt, quos vellẽt: quos vellẽt excluderẽt atque aulico exuerẽt miniſterio. Quid plura? ita ſeſe inſinuauere, vt cõmodorum omniũ fructus ad
eos peruenirent: ſumptus & moleſtiæ mulierẽ ſolam afficiebant. Nec mediocris mulieri ſpiritus, vt G
maxima quæque auderet, atque ſupra fœminei ſexus conditionẽ prælia diſponeret. Siquidẽ & præſtantiſſimã de ſuis manũ parauit, & peregrini exercitus copias coegit ingentes, vt nõ ſolũ domi tuta ad omnẽ regnãdi ſecuritatẽ foret, verũ etiã exteris potentibus eſſet formidabilis. Ea tamen reliquis preſtabat omnibus, ſed Phariſeis quaſi inferior obtẽperabat. Erat diogenes in regno eius, qui de potentiſſimis Alexandri amicis familiaritati eius inhæſerat. eũ adorſi obtruncauere, memorãtes ipſius cõſilio octingẽtos illos in medio vrbis ab Alexandro cruci ſuffixos, in cæteros quoque facinoris autores* quoſque, vt pergeret, vltio mandatũ. Necabãtur itaque, quos Phariſæi præcipiebãt, nõ quos ſocietas ſceleris inuoluerat. Quo metu perterriti plerique, quibus huiuſmodi pericula intendebantur, & maximè preſtantiores opibus aut dignitatibus, ab Ariſtobulo interceſſionem implorauere, vt matrem ab executione præcepti ſeuerioris, ad meliora inflecteret: Ille ſibi gratiam parare cupiens, non detrectauit. Mulier ægrè licet, oranti tamen filio conceſſit, vt contuitu honorũ, quos geſſerant, qui in huiuſmodi inuidiam arceſſebantur, ſupremæ necis ſententia mitigaretur, atque eos tantum,
quos obnoxios ſuſpectaret, & * patrandi flagitij incentores fuiſſe vrbe egredi iuberet Qui accepta H
vitæ ſecuritate, per agros dilapſi ſunt.

*Alexandra Regnum ſapienter adminiſtrat. Hæc Oratione Gregorij martyris ab inferis reuocatur Nicep. lib. 7. cap. 15. *ſpeciem vt ap. 42. Niceph. lib. 1 cap. 6.*

Vacat hæc dictio in M.S.

** patrati*

CAP. XIII.

EODEM tẽpore cauſa accidit, vt Damaſcũ iuuentus dirigeretur, quoniã Ptolemæus frequẽtibus incurſionibus incolas memoratæ vrbis terrebat, cuius negotij neceſſitas occupauit de exercitu Alexãdriç validã manũ. Cleopatrã quoque Tigranes, qui Armeniis imperitabat in vrbe, cui nomẽ Ptolemais, obſidione clauſerat, quẽ muneribus Alexãdra mulcebat, vt à ſe auerteretur. Quem Lucullus facta irruptione in terras armeniorũ infectis rebus redire coegit, cõſultius ducentẽ ſua tutari, quam aliena adiungere. Tãtis itaque negotiis intẽta Alexandra, in morbũ incidit. Quam occaſionẽ rapuit Ariſtobulus ad ſuas artes, & cõgregata manu cõſpirantibus ſecũ, quos feruor naturæ prærupta quæque audendũ cupiẽti adiũxerat, theſauros occupat, eorũque copiis inuitauit ad militiã voluntarios, ac pretio cõponit, vt in omnia quæ vellet fidẽ præſtarent, atque infulas Regis induit. Turbatus animo Hyrcanus, matrẽ lachrymis cõueniebat. At illa ſpirãs ferocia, filios & vxorẽ Ariſtobuli in caſtrũ recluſit, cui nomẽ primo Baris, poſteà Antonia appellatũ, de quo ſuprà memorauimus. Cœpta Ale-
xãdræ celeri eius obitu deſtituũtur. In hæreditatẽ omnẽ Hyrcanus ſucceſſit, qui viuẽte adhuc matre I
dignitatẽ induerat ſacerdotij. Ariſtobulus virtute & ſapientia preſtabat, res vſque ad cõtentionem atque congreſſionẽ deducta: vbi conſertũ, plerique relicto Hyrcano, illũ alterũ bello meliorem ſecuti. Hyrcanus comitãtibus ſecũ, qui bello reliqui fuerant, confugit in Antoniã, repertiſque filiis & vxore Ariſtobuli, per obſides ſalutem inuenit, quia ne quid aſperum in ſuos fieret, Ariſtobulus pacto conſuluit:* Conuentũ fratrum huiuſmodi fuit vt regno Hyrcanus cederet, atque ad Ariſtobuli ius omne imperij trãſiret, nec tamẽ Hyrcanum inhonorum relinqueret, ſed regni exortem honore alio fungi ſineret, quem ipſe impartiuiſſet. Tranſactio huiuſmodi etiã religione templi ſacratã aſſenſionem vtriuſque tenuit voluntariam, inde cum gratia diſceſſum eſt, ac ſe inuicem ſalutantes, Ariſtobulus in aulam Regiam ſeſe recepit, Hyrcanus æquanimiter in domum Ariſtobuli conceſſit.

** Vet. cod. Conuentus*

CAP. XIIII

SED fuere, quos metus ac rerũ mutatio inceſſerat, qui ſe ſtuduiſſe aduerſus Ariſtobulũ recordarẽtur, & præ cæteris Antipater, is erat Idumæus genere,* moribus apud ſuos clarus, nõ tenuis pecu-
niæ, & ideò præualidæ potẽtiæ, arte mira factus, ad contẽnendã pecuniã propter cõciliandã gratiã. K
Qui Hyrcanũ cõſiliis ſuis perterritũ, quod nullã ſalutis ſuæ ſpẽ tutã haberet, qui imperio deceſſiſſet niſi trãsfugio ſibi cõſuleret vbi ad ſuas artes inclinauit, inſinuat Aretæ Regi, fouendũ auxilio virum, qui cicũuẽtus foret, vt regno cederet, decorũ hoc fore Regi, ſi arbiter fieret imperij reſtituẽdi, multoque pulchrius, ſi circũſcripto, cui primitiua regni cõpeterent, dolo ſublata reformari iuberet, illũ verſutũ & callidũ, & ideò ſuſpectũ vicinis: hũc mitẽ & quietũ, qui pro ſummo beneficio acciperet, quicquid ſibi ab externo tribueretur, cui frater etiã regnãdi ius ademiſſet. Præparatã itaque ARETÆ Regis gratiã Hyrcano annuntiãs, fugiẽdi ſpẽ detulit, & viã demõſtrauit, vt ſecũ peteret Petrã, in finibus Arabiæ ſitã, quo in loco Regẽ adirẽt, qui precibus Antipatri doniſque inflexus, plurimam bellatorũ manũ Hyrcano adiũxit, vt regno reſtitueretur. Erãt ferè peditum equitũque quinquaginta millia, à quibus prima pulſus cõgreſſione, Ariſtobulus Hyeroſolymã cõfugit, ibique intutus aduerſus tantã hoſtiũ multitudinẽ, quæ clauſum expugnauiſſet, niſi Scaurus ductor Romani exercitus al-

** Maioribus Antipater*

Scaurus miſſus à pompeio obſidionem ſoluit

terius

A terius belli occaſione, quod aduerſus Tigranem gerebatur, ſoluiſſet obſidionẽ, miſſus ã Põpeio, cui recepti Mithridatis vltio grauis, bellique in ſocerum transferendi propoſitũ exarſit qua cauſa Syriã infeſtari per Scaurũ præceperat, quũ ipſe tigramẽ atque Armeniã vrgeret. Scauro itaque adueniẽti Damaſcũ, quã Metellus & Lollius funditus euerterant, occurrere fratrũ legati, ſibi quique Romanç opis auxiliũ implorãtes, & quãuis inferioribus eſſet viribus Ariſtobulus, præponderauit tamẽ pecuniæ oblatione. Vẽditur ſumma prçlialis certaminis talentis trecẽtis, & iuſtitia poſtulati pretio penſatur. Qua pecunia ſibi annumerata, denũciat Scaurus Hyrcano, Regique Arabiæ diſcedere ab obſidione, aut ſi permanerent, ſcirent ſibi aduerſum Pompeium & Romanos bello certãdum. Eo terrore obſidio ſoluta, Aretas Philadelphia petit, Scaurus Damaſcum reuertitur. Ariſtobulus autẽ vix dum idoneus propulſando periculum manum colligit, hoſtem inſequitur, & ad Paparionem (id vocabulum loco) ſex millia hoſtium, ſimul & fratrem Antipatri* fallionem prælio fudit, Hyrcani atque Antipatri ſpes lapſa eſt, quibus fiducia omnis in arabiæ viribus erat.

**hoc eſt monetæ noſtræ 180. M. coron.*

Papyronẽ vt & Ioſeph. cap. 5. lib. 1. de bel.

CAP. XV.

SED vbi Magnus Põpeius adire Syriã cœpit, & Damaſcũ aduenit, à Romanis, quorum auxiliis in
B fracti, de manibus victoriã amiſere, opem poſtulant: Põpeiumque adeũt, tanquã iuſti arbitrũ, & minimè auarũ pecuniæ, allegationibus itaque nõ muneribus (vt antè) niti cœpere: quoniã integer animus aduerſus corruptelã pecuniæ, laqueis auaritiæ nõ capiebatur, & gratuito odiſſe poterat fraterno inſidiatũ honori: & ideo his cũ adorſi querelis, quibus & ariſtobulo fieret inuidia, quòd indignus aliena inuaſerit, & Hyrcano cõciliaretur gratia, cui vel merito vitæ, vel ætatis ſuffragio regnandi ius competeret, aſtipulante præſertim matris autoritate, quæ & iudicium eligendi habuit, & ius conferẽdi. Nec Ariſtobulus diù abfuit, quãuis nihil in magno pectore, quod ſuis artibus cõduceret, intueretur: Præſumebat tamẽ de Scauri redẽptione, ſeſeque eius iactabat ſocietate. Venit itaque Regio ornatu præditus, & prope maiore, quã ſolebat ſtipatus ambitu, vt qui de iuſtitia diffideret, ad quieſcendi præiudiciũ excluderet ſpẽ obediẽdi negaret: ſed diutius tolerare Rõ. Cõſulis ſublimitatẽ nequiuit, cui moris erat* regni exorti Regibus imperitare. Itaque vbi ad vrbẽ ventũ eſt, cui nomẽ Dio polis, aliò conceſſit, Rõ. dignitatis ſuperciliũ dedignatus regni tumore. Qua ſeceſſione Ariſtobuli, eſt nõ mediocris datus offenſioni locus, vſque adeo cõmoto Cõſule, vt ſtatim arma Rõ. in Iudæam
C conuerterẽtur. Coniũctis Syrię etiã pleriſque auxiliaribus, quẽ vbi cõperit Ariſtobulus ad vrbẽ Scythopolim atque inde Coreas appropinquare, vnde erat Iudeç exordiũ poſſeſſionis, confugit in Alexãdriũ caſtrũ munitũ admodũ, & in mõte altiſſimo ſitũ. Quo cognito, iubet eũ Põpeius deſcẽdere: at ille tanquã hærili præcepto obedire indecorũ exiſtimãs. periculũ potius ſubeundũ, quã obtẽperãdũ imperio animi immodicus arbitrabatur. Sed referta populis Romana caſtra deſuper ſpectans ſimul à ſuis monitus, nõ laceſſendos, quorũ in nomẽ ac poteſtatẽ totus propè orbis terrarũ cõceſſerat deſcẽdit, pluribuſque vſus, quibus regnũ ſibi iure delatũ aſtruere contenderat, vel generis debitũ neceſſitudine, vel exercitus iudicio, qui ſecutus ſit validiorẽ deſeruẽrit ignauũ: vel euẽtu prçlij, vel pacti conuẽtione ad munitionẽ reuertitur: rurſus cũ Hyrcanus conſulẽ adiiſſet, vocatus ad iudiciũ Ariſtobulus, ſeſe repreſentauit: Sed cũ adhuc cõperẽdinari cognitionẽ videret, in caſtellũ regreſſus eſt. Medius enim inter ſpẽ & timorẽ putabat, quòd imperiis eius obediẽdo ad ſui gratiã Pompeiũ inflecteret. Sed ne vi adigeretur iterũ imperio cedere, in Alexãdrium ſeſe recipiebat. Nec præteriit Magnũ Regis verſutia, iubet eũ diſcedere munitionibus: idque facturũ, datis ad ſingulos cuſtodes muni-
D tionũ literis, ſeſe aſtringeret: iuſſis quidẽ paruit, quæ nõ audebat refellere. Protinus tamẽ Hieroſolymitanis mœnibus ſeſe abdidit, & bellũ aduerſum Romanos parare cœpit. Põpeius quoque fugientẽ inſequi, vrgere clauſum, neque parãdis belli vſibus tẽpus vllum dare, direxit Magni intentionem de Mithridate nũtius, quod morte bellũ finiiſſet, vrbs Hierico in finitimis ſuis põpeium tenebat, cum rei memoratæ indicia venirent: locus prope vrbẽ, in quo balſamum gignitur, virgultiſque innaſcitur, quæ lapidibus incidunt pueri agricolarum, perque eas inciſiones diſtillat humor lachrimis pulchrè rorantibus. Inde vir militiæ vetus compoſitis ordinibus, ad veſperum caſtra mouit, & primo diluculo Hieroſolymitanis mœnibus aſtitit atque improuiſus armatas acies infundit.

**Grecè ἀχληρει idem de Rom. repetit. cap. 19.*

vel dieſpolis Ioſep. lib. 1. bel. Iud. c. 5.

CAP. XVI.

OBSTVPEFACTVS Ariſtobulus diſpoſitionis ſpecie, virorũ robore, militũ alacritate, ſpõtè occurrit, veniã precatur, pecuniã, vrbẽ, ſeque offerens. Verbiſque in mollibus ſuppliciter inflexis mitigauerat indignationẽ Cõſulis: ſed irrita precatione, quia effectus deerat promiſſionis, nõ ſolũ negatis pecuniis, ſed etiã vrbe excluſo Gabinio, qui oblatã petitũ venerat, bellum incubuit. Namque Ma-
E gnus adhibitis cuſtodibus Ariſtobulo, vrbis mœnia ſpeculari cœpit, atque explorare diligẽtius, quibus in locis tẽtaret irruptionẽ, Sed quũ & valida murorũ circũſpectaret, quod expugnari nequirẽt, & tẽplum in vrbe haud inferioribus circundatũ munitionibus, & vt geminũ eſſet ingreſſus periculũ & à defenſoribus tẽpli, & ab his, qui murorũ propugnacula tuerẽtur, hæſit animo dubius, ſentẽtiæque incertus per aliquantulũ tẽporis, cũ ſubito intra vrbẽ orta ſeditio volẽtibus Hyrcani ſociis vrbe recipere Põpeium, renitẽtibus Ariſtobuli propugnatoribus, illi portas aperire Magno, iſti obſerare,* bellũque inferre, ne Regẽ eriperent. Sed pluribus, quos terror potẽtiæ Romanæ auxerat: ceſſere inferiores, atque in tẽplũ ſeſe recepere ſoluto ponte, qui tranſitu peruio vrbem ac tẽplum medius cõiunxerat. Receptus itaque in vrbem eſt exercitus Romanus, & ſuis manibus Iudæi aperuere portas, nõ multo poſt vrbis ac tẽpli expugnatoribus futuris. Completũque eſt illud Dauidicũ: Deus venerũt gẽtes in hæreditatẽ tuã, polluerũt tẽplum ſanctum tuũ. Spõte itaque tradidere regalia ſua, ceſſere aulicis: Piſoni claro inter ſuos viro, & militiæ ſtipẽdiis exercitato, id negotij cõmiſſum eſt, vt

Ariſtobul. obſtupefactus nihil nõ offert ſed pauca præſtat.

hunc locum luſtrat Ioſeph. lib. 14. Antiq. cap. 8.

Piſoni aula Regia cæteraque vrbis cõmiſſa ſunt.

manu valida aulā Regiā,ceteraq; vrbis tuēda existimaret.Quod ab eo solicitè curatū, quasi ad ea defendēda potius, quā occupāda Romanū exercitū ductauerit. Ad tēpli autē irruptionē, quoniā pertinaciter resistebatur, Iudęos Magnus parauit socios videlicet Hyrcani, vt si fieri posset, aliena Romani misteria nō profanarēt: simul vt suis manibus Iudæi fossas replerēt, impio ministerio & turpi obsequio seruierūt manus eorū in cophino, mentes in sacrilegio: sed nihil proficiebat cōgestio, cū reniterētur è muris Aristobuli fautores,& desuper afferrent impedimentū, irritaque Pōpeio fuissent exordia, nisi* incurrētibus sacris religionis diebus, quibus ab omni vacare opere Iudæos vetus obseruatio foret, imminere suos aggerēdis terrarū tumulis imperauisset: sola enim cōserendæ manus vsurpatione in cōsuetudinē versa, etiā sabbato, si tamē inferatur prçliū,& salute extremū petatur periculū, decernēdū sibi ferro Iudęi existimāt: reliqua certamina religioni ducūt. Iā vallū excreuerat, iā machinæ admotæ, repugnabāt Regij murorū altitudine ferociores, nec intermixti præliis propiore Magni accessu inclinabātur. Stupebat Pōpeius acres virorū animos, muri decorē ac magnitudinē, & nusquā remissa officia sacerdotū in medio belli furore: tāquam profunda pax esset nihil deerat sacrificiorū solēnitati, imbellatorū inter iacula mortesque cæsorū fundebatur sanguis hostiarū. Victima altaribus imponebatur, ante arā positi feriebātur. Tertius iā mensis anceps adhuc certamē *tenebat Primꝰ Silla ortꝰ Cornelio, Faustꝰ,& duo Cēturiones, quorū vni nomē Furio, alteri erat, Fabiꝰ, deiecta *terra murorū, tēplū irrupere, singulis sequētibus sese cateruis,& circūdantes vndique tēpli interiora, quoscūque repererāt, gladiis *trāsuerberabant, cædebātur fugientes, repugnātes alij obtruncabātur. Nullus parcēdi modus nec tamē ea sæuitia bellātiū, obsequia vatū impedita. Nudatis gladiis imminebat hostis, illi tamē sine vlla perturbatione soliti vicē muneris exequebātur. Nullū intermissum est officij genus. Quicquid ad purificationis solēnitatē, quicquid ad cultus sacri obseruātiā spectare poterat, impletū est. (Tāta erat cura ministerij) atq; vtinā pro veritate deuotionis & fidei fuisset: maiora quoq; à suis orta pericula,*quā sibi ab Hębreis inuicē inferebātur atque intus pugna vehemētior,& à seditiosis propius & anceps periculū: à frōte externus hostis, à tergo lateribusq; domesticus.

*intercurrentibus.
*habebat
*turre
*transfigebant.
al. quæ sibi

Cap. XVII.
Infulati Sacerdotes inter hostias trucidantur Iosephus lib. 1. c. 5. bel. Iud. Pompeius inspexit tabernaculū Iudæorum. Tacit. l. 21.

ITAQVE cōclusi vndique, alij se præcipitabāt, alij patriæ incēdiis exurebātur. Sacerdotes tamen vsq; ad vltimū in suo munere perseuerabāt, hortātes se inuicē, ne in posterioribus ponerēt officiū religionis quā salutis prçsidiū rectè secū agi, si pietati impēderēt, quod deberetur necessitati, pulcherrimūque, si in patrię sinu sepeliri liceret. Quid autē iuuaret euadere,& superstitē viuere religioni? prçclarū potiùs opus muneri cōmori pio. Quod si quis periculi metu deserat, sacrilegium est: si quis impleat, sacrificium & piæ passionis victoria. Infulati itaque sacerdotes inter suas hostias immolabantur, & amicti sacerdotalibus stolis inter cadauera cæsorū humi iacebāt. Fusa illic Iudæorum XII. millia, Romanorū pauci extincti, plures vulnerati sunt. Nihil tamē grauius in illa miseria ingemuerūt Iudęi quā quod illa abscōdita antè sanctificationū mysteria retecta gētibus, ac manifestata sunt: Denique Pōpeius curarū istiusmodi declinans superflua dū triūpho potius ambusta ambiret, sequentibus sese suorū plurimis vidit tabernaculū, secūdū quod soli principi Sacerdotū solēni accessu patebat, atque intus inspexit lucernā, & mēsam,& * thimiamata, & tabulas testamenti, superque eas Cherubim,& multitudinē aromatū dispersam,& sacræ pecunię talēta duo millia, in quibus quū plurimū auri esset, integer tamē ab omni cupiditate vel ipsa, vel si qua sacrorū vasorū inuēta sunt, intacta seruari præcepit:& sequenti post excidiū die * Theocorus iussit mūdari tēpli interiora, ac celebrari assueta sacrificia. Hyrcano quoque principatū sacerdotij dedit prōpta eius opera vsus in obsidionis necessitate: nā etsi insidus suis, Romanis tamē fidelis, vt sua patria expugnaretur. Sed puto neminē dici fidelē posse, qui suis fuerit inuidus. Nō perfunctoriè itaque in ipso prçlio iuuit hostes suorū, vel quòd extramurani populi multitudinē annitētē Aristobulo retraxit ab eius societate: ad omnia tamē quibus vel præueniēdi Aristobuli, ducēdique eius autoritate, vel cōficiendo celeriter bello Pōpeius egregius imperator fuit. Præclarū hoc addidit, vt in victoria modū teneret: denique benignitate sibi magis, quàm terrore, quos vicerat, associauit, autores tantūmodò belli securi percussit. Tributū quoque victis imposuit, statuit Ducē, Iudeæ fines determinauit. Suis ergò finibus circūscripta Iudæa est: reformauit etiam Gadaram, quam Iudæi euerterant, rogatus à Demetrio, qui patriæ suæ huiusmodi gratiā à patrono poposcerat:& in hac causa & in plurimis apud Magnū supra libertorū modū vsque ad inuidiā excellens: Aristobulū autē cū filiis & socero eius captiuos statuit secum Romam deducere: sed vnus ex sobole Regia in itinere elapsus custodibus, domum reuertitur, ei nomen Alexandro, ætas fratre prouectior & sorores duæ. Antigonus autem æuo iunior cum fœminei sexus germanitate ad vrbem deducitur, Pompeiusque Ciliciam, deinde Romam petiit.

**quam ex au... refert Ioseph. Antiq. 14. c. 8*
**al. Thymiamateria, pro vasis scilicet odoriferis & thuribulo. Ioseph. lib. 1. bel. cap. 5. & Antiq. lib. 14 cap. 8. quæ valent nostris duodecies centena coronatorū millia*
**Necoris al. Grecè cum significat qui templum verrit.*

CAP. XVIII
Turris Stratonis postea Cesarea.

AT in Syria Scaurus, qui Ducis officio præerat receptis vrbibus, quas Iudæi inuaserāt in Mediterraneis Scythopoli, Ippone, Pella, Samaria, Iānia, Mirisa, Azoto, Arethusa: maritimis quoque, Gaza, Ioppe, Dora,& ea quæ Stratonis turris olim vocabatur, posteà autē Cæsarea nūcupata sub imperio Herodis, qui & ornatū addidit & nomē mutauit, aduersum Arabas bellū moliebatur, Iudæam inter Euphratē & Aegyptū: Syriam quoque suis reformatam finibus, iudicio coërcens, prædādique cupidine, quod potius reor, quā proferendi imperij gratia summā regni Arabiæ Petram inuadere volēs, difficultate quidem locorum impeditus, irrumpere nequiuit, plura tamen vel propinqua vrbi vel longè posita deuastauit, quibus in locis exercitum eius morantem fames incesserat, ac penè incidisset facinus miserabile nisi per Antipatrum laborantibus Romanis Hyrcanus alymoniam ministrasset. Idemque de consilio Scauri Aretam monuisset soluere bellum pecunia, denique trecētis talentis

Arabs hoste se exuit, Scaurum redemit, hoc regressionis eius pretium fuit, quæ res Hyrcano fidem cum Romanis firmauit societatem, & profunda pace securitatem fouebat, quòd in locis hostilibus exercitui Romano, opera eius ex indigentia graui, frumenti satietas facta, auxiliúmque præsto fuit.

Cap. XIX.
Alexander bellum assumpsit.

SED vbi Alexander è vinculis Magni elapsus, primùm occultè, & per aliquantum tempus manum sibi idoneam congregans, deindè palàm percursare cœpit Iudæam, exagitari Hyrcanus,& rebus suis diffidere: Romanos cura vrgere, ne bellum glisceret: quinetiam murum præparare Hierosolymis constituerat, quem Magnus destruxerat, ac propè aggressus fuerat opus, nisi Gabinius, qui Scauro successit, curatis strenuè cæteris, quibus terrorem sui nominis sparserat, ocurrendum Alexandri tentamentis æstimauisset. Nec Alexander refugiendum arbitratus, sed decernere prælio ausus cum decem millibus peditum, mille & quingentis equitibus etiam castella reparauit: Alexandrium, Hyrcanium, Macheruntam receptaculo sibi (si res poposcisset) futura, vel hostibus impedimento, quoniam & Arabia non satis fida Romanis proxima erat. Gabinius, quo citiùs occurreret, M. Antonium cum parte exercitus præmisit, vt iter hostium impediretur, donec ipse cum toto agmine aduentaret. Antipater cum electis adueniens, & Malichus & Pitholaus diuersis Iudæorū subnixit cateruis, cum Antonio vires iunxêre, quos vbi confertos Alexander vidit (nam iam & Gabinius aderat) flexit consilium, vt retrorsum cederet. Sed cùm iam non longè esset ab Hierosolymis, coactus manum conserere, victus aufugit, necatis fermè tribus milibus suorū, cæteris captis aut dilapsis: vix Alexandro pauci superfuêre, potius ad fugæ societatē, quàm ad rebellandi audaciam. Denique pacem à Gabinio petens, etiam castella, ne quid suspectum haberent, Romanis tradidit. Eo bellò egregiè Antonij virtus emicuit, quàmuis præclarum vbique documentū suæ dederit fortitudinis. Gabinius in quinque cōuentus Iudæū diuisit, vt potestatē minueret, ex qua oriebatur potior rerum insolentia. Hyrcano pro mansuetudine ingenij eius sacerdotij honor mansit: totius autem regionis eius conuentus non vni, sed in commune Hierosolymitanis à Gabinio cura impartita: itemque cæteri conuentus simili modo attributi, per Gadaram & Amathuntem & Hierico, Sefforitanosque, vrbes scilicet potiores diuisi, quo & singulorum potentiæ nihil relinqueretur,& functio regionum non vacillaret, quæ publicam expectaret solicitudinem, Quod & à Romanis ad reuelandū rebellionis metum,& Iudæis ad deponendam inuidiā cum gratia susceptum: quoniā non sub Rege: sed sub Optimatibus degeret Hebræorū genus, ad Reip. Romanæ similitudinem, in qua non vnus imperitaret, sed per vices optimi quique, quibus sortito magistratus cesserat, administrabant. Regni quidem exortes, sed Regum arbitri, consultum prouide aduersum inquietudinem gentis æstimabatur.

Gabinius Alexandri tentamentis occurrit.
Antonij virtus egregiè emicuit.

Cap. XX.
Aristobul. Alexandriū reparare cœpit Ruffi. l. 1. bel. Iu. c. 6. Sisenna legit vt & Gelen. in Antiq. l. 14. c. 12.

SED Aristobuli fuga reditúsque in Iudæā plerisq; plurimùm turbarū excitauerat, refluentibus ad eū, quos veteris amicitiæ gratia solicitauerat aut res vltimæ, quibꝰ remediū ex discordia publica quærebatur: ima summis miscere cupientibus, atque aliæ spes lapsæ forent. Regressus igitur Aristobulus munitiones ędificare, Alexandrium reparare cœperat: quo comperto, Gabinius Sisinnio & Antonio, Seruilióq; cum parte exercitus directis, cœptum opus impediuit: desertis enim munitionibus Aristobulus se bello parauit,& quia maiore numero quam vsu agmen trahebat, deonerauit inermis populi multitudinem, & sola octo millia armatorum coëgit, adiuncto quoque Pitholao, qui voluntarius ex Hierosolymis cum viris mille aduenerat: deinde orto prælio (imminebant enim Romani eius ceruicibus) aliquandiù quidem strenuè pugnatum, tamen præualuit virtus Romana, cæsa Iudæorum quinque millia. Aristobulus cum mille viris irrupit aciem, & in castelli Macheruntis munimēta sese recepit, duo millia aliò dilapsa, adorsi tamen castellani Romani, per biduum fermè dilati: quoniam de vltimo periculo Aristobulus totis viribus decernebat. Sed nequaquàm diutiùs sustinere potuit, captus cum filio Antigono, quem pariter fugiens de vinculis secum abduxerat, ad Gabinium missi, & ab eo Romam directi sunt. Senatus Aristobulo in custodiam detruso, filios eius ad Bythiniam dimisit, quod Gabinium ferunt epistolis insinuâsse, id Aristobuli coniugi promissum, remunerandæ sedulitatis eius gratia, ob traditas sibi munitiones.

Cap. XXI.
Ioseph li. 1. ca. 6. bel. Iud. li. 14. c. 12. Antiq.

HIS ita in Iudæa gestis, Gabinius audendū aliquid ratus, in Parthos expeditionem parauit: sed suspecta partium Ptolemæi Regis reuocauerunt profectum. Nam ab Euphrate in Ægyptum Gabinius iter conuertit, vsus necessariis ad omnia ministeriis Antipatri & Hyrcani: (Sed Hyrcani per Antipatrum) qui pecunia, frumento, armis auxiliis quoque exercitum iuuaret, ac maximè congressiones circa Pelusium, nisi gnaris locorum & totius belli generis Iudæis omnia procurantibus, Gabinium facilè deterruissent. Sed rursus morante exercitu, Alexander Aristobuli filius in Syriam sese alteram, velut in vacuam Prouinciam immergere moliebatur, nisi rumoribus excitus Gabinius, reditum maturauisset, præmissoque Antipatro, reuocâsset plurimos Iudæorum ab Alexandri societate, quorum multitudine fretus, parabat omnes, quos in regione offenderat, Romanos exilio dare: denique dilapsis licet Iudæorum plerisque per Antipatri conuentionem, audaciam tamen non deposuerat, præliumque adorsus in triginta millibus virorum, verùm circa Itabirium montem fusis decem millibus, aufugit, reliquorum dispersione bellum confectum. Gabinius compositis ad arbitrium Antipatri, Reip. Hierosolymitanæ negotiis, inde profectus, Nabathæos prælio subegit: Mithridatemque & Tigranem fugientes de Perfide occultè dimisit: palàm tamen militibus intimauit, fuga lapsos. Successit Ga-

Sacrilegium Crassi & eiusdē pœna. Plut. & Tacit. lib. 12. Nicep. lib. 2. cap. 6.

binio CRASSVS, & profecturus ad Parthicum bellum, omne quod erat Hierosolymis aurum in templo, abstulit: & prætereà duo millia talenta detrahi iussit, quæ Pompeius intacta reliquerat: nec longum lætatus, vbi transmisit Euphratem, exercitum amisit, & ipse extinctus est. Eo successu Parthi lętiores, transeundum in Syriam crediderunt, quos strenuè insidiis excepit Cassius, & commisse sibi prouinciæ finibus repulit, non sine graui detrimento hostium: cum effusè venientes, quòd neminem sibi obsistere ausurum arbitrarentur, locis præuentos augustioribus occupauisset. Denique fusis suorum pluribus, bellum deseruêre. Cassius repulso hoste securus Prouinciæ, in Iudæam irruit. & Tarichæis deletis, triginta millia Iudæorum in seruitutem vendidit. Pitholaum quoq; suspectum doli, quo partes Aristobuli fulciret, iugulari iussit. Neque expers consilij eius Antipater fuit, vt æmulum potentiæ quàm maximè excluderet.

Cassius in Iudæā irruit. Iosep. 1. de bel. multò minorē numerum ponit & in Antiq. l. 14. c. 12 maiorē sed hic habetur numerus captiuorum illic diuenditorū.

CAP. XXII. *Antipatri generatio.*

Is Antipater cognouit vxorem, cui nomen Cypris, splendidissimo inter Arabiæ fœminas loco ortam, atque ex ea suscepit liberos quatuor sexus virilis & vnam fœminam. Viris huiusmodi vocabula: Primus Phaselus, sequens Herodes vocat⁹, tertius Iosippus, quartus Pheroras, & Salome filia: Eaque causa vir egregiè factus ad emerendā muneribus atque amicitia societatem potentiū, gratiā præ cæteris sibi Regis Arabum conciliauerat, quia de locis Arabiæ vxoris acceptæ prętendebat necessitudinem. Denique aduersus Aristobulū decernere prælio parans filios suos, prædicto Arabum Regi, quasi mutuæ charitatis pignora direxit. Quos ille quasi depositum inuiolabile susceptos, eo cultu, quo liberos domi habuit, & postèà repetitos patri reddidit. Sed cùm Aristobulus bello superatus, in vinculis haberetur, Alexander filius eius cùm secundum conuentiones pacis, quibus eum Cassius ad Euphratem rediturus deuinxerat, prælio vacaret quum confinia Perfidis haud vllo suspecta Parthorum transitu infestarentur, & blandæ trāquillitatis species in Orientis partibus humanas leuaret solicitudines, Cæsar transalpinis regionibus Galliarum, Italiæ sese infundens, Pompeium Senatumque vltra Ionium mare expulit. Italia exclusus, Æmathiam Magnus petit, eoque diuersis ex locis Romana iussit agmina sequi, quòd ibi bellum pararet. Quibus intentus gerendis Aristobulum, quem Romæ vinctum reliquerat, eum Cęsar, qui inter vrbem Romam atque Pompeium medius erat, quoniam de Flaminia in Appiam compendiaris tramitibus Magnum sequebatur, vt vel ipsum exciperet, vel interciperet eius exercitum, vinculis leuatum, tributis etiam militaribus numeris in Syriam direxit, vt Iudæam sibi adiungeret, Pompeiúmque à tergo vrgeret, Sed in exordio tentamentorum, vbi ad locum peruenit, veneno interemptus, imperfectum negotium reliquit. Opinio morti eius Pompeij fautoribus ascribebatur: ita lusæ sunt dispositiones Cæsaris, & destitutæ Aristobuli cupiditates, noua quadam mutationum varietate, vt tutior fuerit exul inter hostes, & in vinculis captiuus, quàm inter suos ciuis, Dominus in cubiculo, Rex in conuiuio. Quo comperto, Pompeius, quòd Aristobulus in Iudæa recidiua sibi bella reparare tentauerat, etiam filiū eius Alexandrum iugulari iussit, suspectum nimis ob partes Cæsarianas. Scipio Cnei mandatis obediens pro tribunali statuit reum, vt specie iudicij pretenderetur, accusatoribus quoque adhibitis, atque in eum, qui Romanam rempublicam armis inquietasset, sententia prolata, vti pro iuris potiùs autoritate quàm pro executione præcepti, more quo Dūces hostium conuicti rebellionis, securi percussus existimaretur.

Aristobulus veneno interemptus.

CAP. XXIII. *Ptolemæus Mennęi tyrannidis filiū suū Ascalonā in vrbē dirigit. Tyrāni ignoscere nescīūt. Ptolemæus filiū occidit.*

COGNITA vtriusque nece, Ptolomæus qui susceperat Aristobuli germanos, & vxorem Alexandri, Philippionem filium iuū in vrbem Ascalonem direxit, memoratos fratres accersiturum, ille aduenientes suscepit Antigonum atque eius sorores, vt ad patrem deduceret, vsu & consuetudine amoris igniculus obrepsit adolescenti ignoscendo profecto si scirent tyranni ignoscere, atque alteram de sororibus accepit sibi in cōiugij societatem. Non tulit hoc Ptolomæus pater, sed occito filio nurū propriam sibi iunxit: morum egregius cēsor, qui in exoratam in filio dūxaret coniunctionem vt ipse se parricidio & incœsto contaminaret. Põpeio interfecto, qui dum arma Cæsaris fugit, Spadoni Ægyptio caput suum amputandum præbuit, conuersa res: præbuit tamen ea patientia caput qua tantorum populorum aliquoties victorem decebat, vt in illa victi sorte, exulisque conditione consp iciens rerum humanarm ludibrium & varietatem, gladio ceruicem offert, ab eo, cui regnum dederat, pro gratia mortem recepturus. Post cuius necem mutatio facta, plerisque ex familiaribus Magni amicitiam Cæsaris expetentibus, præcipuęque Antipatro incredibilem in modum prædito, ad omnes, quorum affectaret amicitiam. Omnibus enim necessariæ opes, & maximè in præliorum apparatibus, vbi ex inimicis atque aduersariis sępenumerò chariores efficiuntur. Etenim quia Ptolemæus Ægypti Rex fidem læserat, ab ipso Cæsare bellis grauissimis premebatur.

CAP. XXIIII. *Pergamenus Mithridates.*

PERGAMENVS Mithridates cum omni manu, quam secum deduxerat Palusiacis repulsus obstaculis, in vrbe Ascalone resederat. Desperatóque transitu, & conatu irrito, nec iam se committere bello audebat, locis iniquioribus & impar viribus. Cui Antipater Arabas primùm in auxilium ascīuit, deinde tria millia Iudæorum valida manu & munita armis secum perduxit. Commouit etiam Syriæ potentes in adiumentum ipsius, Ptolemæum, qui habitabat in Iibano, & Iamblichum, & Ptolemæum alterum. Quorum freti societate, etiam alij populi ad bellum accensi sunt. Quibus adiunctis viribus fretus Mithridates, Pelusium accessit, & cùm transitu prohiberetur, obsidionem adortus est. Quò loci Antipater præclarum militiæ documentum dedit. Siquidem resistentibus oppidanis, cum summa vi belli vtrinque decerneretur, primus cum suis, dirupta

A dirupta murorum parte, in qua ipse prælabatur. vrbem irrupit, eamque cepit. Nec tamen hic finis laboris adiumentique, sed etiam, cùm introrsum exercitus pergeret, & circa eam, quæ appellatur Oniæ regio, Iudæi Ægyptij vellent resistere, quo intercluderent iter, rursus Antipater, non solum remouit prælium, sed etiam ad exercitum iuuandum, quæ necessaria forent vsui humanitatis, ab ipsis, qui arma contrà parauerant, ministari effecit. Vnde Memphitæ quoque animos à prælio reuocauerunt, & se Mithridatis societati volentes dedidêre. Qui prætergressus suspectiora, cum reliquis Ægyptiis conserendū ratus, liberioribus quidē locis, sed validioribus viris, regionis ipsius, cuius incolatus Iudæorū exercitus appellabatur, strenuè decertauit, adeò vt prærupto sese periculo daret, ac penè extinctus foret, nisi Antipater videns totum, in quo Mithridates erat, dextrum cornu à cohorte vrgeri, ex alia quoque parte includi flumine, nec vllum effugium viris, irruisset à cornu sinistro super eos, qui Mithridatem cedentem persequebantur, quos eousque insectatus est, donec omnis hostium populus extingueretur. Eo prælio octoginta solos Antipater viros de suis amisit, super octingentos Mithridates, ita vt ipse præter spem euaserit, atque hæc vno momento clades secuta. Antipater multis vulneribus corpore exceptis, egregium virtutis suæ testimoniū apud Cæsarē inuenit: Mitridrate prę sertim non solùm suæ absolutionis interprete, sed etiam fortitudinis prædicatore: quibus rebus egregiè Cæsar delectatus, in honorē Antipatrum, vt oportebat, inter amicos recepit. Deinde, vbi ea quæ in Ægypto forent cōstituenda dispositit, atque in Syriam processit, Romanæ eum Reipub. honoribus affecit. Talentum quoque contulit, cæteraque vt probato sibi viro gratiæ suæ pignora impertiuit. Hyrcano etiam summum sacerdotium de sententia Antipatri volens firmauit.

Memphitæ esse societati Mith. adiunxere. Iudæorū castra, legit Iosephus lib. 14. cap. 15. Mithridrates præter spem euasit. Antipater multis exceptis vulneribus egregium virtutis suæ exhibuit testimonium.

CAP. XXV. *Antigonus Cæsari occurrit, atque Antipatrum accusat. Fide supra ca. 22. Aristobuli.*

ANTIGONVS quoque in Syria Cæsari occurrit, & quem vel patris deflere æruminam conuenerat, veneno per amicos Pompei interfecti, vel supplicium germani: quem Scipio summa crudelitate, tanquàm reum securi percusserat, inuidiæ magis quàm doloris partes exequebatur, vt Hyrcanum & Antipatrum incubare alienis, quæ sibi & fratribus suis per scelus erepta forent, quæstu grauissimo coacerbaret extorrem se factum habitationis paternæ: terram, in qua sit natus, negari sibi, tamen suas iniurias tolerabiliores videri, multò acerbiores illas, quibus tota gens populi Iudæorum ab Hyrcano & Antipatro afficeretur. Eosque de benè gestis in Ægypto rebus vendicare gratiam, cùm illud Mithridatis iuuandi munus, non ex insita in Cæsarem beneuolentia, sedulitas vlla detulerit, sed ex Pompeianæ conscientia societatis formido extorserit, vt esset offensionis obtentus. Aduersus ea Antipater, non verborum referens vicem, sed rerum assertionem, scidit vestem, & nudus vestimentorum, plenus vulnerum, diloricato amictu, offerens oculis circumstantium spectatæ indicia virtutis: En, inquit malenolentiæ meæ in Cæsarem testimonia, defendant reum, quæ tanquàm animi lumina micant. Has ego cicatrices tibi Cæsar voluntatis internæ obsides tribuo. Hæc ego fidei meæ depono pignora, & inscriptos cordi apices gero. Si ciuibus non creditur, hostes interrogentur, pro quo vulnera illa susceperim. Quid in me aliud, nisi fidem quam tibi deferrem, persequebantur? At obiectat mihi Pompei gratiam, fateor Cæsar, me non hominum, sed nomini Romano amicum fuisse, idque studuisse egregiè, vt vestræ Reip. mea officia impēderentur. Militaui itaque nō vni, sed omnibus, fuerit mihi clarus Põpeius, sed antè mihi ille cœpit amicus esse, quàm Cæsari esset inimicus. Tuus ille gener erat, & tu socer illius. Cùm esset in partibus Iudeæ, iuui, vt Imperatorem Romanum non tamen ea pro illo, quæ pro te excepi vulnera. Tibi impendi vades mortis, & ictus telorum excepi hostilium. Quid mirum autem, si captiuus vulnerum decus nescit? & fugitiuus quid sit fides ignorat? Quid autem perpetuus hostis obiiciat mihi, nisi vestram amicitiam? Mirum sanè videtur, quòd accusatum quemquam Romanos adeat Antigonus, quos bello soleat incessere, atque apud eos exutum se imperio queratur, cuius vsum ac negotium, non ad sui potentiam, nec ad insigne domesticum, sed ad lacessenda arma Romana, & vlciscenda patris germaníque exitia desiderauerit. Ingratus salutis tribunal Romanum non timeat, sed etiam audeat vltrò incessere, cùm sciat istic rebellionis suæ consortem pœnas luisse. Vbi Antipater finem dicendi fecit, Cæsar pronunciat dignum magis sacerdotio Hyrcanum videri: Antipatro autem detulit potestatis electionem. Tum ille eundem arbitrum honoris & moderatorē expetēs, atque in eo, qui honorē daret, ponēs mensurā honoris, astutè satis & verecūdè decus tulit, & incrementū potentiæ. Totius enim Iudeæ procurator factus est Antipater, sanè popoſcit, vt muros Iudeæ, qui bello diruti fuerant ædificaret. Tantumque negotiū datæ fidei securus, & postulauit & impetrauit. Eáque, vt moris erat Romanis imperatoribus, arbitrio Cæsaris in Capitolio scripta sunt, quæ insignia honoris Antipatro conferēda Cæsar æstimauisset, vt & suæ iustitiæ, & meritorū viri, posterit atis quoque cognitioni indicia extarent. Prosequutus autem Cæsarem Antipater ex Syria, in Iudæam flexit iter. Et primò, quem Põpeius destruxerat, murum in veterem statum reformauit. Deinde tumultus repressit, conueniens singulos affectu parentis, nunc mollioribus monitis, nunc minis, vt quæ pacis essent potius, quàm belli, sequenda arbitrarentur, nęue exasperarent, animum regis. Qui si inoffensus maneret, ciuem præstaret, si cōmmoueretur, tyrannum exhiberet, & si mitis esset natura Hyrcanus, cauerent tamē, ne eū cōtumelia exacerbarēt, sibi quoque studiū esse, vt in mediū cōsuleret, pro solicitudine pia nō pro potestate. Sed si nauare aliqua tentarēt vindicādi animū sibi nō de futurū, Romanorūq; amicitiā

Antipater vt stum scidit. Intelligitur de morte Aristobuli patris ac fratris Alexandri quem Romani secuti percusserāt. Dynastiam Iosep. lib. 14. Antiq. c. 16. 17. Antipater poposcit muros Iudæorū ædificari.

potiùs, quàm dominationem experirentur. Cui enim dubium foret ex amicis in arma erupturos, F si eum cui regnum ipsi firmauerant, cognouissent regno exutum? Simul quia lenitudine ingenij tardiorem Hyrcanum nouerat, ad exequendas publicorum munerum necessitates, filiis suis diuidendam tuendæ regionis curam putauit, quòd ille impar tantæ moli imperióque esset. Phaselum itaque seniorem ex liberis præsulem Hierosolymis & Ducem militiæ constituit. Herodem quoque minorem natu atque admodum adolescentem pari honore Galilææ præfecit. Qui vbi potestatem adeptus est, natura acrior ad obeunda negotia, statim ingenio suo materiam inuenit.

Phaselũ militiæ, Herodem Galilææ præfecit Antipater.

CAP. XXVI.

Ezechias latro grassatur.

LABORABAT enim Syria Ezechiæ latronis incursionibus. Quibus ille prædatoriæ manui princeps totam infestabat prouinciam, atque omnibus locis infensus erat. Quem correptum iugulari iussit, multósque prædonum interemit, quod ei maximam virtutis gloriam peperit, vt haberet apud Syros gratiam. Vnde in vrbibus ac vicis canẽtium vocibus celebrabatur, quasi pacem & quietem publicam multa post tempora reformauisset. Excitabat hic sermo secundo plebis rumore æmulationem piam laudis fraternæ, vt Phaselus iuniorem natu quem adæqua- G ret mentis benignitate, allectis in primorum locum beneuolentia præstantioribus, qui seuera temperarent gratia. Vnde & maximus honor Antipatro, quasi parenti publico, deferebatur: Ipse tamen nihil de beneuolentia ac fide mutauit, qua obseruare Hyrcanum solitus erat. Sed difficile est in prosperis inuidia carere. Denique primum tacitus Hyrcanus ad iuuenum laudes vellicabatur, vehementiùs tamen eum, quæ præclarè gesta in Herodis operibus ferebantur, exasperebant, quem vltra leges Iudæorum & priuati modum progressum videbat, vt omnem sibi cum fratre ac patre vendicaret potentiam, Regémque exuerent omni honore, cui nihil præter nomen resedisset, quod vacuum potestatis inanem speciem præferret. Denique inconsulto eo plurimos neci datos, ac sine mãdatis Regalibus interfectos, quos lex patrum perire non sineret, vnde oportere Herodem in causam vocari plerique aiebant, vt rationem daret, qua gratia violauerit legem, quæ inauditos vetaret exitio dari: debere assurgere Hyrcanum, vel hinc experirj, vtrum Regem an priuatum sese Herodes gerat. Qui vocatus in iudicium, nisi adesset, manifestum fore, quò tanta eius insolentia aspirauisset. His atque huiusmodi Regiorum satellitum sermonibus Hyrcanus H per inuidiam paulatim accendebatur, qui propriorem ignauiæ pudorem increpitabant, quod Regalium negotiorum iure decesserit, transfusa in Antipatrum & filios eius potestate, quos Dominos constituerit licentia sibi regnandi imminuta. Quibus excitus, statuit Herodem iudicio suo non defore purgaturũ, quæ aduersum leges vsurpata obiectarentur, Herodes tametsi in iudiciũ se vocatũ indignaretur, tamen vel patris monitis, vel consilio placidiore aduentabat, præoccupatis Galilææ munitionibus: sed tamen neque inuidioso agmine, vt bellum minari videretur, nec iterum in tuto præsidio, vt salutem proderet, fultus quoque Sexti Cæsaris erat aspirante sibi gratia, qui metuens, ne quid iuueui insidiarum irrogaretur, præscripserat Hyrcano mandatis seuerioribus, vt à iudicij grauioris periculo temperandum putaret. Vnde magis absolutionem iudicij Sexto detulit quam voluntati, quamuis Hyrcanus, etsi insimulantibus cesserat, vt eum in causam vocaret, volens tum absoluerit, quoniam seruare hero quàm persequi malebat. Sed ille iuuenili calore iniuriam dolens, absolutionis ingratus, perrexit ad Sextum proposito studio, vt si iterum voca- I retur, non obediret deditque obtrectantibus insimulandi locum: quamuis Hyrcanus non assurgeret ad vltionem, cùm videret superiorem: Recordatione tamen iniuriæ (quæ tractando alitur) excitus Herodes, congregato exercitu pergebat Hierosolymam, vt solueret omnem Hyrcani potestatem, ac penè effecerat, nisi à fratre infractus & patre, impetus eius consenuisset, rogantibus, vt insurrexisse satis putaret, & minitatione vindictæ modum poneret, abstineret tamen ab Imperatoris exitio, sub quo non mediocrem assecutus foret gratiam, vt tantam potestatem adipisceretur: Læsum quidem videri, quòd in iudicium vocatus sit, sed rursus affectum gratia, quòd absolutus. Durum nimis, si iniuriam prosequatur, & pro salute ingratus sit. Dubium deinde ancipitemque esse bellorum euentum grauem quoque inuidiæ sarcinam, cùm Imperatori suo arma inferat, & ei qui paterno affectu eum fouerit, sæpius iuuerit, nunquam læserit, nisi cum malis consiliariis vsus, vmbram ei excitauerit iniquitatis, qua se lusum arbitraretur.

Difficile est in prosperis inuidia carere.

Sextus Cæsar scripsit pro Alexandro.

Herodes Hierosolymam petit, vindicaturus Hyrcani rebellionem. Ioseph l. 1. bel. Iud. cap. 8.

CAP. XXVII.

al. Internetione.

HIS & talibus fregere iuuenilem impetum, bellúmque intestinum à Iudæa remotum, sed K Romanorum interuentione transfusum, atque in eos versum. Si quidem à Cæcilio Basso Sextus Cæsar dolo interemptus est, & posteà Iulius Cæsar triennio & septem mensibus potestate functus perpetua, quia priuati habitum supergressus fuerat, in Senatu graues pœnas dedit, Cassio Brutóque autoribus. Vnde congregatis vrbibus, cùm vltum iri filius Iulius adoptiuus patris exitium, adiuncto sibi Antonio destinauisset, quia maximam belli partem, missis auxiliis Herodes iuuisse æstimaretur, totius Syriæ eidem regendæ commissa est solicitudo. Quæ res Antipatro causa lethalis exitij fuit.

CAP. XXVIII.

Cædes Iulij Cæsaris.

TIMENS enim Malachus Antipatri potentiam, quæ virtute Herodis cumulabatur, corrupto vno de Regalibus ministris, Antipatro venenum parauit. Quo potato, post conuiuium statim moritur Antipater, impigro in cæteris ingenio, & maximè quærendo stabiliendóque Hyrcani

cani

A cani imperio vir strenuus. Tulit grauiter Herodes obitum patris, commotoque exercitu, vltorem pollicebatur, sed fraterno consilio reuocatus, ne bello intestino Iudæa inter Herodem & Malachum vexaretur, parato ad repugnandũ, & maximè dissimulante Malacho, quòd necis Antipatri conscius foret, in aliud genus vltionis facilè traductus est, vt satisfactione accepta, quòd nulla fraude Malachi Antipater obiisset, Hyrcanum ac Malachum Herodes ad cœnam vocaret, & de sententia Cassij, qui etiam suis id negotij mandauerat ad obeundam vltionem directis: parati Centuriones præpositique Romani exercitus, venientibus Hyrcano simul ac Malacho occurrêre in littore, atque euaginatis gladiis vtrumque eorum circumstetere. Solum tamen Melachum multis vulneribus confossum ac laniatum supremo exitio trucidauerunt. Consternatus eo terrore Hyrcanus, sensum amisit, atque omni solutus vigore mentis & corporis corruit. Paulisper tamen vbi sese recepit, interrogato Herode, quis præcepisset Malachum occidi, vbi cognouit ex Præpositis, Cassij Romani Imperatoris iussu necatum, illicò respondit: Cassius ergò & mihi, & patriæ meæ saluti fuit, qui vtriusque insidiatorem peremit. Sed hoc siue præ metu dixerit, siue ita senserit Hyr-
B can. haud liquidò patet, neque nostro definiri potest iudicio. Insurrexerat Elichus, qui fraterna necessitudine Malachi mortem cuperet vlcisci, sed quia Herodem lacessere non audebat, fratrem ipsius Phaselum lacessendum arbitrabatur. Quo cognito, Herodes mouere se cupiens, retẽtus est corporis infirmitate. Elichus intereà munitiones quasdam & præcipuè Massadam impositis præsidiis occupauerat. Sed vbi Herodi refusus salutis vigor est, recepta omnia, ipsumque Elicheũ munitione Massadæ, Herodes obsecrantem dimisit. Interpellauerat eius potentiam Antigonus Aristobuli, adminiculante sibi Ptolomæo socero, quos Herodes prælio fudit, & eiecto Antigono, Hierosolymam victor reuertitur. Magna gratia etiã recentis triumphi, & præcipuè nouæ coniunctionis. Nam primò Dosis ei coniunx adhæserat, ex qua Antipatrum suscepit filium, posteà Mariamnem Alexandro Aristobuli filio genitam, secundis sibi nuptiis copulauerat, Hyrcano proximam, atque ob ea regali præditam nobilitate. Nec tamen inuidiam euasit, quòd regnum præreptũ ire Hyrcano affectauerat. Nam vbi bello Macedonico Cæsar atque Antonius Cassium Brutumque oppressere, victoresque alter in Italiam regredi maturauit, alter in Syriam properandum credidit, legationibus
C plurimis affluentibus conuenêre ad Antonium Iudæorum quique potiores, atque in Bithiniam processere, accusantes Herodem fratremque eius Phaselum, eò quòd ipsi violenter inuasere rerum omnium potestatem, nomen solum Hyrcano ad speciem honoris dereliquissent. Sed præsentia Herodis præualuit & gratia, qui non mediocri pecunia, sed & muneribus opimis Antonij animum sibi deuinxerat. Vnde ne sermone quidem vllo perstrictus ab Antonio, euacuauit inuidiam aduersum se directæ legationis. Iterum centum ferè viri Iudæorum Antiochîam adusque, non minore spiritu accusatum profecti, apud Daphnem offendere Antonium, iam totum Cleopatræ amoribus deditum, atque eius libidini deseruientem, ibique arguere cœperunt intolerabilẽ fratrũ potestatẽ. Messala contrà refellebat assistentem Hyrcano & insolentiã gentis redarguebat, quæ factione paucorũ excitata suos detrectaret, alienos quæreret, Hyrcanique, iniuriam pretexeret, cum Hyrcanus, quòd ciuibus esset accõmodum, præoptauisset. Cognitis itaque allegationibus partium, interrogauit Hyrcanum Antonius, quos aptiores esse arbitraretur, Cuius affectu secundum Herodem ac fratrem eius conueniente, quum voluntati suæ responsa congruerent, delectatus admo-
D dum, quòd erat fratribus paternæ hospitalitatis copulatus necessitudine, quando eum cum Gabinio aduenientem in Iudæam gratissimè satis Antipater hospitio recepit, multisque percoluit officiis, Herodem & Phaselum Tetrarchas ordinauit, totiusque Iudææ procurationem agere præcæpit. Hinc quoque multiplicatus est numerus conquerentiũ: nam etsi alios legatorũ custodia receperat alios affecerat cõtumelia: illi tamen posteà Legati ad Antonium in vrbe Tyro degentẽ, facta Hierosolymis seditione pergere præcepti, voluntati ciuium non defuerunt. Et quãuis grauiter esset in reclamãtes vindicatum, rursus tamen perstrepere ausi sunt: missus ab Antonio Tyriorum præses, qui corriperet insolentiæ reos, cùm tam ipse quàm etiam Herodes atque Hyrcanus quærerent, ne sibi grauissima supplicia, patriæque perturbationes, & causas bellorum gignerent. Vbi nihil profectum, sed irrationabili contentione misceri omnia cœpere, direxit Antonius armatos: à quibus alij cæsi: alij grauiter saucij, ab Hyrcano tamen vt sepulturæ mortui, aut medicinæ: qui potuerant euadere, gratiam adepti, geminæ humanitatis occasionem dedere, qua eius in ciues
E beneuolentia manifestaretur. Cęteri quoque qui effugerant, ita vrbem exagitando exasperauerant Antonium, vt etiam in eos, quos vinctos tenebat, suprema supplicia mandarit.

Malachus multis cõfossus vulneribus trucidatur.

Elichus qui alio nomine Felix apud Ios. lib. bel. Iud. 1. ca. 10. & Ant. l. 14 cap. 20.

Qui Minei filius fuit.

Dosis Herodis coniũx. alias, Doris à Ruffino & Gelenio Iosep. Interp. vocatur.

Antonius totus Cleopatræ amoribus deditus.

Herodes & Phaselus tetrarchæ Iud.

Præses Tyriorum.

CAP. XXIX.

CESSERAT acerbitati insolentia sed * decursu ferè biennij effuderat se Syrię Parthorum exercitus Pacoro Regis filio & Barzafarmane Persarum Satrapa, Barbarum agmen ductantibus. Quibus stimulator accessit Lysanias Ptolomæi filius defuncto patre, cui cognomentum Menneo fuit, exutus iam potestate per memoratum Satrapam, solicitauit Pacorum promissis mille argenti talentis, & quingentis mulieribus, vt Antigono regnum daret, Hyrcani solueret sacerdotium. Pacorus ministro Regio partem equitatus dedit, (quoniam ipse rebellionibus intra Syriam detinebatur) vt in Iudæam transiret, atque Antigono rem gereret, & studium eius iuuaret: sed hoc quoque parũ processerat, nisi confligentibus aduersum se Iudæis, Herode ac Phaselo, & cõtra Antigono ducibus de sententia Antigoni propositum foret, vt Pacorum conciliatorem pacis

** decursu ferè biennio.*

Ruff. apud Ioseph turmã Gelen. alam equitum.

reciperent. Quod Phaselus ingenij facilitate, obnitente Herode, probatũ in tempore, mox sibi pernicioſum expertus, cognouit natura Barbaros eſſe infideles: nã miſſus ad Barzafarnanẽ, quaſi pacis executorem & cum Hyrcano profectus occurrit Satrapæ, aſtutè ſatis velanti inſidias ſpecie benignitatis. Denique profecturis munera dabat, & quemadmodum circumuenirentur diſpoſitionibus ſuis conſtituebat. Proſequebantur eos cuſtodiæ magis cauſa, quàm ſocij periculorum. Deferebantur nuncij, quod mille talentis Parthus redemptus foret ad exitium memoratorum. Oſellius quoque fugam ſuadebat, quod à Saramalla Syrorum ditiſſimo factionem eis paratam cognouerat. Sed nec ſic quidem adductus eſt Phaſelus, relicto Hyrcano ſibi conſulere, Verùm adorſus eſt Satrapam grauioribus contumeliis quòd pretio fidem proderet, pluriſque pecuniam, quàm æquitatem duceret, amplius pro ſalute ſeſe dare, quàm Antigonus pro regno annumeraret. Sed Perſa fidem quã prodiderat, periurio conciliareſibi nixus & ſuſpitionẽ omnẽ depellere, haud multò poſt dolum patrauit. Nameo præfecto ad Pacorum, quibus id negotij dederant, Phaſelum & Hyrcanũ corripiũt execrationibus, quãdo aliud iã facere nequibãt, vltũ iri cupientes Barbarorũ periuria, & perfidiã proditionis. Nec minùs * Nini miniſter miſſus in ludæã dolis prætenderat, vt caperet Herodem, ſed illum iamdudum ſuſpectantem inſidias Barbarorum, grauis ad cauendum cura exercebat, ſeque intra munitiones tenebat. Nec ſimulatis à Pacoro mandatis, quibus de Phaſelo eiuſque inſolentia fratrem conueniret muros egredi, & alloquiis hoſtium ſeſe committendum putauit. Cognitoque fratrem & Hyrcanum teneri, nocte in Idumæam ſuos præmiſit, atque ipſe cum ſeruulis inſequentes Barbaros fudit. Multisque cæſis, in Maſſadam ſeſe properato gradu contulit, grauiores tamen Parthis expertus Iudæos, qui fugienti incubuerant, & ſuos quidem intra munitiones compoſuit, vltus ſeſe de inſequentibus. Ipſe autem relictis præſidiis, quæ matri & fratribus iunioribus præſidio forent, in Arabicam Petram contendit. Infudêre ſe Perſæ Hieroſolymis, irruentes in fugientium domos, verſa omnia in rapinas, bellum tumultus: eoque iniuria proceſſit, vt regnum Antigono traderetur. Phaſelus quoque & Hyrcanus in poteſtatem eius ad ſubeunda, quæ libitum foret, conſignarentur. Ille autem tenere ſeſe diutiùs nequiuit, ſed continuò in Hyrcanum facto impetu, aures eius dentibus ſuis abſcidit, ne quando vlla rerum conuerſione recurſus ei pateret ad ſacerdotium: Summum enim Sacerdotem immutilatum eſſe oportet, nec licere per legem liquet, vt mutilato corpore quiſquam ſummo fungatur munere ſacerdotij. Phaſelus aſcitæ ſibi mortis celeritate contumeliam præuertit, illiſo capite ſaxis, quæ fortè occurrerant, dedignatus ſeruari ad ludibria, vel iuſſu alieno mori, qui poſſet vinctis licet manibus & ferro negato exitum vitæ inuenire. Fuit tamen etiam alius de eo ſermo huiuſmodi, quòd ſaucio Antigonus Medicum adhibuerit, quo venena vulneri tanquam medicamentum infunderentur. Quilibet exitus horum principium habuit ſpiritus ferocioris. Addidiſſe allegatur in vltimis ſuis, cùm iam exhalaret ſpiritum, cognito quòd Herodes viueret, & fuga paratas inſidias euaſerit, cum gratia ſeſe obire: quia ſuperſtitem relinqueret qui ſibi vltionem inferret. Herodes autem properauit in Arabiam, ſperans ſe accepturum pecuniam, qua ſola Barbaricam inclinari poſſe crederet auaritiam, vt fratris redimeret captiuitatem, ac ſi vel Arabem paternæ immemorem dilectionis, vel referendis muneribus tenaciorem offenderet, æs mutuum poſceret pretium redemptionis, pro quo oppigneraret redimendum filium, quem ad hos vſus ſeptennem puerum ſecum deduxerat. Sed præuentum eſt piæ ſtudium germanitatis morte Phaſeli, & in vacuum Herodes tam ſedulò fraterni ſtudia muneris exequebatur. Priùs tamen, quàm de morte fratris cognoſceret, Bocchum Arabiæ Regem alienum reperit, quem amicum credebat: nam is fidem cum tempore mutauit, & iam appropinquantem Arabiæ finibus Herodem vetuit intrare. Compoſito quòd ſibi Partho rum nuntiis inſinuatum foret, ne profugum ſuum in regnum Arabiæ recipiendum putaret, belliſque grauiſſimi cauſam ſibi gigneret. Quibus offenſus Herodes, continuò retulit, quæ iuſtæ commotionis dolor prompſerat, atque inde in Ægyptum conuertit. Mox tamen Bocchum pœnituit violatæ gratiæ, miſſiſque per quos reuocaretur. Herodes præuertit, Cui ingreſſo regiones, quas Rhinocorij inhabitabant, & de fratris interitu, & de Hyrcani captiuitate, qui ſub vinculis in Parthienem deductus eſt, veris inſidiis manifeſtatum, tantumque mœroris aſſumptum, quantum depoſitum ſolicitudinum, vt pro bello fugam pararet. Denique Alexandriam ſummo ſtudio contendit, atque ibi cum honore à Cleopatra ſuſceptus, quod tanti nominis virum Ducem militiæ ſuis expetendum partibus arbitraretur. Vnde poſthabitis Reginæ petitionibus, Romam nauigauit, minores procellas hyemis ratus perturbationesque Italiæ compertas, quàm quos in Cleopatræ mobilitate grauiores omnibus naufragiis fluctus perhorreſcebat: denique inexpectatis ventorum flatibus profectus, circa Phamphiliam periculum incidit, ſed euaſit tamen, & mutato nauigio, Brunduſium priùs, atque inde Romam peruenit: Ibi paternæ amicitiæ prærogatiua adiit Antonium deploratiſque ſuis & domeſticarum ærumnis neceſſitudinum, quibus in obſidione poſitis Romam precatum venerat, Antonium flexit, aſſumpta ex tanta rerum conuerſione miſericordia, quia Rex dudum potentiſſimus: & qui Romanæ reipublicæ ſæpius tulerat opem, repentè vt naufragus, & rerum omnium egens, auxiliique inopes ſuis in periculo poſitis ſuppliciter imploraret auxilium, ſedem mutauerit: in quo etſi Antonius hoſpitalitatis gratia, quæ ſibi cum patre eius Antipatro fuerat, propensè inclinaretur, maximéque quòd * Idumæa Tetrachon faciens regno prædeſtinatum reliquerat.

Hoc eſt monetæ noſtræ 6000. coronat.

** vini. al. nã Nini nomẽ apud Ioſephũ non legitur.*

Hyrcani aures dentibus abſcinditur.

Summũ ſacerdotem immutilato corpore eſſe oportet.

Phaſelus ſaxis capite illiſo, moritur.

Herodes in Arabiã properat pro captiui fratris redemptione.

Phaſeli Superex Ioſeph non Herodis.

Ioſeph lib. 1. bel. c. 26. cum dicit propter itineris celeritatẽ non aſſecutos. Parthiã regionẽ hic indicari certum eſt.

Herodes Romam venit. Antonium adiit.

* *Idumæam, in Idum.*

CÆSAR

CÆSAR tamen beneuo lentia naturali diffuſior, & toleratam in Ægypto Antipatri militiam omnibus patris ſui Cæſaris præliis, & hoſpitalem coniunctionem tanquam renouatis gratiæ pignoribus chariora habebat: ſuſpectabat tamen verſutum ingenium Regis, non æquo & bono, ſed negotiorum ſuorum vtilitatibus prauè intentum. Senatus adeundi data copia, apud quem Meſſala & Atratino aſtruẽtibus paterna benè geſta, ipſius quoque Herodis officia erga Romanam Rempublicam patrum authoritate decretum eſt, vtile Romano imperio regnum Herodis videri, quod adſtipulante Antonio, bello aduerſus Parthos gerendo adiungi Romanis memorati Regis ſocietatem conduceret, dimiſſo Senatu, Cæſar atque Antonius & Herodes pariter egreſſi curia, proſequentibus magiſtratuum officiis deducuntur. Primóque die, quo regnum Herodi ſenatuſconſulto delatum foret, Antonius adornat conuiuium, Regémque inuitat. Eodem ferè tempore Ioſippus frater Herodis aquæ inopia fugam in nocte compoſuerat, ſed tanta ſubitò vis pluuiarum terram infudit, vt omnes repleret ductus aquarum. Itaque reuocato transfugio, quod ad gentem Arabum parabat, obſidẽtis Antigoni copias partim inſidiis, partim cõgreſſione, atq; aperto prælio fudit, ſed & ipſe plerũque aduerſo exitu ſeſe in caſtrum recepit. Et iam Herodes ex Italia in vrbem Syriæ Ptolemaidem improuiſus aderat, properêque egreſſus nauigio, cum ingenti manu ciuium & peregrinorum Antigonum petebat, occurrentibus ſibi Ventidio & Silone Ducibus Romanæ militiæ, quos Antonius deducendo Herodi adeſſe præceperat. Eos Gellius in hos vſus directos ab Antonio licet abhorrens ſtudio, quòd vtrunque eorũ Antigonus pretio auerterat, ſpecie tamen de proximo conuenire ſuaſerat, ſiquidẽ in proximis vrbibus, ob reprimendi belli Parthici tumultus, Ventidius immorabatur. Silon autem intra Iudæam poſitus apertã cum Antigono ſocietatem pecunia conficiebat: nec tamẽ Herodes auxilio egebat, cui præter paucos Galilæorum vniuerſi adhæſerant: & quia propoſitũ erat, vt de Maſſada, ſuos quamprimùm eriperet obſidioni, Ioppen in medio poſitã pugnando cepit, aduerſariorum manu refertam, ne ad vlteriora progreſſus, hoſtem à tergo relinqueret: & quamuis iter eius Antigonus impedire cuperet, tamen facili negotio Maſſadam recepit, ſuóſque exemit periculo. Deinde profectus Hieroſolymam cùm omnia feciſſet, ne pugnandi haberet neceſſitatem, aſſerẽs ſe pro ciuibus aduerſus rebellionẽ, non aduerſum ſuos prœliũ recepiſſe: laceſſitus ab Antigoni fautoribus ſagittis, & leuioribus ſpiculis de muro ſibi obſtrepentes fugere coegit. Nec vlla fuiſſet victoriæ mora, ni dux Romani agminis Silõ ſubornâſſet milites, qui de inopia querelam expromerent, vaſtatáque omnia circa muros, difficultatémq; vtenſilium, & anguſtias alimentorũ prætenderent: & iam tempus adeſſet, quo ad hyberna eos concedere oporteret, rupturos imperiũ minarentur, ni ſibi acquietum foret. Iámque ſeditio conualuerat, niſi Herodes centurionibus pariter ac militibus Romanis medium ſe offerens orauiſſet, ne deſererent eum, quem Cæſar & Antonius, Senatus quoque tuendum ſibi commiſerant, quum præſertim nihil defuturum vſibus polliceretur. Et completa oratione in regionẽ egreſſus, ſubitò rerũ omnium abundantiã exercitui ſuppeditari fecit, vt nulla Siloni ſupereſſet cauſatio: & inde erectis vniuerſorum animis, cum duobus millibus peditum & quingentis equitibus Idumæam recepit: quieto iam Romanorũ agmine, atque in hybernis locato, dux facti Ioſippus leuiori electus negotio, ne quid aduerſus Antigonum maiore periculo vſurpandum arbitraretur. Ipſe autem ſuos ex Maſſada tranſlatos, cùm in Samaria prouiſis, quæ munimento & vſui fore crederet, conſtituiſſet: glaciali hyeme & repletis niue locis omnibus, præueniens aduentus ſui nuntio Sephorim priſco vocitatam nomine, quam Dioceſareã poſteà nuncupauerunt, ſine vllo ingreſſus prælio reficiendis, quos hyemales pruinæ atque aſperiora gelu itinera fatigauerant opportunam exiſtimauit: erat enim illic & alimentorum multa copia. Vbi refectis cibo & ſtatiua interpoſitione militibus, aduerſùm latrones prælium adoriundum putauit, qui totam percurrentes regionem, nõ minore quàm bellica incurſione locorum incolas attriuêre. Itaque primò partem quandam equitum & peditum in vicum Arbelam præmiſit, & ipſe cum reliqua manu poſt quadragiuta dies affuit. Nec tamen exercitus ſpecie territi latrones, ſed cum armis occurrendum rati, præferebant diſciplinam bellicam & latronum audaciam: conflictu habito, ceſſit cornu Herodis ſiniſtrum, ſed citò reparauit Herodes, & adhibitis adiumentis, ſuos ſtatuit, inſequentes perculit, atque infregit impetus eorum. Qui cominus pugnantem Herodem pati nequiuêre, declinantéſque vſque ad Iordanem ſecutus neci tradidit. Reliqui omnes ſupra fluuium diſperſi, vt omni incurſionum metu Galilæa abſolueretur reſidentibus tantummodò, qui ſe latebris recondentes, ac velut infodientes ſpeluncis, victoriã morabantur. Erant autem in prærupto montium, concauis ſaxorum lateribus, inhorrentes ſpecus, inter ſcrupeas rupes, inuio vndique & impoſſibili, niſi locorum incolis, acceſſu. Qui tranſuerſariis ſemitis & anguſtis callibus, quibus ſolis adiri ſolerent, periculi vſu, vt aduerſus periculum deprehẽdendi tutiores forent. Cœci intus antrorum receſſus, quorum in fronte petra, vſque ad profundas congregationes aquarũ, velut quodam continenti iugo prominens, ſpem adeundi excluderet, lubrico vndiq; ſitu, de ſupercilio montium cadentibus aquis, & amnium curſu fragroſo, vt præcipitium fluctorum ruina, & ſaxum imminens charraris plus terroris daret. Denique aliquandiù Rex in incerto hæſit non reperiens quemadmodum naturam vinceret. Poſteà verò huiuſmodi commento vſus, vt in modum arcarum machinato munimine, validiſſimos quoſque includeret: in ipſa ſpelæorum ora armatos, retinaculis quibuſdam depoſuit, qui facilè inermes cedere, & cum omnibus neceſſitudinibus, & generatione interficere cœperunt: at ſi qui reſiſtere auderent, eos iniecto igni exurere. Nullus

CAP. XXX.

Herodi regnũ ſenatuſconſulto defertur.

Nicep. l. 1. c. 6.

Ventidius & Silõ Romanæ militiæ duces.

Ioſep. li. 1. bel. c. 12. li. Ant. 14. c. 24. 27.

Ioſippus dux factus.

Latronũ incurſiones.

Deſcriptio horrendorũ montium.

pietati locus: Quinetiam volens Herodes plerosque eripere neci, atque ad se confugiendi fiduciam dare, auertit magis: ita vt nullus voluntarius Herodi adiungeretur, & si qui adigebantur, mortē præferrent captiuitati. Denique vnus de senioribus, cui septem filij vxórque adessent, quorum saluti cōsulere posset, omnes eos tali occîdit modo. Singulos quosque progredi iubēs, ipse in ingressu stetit, & procedentem de filiis interficiebat. Despiciens Herodes tam triste facinus ac miserabile, paterna perstrictus necessitudine, arcebat manu, & verbis rogabat, vt parceret liberis, impunitatem pollicēs: at ille haudquaquam vllis inflexus vocibus, atque insuper regi conuitiatus, supra filios etiam vxorē peremit præcipitatis ex alto cadaueribus filiorum, ad vltimum semetipsum in profundum præcipitem dedit. Perterritus his Antigonus, quòd tam facilè Herodes latronum multitudinem, locorúmque superauisset difficultatem, ipsius quidem præsentiam declinauit: sed cōuertit se ad Ptolemæum, quem Herodes parti exercitus præfecerat, & vir ad furta belli peridoneus, per eos, quibus mos erat turbare Galilæam, improuiso impetu Ptolemæum iugulari coegit: Iosippum quoque fratrem Herodis, germano in aliis occupato partibus, impigrè repugnantem cum militibus Romanis, qui in adiumentum eius temerè collecti aduenerant, deleuit. Nec tanto contētus triumpho, addidit etiam victoriæ grauem in defunctū contumeliā, vt abscisso capite relinqueretur: pro quo Pherora frater perempti quinquaginta talenta obtulit, nec impetrauit. Qua victoria rursus in Antigonum plurimorū intra Galilæam studia conuersa, renouatáque belli negotia. Antiochiam Herodes contenderat, illic amœno satis loco, quem Daphnen vocitant, requiescebat. Vbi accepto germani necis nuntio, paulisper ingemiscens passioni mœrorem distulit, vindictam parauit. Non tulit Antigonus furentē dolore, sed intra munitiones sese recondit. Irrupit Herodes, vt persequeretur tanti facinoris authores, & facilè occurrentia auertit agmina. Erat multorum nex plurima, obstructæ viæ iacentium cadaueribus, vt itinera ipsa peremptorum funeribus replerentur. Peractum esset prælium, omnibus fuga versis, si Herodes Hierosolymam protinùs dirigendum iter æstimauisset. Abiecerat Antigonus hastas, vltimum supplicium pertimescens. Confusi omnes metu, adeò vt cùm asperitate hyemis reuocatus à persequendo esset Herodes, & armis depositis, balneum esset ingressus, vno comitatus seruulo, occurrerunt ei tres viri districtis mucronibus: deinde plures, qui fugissent de prælio, latibula quærentes, hi viso Rege, turbati metu pertranliere, atque ad exitum balnei festinauerunt, vt possent euadere, qui potuerant necem Regis patrare, bellúmque absoluere. Denique nemo fuit, qui fugientes corriperet, vnde coiiciens Herodes, quanta hostibus formido inesset, incubuit prælio, & Pappum ipsum Ducem aduersi agminis interfecit, atque eius abscindi caput iussit, quod ab eo frater Iosippus regius interemptus foret.

Antigonus Ptolemæū iugulari coegit, & Iosippum.

Maxima strages ab Herode facta.

Herodi balneū ingredienti tres viri districtis occurrunt mucronibus.

CAP. XXXI

ANTIGONVS interea, fugam quam parauerat, distulit: quem morantem Herodes circumfuso exercitu obsedit: Incubuítque ea parte, quæ erat ante templū, qua parte etiam Pompeius murum irruperat. Tanta autem iam victoriæ Regi præsumptio, vt etiam obsidione cœpta ad accipiendam vxorem Alexandri filiam deflecteret, hymenæis classicum mutans, & nuptias bello intermiscens, atque ex occasione prælij coniunctionis oportunitatem adeptus, à festis ad bellum reuertitur. Occurrit & Sosius missus ab Antonio in adiumentū Regium, ita coniunctis viribus, cùm vsu belli & disciplina militari Romani præstarent: & Regi studio placendi inniterentur, vix quinto mense facta irruptio, Herodianis murum ascendere ausis. Irruentibus autem Romanorum Cēturionibus oppidū, innumeræ factæ cædes, vastata circa templum omnia. Alij fugientes ad templum, alij congregati intra domos obtruncabātur, nulla miseratio senectutis, nulla infantiæ, aut muliebris infirmitatis. Obtulit se Antigonus, & immemor loci, deiecit se ad pedes Sosij. At ille, quem tanta rerum conuersio admonere debuit misericordiæ, conuitiatus iacentem Antigonum vocauit, nec tamen quasi mulieri pepercit, sed vinctum in carcerem detrusit. Fluctuare Herodes, quomodo Romanorum manibus eriperet patriam, quomodo templum à gentilibus incoinquinatum reseruaret. Festinabāt enim Romani spectare mysteria interiora, profanare sancta sanctorum. Rex verò nunc prece, nunc minis remouere singulos, fuga deteriorem arbitratus victoriam, si quid sacramentorum diuulgaretur. Instare ad prædam Romani, Herodes resistere, ne vacuam sibi vrbem relinquerent, regnúmque sibi superesse deserti. Sosius contrà captæ vrbis prædam militibus deberi asserebat. Sed rex de proprio spopondit militi se pecuniam daturum, atque ita reliquum patriæ, quod remanserat, pecunia redemit, vt promissum impleret humanissimè milites suscepit, rationabiliter Duces, ipsum quoque Regia liberalitate Sosium remuneratus est, nemo ingratus recessit. Sosius coronam Deo obtulit, & profectus secum abduxit Antigonum ad Antonium, quem ille, quasi degeneris animi virum, securi percussit.

Antigonus de iicit se ad pedes Sosij.

Prædæ militi vis.

Antonius Antigonū securi percussit.

CAP. XXXII.

HERODES autem plurima etiam suis largitus, plurima Antonio amicísque eius dona dedit, nec tamen redimere ab Antonio potuit securitatem sui. Iam enim Antonius Cleopatræ amori deforneratus inseruiebat, atque addictus eius libidini famulabatur, sed vincere nō poterat fœmineas auiditates, & maximè exercitatæ mulieris in cædibus propinquorum, quibus extinctis, possessionem eorum, quasi spolium suis iunxerat: eadem auaritia simul & crudelitate, si quos de Syria locupletiores fama acceperat, interficiebat: atque addicto iam ad suas libidines Antonio, regnum quoque Iudeæ & Arabię, extinctis vtrique genti imperitantibus, auaritiæ suæ adiungi posse arbitrabatur. Sed quāuis libidine ebrius, somno grauis, in hac tamen parte resipuit Antonius, vt tales viros, & potentissimos

Antonij libidines lege Plutarch.

A mos Reges, pro imperio petulantissimæ mulieris extinguere detrectaret. Tamen ne immunes dimitteret, amicos eorum perculit, possessionis maximam partem ademit, eámque præcipuè, quæ balsamum gigneret: Vrbésque omnes, intra Eleutherū amnē sitas, Tyro tamen & Sidone exceptis, Cleopatræ cupiditati adiudicauit. Quæ tali mercede à viro delinita, vsque ad Euphraten prosecuta profiscentem in Parthos Antonium, per Iudæam reuertit, vbi donis muneribúsque maximis conciliare sibi Reginæ animum Herodes non prætermisit. Cui secundæ res superbiam augebant, vt muliebris impotentia supra modum sese extolleret. Siquidem non multò pòst ei Parthorum Rex Artabazes, Tigranis potentissimi Regis filius dono est datus. Quem Antonius captiuum tenens, cum omni præda & spoliis Persicis triumpho debitum, quasi vile mancipium mulieri addixit: vt quò illustrior fuerat victoria, eo turpior esset largitio, quæ Regem tanto ludibrio dehonestaret. Nec tamen diutiùs potitus secundis, qui vti illis nesciebat, insolentia muliebri Augustū in se excitauit. Itaque bellum Actiacum magnis vtrinque parabatur motibus. Promptissimè Rex cum Antonio gestiebat bellum subire, quia & Iudæa ab hostili tumultu vacabat, & Hyrcaniam à sorore Antigoni diu

Actiacum vide Appianū.

B retentam receperat. Sed in hoc quoque Herodes beatissimus, cui inuisum est periculis alienis sese miscere. Volens itaque Cleopatra alienare animum eius à Regibus, atque auertere, suadet uiro, vt bellum aduersus Arabas gereret Herodes: quo si superior esset, Arabia Reginæ cederet: si inferior, dominatus Cleopatræ in Iudæam extenderetur. Vter vicisset, alterum solueret. Quod consilium non ex dispositione, sed ex vsu in Herodem inclinauit, qui simul, vt prælium adorsus est, validior equitatu auertit hostem, in exitu multitudine hostium superatur, & numero circumuenitur Congregatis in Canatha viribus aduersariorum, aduersum quos densare aciem volens, elatis suorum animis successu priorum, eáque causa in hostem irrumpentibus destituitur, & maximè fraude Athenionis, quem Cleopatra Ducem adiunxerat, non vt adiuuaret Herodem, sed vt in ipsa desereret necessitate. Denique destitutum exercitum eius in locis saxosis atq; inuiis adorsi Arabes, graui cæde sternunt fundúntque & fugatos vsque ad refugia secuti exitio dedere: affuit Herodes seriùs quidē quàm necessitas expostulabat: sed tamē vltus ęrūnā, posterioribus prælijs ita Arabas afflixit, vt vnam illam victoriam suam sæpiùs deplorarent. Accidit etiam motu terræ grauis animorum defectio, quo pecorum plurimum, hominū quoque triginta ferè millia consumpta sunt. Militaris tamen omnis manus, eo quòd sub dio habitabat, incolumis perseuerauit. Hinc quoque erecti animi hostium, vt arbitrarētur, quòd desertam Iudæam faciliùs inuaderent, & perculsos talibus prodigiis affligerent. Vnde eos Herodes ad defensionem sui erigendos putauit, & maximè quia legatos, quos in Arabiam miserat, necatos dolo compertum habebat. Hoc ergò trepidantes sermone adorsus est. Cùm tot secundis nostrorum prælijs, fractæ res hostium vsque ad ipsorum fuerint confessionem, qui vesano dolore perciti, quasi victi Legatos nostros peremerunt, mirum mihi videtur, quòd metus vos irrationabilis in tantum perculerit, vt fortuita elementorum notis iam virtutum successibus præferatis: Nulla congressio fuit, qua nō statim Arabes cesserint, atque in fugam conuersi, cedendū existimauerint: &, vt se habent furta belli, fraude atque insidiis remedia captauerint, non vt ipsi vincerent: sed vt nostram differrent victoriam. Pro quibus cùm cōfidere oporteret, exagitatio successit quasi formidabilis belli, quia terra tremuit, cum soli innocui fuerint, qui prælia gererent. Aut si considerare velimus, quibus offecerit, Arabes potiùs æstimabimus, quos in bellum reduxit, ne se fugiendo subtraherent fortioribus. Video enim illos non armis, aut viribus fretos, sed pecoris nostri dispēdio in

Oratio Herodis ad socios.

D aciem remeasse. Fragilis autem spes, quæ non ex propriæ virtutis fidutia, sed ex aliena pendet miseria: cùm in terris nihil tam mutabile, quàm vel secundæ res, vel aduersæ. Exiguis enim momentis status rerum humanarum nouantur. Nec prosperitas diuturna, nec ærumna est pertinax. Itaque nec miserum esse, nec contrà perpetuum est, sed alternæ frequenter, & in iisdem variæ vices rerum. Deniq; ex nobis exemplū capessere licet. Cōflictu superiore potiores fuimus, sed in processū prælij fors mutata, vt vinceremur ab his, quos viceramus. Ergo & nobis sperare suppetit, quòd vincantur à nobis, qui nos vicerāt. Incauta enim semper nimia præsumptio, & sui negligens. Timor autem prospicere futuris admonet, & diligentiam docet. In prosperis audacia obrepit, & inconsulta temeritas nescit consiliū ducis expectare. Denique contra sententiā meam progredientibus vobis Athenionis nequitia nocendi locum reperit. Nunc mihi trepidatio vestra vadatur prærogatiuam victoriā. Erigite igitur animos, & veterem Iudæorum magnanimitatem attollite. Nec vos insensibilium commo-

Fragilis spes, quæ non est propriæ virtutis fiducia, sed ex aliena pēdet miseria.

E tiones perterreant, nec terrarum motus alterius ærūnæ indices arbitremini. Habent suam noxā passiones elementorum: nec aliud timeatis, quàm quòd in ipsis offensibus est. Non enim signa periculorum sunt in terræ motu, atque animantium lue, sed ipsa pericula. Nihil est quod timeamus, quasi grauia perpessuri qui pertulimus grauissima. Propitius iam potest esse, qui vindicauit: & mitior, quā si nō vindicasset. Quid seruatur post terræmotum ac pestilētiam, nisi misericordia? Quia soluimus duplicia peccata. Et tamen nos, quod bello vtile sit, integrum habemus. Pestilentia enim extra bellū positos abstulit: nostra autem victoria id hostibus ademit, quod bello idoneum legerant. Deinde nobis pecus mortuum, illis consilium, qui legatos, quos misimus, contra ius fásque iugulandos putauerūt. Prævaricati sunt legem omnium hominum, ipsorum etiam Barbarorum: quoniam apud ipsos quoque, qui nesciunt humanitatem, inuiolabiles legati habentur: dum vindicta cœlestis reformidatur, & tanti sceleris vltor Deus timetur. Hoc ergo admiserunt aduersarij nostri, quod nec hu-

Post punitionē manet misericordia.

Legatis summa immunitas vide ibi.

manæ nec diuinæ leges inultum relinquunt. Egrediamur ergo, non pro finibus aut spoliis, sed pro diuina iniuria præliaturi. Incitet nos ad bellum, non coniugij aut prolis charitas, sed præsumpta protectio Dei. Non arbitria nostra, sed diuini iuris præcepta exequimur sacra, vt pro his vindictam reposcamus, quos inuiolabiles esse oportere religio iubet. Inter arma hostilia legatio sola pacis sequestra est: exuit hostem, qui legatione fungitur, quorum nunc sanguis clamat ad Deum, & vindictam reposcit. Festinemus igitur ad prælium, dum vltorem habemus Deum cæsorum vindicem. Illi pro nobis meliùs præliantur, & circumfusi Angelorum legionibus, in acie prætendunt. Talibus hortatus milites, in hostem ruit, omnem occasionem belli requirens. Erant Arabes præstantiores numero, sed animis infirmiores: vnde congressione habita, ceciderunt ferè eorum quinque millia. Reliqui sese in munitionem recipientes, aquæ inopia fatigabantur, vt legatione missa pacē pretio deposcerent. Sed cùm se protrahi viderent, & sitis ampliùs aquis deficientibus accenderetur, egredientes plerique sese offerebant hostibus voluntariò, ferro quàm siti præoptātes perire. Quos vinctos seruabat Herodes, ne quid esset insidiarū. Itaq; quinq; diebus quatuor fermè millia recepta sunt, aliis ad bellum prodeuntibus, iterum ad septem millia virorum cæsa. Qua plaga humiliati Arabes à Rege, quantò virtute inferiores, tantò consilio præstantiores: Quem aduersarium habebant, quasi defensorem, & auxiliatorem sibi ipsum expetiuerunt. G

Ferro quā siti præoptant perire.

Ioseph. 1. de bel. c. 14. Ant. li. 15. c. 8.

C A P. XXXIII.

SED maior victorem solicitudo perculit, vt qui sibi alios subiecerat, non iam de finibus, sed de toto regno periculum imminens perhorresceret, victo Antonio, quem fida sibi amicitia copularat. Denique Augustus Cæsar actiaci triumphator certaminis, necdum superatum Antonium arbitrabatur, cùm Herodes superesset victoriæ. Anxius itaque Rex, cùm Rhodum accessisse Cæsarem verò indicio comperisset, nauigauit ad eum, ne fama terrenum iter eius præuerteret. Aduenién sq; deposito diademate, sese obtulit priuato habitu, sed mente Regia. Denique nihil veritati subtrahens, constantiam tenuit, autoritatem reseruauit. Ego, inquit, Auguste fateor, me fidelem fuisse Antonio socium, vtpotè qui ab eo regnum acceperim, cui me debitorem adhuc non abnuo, ídque armis probássem, si Cleopatra non inuidisset, & Arabes non impedissent. Ea necessitate arma aduersum te nō tuli: non quasi amici desertor, aut prælij pauidus, sed quasi domi rebus gerendis occupatus. Ingratum me tamen sibi non sensit Antonius, quòd & adiumenta excitus, & frumenti innumerabiles copias absens miserim. Sed & tu Cæsar me non ingratum beneficiis eius iudicauisses, si Actiaco bello interfuissem. Vide quàm nihil subtraham. Plus metuo apud te ingratus in hostem tuum, quàm in te hosti videri. Iudicium mihi tuum grauius quàm bellum est, apud quem non virtutum merita, sed vitia periclitantur. Vnde & ego malo apud te de fide, quàm de perfidia causas dicere. Vide Cæsar, quā integrum Antonium non deseruerim, victum non refugi. Vicisti Cæsar Antonium legionibus tuis maximis, vicisti consiliis tuis, vicisti imperij Romani viribus, quod dereliquit & quod negauit: & verè victus est virtutibus tuis sed magis moribus suis. Vicit eum Cleopatra vxor, vicit eum Ægyptius amor, vicit eum Conopæa luxuries. Victus est, quia maluit cum Cleopatra vinci, quàm sine ea vincere: vicit eum mulier infestior suis, quàm aduersariis. Suaseram mortem mulieris, si vellet sibi consulere: promiseram auxilia, quibus repararem afflictum: promiseram vires, quibus fugacem tuerer, meipsum belli consortem obtuleram: sed mentem eius obstrinxerant Cleopatræ cupiditates: victus est, quia audire me noluit: victus sum & ego cum Antonio, minore tamen flagitio: quia illum Cleopatra vicit, me Antonius. Ille Barbaram, ego amicum non dereliqui. Cum illo potui diadema, sed ad te venire timens amici fidelis gratia, sequestraui regni insignia, sed non abieci virtutis cōscientiam: vt voles, iudica. Ego tamen quauis sorte iudicij tui referam mecum, quod cuiusmodi fuerim amicus, æstimabitur. H I

Cleopatræ victoria de Antonio.

C A P. XXXIIII.

Responsio Cæsaris ad Herodem.

RESPONDIT ad ea Cæsar: Salue, inquit, & nunc magis regno tuo vtere, quia non inuidemus virtutibus, sed delectamur. Dignus enim es pluribus imperare, qui sic tueris amicitiam: & vt in aduersis positum non abneges, & amicum tibi confiteri non erubescas. Sed adorere fœlicioribus adhærere, & conseruare fidem in prosperis, iam in aduersis satis probasti. Vicerit te Antonius, sed non ego victum putabam, quem amicitia parem fecit victoribus. Propterea expeteris à nobis, quia nullus te belli euentus mutauit: quandoquidem non tu Antoniū deseruisti, sed te Antonius, qui Cleopatræ magis quàm tibi credidit. Insipientia illius te nobis acquisiuit, quia pernitiosissimam sibi elegit, fidelem repudiauit. Nec mirum, si Cleopatræ Antonius victus adhæreat, à qua victor captus est. Quid miraris, si à te desistere fecit Cleopatra Antonium, cùm à me dissociauerit, atque ex consorte imperij hostem fecerit? Ergo & quia tu nobiscum repudiatus es, & ideo nobiscum regna. Nec hoc quidem beneficio vacat, quòd dum nos bellis occupamur ciuilibus, tu indomitam Arabum gentem subiectam fecisti, quia Iudæorum hostes pro nostris ducimus. Nobis enim arma inferunt, qui vos lacessunt. Nobis ergo militasti, cùm tibi vinceres: & ideo te remunerabimus, vt regnum tuum confirmetur nostro munere. Interim nihil imminuisse non parua gratia est: adoriemur in reliquū, vt non requiras Antonium. Neque enim dignum est, vt quem bello vicimus, non vincamus beneuolentia. Cùm hæc dixisset Cæsar, imposuit diadema capiti eius, sedulitatem adiungens muneri. Qua dignatione Cæsaris inuitatus Alexander, ex amicis Antonij virum, cui Cæsar maximè indignaretur, volens abducere offensioni, multa deplorabat prece: sed indignatio nimia nullum veniæ locum reliquit. Proficiscentibus inde in Ægyptum, prosecutus Cæsaris iter suppeditatis omnibus, K

Herodes pro Alexandro frustrà intercedit.

A bus, quæ vel ipsi, vel exercitui vsui forent, maxima sui gratia Imperatoris sibi studia conciliauit Herodes: præcipuè quia in locis aridioribus vsque Pelusium, Regali prouisione aquarum affluentia sub ministrata: quibus officiis tantum sui amorem infudit omnibus, vt plus videretur meruisse quàm accepisse. Minor quoque regni potestas, quàm humanitatis largitas æstimaretur. Vnde Cæsar ex sententia rebus intra Ægyptum gestis, Antonio & Cleopatra defunctis, nō solùm quę adēpta erāt, Herodi reddidit, verumetiam præter illa, quæ Cleopatra auerterat, Gadaram, Ioppem, Samariam quoq; ei concessit. Maritimas quoque vrbes, Gazam, Arithedanam, Ioppen, turrim Stratonis simul donauit: quadringentos quoque stipatores ex Gallia, quibus septa incedebat Cleopatra, ad custodiam corporis Regi concessit. multáque alia. Sed his omnibus Rex pluris habebat: quia à Cæsare super omnes, infra Agrippam tamen, diligebátur, ab Agrippa infra Cæsarem.

Cæsar Herodi multa donauit.

Vet. cod. vt et apud Ioseph.

QVINTODECIMO itaque sui regni anno, vt beatitudini suæ responderet, & gratię tanto rerum secundarum successu leuatus, ad pietatem intendit, & vt se gratum cœlestibus in se supra modum fluentibus beneficiis demonstraret, templum ornauit: omnémque illū circa templum loci ambitum circumuallauit muro, geminatísque spatiis inclusit immenso ædificandi sumptu, & exquisito decore. Indicio erant magnæ circa sacrarium porticus, quas extruxit ex fundamentis: nec minor tuendi quā ornandi intentio. Siquidē castrum Aquiloni subiacens cōmuniuit, quod appellauit Antonij gratiam, nullo inferius superiorum palatiorum. Addidit etiam in ipsa arce Regię domus gemina habitacula, maximi ambitus & mirabilis pulchritudinis, quorum gratiæ nihil conferendum arbitreris. Vnum eorum Cæsarium, alterum Agrippium nuncupabatur, vt in suis ædibus tantorum amicorum diuturna memoria celebraretur. Vrbem quoque Sebasten non solùm Rex ædificauit, sed etiam repleuit inhabitantibus. Ac ne singula persequar, haud vllum facilè præteriit locum vetustarum vrbium, quem non renouaret labentem, aut additis, quæ deesse videbantur, ædificiis ornaret. Liberalitates quoque suas vsque ad quinquēnalia diffundens certamina: vnde illud hominū genus effusis diuitiis locupletauit. Templū etiam Cæsari de marmore albo condidit ad fontes Iordanis, ad eò immemor factus religionis, vt homini tēplum sacraret, vsúmque gentiū in Iudæam induceret, loco nomen Panium est: Vbi mons altitudinis excelsæ vertice summo in sublime porrigitur, cuius in latere vmbrosum aperitur antrū, per quod graue olētis præcipitij profundū sæuā exhalat mephitim. Intus aquarum congregatio, & sine vllo motu multa vis inerat, vt æstimatio profundę altitudinis nō comprehenderetur. Foris autem circa ipsius antri radices fontes scaturiunt: Vnde ortum illic Iordanis plerique æstimauere: nobis tamen, quid veritas habeat, in posterioribus aperiendum videtur. Erat in maritimis ciuitas, quæ Stratonis turris appellabatur, iam fessa bellis frequentibus, & vetustate ipsa inclinata in ruinam: oportunitate tamen & gratia loci præminens, quam renouauit lapide albo, & variis ornauit ædificiis, atque in ea magnanimitatis suæ virtutem, & elegantiam operis expressit. Inter duas enim maritimas vrbes, Doram atque Ioppen sita in medio: vtraque ex parte perstringitur importuoso littore, vt omnes, quicunque ex Ægypto Phœnicen prætermeare desiderant, in salo fluctuent, quia frequenter illic mare ventis excitatur, & maximè Libycis spiramine, cuius etiam moderatione flatu fluctus attollitur: denique illisus præcurrentibus saxis, & fracto repercussus impetu, efferum mare cadendo exasperat. Itaq; Rex nullū impensis statuens modum, magnanimitate vicit naturam, portúmque maiorem Pyræo constituit, atque in eo penetrata rupium vastitate, stationes tutas composuit. Mensus quoque spacium, quod magnitudini portus conueniret, saxa ingentia in mare iecit, quibus inesset plerísque altitudo pedum quinquaginta, aliis etiam excelsior. Distinxit ipsum maximis turribus portum, quarum vnam Drusion vocauit, vt Drusi nomen, qui de Cæsaris maioribus fuit, insignibus sui operis intexeret. Gradus etiam breuiores locis interposuit frequentioribus, per quos sine graui labore nauigia subducerentur. Tribus etiam collossis ingentibus totam portus illius gratiam venustauit. Iterum templum Cæsaris editiori fundauit loco, & templi medio colossum constituit Augusti nomine, velut simulachrum ipsius, quod non minoris magnitudinis foret simulachro Olympij Iouis aut Iunonis Argiuæ. Nescias pulchritudinem in tantis difficultatibus, an validitatem operis. ac munimentum in tāto decore præstare amplius putes, quandoquidem insolubile maneat opus, & mari, & vetustati. Accessit itaque in eo opere multiplex gratia. Nam & vrbs maxima accreuit Prouinciæ, & portus nauigantibus, & honor Cæsari, cuius ex nomine Cæsarea in hoc tempore vocatur.

C A P. XXXV

B

Antonium Castrum.

Sebastes conditor.

C

Non particula vacat in m. s. & apud Ioseph.

Al. idémque illisus subauditur, fluxus.

D

Cæsarea vrbs

E HANC Regis potentiam prosperis affluentem successibus vnius mulieris expetita societas inclinauit, mœstísque infregit doloribus, ex quo aduersum ius fásque coniugium dignitate potiùs generis, quàm charitate, vsu quodam Regio metiendum existimauit. Habebat autem in consortium, Dosidem nomine, Hierosolymitanam fœminam priuato sibi antè sociatam, quæ gratior eo esse debuerat, quo fuerat felix marito, cum qua regale fuerat adeptus fastigium. Verùm immemor gratiæ proiicit Dosidem, sociat Mariamnem Aristobuli neptem, Alexandri filiam. Itaque dum sequitur nobilitatem, in perturbationem incidit, qua sibi domus propria non conueniret, cui diuersarū Prouinciarum multiplex obtemperaret populus: ac ne oculi nouę nuptę odio nouercali domi posito eo, quem Dosis generauerat, offenderentur, eiectus non solùm paternis ędibus, sed tota quoque vrbe Antipater (id enim iuueni nomen) infaustis nuptiis locum fecit, quas pater vnici filij exilio concelebrauit, víxque festorum dierum solennitatibus arcessebatur: videns mulier morigerari sibi

C A P. XXXVI.

maritum,etiam pietatis conuitio in ſuperbiam conuerſa,addita eſt etiam cauſa,qua iure eius animus F
inflammaretur:quia Hyrcanum auum ſuum,viri ſui inſidiis nouerat extinctum,falsò ſuſpectum prop
ter regni cupiditatem : Ipſe eſt , de quo ſuprà memorauimus, quem Barzafarmanes, qui Perſis im-
peritabat, cùm occupaſſet Syriam captiuum abduxerat, atque in Parthia primò retentum, poſteà
Iudæis poſtulantibus,qui ſupra Euphraten inhabitabant, miſeratus ſortem inclinatam permiſerat:
atque vtinam vt conceſſus fuerat deprecantibus,ita etiam credidiſſet monentibus,ne mora ingenij
humani propinquorum eum potentia ſolicitaret,vt ad Herodem trãſitum faceret, eam illi periculo
futuram,quòd nullos magis regni cupido ſeruandi, quàm proximos exagitaret, atque à propinquis

Cupido regni ſeruandi quos exagitet.

caueret. Verùm ille tædio peregrinationis,& ſuorũ deſiderio tranſiuit Euphraten,in Iudæam reuer-
titur. Quod altiùs in pectus Herodis,quàm quiſquã ratus erat,deſcendit, non quò ille regnum affe-
ctauerit,ſed quia viro regij generis, & diu exercitati priuilegio poteſtatis,incertum, an ab eo abſti-
nere ſe poſſet,æſtimabatur. Laqueus igitur mortis Hyrcano,coniugium neptis fuit,cuius gratia pro-
perauit ad Herodem:neſcius,tutiúſne apud hoſtẽ captiuos degere,quàm apud Regem propinquos.
Nulla itaque,vel leui regnandi ſuſpicione,hoc ſolo interemptus eſt, quòd ei competere regnum vi- G
debatur. Diligebat intereà Mariãnem impenſo amore,nec offenſam volebat:Cumulauerat mulieri
gratiam numeroſior partus. Nam quinque ei generauerat filios, ſed ex tribus maribus iunior Romæ
obierat, dum literis imbuitur liberalibus. Reliqui duo vltra priuatorum modum Regio cultu cele-
brabantur. Suffragio erat iuuenibus matris nobilitas,& ſuus ortus in regno,quòd imperãte iam par-
tè geniti forent,ſed amor maximè Mariamnes,quo Rex magis magíſque quotidiè accendebatur: vt
cùm ipſi nulla viciſſitudo amoris à coniuge rependeretur, caueret tamen, ne in aliquo mulieris ani-
mum mœſtificaret. Æqua lance odium mulieris,& amor viri aduerſum ſe certabant. Iuſtiùs tamen
Mariamne amantem ſe virum oderat, quàm Herodes Mariamnem amabat non amantem. Suppe-
tebat mulieri odium de flagitio, fiducia de amore:quia altero dolore nepotis aduerſabatur , altero
per obſequium amantis extollebatur. Et ideò ne à conuitio quidem obiiciendorum criminum tem-
perauit,quòd auũ ſibi Hyrcanũ,& fratrẽ Ionathã per ſcelus eripuiſſet, cũ alter proſocer,alter affinis:

Sic alias Ariſtobulus apud Ioſephũ vocatur.

ille propter ſenectutis infirmitatẽ ſeruari debuerit, hic ſaltem propter ætatẽ adoleſcentulam: faci- H
nus indignum,cui ſeptem & decem annorum adoleſcenti ſummum commiſerat ſacerdotium,huic
continuò honorem contulit,& mortem intulit:nulla alia cauſa,vt accepimus, niſi quòd ſacerdotali
amictu indutus, vbi acceſſit primùm ad altaria,ſacrato & celebri die, ſubitò populus illachrymauit:
quod ſuſpectum adeò Herodi fuit,vt præ gaudio crederet populum illachrymaſſe, atque adeò erga
ephebum prodidiſſet affectum ſuum, lachrymas illas voti indices, ſtudium populi ſui periculoſum,
qui intimis viſceribus ſignificauerit,quòd ſtudium erga cultum adoleſcentis haberet, & nobilem il-
lum Regium nepotem impotentis mulieris filium fratrem Reginæ proteruioris, quæ Regem virum
dedignaretur prorupturum ad imperandum,niſi maturiùs ſublatus è medio foret,cui forma,cui de-
coris gratia ſuppeteret, vt iure præferendus omnibus æſtimaretur. Propoſuit itaque adoleſcen-
tem occidere , exagitabat eum mater adoleſcentis,quæ & ad inueſtigandum acrior, & ad vlciſcen-
dum vehementior, nihil occultum, nihílque inultum patiebatur, eóque reuocare ſeſe ac reprime-
re deliberabat. Rurſus exagitabat eum cumulatior indies erga adoleſcentem amor vniuerſorum &
regni periculum. Vnde prærupto furore excitatus,ſtatuit quouis modo ſibi conſulere.

CAP. XXXVII.

Dolo mergitur adoleſcẽs.

MITTITVR adoleſcens nocturnis temporibus ad vrbem Hiericho atque ibi ſolitus dele- I
ctari ſtudio natandi: à plurimis quaſi in ludum coeuntibus , dum ſine modo mergitur, in piſcina
necatur. Id tacitum ſoror non tulit, ſed affectu germanitatis per conuitium prodidit, atque obie-
ctauit marito, iuſſu eius ſibi fratrem ereptum. Deſtitutam ſe omnibus, funeſtam ſibi domum con-
iugis, qui primo ſibi auum ademerit, poſtea germanum interemerit, miſeram ſe exitio ſuis fuiſſe:
imprecari dira viro, ſocrui & regis ſorori,commune omnium flagitium vltorẽ Deũ,poſcere ne tan-

Matris Herodis & Salomes ſororũ ſcilicet.

tum facinus impunitum relinqueretur. Ferebat iſta Herodes quaſi amore captus, & nutibus de-
ditus : ſed furebat ita muliebris , & ferre non poterat maledicta execrantis , & indignantis arro-
gantiam maximè, quia victus vernaculo eius Herodes inſurgere aduerſus dilectam nequibat, &
ideò quò magis excitari quaſi amans poſſet , ſcena adulterij contexitur, atque in mulierem iſtiuſ-
modi crimen componitur , quòd imaginem ſuam Antonio in Ægyptum deſtinauiſſet. Quan-
tæ iſtud intemperantiæ fuiſſe , vt abſenti & prompto in libidines viro , tum prætereà potenti,
qui poteſtate pro iure vteretur , formam venalem offerret vt pulchritudine illiceretur , nouæ K
auctionis commercio ſe mulierem potuiſſe , víne amoris an odio mariti , cuius periculum pro
mercede adulterij poſtulauiſſet ? Hoc itaque commento mulierum , apud Herodem Mariamne

Mariãne picturæ prolicit ad libidinem.

quo magis amabatur , eò grauiùs appetebatur , nec tamen inſimulatio ipſa , quamuis indi-
gnantium fœminarum, aliena veri penitus fuit, matrem enim Alexandram furentem , quòd a-
lius filio ſuo Ariſtobulo in ſacerdotio præferebatur (hoc enim nomine Ionatham filium ſuum
quòd auum ſibi Regem fuiſſe in memoriam reduceret , appellari malebat) ab Antonio per
Muſurgam quendam literarum ſequeſtrum petiiſſe filio ſuo ſacerdotium , fides verò propior erat.
Deinde adueniente in Iudæam Gellio Antonij amico , cognitum adoleſcentem miraculo fuiſſe
propter excellentiſſimi decoris gratiam. Non minus etiam Mariamnem, cuius quò dignitas cla-
rior , eò fama illuſtrior , & fortè compertam more quodam ingenij humani , quo viri quoque eo ſe
interioribus

A interioribus amicis chariores cupiant declarare , ſi præſentibus quoque neceſſitudinibus ſuis in ſe
hoſpitalitatis ſocietatem indulgeant:ibi quoque Alexandræ datam cum Soſio colloquendi copiam
licet liberiori viduæ , alia quoque cognoſcendi hoſpitis deeſſe copia non potuerit, cùm præſertim
huiuſmodi & cauſas & perſonas requireret. Deinde collato vtrinque conſilio id ſe dediſſe ſententiæ,
vt vtriuſque imagines Antonio dirigerentur. Perſtrictum illum ſplendore imaginum , & Soſij præ-
cipuè teſtimonio (qui nihil tale ſe vnquàm vidiſſe in terris aſſeueraret, & gratiam illis non ho-
minum , ſed diuinam ineſſe lenocinantem : vt excitaret viri minimè ſobrias cupiditates) ſcripſiſſe
Herodi , vt Ariſtobulum ad ſe ſine mora mitteret , de Mariamne quòd * ſibi coniuncta foret , præ-
termiſiſſe. Non quò cooperire libidines ſuas,vel in his , quæ nuptiæ eſſent apud maritos ſoleret, cui

** Herodi ſcilicet.*

ſine periculo vſus foret , flagitium ſine pudore , ſed quò Cleopatræ caueret indignationem , quæ
vtriuſque quidem ſexus riuali offenderetur , ſed ampliùs ſi ſociatam viro mulierem deprehendiſſet,
quia ſe decore ſuper omnes excellere mulieres arbitrabatur. Perlectis itaque literis, Herodem
excuſauiſſe , quòd ſine ſeditione populi , & perturbatione totius gentis auellere à ſuis nobilem non
B poſſet adoleſcentem , atque vt ſatisfaceret Alexandræ , ſpopondiſſe Ariſtobulo ſacerdotium: ſed
cùm * moras fieri promiſſis vidiſſet , & arte ſe ludi putaret , Alexandram parauiſſe nauigium , ac in

** moram*

ipſo apparatu fugæ cognito per Sabionem , conſilio reuocatam eſſe cum filio. His motum He-
rodem diſſimulaſſe ad tempus iniuriam , & acceleraſſe Ariſtobulo ſacerdotij collationem , vt ho-
noris ſpecie patratæ necis inuidiam velaret : Qua peracta , vt diximus , quaſi fulmine ictus , exagi-
tatus eſt , ſimul & affectati adulterij afficto à ſuis crimine , quòd ſciret Antonium promptum ad li-
bidines , & inuelatas , ex eo quòd plurimum poterat inflammantem in omne genus amatorium
cupiditates. Cleopatræ quoque inexpiabilem riualitatis præcipuè dolorem atque immanitatem,
quæ plurimos virorum , quos ſeniores circa vxorum reprimendam intemperantiam compererat,
interemiſſet , imminere ſibi periculum non ſolum amittendæ coniugis, ſed etiam ſubeundæ mortis
perhorreſcebat. Propoſuit itaque ipſe contendere in Ægyptum , vt Antonium vel Cleopatram,
quam maximè metuebat , * deflecteret. Euocatum alij ferunt M. Antonij literis eò tetendiſſe , vt

** flecteret*

C necati adoleſcentis cauſas præſtaret. Profecturus tamen affini ſuo Ioſippo , cui Salome germana
Regis in coniugium conuenerat , ſecretò aperit , ſuſpectam ſibi necem , propter coniugalis formæ
appetentiam , quam miſſa ſui decoris ſpecie prodidiſſe mulier argueretur , idque quaſi affini nego-
tij committere , vt ſi ipſe ab Antonio extinctus foret , Mariamnem necaret , ne merces flagitij ſu-
pereſſet. Ioſippus haudquaquam , vt arbitror , ſtudio proditionis , ſed quò mulieris erga virum
ſopiret querelas , quibus ſe afflictam diceret ardere odiis viri , mandatum exprimit , atque ad af-
fectum amantis interpretatur quod ne mortuus quidem pateretur Herodes ſeiungi ſe ab vxoris ſo-
cietate. Sed mulier longè aliter , quàm Ioſippus æſtimauerat , ad argumentum traxit implicatæ
adhuc in ſe crudelitatis , cuius exercendæ poſt mortem quoque ſuam executionem affini proprio
mandauiſſet , infeſtum illum ſibi iniuria , qui ſuſpiciones ſuas non argumento aliquo veritatis exa-
minaret , ſed præruptæ mortis exitio vrgeret , nullum odiis finem fore , quæ vltra ipſum vitæ ac
ſalutis defectum extenderentur. Sed Ioſippus domeſtici mali immemor , dum alienam con-
iugem viro reconciliare expetit , ſuæ coniugis aduerſum ſe inflammauit ſuſpiciones : quæ & col-
D loquia viri proprij cum Mariamne , moraſque in aula Regia haud perfunctoriè ferendas arbitra-
batur. Denique vbi frater reuertit , inſimulationes non diſtulit , iniuriam addens ſuam R egalibus
contumeliis , quòd ſibi quoque Mariamne ademiſſet maritum : ſed Herodes præſtrictus licet,
tamen haudquaquam grauiùs primò commotus eſt , nec infenſum ſe vxori præbuit , cùm etiam vi
amoris infractus , quodam die mulieri iurare cœpit , quòd tanto eam diligeret affectu , vt nun-
quàm alterius mulieris flagrauerit cupiditate. Ita omnes ex animo abiecerit , vt vxori fidem ſer-
uaret. At illa : Satis , inquit , amorem erga me tuum mandatis , quæ Ioſippo dederas , declaraſti,
præcipiens vt me occideret. Quomodo poteſt amare , qui occidere poteſt ? Amens illicò Rex vbi
audiuit ſecretum ſuum proditum , cogitare cœpit nunquàm proditurum fuiſſe Ioſippum , niſi captus
amore mulieris mercedem proditionis ſtupro quæſiſſet , manifeſtatũ quod diu latebat , in aperto cri-
men indubia corruptione : non fruſtrà excitatam ſororem , quæ domeſticam iniuriam præ cæteris
deprehendiſſet. Itaque indignatione nimia furens animíque impos exiliuit delectulo , fugiens corru-
ptelæ turpis contagia , nec furentem capiebat aula : audiuit ſoror vociferantem , continuóque rapiẽs
E tempus ad argumentum inſimulandi & occaſionem nocendi , confirmauit indignantis ſuſpiciones:
impulſus itaque dolore iniuriæ inſimulatione germanæ , iubet occidi vtrũque , nec multò pòſt ſecuta
eſt factorum pœnitentia : & vbi ira cecidit , amor ſucceſſit , & paſſio reſuſcitata eſt , tantuſque incãduit
feruor cupiditatis , vt defunctam non crederet , atque in exceſſu mentis poſitus , quaſi viuentem allo-
queretur. Et ſicut ad eam , quæ viueret , pueros dirigebat , rogans , vt depoſitis ſimultatibus , ad ſeſe ve-
niret , & redderet ſe coniugali gratiæ. Vix denique multo edoctus interuallo temporis obiiſſe cre-
didit , quam pro amore tanquàm immortalis fœminam decoris mori nõ potuiſſe arbitrabatur. Tan-
tus erat affectus erga defunctam. Denique efferus , poſteà atque in multorum necem præſentium
odio fertur exaſperatus , nec ſolùm morbo animi laboraſſe , ſed etiam graui corporis ægritu-
dine , quam ex peſtilentia quoque aëris contractam aiebant. Nam tractus cæli corruptior plu-
rimis peſtem creauit. Vnde conſultis medicinæ peritis , ſyluarum ſecretis ſeſe abdit , & refuſo

Tractus cæli corruptior peſtilentiam creat.

Sobrietatem.M.S. paulatim vigore, venatibus salubritatem corporis, pariter ac mentis * salubritatem recepit. F

CAP. XXXVIII. Hoc quoque addebat miraculis suis, quibus defunctæ suspiciebat gratiam, luisse se iniusti pœnas flagitij, & elementorum ægritudine expiatum interitum tanti decoris, excidio mundi, populorum lue vnius mortem, sorte tamen impari vindicatam, cùm fructus terra abnueret, fames augeret pestilentiam. Hunc Mariamne exitū tulit, sobriè viro pudica, sed insolens formæ conscientia. Cui magnanimitas superfluebat, sedulitas deerat, vt blanditias dedignaretur mariti, secura quòd nihil ab eo, qui supra modum diligeret, exitij perpeti posset: nec solùm ad præsens vltionem reperit, sed etiam in reliquum hæreditaria odia transmisit. Cui succedere filij, materni doloris executores, pio erga matrem quidem affectu, sed erga patrem impio: cùm vtrique parentum pari munere ius naturæ soluendum foret. Nec inexercitatos dolor reperit: Nam diu Romæ eruditi Latinis iuxtà & Græcis literis, astutiam non mediocrem assumpserant, & absentes † compererent necem matris, plærisque in odium patris impulsoribus asperabantur. Regressis quoque ne conspectus quidem paterni reuerentia sedulitatem infunderat, crescebat cum ætate malitia. Accessit etiam ex coniugij societate præsumptio, quòd alteri Salomes filia neptis Herodis, alteri Archelao G genita, qui Cappadociæ regnum tenebat, in ius copulæ nuptialis conuenerant, & nobilitas coniunctionis odiorum dederat autoritatem. Offendebatur igitur Herodes, vel tacito filiorum ingenio excitatiore, quàm paterna pietas pati posset, quæ etiam vultu frequenter læditur. Addebantur & stimuli ab his, qui ab insidiis filiorum cauendum, quasi soliciti crebrò denunciabant, asserentes, quòd vltrices materni exitij armarent manus. Quibus perterritus Herodes, Antipatrum Dosidis filium præferre fratribus, atque ad sui gratiam huberiore † effectu cœpit lacessere. Ardere maioribus odiis aula Regia, & certamine fratrum concuti: dum illi indignantur, quòd priuatæ mulieris filius sibi in regno ortis præferebatur: ille versutus adulandi, quò se inferiorem materno latere cernebat, eò studiosiùs commendare sese patri, appetere germanos compositis insimulationibus non quiescebat, donec ipse per se, ac per alios, quos sibi adiunxerat, excluderet ipsos ab affectu paterno. Denique regnandi his spem omnem ademit, ita vt publicè condito testamento, solus imperij successor designaretur, missusque ad Cæsarem Romam, præter insigne diadematis H omni ornatu cultuque Regio fulciebatur. Inde in Iudæam regressus, aucta erga se Cæsaris plurimorumque illustrium virorum gratia, exigui propè temporis interuallo tantùm prævaluit, vt etiam matrem coniugio patris † adderet: geminisque armis, adulandi arte, & simulandi versutia, ita germanos vrgere apud patrem cœpit, vt pater filiis necem pararet. Denique furens animi Romam petit attracto secum Alexandro, quem reum magici aduersum se criminis ante Cæsarem statuit. Ille data sibi copia deplorandæ calamitatis, ærumnarúmque omnium, cùm videret sibi suppetere tanti iudicis autoritatem, qui nec ab Herode traduci per gratiam posset, nec ab Antipatro circumueniri, nihil prætereundum ratus, flagitia patris quadam perstrinxit modestia, vt nec vrgere tanquam accusator videretur, nec occulta esse sineret, cùm plurimùm causam iuuaret, si se ob necis maternæ dolorem paternis peti odiis demonstrauisset. In talibus enim iudiciis nihil magis liberos grauat, quàm naturæ pietas, & pietatis autoritas. Quæ si aliquantò traducuntur flagitio, præiudicium minuitur, prærogatiua excluditur. Vbi verò ad obiecta patris ventum, validis refellens assertionibus, alienum sceleris primo fratrem demonstrauit, qui suorum esset consors periculorum, quem innoxium in crimen vocari ingemiscebat. Astipulabatur puræ I conscientiæ agendi ius & dicendi peritia, nihil sibi ac fratri relictum honoris, sublata omnia per scelus germani, patrisque facilitatem. Amarissimè deplorabat necem sibi irrogari, quam pater eousque expetit, vt crimen adiiciat, flagitium adiungat. Quibus dictis coegit in lachrymas vniuersos, atque eò sortem deduxit iudicij, vt Cæsari accusatio non probaretur, pater reconciliationem amplecteretur. Id gratum admodum & præcellentissimum Romano Principi, non solùm Regi inclyto regnum donasse, sed etiam liberos reddidisse. Itaque iusto definitum examine, vt sic paterni iuris reuerentia inuiolata maneret, & tuta filiorum innocentia, patri, vt decebat, obtemperarent liberi. Ipse inoffensum naturæ affectum cohiberet filiis, cui vellet tamen, regnum relinqueret. Redit ex vrbe Roma cum patre Alexander, iudicio magis quàm suspicione absolutus. Vacare enim mentem Herodis ab odio filiorum Antipater non patiebatur: Ipse enim erat odiorum materia: premebat tamen studium suum contuitu reconciliationis, ne appetitæ germanitatis scenam proderet, insidias manifestaret. Vbi ventum est in Ciliciam, & nauigantes in K † Eleusiam applicauerunt, suscepit eos Archelaus opimo conuiuio, gratias agens Alexandri generi sui causa, quòd exemptum periculo reconciliatione etiam dignum æstimasset. Ipse etiam literis per suos directis, amicos rogauerat, vt genero defensionis adiumento forent, & discedenti obtulit XXX. talenta hospitalitatis munere, ac Zephyrium aduque Regem perduxit. Regressus domum Rex, continuò populum aduocat, apud quem hoc modo disseruit.

CA. XXXIX. Modo causa mihi Hebræi ciues & vtilis & fructuosa fuit Romam petendi, profectò vt de filiis meis Cæsar iudicaret: ne solus ego, qui irascebar, cognoscerem, perrexi ad Cæsarem: vt qui regnum reddiderat, de successore meo pronuntiaret. Adiecit beneficiis suis, vt quod difficile erat, propè amissos filios patri repræsentaret, fratribus, quod supra regnum est, concordiam redderet. Redeo igitur ditior quàm profectus sum, didici esse melior pater, quia didicerūt filij mei esse meliores liberi

Cæsaris

M.S.† cōperta nec matris pleroſque in odium patris ſe impulsuros arbitrabātur, regreſſis quoque ne conſpectus quidē paterni reuerētiam ſedulitatemque inſuderant.

† affectu

† reddereț

Antipater regio fulcitur cultu.

† Ruffin Ioſeph. interp. Eleuſam.

A Cæsaris beneficio. Statuit enim, vt ex meo arbitrio penderet filiorum successio, ne prærogatiua successionis superbiam gigneret. Ipse mihi successorem darem, quem elegissem: eum scilicet, qui meruisset: eum, qui patrem ampliùs honorauisset. Imitabor Cæsarem, ille enim absoluendo iuniores filios meos, seniori filio pares fecit. Itaque simul tres liberos hodiè Reges constituo: illi ætas, istis nobilitas adstipulatur: nec numerus moueat, magnitudo regni & pluribus abundat. Arbiter primò sententiæ meæ Deus: deinde etiam vos accedite, quos Cæsar coniunxit, constituit pater, vos honore congruo prosequimini, vt neque immoderatus neque infimus honor sit: Aliud inflat, aliud exasperat. Quod cuique portionis suæ meritis suppetit, impartiatur. Non enim tantùm quis delectat eum, quem supra mensuram honorat, quantùm lædit eum, cui debitum negat. Et plerunque vterque eorum offenditur, vbi prælationis adulatio est. Sum certè omnibus pater. Honor filiorum haud dubiè patris * gloria est: Si tamen supra modum quis liberos meos excolat, reus est mihi etiam pro liberis meis, quibus author prolapsionis est: Nimius enim cultus audaciæ sumptus est. Nunquid inuideo liberis meis? Absit: sed malo eos minus cum gratia posse, quàm B plurimum cum seditione. Quod enim superbiæ vel rapinæ est, citò labitur: quod gratiæ, diu tenetur. Vnde curæ erit mihi, vt sponsores concordiæ adiungam liberis meis parentes amicosque, quorum hortatu mutuæ dilectionis affectum induant. Nam cùm omnis sermo malus facilè mentem audientis inficiat, tùm maximè assidua colloquia, & diuturnus vsus pestem animis infundere solent, quò contagio quodammodo in mores cohabitantium citò transeat: etsi tranquillitas morum sit, tamen vt stagnum mite licèt, ventis exagitantibus assurgere in æstus valet: ita bona natura improbis monitoribus fluctuat. Arbitror itaque, quòd in me vnusquisque spem sui potissimam debet recondere, non enim quod accedit liberis meis, mihi deperit. Plus vnusque tribunorum vel militum reuereri debet patrem Imperatorum. Ego, ego sum, qui mercedem vniuersis rependam, pro his etiam, quæ filiis meis detuleritis. Si recta aduertero studia, factis remunerabor, maleuolentia pretium referet suum, vt apud eum quoque, quem putauerit adulandum, fructu excidat. Vos autem boni filij, considerate primùm naturæ religionem, cuius gratia & bestias C ligat, quæ etiam feras cogit in amorem necessitudinis: manet inter indomitas pecudes mutuus amor, & periculis propriis redimunt suos beluæ. Reueremini etiam Cæsarem, qui vos ex inimicis amicos fecerit. Tertiò meipsum, qui rogare malo, cùm possim iubere: manete fratres, nolite exurere quòd generati estis. Do vobis vestem, & cultum imperialem, sed pretiosius est, quod suadeo, vestri amoris intemeratum signaculum. Si pietas maneat, regnum delectat: Si desit gratia, vile imperium est & plerunque noxium. Ergo dum vos experiar, habebitis interim non regnum, sed regni honorem. Si patrem dilexeritis, ius sequetur, mei tamen amorem in vobis probate: omnibus, quibus delectare regnum solet, vt principes potiemini. Onera imperij, & moles negotiorum me solum, etsi nolim, manebunt. Et ideò vobis prodest mea velle: quia ego, quæ vestra sunt, & volo, & mea arbitror. His dictis osculatus est filios, vt eos vno osculo charitatis inuicem sibi necteret. Quo facto, conuentum dimisit.

Honor filiorū, patris gloria est.

** vet. cod. gratia hoc est patris permiſſione, vt filij tantum honorentur quātū pater permittat Gisalt.*

CAP. XL. Discessere plerique læti, quibus placebat concordia germanitatis: sed cum fratribus reuertit dissentio, eoque grauior, quò dignitas potior, cui ampliùs inuideretur, & nocendi supD petere maior potestas. Dolebant filij Mariamnes æquatum sibi priuatæ filium mulieris, qui regni nesciret prosapiam. Contrà Antipater distinctam sibi * à fratribus regni spem dedignabatur, & inuidebat germanis, quibus posteriora pro primis vix reseruarentur. Sed hic sese tegebat & velabat, odio prætendens gratiam, illis consilium omne in sermone obuium, etiam non quærentibus. Promptior lingua, & secretorum prodiga, quicquid locuti forent apud Alexandrum, continuò apud Antipatrum erat, multa etiam quæ non dixerant, simulabantur. Pleraque internuntius cum incremento adiiciebat. Architectus omnium, quibus appeterentur fratres, Antipater erat, cuius vita nihil aliud erat, nisi quoddam versutiarum conciliabulum, scena improbitatis, argumentum scelerum, flagitiorum * ministerium. Subiiciebat iudices, subornabat testes, simulabat defensionem, quasi in theatro personam fratris circumferens, vt leuiora excuteret obiecta, grauioribus cederet, quò magis patrem falleret, & vehementiùs in fratres moueret, maximeque acerbabat arte inuidiam paternæ necis paratæ, vt regnum eriperetur, quia Regibus metus periculi suspectior: sed ne sine repulsore minùs verisimilia Regi viderentur, ipse primò tentabat refelE lere, deinde constringi se manifestis rerum indiciis volebat videri, vt perorata vtrinque causa, quasi nihil iudicio defuisset amplius, pater tanquàm in conuictos filios excitaretur: nulla enim res maiorem fidem assertis dabat, quàm quòd Antipater fratrum defensor æstimabatur. Hac fraude plurimorum captabat gratiam, ipsius quoque patris in se mentem inclinabat. Quicquid quotidiè fratribus minuebatur, de affectu paterno in ipsum trāsfundebatur. Abducebat amicos Regios, parentesque & præcipuè fratrem Regis germanum Pheroram, & Salomen eius sororem alienos à nepotibus fecerat, vt non modò eos non defenderent, sed etiam appeterent, atque odissent. Accedebat odiorum materia vxor Alexandri Glaphira, quæ muliebriter satis præsentium insolens extollere sese * acceperat fastu superbo: eò quòd omnibus premineret prosapiæ claritudine. Itaque quasi dominam se omnibus, qui in aula erant Regia, præferebat, patrem, auumque * Regem sibi, &

** ac*

Antipater vaſer & cauſidius.

** myſterium*

** cæperat*

** Cod. vet. reges. apud Ioſeph. Darium Hydaſpis legitur quod eius filius eſſet.*

præcipuè Darium Hydaſpen materni generis apicem ſolita iactare, contumeliiſque ignobilitatis afficere Salomen Regis ſororem, vel Doſidem coniugem: quòd illis dolori, ſibi odio foret. Cæteras quoque fœminas ſimiliter exaſperare, quæ Regi propter decorem magis, quam propter nobilitatem generis copulabantur. Plurimis enim Herodes præter Regium morem, etiam Iudæorum vſu quaſi quadam erroris licentia delectabatur, qui figuras maiorum vitiis ſuis obtentui ducunt. Grauabatur ergo Alexander vxoris inſolentia: Ariſtobulus quoque iiſdem quibus Glaphira ſermonibus vxorem inceſſabat: delecti illam ſtatus, nec conferendam Regiæ proli, imparem Glaphiræ ſibique eſſe opprobrio, quòd frater regalis generis coniugio potiretur, ipſe priuatæ vxoris contubernio degeneraſſet, demens, qui conturbaret conuitio proprias * neceſſitates. Quibus perſtricta contumeliis vxor Ariſtobuli, ad matrem cum lachrymis omnia perferebat. Salome autem comperta per filiam Regi Herodi annuntiabat: At ille monere filios quàm perdere commodius ratus, vocatos partim imperatoriè terruit, partim affectu paterno hortatus eſt, vt fratrem amarent, neúe vt hoſtes diſſiderent, veniam tribuens ſuperioribus, denuntians correctionem futuris. At illi compoſitis ſeſe in ſimulationibus peti pluribus deplorantes, orare ſimul & polliceri operibus ipſis, in reliquum propriæ fidem defenſioni daturos: tãtummodò factum pater expectaret, ne temerè auditis crederet: non enim defuturos delatores improbos, quandiu auditor credulus ſuppeditaret. *His & talibus emollito patre, quanuis eo tempore imminentem depulerint metum, mœſtitiam tamen coacerbarunt, quòd vrgeri ſeſe à Pherora & Salome videbant: quorum alter patruus, altera ſoror patris, quibus defenſioni eſſe debuerant, inſidiabãtur: accedebat enim formido grauis, quòd plurimum poterant apud * patrem. Nam accepto diademate, propè vniuerſam regni potentiam cum fratre ſuo Herodes participauerat, nec mediocres vtrique contulerat opes, & maximè Pheroræ. Denique his annua * talenta centum recondebat, præter eam regionem, quæ vltra Euphratem ſita, reddituum copias multiplicabat. Tetrarches quoque petitu Herodis à Cæſare fuerat conſtitutus, donatus etiam. Regalis coniugis neceſſitudine, quia ſororem Regiæ coniugis in connubij ſui ſortem aſciuerat. Poſt cuius obitum deſponſata ſibi ſeniore Regis filia, in gratiam ſucceſſerat generi, niſi amore captus ancillulæ, Regalis puellæ copulam declinauiſſet. Qua exaſperatus Herodes cõtumelia, ei * filium tradidit, qui poſteà Parthico bello occidit: Inſimulatum tamen apud ſe Pheroram, quòd venenis appetiuiſſet fratris ſalutem. Qua ſuſpicione ne viuente quidem caruerat vxore: plurimorum primò, & ad poſtremum amicorum eius quæſtione exercita, vacuum eius, cuius arguebatur facinoris inuentum volens abſoluit: dans etiam fugæ veniam, quòd rapta, quam diligebat ancilla, * depoſitionis initæ, vt ad Parthos confugeret, ſimiliarium ſuorum confeſſionibus modum detegebat. Reſpiraurat aliquantulùm Alexander, dum Pheroras accuſatus inceſſitur, & ipſe inceſſit Salomen, * quòd ſpopondiſſet nuptias ſuas Obodæ Sylæo, qui erat Regis Arabiæ procurator, Herodi inimiciſſimus. Sed remiſſo vtrinque crimine, tempeſtas domus in Alexandrum incubuit, atque ipſum graui periculo inuoluit: furebat enim ſæua peſtis, & procella totius aulæ Antipater. Omnibuſque modis & * conuentu etiam propinquorum ingrauans fratrem, ita vt turbato mentis ſobriæ ſtatu, inſtare ſibi Alexandrũ cum gladio pater magnis vocibus proteſtaretur. Venerat in medium ſcena huiuſmodi, quòd eunuchos tres, quorum vnus pocula Regi miniſtrare ſolitus foret, alius fercula cœnæ inferre, tertius thorum obſeruare Regium, nec vnquàm diſcedere, cùm ſe Herodes lectulo compoſuiſſet, donis vberioribus illexiſſet Alexander ad ſui gratiam, & turpis flagitij ſocietatem. Quo prodito, ſuppliciis adacti ſpadones, obſcœnæ ludibria libidinis manifeſtarunt, promiſſa etiam amatoria tegere nequeũntes, quibus ſermonibus ſolicitati huiuſmodi forent, & qua ſtupri mercede retexuerunt, vt inuolutum dedecore parricidium crederetur, ineſſe ſibi iuuentæ gratiam, formæ decorem, robur ætatis: contra inualidum Herodem, & iam ſenecta grauem, qui capillum inficeret, ne ætatem proderet, à quo cùm vellet, regnandi ius in ſe transfunderet, præmiaque polliceri ingentia: & ideò eos in iuuene ſpem ſuam conſtituere oportere, non in decrepito ſene, cui ipſa natura finem acceleraret. Quæ grauiter quidem Herodem mouebant: ſed illud præ cæteris, quòd conſpirare ei militarem manum, duceſque exercitus, & centuriones ſpadonum indicio compertum haberet: denique ita exagitatus eſt, vt nullum ſeuitiæ genus pretermittendum putaret, nulli crederet, omnes ſuſpectos haberet. Velociores erant pœnæ quem interrogationes flagitiorum, & iudicium preueniebat eorum exitus. Rapiebantur paſſim ad ſupplicium, quos aliqua inceſſebat ſuſpicio. Feruebant calumniæ: multi volentes Regi placere, deferebant reos: ſed illicò etiam ipſi, qui alios detulerant, deferebantur, & cum reis ſuis ducebantur ad locũm pœnæ. Ita efferauerat Herodes in vniuerſos, * vbi ſi aliquis eorum ſupereſſet, ſuſpectus foret. Aliter Rex non putans ſe eſſe ſecurum, niſi deficeret genus humanum. Inſimulatis irreconciliabilis, amicis incredulus, familiaribus ſuperbus, immitis reis, pauidus ad omnia, vt crebrò ſedes mutaret, noctes ſine ſomno duceret. Qui omnibus exaſperatus repentè Alexandrũ alligatũ vinculis ſepſit cuſtodiis, & amicos eius in quæſtiones vocauit: Qui negabant, inter ſupplicia moriebantur. Rurſus tacentes, quia nihil, quod eſſet ſuſpicionibus conſentaneum, confitebantur, vſque ad mortem ſupremam exulcerati. Tamen aliqui vi tormentorum, & pœnarum victi acerbitate, propoſitũ adoleſcẽtibus aſſerebãt, vt venationi intentũ occideret patrem, & ad vrbem Romã ſine mora pergeret, vt effugij pœna eluderetur. Quod etſi nullo argumẽto fulciebatur, tamẽ ad ſolatiũ ſtudij ferocis deriuabat pater, volens

neceſſitudines.

ſub. Herodẽ, & intelligitur de Pheroræ & Salome, non de Ariſtobulo & Alexãdro filiis.

hoc eſt 60. coronat. millia.

filiã, Ioſeph. lib. 1. bel. cap. 17. Antiq. lib. 16. c. 11.

diſpoſitionis reſtituos ex Ioſeph. quòd ſpopondiſſet nuptias ſuas Sylæo, qui erat Obodæ regis Arabiæ procurator.

*M.S. *cõcẽtu*

Vt ſi

Herodes Alexandrũ vinculis alligatũ cuſtodiis ſepſit.

lens vinculorum filij cauſas iuſtas habere. Conſiderans itaque Alexander obſeratas aures patris ad omnem ſui defenſionem, nec vllo modo rem poſſe deduci, vt de innocẽtia ſua præſumeret, qui tãtis calumniarum molibus appeteretur, ſimilia arte nequiſſimis delatoribus occurrendũ putauit, vt fraudulentos & calumniæ machinatores dolis circumueniret, atque in calumniã reos vocaret, quorum ſe calumniis vrgeri credidit. Scripſit igitur quatuor libellos, quibus commentum ſceleris, quo paternam ſalutem appetierit, cõfiteretur, atque inſidiarum huiuſmodi cõſcios pleroſque eorum, à quibus ipſe appeteretur, expoſuit: atque iiſdẽ inſcripſit libris, præcipuè Pherorã & Salomẽ: quod ea quoque intempeſta nocte * rupto adoleſcentis, in quo habitaret, cubiculo, illexerit inuitum, & reluctanti extorſerit, vt incœſtum patraret. Tranſmiſit ad Regem libellos, velut indices flagitiorum ſuorũ, quibus potentiſſimos quoſque inuoluerat Regis comites atque amicos. In tempore illo Archelaus in Iudæã properato aduenit: vt ſi quid poſſet, genero ac filiæ opis auxiliiq; ferret. Sed preuidens apud infeſtiſſimum patrem obſtructos ſibi aditus, legitimæ defenſionis arte commotionem eius repreſſit. Nam ſimul vt aulam ingreſſus Regiam eſt, magna voce cùm iam audiretur & videretur ab Herode, velut furens animi vociferari cœpit: Viuítne adhuc ille veneficus gener meus, & carpit hanc lucem, vbi quæſo eſt? Vbi parricidale illud reperiam caput, vt manibus * excerpã meis? Parricidio perire debet, qui parricidium voluit implere. Quid facturus eſt ſocero, qui non pepercit patri? Quis demonſtrabit eum? Euiſcerabo primò ſceleſtum, adiiciam filiam bono ſponſo: etſi ſceleris non fuit conſcia, non eſt tamen aliena cõtagij, quæ parricidæ coniugio potiebatur. Non agnoſco filiam meam, quæ artes nõ deprehendit mariti, quæ ſe nõ talem exhibuit ſocero nurum, vt ſubiectum filium patri redderet: Ego illam non ad ſceleris miniſterium iunxi, ſed ad conſortium matrimonij, vt cohæredẽ gratiæ præſtarẽ non criminis adiutricem. Te miror Herodes, ſi adhuc viuit Alexãder ille inſidiator patris. Putabam iuſtas illum iam pœnas dediſſe, quem deferri non oportebat. Quid enim diutiùs ſeruaretur confeſſor, aut parricida talis? Sed fortaſſe hoc quoque diuinæ fuerit prouidentiæ, vt amborum parentum iudicio condemnaretur, qui in te læſit vtriuſque pietatem. Non me negabo vltorem, qui me vltionis exactæ prædicatorem parabam, ſed ne filiam excipio, quam infauſtis nuptiis ipſe deſpondi, te ſponſorem ſecutus: nõ enim ego illam mariti moribus, ſed fidei tuæ tradidi. Reddat cauſas, quòd vadem ſuum diſſimulauit, maritum ſuum dilexit. De vtroque nunc vobis iudicium eſt, ſi firmus executor tanti doloris es, accingere pater, ſequeſtra pietatem, non optandum quidem officium patribus, ſed non diſſimulandum. Si te pietas mollit, inflectit natura, mutemus vices, vt ego in tuo filio, tu in meo pignore miniſterij mutui ſimus executores. Huiuſmodi orationem circumfremẽs traduxit Herodẽ, atque à furore animi paulatim intentionem eius emolliuit, vt quaſi compatienti, atque vnanimo ſeſe crederet & daret ei libellos legendos, quos Alexander cõpoſuerat. At ille ſingula quæque aduertẽs, vbi intellexit magis dolore congeſta, quàm fide ſuffulta, profundo cõſilio minuere paulatim inuidiã tentamenti parricidialis, atque obiectorum cauſas in eos, qui deſcripti fuerant, & maximè in Pheroram cœpit transfundere. Itaque vbi aduertit Regem à ſua ſententia non abhorrere: Conſiderandũ, inquit, ne fortè adoleſcens magis tantorum improborum inſidiis appetitus apud te ſit, quam tu ab adoleſcente. Quid enim cauſæ erat, vt tuam appeteret vitam, cui regni honorẽ conceſſeras, regnandi ius reſeruabas, & ſpem ſucceſſionis? Quid enim appeteret, quod habebat? aut quemadmodum tantis muneribus ingratus foret? Quid ve aliud ageret in tua nece, niſi vt ſuum affectaret periculum? quod te viuo metuere nõ poſſet, defuncto timeret, ab his vtique à quibus etiam ſub patre poſitus, propriæ ſalutis excidium perhorreſceret. Patet iſta ætas fallaciæ, facilè decipitur, & fraudulentorum inſidiis circumuenitur, vix reſiſtit dolis ætas ſenilis: plerunque tamen & ſenum prudentia circumſcribentiũ verſutis inſidiis, irretitur. Ergo ſi maturior vſus ſæpè labefactatus eſt, quid mirum, ſi ætas immaturior adeſſe non potuit ſibi, cùm inſidiantium cateruis perurgeretur? Illos igitur perturbatores Regiæ domus eſſe, illos incitatores adoleſcentium, ſeminatores diſcordiarum, qui in deſperationem ſalutis deduxerint adoleſcentem, vt ſtomacho magis indulſerit, & vltioni potiùs quàm abſolutioni intenderit, aliquid etiam impartierit commotioni. Quibus paulatim inflecti Herodes cœperat, & mollire indignationem circa Alexandrum. At verò in Pheroram commoueri vehementiùs, quod illis quatuor libellis ipſe omnium flagitiorum miniſter, & totius ſcenæ architector exponebatur. Qui videns Regem Archelao mentem inclinauiſſe ſuam, atque in eum præ cæteris præponderare gratiam interioris amicitiæ, ad ipſum ſe contulit, obſecrans, vt animum ſibi Regis conciliatum redderet. Verùm ille innexum plurimis ſcelerum vinculis, quibus euidenter Regi paraſſe inſidias conuinceretur, atque appetiſſe adoleſcentem, nullum habere veniæ locum aiebat, niſi depoſita inficiandi verſutia, quæ obiecta ſibi fuerant, confiteri germano ſui amanti, atque ab eodem poſcere ſibi indulgentiam non dubitauiſſet: Huiuſmodi ſeſe actioni, quibus poſſet ſtudiis, nõ defuturum. Mutata itaque veſte, ſuffuſis lachrymis, ſpecie miſerabili fratris inhærens veſtigiis, orare veniam, improbitatem fateri, omnia de quibus argueretur, non abnuere, ſed recognoſcere dementiam ſibi cauſam fuiſſe tantæ prolapſionis, quòd nimius in eo furor amore ſibi dilectæ mulieris exæſtuaſſet. Statuto itaque Pherora ſuorum flagitiorum accerſitore pariter ac teſte, tanquàm pro mercede compoſiti, quòd in vſus ſuos caderet argumenti: Herodem Archelaus deprecabatur, vt naturæ contemplatione molliret iram, fratríque ignoſceret, ſupra vindictam conſtituens ius naturæ. Nec mirum, ſi in maximis regnis, tãquàm in magnis corporibus * ſæpè aliqua mẽbra ferueant, quæ non incidẽda, ſed

irrupto Inceſtus extorſum.

diſcerpam

Expurgat Alexandrum Archelaus.

in vet. cod. ſæpè aliqua pars feruet.

mollioribus ſint curanda medicamentis. Sibi quoque multò grauiores compoſitas à germano inſi- F
dias,ſed remiſiſſe ſe neceſſitudini, quod debebatur dolori, vt quò magis pœnam leuaret ingrati, eò
ampliùs cauſam grauaret. Cùm hæc atque huiuſmodi alia ſubtexeret,mitigauit quidem Herodem,
vt germano remitteret,ſed ipſe tanquàm inexorabilis genero manebat. Denique minitabatur,quòd
diuelleret ab eo filiam,tãtiſque fremebat indignationis ſuæ motibus,vt ipſe Herodes ſatis expiatum
filij aduerſum ſe facinus arbitraretur,vltoremque ſuarum iniuriarum rogaret,atque ipſe pro reo ſuo,
apud ſocerum interueniret, quò de integro renouaret nuptias. Perſeuerabat Archelaus, cui vellet
Herodes alij nurum ſuam iungeret,præter Alexandrum:cuius etiam cauſa vxor traduceretur,atque
ea arte multò ampliùs impellebat Herodem, vt ille ſibi filium redditum putaret, ſi coniugium eius
nõ ſolueretur: Quòd ille vxorem impenſe diligeret,ex qua etiam filios ſuſcepiſſet,dulces auo,gratos
parentibus, hoc munus reſtituti ſibi filij fore, quia non mediocri ex parte bona vxor viri ſui repri-
meret errores,aut compenſaret officiis inuidiam flagitiorum. Quæ ſi ab eo diuelleretur,nullum re-
medium viro futurum, quin præceps in omne rueret nefas. Molliores enim fieri ſolere ſcelerum
præſumptiones, quæ domeſticis affectibus reuocarentur. Vix tandem Archelaus inflexus, reconci- G
liatur ipſi genero, atque eidem reconciliat patrem. Hoc conſilio eripuit generum neci,vt pro mer-
cede acciperet eius abſolutionem, dum condemnare ſe potiùs ſimulat,quàm interuenire.Pro quo ſi
intercedendum putaſſet,haud dubiè nihil impetraſſet. Addidit oportere eum Ramam pergere,pur-
gatum ab his, quæ pater in eo ſuſpectauerat, quoniam omnia ipſe ſcripſiſſet Cæſari. Quod æquè
compoſitum reor, vt hoc genere Alexander cùm ſe purgaſſet, Cæſari commendaretur,atque Anti-
patri paratæ fratribus inſidiæ pateſcerent.

CAP. XLI.

** cuius autori Archelao. Cod. vet.*
** hæc ſumma hodiè .42. milliaco:onatorum.*
** Cod. vet. panichis. Ioſep. pãnichis & per y. ſcribi debet cum veniat à dictione Græca quæ pernoctationem ſignificat.*
** dictio Antiquis vacat in M.S. In quibuſdã paſsim legitur Archelaus pro Ant. pater.*

Hoc conſilio ſoluta factio & conuerſio facta in lætitiam, inſtauratur conuiuium in indicium
initæ reconciliationis,cuius * autores Archelaus ſeptuaginta* talenta,& ſedile aureum gemmis inſi-
gnitum:electi quoque Eunuchi Regali conferuntur magnificentia,& concubina(cui * Panichis no-
men erat)dono datur,atque accipitur. Similiter & propinqui monitu Regis,clariſſimis donis Arche-
laum munerabantur, nec quiſquam familiarium eius exors muneris fuit: quibus omnibus Herodes
pro vniuſcuiuſque meritis plurima impartiebat. Proſecutus eſt etiam cum potentibus ſuis vſque ad
vrbem Syriæ ſplendidiſſimam, Antiochiam nomine,in regnum ſuum regredientem. Euaſerat Ale- H
xander, niſi ſe immerſiſſet in Iudæam vir Archelai artibus lõgè exercitatior, Lacon genere, Euricles
nomine,nimiè cupidus opum, earumque pro negotio contemptor, vbi maiora potiundi ſpes reful-
gebat. Denique non contentus Laconicis facultatibus, in effuſiones Regias animum intenderat,
venãdique artifex Herodẽ * antiquis, opimis adorſus muneribus,remunerationi ampliſſimæ locum
parauit,longeque vberiora,quàm obtulerat, adeptus,tamẽ non ſatiabatur,niſi cruentis atque impiis
factionibus gratiam ſibi Regis emercaretur. Itaque more quodam vſuque Græcis familiari Regem
adulando, prædicandiſque omnibus eius, non ſolùm quæ laudis aliena, ſed etiam inuoluta vitiis
forent, in intimam eius amicitiam breui peruenit, vt inter primos ſecretorum arbitros eligeretur:
aſtipulante etiam patriæ prærogatiua, quod Spartiatas Iudæi cognato ſibi genere copulatos, pro
fratribus habent. Is vbi regiæ domus vitia cognouit, ſuſpectum animum patris, fratrumque inter ſe
odia, nouis artibus charum ſe omnibus ſimulans, quaſi fidus ſingulis habebatur: ſed pro ingenio
Regis, aut munerum merito ſua ſtudia formabat, vt adiunctior eſſet Antipatro, Alexandrum dolis I
atque inſidiis circumueniret,familiari ſpecie vtrumque exaſperans: illum prærogatiua ætatis regno
debitum, iſtum materni generis præditum nobilitate iure ſuperiorem: neque cum viliſſimæ cor-
ruptelæ pignore æquale illi conſortium. Quibus captus Alexander, vtpote adoleſcentior,qui dele-
ctaretur his,quæ dicerentur ſibi,non perpenderet illa,quæ rurſus de ſe apud Antipatrum compone-
rentur,effudit ſeſe Mercenario Antipatri & proditori ſuo,aperuitque mentem lubrico ingenio,affe-
ctuque incauto,patrem ſibi autorem malorum cõquerens, qui matrem ſibi eripuerit,regnum deco-
lorauerit,quod ſibi ab auo, veteriſque proſapiæ infulis debitum cupiat auertere, fraudari legitimos
iure ſucceſſionis,præferri ſpurium ſtupri mercede: ſed non diu quietura iudicia Dei, vt qui vxorem
innocentem necauerat, non etiam ipſe properè parato per coniugem imperio defraudaretur. Quæ
ſine mora Lacon ad Antipatrum deferebat,circumuento etiam Ariſtobulo,vt eiuſdem querimoniæ
laqueis innecteretur, & pretio coaceruata Regi inſinuabat, dicens: ſilentio ſe premere nequiuiſſe
tam immane facinus, & pro hoſpitij munere gratiam ſe lucis repræſentare, quam ereptum ire filij K
pergerent, quos niſi ipſe ſimulatione conſilij fidelioris reuocauiſſet, iamdudum Alexandri gladio
interfectum patrem,regnumque indignis hæredibus vacuefactum. Neque Alexandro religioni eſſe
parricidalem atrocitatem,qui maximi ſceleris loco duceret,quòd adhuc aui matriſque necẽ inultam
haberet. Conueniri ſe ac perurgeri peremptorum querelis, vt tam atrox flagitium vlciſceretur.
Deberi ſibi inferias interfectorum exigi,ſucceſſionemque eorum non oportere contaminari, vt ab
eo,qui maiores eorum occiderat,regnum adipiſceretur, renouaturum ſe iudicia Cæſaris non ſimili
vt antè,reuerentia,ſed vt Cæſar ipſe cognoſceret omnia ſecreta Regis, quæſitas ſanguine opes,pro-
uinciam labefactatam,* reperturum ſe ab inferis auum,matriſque acerbiſſimam necem demonſtra-
turum, vt ſucceſſor alienus in regnum Regium ſubrogaretur. Excitauerat Regẽ Euricles,Antipater
tamen parui æſtimans vnius ſuggeſtionem, alios quoque accuſatores fratribus ſubornabat, qui di-
cerent, cum Ducibus quondam equeſtris exercitus Iocundo & Tyranno ſermonem initum, com-
poſitas

** repetiturum*

A poſitas regi inſidias dolore * deceſſionis, in ceruicibus periculum, niſi maturè caueret. Denique nõ
diſtulit Herodes,ilicoque raptos ſeuerè interrogat, ſed nihil illi,de quibus arguebantur,confeſſi re-
periuntur. Et quia impunè tam grauia ſimulabantur apud eum, qui criminum ſe vindicem profite-
retur, & negligentem calumniarum, non deerant, qui huiuſmodi inſidias machinarentur,quas ac-
ceptiores fore patri crederent. Nam & epiſtola prolata eſt,quaſi ad caſtelli Præpoſitũ ab Alexandro
& Ariſtobulo data,vt occiſo Rege,confugiendi ſibi poteſtatem faceret,donec ſe armis aduerſum ſe
inſectantes munirent, cæteriſque ſubſidiis defenſionem pararent. Excruciatur caſtelli Præpoſitus,
& nihil fatetur. Nihilominùs tamen haud vllis affectati ſceleris indiciis extãtibus,quaſi rei Alexãder
& Ariſtobulus dantur cuſtodiæ. Euricles * quinquaginta donatus talentis author ſalutis ac vitæ ha-
betur. Dignum eſt,nec eum ſilere, qui Euriclis tempore in Iudæam tranſmiſſus erat fidiſſimus ami-
corum Alexandri,quem Rex quaſi conſcium tentamentorum illius interrogandum putauit: vtrum
ne congruerent,quæ Spartiates de adoleſcentibus * nunciauiſſet. Verùm ille nihil ſe de illis quicquã
eiuſmodi cognouiſſe,ſacramento interpoſito fidem fecit: ſed adoleſcentibus nihil profuit. A ſe quæ-
B ſtionem depulit, ne minueret delationis inuidiam, & euacuaret Euriclis fraudulentiam, ſi ſeueriùs
interrogatus negaret. Quaſi indignus igitur cui crederetur,ab Herode excluditur. Bonus enim pater
accuſari filios libenter audiebat, non ſinebat defendi: Delectabatur, cùm appeterentur: offende-
batur, ſi purgarentur. Denique * Spartes ditatus regalibus præmiis, vbi tamen Achaiam attigit,
calumniarũ pretium luit. Salome cum purgare ſeſe nequiret, quod Sylæo Arabi pepegiſſet nuptias,
vbi generi ſecretum prodidit, monentis vt conſuleret ſibi, quo fratris commotionem euaderet, eo
quod ſpe futuræ coniunctionis cõſilia regis Arabis annunciare ſuſpecta accerſeretur, delicti gratiam
meruit, & omnem ſeuitiæ Regalis in adoleſcentes procellam intorſit, quo vltimo atque ineuitabili
naufragio demerſi pœnas dederunt. Vinciuntur itaque, & quod ipſis erat durius vinculis,à ſe fratres
ſeparantur: miſſiſque Volumnio militiæ magiſtro, atque Olympio ex amicis regiis viro arguuntur
apud Cæſarem: at ille offenſus licet, quia filiorum ſupplicia pater poſceret, negandum tamen patri
non arbitratus poteſtatem, in liberos ſuos dedit licentiam, ſed conſilium adiunxit: aſſerens melius
conſulturum, ſi proximorum regis eorumque qui præeſſent prouinciis, concilium congregaretur,
C & iudicio communi procederet interrogatio: vtrùm ne aliquæ patri inſidiæ paratæ à filiis forent: Et
ſi conuincerentur intentati parricidij,ferirentur: Sin verò fugæ aut leuioris culpæ arguerentur,eſſet
vindicta moderatior. Hac permiſſa ſibi Herodes parricidij poteſtate, ſed iudicij conditione: etiam
moderationis admonitus, ad vrbem ilicò Berithon properat, quam iudicio celebrando Cæſar præ-
ſcripſerat. Conueniunt Præſules Prouinciarum ſecundum ſcripta ad ſe data à Principe Romano
Cæſare. Saturninus Legatique * confidunt, inter quos & Procurator Volumnius. Deinde cognati
amicique Regis: Salome etiam & Pheroras,& Syriæ primores. Archelaus ſolus excipitur * ex Capa-
docia ſuſpectæ in generum arceſſitus gratiæ, cum accuſatores adoleſcentium, inſidiatoreſque iu-
dicium repræſentarent. Sed quæ iudicij ſpecies, vbi rei adeſſe ſibi non permittebantur, & abſentes
accuſabantur? Aduertebat enim Herodes, quoniam ſi tantummodo viderentur, prona hominum
conditione ad miſericordiam ilicò abſoluerentur: maximè vbi naturalis eſſet gratiæ prærogatiua.
Deinde ſi vlla copia defenſionis Alexandro permitteretur, quod obiecta facilè diſſolueret. Itaque
D relegatis illis in vicum Sidoniorum, quaſi in præſentes accuſatio dirigebatur. Obiiciebantur à patre
inſidiæ ſibi paratæ, nulla probatio deferebatur, nulla indicia tentamentorum: hærebat accuſator,
quem nullus redarguebat.* Deſtitutos vndique congregabat inuidiam contumeliarum,iniuriarum
genera,qu grauiora morte ab his qui conſiderãt,eſtimarentur. Sed nemo diſcutiebat,nemo exami-
nare audebat,quòd à patre arguebatur,à Rege imperabatur. Præiudicabat pietatis ſpecies, terrebat
ius poteſtatis, interrogabat ſententias ſecurus victoriæ, neſcius quod in eiuſmodi iudicio ærumno-
ſior eſſet, qui vinceret, quàm illi, qui tam acerbè addicerentur. Saturninus condemnat adoleſcẽtes,
quia aliud non licebat. Sed moderatur ſententiam, cauendum aſſerens, ne peremptis duobus ex
tribus fratribus, tertio fratri adſcriberetur mors duorum. Timidè quidem, ſed cauſam locutus eſt,
quòd ille eſſet fratribus author periculi. Secuti ſunt eum pauci ex pluribus. Volumnius autẽ funeſta
immurmurat,& poſt eum omnes * volente Rege, tali authore penſantes mortis ſententiam, diuerſo
quidem affectu, ſed pari ſorte expromunt, quibus hoc aut adulatio extorſerat, aut odium inſuderat,
vt aut regis affectaretur gratia,aut parricidæ crudelitas grauiore pœna afficeretur,qui in victoria ſua,
E tam amarum de ſe triumphum reportauiſſet. Nemo tamen quaſi factum horruit,& quaſi commotus
pronunciauit. Scenæ enim ſpecies erat,non iudicij diſciplina condemnare abſentes, condemnare
ſine teſte, ſine indice, ſolo naturæ priuilegio, quòd ad ſalutem magis quam ad periculum deriuari
ſoleret. Stupebat omnis Syria, atque omnis Iudæa, & attonitis mentibus tantæ tragœdiæ finis ex-
pectabatur. Quamuis etiam nota eſſet Herodis crudelitas,nemo tamẽ credere poterat,quòd vſque
ad parricidium perſeueraret. At in illo effera vis animi nec mari,nec terra cohibebatur. Itaque tan-
quàm vſu triumphantium, vt per diuerſa filios traheret, Tyrum vrbem inclytam petit, inde in Cæ-
ſariam tranſmittit,nauigio ſpectaculum miſerum parricidij circumferens,donec color vllus acerbiſ-
ſimæ necis filiis inueniretur. Mouebatur omnis exercitus,ſed metu indignationem * premebat. Erat
in exercitu Regio veteris militiæ vir Tyro nomine,filium habens cõiunctum Alexandro,indulgen-
tiſſimus pater,atque ob ea pignori charus,quoniam popularis quædam pietatis eſt gratia,& maximè

** Cod. vet. aſcriptum habebat ſucceſſionis.*
Herodes raptos filios ſeuerè interrogat.
** noſtri reduxerunt ad 30. millia coronat*
** nunciaſſet*
** Spartiates.*
Ioſeph. 16. Antiq. cap. 16 al. 13.
** conſident*
** ex capadocia.*
** al. deſtitutis aut ſi mauis in deſtitutos omnis offenſionis haberet oratio.*
M.S. volentiã regis.
** premebant*

in suos illex dilectionis. Circa adolescentes quoque filios regis studio propensior, quòd ab his suus F
filius diligeretur. Qui supra modum cõcepta indignatione, turbatus animi vociferari cæpit: opprimi
iustitiam, veritatem excludi, aboleri religionem, confundi iura necessitudinum, naturæ gratiam,
superfluere iniquitates. Ad postremum in os ipsius Regis progrediens, ingerebat miserum esse illum,
qui aduersum filios suos credendum improbissimis arbitraretur: Pherorã & Salomẽ consilij arbitros
Regis. Quam fidem ab his referri posse, qui se condemnatos capitis à Rege frequentissimè reco-
gnoscebant, aut quid eos aliud agere, nisi consulere vindictæ, vt destitutus idoneis successoribus ad
inclinaretur vnum inclinaret cæteris infirmiorem? Qui facilè subduceretur, quòd ipse Regius exercitus odio
persecuturus esset eum, cui mors soluta esset fratrum duorum. Neminem esse, quem non innoxiæ
ætatis tangeret misericordia. Plerosque autem Ducum indignationem suam non iam premere, sed
diuulgare. Quorum vocabula locutus, finem dicendi fecit. Quibus illicò cum Tyrone correptis,
Tryphon ex ministris aulæ regiæ, cui tondendi ars atque vsus suppeditaret, subitò quadam animi va-
Mors regi nitate indicium sui facit, compositum à Tyrone asserẽs, sibique persuasum, vtcùm ex more barbam
struitur. Herodi raderet, nouaculam gutturi eius imprimeret, quò perageret necem: idque ei maximo emo- G
lumẽto fore, quòd de muneribus Alexãdri polliceretur. Statuitur Tyro cum filio, exercetur deinde
simul quæstio. Negantibus illis, isto nihil amplius deferẽte, cùm deesset manifesta rerum fides, nullũ
suppeteret argumẽtum, nullum indicium documẽtorum, Tyro iubetur vehementioribus tormẽtis
excruciari. Tunc miseratus filius supplicia patris, spondet aperturũ se omnia, si patris salus sibi cõdo-
naretur, atque à Rege promissa venia suggerit, quòd impulsus ab Alexãdro, pater necem Regi paras-
set. Idq; plerique ad tempus cõpositum rati, vt tali pignoris indicio Tyroni cõsuleretur: alij pro vero
edictum loquebãtur. Sed Herodes dubia pro certis adiudicauit, tanquàm metuens, ne parricidij sibi
Luit Tyrocum facultas periret. Conuocato itaque populo, & congregatis ducibus, de insidiis deprehensis motu
filio atque grauissimo promit querelam, atque in mortem eorum plebem excitat: ibiq́ue Tyro cum filio pariter
tonsore. atque tonsore, saxis ac fustibus interficiuntur.

CAP. XLII. Alexãder & Aristobulus Herodis filij strãgulantur. ALEXANDER quoque & Aristobulus missi ad vrbem Sebasten, quæ non longè aberat ab vrbe
Cæsarea, strangulantur imperio patris. Hunc finem habuère filij Mariamnes, quorum interitu non H
longùm lucratus, successionem sibi remotis illis Antipater haud dubiè blãdiebatur: sed in eum totius
gentis mox non leue odium exarsit, quia apud omnes patebat eius factione fratres occubuisse. Suc-
cessit etiam non mediocris timor consideranti, quam multiplex indies adolesceret interfectorum
prosapia, cùm Alexander ex Glaphira genitos sibi Tigranem & Alexandrum filios dereliquisset,
Aristobulo ex Beronice Salomes filia, Herodes & Agrippa atque Aristobulus superstites manerent:
Herodias quoque & Mariamne filiæ, quas sexus non impediret, & regni cupido exagitaret, Queis re-
bus perterritus Antipater, in fraude ac versutia spem constituere, & donis & muneribus singulos sibi
allicere magis magisque oppignerare, etiam amicos & domesticos Cæsaris illicere ad sui gratiam pretio tẽ-
tabat. Sed contrà illi etiam, quæ domi erant, in aduersum sedebant. Nam Rex paulatim processu tẽ-
poris erga nepotes suos Alexandro & Aristobulo genitos molliebatur, & facti pœnitentiam prætẽ-
debat, cùm eorum, quorũ parẽtes occiderat, misereretur. Denique congregatis amicis & proximis
suis, quadã die lachrymis suffusus ora, dixit ad eos: Video mihi ætatem procedere, & sine lachrymis
I
aspicere non possum paruulos hos infœlicium germina patrum, quibus ego sum author doloris, ne
peiore eos derelinquam conditione, quàm parentes abstuli: Sed illos mihi quædam eripuit ærumna,
hos mihi magis magisque commendat natura & misericordia: Altera, quia nepotes, altera, quia de-
stituti parẽtibus sunt. Errauerunt in patrem filij, quid fecerunt auo nepotes? Satis infœlix pater fui,
auus esse debeo solicitior. Tentabo post me consulere nepotibus, vtinã & in filiis mihi consuluissem,
veràm in illos communis hostis atque inimici obrepserit fraudulentia. Cauẽdum est quoque, ne hos
* perculerim illorum inuoluant pericula, atque vno vulnere simul filios amiserim, & nepotes * perdiderim. Proui-
deamus his defensores, quibus ademimus: despõsabo itaque seniori ex filiis Alexãdri tuã mi Pherora
filiam, & te ei cõstituam patrem. Tuo autẽ Antipater filio Aristobuli filiam, vt hoc modo fias pupillæ
pater. Germanam quoque eius accipiet Herodes meus, ex Mariamne Hyrcani susceptus, filiã: hæc,
inquit, est mea sententia, vt inuicem sibi coëunte copula iungantur posteritatis meæ successiones,
quò nemo suspectus alteri sit, & ipse tranquillioribus oculis videam nepotes meos, quàm vidi eorum
parentes. Quibus dictis, iunxit memoratorum dexteras, & osculatus singulos, illachrymauit. Quod
K
Antipater, lætantibus aliis, ita grauiter accepit, vt statim dolorem suum etiam vultu proderet, haud
mediocri constrictus solicitudine, quòd Alexãdri filiis Archelai Regis & Pheroræ, qui Tetrarchiam
tenebat, suffragia suppetere cerneret cæteris validiora. Aduertebat odia sui crescere, nepotibus autẽ
astipulari misericordiam. Nec poterat Aristobuli filiã recipere domo, ne sceleris indicium diuturnis
eius aspectibus offenderetur. Adire non audebat patrem, ne ad omnes mobilem suspiciones exagi-
taret, si cõplacitarum fœdera nuptiarum soluenda existimaret. Subtiliter tamen præsumpsit orare,
*reasserẽdum vt consuleret ei pater, ne aduersus duorum potentium opes Regis, & Tetrarchæ nudo regni nomine
virtus Ioseph. 1. de bell. inualidus exponeretur. Foueret certè honorem, quem confœderandum filio iudicaret, ne species
regni ad eum,* potestas ad illos peruenire. Neque verò solos Alexandri atque Aristobuli filios sus-
pectos habebat, sed omnes obstare sibi arbitrabatur: quicunque ex diuersis Herodis coniugibus
competere, vel taciti videbantur regni successionem, quorum frequens numerus erat. Nouem
etenim

A etenim mulieres Regali coniugio potiebantur, ex his duæ tantum sine liberis erant, cæteris soboles *Iosephus antiq. lib. xvij. ca. ij. & bel. iud. li. i. ca. viij circiter medium lõgè aliter hæc nominauxorum Herod. explicat.*
suppetebant. Antipater Dosidem attollebat parentem, Herodes Mariamnem, Antipas & Archelaus
Matthatis erant filij Samaritanæ, & filia Olympias, quæ Iosippo iure connubij sociebatur. Cleopatra
quoque Hierosolimitana Herodem & Philippum genuerat Herodi: Pallas Phaselum. Erant quo-
que etiam aliæ regi filiæ, Roxane & Salome, quarum vni Phædra erat mater, Helphis alteri. Supe-
rerant etiam Alexandri & Aristobuli germanæ sorores, quas Mariamne ex Herode susceperat, sicut
suprà memorauimus. Multiplicem itaque generationem Herodis metuens Antipater, ægrè licet
atque in primis tentamentis multum Rege commoto, quòd destitutis paterno auxilio nepotibus
inuideret dispositas copularum societates: ad postremum * tantum effecit, vt sibi Aristobuli filia, *tamen
atque ex ipso genitus Pheroræ parentis sui filiæ coniungeretur, tantum adulatione præualuit, vt
pactas nuptias solueret. Contrà autem Salome, cum vellet Sylæo nubere, ne suffragio quidem * Ly- *Iosephus lib. 1. bel. Iud. cap. 18. Alexan. vocat.*
biæ, quæ vxor erat Cæsaris, potuit de fratre impetrare: sed inuita * Alexandro cuidam ex amicis
Regis in nuptias conuenit. Subuersis itaque dispositionibus Regis, Antipater quasi is, qui vt vo-
B luerat sibi consuluisset, exultabat animo, & superabat omnes versutia. Odium tamen nullo modo
comprimere poterat, sed accendebat, quoniam affectabat terrore sibi munimentum parare. Con-
iunxerat autem sibi cooperarium factionum suarum Pheroram patris germanum, quem Herodes
non multò pòst recusantem, ab vxore propria diuellit, cui ob iniurias, quas ea mulier Dosidi coniugi eius intulerat, infestior habebatur, domoq́ue expulit. Pheroras autem amplexatus iniuriam, in
partes suas concessit, quibus vt Tetrarcha præsidebat: ea sanè mentis intentione, vt ad Herodem
viuentem nunquàm reuerteretur. Denique nec tunc quidem, cùm eum ægritudine graui affectum
comperisset, & frequenter orantem, vt ad sese veniret, quòd ei quædam, quasi moriturus, com-
mittenda arbitraretur, visitandum existimauerit. Qua perculsus licet iniuria, Rex vbi præter spem
incommodum depulit, tamen fraterno affectu venit ad eum, vbi ægrum comperit, & sedulò com-
patiebatur, & defunctum Hierosolymam transtulit, & magno fletu celebriq́ue pompa funus cu-
rauit. Nec tamen his indiciis sedulæ charitatis conceptam excusit opinionem, quòd eum frater *Iosep. lib. 1. bel. cap. 16.*
veneno appetisset. Ita erat etiam in suos crudelis, nec difficilis fides rerum, quòd potuerit fratrem
C occidere, qui filios interemisset.

CAP. XLIII. HVNC itaque vnus de interfectoribus Alexandri & Aristobuli improbitatis suæ finem inuenit,
à quo exordium sumens, in Antipatrum pœna transiuit sceleris authorem. Namque libertorum
querelis, qui patronum suum veneno interfectum* assererent, stimulatus Herodes, dum solicitiùs † *asseuerarent*
quærit cognito, quia ab vxore de succis Arabiæ accepisset Pheroras poculum, quod amatorium
putaretur, idq́ue venenum fuisse, quòd Sylæi studio traditum, & ilicò in pestem conuersum, in plu-
rimorum quæstionem tetendit. Vnde quædam inter tormẽta de ancillulis exclamauit, vt Deus om-
nipotens in matrem Antipatri omnia supplicia transferret, vniuersorum arbitrã flagitiorũ, per ipsam
occultos conuentus Antipatri ac Pheroræ diu noctuq́ue exercitas potationes, vsque ad temulentiã,
vt à conuiuio Regis recipientibus sese, totis noctibus biberetur. Quod non otiosum nec cõiurationis
vacuum tentamentorum, remotis præsertim seruulis & ministris iure suspectabatur, magnũq́ue vin-
culum connexionis & conspirationis indicium tam diuturnæ moræ, quæ Regibus suspectior in soli-
tudinis secreto, & noctis silentio: Ibi compositum, vt Antipater Romam peteret, Pheroras in * Petrã †*vet. cod. in Peream recẽsus. Nam Iosep. trans flumen pereã describit. lib. 3. bel. c. 2. & Egesi. lib. 3. cap. 9.*
D pergeret: Quod frequenter inter se cõferre soliti prodebãtur, eò quòd post Alexandrũ & Aristobulũ,
in ipsorum necẽ sese Herodes cõuersurus foret, miseros se, qui putassent, quòd Herodes in illis parri-
cidales cogitationes odisset, qui regni hæredes persequebatur. Sublatos esse non poteratũ æmulos,
sed consortes miseriarum, in se periculum * omnium & odia trãsisse, ne mulierum quidem parcitura
sexui, qui dilectæ sibi Mariamnæ, atque ex ea* genitæ non pepercisset. Nullum sibi aliud remedium, *omne
nisi vt longiùs aliquò sederent, quò tantæ bestiæ furori vel fuga eximerentur. Adiiciebantur crebræ † genitis
apud matrem Antipatri conquestiones deplorãtis, ardere se inuidia Regalis successionis, cùm sæuitia *Iosep. lib. 1. bel. cap. 19.*
regni super ipsum præcipuè incubuerit: vt iam sustinere non queat, vltimis * deditus obsequiis, & po- † *debitum*
stremis vrgeri periculis. Nec solùm regnãdi ius sibi perisse, sed viuendi quoque curricula * cõuoluta † *euoluta*
temporum. Ætatem sibi maturiorem, incanuisse iam verticem, cõtrà autẽ iuuenescere patrẽ, frustrà
sperari eius hæreditatem, qui fortasse etiam superstes hæredi tã diu reseruaretur. Quod autem emo-
lumentum successionis sibi futurum lõgæuo hæredi, cui tam multiplex Alexandri atque Aristobuli
E soboles, velut quædam hydra renatis, quæ amputata fuerat, capitibus regerminaret. Ex testamento
patris etiam iam ius cõmune ereptũ, vt data spe regnandi, cuius ad tempus vicarius foret, nõ aliquem
ex suis filiis in suum imperium † sustinere: sed Herodi Mariamnes filio necesse haberet regnũ refun- † *substituret.*
dere. Itaque nõ ad fructum sibi regni spem datam, sed ad periculum, vt esset decessori suspectus, suc-
cessori grauis. Postremò ipsum Regem longa senectute viuidum & intentũ cædibus suorum, sui esse
testamenti executorem, vt nemo superesset, qui posset succedere, ferri odio graui in filios, nec in fra-
trem minore, qui sibi † dederat centũ talenta, ne cum patruo suo sermonem haberet. Et respõdente † *dederit*
Pherora: In quo enim eum læsimus? Num etiam ipse successor sumeretulisse Antipatrum, nonnullas *hodie faciunt*
habere eum causas offensionis. Vtinam amissis omnibus, liceret offensioni seipsum componere: Ferã *60. mil. corũ.*
esse bestiam, quæ ne mortibus quidem satiaretur, nec posset perpeti vllam inter propinquos charita-
tem manere. Atque vtinam amissis omnibus liceret, vt nudi eum tantũmodò viuentes euaderemus,

ſed impoſſibile. Ideoq; ſibi occulta ad tempus colloquia. Neceſſarium autem fore tempus, quo vte- F
rentur virili mentis vigore,& conſilij viuacitate, dexteræ quoque vindicis miniſterio. Hæc à man-
cipiis in ſupplicio poſitis reſpondebantur,& mancipio credebat Herodes, maximè quia de centum
talentis ſoli Antipatro dixerat, nec vllus ſermonis eius affuerat interpres. Succenſus itaque indigna-
tione,rapit ad ſuppliciũ pleroſque & innoxios,ne quis de obnoxiis relinqueretur. Accerſitur ad ſup-
plicia Antipater Samaritanus, eò quòd eſſet Antipatri procurator, & diuerſis excruciatur modis.
Prodit quæſtio,miſſum ex Ægypto venenum per Antiphili quendam contubernalem,idq́ue ab illo
datum Theudioni amico Antipatri, per ipſum Pheroræ redditum,cui Regis filius Antipater execu-
tionem cõmiſerat,vt dum ipſe in vrbe Roma degeret, pater eius Herodes extingueretur. Quo tem-
*patrata pore nulla de abſente * paratæ necis ſuſpicio foret: ſed Pheroras cùm in tẽpore venenum acceptum
vxori propriæ commendauiſſet, recurrit altera in vxorem Pheroræ veneni inuidia: iubet illicò Rex
Pheroræ vxorem venire,venenum deferre. Egreditur mulier quaſi perlatura quod petebatur,& ſeſe
de faſtigio præcipitat ædificiorum, quò gemini pondus criminis euitaret, atque obitu præueniret
indicium rei, & quæſtionis acerbitatem. Sed quia maturabatur Antipatro feralis vltio parricidij,nõ G
ſupra verticẽ capitis ruit, quo caſu facilè extingueretur, ſed in aliam partẽ corporis decidit, vt mors
protelaretur: cõſopita erat tamen atque attonita mulier,quia ex alto deciderat loco. Iubet eam pau-
liſper recreari Herodes,donec ad ſe rediret,ſpondet veniam,ſi ſimpliciter aperiret geſtorum ordinẽ.
Non de nihilo eſſe, quòd ſeſe præcipitauerit, ſed magni criminis conſciam, compendium ſupplicij
quæſiſſe. Impunita ſibi omnia flagitia confitenti fore: at inficianti aceruãda ſupplicia,ipſam quoque
ſepulturam negandam. At illa vbi ſe reſumpſit paululum: Et cui,inquit, adhuc ego ſecretorum ſer-
* ſilentium. uabo * ſilentia Pherora mortuo? Illi enim debui fidem tacendi, pro quo ſupplicia non recuſarem, ſi
† pro venia dignum vt venialis apud Macr. b. neceſſaria forent:Sed ille nunc liber à cruciatibus,& ſi † veniabilis erroris correctio eſt,liber à culpa.
Quid igitur inuoluere veritatem mẽdaciis † cogitem, vt Antipatro morem geram? Parcam ergo illi,
non parcam mihi? Egregiam ergo mercedẽ debemus viro,qui nos omnes ſceleribus ſuis in hæc ſup-
plicia deduxit. Audi Rex,Deo Prẽſule,qui ſolus mihi veritatis arbiter eſt:propoſui enim nihil fallere,
† cogit? An vt Antipatro morẽ geram? audi inquam, ſed priùs repete, quemadmodum aſſederis lachrymãs germano periclitanti,vt imple-
ueris omnia circa Pherorã munia † pia germanitatis: quibus ille inflexus,vbi diſceſſiſti,continuo me H
† piæ ad ſeſe vocauit, & ait: Non exiguum ego mulier à fratris affectu & ſtudio deerraui, qui ſic oderam
amantem mei, & volebam occidere tam impatientem doloris in periculis meis,ferre ille non poteſt
fortuitum, quod ego vrgebam indebitũ:circunuentus ſum fateor Antipatri dolis,ſed † cogitationis
† vet. Cod. contagionis. Ioſeph. inter. impietatis. eius ego pretium † fero: tu quod habes ab eo venenum relictũ,mihi citò perfer,& ſub meis oculis ef-
funde, vt vel ad inferos non feram animum parricidalem : pœnituiſſe correctionis ſit, quod cri-
minoſum eſt præparauiſſe:Citò,inquam,mulier vt vel mortem præueniã,quoniam culpam nequiui.
Tum ego detuli venenum,& in conſpectu eius exinaniui,parùm tamen ex eo reſeruaui mihi,† qui te
† feram metuerem,vt eſſet remediũ,ſi proderetur paratum ad hos vſus venenum. His dictis, pyxidẽ cum eo
quod reſederat veneni, protulit:ſubiicitur quæſtioni mater Antiphili & † fratres ipſius. Confitentur
† quæ † frater rectius ex vet. cod. & Ioſeph. 1. de bel. c. 19. ex Ægypto Antiphilũ detuliſſe pyxidem plenã veneno,quod ille accepiſſet à fratre,qui Alexandriæ
cõmoraretur ſub medicinæ profeſſione. Deprehẽditur etiam Mariamnes filia Pontificis inſidiarum
conſcia,quæ pararentur marito,idq́ue fratribus eius inter ſupplicia cõfitentibus manifeſtatur. Vnde I
Herodes iunior maternç audaciæ pretiũ luit, quẽ in regni ſucceſſionem Antipatro ſubſtitutũ,idem †
† qui quem ſubrogauerat pater,de teſtamento delendum putauit. Et hic quidem nõ mediocris error He-
rodis ſenioris, vt alterius flagitio deprehenſo,alter mulctaretur:ſed etiam Herodis iunioris nõ iniuſta
mulctatio. Nã diuinitùs præcautum videtur, vt licet nõdum facti ſui merito,tamen ob pretiũ futuræ
improbitatis regno abdicaretur. Nam quis eum Regem perpeti potuiſſet, qui Tetrarcha tam inſolẽs
venenum. fuit,vt tolerari nequiret? Adiicitur etiam aliud veneficij genus, quod Bathillus Antipatri libertus
Pheroræ & eius vxori detulit, compoſitum ex ſuccis ſerpentum, & veneno aſpidum, vt ſi primùm
non conualuiſſet ad mortem Herodis, ſecundò vterentur.

CA. XLIIII.

REPERIVNTVR etiam literæ aduerſus Archelaum & Philippum fratres compoſitæ: hi Regis
erant filij,qui Romæ inſtituebãtur,quos Antipater ea vel maximè cauſa appetebat,quòd videbat nõ
mediocri præditos ſapiẽtia, ſuper quos Rex patrium animum reclinabat. Denique euocauerat eos
literis,vt maturiùs domum regrederentur. Obſtare itaq; eos ſuis vtilitatibus Antipater arbitrabatur,
atque incũbere ſuis artibus,vt ſpe adoleſcẽtium ſimulata,omnia factionis ſuæ ſtudia obumbrarẽtur. K
* poſitus Componit itaque epiſtolas nomine virorum potentium,quos Romæ † poſitos in ſuam amicitiã ille-
xerat, aliis quoque pretio extortum, vt ſcriberent, quòd adoleſcẽtes infeſtis patrem odiis vrgerẽt,
& nimio queſtu mortem Alexãdri & Ariſtobuli deplorarẽt. Et cùm huiuſmodi epiſtolas clãdeſtinis
artibus per aulicos ſceleris ſui miniſtros, patri ingereret, eadẽ verſutia, qua ſuprà ſimulabat fratrum
interceſſorem, vt prætento pietatis patrocinio,impietatis ſubtexeret parricidium,Quibus omnibus
in medium deductis cum queſtionibus, patris vita,epiſtolis, mors fratrum appetita euidẽtiſſimè pã-
* conſilio deretur:† cõſilium diffinitur, de autore ſupplicium ſumẽdum, qui † poſteriora prodidiſſet calumnia,
* poſteriore quòd germanos ſuos non quaſi parricidas, ſed quaſi legitimè ſucceſſionis æmulos perſequeretur:nõ
quò patrem defenderet, ſed ne cõſortem regni haberet. Intereà cùm ſeptem mẽſium curricula inter
documenta flagitiorum, & reditum Antipatri concluderentur, nulla innotuêre Antipatro indicia
rerum

A rerum geſtarum,tãta circa eum vniuerſorum odia feruebãt. Incertus igitur omnium,ſcribit ex vrbe
Roma continuò ſe adfore, ſummoq́ue ſe honore dimiſſum à Cæſare: quibus literis lectis, reſcribit
Herodes maturatò eum contendere oportere, ſecurum affectus paterni, cui non ſolùm nihil immi-
nutum per abſentiam foret, verum etiam tanta accederet gratia, vt eius contuitu matris offenſa mi-
nueretur. Nam iterum domo eam deprehenſam,in artes filij conſentire,conſortio exutam Regiæ li-
beralitatis compẽdiis eliminauerat,cui ſe remiſſurum indignationem ſcriptorũ ſpecie manifeſtaret,
metuens,ne comperta matris expulſione, ſuſpiciones ſuas Antipater ad cauendum exuſcitaret. Ad-
ueniens itaque,Tarẽti primùm de Pheroræ obitu cognouit,ibiq́ue luctum magnum exercuit, quod
à quibuſdam pietatis affectui datũ, eò quòd patrui mortem impatienter doleret. Ille autem miniſtrũ
auſi parricidalis ſibi ſublatũ ingemiſcebat, nec ſolùm nõ proceſſiſſe ſceleris apparatum, verumetiam
venenum ſe dediſſe terrori erat,ne * quo modo ad cognitionem Regis perueniret,& ille ſcenam cri- * ne quoquè modo
minis publicaret. * Tranſit itaque in portum Cæſareæ haudquaquàm vacuus grauioris curæ ac ſoli- * tranſmittit
citudinis,cùm * ei etiã mater non mediocre præiudicium condemnatæ ſobolis daret. Sed vrgẽtibus * eiecta
B amicis,qui patriæ cupiditate poſtponẽda omnia,quæ Antipatro cõducerent arbitrarẽtur:* denique * Deinde
expectato eius ingenio,quo vel auerſum patrẽ à ſui gratia facilè conſiliis ſuis flectere ſolitus erat,hor- expertò
tãtibus vt ſeſe patri,& prædeſtinato ſibi regno ocyùs repreſentaret,quòd nemo auderet eo præſente
contraniti:ſed occaſio abſentiæ eius ſola * arſerit,vt auerti poſſe ab eo Regis animus æſtimaretur. Et * arriſerit
ideò præueniendum maturè,ne demorando magis aut deſiderantem offenderet,aut ſuſpectum exa-
cerbaret,cùm diffidentiã ſui proderet. Credidit itaque magis * volenda quàm neceſſaria ſuadẽtibus. * violentia
Verùm vbi portum ingreſſus eſt,neque quẽquam ſibi obuium circumſpectauit,& quaſi peſtẽ aliquã
ſenſit ſuam præſentiam declinari,in ſumma locorum frequentia maximam ſolitudinem,cùm occur-
rere nemo auderet:metuentibus aliis,aliis auerſantibus, etenim id temporis & odia quò minùs ſe te-
gerent,autoritatem acceperant,reputare ſecum ſcelera ſua cœpit, & conſcientiæ ſtimulis exagitari,
nullum fugæ locũ,neque euadendi ſubſidium ſibi relictum. Circumuentũ ſe velut quibuſdã retibus,
& captum teneri,fidutiam omnem aſſumpſit ex impudentia,vt diſſimulatis omnibus improuiſum ſe
patri offerret,in amplexum rueret, pietatis officia prætenderet. Verùm ille extenſis manibus inge-
C rentem ſeſe repellens & reclinans caput, ne parricidæ oſculo contingeretur, exclamauit & hoc eſſe
amentiæ parricidalis,vt amplexum petas, cui inuiſum te recognoſcis,vt horrore tui afficias patrem,
& contactu noxij corporis viuendi ſuauitatem extorqueas. Ne igitur contigeris , ne attaminaueris,
quem ſcelere petiſti. Purga certè priùs ſi potes, deprehenſa dilue:iudicium nõ refugiã,nec audientiã
tibi negari patiar,nec mihi ipſe aſſumam cognitionem, nec argumentã di tibi occaſionem relinquĩ,
Opportunè adeſt Varus,apud quem defenſionẽ tui præpara. Nec differẽdi locus,craſtina die,quãuis
dolis & fraudibus præditus,habes purgandi tui copiam. At ille obſtupefactus tantæ cõmotionis pa-
uore,nil eſt auſus referre, nec potuit:ſed egreſſus foras fluctuabat animo, quòd nihil omninò ex his,
quæ geſta erant & prodita,apud * patrem cõpererat. Aduenientes autẽ ad eum poſtea mater & vxor * Regem
aperuerunt omnia. Quibus cognitis, ſeſe colligere ac præparare animo cœpit, quibus modis crimi-
nationi occurreret,confeſſionem extenuaret. Sequenti die cõgregantur omnes Regis propinqui &
amici Antipatri, interſunt examini vniuerſi, qui diuerſa de Antipatro prodiderant induci præcipi-
D untur. Leguntur etiam epiſtolæ matris Antipatri, in quibus illa ad filium ſcripſerat, vt cognoſceret
proditã patri ſuorum ſcenam flagitiorum, nequaquã eum debere adeſſe, niſi à Cæſare aliqua manus
accerſeretur,cuius ſe præſidio circumuallaret,neque ſe iudicio committeret, qui tantorum confeſ-
ſionibus appetebatur,ſed armis muniret. His ad ſuperiora additis,ingreſſus Antipater, & ſeſe ad ve-
ſtigia deiiciens patris obſecrat,ne ſe prædãnatum haberet:confidere ſe,ſi deferatur audientia,vacuũ
criminis fore ſi pater vellet:iubet pater ſilere, atque eum iſtiuſmodi ſermone præuenit: Quòd nulli Ioſeph. lib. 1. bel. c. 20.
iuſto veniabilis nequitia Antipatri poſſit videri * ſatis certũ eſt, ſed eò magis grauari me apud te Vare
arbitror. Vereor enim,ne etiã me oderis, qui parricidas generaui filios,quibus nõ poſſet etiã parcere * ſatis certus ſum.
pater:licèt hoc quoq; miſerandus magis ſim ita,quòd & tales amaui. Sed de illis taceo,quos ipſe exaſ-
peraui,& iuſtas aduerſus hũc allegationes eorũ reſpui. Nullas enim hi aduerſum me habuerũt cauſas
doloris,niſi quòd his Antipater præferebatur,& conſortij Regalis prærogatiuã acceperat,qui natus
* regno nõ erat: putabam tamen quòd maiorem natu minoribus ad tutelam adſciſcerem. Sed hoſtẽ * in regno.
induxi, qui inuideret nobilioribus, excitaret puerulos, infirmos circumueniret, incautos proderet.
E Lapſos non nego,ſed eos excuſari potiùs,quàm vrgeri oportuit. Antipater hic mihi & illos abſtulit,
hic mihi & illos fieri inſidiatores compulit. Dolui fateor,quòd ij,quibus regni ſpem dederã, quibus
ſucceſſionẽ reſeruaueram,aduerſum me improba machinarentur:ſed nunc non patrẽ,ſed Antipatrũ
oderãt. Perierunt itaque ad dolorẽ patri: Antipatro ad fructum. Quęris Vare,quis eos occiderit? Co-
gnoſce cui mors eorum profecerit. * Vacua eſt domus nouercæ filio,patuit aula vni ad ſuccedendũ, * Vacuata
quæ multos ſucceſſores habebat. Nec expletus eſt morte fratrum cruentus animus & mens impia.
Poſtquàm non habuit fratres quos odiſſet, patrem perſequebatur. Reputo mecum , qui huic muni-
mentum hæreditatis paraui: viſus ſum & * ipſe diu viuere * deceſſionem faſtidienti. Docui quid * ipſi
vellet,cui ſucceſſionis competitores ademeram, morantem non paſſus eſt: nec expectauit regnum, * deceſſorem
niſi vt parricidio adipiſceretur. Reddidit mihi vicem, q̃nia proiectum collegeram, & prætuleram
nobilioribus. Cui enim tantum ex illis , quantum huic contuli? cui ipſe viuens poteſtate ceſſeram,

† perniciosum testamento aperto hæredem designaueram,quod solet esse † periculosum Regibus,vt aliquis se suc- F
cessurum nouerit. Quinquaginta in fructibus talenta concessi,trecenta Romam proficiscenti dedi.
Commendaui Cæsari quasi solum filium,nihil mihi reseruaui, quòd deberem parricidam timere:sed
hoc eum magis ad parricidium armauit, quòd se meis beneficiis superiorem videret. Quid tantum
sceleris commiserũt fratres eius, quos ad mortem coëgit? Aut quæ istiusmodi aduersum illos indicia
detecta,qualia istius deprehẽduntur? Sed interrũpere atque obstrepere audet parricida,& dolis tẽtat
veritatem inuoluere? Caueas Vare,admoneo,caueas simulatas eius lachrymas,& gemitus arte com-
positos,nec vllo expressos dolore. Hic est qui mihi pietatis affectũ abstulit, cũ à ficto metu cauẽdum
admoneret Alexandrum,cum illo mentes plurimorum conuenire,asserens non temerè cõmittendã
vniuersis præsentiam meam. Simulabat se circũspectare omnia,vsque ad lectum deducere,discutere
atque examinare singulos. Hic erat somni dispensator & minister securitatis,in quo ego solatium cõ-
stituebam,atque eius officiis leuabam de interfectis dolorẽ: arbitrabar quòd & illos mihi redderet,
mœrorem auferret,pietatem obtenderet. Hic erat protector meus, cui credebã corporis senilis cu-
stodiam. Quomodo viuam nescio, quomodo tantum insidiatorem euaserim, quibus me circun- G
uenerat delinimentis, quibus fraudibus vinctum tenebat, vt soli huic me crederem, quem solum
caueri oportuit. Incredibile mihi est quòd euasi,nec viuere mihi videor,sed somniũ puto. Quis enim
crederet,aut illũ tam ingratum futurũ,cui in me potestatem omnẽ cõmiserã,aut me posse euadere,si
Antipater nollet? Tutiorẽ tamen gratia me factũ putabam. Sed quæ(malum)infœlicitas,me,aut ad-
uersum me eos faciat insurgere,quos plus dilexerim? Deploro ærumnã domus meę Vare,defleo soli-
tudinẽ,ingemisco vim tanti doloris. Sed tamẽ tãta est acerbitas sceleris parricidalis,vt neminẽ mihi
patiar euadere, quicunque sitierit sanguinẽ meum, etiam si in omnes filios meos affectati parricidij
indicia promãtur. Cùm hæc diceret,indignatione pariter ac dolore intercepta vox est loquẽtis. Cõ-
tinuò Antipater eleuãs caput,velut ictus enim & saucius graui vulnere iacebat ante pedes patris,nec
assurgere audebat,exclamans,ait: Tu quidẽ pater vt iratus accusas,sed mihi nulla est maior defensio,
Responsio Antipatri aduersus accusationem patris. quàm testimoniũ accusationis tuæ,quia semper fui custos tuæ salutis. Defensionẽ igitur pro me voto
accusantis adhibuisti. Quomodo enim parricida ego,quẽ ipse tuũ protectorẽ fateris? Aut quomodo
circumspectus atque astutus, quem cõmentatorem arguis parricidij? cùm extremæ insipiẽtiæ sit co- H
gitasse,quod & apud homines execrabile sit,& apud Deum inultum esse nõ possit. Vel fratrũ exẽplo
doceri potui, nullum tãti sceleris effugium fore,quod scelus istiusmodi nec latebrã inueniat,nec pœ-
nã euadat,quãdoquidem & illi pro tãta in te maleuolentia pœnas dederũt: at illos inuidia quædã (vt
dicis) impulerit ad parricidiũ, quod me sibi pręferri videbãt,quib⁹ materni generis nobilitas animos
dabat,vt regnum quasi ex materna successione sibi debitũ vendicarẽt,& quasi à te ereptũ reposcerẽt.
Parricidæ pœnas non effugiunt. Quid tale ego,qui nesciui regnũ nisi de te sperare, tuũ iudicium quærere,tibi soli placere? Quid autẽ
erat,quod me aduersum tuam salutẽ audere aliquid impelleret? An regni cupido? sed regnabã: an odij
suspicio? sed diligebar: an iniuriæ dolor? sed præferebar. Si illos sola formido prælationis meæ arma-
† nec odisse uerit ad parricidium,ego absoluar: quia nesciunt Prælati parricidium cogitare,† sed odisse. Nisi fortè
aliquis ex te me metus compulit. Verùm ego,vt mihi vox tua testis est, nihil sciebã nisi pro te timere.
Quid enim mihi timerẽ,qui minister eram tuæ securitatis,& dispensator quietis? An verò inopia pe-
cuniæ & egestas coëgit,quæ solet indigentibus suadere latrocinium? Sed dederas,quod nõ solùm in I
præsens,sed etiam in omne tẽpus abũdaret, & diuitem Romã miseras, vt Regũ Reges pronũtiarent
imperij apud se principatum esse, non diuitiarũ. Denique Fabatum illũ Romanæ rei moderatorẽ,&
† ambitum intimum Cæsaris tibi cœpi, & à Sylæo ingẽti † impulsus pecunia,vt te impugnaret, ita cõmutaui,vt
fieret tuus defẽsor,& solicitatoris sui proditor. Per quẽ pater aliũ insidiatores tuę salutis detecti sunt?
Quomodo ergo parricida ego,qui custodẽ tui corporis Corinthum latentem depræhẽdi? insidiantẽ
remoui? ad confessiones negantem deduxi? Potui parricidium non cogitare, & parricidij fructum
habere,si tacuissem. Sed mihi si bestiarum immanitas,si atrocium ferarum inesset furor,tamen tãtis
beneficiis tuis mansuescere potui, vt nullã opem nisi in tuæ salutis subsidio cõstituerem, vt pro om-
nibus tibi vel solam charitatem referrem,te meo corpore protegerem,te intimis si fieri posset,visce-
ribus includerem: prætuleras nobilioribus filiis materna stirpe minùs nobilem, matrẽ quoque regni
exulem in regnum vocaueras,nec iam successorem me imperij,sed quasi consortẽ habebas. O miser
ego,cui tantũ liberalitas tua bonorũ effuderat, vt inuidia succederet. O stultissimus ego,qui te pater
reliqui. Si datus est inuidiæ locus, & potestas insidiantibus. Nanque dum ego pro tua salute diu de- K
moror,meam prodidi: & tamen nihil habeo,quod mihi asscribam. Tu me pater abire iussisti,tibi ego
peregrinabar pater,ne tuam senectutẽ Silæus circumueniret,ne te viuẽtem regno exueret,nec apud
Cæsarem tuam salutem appeteret. Testis est mihi Roma pietatis, Cæsar quoque Pręsul orbis terrarũ,
& censor vniuersorum atque arbiter mei pectoris, qui me amantẽ patris appellare solitus erat. Testi-
ficare Cæsar, quid ego de patre apud te loquebar, apud quem solum nocere potuissem. Testificare,
inquam,mihi,qui de aliis pronunciaueras. Nec dissimulandum parricidium,sed inquirendũ putasti.
O si mihi aspiraret præsentia tua: sed absens es, & longè positus, & ego sine te à patre diiudicor. Ades
tamẽ,& in literis tuis præsens es,tua scripta offero,quæ solẽt parricidæ timere. Tuam epistolã porto,
quam solent promere,qui cupiunt parricidiũ nõ latere. Suscipe pater literas Cæsaris,ipse te instruat,
qui dudũ vindicauit. Suscipe Cæsaris scripta,argumẽtis omnibus validiora. Quibus vsus es dudũ ad
vltionem,

A vltionem,vtere nunc ad salutem. Hos ergo apices defero innocentiæ meæ testes, illa dextera nun-
quàm te fefellit, illa dextera Cæsaris diadema tibi imposuit,nõ ademit. Illa manus Cæsaris regnum
tibi,quod abieceras,repræsentauit. Potuit me priùs Cæsar odisse, si † fratrem similem deprehendis- *† fratrum.*
set: sed cognouit & pronuntiauit pietatis interpretẽ,qui nisi Romæ fuissem,Sylæus vicerat. Illi ego
hodiè adiudicor, illi pœnas miser pendo. Memento pater, quia non voluntarius nauigaui. Videbã
mihi iam parari foueas insidiatorũ: malui tamen me potiùs pater,quã te periclitari. Nec tamẽ exhor-
resco salutis periculum,sed apud te pater doleo,me quasi tuũ hostem periclitari. Periclitor tamen, si
apud te & Cæsaris testimonia periclitantur. His ergo vtor indiciis meæ defensionis, Cæsarem non
appello quasi audiẽdus,sed imploro,quasi absoluendus. Quod si iudiciũ exercẽdum existimas, ecce
mi pater, ad te veni post Cæsarem,ad te festinaui à Cæsare. Vtinã quidẽ nusquàm à te abiissem. Sed
tu me pater nesciens periculis obiecisti iubens pergere. Præstò sum pater,nec perfunctoriè de leuio-
ribus testibus requirendã pro salute tua veritatẽ æstimo. Non præiudicẽt,qui possunt timere tormẽ-
ta,nec qui possunt contẽnere. Omnis homo mendax,dixit scriptura. Ego defero incorruptibilia e-
B lementorũ testimonia. Venio ad te per maria & per terras nusquàm aliquid passus. Parricida debui
non euadere,si reus essem. Absoluat me,pater apud te cœlum,quod non fulminauit, mare quod nõ
demersit,terra quæ nõ absorbuit,per hæc ad te tutus venio pater: quę non solent euadere,etiam qui
non sunt patrum genitaliũ parricidæ. Datham & Abirom hiatus vorauit terra,nec tamen genitalem
appetierant patrem. Absalon fugientem arboris suæ ramis terra suspendit, ne ad patrẽ peruehiret;
ad quẽ si peruenisset, euaserat. Ego ad te veni, & adhuc periclitor. Dauid parricidã suum quia ser-
uare non potuit,vindicauit: ego de inimicis & calũniatoribus vindicari nõ expeto,vt eos ad tormẽ-
ta vocẽ,lucrentur illi pœnã calumniæ. Vnum rogo pater, ne alienis credas tormẽtis, de memetipso
aduersum me require supplicia. Suspende reum tuum, in viscera mea pergat interrogatio veritatis,
in corpus meum, atq; in interiora penetralia descendãt fidiculæ quæstionum, profluat sanguis, qui
solet parricidium clamare,ferãtur ignes in artus noxios. Quid dubitas pater? si parcis,† innocentem *† innocentiã.*
pronuntias: si à cruciatu temperas,absoluis crimine. Nõ est parricida,qui simplici morte dignus pu-
tatur. Aut si vt filio parcis,& ex te genitis membris cõpateris,non sunt mẽbra tua,quæ sunt ministe-
C ria crudelitatis. Hæc vbi locutus est,magno fletu & gemitu lamentabili finem dicẽdi fecit vlulatúq;
maximo Varũ & omnes ad miserationẽ inflexit: solus Herodes nullis mouebatur lachrymis, atque
ipse à fletu temperauit intractabilis ad veniam,quæstioni imminens,vindictam expetens.

SVCCESSIT orationi Antipatri Nicolaus Regis mandato,qui astutè eius respõderet versutiis,& CAP. XIV.
inflexos à miseratione abduceret,referẽdo in Antipatrũ fraternæ inuidiam necis,allegando,quòd si
quos moueret misericordia,illorũ misereri deceret, qui eius perẽpti fraudibus, vltionẽ requirerent.
Si vnũ absoluerent,omnis domus Regia in periculũ deduceretur,germani,affines,parẽtes,ipse Rex,
cuius saluti nõ pepercisset. Itaq; cõuersus ad Oratorũ versutias,velut † (narratione miserationis) epi- *† parenthesi inclusa dictiones abundãt.*
logo quodã excitabat ab inferis peremptorũ animas,qui miserabili quæstu replerẽt subsellia,inson-
tes se oppetisse,subornatis † grauibus testibus,cõpositis epistolis,fraudulẽtis sermonibus circũuen- *† grauatos.*
tum patrẽ,credidisse filio,quẽ nõ putaret de fratribus posse mẽtiri. † Offert nũc supplicia sua qui fra- *† Offerre nũc eum supplicia sua.*
trũ tormentis nõ credidisset,quos onustos vinculis † obligauerit,ne cognitioni interessent,in absen- *† alligarit.*
tes latã sententiam,cùm longè positi essent necatos,ne eorũ pater misereretur. Nullũ itaq; reliquum
D futurum si iste euaderet,doctus venena parricidalia suorũ visceribus infundere, mutare mentes ho-
minum, qui etiã Pherorã semper amantissimum fratris,Herodis in necẽ eius parricidio funesto exu-
scitauerit. Ad hæc, cùm plurima alia excitãdæ cõmotionis gratia Nicolaus addidisset, vbi sermonẽ
absoluit,interrogatus à Varo est Antipater,si respõdere vellet. Nihil aliud retulit,nisi(Deus mihi te-
stis est)quia nihil læsi. Tum Varus venenũ proferri,atq; id dari iussit vni de his,qui iam rei mortis ad- *Veneni probatio.*
iudicati essent. Quo epotato,statim mortuus est. De quo relatũ ad Cæsarem est, & in vincula Anti-
pater imperio patris † inducitur: nec tamẽ ab insidiis vacuus erat. Nam tum maximè Salomes peri- *† ducitur.*
culum dolis tentabat directis epistolis,quas Salomes nomine Antipater cõposuerat,plenis in Regẽ
contumeliarũ atq; ad Acmẽ ancillã Iuliæ,q̃ vxor Cæsaris erat,per Antiphilli seruulũ perferri iusserat,
quas Acmes sibi redditas Regi transmitteret: ac penè in mulieris perniciẽ fraus cõualuerat,ni reper-
ta esset epistola Acmes ad Antipatrũ,quæ dolũ prodidit,scripta in hunc modũ: Sicut voluisti, patri
tuo scripsi,& epistolas illas direxi: nec dubito Regẽ in periculum sororis insurrecturum. Tu vicẽ re-
E stitue optato effectu potitus. His literis deprehensis, Rex in suspicionem deductus, quòd etiã Ale-
xãder pari arte compositis à fratre esset appetitus epistolis,& nimia commotione exasperatus,ægri-
tudinem grauẽ contraxit. Quo se vidẽs vrgeri periculo,Antipã vnum ex filiis hęredẽ imperij scripsit, *Ioseph. 1. lib. bel. cap. 20.*
prælatũ Archelao & Philippo senioribus liberis, quoniã ipsos quoq; Antipater dolis atq; fallaciis su- *in Vet. Cod. legitur testamento scripsit*
spectos patri fecerat. Cæsari legauit mille talenta, donis muneribúsque additis. In vxorẽ & filios, li-
bertos atq; amicos quinquaginta contulit: nec Salomen sororem munerum suorum expertem reli- *1. sexies centena coronat. millia.*
quit. Procedebat in deterius ægritudo, atque accessu temporis † exasperabatur,quam imbecilla se-
nectus suis incommoditatibus acerbabat quotidiè. Si quidem non minùs septuagenario grauatum
annis corpus,crebrò quoq; mœrore animi afflictũ gerebat,tot parricidiis † vulnerat⁹,quæ aut depre-
hendisse in filiis extremæ miseriæ erat,aut intulisse. Immedicabilis tamen ægritudinis feruor,quòd *Ioseph. Antiq. lib. 17. cap. 8.*
superstes Antipater metuebatur. Contẽptus quoq; indies vilior,quòd imagines Cæsaris atq; anima- *† asperabatur*
lium similitudines contra legem templo appositæ detrahebãtur, autoribus maximè Iuda atq; Mat- *† exulceratus*

* cognatis. thia iuuentutis doctoribus, qui* cognitis & conspirantibus sibi venisse tempus aiebant, quo violatæ F
legis iniuria vindicaretur: Dare pœnas sacrilegũ, qui putaret fas esse, quicquid potestati liceret: nec
religione inclinatum, sed elatum superbia in penetralibus templi faciendi quod vellet, libidinẽ pro
* templo iure exercuisset. Et quamuis diuina vltio mortem ei acceleraret: tamen pulchrũ videri, si etiam * tẽpli sacrati libertatẽ suam, in defendẽdis paterni ritus obseruationibus approbarent: nec periculi metu quenquam reuocari oportere, cùm etiã mori pro lege patria insigne immortalitatis sit: primíque adorsi aureã aquilam supra fastigium portæ affixam detrahere, comprehẽsi, atq; ad Regem perducti: cùm interrogarentur, cui obedire cupientes, tantum facinus adorsi forent, respondérunt, legi paternæ. Iterùm quærenti, quo freti lætiores adessent, cùm ad mortis vocarentur periculum, respõdetunt: Pietatis & deuotionis præmiis, quorum remuneratio pro ritu patrio mortem expetentibus persolueretur. Nec diutiùs ferre potuit respõsionis cõstantiam, sed indignatione super ægritudinem facta, vt infirmitatẽ vinceret, in conuentum populi processit, ibíq; tanquã sacrilegij reos ad plebem
deferens, accusare cœpit, quòd maiora de factis talibus suspectarentur. Quæ etiã si non probarẽtur, G
tamen cuncti sibi quisq; metuentes, authorum, qui cõprehensi forẽt, luẽda supplicia deprecabãtur.
Nec pergendũ in cæteros, ne quæstio plures atq; alienos & innoxios perturbaret: rogatus itaque in
præsentes sententiã tulit, vt viui exurerentur: vnde incõmoditas aucta, & grauioris ægritudinis vis,
diuersis totũ corpus eius passionibus depascebatur. Febris erat vehemens, prurigo intolerabilis, cõtinui ac sine vlla intermissione interiorũ dolores viscerum, colo medius vexabatur, hydrope grauabantur vestigia, abscondita corporis scatebant vermibus,* sparsim totius corporis, anhelitus grauis,
* spasmi. Ioseph. lib. 1. Antiq. cap. 8. & suspiria pernicioſa: res indicio erat, quòd iniusti parricidij, & sacrilegæ dãnationis pœna reposceretur. Non cedebat tamẽ animo, & viuẽdi cupiditate passionibus reluctabatur. Petit trans Iordanem
Asphaltites lacus medicabilis. calores aquæ calidæ, sed nihil profuerunt. Asphaltites lacus, pleríq; medicabilis, sine vllo profectu ægrũ tenebat. Vbi dum oleo plurimo foueretur, laxato resolutus corpore, morientiũ speciẽ oculos
inuertit, & vox defecerat, nec sensus manebat: sed exercitatus strepitu cõclamantium resumpsit, & ad sua regredi cupiens, vbi ad regionem loci, qui appellabatur Hiericho, aduenit, atro felle exagitatus, & ipsi quodãmodo morti minitans immane facinus excogitauit: quò velut inferiæ sibi populi
mitterentur. Namq; ex omni Iudæa congregari iamdudũ præcipiens quosq; nobiliores, vt ex singu- H
lis vicis in vnũ conuenirent: vbi imperio obtẽperatum est, claudi eos intra hippodromum iussit, &
† Alexandra accersita Solome atq; eius † Alexa viro, legatum sanguinis mandauit, asserens lætitiæ populis gentis
Iudææ suam mortẽ futuram, & ideo cõmentum se, quò præclarissimè suum epitaphiũ celebraretur,
Herodis astuta crudelitas. † domestici. depositere à suis, vt cùm vltimum exhalasset spiritum, eos statim omnes, qui clausi tenebãtur, necari iuberẽt: ita neminẽ futurum in vniuersa Iudæa atq; in omni domo, cui mors eius esset illachrymabilis, cùm vniuersis † domesticis luctus hæreditatẽ dereliquisset, quidam suorũ deplorant necem, iusta
regi videretur persoluere, atq; ita publicorum lætitia votũ domesticis doloribus impediretur. Ac ne
hoc est quinque coronatos Ioseph. bel. lib. 1. cap. 21. Ant. lib. 17. cap. 8. fortè sceleſta imperia mandata executio destitueret, quinquagenas drachmas iussit militibus dari, vt tali sceleris imposita mercede, ferale ministeriũ milites nõ recusarent: compensaturi executionis horrorẽ remunerationis emolumento. Cedebat propè iam tantæ incõmoditatis gratia suppliciis,
sed expectabat funesta respõsa legationis, quæ retulit de Acme suppliciũ sumptum ad Herodis que-
relam: Antipatrum quoque cõuictum parricidij morti adiudicatum, tamen repulso patria & regno,
pater fugæ potestatẽ tribuere, si vellet, Cæsar iuberet, sententiã sceleri ferens, consiliũ pietati relin- I
al. proprie. * preuenire. quens. Soluerat natura parricidij necessitatẽ: Nã recreatus paulisper, permissa sibi puniendi, vt vellet
potestate, dum de genere necis tractat, distẽtus doloribus properè diẽ mortis * peruenire desiderauerat. Poposcit itaque malum, paritérque gladiũ, vt eo pomum solitus incidere refectionis aliquid
assumeret, & paulisper sese attollens, cubitóque adnixus, leuauit dexterã, cupiens sese ferire, sed occurrit Achiabus, & impediuit ictum, luctúque tota cõcrepuit domus, vt obiisse Herodes foris æstimaretur. Exultauit Antipater ad somnum planctus, & à custodibus adhibitis postulauit, vt vinculis
resolueretur: sed præpositus ei muneri nõ solùm abnuit, quod rogabatur, sed etiã Regi annũciauit.
† insultari. Antipatri Herodis filij cædes. Ioseph. 1. bell. c. vlt. Antiq. lib. 17. cap. 9. Exclamans ille † insultare adhuc sibi viuẽti, percussores direxit, qui Antipatrũ interficerent, cælúmque sepelire iussit in Hyrcania, atque iterùm mutauit testamentũ, Regémque Archelaũ instituit seniorem ex fratribus: Antipæ tetrarchiã reliquit. Quinque itaque diebus Antipatro superstes defecit:
triginta & septẽ annis, ex quo à Romanis imperitare iussus est, regno potitus: ex quo autẽ Antigonũ
sustulit regni æmulum, annos triginta quatuor imperio exegit: vtinã tam domestico vsu, quàm pu- K
blicis lætus successibus. Namq; ita foris secundæ ei res aspirauerũt, vt priuatus in regnum ascisceretur, eóque per multa vsus annorum curricula, quòd difficilè saluo potestatis vsu decederet, relinquẽs liberis imperij successionem, quam ipse à suis non acceperat. Sed intra domũ infœlicissimus, quam acerbo suorum sanguine & luctu repleuit, nec tamen executionẽ inuenit vltimæ crudelitatis, hoc vno Salome obliterante criminum suorum ludibria superiora, quòd eos quos percuti rex iusserat, omnes dimisit, dicens Regem præcepti feralis posteà pœnituisse: reuocatíſque mandatis superioribus, præcepisse, vt ad sua omnes dimitterentur.

CAP. XLVI DEIN postea facta in Amphitheatro militum & reliqui populi congregatione, de obitu Regis indicium factum, processit Ptolomæus, qui regis amicitiæ inter fideliſſimos quoſque vſque in extremum adhæſerat, & annulum deferens, quem defuncti digito detraxit, collaudat Regem, & populum admonet tranquillitatis, aperítque ei epistolam, qua precatus, fideliſſimos ſibi milites hortabatur.

A tabatur vt successori suo beneuolentiam exhiberent, & gratiam. Et apertis etiam tabulis testamen- *Ioseph. lib. 1. bel. c. vlt.*
tum recitatur, Philippus Thraconitidis regionis, & finitimorum locorum hæres nuncupatus, Tetrarches, Antipas, Rex Archelaus, ita tamen vt ad Cæsarem deferri annulum suum, atq; ei arbitriũ
& firmamentum omnium dispositionum suarum reseruarent. Ac tum demùm ratum esset testamẽtum suum, si Cæsar probasset: reliqua secundum priora sua testamenta custodiri præcepit. Continuò
acclamatio facta militum Archelao plaudentium, circumuallabatur illicò stipatorum ambitu, promittunt beneuolentiam, spondent fidem. Post hæc competenter atque magnificè funus curatum, *pompa funebris Herodis.*
omni ambitu Regalium diuitiarum præmisso, ad pompæ funebris celebritatem: lectus erat auro
totus & gemmis insignitus, stratum refulgens murice, corpus adopertum purpurea diploide, quam
internectebat fibula lapidibus pretiosis coruscans diadema adhærebat vertici, supráque corona au- *sed ora mœstitiæ ac dolentibus similes.*
rea, sceptrum in dextra, vt viuentem putares. Præibat agmen Thrachicum, Germaníque & Galli stipatores Regij militarem seruabant ordinem, pari modo succincti armis, ac si in bellum prodirent † sed ora mœstitia plena, & dolentibus similes prosequebantur. Reliqua manus prosequebatur orna- *Alias quinquaginta.*
B tu solito, & cultu assueto, comitantibus pariter Ducibus & centurionibus. Quingenti etiam seruorum & libertorum Regiæ domus aspergebant aromata, vt suaui odore tota fragraret via, lectum filij Regis, & propinquorum vis maxima circumfundebat. Sepultus est in Herodio (vt ipse mandauit) quod aberat ducentis stadijs ab eo loco, in quo finem vitæ inuenit: magno obsequio, per tantum spatij deductus vniuersorum, sed non omnium pari affectu: Metus enim officium, non votum extorserat, dolor intra se saltem liberam habebat sententiam. Hunc finem habuit Herodes. *Herodes sepultus in Herodio. Ioseph. in 18. Antiq.*

FINIS LIBRI PRIMI.

EGESIPPI DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ VRBIS, HISTORIÆ LIBER II.

C CAPVT I.

SEPVLTO Herode libera, vt in defunctos solent, iudicia populi depromebãtur: grauem fuisse illum & intolerabilem, iniusta imperia in ciues exercuisse, Tyrannũ non Regem suorum, parricidam domesticum, expilatorem publicum, nemini quicquam dereliquisse, tributis exhausta omnia locupletatos alienigenas, Iudæos exinanitos, quia templo hostem induxerit, † sacrata omnia sacrilegio cõtaminarit: † *sancta siue sacra.*
beatos illos qui defecissent, cùm tormenta viuentibus non deessent: plura malorũ Iudæam post depulsam captiuitatem in paucis annis sub Herodis imperio pertulisse, quàm in ipsa captiuitate sub hoste barbaro sustinuerit, cùm sibi Babyloniorũ Reges imperitarent, sub illis tolerabiliora exilia, quàm sub Herode domesticum domiciliũ: ab illis ad sua remissos, ab hoc fugatos: immitiorem Dario, Artaxerxe superbiorem, Medis rapaciorem. Speraſſe finem malorum, vt sibi exire liceret exilio, si diem clauderet: sed accessisse ad seruitutis miseriam Archelaum spontaneum succes- *Herodis & Archelai cõparatio.*
D sorem, qui & Herodem referret, & noua adderet: miserum hoc in regnis esse, quòd Dominus eligeretur: miseriùs, quòd inuitis imponeretur. Solatium seruitutis videri, si ipsi sibi Dominum eligant, eò quòd fiat benignior, si deferatur imperium: superbior, si vsurpetur. Lõgè itaque Archelaum Herode intolerabiliorem futurum, cùm iste assumpserit regnum, ille acceperit. Ea nõ solùm crebrò in Iudæa conferebantur, verumetiam Romæ † assistente Archelao, per orantibus accusatoribus, in os obiecta † *assistenti Archelao.*
apud Cæsarem, Senatúmq; vbi de regno Archelai confirmãdo, abrogandóq, diu † decertatum. Denique cùm in templo Apollinis, quod Cæsar condiderat multíſq; ornatibus venustarat, locus esset † *certatũ est.*
cognitioni datus, Salomes filios Antipater, illa quæ suprà diximus, & multa alia dicendi validus prosequebatur, mirari se, quòd Archelaus quasi petendũ à Cæsare regnum prætẽderet, cùm vsurpatione temeraria iãdudum intra Iudæam inconsulto Cæsare Regem exercuisset. Quid enim sella aurea, allatúmq; diadema, nisi regni forent insignia? Quo spiritu præsumpserit sedere super thronum
regium? de sublimi solio salutare plebẽ circumfusam, stipãtibus † armis militaribus, more quodã & † *numeris.*
E vsu Imperatorum † promi diadema, quod Cæsaris iudicio reseruari oportuerat: non solum pro po- † *poni.*
testate Romani imperij, sed etiã pro iure testamenti? Herodem enim nec præripere potuisse Cæsari vel Senatui, quod ipse vel à Senatu accepisset, & superiore testamento expreſſisse satis propriæ indi- *Alij codices Antipatrum.*
cium voluntatis, quò Antipam succedere sibi in regnum sensu integro ac perpẽso consilio declarauerit, & postremò omnia Cæsaris iudicio reseruasse: quãuis soluto iam corpore, anxius supremo periculo, nec vllius iam sensus aut consilij capax, dictauerit, non quod arbitrabatur, sed quod ingerebatur. Præceptorẽ igitur imperij de seipso pronũciasse, quòd nõ mereretur tuo Cæsar iudicio in regnũ † *eripere.*
subſtitui. Nam si meritorũ suorum conscius foret, petere potiùs quàm † vsurpare maturauisset. Non petendo autem, sed vsurpando, quæ in petitione consisterent etiam in pecuniariis negotiis (nedum *Hæc quæ parenthesi intercluſa videsis M.S. non habentur.*
diuitiarum. Denique Fabatum illum Romanæ rei moderatorem & intimum Cæsaris tibi cepi, & à Sylæo ingenti ambitus pecunia, vt impugnarent) præiudicare solere, vt præposteri litigatores cadant causa: hîc verò non pecuniarum quæstum in crimen vocari, sed imperij Ro-

Vet. Cod. præposteri litigatoris cadat causa.
mani violatum ius,reuerentiam despectam, spretam potestatem, indignum æstimantem Romanæ F
curiæ Senatum,qui soleret regnum dare atque eripere,& cum Cæsare vetustam conferendi imperij
seruare prærogatiuam. Quid facturum esse,cum legitimè regnare cœpisset,qui ante regnum † inso-
† insoleuit,
lentissimus necasset plurimos,quia opem fessis rebus & tributorum alleuamentum poposcerant,re-
medium postulantibus bellum irrogatum, interfecta IX. milia Iudæorum in ipsa venerabili apud
suos Paschæ celebritate,pro pecudibus homines immolatos,sacratorum,qui ad templi festa conue-
nerant,sanguinem fusum,spectaculum miserabile: si quis cæsorum stragem recenseat, Babylonicos
reuertisse arbitraretur: quantò crudeliùs à ciue commissa, quæ in hoste barbaro plena immanis sæ-
uitiæ atque impietatis æstimarentur? Hanc sportulam ciuibus datam,hoc sacrificio Archelaum re-
gni sui primordia commendauisse. Deberi misereri Cæsarem,Senatúmque reliquiarum Iudeæ quæ
† iniusto.
quondam liberis fulta populis seruitutem optaret,si modò tolerabilem liceret perpeti sub Rege† iu-
Regnũ Iudæorum generationi Iudæ debebatur.
sto,longè illum abesse à iure imperitandi. Si quidem apud Iudæos nulli regnum competere, nisi ei,
qui esset ex generatione Iudæ,sicut lex diceret.At verò istum Idumæum genere, quem nulla prosa-
piæ regalis origo contingeret, irrepsisse in honorẽ indebitũ. Si quidem cum Antipater sibi atq; Ar- G
chelao fuerit auus,præstans diuitiis, cæterísque artibus potens, & maximè Romanorum amicitia,
Intelligit Iul. Cæsarem.
Cæsaríq; seniori bello probatus,cùm posset sibi regnum asciscere,nunquàm tamẽ affectauerit,quin-
etiam defendere aliis maluerit quàm sibi parare,meritóq; illum habitũ vt parentẽ optimum, qui Iu-
dæam in libertatem vindicauerit vulneribus suis, nec in seruitutẽ deduxerit. Herodem Antonij te-
stimonio,qui paternus sibi hospes fuisset in regnũ aspirauisse: ex illo Iudæorum res imminutas,egis-
se vt hostẽ,non vt rectorem.Cùm igitur ipse etiam adulter regni fuerit,quo modò potuisse ab eo le-
gitimum Regem creari? non deprecari tamen, quò minus sub regno sint, sed poscere sub Romano
al. tamen.
agere, cuius sibi gratiã iam inde à Machabæis partam tantum per vsurpationẽ regni posteà degene-
rauerunt,vt multò inferiores sint his,aduersum quos Romanam petierũt societatem.Denique ora-
re sese, vt eadem conditione Iudæa qua Syria præsidiale iudicium à vobis adipiscatur,quo deuotio-
nis nostræ detur experimentum, vtrum qui seditiosi ac rebelles vocamur, possimus moderatis iu-
dicibus obtemperare. Aduersus ea Nicolaus pro Archelao respondens, inquietissimam nationem
insolentiæ suæ asseruit pœnas dedisse, ne hinc potissimum Archelaus inuidia inexcusabilis criminis H
accerseretur,si per seditionem pacem turbarent, atque à Romanorum societate animis atque armis
discederent: de testamenti autem prælatione quis dubitaret, cùm & posterius præferri soleat supe-
rioribus,& hoc multò validius cæteris videri debeat, in quo Cæsari cõfirmandi Regalis iudicij ser-
uata sit prærogatiua,quo cumulata potius quàm imminuta Romani nominis reuerẽtia sit, si & à vo-
bis Cæsar non præripiatur Regibus,quòd priuatis licet, vt eorum valeant testamenta, & quem po-
tissimùm sibi cupiant succedere, vltimo scribant stylo atque ab illis iterum ea vobis honorificentia
† seruetur.
† reseruetur,vt confirmatio iudicij à vobis petatur,& is succedat,quem pater elegerit,vos probaue-
† seruauit.
ritis.Quando igitur magis sapuit Herodes,cùm tibi Cæsar † seruauerit prærogatiuam, an quando
præteriit? Vbi Antipas substituitur, Cæsar præteritur. Vbi Archelaus subrogatur, Cæsar asciscitur:
sine firmamento nulla res stabilis. Diuino itaque iudicio vbi iustitia deerat,vel simulationi vel volũ-
tati firmamentum defuit. Vbi autem æquitas examini suppetebat,robur quæsitum,vt iudicium cõ-
firmaretur.Considera igitur,vtrùm fecerit iniuriam,qui te elegit,aut si rescindi debeat,quod te ar- I
† cuius.
bitro sanciendum reliquit rerum omnium Domino:† cui iure etiam Reges cedunt † potestate.Qui
† potestati alias improbãdam.
enim sciuit,quem eligeret ad confirmandum,sciuit vtique quem eligeret ad imperãdum,nec in suc-
cessore falli potuit,qui non est falsus in confirmatore.Nam qui arbitrum constituit te,cognouit ita-
que talem successorem sibi constituendum,qui tibi quem constitueres,non displiceret. Auditis par-
tibus Cæsar sententiam distulit: deinde collato cum Senatu consilio, Archelaum genti præposuit,
† Spondet.
vt fungeretur rectoris munere, non regni honore. † Spopondit tamen & regnum daturum, si se ita
gereret, vt probaretur. Iam enim tentamenta dissensionis Israëlitici populi nuntiabantur. Tetrar-
chas duos constituit Herodis filios,Philippum & Antippam,qui cum Archelao de regno certauerat,
† legatum.
Herodis sorori, cui nomen Salome, † delegatum seruauit, etiam alia ipse adiunxit. Duabus quoque
filiabus Herodis mille talenta,quæ sibi relicta erãt, dispertienda arbitratus:addidit etiam alia sexcẽ-
ta milia,& ea Pheroræ liberis sociari censuit.

CAP. II.

INTEREA quidam ex iuuenibus simulans se Alexandrum, & propter misericordiam ab his,
quibus necandi munus ab Herode patre mandatũ foret, subrogatis aliis in locũ suum, cum fratre K
suo Aristobulo dimissum, Miletum petiit,& inde Romã, quò difficiliùs apud incognitos cognosce-
retur. Vbi facilè Iudæos ad rerum nouitatem promptissimos excitauerat:nisi cõperto eo, Cæsar ad
** Celadus.*
se eum perduci ocyùs per Celadum quendam, qui Alexandrum plenè nouerat, præcipisset. * Ge-
ladus vbi iuuenem vidit,similitudine deceptus hæsitauit. Sed reliqua perspiciens indicia non cõue-
nire quæsiuit vbi esset Aristobulus: at ille in Cypro insula degere asseruit, cauentem insidias, eò
quòd coniuncti inter se fratres faciliùs extinguerentur. Deinde ad Cæsarem deductus, aperuit
illicò impunitate promissa, fretum se specie similitudinis, quod esset Alexander simulasse, vt innu-
merabilia munera ibi quasi Regis filius à Iudæis consequeretur. Cæsar dolum risit, sed & ipsum
† filio.
immunem dimitti iubet, & eos, qui vltra priuatum modum quasi Regis † filios detulerant,
satis multatos esse pronunciauit, quòd superfluis sumptibus infinita dispendia tolerauissent.
Archelaus

A Archelaus autem profectus in Iudæam propter obscœnitatem morum & insolentiã accusatus apud
Cæsarem, cognita inter partes causa, Viennã relegatur, opésq; eius thesauris Cæsaris associetatę:hoc
meritò pretiũ luit,qui nec à fratris sui germani coniuge suas cõpresserat cupiditates. Nam vbi Ale-
xander obiit,patris imperio neci traditus,Glaphira vxor eius Archelao Rege Coppadocum genita,
Vet. Cod. Tobæ Ioseph 2. bel. c. 6. Iubæ regi Lybiæ lib. 17. Antiq. c. 18. Iubæ regi Mauritaniæ.
quemadmodum suprà memorauimus,Libies Regi Tibæ secundis est copulata nuptiis.Quo defun-
cto, reuertitur ad patrem: illic eum contẽplatus Archelaus, quòd fratrem mariti filiorum patruum
haud quaquàm piè refugiendum arbitraretur,ita deperire cœpit, vt vxorem deiiceret Mariamnẽ,
& Glaphiram in locum illius substitueret.Nõ multò post vbi mulier in Iudæã rediit, vidit in somnis
Alexandũ,& complecti desiderauit.At ille indignãti similis,à cõplexu refugus,visus est dicere. Hæc
est Glaphira promissi fides? Ita amores erga te seruasti meos,quorum memorẽ te esse oportuit? Sed
esto,adolescentula secũdas nuptias non refugeras,etiam ne tertias, etiã ne fratrem mariti appetere
debueras? Ita te mea delectauit iniuria,ut in meam domum tertio nupta coniugi remeare non eru-
Visio repetit incestus pœnas.
bescere. Sed mihi curæ, ne diutiùs maneat contumelia mea, cõtagióq; tua:nec longum lætabitur
fraterni incæstus matronij. Exurrexit mulier, & familiaribus narrauit somniũ, atq; ipsa biduò post
** impunita.*
B defuncta,fidem fecit, quòd huiusmodi coniugia nec viuorum legibus * punita sunt, nec mortuorũ

CAP. III.

voluntatibus. Ipse quoque Archelaus vidit in somnis spicas nouem, plenas & magnas à bobus
vorari. Cui quærenti, respondit interpres: Nouem spicis nouem annos signari, quibus potestati
Somniũ Archelai de nouẽ spicis à bobus voratis.
vsus fit maxima & amplissima.Nono itaq; anno imperij sui mutationẽ eidem fore, eò quòd boues,
qui arua aratro soleant interuertere,mutationẽ signent laboriosam,quæ deuoret atq; absorbeat me-
rita superiora.His itaq; cognitis,quinto die venit à Cæsare, qui eum ad iudicium Romã deduceret.
In quo condẽnatus & actus in exilium,etiã morte impleuit somnium suum. Principatus gentis, qui
ad Archelaum pertinebat.conuersus est in nomen Prouinciæ,quo nomine Romani, cum in ius suũ
Prouinciæ nomen vnde deductum.
vincendo redigerent procul positas regiones,Prouincias appellauerunt. Manserunt tamen Tetrar-
chæ,vt erãt Philippus & Herodes mutato vocabulo,quia Antipas priùs nũcupabatur. Nam Salome
moriens,loca quæ tenuerat,& potestatẽ suæ gentis Lybiæ vxori Cæsaris dereliquerat.Is status erat
Tiberius.
Iudeæ,quando Cæsar defunctus est:relinquens Tiberium priuignum suum Lybiæ vxoris filium ex
Tiberiadis.
C superiore genitum coniuge successorem Romani imperij: cuius in honorem Tiberiadem Herodes
Intelligit matrem Tiberij Liuiam.
condidit.Philippus quoq; Lybiam vrbem matris eius vocabulo nuncupandã putauit. Et quia pro-
positum nobis est aperire causas,quibus populus Iudæorum à Romano imperio desciuerit, sibíque
exitiũ accelerauerit, Pilatum prouinciæ præsidem initium ruinæ dedisse res indicat: quãdoquidem
Cæsaris imagines Hierosolymitanis ædibus inferri primus omnium non dubitauerit. Quo motus
populus cùm resisteret,atque ille recipiendas imagines censeret,plurimos in mortẽm coëgit. Dum
hæc in Iudæa geruntur. Agrippa Aristobuli filius Romam aduenit, cupiens aduersus Herodem
Tetrarcham apud Tiberium iudicio contendere,sed despectus à Tyberio,cùm Romæ degeret,plu-
rimos sibi asciuit ad amicitiam: & maximè Germanici filiũ Caium,quem siue paterni nominis gra-
tia amabilẽ populo,seu Regij generis propinquitate proximũ imperio ratus,an quodã præsagio stu-
diosiùs excolebat, quàm vel ætatis vel honoris eius ratio patiebatur, ita vt quodam die manus ele-
uans deprecaretur,vt maturiùs Tiberio mortuo, Caiũ videret Imperatorẽ. Quo prodito per Euty-
chum libertũ suum, Agrippa iussu Tyberij in vincula ducitur,& grauibus modis excruciatur, nõ an-
D tè dimissus,quàm Tyberius diẽ clauderet.Cuius tẽpora fœda ludibriis,caprarúmq; secessus,ignauia
intolerabilis: nullum tamẽ efficacis virũ operis in necem eius excitauerunt,recẽtis, vt arbitror, Ro-
mani imperij reuerẽtia,siue terrore sæuissimæ crudelitatis,quia plerũque asperitas quò grauior, eò
tutior est.

CAP. IIII.

Eo imperitante, famosum ludibrium Paulinæ spectatissimi generis fœminæ Romæ
percelebratũ est.Quæ cùm egregiã castitatis famã apud omnes haberet,esset etiã præstantissimi de-
coris & eminentis gratiæ,tẽtata Mũdi equestris militiæ Ducis interpellationibus, nec inflexa, vitio
nimiæ superstitionis,patuit errori: Mundus nãque subornatis Isidis sacerdotibus, qui velut Anubis
ad eam mãdata perferrent,quòd eam ad tẽplum inuitaret,delectatum se eius sedulitate & pudicitia:
noctẽ posceret,habere se,quod eidem secretò vellet committere. Quod illa accipiens læta ad ma-
ritum detulit, Deum suis adesse votis, ab eo suam posci præsentiam, negare se non posse obedien-
tiam. Itaque & ex sua,& ex mariti sententia pergit ad templum Isidis,noctẽ exigit, remotísque pro-
cul arbitris, quasi sacri cognitionem mysterij perceptura, sese stratis composuit suis,æstimans,quòd
E ad eam Deus suus in somnis veniret,& per visionem sese ei demonstraret. Verùm vbi aliquid noctis
** somni.*
processit,quò faciliùs mulier plena* somnij deciperetur, Mundus assumpto vultu Anubis, habitúq;
aduenit, vestimenta alleuat, in oscula ruit. Expergefactæ mulieri Anubem se esse dicit, vultum Anu-
bis prætendit: illa Deum credidit, beatam se esse asserit, quòd eam dignatus sit visitare Deus suus.
Amplexum petenti non negat, refert tamen, vtrum Deus possit homini misceri. Ille promit exem-
pla, quòd & Iouem summum Deorum Alcmena susceperit, & Leda eiusdem concubitu potita, &
plurimæ aliæ, quæ ediderint Deos partu, de se quoque ex illa Deum esse generandum persua-
det, mulieri concubitu miscetur, redit ad maritum lætior dicens, quòd mixta Deo sit mulier,
& eius promisso deum esset generatura. Fit ingens in stupro mulieris & mariti gaudium. Posteà
occurrit Mundus, & ait mulieri: Beata Paulina concubinatu Dei, magnus deus Anubis, cuius tu
accepisti mysteria. Sed disce te sicut diis, ita & hominibus non negare, quibus dij tribuunt,

Legunt aliqui drachmarum Atticarū, sed Ioseph, Antiq. 18. c. 6. drachmarum simpliciter ducentarū, quæ valent nostris viginti milia coronatorum.

quòd tu negaueras, quia nec formas suas dare nobis, nec nomina dedignantur. Ecce ad sacra sua F
deus Anubis vocauit & mundum, vt tibi iungeret, Quid tibi profuit duritia tua, nisi vt te viginti mi-
lium quæ obtuleram, defraudares compendio? Imitare deos indulgentiores, qui nobis sine pretio
tribuunt, quod abs te magno pretio impetrari nequitum est. Quòd si te humana offendunt voca-
bula, Anubem me vocari placuit & nominis huius gratia effectū iuuit. Hoc perstricta sermone mu-
lier, illusam se intellexit, & dolens iniuriam pudicitiæ, confessa est fraudem marito. Ille nihil habēs,
quòd vxori indignaretur, cui ipse cubandi in templo potestatem permiserat, & conscius coniugalis
castimonię, principi querelā detulit. Qui motus potētis viri cōtumelia, atq; atrocis flagitij cōmento,
sacerdotes è templo rapit, quæstioni subiicit, confessos necat, simulachrum Isidis Tiberi demergit,
Mundo fugiendi potestas concessa, eò quòd vi amoris & formæ superatus gratia, leuioribus cōmis-
sorum suorū pretiis multatus æstimaretur. Quod igitur ludibrium imperitāte Tiberio acciderit,

CAP. V.

Vita principis regula plebis.

non putaui prætereundem, vt ex eo deformitas colligatur Imperatoris. Sicut enim boni Principis
vita, probitatis quædam præscriptio, & per vniuersos viuendi forma est: ita Imperatoris colluuio,
lex flagitiorum est. Ab eo missus Pilatus est in Iudæam vir improbus, atq; in exiguo ponens menda- G
cium, circumuenit Samaritanos, vt montem, cui nomen Gadir, peterent: erat enim illis sacratus, eò

Ioseph Garizin nominat.

quòd vellet eorum mysteria cognoscere. Et ascendens, populum præuenit equitatu, pedestriq; exer-
citu strauit, affictóque crimine, quòd à Romanis discedere, & conciliabulum sibi quærere præparas-
sent. Quid enim non auderet, qui etiam Christum Dominum ad salutem humani generis aduenie-
rem, multis & diuinis operibus profundētem in homines misericordiæ suæ gratiam, nihilque aliud
docentem, nisi quòd primùm Deo, deinde Imperatoribus faceret populos obedientes, cruci suffixe-
rit? Deménsque, qui minister esset sacrilegi furoris, vt interficeret authorem salutis. Ex illo itaq; Iu-
dæorum res præditæ, ex illo exitium genti, templóque maturatum excidium. Nam si Herodes, qui
Ioannem neci tradidit, perfidiæ & crudelitatis suę pretium luit, deiectus regno, atque exilio datus:
quantò magis præcipitibus furiis actum intelligi datur eum, qui Christum occiderit? Quæ causa au-
tem fuerit mortis Ioannis, breuiter expediam. Philippum & Herodem, qui priùs Antipas dictus est,

De causa mortis Ioānis baptistæ. Niceph. lib. 1. cap. 19 & 20 Iosep. lib. 18. Antiq.

germanos fuisse suprà ostendimus. Vxorem Philippi Herodiadem, quam Herodes illicito ac nefan- H
do sibi sociauit iure matrimonii. Non tulit hoc Ioānes, & ait illi: Non tibi licet vxorem habere fra-
tris tui. Tum ille commotus, in carcerem detrusit Ioannem. Nec multò pòst necauit virum iustum,
& constantem diuinæ legis executorem. Non solùm enim quasi prædicator Euangelij, fraterni cu-
bilis incœstum reprehendebat, verumetiam quasi legis executor, prævaricatorem legis condemna-
uit, qui fratris vxorē viuentis eripuerat, præsertim habentem semen de germano ipsius. Hinc exci-
tata Iudæorum ferè omnium in Herodem odia & pœna accelerata: Cuius autor Herodias videns
Agrippam plurimùm prævaluisse apud Cæsarem, compulit eum Romam pergere, quo sibi Impera-
toris gratiam conciliaret, obiectans desidiæ contumeliam, quòd fugitans labores, dum moratur do-
mi, indignos sibi patereturanteferri. Nam cùm Agrippa ex priuato Rex factus sit, quantò magis ipsi
iamdudum Tetrarchæ, quò regnum conferat, Cæsarem non dubitaturum. Itaque *mulieris oppro-*
bria nequaquàm sustinens, Romam profectus, dum Caij amicitiam petit, ab Agrippa accusatus,
etiā Tetrarchiam amisit, quam à Iulio Augusto acceperat, & fugitans in Hispaniam vnà cùm vxore
Herodiade mœrore animi cōsumptus est. Mortuo quoque Tiberio, Caius successit, qui Dominum

Tiberius dici Deus ac Dominus voluit.

se & Deum videri, atque appellari volens, causas dedit Iudæis grauissimæ cæditionis, ac nisi propera- I
to fine imperium clausisset, Iudæorum genti finem fecerat maturiorem. Non solùm enim ab illici-
tis non reuocabat suos, verumetiam missis in Iudæam, vltima supplicia minitabatur, nisi omnia ad-
uersum ius & fas religionis armis patrarent. Plurimum enim potuit imperio Agrippa: sed dum vel-
let muro ambire maximo Hierosolymam, vt Romanis fieret inexpugnabilis (preuidebat enim im-
minentem ruinam) morte præuentus, opus imperfectum reliquit. Nec minorem potentiam exer-
cuit imperitante Claudio: quia ipsius quoque primitiis interfuit, cùm Caio perempto, ipse à militi-
bus assumptus, in imperium resistente sibi Senatu, regni tædio Agrippam legatum direxit: quo in-
terprete promissa moderatoris imperij fines, diffinita gratia, pax conuenit: in locum Agrippæ patris

CAP. VI.

Agrippa filius eius à Claudio Cæsare Rex subrogatus est. Ipse quoque Claudius exactis tribus &
decem annis, cùm deficeret, Neronem Romano imperio Principem dedit: captatus vxoris Agrip-
pinæ persuasionibus, quæ tantum fraudibus valuit, vt filium imperatoris Britannicum designatum
successorem ipso iure naturæ principatus exortem redderet. Cuius artis mox pœnituit eam: quia K

Cod. vet. ius suum negauit quod de Britannico Claudij intelligitur.

dum ex se genito consuluit principi, suū negauit, ignara, quòd elatus imperio, nec matrē agnosceret
atq; in exitiū eius beneficij mercedē inuerteret: idē tamen Octauiā Claudij filiam cōiugij loco tene-
bat: præpostero ordine gener filio prælatus: quia mala Reipublicæ pręponderabant, cui debebatur
parricida sacrilegus, incestus: vt in eo crimina, nō vlla bonæ artis merita regnarent. Tali imperatore
seu morū eius intuitu atque ignauiæ contemptu, siue quia Iudæis ob grauia sacrilegia, auerso præsi-
dio Dei summi vltimum excidium præparabatur, erupit in seditiones graues, latrocinia, dissensio-

Cod. vet. discessionis.

nes, eorum insolentia, quos per viginti annos Eleazarus Princeps latronum grauissimè depopula-
tus: aliquando tamen captus à Felice, qui Iudeæ præerat, & Romam directus, graues pœnas
dedit: Nec sic quidem graui cæsorum numero infractus est populus Iudæam inhabitantium: sed in
ipsis Hierosolymis aliud latronum pullulauit genus, qui vocabantur sicarij, non iam secretis abditi,

nec

A nec tenebris nocturnis insidiantes sine aliquo præsidio commeantibus, sed luce diei, atque in
medio vrbis & turbæ stipamine percutiebant quoscunque propiùs accesserāt: breues manu gladios
gerentes, conferto populo permixti, vbi adhærentem fixerant, cadebat imprudens cæco vulnere, vt
querelam mors præueniret: funus in prōptu, sed percussor latebat: & si quis commotus fuisset alie-
no vulnere, propior suo factus erat cæsorum portio. Ita vel periculi metu, vel dissimulatione facino-
ris, sicarius non deprehendebatur. Tanta erat insidiantium velocitas & celandi ars. Occiditur sacer-
dos Ionathas: addebantur multi quotidie, grauiórque metus viuentium, quàm ærumna interfecto-
rum. Quasi ad pugnam, sic quotidiè vnusquisque progrediebatur: grauiore tamen conditione, quia
hostis præuidetur, sicarius delitescebat, mors in oculis, in animis timor. Nemo se regressurum cre-
debat, nec amicis fides deferebatur, dum sicarius metueretur. Quo plerique perterriti insontes qui-
dem à flagitio latrocinandi, vel sicariorum contubernio, etsi manu innoxij, consilio tamen infir-
miores desertum petiēre. Sed dum sibi consulunt, terrorem fecerunt discessiones: ex quo belli ad-
uersus Romanos suspicio primò, deinde inuidia exarsit, quo metu prouinciæ Rector missō equitatu,
B & pedestri agmine, maximam multitudinis stragem edidit.

CAP. VII. *Pseudopropheta Ægyptius. Niceph. lib. 2. cap. 26.*

Ægyptivs quoque Pseudopropheta adueniens, & magicis imbutus artibus dum iactat se pro-
phetico spiritu cœlestia annuntiare oracula, triginta ferè millia Iudæorum asso ciauit sibi, eósque ad
montem Oliueti congregans, frequenti irruptione penetrabat Hierosolymam, ita vt etiam Roma-
nas incursaret custodias, quæ ne quid à populo moueretur, Hierosolymis prætendebant. Vbi etiam
hæc compressa est insolentia, quasi in ægro corpore alia pars grauiùs inflammabatur. Plurimi enim
palàm discedendum à Romanis, libertatem seruitio præferendam vociferabántur, progressísque in
agros, quibus alimonia deerat, vi expetebatur..

CAP. VIII. *Cæsareæ conditor.*

Postremò in vrbe Cæsarea grauis inter Iudæos & gentiles seditio incessit, vendicantibus sibi
Iudæis vrbis totius quasi ab Herode Iudæo conditæ possessionem, renitentibus gentilibus, quòd
conditor quidem Iudæus fuerit, sed Cæsaris eam nomine declarauerit. Denique & templum intra
eam struxerit, & statuas apposuerit, eóque videri gentilibus vsibus magis eam mancipatam: harum
contentionum seditio in manus vertitur: quia neque primi Iudæorum suos seditioni deditos com-
C primere poterant, & gentiles opprobrio ducebant, si Iudæi sibi cedendum arbitrarentur: itaque ex-
citauerunt Felicem, vt dum vtriusque partis gestit comprimere multitudinem non acquiescentem, *Felix.*
præsertim armis, quando aliter nequibat, consuleretur. Cui successit Festus, qui latronibus plurimis *Festus.*
comprehensis, haud exiguos vltimo exitio dedit. Albinus quoque eadem à Romanis potestate *Albini rapacitas.*
sibi credita, nullum nequitiæ genus prætermisit, rapinarum improbus prædo, vt qui non dedisset
pecuniam, in vincula raperetur, quamuis innoxius: qui dedisset, etiam reus absolueretur: auaritia gi-
gnebat superbiam, vt pauperioribus se tyrannum præberet, mācipium ditioribus: *idem tamen etsi *vita tamen vs*
prætergressus nequitiam superiorum: Ita à successore Floro, quasi deses ac lentus in flagitiis, longo *supergressus.*
sed proximo interuallo præteritus ac derelictus: vt comparatione deterioris integer æstimaretur.
Et qui primò questi fuerunt vt afflicti, posteà Festum quasi bonum Iudicem desiderabant. Hic enim
singulos exuerat, Florus vrbes diripiebat, inquinatissimus in obscœnitatibus, in sæuitia crudelissi-
mus, armis omnia conturbans, & prælia de præliis serens, qui nec obsecratus ignosceret, nec exatu-
ratus parceret, in conspectu Beronices, quæ soror Agrippæ Regis ad templum religionis causa ve-
D nerat, acerbissima cæde in populum desæuiebat: nec obsecranti deferendam arbitratus, cùm inser-
uientem religioni nudis pedibus astantem cerneret, & orātem fastidio haberet, vnde ad Agrippam
Regem & ipsa scripsit, & populus Iudæorum direxit precatum auxilia libertati. Cui egredienti ex
Ægypto occurrerūt plerique vltra sexaginta stadia. Hierosolymitanæ vrbis obuiam progredientes
& circumducto per vrbem, cùm fidem querelarum probaret, insistere cœperunt, vt legatos ad Ne-
ronem mitterent. Verùm ille dolorem vt ciuium, & ipse miseratus, tentamenta tamen belli aduer-
sum Romanos alta prudentia cernens moueri, ne & sibi inuidia, populóque vltimum gigneretur
periculum, coacto in vnum populo, in loco, qui templo proximus & ponte diuisus, Sixtus appella-
batur, huiusmodi orationem habuit.

CAP. IX.

Etsi in plerisq; improuidus consulendi moderandíq; impatiens, dolor grauibus aliquos faciat in-
æstuare queremoniis: tamen vbi consiliū sumitur, sequestratur affectus doloris. Nam si prōptos ad
vlciscendas iniurias & ad inferendū Romano bellū imperio, vniuersos ex hoc populo comperissem,
E ac non melioris partis & tranquillioris sentētiæ, quod pacis est præoptare, & quod quietis præferre,
nec ad vos venire ausus forem, nec cōsilium dare. Superfluum est enim suadere quid fieri oporteat,
cùm audientium assensus in deteriora sit. Sed quia aliis inexpertus bellicorum vsus malorum, aliis
perfunctoria spes libertatis prædulcis ad expetendum, sed plerunque grauis ad adipiscēdum: multis
enim dum libertas petitur, seruitus accumulatur, & frequenter totum eripitur, quibus vel nomen
libertatis remanserat, alios quibus præsentia vtilitate sui displicent, rerum nouitas inuitat, ac si tur-
bentur negotia, lucrum putatur. Ideo vobiscum consilium conferendum putaui, ne aut prudentio-
rum sobrietas præripiatur insolentiorum audacia: aut qui rectè sapere nesciunt, nostro saltem admo-
niti sermone cognoscant, acquiescendum esse consultioribus. Silentium igitur deferendum cen-
seo, vt & nos quæ conducere vobis arbitramur aperiamus, & vestrùm nemo perturbetur, si aliqua
præter suam voluntatem audiat. Nemo enim poterit æstimare, quale sit quod dicitur, nili audierit

priùs,cuius ipſe futurus arbiter ſit:Probé tne an reſpuat,fruſtrà conturbatur ne audiat:licet enim & F
poſt cōſolationem vnicuique ſentire,quod ſentit:Et ſi diſceſſio,placet etiam poſt ſobrios monitus,
ſeruare inconſultæ voluntatis ſententiam.Sed dicet aliquis:Cur fruſtrà audiri velint,ſi non acquie-
ſcant,qui audiunt:Quia ſi nolint acquieſcere cùm audierint,portio mihi concionis,non omnis po-
* eripitur. pulus periclitabitur.Si autem audire nolint,etiā cùm pars audiri cōturbat vniuerſo populo * eripia-
tur audiendi profectus.Itaque apud eos mihi orietur ſermo,qui audire*voluerint,ſi vel ex parte ali-
* noluerint. qua mihi ſilentium deferatur:intercipietur enim ſermo omnis,& quaſi totus deſidet,ſi concionalis
fragoris & inquieti ſtrepitus examinetur impedimento.Duo ſunt itaque,quibus primò reſponden-
dum arbitror:quæ in maximo ſunt querelarū pondere:Quòd pleriq; vociferantur de iniuriis præ-
ſidum:& quòd plerique periiſſe ſibi libertatem gemunt. Quarum propoſitionum ſeparanda mihi
cōplexio videtur.Si enim præſides improbi,quid opus eſt libertatē attollere? ne videamini nō eorū
merito ſed ſeruitutis faſtidio accuſare Præſides, quaſi dominationis miniſtros. Aut ſi intollerabilis
ſeruitus,ſuperflua ergo de præſidibus querimonia. Nam etſi in illis moderatior ſit, nihilominus ta-
men turpis ſeruitus eſt.Conſideremus ergo,ne in vtroque eorum non perfunctoria bellorū materia G
ſit:quid enim ineptius,quàm de iniuriis queri,& bellum ſubtexere,ac periculis mutare cōtumelias?
Dum iudicem refugias,hoſtem inducas:cùm iudex iniquus plerunque iuris interpres ſit,hoſtis autē
etiam iuſtus ſemper ſit appetitor ſalutis.Temperari ergo non exaſperari iudicem decet, hoſtem ca-
ueri,ne alterū acerbes,alterum arceſſas:cum & ille delinimento mitior fiat,& iſte declinari debeat,
ne poſſit nocere.Cauendum igitur de iudicibus,ne maior querela quàm iniuria ſit.Grauior quoque
obiectionū inuidia, quàm commiſſorū pretia. Sæpè etenim qui primò verecundiùs deliquerint,ac-
cuſari inſolentiores ſunt, & qui occultè antè furati ſunt, poſteà palàm latrocinantur. Nihil itaque
tam exaſperat feruorem vulneris,quàm ferendi impatientia.Denique impenſiùs in ipſis agreſtibus
feris arctiſſima vincula,ſi ſe excitent,imprimuntur:ſi quieſcant,relaxātur : grauis quoq; febrium vis
tolerādo minuitur, inquietudine augetur.Quòd ſi norint ſibi cōſulere agreſtia,vt naturæ obliuiſcā-
tur,quò dolorem alleuent:quantò magis in hominibus frequēs id docuit vſus,quòd eorum,qui læſi
* tollerentia, ſunt*tolerāda,lædentibus fuerit*verecūdia,vt ſine accuſatore correxerint,quod accuſati nō emen-
* verecūdia. daſſent.Sed eſto,fuerit intolerabilis Romanorum Iudicum inſolentia, quid igitur tolerabilius, vni- H
uerſos,an vnum perpeti? Quæ autem iuſtitia, cùm vnus læſerit, bellum inferre omnibus ? Nunquid
omnes Romani iniuriæ autores?Nunquid ipſe Cæſar?aut ſtudioſè electus eſt improbus, qui ad vos
*tranſmaria. mitteretur?Sed neque ſpeculari poſſunt*tranſmarina,oculóſque ad Orientem & Occidentem intē-
dere,vt illic videant,quæ hìc geruntur:neque audire facilè,quod etſi ſollicitudo exigat,longinqui-
quitas negat probationum difficultatē. Vnius igitur culpa diſſidiū pariet orbis Romani, cùm etiam
ſine querelis veſtris propera correctio ſit, nulla accuſationis inuidia, itineris nullo labore. Annuis
enim vicibus Romani Magiſtratus mutantur. Quo fit, vt nec inſolens diu maneat, & moderatior
Magiſtratus citò ſuccedat.Nihil igitur oberit quieuiſſe,cùm remedium deferatur etiam quieſcentibus. Cauſas
annuus. belli autem intexere pernicioſum , quia dura belli aduerſum omnes conditio, aduerſum Romanos
vltima.Quos ſi fugere velis,cùm ſuperare nequeas, orbis terrarum tibi derelinquendus eſt. Sed li-
bertatis cupiditatem prætenditis?Sera iſta deliberatio:priùs certandum fuit,ne amitteretis liberta-
tem,quàm vt amiſſam repoſceretis.Durus ſeruitutis vſus,& ideo à principio non fuit ſubeunda,aut
ſuſcepta æquanimiter ferenda.Tunc decuit reſtitiſſe,cùm ad ſeruitium vocaremini. Illa iuſtior pu- I
gna:qui autem ſemel ſe dederit in ſeruitutem, etſi poſteà ſubtrahere ſe velit, nō ille tāquàm amator
libertatis aſſeritur,ſed tanquàm ſeruus contumax adiudicatur. Vbi erat iſta libertatis defenſio,cùm
Pōpeius veſtris ingrueret regionibus: vrbē Dominus intraret,vbi erant arma pro libertate?Cur de-
poſita ſunt à patribus noſtris?Et certè illi fortiores nobis fuēre,vigebant animis,abundabant ſubſi-
diis,cupiebant repugnare:ſed exiguam Romani exercitus non ſuſtinuēre portionem: victi ſunt,ſed
reſeruati agnouerunt iugum ſeruitutis,ne tolerarent pœnam captiuitatis. Quid recuſatis hæredes,
quod debetis iure ſucceſſionis?Aſtringunt vos negotia patrum, quomodo obedientiam refugitis,
tantò inferiores obedientibus:aut quid vobis reliqui erit, qui in vos Cæſarem & omnem virtutem
Romanam mouetis?Quomodo poteſtis ſuſtinere eos,qui de omnibus triumphârunt,atque ab om-
nibus ſibi militantibus nunc adiuuantur? Et Athenienſes quidem pro libertate totius Græciæ in-
cendio patriam tradiderunt,exilio mutātes domos,ne ſibi Xerxes dominaretur, quem in terris na-
uigantem,in fluctibus gradientem,cùm eum nec maria caperent,nec terra ſuſtineret,quòd Europæ K
totius ſpatia,tranſitus eius itineris includeret,anguſtioribus terrarum finibus,quàm exercitus com-
meatu:ita perſecuti ſunt fugientem,vt vix vna naue fugitans,auxiliíque indigens,ſe ſubtraheret ca-
ptiuitati:verùm ipſi illi viri,qui totam fregerunt Aſiam,propter exiguam Salaminam & imperitantē
fluctibus Xerxem,ſubigentem maria,in eo ipſo,quod ſibi ſubiectum putabat, elemento, glorioſiſſi-
mè debellatum fugârunt:nunc Romanis ſeruiunt, & Principes totius Græciæ Italorum imperiis
obtemperant:atque illæ Athenæ,quæ leges aliis dabant,nunc alienis legibus famulantur.Lacedæ-
* duos. monij quoque poſt Thermopylas & Leonidæ defuncti triumphos,poſt Ageſilaū ſeruatorem Aſiæ,
* Dominos nunc amant dominos ſuos.Macedonia quoque atque Africa,quæ per* ſuos validiſſimos Duces to-
in vet. cod. tius orbis imperium in ſua iura & poſſeſſiones transfuderant, tranſlatam à ſe potentiam non indi-
deeſt. gnantur,tantáque rerum mutatione contentæ,optant propitios*Dominos,quos ad ſeruitutem pe-
tebant

A tebant.Nec Philippi diuitiis Macedones,nec Alexandri excitantur triumphis, quos Duces omniū
prudentiſſimos non immeritò inuictos arbitrabantur, quia alter ſe † contra Græciam tenuit, alter † intra.
fugiens arma Romana vſque ad regna Caſpia, & extrema ſubactæ Perſidis, atque Indorum ſecreta
victor peruenit:Magni nomen obtinuit,quia maximos omnium non laceſſiuit.Quem licet imma-
tura mors triumpho Romanorum ſubtraxerit,ſeruit tamen & ipſe in poſteris ſuis, quibus Orientis
ſpolia,non ad fulcrum dominationis quæſita,ſed ad pretium ſeruitutis,vt nobilitas famulātium ad
victoris opes perueniret.Magna virtus Alexandro.Quid tamen mirum?Ille vſque ad Oceanum vi-
ctoriam extendit,Romani vltra Oceanum.Teſtis eſt Britannia extra orbem poſita, ſed Romanorū
virtute in orbem redacta.Quos ætas ſuperior ignorauit,didicit Romanorum victoria.Seruiunt, &
ipſi,qui,quid eſſet ſeruitus,ignorabant:ſoli ſibi nati,& ſemper ſibi liberi † quia à ſuperiorum poten- † qui.
tia,interfuſo Oceano ſecreti metuere non poterant,quos neſciebant.Plus itaq; fuit tranſiſſe ad Bri-
tannos,quàm triumphaſſe de Britannis. Quid enim facerent,elementis iam Romanorum imperio
ſubiectis?Docuit illos Oceanus ſeruitutis patientiam,poſtquàm trāsfretantibus & † ipſi Romanorū † ipſe.
B nauigiis,inſuetā ſibi ſeruitutem † agnouerant.Nam de Annibale quid retexā qui tot regionū victor, † agnouerāt.
Romanis & ipſe militauit triūphis, quibus Alpes aperuit,viā ſtrauit, vrbes ſubegit, quæ victoribus Annibal.
acquirerentur.Et qui frequenter ſuperior, ſpem tamen victoriæ victis nunquam interclusit, ſemel
victus reparare ſe nequiuit.Ceſſit ſpontè victoribus,quos * victor non ſuſtinebat, abiectíſque armis
victricibus,ad Pruſiam ſeſe contulit Regem:ex Duce mercenarius,ex triumphatore fugitiuus. Ve- * victos.
niamus ad Galliarum incolas populos natura feroces, & naturalibus muris ferociores, quos non
cæmenta parietum, ſed iuga Alpium ab ortu Solis tuentur, ab occaſu Oceanus includit,à me-
ridie prærupta Pyrenæi, à ſeptentrione Rheni, fluenta, immanéſque Germani inſuperabiles, &
& inacceſſibiles reddidiſſe ſe clauſtrorum beneficiis æſtimabantur: Romanis tamen ſupra nubes
viantibus,& vltra columnas Herculis imperium propagantibus,nihil inuium fuit:tanta*fœlicitate * facilitate.
hoſtis,& qui latebat repertus,& qui reſiſtebat victus eſt:quorū improuiſo aduentu conſediſſe mon-
tes Germania credidit,Rhenum exaruiſſe,qui magnitudine corporum & cōtemptu mortis cæteris
validiores,qui retinaculum antè ſuum Rhenum putabant,nunc ſalutis defenſionem.Itaque iam nō
C † copiis Germanorum replentur,ſed Romanorum liburnis,quæ pererrantes tot vſque ad mare bi-
cornis amnis fluenta quondam liberas gentes ſeruitio premunt,vt quæ ſibi antè totius orbis impe- † Cor.Gualt.
rium præſumpſerant,nunc ſeruitutis propriæ mercedem exoluant. Quid Illyriis erutum venis ter- legendū putat
rarum ſuarum aurum profuit,quibus non abūdauit ad libertatis præmium? Quantò pretioſius Ro- caupulis,quod
manorum ferrum,cui ſeruit aurum Pannoniorum:Dat itaque Pannonius auri tributū , & opes ſuas genus nauigij excauatum
ad Romanum ærarium volens trāfert,vt ſit tutior in ſeruitute.Nec incolam ſuum auro turbida Pa- fuiſſe Germa-
ctoli vnda extulit in ſuperbiam,ſeruit libenter,quibus ſeruire imperia videt:nec miratur Indus gem- nis in vſu ſcri
mam ſuam,aut Seres lanam ſuam.Ad vſum Dominorum exercentur illa, non pretio mercium, ſed bunt Tacitus,
functionum munia.Perſarum ſuperba * audimus imperia,ſed eorū quoque obſides vidimus,& cùm & Marcelli-
ipſi imperent pluribus nationibus,tamen offerunt liberos ſuos & nobilitatem ſuam.Seruire Roma- nus.
nis gaudent pro fide pacis,ſimul vt ſeruiendo diſcant ſuis imperare:offerunt veſtes,monilia,elephā- * audiuimus
tos quoque Romanis,vnum tributum Reges imponere. Attexamus Ægyptum abūdantem opibus
ſuis,nec indigentem pluuiæ cœleſtis , quæ ſibi ipſa imbres generat, & pluuiarum vbertates creat.
D Denique cùm ſit feruentior omnibus regionibus,ſola non queritur de ſiccitate,& quod nulli alij lo-
co ſuppetit,alit irriguo ſuas meſſes:Nauigatur in arenis,nauigatur per ſata, vbi pluuia neſcitur. Cu-
ius tamen noua gratia & naturalis fœcunditas Romanis militat,vt quatuor mēſibus Dominos alat.
Quid ipſam vrbem loquar cognomine Regis fortiſſimi,quæ ſepta fluminis muro, neſcit obſidionē?
quòd vniuerſorum amnium maximus, diffuſo per ſpatia terrarum alueo, & obſidionis ſubmoueat
impedimenta,& in vehendis quæ neceſſaria ſunt ad vſum * rerum miniſtret?Quæ magis poterat ad
rebellandum quàm Ægyptus excitari, quæ decies ſeptingenta & quinquaginta millia hominum, * remedia.
præter Alexandriæ incolas populos Romanis faſcibus numerat aſcriptos ? Et cùm habeat tantam
multitudinem, mauult tamen Romani imperij tributis ſe exercere, quàm ſuis militare ſtipendiis.
Non tranſiliam Cyrenenſes Lacedæmoniorum genus,qui quondam cum Carthaginenſibus de fi-
nibus atque imperio certarunt,finem certaminis mortem offerentes. Qua oblatione victi, ſed vlti Cyrenenſes.
tamen iniuriam fratribus * Philineis victoriam conceſſere:nec Syrtes præteribo terribiles,etiā ſolo * Phileniis.
E auditu,quòd omnia ad ſe trahant,& appropinquantia vadoſo mari hæreant, tertiam partem orbis
totius ab Atlantico mari & columnis Herculis vſque ad mare rubrum,atque Æthiopas definiri re-
rum periti aſſeruere.Quis tot gētium populos numero recenſeat, quibus fulta Carthago Scipionis
dextram non tulit,maluitque Romam duabus anni partibus aduerſum ſe paſcere,quàm aliorū opi-
bus nixa aduerſum Romanos rebellare ? Creta quoque centum vrbibus nobilis, vberrima præfe-
rens regna,circumfuſa vndique mari & fluctibus tanquàm mœnibus ſolita hoſtem repellere,vnum Creta centum
conſularem veretur, & plurimi populi ſex faſcium virgulis metu inclinantur. Aſia, Pontus, Enio- vrbibus no-
chi,Scythæ Nomades,Taurici Scythæ,Mæotiáque regna,Boſphoraníque omnes Romano impe- bilis.
rio ſubiiciuntur,& illud ante innauigabile pelagus,XL.naues ad pacem exercent.Nam de Armenia Aſia.
quid dicā, quæ non ſolùm limitis ſui ſeruat quietem, verumetiam portarum intenta cuſtodiæ di- Armenia.
ligenter explorat,ne pacem turbaturus aliquis irrepat. Omnes ergo Romanis ſeruire geſtiūt,vos ſo-

F li dedignamini his esse subiecti,quibus subiiciuntur vniuersi?Quibus freti armis? quo superbi millite?vbi est stolus nauium vestrarũ,qui obsideat freta,percurrat maria Romanorũ?In ipsorũ enim nomen elementa etiã trãsierũt in quos etiã transiuit orbis terrarũ,qui Rom. imperio clauditur & definitur::deniq; à plerisque orbis Romanus appellatur.Nam si verum quæramus,vt suprà diximus,terra ipsa infra Romanum imperium est,supra quam progressa Romana virtus vltra Oceanũ, alterum sibi orbem quæsiuit,& in Britannia sibi remota à confinio terrarum nouam inuenit possessionem. Denique quibus ius non solùm ciuitatis Romanæ, sed etiam ipsius propè humanæ conuersationis negatur,illò diriguntur,vt illic habitent,quasi mundi exules.Cessit Oceanus finibus suis, nouit Romanus interiora eius petere secreta, cùm ipsis vobis erit bellum, aduersum quos nec natura suũ ius possidet. Euphrates ille inaccessibilis antè,nisi suis incolis, ex vtraque iam ripa Romanus est, & sub imperio Romano totum significat esse Orientem. Ister in Septentrionalibus partibus inter sæuas, & innumeras profluens gentes,obsides suscipit,hostes coërcet. Meridiana plaga quousque habitabilis esse potest,arat Romanis,atque ipsis messem suam colligit in occasu quodam vltima terrarum Gaditana ora,nouos suscipit hospites,qui Romano imperio tributa sua deferant.Habet & ipsa,quò G dirigat merces suas,vbi antè solùm naufragium * putabant,ibi nunc mutuatur commercium. Cùm igitur Romanorum omnia sint,vnde vobis aduersum Romanos præsidia quæretis?Ex qua vobis inhabitabili parte socios postulabitis?Quicunq; enim in orbe terrarum sunt,Romani omnes sunt. An vltra Euphratem ad Adiabenos dirigetis legationẽ? sed nec ipsis vacat sua relinquere, nec Parthus sinit petitam sibi pacem interpellari,ne ipse in finitimis reus sit rebellionis, ne † illud bellum simile putetis,ac si aduersum Arabas & Ægyptios vobis gerenda prælia sint:Alia Romana arma,aliæ opes ex toto quæsitæ orbe,nec Hierosolymitana vobis blandiantur præsidia murorum,validiorem Romani murum Oceani ruperunt:sed de religionis auxilio præsumitis,cùm orbem iam Romanũ Iesu discipuli repleuerint?Aut sine nutu Dei putamus illam crescere religionem,vrbémque Romam supra omnes regiones proferre imperium suum. † Hæc nostra nos iam dudum religio deseruit, quia nos deseruimus fidem,& frequenter interdicta mandatis cœlestibus repetiuimus. Vnde in nos venit Ægyptius?quemadmodum captiui facti sumus Assyriorum?Nónne scriptura dixit hæc euentura?Nónne scriptum est profananda omnia templi sacramenta?quæ iam sæpiùs profanata vim suam H atque omnem diuinorum mysteriorum gratiam non repræsentant.Cõtaminatum est templum humano sanguine,repleta sunt puluinaria cadaueribus,perfusæ aræ Romano cruore, pugnatũ est sabbato:præuaricatio facta est,dum templum non sua obseruatione & feriarum solemnitate, sed cruẽto defenditur prælio.Et hoc vtique iterùm fiet.Ergo quomodo possumus tanquàm aduersum hostes,& religioni aduersarios diuinum auxilium mereri,cùm ipsi præuaricationem inferamus nostræ religioni?Quod igitur remedium,cùm & humanæ opes non suffragẽtur,nec diuina opituletur gratia?Alterum horum aliquos inuitare solet ad bellum,vobis vtrunque deest.Quid ergo superest, nisi manifestum excidium?quod si non declinatis dum cauere licet, nihil aliud nisi vos ipsi vestram patriam concremabitis,templúmq; exuretis,coniuges quoque & liberos dabitis neci,quibus autores eritis supremæ amissionis.Cum malorum omniũ incrementũ inconsolabile sit, nostræ culpæ ascribi quæ sustinemus:Accedit huc,quòd aliarum vrbium bella,suorum incolarũ excidiis determinantur vestra rebellio totius erit excidium † religionis,quæ toto diffusa orbe,populos vbique disseminabit,& in omnibus vrbibus nostri portio est. Vestro igitur prælio Iudæi omnes implicabũtur, nec I erit vlla regio nostri expers cruoris.Aut si tales sunt Romani,vt Iudæos non persequãtur, nec bello lacessiti, quàm iniustum est bellum his inferri,quorum humanitatẽ speratis. Bonum est charissimi, bonum est,dum adhuc in portu nauis est,præuidere tempestatem futurã,nec imminentibus quenquam sese obiectare periculis,ne cùm in altum processeris,iam naufragiũ non possis cauere.Et plærunque quidem repentina exurgit procella,& bellum excipitur, etiamsi non inferatur : sed interest lacessere hostem an excipere,magis parcit non lacessitus,& necessitas excusat insolentiam:vbi verò in præruptum quisquam sese immergit periculum, oneratur etiam opprobrio. Non is hostis est, quem fuga possitis vitare. Quocunque ibitis ,sequitur periculum : imò vbique hostem reperietis. Omnes enim amici Romanorum sunt, & quicunque præter Romanorum amicitiam est, hostis vniuersorum est.Subeat vos patriæ amor : si non pignorum vestrorum, non coniugum vos contemplatio reuocat, reuocet templi contuitus sacratissimi : parcite saltem religioni : parcite sacratissimis sacerdotibus, quibus iam non parcunt Romani, neque ipsi templo, quos pepercisse pœ- K nitet:quoniam iam dudum volunt omnes gentes nostram extinguere religionem, cui Pompeius tamen cùm extinguere posset,pepercit. Ego nihil prætermisi, omnia monui, quæ ad vestram spectant salutem : hoc vobis suadeo, quod mihi eligo : vos considerate, quid vobis & mihi vtile sit, opto vobis & mihi pacem esse cũ populo Romano:si recusatis, ipsi meam vobis eripitis societatem: aut communis erit gratia,aut sine me periculum.Hæc dicẽs,illachrymauit, Beronice quoque soror eius:Nam & ipsa erat in Xisti superioribus & multum eos Agrippa suis lachrymis inflexerat, ita vt dicerent Iudæi,non Romanis † bellamus,sed Floro : qui bello digna commisit,bellum inferendum arbitramur.Respondit Agrippa,sed hoc est Rom.bellum † inferre:facta vestra Romanorum iniuriã petunt. Non Floro,sed Romanis:non Floro,sed Cæsari tributum negatur:non Flori,sed Romanorũ miles in castro est,quod appellatur Antonia,à quo dirutis diuisisq; porticibus templum separastis, vt

Orbis Romanus appellatur terrarum continens ab Athenæo Roma dicitur Epitome mũdi.

Ister.

* *putabat.*

† *istud.*

Christi discipuli orbem repleuerunt vide Isingr. & Niceph.lib.3. cap.1.

† *Næ.*

† *al.regionis.*

Xistus locus fuit templo proximus.

† *rebellamus.*

† *mouere.*

A vt custodia sequestraretur.Restituite statutum † superiorum,tributũ quod Cæsari debetur, Cæsari soluatur,ne Florus hoc referat,non se à vobis,sed Cæsaris imperium repudiatum. Acquieuerat populus his dictis,ita vt cum Agrippa in templum ascenderent, porticus vt fuerant inciperent ædificare,tributum cogerent.Denique breui missis in huiusmodi † muniis industriis executoribus,congregata sunt talenta X L. quæ deerant tributariæ solutioni.Compressus fuerat omnis belli tumultus : sed adiungere his Agrippa volens, vt Floro obtemperarent, donec ei à Cæsare successor veniret,ita plebem exasperauit,vt ne ab eius quidem contumelia temperaretur,sed extrusum vrbe nonnullis iactis lapidibus,incertum an percusserint. Qua motus iniuria Rex,autores eorum comprehẽsos ad Florum direxit.Ipse autem in regnum suum concessit.

Cap. X.

Eo discedente concitatores belli compositis insidiis,Massada castellum occupauerunt, necatisq; Romanorum custodibus suos constituêre.Eleazarus quoque Principis sacerdotùm filius,præruptæ vir audaciæ suasit,ne cuius alienigenæ donum vel sacrificium reciperetur:quæ tuba belli aduersum Romanos fuit,vniuersósque in tumultum excitauit. Videntes itaque potissimi quique, quòd ea res B * præsumptæ causa foret dissensionis,agebant cum populo, non solùm Cæsari bellum irrogari, sed violari etiam instituta religionis,templíque imminui reuerentiam : argui & condemnari Patrũ traditiones,qui ex muneribus alienigenarum templum ornauerint,cui multò ampliùs accesserit diuitiarum ex collatione gẽtium,donísque diuersarum & innumerabilium nationum : obliterari sancta maiorum,sacros ritus † nouari.Quid futurum de his quæ antè collata sunt, si simili modo conferri in posterum dona gentium prohibeãtur?Aut si solis Romanis sit interdictum quod omnibus liceat, quod incentiuum belli futurum? * Postremum impium, si apud Iudæos tantùm nec sacrificare, nec inferre munera alienis permitteretur. Considerare eos oportere, quia Cæsaris pax soluetur, quem huiusmodi motum offensione, haud dubiè facturum, vt eriperet Iudæis omnem vsum sacrificiorum:vt nec pro se sacrificium Cæsaris refutauissent,præueniendum maturè.Nam talia consulta si ad Florum,atque inde haud dubiè ad Cæsarem peruenirent,Iudæorum genti pestem * factura:simul hæc astruere sacerdotum testimoniis desiderantes, interrogabant, si vnquàm à maioribus esset sacrificiis gentilium renuntiatum:id quò minùs liqueret, obstrepebant ad seditionem C parati,nec ministri quidem altaris audebant sese tantæ discordantium inserere contentioni : vnum remedium superesse visum est,vt Florus atque Agrippa Rex cum militari manu adessent, vt saltem metu desisterent,qui consilio nequaquàm reuocarentur:sed Florus,qui augeri vellet seditionem,ne vllus Iudæis esset veniæ locus († qui nisi inuoluti bello forent,vrgendi rapinas eius,& grauiora commissa facultas omnis extingueretur)passus est crescere belli furorem,nihílque Legatis responsi reddidi. Agrippa verò quàm maximè ambiebat Scyli & Antipæ Custobariq; propinquorũ suorum legationem,in commune bonum,vt & Iudæos Romanis seruaret, & Iudæis religionem, patriæ templum,vrbem ciuibus,sibíque imperij decus, regni tranquillitatem, misit tria millia equitum Dario & Philippo turmarum ducibus,vt auxilio freti,bonarum cõsultores partium prõptiùs adniterẽtur. Hinc fiducia bonis orta,improbis indignatio,bellum adoleuit.Cùm hos causa iustior,quæ nihil tamen armorum cõflictus iuuaret: illos furor & multitudinis numerus accenderet, diuisæ acies præliatorum : * Principes Sacerdotum,& vulgi portio,quæ pacem optabãt,cum Regiis equitibus partem ciuitatis superiorem occupauêre : illi alij in inferioribus siti, templum & propinqua loca sacris D sibi vendicabant.Primò lapidibus & saxis & iactu telorum vtrinque bellum lacessunt , decernunt sagittis.Posteà vt sese fortè obtulit præliandi necessitas,consertæ manus , peritia vsúque Regij præstabant,volentes arcere accessu belli excitatores,ne templum intaminarent.Contra Eleazaro cum suis etiam superiorem vrbem, quæ vocabatur Sion, inuadere studium erat : septem diebus sine intermissione aliqua bellatum est.Octauus solemnitatis dies,quo ligna omnes altaribus solebant imponere,ne quando ignis deficeret,quem oportrebat inextinguibilem perseuerare, furorem addidit, vt omnes à templo ministri excluderentur. Audaciùs solito sicariis sese proripiẽtibus cessere Regij, nec in superioribus partibus consistere ausi:incẽsæ ædes Agrippæ & Beronices,direptum omne instrumentum Regium:ignis circumferebatur,vt chirographa debitorum, quæ recondita in tabulariis erant † publicis,exurerentur:quò fœneratoribus suis inopes insolentiùs insurgerent,omni nexu sese absolutos arbitrari:incendebant vrbem manibus suis,exurebantur nerui ciuitatis:expugnatum est castrum cui nomen Antonia,cæsi omnes custodes reperti,incensum posteà. Massadam quoque E proripiens sese Manaimus,Iudæ Galilæi filius,acer & peritus Sophista,& turbandis rebus exercitatus, armorum inuasit officinas , & induit armis inermes. Regressúsque in Hierosolymam, stipatoribus tanquã Regio more comitantibus,immane quantum insoleuerat, vt supergrediens vsum priuatum,nec ab illicitis quidem,quæ liberi populi ferre non possent, temperandum arbitraretur, insurgentibus in eum pluribus,qui fultum Regali indumento,Tyrannum & Dominum incubuisse libertati ciuium increpitarent, graues pœnas dedit, vt afflictus prius cruciatibus immoreretur, nec tamen * diffidium remotum:Nam multò grauior motus insurrexit. Denique Metilius cum Romanis militibus orauit,vt discedere liceret:datáque fide & interpositis sacramentis , vbi iuxta pactum arma deposuêre,cùm sine metu abirent,ab Eleazaro & sociis factionis multi obtruncãtur. Non resistendum aduersus vim,nec precandum rati,sed tantummodò violatam fidem & periurium perfidiorum viciferantes. Omnes itaque interfecti:Metilius ipse præfectus militum rogando & obsecrã-

† *superiorem.*

† *muniis*

* *prærupta*

† *Cod.vet. negari.*

* *postremò.*

* *futuram*

† *in vet. cod. al. quibus si inuoluti bello forent, arguẽdi rapinas &c.*

* *Princeps*

Ignis inextinguibilis.

† *publicè*

* *bellum*

do,simul pollicens vsque ad circumcisionem quoque se Iudæum futurum,solus reseruatur. F

CAP. XI.

** excita*

ARDEBAT omnis Iudæa:Syria quoque prouincia omnis in bellum * excitata. Denique Cæsarienses quoscunque habebant Iudæos interfecerunt:quo dolore excitati,plurimas Syriæ vrbes Iudæi adorsi debellauerunt: nusquàm ius, nusquàm religio, nobilior erat, qui plura diripuerat, quasi præmia congerens fortitudinis. Erat spectaculũ miserabile,cùm inhumata corpora passim iacerent in vrbibus:pueris * commixti senes,mulieres quoque nec propter verecundiam spectantium munimentis,quibus pudenda tegerẽtur,relictis:omnia fœda & plena specie miserabili, quæ cùm tetrum horrorem excederent,grauis ac nefariæ crudelitatis,grauiora tamen adhuc sibi inuicem minitabãtur. Erat immane latrocinium inter Iudæos ac Syros,cùm spes nulla salutis esset, nisi vt inuicem se præuenirent. Quæ enim ciuitas,quæ non Iudæos simul & Syros permixtos haberet? Dies in sanguine,noctes in formidine transigebantur:nec odiis, nec auaritiæ modus vllus. Nam præter sectarum & cultus diuersitatem, quæ in malum publicum eruperat, vt è diuerso se perditos vellent, auaritia habendi,& rapiendi cupido ita animum inuaserat, vt nulli, quem prædæ studio deputassent neci, parcendum æstimarent. Quid de minore numero cæsorum loquar? Nam præter Antiochenos & G Sydonios & Apamenos,difficilè quisquam populus,inhabitãtes secum Iudæos non persecutus est. * Cerassem autem & volentes egredi,vsque ad fines proprios prosecuti sunt,vt sine vlla fraude abirent. Alexandriæ verò orta inter gentiles & Iudæos contentione,* dum Hebræi vindictam reposcerent, ac raptis facibus congregatum in amphitheatro populum gentilium minitarentur exurere,alia curantem Alexandrum Tiberium Præfectum loci in se conuertere, ac primò quidem concordiam publicam reformare pacificis tentabat sermonibus. Vbi verò irrideri ab his, quæ sedulò moneret,aduertit,nec vllo alio modo tolli posse tantam seditionem,inuadendi eos militibus potestatem dedit,qui circumfusos adorsi,maximam per totam vrbem stragem fecêre: cùm alios resistẽtes,fugientes alios,alios in domibus suis latitantes necarent,neque vlla subiaceret, vel paruulorum misericordia, vel reuerentia senum,vel mulierum verecundia. Cæsa itaq; Iudæorum quinquaginta ferè millia,natabant plateæ sanguine, repleta erant omnia cadaueribus, crepitabant flammæ sæuo per vrbem incendio,quæ Iudæorum domibus * inuectæ, vicina simul depascebant. Inflexus tamen Alexander, tandem milites abstinere, & receptui canere iubet: vulgi tamen ira semel progressa in H potestatem necandi,nequaquàm mitigabatur.

** permixti*
** Gerasseni*
** cùm*
** iniectæ*

CAP. XII.

LVEBANT enim scelerum suorum supplicia,qui postquàm Dominum Iesum crucifixerant diuinorum arbitrum,posteà etiam Discipulos eius persequebantur. Plerique tamen Iudæorum,& gentilium plurimi crediderunt in eum, cùm præceptis moralibus operibúsque vltra humanam * potestatem profluentibus inuitarẽtur: Quibus ne mors quidem eius vel fidei, vel gratiæ finem imposuit, immò etiam cumulauit deuotionem. Intulerunt itaque parricidales manus,atque autorem vitæ interficiendum ad Pilatum deduxêre:reluctantem cœperunt perurgere iudicem, in quo tamen non excusabatur Pilatus,sed Iudæorum amentia coaceruabatur, quia nec ille adiudicare debuit, quem reum minimè deprehenderat: nec isti sacrilegium parricidio germinare, vt ab his, qui ad redimendos & sanandos eos sese obtulerat,obtruncaretur: de quo ipsi Iudæi quoque testantur, dicente Iosepho historiarum scriptore,quòd fuerit illo in tempore vir sapiens,si tamen oportet,inquit, virum dici:mirabilium † patratorem operum:qui apparuerit discipulis suis post triduum mortis suæ viuẽs I iterùm,secundum Prophetarũ scripta:qui & hæc & alia innumerabilia † de eo plena miraculis prophetauerunt:ex quo cœpit cõgregatio Christianorum:& in omne hominum penetrauit genus nec vlla natio Romani orbis remansit,quæ cultus eius expers relinqueretur. Si nobis non credunt Iudæi,vel suis credant:hoc dixit Iosephus,quem ipsi maximum putant: & tamen ita in eo ipso quòd verum locutus est,ita mente deuius fuit,vt nec sermonibus suis crederet,sed locutus est propter historiæ suæ fidem, quia fallere nefas putabat: non credidit propter duritiam cordis & perfidiæ intentionem: non tamen veritati † præiudicabat, quòd non credidit, sed plus addidit testimonio, quod nec incredulus & inuitus negauit: In quo Christi Iesu claruit potentia æterna, quòd eum etiam Principes Synagogæ, quem ad mortem comprehenderant, Deum fatebantur. Et verè quasi Deus sine exceptione personarum,aut vlla mortis formidine locutus,excidium quoque templi futurum annuntiauit:sed non eos templi iniuria commouit,sed quia in flagitiis ab eo & sacrilegiis corripiebantur,hinc ira exarsit, vt interficerẽt eum,quem nulla habuissent tempora. Nam cùm alij precando meruerint facere, quæ fecerunt, hic in potestate habebat, vt omnia quæ fieri vellet, K imperaret. Occisus erat ante mortem Iesu,Baptista Ioannes vir sanctus,qui nunquàm in † seculis salutis veritatem posuerat. Denique ad omnia quæ plena iustitiæ docebat, quibus ad cultum Dei inuitabat Iudæos,etiam Baptismum propter purificationẽ animæ & corporis instituerat. Cuius causa necis libertas,quòd perpeti nequiuit ab Herode fraterni violata cõnubij iura, † germanóque abductam coniugem. Nam cùm idem Herodes Romam pergeret,hospitij causa fratris ingressus domũ, cui erat vxor Herodias,Aristobuli filia Regis Agrippæ soror,ausus est eam naturæ immemor solicitare,vt relicto fratre,sibi nuberet: cùm de vrbe Roma reuertisset, ex consensu mulieris inita incesti pactio est. Cuius indicium rei, peruenit ad Aretæ Regis filiam,in coniugio adhuc Herodis manentem. Ea riualem indignata redeunti marito insinuauit,vt ad Macherũta oppidum dirigeretur, quod erat in confinio Petræi Regis & Herodis: ille qui nihil suspicaretur, simul quia omnem iam

circa

** possibilitatẽ*
Iesus ducitur ad Pilatum.
Antiq. lib. 18. cap. 6.
† creatorem
† cod. vet. Deo pleni miracula prophetauerunt.
† præiudicat
Ioãnis Baptistæ necis causa libertas erat
† secundis
† germanique
Herodias.

A circa eandem imminuerat affectum, quò faciliùs Herodiadi pactionis fidem præstaret,si ablegaret coniugem,acquieuit eius suggestioni. At illa, vbi patrio regno appropinquauit, cognita patri Aretæ prodidit, qui per insidias omnem exercitum Herodis bello lacessitum deleuit, proditione facta per eos,qui ex Philippi Tetrarchę populo, Herodi sese associauerant. Vnde Herodes Cæsari querelam detulit: sed vindictam imperatam à Cæsare indignatio Dei sustulit. Nam in ipso apparatu belli, Cæsaris mors nuntiata,ídque à Iudęis æstimatum comperimus & creditum(authore Iosepho aduersum se idoneo)quòd non fraude hominum,sed Dei commotione Herodes exercitum amiserit, & iustè quidem propter vindictã Iohannis Baptistæ viri iusti,qui dixerat ei: Non licet tibi fratris vxorem habere. Sed ita hęc conteximus, quasi vel in suis Iudæi legitima custodierint, apud quos interierat summi ius sacerdotij,aut auaritia interceptum,aut potiorum insolentia,qui licere quod vellẽt, ius putabant. Nanque à principio Aaron summus sacerdos fuit, qui ad filios suos ex voluntate Dei vnctione legitima trãsmisit sacerdotij pręrogatiuã,à quibꝰ per ordinẽ successionis constituti sũt,principatũ sacerdotij gerẽtes. Vnde patrio more cõualuit neminẽ fieri principẽ sacerdotũ, nisi qui esset B ex sanguine Aarõ:cui primò ius istiusmodi delatũ est sacerdotij. Alterius aũt generis viro, nec Regi quidẽ, liceret succedere. Deniq; Ozias,quia vsurpauit sacerdotij munꝰ,perfusꝰ lepra, à tẽplóq; eiectꝰ, reliquã ætatẽ sine imperio exegit:& certè Rex optimꝰ fuit,sed vsurpare ei nõ licuit officiũ religionis.

Aarõ summus sacerdotum.
Ozias lepra percutitur.

CAP. XIII.

FVERVNT itaque ex quo egressi sunt ex Ægypto patres, vsque ad ædificationem templi, quod Salomon condidit,principes sacerdotum XIII.qui fiunt anni † ducenti XII. quoniam primò qui erat princeps sacerdotum vsque ad mortem perseuerabat,nec quisquam in locum viuentium substituebatur. Posteà etiã à viuentibus subrogabantur. Ergo isti tredecim per successionem adepti sunt sacerdotium,quibus temporibus & aristocratia fuit,& monarchia, Iudicum & Regum potestas. Rursus à Salomone vsque ad tempora captiuitatis, quando in Syriam populus demigrauit, vrbe capta templóque exusto, fuerunt sacerdotum Principes XVIII. per annos quadringentos LX. & menses VI. & dies X. LXX. autem annis † pòst in captiuitate fuit populus. Posteà Cyrus cùm dimitteret populum patrum de regione Assyriorum, & templi ædificandi potestatem daret,etiam sacerdo- C tum principem Iosedech, qui simul abductus erat,redire permisit,vt ritus veteris solennitatis per assueti sacerdotis scientiam reformaretur. Ipse igitur & posteri † eius quindecim numero viri,à reditu populi vsque ad Antiochum Eupatorem officio functi sunt per ordinem successionis, & principatum sacerdotij repræsentarunt annis CCCCXIIII. Primus Antiochus, quem suprà memorauimus, & Dux eius Lysias, occiso Onia sacerdotum principe, in locum eius substituerunt Alchimũ in sacerdotium. Qui licèt fuerit de Aaron genere, non tamen fuit de ipsa domo. Vnde Ananias frater Oniæ pergens in Ægyptum, petiit à Ptolemæo Philometore & Cleopatra coniuge Philometoris, qui ritus obseruationis ad Hierosolymitanæ solennitatis similitudinem, in Alexandrinæ vrbis cultibus inseruerat, vt illic Princeps sacerdotum subrogaretur, eò quòd Alchimus legitimam non haberet sacerdotij successionem, atque idem tamen exacto triennio defunctus, nec successorem habere meruit, qui abrogauerat legitimæ successionis solennitatem: fuit itaque septem annis ciuitas sine principe sacerdotij. Vsque ad hoc tempus † regressio patrum de terris Assyriorum Democratiam tenuit, eò quòd per Regum iniquitates in captiuitatem sese esse deductum Iudæorum D populus recognosceret. Asamonæi posteà nacti potestatem populo præsidendi, Ionatham sacerdotum Principem constituêre, qui per septem annos functus suscepto munere, per insidias Triphonis finem vitæ inuenit, in cuius locum Simon frater germanus tanquàm iure hæreditario, per electionem tamen successit, quem generi insidiis inter epulas extinctum accepimus, à quo ad filium eius Hyrcanum, quem fuga periculo exemerat, prærogatiua sacerdotij demigrauit. Hyrcano autem Aristobulus, qui etiam regnum memorato adiunxit muneri, vt vtriusque esset particeps, & Aristobulo Alexander substitutus est: Penes Alexandrum & regnum & sacerdotium, vsque ad diem vitæ eius mansit supremum, per septem scilicet & XX. annos, sed plerunque dubio statu: Nam & anceps inter ipsum & Demetrium victoria fuit, & odium immane à ciuibus. Idem moriens Alexander, qui periculosam filiis suis cerneret odiorum suorum hæreditatem, Alexandram coniugem suam exercitam vsu imperij, & communium assuetudine consiliorum, gratiorem tamen populo, quòd & aduersum viri sæuitiam periclitantibus frequenter præsidio fuerit, & coniugi tempe- E ramento, Regali præesse voluit gubernaculo: arbitram simul statuens, cuinam potissimùm filiorum summum sacerdotium committeretur. Illa Hyrcanum patri substituit in sacerdotium, vel propter maioris ætatis prærogatiuam, vel quòd leniore quàm frater ingenio, nullas super regni negotiis matri videretur molestias excitaturus. Aristobulo nihil publicorum commisit officiorum: Sed ille etiam viuente matre, ægritudinis tamen eius occasione in remotis & munitioribus locis Regem agebat:quo offensa mater,& Hyrcani querelis anxia, vim morbi aluit, nec vltrà † nouem annos imperij progressa,omnium hęredem Hyrcanum reliquit:nõ quòd seruaturum præsumeret, sed ne indignum iuuaret, aut vsurpatoris insolentiam iudicio prosperiore accenderet: verùm Alexandræ mors etiam Hyrcano sacerdotium regnúmque ademit. Nam bello victus, ad munitiora sese contulit, retentísq; coniuge & filiis Aristobuli, quos in castro inuenerat, amplexatus est mutare conditionem, vt ad Aristobulum potestas omnis transiret, & sacerdotium: ipse priuatus in domum Aristobuli concederet. Nec tamen diu contentus fuit aulam Regiam priuatis mu-

† M.S. sexcẽti.12. vt & Euseb. in chron.
Sacerdotũ Iudaica successio. Niceph. li. 2. cap. 4.
† post non est in M.S.
† sui
Alchimi illegitima successio.
† regressionis
Antea c.12. lib. 1.
† quatuordecim.

†cõtestaturus

tasse ædibus. Nam excitatus ab Antipatro, primò in Arabiam contendit, velut† contestatus pacti F
iniquitatem. Deinde vbi infirmum sibi aduersum Romanos, quos in sui societatem per Scaurum
Aristobulus illexerat, Arabi Regis auxilium aduertit, Pompeio venienti querimoniam detulit, qui
eludentem Aristobulum, anno iam tertio imperitantem bello pertulit, autoritate cepit, atque ante
Aristobulus capitur. victoriam custodiæ dedit, superatóque eius populo, & capta vrbe, captiuum ipsum cum filiis Romã
dirigi præcipiens, Hyrcano sacerdotij dignitatem refudit, atque eum † Præsidem ciuibus, absque
† præsidere. diademate tamen, regníque insulis statuit. Largus quidem honoris, sed consultor quietis, ne fraternæ insolentiæ spiritu pax turbaretur. Ita Aristobulus captus licèt, Hyrcanum tamen regno exuit,
qui quatuor & viginti annos posteà maiore vsu quàm nomine in potestate exegit: nec tamen is finis
vitæ Hyrcano, qui potestatis fuit. Nam reliquum tempus dedecori cessit, vt suprà memorauimus: Si-
quidem superatus prælio, Parthis Eupliratem transgredientibus, captus, & Antigono Aristobuli fi-
lio in potestatem datus, truncatísque auribus: nec sic quidem ærumnæ miserabilis impleuit acerbita
tem. Nam post illam in Parthiam quoque ab ductus exul, debilis, senex, ludibriũ de se Barbaris præ-
buit, & cognito posteà, quòd Herodes imperitaret, cuius coniugio Mariamne neptis sua potiebatur, in Iudæam reuertit: Vbi primò summa honoris specie susceptus, quò insidiarum velamen ob- G
tenderetur, haud multò pòst afficto crimine, quòd potestatem vellet repetere, interemptus est.
Herodes regnum accepit proditionis præmium. Nactus igitur Herodes regnum, quod à Romanis pro oppugnatæ, vel proditæ patriæ mercede ac-
ceperat, in locum Antigoni, qui triennio & tribus mensibus tenuerat imperium, substituit succes-
sores in sacerdotium, non Asamonæi generis, quos clariores fuisse prosapiæ accepimus, sed igno-
biles quosque, quos aut libido, aut casus dedisset: tamen fatigatis Alexandræ precibus socrus, vel
insimulationibus territus, Ionatham coniugis suæ fratrem septem decémque annos agentem sa-
cerdotem creauit, quem mox ipse exitio dedit, suspectum imperij, quòd circa eum ingentem popu-
li totius gratiam in dies videret adolescere. Posthabito itaque Ananelo, quem iam ex ignobilibus
ante Ionatham in sacerdotium surrogauerat, reliquos per ordinem huiusmodi elegit, de quibus ni-
hil suspectum haberet. Nam quod in affine perpeti non potuerat, quemadmodum non caueret in
alienis similia? In huiusmodi ordinationibus Archelaus secutus paternæ speciem consuetudinis, an-
Apud mortales minus suspecta sit ignauia hebetiorum, quàm gratia bonorum, cùm infirmus animus insolentior sit in rebus secundis, H
prudentior autem nouerit vicem referre beneficiis. Igitur à regno Herodis, vsque ad † Romanum
imperium, quod Archelao deiecto, Iudæam reliquis prouinciis associauerat, atque inde vsque ad
templi excidium & triumphum Titi fuerunt sacerdotum Principes viginti & octo, per annos cen-
tum & septuaginta. Sanè apud plerósque eorum dignitatis sola functio, penes paucos etiam ius po-
† Romanorũ. testatis fuit. Liquet igitur in sacerdotum Principibus nõ perseuerasse legitimi generis successionem:
quia non omnes ex AARON neque filiis eius, qui in eius subrogati locum, formam præscriptæ
successionis cæteris dereliquere. Itaque cùm auaritia aut perfidia suorum corrupta essent maiorum
instituta, violata iura religionis, conuulsa æquitatis præsidia, non immeritò eos diuina deseruit opi-
tulatio, eòque tanquàm in vacuum populum omni iniuriarum genere processum, vt seditionibus
domesticis in seipsos manus verterent: latrociniis grauibus afflictarentur, & terrimos sortiren-
tur iudices, vt improbis nequiores succederent: denique Albinus deterrimus habebatur su-
periorum, sed Floro successore, is inter bonos relatus, qui facem belli extulit, prælióque inter I
Florus. Iudæos & Romanos accendit: quæ causa supremo templi & vrbis excidio fuit.

CAP. XIIII. NANQVE Cestius, vbi ardere Iudæos comperit belli furore, qui summam militiæ re-
Cestius in Syria rexit. gendam in partibus Syriæ à Romanis susceperat, duodecimo anno imperij Neronis mouit ar-
ma, vt militum Romanorum, quibus erat custodia commissa, coërcendæ insolentiæ, & pa-
Zabulon. cis tuendæ, necem vlciscerentur. Congregatísque etiam sociorum auxiliis, Iudæam ingressus,
vrbem, cui nomen Zabulon, dilapsis metu incolis, plenam diuitiarum, quas ad superiora
montium confugientes domini secum auferre nequiuerant, diripi ab exercitu passus. Admira-
tus quoque publicorum operum pulchritudinem, incendi iussit: & quasi hoc parum ad vindi-
ctam foret, Ioppen præmisso exercitu, ne quis fuga sese exitio subduceret, terra marique ir-
rumpentibus qui destinati fuerant, occupauit: necatísque octo millibus virorum, & quadrin-
gentis fermè ampliùs, vbi præda rapinæ cessit, exusta ciuitas est: vicina quoque Cæsareæ depo-
pulatus, diripuit inuenta, vicos incendit. Cuius fregit impetũ Sephoris, egredientibus cunctis ob- K
uiam Cestio, ciuium fauore & gratia delinitus, immunem cladis vrbem reliquit. Feruebat in
his locis congregatio latronum, sed aduenìente exercitu, in montes concesserant. Qui con-
ferentem signa Gallum Præpositum duodecimi ordinis adorsi fortiter exagitauerunt, vt ducen-
tos fermè Romanorum occiderent. Verùm vbi superiora locorum occupauere, neque peditem
cominùs potuerunt latrones pati, & fugientes ab equitibus facilè circumuenti necantur. Cæsi ita-
que supra duo millia, pauci fugati, qui in arduis montiũ potuerunt latere. Et omni à latrocinio regio-
ne purgata, Gallus in Cęsaream reuertitur: Cestius cum omni manu Antipatridem perrexit, quibus
Lidda. non mediocrem Iudæi coaceruarunt multitudinem. Sed priusquàm conflagrarent manũ, per diuersa
Gabaon. dilapsi, regionem & vicos direptioni & igni dereliquerunt. Lidda quoq; vacua incolarum reperta,
& incensa Gabaon, quæ ab Hierosolymis quinquaginta stadiis aberat, vbi Romanum exercitum

A tum accepit in conspectu posita, armauit Iudæos: Qui posthabita sabbati celebritate (quod ve-
teri cultu & solenni obseruatione initiabant) tanto impetu in Romanos prosiluere, vt omnem exer-
citum auerterent, nisi equites subueniissent peditibus laborantibus. Cæsi Romanorum quingenti, &
quindecim viri, sed omnes grauiter periclitati: de Iudæis autem duo & viginti bello amissi. Quo lo-
co emicuit virtus Monobazi & Cedei, qui cognito, quòd à Iudæis in Romanas acies insurgeretur, à
fronte aggressi, repulere plerósque & coëgerunt in vrbem redire.

SIMON quoque ascendentes Romanos propinqua vrbis impedimentis exuit. Vnde & Cestius CAP. XV.
in regione sese triduo tenuit. Qua mora circumfusi hostes, & in superioribus siti, ingressus specula-
batur vniuersos, ne quis impunè irrumperet. Quod considerans, † non sine multa clade vtriusq; par- † non, in ma.
tis tentari nequire, misit suos Rex Agrippa Lorcyum & Phœbam, qui dicerent populo, veniabile, script non ha-
quicquid ab eis esset aduersum Romanos flagitij commissum, si modò in reliquum positis armis, si- betur.
bi consulerent: æstimans, quòd vel vniuersis suadendum crederet, vt prælio renuntiarent, vel partẽ
cæteris auellendam. At contrà seditiosi, metu ne eorum alterum procederet, legatos adorsi Phœbã
B interfecere, Lorcyus autem excepto vulnere, vix euadere potuit. Videns Cestius huiusmodi in vr- Lorcyus vul-
be contentiones, quibus alij in legatos insurgerent, alij Romanos vrbe suscipiendos suaderent; ir- neratur.
rumpere conatus, vsque Hierosolymam resistentes repulit: & ipse ad tertiũ stadium memoratæ vr-
bis cum exercitu appropinquauit, atque illic exegit triduum. Quarto die impetu facto, ingressus Be-
thesdam ilicò incendit, & Cenopolim. Qui † conscendens ad superiora vrbis refugientibus in inte- † contendent
riora seditiosis, si irrumpendum in vrbem putasset, haud dubiè omne bellum esset solutum. Deniq;
plerósque Ananus Ionathæ filius collocauerat, vt inuitarent Romanos vocibus suis, quasi portas re-
seraturi. Sed dum Cestius vel reuocatur à Prisco, vel plerisque centurionibus, qui corrupti à Flo-
ro, bellum adolescere cupiebant, vel parum credit, Ananus cum suis muro deiicitur. Quibus ad sua
refugientibus, locum eorum seditiosi occupauere, Romanique quinque diebus tentantes diuersos
aditus, cùm impossibilem sibi cernerent irruptionem, electis validioribus quibusque, & sagittariis, à
septentrionali latere templum petebant: Iudæi quoque non feriabantur præliantes fortiter, & re-
pulsis crebrò hostibus elatiores. Ad postremum † tamen multitudine sagittarum vulnerati alij, alij † tamen, non
C percussi & territi, cessere: Romanis murum suffodere, & portam incendere templi adorsus. Magna est in m. scrip.
seditiosos formido incesserat, & quædam mentium consternatio: denique plurimi quasi continuò
perituræ vrbis excidio se subtrahebant fuga, nec consistere ausi, dederant populo confidentiam, vt
discedentibus eis, quorum circumuallatus fuerat multitudine, tãquàm iam liber, & quadam exutus
improborum obsidione, circa portas sese infunderet, quibus apertis Cestium reciperet, quasi non
oppugnatum vrbem, sed defensum venisset: sed ipsum quoque Cestium subitò quidem inuasit stu-
por, vt nec desperationem improborum, nec studium plebis intueretur. Qui si paulisper cœptis in-
cubuisset, bellum depulerat, vrbem ceperat. Sed aduersa (quãtum intelligi datur) Iudęis volũtas Dei,
imminentem belli exitum comperendinauit, donec complures, ac penè vniuersos Iudaicæ gentis
ruina inuolueret. Expectabatur (vt reor) vt omne nefas scelerum enormitásque cresceret, & impie-
tatis incremento supremorum adæquaret mensuram flagitiorum. Quid fuit illud, quòd cùm perur-
gere debuerat Cestius, subitò exercitum reuocauit, soluítque obsidionem? Quia repentina, con-
D tra expectatum commutatione rerum, fracti animi bonorum, & erecti latronum sumpsere fidu-
ciam, atque à fuga ad insequendum regressi, inuadunt posteriora agminis, multósque illic confu-
sè ruentes equitum & peditum obtruncauere: Et iam inclinauerat dies: vnde metuens Cestius no-
ctis propinquitatem, & tenebrarum caliginem, quibus ampliùs fiderent gnari locorum, quò in-
certos regionis vndique vrgerent, vallum ante vrbem constituit sequentíque die, cùm hostem re-
linqueret, in sese armauit, vt discessionis eius causam metum arbitrarentur. Circumfusi itaque latro- Latrones, non
nes à lateribus, à tergo, postremos cedere, incedentem iaculis exercitum infestare, in confertos est in M. S.
missa telorum vis haud facilè frustrari. Si quis referire audebat, patere vulneri: si quis conuertere se-
se ad infestantem à suis relinqui, ab hoste claudi. Munitior enim semper est, qui sequitur, quam qui
præcedit: quia hic pectus tegit, ille hosti terga sua detegit. Vehementer igitur Romani vrgebantur, Munitior qui
tanquàm obsessi qui obsessum venerant: nec iam sustinere aut perpeti poterant, armorum pondere sequitur quã
E ipsi graues. hostibus velocioribus, quos neq; cõsequi faciilè erat, & metus summus, ne acies interrũpe quis præcedit.
retur: iniqua ergo certaminis conditione nocere hosti nequibant, cùm ipsi grauiter afficerentur. Hę-
rebat Cestius consilij incertus, cùm per totum iter suos conteri videret: Etiam plerisque afflictis mi-
litiæ primoribus, substitit biduò, quasi fessos reparaturus. Sed cùm magis, ac magis augeri numerum
hostium cerneret, & omnia in circuitu referta aduersariis, sibique officere, quòd moraretur, eò quòd
plures congregarentur, tertio die compendium quærens transitus facilioris, impedimenta agminis
† admoueri præcepit, cæsa iumenta, pleraque vehicula comminuta, aliáq; huiusmodi, quæ oneri ma- † amoueri.
gis quàm vsui in periculis erant, consumpta, aut præcipitata, vt obsidionum instrumenta, aut genera
telorum, quibus rebus ampliùs conterrebantur, ne aduersum se hostem suis subsidiis armarẽt. Quod
vbi animaduertere Iudæi, fugã potiùs à Romanis quam bellum parari, occupauere itineris angustio
ra, diffusioribus locis minùs instare, prohibere a fronte, à lateribus coarctare, vrgere à tergo, coge-
re in præcipitium, in quod vndique conclusi, aut lapsi deiiciebantur: plerique obtexere cœlum ia-
culis, operire agmen sagittis, nunquàm remisso officio, sed sola aduersariorum pernicie: Iam nec ipsi

pedites ſubſiſtere poterant. Equitibus verò maius periculum, qui per prærupta ſaxorum ac lubrica F
†*parte in S. deeſt.* labentibus equis deuoluebantur, nec ordinem ſeruare poterant anguſto impediti tramite: Ex altera
M. parte rupes, ex altera † parte præcipitia & fugæ locum, & defenſionis negabant. Iudæi contrà† ſpe victoriæ ampliùs accendebantur, imminebant feſſis, inſtabant hærentibus, inſultabat deſperãtibus, & propè omnes Romani exercitus deleſſent copias, niſi nox ſubueniſſet: cuius tenebris bellum impeditum, quam Romani in proximo loco (cui Bethoron nomen) egerunt, ita vt Iudæi circumfuſi vndique ſpecularentur locorum exitus, ne Romani dilaberentur. Ceſtius aperto itinere diffidens, dolo fugam tentauit. Quadraginta itaque elegit viros, quibus euadendi deſperatio contemptum mortis infuderat: eos conſtituit in munitionibus præcepto: vt tota nocte cum ſtrepitu maximo officia prætendentium vallo circunſonarent, ne Iudæis proficiſcentis exercitus apparatus, aliquibus ſolitis indiciis manifeſtaretur: quibus ſeſe ipſi quicunque turbantur, prodere ſolent: ſilentio autem egrederentur vniuerſi, nihil ſuſpectantibus Iudæis: qui ſolennes cuſtodiarum ſtrepitus audirent, ex quibus omnes in loco manere Romanos arbitrarentur: hac fraude eduxit exercitum Ceſtius: & iam confecerat ſtadia triginta, vſus paucorum in rebus dubiis fide, qui perituri gratias præſtare ſociis pericula G
ſua, quàm perdere malebant. Et quidem nox dolum texerat, ſed dies prodidit. Nam vbi luce diffuſa res apertæ ſunt, & omnis locus, in quo habitauerant Romani, vacuus apparuit, impetu facto Iudæi in eos primum, quorum ſimulatis officiis decepti fuerant, irruunt, leuíque negotio deletis quadraginta viris, exercitum ſequuntur, qui & nocte plurimũ ſpatij confecerant, & per diem properantiùs iter vrgebant, ne noctis iam periculis inuoluerentur. Plena erat via impedimentorum, quę fugientes Romani derelinquebant, ne in iuſto quiſquam ſub faſce remoraretur: paſſim iacebant vaſa vtenſilia, vel etiam bello neceſſaria, arcubaliſtæ, arietes, cæteráque inſtrumenta in exciſionem vrbis adducta, quæ ſequentes Iudæi præteribant, ne eſſent moræ: reuertentes colligebant, vt his aduerſum eos vte-
† *qui ea diui fiſſent.* rentur,† quorum ſocij dimiſiſſent. Secuti enim vſque ad vrbem Antipatridem, poſteaquàm prætergreſſum omnem offendere exercitum Romanum, & comprehendendi ſpes lapſa, retorquent veſtigium, captantéſque ſpolia cæſorum, cum triumpho, & hymnis Hyeroſolymam regrediuntur. Quibus tantum lætitiæ ceſſerat, vt paucis ſuorum amiſſis, quinque millia peditum de exercitu Roma- H
no, & trecenti equites extinguerentur. Quod geſtum eſt duodecimo anno imperij Neronis, vt ſuprà memorauimus.

CAP. XVI. SED non omnium Iudæorum illa exultatio erat. Nam fuêre, qui ſe poſt illam non pugnã Ceſtiſed ærumnam quaſi de ſupremo periculo nauigij mergentis eripere geſtirent, atque enatare de ciuitatis naufragio, ac præ cæteris Cuſtobarus & Saulus frater cum Philippo Principe militiæ Regis Agrippę: hi fugientes ad Ceſtium ſeſe contulere, petentes, vt ad Neronem in Achaiam dirigerentur. Quod Ceſtius volens accepit, nec poſtulata abnuit, vt per ipſos Cæſar edoceretur, cauſam belli Florum fuiſſe, ſibi vim maximè neceſſitatis bello incubuiſſe, vt inopinata conſpirantium multitudine exercitus circumueniretur: quem magis conſilio Ducis ereptum periculo, quàm implicatum linqueret. Tentaſſe Ceſtium excitata in Florum odia ſedare, ſed nequiuiſſe. Itaque incidiſſe bellum, non intuliſſe. Hæc enim mandata erant, vt commotione omni Cęſaris in Florum excitata, minui circa ſe ſperaret Cæſaris offenſionem, quam malæ geſtæ rei conſcientia pertimeſcebat. Ita autem plerique perterriti ſunt Romani clade exercitus, vt Damaſceni metuentes ſuſpectæ ſocietatis contagia, pro- I
pter habitationis conſortium interficerent Iudæos in gymnaſio congregatos, qui ſecum vrbem incolebant, quod illi vel ſuſpicione, vel dolo iamdudum procurauerant, vt à gentilibus cœtibus ſegregarentur, ne quid per noctem nouarent, vel vt exilio ſoli paterent. Summo ſanè myſterio ſilentij, vt ne ad vxores quidem ſuas conatus iſtiuſmodi tractus mearet. Quoniam ipſæ quoque ex parte maxima Iudæorum cultibus admiſcebantur.

CAP. XVII. ANGVSTO itaque in loco omnes adorſi, peremerũt Iudæorum decem millia. Quod facilè fuit, vt præuenti ab armatis inermes perirent. Et quidem eius immanitatis exemplum recens, Scythopoli etiam in maius proceſſerat, quo incitatos Damaſcenos reor. Nam cùm Iudæi finitima quęque popularentur, venerunt Scytopolim, atque illic inhabitantes Iudæos tentare adorſi, aduerſarios experti ſunt, quos ſibi fidos arbitrabantur, quoniam more ingenij humani † præponderatur apud eos ſalutis cura, neceſſitudini: ſecundis igitur conſtituentes tribule collegium, pręferunt inhabitantium
† *præponderabat.* ſocietatem, tribulibus cladem minantur. Quod ſuſpectum gentilibus, quia promptioribus ſtudiis odiorum in ſuos executio prætendebatur: ne ſimulationis ſpecie dolus adornaretur, atque vrbem K
† *incolis.* † *gentilibus.* incautioribus † accolis noctu adorirentur, proſtratíſque omnibus† gentibus, apud Iudęos ſibi gratiã reconciliarent: ac per hoc ſi vellent fidem ſuam etiam circa gentiles probare, cum omni generatione ſua vrbe excederent, vicinúmque peterent nemus. Quo facto, per biduum quieuerunt Scythopolitæ, vt portio Iudæorum ſuſpicionem deponeret, † indueret ſecuritatem. Tertia nocte cùm iã pręſumpta fides gentilibus remouiſſet ſolicitudinem, incautis & dormientibus vis illata, decémque & tribus millibus hominum necatis: quæcunque etiam habuerunt, direpta ſunt.
† *inducere. Alij, fides gratiæ, remouiſſet cuſtodiæ, &c.*

CAP. XVIII. EXPOSITIONEM exegit Simonis acerba paſſio, viſu & auditu miſeranda: ſed nouitate rei memorabilis. Is erat in populo Iudæorum, Saule haud ignobili genitus patre, animi audacia prędi-
Paſſio Simonis acerba. tus, & corporis fortitudine. Quarum vtrámque in exitium tribulium ſuorum exercuit, qui plurimos ex populo aduentitio Iudæorum crebro incurſu peremit, ac ſi fortè conſpirati adeſſent, ſolus ſuſtenta-

A ſuſtentaret aciem, & conglobatus ſolitus auertere, totius erat nodus ac mora belli: & plerunque deſperatis rebus cõuerſio. Exhiberant iam ciuibus aduerſum ſuos Scythopolitani incolatus militiam: *Exhibebat.*
ſed non diutiùs cognato debita ſanguini defuit vindicta. Nanque vbi fracta fides, & Scythopolitæ circumuentis, qui ex compoſito ſe ad nemus contulerant, inſtare bello, atque ingruere cœperunt. Etiam filios ac parentes Simonis deleta multitudine cæterorum, eminùs licet miſſilibus ac telis petebant. Videns ſimon innumerabilem multitudinem facili negotio ſuperiorem, vt diutiùs tolerari nequiret, gladium extraxit, atque in hoſtem conuerſus clamabat dicens: Digna Scythopolitæ factis recipio meis, qui cognatorum * necem, quam vobis impenderem * beneuolentia teſtificatus ſum, & * *nece* * *benevolẽtiã.*
* fratrum ſanguinem vobis obſidem dedi gratiæ, quibus iuſtiùs perfidia tribueretur. Nunc dum alie * *fraternum.*
nigenis fidem defero, in domeſticos amiſi: prodidi etiam liberos, parentéſque, quos à vobis tamen necari oportebat, ſi mercedem celeris æſtimaretis. Moriar igitur, ſi iratus omnibus, nulli amicus, * *necari nonoportebat.*
qui circumuenerim meos, & propriis manibus vltionem de me priùs expetam, peremi ſocios religionis & fidei conſortes, recognoſco ſceleris mei debita. Soluam tanto dignum ſacrilegio parricidium, vt ea ſit & pro flagitio pœna, & ad virtutem gloria: ne quis ſe iactet alius * meo vulnere, in me B
ipſum poſteà conuertetur dextra mea: vt videatur furoris eſſe quòd morior, non imbecillitatis: ne * *meorum.*
quis inſultet cadenti, ſit vindex parricidij clementia, parricidiũ ſacrilegij. Hæc locutus, cõuertit obtutum in liberos parentéſque & indignantibus oculis, cùm iam miſericordia mixta iræ ſuccederet, *Quidã habebant, ſit index paricidij dementia.*
abreptum è medio patrẽ gladio trãſuerberat, poſt eum mater attrahitur, ne eſſet, qui pro nepotibus interueniret. Offert ſe per ordinem volens vxor, ne tanto delecta coniuge ſuperuiueret. Occurrunt filij, ne degeneres tanto patre in ipſa morte iudicarentur. Feſtinabat ipſe ictu celeri hoſtẽ prævenire. Omni itaque perempta familia, ſtetit in medio funerum ſuorum. Et tanquàm † triumphãs domeſti- *triumphatis*
cis paſſionibus, quòd neminem ſuorum alieno gladio vidit perire, eleuauit dexteram, vt omnes viderent, ac formidabilem cunctis ſubiiciens ſibi mortem, proprio victor ſeſe transfixit mucrone. Memorabilis iuuenis ob egregiam fortitudinem corporis, & animi magnitudinem: ſed quia fidem alienigenis potiùs, quàm ſuis detulit, tali dignus exitu fuit.

C

EGESIPPI DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ VRBIS, HISTORIÆ LIBER III.

CAPVT. I.

Neronis ſtagitia.

D EA poſtquàm Neroni nuntiata ſunt in Achaiæ partibus ſito, qui tragicorum carminum meditatione contenderat, vt de pluribus ſcenicam coronam referret: neſcias, quo magis turpis, vtrùm quòd in ſcenam Imperator prodiret, an quòd ſcenã ſuis flagitiis impleret, qui turparet Oreſtem canendo, & parricidio repræſentaret, grauis eum inuaſit metus: Non illa ludorum ſimilia, ſed bellorum ſuprema pertimeſcentem, vt aliquando à theatralium voluptatum obſcœnitate & parricidalis amentiæ furore reſipiſceret, atque ad curas Reipublicæ conuerſus, intra ſe fremeret & deſæuiret, quod incuria Ducis potiùs, quàm virtute aduerſariorum tanta in cladem Reſpublica Romana acceperit. Tentabat quidem ſimulare audaciam, ſed redarguebat ti nor, & quaſi ſpeciem magnanimitatis prætexere, vt ſupra ærumnam negotiorum mentem haberet. Sed diſtringebatur animi ſolicitudine, quem demendæ ignominiæ bellóque conficiendo legeret Ducem. Vrgebant Iudæam vltimæ labis futura excidia, vt Nero Regalem perſonam induceret, & prouidi conſultoris voce, ſalubrem exprimeret ſententiam. Veſpaſianum ſolũ eſſe cui ſumma militiæ Orientis in partibus iure committeretur, virum ab adoleſcentia militiæ triumphalis inuetteratum ſtipendiis, qui impacatas *Veſpaſiani indoles.*
Gallias Germanorum tumultu, & ferocia genuinæ temeritatis in bellum relapſas, pace diuturna
cõpoſuerat. Britanniã quoq; inter vndas adhuc latentẽ Romano imperio armis acquiſiuerat: cuius *adhuc nõ habet M. S.*
E triũphatæ opibus Roma ditior, Claudius cõſultior, Nero fortior æſtimabatur. Itaque quarũ gentiũ bella nõ viderãt ſubiugatarũ trophæa celebrauerant. Sub hoc duce (iterũ dico) Nero terribilis erat, Nero metuẽdus, potẽs foris, tutus domi: æquatis inter ſe Veſpaſiani fide ac fortitudine. Quãtus iſte vir, cuius armis vitia Neronis apud exteras gentes abſcondebantur, vt ludibrium rerum humanarum, & eiuratæ impuritatis opprobrium, triumphis quoque illuſtraretur. Cùm præliandum itaque in vltimis Romani orbis eſſet confiniis, Veſpaſianus ex omnibus eligebatur. Cùm bellum depoſitum foret, Veſpaſianus præ cæteris ſociebatur, ne vel publicus ſupereſſet hoſtis, vel domeſticus obreperet inſidiator. Dignus qui ſtipendiis militis regnum pręueniret. Docebat fidem, pręferebat virtutem. Inuitus miſit hunc Nero, qui ſibi auferebat præſidium: ſed artabatur futuris ſceleriũ ſuo- *Abſentia Veſpaſiani Galba audacior.*
rum pœnis, vt ſe tanto diſſociatum comitatu Ducis, inermem relinqueret. Nunquàm profecto Galba aſpirandi ad imperium ſtudia vſurpaſſet, niſi Veſpaſianum abſentem comperiſſet. Sed procu-

rauit hoc Deus, vt in Syriam dirigeretur vir, qui & Iudæorum insolentiam supremo gentis excidio, captiuitatísque dedecore labefactaret, & Neronem auxilio destituceret: licèt nullius virtus statutis afferre possit cœlestibus impedimentum. Demens tamen Nero cùm Iudęorum bello, afflictam Romani exercitus validam manum cognouisset, aduersus Christianos insurrexit, vt ei debitus finis appropinquaret.

CAP. II. *Caro aduersus Christianos insurgit. Simõ Magus. Nicep. l. 2. c. 14. B. Petrus magi flagitia detexit.*

ERANT tunc temporis Romæ Petrus & Paulus, doctores Christianorum, sublimes operibus, clari magisterio, qui virtute suorum operũ Neronem aduersum fecerãt: captum Magi Simonis delinimentis, qui sibi animum eius conciliauerat. Cui adiumentum victoriæ, subiectiones gentium, vitæ longeuitatem, salutis custodiam feralibus artibus pollicebatur, atque ille credebat, qui vim rerũ nesciret examinare. Denique summum apud eum tenebat amicitiæ locum: quandoquidem etiã prę sulem suæ salutis, vitæque custodem arbitrabatur. Sed vbi Petrus eius vanitates & flagitia detexit, & species illum rerum mentiri, non solidum aliquid aut verum efficere demõstrauit, ludibrio habitus, & digno est consumptus mœrore. Et quamuis in aliis terrarum partibus Petri esset expertus potentiam: tamen præueniens Romam, ausus est iactare, quòd mortuos resuscitaret. Defunctus erat id tẽporis Romæ adolescens nobilis, propinquus Cæsaris, cum vniuersorum dolore. Admonuére plerique experiendum, vtrùm posset resuscitari. Celeberrimus in his operibus habebatur Petrus: sed apud gentiles nulla facti huiusmodi deferebatur fides. Dolor exegit remedium, perrectum est ad Petrum. Fuére, qui etiam Simonem accersendum putarent: vterque affuerunt, Ait Petrus Simoni, qui se de sua iactaret potentia, priores sese partes dare: vt si posset, mortuum resuscitaret. Si ille non resuscitaret, se nõ defuturũ, vt Christus opẽ ferret defuncto, quo posset resurgere. Simon, qui putaret apud vrbẽ gentiliũ plurimùm suas valituras artes, conditionẽ proposuit: vt si ipse resuscitasset mortuum, Petrus occideretur, qui magnam potentiam (sic enim appellabatur) lacessendo iniurias irrogauisset: sin verò præualuisset Petrus in Simonem, pari genere vindicaretur. Acquieuit Petrus, adorsus est Simon, accessit ad lectulum defuncti, incantare atque immurmurare dira carmina vt cœpit, visus est caput agitare, qui mortuus erat. Clamor ingens gentilium, quòd iam viueret, quòd loqueretur cũ Simone. Ira & indignatio in Petrũ, quòd ausus esset conferre sese tantæ potestati. Sanctus Apostolus poposcit silentiũ, & dixit: Si viuit defunctus loquatur si resuscitatus est, surgat, ambulet, fabuletur, Phãtasma illud esse, nõ veritatẽ, quòd videatur caput mouisse. Deniq; separetur, inquit, Simon à lectulo, & tunc ne id quidem ostentui futurum. Abducitur Simon à lectulo, manet sine specie motus alicuius, qui mortuus erat. Astitit Petrus longiùs, & intra se paulisper orationi intentus, cũ magna voce ait: Adolescens, surge, sanet te Dominus Iesus. Et statim surrexit adolescens & locutus est, & ambulauit, & cibum sumpsit, & dedit eum Petrus matri suæ. Qui cùm rogaretur, vt ab eo non discederet, ait: Non derelinquetur ab eo, qui eum fecit resurgere, cuius nos serui sumus. Secura esto mater de filio, non verearis, habet custodem suum. Et cùm populus in Simonem insurgeret, vt lapidaretur, ait Petrus: Satis est ad pœnam eius, quòd cognoscit suas artes nihil valere: viuat, & Christi regnum crescere videat vel inuitus. Torquebatur Magus Apostoli gloria. Collegit sese, atque omnem excitans carminum suorum potentiam, congregat populum, offensúmque se dicit à Galilæis, relicturum se vrbem, quam tueri soleret. Diem statuit, pollicetur volatum, quo supernis sedibus inueheretur: cui, quando vellet, cœlum pateret. Conscendit statuto die montem Capitolinum, ac se de rupe deiiciens, volare cœpit. Mirari populus & venerari: plerique dicentes Dei esse potentiam, non hominis, qui cum corpore volitaret, nihil tale feciſſe Christum. Tunc Petrus in medio stans, ait: Iesu Domine, ostende ei vanas artes suas esse, ne hac specie populus iste, qui crediturus est, decipiatur. Decidat Domine, sic tamen, vt nihil se potuisse viuens recognoscat. Et statim in voce Petri, implicatis remigiis alarũ, quas sumpserat, corruit, nec exanimatus est, sed fracto debilitatóq; crure, Aritiam concessit, atque ibi mortuus est. Quo comperto, deceptum se Nero & destitutum, dolens tanti casum amici, sublatúmque sibi virum vtilem & necessarium Reipublicæ, indignatus, quærere cœpit causas, quibus Petrum occideret. Et iam tempus aderat, quo sancti vocarentur Apostoli Petrus & Paulus. Denique dato, vt comprehenderentur præcepto, rogabatur Petrus, vt sese aliò conferret. Resistebat ille dicens, nequaquàm se facturum, vt tanquàm metu mortis territus cederet, bonum esse pro Christo pati, qui pro omnibus se morti obtulisset: non mortem illam, sed immortalitatem futuram, tanquàm indignum, vt ipse fugeret passionem sui corporis, qui multos doctrina sua compulerit se hostias pro Christo offerre, deberi sibi secundum Domini vocem, vt & ipse in passione sua Christo gloriam atque honorem daret. Hæc & alia Petrus obtexere, sed plebs lachrymis quærens, ne se relinqueret, & fluctuantem inter procellas gentilium destituceret: victus fletibus Petrus, cessit: promisit se vrbem egressurum. Proxima nocte salutatis fratribus, & celebrata oratione, proficisci solus cœpit. Vbi ventum est ad portam, videt sibi Christum occurrere, & adorãs eum, dixit: Domine, quò vadis? Dicit ei Christus: Iterum venio crucifigi. Intellexit Petrus de sua dictum passione, quòd in ea Christus passurus videretur, qui patitur in singulis: non vtique corporis dolore, sed quadam misericordiæ compassione, aut gloriæ celebritate. Et conuersus in vrbem redit, captúsque à persecutoribus, cruci adiudicatus, poposcit, vt inuersis vestigiis cruci affigeretur, quòd indignus esset, qui simili modo crucifigeretur, vt passus est Dei filius. Quo impetrato, vel quia ita debebatur, vt Christus prædixerat, vel quia persecutor non inuitus indulget pœnarum incrementa,

Petrus mortuũ exuscitat

Simõ volitat

Magna Petri constantia.

menta, & ipse Paulus, alter cruce, alter gladio necati sunt.

CAP. III.

SED vt ad propositum redeamus, turbatus graui nuntio Nero, rebus in Iudæa minùs prosperè gestis, Vespasianum expertum belli virum, omni militiæ, quæ in Syria erat, præfecit. Ille properè, neque differendi tempus dabatur, misso Alexandriam filio Tito, vt inde militum, qui prætendebãt partem aliquam duceret, ipse transmisso Hellespontiaco freto, pedes in Syriam contendit. Interea Iudæi rebus elati secundis, Principes militiæ bello legunt. Distribuunt loca, quibus quisque præesset, quæ munia singuli, quos ordines, quid muneris exequerentur, Iosephum Curione genitum, & Ananum Principem Sacerdotum, Hierosolymitanæ vrbis negotiis, & præcipuè instaurandis muris præficiunt. Ardebat Eleazarus Simonis aliquid sibi publicorum committi munerum. Et licet omnem prædam, quam de Romano exercitu ceperant, sub potestatem suam redegisset, ditem præsertim atque opimam auaritia Cestij atque immodicis rapinis coaceruatam: tamen parandæ magis sibi potentiæ intentum, quàm communi vsui pronum arbitrati, declinandum æstimauêre. Sed paulatim ambiendo singulos, dando & largiendo efficit, vt rerum omnium summa eius arbitrio committeretur: Idumæam quoque Iesus vnus de Sacerdotibus, & Eleazarus Sacerdotis filius militiæ præpositi, tuendam receperunt. Principi tamen totius Idumææ Nigro de summis rebus prærogatiuam omnem reseruantes, Iosepho Simonis Hiericho obuenit. Manasse Petræa regio commissa, trans Euphratẽ sita. Cui ab eo Indi nomen, quòd Euphrates, ad eam partem pergentibus transmittetur. Iohannes Essæus, alius quoque Iohannes Ananiæ filius, cæterique aduersis attributi partibus, quas sua tuerentur solicitudine. Itaque singuli commissa sibi munia non deserere, instruere muros, manum legere bellatoriam: ex quibus Iosephus in Galilæam descẽdens, munire castella, instaurare propugnacula, validissimos quosque, & bello promptissimos ascisceré sibi impigrè curabat: prohibere latrocinia, prætendere quotidiè in castris, militem Romanæ militiæ more exercitare, diuidere ordines, distribuere Centuriones, plurimos præficere, quò faciliùs disciplina ab omnibus exigeretur: ne quisquam lateret, quicunque propria munia dereliquisset. Instituebat etiam, vt agnoscerent institutiones tubarum, & repressiones, sequerentur ordinem, aciem dirigerent, clypeos intexerent, vt murali vice, si fortè magna hostium vis ingrueret, sese aduersum incursantes defenderẽt, subuenire laborantibus, fessis compati, pericula aliorum in se transfundere: nec solum belli artes ad instar Romanæ docere militiæ, sed etiam ante bellum, qui ampliùs bellantes iuuarent denunciare, vt miles cibum sibi & arma portaret, vallo & fossa sese muniret, castrisque ponẽdis præueniret hostem obtemperaret præceptis, furto ac rapinis abstinere assuesceret, lucrum proprium putaret, si nihil dispendij ruralibus cultoribus irrogaretur. Quid enim distet ab hostibus, si ipse hostili modo auferat? nisi quod grauius est, sua quàm aliena incessere, & socios, quàm aduersarios spoliare. Plurimùm valere in bello bonam conscientiam, eò quòd amplius de diuino auxilio præsumeret, qui se nulli affinem crimini recognosceret. Sed his rebus citius sibi apud improbos expertus est nocuisse inuidiam quàm apud bonos profuisse gratiam. Nam cùm ad LX. millia peditum, pauciſſimos equitum congregauisset: eos verò, qui bella mercede tractarent ad quatuor millia viros, sexcentos quoque electos custodes sui corporis, tãta à Iudæis pertulit, vt plus ante bellum à suis, quàm in ipso bello à Romanis pericula perhorresceret. Omitto quid seditionis excitatum: quia latrocinio erepta reddere his, qui amiserant, supectabatur: ac maximè Agrippæ & Beronicæ, quibus redibenda iustè forent, ne regem facerent infestiorem. Et tamen ille, quò populi molliret impetum, ad constructionẽ potius murorum, quàm ad Dominorum indemnitatem seruatam pecuniam. Omniaque, ille aiebat, quæ erepta Ptolemæo forent, qui regium aurum, vestes, cæteraque munera portauisset, æstimare debere Taricheatas: apud eos enim res gerebatur, vtrum id instaurationi suorum murorum reseruandum putarent, an diripiendum latronibus depromeretur. Indignum certè videri, vt eo pœnam exciperet, quia melius consuluisset. Itaque conuersus illis in sui gratiã inuidiam simul & periculũ euasit. Iterùm cum gratiã regis Agrippæ Tiberias societatẽque deposceret, proripiẽs se Iosephus de memorata vrbe, Tharicheatarum clausit portas, ne quis nuntius ad vrbem Tiberiadem pergeret, & deesse Iosepho auxilia militaria significaret. Ipse autem congregauit de lacu nauigia piscatori, quæ in tempore potuit inuestigare, & Tiberiadem remigiis petiit. Sed vbi ad eum locum venit, in quo conspicua quidem in vrbe positis foret species nauigiorũ, deprehẽdi tamen nequiret vtrũ essent vacua præliatorũ: iussit ea dispergi per totũ spaciũ lacus, vt maior numerus æstimaretur: ne quisquã vacua potius, quàm referta bellatoribus æstimaret. Quo territi, quòd aduersus tantam multitudinem infirmos sese arbitrarentur, proiecerunt arma, portisque reseratis, effuderunt se supplices Iosepho, qui veluti dux agminis militaris propius accesserat. Quæsitum, qua tandem vesania discessionem animis induissent, quibus autoribus impulsi sese aduersariis traderent & simul occurrẽtes sibi iubebat gubernatoribº, vt Taricheas deducerẽt, atq; illic trecẽtos fermè curiales, pleroſq; in vincula de plebe rapit. Clitum quoque eius facinoris accersitũ Principem, manibus amputatis pœnas luere iubet, atque illo rogante, vt vna saltem sibi manus relinqueretur, precepit Iosephus, vt ipse sibi quam vellet, demeret. Tum ille arripiens dextra gladium, læuam abscidit. Ita recepta Tiberias est. Sed etiam Sephoris tentata discessione, Iosephi tamen viuacitate inter Iudæorum vrbes socias attinebatur. Tranquillioribus enim consiliis sua defendere, quàm aliena incursare malebat.

Vet. Cod. Gurione Ioseph. Gurionis filiũ

Cod. vet. Perea.

Nota ordinẽ, quẽ Iosephus posuit.

Grauius est sua quã aliena incessere.

Bona conscientia in bello valet plurimũ.

Cod. vet. sexcentos Ioseph. bel. li. 2. c. 27. Clytus sibiipsi læuam abscidit.

CAP. IIII.

AT vero Petates Niger, & Babylonius Syllas, & Iohannes Essæus † omne quod erat in † *Omnes ss*

quod erat in Iudæa publicum. Ioseph. vel. cap. 1. lib. 1, 3. †. Cod. vet. edoctis.

Iudæa pubis validæ congregantes, Ascalonem petunt, amplam quidem & muris subnixam validis
vrbem, sed opis subsidiique indigam, quæ septingentis viginti stadiis ab Hierosolymitana vrbe
discernebatur, & odiis ingentibus. Propterea Iudei inimicam sibi vrbem diruere cupientes, col-
lecta manu inuolare. Præerat vrbi Antonius minore numero Romani exercitus, quàm quo resisti
posse Iudæis æstimaretur. Sed vir acrioris ingenij, & ex æquo prudens bellator, diffusos & numero
magis quàm virtute fidentes, eductis equitibus, transire ad vrbem sinit: deinde incursat progres-
sos, fatigat sequentes, confertos dissipat, turbatos fugat, totoque campo insectatur palantes: alij
versa vice vrgentur ad muros, intercluſa fugæ copia, alij diuersa petunt, sed circumuenti ab equiti-
bus obtruncantur. Multi supra se ruunt, & se inuicem impetu suo sternunt, itaque vsque ad vespe-
rum cæsi, amisere ex suis decem millia virorum, Iohāne & Sylla ducibus pariter extinctis. Pauci au-
tem Romanorum eo vulnerati prælio: nec tamen repressa est Iudeorum temeritas, sed incanduit:
nam dolor audaciam accendit, & labes vlciscendi cupidinem, Armantur itaque maiore longè fu-
rore, necdum sauciorum sanatis vulneribus, & congregatis pluribus quàm vice priore irruunt, sed
eos dispositis insidiis, exceptos, priusquam in manus venirent, clausit circumfuso equitatu Anto- G
Niger mortem elabitur. nius, & circumuentos præcepit sterni: cæsi iterum nouem millia, reliqui fugati. Niger ipse elapsus
in munimentum se contulit. Turris erat septa vndique valido saxo, quam Romani, quia excidere
non poterant, appositis ignibus circundedêre. Ea incensa in spelæum quoddam de turre transgres-
sus, hostem latuit, ignem euasit: Romanisque securis, quòd ipse simul incendio consumptus foret,
post tertium diem quærentibus suis corpus eius, ad sepulturam viuens, & vigens redditur. Atque ita
cum magno gaudio Iudæis seruatus, ab hoste repræsentatur.

CAP. V. *Antiochia Metropolis Syriæ.*

VESPASIANVS interea superato Hellesponto, Bythiniam Ciliciamque transmittens, vbi Sy-
riam attigit, legiones cæterasque militares copias, quas in ea reperit, Antiochiam deduxit. Vrbs ea
Syriæ sine retractatione prima, ideòque metropolis, habetur: condita ab his, qui Alexandro Ma-
gno bellanti adhæsere, conditoris sui nuncupata vocabulo. Situs vrbis porrectus in immensam lon-
gitudinem: in alto angustior, quia prærupto montis à læua arctatur, vt extendi vlteriùs metandæ
vrbis spatia nequiuerint. Necessitas locum signauit, quia per occulta & deuia irrumpentibus Par- H
this, mons cellior latibulum daret, ex quo se inopinato aduentu & promptiore impetu in imparatam Syriam effunderent: nisi ciuitas monti velut claustrum obiaceret, exitusque obstrueret aduenientibus, vt si quis Barbarorum ascenderet, statim è medio vrbis sinu prospectaretur. Denique cùm ludi scenici in ea celebrarentur vrbe, ferunt quendam autorem mimorum eleuatis oculis in montem, Persas vidisse aduenientes, & dixisse continuò: Aut somnium video, aut magnum periculum: Eccè Persæ. Ita mons vrbi præminet, vt nec theatri altitudo ad prospiciendum montem impedimento sit. Fluuius eam medius intersecat, qui à Solis ortu oriens, non longè ab vrbe in mare conditur: quem de originis suæ tractu Orientem veteres appellauêre, vt vulgò putetur locis nomen dedisse, cùm indè acceperit. Cuius fluentis ipso impetu frigidioribus, & Zephyris assiduò per ea locorum spirantibus, tota ciuitas momentis propè omnibus refrigeratur, vt orientis in partibus Orientem abscõdat. Intus dulces aquæ, foris finitimum nemus intextum cupressis crebris, fontes aquis vberes, Daphnem vocant, quòd nunquàm deponat viriditatem: frequens & lætior populus, vt pleraque oriẽtis, facetiorque propè omnibus, sed propitior lasciuiæ. Vrbs tertio loco ante ex om- I
hac prærogatiua Constanti. delata est cap. 5. conc. Const. vnde hunc Egesip. posteriore illo cuius meminit Hieron. Euseb. & Nice. constat secundam à Roma in causis fidei vt scribit Nic. lib. 12. c. 13. lib. 15. c. 7. Antiochiæ videlicet, de qua initio. cap.

nibus, quæ in orbe Romano sunt ciuitatibus æstimata, nunc quartò postquam Constantinopolis excreuit ciuitas Byzantiorum, Persarum quondam caput, nunc repulsorum: prima enim Roma, secunda Alexandria, tertia Antiochia, quarta Constantinopolis. De situ vrbis satis dictum puto. Neque enim describendis eius ædificiis immorandum videtur, cuius à tergo cùm Orientem dixerim, satis liquet à læua ad Meridiem iacere, à fronte Europam occurrere, in dextra septentrionales gentes degere, Caspiaque regna haberi, quæ antè promptissima ad incursandam Syriam erant. Sed postquàm Alexander Magnus Caspiam portam Tauri montis prærupto imposuit, atque omne interioribus gentibus intercluſit iter, memoratam vrbem quietam reddidit, nisi fortè motus Persicos suspectantem. In ea vrbe Agrippa Rex cum omni virtute sua expectabat Vespasianum aduenientem nec diutiùs eò morante, comitatui adhæsit: coniuncto itinere Ptolemaidem petere cœperunt. Ad eam vrbem occurrêre inhabitantes Sephorim, pacem cum Cestio Gallo iam dudum initam, firmari à Vespasiano petentes. Quorum laudata prudentia, quòd saluti propriæ cõsuluerint non laces- K
sendo Romanos, atque accepta fide, & in amicitiam recepti eos, & additis peditum equestribusque auxiliis, fouit securitate, ne fortè destitutionis commoti dolore, insurgerent in eos belli excitatores: cùm velut claustrum quoddam Iudeæ, Sephoritanis sese Romano imperio offerentibus resolueretur, vt in eam peruium iter hosti pateret, quæ ad custodiã totius gentis opportuno quodam in hostem obiectu occurreret. Erat enim præter opinionem loci munitioris etiam vrbs Galileæ maxima, quæ res admonuit, vt cùm duæ sint Galilææ, vna superior, altera inferior connexæ & coniunctæ sibi, alteram ab altera distinguamus. Sed prius de vtraque dicendum.

Galilea duplex.

CAP. VI.

VTRIQVE Galilææ Syria & Phœnice adhærent disterminantque eam à Solis occasu Ptolemais territorij sui finibus, & mons Carmelus, qui erat antè Galilæis, nunc vero Tyriorum finibus associatus, cui connectitur Gabaa ciuitas: quæ quondam Iudæis causa grauis exitij fuit: ab Oriente eam Hyppenæ & Gadara suis finibus resecãt. Eadem autem & Gaulanitidi regioni & regno Agrippæ

Alij Iopem.

A pæ confinia, præscripta veteri æuo fuêre: à meridiano latere Scythopolis & Samaria suis vtraque excipiuntur regionibus, nec vltra fluenta Iordanis patiuntur extendi. Septentrionalia eius à dextro latere Tyrus claudit, omnisque regio Tyriorum, cuius obiectu Galileæ spatia definiuntur. Ipse autem inter sese hoc distinguuntur modo, vt quæ inferior Galilæa dicitur, ab vrbe Tyberiade vsq; ad vrbẽ, cui nomẽ Zabulõ, supra maritima Ptolemaidis extẽta lõgitudine diffundatur. Latitudo autem eius à vico Zaloth, qui est in cãpo maximo, vsq; ad Bersabẽ haud dubiè deducitur. Vnde etiã superiori Galileæ aperitur exordium, quo ad vici Bathatæ fines attingat. Ipso autem vico etiam Tyriæ terræ fines determinantur, longitudinis quoq; eius initium vicus est Thalla, finis est Rhothala Iordani finitimus. Hinc intelligi datur, quantum se porrigant spatia Galileæ superioris, cuius initiũ Iordanis est vel eius cõfinia. Hac igitur suę magnitudinis estimatione vtraq; Galilæa distinguitur. Terra autẽ pinguis, herbosa, diuerso culturæ genere nitẽs, distincta arboribus, vt quẽuis alliciat ad sui gratiã, & fugitantẽ labores ad studia culturæ inuitet atq; excitet. Deniq; nulla illic vel exigua terrę portio vacat, frequẽtatur plerisq; inhabitãtibus: crebræ vrbes, vici frequentes, multitudo hominum in- *Descriptio Galileæ.*

B numerabilis, vt exiguus vicus in suo tractu habeat* viginti millia inhabitantiũ. Circumfusis quoq; na- *Cod. vet. * quindecim, & Ioseph lib. 1. cap. 2.*
tionibus alienigenis vtraque Galilæa circundatur, & ideo genus hominum bellicosum, à prima ætate exercitum præliaribus tentamentis, abundans numero, audacia promptum, atque ad omnes belli artes paratum. Præstat tamen magnitudine Peræa regio, quæ vnde, vocabulum acceperit, suprà diximus. Maior hæc, sed vtilior Galilæa, quia tota exercetur, nec vlla pars eius fructibus infœ- *Cap. 3. huius lib.*
cunda est: sed vniuersa terra eius opima & ferax. Peræa autẽ diffusior, sed ex maiore parte deserta ac rigida, quæ mãsuescere arando nesciat, nec asperiores facilis succos domare. Sed rursus portio eius *Maior peræa, vtilior Galilæa.*
mollis ad cultũ, fertilis ad vsum, grata ad aspectum, mitis ad exercitium, insitiuis vtilis pomis, omnia ferens, vt campos eius distinctæ in fronte prætexant arbores, in medio venustent: & plerunque à nimio solẽ vel frigore defendant sata: maximeque olea vestitus ager, aut vitibus intextus, aut palmis insignitus. Inenarrabile, quãto decori sit, cùm vento impulsi palmarum ordines concrepant, & suauiores solito funduntur dactilorum odores. Nec mirum si omnis illic gratia viriditatis est, vbi amœ-
C nis fluuiorum meatibus, ex superiore decurrentium iugo montium, superfusus ager rigatur, & niueis *Cod. vet. ab ortu solis vsque Arabiã prætexitur.*
fontibus scatens possideatur cum inuidiã, desideretur cum gratia. Longitudo eius à Macherunte vsque ad Pellam id est, à latere meridiano vsque in septentrionem. Latitudo autem à Philadelphia vsque ad flumen Iordanem hoc est, ab ortu Solis vrbe Arabiæ, protexitur. In occasum autem vs- *Samaritanæ regionis descriptio.*
que ad Iordanem flumine extendi manifestatur. Samaritana quoque regio inter Iudæam atque Galilæam media iacet: incipiens à vico, cui nomen Eleas, deficiens in terra Acrabathenorum natura consimili, nec vllo differens à Iudæa. Vtraque enim montosa atque campestris est, pro locorum diuersitate, neque tota campis diffunditur, neque in locis omnibus montium rupibus scinditur, sed vtriusque qualitatis habet gratiam, ad exercitium culturæ solubilis terra, & mollior, eoque frumentis vtilis. & propè circa fertilitatem soli nulli secunda, maturitate certè fructuum prior omnibus. Nam cum adhuc alibi serantur frumenta, istic metuntur. Species quo que atque ipsa frumenti natura, haud vsquam præstantior habetur, Aqua dulcis, decora ad speciem, suauis ad potum, vt secundum elementorum gratiam æstimauerint Iudæi eam promissam patribus terram fluẽtem lac & mel, *Resurrectionis prærogatiua.*
D cum spoponderit illis resurrectionis prærogatiuam. Et vtrumque quidem diuina pietas contulerat, si fidem seruassent: sed infidelibus animis vtrumque ereptum: Hic iugo captiuitatis: Illic vinculo peccati. Nemorosa regio, & ideo diues pecoris, & abundans lactis. Deniq; nusquam sic lacte distenta pecus vbera gerit. Poma syluestria vel insitiua super omnium regionum copias. Referta autem vtraque vel Iudæa vel Samaria hominum multitudine, vt mihi videantur hinc illud interpretati Iudæi, quod scriptum est, quia nulla erat in his locis sterilis & infecunda, cum hoc lex de meritorum fœcunditate præscripserit, & virtutum fertilitate. Principium Samariæ de Arabiæ finibus à vico *Fertilitas Samariæ.*
cui nomen Iordani, finis ad aquilonem vico Borceo, Latitudo autem Iudeæ à fluuio Iordane vsque Ioppen. Incipit enim à fontibus Iordanis, & à monte Lybano, & vsque ad Tyberiadis lacum dilatatur. A vico quoque Artha initium longitudinis eius, quæ vsque ad vicum extenditur Iuliadem, in quo Iudæorum pariter & Tyriorum communis habitatio. In medio autem Iudææ ciuitas Hierosolyma, quasi vmbilicus regionis totius, vt prudentibus placuit, nuncupatur: abundans regio mediterraneis copiis, nec fraudata maritimis, quia prætendit vsque ad Ptolemaidem, & totum illud ma- *Hierosolyma caput Iudeæ, de qua Beda lib. pecul.*
E re prætexit littoribus suis. Multæ vrbes, sed inter omnes Hierosolyma eminet: ita vt quasi caput in corpore non obumbret sua membra, sed regat, atque eis tutioni sit, & pulchritudini. De Iudæa itaq; & finitimis regionibus, opportuno licet compendio, ea quę significanda fuerant, nõ prętermisimus.

CAP. VII.

SEPHORITANI quoque & tributa & subsidia militaria, regiones finitimas incursabant, auctoritatem latrocinandi liberam sibi belli specie vendicantes quod Imperio Romano à Iudæis inferebatur. Vnde Iosephus acceptæ acerbitatis iniuriam vlciscí gestiens, irruere in vrbem Sephorim, sociato sibi plurimorum numero contendit, vt eos aut reuocaret in societatem Iudeæ, aut resistentes supremo (si posset) excidia labefactaret. Sed vtriusque conatus effectu excidit: quia nec dissuadere potuit Romanæ coniunctionis electionem, nec vrbem euertere, quam ipse talibus minimentis firmauerat, vt à Romanis quoque longè præstantioribus expugnari nequiret. Cecinit itaque classi- *Cod. vet. Sephoritanis cõ tributa subsidia militaria regionis finitima ĩcursabãt Ioseph. lib. 3. cap. 3.*
cum, tentata irruptione sine vllo profectu, atque in totam regionem bellum excitauit. Vastabant

omnia, die noctúque exurentes ædificia, diripientes patrimonia, perimentes, quoscunque bello habiles cõprehẽdissent, infirmos seruituti subiicientes. Repleta erat Galilæa omnis incẽdio, sanguine, latrocinio, nullius immunis miseriæ, &† deformi rerũ omniũ specie. cùm si quid igni aut neci superfuisset, captiuitati reseruaretur. Cuius † mali illa, quæ paulò antè acerbiora æstimata sunt, præferebãtur. F

† *deformis*

† *malis*

CAP. VIII.

Titus Vespasianusq; atrox & memorabile cæperunt bellum. leg. 3. Niceph. cap. 3. & sequ.

Hæc præluſio quædam belli facta, antequam Titus venirer, qui ſimul ex Achaia Alexandriam tranſmiſit, perductis militibus ſecundum mandatum patris, ad vrbem occurrit Ptolemaidem, ibique connexis ordinibus quinto & decimo, addito etiam quintodecimo, qui erant præcellentiſſimi, congregatoque vel Romano, vel ſociorum exercitu, atrox & memorabile bellum cœptarunt. Nam vbi primis initiis placido duci proſperè geſtis, ſecunda in aduerſum ceſſere, profectus infenſior Veſpaſianus cum filio de Ptolemaidis finibus, in Galilæam ſeſe immerſit: Cognitóque quòd pacem abnuerent, quibus obtulerat condemnandæ † diſſenſionis copiam, ſi ſibi conſulendum putarent, Gadarã funditus euertit, vacuam bellatoribus offendens, quòd omnes validiores, diffidentes infirmioribus munimentis, ad munitiora ſeſe contulerant. Repertis itaque non pepercit, ſed omnes necari iuſſit, nulla ætatis contemplatione, nulla infirmitatis miſericordia, quod non tam iure belli, quàm Ceſtianæ pugnæ dolore, & effuſis in Iudæos odiis exequebatur. Denique non ſolùm vrbẽ, ſed etiam vicos & municipia exuri præcepit. Nec iniuſta erat commotio: quia poſt tantam inſolẽtiam emendandi erroris facultatem dederat, nec obtemperatum. Tranſierat ex ea vrbe Ioſephus in Tyberiadem, priuſquàm Romanus exercitus appropinquaret: ſed plus formidinis ex fuga, quàm fidutiæ dederat ex præſentia: hoc ipſo enim territi ſunt, quòd bello aduerſus Romanos gerendo imparem ſe Ioſephus arbitrabatur. Neque verò aliundè præſumpſit, niſi fortè Iudæi ſtudia belli deponerent. Ea erat illi † prior ſententia: Si bellum eligerent, malle ſe ſubeundo periculo fidem ciuibus, quàm declinando † præſtare proditorem. Nihil enim magis cauere, quàm ne commiſſum ipſum ſibi honorem militiæ turparet. Itaque ſcripſit ad vrbem Hieroſolymam bellum incubuiſſe, properéque reſcriberent pacem an prælium malent, conſulendum maturè. Hæc ſtrictim ſignificauit, nihil propensè in alteram partem, ne aut bellator meticuloſus, aut pertinax rebellio iudicaretur. G

† *potior*

† *videri*

CAP. IX.

Rvrsvs de vrbe Tyberiade Iotapatam petit, ſiue quòd munitior cæteris eſſet, & propterea in eandem plurimi ſe contuliſſent bello promptiores: ſiue quòd eò Veſpaſianus pleroſque ex ſuis direxerat, qui munirent iter, quod per montes difficile ſaxoſumque, aſperum peditibus, equitibus autem inuium atque inſuperabile foret. Denique diebus quatuor, ne anguſtiæ officerent, reſerata ſunt viarum ſtrata: compoſitum iter, quò facilius omnis exercitus tranſmitteretur. Quinto die tranſiuit eò Ioſephus, deiectóſque Iudæorum animos erexit. Veſpaſiano quoque vbi factum indicium eò Ioſephum commeaſſe, incentiuum celerandi itineris acceſſit, quòd conficiendi belli compendium putaret, ſi Dux & populus bello promptior interciperetur. Aduenit itaque cum exercitu, & primo die curandis cibo militibus, ne ex itinere fatigatos cura belli inceſſeret, tempus dedit. Sequenti die duplici acie vallauit vrbem, & tertio equeſtri ordine. Quod videntes Iudæi incluſos ſe, & obſeſſos vndique, nec vllum * refugij locum, ipſa deſperatione audaciam ſumpſere. Nulla enim res promptiorem bello militem reddit, quàm neceſſitas præliandi, & præruptum periculum. Vrgebat Veſpaſianus iaculis, vrgebat ſagittis, miſſilibus quoque plurimi Iudæorum vltra muros progreſſi, deſtinata feriendi arte vulnerabantur, manebant tamen impauidi. Tentabat omnia virtus Romana, & maximè vbi infirmiora aduerterat murorum ſubſidia, illic maiore incumbebat manu: Pudor hos, illos armabat ſpes vltima, ferro ſibi aperire viam ſalutis deſiderantes: Grauia tolerabant Iudæi, nec minora referebant tentamenta audaciæ. Peritia à Romanis cum virtute, furor à Iudæis cum temeritate certabat. Feſſis itaque tota die illis pro ſalute, iſtis pro triumpho dimicantibus, nox prælium ſoluit. Sequenti quoque die, & tertio quartóque conſimiliter, & quinto præliatum acriter: ſed vt ſolet fieri in talibus præliis, plura vulnera quàm neces inferebantur, licet ſæpé & excurſus à Iudæis & à Romanis tentarentur eruptiones, quos in iram accendebat pudor, cò quòd victores Annibalis & Antiochi, omniũque gentium, Iudaicis præliis immorabantur. Tanta erat Romanæ virtutis * conſtantia, vt non citò vincere pars victi æſtimaretur: ſed aduerſus naturam magis erant illis, quàm in hoſtem certamina. Nam ciuitas præruptis vndique propè erat intercluſa rupibus, non vallo & foſſa, vt aliæ vrbes, ſed profundis erat circumuallata præcipitiis, quæ nec viſus hominum comprehenderet, nec vſus inueſtigaret, & horror * ſolicitius intuentem magis magísque inuolueret: tantum ab aquilone in montis defectu vnus ad vrbem acceſſus, arduo tamen aſcenſu patebat. Quem Ioſephus muro intercluſit, propugnatoribus ſepſit, vt inter murum inferiorem, & vrbem ſuperiorum periculoſa * eruptio fieret obſidentibus, & intuenti eſſet ineſtimabilis cognitio ſuperiorum. Ciuitas enim ipſa in montis ſupercilio ſita, in circuitu finitimorum montiũ velut quondam naturali vallo circundabatur ſepto genitali abſcondita vt nemò prius illic vrbem eſſe intelligat quàm in vrbem ipſam fuerit ingreſſus. H I K

effugij neceſſitas præliandi promptiores bello reddit milites

conſcientia

ſollicitus

irruptio

CAP. X. Vespasianvs cùm vincere naturam nequiret, eam ſibi ipſe in adiumentum accerſiuit, vt obſidione diuturna per inopiam cibi & potus cogeret obſeſſos ad deditionem: ſed frumenti copia, multò antè congeſta, propulſabat periculum famis. Aquæ erat difficultas maxima, quia neque vllus in vrbe fons, & ſolennis ſiccitas raris per ea locorum imbribus bibendi ſubſidium attenuauerat.

A nuauerat. Ductus omnes aquarum obſtruxerat, ne in vrbem mearent. Augebat idopia auiditatem, repugnabat natura. Commentum Ioſephus detulit, vt infuſæ veſtes muro ſuſpenderentur, quò paulatim rorantibus aquis, crederetur illis non deeſſe ad potum, quòd abundaret ad lauacrum veſtimentorum.

Stratagema.

Deiectvs eo Veſpaſianus, rurſus ad expugnandam vrbem accenditur, atque omnem exercitum circà congregat: machinis murum quatit, pulſat aries. Nomen hoc ſpecies dedit, eò quòd validæ ac nodoſæ arboris caput ferro veſtitur, & quòd vt frons arietis prætenditur, quæ obductis laminis turgeſcit, & prominet: è medio eius quaſi cornu procedit ferri ſolidioris. Magnitudo arboris in modum mali naualis, quam non ventorum procella, non velorum ſinus flectant. Ea ſuſpenſa funibus ad ſuperiora atque robuſta arborum nexis, multorum manu validè in murum impellebatur. Deinde retrorſum ducta, atque in ſtateræ modum ſuſtentata retinaculis, maiore impetu deſtinabatur, vt crebris ictibus fatigatum muri latus cederet, cauatúmque vi* rupturis feneſtram daret, qua Romanis hoſtibus via in interiora vrbis pateret. Primo igitur ictu murus concuſſus B eſt, contremuítque omnis. Clamor illicò vniuerſorum, quaſi expugnata vrbe trepidantium, ne repercuſſus murus fatiſceret. Sed Ioſephus ſaccos paleis repletos, in eum dimitti locum præcepit, in quem aries à Romanis intorquebatur, vt laxo ſaccorum ſinu luſa plaga omnis arietis emolliretur. Illiſa enim ſolidis ſolida nocent, ſolutioribus euacuantur. Denique faciliùs ſolidiora mollioribus cedunt, quàm molliora ſolidioribus. Nam & aquæ alluuione ſcopuli ſoluuntur, nec ruina rupis vllum eſt damnum aquarum, & iactis in freta molibus: aqua ſuos vſus reſeruat: ſed petra inter vndas reſeruare ſuos neſcit. Arenam quoque marmoris ruina non frangit, & marmor arenæ ruina comminuitur. Retulerunt tamen etiam Romani, quò commenta refellerent Iudæorum contis falces ligantes, quibus demiſſos inciderent ſaccos, quòd vacuait paleis euitare arietis ictum nequirẽt. Reparato itaque impulſu machinæ, cùm ſe Iudæi vrgeri viderẽt, vnus ex his Eleazarus ingentis magnitudinis ſaxum eleuans, de muro ſuper arietem elisit tanta vi, vt comminueret caput machinamenti. Exiliens quoque in medium hoſtium, rapuit illud, atque in murum ferebat intrepidus in conſpectu aduerſariorum, & patens vulneri. Denique iaculis quinque figitur, ſed nequaquam conuerſus ad vulnera, quomodo ipſe ſaxi ruina hoſtem inuolueret, intendebat. Aſcendit itaque murum, & victor doloris ſtetit conſpicuus tantæ præſumptionis, ac ſuper arietem ſe ſaxumque deiecit, & cum eo corruit. Victus quidem morte, ſed victor machinamenti, cum * in ſe ſolus diſceſſerit patriæ: in machinamenti autem * communitione, totam vrbem ab excidio ſeruauerit. Netyras quoque & Philippus in medium ſe iecêre agmen, vt auerterent, quos * petierant. Ioſephus autem ignibus iactis, vt machinamenta omnia exureret, breui conſumpſit plurima, ſed conſumpta reparabantur. C

Solida ſolidis illiſa nocent.

Eleazari facinus.

Fortè legendum, ipſe ſolus deceſſerit.

** communitione.*

** poterant*

CAP. XI.

Aries deſcribitur.

Instabat Veſpaſianus, vrgebat ita, vt in talo feriretur iaculo ſagittæ: Turbati ſunt Romani, cùm ſanguinem Ducis fluere cernerẽt. Exagitatus filius, cucurrit ad patrem. Sed ille ſupra vim vulneris virtutem gerens animi, prohibet trepidare filium, magiſque in prælium accendit milites, vt iniuriam Ducis vlciſcerentur. Ipſe ſignifer reuocabat exercitum, & ad muros cogebat. Ipſe in bellum cæteros adhortabatur, alij ſagittis, alij telis, alij baliſtis hoſtem vrgebant. Tanta autem erat huius tormenti vis, quo ſaxa in hoſtem iaciebantur, vt percuſſus vnus ex ſociis Ioſephi, qui prope aſtaret, comminuto capite rueret, & occipitium eius vſque † ad tertium ſtadium excuteretur: mulier quoque aluo grauis percuſſa † vterum, ſupra dimidium ſtadij de intima ſede ſecreti genitalis, excuteret infantem. Ad poſtremum cùm victor iam muro Romanus miles ſuccederet, & in ipſo aditu vtrinque valida manu decertaretur: ſicut erant conſerti, oleo feruenti Ioſephus perfundi Romanos iubet, quod facilè à vertice ad ima defluebat veſtigia. Nec minor incendio flammæ candentis, olei feruor omnes artus depaſcebatur. Succedebant tamen alij, pleriſque etiam ſudor profluus olei vim refrigerabat: Et quamuis huiuſmodi olei natura ſit, vt citò caleſcat, & ſeriùs conceptum deponat calorem, tamen victoriæ ſtudio abſcondebant iniuriam. Ardebant animis, vt nullum corporis ſentirent incendium, nec tanti æſtimabant pœnæ feruentis dolorem, quanti diſpendium gloriæ, ſi tanquam exortes triumphorum deſiſterent bello, qui duces fuerant periculorum. Vel ſanguine itaque ſuo reſtinguere incendium olei certabant. D

† *vltra*

† *vtero*

Natura olei citò caleſcere.

CAP. XII.

Veſpaſianus in talo vulneratur.

Hac mora obſidionis etiam Iaphæ vrbis, quæ vicina erat, populus inſolcuerat, quòd tam diu decernebatur. Vnde motus Veſpaſianus, Traianum qui præerat ordini quintodecimo, ductoris officio, direxit cum mille equitibus, & duobus millibus virorum militiæ pedeſtris. Qui ſine retractatione profectus, vir acer & bellandi artibus præditus, conuenientem ſtudiis ſuis euentum belli reperit. Nam cùm eſſet ciuitas, & natura loci ſepta, & gemino muro circumuallata, non contentus tegere ſe populus eius munitionibus, occurrendum Romanis putauit: Sed pauliſper reſiſtere auſi, intra murum exteriorem recipere ſeſe volentes; hoſtem pariter recepere. Nam cum ipſis feſtinantibus etiam Romani ſubintrauerunt, confugientibus quoque ad murum interiorem, clauſæ portæ, ne rurſus Romani pariter irrumperent. Ita auerſo à ſe DEO auxilio, Iudæi præliabantur, quo antè vincere ſolebant, ſed offenderant ſceleſtis flagitiis, & ideo ab his pœna debita repoſcebatur, vt donarentur eorum ſupplicia nationibus. Denique plures propè ſuis inter ſe bellis, quàm ab hoſtibus, obterebantur. Exemplo eſt Iaphæ populus, qui Romanis portas aperuit, & ſibi clauſit. E

CAP. XIII.

Iudæi Deo irato præliãtur.

Iaphæ Romanis aperiunt portas.

Iudæis claudunt.

Nam vt primum murum Romani irrumperent, ipſi patefecerunt: vt ſecundum murum Iudæi non F
penetrarent, Iudæi clauſerunt. Receptus itaque hoſtis eſt, ſocius excluſus. Receptus ille, ne percuſ-
periturum ſor deeſſet: excluſus iſte, ne *penitùs euaderet. Intra duos itaque muros cædebantur Iudæi, manu
cominus, de muro eminus. Plerique enim Romanæ militiæ viri conſtricti anguſtiis, murum aſcen-
debant, atque inde in ſubiectos tela iaculabantur. Itaque Galilæi ſuis, quàm hoſtibus infeſtiores, ro-
gabant, vt in interioris muri veſtibulo reciperentur, ſed reſiſtebant ſui. Dimicabatur in portæ limi-
ne, Iudæis inter ſe pugnantibus: Iſti irruentem cuneum gladiis excipiebant: illi reſiſtentes morie-
bantur. Sæua imprecantes ſibi inuicem, & minora ſe meritis ſuis perpeti ſupremis vocibus atteſta-
† duodecim millia. Ioſeph. lib. 3. cap. 11. bantur. Itaque extincta ſunt † duo millia virorum omnium præliatorum. Ratúſque Traianus vel
nullum iam ſibi tepugnaturum, vel facilem vrbis expugnationem, veteris vir diſciplinæ ſummam
victoriam Veſpaſiano reſeruauit, miſitque ad eum, poſtulans vt filium ſuum dirigeret Titum, qui
finem prælio daret. Quo aduentante, facta irruptio, cæſíque multi mortales, nec ſine labore ac pe-
† obiecere ſe riculo victoria ceſſit Romanis. Quibus ingreſſis murum interiorem, † obiecerant ſe, quicunque
erant bello idonei, & in anguſtiis poſiti, anceps bellum victoribus effecêre, pugnantibus deſuper G
vir li ac muliebri ſexu, ac ſæpè etiam in ſuos ſaxa, atque omnia, quæ fortè repererant telorum ge-
nera iaculantibus. Denique ſex horis in ipſo fine quaſi ab exordio pugnatum. Ad poſtremum cæſis,
qui conſtiterãt pugnaturi, tum in cæteros ſine ordine, ſine modo, ſine miſericordia, ſenes cum ado-
leſcentibus iugulabantur, mulieres cum paruulis reſeruatæ, non ad veniam, ſed ad ſeruitutem: maſ-
culi omnes interfecti, niſi quos pueritia, aut infantia defendit, in prædam ducta ſunt duo millia,
** æquata* CXXX. mancipia, Domini cum ſeruulis *æqua iam ſorte cõditionis, quos captiuitas pares fecerat.

CAP. XIIII. NEC Samaritæ immunes miſeriarum fuêre. Nam cùm ſecundum conſuetudinem ſuam *aſcen-
** congregati aſcendiſſent. Iohan. 4.* diſſent montem Garizim, qui erat illis conſecratus, vbi adorare ſolebant: vnde & in Euangelio di-
cit Samaritana: Patres noſtri adorauerunt in hoc monte. Et reſponſum eſt ei: Veniet hora, quando
neque in hoc monte, neque Hieroſolymis adorabitis patrem. Debebatur enim, vt ceſſaret ſuperſti-
Verus modus adorandi Deum. tio, & vera religio ſuccederet: euacuaretur vmbra, veniret veritas: vt iam non in monte, ſicut Sa-
maritani, nõ in Hieroſolymis ter in anno, ſicut Iudæi: ſed in ſpiritu in omni loco eleuãs puras manus H
homo omnis adoraret Deũ, & in nomine Ieſu genu flecteret. Cũ igitur, vt ſuprà dixim⁹, in mõte col
lecti, ſecundũ ſuos ritus manerent, belli autẽ minas prætẽderet ipſa cõgregationis ſpecies, vel ſenſus
eorum, qui nec malis finitimis reſipiſcebant: multò autem ampliùs proſperioribus Romanorum
ſucceſſibus per inuidiam commouerentur, ac prope tumultum res eſſent, conſultius æſtimatum eſt,
eos præueniri, ne in maiorem peſtem erumperent. Vocatóque Præfecto ordinis quinti cum tribus
millibus vtriuſque militiæ viris, cò † eum Veſpaſianus direxit. At ille aſcendere montẽ primo exor-
† eum, manu ſcrip. non habet. dio periculoſum ratus ſerat enim ſimul iuncta terrori multitudo populi, & præruptum naturæ) cir-
cundedit exercitu montis confinia: & toto die deferri fecit cuſtodiam, ne quis aquatum deſcende-
† conſtipationem. Cerealis Præfectus. ret. Cùm igitur tantam hominum † multitudinem vexaret ſitis, quæ magis ac magis æſtu exarde-
ſcebat, & plerique ſeruituti ſe, vel etiam neci mallent offerre, ne vel fame vel ſiti perirent, Cerealis
(hoc enim nomen Præfecto) ex deſcendẽtibus vniuerſos eſſe defatigatos æſtimans, cinxit montẽ,
ac more militari pollicens ſalutem, ſi arma deponerent, recuſantéſque iuſſit feriri. Itaque extincta
ſunt illic millia XI. ſexcenti viri. I

IOTAPATÆ quoque quadrageſimo & octauo die facta irruptione primo diluculo, cùm adhuc
CAP. XV. *De captione Iotapatæ, & deſtructione eius.* multò ſuperioris diei feſſi labore requieſcerent, primus omnium Titus cum Sabino ingreſſus, cæte-
ris viam præbuit. Comprehenſiſque ſuperioribus locis, in anguſtiis platearum paſſim, & ignari ad-
huc factæ irruptionis feriebantur. Alij in ſuis ſtratis, alij expergefacti, alij vigilantes, ſed inedia ac
ſomno ſoluti pœnas dabant. Adhuc tamen totam vrbem vis latebat malorum. Sed vbi exercitus
ingreſſus militari infremuit vlulatu, ad ſolum fere ſubeũdæ mortis affectum inſurrexerunt. Et ſi qui
ſuperiora petere tentauerant, repulſi cædebantur, & quibus vleiſcendi vis ſuppetere poterat, ipſa
coartatio vindictam ademerat: & ſi qui reſiſtere parabant, irruentibus ſupra ſe aliis, bello abſconde-
bantur. Alij multo feſſi certamine, demiſſis manibus ſeſe offerebant vulneri, vt vel morte tam ferali-
bus malorum ſuorum ſpectaculis eriperentur. Hac deceptus ſecuritate peruntium Centurio An-
Antonius Centurio. tonius, rogatus à quodam, qui in ſpelæa confugerat, vt ei dexteram daret, obſidem veniæ & ſalutis
ſequeſtram: porrexit ilicò, doli negligens, & væ miſer nimium ſecurus triumphi: ſed ille incautũ ſpi- K
culo ferit, & ſtatim transfigit, ne impleta eſſet incruenta Romanis victoria. Illo ipſo die interfecti
omnes, quicunque inuenti. Sequentibus autem diebus etiam de hypogeis & cæteris defoſſis ſpecu-
bus producebantur, vel ibidem extinguebantur, exceptis paruulis ac mulieribus. Cæſa per omnes
dies X L. millia, quæ numero comprehenſa ſunt: in captiuitatem deducti M. C C. euerſa & igni ex-
Anno imperij Neronis xiij. Ioſephus in lacu delitеſcit uſta eſt ciuitas, & caſtella eius omnia, anno imperij Neronis X I I I. Ioſephus intereà inter fauillas
vrbis in quodam lacu delitеſcebat, haud inſcius, quod quaſi Dux aduerſi agminis ſtudioſiùs requi-
reretur. Egreſſus die ſecundo, vbi ſepta aduertit omnia, reuertit in lacũ. Tertio die mulier quædam
reperta, cognitas ſibi Ioſephi latebras, quærentibus demonſtrauit, (ſed in lacum * X L. viri, qui eò
† XLII. viri. confugerant, ſeſe tegebant) Qui vbi aduertebant Ioſephum, primò per Paulinum & Gallicanum à
Veſpaſiano ad ſpem ſalutis vocari, poſteà per Nicanorem, qui Ioſepho veteris amicitiæ gratia co-
pulabatur, & ideo miſſus, vt dexteram daret, promptiùs officium mandati muneris exequebatur:

batur: circumfuſi Ioſephum talibus adoriebantur ſermonibus. A

NVNC maior Iudæi nominis tentatur ruina, nunc fauilla tetrior, quæ ſepeliat, & abſcondat
ſplendidiſſimæ diſciplinam proſapiæ, atque omne decus ſubruat, quando Ioſephus ad triumphum
captiuus reſeruari iubetur. Quid ſibi volunt tam ſedula ſubitò inuitamenta hoſtium? Quid dona ſa-
lutis ſpontaneæ? Rogantibus vitam aliis non pepercerunt. Ioſephus accerſitur, Ioſephus rogatur
vt viuat. Metuunt videlicet, ne pompam amittant triumphi, ne deſit, quem ſpectet Roma captiuum, quem catenatum Veſpaſianus ante currum ſuum dirigat. Ad hæc igitur ludibria vis reſeruari?
Et vnde triumphabunt, ſi dux eorum defuerit, de quibus triumphatur? Aut qui triumphus, ſi ami
citia datur victis? Ne credas Ioſephe, vita tibi promittitur, ſed parantur grauiora morte. Vicerunt te
Romana arma, non capiat fraudulentia. Atrociora ſunt dona eorum, quàm vulnera. Illa enim ca-
ptiuitatem minantur, hæc libertatem reſeruant. Inflecteris Ioſephe, & animi quadam fractus molli-
tia, vis eſſe patriæ ſuperſtes? Vbi eſt doctrina Moſi, qui ſe de libro cœleſti deleri petebat, ne plebi
Domini ſuperuiueret? Vbi eſt Aarõ, qui inter viuos, ac mortuos medius ſtetit, ne mors viuentẽ popu-
lũ ſæuo cõtagio † depaſceret? Vbi eſt Regis Saulis & Ionathæ deuotus patriæ animus, & mors illa pro
B ciuibus ſuſcepta, & fortiter glorioſéq; expetita? filius patrem exẽplo inuitauit, pater filium mortis † depaſceretur.
propoſito non dereliquit. Qui cùm poſſet viuere, maluit ſe interfici, quàm ab hoſte triumphari. * deludant
Hortabatur armigerũ ſuũ dicẽs: Percute me, ne veniãt incircũciſi iſti, & percutiãt me, & *illudãt me:
quia armiger timuit, ipſe ſe gladio tranſuerberauit. Dignus quem Dauid ſpiritu prophetico vẽdica-
ret: quia ſe degener Amalekita de eius morte falſo iactauerat, & gloriam viri, qui ſeipſum hoſti exe-
merat, imminuendam putauit, vt à ſe interfectum mentiretur. Dignus etiam, quem tantus laudaret
Propheta dicens: Saul & Ionathas ſpecioſi & chariſſimi inſeparabiles in vita ſua, & in morte non
ſunt ſeparati. Super aquilas leuiores, ſuper leones potentiores. Ipſe quoque Dauid cum populum
percuti ab angelo videret, in ſe voluit cœleſtem deriuari vindictam, ne pereunte populo reſeruare-
tur. Poſtremò vbi lex diuina, cuius interpres ſemper fuiſti, quæ pro hac breui vita perpetuam iuſtis
promiſit immortalitatem? Vbi Deus Hebræorum, qui docet iuſtos mortis contemptum habere? *Lex ſpondet immortalitatem.*
Refugere etiã debere terrenum habitaculũ, † anhelare ad ſuperna, ad regionẽ paradiſi, vbi Deus ipſe
C pias animas † conſeruauit. Nũc demum cupis Ioſephe viuere, quando non oportet, immo nec licet: † reuolare
immò, quod maius eſt, nõ decet: & † carpere deſideras lumẽ illud (auſim dicere) ſeruitutis, quod in †ſacrauit
aliena poteſtate eſt, vt id quando voluerit Romanus eripiat: quando velit, carceris tenebris obdu- † capere
cat, vt optes hinc fugere, nec liceat mori, & quo pudore ad eos ibis, quibus perſuaſiſti pro patria
mori? quam excuſationem habebis, quòd tam diu reſederis? Expectãt quid agas: † dicent profecto: † dicunt iam
Quid moratur Ioſephus, qui præuenire debuit? cur tam ſerò ſequitur? cur diſcipulos ſuos, quibus pro
libertate moriendum ſuaſit, imitari recuſat? Perferemus certè nos, quòd ſeruire elegeris aſſertor le-
gis & libertatis, quòd mancipium te Romanis addixeris, quòd captiuitatem libertati præpoſueris.
Sed eſto, velis viuere, quomodo hoc impetrabis ab his, aduerſum quos toties præliatus es? Quomo-
do te intuebuntur? quibus oculis, quibus animis? Quomodo iratis Dominis, etſi liceat, viuere vo-
les? Aut quis proditorem patriæ non credet fuiſſe, cui mercedem ſolutã proditionis videbit? Vtrum
mauis elige, horum alterum ſit neceſſe eſt: Vita tua aut præmium proditionis erit, aut ſeruitu-
tis ſupplicium. His dictis intentarunt gladios, addentes: ſi acquieſcis mori, quaſi amici miniſterium
D præbemus. Si recuſas, quaſi proditi vltionem exigimus.

CAP. XVI. *Oratio, qua Ioſepho ſocij ſuã mortem ſuadebant.* *Dona hoſtiũ atrociora quã vulnera.*

AD hæc Ioſephus refert: Et quis velit eſſe tantæ mortis ſuperſtes? Quis eligat fieri hæres dolo-
ris? Quis animam ſuam nolit ex ipſo corpore mortis, ſi liceat, abſoluĩ? ſed non licet ſoluere, niſi ei
qui ligauerit. Naturæ vinculo * coniuncta eſt anima corpori. Quis autor naturæ niſi omnipotens
Deus? Quis hoc animæ & corporis noſtri Deo placitum contubernium interrumpere ac diſſociare
audeat? Si quis impoſita manibus ſuis præcepto herili vincula, ſine arbitrio domini ſui detrahat,
nónne is graui pulſaſſe iniuria ſuum dominum condemnabitur? Dei poſſeſſio ſumus, Deo ſeruitium
debemus, quaſi ſerui expectemus imperia, quaſi vincti re ſeruemus vincula, quaſi fideles bonum de-
poſitum cuſtodiamus. Non recuſemus vitę iſtius munus quod dedit nobis, non refugiamus donum
cœleſte. Si hominis data reiicias, contumelioſus es: quanto magis ſeruare debemus, quod à Deo
noſtro accepimus? Ab ipſo itaque accepimus, quod ſumus, ipſius quoque debet eſſe, vt quamdiu
velit, ſimus. Vtrumque enim ingrati eſt, & citiùs diſcedere quàm velit, & diutiùs viuere quàm volue-
E rit ipſe, qui vitam donauit. Nunquid antè feſtinauit exire Abraham? Nunquid antè aſcendit Aba- *Moſes mortuus in mõte Abarim, vide Epiſt. Iudæ Apoſt.*
rim Moſes, quam diceretur ei, Aſcende in montem Abarim? Sed dictum eſt, Aſcende, & aſcendit,
& mortuus eſt, quaſi bonus ſeruulus, expectauit Domini præceptum. Ipſe Iob qui dixit: Pereat dies
illa in qua natus ſum. tamen in vulneribus & doloribus poſitus, vitæ huius vincula non diſtrumpe-
bat, ſed vt liberaretur rogabat, dicens: vt quid datum eſt in amaritudine lumen, vita autem in do- * vitæ
loribus animæ? Laudabat itaque mortem, cùm diceret: Mors * verò requies tamen non præripie-
bat, ſed poſtulabat, vt ſcriptum eſt: Concutior omnibus membris: & quia ſum impius, quarę non * nunquid
ſum mortuus? Cur de ventre matris non in ſepulchrum decidi? Aut * nunquid breue tempus vitæ non
meæ? Dimitte me requieſcere paululùm. Alius quoque ſanctus dicit: Educ de cuſtodia animam
meam. Petit euadere: petit ex hoc corpore quaſi de quodam liberari carcere: nullus tamen ſan-
ctorum necem ſibi ipſe vſurpat, nullus præripit. Si lucrum eſt mori, furtum eſt vſurpare antè expe-

CAP. XVII. *Reſponſio Ioſephi, iuncta Moriendum nõ prius quã Deus iuſſerit.*

ctatum: Si bonum est viuere, † sacrilegium est repudiare, antequàm reposcatur. Sed glorioſum pu- E
tatis in bello mori? Nec ego abnuo bonum esse pro patria, bonum pro ciuibus in bello mori. Sed
belli lege offero iugulum, si hostis petat: si mucronem demergant Romani, quibus de nobis Deus
victoriam dedit, quibus propter peccata nostra nos adiudicauit. Nec mihi blandior, quòd parcen-
dum spondeant. Vtinam fallant: Vel hoc lucrum feram, quòd me sic timuerunt vt fallerent, vel
hanc vltionem referam, quia frangunt fidem. Malo illorum latrocinio perire quàm meo. Latrocí-
nium meum est, si mihi ipse intulero manum: si hostes, beneficium. Ergo illud cùm beneficium
dare possent interimendo, seruandum putauerunt quod in potestate habebant: vt captum occi-
derent, latrocinati sunt. Sed pollicemini mihi manus vestræ ministerium, reuera percussor nobis
defuit, vt nostro scelere pereamus. Nolo meo, nolo vestro scelere perire, quod plus est quàm meo,
nolo mutuo. Hoc est enim vnumquẽque nostrum sibi manus inferre, vicariæ necis mercedem so-
luere: vt iam non solùm pro suo quisque, sed etiam pro alterius sanguine scelus debeat. Verum Re-
gis Saul exemplum promitur, eius certè, qui aduersus voluntatem diuinam Rex postulatus est, &
offensam meruit Dei. Vnde etiam cùm viueret, successorem accepit. Egregium exemplum viri, G
cui defuit Dei gratia, & tamen voluit mori, quia iam non poterat viuere. Voluit tamen & ipse vt
eum socius occideret: sed & ille scelus putauit, recusauit ministerium. Non igitur vsus consilio, sed
† destitutus ministerio fecit, vt ipse gladium in se conuerteret. Si timens fecit, ne sibi illuderetur,
quid laudas quod timoris est? Si non timuit, cur primò aliud † elegit? Ego nec illudentes Romanos
timeo, nec mentientes. Saul tantum se solus peremit, non Ionathas, non quisquam alius in nostris
scripturis. Quid mirum, si potuit se perimere, qui potuit etiam filium occidere? Aaron inter viuos ac
mortuos stetit, & hoc virtutis est, non temeritatis. Non enim mortem sibi intulit, sed mortem non
timuit. Qui eam corpore suo repulit, & serpenti † in omni obstaculo fuit. Non ego quidem Aaron,
sed tamen non degener ab eo, offero manus, feriant vt volunt. Si possum eorum manus timere, di-
gnus sum, qui manibus peream meis. Si † pereunt illi aduersario, cur ego non † peream mihi? Si
quæritis cur parcere velint, & in hoste virtutem mirantur. Tanta est enim virtutis gratia, vt frequen-
ter etiam hostem delectet. Nostis etiam ipsi, quanta intulerim exitia Romanis, quo modo victores
omnium gentium, Iotapatæ ignobilis vrbis diuturna obsidione, ab Hierosolymitanæ vrbis exci- H
dio auerterim. Breui damno totius belli aleam lusi. Didicerunt cæteri meo periculo pacem optare.
Fortassis ad hoc referuamur, vt non deterreantur cæteri, sed prouocentur. Sed suaue asseritis mori
pro libertate. Quis negat & illud: tamen dulce viuere pro libertate. Nam qui amicitiam offert, li-
bertatem promittit. Quòd si seruitutem inferat, tunc erit certè opportunior moriendi voluntas, si
oportuerit mori: Nũc autẽ vitã offerunt, nolãt occidere. Timidus autẽ est, & qui nõ vult mori quã-
do oportet, & qui vult quando non oportet. Quis enim ignorat fœmineæ timiditatis esse, & mulie-
bris * fortitudinis, ne moriare, mori velle? Deniq; pauidæ mulieres, vbi aliquod imminere sibi perí-
culũ cognouerint, solẽt se præcipitio dare. Angusti enim animi molẽ formidinis, & metum mortis
sustinere nequeũt. Vir autem patiens, qui præsentia non timet, & futura cogitat, nescit trepidare,
vbi nõ est timor. Deniq; scriptũ est, quia animæ effœminatorũ esurient, quæ cibum vtiq; virtutis
non habentes esuriunt: ideóque ad mortem ante tempus festinant. Neque enim repletus cibo gra-
tiæ spiritalis, sibi ipsi manus irrogat: cùm scriptum sit: Quia os imprudenti mortem inuocat. Et I
iterum dicit Scriptura: Et qui non curat seipsum in operibus suis, frater est eius, qui seipsum in
operibus suis, † frater est eius, qui seipsum exterminat. Condemnatur ergo qui seipsum percusserit.
Quid enim tam contra legem naturæ? Quid etiam tam contra naturã omnium animantium? Qui-
buslibet feris licèt atque agrestibus, insitum est se amare. Naturæ enim lex valida est velle viuere,
nec sibi mortem asciscere. Denique ferro in se armari omnia genera animantium, nec si velint, pos-
sunt. Informem lethi laqueum homines inuenerunt, feræ nesciunt. Sed morsus ferarum arma
sunt, dentes eorum gladij. Quando tamen quisquam audiuit, quòd sibi aliqua fera proprio morsu
membrum ademerit? aduersum alios faucium suarum armis vtuntur, aduersum se oculis. Nobis
quoque quid tam dulce quàm vita? Quid tam inimicum quàm mors? Denique qui vitam protexe-
rit, patronus est: qui mortem appetere tentauerit, insidiator est. Quod ergo in aliis execramur, si
nos appetamus, ipsi nobis volumus inferre: & quod ab aliis pro pœna exigimus, hoc ipsi nobis ir-
rogamus pro gratia: & gubernatorem si commissam sibi nauem saxo illidat, persequimur: nos com-
missum nobis nostri corporis gubernaculum ferro extinguimus, & voluntario naufragio addici- K
mus? Sed obiicitis mihi mortem maturam, cùm in potestatem hostium fuero deductus. Quid er-
go lucrificiam si quod ab hoste metuo, hoc ipse mihi inferam? cùm possit accidere, vt quod suade-
tis mihi facere, non faciat inimicus? Huiusmodi istud est, acsi videns gubernator tempestatem fu-
turam, tempestatis gratia declinandæ nauem fluctibus immergat. An quia grauiora supplicia exa-
cturus est aduersarius, ideo præueniendum putatis? vel quia strenuum arbitramini, vt in nos ipsi fer-
ro vramur? Sed id imbecillatis suffugium est, non virtutis trophæum, captare lucrum suppliciorum.
In hoc igitur inhæremus, quòd nec insignia habeat fortitudinis, nec profectum vtilitatis. Quid au-
tem attexam * violati depositi religionem? Deus omnipotens thesaurum nobis optimum dedit, at-
que inclusum in hoc vase fictili, & cõsignatũ cõmisit nobis custo diẽdũ, quoàd ipsi placeat reposcere.
Nónne in vtroque crimẽ est, vel reiicere depositũ, nõ reposcẽte qui dederit: vel reposcenti negare?

Si

† *sacrilegum*

Mori in bello glorioſum.

Mori à ſeipſo lacrocinium eſt, ab hoſte beneficium.

† *deſtinatus*

† *eligit Saul ſe peremit.*

† *in omnes*

† *parcunt* * *parcam*

* *formidinis*

Patiens præſentia non timet.

Vet. cod. aſcripſit habebat: frater eſt ſua opera diſſipatis & eius, &c.

Vita nihil dulcius.

Pulchra comparatio. Cõtra Plinium qui homini optimum putauit, mori cũ voluerit.

* *violari*

A Si hominis depositum violare pœna infamiæ est, quantò magis violare depositum Dei? Depositum Dei in anima est in hoc corpore, anima quæ mortis istius capax non fit. Non enim vllo mortis vinculo astringitur atque alligatur, sed videtur mortem operiri, cùm soluitur corpore, atque de commisso sibi contubernio seiungitur. Cur igitur ante repetitum depositum mortem irrogamus, & animam quasi inutilem nobis remittimus, atque è domo nostra excludimus, & corpus sine decore & gratia sui in terram resoluimus? cur exeundi hinc præceptum non expectamus? Miles tesseram expectat, seruus imperium. Si quis horum sine præcepto exierit: alter desertor, alter fugitiuus est. Qui hominem fugit, pœnæ est obnoxius, quamuis improbum fugerit dominum: nos optimum omnium fugientes, possumus non astringi impietatis flagitio? Num etiam illud præterit nostram opinionem, quòd apposuit Deus angelum in circuitu timentium eum? Est ergo qui prohibeat: nisi præceptum acceperit? Si nullum præceptum, nullum viaticum. Et quomodo peruenie-
B de paradyso, quia non seruauit mandatum. Dicitur ei: Adam vbi es? Quasi ei qui fugerit, quasi ei, cuius apud Deum non est præsentia. Nónne & mihi dicetur, vbi es? qui præter præceptum venisti, quem ego naturalibus vinculis non relaxaui? Tollite eũ in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium, & dolor. Hæc non solùm moribus hominũ, sed etiam legibus interdicta accepimus: Namque alij insepultos proiici iubent eos, qui se in ferrũ deiecerunt. Dignum est enim, vt qui patris imperium non expectauerunt, priuentur quasi quodam matris gremio, terræ sepulchro. Alij dexteram manum abscindũt defunctis, vt separetur à membris sui corporis,* quod aduersus corpus suum vesano militauit furore. Sed hunc exitum sacrilegi ferunt, aut proditores, vel percussores parentum, qui verum patrem non agnouerunt, nec sese cognoscunt. Ideo aut penitus sepeliri prohibentur, aut non toti sepeliuntur. Animas quoque eorum non paradysus recipit, sed inferorum tenebræ, sæuáque supplicia. Hæc mihi reputanti, quanquàm omnia erepta sint, sola tamen terrori ac formidini sunt: * nec mihi ipsi inferam, quæ nec hostis poterit inferre: & illa paradysi eripiam, quæ
C Romanus adhuc non potuit eripere. Certè accelerare potuit, non poterit auferre, quæ sola impatienter desidero. Non enim vitæ huius vlla me cupiditas tenet, in qua nec apud ciues, nec apud hostes cepi, quod delectaret. Isti mihi pacem negarunt, illi patriam eripuerunt. Inter tot mala, quid potest suauitatis in hac vita superesse? Tu modo omnipotens Pater, qui naturæ autor atque arbiter es, honestum largire exitum, tu rumpe naturale hoc vinculum: redde animam meam secretis suis. Extinctus sit populus, ereptum ius, libertas infracta: non præuaricabor tamen legem tuam, vt moriar iniussus. Expecto, vt iubeas, expecto, vt volentem liberes. Multos habes tui imperij executores, à te expecto imperium, ab executore ministerium. Bonum est mori: sed moriar, vt Hebræus, non vt latro, non vt carnifex, non vt hostis. Victus sim licèt bello, mancbo tamen, quod natus sum, vt Abrahæ patris hæreditatem non deseram. Non transibo in numerum hostium, vt ipse meus percussor sim. Offerre me hosti percutiendum sine pietatis possum dispendio: manus meas † mihi in hostem conuertere sine scelere non possum. An verò metus est, ne non liceat nobis secundũ legem viuere? Reuerà nunc magna libertas est, quibus nunc licet secundũ legẽ mori.

Depoſitũ Dei anima eſt in hoc corpore.

Angelus hominum cuſtodiæ deputatus. Vide annot. noſt. in li. Tertull. de Anima. Gen. 2.

* *qua Pœna eorum qui ſe interimunt.*

* *ne mihi*

pia oratio ad Deum.

† *mihi pro in me. &c. vt in hoſtem.*

D Hæc Iosephus allegabat, quò euacuaret voluntariæ mortis * affectionem. Sed illi, qui semel sese morti deuouerant, quia verbis resistere non poterant, gladiis quasi feriturí illicò, virum circunsterêre, nisi acquiescendum putaret. At ille circundatus, alium Ducis reuocabat authoritate, & virtutis constantia, alium seuero obtutu conueniebat. Huius reuocabat dexteram, illius inflectebat iram, mulcebat consilij salubritate. Diuersis modis vnicuique irrationabilem extorquebat furorem. Etenim quamuis vltima sors victi dignitatem extorserat, non penitus tamen aboleuerat reuerentiam. Paulatim itaque deponebantur manus, recondebantur gladij, tamen intentio perseuerabat. Cùm videret vnum à pluribus se obsessum teneri, siue casu quodam, siue consilio † commentatus est, vt minueret numerum repugnantium. Cõmittamus, inquit, sorti moriendi ordinem, vt se nemo subtrahat, cùm sors conueniat vniuersos. Istiusmodi conditio sit sortis, vt is, † qui sortem exierit, ab eo qui sequitur, interimatur. Itaque fore vt sors vnumquemque, non propria voluntas morti adiudicet. Stet igitur vnusquisque sub sorte iudice, &
E exors sceleris, & liber captiuitatis, vt non alieno arbitrio † celeret, aut declinet suo, mortem futuram. Nemo recusare poterit euentum, quem vel casus intulerit, vel voluntas Dei signauerit. Fidem fecit oblatio, & vniuersorum assensus sorti acquieuit. Quisque sorte est designatus, paratam sequenti necem præbuit. Itaque accidit, vt interemptis reliquis, Iosephus cùm altero superesset neci. Manebat necessariò, vt aut sorte condemnaretur, aut certè si exitio superesset, sanguine socij contaminandus foret. Suadet vt sorti † renunciaret. Sic domesticum euasit prælium, & per Nicanorẽ ad Vespasianũ deducitur. Fit cõcursus ad eius aduentis spectaculũ, Romanis ferè omnibus cõfluentibus, alij videre deiectũ desiderabãt, quẽ paulò antè in amplissimo honore positũ, summæ rei præesse intuebãtur: alij certabãt capto illudere, alij vices rerũ humanarũ tã varias atq; flexibiles mirabãtur. Pleriq; cõsultiùs ingemiscebãt, qui in alienis casibus sibi posse eadẽ accidere reputabãt. Tit⁹ prę cæteris mouebatur, ingenita animi mãsuetudine: illũ dudũ bellatorẽ superbũ subitò potestati addictum hostium, alienî † motus sortem operiri vitæ naufragum, exulem spei, incertum salutis.

C A P. XVIII.

* *aſſertionem*

† *commentus Sortitio moriendi.*

† *qui ſorte*

* *acceleret*

* *renunciaret videlicet vtrique. Ioſephus per Nicanorẽ ad Veſpaſianum deducitur.*

† *mutuũ ſors*

Tantum valere momenta in præliis, vt breui casu dispares sui reddant, cùm aut potentes deiiciũtur, F aut afflicti leuantur. Itaque pars melior, eorum scilicet, qui honore potiebantur, mitiora consilia dabant: maxima tamen portio salutis apud patrem Iosepho Titus fuit. Vespasianus eum asseruari præcepit, ne fortè elaberetur.

Titus pro Iosepho intercedit.

CAP. XIX.

INDE paucis post diebus Ptolemaidem repetit, atque inde Cæsaream contendit, vrbem Iudææ maximã, sed magis gentilibus refertam inhabitantibus: vnde cum plausu & lætitia suscepêre exercitum Romanum, non solùm Romanæ societatis exoptata sibi gratia, sed insito quoque odio plebis Iudææ: cuius principẽ Iosephum oportere puniri maximis clamoribus vociferabantur. Quam Vespasianus, vt vulgi iram sine iudicio conceptam, silentio dissoluit. Et quia ad hyemandum, & tempus opportunum, & ciuitas erat, duos ordines in Cæsarea constituit, decimum quoque & quintum ordinem in vrbe Scythopoli, ne Cæsarea totius onere exercitus attereretur. Ideóq; vrbs memorata Dianæ Scythicæ consecrata, tanquam à Scythis condita, & appellata ciuitas Scytharum, vt Massilia Græcorum: situs loci declarat ingenitam duritiam cõditoris, patientia magis camporum, quàm conducibilia habitationis vsui delegisse. * Namque aperto & aspero hyemis, & feruenti tempore æstatis plus laboris habent, quàm delectationis: quoniam & hyeme plus frigori patent, & grauior in his locis æstatis flagrantia est, in quibus solem totum recipiunt sine vlla arui virentis amœnitate. Itaque campestris & maritima regio memoratæ vrbis, etiam æstu maris ampliùs vaporabatur.

Cæsarea Scytharum.
Massilia Græcorum.
Al. Namque aperta & aspera hyems, & feruenti tempore æstatis.

CAP. XX.

NEC tamen à negotiis bellicis Vespasianus vacuus erat: Cognito etenim diuersis ex locis ad vrbem Ioppem sese contulisse plurimos: eámque sibi opportunam ad excursus piraticos, reparatis ædificiis, quæ à Cestio destructa fuerant, instaurauisse: quoniam vastata regione, subsidium alimoniæ mari quærebatur, diligenter explorauit omnia. At illi statuentes huiusmodi nauigia, quæ vsui prædonum accommoda forent, speculati commeantium transitus, vniuersa propè Phœnicis atque Ægypti commercia populabãtur, adeò vt crebræ prædationis terroribus, omne illud mare clauderent, atque indubij periculi metu nauigandi vsus interciperetur. Quo comperto, pedestris militiæ manum, & equitum plerosque pergere iubet, & nocte Ioppem ingredi. Quod facile factu fuit, cùm H custodia nulla ciuitati † prætenderetur: quoniam euersa vrbis fama, nullas excitatura Romani curas Ducis æstimabatur. Præsentes tamen erant, sed non ausi resistere, atque ingressum negare Romanis aduenientibus, nauigiis ascensis, vltra iactum progressi sagittæ, in mari pernoctauerunt. Res postulare videtur, situm littoris eius, quo prætexitur Ioppe, breuiter exponere, vt quemadmodum sine vllo prælio prædictæ vrbi secunda clades fuerit, liquidò manifestetur. † In portu est natura ciuitas, cuius ab ora maris littus asperum directumque, sed cornibus vtrinque leuiter inflexum: in quibus profundæ rupes, saxáque ingentia, quæ mari promi-nent. Et cum de imo maris surgant, in mare excurrunt tamen: vnde etiam Andromedam illic fuisse cum ceto obiectaretur, formæ locorum atque ipsæ rerum species prodere videntur, non mediocrem vetustis fabulis fidem accommodantes. Cædentibus itaque littus aduersis Boreæ flatibus, immane, quantum vndæ attolluntur: quæ scopulis illisæ, fragorem ingentem excitant, atque in fluctus relapsæ, inquietum illum maris sinum reddunt, vt plus periculi in portu, quàm in deserto sit. In eo igitur fluctuantibus scaphis, quas ex Ioppe vrbe productas suprà I diximus, ad matutinum flatus vehemens ingruit, quem Melamborium per ea locorum nauigantes vocant, statimque inter se vndis impellentibus scaphas miscuit, atque inuoluit: Alias ruptis anchoralibus egit in petram: aliis cùm in aduersum mare violenter subrigerentur, saxosi littoris periculum, vel à Romanis, qui se circumfuderant littori, nautis fugientibus, clades occurrit, vndáque præcelsa more supereminens oppressos demersit. † Nec confugiendi vllus erat locus, nec manendi spes, cùm ventus de mari expelleret, Romani vrbe excluderent. Grauis erat nauigiorum sonus, cùm inter se colliderentur: intolerabilis hominum gemitus, cum frangerentur. Qui vbi vacillantibus alueis videbant mare irrumpere, alij se præcipitabant natandi peritia. alij dum in appropinquantes exiliunt scaphas, in mare lapsi, concursu alueorum proterebantur. Plerique cum ipsis in profundo sidebant myoparonibus, quos enatandi fiducia * destituerat, minore tamen cruciatu, quibus ars deerat, vel spes vlla tentamentorum mors transfigebat. Cæterùm natare adorsos, conuulsa nauium fragmenta crebris quatiebant ictibus, lateribusque illisa miseros artus fœdè mulctabant, aut scopulis impulsos inter ipsa amplectendi littoris vota, mors K sequebatur: qualecunq; tamen habentes solatiũ in terris periisse. Miseranda itaq; facies erat, cũ excusso infœliciũ cerebro, cautes aspergerẽtur, sanguine maderent littora. Cerneres infectũ cruoribus mare, repleta omnia cadaueribus. Et si qui fortè euaserant, appropinquantes littori interficiebantur: æstimantibus Rom. quòd nõ ex locorũ asperitate, vsúq; ventorũ in illis locis desæuiret procella, sed diuina indignatione præter solitũ cõspirantibus vẽtis mare inuolueretur, ne Iudæi euaderẽt: & ideò metuẽtibus eis parcere, quibus Deꝰ nõ pepercisset. Fuêre qui se ferro interficerẽt, tolerabiliꝰ rati ferro, quàm naufragio perire: † Alij qui cõtis protrudere volẽtes, nauigia perforauerint: nõnulli, qui lapsos in mare, si fortè oratẽt, vt à nauigãtibus eleuarẽtur, remis repellerẽt, aut telo feritẽt. Quod ideo non prætermisi, quò clareat ab ipsis sibi Iudæorum populis, quã ab hoste periculũ maius fuisse, qui seipsos interimebãt: quasi exigua essẽt ad eorũ exitiũ, infesta simul omnia, cœlũ, hostis, mare, rupes.

† Importuosa est natura. Ioseph. lib. 3. cap. 15. Andromedæ lacus.
Ioseph. lib. 3. c. 15. Melamborium.
† Nec fugiẽdi erat vllus locus.
** detinuerat*
† aliqui cõtis

Quatuor

A Quatuor itaq; millia quingẽtáque defunctorum numerata corpora, quæ † despuerat mare, sine bello capta vrbs, & excisa à fundamẽtis. Sic in breui tẽpore secũdò Ioppen Romana manus diruit. Quod iure Vespasianus præcipiendum putauit, ne iterum illic piratica conderentur habitacula. Vnde & equitatum eò loci, illinc cum peditibus paucioribus licèt proficiscens, reliquit vt pedites in loco manerent, ne quid auderet prædonum manus assueta latrociniis: equites autem † percursarant finitima regionis, vicosque & oppida, quò penitùs omnia (ne conspirarent in aliquos ausus) diruerẽtur.

† despuerat Ioppe à fundamẽtis excisa.
** percursarẽt.*

DVM hæc in Ioppe geruntur, quamuis procul Hierosolymitani degerent, nec sic quidem à cõsortio cladis † feriabantur. Auditis enim, quæ gesta à Romanis fuerant in Iudæa & maximè, quia Iosephum interfectum compererant, primò, quia de locis ad eos index nullus aduenerat, non credebant: deinde Ducem tantum non temerè in manus hostium incidisse arbitrabantur. Et reuerà nullus nuncius tantæ † cladis superfuerat, † & hoc ipsum supremi excidij fama, quia nullus index supererat, astruebat periisse omnia, nihilque resedisse, vel ad indicium rerum gestarum. † Manebat opinio quouis maior relatu, quòd ipsa incertos dum † tenent silentia, credebantur omnia quæ ti-B mebantur: tantumque aberat, * quò verius aliquid nuntiaretur, vt etiam quæ gesta non fuerant, adiicerentur. Nam Iosephum quoque interfectum fama * asseuerabat, idque dolori maximo fuit vniuersis. Sed vbi eum apud Romanos degere compertum, tanto odio persequebantur, vt cuius primò mortem dolebant, eiusdem vitam vel ignauiæ vel proditionis indicem detestarentur. Hinc maior in Romanos commotio, vt se de Iosepho vlciscerentur. Et quo magis eorum res inclinabatur, eò ampliùs in bellum accendebantur. Vbi finis esse debuerat, inde exordium malorum capessebatur. Nam sapientibus, aduersi exitus rerum, ad cauendum magis documento sunt, ne rursus eadem accidant, quæ iam malè cesserunt. Imprudentibus autem incentiuum miseriarum. Debuerat ergo Hierosolymitanis causa sobrietatis esse sociorum periculum: sed quia noluerunt intelligere, vt benè agerent, in exitium vertit.

CAP. XXI.

† feriebantur vt intelligas eos non percussos, vt sub capitis huius finẽ etiã refert Egesip.
† cladi
† & hoc ipso manabat
† terrent
** asseuerauerat*

VESPASIANVS tamen, vt & ipsa mora in melius consuleret sibi, & à labore exercitus paulisper requiesceret, roganti cessit Agrippæ, vt in vrbe regni eius Cæsarea Philippi viginti ferè interponeret dies, simul vt ægra partium eius à commotionis & discordiæ furore resipiscerent, qui se interuentu Regis susci pi posse, si conuerterentur, agnoscere deberent, cùm tam sedula officiorum fœdera inter Regem & Romanos interuenirent. Denique Tyberias proxima Cæsareæ remedium non abnuit, sanitatem inuenit. Nam & ipsa graui morbo dissidẽtis inter se plebis exæstuabat. Vnde Vespasianus tres ordines validiores acciri, & Scythopolim petere, directo in negotium filio decernit. Ea erat decem vrbium maxima, vicina Tiberiadis. Inde appropinquare muris Valerianum cum quinquaginta equitibus iubet, qui pacifica suaderet, & ad fidem societatis clausos vocaret, vt congregati exercitus terrore, auersos percelleret, nuntius pacis volentes inuitaret. Valerianus propè muros equo desiliit: eadem fecêre etiam ij, qui simul propiùs accesserant. Quos pro numero spernendos arbitrati, Iesus prædatoriæ manus Princeps, cum suis, qui pariter incessere ausi, repentina eruptione deturbant loco, cædentésque simul quos deduxerant equos inuolauêre: dementes qui non aduerterent, consultius Valerianum cessisse insolentiæ, quàm spolia de his, qui pacem offerebant, vsurpauisse. Denique seniores offensi facinoris acerbitate, vrbem relinquentes, ad Vespasianum precatum venêre, ne paucorum insolentia vniuersæ plebi asscriberetur. Vespasianus ilicò ad vrbem D Traianum direxit, vt exploraret, si populus insidiatorum temeritatem auersaretur. At illè conuenientia populi studia, seniorum precibus annuncians, fidem legationi accumulauit. Ita petentibus venia data: maximè quia solicitum Regem pro totius vrbis statu Vespasianus intuebatur. Cuius fide interposita, nihil tale ausuros posteà, delicti gratiam volens cessit.

CAP. XXII.

Valerianus cædit insolẽtes.

INDE Taricheas solicito atque instructo agmine petit, eò quòd plurimum ad ipsam vrbem propter munitionem loci confluxerat multitudinis: & quia muro eam vallauerat Iosephus, nisi quà pedestribus inuia Generasi lacus fluctibus alluebatur, ideo nauigiis congregatis, anceps bellum fremebat. Si terrenum inclinaret aduersum se prælium, ad naues confugerent: si nauali certamine cederent, vrbem reuiserent, muriſque sese ambientibus defensarent. Consimilia vtrobique præsidia, vel in vrbe Tyberiade, vel Taricheis. Sed Taricheis † perniciora ingenia: † muris validior Tyberiadis. Sed & Taricheorum furor promptior, vt si necesse esset, miscerent omnia, naualia terrenis certamina, terrena classicis. Denique circumuallati aduersa acie, cùm maiora auderent viri-E bus, nec aduersus dispositionis Romanæ moderamina, veterani quoque exercitus virtutem quicquam temeritas promoueret, priusquam aliquid exitij subirent, versi in fugam, ad naues conuolauêre. Quibus confertis, tanquàm densata acie prælia batur, ac si in terris manu res gereretur. In campo etiam multitudo innumerabilis hostem præstolabatur. Eo cognito filium cum delectis equitibus Vespasianus direxit. Qui vbi se ingentibus circumfusum copiis vidit, ad patrem quidem retulit maiorem esse hostium multitudinem, quàm opinio comprehẽderat: sed conuocatis, quos secum deduxerat, bellandi incentiuum huiusmodi * alloquio infudit.

CAP. XXIII.

† peritiora
† murum
** alloquium*

VIRI, inquit, Rom. meminisse enim vestri vos nominis & generis præliaturos decet, quorũ manꝰ nemo effugit, qui in orbe Romano est. Vnde enim hoc nomẽ vniuersis terris nisi vincẽdo dedistis? Meminisse etiã loci oportet, in quo nũc sitis, & aduersum quos Rom. bellũ geratis. In extrema enim parte orbis terrarũ cõsistimus. Tãta ergo terrarũ spatia trãseũntes, nihil alienũ vidistis. Quid enĩ vobis alienũ, quorũ in possessione orbis terrarũ est? Quicquid vbiq; est ius vestrũ est: quicquid incolatꝰ

CAP. XXIIII.

Oratio Titi ad socios hortans eos ad prælium.

** currebatis benè quis statuit.*

F vniuersorum tenet, possessio vestra est.* Currebat is benè, qui statuit vestros orbe toto currentes triumphos, quos non Hasdrubal Pœnus, non Pyrrhus Aeacides, non Brennus Capitolinis vestibulis incumbens, non Persarum cateruæ, non Ægyptiæ phalanges statuere potuerunt: Hos statuit rebellis Iudæa ineruditam præferens bellandi temeritatem, rixæ quàm pugnæ aptior. Neque enim est, quod vereor, sed plenum verecundiæ arbitror, quòd vos vincendo defatigamini. Illi autem quoties vincuntur, audaciam sumpsêre: &* lassati vos rebus secundis, cùm illi aduersis duriores sint. Attollite igitur animos Romani viri, & aduersus cateruas hostium, freti patria virtute, exurgite. Neque vos numerus moueat plebis Iudææ, cùm illos tot vestræ virtutis insignia non deterreant, quæ longè numero validiora sunt. Neque enim vlla in Hebræis vel rei militaris scientia, vel præliandi peritia, vel moderandi gratia, nullus disciplinæ vsus, nulla tolerandi patientia: Solùm in * prælium deferunt mortis contemptum, sed nemo vnquàm moriendo vicit hostem, sed perimendo. Illi nesciunt arma nisi in bello, nos in pace armis exercemur: vt in bello casus belli dubios non sentiamus. Insuetis enim euentus dubij: veteranis solennis triumphus. Quid enim aliud agimus quotidiè, nisi vt nobis vana nunquàm prælia sint? Vnusquisque domi quasi in prælio exercetur, vt in prælio G meditatio quædam certaminis sit. Denique non errauerit quisquam asserens, quòd meditationes nostræ, bella sine sanguine sint, bella nostra meditationes sint. Progredimur in bellum muniti vndique, tegitur galea caput, lorica pectus, totúmque clypeo corpus: vbi feriat hostis Romanum militem, reperire non potest, quem ferro septum circumspicit. Aliis talia arma oneri sunt, nobis integumento, quia vsu leuantur. Aduersum inermes igitur ac nudos prælium nobis est. An verò metuimus, ne numero circumueniamur? Primùm liber in præliis equitatus est, cedendo atque insequendo * bellum proludit. Et quamuis maximas acies circumcursat, & quibus libitum fuerit spatiis excedit. Deinde in ipso pedestri certamine, non tam numerus plurium conficit pugnam, quàm virtus paucorum. Multitudo enim disciplinæ insolens, ipsa sibi est impedimento: in prosperis ad victoriam, in aduersis ad fugam. Virtus verò patiens & secundis valescit, nec vsque ad finem labitur in aduersis. Accedit illud, quòd assuetudo victoriarum, incentiuum nobis sit præliandi. Nam etsi illi pro patria, pro liberis dimicant, non ideo promptiores eos esse quàm nos oportet. H Neque enim minus est, imò haud scio, an etiam ampliùs † nobis, quàm pro nostris decernere. Pro nobis præliamur, & cùm præliamur pro gloria, ne minores simus eo quod sumus. Quis ergo dubitet, plus esse pro gloria decernere, quàm pro salute? Nobis autem bellum hoc pro existimationis est periculo, ne ius partum intercidat. Periclitamur etiam victores gentium & principes orbis terrarum: Iudæis pares videri, quos ex æquo nobis † in aduersariũ cõstituimus, si nõ aliter nisi pari numero congrediamur. Maiores nostri magnas hostium copias parua manu frequenter fuderunt. Et quid nobis conferunt quotidiana exercitia? quid diuturnus labor, si pares ad prælium venimus? Nuntiauimus quidem de numero patri, quia non licebat aliud, sed aduertat nos, non de periculo metuisse, sed reuerentiam belli arbitrio reseruauisse. Licet prælibare bellum, tenere hostem, rapere victoriam, dum adiumenta veniunt: ne non tam superatos aduersarios communi robore, quàm protectos nos virtute sua iactent, qui venerint. Quo igitur ore in conspectum patris veniemus, si bellum incipere timuerimus? Quo pudore degener filius subibo oculos tanti viri, qui nesciat militem suum nisi victorem videre? Quomodo eius me militem probabo & filium, I cùm ille semper triumphator: ego etiam meo, quod grauius est, victus iudicio, qui hosti Iudæo cesserim? quid vobis fiet condemnato Duce, quem vobis pater securus commiserit? Sed malo de virtute ducis vos, quàm de ignauia causas dicere. Proruamus igitur in aduersarios, properemus, † proteramus hostem. Primus in periculum excurram, vos sequimini, vt depositum patris custodiatis, & commissum patris reseruetis. Ego autem non periculi socios exigo, sed consortes victoriæ. Vos tamen cauete, ne oblatam vobis palmam triumphi, aliis reseruasse videamini, vobis eripuisse. Certè si secus cesserit, malo me filium pater in vulneribus meis recognoscat: si in militibus suis non recognouerit. Ponamus tamen offendi patrem prælij aggressione. Quid igitur tolerabilius, præripuisse victoriam, an deseruisse? In præripiendo properatio fortitudinis est, in deserendo culpa ignauiæ. Condemnet certè victores pater, reatum huiusmodi non reformido: malo reus esse triumphante Republica, quàm læsa innoxius. Vtinam Manlij Torquati filium, vel in solo mihi liceat imitari periculo, quem securi pater iussit feriri, quòd contra imperium patris exercitum in hostem produxerat. K Stabat hostibus cæsis adolescens, amictus adoreis triumphalibus, sub carnifice mortis securus, quoniam beatissimum putabat in victoria mori. Quid enim illustrius, quàm vitam triumpho claudere, nec ad incerta rerum seruari post certam victoriam? O expetendum prudentibus crimen victoriæ. Vtinam & nobis hoc obiiciatur, quòd vicerimus. Certè illo exemplo solus ego periclitabor, vos triumphabitis. Et tamen non prohibuit nos pater pugnare, sed iussit, quos ad pugnam direxit. Vnde magis indignaturum arbitror: cessisse nos Iudæis, cùm possemus vincere, quàm pugnauisse.

† lassati — ** prælia* — *Militares exercitationes.* — ** prælium* — ** pro nobis* — *Ducis virtus animat militem.* — ** in aduersarios* — ** præueniamus* — *Manlius Torquati filius.*

CAP. XXV.

HÆC dicens, primus equum in hostem egit, & clamore magno sequuti cæteri: toto campo extendebantur, quo etiam plures æstimabantur. Traianus quoque cum trecentis equitibus missus à Vespasiano, iam progrediente Tito superuenit. Nec diutiùs resistere potuerũt Iudæi, cùm virorum cõtis, & fremitu equorum perturbarẽtur. Conuersi itaque in diuersa alij, plerique vrbem petebant.

Emicat

A Emicat Titus, & alios à tergo fugientes opprimit, alios cædit, palantes vniuersos præuerso itinere à muris repellit, & obuius recurrentibus fugam intercludit. Rursus tamen dum alij sternuntur, elapsi alij, quibus vrbs refugio erat: sed † illis quoq; acrius prælium. Nam qui de locis finitimis affluxerant, à principio pacem præferebant, sed populus superueniens inuictis bellandi studia extorserat. Inde intra vrbem dissensio, & tumultus grauis, quo strepitu excitus, se conuertit ad milites Titus: Hoc, inquit, est tempus sanctissimi commilitones, quod † expetebam. Inter se hostes intra vrbem tumultum serunt, foris cæduntur, intùs digladiantur. Festinemus itaque, dum adhuc dissident, ne fortè periculi metu in gratiam redeant. Itaque ascendit equũ, quo desilierat, muris proximus, & cõuersus ad lacũ, per fluctus aquarum vrbem petebat, primúsque in vrbem irruit, † & posteà cæteri. Statímque omnes, qui interiùs erant, dispersi in fugam, alij prosternebantur, alij ascendentes nauigia, in lacum demergebantur, cæsi intùs multi mortales. Sanè qui de agris erant, offerebant sese Romanis alienos culpæ asserentes, quibus pio moderamine Titus parcendum putabat, solos vrgens rebellionis autores. Misit itaque ad patrem equitem, qui nunciaret euentum victoriæ. Quo delectatus Ve- B spasianus, & maximè filij triumpho, qui maximam portionem totius belli confecerat, quod aduersus Iudæam gerebatur, eò contendit, & iussit obseruari vrbẽ diligentiùs, ne quis elaberetur, eò quòd vniuersi pœnæ deberentur. Alio tamen die, propter eos, qui in scaphas sese contulerant, rates fieri iussit: quæ sine mora factæ, quoniam & syluæ finitimæ, & operarij plerique accelerandi muneris facultatem dedere.

Titus irruit. — *† illic* — *† expectabã.* — *† & post eũ cæteri.*

CA. XXVI.

NAMQVE lacus ipsius, velut quodam maris ambitu sinus amplissimus, in longitudinem centum quadraginta extenditur stadia, latitudine quadraginta diffunditur, crispantibus aquis auram de seipso sibi excitans. Vnde & Genesar dicitur Græco vocabulo, quasi generans sibi auram aquæ dulcis, & ad potandum habilis. Siquidem nec palustris vliginis crassum aliquid aut turbidum recipit, quia arenoso vndique littore circumuenitur, & temperatior est fluuiali aut fontis rigore. Frigidior tamen placidæ paludis æquore, eo ipso quòd non in stagni morem sternitur aqua, sed per diffusiora spatia lacus frequentiùs auris spirãtibus agitatur: vnde & purior haustus eius, ac mollior est ad vsum C bibendi, & si quis naturali gratię studium adiungere velit, vt æstiuis suspensam, ad auras noctibus more incolarum potui patet, haudquaquam à niuis ritu distare arbitretur. Genera quoque piscium gustu & specie, quàm in alio lacu præstantiora. Res exigere videtur, vt Iordanis ortum, quem alibi promisimus, aperiamus: Nam superioris æui dubio, vtrùm de lacu Genesar flumen, cui nomen Iordanis, exoriretur, Philippus Tetrarches Trachonitidis regionis falsam opinionem redarguit, erroremque absoluit, mittens paleas in Phialam, quas in Pannio fluuius ebulliuit. Vnde liquet non exordium esse Iordanis in Pannio, sed fluentum. Non enim ibi fons eius est, vt ab eo, vsu cæterorum fluminum cœperit, sed de Phiala in Tracho eodem subterraneis deriuatus meatibus: ibi iterum quasi fons scaturit, atque emergens proditur. Est autem Phiala in Thrachonitide terra, centum viginti interiacentibus stadiis, vsque ad vrbem Cæsaream. Phialæ autem nomen † spes dedit, quasi rotæ qualitatem exprimens, quòd ita iugiter plena est aquarum, vt neque superfluant, nec rursus aliqua deriuari minutione intelligantur. Inferiùs itaque mensura quadam labitur aqua, & vbi Panniũ est rursus ebullit, vt paleis resurgẽtibus manifestatũ est. Ita ibi Iordanis resurrexisse proditus est, D vbi nasci à superioris temporis viris existimabatur. Nec tamẽ à principio eadẽ Pãnij, nisi sola naturalis gratia, sed † regalis Agrippę munificentiæ ornatus loco huberior, splendidiórq; aditus, quo spelæum decore admirabili, per quod sese attollit Iordanis extructum venustatúmque accepimus. Vnde nõ latenti iam, neque abdito per cauos terræ meatus, sed visibili per terras, atque, aperto flumine incipiens, superfundere se Semechonitidem lacum, paludésque eius intersecat. Inde quoque cursus suos dirigens, centum viginti stadia sine vlla interfusione progreditur vsque ad vrbem, cui Iulias nomen: posteà lacum istum, qui Genesar dicitur, medio transit fluento, quibus ex locis plurima circumuagatus deserta, Asphaltite suscipitur lacu, atque in eum conditur. Itaque duos lacus victor egressus, in tertio hæret. Prætendit autem regio Genesar, eiusdem nominis lacum, de quo & ipsa vocabulum assumpsit, mirabili naturę gratia, & specie pulchritudinis. Nam & spontaneos fructus soli hubertas ministrat, & nemorum ferax in vniuersa genera sponte se subrigit: arborum pomiferarũ & culturæ solertia imitata naturam, in quos voluit vsus, opimæ fœcunditatis deflexit gratiam, vt nihil sit illic, quod natura negauerit, nihil quod cultura præterierit: ita aptus omnibus, nec vllis vnquã E alienus fructibus. Cuius tanta temperies, vt omnium nascentium conueniat diuersitati. Illic & quæ frigore aluntur, sese multipliciter effundunt, & quæ æstu fouentur. Illic æstiua hybernis mixta simul aspicias, arctoas nuces, & dactylos nisi locis feruentioribus generari nescios. Quid ficus aut auleas loquar, quas cœli mollior alit tractus? Nec tamen æquantur illis superioribus: Illi enim principales Palestinæ, & quidem domestici fructus, eóque huberiores: hysuppares, & licèt longo interuallo, sed tamen † proximis, dicas naturę & temporum iucundam contentionem. Illa quasi mater fœcũda omnia creat, horum temperies quasi bona nutrix, molli fœtu vniuersa educat. Itaque non solùm affatim generantur pomorum diuersitates, sed etiam conseruantur, vt aliqua genera maxima parte anni non deficiant: reliqua omnia tota anni ętate vsque ad finem supersint. Nam & vuæ & ficus, quę sunt in insitiuis, regalis cuiusdam gratiæ, decem mensibus sine vllo defectu redundant, & reliqui fructus ramorum, quos vel violentia rura sponte propria procreauerint, vel ingenerauerint indu-

Genesareth lacus vnde. — *Lib. 1. c. 35.* — *Iordanis ortus hic aperitur.* — *Phiala flumẽ* — *† species* — *† regalis Agrippæ munificentia.* — *Descriptio Genesarcuitatis* — *† proximi videtur legẽdũ.*

stria humana, ministerium suum, nisi nouis succedentibus, vsu quodam administrantium deserere F
non norunt. Ad hanc naturæ fertilitatem & aëris temperiem, accedit & fontis gratia, qui memora-
tam regionem genitali quadam irrigat infusione, Capernaum nomen ei, quam Nili fluminis venã,
haud superfluò quidam æstimauerunt. Non solùm quia irriguis arua opima, verumetiam quia huius-
modi creat piscem, vt † coracinum putes, qui in Alexandrino lacu ex Nili infusione reperitur. Lo-
† coracinum. cus quoque de nomine lacus dictus. Prætenditur in longitudine triginta stadiis, in latitudine vigin-
ti. Quoniam de natura loci diximus, ad consummationem prælij regrediamur. Preparatis itaque ra-
A digressione ad prælium porrò describendũ redit. tibus, secũdum præceptum suum, manum militarem imposuit Vespasianus, qui insectaretur eos, qui
nauigiorum effugio pestem euaserant. Quid igitur facerent non reperiebant. Nullus in terris salu-
tis locus, circumfusa hoste omnia, nulla in aquis fugiendi potestas: vt potè lacu clauso, & vndique
Romanis circundato. Nulla etiam in exiguis myoparonibus resistendi fiducia. Quid enim pauci ad-
uersus plurimos facerent, ratibus appropinquãtibus? Tardior quidem harum appulsus, & efficacior
excursus nauigiorum, sed sine vllo sui vulnere soli clypeorum, repercussis spiculis, crepitus audiebã-
tur. Appropinquare non audebant Iudæi, nec impunè quisquam scapha propiùs accesserat, cùm de G
proximo facilè vel telorum figeretur ictibus, vel ratibus demergeretur. Et si quis enare, vel emerge-
re tentauisset, sagittæ iaculo insertus miserabilem in fluctibus vitam deponebat. Nec diutiùs resiste-
re potuerunt, cùm diuerso genere minuerentur. Nanque paulatim cõcurrentibus plurimis ratibus,
† desiliebant ad littora cogebant Romani maximum numerum nauigiorum. Illi verò coarctati aut in terram † re-
siliebant, ibique à Romanis interficiebantur, aut cædebantur ab iis, qui de ratibus vrgebant, aut cõ-
cursu ratium proterebantur, aut ipsi se in lacum deiiciebant, cùm in scaphas eorum hostis insiliret.
Cerneres mixtas sanguine aquas, plenum cadaueribus lacum. Nulli enim parcebatur quicunq; oc-
currerat. Grauis odor, teterrimus fœtor locorum. Sex millia Iudæorum (cum superioribus tamen)
Ioseph. l. 3. ca. 19. quingẽti. & septingenti eo interempti prælio. Victor Vespasianus Taricheas reuertitur: illic regionis populum
ab vrbano discernere parabat, vt qui non fuerãt autores seditionis, reseruarentur. Sed plurimorum
consilio, qui tantam superesse multitudinem, quæ posset recidiua prælia resuscitare, paci aduersam,
& inutilem locis arbitrarentur (vbi enim consisterent patria † excussi? quibus se alimoniis sustenta-
† excluſi rent exortes omnium, nisi rapto viuerent?) sententiam flexit, & spe parata venia mortis præcepit, vt H
egrederentur ea porta, quæ esset è regione Tiberiadis, atque ad eam vrbem cõtenderent. Facilè cre-
diderunt, quod exoptabant. Cœperunt egredi, sed præoccupato itinere, cõmeantia Iudæorum om-
nia clausere agmina, atque in vrbis stadium introduxêre. Ingressus itaque Vespasianus, spectata
ætate vel robore omnium, quos sibi statui præceperat, elegit sex millia iuuenum validiorum, quos
Neroni in Isthmon direxit. Senes autem & inualidos mille ducentos iussit necari, reliquorum tri-
ginta millia, quadringentos vendidit. Vniuersos autem, quicunque de partibus regni Agrippæ re-
perti sunt, Regi donauit, quos æquè Rex accepto pretio, in seruitutis obsequia transmisit. Præterea
populus alius Trachonitidis regionis, & Gaulanitidis, & Ioppeni, & Gadaritæ, tanquàm belli excita-
tores, & perturbatores concordiæ, deserentes propria, incursantes aliena, qui sumptis armis pa-
cem violassent, iustas & debitas pro flagitiorum meritis pœnas dedêre.

I

IEGESIPPI DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ VRBIS, HISTORIÆ

LIBER IIII.

CAPVT I.

Descriptio ciuitatis Gamalæ.

EXTINCTIS Taricheis maxima ex parte, Romani Galilæis vrbibus & finibus potiebãtur, nisi quòd Gaulanitidis regionis vrbs Gamala contumacis populi alebat
spiritus, locis nixa asperioribus: Nanque ea in monte est sita, dextra læuáque præ-
ruptis circumcisa rupibus, ad summum arctatur, à fronte abscinditur profundo K
hiatu, in posteriora aliquantum diffunditur. Ab ea quoque parte angustóque dif-
ficilique accessu, vt caudæ simile iter iudices, ad vrbem meantibus: à summo vertí-
ce collum in immensum extendens, vt arcem tanquàm caput præferat, atque in sublimem erigat
altitudinem: exilis à principio, & tanquàm sinuato cliuosis anfractibus solo, atque in profundum de-
merso. Dein quasi montem quendam ceruicis medio attollens, cætera prærupta atque inuia. Vnde
plerique à superioribus Camalam vocitatam putant, quòd formam cameli præferat, sed corrupto in-
colarum vsu Gamalæ nomen vrbi inhęsisse. Iam si contexta ędificia spectes, suspensam vrbem arbi-
trere, & maximè septentrionalem eius partem pendere existimes, reflexa paulisper meridiana. Ad-
diderat quoque huic vrbi munitiones Iosephus, quibus freti, & confluentis eò multitudinis nume-
ro, Regis Agrippæ per septem menses obsidionem luserant. Nam & ipsa & Sotanis & Seleucia regni

A gni eius portiones erant. Seleucia iuxta amœnissimum illud & celebre per Syriã Daphnes nemus,
cypariſſis arboribus intextum, scatẽs fontibus, quibus prætermeanti fluuio loci, quem minorem
Iordanem vocant, nutrimenta quædam lacteis huberibus infundit. Ea tamen ciuitas, & Sotanis su-
perior, Gaulanitidis portio, inferior Gamalis. Vnde & studiis dissonãtibus illæ societatẽ Romanam
Agrippam intelligit. elegerant. Hæc rebellabat adeò pertinaciter, vt cùm Rex propior muris eos alloqui vellet, fundæ ia
culo sauciaretur. Cuius iniuria Romani accensi, vehementiùs incũbere obsidioni cœperunt: confli-
ctumq; prõptissimè à parte vtráq; quoniã à Iudæis quoque, qui regẽ propriũ violauissent, vtilia sua-
dentem, sine vlla venia se futuros, existimantibus, si vincerent, totis viribus decernebatur. Agrippa
itaq; saxo dextrum percussus cubitum, bello excessit: Romani vrbẽ irrupere. Cessit enim hostis missi-
libus, murus arietibus. Nã & illi, qui machinas impediebant, nequaquã diutiùs resistere potuerunt:
Et murus trino ariete conuulsus, peruiũ obsidẽtibus in obsessos iter præbuit. Sed ea res festinationis
B impatientia non mediocrẽ victoribus cladem inuexit. Nanque vbi sese infudere domicilijs, dũ per-
scrutantur, vel præceptum ire spolia contendunt, cedentia domorũ angusta ponderi nutantibus
fundamentis ruinam traxere: & proxima quæq; proximis illisa excidio erant. Multi Romanorum il-
lis inuoluti casibus, in victoria pestem incidere. Plerique præiacentes se lapsis ædibus occupabãtur,
alij lacero corpore, vix semineces seruabantur. Pleroſque puluis necabat, cædebãtur angustiis arcta-
ti, desuper quoque mulieres & inualidi senes, & qui de iunioribus refugerant, saxa in subditos deii-
ciebant, vel quæcunq; genera telorũ occurrerant. Caligo infuderat omnia, prospectũ eripuerat, mẽ-
tẽ cõfuderat, ignorantia quoque exitũ non reperiebat. Vix itaq; subtrahentes se periculis vrbis ex-
cessere. Vespasianus interea, dum vrget hostem, in interiora vrbis concesserat, mediúsq; inter agmi-
na circunfusa hostiũ, bellum accendebat. Neq; enim hosti terga dare tantũ conueniebat virũ, neq;
tutũ putabat. In Syriam direxerat filiũ suũ Titum, excitauit notæ virtutis constantiã, & sese in arma
colligens, consertis clypeis, cum paucis, quos præsentes habebat, imperterritus stetit, quasi in quos
sese excuteret considerans: cuius impetum formidantes Iudæi, minore vi insistere cœperunt, & me-
tuentes sibi quisque, laxare aciem. Ita Vespasianus hosti aduersus, paulatim gradũ retulit, prælianti-
Brutium cecidit hũc: Eburiũ vocat Iosephus. l. 4. c. 1. cod. vet. aduersus Iudæos. Centurionis facinus. bus sibi magis similis quã cedentibus. Illic cum decẽ primis excidit Brutius, multis antè bellis pro-
C batus, & † apud Iudæos notæ vir experientiæ, & validæ fortitudinis. Centurio quoque cũ decem a-
liis Syris rem egregiam fecit ac memorabilem. Nam in ipso tumultu, cùm Romanos vrgeri cerne-
ret, in abdita cuiusdam domus sese contulit, atque ibi inter cœnandum, cùm Iudæi colloquerentur,
quæ Romanis machinati forent, nocte intempesta omnes eos interfecit, & cum militibus Romano
sese exercitui repræsentauit.

VESPASIANVS autem vbi mœstum exercitum animaduertit, plurimorũ amissione, & maximè CAP. II.
deserti Ducis pudore, quòd eum solum intra vrbem hostium reliquissent, cum summa eos gratia cõ- *Consolatoria Vespasiani oratio.*
solabatur, dicens: Si mei sors periculi verecundiæ vobis est, nec ego sic ad bellum processeram, vt de-
clinarem pericula, sed † superarem: sin verò, quia & de nostris plerique interfecti, nequaquã miran- † *vsurparem*
dum: quando enim victoria vlla sine sanguine est? Habent prælia suos euentus. Etsi spectata virtus
præeminere soleat in bello, solet tamen aliquid licere casibus. Sed prudentis est in aduersis lapsum *Victoria mel-la sine sangui-ne.*
corrigere, in prosperis moderationem tenere. Contra autem rudis cuiusdam atque inuruditi inge-
D nij, secundos semper successus præsumere, quasi non aduersum viros certamẽ sit: Infirmi autem, la- † *qui*
psu aliquo summæ rei diffidere, cùm exiguis momentis subitò inclinentur omnia, quæ in bello gerũ
tur. Itaq; ille præstantissimus, † quę inter aduersa sobriis colluctatur casibus, & supplantat superio-
rem: sęque reparare; & corrigere proprias quærit prolapsiones. At verò incuriosior suis sępè moti-
bus cadit, & dum irruit incautus, impetu suo fusus procũbit. Quòd si hoc sæpè accidit, vbi nuda vir-
tus, quantò magis in bello, vbi diuersi generis conserta decernunt agmina, nec vnum consilium, nec
consors sententia est? Locus aduersus, difficiles asperitates, iniqua in angusto decernendi conditio
plurimis aduersum paucos: cùm & ipsa multitudo sibi oneri sit, & pauci in pluribus minùs frustrẽ-
tur. Sed hæc ad momentum sæpè obrepunt, quæ non ex virtute veniunt, sed casu accidunt. Vnde ni
hil est, angere quod vos debeat commilitones: quia non per infirmitatem aliquam manus vestrę, ne-
quę per fortitudinem Iudæorum versæ res, sed difficultas locorum nobis ad victoriam impedimen-
to fuit, illis ad differendum moræ. Neque quicquam est, quod argui possit, nisi inconsultus impetus
E atque † increditus. Etenim dũ ad superiora vrbis illos secuti fuistis, atque irruistis in domos eorum, *Vet. cod. incãditus. Ioseph. l. 4. c. 1.*
ipsi vos periculis implicauistis. Quorum successistis hospitia, suscepistis pericula. Tenebatis vrbem,
quis vos coëgit introrsus pergere? Descendere ad vos hostis debuit, nõ vos intemperantes ad victo-
riam, immemores vitæ ac salutis contendere. Reparate ergo animos, & de virtutibus vestris nõ so-
lùm ad consolationem, sed etiam, quod est amplius, vindictam præsumite: me certè habebitis præ-
uium pugnæ. Estote parati armis, animis, pericula vos fortiores fecerint, non timidiores, facile est
iniuriam soluere, si virtus se recognoscat.

HIS dictis accendit militum fortitudinem, quibus reparantibus vallum, plerique per prærupta C AP. III.
subtraxere se obsidioni. Nam iam & alimoniæ inopia incessebat, & infracta muri cessura machinis *Intacta.* † *intacta.*
arbitrabantur. Vnus deinde fons intra vrbem, & ipse muris proximus erat, quæ res eos in summo ti-
more posuit, vt frequentissimi dilaberentur. Qui verò permanendum putarunt, pertinaciter prælia-
bantur. Interea Romani turrem altissimam suffodientes, vi maxima subruerunt. Quo casu concussa

ciuitas, perturbati omnes totius vrbis pauentes ruinas. Vnde & Chares æger corpore, tanti terrore F
sonitus exanimatus, mortem impleuit. Romani tamen patefacta vrbe, ingressu abstinuere, donec
Titus ingressus est, qui dolore paterni periculi excitus, cum paucis in vrbem irruit, & maximam Iu-
dæis cladem inuexit. Tantùm qui in superioribus erant, saxa voluentes, accessu prohibebant Roma-
nos: Spicula torquebant, sagittas iaculabantur. A Iudæis impulsa facilè in pronum saxa deuolue-
bantur, missilia perueniebant, descendebant sagittæ non sine eorum periculo, quos offenderant.
Romanis aduersum editiora montis iactus inefficax, conatus irritus, atque ipsis periculosus: cùm su-
bitò orta venti procella, Iudæorum retorquebat sagittas, repellebat spicula. Quæ verò Romanus
exercitus iaculabatur in hostẽ † referebat: ita elementorum ipsorum repagulis, & ventorum turbi-
nibus oppressi, supremo excidio captæ vrbis vniuersi, quicunque illic reperti sunt, interiere. Qua-
tuor tantùm millia à Romanis interfecta, quinque millia præcipitio periisse accepimus, nulli ætati
venia data.

† *ferebantur.*

CAP. IIII. GISCALA adhuc sola de partibus Galilææ in se hostem non conuerterat, quoniam incolarum
eius quietiora ingenia, vtpotè plebs agrestis, contenta suis fructibus, nihil belli conferebant, sed G
multorum coalitu, qui latrocinio vitam exercerent suam, etiam mitiorum studia prauis mori-
bus corrumpebantur. Erat præterea vir leuis Iohannes nomine indigena, populi lues, dolis nulli
versutorum secundus, improbitate parem nesciens, cui nunquam defuerat nocendi affectus, aliquã-
diu tamen fuerat inopia exercendæ iniquitatis impedimentum. Quid tamen diniam, haud liqui-
dò sciò, vtrùm eum indigentia texerit, an represserit: doli callidus, fallendi artifex, doctus menda-
ciis fidem quærere, & crudelitatem compositis ascisc ere, qui fallaciam virtutem putaret, & eleganti-
æ duceret, & charissimos circumueniret: promptus ad conspirandum, vehemens ad audendum,
acer ad efficiendũ, conturbator in otio, desertor in periculo, assuetus latrociniis, † bello insolẽs, † qui
cùm persequi nequiret, fereret tamen parandæ causas dominationis. Huic igitur animus inquietus,
prõpta audacia, quam processus alebant, opésque ad consociandam perditorum manum. Vndè cũ
eius factione, memoratæ vrbis populum excitari ad bellũ Vespasianus comperisset, ne totum exer-
citum defatigaret, filium Titum cum mille equitibus direxit: quibus comitatus ad vrbem appropin- H
quauit. Sed vbi muros populo vidit refertos, mirari se ait, quòd eorum exemplum sequerẽtur ad re-
bellandũ, quorũ excidio resipiscere debuissent. Esto tamen, vt primò tentamenta habuerint aliquid
præsumptionis, quid vniuersorum exitia spei ferrẽt? Veniabilis certè fuerit in principio spes liberta-
tis: inexorabilis tamen est in vltimis & desperatis rebus perseuerantia. Nam qui nõ exemplo huma-
nitatis, non sedulo verborum monitu flectuntur: aduersum eos non verba, sed arma necessaria sunt.
Muris fiditis quasi aduersum Romanorum virtutem vllos protexerint. Quid aliud possunt clausi
præferre, † circunsepti prætendere, nisi quòd in captiuitate audaces sint? Nemini erat loquendi po-
testas, occupauerat enim omnem murorum ambitũ prædatoria manus: Cauebat Iohannes, ne quis
colloquio familiari Romanos inuitaret: Itaque ipse præripuit sermonis relationem, dicens: libẽter
se tractatum susc ipere de rebus communibus, nec experiendi vsum declinare, si fortè ipse vtilia sua-
deat, aut his, quæ referuntur, acquiescendum sit: sed prohiberi se lege patria, cùm superst hebdo-
madæ sacrę dies, tractare de pacis conditionibus. Si quidem vt mouere arma interdictum, ita etiam
illicitum consulere de pace feriatis diebus. Etenim de negotio verbis saltem decernere, & illis sacri- I
legium, qui cogerentur, nec illis inultum, qui cogerent: Veniam se vnius diei poscere, dilationem tã
exiguam nequaquam impedimento futuram: Neque enim circũfuso hoste, effugium clausis liberũ,
offerri sibi arbitriũ pacis, tã æquali optione formidinẽ obesse: vrgeri se interim nõ oportere ad pa-
cis consulta, quibus religioni esset cõtra legem patriã non pręuaricari: conuenire aũt tam liberali pa-
cis oblationi, vt qui præter spem spontè offerat pacem, ne quis periclitetur, euasuris etiam leges suas
reseruet. Hæc sine dolo Titus allegata arbitratus, receptui cecinit: & reuocauit à muris, quos secum
deduxerat. Ita Iohannes fugiendi adeptus copiam, nocte intempesta cum plerisque abscessit. Se-
quebantur etiam mulieres proficiscentem. Sed quò vlteriùs progrediebantur viri, eò plures mulie-
res vel paruuli relinquebantur, desertęque à suis spectabant pauidæ viam fœminę. Et cùm iam viros
proprios è conspectu amitterent, hostem adesse arbitrabantur, ad omnem tremẽtes sonum. Si quis
concurreret, miserè conuertebantur, sese peti, sibi catenas iniici trepidantes, quasi iam præsentes es-
sent, qui timebantur. Titus itaq; iuxta conuentũ iam sole infuso, ad vrbẽ cũ exercitu contendit: ape- K
riuntur portæ: egreditur populus cum exultatione, & Romanos cum lętitia susc ipit & alacritate: ab-
esse gaudens pestilentẽ virum, fugisse per noctem, sibi liberam facultatem datam: Orare se veniam,
ne fraudi sibi esset eius fuga, quem tenere sine suo exitio non possent. Ille dilatione vindictæ conso-
latus, consummati negotij celeritate, ad comprehendendum Iohannem è vestigio plurimos misit, si
fortè eum consequerentur. Ipse vrbem ingressus, minis magis quàm supplicio effecisse contен-
tus pacis perturbatores, remisit omnibus, ne quis vel odio, vel domesticis excitatus negotiis, inno-
xios in inuidiam deduceret, & grauissimi criminis pulsaret atrocitate: cùm multo tolerabiliùs sit id,
quod incertum est, formidini participis conscientiæ derelinquere, quàm condemnare innoxiũ. Sæ-
pè enim reum corrigit metus: pœna autem innocentis sine vllo remedio correctionis est. Iohannes
itaq; nõ est repertus ab his, quos direxerat Titus, sed reperti, qui sequebantur eum, paruuli vel mu-
lieres ad duo millia ferè interfecti: tria millia autem infirmæ ætatis & sexus, vbi satietas necandi fa-
cta, capti-

† circunsessi

Iohãnes indigena, populi lues.

† bellorum
† quæ

Vespasianus Titũ dirigit.

Perseuerãtia in malis.

Iohãnes nocte intẽpesta abscessit.

A cta, captiuitati adiudicati sunt. Custodiam militarem ciuitati impartiuit. Itaque Galilęa omnis in po-
testatem Romanam deducta. Nam & Thabirius mons, cuius altitudo triginta stadiorum, vertex au-
tem ipse campestris viginti & tribus stadiis iacet, penuria aquæ ab aliis desertus, ab aliis orata venia
Romanis traditus: licèt virtute quoque & industria Placidi, cui id negotij à Vespasiano commissum
fuerat, omnis conuenarum turba, dum cedentem sequitur, & arte reuocantem gradum perurgeret,
campi medio circumfusa, refugium amiserit, pestem inuenerit.

Galilæa Romanis fabricitur.

Ioseph. l. 4. bel. c. 2.

HACTENVS circumuagari licuerit, dum templi sancti à Maioribus conditi, & sacræ legis contа-
gia refugientes, circa alias vrbes stilum occupamus: sed tempus est iam, vt quæ Hierosolymis gesta
sunt, adoriamur, non ingenio freti, sed ne patriæ legi veteriquè cultui, nostri doloris videamur negas-
se ministerium: fuerit in illis licet vmbra, non veritas, sed tamen vmbra designat veritatis vestigia.
Habet enim picturæ lineamenta vmbra, fulgorem non habet, nec ad summam perfecta est manum,
sed diligenter intuẽtibus futura exprimit: & ideò minùs delectat figura, plùs illicit gratia. Vnde pla-
cuit rerum arbitro abolere vetera, noua condere: vt veritatem sequerentur, qui per angustias infide-
B litatis imagines non sequebantur.

CAP. VI.

Aduritur ea, quæ Hierosolymis gesta sunt.

Vmbra designat veritatis vestigia.

FVGIENS (vt suprà diximus) de Galilææ partibus Iohannes, ad Hierosolymitanam vrbem se cõ-
tulit, & quasi quædam pestis infecit animos plurium, qui ex diuersis regionibus Principes flagitiorũ
eò quasi in sentinam confluxerunt. Hoc enim illi vrbi maioris causa excidij fuit, quia quod sceleri-
bus suis deferebant perditi, vt eò conuenirent plerique, vbi vel tutiores se fore crederent, vel inso-
lentiores ad flagitia coaceruanda, fidei deferre æstimabantur. Recipiebantur itaq; passim, quasi pio
tẽpli amore defensum venirẽt. Hæc prima labes malorũ: Hinc oppressa est paucorũ mansuetudo per
plurimorũ insolentiã: hinc itũ in cædes, cũ minùs parceret alienus: hinc conspiratũ, vt legis solennia
negligerentur, sacerdotia à bonis ad improbos deriuarentur, quòd hominibus non solũ à pio cultu,
sed ab ipsa legis cognitione peregrinis, quod sanctum esset, ignorabatur. Vincti sunt primò Regali
genere viri, qui resistebant, quò cæteri metu cederent: deinde necati, & vt flagitium velaretur, quos
sine iudicio peremerant, missis in carcerem sicariis, eósque afficto crimine proditionis interemptos,
C ementiebantur. Pertracti itaque vniuersi metu, quòd homines potentes atque innoxij Antipas, Le-
bias, & Phoras tam facilè oppressi forent, quòd nec iam audebant resistere. Hinc eò processum, vt
ignobiles atque indignos substituerent Sacerdotum Principes: vt quibus nulla emerendi honoris
gratia suffragabatur, ij contra meritum suum adepti sacerdotia, ad omne nefas conferentium arbi-
tria subiicerentur, sed cùm obuiarent sacerdotales viri, & maximè Ananus cæteris senior, ne per gra
tiam donaretur summi nominis prerogatiua, sortitò creari Principem Sacerdotem expetunt, in quo
nihil gratiæ, sed diuino iudicio cõmitti sortis euẽtus æstimaretur: & reuera prætẽdebant veterẽ cõ-
suetudinem, qua substituendos in sacerdotij principatum mos erat ad sortem vocari: euidenter
autem solutionem legis operabantur. Cùm enim lex sacerdotalis successionis viros ad sortem lege-
ret, illi ad speciem de sacerdotalibus tribubus vnum † (Enachum nomine) præsentem statuunt, &
ad sortem agi præcipiunt. Tunc Phanis quidam sorte exiit, filius Samuelis inanus vir, cui non mo-
dò per Principes Sacerdotum ducta successio nulla suppeditaret, sed ne vlla quidem scientia mune-
ris sacerdotalis, eò quòd ruri vacaret: & ideò, quòd esset Princeps Sacerdotum, incognitum ha-
D bebat. Denique attracto ex agris, & reluctanti quasi in scena † alia persona imponitur, induitur
quoque sacrarum veteri more amictum vestium. Docetur in tempore, quid cum facere oporteret.
Ita sortis euentu exposita est nequitia seditiosorum, vt ad imperitum & agrestem tanti sacerdotij
functio deduceretur. Sed illis ludibrio erat circumscriptio veteris solennitatis, Sacerdotibus do-
lori: qui irrideri legem à perditis flentes ingemiscebant. Ipsi tamen freti pietatis autoritate, & bo-
norũ indignatione congregant sese, & super perturbatores irruunt. At illi cùm & causæ & numero
diffiderent, ad templum quasi in arcem confugientes, velut castrum quoddam sibi constituerunt,
ad repellendam irruentis populi multitudinem: ac primò ante fores templi, atque in ipso vestibu-
lo siti, aduersum populum præliabantur: si quis vulneratus fuerat, interiora templi petebat, illic
sanguinem suum fundens interno limini, & cruenta pauimentis saucios fiora detergens hulcera, fi-
bræque patentis vulneris, vestibus his, quas non liceret illis contingere, fouebantur. Bellum erat
intra vrbem, bellum inter ciues, bellum ante templum: ne hoc quidem reueriti latrones, cùm à
populo instantius perurgerentur, intra ipsum templum sese receperunt, & clausere illicò fores:
E Quo obiectu reuocatus est Ananus, ne videretur bellum templo inferre, & sacratas religione ma-
iorum perrumpere fores templi, reflexit impetum plebis, & sex millia virorum in porticibus consti-
tuit, qui muniti armis prætenderent, solicitam adhibentes custodi. Paulatim tamẽ molliuit animũ,
vt paci consuleretur, eo studio maximè, ne templũ sanguis ciuiũ cõtaminaret: suaderet quoq; mittẽ-
dam legationem, pacis sequestrã, vt bellũ intestinum deponeretur. Ascisc itur Iohannes ad exequẽ-
dam legationẽ, suspectæ fidei vir, & affectandæ potentiæ succensus cupiditate, sacramẽtum petitur,
non abnuit, ne damnum periurij pateretur, si negasset. Simulabat se plebi fauere, vt circũscriberet.
Quid plura? Pergit, de pace pauca præmittit, plura subtexit ad belli incentiuũ: dicens nomine pacis
† bellum inuolutũ, latere insidias, Ananum Romanis vrbẽ tradere, quò solennitas veterum dissolue-
retur, legis abrogarentur præcepta, cõponens è diuerso omnia: atq; inuidiã in Principem Sacerdotũ
referens eorũ, quæ ipse meditaretur. Callidè etiam, quos sciebat illorum, qui cõclusi erant, esse præ-

Ioannes infi-cit plurimos.

Apud Ioseph. l. 4. c. 1. hi nominãtur, Antipas, Lenia, & Sophas, filius Raguelis, regalis familiæ omnes.

Sacerdotum creadi ordo.

† Enachim.

Phanias agrestis in Sacerdotem constituitur.

† aliena.

Reuocatur Ananus.

Alias, bellũ inuolutũ latere, insidias parari Ananũ, Romanis vrbem, &c.

ſules & factionis principes, incitabat, parere mortis formidine aſſerens, quòd ipſis ſpecialiter Ananus exitium compoſuiſſet: veniſſe ſe, vt fraudem manifeſtaret. Maturè ſubſidia quærenda, priuſquàm ab eis pœna repoſceretur. Quid plura? pacis medius bellum accendit. Eliguntur qui Idumæos ad prælium rogent: genus mobile, inquietum, inſolens, promptum ad diſcordias, rerum mutationibus lætum, periculi improuidum, præceps ad prælium. Itaque ſine mora flexi veniunt, congregantur viginti millia virorum, vtpote nullis intenta terrarum cultibus, ſed parata latrociniis. Nec latere potuit Ananum aduentus Idumęorum. Denique portam claudi iubet, ne cum tumultu ingrederentur: ſed ſi fieri poſſet, veritatem cognoſcerent, bello renunciarent. F

CAP. VIII.

ASCENDENTES itaque Principes Sacerdotum murum, Idumæos de turre alloquebantur: maximo eſſe miraculo ſibi, quòd tam citò irretiti mendaciis, cauſas quas nondũ cognouerant, armis perſequerentur: cùm oportuerit eos priùs diſceptatores eſſe negotiorum, quàm bellorum præliatores: & præ cæteris merita cognoſcere, quàm arma ſumere: & arma aduerſum viros ſui generis, ſui cultus, ſuæ ſolennitatis, nullis amplius irrogatum iniuriæ quàm Idumæis, qui ad ſocietatẽ flagitiorũ tã grauium concitarentur. Quid enim aliud ab his, niſi parricidium aduerſum ciues, ſacrilegium aduerſus templum depoſceretur? Non ſolere diuerſa inter ſe ſtudia, diuerſóſque mores conuenire. Similitudo enim morũ facit voluntatũ ſocietatẽ, & cognata ſtudia ſibi nectit. Nequiſſimos homines qui latrocinio ſumptũ exercerẽt ſuũ, arrogaſſe ſibi vt Idumæos ſibi ſocios accerſerẽt: tantũ abhorrẽtes ab eorum propoſito, à quibus rogarentur, vt illi patriæ ſuæ bellum intulerint, vos verò obſecrauerint, quaſi alienam vrbem defenſum venire. Nihil vobis commune innoxiis cum prædonibus: nihil commune ſobriis cum ſe inebriantibus: Vtinámque vini eſſet illa ebrietas, & non furoris. Qui vbi ſe flagitiis ingurgitarunt, diſſipando proprias ſucceſſiones, diripiunt aliena, & malè parta nequiùs diſſipant, deteriùs effundunt. Nullus rapiendi finis, quia nullus abliguriendi modus. Vbi ſe vino infuderint, & impleuerint ebrietate, publicorum eructant crapulam negotiorum, vt noſtro rurſus ſanguine inebrientur, & ſanctæ illudant religioni, quæ vobis ſemper venerationi atque reuerentiæ affuit. Fugite igitur cœtus parricidales, & auſus ſacrilegos deſtituite, deſerite latronum conciliabula. Vocati eſtis ad conſortium ſceleris, venitis ad remedium patriæ. Videmus ornatiſſimũ populum, quem venire decuit publico rogatum conſilio, vt vrbi Iudæorum præſtãtiſſimæ (quæ totius gentis metropolis habeatur) aduerſum hoſtes auxilio foret. Sed etſi nos defuimus petitioni, dũ pacem ſperauimus, & fatigare vos † properè voluimus, qui excitatoribus belli pacem offerebamus: tamen vos quaſi diuino arbitrio veneritis, conſulite in medium, & exhibete partis vtriuſque arbitros: Quærite vnde cœperũt exordia tumultus, qui cecinerint quietæ vrbi claſſicum, qui effuderint præſtantiſſimorum ciuium ſanguinem, quibus autoribus pœna exacta de indemnatis ſit: qui nobis ante Romanos exitio fuerint, aduerſum illos bellum parabamus, & hos iã hoſtes patiebamur: quorum igitur cum Romanis ſuſpecta gratia? eorum, qui Romanos vindicant, an eorum, qui Romanos repellunt? Grauiora hæc certè nobis, quàm Romanorum prælia: ab illis enim pro libertate morimur, ab iſtis quaſi pro ſcelere iugulamur. Simulantur innoxij criminum proditionis, & poſt mortẽ calumnia componitur: cùm cognitio pœnam pręuenire ſoleat, non pœna cognitionem. Quid enim prodeſt defuncto abſolui, cùm iudicio iam nihil debeat? Suſcepimus tamen etiam ſortem huiuſmodi, vt poſt necem de innocentia quęratur: & libenter apud vos quoq; cauſam agimus noſtræ defunctorúmque integritatis, qui ſtatis armati pro aduerſariis: ita nulla argumenta calumniantibus ſuppetunt, vt apud vos quoque grauiorẽ cauſam habeant, qui tam citò crediditis: bonus enim iudex circumſeptũ ſe eſſe mendaciis dolet, & eò eſt fallenti infeſtior, quàm appetitior: quòd temerè ſe impulſum, vt falſis crederet, vlciſcendum arbitratur. Igitur nobis integrum examen ſeruate, & colligite veritatem, non ex contexione verborum, ſed ex ſerie negotiorum. Primò omnium, cur Romanis proderemus patriam, quos potuimus & non laceſſere, & fortè oportuit fieri, vt non excitaremus vniuerſarum victores gentium: ſed hoc non eſt iam præſentium partium deliberare. Superioris fuit temporis eligere, quid ſequeremur: nunc oportet pro libertate occumbere. Præſtat enim pro patria mori. Commodius fuit ante bellum pacem morti præferre: Sed quia bellum in ceruicibus, multi iam ex fratribus capti, alij necati, aliis dolor ex mortuis, gemitus ex reuinctis: eligenda magis libera mors, quàm vita captiuitatis. Suppetit tamen morituris, falſi criminis abolere infamiam proditionis. Apud vos Idumæi cauſam agimus, prodantur conſcij, deducantur in medium nuntiorum interpretes: Si tenent, vindices prodant: ſi non tenent, qui accuſant, & vanis inſimulant ſuſpicionibus, quas ipſi ſibi compoſuerint, non debent arguere, quod non poſſunt probare. Sed quia accuſare non audent, diſſipare per vulgus deſiderant: & ideo ad bellum proſiliunt, ne in iudicium vocentur. In bello enim contentus furor eſt, in pace veritatis examinatio. Adſumus en primis ſuppliciis, nos ſpontanei offerimus, ſi tamen aliquis accuſator prodeat, aut ſi in populum inuidia torquetur, quærite diligentiùs quid conſilij fuerit in cœtu publico. Nónne vt bello inſtructa pararentur agmina, aut pro libertate vnuſquiſq; patriam iuuaret? Aduerſus ipſos certè latrones quid deliberatũ fuerat, niſi vt pax conueniret? Exaſperauerat publicam indignationem dolor ſingulorũ, innocentũ ſanguis, mulierum gemitus, paternorum ſtatutorum præuaricatio: increpuit gemitus vniuerſorum, quia vnuſquiſque ſibi ſimilia pertimeſcebat. Ad indigniſſimos ſacerdotia deferebantur, peti cœperunt vocibus, illi lapidibus plebẽ cædere, telis necare, exarſit publicus dolor, illi in tẽplo latronũ recepta-

Similitudo morũ ſtudia nectit.

Rapacitas ex ingluuia.

† præproperè noluimus.

Gualt. legit quò.

Eligenda magis libera mors, quàm vita captiuitatis.

G H I K

A receptacula conſtituerunt. Itaque pacis locus reuerendus etiam gentibus, & domicilium ſanctitatis factum eſt prædonum conciliabulum, & quò ex omnibus terrarum partibus confluebatur ad cultum feſtæ celebritatis, ibi nunc ſtabula quædam ferarum ſunt, humano cruore madentia: licet nobis hæc quærere, vel armatis ſine lege belli. Tamen fuit plerunque inter arma iudicium, & iuſtitia depoſuit belli inſtrumenta, compeſcuit turbas æquitatis ſententia. Poteſtis hæc arma ad defenſionem vrbis cõuertere, quæ ſumpſiſtis ad euerſionem: Licet etiam introire ſine armis, audire & percontari omnia: ſi quod remiſſum aduerſus hoſtem reperitis, proditionem putare. Quòd ſi neque vindices vos, neque arbitros exhibere vultis, quid miramini, ſi portæ armatis non aperiuntur? Non iſtæ aduerſum cognatos, ſed aduerſus arma clauſæ ſunt. Bellum deponite, & portæ patebunt.

Templi violatio.

CAP. VIII.

HÆC vbi ſacerdotes locuti ſunt, & maximè Ieſus cæteris ſenior, poſt Ananum tamen, qui ſecundo loco fungebatur, indignantibus Idumæis, quòd non continuò vrbe recepti forent: Simon vnus de ducibus Idumæorum: Minimè (inquit) mirum, ſi ciues ſæuiunt, & clauſos tenent, qui nationi ſociæ portas clauſere, & non patiuntur conſortes & participes ſuos ingredi: nobis de muro loquuntur B & quaſi aduerſarios muris repellunt quos amicos habebant? Quis dubitet, quòd parent ſuſcipere Romanos, & fortè coronare portas, quando illi ingrediẽtur? quæ maior iniuria? Patere nempe omnibus hominibus iſta ciuitas ſolet cauſa cultus & obſeruantiæ: nobis ſolis intercluditur, quaſi hoſtibus, ſoli abdicamur, ſoli repellimur. Simulant ſe noſtrum petere iudicium, quos ne limine quidem dignos vrbis putarunt. Lateant quæ aduerſum illos geſſerũt, noſtræ iniuriæ teſtes & iudices ſumus. Aduertimus quid clauſi patiantur, quando nos arma iubemur deponere: & credibile eſſe poteſt, quod eorum expectetur ſententia, quorũ ſuſpecta eſt fides? Feſtinemus itaque eripere clauſos, quibus templum carcer eſt factum, ne ſeruentur vſque ad aduentum exercitus Romani, & captiui tradãtur Veſpaſiano. Auferamus à templo obſidionem, cuſtodes deterrimos remoueamus, qui neminem vel ad purgãdam aluum egredi ſinunt. Si quis introferre cibum clauſis deſiderat, prohibetur: ſi quis exire, ad mortem rapitur: crimen factum eſt cultus religionis.

Templum fit carcer.

CAP. IX.

HÆC audiens ceſſit * Ioannes, conſiderans auerſa Dei voluntate fruſtrà ſeſe obniti: quandoquidem domi foriſque hoſtilia ſtreperent agmina, & gemina ex parte ciuitas oppugnaretur. Fremebãt C Idumæi quòd excluderentur. Machinabantur in templo ſiti, quomodo iungerentur Idumæis: hos angebat metus, ne Idumæi ante effectum abirent: illis extorquebat pudor propoſitum regrediẽdi. Et iam penè obrepſerat diffidentia, cùm ſubitò nocte oritur procella intolerabilis, tempeſtas atra, fremunt venti, cœlum inhorreſcit, vis imbrium multa * infunditur, terribiles coruſcationes, tonitrua immania, terrarum mugitus, vt ſolui mũdus æſtimaretur. Quis crederet plus nocuiſſe iſtud intra vrbem poſitis, quàm extra vrbem degentibus? cùm vtique hi tectis muniti forent, illi obiecti ad imbres: ſed amplius terruit iniuriæ metus, quàm ipſa iniuria. Denique illi, qui nulla habebant refugia tectorum, clypeis ſeſe tegebant manentes in officio, nec dilabentes: iſti circa domos ſuas quiſq; diſperſi, locum dederũt, vt ab his, qui intra templum erant, portæ aperirentur: Anceps tamen & diuerſa populi ſententia: Alij Deum ſummũ indignantem Idumæis, tempeſtates mouiſſe arbitrabantur, quòd aduerſum participes ſuos armati venerant: Ananus & profundiora ſeniorum ingenia, cõiectabant Idumæos iniuria ſui ampliùs excitari in ſociorũ perniciem. Deniq; ſolicitior cæteris noctibus, Ananus illa nocte nõ fatigatione corporis, ſed animi magis deſperatione * ſolutus, ceſſit rebus D aduerſum ſe fluctuantibus, & militantibus in excidium ſuum mundi procellis: nec reuiſendas putauit cuſtodias, quaſi daret autoritatem dilabendi, quò cuique eſſet ſententia. Quam occaſionem nacti qui in templum refugerant, ſurgentes ſecuerunt vectes portarũ. Cooperatus eſt illis fragor cœli, vt ferarũ ſonus non audiretur, & tumultus egredientium. Deinde venientes ad murum, portã, quæ vicina erat Idumæorum cœtibus, reſerauẽre. Vltimus ille dies vniuerſo populo fuiſſet, ſi non ad tẽplum priùs quàm ad vrbis * ſignum dirigendum putaſſent. Sed quia metuentes ſibi, qui intra templum clauſi tenebãtur, ne cognito ingreſſu Idumæorum, in ipſos circumfuſæ plebis impetus fieret, vt vindictam morituri expoſcerent, rogauerunt, vt ipſi primitùs * cladi eximerentur: tunc poſteà liberatis ipſis, & coniunctis viribus, in populum effunderentur. Deflexẽre ad eos, qui legatos miſerãt oratum auxilia ſaluti, ſimul vt inſperatæ merces irruptionis, autoribus eius hoc munere potiſſimũ rependeretur. Quod vbi proceſſit ex ſententia, ſimul omnes à templo quaſi quodam caſtro effuſi, extenta acie quoſcunq; repererãt dormientes alios, perterritos alios, totis cædebãt viis. Nihil pro- E derãt preces, nil lachrymæ, nil inſignia honoris, nullorum meritorum gratia, omnes paſſim iugulabantur. Deniq; videntes beſtialem in perſequentibus immanitatem, quòd nulli parceretur, ipſi ſeſe illaqueabant miſerabiliore (vt mihi videtur) exitu, quàm ſi ab hoſte perimerentur: quia voluntaria mors immanitati aſcribitur, informis laqueis nodus etiã probro datur. Sed quis conſilio locus, vbi tantus erat metus ſuppliciorum, cùm metueret vnuſquiſque non mortem, ſed cruciatus ante mortẽ, quibus mors remedio foret? Redundabat † vndique ſanguis, & maximè circa templũ: quia ibi congregati erant, qui clauſos cuſtodiebãt. Reperta † itaq; illo die cæſorũ octo millia quingenti viri. Inde conuerſi ad vrbem, ſicut gregem quendam pecorum, ita homines, quoſcunque obuios habuẽre, interimebant. Erat miſerabile ſpectaculum, intra vrbem omnibus antè reuerendam, bellum geri, perniciem iniuſtam pauperibus ac debilibus inferri. Sanè iuuenes ac validiores in carcerem retrudebantur, quos factioni idoneos arbitrabantur, ſed magna virtute plerique omnia ſupplicia malebãt

** Cod. vet. Ieſus, vt cap. præced. & Ioſeph. lib. 4. cap. 7.*

** effunditur*

** reſolutus*

** ſinum, al. ſi non ad templum prius quàm in vrbẽ ſignum, &c.*

** clauſi*

Immanitas maxima.

† vbique

† denique

subire, quàm vt perditis sociarentur. Nec modus erat vllus, nec pudor: ita furebat rabies immani- F
tatis. Post vbi desurere visi processu temporis, causas sibi simulare cœperunt perimendorum, quò
ad iudicia reos ducerent, non vt requireretur iustitia, sed vt crudelitas excitaretur.

CAP. X.

Zacharias.

ERAT in ciuitate Zacharias, qui odisset improbos, nec se misceret flagitiosis, diues opum, quarũ
illi abundantiam, vel ad dissoluendam factionem suam efficacem opinabantur, vel ad prædam sibi
huberem: hunc proditionis crimine †accersendum putarunt. At ille ab huiusmodi integer consciẽ-

† arcessendũ

tia, adesse sibi cœpit cum libertate, vt non solùm dilueret obiecta, verumetiam reos ipsos maximo-
rum adstrueret flagitiorum: apud septuaginta viros dicebatur negotium. Absoluunt omnes, quia ni-
hil, quod affine esset sceleri, proferebatur. Verùm illi irruentes, & ipsum præcipitant in profundum,
& perturbant iudices, non solùm cum iniuria, sed etiam cum periculo: vt eorum exemplo cæteri in
reliquum cauerent, constantiam in iudicando aduersa eorum voluntate assumere. Rursus tamen nẽ
quis absolueretur, ipsi irarum suarum exequutores, quos libitum erat, sine iudicio necabant. Cæsus
Gorgon vir gratus, & amabilis, Niger Pereites, qui inter propugnatores Iudææ ad tuẽdam rei sum-

Gorgon cæditur.

mam fuerat electus, bellator vir, vt etiam vulnerũ cicatricibus virtutis insignia præferret, rapitur ad G
mortem: & cùm se extra vrbẽ duci videret, non iam pro vita, sed pro sepultura cœpit rogare. Ac ne
huius quidẽ tam miserabilis petitionis responsum accepit conueniens misericordiæ. Fingebantur
calumniæ: Si quis se redimebat, innocens erat: qui non offerebat pecuniã, tanquàm reus feriebatur.

CAP. XI.

Vespasianus moderatus & prouidus vir.

DVM hæc Hierosolymis aguntur, Vespasianus intereà partes alias gentis Iudææ debellabat: Per-
uenit ad eum, quæ seditio esset Hierosolymis, quas domesticis præliis neces sibiipsi irrogauissent,
quæ supplicia ciuium exacta à ciuibus, hortari plerique, vt eò pergeret, ne quid triumpho Roma-
no & suæ gloriæ decerperetur. At ille moderatus & prouidus vir, qui non id quod ex vsu vulgi ac-

† æstimaret

commodum †existimaret, sed quod altiore consilio rei summæ conducere arbitraretur, referre illa
suadentibus cœpit: Non semper præliis iuuari Rempublicam, sed plerumque etiam armis depositis
laudem parari, & debitum patriæ solui. Quid interest, quomodo vincatur hostis, nostróne an suo
ferro? nisi quòd suo sine Romana inuidia prosternitur. Non enim possunt de nobis queri, cùm se
ipsi consauciauerint: simul quàm iusta nobis bella mouerint, significant, quando nec ipsi sibi par-

† hanc

Fabius Maximus cunctando vicit Annibalem.

cunt. Vindictam † haud de cœlo videri, vt furore insaniant, qui Romanos lacessiuerint. Sed si quis H
derogari aliquid gloriæ nostræ asserit, cognoscat præponderare sæpè remedium cum silẽtio, quàm
prælium cum periculo. Denique noster Maximus cunctando magis fregit Annibalem, quàm præ-
liando. Etsi Scipiones subegerunt Africam, tamen communis bellorum cum multis victoria: Ma-
ximo soli datum, quòd cunctando restituerit Remp. Plus itaque est seruasse Romanum imperium
quàm propagasse. Æquemus tamen merita virtutum. Non minora vtique in ipso bello sapientiæ

† alias laudi diminuitur.

commenta sunt, quàm insignia fortitudinis. Pereãt ergo suis armis, nihil † laudis diminuitur, & plu-
rimùm victoriæ nostræ adiungitur. Nesciunt suos seruare, quibus nos parcimus. Quid, quòd si im-
minere cœperimus, fortasse inter se resipiscant, atque in gratiam redeant? Quod non vereor, sed ad-
uersus vestram sententiam profero: aut si permaneat seditio, videantur ipsi sese expugnasse, nihil Ro-
manũ egisse exercitum, manus nostras otiosas fuisse, victoriam non virtute nostra, sed hostili inter-
necione inter se paratam. Itaque hoc prudentius consilium, vt absentibus nobis sæuiant in exitiũ
sui, ne quis putet eos nostris magis, quàm suis exercitos factionibus. Tunc melius appropinquabi- I
mus, vbi victor superfuerit, qui nostro accedat triumpho. Certè veniãt ad nos, qui fugiunt suos, in-
ueniant apud nos salutem sibi, quos suorum pestis exagitauerit.

CAP. XII.

NEC fefellit opinio Vespasianum: nam qui poterant pretio se redimere, vt dimitterentur, ad
Romanos confugiebant. Repleta erant dilabantium strata viarũ omnia, omnes semitæ, relaxaban-
tur diuites, pauperes interficiebantur, quibus pecunia deerat ad redemptionem. Multi etiam extra
vrbem insidias & latrocinia pertimescebãt, & maximè inopes, quibus comitatus deerat. Pari itaque

Sepulturæ desiderium.

foris & domi proposito sibi periculo, vtrobique pernicioso. Plerisque tamen patrij spe sepulchri,
mors apud suos tolerabilior æstimabatur.

CAP. XIII.

VBI strage maxima populorum, metus in omnes sparsus, subditos factioni fecit vniuer-
sos, non contentus communem cum principibus factionis exercere Ioannes potentiam, tyran-
nidem affectare cœpit, & parem indignabatur. Destruere itaque aliorum statuta, nihil nisi quod li-
bitum foret, ratum habere, paulatimque sibi asciscere stipatores, artifex dolo, quos vellet, & fraude
circumuenire, obligare pecunia, terrere potentia, quibus artibus plurimos sibi associauerat. Rursus K
non deerant, qui vel periculoso studio seruitium detrectarent, cùm præsertim dominatione as-
sueti, tolerare seruitutem nequirent. Decernebant itaque in vna vrbe tria genera exitialium cala-

Tria genera exitialium calamitatum.

mitatum: tyrannides, bellum, seditio, quarum vnaquæque non vnam, sed plurimas vrbes deleret.
Ex tribus tamen leuius bellum erat, & iustus hostis tyranno, aut factione tolerabilior videbatur.
Accessit his quartum genus sicariorum, qui occupatam tyrannicis motibus, aut seditionis tumul-
tibus vrbem videntes, vicina omnia populabantur, & asportabant omnia. Mulieres, & paruu-

Genus sicariorum.

los, qui laborem itineris, vel sexus vel ætatis infirmitate perpeti non poterant, neci dabant. Septin-
genti itaque numero perempti, conuectatum in castella frumentũ: Irruebant agris, vrbibus, tẽplis,

** exercebant.*

** acerbabant.*

prædas agebant, necandorũ occasio non prætermittebatur: agminis specie latrocinium *excitabãt,
plures quàm vsus habebat latrocinandi. Latrocinij sæuitia bellum *aceruabant, sine venia dedi-
tio-

A tionis aut susceptionis indulgentia.

CAP. XIIII.

ROGATVR itaque Vespasianus, vt ad remedium veniat, à quo excidium metuebatur. Conten-
dit Gadaram, vbi opulenti plurimi, qui patrimonij sui causa, magis magisque latronum insidias &

Gadarenses.

incursus pertimescebant, & ideò ad Vespasianum occultè miserant, vt ad se appropinquaret, quò
ciuitas à latronibus erueretur. Affuit exercitus Romanus, quem videntes Gadarenses, confugiendi
votum habebant: sed qua via inexitiabile id sibi afforet, non reperiebant, ne in discedentes insurge-

† præteriit

† sic Iosephus

ret factio, atque vniuersos deleret. Non † præterit tamen legatione Gadarensiũ inuitatũ Vespasia-
num, eiúsque legationis conscium, vtpotè vrbis primorem, nomine † Dolesum, quem capientes
interemerunt, atque vlti iniuriam, egressiq; vrbem, in abdita & munitiora sese contulerunt. Gadara
Romanis tradita: cum ingenti plausu susceptus est Vespasianus. Is continuò ad persequendos, qui
refugerant, Placidum direxit: ipse reuertit in Cæsaream.

CAP. XV.

PLACIDVS præmissis quingentis equitibus, fugientes insecutus, coëgit eos in vicum, qui pro-
ximus erat, concedere: in quo electorum pube iuuenum reperta, audaciam sumpsere, vt insurge-
B rent in Romanos. Quæ res illis cladi fuit. Nam circumfusis equitibus, à vico exclusi, sine vllo cæ-
debantur impedimento. Et dum alij conferti sese reciperent, ante limina portarum trucidabantur.

† aggerata

Cæsorum cadaueribus † aggregata moles adæquauerat murorum altitudinem. Romani alios sa-
gittis figebant, alios sauciabant diuersis missilibus: ad postremum castellum expugnauêre, ibíque

Romanorum proceritas.

omnes, nisi quibus elabendi facultas fuit, interfecti. Alij fugientes, ingentem famam Romanæ vir-
tutis suis sermonibus exaggerabant, maiora sibi quàm hominum visa corpora, nullam resistendi
cuiquam aduersum inuictos fiduciam. Vnde perterriti omnes, fugêre illicò, nec solùm vicina & fi-
nitima, sed etiam Hiericho vrbs, quæ propter incolæ multitudinis agmina spem cæterorum fo-
uebat, relinquebatur. Placidus rebus ex sententia fluctibus, eos quoque per equites insectatus, alios
confertos, alios palantes sternit vsque ad flumen Iordanem: maximum quoque numerum ad ripam
fluminis reperit impeditum transitu, quod tunc fortè prædictus amnis imbribus auctus, aut reso-
lutis niuibus intumuerat. At illi vbi Romanos adesse viderunt, parant sese, & ad fluminis orã stipãt.
Necessitas intercluso fugæ subsidio, remedium in manus vertit, & impetu facto, multi supra paucio-
C res equites arietantur: illi arte nota & veteri militiæ more interæquitantes dissecare hostium cuneũ,
dissoluere globos, fessos vrgere, cedentes sequi cœpêre: † hinc alij ferro hostium, alij suo, quòd con-

† sic

ferti in vnum, atque in se relisi incurrerant, interficiebantur. Alij in flumen ruebant, qui ipsa sui rui-
na, & alius alio impliciti demergebantur. Plerique etiam æstimantes, quod possent prætergredi, sese
fluuio dabãt. Quos paululũ progressos sorbebat gurgitũ vis aut fluminũ ictus abripiebat. Et siqui na-

Clades maxima.

tandi vsu super aquas processerant, aut fluentis subterlabentibus se suspenderant, aut arborum ra-
mis impediti, qui fluuio deducebantur, aut ipsis caudicibus oppressi, animam ponebant in flumine.
Sæpè etiam nandi indoctus, vbi natantem apprehendisset, tenebat, vt ipse pariter euaderet, & astri-
ctum brachiis defatigabat, donec vtérque mersus, alter alteri exitio foret. At si qui fortè secundo
amne decurrens euasurus æstimaretur, † irruebatur sagittis, ac subitò resupinus, cessantibus brachio-

† obruebatur

rum remigiis, interibat. Fuêre etiam, qui natare nescij, dum expertem doloris mortem requirunt,
edito riparum toro, in fluuium se excuterent voluntarij: Alij arenoso ingressi littore, merso vestigio
deprimebantur: plerique etiam saxorum teretium lubrico, aut vadosis offensi locis, instabili flu-

Cæsa ferro tredecim millia.

D ctuantes gradu, fluentis sequentibus obruebãtur. Cæsa ferro tredecim millia: innumerabilis autem
multitudo fluuio consumpta, præda ingens de ouium gregibus, & camelorum atque asinorum &

** tamen*

boum parta: quæ licet strages hominum maxima fuerit, * tum verò maior æstimabatur, quia non
solùm regio omnis repleta erat cadaueribus humanis, (cùm dispersi ac palantes quibuscunque in
locis comprehensi fuerant, interimerentur) verùm étiam vt Iordanis ipse defunctorum corporibus
obstructus, cursus proprios dirigere non posset. Asphaltites quoque lacus cruore & visceribus de-
functorum mutaret naturæ suæ speciem, in quem omnia, quæcunque Iordanis atraxerat, inuehebã-

Iudæorum vna die perierunt. 92200

tur. Denique nonaginta duo millia & ducententi illa die Iudæorum perisse æstimati, à quingentis
tantummodo equitibus, & tribus millibus exercitus pedestris. Progressus quoque ad vlteriora Pla-
cidus, Abilam, & Iuliadem, & Betesmon, & omnes vicos loci ipsius, vsque ad Asphaltitem lacum
Romano imperio restituit. Scaphis quoque imposuit milites, à quibus vniuersi, qui in lacum me-
moratum confugerant, extinguerentur.

CAP. XVI.

E ITAQVE & hæc omnia vsque ad Macheruntem recepta: Vespasianus tamen tempus prælij o-
periebatur, quò metropolim totius Iudææ exercitu Romano adoriretur: inter quæ, occupato re-
bus sibi creditis, motus noui ex Gallicanis partibus insinuantur, quòd à Nerone potentes quidam
Romanæ militiæ viri desciuissent. Quo comperto, cupiens intestina bella ac summæ rei, totiúsque
Rom. imperij periculum, confecto in Oriente bellorum tumultu, leuare: vt rerum secundarum nun-

Apud Ioseph. Iud. 5. ca. 4.

Begabri & Carthophram legitur vet. cod. Ligarim & Copartorũ.

tiis, motus omnes Italiæ vel comprimeret, vel præueniret: vbi primum sæua hyems temperata ve-
ris principio, cum maiore parte exercitus de Cæsarea iter mouit. Excepit eum Antipatris nomine
ciuitas appellata. Inde procedens, exurebat vicos, necabat eos, quos reperiebat alienos: ac maximè
Idumæis vicina, quæcunq; offenderat, depopulabatur: quòd inquietũ genus hominũ potiùs bellis,
quã otio vel quieti amicũ foret. Duos quoq; Idumææ vicos *Ligarũ & Capartorẽ, eorúmq; incolas
cõprehẽdẽs maxima strage labefactauit. Siquidẽ supra 10000. virorũ peremit, mille captiuos abduxit

reliquum vulgus expulit, vt ibi constitueret manum suorum: quia montana locoru m regionis eius F
Amathus ab aquis calidis. latrociniis infestabantur. Ipse cum exercitu Amathunta repetit, quæ de aquis calidis vocabulum sumpsit; quòd aquarum vapor Syro sermone Amathus appellari fertur. Thermæ er go Græcè dicitur, eò quòd calidum fontem habeat intra muros. Deinde per Samariam iuxta Neapolim in Hiericho contendit, vbi occurrit ei Traianus multam manum agens, ex his, qui vltra Iordanem siti Perææ regionis populi, in ditionem Romanam victi reuerterant. Nuntio itaque aduenientis Romani exercitus, plerique ex vrbe Hiericho, quòd eam intutam viderent in mantana Hierosolymitanæ regionis sese contulerant. Residentium turba omnis consumitur. Neque enim difficile fuit vrbem properatò capi, quæ nec naturali fulta esset munimine, & à suis esset dilabentibus deserta
Vrbis descriptio. ac destituta. Vrbs condita in campo, cui supereminet mons diffusior, & nudus gignentium. Nanque secundum septentrionalem plagam, vsque ad Scythopolis vrbis terram extenditur, ex parte meridiana vsque ad regionem Sodomitanam, & Asphaltitis fines diffusus habetur. Ægrum autem & ieiunum solum, & ideò desertum ab incolis, quòd sine vllo vsu esset cultoribus naturali sterilitate. Aduersus huic mons supra Iordanem, cuius exordium à Iuliade, & plaga septentrionali assurgit: G
Mons ferreus. ipse autem prætendit in meridianum vsque ad Sobaros, Arabiæ Petreæ conterminos, vbi etiam mons est, vsu veterum ferreus nuncupatus. Inter hos duos mõtes campus iacet, quem propter magnitudinem, quòd in multa spatia * dirigatur (veteri vsu) incolæ Magnum appellauerunt, cuius longitudo triginta & ducentorum stadiorum, latitudo centum viginti. Exordium à vico Gennabar, finis vsque ad Asphaltitem lacum. Iordanis eum * medium intersecat campum, non solùm inoffensa, sed etiam adiuncta gratia viridantibus ripis fluminis alluuione, & succedentibus Asphaltite &
** porrigatur Mos Magnus*
** medius*
Asphaltitis & Tiberiadis discrimen. Tiberiade vnius fontis, & vtroq; diuersæ qualitatis lacu. Nanq; alterius aquæ sapor salsus, & sterilis vsus, Tiberiadis autem dulcis atque genitalis. Sanè in diebus æstatis immodicus per spatia campi exæstuat vapor, vnde coalescente vitio nimiæ siccitatis, atque humo arido corruptior aër, miserandas accolis conficit ægritudines. Arida sunt enim omnia præter oras fluminis. Denique in remotioribus ægrescit & fructus arborum, siquidem & copia huberior, & fructus palmarum opimior est, qui supra ripas Iordanis fluminis gignitur, alius longè exilior.

CAP. XVII. *Iesus Naue.* EST etiam iuxta Hiericho vrbem fons abundans, atque idem huberior, ad potum, pinguior ad H
irrigandum, quem Iesus Naue natione Hebræus, manu validus, primùm genti eripuit Chananæorum. Is in principio corruptior habitus, ac sterilis ad generandum, potantibus & vsui parum salubris. Vnde rogatus ab incolis Elisæus Propheta, idémque Eliæ discipulus, & tanto successor neq uaquàm indignus magistro, vt hospitalitatis suæ mercedem relinqueret, quos visitauerat locis, &
Elisæus propheta remedium dedit aquarum. corruptelam aquarum leuaret, remedium dedit, sicut regnorum vetus scriptura edocet, præcipiens vas fictile cum sale deferri sibi, quòd accipiens, deiecit in fontem sal, & dixit: Sanaui aquas istas, &
Sal benedictũ non erit in his moriens, neque sterilis ab eis: & sanatæ sunt aquæ, secundum verbum, inquit, Elisæi Prophetæ. Ex illa itaque benedicti salis infusione temperatæ aquæ, reseratæq; ora fontis, sanctificati sunt aquarum meatus, vt dulciores potus venarum scaturigo effunderet, & omnis illa dulcesceret aquarum amaritudo, huberiores fructus terra daret. Generandæ quoque sobolis opima succession, largam posteritatis copiam subministraret, nec deficeret genitalis aqua: * cùm diuina gratia pro iu-
** cui* storum fidelibus studiis, tanti Prophetæ benedictionibus aspirauisset. Conuertit itaque naturam aquarum ad preces Prophetæ cælestis oraculi resultatio; continuóque sterilitatem depulit, fœcunditatem infudit. Cœpére illic crebrescere generationes hominũ, fructus terrarum, succúsq; * aqua- I
** aquarum, nõ habet m.s.* rum, antè iciunus & amarus internecare solitus fata, tristiaq; bibentium ora torquere, fertilitatem solo, potantibus suauitatem infundere, vt si breuiter culta contingat plus prosit, quàm vbi diutiùs irrigauerit. Fit enim noua gratia, vt profectus redũdantior sit, vbi vsus minor, & vbi ampliùs quisquã vsus fuerit, ibi minor fructus sit: eóque plus cæteris fontibus rigat, quia vel exiguum eius abũdat ad hubertatem. Denique campus eum circumiacet septuaginta stadiorum in longitudinem, viginti in latitudinem patens. In eo mirabilem hortorum gratiam cernas, varia palmarum genera, tantámq; dactilorum dulcedinem, vt mella defluere putes, haud cæteris inferiora. Sunt etiam illic præstantissimi apum fœtus: nec mirum, vbi tam diuersis inhalantes floribus, paradisi suaues fundunt odo-
Balsama quomodo gignantur. res. Illic opobalsamum gignitur. Quod ideo cum adiectione significauimus, quia agricolæ cortice tenus virgulas incidunt eas, in quibus balsama * gignantur, vt per illas cauernas paulatim distillans humor se colligat. Cauerna autem Græco nomine σπέος dicitur. Illic cypreum, illic myrobalanum K
** generantur* nasci ferunt, & alia istiusmodi, quæ in aliis locis haudquaquàm reperiuntur. Aqua vt cætera fontiũ, illic tamen præstantior, æstate frigida, hyeme tepens. Aër mollior, vt summa hyeme lineis incolæ exuuiis vtantur indumentorum.

CAP. XVIII. *Asphaltitis qualitas.* NVNC Asphaltitis lacus qualitatem spectemus. Melius est enim in locorum veterum descriptionibus, vel cæterorum elementorum miraculo, quàm in Iudæorum seditionibus stylum occupare. Siquidem ista flagitia mentem exasperant, illa demulcent animum, dum recensentur, & ad veteris historiæ reuocant cognitionem. Nobis autem, quibus incultius ingenium est, cordi est, pa-
** egredientiũ* trum ex Ægypto * regredientium, vsque in terram repromissionis repetere vestigia, vt si cui fortè nostra in manus veniant, non nostra legat, sed patrum relegat. Dulce est enim inter Maiorum versari habitacula, & veterum dicta factáque recensere memoria, atque eorum inhærere gratiæ.

Sed iam

A Sed iam siue naturàm, siue qualitatem aquarum exprimamus, ne noster quoque in eo lacu * proiciatur stylus, ex quo omnia, quæcunque mergenda putaueris, viuentia tamen resilire opinio est: & quamuis vehementer † allisa, statim excuti. Aqua ipsa amara & sterilis, nihil recipiens generum viuentium. Denique neque pisces, neque assuetas aquis, & lætas mergẽdi vsu patitur aues. Lucernam accensam ferunt aquis supernatare, sine vlla conuersatione extincto demergi lumine: & quamuis demersum arte, quod viuat, difficilè in profundo hærere. Denique Vespasianum ferunt præcepisse nandi ignaros, reuinctis manibus in profundum deiici, eósque omnes illicò supernatasse, quasi spiritu quodam venti leuatos, & ad superiora vi magna repulsos resiliisse. Multa fabulosa de hoc lacu plerique æstimauerunt, quæ nobis inexpertis veritatem rei, promere nunquàm consilium fuit. Mutare etiam ter in die colorem aquæ, & ad radios Solis variè refulgere, non placuit pro verò locare, cùm sit ipsius † aquæ lacus obscurior cæteris aquis, & quasi adustæ præferens similitudinem. Certè si ad radium Solis & ipsa resplendeat, nihil nouum, & quasi pro miraculo promendum: cùm hoc cõmune sit aquis omnibus. Vagari super aquas bituminis glebas certum est atro liquore, quas
B scaphis appropinquãtes colligunt, quibus id muneris est: hærere sibi fertur bitumen, vt ferro haudquaquàm, vel alia præacuta metalli specie recidatur. Sanguini sanè cedit mulierum, quo menstrua soluentes leuari feruntur. Cuius attactu vel vrina (vt allegant, quibus experiendi vsus fuit) interrumpi proditur: vtilis autem ad compagem nauium fertur, & corporibus hominum salubris admixta medicamentis. Longitudo lacus eius vsque ad Zoaras Arabiæ dirigitur stadiis quingentis octoginta: latitudo stadiis centum quinquaginta, vsque ad vicina Sodomorum, qui quondam huberrimam regionem inhabitabant: abundantem fructibus, distinctam quoque vrbibus splendidissimis. Nunc autem ea locorum deserta, atque exusta sunt incendio. Nam cùm omnia illis Deus suo contulisset munere, arua frugum feracia, & vineis cæterisque fructuosis arboribus rus consitum, ingrati, nec præ oculis habentes potentiam Dei summi, quasi non omnia cerneret, omnia prospectaret flagitia, nihilque esset, quod illum latere, aut præterire posset: ita intemperantiæ suæ probris miscere vniuersa, ac polluere cœpêre, quibus diuinam traxêre offensam, & pro scelerum pretio
C de cœlo descendit ignis, qui regionem illam exureret. Quinque itaque vrbes incensæ, quarum vmbra quædam & species in fauillis videtur. Arsere terræ, ardẽt aquæ, in quibus cœlestis ignis reliquiæ recognoscuntur, atque adhuc manent. Spectes illic ad speciem poma viridantia, formatos vuarum racemos, vt edendi generent spectantibus cupiditatem: Si carpas, fatiscunt ac resoluuntur in cinerem, fumúmque excitant, quasi adhuc ardeant. Hæc propter supplicia impiorum de Sodomitano territorio comperta, silentio obducere non oportuit. His enim decursis, remunerationem piis fore dubitari non potest.

** excutitur*
† illisa
Miranda hic narrantur de lacu Asphaltite.
† aquæ
Bituminis glebæ in aquis natantes.
Sodomorũm species.
Quinque vrbes diuina vltione incensæ.

VESPASIANVS itaque proxima quæque Hierosolymitanæ vrbis castella, vel vrbium munimẽta, distributo exercitus Romani vel sociorum subsidio replebat, vt aduersa sibi omnia cognosceret, quæ antè conspiratura secum ad bellum contra Romanos gerendum arbitrabantur. Nihilominùs Lucio Annio Geresam destinato, insidiis vrbem cepit: mille etiam iuuenes interfecit, quibus præuentis exempta est fuga. Captiui abducti plurimi, atque vniuersa eorum patrimonia à militibus inuasa. Præcepto Ducis possessiones, quæ repertæ fuerant, exurebãtur, rapinæ exercebantur licentia. Vastabant Romani montana atque campestria, quibus Hierosolymitana ciuitas circumfusa bello
D vndique ardebat. Nec feriari erant Hierosolymitani à suorum sensu periculorum, quibus omnes intercluſi erant exitus, ne quis fuga periculo eximeretur. Intus malum intestinum, foris clausa omnia, neque manẽdi voluntas, neque fugiendi erat copia. Et si qui à Romanis veniam transfugio sperauerant, à suis egredi prohibebantur. CAP. XIX.

REGRESSVS erat Vespasianus in vrbem Cæsaream, vt inde collectis omnibus viribus adoriretur Hierosolymitanæ vrbis obsidionem. Nuntiúsque aduenit cæsum Neronem tertiodecimo exacto imperij sui anno, cùm iam de anno sequenti octauum diem degeret. Dignus ea pœna, qui non solùm fidem sacrilegio, pietatem parricidio, pudicitiam incœsto violauerat, sed ipsam quoque potestatem Romani imperij, cuius vel officia, vel negotia improbissimis libertorum commiserat. Cùm enim ipse nulli fidem seruaret, omnes suspectos habebat: Et ideo nequissimis se Nymphidio, & Gemellino præcipuè credendum putauit, quos vilis conditio obnoxios fecerat. Sed, & ipsi exemplum crudelitatis eius aliquando * exhorruêre. Et quia charissimos sibi quosque interemeE rat, cauendum in se rati, præuenire voluerunt quod metuebant. Itaque facta cum cæteris conspiratione, parricidam deserunt. Cui enim parciturus æstimabatur, qui matri non pepercisset? Desertus ergo ab omnibus suis, fugit ex vrbe cum quatuor libertis suis. Et cùm se vrgeri imminentibus coniuratis, atque agmine aduerso videret, in suburbanum rus clanculò concessit: discissus & dilaceratus sentibus, dum formidat à quoquam videri, ne proderetur: deinde cùm se circumseptum intelligeret, ne graues pœnæ exigerentur, maganum quoddam sibi de ligno parauit, & manibus composuit suis, quo se necaret. Et ad libertos conuersus, qualis (inquit) artifex moritur? * Itaque acerbissimus parricida dignum meritis suis vitæ exitum tulit, vt qui matrem ac suos occiderat, nec sibi parceret. Verè bonus necis suæ artifex, qui commentus est, vt sic periret, ne vel mors suo scelere vacaret.

CAP. XX. *Nero cæsus 13. imperij sui anno.*
** perhorruere*
Nero matri non pepercit. Lege Suet.
** Ita*

FAMA itaque interfecti Neronis præuenerat more ingenij humani: cui satis est, vbi cupita CAP. XXI.

acceperit, cætera non requirere, sed statim dissipare, atque inexploratum in vulgus mittere, quod dolectauerit. Nec multò pòstramen Galbam Rom. imperio præesse innotuit. Vnde sentẽtiam noui principis de bello Iudæorum scisciscitari, Vespasiano consilium fuit, misitque Titum filium, & Regem Agrippam. Titus de Achaia reuertit, comperto, quòd etiam Galba septimo mense ac die assumptæ potestatis exutus insignibus, pœnas luisset in medio vrbis sinu, id est, Romano foro, & Otho potiretur rebus secundis, ac successu imperiali: Agrippa Romam contendit, vt apud nouum principem locaret gratiã. Tito pluris visa est paternæ pietatis reuerẽtia, quàm principalis potestatis, quòd inconsulto patre si † prætenderet, ne ipsi quidem placiturum putaret. Certè exitus docuit, opportunè eum rediisse ad patrem, rebus nouis, & incertum, quò vergerent. Denique etiam Vespasianus anxius de totius imperij Romani ac patriæ statu, bellum suspendit, atque * imperium tenuit suum, posthabitis, quæ in Iudæa gerebantur, præ totius summæ cura, & pia erga patriam solicitudine.

Galba Rom. præsti imperio

Otho rebus potitur.

† *pertenderet*

* *impetum*

CAP. XXII.

SED Iudæa non feriabatur, quæ grauius bellum inter suos, quàm aduersum externos gerebat. Nam cùm Ioannis factio esset intolerabilis, insurrexit præterea Simon, inferior quidem morũ improbitate, sed forma corporis magis fretus ad omne audendum nefas, & latrociniis assuefactus, ad vsum & tentamentum flagitiorum. Ciuis erat Gerasenus, robustus † iuuenis, quem princeps Sacerdotum Ananus perculerat propter nequitiæ commenta, pulsumque eo, quem inhabitabat loco, in alias regiones concedere coẽgit. At ille, cui nullus inter quietos & modestos locus, contulit sese ad cõsortia latronum, ipsis quoque in principio suspectus, ne eos factione circumueniret, facilè postea morum se infudit societate. Populabatur cum his ea, quæ essent finitima munitionibus, quòd illi vlteriora petere non præsumebant, sed quasi in foueis latitantes, insidiabantur prætermeantibus, sine vllo excursu, quasi domestico latrocinio contenti. Id Simon animi immodicus tolerare diu nequiuit, breuique sibi multorum quæsiuit manum, pollicens seruis libertatem, liberis præmia, perditis remunerationem. Ita confluentibus plurimis ad deprædandi licentiam, expugnare munitiones, occupare vrbium populos ausus, terribilis omnibus erat, receptaculum sibi in vico, cui nomen Aiacis murus, parauit. Iámque viginti millibus armatorum stipatus incedebat, cùm subitò metuentes Hierosolymitani quotidianos eius processus, & aduersum se futuros rati, si diutiùs adoleuissent, succidendos putarunt, repentinóque excursu armati Simonem adoriuntur. Nec ille incautus atque imparatus insidiis patuit, sed excepit aduenientes, & plerosque fudit, alios coẽgit in vrbem sese recipere bello fugatos.

CAP. XXIII.

IDVMÆIS quoque congressus æqualis recessit, & quasi victus, quia non vicerat angebatur. Rursus cùm congrediendum foret, commodius arbitratus dolo experiri, reperit spontaneum fraudis ministrum. Nam vbi intellectum est, quid iste affectaret, Iacobus, vnus ex principibus Idumæorum, vafer & callidus ad huiusmodi negotia, venit ad Simonem clanculò, & obtulit patriæ suæ proditionem, vt sidem daret, quòd vniuersos Idumæos circumueniret, postulatáque mercede futuræ societatis: quo potissimus & apud eum fidissimus foret, pollicetur vniuersorum proditionem, cõiuuio fœderata gratia, promissísq; ingentibus Simonis firmata inter vtrumq; est pactio. Vbi ad suos reuertit Iacobus, iactare primò paucioribus cœpit, exploratum processisse vires aduersariorum, vidisse validam manum, expertos belli viros, multitudinem maximam, & bello insuperabilem: * Inferre paulatim sermonem istiusmodi principibus. Postremò infundere * per numeros ipsum Simonem admodum strenuum, qui regio more exercitum instituisset, ordines seruaret, numeros distributos haberet, ductores idoneos præfecisset, consulere sibi Idumæos oportere, vt talem virum amicum potiùs quàm hostem experirentur. Certè si in congressu superiorem viderent, cederẽt sine periculo, cauerent prælium. Vbi plurimorum inclinata in sententiam suam studia cognouit, edocto Simone vt in aciem prodiret, securus futuræ dispersionis Idumæorum: ille nõ distulit, hic velut antesignanus cum suis, & quasi ad præliandum promptior: vbi ferentariis tentatum prælium vidit, priusquàm in manus veniretur, conuerso equo fugæ dedit se: idem sui fecêre. Ita conuertit, dispersitq; acies vniuersas, & victoriam Simoni sine certamine belli tradidit. Simon verò potitus tantæ gentis triumpho, insolentior in cæteros factus, Chebron vetustam vrbem, celebrem populis, opum diuitem, ante expectatum cepit, multámque in ea prædam reperit, diripuit fructus huberrimos. Fertur enim antiquissima, non solùm Palestinæ vrbium ciuitas, sed etiam omniũ, quæ sunt in Ægypto à vetustis condita: vt etiam Memphim, quæ antiquissima habetur, posteriorem plerique existiment. Fuêre etiam, qui habitasse in ea patrem Abraham dixerũt, posteaquàm de Mesopotamia Syriæ profectus, Ægyptum petiit, filiósque eius illic sepulchrum habere pulcherrimo extructum marmore, & opere elegantissimo, septimo à ciuitate stadio. Terebinthus illic magna arbor à constitutione mũdi fuisse asseueratur. Nunc tamen, vtrùm adhuc maneat, incertum nobis est. Inde progrediens, vastabat territoria, expugnabat vrbes, congregabat populos, quadraginta millibus armatorũ stipatus, exinanibat omnia, quocũq; vel quasi amicus & socius accesserat. Quis enim locus tantorũ suppeteret alimẽtis? Solo pedũ vestigio in modũ pauimẽti proterebãtur vniuersa, in quibus tãtus cõstiterat numerus præliatorũ. Nec solũ quicunq; erat fructus auferebatur, quasi quibusdã * exesa locustis, sed etiã in posterũ protrita humus fructus negabat. Terrebat Ioannẽ, quòd Simonis augebatur potẽtia, & totius factionis socij quatiebãtur. Volebãt perditũ, sed bello nõ audebãt lacessere. Iterũ insidias parãt, & obsidẽtes itinera, vxorẽ eius cũ omni comitatu muliebri, & paucis virorũ prosecutoribus

Chebron vrbs vetusta & celebris. Memphis.

Terebinthus à constitutione mundi.

* *exesus.*

A cutoribus rapiũt, iactabant se, quasi omnem confecissent victoriã, ac velut ipsum Simonẽ captũ tenerẽt, supplicaturũ sibi arbitrabantur. At ille durus, immitis, qui nullius affectu cõmoueretur, nihil sanctum charúmue haberet, inflammatur quasi accepta iniuria potiùs, quàm erepta gratia, multóq; sæuior grauiórque grauibus excruciabat, quos reperiebat, tormentis. Pleríque manus incidebat, quos ad hostem truncato corpore † remittebat, vt eius annunciarent crudelitatem, insinuarent minari, quòd muros subuerteret, vrbem excideret, nisi sibi ocyùs vxor propria restitueretur. Similiter manus & viscera truncaturum omnibus, qui intra vrbem degerent, nisi maturè consuluissent. Ita perterrefacti, vxorem eius ad eum dirigunt: quo mitigatus furor eius, aliquantùm requiescendi copiam clausis dedit, vt non vrgeret obsidionem ciuilem.

† *dimittebat*

NEC solùm Galba interfecto, sed etiam Othone extincto, Vitellij ducibus congredientibus, quem Gallicanus exercitus creauerat Imperatorem. Et primo quidem certamine superior Otho visus est: repetitò post diem prælio, cùm comperisset Ortho Valenti & Cæcinnæ Vitellij comitibus victoriam cessisse, plurimos quoque suorum interfectos, Brixiæ positus, volũtaria nece eripuit se ludibrio, duobus diebus & tribus tantùm mensibus rerum potitus. Victor itaque Vitellius, cum eo, B qui vtrinque superfuerat exercitu, Romam contendit.

CAP. XXIIII.

Vitellius.

VESPASIANVS tunc temporis profectus ex vrbe Cæsaræa, vastabat Iudæam, montana omnia finitima & munitiones debellabat. Interficiebat resistentes, precantibus impertiebat veniam salutis: Fugabat aduersarios, constituebat suos. Cerealis quoque Dux Romani exercitus cum equitatu percurrebat omnia, extinguebat alios, alios subiiciebat: Captiuorum cogebat agmina, omnia circa Hierosolymam exurebantur, ne vllum Iudæis esset perfugium. Sic intercluſi ante obsidionem vniuersi Iudæis exitus. At illi non solùm non consulebant sibi, sed etiam domestico inter se decernebant certamine: Ioannes interior tyrannus, Simon extramuranus hostis: qui recepta vxore, pauliſper excurrens, Idumæam depopulatus, validior redit, & Hierosolymitanæ muros vrbis armis circumsonabat. Ioannes intùs positus, suos ad bellum vitiis exercebat, data criminum authoritate. Feruebant studia rapinarum, probrorum cupiditates, luxuriæ effusiones, vnguentorum odores, calamistris crispabant capillos, stibio oculos depingebant, muliebrem amictum † induebant. Nec so- C lùm ornatus fœminarum, sed etiam muliebris mollitia affectabatur, & illicitarum libidinum passiones, viri muliebria exercere, effœminare vocem, & fluxu corporis sexum dissoluere, pascere comam, vultum dealbare, pumicare genas, vellicare barbulam, & in hac dissolutione sæuitiam crudelitatis exercere intolerabilem. Denique fracto gressu incedebant, & subitò momentanei bellatores reconditos sub conchyliatis chlamydibus gladios occultantes, cùm repentè nudassent, quæcunque repererant, diloricabant. Qui Simonem euaserat, à Ioanne interficiebatur, si se intra vrbem recepisset, qui Ioannem fugerat: captus à Simone ante muros immolabatur. Erat dissentio grauis. Idumæi quærebant tyrannidem Ioannis extinguere: inuidebant eius potentiæ, & oderant eius crudelitatem. Congrediuntur aduersum satellites tyrannidis, auertunt eos, insectantur eos vsque ad aulam Regiam, quam condiderat genere proxima Regis Adiabeni: irruunt exclusis propugnatoribus, templúmque occupant, diripientes spolia tyrannidis, quoniam illic Ioannes opum suarum condiderat receptaculum. Grauis incesserat metus, ne per noctem Idumæi de templo vrbem ingressi, ferro plebem interimerent, incendio vrbem delerent. Quo metu territi, D de consilij sententia, dum vnum tyrannum ferre nequeunt, alterum introduxêre. Et Ioannes fraude irrepserat in tyrannidem. Hic Simon rogatus, quasi remedium salutis daret, dominatum inuexit ciuibus, vbi tyrannum. Missus est Matthias Princeps Sacerdotum, vt eius ingressum obsecraret. At ille superbè satis dominari abnuit, & quasi grauaretur, concessit ambitus, vt se in vrbem cum omni sua virtute infunderet. Aperuêre portas manibus suis, vt pernicioſiorem introducerent, cùm infirmiorem execrarentur. Itaque Simon ex sententia ingressus, æquè se hostem exhibebat vniuersis: vt & illos, qui vocauerant, & illos, aduersum quos eius auxilium postulatum fuerat, communi omnes odio persequeretur. † Vrgebat Ioannes fraudibus suis, fluctuabat ciuitas. Certamen erat inter Ioannem & Simonem, quis ampliùs suis noceret.

induebãtur Hierosolymitani vitiis exercentur enormibus.

Simonis fraus

Matth. princeps Sacerdotum.

† *Vrgebatur*

SVB ea tempestate conualuit rumor ciuilium bellorũ in exercitu Romano, de Galbæ & Othonis nece manifestatus, & imperio Vitellij, qui nequior superioribus, quasi fæx resedisset. Conferre secum veteris militiæ viri cœpêre, & indignè ferre, tantùm vsurpare Prætorianas Romæ legiones, E vt cùm iam bellorum desueuissent experiri pericula, nomina ignorarent gentium, quæ bellum mouerent. Ipsæ tamen statuerunt belli Imperatorem: & in sua manu rerum Romanarum legendum arbitrum † constituerunt. Deinde huiusmodi exemplo in Gallia positos milites aspirauisse, vt Vitellio imperium darent, inconsulto Senatu & populo Romano, se intereà quasi mercenarios haberi, qui aliena arbitria sequerentur: primos ad periculum, ad honorem vltimos, tanto tempore bellum gerere, triumphis quotidiè crescentibus & ab inferioribus dominos accipere, & ne eos quidẽ vtiles, sed vel ignauissimos quosque, vel ventri deditos, & turpitudini, pergendum obuiam & remouendam iniuriam. Esse sibi virum strenuum Vespasianum, quem legi decuerit ab omnibus Imperatorem æui maturum, ad consulendum validiorem iunioribus ad præliandum, properandum maturiùs, ne priùs ab aliis eligeretur: & his, cum quibus in militia consenuerit, triumphando esset despectui. Quando opportunius tempus, quo digna merces laboribus eius rependeretur? Vitellianam

CAP. XXV.

Vespas. deuastat Iudæam. Cerealis dux Rom. exercitus.

† *constituunt*

Vespasiani cõmendatio.

voraginem priuatorum dedecus (non dicam Imperatorum) non diutiùs hoc toleraturum Senatum, non populum Romanum, vt opprobrium vinolentorum diutiùs in culmine maneat imperij † cuius res Romana ad sumptum non suppetat. Quis enim ferat tyrannum regnare, cùm habeat in exercitu dignum Romani imperij gubernatorem? Quæ verò gentes luxui se subiiciant, & vitiis dedant, cùm belli incentiuum sit ignauia Imperatoris, & contrà firmitudo pacis, in hostem virtus, sobrietas in Reipublicæ moderatore? Quis non suspiciat in Vespasiano adhuc priuato regni decus, & Romani imperij authoritatem, cui tot militares numeri præstò sunt, & omnis Romani exercitus, validior manus? Quid expectamus? An vt nostris fultus virtutibus, aliis debeat, quòd Imperator est, & nos aliis cedamus, quod in iure nostræ potestatis est? Certè si honorare nolumus, non derogemus. Nec faciamus hanc iniuriam, vt nostro iudicio repudietur, quasi indignus imperio, quo dignus habetur Vitellius. Postremò cùm in Italia sint frater eius & filius Domitianus, verendum profectò est, ne qui suis ornamento esse iamdudum debuit, sit periculo: aut si illi, vt arbitramur, tyrannum vrgere cœperint, huic fraudi sit, quòd & frater & filius rebellauerint, & incipiamus reum spectare, quem videre noluimus imperatorem. His secum milites vociferantes, adoriuntur Vespasianum, rogant vt Romani imperij suscipiat gubernaculum. Ille autem abnuere ac se indignum dicere, esse iam constitutum imperatorem, refugiendum ciuile bellum: Illi instare promptiùs, ille resistere perseuerantiùs. Postremò reluctantem armati circunsistunt gladiis mortem minantes, qui aduerterent sibi crimen manere, & graue periculum si refugisset: ita cessit potiùs imprimentibus, quàm recepit voluntarius, quod ambire alij solent. Vrgebant milites, suadebant Duces: curam priùs quàm honorem induit, festinauit in Ægyptum, sciebat enim maximas vires illic esse Romanæ Reipublicæ, vnde alimonia ministraretur, subsidium sibi quærendum, si vinceret: aut refragium Vitellio, si trahendum diutiùs bellum putaret. Esse etiam illic duos ordines militarium virorum, quos sibi adiungere properauit, vt vrbs maxima, & plurimis naturæ munimentis circundata, in suo potiùs iure, quàm in alieno maneret, ad vtrunque belli euentum satis vtilis. Idcóque de locorum situ, ac potissimùm de ipsa vrbe metropolitana, vel paucis dicendum rati.

† cui Ignauia Imperatoris est incentiuum belli.

Domitianus Vespasiani fratris filius.

Vespasianus nolens suscipit imperium.

CAP. XXVII.

VRBEM Alexandriam condidit Alexander, cui ob virtutum inditum magni ducis cognomentum. Ea inter Aegyptum & mare quasi claustrum interiacet, ciuitas importuosa, vt ferè pleræque Aegypti, & ab externo difficilis accessu, cùm sit in remotioribus Asiæ partibus iacens. In Europa, quia ipsa † Aegypti aridis Lybiæ conterminat, meridiana autem eius superiora, quæ disterminant ab Aethiopibus Sienem, & innauigabiles Nili fluminis cataractas. Ab oriente resunditur mare rubrum, Clitro tenus, qui locus extremis vltimus terris, peruium ad Indos aperit iter nauigaturis. Septa igitur ex vna parte feruentibus incendiis Solis, Indico inde atque hinc Aegypto mari vno tantùm muro septentrionali innititur terræ, quod ducit in Syriam. Cætera intercluſa vndique, & naturæ subsidio vallata: diuiduum tamen septentrionalis plagæ † eidem munimentum, & gemino quodam limite patens, quo vel peregrinæ ad eam per maria † Aegyptum deuehuntur copiæ, vel liberior ad terras vsus diffunditur. Terra iacet in infinitum modum. Nam inter Sienen & Pelusium longitudo † vniuersa stadiorum duûm millium, si fides assertis adest, & ab Plinthine, vsque Pelusium stadiorum item trium millium sexcentorum: inassueta imbribus regio, nec tamen pluuiarum indiga, cui Nili irrigua spontaneos imbres ministrant. Vtrinque ei Nilus est, cœli hubertas, terræ fœcunditas, arua temperat, solum opimat, nautis & agricolis iuxtà vsui: hi nauigant, illi serunt: isti circumuehuntur per sua rura nauigiis, illi excolunt sine aratro serentes, viantes sine carpento. Distinctam cernas fluentis, & quasi quibusdam excelsam mœnibus nauigiorum, totis domicilia terris vagantur, quæ Nilo circunfluunt. Est enim nauigabilis vsque ad vrbem (vt appellant) † Elephantinorum: vlteriùs nauem procedere cataractæ, quas diximus, non sinunt: non defectu gurgitis, sed totius fluminis præcipitiis, & ob quandam aquarum ruinam. Portus vrbis, vt plerique maritimorum locorum aditus, difficilis accessu, & longè difficilior cæteris, quasi ad formam corporis humani, in capite ipso & in statione capacior, in faucibus angustior, qua meatum maris & nauium suscipit, quibus quædam spirandi subsidia portui subministrantur: vbi quis angustias atque ora portus euaserit, tanquam reliqua corporis forma: Ita diffusio maris longè latéque † distenditur. In dextera verò portus insula est breuis, & in ea turris maxima, quam Pharum in commune Græci ac Latini ex ipsius rei vsu appellauerunt, eò quòd longè videatur à nauigantibus, vt priusquàm in portum appropinquent, nocturno maximè tempore, terram finitimam sibi esse flammarum † incêdio cognoscant: ne decepti tenebris, in scopulos incidant, aut vestibuli limitem non queant comprehendere. Sunt itaque illic ministri, per quos subiectis facibus, cæterisque lignorum struibus, adoletur ignis quasi terræ prænuntius, & index faucium portuensium, demonstrans ingrediendi angustias, vndarum sinus, vestibuli anfractus, ne præstringat tenuis carina cautes, & in ipso ingressu offendat inter opertos fluctibus scopulos. Itaque directum cursum † paulatim inflecti oportet, ne cæcis illisa saxis ibi incurrat nauis periculum, vbi sperator effugium periculorum: Angustior enim aditus in portum: quia à dextera parte latere arctatur, à leua rupibus, quibus obstructum est sinistrum latus portus. Circa insulam quoque † instructæ ingentis magnitudinis moles deiiciuntur, ne assiduo assurgentis impetu maris, cadant fundamenta insulæ, atque † vi nimia soluantur. Vnde fit, vt illi-

De situ Alexandriæ.

† Aegyptus.

† eiusdem Aegyptium

† immensa

Aegyptus inassueta imbribus regio.

Elephantinorum vertus descriptio.

† extenditur Pharum turris maxima

† iudicio

† paulisper

† structæ

† miuria vetere.

dentibus esse in partem insulæ fluctibus, & * currentibus in aduersum inter scrupeas rupes, molésque constructas, canalis ille medius semper sit inquietus, atque exasperato transitu periculosus fiat nauigiis ingressus: amplitudo portus stadiorum XXX. statio tuta, placiditas maxima quauis tempestate: quia memorati oris angustiis, atque obiectu insulæ repellit à se vndas maris, & fit intùs tutissimus portus, compensatione quadam ingressus periculosi: quia per easdem portuensis oris angustias, totius portus defenditur sinus, & summouetur à tempestatibus, placidatur à * frigoribus, per quos ingressus exasperantur: Nec immeritò vel tutamen, vel magnitudo portus huiusmodi est, cùm in eum, quæ ad vsum totius orbis proficiant, conuectari necessarium sit. Nam & populi innumerabiles eorundem locorum, ad vsum sui expetunt totius orbis commercia, & frugum regio ferax, cæterorúmque terræ munerum vel negotiorum abundans, totum frumento alit atque instruit necessarijs mercibus orbem terrarum.

** fragoribus*

CAP. XXVIII.

COMPOSITIS itaque ergo se rebus in Alexandria Vespasianus, & studiis omnium, qui rem militarem gerebant, circa suum imperium conspirantibus, securus absentiæ, reditum in Syriam maturat: conuento mandatis tamen Tiberio Alexandro, qui tunc Aegypto præsidebat, vt eius exercitus, qui tum in superioribus partibus erat, gratiam sibi consociaret, ipse quoque necessitatem imperij Romani, quibus posset adiuuaret viribus. Quæ sibi imposita forent, Tiberius per epistolam prouincialibus & militibus insinuauit, ídque ab omnibus cum lætitia susceptum, fides promissa, effusus fauor. Vespasianum Cæsarea suscipit: Inde Beritos, legationibus vrbium cum summo gaudio confluentibus. Illic etiam Iosephus solui præceptus vinculis iussu Imperatoris, adiuuit Titus vt frangerentur potiùs, quàm soluerentur catenæ. Quòd si frangerentur, ita esset quasi non fuisset ligatus. Placuit patri securim deferri, iussit frangi catenas, vt aduerterent Iudæi sibi quoque veniam non negandam, si conuerterentur & pacem rogarent: simul quia non alieno eum arbitrio iam reseruabat, cum ad se rerum omnium delata arbitria forent.

Tiberius Alexander præfes Aegypti.

CAP. XXIX.

VENTVM Antiochiam, ibi tractatu habito, vnde oporteret ad Italiam transmittere: quia tuta in Aegyto, vel Alexandria omnia considerauerat. Consultum celeritati. Dimittit itaque Mutianum cum parte multa equitum, & exercitus pedestris, vt præueniret in Italiã aduentum Imperatoris. Is prolixæ nauigationis reuocatus formidine, per Cappadociam & Phrigiam iter direxit. Antonium quoque præcepit Præfectum tertio ordini militari, qui erat in Mysia, in imperatam se Italiam effundere, priusquàm Vitelliani sese mouerent. Nam Vitellius quasi crapulatus & somno demersus, conuiuij rem geri existimans, non imperij, in tantis positus negotiis dormiebat. Denique vix tandem excitatus nuntio aduenientis Antonij, dirigit Cecinnam cum exercitus parte, & periculi sui summam alieno arbitrio committit, fretus Cecinnæ viribus, quòd Othonis manum fuderat: Ille circa vrbem Cremonensium Antonio occurrit aduenienti: explorat omnia, cognoscit prævalidã manum † è diuersis affore, strenuam bellis, exercitatam triumphis: se contrà nec viribus æquis, nec numero pares posse decernere aduersum validiores: conuocatis Centurionibus suadet bello desistere, quòd essent numero inferiores, & gloriæ Imperatoris præponderaret, satis in bello valere famam Ducis rem summam gerentis: Vespasianum in Gallicanis partibus, & Britanniarum victoriis emicuisse. Vespasianum Orientalibus succinctum adoreis, magno vti sui nominis præiudicio. Vitellium autem nihil aliud nisi vino solutum, & inter conuiuia pridiana semper ructantem epulas, nihil aliud expectare, nisi vt cùm hostis † aduenisset, ebrius pereat sine sensu doloris. Ex illo augeri militum animos tanti gloria Imperatoris: ex isto deiici per opprobria eius & turpitudines: consulendum, ne prioris belli famam † omitteret, licet vicerint Othonem Vitellio parem, aduersus eum nunc esse negotium, qui totum orbem triumphis suis cinxerit: præueniendam gratia necessitatem, vt ciuem potiùs Vespasianum eligant, quàm hostem experiantur. Miserum esse bello ciuili vincere, quantò miseriùs vinci, vt videaris hostis tuorum? Victori patria manet, victo perit: aut si manet, ad sceleris inuidiam manebit, vt videamur ciuibus intulisse bellum pro tyranno. Qui enim vincitur non iam ciuis, sed tyrannus est. Quid conferimus noxias manus? Semel satis sit sceleri vicisse, vt pudeat cui vicerimus. Putauimus † vel imperium sobrium fore, vel rerum molibus expergefactum, somno perpetuo renuntiare. Quid expectamus diutiùs? Pericula nostra ingrata sunt omnibus comilitonibus, omnibus populis iudicia nostra reprehẽsa, & condemnata propter electi flagitia. Qualis sit considerate, qui etiam victor repudiatus est. Consultandum certè priùs de belli euentu, & sic præliandum. Si pericula præuenerint, frustrà consules, vbi consilium placuerit, rectè incipies. Quod soliciti ducis esset: explorata sibi omnia, patuisse Vespasiani exercitum esse validiorem, fidem suam pro Vitellio iamdudum probatam, quando præsumpsit de belli euentu, victoriam secutam quando diffidit: in promptu esse, quid sit futurum. Neque verò mortem suam sibi esse formidini, sed exercitus Romani periculum: & quod plus dolet viris, partæ iam dispendium laudis, vt videantur victi, qui solent vincere. Sibi certè cauendum, ne iudicetur, & illud non fortitudinis, sed euentus fuisse, quòd vicerit bello superiore, & istud ignauiæ, quòd victus posteà sit.

Mutianus

Antonius.

Vitellius crapulatus. Cecinna.

† è diuersis

† aduenerit

† omitteret.

Miserum est bello ciuili vincere.

† vel in imperio.

CAP. XXX.

HIS atque huiusmodi sermonibus abduxit in sententiam suam milites, vt secum ad Antonium pergerent voluntarij, atque ei se traderent: sed vt se habet vulgi maximè militaris mobilitas, compuncti sunt plerique per noctem in cubilibus suis, deserti vt Vitellij pœnitentia: ne si superior fieret, nullus sibi veniæ locus superesset, qui Imperatorem proprium dereliquissent. Et surgentes primò

cum obuijs quibúsque, deinde cum omnibus conferre cœperunt, quomodo erratum emendarent. F
Euaginatísque gladiis, insiluerunt super Cecinnam volentes vltum ire iniuriam suæ prolapsionis.
* vinctum. Sed interuenientibus Centurionibus & Chiliarchis, à nece quidẽ eius temperandum rati, victum tamen Vitellio dirigere parabãt. Quo cognito, Antonius mouit eos, quos secum deduxerat, & armis super defectores irruit. At illi viso agmine partis aduersæ, parauerunt se ad prælium: sed paulisper ausi resistere, vbi se conuertêre, vt Cremonam confugerent, cum equitibus Antonius occurrit, atque omnes præuenit aditus: ne confugientes reciperentur, clausósque ante vrbẽ interfecit. Cæsa illic multitudo maxima, reliquos in ipsam vrbem persecutus peremit. Direpta omnia, plurimi negotiatores ex aliis locis aduenientes, plurimi incolæ prædæ causa necati, dum sua vendicant. Extincta triginta millia, & ducenti viri, qui aderant de exercitu Vitellij. Primúsque (id enim Antonio cognomentum erat) quatuor millia quingentos de Mysiacis militibus amisit: quoniam desperatione salutis vlcisci se volentes Vitelliani, vbi circumuentos se videre, haud incruentam & ipsis Antonianis victoriam cessere. Solutus vinculis Cecinna, dirigitur ad Vespasianum ab Antonio, ibíque non solùm salutis securitate, sed etiam præmiorum solutione consolatus est maculam proditionis. G

CAP. XXXI. Cvivs victoriæ nuntio elatus Sabinus, volens & ipse commendationem sibi apud Imperatorem parare, si præueniret aduenientem Antonium Vitellij vel exitio, vel expulsione: aut si resisteret Vitellius, superueniret Antonius, qui iam iámque affuturus audiebatur, congregat sibi militarem manũ ex his ordinibus, qui Romæ positi curabant munia vigiliarum, occupat nocte & Capitolium:
Domitianus. plurimi ad eum nobilium per diem confluxêre, inter quos etiam Domitianus Vespasiani germano editus, qui metuẽs, ne in se, quasi in Vespasiani nepotem, Vitelliana vltio deriuaretur: inter duos positus Vitellios, propiorẽ adoritur, minùs solicitus de remotiore: (plùs enim propiora terrent pericula) Indignatúsque immittit Germanos in Capitolium, qui præferoces immanitate gentis, simul numero validiores, circunuenérunt rebellatricẽ Sabini cateruam: interfecti propè omnes. Domitianus tamen cum plerisque nobilium, dum Germani ad superiora Capitolij nituntur, & à Sabino eiúsque
Sabinus necatur. sociis loci pelluntur, suffragio fugiendi locum reperit, aut fortè, quia & ipse malo publico reseruabatur tyrannus futurus: Sabinum Vitellius excruciatum necat, diripiuntur omnia munera oblata Capitolio, templúmque incenditur. H

CAP. XXXII. Post diem Antonius adest, è diuerso occurritur, trino circa vrbis mœnia congressu habito, fusi cæsique omnes Vitelliani: interea Vitellius epulabatur, ne amitteret moriturus prandium, & redẽdentioribus (vt in extremis solet) mensæ sibi vltimæ dapibus refertiebatur. Obruebat se vini poculis
Vitellij ebrietates. frequentioribus, vt sensum amitteret futuri vel opprobrij, vel periculi: rapitur è conuiuio, trahitur per multitudinem, insultatur morituro, inferuntur iniuriæ, quas ebrius non sentiebat. In media perimitur vrbe, vina simul & sanguinem fundens, & eructans crapulam, qui si diutiùs vixisset, luxuriæ
† quinquaginta milia. rectius ex Iosepho. sumptibus, & pretio mensarum Romani imperij opes abligurisset. Denique octo mensibus & quinque diebus imperitauit. Et iam Roma edacitate eius defecerat: Numerata sunt alia cæsorum supra † quingenta milia.

CAP. XXXIII. Sequenti autem die Mutianus & Antonius cum exercitu pariter ingressi, vix finem necandi furentibus militibus imposuêre, eò quòd præsumptores constituendi imperij Vitellianos persequebantur, & explorabant priuatorum domos, tanta perciti indignatione, vt cùm de populo aliquos metu latentes inuestigassent, priùs quasi Vitellianos ferirent, quàm cognitio veritatem manifestaret, vt sæpiùs vincentium furor interrogationem præueniret. Et quia absens erat Vespasianus, I
† ne quis nauus. quasi ad interregni vicem Domitianum publicis Mutianus præfecit negotiis. † ne quid eius deesset rebus secundis. Nondum tamen Domitiano se penitus infuderat libido flagitiorum, rudis erat adhuc vitiis, & Tyro criminibus vt potestatibus. Vespasianus hyeme retentus, atque intercluso ventis
Id Ioseph. lib. 5. bel. cap. 14. mari, cum filio Alexandriam rediit: illic victoriæ nuntio plebísque Romanæ comperto in se fauore, professionem maturandam constituit, ne quid absente se nouaretur: nec tamen incuratum Iudææ bellum reliquit, quod filio, quasi consorti suorum operum ac successori committendum putauit: vt neque Romanis ipse deesset, neque Iudæis Vespasianus, quem filius repræsentaret. Executor igitur paterni electus triumphi, cum electa manu dirigitur Titus, pedes egreditur, Nicopolim petit: Abest ea ciuitas ab Alexandria viginti quatuor stadiis: inde militibus classi nauium maiorum impositis,
Ex Ioseph. scribendum Thmuin. Vet. Cod. Tanis quod consentit cum Iosepho. Nilo decurrit vsque ad vrbem Thoni. Vnde progressus habitauit in ciuitate, cui nomen † Thamna. Secunda mansio viantibus ciuitas Heraclea, tertia Pelusium, duobus diebus statiuorum gratia Pe- K
lusij transactis, per desertum agens iter, peruenit vsque ad Casij Iouis templum: succedit ei Ostracine mansio, aqua locus indigens, tamen diligentia incolæ sibi subsidium parauerant, vt instituerent
† Rinocheri. Iosep. Raphia ductus aquarum. Exceperunt etiam † Rhinocoluri exercitum progredientem, non sine grata refectione. Occurrit vrbs Raphæa quæ ciuitas Syriæ principium est, ex AEgypto commeantibus. Ventum est Gazam, ea erat quinta ciuitas aduenientibus. Inde in Ascalonem, deinde Gamniam, ex qua transitum in Ioppen, peruentum in Cæsaream: vbi necesse erat paulisper morari, congregare quoque militum manum, quæ adhuc in hybernis agebat, & iam hyemis asperitas deficiebat.

EGE-

AEGESIPPI DE EXCIDIO HIEROSOLYMITANÆ VRBIS, HISTORIÆ

LIBER V.

CAPVT I.

ANno primo delati imperij Vespasiano, bellis asperis Iudæa & seditionibus domesticis lacerabatur, nec per hyemem inducias malorum egerat, quando solent bellorum fæua requiescere: quinetiam tertius ei tyrannus Eleazarus accesserat, quasi emendaturus vitia superiorum, qui coniurantibus secum Iuda, & Zenonis Simone, & Ezechia non ignobiliiuuene, quos plurimi alij comitabantur, & occupatis tẽpli interioribus & circuitu omni, supra fores in vestibuli ipsius fronte, ar-
Eleazarus tertius tyrannus Cod. Vet. Ezronis. Iosep. Ezronis filio.
B ma constituêre. Ioannes tamen conspirantium numero præstabat, & factionis multitudine, sed loco inferior: quamuis nequaquàm feriaretur, sed repugnaret superioribus, grauabatur tamẽ, quòd supra verticem haberet hostes. Simon verò, quem sibi tyrannum populus introduxerat, superiora vrbis tenebat: inferiora quoque populo ipsius replebantur. Trino prælio laborabat intra se ciuitas, nulla intermissio, nulla requies, nullæ inducíæ, momentis omnibus dimicabatur. Multi ruebant, innumeri iugulabantur, manabat sanguis, fœdabat vniuersa, ipsa replebat templi limina, passim iacebãt cadauerà: sagittis alij, alij missilibus feriebantur. Inter tres medius erat Ioannes, inferior Eleazaro, superior Simone: quo superabatur ab Eleazaro, eo ipso superabat Simonem: medius enim inter
C vtrumque eum locum tenebat, † vt quò plùs grauaretur ab altero, & ipse plùs noceret alteri, instructior tamen cæteris, subsidiis machinarum, & genere telorum bellum æquabat: ita tamen, vt præter eos qui bellum mouerent, plerique etiam Sacerdotum interficerentur: atque inter ipsas, quas mactauerant hostias, immolarentur: quamuis enim frequens super vniuersos rueret telorum seges, & vbique ferucrent prælia, tamen Sacerdotes sacrificandi ministerium solenniter obibant: nec feriabantur commisso sibi munere, & quò in interioribus erant templi, eò grauiùs perimebantur: quia tormento acta vehementiores ictus habebant. Plerique etiam, qui de vltimo orbe precatum venerant, sperantes remedia salutis, quò magis templo inhæserant, eò maioribus periculis inuoluebãtur.
† in qua
Promiscua cædes. Cerneres externos cum ciuibus, Sacerdotes simul & profanos iacere, graues cum turpibus, luxuriosos, cum abstinentibus, confusóque omnium promiscuè sanguine, & quasi profluuio decurrente, interiores, ipsos stagnare secessus templi: in circuitu omnia cruore tumescere, vt plerique, dum inuicem propugnatores partium petunt, lubrico offensi, † quassati furore, in sanguine demergerẽtur:
† quasi satiati. nec sic tamen periculis territi abstinebant prælio tyrannorum satellites: & quò maius periculum, eò amplius delæuiebat tempestas furoris. Si ijs grauius incubuerat exitium, alij quasi ad victoriã vehementiùs inuitabantur, vt turbatos deterrent. Et Eleazaro quidem vel Simoni cedendi potestas erat, vt quasi quibusdam vel horarum se repararent induciis: Ioannes † verò semper in procinctu,
† tamen.
D momentis omnibus in certamine: si superiores quieuerant, vrgebant inferiores ex parte Simonis: si hos perturbauerant, Eleazarus infestabat: nec ipse tamen illos quietos esse patiebatur, vbi alios depulerat, in alios prosiliebat, peruigil in certamine, & ipsa impiger crudelitate: vbi parcebant telis, ignes iaculabantur, qui comprehensis tectorum fastigiis, depascebantur domos, quæ refertæ frugibus, cæterísque subsidiis alimentorum, ad belli tolerantiam prolixioris, pariter exurebantur: maioráque pabula incendio dabantur, tuebant ambusta materiarum, deuoluebantur sublimiũ ædificiorũ culmina. Ita sanguine, incendio, ruina, fame, totius vrbis nerui succidebantur. Nullus locus periculo vacabat, nullum consilio tempus reperiebatur, nulla spes conuersionis, nulla fugiendi copia erat. Mœsta omnia, plena horroris, plena immanitatis, vbique luctus, vbique pauor, vbique clamor mulierum, ciulatus senũ, morientium gemitus, viuentium desperatio, vt miserabiles eos diceres, qui remanserant: beatos, qui obierant.

CAP. II. *Alloquitur author populum Iudaicũ, Moses.* Qvomodo decepta es ciuitas populis tuis, quibus quondam videbaris beata? Quomodo expugnata es tuis armis, atque in te conuersæ manus tuæ sunt, quæ solebas sine armis vincere, & sine vllo prelio hostem ferire, cum pro te angeli dimicarent, & militarent tibi fluctus maris, terræ hiatus, cœli fragores? Exurge nunc Moses, & vide gentem tuam, & hæreditatem populi tibi crediti pe-
E rire manibus suis. Aspice populum illum Dei, cui peruium gradienti mare patebat, cui esurienti escas cœlum subministrabat, sine mari clausum, sine Pharaone obsessum, sine terrarum sterilitate iciunum. Exurge Aaron, qui aliquando, cùm propter offensam Dei omnipotentis mors plurimos populi depascerctur, steristi inter viuentes ac mortuos, & mors stetit, atque obiectu corporis tui hæsit lues, nec transire potuit ad contagionem viuẽtium. Susciture & tu Iesu Naue, qui muros inexpugnabiles Hiericho Sacerdotibus tuba canentibus complanasti, & vide populum, cui exteros subiecisti, nunc eundem subiectum opprimi. Suscitare Dauid, exasperantem spiritum citharæ suauitate solitus excludere, & vide, quemadmodum dominetur furor, atq; omnem suauitatem psalmorum tuorum ex perditorũ sensibus † absoluerit, & vnusquisq; de principibus populum vniuersum ad mortẽ offerat, vt libertatem extorqueat, pro quo teipsum morti offerebas. Suscitare Elisæe, qui hostem in-
Aaron. Iesus Naue. Dauid. † absoluerit. Elisæus.

Fide nihilo perantis oratio vacua.

troduxisti in Samariam, & amicum fecisti: per te in castris Syriæ quadrigarum increpuit fragor & F vox equitum, & vox virtutis: fugit hostis, euasit obsidionem Iudæus. Vbi nunc ista merita, vbi nunc istæ operationes Sanctorum? Nec mirum, si amiserunt Prophetarum opera, qui negauerunt Prophetarum arbitrum: ideóque in te Iudæa arma vertuntur tua & orationes tuæ nihil tibi prosunt, quia fides tua nihil operatur: ideo aduersum te factus est populus tuus, quia in te conuersa est perfidia tua. Quod remedium quæritur, vbi author remedij non reconciliatur? Quid putabas futurum, cum tuis manibus Saluatorem tuum crucifigeres? cùm tuis manibus vitam tuam extingueres? cùm tuis vocibus aduocatum tuum exterminares? tuis infestationibus auxiliatorem tuum interficeres?

Iudæorum impietas. Barrabas. Iesus.

Nisi vt in te quoque tuas iniiceres manus: habes quod petisti, eripuisti tibi Præsulem pacis, petisti necari vitæ arbitrum, concedi tibi Barrabam, qui propter seditionem factam in ciuitate, & homicidium, missus fuerat in carcerem. Ideo salus abs te recessit, pax abiit, quies destitit, data est tibi seditio, datum excidium: agnosce tibi hodiè Barrabam viuere, Iesum mortuum. Ideò in te regnat seditio, pax sepulta est, vt crudeliùs à tuis pereas, quàm si ab alienis perires. Quid tantum tibi miserabilis ciuitas, Romanus suis armis, quantum populus tuus malorum inuexit? Vt cum Romanis impugna- G res, tui fecerunt: pacem volebant Romani, tu bellum † indixisti. Quid causæ erat, vt fortiores lacesseres? Durum sanè, quòd contra legem sacram templum gentilis intrauit: sed iam non eras Dei tēplum, nō eras Dei ciuitas, nec esse poteras, quia eras mortuorum sepulchrum, & præsertim tuorum quos ipsa occideras, nō quos ab hoste amiseras. Quomodo enim vitæ esse domicilium poteras, quæ eras mortis habitaculum, diuersorium scelerum, latronum spelæum?

† induxisti

Ananus & Iesus insepulti.

Iacuerunt in te Ananus & Iesus insepulti Sacerdotum principes, & illi dudum sacerdotalibus amicti stolis, qui venerationi etiam exteris fuerant, deformi iacuerunt cadauere, esse volatilium, & deuoratio canum, membra laceri tota † dispersa vrbe, vt deplorare veteris sanctitatis species videretur, tantam sacri nominis contumeliam, & speciosi quondam muneris deformitatem: sed ipsa tibi huius indignitatis exordium fecisti, quæ in medio sinu tuo occidebas Prophetas, quæ lapidabas Sanctos Domini. Ante templum iacuit Zacharias exanimis, iacuit inhumatus: hic ergo sanguis illum lauat. Quæ causa autem mortis Anano, nisi quòd increpauit populum tuum, quòd non insurgeret pro templi defensione, quia expostulabat libertatem proditam, virtutem desertam, calcatas veterum sacrorum reliquias, commaculata H altaria: relinquendum asserebat populum vsu simulacrorum insensibilium, & statuarum de marmore, nihil iam sentientem.

† dispersi

Zacharias.

Defensio naturalis.

† Muta.

† Multa enim animalia referre solēt vel vindictæ vicissitudinem, sentire iniuriam, incitari aculeo, declinare verbera: qui ergo nec excitatur, nec declinare nouit quod noceat, similis est non sentientibus. Et reuerà vbi est libertas illa tua, cuius studio quondam non Aegyptiis, non Palestinis, non Assyriis, posteà non Medis cedendum æstimauisti? Vbi est illa Machabæorum fides, quæ quondam in paucis fudit Babylonios, Persas fugauit, Demetrium perculit: ad postremū in paruulis & mulieribus Antiochi arma, gladios, incendiáq; superauit, & pro obseruatione patriæ mori maluit, quàm Regis imperiis obtemperare? Vbi est illa deuotio Patrum pulcherrima passionum omnium, qua se non pro liberis, non pro coniugibus magis, quàm pro templo Dei morti offerebant?

Machabæorū fides.

† Aaron, nō est in manuscript.

Fides aret, pietas sepulta est.

Antè & virga † Aaron sacerdotalis floruit, recisa de syluestri radice: nunc & fides aret, & sepulta est pietas, & abiit omnis virtutis æmulatio. Nec mirum, si populus, qui à Deo recessit, & improbum contradictionis spiritum sequitur, in seipsum diuisus est. Quomodo enim pacē suam tenere poterat, qui pacem Dei repudiauit? Pax Dei Christus est, qui fecit vtraque vnum. Meritò ergo I ex vno populo plures aduersus se facti sunt, quia noluerunt sequi diuisa consociantem IESVM, sed secuti sunt coniuncta diuidentem furoris spiritum. Soluebas igitur Hierusalem mercedem perfidiæ tuæ, cùm ipsa tuis manibus destrueres munimina tua, cùm tuis mucronibus foderes viscera tua: ita vt hostis misereretur, & tu occideres: vt ille parceret, & tu sæuires. Videbas enim, quòd Deus aduersum te pugnaret, & Romanorum partibus fungeretur, vt ipsa tibi inferres voluntariam proditionē.

† furentibus

Et ideo spectatores malebant esse Romani, quàm percussores, ne † feruentibus tuis inter se visceribus, manum admouere contagionis magis quàm fortitudinis æstimarentur. Ad hæc nefandæ cędis supplicia accedebat impiæ immanitas crudelitatis, vt sepulturam omnibus, qui vel in templo necati fuerant, vel circa vrbis plateas negarent, nec humare cuiquam vacabat, dum bello inter se occuparentur, feriendíque magis quàm humandi cura vniuersos tenebat. Ita quodam furore occiderant pietatis officia, crudescebant impietatis ministeria, nihílque magis in tantis calamitatibus perierat, quàm misericordia, quæ sola solet alleuare miserias, solari ærumnas.

Misericordia solatur ærūnas.

Nam & hi, qui amiserant suos K non audebant humare propter formidinem, cùm grauis terror ingrueret à diuersæ factionis principibus: & hi, qui necauerant alienos, cauebant ne quis illos præriperet ad sepulturam. Itaque necesse erat omnes timere, ne quod alteri donare vellēt, id sibi sumerent: vel quod peius est, quem parauerant aliis vsum sepulchri, eum ipsi non impetrarent. In templo igitur ipso pro vnguentis benè olentibus, pro thymiamatis benè spirantibus, pro diuersorum florum odoribus, grauis erat insepultorum cadauerum fœtor, quos pluuia dissoluerat, quos flāma combusserat, quos sol calefecerat, omnes artus cæsorum ciuium diro odore fœtebant: hinc resolutorum putredo viscerum, inde exustorum nidor, sensus omnes atq; ora complebant viuentium, vt ipsi non multò pòst grauiore morbo consumerentur, ac se superstites ingemiscerent, quò duriore pœna perirent: eóq; seruatos, vt viderent cum patria simul, solui etiam leges naturæ, negari ius viuentibus, pacem ciuibus, sepulturam

Leges naturæ soluuntur.

defunctis

A defunctis, humana pariter atque diuina maculari ac pollui, permixta omnia, criminosam esse misericordiam, religionis loco haberi crudelitatem. Castrum in tēplo, bellum in limine, fumus in altaribus: ea se spectare oculis, quæ Prophetis denuntiantibus non credidissent futura. Nónne de ipsis dixerat Dauid? Polluerunt templū sanctū tuū, posuerunt morticina seruorū tuorum escam volatilibus cœli: Effuderunt sanguinē eorū velut aquā in circuitu Hierusalē, & nō erat, qui sepeliret: Simul enim tūc & gētes venerūt in hæreditatē Dei, quæ auferrēt omnia, & templū pollutū est suorū funeribus, & insepulta iacuerunt cadauera interfectorū ad escā auiū bestiarumque voracitatem: Effusus sanguis, vt stagnaret in templo, deesset qui sepeliret: quia à viuentibus in mortuos, à mortuis in eos, qui adhuc viuerēt, furor transferebatur. Volebat aliquis, defunctum humare? ipse extinguebatur: & qui defunctū occiderat, in sepultorē transferebat iracundiā, vt illi sepulturā negaret, hūc extinguebat: rursus qui sepultorē occiderat, maiorē crudelitatē circa defunctū exercebat, vt iā nihil debentē odio, nō sentientē supplicia, spoliaret supremo naturæ debito. Quid illis aliud accidere poterat qui diuina non recipiebāt oracula? Irridebāt Prophetarū annunciationes, fas omne calcabant: non cre-
B debant futura, quæ vt fierēt, ipsi accelerauerūt. Erat enim sermo vetus & frequens, tūc peritur ā vrbē Hierosolymā, & sancta eius exurenda, cū seditio belli legē incesseret, & domesticæ manus templum Dei contaminarēt: sed ne hoc quidē intellexerūt. Quoties enim excisa domus Dei, quoties seditio, quoties obsidio, quoties bellū? & nūquam illa vrbs periit, nisi quādo verū templum Dei domesticis manibus crucifixerūt. Et quod illud tēplum? Audiant: Soluite templū hoc, & in triduo resuscitabo illud. Quid enim aliud, nisi sacrilegium fuit, cùm impias manus extēderent in autorem salutis, cùm lapidarēt, cū verberarēt, cū corriperent, cū occiderēt? Tunc verè sancta* eorum absumpsit ignis diuinus: nā & exusta à Babyloniis, reparata posteà: destructa à Pompeio, reformata iterū: sed penitus exusta, vbi Iesus venit, & spiritus diuini calore soluta euanuerunt. Oportuit huberiore quadā deploratione † præire nos funus quoddam paternæ solennitatis, & velut exequias quasdam prosequi, ac soluere iuxta maiorum instituta: sed veniamus ad exordium obsidionis Hierusalem.

Excidij Hierosolymitani prædictio.

Christi corpus templum vocatur.

**sanctorum*

†exprimere

CAP. III.

Exordia obsidionis Hierusalem.

REVERTERAT in Iudæam Titus, & paucis diebus interpositis, vt replerentur ordines militarium numerorum, de quibus lecta manus missa fuerat in Italiam, bellum adolebat festinās comitari
C patrem ne in pericula solum dimitteret, aduersus Vitelliana arma conflicturum. Mouit itaque iter magno decore exercitus, † solitudo vbique, & parato agmine suspectans insidias, quia virtute se superiorem videbat. Venit per Samariæ loca, suscepit eum † Gosna, quæ ad Romanos iamdudum cōcesserat: ventum in Aulanam, vnde aberat Hierosolyma stadiis XXX. nihil ampliùs. Inde assumptis equitibus numero sexcentis perrexit equitatum ante vrbem: exploratum quoque loci sitū munimentorum qualitatem, murorū altitudinē, studia plebis, quæ ferebatur latronum armis premi, & factionum stipamine circumueniri: vt in vita acquiesceret obsidioni, quò minus voluntatem erga Roman. proderet, si libertas daretur. Speciosè igitur cum paucis equitabat in aggere publico, qui ad muros vrbis dirigebatur, nec quisquā est visus progredi. Verùm vbi ad obeundum murorū circuitum flexit equum in latus, cùm cætera* turba ducem sequeretur, erupēre subitò plerique de loco, qui appellabatur contra Helenæ sepulchrum, & exilientes occupauerunt iter, vt intercluderēt maiorem equitum partem, quæ Titum sequebatur: ipse cum paucis prætererat, consultò insidiātium, vt destitutus à cæteris facilius opprimeretur: quia neque ad suos regredi facile erat, propter instā-
D tem hostium multitudinem, neque progredi vlteriùs fossa aut vallum sinebant, cæteráque locorum impedimenta, quibus anceps periculum inferebatur.

Titus parat se obsidioni.

†sollicito

†Ioseph. Gophna.

**turma*

Helenæ sepulchrum.

CAP. IIII.

VIDENS itaque Titus in virtute † sua positum sibi remedium salutis, nec aliter nisi ferro iter aperiendum: Iam enim alij reflexis equis discesserant, † dum & ipsi Imperatoris filium secuturum sperarēt, conuertit equum, hortatúsque clamore cæteros, vt sequerentur, supra hostem irruit: impossibile hoc videretur, quomodo potuit euadere, nisi notum esset, in bello plurimùm audaciam posse, quæ vel sola sibi murus est: Deinde quia aliis ponè sequentibus, vile vulgus sibi magis in periculo consulendum putabat, quàm hostem persequendum: * At si qui manum extenderat, vt equum teneret, feriebatur. Denique duo tantùm ex Titi sociis interfecti, cum reliquis Imperatoris filius ad suos reuertit: Neque sanè dubitandum videtur, quòd intecto capite, nudus cætera: vt potè qui in excursu processerat, non ad bellum paratus, nec galeam, nec loricam induerat, eò nihil exceperit vulneris, cùm maximè in ipsum tela iacerentur, quòd ad excidium vrbis illius vir tantus reseruare-
E tur. Est, est profectò cor Regis in manu DEI. Itaque ne cresceret audacia Iudæis euentu fraudis & doli profectus ad vrbem cum exercitu, post noctem redit, & de specula quadam, vnde ciuitas prospectaretur, & templi magnitudo amplissima, demonstrat suis, cum qua vrbe sibi bellum foret, impigros & cautiores esse oportere: quod innumerabilis sibi populus expugnandus foret, & fraudi paratus. Ordinat qui muris ordines appropinquarent, quos adhuc fessos nocturno itinere cognouerat, quasi succenturiatos eminùs locat. Paulatim proceditur. Vbi ventum ad montem Olíueti, vallis sub ipso media inter eum atque vrbem interiacebat, cui nomen Cedron: vbi constitutum exercitum de muris aspicientes (nam sex stadiis aberat) seditionis ad tempus studia deposuēre, & externis hostibus aduenientibus, domestico fœdere sequestrata ciuilium bellorum certamina. Plerunque enim etiam acerba odia metus comprimit. Denique cohortati sese inuicem factionum viri, vt in vnum conspirantibus studiis patriam

†sola

Titus periclitatur.

Audacia in bello murus est.

**Ac si quis*

Cor regis in manu Dei.

Mons Olíueti. Cedrō vallis. Metus plerunque acerba comprimit odia.

defensarent,ne eorum discordia incruentam Romanis victoriã daret, freti numero hostem subi- F
†nixi
tò adoriẽdum putarunt,& improuisa eruptione primos turbauêre. Sed vbi se Romani ipso vsu ve-
teri,& diuersorum generum præliis exercitati,cõfirmauêre animis ordine suo † nexi, cædere incur-
santes cœperunt,scutis repellere,proturbare iactu telorum,haudquaquàm tamen sine cõmuni exi-
tio. Et propè iam incubuerant Iudæi,& nutabat acies Romana nisi cognitis rebus aduenisset Titus,
& occurrens aduersariis,confirmans suos reparasset prælium,& erexisset animos militum , increpãs
Romanas acies,confusæ multitudini, non sine maximæ ignauiæ probro victoriam cedere. Repul-
sisque Iudæis,qui etiam valle diuisos insectabantur , ad suos se victor recepit , securusque suffragij,
†Descendẽte
quod loci superioris aduersum inferiores,si tentarẽt congredi,subsidia dabat, ad aliã partem se Ro-
manus exercitus conuertit.† Discedente Cæsare infundunt se de muris Iudæi, & ingẽti agmine su-
per hostem irruunt:ita vt innumeræ concursu multitudinis, milites fugerent, ac sese ad montiũ cõ-
†populi, alias deest.
ferrent superiora,nudato latere,etiam cæteri,qui prælium mallent,fugêre. Intereà Cæsar in medio
† populi situs,orãtibus plerisque,ne se periculis daret, atque exercitu disperso, summã periculi solus
subiret cùm dominus esset orbis terrarum(non enim vt antè,vice militis pugnaret,sed imperatoris, G
in cuius periculo pernicies esset vniuersorũ) non acquieuit,sed militiæ decus præponẽs saluti, apud
†specie
quẽ gloriosa mors vitæ opprobrio præpõderaret, aduersum pectus hostibus refert, territísque,quos
aduersum ierat,in alios sese retorquet.Sola enim † spe sui& nimis notæ atque alacris fortitudinis glo
ria perturbabat hostem.Cedebant itaque quos accesserat,sed ex aliis partibus Iudæi magis magís-
que infundebantur:ac penè concluserãt Titum, nisi quia plerique militum videntes in medio belli
versari Cæsarem, conclamauerunt cæteris significantes,Imperatoris filium periculis non relinquen
dum.Sic vniuersos reuocauit pudor, atque armauit metus, ne deserti Cæsaris ignominia inureren-
tur. Conuersique in Iudæos, nisu omni ac virtute inconditam multitudinem in vallem vrgebãt, nec
difficile fuit ascendentes relabi. Sic Titus fugientem numerum militarem bis reuocauit à fuga,peri-
culoque pariter exuit & opprobrio, virtute pari vsus,& ad postremum pudore. Qui dum ignauiam
declinat, virtutem inuexit: primùm ne Cæsar relinqueretur,pòst etiam,vt hostis repelleretur.

Cap.V.
Forensi prælio succedit internum.
Dolus Iohannis.

Post hæc vbi forense prælium paulisper quieuit, internum successit. Namque paschalis inter-
uentu celebritatis,subornatis plerisque Iohannes,qui quasi obseruationis gratia templum adirent, H
& tanquã sociis data ingrediẽdi copia, dolũ patrauit.Ingressi enim specie ciuili, sed interiùs armati,
reiectis exuuiis gladios attollunt loricato pectore,& præliari accincti munimine. Quo terrore per-
culsi,qui intra templum inermes celebritati vacabant,exilierunt,templúmque vacuũ dereliquerũt.
Eos illis secutis,& quos potuerunt comprehendere,iugulantibus,alios vltra templi circuitum per-
sequentibus,irrumpendi Iohanni sociísque eius occasio data.Cæsi illic multi mortales, ita vt etiam,
qui non restiterãt,afflictis causis aliquibus iugularentur:nec tranquillitas quietis proderat,nec silen-
tium tacitis,nec cedentibus patientia.Comprehẽsísque interioribus tẽpli,etiã Simonẽ inquietabat
Iohannes in secundarium locum,Eleazaro cæterísque Principibus factionis tertiæ sibi subrogatis.

Cap.VI.
Titus tertiò in hostem progreditur.

Tertio quoque Titus progreditur in hostem,atque exercitũ producit. Aduenienséque offen-
dit stipatam Iudæorum ante vrbem multitudinem,specie volentium se Romanis tradere,sed quasi
reformidantium.Suspicatus dolum, & maximè,quoniam proximè conspiratos inter se, & pertina-
ces viderat:non arbitratus credibile subitò mutatos,admonuit milites fraudem cauendam , nec te- I
merè nisi secundum præceptum suum, conferto agmine muris appropinquãdum:ne à tergo illi,qui
vrbem egressi fuerant,circumfunderentur.Subitò de ciuitate increpuit sonus,& quędam seditio de-
menter resultauit,aliorum egressionẽ voluntariã simulantium, aliorum etiam resistẽtium , quòd illi
aperiri sibi portas poscerent,hi clausas seruare iuberẽt:alij bellũ , alij pacẽ optarẽt. Militũ vulgus ad
subueniendũ his , qui subueniri sibi de muris postulauissent, proripit sese:egrediuntur plerique præ-
ruptim,sine ordine,sine vllo modo,tanquàm occursuri aduenĩẽtibus,atque auxilium laturi , vt pro-
piore remedio pluribus erumpendi confidentia tribueretur, vel resistentibus metus, aut inter relu-
ctantes erumpendi sibi copia. Quibus se à tergo circumfundere cœperunt qui foris stabant, vrgere
circumuentos:illi quasi ad murum confugêre,nihil suspectantes ab his,qui pacẽ prætenderẽt. Inde
†deiici
quoque saxa,& tela † iniici,& subitò ficta pax in prælium versa est. Vnde conciti in hostes recurrũt,
qui etsi circumuenire tentauerant progressus militum Romanorum, tamẽ metuebant & ipsi, ne ab
omni exercitu circumuenirentur.Itaque dum vniuersos cauent,hos, plurimis licet vulneribus im-
pressis,& ipsi maiore ex parte saucij,propè de manibus amisere,quos iam captos putabãt. Secuti ta- K
men vsque ad Helenæ sepulchrum, sicut moris est insultantibus clypeis concrepabant , illudentes
Romanis quòd eos iam secundò insidiis circumuenissent.

Cap.VII.
Oratio Titi ad suos.

Cæsar cõmotior regrediẽtes misceri cæteris vetat,& concionẽ aduocat,dicens:Magna cũ sit
virtus Romana præstãs vniuersarum gentium populis:maximè tamẽ ea præcedit dispositionis ordi
ne & præceptorũ obedientia:ea est enim disciplinæ militaris custodia:Nec mirũ si Iudæi dolos inte
xant,fraudes struãt:qui se iudicẽt impares fortitudine.Sed vt inferiorũ & niti insidiis,sic fortiorũ ca
Infirmiorum insidiæ sunt
uere ne virtuti illudat dolus.Mirari itaque se,quòd illi in desperatione sibi cõgruãt:Romanis nõ cõ-
ueniat in meliorũ processu:coq; fieri,vt illis effectus fraudis in vado sit,nobis virtutis conatꝰ in am-
biguo.Quòd si validior esset fortitudo hostiũ quã fraus,superari minꝰ flagitiosũ. A paribꝰ enim aut
fortioribus vinci opprobrio vacat.Cũ verò nihil in nobis offendat, nisi sola pugnãdi immoderatio,
&

A &* propria quædam manuum intemperantia,quid nequius potest esse,quàm præsente Cæsare di-
**propera*
sciplinam repudiari militiæ? Multũ arbitror ipsas ingemiscere militiæ leges,tantæ dissolutionis fla-
gitio:multùm Imperatorem, cùm hæc cõpererit, qui semper audiri se à milite suo , quàm timeri ab
hoste maluit.Obedientia enim militis effectũ properat, metus hostium differt victoriã. Quid iudi-
caturum de filio patrem putatis, cuius tam vile imperium sit apud exercitum ? Pronunciatur enim
de duce,cuius præceptum dissoluitur:nec dubium quod sępiùs vindicatum sit in eos , qui cõtra im-
perium in hostem pugnauerint , quàm in eos , qui secundum imperium progressi , virtuti cesserint.
Nam legibus egredienti ordinem præscripta mors est. Quid igitur futurũ, vbi non vnus,sed passim
exercitus relinquit ordinem suum,& statutum Ducis negligit?Cognoscite vos milites esse Roma-
ni imperij,plebis,Senatus apud quos sine præcepti authoritate,& vicisse crimẽ est.Huiusmodi ora-
tione perterruit non solum Præpositos militũ, sed etiam vniuersum exercitũ.Nam cùm ipsos prin-
cipes ordinum acriùs peteret,videbatur in omnes vindicaturus. Circũfusi itaque omnes rogabant,
vt paucorum culpa,qui primi destiterant, vniuersis concederetur. Etsi non fuit properus ad delicti
Multitudinis quæ sit correptio.
B gratiam Cæsar,fuit tamen exorabilis ad indulgentiam.Concessit cum summo pondere dicens, do-
nare se omnibus,satisque in vniuersos vindicatum inuectionis autoritate,eò quòd animaduersio in
singulos vsque ad factum procedere debeat,in multitudinem verbo tenus,illã vsque ad pœnã,istam
vsque ad correptionẽ.Sæpè enim bonis exercitibus præliares lapsus futuræ* virtutis causas dedisse.
**virtuti*

Cap.VIII.

Post hæc Titus in hostem iram conuertit,& considerans inter tot præcipitia,tot prærupta pe-
riculosam obsidionem:cùm repentinis † irruptionibus præuenti, non haberent milites , quò refer-
†eruptionibus
rent gradum, vnde se in hostem proriperent, vbi machinas constituerent,iubet repleri ante vrbem
præcipitia:quæ cùm fierent,nec sic quidem Iudæi exortes erant præsentiũ periculorum. Afflictabã-
tur domestico prælio , cùm Romani in replendis præcipitijs occuparentur. Nec exigua manus par-
tis vtriusque : decem millia cum Simone erant,& quinquaginta eorum Duces : Idumæi quoque ad
quinque millia,Simonis partibus astipulabantur,quibus præerat Iacobus & Simon iunior. Ioannes
autẽ interioribus templi(ea fraude, qua suprà diximus)occupatis , sex millibus armatorum stipatus,
bellum accendebat. Adiuncta sunt ei etiam duo millia , cum aliis quadringentis viris posteaquàm
C coire cepere,studiis concinnẽtibus ad vrbis defensionem,Eleazaro & Simone Arim,quibus & antè
vtebantur,rectoribus.Quibus certantibus inter se,præda erat in medio populus eorum,qui vicerãt,
& quasi præmium certaminis,huc atque illuc pro euentu vario transferebatur.Paulisper inter se cõ-
uenerãt more induciarum,& ad primum Romanorum impetum expergefacti,in veterem morbum
febris internæ ægris visceribus recidebant:vbi remissior erat exteriorum morborum accessio. Fo-
ris erat plerunque bellum,intus seditio, eò iam grauior , quia & ipsa seditio bello alebatur , & bellũ
alebat.Duo de potentia certabant, populus inter vtrumque,non de seruitute anxius erat, sed ne ad
Dominum deteriorem perueniret.

Cap.IX.
Conditor vrbis Hierosolymitanæ.

Vrbem Hierosolymam Chananæorum quidam potens condidit qui patrio sermone vocare-
tur Rex iustus,quam primò Solymam nuncupauit:posteà templum addidit,vnde Hierosolyma di-
cta ciuitas est. Ea à principio suos incolas habuit de gente Chananæorum. Dauid primus vir He-
bræus Chananęos expulit,constituit suos,qui in ea domum sibi regiam fecit.Voluit & tẽplum Deo
Solomon templum fundauit.
condere,sed prohibitus oraculo.Solomonem hæredem reliquit,qui templum,quod ipse voluerat,
D ædificaret. Solomon itaque templum fundauit , reliqui quoque Reges ad ornatum vrbis addidêre
plurima.Inuidia ex magnificentia orta:inter omnia tamen opera templum præcellebat amplissimo
**deambulatorium,non est in manuscript.*
opere, & fulgenti marmore:in quo erat * deambulatorium, periperasma pretiosum , & maximum,
cocco & hyacintho, byssóque intextum & purpura. Non otiosa materia tantæ diuersitatis,sed cuius
species * materiã rerum latentium significaret,eò quod eius esset templum,qui cœlo & aëri,terræ &
**Mysteria*
mari,quasi creator elementorũ dominaretur,atque omnia solus regeret,& gubernaret.Cocco enim
igneum cœlum figuratur,hyacintho aër,bysso terra,quod in ea nascitur:purpura mare, quæ cõchy-
liis maritimis inficitur,vt duo ex colore,duo ex generatione colligas. Denique princeps Sacerdotũ
hæc quatuor indumento suo exprimere consueuerat,quando maxima celebritas erat festorum die-
rum,quasi totum mundũ indueret,pro populo supplicaturus,in eius figuram, qui vẽturus erat prin-
ceps Sacerdotum Iesus, qui tolleret peccatum mundi.Fœmora princeps Sacerdotũ linteo interius
operimento tegebat, eo quod præ cæteris in Sacerdote fides mentis quæritur, & corporis castimo-
E nia,quæ succingere debeat carnis intemperantiam.Duo erant tabernacula sacra,vnum interius,al-
terum exterius : in hoc semper introibant Sacerdotes in illud interius,quod secũdum appellabatur,
Sancta Sanctorum
semel introibat tantummodo princeps Sacerdotum,non sine sanguine,quem offerret pro se,& pro
populi delicto.Hoc significãte Spiritu sancto, venturũ Iesum, qui verè solus intraret interiora diui-
norũ penetralia sacramentorũ,& arcana substantiæ cœlestis,qui nosset omnia. Solus quoque patri
sanguine suo totũ mundũ recõciliaret,vt & cœlestiũ & terrestriũ misereretur. Denique posteaquã
venit,pacificauit omnia per sanguinẽ crucis suæ,quæ vel in cœlo vel in terra sunt. Intus thymiama-
teriũ,intùs mensa,intus lucerna.Thymiamaterium , quod ita ad Deũ patrẽ sicut incensum diriga-
tur maximi Sacerdotis oratio:Mẽsa quod in ea passio Christi sit,& mysteria sacramẽtorum , vnde &
Rationes quarundam ceremoniarũ.
Dauid dicit:Parasti in cõspectu meo mẽsã.Cuiꝰ velut duodecĩ panes , 12. Apostoli sint testes passio-
nis eiꝰ,ac resurrectionis eiꝰ. Lucerna,quæ supra candelabrũ ponitur antè sub modio erat,i.sub legis

menſura,nunc eſt ſub gratiæ plenitudine,heptamycho frequens lumen effundens,eò quòd ſpiritus F
ſanctus ſeptem maximarum gratiarum virtutibus DEI templum * illuminaret. Trinitatis igitur **illuminet*
cognitio in interioribus erat templi,quæ dicebâtur Sancta ſanctorum, vbi repoſita quondam virga
Aaron floruit,quòd ſacerdotalis gratia in Chriſto amplius eſſet operatura poſt mortem, qua mun-
dum redemit.Ante templum erant quatuordecim gradus,per quos Ezechiæ Regis tempore vmbra
aſcenderat,ſignificans ei vitæ finem futurum.Sed oraculo monitus,orauit,& meruit mortis dilatio-
nem hoc indicio, quòd iiſdem gradibus ſol refunderetur, qui ſignificaret tot numero annorum
commeatum ei vitæ refuſum.

CAP.X. *Antonia caſtrum.*

Cvm igitur munita eſſet vndique ciuitas plurimorum Regum operibus, & maximè Herodis,
qui caſtrum(cui nomen Antoniæ)ad ſummi operis magnificentiam communiuit,& ampliſſimo or-
nauit decore, circũibat Cæſar requirens,qua ex parte ſe poſſet faciliùs vrbi infundere, inſpectóque
per totum circuitum muri ambitu,æſtimauit in finitimo tumuli, quo ſepultus iacebat princeps Sa-
cerdotum Iohannes,adoriendam obſidionem. Cui diligentius exploranti, adhærẽs vnus ex amicis
Nicanor ſtudioſius intendens muneri ſagitta percuſſus,cadit.Propiùs quippe acceſſerat, dum putat G *Nicanor.*
aliquem profectum fore pacis futuræ,ſi ſibi conferẽdi ſermonis daretur copia,qui potens ac validus
ad tentandos audientium animos æſtimabatur.Commotus Cæſar,quòd ei, qui ſalutaria * commo- **ſuaderet*
neret,improuiſo vulnere mortem irrogauiſſent, in prælium cogit agmina, bellúmque accenditur
iactu telorum diuerſo, miſſilibúſque maximè,admouentur arietes, quîs feriuntur valida murorum.
Quo perturbati omnes qui antè de dominationis inter ſe ſtudio certabant,in concordiam coëunt,
datáque impunitate ſuperiorum, vnum corpus ſeſe fecere, & conſpirati cogente periculo, vrbem
tuentur.Progreſſi quoque tumulos,ignem ſuper machinas iaculabantur,vt deſtruerẽt aggeres,exu-
rerent vineas,arietes incenderent, ac pene omnia machinarum genera exuſſerant, niſi electi pleri-
que militum & ſociorum,maximè ex partibus Alexãdrinæ vrbis,ſtrenue repugnauiſſent.Quibus ta-
men validè reſiſtentibus, addidit Cæſar adiumentum equitum potentiorum. Ipſe quoque acriter
pugnãs ſternit XII. aduerſi agminis propugnatores.Ita vis multitudinis reliquæ exitium declinãs
in vrbem reuertit,& ab incendio Romana opera defenſa.Cecidit eo prælio Iohannes Ductor Idu- *Ioannes Ductor Idumæorũ cecidit.*
mæorum,dũ ante muros,cognito ſibi Romano militi ſermonem conſerit,ictus terga ſagittæ vulne- H
re,continuò labitur.Arabem ferunt peritiſſimum de iaculatoribus eius obitus autorem: grauique
mœrore affectos Idumæos,quòd virum & manu promptum amiſerant,& bonum conſilio.

CAP.XI. *Tres turres ſubito corruũt.*

SEQVENTI nocte accidit vt tres turres,quas Titus attolli iuſſerat ſupra aggerem, quo Iudæos
vel ex æquo, vel ex ſuperiore ſpiculis figeret: ſubitò nulla vi hoſtium ruerent. Quo ſonitu Ro-
manorum exercitus omnis turbabatur, ea opinione quòd ab hoſte deſtructos aggeres, ſuccisas
turres arbitrarentur,quæ ruentes ingentem latè ſtragem dediſſent: Ac penè admiſſum erat facinus
miſerabile vt victores incertis per noctem hoſtibus fuga cederent,niſi quòd tenebræ ruináque ipſa,
excito puluere proſpectum ademerant, vt quò fugerent incertum haberent: Quærebat vnuſquiſ-
que de proximo quid accidiſſet,nec cognoſcere veri poterat fidem,quia ſimiliter ab omnibus eiuſ-
modi caſus ignorabatur,donec Cæſar rebus compertis,inſinuare præciperet,id quod acciderat, ca-
ſus repentini, non vllius hoſtilis fuiſſe irruptionis. Sic ſedatus pauor, expugnandæ vrbis ſubſidium
omne in viribus locatum. Nam cum altiſſima murorum eſſent, & pleraque ferro aut ære operta,
atque ipſa altitudine hoſtes à iaculis defenderentur,Romani admouere arietũ machinas quorũ ictu I
frequenti muri * valida laxabantur: inniti leuioribus ſpiculis cœpere & ſagittis, vt propugnantes **validè*
auerterent,impedimẽta prohibẽtium detorquerent.Sic paulatim quatientibus murus cedebat:vn-
de maiorem ipſum arietem,exciſorem vrbium Iudæi appellauerunt.Soluta itaque murorum parte,
dereliquêre Iudæi muri ipſius propugnacula,ſecuri,quòd duos alios muros interiores haberent, & *Romani per caua muri ingrediũtur.*
conceſſere ad murum ſecundum.Illis fugientibus,Romani ingredientes per caua muri,portas ape-
ruêre:ſic intromiſſus omnis exercitus,penè diruit murum exteriorem,ne bellantibus eſſet impedi-
mento:aut ſi res aduerſæ forent,clauſtrum refugientibus.

CAP.XII.

DIVISERVNT ſibi loca Iohannes & Simon coniurati circa murum ſecundũ,Iohannes cũ ſuis
in caſtro,cui nomẽ Antonia,præliabatur:ei propinqua erat porticus tẽpli, quæ vergebat ad partem
ſeptentrionis. Nam & ipſe locus(in quo caſtrũ poſteà Antonij vocabulo conditũ)inter duas iacens
porticꝰ ſeptẽtrionalis,hoc eſt,Brios nũcupabatur,Simon verò ad Iohãnis ſepulchrũ vicẽ tuendę vr- *Locus Brios nuncupatus*
bis ſuſceperat: his pro ſalute,Romanis pro victoria certamẽ erat. Quibus etſi virtus * potentior ad K **potior.*
cõgrediendũ, locus tamẽ inferior ad obſidionẽ:cùm eos de muro grauaret pręliũ,temeritas Iudæis
inſolẽtior, fortitudo Romanis acrior erat: imminebant partibus Duces, eoque maior oriebatur
contentio, dum quiſque ſuis ductoribus pericula ſua geſtit probare. Simon ſuos vrgebat terrore &
formidine: Romanos Titus pudore ſui quàm maximè conueniebat, quòd morte grauius arbitrã-
tur,non exhibere pericula ſua Cæſari, cùm ipſe toties pro exercitu periculis offerre ſe non dubita-
uiſſet. Armabat eos vincẽdi cõſuetudo, & cedẽdi ignorantia:præcipueque præſens vniuſcuiuſque
virtutis arbiter Titus,à quo nõ remuneratio fortitudinis expectabatur,ſed ſupra omnia, fructus am-
pliſſimi erat præmij,illo ſpectãte quicquã ſtrenuè geſſiſſe,quod ei non diſpliceret.Eo incẽtiuo Lon- *Longinus in medios irruit hoſtes.*
ginꝰ equeſtris militiæ vir excitus,aduerſas pro muris vidẽs Iudæorũ cateruas,tãquã indignatꝰ quòd
Romanos bello laceſſerẽt,& ex equo prodire auderẽt,deſiluit equo,atq; in medios ſe iniecit hoſtes.

Et vnum

A Et vnum * more ipſo parantẽ occurrere,telo percuſſit,ſimulque eius vocem & animan rapit: Alteri **in ore*
ereptũ de corpore proſtrato telũ infigit,& ad ſuos victor ſeſe recepit. De præminẽtibus loquimur:
cæterũ multi imitatores vtraque ex parte,ſed diuerſo genere: Iudæis deſperatio audaciã dabat,Ro-
manis gloriæ cupiditas virtutem addebat. Par tamen,imparibus animis,mortis contemptus: Iudæis
ſolatium putabatur,cum hoſte commori.Titus feſtinabat cõficere bellum,ſed ſine ſuorum diſpen-
dio,qui etiã ipſos hoſtes ſeruare ſi poſſet,quàm perdere malebat.Nec aliud monebat militẽ,niſi cõ-
ſultò bellandũ:eam ſolã eſſe veram virtutẽ,cui ſit comes prouidẽtia:nam ſine conſilio fortitudinem
temeritatẽ videri,nec vſquam magis cauendũ quàm in victoria. Perire enim cũ inferiore ſuperiorẽ, *Virtuti prouidentia comes.*
victi triũphus eſt.Conſulendum itaque ne videatur euectus fuiſſe, quòd vicerit: ignauiæ,quòd con-
ſortium periculi non euaſerit,iubet itaque arietem admoueri ad medium muri ſeptentrionalis.

CAP.XIII.

ERAT ibi Caſtor callidus,& ad fraudem paratus, qui fugatis cæteris per iacula ſagittariorũ,cum
aliis † nouæ fraudis ſociis prætendebat.Is vbi appulſu arietis turrim euerti,murum labere,ac facilè
ruiturum,ſi tormenti ictus repeteretur,animaduertit,manus tendens rogabat Cæſarem voce miſe- *Caſtor callidus.*
B rabili,vt perituræ vrbi iã parceret,nec ſupremo excidio labefactandã putaret.Cæſar æſtimauit quòd *† nouem. Ioſeph. decem.*
ſedulò veniam deprecaretur,manus daturus vt deditio præcederet, iubet tormentum ceſſare,iacu-
latores temperare à prælio.Caſtori dat loquendi copiam.Ille deſcenſum ſimulare,dein quaſi ſuade-
re ſuis: alij velle,alij reniti, ſubitóque velut indignantes qui cogerentur, ſupra loricam ſe percutien-
tes cecidêre. Miraculum ingens, cùm fraus lateret,ſic tempus † duxêre: Inter quæ vnus è militibus *† ducere*
Romanis iaculo ſagittæ narem Caſtoris percuſſit.Ille deplorare & conqueri apud Cęſarem, poſce-
re vt iuberet aliquem ſibi dextram dare,ita ſe perfugio vſurum. Cæſar Ioſepho mandat negotium:
verùm ille,qui caueret Iudæorum inſidias, nihil ſyncerũ in eo intelligere ſe reſpondit. Æneas tamẽ
propius murum ſucceſſit,& vt aduenientem ſuſciperet,occurrit.Cui Caſtor vociferans, vt ſinũ ape-
riret,aurum exciperet,ſaxum dimiſit.Ille oculis vigilantibus lapidem præuidit, celerique corporis
ſaltu lapſum euadit:alium tamen † propè aſtantem ſaxi inuoluit immanis ruina. Hoc Cæſar intuens *† propter.*
acrius incubuit ad murorũ deiectionem,præcipiens maiore vi tormentorũ impelli. Contra ad exu-
rẽdas machinas ignes iaciebãtur.Sed vbi murus ſolutus eſt,Caſtor cum ſuis quaſi in ignẽ ſe deiecit,
C dolo prætexens animi magnitudinem in contemptu mortis,cùm dolo turpi vitæ effugia captaret.

CAP.XIIII

VNVS iam murus,hoc eſt tertius ſupererat, ſubuerſis duobus: adhuc tamẽ Cæſar reſeruabat pa-
tientiã,qui aduerterat iam ſibi perire,quicquid periſſet.Dum parcit,& prouocat ad deditionem,nõ
expectato agmine,cum paucis irruens ſupra murum ſecundum,cõgregata manu Iudæi in anguſtiis
plurimos ſauciauerũt: plerique etiam vtrinque mortui. Tũc Cæſar eminus ſagittis figebat reſiſtẽtes:
inter confertos iacula nuſquã eludebantur,nullus ictus ſine vulnere.Sic remouere ſeſe Iudæi cœpe-
re:& Titus ſuos recepit.Et fames iam vrbẽ grauiter inceſſerat. Iudæi tamen pro victoribus, quia ſe
intra ſecundum murũ receperãt,quaſi expulſis Romanis gloriabantur: ſed neque lapſa reparare,nec
lapſura defenſare poterãt.Reſtiterũt tamẽ aliquantulũ.Pugnatum triduo ad murum ſecundũ.Quar-
to die virtutẽ Romanã non ſuſtinentes, refugêre intra tertium murũ.Cæſar ab irruptione interim
temperari iubet, ſubuerti tamen præcepit ſecundum murũ.Et quia ſupererat maxima belli portio,
ſtatuit vt miles ſibi conueheret alimẽta,ne victores inopia vrgeret,afficeret indigẽtia. Quatuor die-
bus ſibi miles frumenta conuexit: ſimulque idoneũ viſum eſt tẽpus quòd Iudęi, ſi ſibi conſulerent,
D cõuerterentur.Et populus quidem malebat,ſed principes ſeditionis reputantes quæ in plebẽ graui-
bus flagitiis perpetrauerãt: dũ nullum veniæ locum * ſperarent,perire cum omnibus leuius arbitra- **ſperant*
bantur,quàm ſi ſoli autores perirent. Quinto itaque die, quia nihil à Iudæis pacificũ deferebatur,
gemino agmine Cæſar mœnia aggreditur: & duos aggeres attolli imperat, vnum cõtra *. Antoniũ, **Antoniam*
alterũ cõtra murum,qui erat contra Iohannis ſepulchrũ.Eo enim ſuperioris vrbis excidia * petebat: **patebant*
Illo autem altero,ſi caſtrum expugnauiſſet,etiam tẽplo facilè potiretur.Quod niſi in ſuã poteſtatem
deduceret,etiam vrbem tenere non poterat ſine periculo. Diuiſerat Titus exercitũ in duos ordines.
E diuerſo quoque diſtribuerant ſibi Ioannes & Simon officia defenſionis: Antoniã defenſabat Io-
hãnes,Simõ cũ armatis ſuis & populo Idumæorũ ad ſepulchrũ Iohãnis ſpeculabatur, atque omnes
obſidentium conatus de ſuperiori loco,quibus poterat generibus eludebat. Et iam exercitatiores
erant,malis edocti occurrere machinis obſidionis,pluraque genera ſibi tormentorum & ipſi aſciue-
rant,quibus Romanorũ opera deſtruerent, cœpta impedirent. Quorũ Cæſar aduertens præcipitem
E pertinaciã,admiſcere operibus ſermonẽ voluit,ne fortè deſperatione veniæ peruicaciùs obniterẽ-
tur,ac ſpe promiſſorũ poſſent deſiſtere,Suadere itaque cœpit,ne ſe captæ vrbis excidiis inuoluerẽt,
permitterentque eam ſuæ poteſtati,quæ armis iam teneretur,& circũuallata obſidione premeretur
ad excidium ſupremum,cedentibus ſe veniam daturum: ſi modò vel ſibi vel patriæ cõſulerẽt, ne to-
ta ciuitas dirueretur.Mandat quoque Ioſepho, vt ipſe patrio ſermone ciues alloqueretur, † vt fortè *† ſi forte*
contribules ſuos,vel ipſe inflecteret,vt furori proprio renuntiarent.Qui licet effuſa Iudæorum in ſe
odia nouiſſet, tamen quantùm à iactu ſagittæ longius poterat, remotus à muris, ita verò vt poſſet
audiri profutura ciuibus noto ſibi alloquio proſequebatur.

CAP.XV. *Hebræum ingenium.*

FVERAT Hebræi, humani ingenij contendere pertinaciter antequã res ad ſupremũ veniret, dũ
putatis vos loco & notæ regionis ſubſidiis fore ſuperiores: licèt conuenerit Romanos,bello inſupe-
rabiles,armis non prouocari,à quibus ſæpe victi ſunt, qui vos vicerant: ſed tamen habet hunc lap-

ſum improuida mens hominum in rebus ſecundis, ſimul quia plerunque belli dubius euentus: & F
ideo ſe vnuſquiſque*forti committit virtute inferior.Poſtremò de muris ſperatis non putatis etiam
**forti*
vſque ad templi progrediẽdum euerſionem. Parcite aris,parcite altaribus,parcite domicilio quon-
dam cœleſti.Iam enim vos & Deus ipſe deſeruit,quia vos pietatis cultum deſeruiſtis.In medio tem
pli bellum pertulimus,circumfuſi ignes templum oberrant:ſed non quales ſolebant, circunſiſtunt
armati.Adhuc tamen puras à ſacrilegio manus habentes,volunt Romani parcere,nec ſacros conta-
minare poſtes,nec veteres abolere ritus,ſi vos ſinatis:quid expectatur vlterius? duo muri euerſi, ter-
tius ſupereſt,& ipſe infirmior lapſis duobus. An præſidium ſperatur diuinum,atque auxilium de pe-
netralibus?Sed qui nos defendebat,ad hoſtem migrauit:quoniam quem nos colebamus, Romani
venerantur,nos offendimus. Quis autem ignorat cum illis eſſe deum, qui ſibi omnia ſubiecerunt,
niſi quæ nimio æſtu aut gelu inuia ſunt?Et ideo extra Romanum imperium,* qui eadem extra vſum
humanum diuerſis populis Deum per vices dediſſe potentiã:Primò Aegyptiis,poſt Iudæis, Aſſyriis
quoque & Perſis auxiliatorem fuiſſe nullus negat:poſtea conuerſum ad Romanos,cum his perſeue-
rare.Denique ceſſiſſe illis vniuerſa regna,omnem terram in poſſeſſionem datam. Quid vobis cũ vi- G
**quia aduerſis populis Deus per vices potentiam dedit.*
ctoribus vniuerſæ terræ,quibus ſecreta Oceani,& extrema Indiæ * parent? Quid attexam Britan-
**patent*
nias,interfuſo mari à toto orbe diuiſas,& à Romanis in orbem terrarum redactas?Tremit hos Sco-
tia,quæ terris nihil debet:tremit Saxonia inacceſſa paludibus, & inuiis ſepta regionibus. Quæ licet
belli curam videatur augere, & ipſa frequenter captiua Romanis acceſſit triumphis, validiſſimum
genus hominum perhibetur, præſtans cæteris:piraticis tamen myoparonibus non viribus nititur,
fugę potius quàm bello parata.Sed refertis,mori præſtare,quàm libertatem amittere:Quando vo-
bis iſta Iudæi ſucceſſit ſententia? aut quando apud Hebræos vtilis fuit ſeruitus, libertati inutili non
prælata?Iacob ipſe Patriarcha in Aegyptum deduxit Hebræos ne perirent fame.Deſcenderunt Pa-
Seruitus neceſſaria.
triarchæ,ſimul duodecim filij eius,præclara illa generis noſtri exordia.Ibi Iudas ille nobilis Iudæo-
rum proſapia,qui nomẽ populo dedit.Ibi Ioſeph curru ſublimis & equis,ſubiicere ſe in poteſtatem
maluit,vt aleret ſuos,quàm ad originis propriæ libertatem redire. Ibi Beniamin pia fraude germa-
Iudas nomen dedit Iudæis
ni retentus,conſenſit dolo:quia non erat crimen ſeruire potentioribus. Ibi hæreditas eorum, cùm
vocaretur à Moſe,tamen hærere deſiderabat. Sic Patribus veſtris etiam dura ſeruitus non diſplice- H
bat, vt periculis anteferretur.Seruiſtis ergo Aegyptiis, atque vtinam ſemel.Sed non ſolum tũc ſer-
uiſtis quando cœleſtis eſcæ pluuiis alimoniam ſeruitutis extremæ præferebatis:ſed etiam poſteà vi-
cti atque captiui deſcendiſtis in Aegyptum, cùm Aſſyrios refugeretis. Seruiſtis etiam Aſſyriis per
multa annorum curricula,& dulcis illa ſeruitus erat. Seruiſtis Macedonibus, Perſis, Seleucenſibus,
Palæſtinis,ſolos Romanos vobis graues putatis,quibus & illi ſeruiũt,quibus vos ſeruiebatis? Vtrum
igitur odium his debetis an gratiam,qui vos Dominis veſtris pares fecerunt? vltionem veſtri hanc
non contumeliam puto, quia vos de his vindicauerunt, quibus ſubiecti eratis. Seruitio premitur
Aſſyrius,qui Aſiæ toti imperitabat. Arat Aegyptius Romanis, ſerit ſe ſuo quod † ille metat. Mace-
illis
donia,quæ vſque ad Indos deuicta Perſide,imperiũ diffuderat,agnoſcit Dominos,quos ignorabat,
& fruſtra ſe Regibus ſuis Aeacidarum nomen impoſuiſſe reminiſcitur. Certè non alias ceſſiſſe, niſi
ad Romanorum triumphum, quibus & ipſe Pyrrhus Achilleæ ſobolis, & proſapiam & vocabulum
Romanorum dominatio
præferens,victus armis,ita ſe promerendæ pacis ſtudio ſubiecit,vt veniam rogaret.Nam de Palęſti- I
nis quid loquar,quos vnius præſidis poteſtas coërcet?Ingrati nunquid non veſtra nobilitas eſt cum
Perſis ſeruire?hoc eſt enim ſeruire vobiſcum Reges, regnumque maximum habere ſocium ſubie-
ctionis:ſed quæro,quando fueritis liberi,qui nunc ſeruitutem recuſatis?Quando ergo liberi fuiſtis?
vel cùm aliis dominaremini,qui ſub Rege eratis?Habebatis Regem Deum, repudiaſtis regnum ip-
ſius,ſub quo ſolo eratis liberi, voluiſtis ſeruire hominibus.Cur Patrum reuellitis teſtamenta? hære-
ditas & in patres contumax.Elegiſtis Regem cui nomen Saul.Occiſo illo,Palæſtinus vobis populus
imperitauit:ſucceſſit poſt tempora Dauid in totius populi regnum, mitior quidem †Domino, ſed
†Dominum
Dominus tamen,priuſquàm requieſceret Dauid,genti tamen & ipſe Regem impoſuit. A Solomo-
ne rurſus ſciſſum in † duo regnum,& diuiſa per longam ſeriem dominationis hæreditas.Vt tranſiliã
†duas
captiuitates,Cyrus pleroſque terris ſuis Iudæos & ſacris ſuis reddidit. Sed patres veſtri cum Perſa-
rũ præliis grauibus attererentur, quanuis nobiles Machabæorum triumphis, elegerunt ſibi Roma-
nam ſocietatem.Tenet ſcriptura diuina multarum pacta legationum. Facti eſtis Romanorum ami-
ci qui, Perſarum ſerui fuiſtis. Sed rurſus maluiſtis Regem habere,quàm † ſacerdotum Principem, K
†ſacerdotem
cui populus obtemperaret,cùm ſęuitia veſtrorum regum eſſet intolerabilis:defuncto Herode,pulſo
Archelao, ſub Cæſare eſſe Romano poſtulauiſtis. Tradidiſtis vos Cæſari, cui † ſeruiſtis omnes ad
mutandum in † melius ſeruitium.In communi enim conditione vniuerſorum ſeruire, quædam li-
†ſubiecti
†melius.
bertas eſt:quoniam dignitate dominantium honeſtantur obſequia ſeruorum: Quanquàm Romani
ſeruitutem non exigant autores libertatis,quia non ſolum immitem Regem necarunt, ſed etiam ſu-
perbum non paſſi ſunt,& ideo auguſtum apud eos nomen eſt imperij, quòd augeat ſuos, non quòd
Imperij nomẽ auguſtum.
alienos opprimat.Sed eſto,ſit vtile vobis,non obedire imperio Romano,videamus ſi liberum,ſi nõ
exitiale.Vrgent vos Romanæ acies,vrgent patriæ ruinæ, vrget templi excidium:non quod vtile ſit,
ſed quod poſſibile, perpendite. Non enim votorum ſpecies, ſed poſſibilitatis ratio penſanda. Lex
nempè naturę eadem omnibus hominibus, volatilibus, feris, beſtiis infuſa, vt vnuſquiſque cedat
Lex naturæ omnibus eadem infuſa.
potentiori

A potentiori:taurus,leoni:ceruus,vrſo:leopardo,caprea:aquilæ,accipiter:accipitri,columba:ipſi tau-
ro,iuuenci inferiores:arieti,ouium greges:hirco,caper:ne diuerſi generis eſſe videatur aliqua diſtã-
tia,vos † potentioribus. Romani tamen neminem expellunt, vos expuliſtis: imò illi agunt, ne quis
etiam victus de terris ſuis exeat. Antiocho partem regni ſeruauerunt. Et nunc Cæſar quid aliud
†potioribus
laborat niſi vt terra veſtra non deſeratur, regio veſtra non euacuetur,ciuitas non euertatur, templũ
non concremetur? Non omnibus victoria datur. Paucis præeſſe natura dedit, pluribus obtempe-
rare.Tauri armentis eminent, arietes gregibus. Penes paucos eminentia, penes plurimos manſue-
tudo:Et vos induite manſuetudinem,ſuſcipite ſubiectionem, quam etiam feræ induunt. Hæc cùm
diceret Ioſephus,cõuiciabantur de muro.Maledicebant vtilia ſuadenti.Plerique etiam iaculaban-
tur ſagittas,ſi poſſent eum morte affligere.At ille,qui oratione non flectebat indomitos, ſcriptura-
rum quoque teſtimoniis conueniendos arbitrabatur: maximè quia dicebant Deum templi ſui
præſidio nun defuturum.

TEMERARII, nunccine demum vobis diuinum auxilium affuturum ſperatis, quando permi- CAP.XVI.
B ſcuiſtis omnia bello,altaria violaſtis?diruiſtis totius vrbis munimenta?Temerarij inquam, & veſtro-
rum immemores auxiliorum, ſcuta & gladios paraſtis, & hoc aduerſum Romanos. Non talibus
armis vincere ſolebatis. Quando enim in haſta & gladio fuit Hebræorum victoria? Recordami-
ni vnde orti,& à quibus ſitis profecti,quomodo patres veſtri hoſtes ſuos vicerint.Temerarij, quem
vobis adiutorem eripuiſtis,dum aliena ſubſidia depoſcitis?Non in multitudine populi,ſed in timore
Dei † pater Abraham penetrauit Aegytum, & cùm abductæ cõiugis captiuam videret pudicitiam,
Non in multitudine populi victoria.
†cod.vet.presbyter.
bello tamen abſtinuit,aſſumpſit piæ orationis arma,defenſorem adhibuit,qui dormiente eo vince-
ret,& expugnato hoſte intaminatã ſibi coniugem repręſentaret.Redit Sara ſine armis,referens viro
triumphalem victoriam. Dormiebat Abraham, & torquebatur Pharao. Metuebat Sara,& Pharao
crimen negabat. Eiiciebat alienam,& damnato crimine honorabat caſtimoniam,quã ſpoliare deſi-
derauerat. Additur aurum,& argentum ad Saræ pudorem,vt condẽnaret voluntatẽ facinoris exper-
tem.Rogabat patrem Abraham,vt pro ſua ad Dominũ familia deprecaretur. Erat enim infœcunda
domus eius.Remeat Sara ditior ſaluo pudore, reuertit Abraham ſanctior, qui coniugalis pudicitiæ
C remunerationem ſterilitatis remedio compenſauiſſet.Quid de filio eius Iſaac loquar?Is quoque pa-
trio fretus munimine, aduerſus finitimi potentis inſolentiam, non armatas produxit acies: & certè
habebat CCCXVIII. vernaculorum validam manum,quæ Reges quinque bello ſuperauerat,ſpo-
liis exuerat,captiuum Loth Abrahę patruo reſtituerat:Non gladium vagina exuit,ſed ſolam aduer-
ſum inuidentes patientiam induit,ſimplicitatem retulit: Venerunt rogantes, qui exterminandum
denunciauerant:popoſcerunt amicitiam,qui finitimum non ferebant. Contremiſco tanta Patrum
recenſere mirabilia:Iacob ſanctus, Eſau fratre parricidium minitante patriam reliquit, parentes de-
ſeruit,ſolius ſecum orationis ferens viaticum, meritóque in peregrinis locis cum fratris metueret
inſidias,& hominum comitatu atque auxilio egeret, inuenit angelorum conſiliũ, perductus(vt ait)
ad caſtra Dei, colluctatus eſt Domino:& ſicut dicit Scriptura:Præualuit Deo,qui imparem ſe homi-
nibus arbitrabatur. Quid aliud Moſes aduerſum Regem Aegyptiorum exercitúmque & dracones
eius, niſi ſolam virgam leuauit? O potens virga, quæ cœlum tenebris obduxerit,terram imbribus
inundauerit, ſiccauerit mare fluctibus:cinxerant Hebræos Aegyptij, orabat Moſes & non dimica-
D bat. Diuiſum eſt mare,& populus intrauit, ſequebatur Pharao. Moſes inter fluctus poſitus orabat,
demerſus eſt cum ſuis Pharao,cantabat Moſes.Quis hæc & talia conſiderans non admiretur, & nõ
intelligat in oratione nobis meliora eſſe arma quàm in virtute?Illa enim ſibi diuinum auxilium ad-
hibet,hæc corporis. Didicit hæc arma,quæ nõ carnalia ſunt,ſed fortia Deo. Moſi diſcipulus,atque
idem ſucceſſor Ieſus Naue,qui imitator & ſuppar magiſtri Iordanis aquas cõuertit retrorſum:idem-
que cùm inexpugnabiles Hierico vrbis muros * viderat, ſacerdotes tuba canere iuſſit, iubilare po-
Arma chriſtiani orationes & lachrymæ. Ambr.
**videret*
pulum, quo facto repentè cecidêre muri atque exuſta ciuitas eſt, & omnes necati ſunt, niſi quos
Rahabbonæ meretricis fides à memoratæ vrbis excidio defendit. Gedeon quoque trecentos viros
ad bellum elegit,* eodemque non arma præferre,ſed myſteria præcepit.In manu leua hydrias aquę
**eoſdemque*
plenas tenere,in dextera faces:qua ſpecie perculſi hoſtes fugêre illicò, atque ad Hebræos victoria
peruenit.Intermiſſa erat ſacrę cura religionis Heli ſacerdotis negligẽtia,diuina imperia * deſerebã-
tur,irrogatum ab Allophylis prælium, victi Hebræi, capta etiam arca Dei eſt, & ſine armis reddita
**differebantur.*
E * illis:quo indicio claruit, quòd & ſine religione arma non vincant, & religionẽ ſine armis vincere.
**vllis*
Ezechias Rex, infuſo Aſſyriorum populo genti Iudææ, cùm voce Rabſacis imperio Sennacherib
Regis,quæ in Deum iacerentur conuitia, quæ populo,quàm ſuprema exitia denunciarentur, ſatis
comperiſſet:inſinuantibus,non verba verbis,nec arma armis referenda credidit:ſed exurgens, cili-
cio ſe vt ſcuto induit:pro galea cinere caput texit: pro iaculis orationem intorſit. Aſcendit oratio,
deſcẽdit Angelus,cæſa per noctem Aſſyriorum CLXXXV. millia:cadauera numerauimus,percuſ-
ſorem non vidimus. Præterieram de quinque Regibus, quos inconſulto Domino bellum ador-
ſos, per deſertum meantes, aquæ inopia vehementer afflictare cœperat, ipſoſque & equos eorum
ſitis vexare.Neceſſitas prætermiſſum officium reparari coëgit.Erat enim Rex Iſraël negligens circa
Dei cultum,admonitus tamen ab aliis,vt Domini Prophetam requireret:cognouit Eliſeũ ab iiſdẽ,
in quibus degerent locis,non longè abeſſe, miſere oratum * auxilium orationis, & remedia neceſ-
**auxilia precationis.*

ſitati. Licet offenſus erat Regi Iſraël, quia perfidus non credebat, promiſit tamen & hubertatē aquarum, & victoriæ celeritatem. F Manare cœpit aqua per deſertum, & ſponte ſe ſine vllis imbribus infudere terris fluenta. Surgentes aduerſarij, quos ſecuros victoriæ ſomnus huberior laxata preſſerat ſolicitudine, ſubitò videre ſole fuſo rutilare aquas: fuerunt qui inter Regum populos bellatum putarent, quorum ſanguine terra* maderet. Itaque in prædam feſtinantes paſſim ſine ordine, ſine modo currere, alius alium præuenire, ſic præcipites in medium progreſſi hoſtium vallati, interfectique ingentem ſuis ſtragem dedêre: ita †ortatus Propheta à patribus noſtris ſitim pariter & metum depulit, idémque aduerſus famem auxilium tulit. Nam cum obſideretur Samaria, atque †in eo clauſus maneret Rex Iſraël, grauis eos vrgebat fames, vt ne à nefandis quidem alimentis abſtineretur, conuentus Propheta tantæ miſeriæ deformitate, ſimúlque regis nuncio qui putaret Prophetæ diſſimulatione famem adoleuiſſe, reſpondit: Sequenti die, & hubertatem frumenti, & † vtilitatem videbis. Non credenti nuntio, dixit: ipſum quidem, quia non crederet non viſurum, promiſſorum tamen fidem non defuturam: ſubitoque per noctem in caſtris Syriæ hinnitus equorum, curruum fragor, quadrigarum currentium fremitus, armorum † ſonitus auditu metum incuſſere victoribus, G quod in auxilium Hebræis multæ ac validæ gentes commeauiſſent, ac ſeſe imminenti, vt arbitrabantur, periculo fuga eximere properauerunt. Nox conſilium maturauit, terrorem auxit. Fugientibus itaque Aſſyriis, omnes quas inuaſerant copiæ, in caſtris die ſequēti repertæ. Abundantia* vtilitatem creauit, † vtilitas fidem impleuit, mors incredulo ipſi quidem fructum eripuit, publicum tamen remedium non impediuit. Liquet igitur plurimos Patrum Duces, cum minimè præliarentur, victoriam adeptos. Alios quoque bello ſuperiores fuiſſe, quibus conſulentibus, bellandi ius oraculo permiſſum foret. Denique victus Amalech: ſed cùm Moſes manus eleuaret, vicit Ieſus Naue, cū ſolem ſtatueret. Vicit & Gedeon, cùm in aqua dimicaturos probaſſet. Sampſon etiam, cùm adhuc intaminatum crinem ſeruaret: vicit & Samuel, ſed cū adiutorem lapidem figere propoſuiſſet. Triūphauit Dauid, cùm Bethſabeam (hoc eſt, filiam Sabbari) ſuo coniugio propheticis † miniſteriis copulauiſſet: vicit etiam bello ciuili, quod refugiebat illatum: nō inferebat (nil enim bello ciuili fœdius) ſolusqui potuit inferre: vicit & Aſaph prælio, ſed poſteaquàm deſperantibus ſuis, quòd numero eſſent inferiores dixit, nihil intereſſe, pauci an plures ſint, cū Deus paucos timētes ſe, pluribus H faciat validiores. Bonus profecto fide, ſi vſque ad finem perſeueraſſet: vicit & mulier armis quæ fidē Deo reſeruauit. At verò Saul victus eſt, quia Dei præceptum non cuſtodiuit. Vulneratus Ioſias, quia contra imperium in hoſtem proceſſit: Sanctus cæterùm, & ideo raptus, ne captiuitatem noſtris debitam peccatis videret. Clamauit Nechao: non ſum ad te miſſus, ferens eius fidei teſtimonium, ſed inuoluit eum, ſicut ante Amaſiam, conſortium degeneris ſocietatis. Denique & ab homine Dei monitus erat, vt illos, quos ad belli ſocietatem centum argenti talentis conduxerat, dimitteret, ſi vellet vincere. Cui dubitanti, quod tantum pretij amiſſurus foret, reſpondit Propheta, quòd haberet Dominus plura, vnde etiam argentum eidem reſtitueret: quo fretum conductis renunciaſſe auxiliis, viciſſe cum paucioribus, ne ipſum quidem Deo tantæ victoriæ mercedem ſoluiſſe: ſed illico ipſis ſimulachris, quæ victor cœperat, detuliſſe ſacrificia, quaſi eorum beneficio vicerit, quæ in prædam captiuitatis redegerat. Sedechias ipſe incumbentibus iam patriæ ruinis, per Hieremiam conuentus Prophetam, cùm hoſtili obſidione premeretur, vt vrbem egredi nō metueret, victorem I futurum, ſi cæleſtibus imperiis obtemperaret: aut captiuum ſi defendendum putaſſet, infidelitate ſemetipſum & ſuos decepit. Abductus erat ab Aſſyriis populus Iudęorum in Babyloniam, reliqui ad Aegyptios transferre ſe, qui reſederant, deliberabant. Mandauit dominus per Hieremiam Prophetam, & cęteros, vt vnius gentis eſſent imperio contenti, ne geminata captiuitas ęrumnam augeret. Verum illi poſthabentes oracula Dei facti ſunt duarum captiui gentium, qui vnius gentis iugo exire impatienter deſiderauerant. Itaque in Aegypto exules perſeuerauerunt. At vero illi, qui in Aſſyrios ducti ſunt, expleto tempore captiuitatis, quod pro peccatis populi Dominus conſtituerat, poſteà Cyro imperante, remeandi facultatem adepti, reuerterunt cum gratia. Renouatum Dei tēplum eſt, Regum opibus Cyri & Darij, cæterorúmque Perſarum muneribus: ipſi itaque qui euerterant, reparandi ſumptum dederunt, reſtituerunt etiam ius Sacerdotum, cultúmque iuuerunt religionis. At vero noſtri dum ſacerdotium inter ſe competunt, & apud Parthos ambiunt conferri ſibi memoratum honorem, de religione mercaturam fecerunt. Quid de Babylonis querimur? Noſtros experti ſumus deteriores: Illi nobis reddiderūt † omne ius religionis, illi Sacerdotum crea- K tionem reſtituerunt, & noſtri eam Perſis refudêre. Illi ſacerdotales infulas permiſerunt noſtræ poteſtati, noſtri eas Babyloniis vectigales fecerunt. Quid adiiciam cruentatum ſacrarium ſanguine, madere ſacra limina, ſemiruta adhuc ſtare templi faſtigia? Minor eſt circa nos ira Dei, quàm noſtra contentio: illa nos captiuos fecit, iſta ſacrilegos: illa diſſeminauit Iudæos, hæc ſuſtulit. Conferte, ſi videtur, quid interſit inter captiuitatem noſtram & ſeditionem noſtram. Captiuitas noſtra gentibus infudit noſtræ religionis conſortium. Seditio noſtra etiam Iudęis ademit religionis gratiam. Quis autem Romanos in Iudęam introduxit, niſi Hyrcani & Ariſtobuli cōtentio? Quis Soſium, niſi Herodes? Quis Antonium, niſi Soſius? Quis Cęſarem implorauit ſibi Regem, niſi vos? Quis alius pręter vos Antipatrum regno expulit, & libertatem in Antipatro? Et tamen non reprehendo, neque abnuo Florum in vos ſceleſtè conſuluiſſe. Sed querela Romanis deferenda fuit, non arma infe-

renda.

Moabitas intelligit de quibus 4. reg. cap. 3.

**inundaret*

†ſanctus

†in ea

†vilitatem

†ſonitus auditi.

**vilitatem*

**vilitas*

Filiam ratione nominis tradunt Hebraicorum nominum Interpretes

†myſteriis

†Omne, alias deeſt.

A renda. Spreuiſtis Neronem, ſed Veſpaſianus ſucceſſerat: qui benignus natura, benignior tamen etiā ſtudio eſſe potuit, quia in Iudæa imperium aſſumpſerat: aut ſi non mouebat pietas, virtus certè eius vos debuit adigere vt vobis conſuleretis. Sed quomodo vobis non parceret, qui pepercit Ioſepho? Cui enim infeſtior, quàm mihi eſſe debuit? Quis maiora aduerſum Romanos munimenta extruxit? Quis ſtudioſiùs pro patria decernendū putauit? Poſtquàm vobis † bellando complacita cōditio eſt, bellorum quidem initia non probabam, ſed ſuſcepta non deſerebam: teſtantur hoc Iotapatæ vrbis, quæ bellantem adhuc texerunt, fauillæ, me bello non † deſtitiſſe, niſi poſt eius ciuitatis ruinas: delituiſſe, quoàd potui in illo euerſæ vrbis ſepulchro, pertuliſſe famem, ne Romanis me traderem: quæſiſſe veniendi ad vos effugia: ſed deprehenſum, non ſponte egreſſum, maluiſſe perire cum meis, ſed pepercìſſe Cæſarē: optaſſe vobiſcum potius periclitari, non quòd probarem conſilium, ſed quò eligerē periculi vobiſcum conſortium: † Gratias tamē Deo, quòd tanti ſceleris non incidi ſocietatem, ne ſeditionum incentor exiſtimarer: aut quia his miſceri nequibam, parricidium, quod manu declinare poteram, vel morte implerem. Certè ne ſanctiſſimam matrem pro me dilacerari cernerē, meo- B rúmque diſpergi viſcera, quæ miſeranda quidē, ſed tamen tolerabilius eſt ea pati, quàm feciſſe. Quid igitur adhuc expectatis? An ſigna maiorum? Non ea nobis merita, non ea circa Dei cultum officia: Non ea Romanorum quæ Aſſyriorum infidelitas, qui accepto pretio diſceſſionis fidē fregêre: nec recedendum, ſed acriùs ingruendum putarunt. Quinetiam vt ex accidentibus colligamus diuinæ motum ſentētiæ, Deum Iudæis aduerſari certum eſt. Denique Syloa, quæ ante bellum ſicca fuerat, & omnes extra vrbem fontium venæ, quæ diu fluere ceſſarunt, vt aqua noſtro deeſſet vſui, niſi pretio quæſita: nunc in vſus redeunt ſuos, & Tito ſe aduenienti refundunt. Scaturiunt huberes venæ, atque ita aquarum redundantium omnia replentur, vt nō ſolum exercitui largè ad potum exhuberent, ſed etiam equis, bellatoribus ac iumentis, pecoribúſque vniuerſis, hortorum quoque irriguis non deſit aquarum abundantia: vt tanquàm adnitentibus elemētis victoriæ Romanæ largiores credas fundi meatus. Recognoſcimus prodigia ſuperiora, quæ etiam tunc noſtræ vrbis præuenerunt captiuitatem: ceſſauit aqua Iudæis, refudit ſe hoſtibus, ne ſiti obſidio impediretur. Nec mirum eſt, ſi receſſit à Iudæis diuina gratia, quos tanta flagitia circumuallarunt. An verò bonus vir plenum hor- C roris non refugit diuerſorium? & domum ſuam deſerit, ſi quid in ea commiſſum ſceleris agnouerit? declinat indignæ habitationis conſortia, execratur conuerſantiū iniquitates: & dubitamus de ſummo & immaculato Deo, quòd abhorreat tantorum contagia flagitiorum: & funeſtorum ſcelerum auerſetur atrocitatem, nec demoretur in parricidarum conciliabulis, qui Dathan & Abirom, quia Moſem & Aaron præripiendo ſacerdotij munere laceſſiuerant, ſeparari ab innoxiis præcepit, ne pios aut macula contaminaret de conſortio noxiorum, aut pœna inuolueret? Sed quid ego diutiùs ſermonibus immoror, cùm plena horroris & gemitus omnia circumfundantur, templique excidium properetur? qui iſtud oculi ſpectare, qui ſenſus perpeti, quis tolerare poteſt animus? O ſaxis duriores, ferro rigidiores, qui in tantis rerum humanarum prodigiis adhuc inter vos tanquam ad virtutis æmulationem de ſcelere certatis, & quod eſt grauius, vos ipſi patriam deſtruitis, atque eius augetis ruinas. Conuertimini aliquandò, aliquando reſipiſcite, iudicate, & videte pulchritudinem patriæ, quam prodidiſtis, quæ vrbs, quod templum, quæ Sāctorum domicilia, ſacrorúmque penetralia, quæ prophetarum opera veſtris manibus euiſcerantur? In hæc quiſquam flammas ducit, & D ſpargit ignes, & incendia miniſtrat, nec vllo affectu mouetur? rupium ſi ſentiret rigor, reſolueretur. Certè & inſenſibilia plerumque in maximis rerū acerbitatibus ſenſus ſpeciem † metiūtur, vt ſcopuli tremant, & madētes ſanguine guttæ fluant: vos autē immobiles perſeueratis, † vt quid melius poſt hęc ſuperſit, quid dignius quod reſeruetis. Poſtremò ſi iſta non mouēt, quia apud pios præſtantiora ſunt, veſtrarum ſaltem miſeremini neceſſitudinū, ponite ante oculos filiorum veſtrorū neces, aut ferro aut fame: & his acerbiorem, vxorum & filiarum ſeruitutē quibus tuta libertas erit, pacto deditionis, aut captiua ſeruitutis vrbis euerſione. Conſulite dum licèt, ne grauiora poſt mortem relinquatis, quàm ante mortem feciſtis. Nec ego liber ab huiuſmodi periculo ſum. Noui & ipſe, quia cū veſtris ſimul periclitatur ſanctiſſima mihi mater, & chara vxor, haud ignobile genus, & quondam domus clara. Ac fortaſſe propter meos hæc me ſuadere arbitramini: occidite eos, & accipite inſuper mercedem meū ſanguinē, libenter hanc ſoluā mercedē veſtræ ſalutis, ſi poſt me ſapere poteſtis.

CAP. XVII.

EA Ioſephus cum lachrymis vociferatus, pleroſque de populo inflexit: vt ad Romanos confu- E gerent, venditis quæ poſſidebant. Quos Titus quò quiſque cupiebat, direxit: vt etiam cæteri prouocarentur Romanis ſe ſine metu tradere. Confluebant itaque reperta egrediendi copia, ſecuri ſalutis, ſi ad Romanos conuenirent: nec ſoliciti de ſeruitute, quibus libertas reſeruaretur. Hi vero qui ſequebantur Iohannem ac Simonem arbitros & incentores ſeditionis, magis ſcelerum pœnas, quā aduerſa belli reformidabant: ideóque intuta ſibi refugia opinabantur. Nec ſolùm ipſi non audebant egredi, ſed etiam inſidias prætendebant, ne cui liceret è populo vrbem exire. Maiórque cura erat egreſſionem ſuorum, quàm Romanorum ingreſſus cauere. Tenebātur itaque inuiti, & ſi quis deprehenſus foret, graues pœnas dabat. Suſpicio tenuis, grauiſſimæ cauſa mortis. Non argumentis veritas, ſed ſupplicijs quęrebatur. Si qui pecunioſi erant, afficto crimine † ſeditionis rapiebantur ad necem: ſi qui inopes, quia non habebant, quo ſe redimerent, morti patebant.

CAP. XVIII

ET iam grauis fames ſęuire, atque amplius ſeditio graſſari cœperat furore ac veſania: frumētum

†bellandi

†deſtituiſſe

**Gratia*

Siloes defectus.

†mentiuntur

†ac ſi quid

Iohannes & Simon incentores ſeditionis.

†proditionis

non reperiebatur, nullus panis in publico vſu. Sicubi eſſe compertum fuerat, illico domus expugnabatur. Iugulabatur ædium Dominus, vt frumenti conditor, quod occultauiſſet. Rurſus non repertis frugibus, quaſi diligentiùs abſconditæ forent, tormenta exercebantur. Optabant plerique mortis compendium, cùm eos aut fames afficeret, aut crudelitas excruciaret. Denique qui ſeniores erant occidere dedignabantur, inuidentes beneficium mortis, quibus iam vehementior carnifex fames, miſerabili macie viſceribus exeſis nuda oſſa † tenuitate texerat. Spirabant ſemineces ſolo adhuc ſpiritu, atque ægra trahebant cadauera. Sicubi purgamenta holerum vel caſu lapſa, vel quaſi arida proiecta adſpexerant, † reliqua inualidi corpore, ore lambebant iacentia humi. Aut ſicubi internata parietibus viſa fuerat herba, rapientes ſucco infœlici miſeram ſolantur famem. Qui ditiores erant, menſuram tritici toto cenſu emebant. Quid enim ſeruarent non profuturum? Qui pauperiores, vel ordei: ita vt nemo vendentem vel ementem videret. Hoc enim omni grauius ſcelere puniebatur. Neque verò coquendi panis vſus expectabatur, ne mors præueniret, aut mora proditorem arceſſeret. In occultis abditi, incoctum mandebant triticum, quibus vlla vel exigua frumenti copia erat. Nulla menſa, nullum ſedile, nulla lux: ne quis interueniret, atque † improuiſos deprehenderet. Si ſonus vllus, abſcondebantur cibi, ſuſpectæ ſolitudines, frequentiæ parricidales, inter ſuos triſte certamen. Omnem enim affectum excludit fames, & maxime verecundiam. Eſurietibus enim pudor diſpendium vitæ, & detrimentum ſalutis eſt. Si quis vir, cui mulier eſſet, aut filij, aut nepotes, aliquid eſcæ haberet, vix fatebatur: ſimiliter & mulieres. At cui mitior animus, vbi apposuiſſet alimoniam, de manibus eius extorquebatur. Miſerabilis erat cibus, eſca lachrymabilis, rapiebant parẽtibus filij, parentes filiis, & de ipſis faucibus proferebatur. Pleriſque aliorum vomitus eſca fuit. Nec marcentia ſumere vllus horror: aut verecundia, adimere ſuis vitæ vltimæ ſtillicidia. Et hæc tam infœlicis ſpecies calamitatis metus erat, ne deprehenderetur. Clauſis itaque foribus exercebatur, ne quis ſuperueniret, qui de ore alieno cibum quæreret, & canum more vomitus alienos lingua ſua lamberet. Sed ne hoc quidem impunè: nam vbicumque fores obſeratæ, ſuſpecta fraus alimenti abſconditi. Proſiliebant miniſtri ſeditionum, clauſa expugnabant, intolerabilia & nouæ crudelitatis exigebant ſupplicia. Nec ab ipſis quidem pudendis corporis abſtinebatur. Per ipſa quoque pœna trãſibat, quòd in his grauior ſenſus pœnarum ſit. Multi cùm iam percuſſores irrumpentes viderent, paratos rapiebant cibos, ne vel ipſi defraudarentur ſupremo viatico, vel certè futuram mortem vlciſcerentur: & quò grauior videbatur crudelitas, non eſuriebant ipſi, qui rapiebant cibos eſurientibus. Rapinis enim ſibi aliorum opes coaceruarant, & alienis conditis paſcebantur: cùm ipſi qui* cõgreſſerant, eſurirent, ieiunióque contabeſcerent. Si qua materno affectu percita, miſerans vagitus infantiæ, ſuccum ciborum ore proprio vellet infundere, pij operis pœnas luebat, ſuſpenſoque* ad ceruicem, vel hærente ad mamillas pignore, ſimul transfigebantur. Plerique etiam beneficium putantes mori, egrediebantur vrbem, vt herbas vellerent, vel radices depaſcerentur, aut cortices arborum detraherent, ſi quid in his viriditas ad cibi ſolamina ſumminiſtraret, quos inuenientes Romani necabant: At qui hoſtem euaſerat, in ipſo portæ ruebat limine, fame tabidus, & ore inualidus, quem iam & ipſa mandendi officia deſtituiſſent. Regreſſos quoque excipiebat feralior manus, quæ de gremiis miſerorũ ſummo quæſita periculo, per acerbiſſimum extorqueret nefas, nec partem reſeruaret pro mercede ſaltem periculi. Moriebantur itaque maiore ſuorũ quã hoſtium impreſſione. Ea enim quæ etiam hoſtis indulſerat, ciuis eripiebat: nec rapuiſſe tamẽ iſtiuſmodi cibum proderat, quippe non multò poſt † virenti corpore turgeſcentibus † mediis, intimorum dolore viſcerum quatiebantur: aut aluo ſoluti deficiebant exhauſtis viribus, vt voti pœniteret, quod ad tempus ſolatio erat, pòſt ſupplicio: dein lacertis viridibus, cæteriſque* ſerpentum generibus coctis exuuiis, peſtem addebant. Nam equorum cadauera ſi fortè reperiſſent, inter ſe trahentes, prælio graui decernebant: nec ab hoſte quidẽ, quæ* coacerbarentur exitia feriabãtur. Nam cùm ſe de vrbe plurimi, cum filiis ac mulieribus egredientes in eam partem, quæ præruptorum profundo præcipitiorum ſinuauerat, cõtuliſſent, Romani veluti captiua † ducerent mancipia, minoris præſertim ætatis velut validiorem ferirent, ne quis fortè bellantibus obrepere auderet. Speculabantur, vt ſi quis cibi quærendi diligentia, dum rimatur radices agreſtium, ad vlteriora ſpatia prodiret, interciperetur. Nec tamen circumfuſo licèt hoſte, cohibere ſe poterant, quibus fames audaciam dabat: cùm paruos liberos macie cõſumi, & aperta fame ora fruſtrà extendi, ferre non poſſet affectus parentum, quos ſocios ſibi aſciuerant ad periculum, ne pro ſe quaſi fugæ ſuæ obſides, à ſeditionis autoribus occiderentur. Cogebat fames egredi, quibus beneficium erat ferro perire ieiunij comparatione. Contrà Romani, quia contemptores mortis eos arbitrabantur, † vrgebant genera ſuppliciorum, verberantes prius, † affligentes quoque patibulo crucis, quemcunque offenderant, quò vel cæterorum temeritas cruciatuum ſpecie à laceſſendi inſolentia reuocaretur. Miſeranda itaque paſſio Tito videbatur, tantarum acerbitas calamitatum. Capiebantur innumeri, quingenti fermè ad diem cruciabantur, campóſque ante vrbem miſerabilis pompæ ordine prætexebant, vt de muris aſpicerentur. Miſerabantur Romani, non mouebantur Iudæi: compatiebantur hoſtes, ſocij non flectebantur: faciliùs apud aduerſarios pietas, quàm apud ſocios reperiebatur. Tamen accendebantur plerique indignatione, quòd in tantis malis deteriores fiebant, diuerſis modis afflictos cerneres: variaſque pœnarum ſpecies, formas ſuppliciorum tam innumerabili multitudine, vt iam locus patibulis deeſſet

Fames maxima.

† tenui cute

† reliquo

† improuiſus

Omnem affectum excludit fames, & maxime verecundiam. poſtea c. 40.

** congeſſerant*

** à ceruice*

† alvrente

† medus

** ſerpentini generis*

** coaceruarentur*

† abducerent

Iudaica clades

** augebant*

† affligentes

Quingenti patibulis affixi ſunt. Ioſep. l. 6. 11.

F G H I K

A deeſſet, patibula corporibus. Furebat intus Simon, fremebat Iohãnes, inſidiabantur ſingulis per miniſtros ſuos: ſi quis fugere tentaret, tractus per humum diſcerpebatur. Eorum quoque qui abierant proximi † cruciabantur, aut cruci affixa plerorumque cadauera ſuis, qui elapſi fuerant, oſtẽtabantur. E diuerſo etiam ipſi murum quadam patibulorum ſegete prætexuerant, quaſi de aduerſariis triumphantes, ſi quos de ſuis ad Romanos velle confugere deprehendiſſent, vt cæteros † tranſgrediendi metus inceſſeret. Nullus locus immunis acerbitatis: foris captiuitas, intus fames, formido vtrobique: minùs tamen timebantur arma, quàm tormenta, leuiúſque erat confici tumultu potiùs hoſtico, quem parricidio. Nec intermittebat tamen Cæſar inuitare factionum principes ad ſpem deditionis. Namque ſtructis aggeribus denũtiabat, nõ lõgè abfuturum operis effectum: imminere vrbi excidia, conſulerent ſibi, vt & ſalutem lucrarentur, & templum incẽdiis eriperetur. Id quò faciliùs crederent, amputatis plerique Iudæorum manibus dirigebantur, ne voluntario transfugio tranſiſſe ad Romanos æſtimarentur, & quaſi perfidis non deferrent fidem, vel eos ipſi necarent. At verò illi pro ammonitione ſedula grauia retorquebant cõuitia: funeſtiorẽ ſibi humanitatem Cæſaris, quàm B crudelitatem videri, quòd altera libertatem eriperet, altera vitam auferret: malle ſe liberos mori quàm ſeruos viuere, deuouiſſe animam ſuam in templo. Immortalitatem futuram, ſi cum templo exuſti, aris ac focis patriis immorerentur. Nihil egiſſe Titum, eripuiſſe parua, dediſſe plura: pro templo ſibi Paradyſum ſuccedere, illoſque ſe, qui pro templo Dei pugnauerint: transferẽdos tantùm ne oculis ſuis triumphos Romanos viderent, & captiua iugo colla ſubiicerent. Conſecrari paruulos ſuos, non interfici, quorum parentes cœleſtium propugnatores fuerint ſacramentorum. Quo commotior Titus, vt eos ſaltem eriperet, qui inuiti attinebantur, admoueri iuſſit machinas.

ERAT in exercitu Antiochi Comageni filius, qui venerat ad belli ſocietatem, impiger ſanè iuuenis, & manu promptus, ſed concilio parùm prouidus, qui moderationem Romani exercitus lentiorem ratus, nec conſiderans muneris difficultatem, inſinuauit Cæſari, mirari ſe, quòd cunctarẽtur Romani murum ſuccidere. Riſit Titus, & ait: Commune eſt opus. Eo ſermone iuuenis ſeſe proripuit cum his, quos armatos Macedonicum in morem promptiores habebat ad bellandum: namque & aliis ſubnixus aduenerat. Cohors tamen, quæ appellabatur Macedonum, & viribus corpo- C ris, & proceritate ipſa præſtare æſtimabatur. Quibus appropinquantibus bellum adoleuit. Contrà de muro promptiùs decernentibus, quos extrema vrgebant pericula, & ſucceſſus præſentis certaminis animabat: cùm inferiores à ſuperioribus frequentius transfigerentur, ad ſuperiores non omnia peruenirent ſpicula, filius tamen Regis iuuẽta alacris, armis munitior, comitatu ſuccinctior, alios eludebat ictus, repellebat alios, quos etiam vt caueret ſuggerẽtibus ſociis, inſtruebatur: & ideo integer à vulneribus perſeuerauit: ſed de Macedonum cohorte plerique (quoniam pudori putabant, etiam naturæ aut munimentis cedere) pertinaciùs præliantes,* vulnerantur. Itaque conatu irrito ceſſere ſuperioribus: docti etiam * viris Macedonibus ſi vellent vincere, & alacritatem Alexandri ad præliandum eſſe neceſſariam, & vincendi euentum. Namque ille cùm obſideret vrbẽ morantibus cæteris, & circa ſolennes machinas immorante exercitu, appoſitis impiger ſcalis murũ aſcendit: fugatiſque præſentibus, qui de muro repugnabant, ſolus ſe in vrbem deiecit. Nec erat temporis, vt ipſe ſibi ſine comite portas aperiret, cùm vrgerent pericula: ſed immodicus animus, ac vi- D ctoriæ auidus, in hoſtem proſiliuit. Ceſſere agmina, ſed quantos poterat ſolus proſternere? Deinde per diuerſas vrbis plateas circunfundebantur hoſtes, ſi in vnam partem Alexãder incumberet, aliis poſt ſe circumuallandi copiam daret. Retorquebat itaque victor * ingreſſum ſuum, ne à populo circumdaretur. At illi conferti inter ſe vrgere cœperunt, inhorreſcere ſuper eum telorum vis maxima, reſultabat galea tinnitu, clypeus fragore ſaxorum. Ac ni metuentes Duci irrupiſſent Macedones, victor innumerabilium gentium intra vrbem exiguam fuerat oppreſſus. Fuit igitur alacritatis, quòd murum inſiliuit, hoſtem deiecit, in vrbem ſolus triumphali ſaltu ſeſe proripuit, impetu ſuo fugauit populos: fuit tamen etiã euentus, qui maximè Duci neceſſarius eſt, quòd tantis ingruentibus populis, tot ſagittarũ iaculis, tot ruẽtibus ſpiculis, nullus fuit lethali vulneri locus. Periculũ itaque virtus attulerat, mortẽ quoque alacritas inuexerat, ſi euẽtus bellãtem deſeruiſſet: Ingreſſi ſunt Macedones prorupta porta: ſic temeritas victoriã inuenit, & euentus periculũ in gloriã vertit. Noſter quoq; Dauid cũ pugnaret aduerſum gigãtes † inuectus in hoſtẽ, à tergo percuſſorẽ habebat, ſed * liberantẽ ictus ſuos comes Regis Abiſai præuenit. Verùm Alexandrũ euẽtus ſeruauit, Prophetam gratia.

E CEDENTE itaque Antiochi Regis Comageni filio, & cognoſcente non quòd formidinis, ſed cautionis eſſet Romani exercitus perpenſa moderatio, vt aggeribus & vineis, arietibus quoque & cæteris machinamentis murũ adorirentur, extruebantur aggeres per numeros opere diuiſo: præcipui quatuor inſurrexerant, ex quibus vnus è regione munitionis (cui nomen Antonia per mediam ductus erat piſcinam, quam Struthiam vocabant. Hunc aggerẽ quintus numerus triginta cubitorũ in altitudinem fecerat, iuxta Iohãnis ſepulcrum. Quibus è diuerſo Iohannes princeps ſeditionũ cuniculum ſuffodit, & Romanorum opera ſuſpendit: ignorantibus his, † qui latenti cuniculo Iudæi machinati forent, quia fulturis tabularum materia æquè ſubiecta, ſuperiora cuniculorũ ſuſpẽderat, fraus omnis latebat. Itaque vbi opportunitas viſa, ignẽ appoſuêre, qui adultus ſulphure & pice, quibus illita erat materies, quæ fulturã cuniculo dabat, ligna omnia facilè conſumpſit incendiũ, ſubiectorum ruina ſecuta eſt. Itaque Romanorum opera ſubitò lapſa, ſonitum ingentem dedére, Puluere

† trucidabantur.

† transfugiendi metu

CAP. XIX.

Antiochus hortatur Cæſarem ad vrbis muros ſuccidendos.

** vulnerabantur.*

** viri Macedonici.*

** greſſum.*

† inuentus

** liberantem*

CAP. XX.

† quid l

ïtaque & fumo repleta omnia,plurimùm tenebrarũ obduxerãt, maioréque terrorẽ induxerãt latẽs F
cauſa. Deinde vbi cõſumptis alimẽtis cæteris,quibus primò opertus erat,liber poſtea ignis † eripuit,
† erupit
dolũ prodidit,& Romanis ad pręſens quidẽ formido periculi diminuta, ſed euacuati laboris graue
ſucceſſit tædiũ:ſimul quòd inſultabant Iudæi,non mediocris angebat pudor:& in reliquũ parandæ
expugnationis ſpes refrixit. At in parte alia biduò poſt, cũ iã murus ariete quateretur, Teptheus de
Galilæa,Magaſſalus,& Iabenus,& Agyras direptis facibus in machinamẽta muralia proſiluerũt. Ni-
hil his viris audacius, nihil terribilius eo bello ex vrbe in hoſtẽ proceſſit. In mediũ nãque hoſtiũ pro-
ruẽtes nõ trepidauerũt, non retractauerunt,ſed tanquã familiariũ ſuorũ cõſortiis immorati,non an-
tè remeandũ putarũt,cũ vndique in eos pila,ſagittæ,ſpicula iacerentur,quã ſubiectis ignibus,adole-
rent obſidialiũ inſtrumenta machinarũ. Cõcurſus ingens Romani exercitus, vt incendiũ reſtingue-
retur: Iudæorũ quoque clamor & ſtudiũ quo * ſubtexerãt impedimẽta, Romanis ne ſubueniretur.
**ſubtexerent.*
Illi arietes properabãt flãmis ſubducere, iſti adhuc ſpargebant incẽdia. Vnde cõprehenſis omnibus,
quæ vri poterant, Romanos flãmæ circũuallauerant, niſi maturè conſuluiſſent. Inſtabant enim acri-
ter Iudæi, atque hoc ipſo,quòd in ea parte conatus irritos non habuerant, ſucceſſus audaciã alebat. G
Denique nõ cõtenti iam munimẽtis muralibus,vltra progrediebãtur,atque ipſas Romanorũ inceſſe
bant cuſtodias,& ad caſtellũ,in quo prætẽdebant Romani vltrò euerſum,perrexerãt. Et niſi Roma-
Succeſſus alit audaciam.
ni nominis gloria,& militiæ vetus diſciplina,quæ munia huiuſmodi deſerere grauioris pœnæ arce-
ret formidine,furẽtibus repugnauiſſet,expugnatores vrbiũ ipſi propriis ceſſerãt munitionibus. Ver-
ſa itaque ſpecies belli,& vſus obſidionis: catapultis,& velocioris generis iaculis ſeſe defenſabãt Ro-
mani,vt Iudæos repellerẽt,quo ipſis ante genere reſiſtebãtur. Inter quæ Titus aduenit,clamore ex-
citus,& accerſitus ad remediũ,Romanis cõtinuò vires additæ pręſente Cæſare,& pudor aluit auda-
ciã: Clamãte Tito graue Romani nominis opprobriũ,ſi verſa vice ſuos amitterẽt,quibus iam hoſtiũ
Romani nominis graue opprobrium.
muri,qui diruerẽtur,defecerãt,diffidẽtes Iudæos munitionibus,ſola niti temeritate: ſtarent tãtum-
modò Romani, victoriã nõ defuturã. Itaque hortãdo pariter ac præliãdo Titus ſtatuit ſuos, auertit
Iudæos,qui nõ ſolũ animis ad mortẽ parati,ſed ipſo niſu corporis ingruebãt,vt Romanos gradu mo
uerent. Nec mediocre fuit periculũ Cæſaris inter confuſa omnia,cũ ab hoſte ſocius non diſcernere-
tur,inter quæ Titus in medio verſabatur: audax iuuenta, & gloriæ cupiditate ad præliandũ acrior, H
quò celerius victoria conſummaretur,in ſecundis triumphi ponens curam ſalutis.

CAP. XXI.

DEPVLSIS tamen hoſtibus anceps conſiliũ: alij reformãdos aggeres,reparanda machinamen-
ta muralia opinabantur: alij abſiſtendum obſidionis periculis ſuggerebãt, deeſſe reparandi materiã,
cõmune cũ * multis periculum,muro claudendam vrbem cõſultius arbitrabantur, vt conficeret fa-
mes * defectis ſubſidiis alimentorum. Præponderauit huiuſmodi ſententia,vt clauderentur,ne libe-
**victis*
**defectos*
ros excurſus haberent,quò ampliùs & deſperatione fugiendi, & indigentia cibi conficerentur. Di-
uiſis itaque * per numerũ portionibus, properè murus ſurrexit, quo per circuitum omnem incluſa
**per numeros*
eſt ciuitas. Diſtribuit officia ſuis Cæſar,vt noctibus quoque cuſtodiendi vices non omitterent. Pri-
ma vigilia ipſe obeundi ſingulos cuſtodiarum ordines munia curabat: ſecundã vigiliam Alexandro
deputauit: denique per ordinem tribunis(prout cuiuſque erat ſolertia comperta)vices mãdatæ. Ca-
ſtellis erat murus per interualla intextus,in his manus militũ prætendebat,vigiles ex æquo ſibi ſom-
nos,& tempora vigiliarum ſortiebantur. Cicũibant momentis omnibus murum, per ſpatia quiſque
præſcripta ſuo muneri, de caſtello in caſtellum: per ordinem, & munerum vices nox frequentaba- I
tur. Præciſa vndique ſpes Iudæorum,clauſiſque ſe infuderat fames, atque in ipſas populi medullas
deſcenderat. Perſonabant omnia gemitibus deplorantiũ miſerabilis mortis ſupplicia. Repleta erãt
**Repletæ erãt vniuerſæ ſemitæ.*
vniuerſa feminecum cadauerum:& ſi paululùm expectares, intra momentum deficiebant, quos vi-
uentes repereras. Ipſi quoque,qui adhuc ſpirabant,macie confecti imaginem mortis gerebant. Ex-
hauſti fame, & tabe luridi, nec oculos quidẽ faciles attollere: quia nullum vigorem naturalis mo-
tus,conſumpta ieiunio ſubſtantia,dabat. Figura ſola hominis remanſerat,vſus interciderat. Simula-
chra cerneres,officia deſiderares. Arida cutis ſiccis hærebat oſſibus. Si leuis motus viuẽtem prode-
ret,fœtor redarguebat: exiles artus & color ita niger,vt vmbram putares. Nec humandi miſeris of-
ficia ſuppeditabant, exhauſtis primò omnibus,& continuò morituris. Et ſi cui vires aliquas recen-
tior cibus dabat,congeſtio cadauerum ſpem ademerat,impoſſibilitatem incuſſerat. Plerique etiam
condendis ſuorum funeribus immoriebantur, & inexpleta ſupremi muneris officia, ſuo quoque
obitu derelinquebant. Ruebant ſuper defunctos,quos ſuſceperãt muniendos,vt ipſe quoque oneri K
accederet, cui leuando aduenerat, indigens eius miniſterio quod alij deferebat. Nec erat vllus do-
lori locus in communi omnium calamitate,niſi quòd autores tantæ miſeriæ ſuperuiuerent, nec tẽ-
pus querelæ liberis quidem iam vocibus, ſi loqui poſſent. Quid enim ſibi iam morientes timerent,
ſed tamen mutis iam ſenſibus aſpicientes templum, quaſi inde vltio tam diri exitus depoſceretur?
Aruerant ſupremorum * numerum lachrymæ,quia omnem affectum vis mali clauſerat. Obriguerat
**munerum*
animus,omnis ſenſus hærebat,pluſquàm lachrymãda tolerãtibus: deerat iam terra tumulis, defoſſis
omnibus intra vrbem locis,quæ potuerunt dare vſum ſepulchri. Tentabãt aliqui inter duos muros,
nouum oſtiũ,veteréque vrbis procedere nocturno ſilentio: periculoſa licèt, pia tamen furta perſua-
ſerant. Itaque pro vno plures inſepulti iacebant,& eo quod vni deferre geſtierant pro * bonorum
**onerũ operum munere.*
munere defraudabantur: ſed etiam vbi hoſtis deerat,fames operabatur. Sepultor plerunque præue-
niebat

A niebat ſepeliendum,& tumulo eo,quem alij parauerat, includebatur ſubitò exanimis: & lapſus cùm
defodit,velut quodam ſtudio operis ſui,ius vindicabat. Et vbi terra deerat, tabulata innectebantur,
vt defunctorum cadauera loculis includerentur. Plerique eos ſibiipſi parabant manibus ſuis, ne
deficeret huiuſmodi miniſterium; atque in his ſeſe ſæpè ſpontè condebant,ſuſpecti ne mors præue-
niret,& ſepultor deeſſet. Silebãt omnia metu,inedia vocem ademerat,ciuitas plena mortis,& nullus
eiulatus in exequiis totius vrbis:& cùm ſenſus quidem doloris interierat,iniuria nõ deſiſtebat. Non
deerant etiam in tantis malis, deteriores omnibus, violatores etiam ſepultorum. Quid dicam non
horruiſſe cùm illuderent mortuis, & gladiorum ſuorum aciem in defunctorum cadaueribus præ-
tentarent? Nonnulli etiam viuentium adhuc * vrgendis corporibus experirentur, ſi tela ſibi † acuta
**figẽdis. alij viuis.*
† præacuta
forent,& hic tamen vſus pleriſque rogantibus denegabatur, vt miſeros ad grauiora ſupplicia fames
depaſceretur. Nequaquàm tamen vltio morituris deerat: nam quòd viui non potuerant,vindicabãt
ſe mortui,vltorem ſui fœtorem creantes,quo ſe de latronibus vlciſcerentur. Qui grauiter ſæuientes
quærenteſque remedium, ſpeciem quandam pietatis induerant: etiam ipſi, qui latrocinabantur, vt
B eos de publico ærario ſepeliri iuberent. Sed vbi nequitum occurrere, de muro defunctorum reli-
quias in profunda præcipitia deiiciebant: Itaque aſpiciens Titus præruptos ſpecus plenos cadauerũ,
ſaniem * de laceratis viſceribus innatantem, altè ingemuit, & manus ad cœlum eleuans teſtabatur,
** dilaceratis*
Titus teſtatur Iudæos diuinitus afflictos poſt. cap. 41.
haudquaquàm illud ſibi aſſcribendum,qui voluiſſet veniam dare,ſi deditio procederet,expectaſſe ſe
vt pacem rogarent: paratum ſe vt incolumes ſeruaret, ſi bellum depoſuiſſent: iubet itaque aggeres
rurſus iacere, etiam, non propinquantibus ſyluis, quia ſucciſa erant omnia ſuburbana nemora ſyl-
uarum. Vehebãt materiam milites,ſpe victoriæ ſolantes laborem. Nec tamen frangebantur animis
principes ſeditionum. Furebat Simon, nec tantorum mortibus exaturatus cedebat, & quia inimici
deeſſe cœperant,in ſocios conuertebatur.

CAP. XXII.
Matthias à quo in vrbem receptus eſt Simon, occiditur.

DENIQVE nec Matthiam quidem, quo autore in vrbem receptus eſt * excruciatum necauit,
nullius apud ſe conuictum flagitij, ſed inſimulatum proditionis, & ſuſpectum conſilij, quod in vſum
plebis ſedulò, & ſine vlla fraude, tanquàm familiari crediderat inſinuandum. Id altè impreſſum
aliquandiù tenuit, nec iam ſe vt amico credidit, ſed aluit indignationem, indicio diſſimulato, ergo
C inſimulatum apud ſe, quòd cum Romanis ſtudio congrueret, & conueniret, rapi cum filiis iubet.
* Accerſitur, nec defenſionis vlla copia datur, ante examen adiudicatur ſupplicio, nec eius ſoboles
** cod. vet. inexcruciatũ*
excipitur,ſed pœnæ adiungitur. Orabat non vitæ vſuram, ſed mortis celeritatem,naturæ ordinem,
vt prior occideretur, ne filiorum neces ſpectaret, nec ſuperſtes eſſet funeribus liberorum ſuorum,
** Arceßitur*
ipſe continuò funus futurus: non impetrauit, quod ipſa pietas exigebat, etiam ſi non rogaret: * Hoc
** Et hoc*
rogabat ſibi reddi pro munere, quòd ei vrbem aperuiſſet: reus quidem patriæ, ſed conciliator Si-
monis. Debuerit ille hanc pœnam ciuibus, debebat tamen ei Simon gratiam. Quo crudelior, qui
nec amico pepercit, nec patrono receptionis ſuæ pœnam relaxauit. Ducitur ad ſupplicium pater
cum tribus liberis: nam quartus fuga ſe exemerat. Statuitur in conſpectu Romani exercitus inſul-
tationis ſpecie, vt ſupplicium eius viderent, ad quos egredi deſideraſſet. Liberent te itaque ſi poſ-
ſint, amici tui. Deducuntur & filij, nec ſuprema liberis oſcula dare, nec vltimo complexu filios
ſuſcipere permiſſus: non fraudatus tamen vocis * paternæ libertate, miſerabili filios alloquio pro-
** patriæ*
ſequebatur. Ego filij vobis hoſtem induxi, ego carnifices adhibui, quando Simonem ingredi in
D vrbem rogaui. Ille dies nobis mortis huius, ille parricidalis cauſa ſpectaculi. Merui fateor, nec
Matthias prohibitus oſcula dare mox morituris filiis verbis deoſculabatur.
culpam excuſo: dum vnum reprimere geſtio, accerſiui deteriorem. Ad auxilium Simon petitus,
& ad parricidium patriæ conuerſus: ſedula conſilia in crimen deduxit. Rei * fuimus patriæ, qui
defenſorem quæſiuimus. Et rectè quidem ſoluimus pœnam imprudentiæ, non tamen perfidiæ.
Abſoluit nos Simon ipſe, dum perimit: qui pronuntiat non ſibi à me donatum, ſed patriæ contuitu
petitum,vt contra Iohannis ſæuitiam auxilio futurus,quàm primùm adeſſet,& Idumæos induceret.
Putabamus, duobus inter ſe * conferentibus, liberam plebem futuram. Quis mihi crederet, non
** ſumus*
tibi id * meo ſtudio detuliſſe, ſed de malis, hoc tolerabilius æſtimauiſſe, niſi tu occideres? Sed quid
** cõferẽtibus*
ego ſic loquor, quaſi crimen excuſem? Nihil ſanè mea ſententia grauius facere potui, quàm quòd
Expoſtulatio Matth. contra Simonem.
te in ceruicibus noſtris locaui. Sed in eo patriæ reus, non tibi fuerim. Debuerim ego ciuibus
mortem, ſed tu mihi gratiam. Debuerim patriæ pœnam proditionis, quòd te induxerim. Tibi
quando proditor eſſe cœpi? Si fugiendum putaſſem, conſulueram mihi, non violaueram patriæ
E neceſſitudinem. Quis enim hoſtem non defugit, & hoſtem internum? At te ciuem putauimus,
ſed hoſtem inuenimus. Ad auxilium petitus, quid rependiſti? Quid antè pollicitus? & quò po-
ſteà conuerſus? ingreſſus eras, vt hoſtem expelleres, non vt hoſtem exerceres: vt prohiberes
ciuium neces,non vt ipſe adiungeres: vt latrocinium repelleres,non vt ipſe latrocinareris: ſed vt ſub-
uenires innocenti populo. Cur in ipſum tua arma vertiſti? Antè latrocinio * appetebantur, tu bellum
** appetebamur.*
intuliſti. Antè pauciores ad mortem rapiebantur, tu ſtragem populorum feciſti. Quis proditor
patriæ, quis Romana arma plùs iuuit, niſi qui extinxit patriæ propugnatores? Niſi qui eripuit
tantorum ciuium defenſionem? Niſi qui ab hoſte in ſocios detorſit mucronem? Hoſtis extra
muros pacem offerebat, tu intra muros præliabare: ille obſidionem volebat ſoluere, tu expu-
gnationem approperabas: ille prohibebat incendia noſtræ vrbis, tu flammas in ipſa tem-
pli iaciebas faſtigia: ille noſtrorum contuitu Sacramentorum inducias dabat, tu per ipſos

sacrorum dies altaria Dei supremo vrbis excidio, Sacerdotum quoque sanguine restinguebas: F
* Coacervabo *exitia* Ille muros, tu templum obsederas.* Coacervabo crimina mea. Ego patriæ manus intuli; ego tuum furorem armaui, ego hæc vniuersa deliramento quodam senectutis* initia impressi. Agnosco dementis ætatis imprudentiam. Confessione leuemus pudorem, quoniam negando peccatum exuere non possumus. Duo præ cæteris excidium patriæ accelerauimus: ego errore consilij, tu proposito parricidij. Pendo igitur, patria tibi † deditas pœnas: & hoc ipso Simoni gratias ago, quòd cineribus tuis superstes non ero. Atque vtinam non liberis essem superstes. Sed ad sceleris tui Simon acerbitatem, filiorum necis spectator adsisto. Merui, fateor,* quia Iohannem pictum videre non potui, & te armatum elegi. O præcipitem senectutem: imaginem timuimus, tyrannum expetiuimus. Ego fideiussor tuus, ego deprecator tuus legationem pertuli. Ego te Dominum rogaui, percussorem introduxi. Spectemus ergo quæ fecimus: Iohannis nos cera terruit, Simonis latrocinia delectauerunt. Acceleretur itaque pompa funebris, veniat carnifex, filios ante ora patris, patrémque obtruncet super filiorum cadauera. Hauriam miserabilis senex ictum carnificis, super colla pignorum sæuam* vibrantis securim. Quo spectaculo nihil funestius, nisi ille qui iubet: Crudelis G
* debitas
* qui
* librantis
* Habeo sceleste, facio quod præcipis, facio, sed inuitus.* Habet tamen consolationem tantæ calamitatis. Patior quicquid miserrimum est dum tu iusseris. Quicquid est immanissimum subeo libẽter, te arbitro. Implesti mensuram scelerum sæuissimorum, liceat saltem affari liberos, extremum pignoribus Vale dicere. * Sit vltimus locus osculis, quæ nobis etiam cum feris communia sunt. Non prohibebatur miserabilis amplexus naturæ, quem etiam defunctis potest casus donare. Quod igitur ad pœnam præcepisti, proficiet ad pietatem mihi. Cadam super funera mea, & insepulta adhuc velut quodam corporis mei cespite, tegam, ne discerpant volucres, aut feræ deuorent. Lambam lingua patria sanguinem meorum pignorum, & meum diluam, ne lambant bestiæ: & fortasse addet hoc pietas, & miseratio naturæ ipsius, vt arctissimo amplexu moriens, liberos meos stringã: ne tu separare possis, cùm velis. Certè si separabis corpora, animas tamẽ non separabis.
* Sit vltimus locus osculis.
Sed satis iam lachrymarum viaticum sumpsimus: Præite filij, & secuturo patri viam parate. Si potuero consequi, comitabor simul, & erit illic impedimento senectus, quò viuentes iuuenes minùs con- H
sequar. Ad mansionem præcedite, vt fessum patrem suscipiatis diuturno hospitio. Volui quidem
† quò
præcedere ipse, & rogaui, sed nõ impetraui, tamen* quòd innoxij estis, eò meliora vobis hospitia deferentur, quàm si ipse accersitor Simonis præuenirem. Grauat me illa legatio, licèt à ciuibus mandata, petente populo* suspecta. Præcedite ergo filij, mundiore supernum iter carpentes vestigio. Et
† susceptæ Iubet Mat. liberos præire ad mortem exẽplo matris Machabæorũ.
Machabæi matrem præuenerunt: sed illi ad præmium,* vos ad supplicium. Spectauit tamen pia mater morientes filios, & supra suorum se volutans sanguinem, vidit complectentes se inuicem fratres naturæ necessitudine, & suo lætabatur triumpho, quem de tyranno cõsequebatur. Diuersa quidem patientium merita, sed eadem sæuitia vtriusque præcipientis. Inuenit hoc Antiochus Persica immanitate. Apud ipsos enim nouorum sunt commenta suppliciorum. Tu executus es, ille tamen
† nos
seruauit vltimam matrem ad persuasionem regiæ voluntatis, tu seruari iussisti patrem ad cruciatum paterni doloris. Consolamini vos filij charissimi, patimur nos quod passi sunt martyres. Simon statuit, quod persecutor barbarus inuenit, tyrannus præcepit. Proficiscamur igitur volentes, & fugia-
* decesserimus
mus conuentus latronum. Sanè cùm in illam perpetuam domum * discesserimus: si qui ad nos I
venerint, qui requirant, quid agit ille quondam Dei populus, quid illis respondebimus? Maximè si vobis, vt potè iunioribus, integer æui Ionathas, mihi Saul, vt potè peccatori occurrerit. Quid (inquam) dicemus, nisi populum illum Iuda nouellum dilectum quem mare fugit, cui sol stetit, cessit Iordanis: populum (inquam) illum, cui peruius fluctus fuit, aër fertilis, terra
† nostra. Resurrectio.
cœlestis: quæ non vt * vestra hæc terra, speciem corruptionis induerit, sed resurrectionis gratiam assumpserit: seruire nunc Idumæis, & subiectum esse Simoni latronum principi, nec seruitutem ipsam habere securam, nec periculum cum libertate? Quid ad hæc respõsuros putamus, qui elegerũt bello perire, quàm libertati patriæ superuiuere? Quid etiam Matathiam respõsurum Machabæorum autorem, qui * voluit obseruando legem sabbato feriatus mori, quàm præliatus viuere? Si audierit
† maluit. Supra lib. 1.
quomodo Simon, non solùm sabbato cædes ciuium innumeras agitauerit, sed ipsos sacerdotes Domini, neomeniis & omnibus sanctis festæ celebritatis diebus iugulare coëgerit? Quãtum ingemiscet Iechonias, cùm audierit Simonem, qui seditionibus primò vrbem euerterit, cæde ciuium violauerit templi vetustam religionem, conuentum toties, vt sui deditione, vrbem exueret incendio, malle K
perire omnia excidio, vrbem, templum exuri, plebem totam interfici, ne occupatæ inclinet dominationis fastigium? Quantum (inquam) dolebit Iechonias, licèt tempore malorum vrgentium minùs fœlix imperio, melior tamen filio? Pater enim sibi minùs fœlix esse, quàm patriæ, licèt miserabiliter, piè tamen maluit. Itaque se cum sua prosapia, egressus vrbem, Babyloniis obsidentibus in ser-
Iechonias infelix Imperio.
uitium dedit, ne euersam patriam, ne populum Dei captiuum videret. Filius autem ærumna pari, sed affectu impari: dum sibi metuit, & se in exilium, & vrbem in excidium deduxit. Hic itaque infœlix patriæ, nec sibi fœlix: qui & liberos suos & oculos amisit: ille aut prudentior, qui captiuitatem ciuium sua redemit captiuitate. Denique id exitus docuit: iste in regno senior, ille iunior in seruitio defecit, quanuis ei postea thronum regium, Babylonius Rex iuxta se constituerit, & consilij detulerit prærogatiuam, miseræ calamitatis solatio. Denique tolerabilior iam mea sors est,

A est, * post liberorum necem mori, quàm viuere: vt scias, quàm crudelis sit, qui filios ante ora patris
* post liberã mortẽ mori.
iugulet. Cuius etiam regalia munera detetiora sunt, quàm pietatis vulnera. Aut enim tam impia inferre primò non debuit, aut tam honorata postea substituere, quasi quæuis dignitas redimi possit filiorum amissione, aut compensari cædes sobolis quouis vsu honoris: nulla profectò, nulla dignitas tantum dolorem alleuat. Nullus honor curat hoc vulnus, nisi sola mors, quæ sensum adimat, recordationem auferat. Festina ergo percussor, remorare tamen, dum liberos video, dum priusquàm moriantur, aspicio, ne quis ætatis forsitan immaturitate turbatus, mortem timeat, cùm sæuiorem euadat tyrannum. Beneficium est filij mori, ne patriæ videamus captiuitatem: tolerabiliora corporis quàm mentis vulnera. Iam tolerabiliùs & vestras neces specto, quas refugiebam, ne spectem neces in commune omnium, ne videam patriæ bustum, & totam vrbem sepulchrum eorum. Beatior tamẽ, qui mortuus fuerit, quàm qui reseruatus. Summe Deus, ne inter innoxiorum greges sternatur Simon cum liberis suis, spectet captiuus quem intulit: imò minimè, minimè inquam, nã quem potest cogitare, potest ferre, nec tamen ea imprecor. Cõsideret quã grãde nefas sit, quod nõ potest vel voto
B retorquere, qui patitur, quã acerba vltio, quàm sæua cõmissi sceleris immanitas, quod optat patriæ captiuus superstes, quia peiora sunt vitæ ludibria, quàm mortis supplicia. Sed iam finis verborum sit. Festina carnifex, dum cruentum sanguine filiorum gladium geris,* percute patrem, vt * nullus refri-
* percutere *pulnus
geret. Hoc solùm morituro medicamẽtum est: hoc solo non sentitur ictus mucronis, dolor vulneris. Percute sub conspectu Rom. exercitus, sicut imperatum est, vt spectẽt vindicaturi. Misereatur hostis, quia socius non miseretur: Iudicẽt Romani, quia Simon occidit sine iudicio: testes sunt ipsi, me non proditorem patriæ, sed defensorem fuisse, qui pugnantẽ viderunt, non deserẽtem. Liberis ego meis, si potuissem, hostem auertissem, non hostem* accersissem: atque vtinam nec Simonem accersissem. * aduocaßem
Nec finis vllus adhibitus tantæ crudelitati. Iacebant adhuc cum patre insepulti liberi: adiungitur & sacrilegium spectaculo parricidali. Cæditur Ananias sacerdos, claro genere ortus, licèt nemo clarior sit splendore generis, quàm munere religionis. Illo enim affectatur nobilitas, hoc non desideratur. Ananias Sacerdos occiditur.
Habeat sibi vetus prosapia diuersorum fasces honorum, habẽt & sacerdotia suos fasces: qui eleuãtur
C non humeris, sed moribus: & attolluntur non virgarum procéritate, sed laborum perseuerantia, fidei altitudine, pietatis fastigio. Percussus est etiam scriba Aristeus claræ & ipse originis: & cum ipsis alij de plebe quindecim præeminentes cæteris, licèt iniustam necem, non nobilitas faciat, sed innocentia. Præoccupantur etiam viri vndecim, qui pariter conspirauerant, commoti scelerum eius atrocitate, & sibi quisque metuentes, quæ in alios exerceri videbant, quòd infidelis etiam amicis foret, & spes adẽptę, populante vniuersos fame, Romanis iamiamque irrupturis: turbato Simone ad opem defensionis, bacchante ad officinam crudelitatis, faciliúque illecebra proditionis, quòd Iudas vnus ex ipsis turrim tuendam susceperat. Is igitur cùm Romanos vocaret, traditurum se pollicens turrim, fastidientibus aliis quòd tam sérò proditio procederet, aliis dubitantibus, quia frequenter promissa deditione dolum parauerant, præuenit Simon, & de vniuersis conspirationis sociis pœnam exegit: corpora quoque eorum de muro præcipitata.

CAP. XXIII. * vlli *Iosephus ad deditionem hortans Iudæos vulneratur.*

CLAVSVS tenebatur Iosephi pater, nec* vllus ad eum accessus patebat. Eò studiosiùs Iosephus ad deditionem inuitabat Iudæos, & inconsultiùs murum successerat, vt liberaret patriam cum patre. Quo loci saxo caput percussus concidit: ac penè iactaris desuper telis oppressus fuerat,
D ni præcepto Cæsaris missi foret, qui eum protectum clypeis eriperent neci. Comperto mater filij sui vulnere, & insultantium latronum consternata vocibus, mortis eius formidinem simul & fidem induit: miserabiliter quoque deplorare occœpit: ad hos fructus fœcũditatis se reseruatã, vt nec officio viuentis filij potiretur, nec sepeliret defunctũ. Voti quidem sui fuisse, vt ipse potiùs matri sepulturam daret: inter eius manus supremũ exhalaret spiritum: ille frigidos artus deficiẽtis foueret, ille vltimos ore anhelitus legeret, ille oculos morientis clauderet, ille spirantia adhuc ora componeret. Sed quia voto exciderat, solatiũ fuisse, si vel ipsa interesse potuisset filij morientis supremis, miserabili quidem sorte, sed tolerabili tamen, vt quem superstitem optauerat, eius vel funus teneret. Veruntamen vel de muro, inquit, spectare mihi mea funera liceat: & si contingere non licet, vtinam quidem nemo arceret. Sed quem metuam tãto destituta filio? Quid pertimescam, cui beneficium est mori? Vtinam in me tela sua omnes contorqueant, omnes gladio me transfigant, quod viuens non potui, mortua saltem filij mei corpus veste mea protegam. Abundat vnius vestimentum ad sepulturam duorum: &
E fortasse quisquam hostium miserebitur, vt amictu filij matris oculos tegat, & oculos oculis, manus manibus, ori ora connectat. Proripiens itaque se ad muros, cœlum ipsum miserabili questu replebat. Insultabant sui, flebant Romani: apud socios crudelitas, apud hostes misericordia. Figite (inquit) me, si qua est pietas, ego genui quem persequendum putatis. Ego infœlicia hubera dedi, me extinguite, si de illo vindictam quæritis.

CA. XXIIII.

DVM illa deplorat, ecce ad vocem matris processit Iosephus, & deflere cœpit quòd euaserit, cui dulce fuerat ante patriam mori, & pro patria dum salutaria suadet, procumbere. Sed iam non pro parentum contendere salute, qui depositi æuo cùm in carcere vitæ finem supremum exigant: liberantur, si moriantur: sed pro ara, pro templo, pro semirutis adhuc vrbis mœnibus trepidare. Obtulisse se vulneri, ne patriam euerti videret. Qua excitati querela, plerique ad Romanos transeundum rati, qua potuerunt via, subtraxerunt sese insidiis latrocinantium,

& cuſtodiis* protendentium. Quibus quidem Titus miſericordiam promiſſam ſeruauit, ſed alia grauior ærumna accidit. Nanque vbi data alimenti copia, cœpit oneri eſſe cibus, qui priùs vſui erat, deſuetiſque edendi officiis, miniſterium feriabatur. Nulla vis dentium, vt cibum manderent, nulla arteriarum ſubſiſtentia, panem arrodere nullo poterant modo. Si quid ſanè ſorbuiſſent mollioris alimoniæ, interclusis iam faucium meatibus, ſtrangulabantur. Obriguerant interiora viſcerum, obſtructi erant ductus ciborum. Aruerant iecoris venæ, quæ cibos attrahunt. Perierat vſus, auiditas cumulabatur, virtus defecerat, appetentia manebat. Ruebant ſupra cibos miſeri, & inualidos morſus, more infantium meditabantur. Plerique viſis alimentis, ipſo gaudio deficiebant, atque inter exoptatos ſibi cibos moriebantur: ſolati miſeriam, quòd votum impleuerant. Sed erat pompa lachrymabilis, cùm plures à cibo ad periculum ſurgerent, quàm ad ſalutem, vt & victus noceret. Inflabantur enim inſolito cibo corpora potiùs, quàm reficiebantur, & quaſi quodam* hydropiſis morbo, diſtenta cute pœnas dabant. Et ſi quibus vlla adhuc virtus edendi, auiditas modum neſcia, quod ferre non poterant, ſupra menſuram ingerebat, repentino cibo farti dirumpebantur. Quid enim graue non erat, quibus erat grauis & ſolus affectus, vt obeſſet vidiſſe, quod deſiderauerant? Incapaces enim affectuum per longam famem, oppreſſit etiam ſenſus naturæ: & ipſe gaudij motus grauauit. Nihil igitur mirum, ſi exhauſtis periculo cibus eſt. Denique poſt biduanum ieiunium, ſi quid auidius ſumpſeris, ſtatim crudeſcit. Vnde pleriſque moris eſt, vt ſuccum lactis infirmis viſceribus infundant, eoque cum melle permixto, temperent humorum exaſperatam ieiuniis intēperantiam, & defectionem corporis, velut infantiam quandam, molliore cibo nutriant. Sic ergo nonnulli Iudæorum, qui ad Romanos confugerant, poterant euadere, quadam arte penſantes moderamina cibi, donec deſueta edendi caro, in ſuos rediret vſus. Nec hoc tamen profuit miſeris, ſed cauſa maioris exitij fuit. Nam cùm ex his plerique accepto cibo aluum purgarent, egeſſerant aliqui bimones aureos, quos abſorbuerant, cùm adornarent fugam: ne deprehenſi, quia inſidiatores omnia perſcrutabantur, non ſolùm diſpendio, ſed etiam periculo forent: Scelus enim ducebatur, aurum quenquam præter latrones habere. Hoc itaque poſteà Iudæi, ſpecie miſerabili inter inquinamenta alui aurum legebant. Comperit id quidam* Aſſyrius, & ab vno in omnes opinio manauit. Quod genus hominum præceps ad auaritiam, & paratum ad verſutiam, nihil tam atrox ſit, quod refugiat, nihil tam turpe, quod erubeſcat ſtudio pecuniæ. A Syris in Arabas diffuſa fama eſt, quibus & non minor auaritia, & feritas barbaricæ propior immanitati, eò quòd farti auro Iudæi forent: diripiunt quoſcunque offenderant aduenientes, contra fas, contra leges deditionis, contra promiſſum Cæſaris, quòd occîdi non licebat: incidunt adhuc viuentes, cruentiſque manibus euiſcerant ventris ſecreta. Aluum ſcrutantur, & inter eius manantia purgamenta aurum requirunt, non minùs turpiter quàm illi, quos adigebat fames: inſuper etiam ſæua crudelitate. Multa acerba eo commiſſa prælio, nihil hoc vno acerbius. Denique vna nocte duo millia ferè virorum diſciſſa ſunt tali flagitio, diuiſiſque viſceribus, quæſtus ſuos Syria numerabat: Arabia negotiationis recenſebat emolumenta, quæ ſine transfretati maris periculis nouo crudelitatis commento in vſum lucri verterant, & mercem putabant: Quod etiam nunc in huiuſmodi hominum genere reperias, & nonnullis ſæpè Ægyptiorum, vt curandis funeribus negotientur, & officia humanitatis vendant mercaturæ compendiis. Miſera fames auri, nihil ſequendum putat, niſi quod ad præſens lucroſum: nihil honeſtum, quod pecuniæ vacuum. Grauis iamdudum, grauis inoleuit humanis affectibus quærendi cupido, & mercatura facta eſt vita hominum: væno & empto viuitur. Serpſit itaque vitium in* innumeros, vt iam tolerabilior commutatio mercium ſit, quàm morum animorumque. Infecit Syrorum auaritia etiam Romanum exercitum. Nihil enim faciliùs in alterum tranſit, quàm amor pecuniæ, & deſiderium habendi: præſertim finitimas opes, quibus vicinus abundauerat. Nec eſt vlla paſſio, quæ magis virtutem animi effœminet, quàm cupiditas diuitiarum. Denique verſutia laudi datur, paupertas probro habetur. Impediuit hoc vindictæ ſeueritatem, quia innumeri reperti tanto* furore obnoxij: ideoque Titus, qui vallare circumfuſo exercitu Syros & Arabes propoſuerat, contemplatione multitudinis reuocauit ſententiam: vt ſuperioris delicti gratiam faceret, & ne poſteà committeretur, pœnam denuntiaret, verborumque auſteritate* grauiori ſuos argueret, quòd auro ſuccincti & argento, pretioſiſque telis nitentes, nec arma ſua erubeſcerent, vt tanto ſe dedecore dehoneſtarent. At verò Syros & Arabes increpare, quod immemores Romani nominis, dictu quoque* horrida excogitaſſent: veniſſe eos ad belli ſocietatem, non ad exercitium flagitiorum. In exercitu Romano non ſolùm virtutem corporis, ſed etiam mentis requiri: nec tantummodò fortitudinem in hoſtem, ſed etiam diſciplinæ normam ſpectari: ne crudelis, ne impius, ne inſolens miles ſit: ſed ne prædæ potiùs quàm victoriæ intentus. Ea grauia videri militiæ flagitia, & vindicari atrociter. Inter arma quoque leges valere, fide meliùs bella geri, quæ ſeruetur etiam hoſtibus. Si ergo & armatis debetur, quantò magis precantibus? Proinde cauerent ab huiuſmodi flagitiis, ne & victoriæ exortes, & ſalutis fierent. Neque ſe diutiùs paſſurum, vt eorum ſceleſta flagitia Romanis aſcriberentur, qui plus oneri, quàm vſui forent. Itaque repreſſit aliquantum, non execuit auaritiam Syrorum, vt arbitrum fugerent, non vt præceptum fouerent. Denique explorato priùs ſi fortè Romani militis deeſſet præſentia, de miſerorum viſceribus execrabile lucrum pro-

** prætēdētiū.*

Multi Iudæorum viſo cibo deficiebant.

** hydropis*

Iudæi aurum abſumptum infami anguſtia, in excremētis recolligunt.

** è Syris. Vide Ioſeph. de bel. Iud. lib. 6. ca. 15.*

Arabes incidūt viuentiū viſcera vt ex iis corradant aurum.

** vniuerſos*

** furori*

** grauiùs*

** horrenda*

Inter arma leges valere & hoſtibus ſeruanda fides.

proferebatur, nec tamen in omnibus ſequebatur etiam prædæ euentus, ſed in paucis, quò crudelior feritas: quia non ſolùm propter opes, ſed etiam propter ſpem lucri plurimi extinguebantur: cùm latrones ipſi, & ſæuiores piratæ latronibus, à latrocinio temperent, vbi prædam non ſenſerint. Solius enim barbaricæ immanitatis eſt gratis nocere. Nam & ipſę feræ, vt interficiant, prædam ſequuntur. Foris itaque pœnæ acerbæ, intùs immanior Iohannes.

CAP. XXV.

DENIQVE cùm talia gererentur à Syris, etiam ſi aliqui reuocarentur, indicio comperto, tranſfugere tamen alij non deſinebant. Inter quos Manneus Lazari, qui aſſerebat per vnā portam ſibi creditam centum quindecim millia mortuorum elata, additis adhuc octingentis octoginta funeribus, quod ipſe tuendi vicem huiuſmodi recepiſſet muneris: idque ſolo eorum numero collectum, qui ex mercede publica ſepulti forent, præter eos, quos ſepelierant ſui. Quæ autem ſepultura, niſi vt de muro cadauera deiicerentur? Poſt ipſum plerique non ignobiles viri, confugientes ad Titum, ſexcenta millia defunctorum fuiſſe, quæ per portas elata numerata ſint, commemorabant. Eorum verò cadauerum, quæ propter infinitam pauperum multitudinem efferri nequiuerint, atque in maximis domibus, diuerſorumque operum ſpatiis conſtipata ſint, numerum fuiſſe inæſtimabilem. Et adhuc erat proceſſus malorum, quæ iam ſuperiorum omnium finem vicerant. Adhuc ſæua obſidio, bellum graue: maioribus iam tamen Iudæorum animis, quam viribus. Super omnia verò fames tetrior, quæ inſidiaretur iumentis aluum purgantibus, & vetuſta rimaretur boum ſtercora: vt quod viſu erat horribile, hoc fieret eſca eſurientibus. Miſerabilis congeries inſepultorum corporum, & circuitu longo terra ipſa tecta cadaueribus, repleta ante muros omnia, terribilis ſpecies, horror grauis, odor peſtilens: qui nec victores, nec victos deſcerneret. Vtriſque ſimul noxius, & maiore Roman. impedimento, quibus neceſſe erat iacentes reliquias cruentato proterere veſtigio: terra ipſius inculta, ſuccisis omnibus, quæ ad vſum militis & machinarum neceſſariò conueherentur. Per tredecim fermè in circuitu vrbis miliaria longè lateque vaſtata humus, & nudum gignentium ſolum. Omne illud pomerium, in quo antè nemora viridantia, horti inhalantes floribus, diuerſa pomaria, ſuburbana prædia gratiam ſui ſpeciem dabant, ſi quis poſteà vidit hoſpes, ingemuit: incola non recognouit, & ad genitalem regreſſus locum, cùm præſens adeſſet, patriam quærebat.

Quidam viri nobiles detulerāt ad Titū, ſexcēta millia mortuorum per vnam portam elata.

CAP. XXVI.

REPARATIS itaque aggeribus & vineis, cæteriſq; machinis obſidionis, renouatus eſt belli furor, quaſi ad extremam operis manum vtrinque ſtudiis conſpiratum: Totius enim periculo certaminis decernebatur: quia & Romanis ſoluenda obſidio foret, ſi aggeres & arietes incenderentur, quibus per inopiam ſyluarum reparationis ſubſidia non ſuppetebant: & Iudæis excidium patriæ incumberet, ſi manu cederent, cùm quaſſata murorum repetitis arietum ictibus reſoluerentur. Proceſſere itaque Iudæi cum facibus adeo feroces, vt tanquàm ceſſuro ſibi Romano exercitu, incendia in machinas ſpargerent, obſidionem ſoluerent. Sed exhauſtæ iam vires fame, & res fractæ, priores ſucceſſus negarunt, ſubſtantia defecerat, audacia manebat. Contrà Romanis maior pudor, ſi ab his, qui extremum fame ſpiritum traherent, victoria de manibus diriperetur. Conſerto itaque prælio, repulſi Principes ſeditionis, ad murorum ſubſidia bello impares recurrerunt. Sed vbi dubia murorum † cæſura repetitis ictibus, Iohannes haud incurioſus extremi ſubſidij circunſpexit interiorem murum, quaſi in. C. literam duxit. Poſtero itaque die conuulſa parte murali, fragor labentis beneficij, & clamor Romani exercitus ſimul increpuit, quaſi patrato excidio muri prolapſione. Sed vbi conclamatæ vrbis † inſultauit ſonus, verſa vice rerum, noui muri ſpecies, improuiſa Romanorum gaudia † reſtrinxit, Iudæorum audacia ſucceſſit, quia periculum differebatur. Tunc Cęſar exercitum adhortari cœpit, vt nouum illum murum ſine vlla cūctatione adoriendum putarēt, quem conſtructio recens infirmum, & facilè ſolubilem proderet: auderent modò animis procedere, fragmenta muralia aſcendendi facilitatem datura, vt præliantes Romani, Iudæis de ſuperiori loco decernentibus, adæquarentur. Et quia cunctantes videbat rei difficultate, validiſſimos quoſque iuxta ſe congregans, in bellum accendebat tali oratione.

† ceſſura

† reſultauit

† reſtinxit

CA. XXVII.

Oratio Cæſaris, ſuos animantis.

OMNIVM rerum exitus plus negotij, quàm principia habere, nulli incognitum eſt, fortiſſimi commilitones, quia conſummatio ſuſcepti muneris maiorem quærit laborem: ſiquidem toto libera mari currit nauis, etſi non ſemper à puppe ventorum aſpirent flamina, gubernator tamen obliquat velorum ſinus, & ſine refragio ſcinditur fretum. Sed vbi ad portum venitur, opportuna auratum temperies neceſſaria eſt, & anguſto ingreſſus nauium coërcetur limite. Maior itaque periculi cura, vbi ſpes propinqua: ædificantibus quoque plana exordia fundamentorum, ſed ardua celſorum opera faſtigiorum. Et plerumque in ipſo operis claudendi fine, mercedis ſuæ munere defraudatur miſerandus faber; aut culminis lapſu obrutus, aut inſtabili deceptus veſtigio, vt ad inferiora decidat. De agricola quid dicā, cui procinctus laborioſior meſſis quàm ſegetis, vindemiæ quàm putationis: & adultis fructibus grauiora ſemper metuenda pericula? Nihil ergo nouum, ſi adhuc nos in ipſo portu conſummandi curſus periculum manet: quia per anguſtiora viarum ſcandendum eſt ad Antoniam: quò deiectis inde aduerſariis, ſuperiorem occupantes locum, ac ſupra verticem locati hoſtium, ipſos quodammodò anhelitus eorum intercludamus. Sed difficile hoc † nobis videtur cōmilitones, quaſi verò ad ludum, non ad bellum conuenimus: in quo aut vincēdum, aut moriendum ſit viris. Tunc ergo debueratis excuſare, quādo ad prœlium veniebatis, vt vindicaretis cladē Romani

† vobis

exercitus,& maculatæ militiæ probrum dilueretis. Si Neronis tempore vlciſcendam iniuriam Ro- F
mani nominis ęſtimabatis,quid vos decet velle Veſpaſiano Imperatore? Lauemus ſuperioris imperij notam, ne noſtro adhæreat, quam Nero quidem remoturus per Veſpaſianum æſtimabatur, Veſpaſianus per Titum in ſe transfuderit,niſi vicerimus: Exequenda nobis tantummodò ſupplementa victoriæ pater reliquit,quò fuſis in caſſum tantis laboribus, dedecores inultique * referemus gradum, victoriam derelinquentes: quaſi non leuius crimen ſit de militia decedere, quàm victoriam deſerere: illud enim formidinis, hoc proditionis eſt. Sed periculoſum putatis in hoſtem deſcendere, & murum armis circumſonare: quaſi verò muliebria de nobis, & non virilia opera ipſa natura expetat, quæ nobis ideò vitalem infudit ſpiritum, vt eum pro gloria libenter refundamus. Ad quæ igitur, niſi ad maxima quæque à Duce ſuo bellator adhortandus eſt? Nam vſitati operis adhortatio, non ſolùm conuentis, ſed etiam cõuenientibus affert pudorem, vt exigas, quod ſpontè debetur: id enim de ſe militem præſtare oportet. Et tamẽ quid immoderatum à vobis exigo? Nónne præſtat mori per virtutem, quàm viuere ad ignominiam? In medias Romanorum acies frequenter Iudæus excurrit, ac ſeſe hoſtilibus cuneis impauidus infundit, non ad ſpem victoriæ, ſed ad indicium fortitudinis, & G
oſtentationem gloriæ: Vos, quibus terra & mari nemo impunè adhuc reſtitit, quibus non eſt nouum vincere, & crimen non viciſſe, cùm tanta habeatis vincendi ſuffragia, nec ſemel quidem proripuiſſe in hoſtem gradum non pudet? ſed armatos otium tenere, & in procinctu poſitos, feriatis animis expectare, vt fames pro nobis dimicet, atque inedia potiùs ſua, quàm noſtris fuſi gladiis, in opprobrium nobis erubeſcendos vertant triumphos? Non pudet (inquam) ſtrenui commilitones, vniuerſarum victores gentium, nihil de armis ſperare, nihil de viribus, ſed de ſola obſidione, & operiri quãdo hoſtis morbo cõſeneſcat, atque in ſuo moriatur lectulo? Et quæ poteſt eſſe ſine bello victoria? omnia ſunt repleta cadaueribus, deformes exuuiæ iacent, exangues reliquiæ defunctorum, niſi quos ipſi inter ſe ſuis manibus trucidauerunt. Quid timemus eos, quos iam fames, ignis, latrocinium, ſeditio extinxit? Quid deſtituimus diuina beneficia? Cuius enim niſi Dei nutu in ſua colliſi arma ſunt? Deſtituti quoque ſubſidiis alimentorum, nec vllus domeſtici finis furoris. Vereor ne iam & religionum videamur rebelles, qui & noſtris, & ſuis religionibus infidos tam diu reſeruamus. Verùm eſto, ſit atrox bellum & formidoloſum. Quid enim vos belli demulceo facilitate? Sit victoria incerta, H
certum periculum. Nónne apud eos mihi ſermo eſt, qui humana prudentia nouerint, in periculis promptiorem eſſe omnium animantium fortitudinem, quàm in remiſſioribus contentionibus? Feræ ipſæ cùm ſe circumuallatas * armis viderint, maiore in eos impetu ruunt, vt vi ſibi aperiant iter. Et atrociora ſerpens latibulis excuſſus, infundit venena. Sunt etiam, quæ natura innoxia, in periculis tamen ſuis ad nocendum * fortiora ſunt. Habent cerui ſua arma, ſi quis ſe obuium ferat, & mortem cornibus repellunt. Habent & læſæ apiculæ ſuos morſus. Quid autem de viris bellatoribus apud Romanos loquar? cùm Leonides ille Lacedæmone genitus, præliaturus aduerſus innumerabilem Perſarum exercitum, dixerit: Prandeamus in terris, apud inferos cœnaturi. Tantùm valuit apud Græcos hic ſermo, vt non ſolùm de trecentis illis Lacedæmoniis viris, quibus ipſe præerat, ſe nemo ſubtraxerit, præter vnum tantùm, quem ſuperſtitem poſteà nullus recepit: ſed etiam de cæteris, qui ſimul ad bellandum proceſſerant, niſi quos Leonides tanto degeneres bello repudiauit. Quid de Romanorum integris legionibus loquar? quos Cato Romanæ aſſertor facundiæ, & veritatis ſyn- I
cerus interpres, aſſeruit cum exultatione ad bellum proceſſiſſe: de quo ſe redituros non arbitrarentur, vniuerſoſque libenter procubuiſſe, ne mutarent ſententiam. Beati, quorum nemo ſuis hoſtium victoriam fuga annuntiauit. De trecentis tamen Lacedæmoniis vir vnus ſubterfugit, & illi in anguſtiis præliabãtur, ne circunuenirẽtur. De Romanis legionibus nullus * vitæ elegit, ſed omnes mortis hæreditatem, quorum vos poſteri eſtis: ſi contemptu periculorum, quaſi glorioſa indoles, virtutis proſapiam non abnuatis. Quis enim fortium virorum eſſe ſe mortalem non nouerit, omnibuſque poſitum finem viuendi? Quantò igitur melius patriæ impendere, quod naturæ debeas, & neceſſitatem commutare gloria: nec anhelæ ſenectutis ſuſpiriis obnoxiam vitam * deiicere, nec feruentis ægritudinis caſus reformidare, cùm depoſitis æuo quotidiana faſtidia ſint? Illorum autem, qui languore marceſcunt, deficientibus viribus pariter ac ſenſibus, vt multorum opinio habet, animæ ſimul cum corpore ſepulchro adiudicentur. At verò bellatorum, & ſtrenuiſſimorum virorum, qui ſe pro patria, pro liberis, pro religione morti deuouerint, animas de vinculis corporis huius fetro abſolutas: nulli dubium, quin purum illud æthereum elementum ſtellarum lumine refulgens, in K
cœleſtibus ſuſcipiat habitaculis, hoſpitio quodam ſupernæ quietis: in terris quoque remanere, inſigne aliquod * eſt gratiæ vel iniuriæ, vt & languore commaceratos obliuio abſcondat: & aduerſum pectus in hoſtem ferentes, ſi mors conuenerit, ſequatur gloria. Ad hæc vos inuito præmia cõmilitones, vt in hoſtem pergamus, quem clauſum tenemus: & aſcendamus in murum per ruinam muri validioris, quæ nobis velut quendam aggerem præſtat, & æquatur muro inferiori. Quiſquis virtutis vexillum præferens, primus in murum aſcenderit, vel ſecundus, vel tertius, vel pluribus comes, haudquaquàm mihi non donatus opimo abibit munere, etſi nulla maior remuneratio, quàm fortitudinis gloria, quæ plerunque eſt tutior. Nam vbi primùm animis, & viribus confidentiſſimus quis aſcenderit, fugient qui reſiſtebant: aut ad inferiora ſe conferent, aut latibulis abſcondent: ita quod maximo nunc periculo ſit, ſi in inferioribus quærimus, ſine labore magno ſequetur, vt deiectis hoſtibus

Margin notes: ** referimus* — *Iudaica temeritas.* — ** armatis* — *Feræ ſibi impetu iter aperiunt.* — ** fortia ſint* — *Leonidis dictũ ad milites.* — ** vitam* — ** degere.* — ** vel*

A hoſtibus bellum conficiatur.

CAP. XXVIII.

Vix ſermonem Titus clauſerat, & Sabinus ſe obtulit ex Syriæ viris, egregius bellator, & ante Cæſarem conſiſtens, ait: obedire ſe imperiis, aſcenſioni paratum, ſi euentus ſibi adeſſet, vt Cæſari placeret: ſi * deſtrueretur ſecundis, nihil præter ſpem ſibi accidere, qui iudicio proprio delegiſſet pro Cæſare mori. His dictis læuam extendens, clypeum ſuprà caput extulit, & dextera vibrans gladium, immane, quantum in arma inſurrexerit: vt quiuis eum non recognoſceret, quem paulò antè exilis corporis ſpecie deſpicabilem putauerat, ſubitò cùm videret pergere in aduerſum, & hoſtibus pariter, & muris minantem ſeſe extendere, quaſi iam celſior in ſubiectos præliaretur, & murum quateret manu. Sequebantur eum vndecim viri ſtudioſi ad imitandum, ſed impares ad conſequendum. Repugnabant de muro Iudæi ſpiculis, ſaxis, ſagittis: & quod cuiuſque manus inuenerat telum, in Sabinum deiiciebatur. At ille interritus, curſu concito inſiliit in fragmẽtorum aggerem, & in ſummo locatus, hoſtem auertit, dum proximus quiſque formidat periculum. Sed dum ſe librat in murum attollens, & ſecurus victoriæ in hoſtem intendit, lapſus in faciem, cum maximo
B ſonitu ruit. Quo reuocati Iudæi, cœperunt iacentem miſſilibus vrgere. Ille genu nixus, & ſe protegens ſcuto, quàm diu potuit, à vulnere defendit, nec immunem reliquit, quem proximum reperit. Ad poſtremum tamen * conſertus vulneribus, ſpiritum priùs quàm bellum depoſuit, nec deiectus gradu, nec muro excuſſus eſt, niſi mortuus: tribus quoque aliis necatis, octo ſemineces, licèt à cæteris tamen exitio ſubtracti.

CAP. XXIX.

Nec * tantùm non terrori reliquis mors Sabini, ſed incentiuo fuit. Nam Romani viri, qui prætenderant vigiliarum * munia, compenſare cupientes operis effectu, quod Sabini ſtudio præuenti forent, viginti numero ineunt conſilium magnum & memorabile: vt aduocato quinti ordinis ſignifero, & duobus equeſtris militiæ viris, quos promptiores arbitrabantur, atque vno tubicine, quinta hora noctis ſilentio per aggeres ſeſe fragmentorum muralium in ſuperiora attollerent, cæſiſque cuſtodibus, Antoniæ murum occuparent. Quo peracto, terribilior ſolito ſonitus increpuit tubæ, vt feſſi labore Iudæi, & ſomno ſoluti, de improuiſo perturbarentur, quia omnia repleta hoſtibus crederent. Antè itaque fugere cœperunt, quàm veri fides pateret. Neque enim periculi ſors,
C tenebroſæque noctis caligo patiebatur, vt quanti eſſent, cognoſceretur. Et Cæſar audito fragore tubæ, armari exercitum iubet: ipſe cum electis primus in murum aſcendit, ſuis auxilio, hoſtibus impedimento. Illuxit dies, & iam Cæſar conſpicuus è muro ſuos adhortabatur: alii manibus ſuorum in murum eleuabantur, alij per cuniculum, quem Iohannes ad ſubuertendos Romanorum aggeres defoderat, in vrbem ſe * deferebant. Verſa in perniciem perfidis ſubſidia ſua, excluſi vndique in templum ſe conferunt. Eò quoque volentes Romani irruere, cohibentur anguſtiis, armiſque repelluntur. Fit in veſtibulo graue prælium, nec iam ſpiculis aut ſagittis, ſed gladiis cominùs geritur, manus ad vulnera, gladius ſuper gladium, ictus ſuper ictum, percuſſor cæſorum ſanguine perfundebatur, vt ipſe potiùs percuſſus æſtimaretur. In ipſo templo furor bellicus dominabatur. Natabant pauimenta ſanguine, morientium gemitus, vincentium clamores ſine ordine & modo perſonabant: Romanos * perficiendi certaminis ſpes accenderat, Iudæis ſuprema patriæ excidia ademerãt mortis formidinem. Hi ſumptu glorię virtutem alebant, illi deſperatione ſalutis omne effundebant virtutis viaticum, nec reſeruabant.

CAP. XXX.

D PVLCHERRIMVM quoque facinus adorſus eſt Iulianus Centurio, vir armis maximus, ex Bithynia profectus Prouincia, ſed Romanis aſſuefactus diſciplinis belliſque exercitus, & honoratæ militiæ clarus ſtipendiis. Qui cùm prope Cæſarem aſtaret, vbi * aduerſos vidit Romanos, quia Iudæi numero præſtabant, & adhuc Romani pauciores aderant, ſubitò de Antonia ſe proripuit, & inſequentes auertit: nec ſunt auſi reſiſtere, ipſa ſpecie præcellentiſſimi viri, & ſuperba quadam vltra humanam formam virtutis autoritate, ita vt ipſe Cæſar miraretur. O varia atque incerta, velut quædam bellorum alea, quæ ſicut iactu quodam, ita caſu quodam potiùs quàm virtute, plerunque inopinatis ludit euentibus, ſufficiens nouos exitus. Nanque & hîc iactus ſunt, non teſſerarum quidem, ſed ſagittarum, telorumque plurium, lapidum quoque, quibus ſæpè victor ſternitur alieno vulnere. Et dum aliena ſpolia rapit, ipſe diſpoliatur: velut hic Iulianus, qui tergo imminebat hoſtium, dum alios perimit, & clauſtro coërcet, ipſa alacritate incautior, confixum clauis calceamentum gerens, vſu militarium virorum: non conſiderauit polito lapide ſolum ſtratum, quod ca-
E uendum foret, ſed quaſi in campo præliaretur ſecurus, labitur, & ingentem ſtrage ſua ſonitum dedit. Nec potuit aſſurgere lubrico ſolo fuſus, genu tamen ſe ſuſtinens, regreſſum hoſtem repellebat, vt appropinquantes cæderet, iaculantes quantum poſſet, caueret. Sed ipſa fatigatus atque oppreſſus multitudine, ſolus licèt, quia nullus tanto ſe inſerere periculo auderet, non deſpicabilis tamen, neque inultus, impigrè occubuit. Haud equidem, vt arbitror, tali dignus exitu fuit, vt tanta virtus viri ſic deciperetur. Sed plurimùm in bello prudentia valet, quæ cauta ſemper & perſpicax incertorum prouidet caſus. Solus ſe de Antonia proripuit, ſolus in hoſtilia agmina ruit, ſolus ſe armatis miſcuit, ſolus in templum Iudæos redire compulit. Vereor ne iſtud obfuerit magis, quia de templo fuerunt exterminandi Deo infideles, ideo lapſus non inuenit remedium. Spectabat Titus vincentem cum gaudio, periclitantem cum ingenti dolore: volebat ſubuenire, ſed longè aberat. Reuocabatur à ſuis, quia in milite vnius ſors eſt, in Imperatore vniuerſorum periculum: docebat

Margin notes: *Sabinus offert ſe Cæſari.* — ** deſtitueretur.* — *Sabinus telorum ictu decutitur.* — ** confectus* — ** tamen* — ** munere* — *Cæſar murũ conſcendit.* — ** inferebant.* — *Romani volentes irruere in templum, prohibentur.* — ** conficiendi* — *Iuliani centurionis fortitudo.* — ** auerſos* — *Mors Iuliani.*

exemplum, quid cauendum potiùs, quàm ſequendum Cæſari foret. Denique ſic conſternati fuerunt F
ſocij, ſic elati aduerſarij, vt & corpus Iuliani in poteſtatẽ veniret hoſtium, quaſi adhuc & defunctum
timerent, ſi Romanis reſtitueretur. Cæteri Iuliano cæſo, facili negotio ceſſere. Nondum enim
aſcenderãt numeroſi, & Iudæis occaſio necis eius virtutẽ auxerat: promptiſſimis eo prælio ad repel-
* *Ioſeph. Gyptheo.* * *Ioſep. Malachiæ.* lendos Romanos Alexa & * Gitteo Iohannis coniuratis, qui factionis eius propugnatores forent: ex
Simonis quoque parte * Malchio, & Iacobo Idumæorum Duce, egregiis bellatoribus: Arſimone
quoque & Iuda tertiæ factionis viris pariter adnitentibus, qui cõiuncta manu pulſos Romanos intra
Antoniam clauſere.

CAP. XXXI. CONTRA Titus non munimento ſibi, ſed impedimento anguſtias Antoniæ ratus, iubet dirui
munitionem eius funditùs, vt congreſſuris iter in hoſtem aperiretur. Compertoque quòd ſolennitas
Iudæis feſtorum dierum appropinquaſſet, præcepit interpretari Ioſephum Hebræo ſermone, quæ
ipſe alloqueretur. Quæ, malum, ratio Iohanni ſuaderet, * vt Romanos laceſſeret. Si virtutis fi-
* *cod. vet. vt Romanos in tẽpli excidiũ laceſſeret.* duciam gereret, eligeret alium pugnæ locum, eò progrederetur, dummodo vrbi parceret, templum
non contaminaret, ſacrificia feſtorum dierum non impediret. Relinqueret quos idoneos ſacrifi- G
ciorum miniſteriis æſtimauiſſet, fortitudinis ſuæ documentum vbi vellet, præter vrbem & tem-
plum, ederet, congreſſioni milites Cæſaris non defuturos: inuitum ſe cogi ad totius vrbis euer-
ſionem: cuius reliquias ſeruare vellet, ſi pateretur Iohannes: imminere templo faces, non quòd tem-
plum Romani feſtinarent exuere, ſed è templo educere belli * incitatores. Si victos ſe crederent,
* *excitores* manus darent: at ſi victores futuros ſperarent, non intra clauſtra ſe reciperent, ſed in campis de-
fenderent, quò templum labentibus iam incendiis eriperetur, vacaret purificationibus. Et inter-
pretante Iudæis Ioſepho, cum ſilentio audita, tacitum vulgus probabat, ſed metuebat ſententiam
ſuam pandere: quibus reſpondet Iohannes, nullum præſtabilius Deo eſſe ſacrificium, quàm pro
Mori pro patria. aris, pro focis, pro templo ponere animam, viros Deo ſacratos: & ideò ſi neceſſe ſit, libenter
procumbere pro libertate, tamen ſperare ſe, quòd excidium perpeti non poſſit ciuitas Dei. Titus
ad hæc: Meritò igitur puram Deo ſeruatis vrbem, & ſanctum immaculatum, necando ciues, inter-
ficiendo innoxios, perimendo Sacerdotes? Talibus flagitiis non placantur diuina, ſed offen- H
duntur. Abdicaſtis Deum veſtrum ſacrificiorum cultibus. Si tibi aliquis negaret cibum Iohannes,
quæreres cum: Deo veſtro ſuæ hoſtiæ non immolantur, non redduntur ſua munera, iugulantur
homines, & adhuc putas Deum auxiliari? Reuerà ſic geſta edocent, ſic * teſtificantur cæſorum
† *teſtificatur* congeries, & cumuli veſtrarum calamitatum. Quis hæc videns, non ingemiſcat? Nec reprehen-
derem, quòd pugnares pro patria, ſi nollem parcere, ſi nollem patriam veſtram aut templum re-
ſeruare. Neque enim digna Carthago, aut metuendus Hebræus Annibali, qui partem mediam
† *ſubegerat* orbis Romani * ſubegerant, & tamen ipſa quoque reparata Carthago, quæ vſque ad excidium ſui,
rebelles ciuium animos tulit. Fide mea, ſalua hæc omnia tibi futura ſpondeo, veniam tibi ſalutis
polliceor, non pro mercede ſceleris, ſed pro redemptione vrbis, vt à te redimam perituro rum cul-
minum ſtatum. Deſinas maneo latrociniis tuis conturbare propoſitum pietatis Romanæ. Non
†*formidabit.* * formidabitur Hieroſolyma, vt diruatur: quando potior viribus reſeruata eſt Antiochia. Certè
Iechonias veſter & Perſis credidit, & vrbem egreſſus, commiſit ſe cum ſuis proximis barbarico fu-
rori, ne propter ſe ciuitas euerteretur. Celebratur à vobis eius memoria, ſicut veſtri aſſerunt: adeſt I
Ioſephus aſſertor eius, celebritatiſque teſtis, qua honoratis virum, qui pro patria ſe captiuitati ob-
tulit. Seruauit eum & barbarus Perſa, & ego tibi ſpondeo impunitatem. Certè & Ioſephus arma
Romanis aduerſa intulit, crede promiſſo, cuius & exemplum præmiſimus. Vadem tibi ſponſionis
noſtræ Ioſephum damus: imò iam dedimus, quem reſeruauimus. Loquatur vobis ſermone patrio,
obliget ſe ritu quo ſoletis: non pudet me vadem quærere, fideiuſſorem dare, ne euerſorem exhi-
beam, qui volo parcere. Flere ad hæc Ioſephus, rogare Iohannem, deplorare patriæ ſtatum, ob-
ſecrare ſermone flebili, appellare vt ciuem, ſed cæteris pertinaciorem: teſtare Dei omnipotentis
gratiam, ſaluum fore cum ſuis, tantummodò deſiſteret excitare militem Romanum ad vrbis euer-
ſionem. Quem vbi flectere nequiuit, Non mirum, inquit, Iohannes, ſi perſeueras vſque ad excidium
patriæ, cùm iam reliquerint eam præſidia diuina. Sed mirùm quòd perituram non credis, cùm le-
geris propheticos libros, quibus excidia patriæ nobis annuntiata ſunt, & reparata culmina, rurſus à
Romano diruenda exercitu. Quid enim aliud clamat Daniel? Non enim quod iam factum erat; ſed
Subigendos Iudæos à Romanis prophetæ prædixerant, vt & Apoſtoli Pet. & Paul. Lact. quod pòſt futurum, prophetabat: quæ eſt abominatio deſolationis, quam vociferatus eſt venien- K
tibus Romanis fore, niſi iſta quæ nunc imminet? quod eſt illud oraculum, quod à noſtris ſæpè com-
memoratum eſt, à ſummo denuntiatum Deo: tunc ſcilicet perituram vrbem funditùs, cùm
ciuium manibus contribulis ſuus fuerit extinctus, niſi quod nunc impleri videmus? & fortaſſe,
quia iam defendi templum non placet, interdicto maculatum ſanguine, purgari incendio placet.
lib. 4. cap. 21. Inualueratque eiuſmodi rumor. Suet. in Veſpaſ. & Tacit. lib. 21.

CA. XXXII. COMPLEVIT ſermonem Ioſephus, ſed nullis Iohannes mouetur fletibus, nec promiſſis fle-
Chriſti mors Iudæorum excidium. Lact. Niceph. lib. 3. cap. 3. ctitur. Vrgebat Deus iamdudum perfidas mentes, ex quo impio ſe parricidio commacularunt,
Chriſtum Ieſum cruci ſuffigentes. Hic eſt ille, cuius mors Iudæorum excidium eſt: Natus ex Maria,
qui ad ſuos venit, & ſui eum non receperunt. Quando enim ſuos non occiderunt Iudæi? Nónne
filium Saul ſui occiderunt? Naboth Propheta à ſuis vtique lapidatus eſt. Iudæa fuit Iezabel, quæ iuſſit

Iudæis,

A Iudæis, ſenioreſque præceptum executi ſunt. Iudæus Achab, qui cauſa mortis eius factus eſt. *Naboth propheta à ſuis lapidatur.*
Quanti alij à ciuibus ciues perempti, & tamen diu integra ciuitas manſit, etſi diruta à Babyloniis
poſt annos innumerabiles, ſed reparata poſteà? Hoc eſt ſupremum excidium, poſt quod irreparabile
templum, quia auerterunt ſceleribus ſuis præſulem templi, reparationis arbitrum.

TALI affatu Cæſaris, & repetita oratione inflexa eſt aliquorum ſententia, qui ſe ſubtrahere potu- CAP.
erunt, vt ad Romanos conuenirent. Cæteros reuocauit periculi metus, qui à latronibus intẽdebatur: XXXIII.
(Et fortè quædam inclinatio mentium erat, ne plures eriperentur futuræ euerſioni) quos Cæſar cõ-
fugientes ad ſe, quia erãt inter eos & viri ſacerdotales cum filiis, & * aliis ſplendidioris familiæ * viris, ** alij*
ſuſcepit bona gratia, pollicens ſecuritatem ſalutis, ius poſſeſſionum ſuarum, atque ad vrbem, cui ** viri*
nomen Goſna, direxit: ne quid offenſionis oriretur ritu diſpari & cultus diuerſitate. Quod ab his,
qui in vrbe poſiti repugnabant (ſeu quia huiuſmodi ſuſpicio inceſſerat, ſiue vllus compoſuerat dolo,
ne plures dilaberentur) in argumentum eſt deriuatum necis, vt extincti obiicerentur. Eo comperto,
reuocatos Titus iuſſit cùm Ioſepho propiùs muros obire, vt à ſuis agnoſcerentur. Illi cum lachrymis
B gemituque magno, non ſua deflere, ſed patriæ templique excidia: rogare ciues, vt ſequerentur Cæ-
ſaris fidem, eriperent templum parato incendio, nihil ſibi aduerſus legem præceptum, nihil de liber-
tate imminutum. Acquieſcerent & ipſi, experirentur Rom. clementiam, quorum inſuperabilem vir-
tutem experti ſunt.

CVM talia miſerabiliter deplorarent, proturbantur à ſuis, bellumque accenditur, inſiliunt Iu- CAP.
dæi, atque in ipſa irrumpunt * temeritate penetralia. Omnes receſſus, omnia ſecreta occupant, quæ XXXIIII.
inacceſſa viris erãt ſacrorum exortibus. Romani quoque ſe prælio parãt: temerãtur interdicta Patrũ ** temerè*
belli neceſſitate, maiore tamen Romanorum, quàm ſuorum reuerentia. Gentiles enim cum formi-
dine templum ſpectabant, Iudæi cum furore ac temeritate adibant, & madidas manus humano ge-
rentes ſanguine, ipſa adtrectabãt altaria. Titus tamen adhuc in proposito manens, alloquebatur Io-
hannem, & inuitum ſe deduci ad excidium vrbis, & tẽpli cõteſtabatur, dicens ad eum: Quid ſibi vo- *Ioſeph. lib. 6. bel. c. 5.*
lunt Iohannes, impreſſi illi ante fores templi apices elementorum? Nónne ſignificant neminem, niſi
C ſacratum debere templo appropinquare? Quid illa ſepta pro templo? Nónne vt conſpectus arceant
vniuerſorum liberos, ſoliſque myſticis pateat ſecretorũ cognitio: atque his ſit liber aſpectus, quibus
eſt legitimus ingreſſus? Proſpectus excluditis peregrinorum, & acceſſus cogitis. Scribitis, vt nullus
ingrediatur aduena, nullus peregrinus introeat, & peregrinum ſanguinem intra templum funditis,
aduenarumque ſimul & ciuium cruore veſtra altaria commaculatis. Teſtificor ego non impreſſionis
noſtræ eſſe, ſed veſtræ præuaricationis, quòd violatis quæ veſtra ſunt. Ego alienus non exigo, imò
obteſtor, ſi velitis diſcedere, incolume tẽplum futurum: neminem Romanorũ hoſtiles irrogaturum
manus, nihil de veſtris temerandum eſſe ſacrificiis. Seruabo templum vobis * & proſelytis: cultus ** etſi nolitis*
enim ſacrorum diuerſus, ſed operis communis vſus: Quod cultus fuit, à vobis receſſit: quod operis
eſt, victoribus remanſit.

VBI ne his quidem per Ioſephum inſinuatis reuocari Cæſar aduertit (factionis enim principes
putabant diffidentiæ potiùs, quàm pietatis eſſe tam frequentem deſiſtendi conuentionem) ad præ- CA. XXXV.
lium neceſſitate inuitus reuertit, iubet adeſſe Romanos. Sed quia tantæ multitudini anguſtia im- *Ioſephus non potuit ſuos mouere addictionem.*
D pedimento erat, XXX. electis viris, ſingula deputat bellatorum millia. Non enim totum exer-
citum reciperent tam denſa ædificiorum obſtacula. Ipſe quoque ſimul deſcendere volens, re-
uocabatur à ſuis, ne in anguſto nocturnis etiam plerunque temporibus, quibus neceſſe erat inſi-
diantium fraudi occurrere, periculi aliquid in ſe excitaret: cùm ampliùs proficeret, ſi ſpectator
belli adeſſet, quo vnuſquiſque promptiùs ſibi decernendum arbitraretur, ſub oculis Cæſaris præ-
liaturo. Omnia enim, quæ circa templum gererentur, velut in theatro quodam, ex loco Antoniæ
deſuper viſebantur. Inflexus ad eam ſententiam Cæſar, Cereali mandat negotium, vt prætenden-
tibus circa templum Iudæis, hora noctis nona ſuperueniret, cæteroſque hortatur ſtudioſè in- *Cerealis præfi-citur exercitui.*
gruere certamine, ſe quoque dimicantium meritis non defuturum, cùm deſuper aut ignauiæ cu-
iuſque teſtis, aut virtutis arbiter pugnam examinaret. Cerealis præſcripto tempore impigrè adeſt,
ſed cuſtodes vigilantes reperit, prælium conſeritur. Si quidem & intra templum ſiti non dor-
miebant, & congredientibus qui excubias obibant, facilè ſe cæteri ad bellum pararant. Conferto
agmine, inſtabat * Romanus: Iudæi, dum clauſtris atque anguſtiis nituntur, ne circumueni- ** Romanis*
E rentur, percurſabant diuerſa: vt frequentiùs ſibi à ſuis eſſet periculum, dum in tenebris non co-
gnoſcerentur, & plerunque transfigerentur à ſociis, dum hoſtes putantur. Quis enim nocte diſ-
cerneret, ſocio an hoſti occurreret? cùm interrogare ſerum eſſet, cauere vtile, conſultum præ-
uenire: & tolerabilior culpæ exitus, errare in alieno vulnere, quàm proprium eligere periculum, vbi
hoſtis timetur. Ancipiti itaque per noctem periculo laborabant Iudæi, vel quod inferret hoſtis, vel
in quo ſocius erraret. Nec minore per diem pernicie afflictabantur, nocte plus erat periculi à ſuis:
per diem Romanus vehementior aderat, quem totius ſpectator certaminis Titus vel tacitus vr-
gebat. In horam quintam pugnatum eſt acriter: Iudæis quoque ſtrenuè rebellantibus, vt neutra
pars loco cederet.

DVM hæc inter ſe prælia gerunt, ſeptem dierum ſpatio depoſitis omnibus, vſque ad funda- CA. XXXVI.
menta terræ, quæ caſtro, cui Antoniæ nomen, Herodes immuniuerat, latior facta eſt via, quæ ad

templum ducebat: vt non solùm percursandi militibus esset facultas, sed etiam in munimentis F
constituendis, & coaceruandis aggeribus, quantum esset necessarium locorum, pateret, quò pul-
sarentur etiam templi fastigiorum summa: per quæ Romanis intentiùs immorantibus, cùm †in-
intolerabili tolerabiliùs fame vrgerentur Iudæi, cœperunt insidiari Romanorum iumentis si quis bellatorum
equum pabulo laxauerat, aut mulum leuando oneri necessarium, rapto auertebant, nec solùm
cibus eis, dispendio Romanorum, sed etiam militiæ flagitio, *petebatur. Cuius *incuriæ pro-
pariebatur. *iniuriæ* brum in exordio statim, præscripto necis supplicio, Cæsar remouit, fraudem tamen peruicacium
non compescuit. Excluſi enim ab huiusmodi rapinæ necessario esurientibus alimento, herbarum
subsidia captantes, destruendum murum, quem circa pomerium Titus duxerat, excogitauerunt,
vt vagandi & exquirendi radices arborum, pabulorumque liberior fieret excursus, quos ad cu-
iusdam carceris vicem circuitus muri clauserat, nec erat iam, quo famem leuarent. Obrepunt
itaque, & excursu repentino ad montem Oliueti ingruunt prætendentibus, nec illi commisso
defuêre muneri, & tubæ classico de cæteris castrorum aut turrium munimentis alios accersérunt
ad prælij* societatem. Conseritur pugna acrior in principio: dum pudor hos, illos fames vrget G
necessitatẽ sæuo imperio ac necessario: sed confluentibus Romanis repelluntur Iudæi, atque ad vrbis suæ mu-
ros reflectuntur. Tunc vnus è turma equitum, Pedanius nomine, concito equo dextram ex-
Pedanij fortitudo & audacia. tendit, & se paululùm inclinans, vnum de Iudæis fugientem suspendit, captiuum Cæsari fe-
rens, gloriosæque victor rapinæ: velut lepusculum aquila, aut accipiter fulicam ante pedes
Cæsaris viuentem deiecit. Quo delectatus admodùm Titus, laudatum eum & honoratum
dimisit.

CAP. XXXVII. IAM circumfusæ *templi ardebant porticus, vbique luctus, vbique mors: foris bellum, intùs
templum suprà bellum & incendium. Nec frangebantur animis Iudæi, putabant vindictæ perire, quicquid
sine fraude gererent, vel insolentia. Quando aliter iam nequibant, prouocabant Romanos ad ex-
cidij celeritatem. Ionathes quidam exiguus corpore, despectu dignior, iuxta Iohannis sepulchrum
Ionathes prouocat ad monomachiam. lacessebat Romanos, vt secum, qui vellet, manu decerneret. Aliis despicientibus pusillitatem ho-
minis, aliis fastidientibus cum eo decertare, quem continuò captiuum habituri forent, aliis con-
siderãtibus periculoso certamine rem geri cum viris, qui in extremis salutis non aliqua fortitudine, H
sed sola temeritate vindictam quærerent: nihilque laudis futurum, si vinceretur, excidio finitimus;
& plurimum dedecoris, si quis lapsu aliquo communem victoriam turparet. Iactabat se insolentis-
simus, & metum obiiciebat victoribus: conuitia ferens, quòd non suis viribus, sed alienis auxiliis Ro-
mani inniterentur: nec Iudæos bello hostium, sed domesticis afflictos seditionibus. Erat in numero
Pudens incautior in certamine succubuit. militum Romanorum Pudens nomine, qui præstrictus inanibus cõtumeliis, dum incõsultè pudori
consulit, salutem neglexit, atque ipsa indignatione incautior, vulneri patuit, fusúsque in terrã, incussit
sociis verecundiam: insultationis quoque causam Ionathæ simul & mortis reliquit. Nanque is suc-
cessu lætus certaminis, & pompam attollens triumphi, dum tripudiat, atque exultat, concussóque
clypeo simul & gladio proludit, excitauit in sua vulnera Centurionem Priscum, qui superba & tu-
Priscus Ionathe interimit. nida iactantem non tulit, atque incautum victoria penetrauit ictu sagittæ. Quo stratus Ionathes,
docuit in prælio neminem irrationabiliter insultare oportere: vbi victoris & victi conditio incerta,
donec bellum claudatur. I

CAP. XXXVIII. AT in vrbe interiore, cùm hostem intra muros cernerent altissimis eminentem aggeribus, vni-
uersíque imminentem mœnibus, & tanquàm vulnus in corpore, ita periculum introrsum pergere
reformidarent, intercidunt porticum septentrionalem ex ea parte, qua adhærebat Antoniæ, ne per
ipsam hostis in templi superiora ascẽderet, vel in inferioribus sitos superior vrgeret: & proxima quæ-
que demetũt, ne populantibus incendiis templo finitima etiam templum ipsum ignis depasceretur,
atque intercisa igni exurunt: ita quod ab hoste metuebant, priores cœperunt. Solomonis quoque
intra porticum ad fraudem pararunt, vt culminum interiora replerent pice ac bitumine, quæ* infra for-
nicem summi laterent fastigij, simulatoque quòd eam vellent defendere, & frequentes hostes in-
cesserent, solicitant Romanos, atque in sese excitant. Illi admotis scalis, summa porticus petunt,
Iudæi loco paulatim cedere, quò plures Romani ascenderent. Hi certatim irrepere, tamen pruden-
tiores suspecti dolum cauere: sed vulgus intentum victoriæ, præfestinare, vbi res fraude carere visa,
plurimis quasi inter retia locatis, admouetur ignis fornicibus interioribus, atque * additis pice &
adultus bitumine, atque cæteris incendij nutrimentis, in totam diffunditur porticum. Circumuallabant K
flammæ victores Romanos, vt nec resistendi facultas suppeteret, nec fugiendi copia: quid facerent
non reperiebant. Spectabat Titus suos periclitantes, indignans quidem, quòd inuisi ascenderant,
sed miserans, quòd victores perirent. Plerique se præcipitio dabant, sed vbi incendium euaserant,
fractis cruribus, collisi corpore moriebantur: miserius erat, si debiles superuiuerent. Volebat subue-
nire Cæsar, nec poterat, hortabatur tamen proximos, clamabat vt auxilio suis essent. Has voces, hũc
dolorem Cæsaris, pro supremo illi habebant solatio. Hoc erat morituris viaticum, hoc se velut su-
blimi solantes sepulchro, ad mortem festinabant, quòd in visceribus Cæsaris reconderentur: nec
Cæsarian tũ fiducia. vita eorum periret, quorum viueret gloria, qui morerentur pro Cæsare, relinquentes sui hæredi-
tatem triumphum. Itaque alij circumueniebantur ignibus, alij præueniebantur: nec longè hostis,
qui flammas fugientem feriret.

LON-

A LONGINVS tamen egregiæ virtutis vir, cùm prouocaretur à Iudæis, vt sese his committeret CA. XXXIX.
promissa salutis securitate, maluit se solum transfigere gladio, quàm maculare probro Romanæ in- *Longini, aliàs Lõgi, inuicti ea animus.*
dolis fortitudinem. Artorius autem satis astutè voce magna clamauit Lucium, dicens: Hæres mihi *Artorij (qui & Argerius) militare te-*
eris, si me decidentem exceperis. At ille miserandus occurrit ruenti, atque in se morituri necem *stamentum.*
transfudit. Verè bellicum testamentum, non atramento scriptum, sed sanguine: nec in charta, sed
in mucrone. Quòd hæredem promisit, magnum planè ingenium, vt inueniret voluntarium mortis
vicarium. Incensa est itaque porticus vsque ad turrim, quam Iohannes cùm bellum aduersus Si-
monem gereret, exædificauerat super portas Regiæ domus, quam Ezechias sibi Rex ad habi-
tandum condidit, reliquam eius partem ipsi diruerant Iudæi. Sequenti quoque die à Romanis
exusta est omnis porticus septemtrionalis, vsque ad porticum orientalem. Nam cùm suis ipsi manus
iniicerent ædificiis, docuerunt Romanos *illis non parcere. Nuda erat iam templi facies, & sæua *alienis*
hominum fames: insidiabantur sibi inuicem, quis cui raperet cibum. Vbi alimenti suspicio, ibi
bellum inter domesticos. Pugnabatur pro cibo, necabantur chariſſimi, discutiebantur defuncti, ne
B quis intra amictus eorum cibus lateret. Simulare aliqui mortuos æstimabantur, ne viuentes
aliquid habere alimenti suspectarentur. Sed ne viuentes quidem, aut vitæ fungi munere, aut mor-
tem simulare poterant. Verùm aperto ore, sicut rabidi canes, aurarum captantes spiramina, huc
atque illuc circumferebantur inopia duce. Sæpè etiam quasi ebrij in eadem domicilia regre-
diebantur, vt iterum quæ vacua reliquerant, perscrutarentur. Et cùm alia famis solatia non repe- *coria scutorũ atque ipsa calceamenta Iudæis loco cibi erant. Niceph. lib. 3. c. 6.*
rirent, detrahebant coria scutis, vt cibo essent sibi, quæ præsidio non essent. Mandebant calce-
amentum: nec pudor erat solutum pedibus suscipere ore, & lingua lambere. Vetustæ quoque paleæ,
quæ olim proiectæ fuerant, non mediocri studio requirebantur: & si quis repererat, grandi pretio
mutuabat.

QVID adoriar dicere factum Mariæ, quod cuiusuis barbari atque impij mens perhorrescat? Ea CAP. XL.
erat de locupletibus fœminis regionis Pereæ, quæ trans Iordanem iacet, belli * horrore oborto, *terrore*
cum cæteris se in Hierosolymitanam vrbem contulerat, quòd esset tutior: eò quoque suas deuexerat
opes, quas principes factionum certatim inuasere. Alimentorum etiam si quid pretio quæsuerat,
C de manibus eruebatur. Exagitabatur à perfidis, dira imprecabatur, volebat mori, sed percussorem
non inueniebat. Malebant insultare diutiùs, affligere grauiùs, quàm citò perdere. Putabant quam-
diù viueret, prædam fore. Defecerant iam omnia, & deliciis assueta, asperiora palearum, vel
coriorum dura non emolliebat. Sæua fames intimis se infudit medullis, exasperauit humores,
mentem exagitauit. Habebat mulier infantulum quem genuerat. Vagitu eius excita, cùm se &
paruulum commacerari videret, tantis victa immanitatibus, atque impar tam atroci calamitati
affectum amisit: & pietatis genitalis vsu obliterato, dolorem absorbuit, furorem assumpsit. Con-
uersa itaque ad paruulum iam matrem oblita, & furens animi, sic ait: Quid tibi faciam paruule, *Mariæ ad pue-*
quid faciam tibi? Sæua te circunstant omnia, bellum, fames, incendia, latrones, ruinæ, cui te mo- *rum cõfugium quæstio.*
ritura credam, aut cui te tantillum relinquam? Speraueram, quòd si adoleuisses, me pasceres
matrem, aut sepelires defunctam: Certè si præuenires obitu, quòd ego te pretioso tumulo meis
manibus includerem. Quid agam misera? viuendi tibi ac mihi nullum subsidium video. Omnia
erepta nobis, cui te reseruabo? aut certè quo condam sepulchro, ne canibus alitibúsve, vel feris
D præda sis? Omnia, inquam, erepta nobis. Potes tamen dulcis meus, & sic matrem pascere, idoneæ
ad cibum manus tuæ. O mihi suauia viscera tua, artus iucundi, priusquàm vos penitùs consumat
fames, reddite matri, quod accepistis: redi fili in illud naturale secretum, in quo domicilio sum-
psisti spiritum, in eo tibi tumulus defuncto paratur. Ipsa complectar, quem genui, ipsa exoscu-
labor: & quod impatientia amoris habet, habeat vis necessitatis, vt ipsa deuorem meos artus,
non simulatis, sed impressis morsibus. Ergo esto cibus mihi, furor latronibus, & vitæ fabula, quæ
sola deest calamitatibus nostris. Quid faceres fili, si & tu filium haberes? fecimus quod pietatis
fuit, faciamus quod fames suadet. Tua tamen causa melior, & quædam pietatis species, quia tole-
rabilius est, quòd matri dederis cibum visceribus tuis, quàm quòd te mater, aut occidere potest aut
deuorare. Hæc dicẽs, auerso vultu gladium demersit, & in frusta filium secans igni imposuit, partem *Maria diues mulier filiũ famis tempore coxit & vorauit. Niceph. lib 3. c. 7.*
comedit, partem operuit, ne quis superueniret: sed nidor incẽsi peruenit ad principes seditionis: cõ-
tinuóque odorem sequuti, introierunt mulieris hospitium, minantes necem, quòd ausa esset ieiunan-
E tibus ipsis edere, atque exortes eos facere cibi, quem reperisset. At illa, partem, inquit, vestram vobis
seruaui, non fui auara nec inhumana; nolite indignari, habetis quod & vos edatis, de meis vobis vi-
sceribus cibum paraui. Considere ocyùs, mensam apponam, mirari habetis, & ministerium meum
*indicare, quòd talem nullius inueneritis mulieris affectum, quæ vos nec dulcis filij fraudaret gratia.
Hæc dicens, simul redoperuit ambusta membra, & epulanda obtulit cum adhortatione huiusmodi
sermonis: Hoc est prandium meum, hæc vestra portio, videte diligentiùs, ne vos fraudauerim. Ecce
pueri manus vna, ecce pes eius vnus, ecce dimidium reliqui corporis: & ne alienum putetis, filius est
meus, ne alterius opus arbitremini: ego feci, ego diligenter diuisi mihi quod manducarẽ, vobis quod
reseruarem. Nunquàm mihi fuisti dulcior fili, tibi debeo, quod adhuc viuo. Tua suauitas animam
tenuit meam, & produxit matri miseræ diem mortis. Subuenisti in fame, tu munus supremum se-
nectæ, percussorum repressor. Venerunt necaturi, conuiuæ facti sunt: habebunt ipsi quod * tibi de- *mihi*

beant,cum epulas meas ſumpſerint.Sed quid refertis gradum, quid horreſcitis animo,cur non epu- F
lamini quod mater feci? Poſſunt & vos delectare,quæ matrē exaturarunt.Non eſurio iam,poſtquàm me filius meus pauit,abundè exatiata ſum, famem neſcio: Guſtate & videte,quia ſuauis filius meus. Nolite fieri molliores matre, infirmiores muliere. Aut ſi vos in meo vulnere miſericordes eſtis, & non ſuſcipitis hoſtiam meam,atque auerſamini holocauſtum meum, ego conſummabo ſacrificium meū,manducabo quod reliquū eſt. Videte ne vobis opprobrio ſit quòd fortior vobis mulier reperta ſit,quæ abſumeret epulas virorum.Ego quidem tales paraui epulas,ſed vos ſic epulari matrē feciſtis: me tenebat paſſio,ſed vicit neceſſitas.

CAP. XLI.

Vulgato Mariæ facinore Cæſaris exclamatio.

REPLEVIT continuò totam vrbem tanti ſceleris nefas, & vtriuſque tanquàm ante oculos poſitum, parricidalis conuiuij miniſterium perhorreſcebat. Cœperunt & ipſi incentores ſeditionis examinare poſt hæc, quos raperent cibos, ne ſimiles eſcas inuenirent, & velut imprudentes ſumerent. Cœperunt vniuerſi timere, ne diu viuerent, & mori vellent. Peruenit etiam ad Romanos huius facti immanitas.Nam plerique hoc horrore perterriti,ad hoſtem fugerunt.Quo comperto Cæſar, execratus infœlicis terræ contagium, manus ad cœlum eleuans, talia proteſtabatur: G
Ad bellum quidem venimus, ſed non cum hominibus dimicamus, aduerſus omnem rabiem beluarum ac ferarum, quid * ſenſibilium loquor? aduerſus omnem rupium immanitatem decernimus. Diligunt feræ fœtus ſuos, quos etiam in fame nutriunt, & quæ alienis corporibus paſcuntur, à conſimilium ferarum abſtinent cadaueribus. Hoc vltra omnem acerbitatem eſt,vt membra, quæ genuit, mater voraret. Mundus ego ab hoc contagio, tibi me abſoluo, quæcunque in cœlo poteſtas es: Scis, ſcis profectò, quia intimo affectu pacem frequenter obtuli, & quod non pudet dicere, victor rogaui: quia parcere etiam ipſis tantorum flagitiorum prodigiorumque autoribus volui, parcere populo, vrbem ſeruare: ſed quid facerem repugnantibus, ſed quid facerem aduerſus ſuos furentibus? poſitis plerunque armis, quia illi à ſuorum cædibus non deſinebant, in bellum reuerti, vt liberarem obſeſſos, non perderem: ipſi nos de muris hortati ſæpè ſunt dimicare, ne grauiùs à ſuis perirent. Quales ſunt ciues,quibus hoſtis remedio eſt? Audieram equidem intolerabilem huius eſſe populi ferocitatem, qui incredibilibus ſe opinionibus in omnem excitat inſolen- H
tiam. De cælo ſe genus ducere, ibi primùm induiſſe corporis formam, cœli ſe fuiſſe incolas, deſcendiſſe ad cultus terrarum, de terris ad cœlum redire, tranſiſſe per maria ſicco pede, fugiſſe ante ſe fluctus maris, conuerſa Iordanis fluenta, in ſuum fontem recurriſſe, ſtetiſſe ſolem, vt hi hoſtes ſuos vincerent, ne nox impediret: raptos in cœlum igneis curribus ſuos, præliatas pro ſe cœli poteſtates, & abſentibus his vniuerſas hoſtium fuſas copias, dormientibus partam victoriam. Hæc compereram, ſed putabam quòd diuina circa ſe iactarent beneficia, non vſquequaque audaciam extenderent, vt ſe nec à Romanis vinci poſſe arbitrarentur. Agnoſco itaque cum his nobis eſſe prælium, qui ſe inſuperabiles credant, cùm ſe iactitent diluuij ſuperſtites, hæredes fluminum, terrarum hoſpites, viatores æquoreos, aſcenſores æthereos, quibus vnda murus eſt, aër via, cœlum habitatio, cedunt flammæ, nec vincula tenent. Sitientibus petra ſoluitur, ac ſeſe fundit in potus. Eſurientibus cœlum aperitur, cibus mittitur, carne volatilium caſtra implentur, & panem angelorum manducat homo. Stringuntur liquentia, amara dulceſcunt, ſol * ſtatuit, tenebræ * illuminant. Poſtremò quid ampliùs poteſt eſſe, quando his audacia deeſſe poteſt? Qui, vt aiunt, mor- I
tui viuunt, & ſepulti reſuſcitantur. Aduerſus diuina quoque cōſpiraſſe hos homines opinio frequēs, & pœna indicio eſt. Ardent hodiè quoque terræ propter incolarum impietatem: pleroſque etiam ex iſtis hiatus ſoli abſorbuit. Quamdiu igitur in his locis * morabimur? vbi & terrarum ruina eſt, vidimus & mare mortuum, vidimus etiam mortua terrarum naſcentia, humum aridam, virentium fructuum vmbras inanes, foris gratiam, intùs fauillam. Quis dubitare poteſt, quin apud inferos verſemur, apud quos etiam elementa moriuntur? Ipſa quinetiam, quæ poſt mortem viuere ſolet, apud * quos naturæ pietas mortua & ſuperſtes defunctis religio? Quis enim parentes non etiam mortuos diligat? Quis enim amiſſos filios non amet, & loco pignorum teneat? Manet affectus, etſi pignus obierit, perſeuerat nomen naturæ, gratia non intercidit. Apud hos verò nec viuentem mater recognoſcit filium, nec appellantem audit, nec vagientis miſeretur: & propter vnius horæ execrabilem cibum parricidales † iniecit pignori manus. Sed quid quaſi nouum arguo, cùm à parricidio fraterno generis ſui numerent exordia? cùm ipſius Abrahæ, quem appellant patrem, & K
diſciplinæ autorem, ac ſui principem cultus, in eo maximè fidem prædicent, quòd nec filio parcendum putauerit, cumque ſicut hoſtiam aris admouerit, atque holocauſtum offerre non dubitauerit. Non condemno deuotionem, ſed quæro pietatem: Alium quoque è ſuis vouiſſe aiunt victorem, vt quicquid ſibi primùm occurriſſet domum reuertenti, immolaret Deo ſuo: & cùm rediret, occurriſſe filiam, atque illum inieciſſe filię manus, multaque alia huiuſmodi exempla. Qualis iſta gens, quæ religioni tribuat hominis necem, & ſacrificium putet eſſe parricidium? Quis Deus poſſit hoc exigere, aut qualis Sacerdos, qui hoc poſſit deferre? Denique * veterem illum quaſi prudentiorem non feciſſe aiunt, ſed voluiſſe, iſtum quaſi * conſultiorem perſeueraſſe. Habeant ſuos ritus * duriatum homines, apud quos diſciplina eſt filios occidere. Infœlix ciuitas, in qua talis officina, tale * myſterium eſt. Operiant eam ruinæ ſuæ, atque abſcondant * inuidi ipſi contagionem, ne ſol videat, ne ſtellarum globus ſpectet, ne maculentur aurarum ſpiramina, purgatorius quoque

** ſenſibilia loquar.*

Idem cap. 21. Ioſ. & Nicep. lib. 3. c. 6.

[illegible] deorum iactantia. [illegible] ſuperſtitionis [illegible].

** ſtatuitur*
** illuminātur*

moramur

** hos*

† inijcit

Iephte Abrahamum intelligit.
** incōſultiorē*
** duri tamen homines.*
** miniſterium*
** inuidi ipſius purgatorius ignis.*

A quoque ille exuret ignis. Thyeſteas dapes fabulam putamus, flagitium videmus, veritatem cernimus atrociorem tragœdiis. Ibi enim firmior ſexus & partus alienus, hîc mulier, cui partus proprius fuerit cibus. Ibi aliena fraus, hîc propria voluntas. Ille doluit, hæc inſultauit: digna talibus viris eſca, qui pertinaciter bellando mulieres ſuas ad tale perduxerunt cōuiuium. Et quidem eos tantis malorum afflictos acerbitatibus iam furere arbitror, amentéſque factos, qui hæc non ſentiant. Quare maturiùs bellum conficiamus, quia emendari non queunt: ingruamus inſtantiùs, vt fugiamus regionum iſtarum morientes aquas, terras ruentes.

CAP. XLII.

Hieroſol. enim munitiſſ. teſtatur Tacit. lib. 21.

HIS dictis admoueri templo arietes iubet, ſed nihil validi ictus proficiebant. Pleriq; tamen territi de ipſis ſeditionum Principibus confugêre ad Cæſarem, quos Titus tanquàm neceſſitate compulſos, non quaſi promiſſum ſecutos dubitauit ſuſcipere, ſed fides temperauit iracundiam. Non eò loci tamen habuit, quò perfugas ſuperiores, intentiúſq; ſuos vrgere cœpit, vt vniuerſi hoſtium diſcederent perculſi metu: Sed vbi parietes inoffenſos ab ictu arietū mole ſua viderunt permanere, aluerunt audaciā: ingenio tamen Cæſar præueniens, ianuas argento opertas ſuccendi iuſſit, quibus igne
B admoto argentum defluere cœpit: deinde paulatim etiam lignum ardere: Sic in porticum interiorem aditus pateſcere. Sed miſeratus Cæſar, ne finitimis interioris veſtibuli porticibus comprehenſis, templum exureretur, ad conſilium vocauit Duces exercitus, dicens: non cum inſenſibilibus ſibi certamen eſſe, nec bellum cum ædificiis, quæ victoribus proficerent, ſi inexuſta reſeruarentur: Duces tamen aſſerebant † valitudinem parietum & munitionem templi, Iudæis in reliquum quoq; incentiuo futuram, quibus eſſet grata inſolentia, radices rebellionis eruendas funditùs, ne iterum temeritas recrudeſceret. Diſtulit tamē Cæſar conſilij tractatū in poſterum diē, verùm Iudæi ſe infundendos putarūt: ſed Romani cōſertis clypeis, quamuis pauciores, primum impetū ſuſtinuêre. Nutabat tamē acies cōcurſu innumerabilis multitudinis. Vnde Cæſar cum equitibus properè affuit, proterens facilè, quos reperiſſet, atq; hoſtilo agmen reflexit, eo fretus, quia iam pateret veſtibulorū portio. Maiore ſuorum manu ſequente die diſpoſuit in hoſtē irrumpere, templum ſuccēdere. Quod factum eripuiſſet vrbē incendio, niſi læua mens populi flāmas in ſe hoſtium prouocaſſet. Iubet enim Cæſar reſtingui igniū globos, ne irrupturis impedimēto forent. Quod videntes Iudæi, dum inſidiā-
C tur volentibus incendia tēpli reſtinguere, cæſis aliquibus, hoſtē accenderunt: vnus de Rom. ſemiuſtā nactus materiem, quæ de faſtigio deciderat, adulto igne portæ admouit, quæ aurea nūcupatur, quòd auro veſtitas habebat fores. Liquefactus illicò flāmis auri rigor lignum nudauit, quòd velut intecto latere patuit incendio. Exuſtis itaque valuis, in interiora ſe templi penetralia inſeruit ignis. Iámque portæ eius veſtibula lucebant. Turbati omnes, qui ſe templi munimine defenſabant, trepidare illicò & quædam iam inclinatio mentium erat, illum diem eſſe templo excidialem, quia in ipſo die quondam Babyloniis ingruētibus fuerat incenſum, quia erat decimus dies † Ioma menſis, quem iamdudum inter funeſtos annumerabant. In ſuperiora quoq, ſe aurarum ſpiramine ignis attollens, victoribus lætitiam, victis tanta labe dolorem dignum infudit. Clamor quoque vniuerſorum exortus, nec multò poſt nuntius hoſtilis excidium Cæſari manifeſtum reddidit: qui ſe proripiens quanta poterat voce, reſtingui ignes iubebat. Sed neque per tumultū audiendi facultas erat, neque parcendi voluntas, cùm Romani milites vindictæ ſtudio feruerent, notáque pietas Cæſaris, inobedientiæ metum ſuis demeret, nulli fraudi ſuis futurum, cum etiam hoſtibus ignoſceretur. Nutu tamē & manu Titus
D reuocabat, quos poterat, mandabat aliquibus vt inhiberent impetus militum. Sed ira duce † adolebat incendium, hoſtē vrgebant deſperatione ſaluris, iam ſui prodigum, & totum ſe expendentem periculis. Vulgus maximè ignobile feriebatur, vbicunque occurrerat, quia nullis munitum armis, nec repellendo vulneri, nec retorquendo idoneum erat.

Ianuas templi argēto incruſtatas incendi iubet Cæſar.

† validitatē

Decimo menſis Auguſti, qui erat Iudæis fatalis, Templum ſucceſum eſt.

† cod. Vet. Loma, Suidas Loun, à Macedonibus Auguſtum dictū teſtatur.

† adolebant

CAP. XLIII.

FATIGATVS itaque clamoribus Cæſar, gradum retulit, cùm flamma adhuc conclauia templi depaſcebatur. Quibus deuſtis, in ipſam ædem ſe furens intulit. Qua ſpecie plerique exanimati: alij ſe in ipſos † miſēre ignes, quorum oculi ferre non poterant, vt ſuperſtites templo reſeruarentur. Rurſus concurrit Titus, cupiens cuiuſmodi ædes eſſet circunſpectare. Cuius gratia motus, præcellentiorem omnium templorum fuiſſe operibus fatebatur. Mirabatur ſaxorum magnitudinem, metalli nitorem, venuſtatem operis, gratiam pulchritudinis. Nec immeritò tantam fuiſſe loci celebritatem pronuntiabat, vt eò ex locis omnibus cōueniretur, quia tantum non niſi ſummi Dei credere-tur eſſe domicilium. Adiūgebat honos fidem religionis, quo etiam barbarorum gentes templum il-
E lud venerabantur: & inferebant munera prædones † religionis, quæ tamen tunc diripiebāt ſui & diſperdebant latrones, irruentes in omnia quæ depoſita viduarum fuerant vel pupillorum, tanquam de victoribus vindicarentur, ſi quid ex præda Romanis minueretur. Templum quoque ardere cōſpicientes, ipſi incendebant cætera, ne quod excidio templi ſuperſtes eſſet ædificium: religioni deputantes, ſi omnia cum templo perirent. Nec adhuc tamen Iudæi perfidiam deponebant, quæ cauſa maioris † excidij fuit. Nam cùm animi multorum inflecterentur, vt ſe, † fracto agmine, Romanis traderent, Pſeudopropheta quidam iactare cœpit in exceſſu mentis ſuæ, templo diuina prçſidia non defutura, vocare populum ad ſe velut quodam oraculo, adhuc ſe in templo ſuo manere: illico repulſurum hoſtium cuneos, flammarum incendia. Sic miſeri dum infœliciter falſis circumuentionibus credunt, dedecores atque inulti ſicut pecora trucidabantur. Qui ſi voluiſſent credere, euidentia imminentis ſigna excidij habebant: quibus veluti claris vocibus admonebantur, finē ſibi adfore.

† merſere

Templi pulchritudinem admiratur Imperator.

† regionis

† exitij
† facto agmine

Pſeudoprophetæ mania.

CAP. XLIIII. *prodigia euersionẽ Hierosf. portendentia. Tacit. lib. 21. Tertul. lib. in Iud. Niceph. lib. 3. cap. 4. Licost. in ostẽ. † Ita apud Macedones Aprilis vocabatur. Suid. Vitula edidit agnum. Porta vrbis sponte propria reseratur. Acies in nubibus. Voces in templo, Transeamus hinc. Tacit. lib. 21. Cuiusdam rusticani agricolae clamor. † deplorabat † cod. Vet. fundibalo: rectius forsan à fundibulario ictus: nam in Anaceph. legitur fundibari ictu. Iudaei occaecati praesagia delentes non intellexerunt. Vide Ioseph. Suet. in Vesp. Tacit. lib. 21. Niceph. lib. 3. cap. 4. † qui de regione eorum. † imminentibus † arcere*

NAM per annum fermè supra templum ipsum Com etes, passim ignis & gl adij quandam praeferens similitudinem, denuntiabat quoque ferro & igni gentis & regni vrbisque ipsius vastitatem futuram. Quid enim similitudo gladij, nisi bellum? Quid ignis, nisi incendium d enuntiaret? Visus est autem, priusquàm populus à Romanis sese dissociaret: ipsis autem Paschae diebus † Xantici mensis octauo die, & per singulas noctes hora circiter nona, templum & ara eius ita lumine refulgebat, quasi dies esset, per dimidium fermè horae quotidiè manens: quod vulgus interpretabatur, cumulandae gentis indicium videri, eóque impulsi sunt, tanquàm tem pus afforet libertatis recipiendae. Prudentiores contrà opinabantur, quòd id genus stellae bellum soleat denuntiare. Nec quisquam arbitretur aliena nos à cultu nostro, & disciplina locu tos. Primùm, quia non quid nobis videatur, astruimus, sed quid acciderit, quaeve opiniones tunc temporis fuerint, quid prudentes senserint, quid imprudentes. Neque cùm de secta Iudaeorum aliquid dictum est, ita scriptum videatur à nobis, quasi in veritate cultus eorum, non quasi in vmbra & figura praemissos contexeremus, vt sequerentur perfectiora. Nam de signis stellarum etiam in Euangelio docemur, quia erunt signa in sole & luna & stellis. Vitulae quoque partu asseruerunt, cùm immolanda astaret altaribus, in medio templi agnum editum, in ipsis sacrorum (quae suprà memorau imus) celebritatibus. Orientalem quoque portam interiorem solido aere grauem, quae soleret ad vesperam viginti virorum multo claudi labore, obseratam vectibus ferreis, per aliquot noctes spontè reseratam, & vix postea à custodibus clausam. Id quoque arbitrabãtur plerique futurorum signum bonorum, quibus ingressuris porta aperiretur. Consultiores autem aiebant, custodiam templi resolutam videri, vt quaecũque intùs forent, ab hostibus diriperentur: exiret cultus, introiret vastitas, euacuaretur celebritas, sacrificium destrueretur. Quod etiam antequàm crucifixissent Christum Iesum liquidò significatum lectio docet. Post multos quoq; dies, figura quaedam apparuit inaestimabilis magnitudinis, quam plurimi circumspexere, sicut libri Iudaeorum manifestarunt: & ante Solis occasum subitò visi in nubibus currus, & acies armatae, quibus totius Iudaeae regionisque eius vrbes incursarentur. In ipsa autem Pentecostes solennitate, ingredientes Sacerdotes in templi interiora nocturno tempore, vt sacrificia assueta celebrarent, primò motum quendam sensisse se prodiderunt, & sonum editum, posteà etiam audisse repentina voce clamatum: Transeamus hinc. Iesus quoq; Ananiae filius ruricola vir, ante annos quatu or quàm bellum Iudaeorũ populus adoriretur, in summa pace vrbis & abundantia, cùm scenopegia sacrificiis solennibus celebrarentur, templum ascendens, coepit clamare: Vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox à quatuor ventis, vox super Hierosolymam & super templum, vox super sponsos & sponsas, vox super omnem populum: hoc noctibus & diebus vociferabatur. Quo moti primores loci, corripuerunt eum, terribile vocis eius indicium perhorrescentes, & plurimis eum suppliciis affecère, quo saltem afflictus dolore, desineret terribilia & plena prodigiis denuntiare. At ille nec metu vllo, nec verberibus aut grauioribus interminationibus territus, vsum aut vocem mutauit, eadem denuntiationis perseuerantia & contextione sermonum, nulla obsecrationis interpolatione in iisdem manebat, iniuriae negligens, affectu immobilis. Quod nequaquàm perfunctorium rati, sed in excessu mentis, vt erat, exprimi, detulerunt ad loci iudicem, qui tunc temporis à Romanis per id locorum, publica agitabat negotia. Is rimandae veritatis gratia, saeuissimis eum poenis exulcerauit: quò magis perseueraret, eò vehementiùs corripi flagellis hominem iubens, vt si qua secretiora futuri tumultus comperisset indicia, manifestaret. At ille neque fleuit, neque rogauit, sed ad singula verbera non suũ sed patriae excidium flebiliter † plorabat, dicens: Vae Hierosolymis. Neque interrogatus, quis esset, vel vnde, vel cur eadem diceret, responsum reddidit: sed tantummodò lamẽtationem illam patriae, questu miserabili prosequebatur. Defessus itaq; Albinus (hoc enim nomen viro) dimisit eum, tanquã dementi furore, quid diceret, non sentientem. At ille neq; sermonem vllum cum quoquam habebat, nec aliud loqui per reliquum tempus auditus est, sed hoc tanquam lugubre atq; funereum canticum canens, diebus ac noctibus iugiter resultabat: Vae Hierosolymis. Neq; verberanti conuiciabatur, neq; cibum impartienti gratias agebat. Vna erat ad omnes, eadémq; plena funebris vlulatus responsio, & maximè sacrificiorum celebritatibus. Per septem itaq; annos & quinq; menses eadem verborum series, idem vocis sonus mansit. Itaque indefessus tanto tempore, vbi obsidio coepit, eadem illa vociferari destitit, quasi cessare oporteret denuntiari, cùm adessent, quae fuerant denuntiata. Sed vbi flamma coepit pariter vrbem & templum inuoluere, circumiens murum, clamare iterum coepit: Vae ciuitati, populo & templo. Et ad postremum addidit: Vae etiam mihi: & † fundibulo ictus, in eadem voce amisit spiritum. Vrbem quoq; ipsam cum templo, vetustis literis scriptum erat tunc perituram, cùm tetragonum templum factum fuisset. Itaq; siue obliti, siue obstupefacti ingruentium malorum necessitate, vbi occupata est Antonia, tetragonum circuitum templi fecerũt. Inter quae illud praecellẽtissimum, quod in literis aequè vetustis, quas sacras vocabant, manebat impressum, quòd secundum illud tempus, futurus esset vir, qui de regione eorum imperium assumeret in orbem terrarum. Quae res eos in tanto furore posuit, vt sibi non solùm libertatem, sed etiam regnum pollicerentur. Id alij ad Vespasianum referendũ putarunt, pruden tiores ad Dominũ Iesum, qui † eorum in terris secundũ carnem genitus ex Maria regnum suum per vniuersa terrarũ spatia diffudit. Tantis itaq; rebus † aduenient ibus, non potuerunt † capere, quod diuinitùs decernebatur.

CAP. XLV. FVGIENTIBVS itaque authoribus seditionum, cùm templum exureretur, Romani posuerunt

runt signa intra circuitum templi ipsius, & contra portam Orientalem sacrificauerunt, Imperatorem Titum summis praedicantes vocibus. Intereà puer quidam eò loci, vbi etiam Sacerdotes erant, quos & inopia aquae, & aestus finitimi incẽdij commacerabat siti, rogauit vnum de custodibus Romanis dexteram sibi dare, potum offerre. Porrexit illicò, aetatem pariter miseratus ac necessitatem: bibit puerulus: & quia sedulò innoxiae creditũ fuerat aetati, rapuit aquae vas, & cursu sese proripuit, vt etiam Sacerdotibus bibendi copiam ministraret. Voluit sequi miles, sed non potuit comprehẽdere. Ille periculo suo Sacerdotum sitim leuauit. Bona fraus, quę neminem laederet, subueniret necessitati. Denique miles ipse miratus est magis affectum pueri, quàm dolum detestatus, quòd in illa aetate atque excidio totius vrbis, & communi periculo, quid deberetur reuerentiae sacerdotibus, quod potuit ministerium, non inexpressum reliquit. Nec multò pòst Sacerdotes confecti fame & siti, vitam rogarunt. Quos Titus iussit occidi, degeneris animi esse respondens, † vt templo & muneri cuperent superuiuere.

Rom. fugatis seditiosis, Titum Imp. declarant. Sacerdotalis reuerentia. † quòd

CAP. XLVI *Sermo Titi ad seditiosos.*

IOHANNI autem & Simoni, & caeteris Principibus seditionum rogantibus, vt paulisper cessare iacula telorum & strepitum iuberet, dicendíque sibi potestatem daret, ab indulgentia non abhorreret: facto silentio ita respondit: Serum, nequissimi, tempus ad misericordiam, cùm iam quid reseruetur, nihil relictum sit. Offerebam vobis, & despexistis, & diffidentiam putastis, non indulgẽtiam. At ego innoxia aedificia vestro scelere perire ingemiscebam, vulgus ignobile cogi ad mortem dolebam: parcere volebam, vos non sinebatis: suspendebam praelia, vos irruebatis: pacem offerebam, vos non recepistis. Alloquebar frequenter, crebrò conueniebam. Non pudet dicere, insolentiores vos feci rogando. Quid putabatis? quòd Romanae acies vobis cederent, & multitudine circumueniretis victorem omnium terrarum exercitum? Quota portio orbis pugnauit, quia vniuersum nec regio vestra sustinere poterat, nec sinebat necessitas? Maior enim cura nobis tuendi orbis, quàm propagandi. Quocunque eamus nihil est nouum, nihil est alienum, quibus omnis terra possessio est. Latrocinium hoc, quasi naeuum in corpore diu dissimulandum putauimus, aliquando cõmoti auferendum credidimus, ne fulgorem imperij Romani vestra inobedientia & quaedam interpolaret caligo: Sensistis Romanam virtutem non bellando, sed moriendo. Neque enim in campo vestra vidimus agmina, sed in muro, cùm vobis nec claustra prodessent ad tutamentum salutis. Quis enim murus resisteret, quibus Oceanus non restitit? Aut quae ciuitas nostrae obsidioni inexpugnabilis foret septa praesidio murorum, cùm Britãnias quoque Romana arma penetrauerint, muro frementis circumuallatas elementi: Substratus est nobis ille praeruptus aquae mons. Patres vestros, vt Iudaicae fabulae ferunt, rubri maris vnda, muri specie transeuntes, circumuallauit: Romana fortitudo murum Oceani perfregit. Non inuideo vobis aliena beneficia. Viderit vos mare & fugerit, vt clausi ab hoste fugeritis, quia perrumpere hostem non poteratis, nec sustinere. Nobis fuga Oceani damno fuisset, si fugisset. Gessimus antè bellum cum fluctibus, insanum mare antè superauimus, quàm ad hostem perueniremus. Excepit nos Britannia, iam victores elementorum. Quibus illi fidebant, nos subegimus, vt ad triumphi cumulum ipse Oceanus accederet. Sed fortè de virtute corporis praesumebatis. Nunquid vos Germanis fortiores, quos septos Alpium muro, fortitudo Romana in seruitutem deduxit? Nec illa similia Tauri montis accliuis collibus, aut Canopeis agminibus Aegyptiorum, cum quibus vobis bellandi vsus est. Supra nubes ascendimus, & de nube descendentes populos vicimus, aërium cunctis aperuimus iter. Iter aequoreum vobis non inuidemus, dùmodo illud triumphantium fuerit, hoc fugientium. Romanae itaque virtuti concederunt montes, amnes exaruerũt, amisso cursu, quem natura direxerat, & inflexo quò victores iubebant. Conuersus sit Iordanis vester, vt dicitis, atque in fontem reuerterit, vt vobis iter panderet: non eo Claelia Romana virgo eguit, quae ruptis vinculis hostem euasit, & fluuio decurrens, Romanis se intulit castris. Nec incendia vestra miramur, de quibus Hebraeos pueros euasisse, maximos edere cantus soletis: Mucius noster nullo cogente manum admouit ignibus, nec remouit, donec victor incendij, miraculum hostibus suis infunderet fortitudinis, quae flammas non senserit. Denique pacem rogarunt, qui triumphum sperabant. An verò coelestia illa vos extulère pabula, & esca pluuiarum aduersus virtutem Romanam? Sed considerare decuit altricem ipsam orbis terrarum Africam esse subiectam Romanae fortitudini. Nobis seruit, quae omnes alit: in nostra potestate est fames omnium, & victus vniuersorum. Quod natura omnibus dedit, virtus Romana ius suum fecit. Ipsum Annibalem perculit, in exiliúmque coëgit, quem non capiebat orbis terrarum. Angustior ciuibus Africa fuit. Nõ idonea ad demorandum visae Hispaniae, arcta vianti Gallia, indigna Italia amicitiae foedere, & societatis cõsortio. Iactetis liceat, quòd † flumina militauerint vobis, & coelestes potestates pugnauerint: Nos Annibalem inequitantem † fluminibus vicimus atque intonantem vndis. Ipsius tempestatibus quatiebatur mundus. Et ille muros nostros armis pulsabat. Neque verò necessarium fuit, vt hostes nostri, sicut Assyrij vestri dormientes extinguerẽtur, sed praeliantes. Non enim in somnis victoria quaeritur, sed in praelio: non virtutis adórea est, vbi fortuita gratia. Hostes nostri non aquarum rutilo decepti renitentium ad solis exortum, in manus nostras inconsultiùs inciderunt, dum fulsi sanguinis specie, nos extinctos putauerunt: sed scientes & ad bellum parati, campos terrarum corporibus suis texere, ac proprio sanguine repleuerunt. Quae vos fortitudo in tanta posuit insolentia? Non videbatis eos seruire nobis, qui vobis imperitarunt? Aegyptus, quae vos affli-

Germanorũ fortitudo praedicatur à Tito. Claelia Romana virgo. Q. Mutij factum audax. † fulmina † fulminibus.

gere ſolebat, nobis annuum pendit tributum, & viam præbet vſque ad Indicos tractus, extra or- F
bem terrarum egredi, atque alterum orbem quærere: maris ſecreta, Solis Oceaniq́ue vltima,
& alterius orbis incolas noſtro imperio adiungere. Quid Antiochi regnum, qui vos grauibus
† eripuit ſuppliciis affecit? Ius quoque ipſum † ereptum religionis, nos ipſi vobis refudimus, glorioſius ar-
bitrantes imperare Regibus, quàm regnum tollere. Ipſa ſedes Dominorum veſtrorum Antio-
chia, nónne ſtudioſè ſuos repudiauit, & nos Dominos elegit? Vos ipſi nónne ad nos confugiſtis,
† Seruauimus vt illos Dominos fugeretis? Non ipſi vos ſuſcepimus, & aduerſum illos defendimus? † Seruiui-
mus vobis, vt veſtris legibus viueretis: dedimus poteſtatem veſtris inſeruire cultibus. Sacra veſtra
Pompeius tẽ- ſcire noluimus, ſed honorauimus. Poſteà rebellandum putaſtis. Pompeius templum cepit, ſed
plum cepit. non diruit: vrbem occupauit, ſed integra omnia reſeruauit donaria. Pro quibus ô grati ſocij, hanc
vicem nobis rependiſtis, vt tertiò rebellaretis. Fuerit Nero deſpiciendus, ſed non in vno Romana
virtus expendebatur: ſed habebat militem Veſpaſianum, qui iam ad pacem reuocauerat Gallias:
tam fortis in prælio, vt per illum & Nero vinceret, per illum Nero eſſet hoſtibus formidabilis:
tam fidelis domino principi, vt ſolus imperium non quæreret, quod ſolus merebatur. Sed Ceſtius G
læſerat: querelam deferri decuit, non arma irrogari. Miſſus pater Veſpaſianus, qui improuiſus po-
tuit in imparatos ſe effundere: Galilæam circumibat, longinqua exurebat, vt vos deponeretis in-
ſolentiam, veniam poſtularetis. Oſtendit virtutem, & cùm vniuerſos clauſos teneret, Ægyptum pe-
tiit, vt inducias reſipiſcendi daret. Inſolentiores vos noſtra abſentia fecit, quia nos occupatos puta-
ſtis. Sed nunquàm ita occupati ſumus, vt abſentes ſimus orbi terrarum. Nam & abſentes aſſumus,
& longè poſitis propiùs aſſiſtimus. Namque vt anima in corpore omnia mẽbra viuificat ſua, ſic Ro-
mana prouidentia omnibus imperij ſui partibus adeſt, & totum orbem Romanum, tanquam præ-
ſens gubernat. Nam ſi ſingulis animis illa vis diuina regendi corporis virtutem dedit, quantò magis
Romano vigore, quo quaſi vnum totius imperij noſtri corpus animatur, tuendi eius vitalem quan-
dam ſubſtantiam ſubminiſtrauit? Suſpenſum itaque bellum vos reparaſtis. Profecturus itaque pater
ad vrbem Romam, à tyrannis recipiendam, me à ſua diuiſit ſocietate, ne vobis ſuæ pietatis executor
deeſſet. Veni ad bellum ſpecie terrentis, affectu rogantis. Quoties à mœnibus veſtris vocaui exercitum? Quoties poſteà à penetralibus templi retraxi? Quoties reſtinxi incendia? Quoties monui? Sed H
nunquã audiſtis. Nunc me demum rogatis, quaſi iam quicquam ſuperſit, quale iam cõſumptum eſt,
& tamen à cæde, incendio, direptione exemi militem? Quid deſideratis? quid adhuc ſtatis armati?
quaſi daturi leges, non accepturi? Si deditionẽ petitis, deponite arma, iam non metuenda victoribus,
ſed ſuperba victis, & plena inſolentiæ: vt armati rogetis, quaſi de fide noſtra dubitandũ vobis ſit, aut
adhuc virtutem laceſſitis, bellum minantes? Populus extinctus eſt, templum ardet, vrbem tenemus.
Quid reliqui ſperatis, niſi vt vita vobis donetur? Proinde ponite arma quaſi victi, viuere vobis dona-
* vobiſcum ſeruare bo, etſi non meremini, quia noluiſtis quæ veſtra ſunt † vobis conſeruare. Tunc illi petere cœperunt,
vt ſibi obſtrictis ſacramento, ne vnquam ſe Romanis traderent, egrediendi per murum poteſtatem
Deditionem daret, quò cum ſuis familiis in deſertum pergerent, vrbem Romanis cedentes. Eo commotior Ti-
victi recuſant Iudæi. tus, Etiámne, inquit, cõditiones nobis imperatis? Quin potiùs defenſate patriam, adeſtote templo,
omni virtute inſurgite, ſeruate ſacramentum mortis, quando vitæ repudiaſtis. Et ſimul iubet inſur-
gere Romanos in necem hoſtium. Plurimi cœpere grauiore victorum indignatione labefactari: tra-
diderunt ſe tamen Zaræ Regis filij, & fratres eius, & plurimi cum ipſis de plebe. Nec Titus, quamuis
excitatus ad iracundiam, propoſitum ſuum ſoluit contuitu regalis faſtigij, ſed recepit confugientes:
ſolius tantum pietatis (quod maximum eſt) lucrum fecit. Nam prædam omnem domus regiæ, ſedi-
tionis authores diripuêre, vt nihil ex ea ad Romanos peueniret.

CAP. XLVII. SIMVL autem vt facto impetu, in aulam irruêre, duos de Romanis militibus intuadentes, vnum
pedeſtri militiæ virum trucidauerunt: eques verò popoſcit ſe ad Simonem duci, allegans ſe habere,
quæ memorato inſinuaret principi ſeditionum. Sed perductus ad eum, cùm vana quædam attexe-
ret, perimi iuſſus: dum percuſſor moratur, clauſis iam faſciola oculis, ſeſe proripuit ad Romanos.
† viri Qui cominùs præliantes ſuſcepêre fugientem, perductúmque ad ſeſe Titus quaſi indignum * videri
morte, qui ab hoſte viuus potuerit capi, exutũ armis iuſſit dimitti: reſeruans ei quod per hoſtis igna-
Grauiora mi- uiam non amiſerat, & auferens militiæ ſacramentum, quod captus prodidit, fugitiuus dehoneſtauit:
litiæ probra quam mortis vulnera. Id illi maiori ſupplicio fuit: apud viros enim grauiora militiæ probra, quàm mortis vulnera ſunt. Re-
pulſi tamen illicò Iudæi, ad ſuperiora vrbis ſe contulere, relicta templi & vrbis defenſione. Strages K
magna in eos qui reſederunt exercebatur, feminecibus aut cadaueribus repletæ viæ. Iuſſit Cæſar e-
tiam ad ſuperiora admoueri machinas: quod videntes Idumæi, elegerunt viros, quos ad Titum
* electos. mitterent, qui deditionem rogarent. Eo cognito, Simon præuenit, & * electis quidem petendæ de-
ditionis viros intercepit. Sed Idumæi non multò poſt, quamuis deſtituti adiumento principum,
cùm ſuſtinere diutiùs vim nequirent, tradiderunt ſe exercitui Romano. Ita primùm fames, & ad
Plurimi Iu- poſtremum deſperatio reſiſtendi, deditionem patrauit. Nec Romani multa cæde iam feſſi abnue-
dæorum ve- bant vitæ indulgentiam, & ſtudio captiua mancipia vendẽdi promptiores erant ad reſeruandam ſa-
nales, pauci emptores. lutem. Plurimi venales, ſed pauci emptores: quia Romani habere in ſeruitutem Iudæos dedigna-
bantur: nec Iudæi ſupererant, quirederimerent ſuos, cùm ſe euaſiſſe vnuſquiſque vel inopem gratula-
retur. Paſſim itaq; ſe tradebant remoto metu, quoniam latrones aberant, Romani ignoſcebant.

DENI-

CAP. XLVIII. A DENIQVE & Ieſus vnus ex ſacerdotibus, Thebuti filius ſe dedidit, & vaſa ſacerdotalium
miniſteriorum, lucernas duas, menſas, crateras, phialas, & omnia vaſa aurea: ſed & peripetaſmata,
& indumenta principum ſacerdotij, cum lapidibus accepta fide ſalutis, volens tradidit. Compre-
Ieſus offert Tito vaſa mi- henſus etiam Phinees cuſtos gazophylacij demonſtrauit ſacerdotum purpuram multam, & coc-
niſteriorum. Phineescuſtos gazophylacij comprehendi- tur. cum, & alia complura, quæ ad vſum reſeruabantur. Cum quibus cinnamomum, & caſiam, & aro-
mata plurima, & thymiamata, vaſa quoque ſacramentorum multa: etiam ipſe tradidit & veſtem ſa-
cratam, ſed coactus metu, vnde & veniabile apud ſuos flagitium fuit: tamen, etſi voluntas defuit,
† facti deeſſe virtus non debuit: Licet plerunque ſeueriùs iudicemus, quàm præcauere poſſimus, ſi ipſi in
† iudicium tali verſemur neceſſitate: refugere tamen debemus † furti miniſterium, & † iudicium proditionis.

CAP. XLIX. IAMQVE inſurrexerant aggeres, ſed & ferire cœperant arietes murum ſuperiorem ſeptima
die menſis, quem † Gorpiẽſem nuncupant: ventum ad ſupremum. Conturbati & perterriti ipſi
† Gorpiæum al. qui Septẽber nobis di- quoque factionum principes, qui in extremis inſultabant periculis, genibus ſingulorum aduolue-
citur, vt Iuſtus docet. bantur, opem orantes. Cernere erat, quàm miſerabilis illa mutatio foret ex illo terribili ac ſuperbo
B faſtigio, in hanc humilem & plebeiam deiectionem, in lachrymas, fletus, pauorem. Necdum ceſ-
ſerat murus vrbis ſuperioris, iam illi percurſabant ſingulos, nihil ſupereſſe præſidij ingemiſcen-
tes, hoſtem ingreſſum arbitrabantur: Plerique tanquam iam de ſuperioribus pugnantes, Roma-
nos videre ſibi videbantur: quod metuebant animo, oculis præfigurabant, & mentis pauor fie- Mentis pauor imago viſus.
bat imago viſus. Denique pro certo iam hoſtem ceruicibus ſuis incũbere credentes, quibus
adhuc tres turres, Mariamne, & Phaſelus, & Equeſtris ſupererant: cæteris validiores: deſeruerunt Tres turres vrbis Hieroſol.
ſuperiora confugientes ad hypogea, vel retruſos ſpecus. Iohannes tamen non multò poſt fame ta-
bidus, & confectus ieiunio, tradidit ſe Cæſari, qui reſeruatus ad triumphum, ſed perpetuis vincu-
lis innodatus, vſque ad mortem, magis trahens ſpiritum vitæ, quàm vllam voluptatem viuendi
expertus, ſecurim euaſit. Simon autem latuit etiam intra exuſtæ vrbis ruinas, in hypogeis ſe cum
paucis recondens fidelioribus. Iam Cæſar diſceſſerat cremata vrbe æſtimans etiam Simonem aut
igni exuſtum, aut ruina oppreſſum, aut à quocunque † homine interemptum. Verùm ille quan- † militis
C diu cibus ſuppeditauit, in defoſſis ſpecubus defodiebat introrſum. Sed vbi & cibus defecit, & nul-
lus euadendi exitus patuit, ſubitò ad ſuperiora erepſit, indutus veſte candida, & purpureo deſuper
veſtimento, vt terrorem quendam incuteret aſpicientibus. Qui primò ſtupentibus militibus, Ro-
manis mandat, vt ad ducem ſuum deducerent. Erat in eo loco Ruſus Terentius, quem Titus loco Euſeb. lib. 3. c. 8. vndecies centena millia μυριάδας ἑνδεκατὸν καὶ ἑκατόν.
præfectum militiæ dereliquerat. Quo adueniente interrogatus, quis eſſet: primò alia, pòſt Simo-
nem confeſſus eſt. Inde tranſmiſſus ad Cæſarem, & ipſe ad triumphum reſeruatus. Sed quia cru-
delia exercuerat in ciues, nec ſe Cæſari tradiderat, poſt triumphi pompam neci adiudicatus. Octa-
ua die Gorpiei menſis concremata eſt ciuitas. Cæſa per omne tempus obſidionis innumera mil-
lia, decies centena millia (CX. myriades, vt plerique aſſerunt) Iudæorum tamen omnium, ſed non Ioſeph. lib. 7. cap. 26. Niceph. lib. 3. c. 7 centum myriades tantũ.
omnium eiuſdem regionis & loci, quia cò vndiquè conuenerunt tempore Paſchalis feſtiuitatis.
Captiui abducti ad nonaginta ſeptem millia, latrones propè omnes perempti ſtatim: qui validio-
res erant, per triumphum ducti, poſteà beſtiis obiecti, cæteriſque ſuppliciis dati, per ſingulas fer-
mè vrbes, qua iter agebat Titus, vt per vniuerſos rebellionum ſupplicio metum ſpargeret.

CAP. L. PER idem tempus Alani gens fera & diu ignota noſtris, quòd interiorum locorum difficulta- Alanorum gens fera Scythiæ.
D te & clauſtro portæ ferreæ, quam Magnus Alexander prærupto Tauri montis impoſuit iugo, cum
cæteris feris, & indomitis introrſum gentibus, cohibebantur: Incolebant Scythicum Tanaim, fi-
nitimáque eius, & Mœotidis paludes, velut quodam clauſi carcere memorati ingenio Regis, vt
ſuas terras exercerent, alienas non incurſarent. Sed ſiue ob ſterilitatem locorum, quòd auari
votis agricolæ, ſperata culturæ non reſponderet fœcunditas, ſiue prædandi † cupiditate Regem † cupidine
Hyrcanorum, qui locis præerat, ſollicitarunt, pretióne an † defenſione incertum, vt reſerata por- † Vet. exempl. an diſſenſione
ta, eruptionis ſibi copiam daret: quo impetrato, infudêre ſe genti Medorum, & impetratis breui inter ſe gentiũ
velocibus equis, & aliis pariter ad dexteram nexis, in quos per vices, cùm foret libitum, deſilirent,
totam propè regionem percurſauere: vt primò perturbarent omnia, maioríſque multitudinis ſpe-
ciem darent, aduerſus quam nullus fugæ locus vacaret: deinde circumuentis omnibus, quantam
vellent, ſtrage edita, prædam abducerent. Erat enim regio populo frequens, & pecoris abundans,
quæ nullo reſiſtente, facilè patuit direptioni. Si quidem ipſe Pacorus Medorum rex, in abſtruſa lo- Pacorus Medorum Rex.
E ca ſe contulit, ſaluti potiùs quàm regno conſulens, ita vt vxor eius, ac liberi, ac concubinæ captæ ab
Alanis, centum talentis poſteà redimerentur. Nec Tyridates Armeniæ rex immunis fuit periculi,
ſed alieno malo cautior, peſtem præuidit: & viriliter quidem voluit occurrere, vt à finibus ſuis ho-
ſtem auerteret. Dum præliatur tamen laqueo inſertus, in poteſtatem hoſtium viuus conceſſerat, ni
præacuto gladio nodum informem † velociter intercidiſſet. Nam inſolentia quadam propriæ for- † fortiter
titudinis, & in cæteros deſpectu ſuperbo, ſimul vt familiarem ſibi eminùs decernendi conſuetudi-
nem, refugiendíque † facultatem fraude tali prætexerent, laqueos iacere, atque hoſtem innectere, † facilitatem
ars Alanis, bellandíque mos eſt.

CAP. LI. FVGIT itaque Tyridates, cui euaſiſſe ſatis fuit. Regnum autem ſuum depopulandum re-
liquit. Nam quaſi accepta iniuria, quòd congredi auſus foret, vehementiùs Armeniam, quàm
Mediæ regnum deuaſtauerunt. Opimi itaque vtriuſque regni ſpoliis, ad propria recurſum

Titus ad Antiochiam cõtendit triumphans singulis in ciuitatibus.

fecere. Quorum comperta incursione, Titus Antiochiam contendit: sensim tamen, vt trium phatorem decebat, causámque dissimulans, per singulas vrbes pompam celebrat victoriæ. Perimebantur in arena Iudæi, quacunque pergebant, ac dilacerati à bestiis, pendebant merita rebellionis. Antiochiæ quoque eos vetustis odiis gentilis populus insectabatur: eò quòd Reges Persarum quæ de Hierosolymitana vrbe donaria iure victoriæ vindicauerant, synagogis contulerant. Antiochenis de suo quoque alia largiti. Itaque congestæ opes inuidiam facilè mouêre. Nam vt illa nunc omittamus, quæ aduersum Machabæos gesserint Sacerdotij competitores, & quantæ cladi ciuium fuerit ambitio, sicut suprà memorauimus. Antiochus postea non ignobili genere ortus, sed moribus perditus affecto crimine, quòd Iudæi vrbem Antiochiam incendio exurere conspirauissent, patrem proprium, qui esset de Iudæorum Primoribus, & plerosque alios insimulatos gentilis impetu multitudinis, ad mortem coëgit. Nec eo parricidio multorũ mq; cæde exaturatus quieuit: sed postea quoque nactus facultatem, quod fortuito incendio acciderat eiusdem vrbis porticus, & tetragonam plateam, maximámque partem ædificiorum cremari, fraude prædictæ coniurationis, iterũ Iudæos vrgere cœpit, atque incessere, ac propè vniuersorum stragem fecisset, nisi aduenienti Tito reseruata cognitio foret metu, ne Cæsar vsurpato plurimorum supplicio commoueretur. Ea res Iudæis saluti fuit.

CAP. LII. *Massada expugnatur. † Vet. Cod. Silæe. Ioseph. lib. 7. bel. ca. 38. Sylua.*

MASSADAE quoque plurimi se Iudæorum freti loci munimine congregauêre, cuius expugnandi negotium Titus indignum arbitratus, quòd Imperatorem teneret, † Syllæ mãdauit, cui summam in iisdem locis militiæ Romanæ, cauendíque, ne quid iterum rebellionis oriretur, commiserat. Ipse Alexandriam contendit, & inde nauigio Romam transmisit. Sylla gnauiter insistens iuncto sibi muneri, Massadæ murum ariete dissoluit. Illi interiorem ligno composuêre, eò quòd ad huiusmodi ictus machinamentorum muralis materies facilè non cederet. Sed Romani mutato bellandi genere, ignem iecêre, qui & facilè ligno inhæsit, & sine vlla adoleuit mora. Magnus itaque adultus incendio flammæ ferebatur fragor, qui primùm Boreæ spiramine à munitionis partibus repellebatur, & Romanorum magis vineas exurebat. Deinde exorto Noti spiramine, in castellum sese retorsit, ita vt conflagraret omnis ille ligneus muralis obiectus materiæ consumptæ. Romani, quoniam nox interuenerat, securi victoriæ in castra sese receperant, vt sequenti die nudatos iam, atque omni exutos præsidio debellarent. Sed ne quis elaberetur, intextis castellum custodiis circumuallauerunt.

CAP. LIII. *Sermo principis Sicariorũ Eleazari ad populum,*

DESPERATIS itaque rebus Eleazarus author turbarum, videns nil præsidij superesse, hunc exorsus est sermonem, quem nos quasi epilogum quendam claudendo operi deplorabilem, more rhetorico non prætermisimus. Quid agimus Abrahamitæ viri, genus Regale, sacerdotalis gratiæ, virtute insuperabiles? non enim ex euentu victoriæ, quæ frequenter incerta est, sed ex propositi cõstantia virtus spectatur. Vnde coniicere liquet, quia hostem subiicere sortis est, non mutare mentem virtutis esse. Iure igitur insuperabiles vos dixerim, si nullus adhuc vos mortis vicerit metus. *Abraham.* Sed non ita vos pater instituit Abraham: qui in filio vnico docuit, non mortem eius, sed immortalitatem futuram, si pro religione immolaretur. Quid Iosiam prædicem, quo nemo fuit melior *Iosias.* interpres religionis, contemptor mortis, assertor libertatis? Namque is in illo suggestu Regali locatus, cui liceret differre mortem, tamen quia videbat propter peccata grauia captiuitatem plebis Israël futuram, bello se alieno miscuit, vitam refugit. Clamabat Nechao: Non aduersus te missus sum, sed aduersus Regem Israël: Ille tamen non priùs recessit, quàm lethalem sagittæ ictum subiret. Quo fusus vulnere, indicio nobis est, vtrùm in bello meritum, an casus præponderet. Victus est Iosias † priorum instaurator sacrorum, vicit Nechao omnium sceleratissimus: sed ille victus, nunc cum Angelis est, hic victor in suppliciis. Quis enim nescit, non in hac vita repositam esse mercedem hominibus, sed post huius absolutionem certaminis? Hîc enim currimus, vt illic ad palmam perueniamus: hîc certamen, ibi præmium est. Non ergo vlla hîc longæuæ ætatis gratia est. Denique Abel citò † occiditur, Cain superuixit: ita mors innocentiæ fuit, & vita ærumnæ. Ex illo in eandem sortem successimus, vt viuere miserrimum fieret, mori beatum. Quid est enim vita, nisi carcer animæ, quod intra hoc ergastulum clauditur, & carnali adhæret consortio? Cuius infirmitatibus quatitur, labore affligitur, ira conteritur, accenditur cupiditatibus, vexatur furore, nec se facilè attollere potest humi nexa, concreta puluere, stricta vinculo, neruis irretita. Non mediocris tamen potestas, vt corpus viuificet, atque infundat insensibili materiæ sensus vigorem, & hoc inuisibiliter singulis anima sua conferat, totúmque hominem regat, atque vltra mortalem prouehat fragilitatem, vt cognitionem capiat cœlestium secretorum, vt mentem intendat futuris. Itaque ad imaginem similitudinémque sui Principis non videtur, cùm sit in corpore sita, sed nec corporalibus oculis cernitur: nec ingressus eius, aut exitus eius vllo aspectu deprehenditur: instar quoddam diuini muneris repræ- *Anima quid in corpore.* sentans: Cùm ingreditur, vitam infundit: cùm excedit corpore, mortem operatur. Vbi anima, ibi vita: vbi ea defuerit, ibi mors est. Quicquid inuiserit, exuscitat: quicquid reliquerit, statim soluitur, & continuò marcescit: infusione animæ, mortuus resurgit: discessione, viuus exanimatur. Quis ergo dubitet, quod ei inesse videatur immortalitatis operatio, cui † virtus sit mortem auertere? Ea tamen sibi oneri est, quamuis aliis ad vsum redundet. Et quod corpori donat, sibi detrahit. Grauatur enim & quasi in terrã inclinatur cũ isto mortali corpore. Itaq; vita corporis, mors est animæ: & rursus

† *piorum*

† *occidit*

Vita præsens carcer est animæ.

A rursus corporis mors, animæ libertas videtur: dum enim sumus in isto corpore, seruit anima nostra, ac misera quidem seruitute, qua de paradiso exulat, & à suo principe peregrinatur. Vbi autem fuerit istius carnis absoluta vinculis, in illum purum, & splendidum superiorémque † reuolat locum, atque adest Domino Deo suo, sanctorumque habitaculis fruitur, & beatorum gaudet consortiis: quòd nullam iam habeat cum mortuo societatem, & contubernium * cadaueribus dereliquerit, aspiret ei cœlestis gratia, nec vlla eam curarum humanarum solicitet exagitatio. Indicio nobis est quies, quantam anima † per obitum corporis resumat gratiam: sopito enim corpore, & quasi mortuis eius cupiditatibus, atque vniuersis motibus, cum sanctis sæpius conuersamur: recipimus quos amisimus: vt nobis & absentes adsint, & mortui viuant, & omnis quiescat dolor. Appropinquemus & confabulemur Deo, cognoscamus futura. Affectis requies, seruis libertas sit. Quod igitur dormientes somniamus, hoc defuncti adipiscimur. Et quod in somno imago, hoc in morte veritatis passio est, & libertatis gratia. † Vnde nonnullis gentibus mos est, vt ortus hominum fletibus, occasus gaudiis prosequantur: quòd illos ad ærumnam generatos doleant, hos ad beatitudinem rediisse

B gratularẽtur: illorum animas ad seruitutem venisse ingemiscãt, istorum ad libertatem remissas gaudeant. Indorum quoque sapientes feruntur, cùm moriendi affectum induerint, protestari quòd discedere velint, neque vllum obstrepere. Deinde vbi apparatus mortis processit, insilire lætos ardentem pyram & astantibus valedicere: dolere mulieres, quasi subsidio destitutas, vel liberos paruulos quod derelinquant, benedicere alios, nec inuidere, quod ad meliores habitatores, ad splendidiora loca, purioráque festinent consortia. Quid igitur de vobis aliud opinari possum, cum etiam barbaris gentibus libertatem sequendi mors sit? Iamdudum itaque vos optimè mihi cognitos, & institutis † patris respondere paratos, quòd neque Romanis, neque cuiquam genti, nisi soli Deo seruiendum putetis, qui solus iustus, & verus omnium Dominus sit. Dies aduenit, qui probare operibus voluntatem exigat, nec dehonestare veteris indolis claritudinem, vt in libertate geniti, dominationi vos hominum subiiciatis: præsertim cum licuerit vobis antè seruire vel sine periculo, nunc autem necesse sit dura supplicia suscipere cum seruitute: si Romanorum imperio seruituros hos offeramus, quos primi omnium bello lacessiuimus, & vltimi adhuc armis tenemus, Imperatori non dedimus

C manus pacem offerenti, * Syllæ dabimus acerbitatem minanti? O miseri, ad quam spem istius vitæ nos reseruauimus? Esto, hostis ignoscat, quid proderit, cùm offensa Dei clara sit? ignes ab hoste in nos versi, mutata ventorum flamina, flammæ retortæ, vt nostra subsidia delerentur. Quis poterit aduersante Deo viuere? nullus veniæ locus, sed manifestum imperiũ mortis voluntariæ. Quid enim nox interuenit, nisi vt nos hostis non præueniret, * aut deusto murali subsidio, continuò irrumperet: sed vt nobis exercendæ mutuæ necis tempus reseruaretur, licerétque cum liberis nostris, & necessitudinibus mori: ne videremus anhelos senes, anúsque à Romanis pertrahi, chariſſimas cõiuges ad victoris libidinem rapi? Commoriamur patriæ, ne simus superstites tanti dedecoris opprobrio. Quò igitur fugiemus à facie Dei, aut quò ibimus infenso nobis cœli Domino? Si cadant super nos montes, & concauis specubus abscondant, quomodo tamen poterimus declinare indignationem tantæ potestatis? Quò enim progrediemur, vbi non sit Deus, cùm vbique ipse sit? An mediocria exempla sunt, quibus doceamur, quòd iamdudum genti nostræ pro peccatis nostris infestus sit, qui antè præsidebat? Quis hoc dubitet, cùm videat, quòd in nos conuersæ manus nostræ sint: pluréſque

D seditio domestica, quàm bellum extinxerit? Non donabo Romanis quòd vicerint, nec ipsi sibi hoc vendicant, qui sciunt quòd omnes ferè nostris potiùs armis, quàm alienis perierimus. Quæ enim Romana arma viderunt Cæsaream inhabitantes Iudæi? quorum feriato die sabbati, inter solennes nostrorum sacrorum cultus, multitudo gentilium Cæsarienſium repentino quodam impetu, & misso desuper furore succensa, viginti millia deleuit, omnes fugauit, vt totam vrbẽ exinaniret. Nónne Syriam totam * quidem impleuit dementia, vt Iudæi atque gentiles in iisdem vrbibus siti, & incolatus gratia sibi priùs nexi, posteà inter se armis colliderentur, quò Romanis vadum futuræ victoriæ constitueretur? Nam quid de Scythopoli loquar, quò Iudæi primò contenderant, vt gentilem populum præuenirent, ne quid aduersus nostros, exemplo cæterarum vrbium, machinarentur? Itaque quos par fuit, coniunctis aduersum alienigenas viribus, bello deternere, (hæc è contrario aduersum se Iudæi decreuerunt, vt pars eorum aduersus cognatos, & proximos suos præliaretur. Deinde ipsi pro pretio laboris, & impensi sanguinis, à gentilibus perimerentur, quod prohibuerunt ipsi

E fieri gentilibus. Damasceni nulla existente causa, † octo millia Iudæorum straueruntur. Ascalonitæ duo millia quingentos. In vrbe quoque, cui Ptolemaïs nomen, cæsa duo millia. Alexandriæ verò vetus erat odium inter Iudæos, & gentium populos; ex quo Alexander Magnus vsus est studio Iudæorum ad Ægyptios subiiciendos: vnde condita vrbe ex æquo Iudæis, & Ægyptiis attributa priuilegia, & habitationes diuersæ, ne eorum cultus permisceretur: qui purificationes suas sine vlla volebant contagione seruare. Hinc frequentes inter eos conflictus fuêre, exorta iurgia, iudicium petitum. Nihil tamen ex tanti Regis temeratum liquet fuisse beneficiis, sed posteà à gentilibus exorto tumultu, cùm Iudæorum necati aliqui, alij ad pœnam detinerentur, iniuria motum Iudæorum populum, aduersum autores iniuriæ insurrexisse, & cùm pertinaciùs se de ciuibus vltum iri vellent, inductum exercitum Romanum, qui sexaginta Iudæorum millia intra vrbem fuderit. Verùm quid in leuioribus moror, cùm excidium totius orbis, in vnius ciuitatis ruina deplorandum nobis sit? Vbi

† *reuocatur*

* *cadaueribus*

† *post*

† *Hoc ad Thraces referẽtur qui luctus habuerunt puerperia. Decalano & Gymnosoph. scribunt auctores.*

† *patriæ*

* *Syllæ*

* *nec*

* *quædam*

† *Ioseph. octodecim millia. Damasceni octo millia Iudæorum straueruntur. Ascalonitæ bis mille quingẽtos.*

Hierosolymo-rũ celebritas.

est maxima ciuitas Hierusalem? vbi decora Sion, vbi templum mirabile, vbi secundum illud taber- F
naculum, sanctitatis sacrarium: quo semel in anno solus Princeps sacerdotum solebat intrare, non
sine sanguine, quem pro se offerret, & pro populi delicto? Profanatum est à gentibus, habitant in re-
liquiis vrbis, qui eam desttuxerunt. Vbi (inquam) es ciuitas referta populis, venerabilis Regibus, ac-
ceptabilis Deo, gratiæ sedes? Pauimenta tua de marmore, parietes tui fulgentes marmore, culmina
tua pretioso splendebant marmore, portæ tuæ micantes auro, aliæ argento renitentes. O mnes in-
terfecti, & qui te iugiter inhabitabant, & qui ad te ex totius orbis terrarum partibus conueniebant:
vt non dubium sit, totum in te mundum periisse. Nudata omnia, à culminibus cremata, à fundamẽ-
tis diruta, facta est habitatio tua deserta, nec est qui in tabernaculis tuis inhabitet, & adhuc quem-
quam viuere liber, & non vixisse pœnitet? Duri oculi qui hæc videre possunt, immites animi qui vel
le possunt, vt quid tãtis superstt doloribus: non quòd defecerint clades, sed quòd iam nulla requies.
Quò enim circumferamus oculos, aut quid cernere delectet? Vrbs tota sepulchrum mortuorũ est,
solæ spectantibus occurrunt fauillæ, viæ vacuæ viuentium, repletæ cadaueribus. Miseri seniores ci-
nerulenta canitie, & scisso amictu supra reliquias mortuorum sedent nuda tegentes ossa, quo defen- G
dant à volatilibus ac bestiis. Mulieres paucæ incolumes, quas miles impius ad turpitudinem, nõ ad
vitam seruauerit. Quis hæc videns, & de comperendinatione viuendi cogitans, audeat ad cœlum
leuare oculos? Quis sic immemor patriæ, hostis suorum, pietatis alienus, expers dulcedinis, cuius
tam semiuiri sit mollis spiritus? quis ita meticulosus, quem non pudeat his reseruatum? Vtinam qui-
dem olim defuncti essemus, aut si vita supereſſet, oculorum lumen periisset, priusquàm sanctam vr-
bem dirutam hostium manibus intueremur, templumq; hoc à maio ribus nostris sacratũ Deo, tam
impiè flammis cremari, aut sacerdotes in templo conspiceremus iacere interfectos. Emendemus
ergo, quòd his superuiximus malis, vt videamur non vitæ studio distuliſſe mortem, sed virtutis in-
tentione. Circumuallauit hostis omne munimentum, nil supereſt nisi aut nos, aut coniuges nostræ.
Iam sibi filios nostros in auctione constituunt, certántque inter se, quis cuius abducat vxorem: vtrũ
† *sortitus* pro dignitatum meritis personarúmve ordinibus distribuendæ sint, an † sortibus subire cogendæ
miserabiles. Nobis quoque parantur prodigia pœnarum, tormenta exquisitissima, non solùm ar-
dentes flammæ aut diuersæ neces victricis ictu securis: duro quidem post vincula, post carcerem, H
post iugum supplicio, sed tolerabiliore viris, si ludibrio vacet, sed etiam auulsi artus viuentibus, &
præcipuè truncatæ manus. Nec immeritò, quia defuerunt suo muneri, cùm possent sibi subuenire.
Subeundi quoque morsus ferarum ad victorum spectaculum, quod diuersis iam celebratur arenis
vrbium: vel exemplo nobis debet esse pudendum, vel visu miserabile, vt reseruemur aut bestiis, aut
fratribus prælaturi. Quid ergo moramur? iam non est liberum nobis, quod metuimus, euadere. Si
liberos interficere nolumus per misericordiam, aut nosmetipsos per virtutẽ, necesse erit vt per ger-
manos, aut propinquos nostros interficiamur per flagitium: hoc suadet affectus, illud victores exi-
gunt. Si nolumus exequi ministerium pietatis, cogemur subire pompæ parricidalis ludibrium. Ado-
riamur ergo, quod prosit liberis coniugibúsque nostris: Si infirmiores sumus, auferamus eos cruci-
atibus futuris: si fortiores sumus, vincamus compassiones parentum, affectus necessitudinum: & in
hoc vincamus hostem, cùm prædam tollimus: Hoc virtus exigit, hoc suadet pudor. Non timere
mortem virtus est. Etenim ad mortem omnes nascimur, & ad mortem generamus liberos, quorum
mors naturæ assignatur, captiuitas probro datur. Ergo quos non potuimus periculo eripere, eripia- I
mus ludibrio. Miseremini igitur patres liberorum, mariti coniugum, omnes paruulorum misereamur, quod est præcipuum nostri, dum est miserandi potestas: vt de nostro misereamur, ne ad dede-
cus videamur & nati, & reseruati. Quis enim possit perpeti patres ante ora filiorum, filios in cõ spe-
ctu parentum interfici? Trahi canitie fessos senes, vel ad necem, vel quod peius est, ad seruitutem,
mulieres sparsis crinibus duci sub conspectu coniugum, & violenter ad opprobrium trahi? Audire
** reuinctas* vocem paruuli vagientis vocantis patrem, vt auxilio sit petenti, cum iam fruſtrà audias **reuinctas*
** subditus* manus, & captiuæ ceruicis iugo **subditos*. Ergo dum adhuc liberæ manus sunt, dum ferrũ stringi-
mus, aggrediamur opus, quod victor hostis miretur. Mulieres nostræ supremum coniugalis munus
dilectionis, quasi dotale recipiant patrimonium. Has † illi claues refundimus † noui sanguinis † testi-
† *illis* monio, vt sint nostræ hæredes libertatis. Hoc ipsæ hortantur, certè merentur, quæ volunt: cogen-
† *nouo* dæ, quæ refugiunt: nec paruuli ferrum pauebunt, quod per ætatem nesciunt, quod suscipere à parẽ-
† *testamento* tibus piis debent, vt verè fiant liberi. Nobis quoque quid erit præstantius? Si exuramus priùs castel- K
lum, frumenta tamen reseruemus, ne putent nos fame potiùs coactos, quàm studio virtutis inuita-
† *illis* tos, mutuæ necis arripuisse ministerium. Donemus † illas escas refertas sanguine, & si eas flammæ
exusserint, nidor ipse frugum incensarum indicio erit periisse obsidentibus, quod obsessis abunda-
uerit. Posthæc vnusquisque offerat se vulneri, & moriturus patriam tegat, supremóque amplexu ob-
eat. Fiat nobis patria libertatis sepulchrum, quæ fuit dignitatis domicilium: hic tumulus funera no-
†*vet. cod. am-nes se mollitie exuerunt, & passionem ex-cluserunt.* stra decet, vt septo virtutis tegamur. Tali accensi oratione, cæteri gladios strictos tenebant, oscula
dabant coniugibus, amplexu suscipiebant liberos, illachrymãtes & simul festinãtes, vt hostis præue-
niretur. Hæc vobis (inquiunt) amoris pignora damus supremæ præmia necessitatis, & compresso
viriliter affectu, † passionem excluserunt, cædem implebant: impauidæ mulieres se offerebant vul-
neri pro conseruatione pudicitiæ, mentémque suorum ipsæ induerant virorum. Cæsis itaque ne-
cessitudi-

A cessitudinibus, pignoribus quoque, delegêre strenuos, qui supplementa cædis exequerentur. Ita *Iudæi occidũt vxores.*
fusi omnes, nongenti sexaginta cum paruulis ac mulieribus: † vna mulier sola superfuit, quæ filios
quinque in aquæ ductu abscondit, dum cæteri supremis intendunt necessitatibus; ea Romanis di-
luculo aduenientibus, ad vocem excita, index negotij fuit. Opes autem eorum, appositus ab ipsis
priùs ignis consumpsit.

† *Iosephus verò de duabus retulit. idq; contigisse aliqui scribũt 15. April. ab expug. Hier. secundo: à natiuitate verò Christi 74.*

FINIS.

EGESIPPI DE EXCIDIO HIE-

B ROSOLYMITANÆ VRBIS, ANACEPHALÆOSIS,
id est, omnium penè, quæ in superioribus dicta sunt
libris, repetitio.

ANNO XLII. post passionem Domini, imperij verò Vespasiani primo, bellis
asperis Iudæa, & seditionibus domesticis lacerabatur. Ipsa quoque eorum ciuitas
Hierusalem † intestino prælio laborabat. Nulla intermissio, nulla requies, nullæ in-
duciæ, nũmetis omnibus dimicabatur. Multi ruebant, innumeri iugulabantur. † *Cod. M. S. trino intra se prælio factiones ibi fiquidẽ tres erãt Ioannis, Simonis & Eleazari. supra l. 5. c. 12.*
Sanguis fœdabat vniuersa, ipsáque replebat templi limina, passim ruebant cada-
uera: sagittis alij, alij missilibus feriebantur. Nullus locus periculo vacabat, nulla
spes conuersionis, nulla fugiendi copia erat, mœsta omnia & plena horroris, &
plena immanitatis, vbique luctus, pauor vbique, clamor mulierum, eiulatus senum, morientium ge-
mitus, viuentium desperatio: vt miserabiles eos diceres, qui remanserant, beatos qui obibant. Quo-
C modo decepta es populis tuis, quibus quondam videbaris beata? Quomodo expugnata es tuis ar-
mis, atque in te conuersæ sunt manus tuæ, quæ solebas sine armis vincere, & sine vllo prælio hostem
ferire, cùm pro te Angeli dimicarent, & militarent tibi fluctus maris, terræ hiatus, cœli fragores?
Exurge nunc Moses, & vide gentem tuam, & hæreditatem populi tibi crediti, perire manibus suis.
aspice populum illum, Dei, cui gradienti peruium mare patebat, cui esurienti escas cælum submini-
strabat, sine mari clausum, sine Pharaone obsessum, sine terrarum sterilitate ieiunium. Exurge Aa-
ron, qui aliquando propter offensam Dei, cùm mors plurimos depasceretur populi, stetisti inter vi-
uentes ac mortuos, & mors stetit, atque obiectu corporis tui hæsit lues, nec trãsire potuit ad conta-
gionem viuentium. Suscitare & tu Iesu Naue, qui muros inexpugnabiles Hiericho, tubis canenti-
bus complanasti, & vide populum, cui exteros subiecisti, nunc eundem subiectum opprimi. Suscita-
re Dauid, exasperantem spiritum citharæ suauitate solitus excludere, & vide quemadmodum do-
minabatur furor, atque omnem suauitatem Psalmorum tuorum † ex perditorum sensibus † abluc- † *expeditorũ* † *abluerit*
D rit, & vnusquisque de principibus populum vniuersum ad mortem afferat, vt libertatem extor-
queat, pro quo teipsum morti offerebas. Suscitare Elisæe, qui hostem introduxisti in Samariam,
& amicum fecisti. Per te in castris Syriæ quadrigarum increpuit fragor, & vox equitum & vir-
tutis. Fugit hostis, euasit obsidionem Iudæus. Vbi nunc istæ merita, & vbi nunc istæ operatio-
nes Sanctorum? Nec mirum, si miserunt Prophetarum opera, qui negauerunt Prophetarum arbi-
trum. Ideò in te Iudæa † arma conuertuntur, orationes tuæ nihil tibi prosunt, quia fides tua nihil † *armata*]
operatur. Ideò aduersum te factus est populus tuus, quia in te cõuersa est perfidia tua. Quod reme-
dium quæritur, vbi autor remedij non conciliatur? Quid putabas futurum, cùm tuis manibus vitam
tuam extingueres, cùm tuis vocibus aduocatum tuum exterminares, nisi vt in te quoque iniiceres
manus? Habes, quod petisti. Eripuisti tibi Præsulem pacis, petisti necari vitæ tuæ arbitrum, conce-
di tibi Barrabam: qui propter seditionem factam in ciuitate, & homicidium missus fuerat in carce-
rem. Ideò salus abs te recessit, pax abiit, quies destitit: data est tibi seditio, datum excidium: agnosce
tibi hodiè Barrabam viuere, & Iesum mortuum. Ideò in te regnat seditio, pax sepulta est, vt crude-
E liùs à tuis pereas, & priùs, quàm ab alienis perires. Quid tãtum miserabilis ciuitas, Romanus suis ar-
mis, quantum populus tuus malorum inuexit? Vt cum Romanis pugnares, tui fecerunt: pacem vo-
lebant Romani, tu bellum indixisti. Quid causæ erat, vt fortiores lacesseres? Durum sanè, quòd cõ-
tra legem sacram templum gentilis intrauit: sed iam non erat Dei templum. Non eras Dei ciuitas,
nec esse poteras, quæ eras mortuorum sepulchrũ: præsertim tuorũ, quos ipsa occideras, non quos
ab hoste amiseras: quomodo enim poteras vitæ esse domicilium, quæ eras mortis habitaculum, di-
uersorium scelerum, latronum spelæum? Iacuerunt in te Ananus † & Ioannes insepulti Sacerdotum † *supra legitur Ananus & Iesus.*
principes, & illi dudũ sacerdotalibus indutiſtõllis, qui venerationi etiam exteris fuerant, deformes
iacuerunt. Cadauera eorum esca volatilium, & deuoratio canũ facta sunt, membris lacerati, & tota
dispersi vrbe, vt deplorare veteris sanctitatis species videretur tantam sacri nominis contumeliam,
& speciosi quondam muneris deformitatem. Sed ipsa tibi huius indignitatis exordium fecisti, quæ

in medio sinu tuo occidebas Prophetas, quæ lapidabas sanctos Domini: Ante templum Zacharias F
iacuit exanimis, iacuit inhumatus. Ergo sanguis tuus illum lauat. Quæ causa autem mortis fuit Ana-
no, nisi quòd increpuit populum tuum, quia non * resurgeret pro templi defensione, quia expostu-
labat libertatem perditam, virtutem desertam, calcatas veterum sacrorum reliquias, commaculata
altaria? Relinquendum asserebat populum vsu simulachrorum insensibilium, & statuarum more ni-
hil iam sentientem commaculatum. Muta enim animalia referre solent, vel vicissitudinem vindi-
ctæ, sentire iniuriam, incitari aculeo, declinare verbera. Qui ergo nec excitatur, nec declinare nouit
quod noceat, similis est non sentientibus. Et reuera vbi illa libertas tua, cuius studio quondam non
Ægyptiis, non Palestinis, non Assyriis, postea non Medis cedendũ existimauisti? vbi est illa Macha-
bæorum fides, quæ quondam in paucis fudit Babylonios? Persas fugauit? Demetrium perculit? Ad
postremum in paruulis ac mulieribus Antiochi arma, gladios, incendiáque superauit: & pro obser-
uatione patriæ mori maluit, quàm regiis imperiis obtemperare. Vbi est illa deuotio Patrum, pul-
cherrima passionum omnium, qua se non pro liberis, non pro coniugibus magis, quàm pro templo
Dei morti offerebant? Anteà & virga sacerdotalis floruit, recisa de syluestri radice: nũc & fides aret, G
& sepulta est pietas, & abiit omnis virtutis æmulatio. Nec mirum, si populus, qui à Deo recessit, &
improbum contradictionis spiritum sequitur, in seipsum diuisus est. Quomodo enim pacem suam
tenere poterat, qui pacem Dei repudiauit? Pax Dei Christus est, qui fecit vtraque vnum. Meritò
ergo ex vno populo plures aduersum se facti sunt, quia noluerunt sequi diuisa sociantem Iesum, sed
secuti sunt coniuncta diuidentem furoris spiritum. Soluebas igitur Hierusalem mercedem perfi-
diæ tuæ, cùm ipsa tuis manibus destrueres munimenta tua, cùm tuis mucronibus foderes viscera
tua, ita vt hostis misereretur: vt ille parceret, & tu sæuires. Videbas enim, quòd Deus aduersum te
pugnaret, & Romanorum fungeretur partibus, vt ipsa tibi inferres voluntariam perditionem: ideò
spectatores malebant esse Romani, quàm percussores, ne furentibus tuis inter se visceribus, ma-
num admouere contagionis magis, quàm fortitudinis æstimarentur. Ad hæc nefandæ necis sup-
plicia accedebat impia immanitas crudelitatis, vt sepulturam omnibus, qui vel in templo necati
fuerant, vel circa vrbis plateas, negarent: nec humare cuiquam vacabat, dum bellis inter se oc-
cuparentur, feriendíque magis quàm humandi cura vniuersos tenebat. Ita quodam furore oc- H
ciderant pietatis officia, crudescebant impietatis ministeria, nihílque magis in tantis calamitati-
bus perierat, quàm misericordia, quæ sola solet alleuare miserias, solari ærumnas. Namque & hi,
qui amiserant suos, non audebant humare propter formidinem, cùm grauis terror ingrueret à di-
uersæ factionis principibus: & hi, qui necauerant, alienos cauebant, ne quis illos præriperet ad se-
pulturam. Itaque necesse erat omnes timere, ne quod alteri donare vellent, id sibi sumerent: vel
quod peius est, quem parauerant vsum sepulchri, cum ipsi non impetrarent. In templo igitur ipsi
pro vnguentis benè olentibus, pro thymiamateriis benè spirantibus, pro diuersorum florum odo-
ribus, grauis erat insepultorum cadauerum fœtor, quæ pluuia dissoluerat, quæ flamma ambusse-
rat, quæ sol calefecerat. Omnes artus cæsorum ciuium diro odore fœtebant. Hinc resolutorum pu-
tredo viscerum, inde exustorum nidor sensus omnes, atque ora complebant viuentium, vt ipsi non
multò pòst grauiore morbo consumerentur, ac se superstites ingemiscerent, quòd duriore pœna
perirent, eóque seruatos, vt viderent cum patria simul solui etiam leges naturæ, negari ius viuenti-
bus, pacem ciuibus, sepulturam defunctis, humana pariter atque diuina maculari ac pollui, per- I
mixta omnia. Criminosam esse misericordiam, religionis loco haberi crudelitatem, castrum in
templo, bellum in limine, funus in altaribus: ea spectare oculis, quæ Prophetis denuntiantibus
non credidissent futura. Nam de his dixerat Dauid: Polluerunt Templum sanctum tuum, po-
suerunt * mortalia seruorum tuorum escas volatilibus cæli: Effuderunt sanguinem eorum sicut
aquam in circuitu Hierusalem, & non erat, qui sepeliret. Simul enim tunc, & gentes venerunt in
hæreditatem Dei, quæ auferrent omnia, & templum pollutum est suorum funeribus, & insepulta
iacuerunt cadauera interfectorum ad escam auium, bestiarúmque voracitatem effusus sanguis, vt
stagnaret in Templo, deesset qui sepeliret: quia viuentium in mortuos, à mortuis in eos, qui adhuc
viuerent, furor transferebatur. Volebat aliquis defunctum humare, ipse extinguebatur. Et qui
defunctum occiderat, in sepultorem transferebat iracundiam, vt illi sepulturam negaret: hunc ex-
tinguebat rursus, qui sepultorem occiderat, maiorem crudelitatem circa defunctum exercebat, vt
iam nihil debentem odio, non sentientem supplicia, spoliaret supremo naturæ debito. Quid illis K
accidere aliud poterat, qui diuina non recipiebant oracula? Irridebant prophetarum annunciatio-
nes, fas omne calcabant, futuráque, vt fierent, ipsi accelerauerunt. Erat enim sermo vetus & fre-
quens, tunc perituram Hierusalem, & sancta eius exurenda, cùm seditio belli legem incesseret, &
domesticæ manus templum Dei contaminarent. Nec hoc quidem intellexerunt: Quoties enim
excisa domus Dei? quoties seditio? quoties bellum? & nunquàm illa vrbs periit, nisi cùm Domi-
num verè Templum Dei domesticis manibus crucifixerunt. Propter quod & illud audiant: Sol-
uite templum hoc, & in tribus diebus resuscitabo illud. Quid enim aliud nisi sacrilegium fuit? cùm
impias manus extenderent in autorem salutis, cùm lapidarent eum, cùm verberarent, cùm corripe-
rent, cùm occiderent? Tunc verè * sancta eorum absumpsit ignis diuinus. Nam exusta à Babylo-
niis, reparata est. Postea destructa à Pompeio, reformata iterum. Sed penitùs exusta, vbi Iesus ve-

insurgeret

Iniuria depulsa

Christus fecit vtraque vnũ

* *morticinia*

christi mors Iudæorũ exitium.

* *sancta sanctorũ absumpsit.*

A nit, & spiritus diuini soluta euanuerunt. Oportuit huberiore quadam deploratione præire nos fu-
nus quoddam paternæ solemnitatis, & velut quasdam exequias prosequi, ac soluere iuxta Maio-
rum instituta. Sed veniamus ad summam euersionis Hierusalem, & ad deiectionem Iudæorum.
Meritò siquidem deiiciendi & viles habendi fuerant, qui vniuersis pretiis chariorem Iesum, trigin-
ta denariorum pretio à discipulo comparauerant: non vt eum haberent tanquàm Dominum, sed
vt de terra viuentium tollerent velut iniquum. Quare iure de hæreditate sua, viliores paleis, in
omnem terram ventilati sunt à gentibus, quas formidauerant, ne sibi locum & gentem tollerent.
Et qui triginta denariis Iesum comparauerant ad perdendum, iustè posteà triginta capita suorum
viderunt vendi vno denario ad illudendum. Quia igitur penè omnes Iudæi in necem Domini no-
stri Iesu Christi vnanimiter consenserunt, imminente vindicta penè omnes à totis regionibus ad
azymorum diem festum congregati, bello subitò circumfusi sunt: vt primò quidem illis pestifera
lues ex loci angustia nasceretur, deindè citiùs fames. Quòd autem caperet multitudinem homi-
num tantam ciuitas, certum erat ex his, qui sub Cestio fuerant. Enumerati enim tunc viris ciuita-
B tis à Floro, Neroni significare cupiente contemnenti nationem, à Pontificibus petierat, vt si quo
modo possent, multitudinem numerarent. Illi autem cùm dies festus adesset, qui Pascha vo-
catur, quando à nona quidem hora vsque ad vndecimam hostias cædunt, per singula autem
quasi contubernia, non pauciorum quàm decem hominum fiunt, solum enim epulari non
licet, multi enim † vicini conueniunt: hostiarum quidem ducenta, & quinquaginta sex mil-
lia, & quingentas numerauerunt. Fiunt autem vt denos epulatores, per singulas imputemus
vicies centena, aut septingenta millia, sancti omnes & puri. Nec enim leprosis aut vitiliginosis,
aut semine fluentibus, quos † gynæcicos vocant: nec mulieribus menstruo cruore pollutis,
neque aliis inquinatis participare sacrificia permittebantur. Sed nec alienigenis quidem, ni-
si qui religionis causa veniissent. Magna verò hæc multitudo ab extraneis congregabatur. Tunc
tamen veluti in carcerem tota gens fato concluſa est, & farta hominibus ciuitas, bello obside-
batur. Itaque omnem superat humanam, & diuinitùs emissam pestem numerus peremptorũ, quos
C partim palàm occiderunt, partim ceperunt Romani. Rimantes enim cloacas, & sepulchra eruen-
tes, quos offendissent, occidebant. Inuenti sunt autem ibi plus quàm duo millia, quorum alij ma-
nu sua, plures autem mutuis se vulneribus interfecerunt, cùm fames alios corripuisset. Luebant
enim scelerum suorum supplicia, qui postquàm Iesum crucifixerunt diuinorum arbitrum, pos-
teà etiam discipulos eius persequebantur: plerique tamen Iudæorum, gentilium plurimi credide-
runt in eum, cùm præceptis moralibus operibúsque vltra humanam possibilitatem profluentibus
inuitarentur, quibus nec mors quidem eius vel fidei, vel gratiæ finem imposuit: imò etiam cumu-
lauit deuotionem. Intulerunt quoque parricidales manus, atque autorem vitæ interficiendum ad
Pilatum deduxêre: reluctantémque cœperunt perurgere iudicem: in quo tamen non excusatur Pi-
latus, sed Iudæorum amentia * coacerbatur: Quia nec ille adiudicare debuit, quem reum minimè
deprehenderat, nec isti sacrilegium parricidio geminare, vt ab his, qui ad redimendos & sanandos
eos seſe obtulerat damnaretur. Quamuis enim idem Pilatus manus lauerit, dicens: Mundus ego
sum à sanguine iusti huius, vos videritis: nequaquàm tamen minùs extitit reus, qui gloriam Domi-
nicæ agnoscens resurrectionis, prædicare inuitus studuit, sed credere perfidus contempsit, sicut te-
D statur eiusdem epistola, Cæsari in hunc modum directa: Pontius Pilatus Claudio salutem: Nuper
accidit, & quod ipse probaui, Iudæos per inuidiam se suósque posteros crudeli condemnatione pu-
nisse. Denique cùm promissum haberent Patres eorum, quòd illis Deus eorum mitteret de cœlo
sanctum suum, qui eorum Rex merito diceretur, & hunc se promiserit per virginem missurum ad
terras: istum itaque me præside in Iudæam Deus Hebræorum cùm misisset, & vidissent eum cæ-
cos illuminasse, leprosos mundasse, paralyticos curasse, dæmones ab hominibus fugasse, mortuos
etiam suscitasse, imperasse ventis, ambulasse siccis pedibus super vndas maris, & multa alia feciſſe,
cùm omnis populus Iudæorum eum filium Dei esse diceret, inuidiam contra eum passi sunt Princi-
pes Iudæorum, & tenuerunt eum, mihíque tradiderunt, & alia pro aliis mihi de eo mentientes di-
xerunt, asserentes istum magum esse, & contra legem eorum agere. Ego autem credidi ita esse, &
flagellatum tradidi illum arbitrio eorum. Illi autem crucifixerunt eum, & sepulto custodes adhi-
buerunt. Ille autem militibus meis custodientibus, die tertio resurrexit: in tantum autem exarsit
E nequitia Iudæorum, vt darent pecuniam custodibus, & dicerent: Dicite, quia discipuli eius cor-
pus ipsius rapuerunt. Sed cùm accepissent pecuniam, quod factum fuerat, tacere non potuerunt.
Nam & illum surrexisse testati sunt se vidisse, & se à Iudæis pecuniam accepisse. Hæc ideò ingessi,
ne quis aliter mentiatur, & æstimet credẽdum mendaciis Iudæorum. De quo ipsi perfidi testantur,
dicente Iosepho historiarum scriptore, quòd fuerit illo tempore vir sapiens (si tamen oportet, in-
quit, virum dici) mirabilium creatorem operum, qui apparuit discipulis suis, post triduum mortis
suæ viuens secundum Prophetarum scripta: qui & hæc, & alia innumerabilia de eo plena miraculis
prophetauerunt. Ex quo cœpit congregatio Christianorum, & in omne hominum penetrauit ge-
nus. Nec vlla natio Romani orbis remansit, quæ cultus eius expers relinqueretur: si nobis non cre-
dunt Iudæi, vel suis credant: hoc dixit Iosephus, quem ipsi & maximum putant. Et tamen in eo,
quòd verum locutus est, propter historiæ fidem, quia fallere nefas putabat, & non credidit propter

Iudæorum triginta venũt denario.

Multitudinẽ obsessorum omnis ætatis sex centena millia fuisse testatur. Tacit. lib. 21. vide Niceph. lib. 3. cap. 5.

† *ex Iosepho legi debet, viceni.*

† *legendum putat Gualt. ex Iosepho, gonorreos.*

Christianã diuinitus admonti Pellam commigrãt ante excidiũ Hierosol. Niceph. lib. 3. cap. 3.

* *coacerbatur*

Epistola Pilati ad Claudium cæsarẽ.

calumniæ Iudæorum de christo.

Iosephi de christo testimonium.

duritiam cordis, & perfidiæ intentionem: non tamen veritati præiudicat, quia non credidit, sed plus addidit testimonio, quia nec incredulus, & inuitus negauit: In quo Christi Iesu claruit æterna potentia, quòd eum etiam principes Synagogæ, quem ad mortem comprehenderant, Deum fatebantur. Et verè quasi Deus sine exceptione personarum, aut vlla mortis formidine locutus, excidium quoque templi futurum annunciauit, sed non eos templi iniuria commouit. Sed quia ab eo in flagitiis, & sacrilegiis corripiebantur, hinc ira exarsit, vt interficerent eum, quem nulla habuissent tempora. Nam cùm alij * prædicando meruerint facere, quæ fecerunt: hic in potestate habebat, vt omnia, quæ fieri vellet, * impetraret. Octauo igitur die Septembris mensis concremata est ciuitas, cæsa per omne tempus numero decies centena millia. CX. myriades, vt plerique asserunt: Iudæorum tamen omnium, sed non omnium eiusdem regionis aut loci, quia eò vndique conuenerant tempore Paschalis solēnitatis: captiui abducti nonaginta septem millia. Denique tanta captiuorum præ multitudine vilitas fuit, vt triginta à Romanis vno numismate sub corona venderentur. Peracta igitur obsidione, iussit Cæsar Titus funditus euertere ciuitatem, ac templum, vt adimpleretur verbum Domini Iesu prædicantis: †Amen dico vobis, non derelinquetur lapis super lapidem, quin destruatur: talis quidem finis Hierosolymorum obsidionis fuit. Eandem verò vrbem Hierosolymam Chananæorum quidam potens cōdidit, qui patrio sermone vocaretur Rex Iustus, quam primò Solymam nuncupauit, posteà templum addidit: vnde Hierosolyma dicta ciuitas est. A principio suos incolas habuit degente Chananæorum. Dauid primus vir Hebræus Chananæos expulit, constituit suos, qui in ea sibi domum Regiam fecit. Voluit & templum Deo condere, sed prohibitus oraculo, Solomonem hæredem reliquit: qui templum, quod ipse vouerat ędificaret. Solomon itaque templum fundauit. Reliqui quoque Reges ad ornatum vrbis addidêre plurima: inuidia ex magnificentia orta est. Inter omnia tamen opera templum præcellebat amplissimo opere & fulgenti marmore, peripetasma pretiosum & maximum, cocco & hyacintho byssóque intextum, ex purpura non otiosa materia tantæ diuersitatis, sed cuius species rerum latentium mysterium signaret: eò quòd eius esset templum, qui cœlo & aëri, terræ & mari, quasi creator elementorum dominaretur, atque omnia solus regeret, & gubernaret. Cocco enim igneum cœlum figuratur, hyacintho aër, byssо terra, mare purpura, quæ cōchyliis maritimis inficitur: vt duo ex colore, duo ex generatione colligas. Denique princeps sacerdotum hæc quatuor indumento suo exprimere consueuerat, quando maxima celebritas erat festorum dierum, quasi totum mundum indueret, pro populo supplicaturus, in eius figura, qui venturus erat princeps Sacerdotū Iesus, vt tolleret peccatum mundi. Fœmora princeps Sacerdotum linteo interiùs operimento tegebat, eò quòd præteris in Sacerdote fides mentis quæritur & corporis castimonia, quæ succingere debeat carnis intemperantiam. Duo erant tabernacula sacra, vnum interius, aliud exterius: in hoc semper introibant sacerdotes: in illud interius, quod sanctum appellabatur, semel introibat princeps sacerdotum, non sine sanguine, quem offerret pro se & pro populi ignorantia atque delicto. Hoc significante Spiritu sancto venturum Iesum, qui verè solus intraret in interiora diuinorum penetralia sacramentorū, & arcana substantiæ cœlestis, qui nosset omnia solus, patrem quoque sanguine suo toti mundo reconciliaret, vt & cœlestium & terrestrium misereretur. Denique posteaquàm venit, pacificauit omnia per sanguinem crucis suæ, quæ in cœlo vel in terra sunt. Intùs thymiamaterium, intus mensa, intus lucerna. Thymiamaterium, quòd ita ad Deum Patrem, sicut incensum, dirigatur maximè sacerdotalis oratio. Mensa, quòd in ea passio Christi sit, & mysteria sacramentorum. Vnde Dauid dicit: Parasti in conspectu meo mēsam, cuius veluti duodecim panes, duodecim Apostoli testes sunt passionis eius ac resurrectionis. Lucerna, quæ sub candelabrum ponitur, antè sub modio erat, id est, legis mēsura: nunc est in gratiæ plenitudine, heptamycho frequēs lumen effundens, eò quòd Spiritus S. septem maximarum gratiarū virtutibus Dei tēplum illuminet. Trinitatis igitur cognitio in interioribus erat tēpli, quæ dicebantur sancta sanctorū, vbi reposita quondā virga Aaron floruit: quòd gratia sacerdotalis in Christo ampliùs esset operatura post mortē, qua mū dū redemit. Iudæi ergo si voluissent crędere, euidētia imminētis excidij signa habebāt, quibus velut clarisvocibus admonebātur finē sibi affore. Nam per annū fermè supra templū ipsum cometes astit gladij quadā pendētis similitudine, denūtians quoq; ferro & igni, gētis & regni vrbisq; ipsius vastitatē futurā. Quid enim similitudo gladij nisi bellū, quid ignis nisi incendiū denūtiaret? Visus autē est priusquā populus à Rom. sese dissociaret. Ipsis verò Paschæ diebus vndecimi mensis octauo die, per singulas noctes hora circiter nona templū & ara eius ita lumine refulgebat, quasi dies esset, per mediā ferè horā quotidiè manēs: quod vulgus interpretabatur cumulādæ gētis indicium videri: eoq; impulsi sunt tanquā tēpus afforet libertatis recipiēdæ. Prudētiores cōtrà opinabātur, quòd hoc genus stellę bellū soleat denūtiare. Ne quisquam arbitraretur nos aliena à cultu nostro & disciplina locutos, primū non quid nobis videatur astruimus, sed quid acciderit, quæve opiniones tunc temporis fuerint, quid prudētes senserint, quid imprudentes: neq; cùm de secta Iudæorum quid dictum est, ita scriptum videatur à nobis quasi in veritate cultus eorū, nō quasi in vmbra, & figura præmissum cōtexuerimus, vt * sequeremur perfectiora. Nam de signis stellarū etiam in Euangelio docemur, quia erunt signa in Sole & Luna & in stellis. Vitulæ quoq; asse ruerunt partu, cùm immolanda astaret altaribus in medio templi agnam editam in ipsis sacrorum, quæ suprà memorauimus, celebritatibus. Orientalem quoque portam interiorem

* precando

* imperaret

Iudæorū internecio & pauolethria. Niceph. lib. 3. cap. 7.

† *Vide Niceph. lib. 3. ca. 8.*

Supra cap. 9. lib. 5.

Colores sacerdotales.

Tabernacula duo.

Huius candelabri formam descripsit Ioseph. lib. 7. cap 24.

Trinitatis cognitio.

Supra cap. 44. lib. 5.

* *sequerētur Ioseph. lib. 7. cap. 12.*

A interiorem solido ære grauem quæ soleret ad vesperam viginti virorum claudi labore, obseratis vectibus ferreis, per aliquot noctes sponte reseratam, & vix posteà à custodibus clausam. Id quoque arbitrabantur plerique futurorum signum bonorum, quibus ingressuris porta aperiretur. Consultiores autem aiebant custodiam templi resolutam videri, vt quæcunque intùs forent, ab hostibus diriperentur, exiret cultus interior, & vastitate euacuaretur, celebritas sacrificiorum destrueretur, quod etiā & antequàm crucifigerēt Christū Iesum liquidò significatū lectio docet. Post multos quoque dies figura quædam apparuit inæstimabilis magnitudinis, quam plurimi circūspexêre) sicut libri Iudæorum manifestarūt) & ante solis occasum subitò visi in nubibus currus, & acies armatæ: quibus totius Iudææ regionisque eius vrbes incursarentur: ipsa autem Pentecostes solennitate ingredientes sacerdotes in templi interiora, nocturno tēpore vt sacrificia assueta celebrarent, & motum primo quēdam sensisse se prodiderunt, & sonitū editū: posteà etiā audisse repentina voce clamatum: Transeamus hinc. Iesus quoque Ananiæ filius ruricola vir, ante quatuor annos, quā bellum Iudæorum populus adorirerur, in summa pace vrbis, & abundantia cùm scenopegia sacrificiis solemnibus celebratētur, templum ascendens cœpit clamare: Vox ab oriente, vox ab occi- B dente, vox à quatuor ventis, vox super Hierosolymam, super tēplum, vox super sponsos & sponsas, vox super omnē populum. Hoc noctibus atque diebus vociferabatur. Commoti primores loci corripuerunt eum, terribile vocis eius indicium perhorrētes, & plurimis eum suppliciis affecēre, quo saltem afflictus dolore, desineret terribilia & plena prodigiis denūtiare. At ille nec metu vllo, nec verberibus, aut grauioribus interminationibus territus, vsum aut vocem mutauit, sed in eadem denuntiationis perseuerātia, in eodē cōtextu sermonum, sine vlla obsecrationis interpolatione manebat, iniuriæ negligens, affectu immobilis. Quod nequaquam perfunctorium rati, sed in excessu mentis, vt erat, exprimi, detulerunt ad loci iudicem, qui tunc tēporis à Romanis per id loci publica agitabat negotia. Is rimandæ veritatis gratia, sæuissimis eū pœnis exhulceravit. Quò magis perseueraret, eò vehementiùs corripi flagellis hominem iubet, vt si qua secretiora futuri tumultus indicia cōperisset, manifestaret. At ille neque fleuit, neque rogauit, sed ad singula verbera, nō suum, sed patriæ excidium flebiliter deplorabat, dicens: Væ Hierosolymis. Neque interrogatus quis esset, vel vnde, vel C cur eadem diceret, responsum reddidit: sed tantummodo lamentationem illam patriæ questu miserabili prosequebatur. Defessus itaque Albinus (hoc enim nomen viro) dimisit eum tanquam dementi furore, quid diceret nō sentientē. At ille neque sermonē vllū cū quoquā habebat, neque aliud loqui per reliquum tēpus auditus est, sed hoc tanquā lugubre atque funereū canticum canens, diebus ac noctibus iugiter resultabat, Væ Hierosol. neq; verberāti cōuitiabatur neque cibum impertiēti gratias agebat: vna erat ad oēs eadēque plena funebris vlulatus responsio, & maximè sacrificiorū celebritatibus. Per septē itaque annos & quinque mēses eadē verborū series, idem vocis sonus. Māsit itaq; indefessus tāto tēpore: vbi obsidio cœpit, eadem ille vociferari destitit, quasi cessari oporteret denuntiationē cùm adessent, quæ fuerāt denuntiata. Sed vbi cœpit flāma vrbē pariter & tēplum inuoluere, circumiens murū clamare cœpit iterū: væ ciuitati & populo & templo. Et ad postremum addidit, væ etiam mihi, & fundibulari ictu in eadem voce emisit spiritum. Vrbem etiam cum templo, vetustis etiam litteris scriptum erat, tunc perituram, cùm tetragonum templum factū fuisset. Itaque siue obliti, siue obstupefacti ingruentium malorum necessitate, vbi occupata est Anto- D nia tetragonum in circuitu templi defecerunt. * Interque illud præcellentissimum, quod in literis æquè vetustis (quas sacras vocabant) manebat impressum, quòd secundum illud tempus futurus esset vir, qui de regione eorū imperiū assumeret in orbem terrarum. Quæ res eos in tanto furore posuit, vt sibi non solùm libertatem, sed etiam regnum pollicerentur. Id alij ad Vespasianum referendum putarunt, prudentiores ad Dominum Iesum, qui secundum carnem genitus ex Maria, regnum suum per vniuersum mundum diffudit. Tantis itaque rebus † manentibus, non potuerunt cauere, quod diuinitùs decernebatur. Manifestam enim Dei in se cognoscentes iram, ad consolationis alicuius remedium pertingere renuerunt, tanta sceleris obnubilatio mentiū oculos obduxerat. Desperatis siquidem & eorum rebus, autor turbarum Eleazarus, inter cætera diffidentiæ verba, abiectionis suæ à Deo sic conquestus est: O miseri, ad quam spem istius vitæ nos reseruamus? Esto, hostis ignoscat, quid proderit cum Dei offensa clara sit? ignes ab hoste in nos versi, mutata ventorum † flamma, flammæ retortæ, vt nostra subsidia demerentur. Quis poterit aduer- E † *flamina* sante Deo viuere? Nullus veniæ locus, sed manifestū voluntariæ mortis imperium. Quid enim nox interuenit, nisi vt nos hostis nō præueniret? nec deusto murali præsidio continuò irrumperet? Sed vt nobis exercendæ mutuæ necis tempus reseruaretur, licerétque cum liberis nostris & necessitudinibus mori, ne videremus anhelos senes, anúsque à Romanis pertrahi, charissimas coniuges ad victoris libidinem rapi. Cōmoriamur patriæ, ne simus superstites tanti dedecoris opprobrio. Quò igitur fugiemus à facie Dei, aut quò ibimus infenso nobis cœli Domino? Si cadant super nos mōtes, & concauis specubus abscondāt, quomodo tamen poterimus declinare indignationem tantæ potestatis? quò enim progrediemur, vbi non sit Deus, cùm ipse vbique sit? An mediocria exempla sunt, quibus doceamur, quòd iam dudū gēti nostræ pro peccatis nostris infestus sit, qui antè præfidebat? Quis hoc dubitet, cùm videat, quod in nos manus nostræ conuersæ sint, plureſq; seditio domestica, quā bellū extinxerit? Nō donabo Rō. quòd vicerint, nec ipsi sibi hoc vēdicāt, qui sciūt, quòd omnes

Iesus Ananiæ lamentationes.

* *Inter quæ Hæc de re nō nihil Ioseph. Suet. in Vesp. Tacit. lib. 2i. Niceph. lib. 3. cap. 4.*

† *monentibus*

fere noſtris potius armis, quàm alienis perierimus: quique Rom. arma viderunt Cæſaream inhabitantes Iudæi, quorum feriato die ſabbathi inter ſolemnes noſtrorum ſacrorum cultus, multitudo gentilium Cæſarienſium, repentino quodam impetu, & miſſo deſuper furore ſuccenſa, viginti millia deleuit, omnes fugauit, vt totam vrbem exinaniret. Nónne Syriam totam quidem impleuit dementia, vt Iudæi atque gentiles in iiſdem vrbibus ſiti, & incolatus gratia ſibi priùs nexi, poſteà inter ſe armis colliderent, quò Romanis vadum futuræ victoriæ conſtitueretur? Nam quid de Scythopoli loquar? quò Iudæi primò contenderant, vt gentilem populum præuenirent, ne quid aduerſus noſtros exemplo cæterarum vrbium machinaretur? Itaque quos par fuit coniunctos aduerſum alienigenas viribus bello decernere, hæc è contrario aduerſum ſe Iudæi decertauerunt, vt pars eorum aduerſus cognatos & proximos ſuos præliaretur. Deinde ipſi pro pretio laboris, & impenſi ſanguinis à gentilibus perimerentur, quod prohibuerũt ipſi fieri in gentibus. Damaſceni nulla exiſtente cauſa,
Ioſeph octodecim millia. octo millia Iudæorum ſtrauerunt. Aſcalonitæ * duo millia quingentos. In vrbe quoque cui Ptolemais nomen, cæſi duo millia. Alexandriæ verò vetus erat odium inter Iudæos & gentium populos, ex quo magnus Alexander vſus eſt ſtudio Iudæorum ad Ægyptios ſubiiciendos: vnde condita vrbe ex æquo Iudæis & Ægyptiis attributa priuilegia, & habitationes diuerſæ, ne eorũ cultus permiſceretur, qui purificationes ſuas ſine vlla volebãt cõtagione ſeruare. Hinc frequẽtes inter eos cõflictus fuêre, exorta iurgia, iudiciũ petitũ. Nihil tamen ex tanti Regis temeratũ liquet fuiſſe beneficiis, ſed poſteà à gẽtilibus exorto tumultu, cùm Iudæorum necati aliqui, alij ad pœnam detinentur: iniuria motum Iudæorum populum aduerſum autores iniuriæ inſurrexiſſe: & cùm pertinacius ſe de ciuibus
**ire* vltum * iri vellent, inductum exercitum Rom. qui ſexaginta Iudæorum millia intra vrbem fuderit,
orbis* Verùm quid in leuioribus moror, cùm excidium totius * vrbis in vnius ciuitatis ruina nobis deplorandum ſit? Vbi eſt maxima ciuitas Hieruſalẽ? vbi decora Sion? vbi templum mirabile? vbi ſecũdũ ilSanctuarium lud tabernaculũ ſanctitatis ſacrarium, quo ſemel in annò ſolus Princeps Sacerdotum ſolebat intrare non ſine ſanguine, quem pro ſe offerret & populi delicto? Profanatum gentibus, habitant in reliquiis vrbis, qui eam deſtruxerunt. Vbi, inquam, es ciuitas referta populis, venerabilis Regibus, acceptabilis Deo, gratiæ ſedes? pauimenta tua de marmore, parietes tui fulgẽtes marmore, culmina tua pretioſo ſplendebant marmore, portæ tuę micantes auro, aliæ argento renitentes. Omnes interfecti, & qui te iugiter inhabitabant, & qui ad te ex totius orbis terrarum partibus conueniebant, vt non dubiũ ſit totum in te mundũ periſſe. Nudata omnia, à culminibus cremata, à fundamẽtis diruClades Hieroſolimitana. ta: facta eſt habitatio tua deſerta, nec eſt qui in tabernaculis tuis inhabitet, & adhuc quenquã viuere libet, & non vixiſſe pœnitet? Duri oculi, qui hæc videre poſſunt: immites animi, qui velle poſſunt vt tantis ſuperſint doloribus, nõ quod defecerit clades, ſed quod iam nulla requies. Quò enim circumferamus oculos, aut quid decernere delectet? vrbs tota ſepulchrũ mortuorũ eſt, *ſolẽ ſpectãtibus occurrũt fauillæ, viæ vacuæ viuentiũ, repletæ cadaueribus. Miſeri ſeniores cinerulenta canitie, & ſciſſo amictu ſupra reliquias mortuorum ſedent, nuda tegentes oſſa, quo defendant à volatilibus ac beſtiis. Mulieres paucæ incolumes, quas miles impius ad turpitudinem, non ad vitã ſeruauerit. Quis hæc videns & de cõperendinatione viuendi cogitans, audeat ad cœlum leuare oculos? Quis ſic immemor patriæ, hoſtis ſuorum, pietatis alienus, expers dulcedinis, cuius tam ſemiuiri ſit mollis ſpiritus? Quis ita meticuloſus quẽ nõ pudeat his reſeruatum? Vtinam quidem olim defecti eſſemus, aut ſi vita ſupereſſet, oculorum lumen periiſſet, priuſquã ſanctã vrbẽ dirutã hoſtiũ manibus intueremur, templumque hoc à maioribus noſtris ſacratum Deo, tã impiè flãmis cremari aut ſacerdotes in tẽplo cõſpiceremus iacere interfectos. Emendemus ergo, quod his ſuperuiximus malis, vt videamur non vitæ ſtudio diſtuliſſe mortem, ſed virtutis intentione. Circumuallauit hoſtis omne munimentum. Nil ſupereſt, niſi aut nos, aut coniuges noſtræ: iam ſibi filios noſtros in auctione cõſtituunt, certant que inter ſe, quis cuius abducat vxorẽ, vtrũ pro dignitatũ meritis perſonarũve ordinibus diſtribuendæ ſint, aut ſortibus ſubire cogendi miſerabiles, nobis quoque parãtur prodigia pœnarũ, torméta exquiſitiſſima: non ſolũ ardentes flãmæ, aut diuerſæ neces victricis ictu ſecuris: duro quidẽ poſt vincula, poſt carcerem, poſt iugum ſupplicio, ſed tolerabiliore viris, ſi ludibrio vacet, ſed etiam auulſi artus viuentibus, & præcipuè truncatæ manus. Nec immeritò, quia defuerunt ſuo muneri, cùm poſſent ſibi ſubuenire. Subeundi quoque morſus ferarum ad victorũ ſpectaculum, quod diuerſis iam celebraturarenis vrbiũ: vel exẽplo nobis debet eſſe pudendũ, vel viſu mirabile, vt reſeruemur, aut beſtiis, aut fratribus præliaturi. Et id genus alia multa Eleazarus in mediũ proferebat diffidentiæ & desperationis plena. Ex quib⁹ omnib⁹, & ipſis rerũ euẽtib⁹ cũ Iudæi ſibi manifeſtè iratũ Deũ cognouiſſẽt, nõ ſicut Deũ glorificauerũt aut gratias egerũt, ſed euanuerũt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ, & eum, qui ad oues tantum domus Iſraël perditas venerat, oderunt, odientes crucifixerunt, & gloriam reſurrectionis euacuare moliti ſunt. Nam ſi non cognouiſſent, rei adeò nequaquàm extitiſſent, Vnde ipſe de eis Dominus: Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & oderunt & me & patrem meum. Coex parte forſan legẽdum.* gnouerũt ſiquidem * ex patre, quomodo & dæmones dicentes: Scimus quòd ſis filius Dei: videntes mirabilia, audientes mirabiliora, ſed non cognouerunt rei veritatem: quia duri corde detrectauerunt credere. Si enim credentes verè cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ (vt ait Paulus

Paulus) crucifixiſſent: Hinc Propheta: Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſraël autem me nõ cognouit. Quid per bouẽ, niſi prædicator ſanctus quiſque, intelligitur, in ſemine verbi Dei illaborans? Quid per aſinum, niſi brutus gentium populus deſignatur? qui audiens paſtoris cuiuſlibet prædicationem, mox ad præſepe Domini cucurrit, vt pabulo verbi Dei adhæreret. Benè autem poſt quadraginta & duos viſitationis ſuæ annos Iſraël à terra repromiſſionis exterminatur, quia poſt quadraginta egreſſionis ab Ægypto annos, in eam introductus perhibetur: in quibus duas decalogi lapideas ſecundò ſuſcepit tabulas, per quas præfiguratur biennium, ad euerſionis numerum deſtinatum, in quibus etiam maximè notanda eſt ænei ſerpentis exaltatio, cuius reſpectu quiſque moribundus vitæ reſtituebatur? Sicut enim illo temporis ſpatio & manna paſti ſunt, & per mediatorẽ Moſen legem tabulis deſcriptam lapideis acceperũt, & qui in articulo mortis ſerpentem non reſpexerunt exaltatum, perierunt: ſic intra hoc euerſionis tempus, verum manna (vnde dictum fuerat: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo &c.) haurire ſalubriter renuentes, verũmque mediatorem Chriſtum Ieſum, de quo præcinebatur: Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus
B veſter de fratribus veſtris, tãquam meipſum audietis: quẽ ſi quis nõ audierit, exterminabitur de populo ſuo: eiuſque legalia in ſeipſo vera petra deſcripta ſequi diſſimulantes, exaltatum in cruce, & à mortuis ſurrexiſſe, ſub articulo miſerrimæ euerſionis credere reſpuentes, à terra promiſſionis exterminati, perierunt: vt populus ille, qui ſedebat in tenebris, & habitabat in regione vmbræ mortis, lucem æternam videns reſurrectionis, in eam cum plenitudine ſua introëat, & ſic reliquię Iſraël ſaluæ fiant, quatenus ex duobus parietibus, vna conſeratur in reſurrectione Eccleſia ſuper illum lapidem angularem, qui faciet vtraque vnum, Dominum noſtrum Chriſtum Ieſum, qui viuit & regnat
● in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

Tabula I. Concordantiarum Egeſippi de Excidio Hieroſolym.

Lib.	Cap.
1	1
1	2
1	3
1	4
1	5
1	6
1	7
1	8
1	9
1	10
1	11
1	12
1	13
1	14
1	15
1	16
1	17
1	18
1	19
1	20
1	21
1	22
1	23
1	24
1	25
1	26
1	27
1	28
1	29
1	30
1	31
1	32
1	33
1	34
1	35
1	36
1	37
1	38
1	39
1	40

41

Tabula I. Concordantiarum Ioſephi de bello Iudaico.

Lib.	Cap.
1	1
1	2 2
1	3 3
1	4
1	4
1	5 5
1	6 7
1	8 8
1	9
1	10
1	11
1	11
1	11
1	12 12
1	13 13
1	14 15
1	16
1	16 17
1	16
1	17
1	17
1	17
1	17
1	18
1	19 20
1	20
1	20
1	20
1	21 21
1	22
1	23 24
1	24
1	25
1	26
1	27
1	27
1	27
1	27
1	27

27

Tabula I. Concordantiarum Ioſephi in Antiq. lib. de bello Iudai.

Lib.	Cap.
12	6 7
12	8
13	1
13	13
13	14
13	15
13	17
13	18
13	19
13	20
23	21
13	22
14	1
14	2 3 4
14	4 5 6 7
14	8
14	8 9
14	10
14	11 12
14	13
14	14 15
14	16
14	16
14	17 18
14	18 19 20
14	20
14	21 22
14	23
14	24 25
14	26 27
15	4 5
15	6
15	7
15	8
15	9 10 11
15	3
15	2 3
15	1 8 9
15	9
16	13

17 19 20

Tabula I I. Egeſippi de Excidio Hieroſolymitano.

Lib.	Cap.
2	2
2	2
2	3
2	4
2	5
2	5
2	6
2	7
2	8
2	9
2	10
2	11
2	12
2	13
2	14
2	15
2	16
2	17
2	18

Tabula tertia Cõcordantiarum Egeſippi de excidio Hieroſolym.

Lib.	Cap.
3	1
3	1
3	2
3	3
3	4
3	5
3	6
3	7
3	8
3	9
3	10
3	11
3	12
3	13
3	14

15

Tabula I I. Ioſephi de Bello Iudaico.

Lib.	Cap.
2	1
2	2
2	3
0	0
2	3 4
2	4 5
2	9 10
2	11
2	11 12 14 16
2	17
2	18 19 20
2	21 24 25
0	0
0	0
2	26
2	26
2	27
2	28
2	28

Tabula tertia Concordantiarum Ioſephi de bello Iudaico.

Lib.	Cap.
3	1
0	0
3	1
3	1
3	2
3	3
3	4
3	5 7 8 9
3	10
3	11
3	12 13
3	14 16
3	18
3	19
3	20 21

I I. Ioſephi in Antiq. lib. de bello Iudaico.

Lib.	Cap.
17	16
17	17 18
18	7 8 9
18	10 14
18	15 16
19	12
20	15 19
20	18
20	18 19 20
0	0
20	22
8	0
0	0
20	22

Hucuſq; Ioſeph. in Ant. li. A duodec. enim vſq; ad 20. proſequitur paſſi hiſt. excidij Hieroſolymit.

1	41	1	27	16	17 19 20
1	42	1	27	17	1 2 3 4
1	43	1	27	17	5
1	44	1	27	17	5 6 7
1	45	1	27	17	8 9 10
1	46	1	27	17	11 12

Tabula IIII. Concordantiarum Egesippi de Excidio Hierosolymitano.

Lib.	Cap.
4	1
4	2
4	3
4	4
4	5
4	6
4	7
4	8
4	9
4	10
4	11
4	12
4	13
4	14
4	15
4	16
4	17
4	18
4	19
4	20
4	21
4	22
4	23
4	24
4	25
4	26
4	27
4	28
4	29
4	31
4	32
4	33

Tabula IIII. Concordantiarum Iosephi de bello Iudaico.

Lib.	Cap.
4	1 2
4	3
4	5 6
4	7 4
0	0
4	8 9
4	9
4	10
4	11
5	1
5	2
5	3
5	4 5
5	6
5	7
5	8
5	8
5	9
5	10
5	11
5	12
5	13
5	13
5	14
5	15 16
5	17
5	18
5	18
5	19
5	19
5	19
5	19
5	20

3	15	3	21
3	16	3	21
3	17	3	22
3	18	3	23
3	19	3	24
3	20	3	25
3	20	3	26 27
3	21	3	27
3	22	3	28
3	23	3	28 29
3	24	3	30
3	25	3	30
3	26	3	31 32

Tabula quinta Concordantiarum Egesippi de Excidio Hierosolymitano.

Lib.	Cap.
5	1 1
5	2
5	3
5	4
5	5
5	6
5	7
5	8
5	9
5	10
5	11
5	12
5	13
5	14
5	15
5	16
5	17
5	18
5	19
5	20
5	21 21
5	22 22
5	23
5	24
5	25
5	26
5	27
5	28
5	29
5	30
5	31
5	32
5	33
5	34
5	34
5	35
5	36
5	37
5	38
5	39
5	40
5	41
5	42
5	43
5	44
5	45
5	46
5	47
5	48
5	49
5	50
5	51
5	52

Tabula quinta Concordantiarum Iosephi de Bello Iudaico.

Lib.	Cap.
6	1 2
6	0
6	3
6	4
6	5
6	6 7
6	7
6	8 10
6	8 9
6	10
6	11 12
6	12 13 14
6	15
6	16
6	17
6	18
6	19
6	20
6	21
6	21
6	22 13 14
6	25 26
6	0
6	27
6	27
6	8.
7	1
7	2
7	2
7	3
7	4
7	5
7	6
7	7
7	8
7	9
7	10
7	11 12
7	13
0	0
7	14 15
7	16
7	17
7	18
7	19
7	20 22
7	23
7	24 25 29
7	42
7	35
7	43 44

A

PAVLI OROSII PRESBYTERI HISPANI, ADVERSVS PAGANOS HISTORIARVM LIBRI SEPTEM:

OROSII VITA.

B

VID nos de Paulo Oroſio ſcire & tenere conueniat, minimè hoc loco prætermittendum videtur. Vita eius deſcripta breuiter à Tritthemio in Script. Eccleſiaſt. extat: quæ etiam in ſcriptis exẽplaribus initio hiſtoriæ inuenitur, ſicut à nobis eſt edita. Fuit is Chriſtianus, in Hiſpania natus & educatus: ſed diſcendi cupidus, ſuos patriãque reliquit. atque vt ea, quæ in religione enodatius ſcire cupiebat, plane cognoſceret, in Africam ad Aurelium Auguſtinum traiecit. Fuit hoc circa annum Chriſti CCCC. Cũ apud Auguſtinum eſſet, cõſuluit eum de Priſcillianiſtis, & de quibuſdam Origenis ſenſibus. Cui cõſultationi ille reſpondit libro, qui extat ad Oroſium contra Priſcillianiſtas & Origeniſtas. Capitur interim Roma à Gothorum rege Alarico, & magnam Romani cladem accipiunt: cauſámque hoſtes Chriſtianæ religionis in eam conferunt: ſcripſit tum Auguſtini iuſſu hos ſeptem hyſtoriarum libros (quos hormeſtã mundi vocauit Tritthemius) aduerſum querulos & infamatores Chriſtiani nominis, qui dicũt defectis Romanæ Reipu. Chriſti doctrina inuectum, in his autem libris totius penè mundi calamitates & miſerias, bellorúmque inquietudines explicans oſtendit magis Chriſtianæ obſeruantiæ eſſe, quod contra meritum ſuum Reſp. Romana adhuc Gennad. in cat. illuſt.

C

duraret, & pace culturæ Dei pacatum retineret imperium. Sanè in primo libro deſcripſit poſitionem orbis, Oceani interfuſione & Tanai limitibus interciſum, ſitum locorum, nomina vrbiũ, moreſque gentium, qualitateſque regionum, initia bellorũ & tyrannidis exordia finitimorum ſanguine dedicata. de quibus Gelaſius primus cum LXX. *epiſcopis ſententiam tulit, eiuſque decreti verba ſunt hæc: Oroſium virum eruditiſsimum collaudamus, quia valdè neceſſaria aduerſus paganorũ calumnias ordinauit, miráque breuitate contexuit. Auguſtini deinde conſilio, vt ipſe ad Euodium ſcribit, Oroſius Bethleemum ad D. Hieronymum profectus eſt, cum hac eius commendatione: Ecce venit ad me religioſus iuuenis, catholica pace frater, ætate filius, honore compreſbyter, noſter Oroſius, vigil ingenio, paratus eloquio, flagrans ſtudio, vtile vas in domo domini eſſe deſiderans, ad refellendas falſas pernicioſáſque doctrinas, quæ animas Hiſpanorum multo infelicius, quàm corpora barbaricus gladius trucidarunt. &c. Non hic commemorabo, quàm ſæpè quamque libenter homines eruditi huius ſcriptoris auctoritate ac teſtimonio vtantur: quàm multarũ rerum memoria in Oroſio extet, quæ apud alios poſt tantam Liuij, Taciti, atque aliorum hiſtoricorum iacturam factam non inueniantur: hoc dico, dolendum fuiſſe, tanti viri tam fructuoſam hiſtoriam adeò mendosè hactenus in manibus verſari. Contulerat eam cum aliquot manuſcriptis exemplaribus ante annos* XXXV. *Gerardus Bolſuinge: laborauit deinde in eadem emendanda doctiſs. vir Ioannes Cæſarius: ſed profecto neceſſe eſt, vt vel eorum exemplaria non fuerint diligenter ſatis deſcripta, vel ipſi parum accurate opus perſpexerint. Tot menda relicta ab illis trium exemplarium M. S. collatione reſtituit Fabr. Marcoduranus, cuius diligentiam hac in re commendamus & amplectimur.*

D

TRITTHEMIVS IN SCRIPTORIBVS ECCLESIAST.

E

OROSIVS preſbyter, natione Hiſpanus, B. Auguſtini quondam auditor, vir in diuinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis peritiſſimus, vita & conuerſatione clariſſimus fuit. Hunc B. Auguſtinus pro diſcenda quæſtione de natura animæ ab Hiſpania ad ſe venientem, ad S. Hieronymum in Bethleem Iudææ miſerat, vbi aliquantulum moratus, quæſtionem pro qua venerat, luculenter didicit, & ad Hipponem remeans, reliquias protomartyris Stephani ſecum portauit. Ad hunc ſtudioſiſſimum virum plura extant B. Auguſtini opuſcula & reſolutiones variæ quæſtionum ſcripturarũ. Scripſit verò & ipſe ſubiecta volumina, Apologeticum contra Pelagianos lib. 1. qui incipit: Poſſibilitatis non eſt, &c. De hormeſta mundi chronicam libris 7. cuius initium: Præceptis tuis patui, &c. De ratione animæ lib. 1. cuius prima verba, Cum apud vos cœleſtis &c. Epiſtolas plures ad Auguſt. lib. 1. Epiſtolarum quoque ad diuerſos lib. 1. In cantica canticorum lib. 1. Claruit vita & doctrina illuſtris cum S. Auguſtino, Anno Domini 420. extremo Honorij tempore: idem ipſe teſtatur lib. 7. cap. 36. *Ex Gennadio in catal.*

PAVLI OROSII HISPANI HISTORIARVM LIBER I.

AD AVRELIVM AVGVSTINVM.

PRÆCEPTIS tuis parui, beatissime pater Augustine: atque vtinam tam efficaciter quàm libenter. Quanquam ego in vtramuis partem parum de explicito mouear, recte ne, an secus egerim: tu enim iam isto iudicio laborasti, vtrùm ne hoc quod præciperes possem: ego autem solius obedientiæ, si tamen eam voluntate conatúque decoraui, testimonio contentus sum. nam & in magna magni patrisfamilias domo, cum sint multa diuersi generis animalia, adiumẽto familiaris rei commoda, non est tamen canum cura postrema: quibus solis natura insitum est, voluntariè ad id ad quod præparantur vrgeri, & per ingenitam quandam obedientiæ formulam, sola disciplinati timoris expectatione suspendi, donec ad peragendi licentiam nutu signóve mittantur. Habent enim proprios appetitus quantum brutis excellentiores, tantum ratiohabilibus propinquantes, hoc est, discernere, amare, seruire. Nam discernentes inter dominos atque extraneos, non eos quos infectantur, oderunt: sed his, quos amant, zelant: & amantes dominum ac domum, non quasi ex natura apti corporis vigilant, sed ex conscientia soliciti amoris inuigilant. Vnde etiam mystico sacramento in euangeliis, quod edant micas catelli sub mẽsa dominorum suorum, & Chananæa non erubuit dicere, & dominus non fastidiuit audire. Beatus etiam Tobias, ducem angelum sequens, canem comitem habere non spreuit. Igitur generali amori tuo speciali amore connexus, voluntati tuæ volens parui. Nam cum subiectio mea præcepto paternitatis tuæ factum debeat, totumque tuum sit, quod ex te ad te redit, opus meum hoc solo meo cumulatius reddidi, quod libens feci. Præceperas mihi, vti aduersus vaniloquam prauitatem eorum, qui alieni à ciuitate dei, ex locorum agrestium compitis, & † pagis pagani vocantur, siue gentiles, quia terrena sapiunt: qui cum futura non quærant, præterita autem aut obliuiscantur, aut nesciant, præsentia tantum tempora veluti malis extra solitum infestissima, ob hoc solum, quòd creditur CHRISTVS, & colitur deus, idola autem minus coluntur, infamant: præceperas ergo, vt ex omnibus, qui haberi ad præsens possunt, historiarum atque annalium fastis, quæcunque aut bellis grauia, aut corrupta morbis, aut fame tristia, aut terrarum motibus terribilia, aut inundationibus aquarum insolita, aut eruptionibus ignium metuenda, aut ictibus fulminum plagisque grandinum sæua, vel etiam parricidiis flagitiisque misera, per transacta retrò sæcula reperissem, ordinato breuiter voluminis textu explicarem: maximè cum reuerentiam tuam perficiendo † aduersum hos ipsos paganos vndecimo libro insistẽtem (quorum iam decem orientes radij, mox vt de specula ecclesiasticæ claritatis elati sunt, toto orbe fulserunt) leui opusculo occupari non oporteret: & sanctus filius tuus Iulianus Carthaginensis seruus dei satisfieri super hac re petitioni tuæ eadem fiducia qua popposcisti, exigeret: dedi operam & meipsum in primis confusione pressi, cui plerumque reputanti supra modum exæstuauisse præsentium clades temporum videbantur. Nactus sum enim præteritos dies non solum æquè vt hos graues, verum etiam tanto atrocius miseros, quanto longius à remedio veræ religionis alienos: vt meritò hac scrutatione clarueriṭ, regnasse mortem auidam sanguinis, dum ignoratur religio, quæ prohiberet à sanguine: ista illucescente, illam constupuisse: illam concludi, cum ista iam præualet: illam penitus nullam futuram, cum hæc sola regnabit. Exceptis videlicet semotisque illis diebus nouissimis sub fine seculi, & sub apparitione Antichristi, vel etiam sub conclusione iudicij: quibus futuras angustias, quales ante non fuerint, dominus CHRISTVS per scripturas sanctas, sua etiam contestatione prædixit, cum non secũdum ipsum quidem, qui & nunc & semper est, modum, verùm apertiore ac grauiore discrimine, per intolerabiles tribulationes temporum illorum, sanctos probatio, impios perditio consequetur.

Canum non vltima cura.

Mat. 15.

Canis Tobiæ comes, Tob. 6.

Alij denominant à dictione græca πυν. quod eodẽ sonte veterentur.

Hinc cognoscitur Orosium scripsisse sub Honorio Imp. post captam Romam anno Christi 410. cum iam Augustinus decimum de ciuitate absoluisset.

Ante christum calamitosiora fuisse tempora vide Arnob. 8. lib. in gent. Ethnici enim fatales mundi casus Christianis ascribebãt Niceph. lib. 3. cap. 27.

Antichristi tempora.

CAP. I. *vnde exordiãtur hystoriographi.*

ET quoniam omnes propemodum tam apud Græcos quàm apud Latinos studiosi ad scribendum viri, qui res gestas regum populorumque ob diuturnam memoriam verbis propagauerunt, initium scribendi à Nino Beli filio, rege Assyriorum, fecêre: qui cum opinione cæca mundi originem cre atu-

creaturámque hominum sine initio credi velint, cœpisse tamen ab hoc regna belláque definiunt: quasi verò eatenus hùmanum genus ritu pecudum vixerit, & tunc primum veluti ad nouam prouidentiam concussum susciṭatúmque vigilarit: ego initium miseriæ hominum ab initio peccantis hominis ducere institui, paucis duntaxat, iisdémque breuiter delibatis. Sunt autem ab Adam primo homine vsque ad Ninum, magnum (vt dicunt) regem, quando natus est Abraham, † anni tria millia CLXXXIIII. qui ab omnibus historiographis vel omissi, vel ignorati sunt. A Nino autem vel Abraham vsque ad Cæsarem Augustum, id est, vsque ad Natiuitatem Christi, quæ fuit anno imperij Cæsaris XLII. cùm, facta pace cum Parthis, Iani portę clausę sunt, & bella toto orbe cessarunt, colliguntur anni duo millia XV. in quibus se inter auctores scriptorésque omnium otia negotiáq; triuerunt. Quapropter res ipsa exigit ex his libris quàm breuissimè vel pauca contingere eorum, qui originem mundi loquentes præteritorum fidem annuntiatione futurorum, & pòst subsequa probatione fecerunt: non quod auctoritatem eorum cuiquam videamur ingerere, sed quod operæpretiũ sit de opinione vulgata, quæ nobis cum omnibus communis est, commonere. Primũ, quia si diuina prouidentia, quæ sicut bona, ita pia & iusta est, agitur mundus & homo: hominem autem, qui conuertibilitate naturæ & libertate licentiæ & infirmus & contumax est, sicut piè gubernari egenum opis oportet, ita iustè corripi immoderatum libertatis necesse est: iure ab initio hominis per bona maláque alternantia exerceri hunc mundum sentit, quisquis per se atque in se humanum genus videṭ. Deinde cum ab ipso primo homine peccatum punitionémq; peccati cœpisse doceamur: porrò autem cum etiam isti de mediis temporibus inchoãtes, quamuis superiorum nusquam meminerint, nihil nisi bella cladésque descripserint (quæ bella quid aliud dicenda sunt, nisi vergentia in alterutrũ mala? mala autem huiusmodi quæ tunc erant, sicut & nunc sunt, in quantũ sunt, sine dubio aut manifesta peccata sunt, aut occultæ punitiones peccatorũ) quid impedimenti est, nos eius rei caput pandere, cuius illi corpus expresserint: & priora illa sæcula, quę multo numerosiora monstrabimus, vel tenuissimo testari relatu similes miserias pertulisse? Dicturus igitur ab orbe condito vsque ad vrbem conditam, dehinc vsque ad Cæsaris principatum, natiuitatémque Christi, ex quo sub potestate vrbis orbis mansit imperium: vel etiam vsque ad dies nostros, in quantum ad cognitionem vocare sufficero, conflictationes generis humani, & veluti per diuersas partes ardentem malis mundum, face cupiditatis incensum, è specula ostentaturus, necessarium reor, vt primum ipsum terrarum orbẽ, quem inhabitat humanum genus, sicut est à maioribus trifariam distributus, deinde regionibus pro uinciisque determinatus expediam: quo facilius cum locales bellorum morborúmque clades ostẽtabuntur, studiosi quíque non solum rerum ac temporum, sed etiam locorum † scientiam consequantur.

In hoc numerat variãt authores. Euseb. Oros. Cassiodorus & posteriores sequuti sunt Græcos. vide Aug. 25. Ciuit. 10. Christus quãdo natus.

Mala sunt punitiones peccatorum.

† *notitiam*

MAIORES nostri orbem totius terræ, oceani limbo circumseptum, triquadrum statuere: ciúsq; tres partes, Asiam, Europam, & Africam, vocauerunt: quamuis aliqui duas, hoc est, Asiam, ac deinde Africam in Europa accipiendam putarint. Asia tribus partibus oceano circuncincta, per totam transuersi plagam orientis extenditur. Hæc occasum versus, à dextra sui, sub axe septentrionis, incipientẽ cõtingit Europam: à sinistra aũt Africam dimittit: sub Ægypto verò & Syria mare nostrũ, quod magnum generaliter dicimus, habet. Europa incipit, vt dixi, sub plaga septentrionis à flumine Tanai, qua Riphæi montes, Sarmatico auersi oceano, Tanaim fluuium fundunt: qui præteriens aras ac terminos Alexandri Magni, in Roxolanorum finibus sitos, Mæotidas auget paludes: quarum immensa exundatio iuxta Theodosiam vrbem Euxinum pontum latè ingreditur. Inde iuxta Constantinopolim longè emittuntur angustiæ, donec eas mare hoc quod dicimus, nostrum, accipiat. Europæ in Hispania occidẽtalis oceanus terminus est, maximè vbi apud Gades insulas Herculis colũnæ visuntur, & Tyrrheni maris faucibus oceani æstus immittitur. Africæ principium est à finibus Ægypti vrbísque Alexandriæ, vbi Parætonium ciuitas sita est, super mare hoc magnum, quod omnes plagas terrásque medias interluit. Vnde per loca quæ accolę Catabathmon vocant, haud procul à castris Alexandri Magni, † & super lacum Caleartium, deinde iuxta superiorum fines Auasitarum, missa in transuersum per Æthiopica deserta, meridianum contingit oceanum. Termini Africæ ad occidentem iidem sunt, qui & Europæ, id est, fauces Gaditani freti. Vltimus autem finis eius est mons Atlas, & insulæ quas fortunatas vocant. Et quia breuiter generales tripartiti orbis diuisiones dedi, ipsarum quoque partium regiones, sicut pollicitus sum, significare curabo. Asia ad mediam frontem orientis habet in oceano Eoo ostia fluminis Gangis, à sinistra promontorium Caligardamana, cui subiacet ad eurum insula Taprobane: ex qua oceanus Indicus vocari incipit, à dextra habet Imai montes, vbi Caucasus deficit, promontorium Samaram: cui ad aquilonem subiacent ostia fluminis Ottorogorræ: ex quo oceanus Sericus appellatur. In his finibus India est, quæ habet ab occidente flumen Indum, quod rubro mariaccipitur: à septentrione montem Caucasum: reliqua (vt dixi) Eoo & Indico oceano terminatur. Hæc habet gentes quadragintaquatuor, absque insula Taprobane, quæ habet decem ciuitates: & absque reliquis insulis habitabilibus plurimis. A flumine Indo, quod est ab oriente vsque ad flumen Tigrim, quod est ad occasum, regiones sunt istæ: Aracosia, Parthia, Assyria, Persis & Media, situ terrarum montoso & aspero. Hę à septentrione habent mõtem Caucasum, à meridie mare rubrum & sinum Persicum: in medio autem sui, flumina præcipua Hydaspem & Arbim. In his sunt gentes XXXII. Sed generaliter Parthia dicitur, quamuis scriptu-

CAP. II. *Mũdus pro numero filiorũ Noë in tres partes diuisus Arnob. in Psalm. M. S. Rhebasforum.*

† *Gerardus ex Historpiana editione restituit Alearzum & Chalearzũ. M. S. habent Halearzũ & Calearzum & calceartum. Vulgo calligicum.*

ræ ſanctæ vniuerſam ſæpè Mediam vocent. A flumine Tigri vſque ad flumen Euphratem, Meſopo- F tamia eſt, incipiens à ſeptentrione inter montem Taurum & Caucaſum: cui ad meridiem ſuccedit Babylonia, deinde Chaldęa, nouiſſimè Arabia eudæmon: quæ inter ſinum Perſicum & ſinum Arabicum anguſto terræ tractu orientem verſus extenditur. In his ſunt gentes viginti octo. A flumine Euphrate quod eſt ab oriente, vſque ad mare noſtrum quod eſt ab occaſu, deinde à ſeptentrione, id eſt, à ciuitate † Dacuſa, quæ in confinio Cappadociæ & Armeniæ ſita eſt, haud procul à loco vbi Euphrates naſcitur, vſque ad Ægyptum & extremum ſinum Arabicum, qui eſt ad meridiem, lõgo anguſtóque ſulco ſaxis inſulíſque creberrimo, à rubro mari, id eſt, ab oceano occaſum verſus extenditur. Syria generaliter nominatur, habens maximas prouincias, Commagenam, Phœniciam & Palęſtinam, abſque Saracenis & Nabateis, quorum gentes ſunt duodecim. In capite Syrię Cappadocia eſt, quæ habet ab oriente Armeniam, ab occaſu Aſiam, ab Aquilone Themiſcirios campos & mare Cimmericum: à meridie Taurum montem, cui ſubiacet Cilicia & Iſauria vſque ad Cilicum ſinum, qui ſpectat cõtra inſulam Cyprum. Aſia regio, vel (vt propriè dicam) Aſia minor, abſque oriẽtali parte qua ad Cappadociam Syriámque progreditur, vndique circundata eſt mari: à ſeptentrio- G ne ponto Euxino, ab occaſu Propontide atque Helleſponto, à meridie mari noſtro, vbi eſt mons Olympus. Ægyptus inferior ab oriente habet Syriam Palæſtinam, ab occaſu Libyam, à ſeptentrione mare noſtrum, à meridie montem, qui appellatur Clymax, & Ægyptum ſuperiorem, fluuiúmque Nilum, qui de littore incipientis maris rubri videtur emergere in loco qui dicitur Moſſilon emporium: deinde diu ad occaſum profluens, faciens inſulam nomine Meroen in medio ſui: nouiſſimè ad ſeptentrionem inflexus, tempeſtiuis auctus incremẽtis, plana Ægypti rigat. Hunc aliqui auctores ferunt haud procul ab Atlante habere fontem, & continuò arenis mergi: inde interiecto breui ſpacio, vaſtiſſimo lacu exundare, atque hinc oceano tenus, orientem verſus, per Æthiopica deſerta prolabi, rurſúſque inflexum ad ſiniſtram, ad Ægyptum deſcendere. Quod quidem verum eſt, eſſe huiuſmodi fluuium magnum, qui tali ortu talíque curſu ſit, & reuera omnia Nili monſtra gignat, quẽ vtique propriè fontem barbari Dara nominant, cæteri verò accolæ † Nuchul vocant. Sed hic in regione gentium quæ † Libyæ Ægyptiæ vocantur, haud procul ab illo fluuio, quem à littore maris rubri prorũ- H pere diximus, immenſo lacu acceptus, abſumitur: niſi fortè occulto meatu in alueum eius, qui ab oriente deſcendit, eructat. Ægyptus ſuperior in orientem per longum extenditur, cui eſt à ſeptentrione ſinus Arabicus, à meridie oceanus. Nam ab occaſu ex inferiore Ægypto incipit, ad orientem rubro mari terminatur: vbi ſunt gentes viginti quatuor. Et quoniam meridianam partem vniuerſæ Aſiæ deſcripſimus, ſupereſt vt ab oriente ad ſeptentrionem pars, quæ reſtat, expediatur. Mons Caucaſus inter Colchos, qui ſunt ſuper Cimmericum mare, & inter Albanos, qui ſunt ad mare Caſpiũ, primum attollitur: cuius quidem vſque in vltimum orientem vnum videtur iugum, ſed multa ſunt nomina: & multi hoc ipſum iugum Tauri montis credi volunt: quia re vera † Parchoatras mons Armeniæ, inter Taurum & Caucaſum medius, continuare Taurum cum Caucaſo putatur: ſed hoc ita non eſſe, diſcernit fluuius Euphrates, qui radice Parchoatræ montis effuſus tendens in meridiem, ipſum ad ſiniſtram, Taurum excludit ad dexteram. Itaque ipſe Caucaſus inter Colchos & Albanos, vbi & portas habet, mons Caucaſus dicitur: à portis Caſpiis vſque ad Armenias pylas, vel vſque ad fontem Tigridis fluminis, inter Armeniam & Iberiam, montes Acroceraunij dicuntur: à fonte Ti- I gridis vſq; ad Carras ciuitatẽ, inter Maſſagetas & Parthos, mons Ariobarzanes: à Carris ciuitate vſq; ad oppidum Cathippi, inter Hyrcanos & Bactrianos, mõs Memarmali, vbi amomũ naſcitur: à quo proximum iugum, mons Parthau dicitur: ab oppido Cathippi vſque ad vicum Saphrim, inter † Danas ac Araucas & Parthyenas, mons Oſcobares, vbi Ganges fluuius oritur, & laſer naſcitur: à fonte fluminis Gangis vſque ad fontes fluminis Ottorogorræ, qui ſunt à ſeptentrione, vbi ſunt montani Paropamiſadæ, mons Taurus: à fontibus Ottorogorræ vſque ad ciuitatem Ottorogorram, inter Hunnos & Scythas & Gandaridas, mons Caucaſus. Vltimus autem inter Eoas & † Paſiadras, mons Imaus, vbi flumẽ Chryſorrhoas, & promontoriũ Samara orientali excipiuntur oceano. Igitur à mõte Imao, hoc eſt, ab imo Caucaſo, & dextra orientis parte, qua oceanus Sericus tenditur, vſq; ad promontorium Boreum, & flumen Boreum, inde tenus Scythico mari, quod eſt à ſeptẽtrione vſque ad mare Caſpium, quod eſt ab occaſu, & vſque ad extentum Caucaſi iugum, quod eſt à meridie, Hyrcanorum & Scytharum gẽtes ſunt quadragintaduæ, propter terrarum infœcundam diffuſionem late K oberrantes. Mare Caſpium ſub aquilonis plaga ab oceano oritur, cuius vtraque circa oceanum littora, & loca deſerta incultáque habentur: inde meridiẽ verſus per longas anguſtias tenditur, donec per magna ſpacia dilatatũ, Caucaſi mõtis radicibus terminetur. Itaq; à mari Caſpio quod eſt ad oriẽtem, per orã oceani ſeptentrionalis vſq; ad Tanaim fluuium & Mæotidas paludes, quæ ſunt ad occaſum, per litus Cimmerici maris, quod eſt ab Africo vſque ad caput & portas Caucaſi quę ſunt ad meridiem, gentes ſunt trigintaquatuor. Sed generaliter regio proxima Albania vlterior, ſub mari & monte Caſpio, Amazonum nuncupatur.

Sic ex M.S. pro quo vulgò Daſcuta & Daguſa. Plin. li. 5. c. 24. l. 6. c. 19. Daſcuſa hoc oppidum vocat.

† Nubul.

† M.S. Libyo Ægyptiæ, apud vl n. l. 5. c. 7. Libyægyptij, eoſque ſuper Getulos habitare tradit.

Hic Straboni eſt Parachoatras, Plinio Choatras.

Al. Dahas cũ antè Dahaſſacarancas & Dachaſtaurio cas legeretur. Antiqui partim Daaſſacauracas, partim Daaſſacaraucas habent.

Al. mõtana Paropamiſſadæ.

† Peſsiadras.

Expliciti ſunt quàm breuiſſimè fines Aſiæ: nunc Europam, in quantum cognitioni hominis concedituri ſtilo peruagabor.

A montibus Riphęis ac flumine Tanai Mæotidíſque paludibus, quæ ſunt ad orientem, per litus ſeptentrionalis oceani vſque ad Galliam Belgicam & flumen Rhenum, quod eſt ab occaſu, deinde vſque

A vſque ad Danubium, quem & Iſtrum vocãt, qui eſt à meridie & ad orientem directus, Ponto accipitur: ab oriente Alania eſt, in medio Dacia, vbi & Gothia: deinde Germania eſt, vbi plurimam partem Sueui tenent, quorum omnium gentes ſunt quinquaginta quatuor. Nunc quicquid Danubius à barbarico ad mare noſtrum ſecludit, expediam. Mœſia ab oriente habet oſtia fluminis Danubij, ab euro Thraciam, à meridie Macedoniam, ab Africo Dalmatiam, ab occaſu Iſtriam, à circio Pannoniam, à ſeptentrione Danubium.

Thracia habet ab oriente Propontidis ſinum & ciuitatem Conſtantinopolim, quæ Byzantiũ prius dicta eſt: à ſeptentrione partem Dalmatiæ, & ſinum Euxini ponti: ab occaſu & Africo Macedoniã, à meridie Ægæũ mare. Macedonia habet ab oriẽte Ægæũ mare, à borea Thraciã, ab euro Eubœã, & Macedonicũ ſinũ, à meridie Achaiã, à fauonio mõtes Acroceraunios, in anguſtiis Adriatici ſin⁹, qui montes ſunt contra Apuliã & Brunduſiũ: ab occaſu Dalmatiã, à circio Dardaniã, à ſeptẽtrione Mœſiã. Achaia vndiquepropemodũ cincta eſt mari: Nã ab oriẽte habet Myrtoũ mare, ab euro mare Creticum, à meridie Ionium mare, ab africo & occaſu Cephaleniam & Caſſiopam inſulas, à ſeptentrione ſinum Corinthium, ab aquilone anguſtum terræ dorſum, quo Macedoniæ coniungitur, vel B potius Atticæ, qui locus Iſthmos vocatur, vbi eſt Corinthus, habens in Attica ad boreã non longe Athenas ciuitatem. Dalmatia habet ab oriẽte Macedoniam, ab aquilone Dardaniam, à ſeptẽtrione Mœſiam, ab occaſu Iſtriam & ſinum Liburnicum & inſulas Liburnicas, à meridie Adriaticũ ſinum. Pannonia, Noricus, & Rhœtia habent ab oriente Mœſiam, à meridie Iſtriam, ab africo Alpes Pœninas, ab occaſu Galliam Belgicam, à circio Danubij fontem, & limitem qui Germaniam à Gallia inter Danubium Galliamque ſecernit, à ſeptentrione Danubium & Germaniã. Italiæ ſitus à circio in eurum tenditur, habens ab africo Tyrrhenum mare, à borea Adriaticum ſinũ: cuius ea pars qua continenti terræ communis & contigua eſt, Alpiũ obicibus obſtruitur: quæ à Gallico mari ſuper Liguſticum ſinum exurgentes, primùm Narbonẽſium fines, deinde Galliã Rhœtiamque ſecludunt, donec in ſinu Liburnico deſignatur. Gallia Belgica habet ab oriente limitem fluminis Rheni & Germaniam, ab Euro Alpes Pœninas, à meridie prouinciam Narbonenſem, ab occaſu prouinciam Lugdunenſem, à circio oceanum Britannicum, à ſeptentrione Britanniam inſulam. Gallia Lugdunenſis C ducta per longum, & per anguſtum inflexa, Aquitanicam prouinciam ſemicingit. Hæc ab oriente habet Belgicam, à meridie partem prouinciæ Narbonenſis qua Arelas ciuitas ſita eſt, & mari Gallico Rhodani flumen accipitur. Narbonenſis prouincia, pars Galliarum, habet ab oriente Alpes Cottias, ab occidente Hiſpaniam, à circio Aquitanicam, à ſeptentrione Lugdunẽſem, ab aquilone Belgicam Galliam, à meridie mare Gallicum, quod eſt inter Sardiniã & inſulas Baleares, habẽs in fronte quà Rhodanus fluuius in mare exit, inſulas Stœchadas. Aquitanica prouincia obliquo curſu Ligeris fluminis, qui ex plurima parte terminus eius eſt, in orbẽ agitur. Hæc à circio oceanum, qui Aquitanicus ſinus dicitur, ab occaſu Hiſpanias habet, à ſeptẽtrione & oriente Lugdunẽſem, ab euro & meridie Narbonẽſem prouinciã contingit. Hiſpania vniuerſa terrarũ ſitu trigona eſt, & circunfuſione oceani Tyrrheníque pelagi pene inſula efficitur. Huius angulus prior ſpectans ad orientem, à dextris Aquitanica prouincia, à ſiniſtris Belearico mari coartatus, Narbonẽſium finibus inſeritur. Secundus angulus circium intendit: † vbi Brigantia Calecíæ ciuitas ſita, altiſſimam pharum, & inter D pauca memorandi operis ad ſpeculã Britanniæ erigit. Tertius eius angulus eſt, quà Gades inſulæ intentæ in africũ, Atlantem montẽ interiecto ſinu oceani proſpiciunt. Hiſpaniã citeriorẽ ab oriente incipientem, Pyrenæi ſaltus à parte ſeptentrionis vſque ad Cãtabros Aſturéſque deducit, atque inde per Vaccæos & Oretanos, quos ab occaſu habet, poſita in noſtri maris littore Carthago, determinat. Hiſpania vlterior habet ab oriente Vaccæos, Celtiberos, & Oretanos, à ſeptẽtrione oceanũ, ab occaſu oceanũ, à meridie Gaditanum oceani fretum: vnde mare noſtrum, quod Tyrrhenũ vocatur, immittitur. Et quoniam oceanus habet inſulas, quas Britanniam & Hiberniam vocant, quæ in auerſa Galliarum parte ad proſpectũ Hiſpaniæ ſitę ſunt, breuiter explicabũtur. Britannia oceani inſula, per lõgum in boreã extenditur. A meridie Gallias habet, cuius proximũ littus tranſmeantibus ciuitas aperit, quæ dicitur Rhutubi portus: vnde haud procul à Morinis in auſtro poſitos Menapios Batauóſque proſpectat. Hæc inſula habet in lõgum millia paſſuũ octingenta, in lato millia ducenta: à tergo autem, vnde oceano infinito patet, Orcadas inſulas habet, quarum viginti deſertæ ſunt, tredecim incoluntur. Deinde inſula Thule, quæ per infinitum à cæteris ſeparata, circiũ verſus medio ſita E oceani, vix paucis nota habetur. Hibernia inſula inter Britanniam & Hiſpaniã ſita longiore ab africo in boream ſpacio porrigitur. Huius partes priores intẽtæ Cantabrico oceano, Brigantiam Calecíæ ciuitatem ab africo ſibi in circium occurrentem, ſpatioſo interuallo procul ſpectant: ab eo præcipuè promontorio, vbi Scenæ fluminis oſtium eſt, & Velabri Luceníque conſiſtunt. Hæc propior Britanniæ, ſpacio terrarum anguſtior: ſed cæli ſolíſque temperie magis vtilis, à Scotorum gentibus colitur. Huic etiam Meuania inſula proxima eſt, & ipſa ſpatio non parua * ſolo commoda, æquè à Scotorum gentibus habitatur. Hi ſunt fines totius Europæ. Africam, vt dixi, cum tertiam orbis partem maiores noſtri accipiendam deſcripſerint, non ſpatiorum menſuras, ſed diuiſionum rationes ſecuti ſunt. Mare hoc ſiquidem magnum, quod ab occaſu ex oceano oritur, in meridiem magis vergens, anguſtiorem inter ſe & oceanum coartatæ Africę limitem facit. Vnde etiam aliqui, quamuis eam longitudine parem, tamen multò anguſtiorem intelligentes: inuerecundum arbitrati

Diod. lib. 41. ἐπειρωτικῇ πρὸς τὰ ἄκρα τὰ κεραύνια ὠνομασμένα.

Hiſpania ſitu trigona.

Antea Gallecia.

Diod. lib. 37. Βριγάντιον πόλιν Καλλαικίας.

** ſole*

Africæ deſcriptio.

ſunt tertiam vocare partem, ſed potius in Europa Africam deputantes, ſecundæ portionis portio- F
nê appellare maluerunt. Præterea cum multo amplius terræ in Africa ardore ſolis, quàm in Europa
rigore frigoris incultum atque incognitum ſit, (quippe cùm omnia penè animantia vel germinan-
tia, patientius & tolerabilius ad ſummum frigoris quàm ad ſummũ caloris accedant) ea ſcilicet cau-
ſa eſt, Africam per omnia ſitu & populis minorem videri: quia & natura ſui minus habeat ſpatij, &
cœli inclementia plus deſerti: cuius deſcriptio per prouincias & gentes hæc eſt: Libya Cyrenaïca &
Pentapolis, poſt Ægyptum in parte Africæ prima eſt. Hæc incipit à ciuitate Peratonio & mõtibus
Catabathmôn: inde ſecundo mari vſque ad aras Philenorum extenditur. Poſt ſe habet vſq; ad ocea-
num meridianum, gentes Lybiæthiopum & Garamantum. Huic eſt ab oriente Ægyptus, à ſeptẽtrio
ne mare Lybicum, ab occaſu Syrtes maiores & Troglodytæ, contra quos inſula Calypſo eſt: à meri-
die Æthiopicus oceanus. Tripolitana prouincia quę & Subuentana, vel regio † Arzugum dicitur, vbi
Leptis magna ciuitas eſt, quamuis Arzuges per longum Africæ limitem generaliter vocentur, habet
ab oriente aras Philenorum inter Syrtes maiores & Troglodytas, à ſeptentrione mare Siculum, vel
potius Adriaticum, & Syrtes minores, ab occaſu † Byzacium vſque ad lacum Salinarum, à meridie G
barbaros Getulos, Nothabres, & Garamantas, vſque ad oceanum Æthiopicum pertingentes. BY-
ZACIVM, ZEVGIS, & NVMIDIA. Zeugis autem prius nõ vnius conuentus, ſed to-
tius prouinciæ generale fuiſſe nomen inuenimus. Byzacium ergo, vbi Adrumetus ciuitas, Zeugis v-
bi Carthago magna, Numidia vbi Hippo regius † & Ruſiccada ciuitates ſunt: habent ab oriẽte Syr-
tes minores & lacum Salinarum, à ſeptentrione mare noſtrum, quod ſpectat ad Siciliam & Sardiniã
inſulas, ab occaſu Mauritaniam Sitifenſem, à meridie montes Vzaræ: & poſt eos Æthiopum gentes,
peruagantes vſque ad oceanum Aethiopicum.

† al. Azotũ quod nuſquã inuenimus.

† Alij malè Byzantium. in vet. indice dignitatum Rom. Bizaciũ & Biſacium legitur. de quo Plin. lib. 5. ca. 4.

† apud Plin. lib. 5. cap. 3. et Melam li. 1. cap. 7. eſt Ruſiccade.

Sitifenſis & Cæſarienſis Mauritania habent ab oriente Numidiam, à ſeptentrione mare noſtrum,
ab occaſu flumen Maluam, à meridie montem Aſtrixim, qui diuidit inter viuam terram & arenas ia-
centes vſque ad oceanum: in quibus oberrant Gangines Aethiopes. Tingitana Mauritania vltima
eſt Africæ. Hæc habet ab oriente flumen Maluam, à ſeptentrione mare noſtrum vſque ad fretum
Gaditanum, quod inter † Abẽnen & Calpen duo contraria ſibi promontoria coartatur: ab occiden- H
te Atlantem montem, & oceanum Atlanticum, ſub Africo Heſperium montem, à meridie gentes Au-
tololum, quas nunc Galaules vocant, vſque ad oceanum Heſperium contingentes. Hic eſt vniuerſus
terminus Africæ. Nunc inſularum quæ in noſtro mari ſunt, loca, nomina, & ſpatia dimetiar. Inſula
Cypros ab oriente mari Syrio, quem Iſſicum ſinum vocant, ab occidẽte mari Pamphylico, à ſepten-
trione Aulone Cilico, à meridie Syriæ & Phœnices pelago cingitur: cuius ſpatium in longo tenet
millia paſſuum centum ſeptuaginta quinque, in lato millia paſſuum centum viginti quinque. Inſula
Creta finitur ab oriente Carpathio mari, ab occaſu & ſeptentrione mari Cretico, à meridie Libyco,
quod & Adriaticum vocant: habet in longo millia paſſuum centum ſeptuagintaduo, & in lato quin-
quaginta. Inſulæ Cyclades, quarum eſt ab oriente prima Rhodos, à ſeptẽtrione Tenedos, à meridie
Carpathos, ab occaſu Cythera, ab oriente finiuntur littoribus Aſiæ, ab occidente mari Icario, à ſe-
ptentrione mari Aegæo, à meridie mari Carpathio. Sunt autem omnes Cyclades numero quinqua-
ginta tres. Hę tenent à ſeptentrione in meridiem millia paſſuum * quinquaginta, ab oriente in occa
ſum millia ducenta. Sicilia inſula tria habet promontoria, vnum quod dicitur Pelorum, & aſpicit ad I
aquilonem, cui Meſſana ciuitas proxima eſt. Secũdum quod dicitur Pachinum, ſub quo ciuitas Sy-
racuſana reſpicit ad Euronoton. Tertium quod appellatur Lilybæum, vbi & ciuitas eiuſdem nomi-
nis ſita eſt, dirigitur in occaſum. Hæc habet à Peloro in Pachynum millia paſſuum centum * quin-
quaginta nouem, à Pachino in Lilybæum centum ſeptuagintaſeptem. Hæc ab oriẽte cingitur ma-
ri Adriatico, à meridie mari Africo quod eſt contra Subuentanos & Syrtes minores: ab occidente &
ſeptentione habet mare Tyrrhenum: à borea vſque ſubſolanum, fretum Adriaticum, quod diuidit
Tauromenitanos Siciliæ & Bruttios Italię. Sardinia & Corſica inſulæ paruo freto, hoc eſt, millium
viginti, diuiduntur: ex quibus Sardinia habet à meridie contra Numidiam Caralitanos: cõtra Corſi-
cam inſulam, hoc eſt, ſeptentrionem verſus, habet Vlbienſes, cuius in longo ſpatium tenet millia
paſſuum ducenta triginta, in lato millia CCLXXX. Hęc habet ab oriente & à borea Tyrrhenicũ
mare, quod ſpectat ad portum vrbis Romæ: ab occaſu mare Sardum, ab Africo inſulas Baleares lõ-
gè poſitas, à meridie Numidicum ſinum, à ſeptentrione (vt dixi) Corſicam. Corſica inſula multis pro K
montorijs anguloſa eſt. Hæc habet ab oriente Tyrrhenicum mare, & portum vrbis, à meridie Sar-
diniam, ab occaſu inſulas Baleares, à circio & ſeptentrione Liguſticum ſinum. Tenet autem in lõgo
millia paſſuum centum ſexaginta, in lato millia viginti ſex. Inſulæ Baleares duæ ſunt, maior & minor
quibus inſunt bina oppida: maior Tarraconem Hiſpaniæ ciuitatem, minor Barcinonem in ſepten-
trionem verſus contra ſe habet. Maiori ſubiacet inſula Ebuſus. Deinde ab oriente Sardiniam, ab a-
quilone mare Gallicũ, à meridie & Africo Mauritanicum pelagus, ab occaſu Ibericum pelagus ſpe-
ctat. Hæ ſunt inſulæ ab Helleſponto vſque ad oceanum per totum magnum pelagus cõſtitutæ: quæ
& cultu & memoria magis celebres habentur. Percenſui breuiter (vt potui) prouincias & inſulas or-
bis vniuerſi: nunc locales gentium * ſingularum miſerias, ſicut ab initio inceſſabiliter extiterunt, &
qualiter quibúſque exortæ ſunt, in quantum ſuffecero, proferam.

† Hauennen, Habennem et Abennem ſcriptum inuenitur. duas intelligit columnas Herculis, quarum vna Europæa à barbaris Calpe, à græcis ἀλύβη. Altera Lybica ab illis Abenne, ab his κυνηγετικὴ dicitur autore Euſtathio in Dionyſium.

quingenta

† M. Script. XLIX. ſi Strabonis ſtadia ſequamur minor numerus verior videbitur.

** Inſularum que.*

CAP. III.

Geneſ. 6.

Cvm poſt fabricam ornatúmque mundi huius, homo, quem rectum atque immaculatum fece-
rat

A rat Deus morti ſe ſubſtrauiſſet: ac perindè humanũ genus, libidinibus deprauatum peccatis abſor-
buiſſet, continuo iniuſtam licentiam iuſta punitio conſecuta eſt. Sententiam creatoris Dei & iudi-
cis, peccanti homini ac terræ propter hominem deſtinatam, ſempérque dum homines terram ha-
bitauerint duraturam, omnes, inuiti licet, aut probamus negando, aut confitendo toleramus: obſti-
natíſque mentibus teſtis ſibi infirmitas ſua inurit, quibus fidelis ſcriptura non ſuaſerit. Deinde refu
ſo in omnem terram mari, immiſſóque diluuio, cum toto orbe contecto vnum ſpatium cœli eſſet ac
pelagi, deletum fuiſſe vniuerſum humanum genus, paucis in arca fidei ſuæ merito ad ſubſtituendam
originem reſeruatis, euidentiſſimè veraciſſimi ſcriptores docent. Fuiſſe tamen etiam illi con-
teſtati ſunt, qui præterita quidem tempora, ipſúmque auctorem temporum neſcientes, † tamen ex
indicio & coniectura lapidum, quos in remotis montibus conchis & oſtreis ſcabros, ſæpè etiam ca-
uatos aquis viſere ſolemus, coniiciendo didicerunt. Et quamuis huiuſmodi adhuc & relatu digna &
fide certa proferri à nobis queant, tamen hæc veluti principalia duo de prȩuaricatione primi ho-
minis, & condemnatione generationis vitæq; eius, ac deinde perditione totius generis humani di-
B cta ſufficiant: tantum, vt ſi qua gentiles hiſtorici de noſtris aliquo ordine contigerunt, hæc plenius
cum cæteris ipſo, quo incurrerint, ordine proferantur.

De Diluuio Noë.

Gene. 7. Eccleſ. 44.

† Gen. 8. Arca Noemi requieuit ſuper montes Ararath. i. Armeniæ, quo loco eius veſtigia extabãt tempore D. Hieronymi vt teſtatur 10. comment. in Eſa. Ioſephus 1. Antiq. ſcribit Armenios locũ egreſsionis Noe, de arca, ἀποβατήριον vocaſſe.

CAP. IIII.

De Nini & Semiramidis Imperio.

Ante annos vrbis conditæ M.CCC. † Ninus rex Aſſyriorum, primus (vt ipſi volunt) propagã-
dæ dominationis libidine arma foras extulit, cruentámque vitam quinquaginta annis per totam
Aſiam bellis egit: à meridie atque à rubro mari ſurgens ſub vltimo ſeptentrione Euxinum pontum
vaſtando perdomuit, Scythicámque barbariem, adhuc tunc & imbellem & innocentem torpẽtém-
que excitauit, ſæuitiam, vires ſuas noſſe, & non lacte iam pecudum, ſed ſanguine hominum viuere,
ad poſtremum vincere, dum vincit, edocuit. Nouiſſimè [a] Zoroaſtrem Bactrianorum regem, eũdém
que magicæ (vt ferunt) artis repertorem, pugna oppreſſum interfecit. Pòſt ipſe dum deficientem à ſe
oppugnat vrbem, ſagittæ ictu interiit. Huic mortuo [b] Semiramis vxor ſucceſſit, virum animo, habi-
tu filium gerens: auidóſque iam vſu ſanguinis populos, per duos & quadraginta annos cædibus gen-
C tium exercuit. Non contenta terminis mulier, quos à viro ſuo tunc ſolo bellatore, in quinquaginta
annis acquiſitos ſuſceperat, Æthiopiam bello oppreſſam, ſanguine interlitam, imperio adiecit. † In-
dis quoque bellum intulit: quò præter illam & Alexandrum Magnum nullus intrauit. Quod eo tẽ-
pore ideo crudelius grauiúſque erat quàm nunc eſt, perſequi & trucidare populos in pace viuentes,
quia tunc apud illos nec foris erant vlla incendia bellorum, nec domi tanta exercitia cupiditatum.
Hæc libidine ardens, ſanguinem ſitiens, inter inceſſabilia ſtupra & homicidia, cum omnes quos re-
giæ arceſſitos meretriciæ habitos concubitu oblectaſſet, occideret, tandem filio flagitioſè conce-
pto, impiè expoſito, inceſtè cognito, priuatam ignominiam publico ſcelere obtexit. Præcepit enim
vt inter parentes ac filios nulla delata reuerentia naturæ, de coniugiis appetendis, vt cuique libitũ
eſſet, liberum fieret.

† Ninus hic Beroſo eſt tertius Aſſyr. rex Oroſio autem Cteſiæ. Iuſtino, Caſſiodoro & Euſebio πρῶτος τῶν εἰς ἱστορίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων, vt ſcribit Diodo. initio lib. 2.

a In libris Diod. Siculi editionis Henrici Steph. Οξυάρτης appellatur. Beroſus lib. 5. Cameſenum nominat qui à Ninya Nini filio victus interfectus ſit. b De Semiramide pl. Diod. li. 2. Aug. ciui. 18. cap. 2. Strab. lib. 15.

CAP. V.

Pentapolim ob ſcelera de cœlo tactam fuiſſe Tacit. lib. 21. Egeſip. l. 4. c. 18.

D Ante annos vrbis conditæ M.CLX. confinem Arabiæ regionem, quę tunc Pentapolis voca-
batur, arſiſſe penitus igne cœleſti, inter alios etiam Cornelius Tacitus refert, qui ſic ait: Haud pro-
cul inde campi quos ferunt olim vberes, magniſque vrbibus habitatos, fulminum ictu arſiſſe: ſed
manere veſtigia, terrámque ipſam ſpecie † ſolidam vim frugiferam perdidiſſe. Et cum hoc loco nihil
de incenſis propter peccata hominum ciuitatibus quaſi ignarus expreſſerit, paulo pòſt velut oblitus
conſilij, ſubiicit & dicit: Ego ſicut † inclytas quondam vrbes igni cœleſti flagraſſe conceſſerim: ita
halitu lacus infici terram & corrumpi reor. Quo dicto, inuitus licet, de exuſtis vrbibus, quæ procul
dubiò peccatorum noxa conflagrauerunt, & ſciſſe ſe & conceſſiſſe confeſſus, palàm prodidit non ſi-
bi cognitionis fidem defuiſſe, ſed exprimendæ fidei voluntatem: quod nunc à me plenius profere-
tur. In confinio Arabiæ & Palæſtinæ, qua dimiſſi altrinſecus montes, ſubiectis campis excipiuntur,
quinque ciuitates fuêre, Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim, & Segor, ſed Segor ex his parua, illæ
amplæ & magnæ: quippè quibus & ſoli fœcunditas ſuberat, & Iordanis fluuius per plana diffuſus, ac
E per opportuna diuiſus augmentis vbertatis impendebatur. Huic vniuerſæ regioni bonis malè vten-
ti, abundantia rerum cauſa malorum fuit. Ex abundantia enim luxuria, ex luxuria fœdæ libidines a-
doleuêre: adeo, vt maſculi in maſculos operantes turpitudinem, nec conſideratis quidem locis, cõ-
ditionibus, ætatibúſque, proruerunt. Itaque iratus Deus, pluit ſuper hanc terram ignem & ſulfur, to-
támque regionem cum populis atque vrbibus exuſtam, teſtem iudicij ſui futuram, æterna perditio-
ne damnauit: vt nunc quoque appareat quidem forma regionis, ſed inueniatur regio cineris, me-
diámque conuallem, quam Iordanis irrigauerat, nunc mare ſuperfuſum tegat. Tantúmque de re-
bus (vt putatur) paruis diuinæ indignationis furor accenſus eſt, vt propter hoc quod illi malè vten-
tes bonis, fructus miſeriarum, nutrimenta libidinum fecerant, terra quoque ipſa quæ has habuerat
ciuitates, primum exuſta ignibus, pòſt oppreſſa aquis, in æternam damnationem communi periret
aſpectui.

† Tacitus Torridam.

† Tacit. Iudaicas.

Geneſ. 19. Iſaia 13.

Itaqve nunc ſi placet, hi qui in Chriſtum, quem nos iudicem ſæculorum oſtendimus, quãtum CAP. VI.

comparatio Sodomitica et Romanæ cladis.

in ipsis est, sputa coniiciunt, inter Sodomam & Romam discernant causas, & conferant pœnas: quæ F
à me vel maximè ob hoc retractandæ non sunt, quia omnibus notæ sunt. Et tamen quàm libenter
sententias eorum acciperem, si illi fideliter ita vt sentiunt faterentur: quanquam quid de tempori-
bus Christianis rari: & hoc in angulis murmurent, non vsque adeò molestè accipiendum putẽ, cum
totius populi Romani consona voce, parique iudicio sensus ac sermo sit cognitus. Adeò autem par-
uo quodã & leui motu hæsitasse erga se parũper consuetudinem voluptatum, indubitatissimè cõte-
status est, vt liberè cõclamaret, si reciperet Circũ, nihil esse sibi factũ: hoc est, nihil egisse Romæ Got
thorum enses, si concedatur Romanis spectare Circenses. Nisi fortè (vt se habet apud plerosque hoc
præcipuè tẽporẽ) qui ex longa requie vel paruã obortã solicitudinẽ, intolerabilem laborem putant,
has clemẽtissimas admonitiones, quibus omnes aliquãdo perstringimur, aliorũ punitionibus audi-
tis lectísq; proponũt: quos saltẽ de hoc ipso exitu Sodomorũ & Gomorrhęorũ moneo, vt discere atq;
intelligere queant, qualiter Deus peccatores punierit, qualiter punire possit, qualiter puniturus sit.

CAP. VII. *Telchinum et Carpathiorũ certamen Strab. & Diod. lib. 5.*

ANTE annos vrbis conditæ M.LXX. Telchines & Carpathij peruicax præliũ † aduersus Phoroneum
regẽ Argiuorũ, & Parapasios ancipiti spe sine fructu victoriæ gesserunt, Iidemq; Telchines & Carpa- G
thij post paululum bello victi, patria profugi ignarique rerũ, credẽtes quia se penitus à congressu to-
tius humanæ habitationis abstraherẽt, Rhodum insulam quę † Ophiussa antea vocabatur, quasi tuta
possessione ceperunt. Ante annos vrbis conditæ M.XL. in Achaia sæuum diluuium, vastatione plurima totius penè prouinciæ fuit. Quod quia Ogygij, qui tunc Eleusinę conditor & rex erat, tempori-
bus effusum est, nomen loco ac tempori dedit.

CAP. VIII. *Iustin. li. 36.*

ANTE annos conditæ vrbis M.VIII. fuisse apud Aegyptũ primũ insolitam fastidiendámq; vbertatẽ,
deinde iugem atque intolerabilem famẽ, cui Ioseph viriustus & sapiẽs diuina prouisione subuenerit,
Pompeius historicus, eiúsque breuiator Iustinus docet: qui inter cætera sic ait: Minimus ętate inter
fratres Ioseph fuit, cuius excellens ingeniũ fratres veriti, interceptum peregrinis mercatoribus vẽ-
Ioseph. Aegyptię sterili. tate prospicit. diderunt. A quibus deportatus in Ægyptũ, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, breui
ipsi regi percharus fuit. Nã & prodigiorũ sagacissimus erat, & somniorũ primus intelligentiã cõdidit,
nihilque diuini iuris humaniq; ei incognitũ videbatur: adeo vt etiã agrorũ sterilitatẽ futuram ante
multos annos prospiciens, fruges congregasset. Tantáq; experimẽta eius fuerunt, vt nõ ab homine, H
sed à Deo responsa dari viderentur. Filius Ioseph Moyses fuit, quem præter paternæ scientiæ hæredi-
tatẽ etiam formæ pulchritudo commendabat. Sed Ægyptij cum † scabiem & vitiliginẽ paterentur,
responso moniti, cũ cum ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Ægypti pellunt. Hæc Iustinus.
Sic cap. 10. rursus cum in vulgatis Iustini sit, Scabiem & pruriginem. Habet tamen Fabr. Marcoduranus. M. S. exemplar, in quo, scabiẽ & vliginẽ. Sed quoniam hæc idem Moyses, quem isti sapientem scientémque fuisse attestantur, plenius veriúsque, tanquã per se suósque gesta, conscripsit, primùm fide eius atque auctoritate, quam etiã isti pro-
bant, horũ ignorantia supplenda est: dehinc sacerdotum Ægyptiorum fallax malitia cõfutanda est,
qui vel astu, quod manifestius est, euidentẽ iram misericordiámq; veri Dei memoriæ subtrahere co-
nati sunt, particulatim expositione confusa, ne in contumeliam idolorũ suorũ eum colendũ meritò
ostenderent, cuius cõsilio annuntiata hæc mala & auxilio euitata docuissent: vel fortè, vt indulgen-
tius accipiamus, obliti sunt. Illius enim nostri Ioseph, qui fuit veri Dei seruus, & pro creatura domini
sui piè intentéque solicitus, prouisione ipsi abundabãt frugibus quasi sacerdotes: sed quia falsi sacer-
dotes erant, cum cæteris esurientibus nõ dolebant. Enimverò † cui placet, obliuiscitur: cui dolet, I
meminit. Quanquam huius temporis argumentũ historiis fastísque reticentibus, ipsa sibi terra Æ-
gypti testis pronũtiat: quæ tunc redacta in potestatem regiam, restitutáque cultoribus suis, ex omni
fructu suo vsq; ad nũc quintæ partis incessabile vectigal exoluit.[a] Fuit itaque hæc fames magna sub
rege Ægyptiorũ Diapolita, cui nomen erat Amasis, quo tempore Baleus Assyrios, Argiuos Apis re-
gebat. Fuerunt autem ante annos famis septem, præcedentes alij septem vbertatis anni: quorum af-
fluentiam tanto negligentius perituram, quanto vberius natã Ioseph noster solertia sua collegit, &
cõdidit, totamque Ægyptum cõseruauit †. Acquisiuit vniuersam Pharaoni pecuniã, & Deo gloriam
reddẽs dispensatione iustissima, cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem: omniúmque pecora,
terras, censúsque collegit: ipsos autem, qui semet cum terris suis accipiendæ stipis taxatione vendi-
derant, statuta quintæ partis pactione laxauit. Hunc Ioseph, quẽ cõstituit Deus Ægyptiis cõseruatę
salutis auctorem, quis credat ita in breui eorum excidisse memoria, vt filios eius atque vniuersam
cognationem paulò pòst seruitio addixerint, laboribus * affecerint, internecionibus profligarint? K
Quamobrẽ non est mirandũ, si nunc quoque aliqui reperiuntur, qui cum à ceruicibus suis impẽdẽ-
tem gladiũ prætento Christiano nomine auerterint, ipsum nomen Christi, quo solo salui sunt, aut
dissimulent, aut infament: grauarique se eorum temporibus asserant, quorum meritis liberantur.

CAP. IX. *Diluuium Deucalionis de quo Euseb. & Hier. in chron. & Aug. 18. ciuit. cap. 10. pestis Aethiopica.*

ANNO DCCCX. ante vrbem conditam Amphicthyõ Athenis tertius à Cecrope regnauit, cuius tẽ-
poribus aquarũ illuuies maiorem partem populorum Thessaliæ absumpsit, paucis per refugia mon-
tium liberatis, maximè in monte Parnasso, in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur: qui
tunc à Seratibus confugientes susceptos, per gemina Parnassi iuga fouit aluitque, à quo propterea
genus humanum reparatum ferunt. Tunc etiam in Æthiopia pestes plurimas diroſque morbos, pe-
nè vsque ad desolationem exęstuauisse, Plato testis est. Et ne fortè diuisa tempora credantur iræ Dei
furorísque bellici, ea tempestate subactam Indiam Liber pater sanguine madefecit, cædibus oppleuit, libidinibus polluit, gentẽ vtique nulli vnquã hominũ obnoxiã, vernacula tãtũ quiete cõtentam.

ANNO

Decem plagæ Aegyptiorum † Trogi Pompeij præter breuiarium Iustini nihil habemus. locum autem extat apud Corn. Tacit. initio lib. 2. Iustini de Iudæis mẽdacia.

A ANNO ante vrbem conditam DCCCV. infanda Ægyptiis mala, arque intolerabiles plagas incubuisse, † Pompeius Cornelióque testantur: qui quidẽ cum hæc ambo de Iudæis referẽda propo-
nant, aliquãtulum me pro sui diuersitate mouerunt. Ait enim † Pompeius, siue Iustinus, hoc modo:
Ægyptij cum scabiem & vitiliginem paterentur, responso moniti, Moysen cũ ęgris, ne pestis ad plu-
res serperet, terminis Ægypti pellunt. Dux igitur exulum factus, sacra Ægyptiorum furto abstulit:
quæ armis repetẽtes Ægyptij, domũ redire tempestatibus compulsi sunt. At verò Cornelius de ea-
dem re sic ait: Plurimi auctores consentiunt, orta per Ægyptum tabe, quæ corpora fœdaret, regem
Bocchorum adito Ammonis oraculo, remedium petẽtem: purgare regnum, & id genus hominũ, vt
inuisum diis, alias in terras auehere iussum: sic conquisitum collectúmq; vulgus, postquã vastis locis
relictum sit, cæteris per lachrymas torpentibus, † Moysen vnũ exulũ monuisse, ne quam deorũ ho-
mini númve opem expectarent, ab vtrisque deserti, sed sibimet vt duci cœlesti crederent, primo cuius
auxilio credẽtes, præsentes miserias pepulissent. Itaque Cornelius dicit, quod ipsis Ægyptiis cogẽ-
B tibus, Iudęi in deserta propulsi sint: & postea subiũgit incautè, quod ope Moysi ducis in Ægypto mi
serias propulissent. Quare ostenditur, quædã, quæ per Moysen strenuè acta sunt, fuisse celata. Itẽ Iu-
stinus asserit, pulsũ æque cũ populo Moysen, sacra Ægyptiorũ fuisse furatũ: quæ Ægyptios armis re-
cipere molientes, coactos tempestatibus ac repulsos domum rediisse. Et hic aliquid amplius, & si nõ
totum, prodidit quod ille celauit. Quapropter quia Moysi magno illi duci testimonium ambodi-
xerunt, ab ipso sicut per eum & gesta & dicta sunt, proferẽtur. Cum populum Dei, hoc est, genus Io-
seph Ægyptij, cuius ope salui erant, seruitio oppressum labore cruciarent, insuper etiam ad necandã
sobolem suam, crudeli imperio cogerent, dimitti Deus populum suum liberum, ad seruiẽdũ sibi per
Moysen nuncium iubet: contemptúsq; durissimis contumaces suppliciis agit: qui decẽ plagis one-
rati ac protriti, tãdem quos dimittere noluerãt, etiam festinare coẽgerũt. Post aquas in sanguinẽ ver-
sas, ardentibus siti grauiora afferẽtes pœnarum remedia quàm pœnas: post horridos ranarũ squalo-
res, per omnia munda immundáq; reptantes: post ignitos cyniphes, & nusquã toto aëre vibrãte eui-
tabiles: post muscas caninas, etiam per interiora membrorum horridis motibus cursitãtes, acerbéq;
C inferentes tam grauia tormenta quàm turpia: post omnium pecorum & iumentorum repẽtinã ruí-
nam, stragémque generalem: post vesicas efferuescentes, hulceráque manantia, & (vt ipsi dicere ma-
luerunt) scabiem ac vitiliginem totis corporibus erumpentem: post grandinem cum igne permixtã
passim homines, armenta atque arbores proterentem: post locustarum nubes exhaustis omnibus, ip-
sas quoque radices seminũ persequentes post tenebras imaginibus diras, crassitudine palpabiles, di-
uturnitate ferales: postremò post vniformẽ in tota Ægypto primitiuæ sobolis necẽ, parémque per
vniuersos orbitatũ tempestatem, qui iubenti deo non cesserãt, cessere puniẽti: sed mox pessima pœ- *Aegyptij qui Deo non cesserant iubenti cesserepuniẽti.*
nitẽtia dimissos persequi ausi, vltima nefandę peruicaciæ expendére supplicia. Nam rex eorum vni-
uersum Ægypti exercitũ, curribus atque equitibus instructum, in circumerrantes egit: cuius nume-
rum hoc solo vel maximè argumento conicere possumus, quod cum sexcenta millia virorũ timue-
runt atque fugerunt. Sed protector depressorum, & vltor cõtumaciũ Deus diuisit subitò rubrũ ma- *Aegyptiorum currus etiam tum vestigia Greg. Tur. Hist. lib. 1. ca. 10.*
re, ac dilatatus vtrinque marginibus rigentiũ vndarũ, in montis faciem latera erecta suspẽdit, vt inof
fensi spe limitis prouocati, pij viam desperatæ salutis, impij foueã insperatæ mortis intrarent. Itaque
D Hebræis tutò per sicca gradientibus, refusis à tergo aquarum astantium molibus, obruta est & in-
terfecta cum rege suo vniuersa Ægypti multitudo: totáque prouincia plagis antè cruciata, hac po-
stremò interfectione vacuata est. Extant etiam nunc certissima horum monimenta gestorum. Nam
tractus curruum rotarúmque orbitæ non solum in littore, sed etiam in profundo, quousque visus
admittitur, peruidentur. Etsi fortè ad tempus vel casu, vel curiositate turbantur, continuò diuinitus *Solis æstus.*
in pristinam faciem ventis fluctibúsque reparantur, vt quisquis non docetur timorem dei propalatę
religionis studio, iræ eius transactæ vltionis terreatur exemplo. His etiam temporibus adeo iugis & *† His mirè conueniunt quæ Plato in Timæo deohae thonte refert.*
grauis æstus incanduit, vt sol per deuia transuectus, vniuersum orbẽ nõ calore affeciſſe, sed igne tor-
ruisse dicatur: impressúmque feruorẽ & Æthiops plus solitum, & insolitum Scytha non tulerit: ex
quo etiam quidam, dum non concedunt Deo ineffabilem potentiam suam, inanes ratiunculas cõ-
quirentes, ridiculam † Phaëthontis fabulam texuerunt.

ITEM anno ante vrbem cõditam DCCLXXV. inter Danai atque Aegypti fratrũ filios quinqua- CAP. XI.
ginta parricidia vna nocte commissa sunt. Ipse deinde tantorum scelerum fabricator Danaus, regno *Danaidum facinus virg. 10. Aeneid. Ouid. in Epi.*
E quod tot flagitiis acquisierat, pulsus, Argos concessit. Ibíque indignè persuasis in facinus Argiuis, *† Euseb. in chron. Pau. in Corinth.*
† Sthenelã, qui eum profugum egentémque * susceperat, regno expulit, atque ipse regnauit.

Busiridis in Aegypto cruentissimi tyranni crudelis hospitalitas, & crudelior religio tunc fuit: qui *† Notum est Terei scelus ex 6. Metam. † Herod. li. 7.*
innocentum hospitum sanguinẽ diis scelerum suorũ participibus propinabat: quod execrabile sine
dubio hominibus videtur, quũ ipsis etiã diis execrabile videretur. Tunc etiã † Terei Prognæ & phi-
lomelæ incesto parricidium adiunctũ, atque execrabilius vtroque cõiuium per infãdos cibos addi
tũ est: cũ propter sororis pudicitiam ereptam præcisámque linguã filiũ paruulũ mater occidit, pater
comedit. Iisdem temporibus Perseus à Græcia in Asiam trãsuectus, ibi barbaras gentes graui diutur- CAP. XII.
nóque bello domuit: & nouissimè victor nomen subiectæ gẽti dedit. nãq; à † Perseo Persæ sũt vocati. *Malorum enumeratio.*

AEgo nunc cogor fateri, me prospiciendi finis commodo, de tãta malorum sæculi circunstan-
tia præterire plurima, cuncta breuiare. Nequaquam enim tam densam aliquando siluam præ-

tergredi possem, nisi etiam crebris interdum saltibus subuolarem. Nam cum regnum Assyriorũ per F M.CLX. annos vsque ad Sardanapalum, per quinquaginta propemodũ reges actum sit, & nunquam penè vel inferendis vel excipiẽdis vsque in id tempus bellis quieuerit, quis finis reperietur, si ea cõmemorare numerando, vt non dicam describendo conemur? præsertim cũ & Græcorũ prætereũda non sint, & Romanorũ vel maximè recẽsenda sint. Nec mihi nũc enumerare opus est Tantali & Pelopis facta turpia, & fabulas turpiores: quorum Tantalus rex Phrygiorum Ganymedẽ Trois Dardaniorum regis filium cum flagitiosissimè rapuisset, maiore cõserti certaminis fœditate detinuit, sicut Phanocles poeta confirmat, qui maximum bellum excitatũ ob hoc fuisse cõmemorat: siue quia hũc ipsum Tantalum, vtpotè assec lam deorũ: videri vult raptum puerum ad libidinem Iouis familiari lenocinio præparasse, qui ipsum quoque filium Pelopem epulis eius nõ dubitarit impẽdere. Tædet etiã ipsius Pelopis contra Dardanũ atq; Troianos, quãlibet magna referre certamina: quæ, quia in fabulis celebrari solita sunt: negligentius audiuntur. Illa quoque prætereo, quæ de Perseo, Cadmo, Thebanis, Spartanísq; per inextricabiles alternantium malorum recursus, Palæphato scribente, referũtur. Taceo flagitia Lẽniadũ, prætermitto Pãdionis Atheniensium regis flebilem fugam, Atrei & G Thyestis odia, stupra & parricidia, cœlo quoque inuisa dissimulo. Omitto Oedipum interfectorem patris, matris maritum, filiorum fratrem, vitricum suum. Sileri malo Eteoclem atque Polynicẽ mutuis laborasse concursibus, ne quis eorum parricida nõ esset. Nolo meminisse Medeæ † amore sæuo sauciæ, & pignorũ paruulorum cæde gaudentis, & quicquid illis temporibus perpetratũ coniici datur: qualiter homines sustinuerint, quod etiam astra fugisse dicuntur.

Tãtali scelus. Pelops. De Atreo & Thyeste lege Senecæ Trag. † Sumpta sũt hæc verba ex Ennij Medea. extant autem versus 2. Rhet. ad Herenniũ, translati proculdubio ex Euripide.

CAP. XII. *Cretensium & Atheniensium pugna. Diod. lib. 4. Plut. in Thes. Pausanias lib. 1.*

ANNO ante vrbem conditã DLX. atrocissimum inter Cretenses atq; Athenienses certamẽ fuit: vbi populis vtrinque infœliciter profligatis, cruentiorẽ victoriã Cretenses exercuerunt: qui nobiliũ Atheniensium filios Minotauro, vtrum fero homini, an inhumanæ bestiæ aptius dicã nescio, deuorãdos crudeliter addicebãt, atque informe prodigiũ effossis Græciæ luminibus saginabant. Iisdẽ diebus Lapithæ & Thessali famosis nimium certauere conflictibus. Sed Thessalos Palæphatus, in libro primo incredibiliũ, prodit ipsos à Lapithis creditos dictósque fuisse centauros, eo quod discurrẽtes in bello equites veluti vnum corpus equorum & hominum viderentur.

CAP. XIIII *Vesores Scythas lacessens vincitur. † in quibusd. cod. Vesozes, aut Vzoges Iustinus Vexores lib. 2. existimant aliqui σέσωστριν dici ab Herod. lib. 2.*

ANNO ante vrbem conditam CCCC.LXXX. Vesores rex Ægypti meridiem & septentrionem H diuisas penè toto cœlo ac pelago plagas, aut miscere bello, aut regno iungere studens, Scythis bellum primus indixit, missis prius legatis, qui hostibus parendi leges dicerent. Ad quæ Scythæ legatis responderunt, stolide opulentissimũ regem aduersus inopes sumpsisse bellũ, quod timẽdũ ipsi magis versa vice fuerit, propter incertos belli euẽtus: nulla præmia, & dãna manifesta. Porrò sibi nõ expectandum, dum ad se veniatur, sed vltrò prædæ obuiam ituros. Nec mora: nã dicta factis insequũtur. Primũ ipsum † Vesorẽ territũ refugere in regnũ cogũt: destitutum verò exercitũ inuadunt, omnémque belli apparatũ capessunt. Vniuersam quoque Ægyptũ populassent, nisi paludibus impediti, repellerentur. Inde cõtinuò reuersi perdomitã infinitis cædibus Asiam, vectigalẽ fecere: vbi per XV. annos sine pace immorati, tandem vxorum flagitatione reuocantur, denunciantiũ, ni redeant, sobolem se à finitimis quæsituras.

CAP. XV. *Origo hæc Amazonum sumpta est ex Iustino. † Ephorus li. 9. vt est in schol. Apollonij scripsit eas à viris contumelia affectas ijsdem ad bellum peregrè profectis reditum præclusisse reliquósq; qui domi mãserant interfecisse. † Diod. lib. 2. † Steph. lib. 1. ab iis cõditas & denominatas ait, Ephesum, Smyrnam, Myrrhinã & Paphẽ.*

MEDIO autem tempore, apud Scythas duo regij iuuenes, Plynos & Scolopythus, per factionem optimatum domo pulsi, ingentem iuuentutem secũ traxere, & in Cappadociæ Ponticæ ora iuxta I amnem Thermodontem consederũt, campis Themiscyriis sibi subiectis: vbi diu proxima quæque populati, conspiratione finitimorum per insidias trucidãtur. Horum vxores exilio ac viduitate permotæ, arma sumunt, & vt omnibus par ex simili conditione animus fieret, † viros qui superfuerant, interficiunt: atque accensæ in hostem, sanguine suo vltionem cæsorum coniugum, finitimorũ excidio consequuntur. Tunc pace armis quæsita, externos cõcubitus ineunt, editos mares mox enecãt, fœminas studiosè nutriunt, inustis infantium dexterioribus mamillis, ne sagittarũ iactus impedirentur: † vnde Amazones dictæ. Harum duæ fuere reginæ, Marpesia & Lampetoo, quæ agmine diuiso in duas partes, vicissim curã belli & domus custodiam sortiebãtur. Igitur cum Europam maxima ex parte domuissent, Asiæ verò aliquãtis ciuitatibus captis, † ipsæ Ephesum aliásque vrbes cõdidissent, præcipuam exercitus sui partem onustam opulentissima præda, domum reuocant: reliquæ ad tuẽdũ Asiæ imperium relictæ cum Marpesia regina concursu hostiũ trucidãtur. Huius locum capessit Orithyia filia, quę singularem virtutis gloriam perpetua virginitate cumulauit. Hac fama excitas gẽtes tanta admiratio & formido inuaserat, vt Hercules quoque cùm iussus fuisset à domino suo exhibere K arma reginæ, quasi ad ineuitabile periculum destinatus, vniuersam Græciæ lectã ac nobilem iuuẽtutem contraxerit, nouẽ longas naues præpararit: nec tamen contentus examine viriũ, ex improuiso aggredi, & insperatas circumuenire maluerit. Duæ tunc sorores regno præerãt, Antiope & Orithyia. Hercules mari aduectus, incautas inermesque & pacis incuria desides, oppressit. Inter cæsas captásque cõplurimas duæ sorores Antiopę, Menalippe ab Hercule, Hippolyte à Theseo retẽtę: Sed Theseus Hippolyten matrimonio asciuit: Hercules Manalippen sorori reddidit, & arma reginæ pretio redẽptionis accepit. Bost Orithyiam Penthesilea regno potita est: cuius Troiano bello clarissima inter viros documenta virtutis accepimus.

CAP. XVI.

PROH dolor, pudet erroris humani. Mulieres patria profugæ Europam atque Asiam, id est, plurimas fortissimasque mundi partes intrauerunt, peruagatæ sunt, deleuerũt, centũ penè annis euertẽdo

A do vrbes plurimas, atque alias constituendo tenuerunt: nec tamẽ miseriæ hominũ pressura tẽporum deputata est. Modo autem Getæ illi, † qui & nunc Gothi, quos Alexãder euitandos pronuntiauit, Pyrrhus exhorruit, Cæsar etiã declinauit, relictis vacuefactísq; sedibus suis, ac totis viribus toti Romanas ingressi prouincias, simulq; ad terrorẽ diu ostẽtati societatẽ Romani fœderis precibus sperant, quam armis vindicare potuissent. Exiguæ habitationis sedem, non ex sua electione, sed ex nostro iudicio rogant: quibus subiecta & patente vniuersa terra, præsumere, quã esset libitum, liberum fuit. Semetipsos ad tuitionem Romani regni offerũt, quos solos inuicta regna timuerũt: & tamẽ cæca gentilitas, cùm hæc Romana virtute gesta non esse videat, fide Romanorũ impetrata non credit, nec acquiescit, cùm intelligat, confiteri beneficio Christianę religionis (quæ cognatã per omnes populos fidem iungit) eos viros sine prælio sibi esse subiectos, quorum fœminæ maiorem terrarũ partem immensis cædibus deleuerunt.

† Sic & Hier. in gen. & Viues initio com. in li. Aug. de ciuit. Gothos Getas nominatos testatur. Diod. librum de rebus Gothorũ γετικὸν inscripserat, vt ex Suida cognoscitur.

CAP. XVII. *Raptus Helenæ Arist. in orat. Gorgiæ. † Scholiast. Eurip. vult naues fuisse MCLV. In Iliade & Odyssea. Virg. 2. Aeneid.*

AT verò ante vrbem conditam CCCC.XXX. anno, raptus Helenæ, coniuratio Græcorum, & concursus † mille nauium, dehinc decennis obsidio, ac postremo famosum Troiæ excidium prædicatur. B In quo bello per decem annos cruentissimè gesto, quas nationes, quantosque populos idẽ turbo inuoluerit, atque afflixerit, Homerus poeta in primis clarus, luculentissimo carmine palã facit: nec per ordinem nunc retexere nostrũ est, quia & operi longum & omnibus notũ videtur. Veruntamẽ qui diuturnitatem illius obsidionis, euersionis atrocitatẽ, cædem, captiuitatémque didicerũt, videant, si rectè isto, qualiscunq; est, præsentis tẽporis statu offendũtur, quos hostes, occulta misericordia Dei, cũ per omnes terras instructis copiis bello persequi possint, pacis gratia prętentis obsidibus per omnia maria sequuntur: & ne fortè hæc quietis amore facere credantur, seipsos ad pericula suapro Romanorum pace aduersus alias gentes offerunt.

CAP. XVIII *Aeneæ in Italiã aductus * inuistum. † cæsum ait propè Ilyssum Paus. lib. 1.*

PAVCIS præterea annis interuenientibus, Æneæ ex Troia profugi aduentus in Italiam, quæ arma commouerit, qualia per triennium bella excitauerit, quantos populos implicuerit, odio excidióque afflixerit, ludi literarij disciplina nostræ quoque memoriæ * insitum est. Horum præterea temporum medio interiacente exilia naufragiáque Græcorum, Peloponnensium clades, † Codro moriẽte, fatorũ ignari Thraces, noua in bella surgẽtes & generalis tunc per totã Asiã Græciámq; cõmotio.

CAP. XIX. *Sardanapali mollities Iustin. l. 1. Diod. 2. Velleius 1. † Aliter Herod. & Euseb. qui Phraortem Deiocis siue Deiocis filium faciunt & successorẽ. Apud Metastenem & Diodo. alia sunt horum regũ nomina. † δηιόκης ab Herod. nominatur. Herod. lib. 1. Iust. lib. 1. Astiagis facinus.*

C ANNO ante vrbem conditam LXIIII. nouissimus apud Assyrios regnauit Sardanapalus, vir muliere corruptior: qui inter scortorum greges fœmineo habitu purpuram colo tractãs, à præfecto suo Arbato, qui tunc Medis præerat, visus atque execrationi habitus, mox etiam excitis Medorum populis ad bellum prouocatus, & victus, ardenti pyrę se iniecit. Exin regnũ Assyriorũ in Medos cõcessit. Deinde multis præliis vndique scatescentibus, quæ per ordinem differere nequaquã aptum videtur, per varios prouentus ad Scythas Chaldæosque, & rursus ad Medos parili via redit. In qua breuitate pensandum est, quantæ ruinæ cladésque gentium fuẽre, quanta bella fluxerunt, vbi toties tot & talia regna mutata sunt. Post hæc Medis † Phraortes imperitauit, qui creberrimus Persarum Assyriorúmq; bellis viginti & duos regni sui annos consumpsit. Post hunc † Diocles regnauit, vir armis experientissimus, sempérque bellis immoratus, qui auctum latè imperium moriẽs Astyagi dedit. Astyages virili prole vacuus, Cyrum nepotẽ apud Persas genitum habuit. Sed Cyrus, mox vt adoleuit cõgregata Persarũ manu, auo certamen indixit. Porrò Astyages oblitus sceleris sui, quod in Harpagũ dudum admiserat, cum filiũ eius vnicum & paruulum interfecit, epulãdúmque patri apposuit, ac ne D quid infœlicissimæ orbitati fœlix ignorantia subtraheret, infames epulas, ostensis patri cum capite manibus, improperauit. Huius ergo facti immemor, ipsi Harpago summam belli committit, qui acceptum exercitum statim Cyro per proditionem tradit. Quo comperto, Astyages raptis secum copiis, in Persas ipse proficiscitur, acriúsque certamẽ instaurat, proposito suis metu, si quis è prælio cedere moliretur, ferro exciperetur. Qua necessitate instanter Medis pugnantibus, pulsa iterũ Persarum acies, cum paulatim cederet, matres & vxores eorum obuiam occurrunt, orant, in pręlium reuertantur: cunctantibus, sublata veste, obscœna corporis ostendunt, quærentes, num in vteros matrum vel vxorum vellent refugere. Quo facto erubescentes in prælium redeũt: & facta impressione, quos fugiebant, fugere compellunt. Ibi tunc Astyages capitur, cui Cyrus nihil aliud quàm regnum abstulit, eumque maximè Hyrcanorum genti præposuit. In Medos verò ipse reuerti noluit. Is finis imperij Medorum fuit. Sed ciuitates quæ tributariæ Medorum erant, à Cyro defecerunt: quæ res Cyro multorum bellorum causa & origo extitit.

CAP. XX. *Phalaris tyrannis.*

E EA tempestate Phalaris Siculus Agrigentinos arrepta tyrannide populabatur. Qui crudelis mente, commentis crudelior, omnia nefariè in innocentes agens, inuenit aliquando quem iustè puniret iniustus. Nã Perillus quidam æris opifex affectans tyranni amicitiã, aptũ munus crudelitati illius ratus, taurum æneũ fecit cui adfabre ianuam è latere cõposuit, quę ad contrudendos damnatos receptui foret: vt cum inclusus ibidẽ subiectis ignibus torreretur, sonũ vocis extortæ capacitas concaui æris augeret, pulsuq; ferali competens imagini murmur emitteret, nefarióque spectaculo mugitus pecudis, nõ hominis gemitus videretur. Sed Phalaris factũ amplexus, factorẽ execratur, & vltioni materiã præbuit, & crudelitati: nã ipsum opificẽ sua inuẽtione puniuit. Fuerat etiã paulò superiore tẽpore apud Latinos rex Aremulus, qui per annos octodecim flagitiis impietatibúsque crescẽs, ad postremum diuino iudicio fulmine interceptus, matura supplicia immatura ætate dissoluit. Eligãt nunc (si videtur) Latini & Siculi, vtrum in diebus Aremuli & Phalaridis esse maluissent, innocen-

† Fuit hic XII. rex Latinorum qui à Liuio dicitur Romulus Syluius, Dyo. ἀλλαίδην nominat.

tum vitas pœnis extorquentium,an his temporibus Christianis, cùm imperatores Romani ipsa in F
primis religione compositi,post comminutas reipublicæ bono tyrannides,ne ipsorum quidem in-
iurias exigunt tyrannorum.

CAP. XXI. *Athen. & Polopon. bellũ & aliorum.* † *Iustinus stupratas lib. 3. Paus. lib. 4. raptas.*

ANNO ante vrbem conditam XXX. Peloponnensium Athenienſiúmque maximum bellum to-
tis viribus animísque cõmissum est:in quo mutuis cædibus ad hoc coacti sunt,vt velut victi se ab al-
terutro subtraherent,bellúmq; desererent. Tunc etiam Amazonum gentis & Cimmeriorũ in Asiam
repentinus incursus plurimam diu latè vastationem stragémque edidit. Anno vicesimo ante vrbem
conditã,Lacedęmonij contra Messenios propter † spretas virgines suas in solẽni Messeniorũ sacrifi-
cio,per annos viginti indefesso furore bellantes,ruinæ suæ totas Græciæ vires implicuerũt:qui cum
se magnis execrationibus deuouissent,sacramentísque obstrinxissent,domũ,nisi Messena expugna-
ta,nunquam esse redituros,ac per decem annos lõga fatigati obsidione,nec tamen aliquem vincẽdi
fructum adepti,porrò autem & querelis vxorum super longa viduitate,& periculo sterilitatis conte-
stantium permoti reuocarentur,consultatione habita,veriti ne intercepta spe sobolis sibi magis hac
perseuerantia,quàm Messeniis perditio nutriretur,selectos in exercitu eos,qui post iusiurandum in G
supplementum militiæ venerant,Spartam remittunt,quibus promiscuos omnium fœminarum cõ-
cubitus permisere,infami satis,nec tamen inutili licentia. Ipsi autẽ proposito insistentes,expugnãt
Meßenij expugnantur. fraude Messenios,victos seruitio premunt. At illi cruẽtam diu dominationẽ inter verbera,& vincula
perpessi,iugum excutiunt,arma sumũt,bellum instaurant. Lacedæmonij Tyrtæum poẽtã Athenien-
sem ducem prælio legunt:qui tribus conflictibus fusi,amissum exercitum,vocata in libertatem ser-
uorum manu suppleuerunt. Sed cum sic quoque desistendum certamini propter metum periculi
† *compositum fuit hoc carmen alternis versibus longiusculis: quod vt armatis militibus Spartanis ad regis tabernaculum recitaretur lege sancitum fuit vt ait Lycurgus κατὰ λεωπαίτας, vbi carmen illud extat.*
arbitrarentur,† Tyrtæi poẽtæ & ducis composito carmine & pro concione recitato,rursus accensi,
mox in certamen ruunt: tantáque vi animorum concursum est,vt raro vnquam cruentius præ-
lium exarserit. Ad postremum tamen victoria Lacedæmoniorum fuit. Tertio Messenij repara-
uêre certamen. Nec Lacedæmoniis mora. Multas in auxilium copias vtrinque duxere. Athenien-
ses verò Lacedæmonios alibi intentos è diuerso aggredi parant. Nec Lacedæmonij quieuére:nam
ipsi in Messenios occupati,Peloponnenses immiserunt,qui Athenienses prælio exciperent. Athe- H
nienses autem missa in Ægyptum parua classe,impares viribus nauali congressu facilè vincuntur.
Dehinc recepta classe,aucti etiam militum robore,victores in prælium vocant. Lacedæmonij quo-
que omissis Messeniis,in Athenienses arma conuertunt. Diu graues & variæ pugnæ,&anceps victo-
riẽ status:ad postremum pendente euentu,vtrinque discessum est. Sciendum tamen est,maximè ip-
sam esse Spartam,quam & Lacedęmoniam ciuitatem dicunt, atque inde Lacedæmonios, Spar-
tanos dici. Igitur inde reuocati Lacedæmonij ad Messeniorum bellum,ne medium tempus otio-
sum Athenienſibus relinquerent,cum Thebanis paciscuntur, vt Bœotiorum imperium eis restitue
rent,quod temporibus belli Persici amiserant,si illi Athenienſium bella susciperent. Tantus furor
Spartanorum erat,vt duobus bellis impliciti,susciperent tertium non recusarent,dummodò inimicis
suis hostes acquirerent. Athenienses tanta bellorum tempestate permoti,duos duces delegerunt:
Periclis & Sophoclis victoria. Periclem spectatæ virtutis virum, & Sophoclem scriptorem tragœdiarum:qui diuiso exercitu,&
Spartanorum fines latè populati sunt,& multas Asiæ ciuitates Athenienſium imperio adiecerunt.
Hinc porrò per annos quinquaginta incerta semper victoria terra marísque pugnatum est, donec I
Spartani & opibus imminutis & fide profligata,sociis quoque probro fuêre. Sed hæc per tot ætã-
tum volumina incubuisse Græciæ parui penditur. Nunc autem interpellari interdum voluptates,&
impediri parumper libidines non sustinetur. Quanquam inter illius temporis homines atque istius
Terminus libri. hoc interest,quod illi æquo animo hæc intoleranda tolerabant,quia in his nati vel enutriti erant,&
meliora non nouerant:isti autem perpetuò in vita sua tranquillitatem & deliciarum sereno assuefa-
cti,ad omne vel modicum obductæ solicitudinis nubilum commouentur. Atque vtinam ipsum
depulsorem huius vel modicæ inquietudinis precarentur, cuius munere hanc ignoratam aliis
temporibus iugitatem pacis habuerunt. Et quoniam spopondisse me memini, cùm veluti articulis
quibusdam dicendi ordinem definirem,dicturum me esse ab orbe condito vsque ad vrbem condi-
tam,huic volumini,quod ab orbe condito explicuimus,finis hic sit:vt ab vrbe condita sequens li-
bellus incipiat,qui contextiora illorum temporum mala,exercitatioribus quippè ad nequitiam at-
que eruditioribus hominibus,continebit.

K

PAVLI

A

PAVLI OROSII
LIBER II.

De regnorum Dei prouidentia facta mutatione.
CAPVT I.

NEMINEM iã esse hominum arbitror, quem latere possit,quod hominem in hoc
mundo Deus fecerit:vnde etiam peccante homine mundus arguitur, ac propter
nostram intemperantiã comprimendam terra hæc,in qua viuimus,defectu cæte
rorum animalium,& sterilitate suorum fructuum castigatur. Itaq; si creatura Dei,
merito & dispensatio Dei sumus,quis enim magis diligit,quam ille qui fecit? Quis
autẽ ordinatius regit,quã is qui & fecit & diligit? Quis verò sapientius & fortius *Deiinc creaturas dilectio.*
B ordinare & regere facta potest, quam qui & faciendo prouidit, & prouisa
perfecit? Quapropter omnem potestatem à Deo esse, omnemque ordinationem,& qui non lege-
runt sentiunt,& qui legerunt cognoscunt. Quod si potestates à Deo sunt,quanto magis regna,à qui-
bus reliquæ potestates progrediuntur? Si autẽ regna diuersa, quãtò æquius regnum aliquod maxi-
mũ cui reliquorũ regnorũ potestas vniuersa subiicitur? quale à principio Babyloniũ,& deinde Mace
donicum fuit,post etiam Africanum,atque in fine Romanum,quod vsque ad nunc manet:eadẽm-
que ineffabili ordinatione per quatuor mundi cardines,quatuor regnorum principatus, distinctis
gradibus eminentes:vt Babyloniũ regnũ ab oriente,à meridie Carthaginẽse,à septentrione Macę-
donicũ,ab occidente Romanum:quorum inter primũ & nouissimũ,id est,inter Babylonicũ & Ro-
manũ,quasi inter patrem senem ac filiũ paruũ, Africanũ & Macedonicũ breuia &media,quasi tutor
curatórq; venerũt,potestate temporis,non iure hæreditatis,admissa. Quod vtrum ita sit,apertissimè
expedire curabo.

CAP. II. *Epilogus superdictorum, ac collatio tẽporum.* † *Diod. lib. 2. ἀρβάκτου vel. Pater. Pharnacem sed mendosè.* † *Descẽdente. Arbacẽ cõtra Sardanapalũ iuuit Beloch. Babyloniæ præfectus. Itaque victo Sardanapalo Arbaces Medorũ & Persarum regnum retinuit, Belochꝰ verò Babylonẽ cũ Assyria.* * *cardine.*

C REX primus apud Assyrios,qui eminere cæteris potuit,Ninus fuit. Occiso Nino,Semiramis vxor
eius totius Asiæ regina,Babyloniam vrbem instaurauit, caputque regni Assyrij vt esset instituit. Re-
gnum Assyriorum diu inconcussa potentia stetit, sed cum Arbatus, quem alij † Arbacem vocant,
præfectus Medorum,idémque natione Medus,Sardanapalum regem suum apud Babyloniã inter-
fecisset,regni nomen & summam ad Medos transtulit. ita Nini & Babyloniꝭ regnum eo anno in Me-
dos deriuatum est,quo anno apud Latinos Procas Æmulij & Numitoris pater,auus autẽ Rheæ Syl
uiæ,quæ mater Romuli fuit,regnare cœpit. Vt autẽ omnia hæc ineffabilibus mysteriis & profũdis-
simis Dei iudicijs disposita,nõ autẽ humanis viribus,aut incertis casibus accidisse perdoceã, omnes
historiæ Romanæ à Proca exoriuntur. Deinde à primo anno imperij Nini vsque quò Babylon à Se-
miramide instaurari cœpta est,interueniunt anni LXIIII. Et à primo anno Procæ, cum regnare cœ-
pit vsque ad conditionem vrbis,factam à Romulo,intersunt anni æque LXIIII. Ita regnante Proca
futuræ Romæ sementis iacta est,etsi nondum germen appareret. Eodẽ anno regni ipsius Procę, Ba-
bylonis regnũ defecit,etsi adhuc Babylon ipsa cõsistit.* Discedente autem Arbato in Medos, partẽ
D regni penes se retinuére Chaldæi,qui Babyloniã sibi aduersum Medos vindicauerũt. Ita Babyloniæ
potestas apud Medos,proprietas apud Chaldæos fuit. Chaldæi autẽ propter antiquã regiæ vrbis di-
gnitatẽ,nõ illã suam,sed se illius vocare maluerũt:vnde factũ est vt Nabuchodonosor,cæteriq; post
eũ vsque ad Cyrũ reges,quãuis Chaldæorũ viribus potẽtes & Babyloniæ nomine clari legantur, in
numero tamen &* ordine regũ non habentur illustrium. Babylõ itaq; eo anno sub Arbato præfecto
dehonorata,quo Roma sub Proca rege(vt propriè dixerim)seminata est. Babylon nouissimè eo tẽ-
pore à Cyro rege subuersa,quo primum Roma à Tarquiniorũ regũ dominatione liberata est. Siqui-
dẽ sub vna eadẽmq; conuenientia temporũ illa cecidit,ista surrexit:illa tunc primũ alienigenarum
perpessa dominatũ,hæc tunc primũ etiã suorum aspernata fastidium:illa tunc quasi moriens,dimisit
hęreditatẽ:hæc verò pubescẽs,tunc se agnouit hæredẽ:tunc oriẽtis occidit imperium, & ortum est
occidẽtis. Et ne diutius verbis morer,cõmitto me dẽtibus insaniẽtiũ,sed veritatis præsidio liberãdũ.

CAP. III. *Babylon cõdit Semir.*

REGNAVIT Ninus annis LII. Cui successit(vt dixi)vxor sua Semiramis:quæ cum & ipsa quadra
ginta & duobus annis regnauerit,medio imperij sui tempore Babyloniam caput regni condidit.
E Ita Babylon post annos M.C.LX.&propemodum quatuor,quàm condita erat,à Medis, & Arbato
rege eorum,præfecto autem suo,spoliata opibus & regno,atque ipso rege priuata est:ipsa tamẽ post
ea aliquandiu mansit incolumis. Similiter & Roma post annos totidem,hoc est, M. C. L X. & ferè
quatuor,à Gothis & Alarico rege eorum,comite autem suo,irrupta & opibus spoliata, non regno,
manet adhuc,& regnat incolumis:quamuis in tantum arcanis statutis inter vtranque vrbem cõue-
nientię totius ordo seruatus sit,vt & ibi præfectus eius Arbatus regnum inuaserit, & hic huius præ-
fectus Attalus regnare tẽtauerit:tametsi apud hanc solam merito † Christiani imperatoris attẽtatio
profana vacuata sit:Itaque hæc ob hoc præcipue cõmemoranda credidi,vt tanto arcano ineffabiliũ
iudiciorum Dei ex parte patefacto,intelligant hi,qui insipienter vtique de temporibus Christianis
murmurant,vnum Deum disposuisse tẽpora,& in principio Babyloniis,& in fine Romanis,illius cle
mentiæ esse,quod viuimus:quòd autem miserè viuimus,intemperãtię nostræ. Ecce similis Babylo-

Honorij scilicet de quo li. 7. cap. 40. Babylonici regni & Romani collatio.

niæ ortus & Romæ,ſimilis potentia,ſimilis magnitudo,ſimilia tempora, ſimilia bona, ſimilia mala, F
* tametſi non ſimilis exitus,ſimiliſve defectus.Illa enim regnum amiſit,hæc retinet:illa interfectione regis orbata,hæc incolumi imperatore ſecura eſt.Et hoc quare? Quoniam ibi in rege libidinum turpitudo punita,hic Chriſtianæ religionis continentiſſima æquitas in rege ſeruata eſt: ibi abſque religionis reuerentia, auiditatem voluptatis licentia furoris impleuit:hic & Chriſtiani fuére qui parcerent,& Chriſtiani quibus parcerent,& Chriſtiani propter quorum memoriam, & in quorum memoria parceretur. Quapropter deſinant religionem lacerare,& laceſſere patientiam Dei: propter quam habent vti,& hoc quoque impunitum habeant,ſi aliquando deſiſtant. Recolãt ſanè mecum maiorum ſuorum tempora bellis inquietiſſima, ſceleribus execrabilia, diſſenſionibus fœda, miſeriis continuatiſſima,quæ & meritò poſſunt horrere,quia fuere,& neceſſario debent rogare ne ſint:eum ſanè rogare ſolum Deum,qui & tunc occulta iuſtitia permiſit vt fierent,& nunc aperta miſericordia præſtat,vt non ſint quæ modo à me plenius,ab ipſo vrbis exordio reuolutis per ordinem hiſtoriis,proferentur.

*tamen

CAP. IIII.

Romam conditã Eutrop. ſcribit XI. Cal. Maij. Olymp. 6. anno 3. CCCXIX. poſt Troiæ excidium: certiora tamen ſunt quæ apud Halicarn. & Solin. cap. 2.

† Aſilum aperuit inquit plin. in illuſt.

ANNO poſt euerſionem Troiæ CCCCXIIII. Olympiade autem VI. quæ V. demum anno, G quatuor in medio expletis,apud Elidem Græciæ ciuitatem,agone & ludis exerceri ſolet, vrbs Roma in Italia à Romulo & Remo geminis auctoribus condita eſt. Cuius regnum cõtinuo Romulus patricidio imbuit:paríque ſucceſſu crudelitatis ſine more raptas Sabinas improbis nuptiis confœderatas,maritorũ & parentũ cruore dotauit. Itaque Romulus interfecto primum auo Numitore,dehinc Remo fratre,arripuit imperium,vrbémque cõſtituit:regnũ aui,muros fratris tẽplũ ſoceri ſanguine dedicauit:ſceleratorũ manũ promiſſa impunitate collegit.Primus illi cãpus ad bellũ, forum vrbis fuit,mixta ſimul externa ciuiliáque bella nunquam defutura ſignificans.Sabinorum,quos fœdere ludíſque pellexerat,fœminas tã inhoneſtè præſumpſit,quã nefariè defendit. Ducem eorũ Titum Tatium ſenem,honeſtis pietatis cauſis inſiſtentẽ,diu armis propulſatũ,mox vt in ſocietatẽ regni aſſumpſit,occidit. Cum Veientibus præliũ adhuc paruo nomine magnis viribus agitatũ eſt.Cęninenſiũ captum ac dirutum oppidum. Aſſumptis ſemel armis,nunquam quies fuit: quippè quibus egeſtas turpis,atque obſcœna fames domi timeretur,ſi vnquã paci acquieuiſſent.Iã hinc inceſſabi- H lia certamina,& iuxta quantitatẽ viriũ ſemper grauia,quàm breuiſſimè ſtrinxerim.Tullum Hoſtiliũ militaris rei inſtitutorem,fiducia benè exercitæ iuuentutis Albanis intuliſſe bellũ:& diu altrinſecus ſpe incerta,certa clade,tandem peſſimos exitus & dubios euẽtus cõpendioſa Tergeminorũ cõgreſſione finiſſe.Rurſus pace dirupta †,Mettum Fufetium Fidenate bello, meditata etiam proditione ſuſpectum,curribus in diuerſa raptãtibus,duplicis animi noxam pœna diuiſi corporis expẽdiſſe. Latinos Anco Marcio duce ſæpè congreſſos,aliquando ſuperatos.Tarquinium Priſcum omnes finitimos & potentes tũc XII.† Tuſciæ populos innumeris concidiſſe conflictibus. Veientes Ser. Tullio inſiſtente,victos fuiſſe,nec domitos. Tarquinij Superbi regnum, occiſi ſoceri ſcelere aſſumptum,habita in ciues crudelitate detentum,flagitio adulteratæ Lucretiæ amiſſum,&* intus domeſtica vitia virtutéſque forinſecus emicantes,id eſt,oppida valida in Latio per eũ capta, Ardeam,Ocricolum†, Sueſſam,Pometiã,& quicquid in Gabios vel fraude propria,vel pœna filij,vel Romanis viribus perpetrauit. Sed Romani quanta mala per CCXL.& III.annos continua illa regum dominatione pertulerint,non ſolum vnius regis expulſio,verumetiam eiuratio regij nominis & poteſtatis oſtendit. I Nam ſi vnius tantum ſuperbia fuiſſet in culpa,ipſum ſolum oportuiſſet expelli,ſeruata regia dignitate melioribus. Igitur regibus vrbe propulſis,Romani conſulendum ſibi quàm cuiquam ſuæ libertati dominandum rati,conſules creauerunt:quibus veluti adulta reipublicæ creſcentis ætas, robuſtioribus auſis exercebatur.

Horatianorũ & Curiatiorum certamẽ. Plut. in Rom.

† lege quæ Pierius in 8. Aeneid. & Sigon. I. Aeneid. cap. 52. Liuius & Dionyſ. lib. 3.

† Flor. lib. 1. cap. 5.

** inter. Stephanus, Ὀκρίκολα πόλις τυῤῥηνῶν.*

CAP. V.

† Idem numerus eſt apud Eutrop. Meſſalam & Sex. Ruffum: Dionyſ. lib. 5. regnatum Romæ ait CCXLIIII. Liu. lib. 1. 243 diuerſitatis cauſam indicauit Sigon.

Mucius Scæuola. Clœlia. Eutrop.

† nono anno poſt exactos reges.

ANNO poſt vrbem cõditam CCLXIIII. Brutus primus apud Romanos conſul, primum cõditorem regemque Romæ non ſolum exæquare parricidio,ſed & vincere ſtuduit: quippe duos filios ſuos adoleſcentes,totidémque vxoris ſuæ fratres Vitellios iuuenes, reuocandorum in vrbẽ regum placito inſimulatos,in concionem protraxit,virgis cæcidit,ſecurique percuſſit.Ipſe deinde Veientũ Tarquinienſiumque bello cum Arunte Superbi filio, congreſſo ſibi commortuóque,procubuit. Porſena rex Etruſcorum,grauiſſimus regij nominis ſuffragator,Tarquinium manu ingerens, tribus continuis annis trepidam vrbem terruit,concluſit,obſedit:& niſi hoſtem vel Mutius conſtanti vrendæ manus patientia,vel virgo Clœlia admirabili tranſmeati fluminis audacia permouiſſent,pro K fecto Romani cõpulſi fuiſſent perpeti aut captiuitatẽ,hoſte inſiſtente ſuperati:aut ſeruitutem, recepto rege ſubiecti. Poſt hæc Sabini corraſis vndique copiis,magno apparatu belli,Romã cõtendunt: quo metu conſternati Romani † dictatorem creant,cuius auctoritas & potẽtia conſulẽ pręiret: quæ res illo tunc bello plurimum emolumenti tulit. Sequitur diſceſſio plebis à patribus. Cùm M. Valerio dictatore delectũ militum agente,variis populus ſtimulatus iniuriis,Sacrum montẽ inſedit armatus: qua pernicie quid atrocius,cum corpus à capite defectũ,perditionem eius per quod ſpirabat,meditaretur?actúmq; de Romano nomine inteſtina pernicie foret,niſi maturata reconciliatio ſubrepſiſſet prius,quàm ſe diſceſſio ipſa cognoſceret. Vrget ſe atque imminet ſibi extra illas apertas bellorum clades ſucceſſu miſero clandeſtina pernicies:quippè T. Geganio & P. Minucio conſulibus, duo vel maxima omniũ malorũ abominamenta,fames & peſtilentia feſſam vrbem corripuere. Ceſſatum eſt pauliſper à præliis, ceſſatũ tamen à mortibus non eſt. Veientes & Etruſci graues hoſtes,adiunctis ſibi

finitimorum

A finitimorum copiis, in bella ſurgentes obuiis M. Fabio, & Cn. Manlio conſulibus excipiuntur:vbi poſt ſacramentum iurationis, quo ſe Romani deuouerant, non niſi poſt victoriam ad caſtra redituros, adeo atrox certamen fuit,& victis victoribúſque par forma,vt amiſſo plurimo exercitu,occiſiſque in pugna Manlio conſule & Fabio conſulari, M. Fabius conſul oblatum ſibi à ſenatu triũphum ſuſcipere recuſaret, quia tãtis reipublicæ detrimentis luctus potius debebatur. Glorioſiſſima illa numero & viribus Fabiorum familia Veientanum ſortita certamen, quantam reipublicæ orbitatem occaſu ſuo intulerit, infamibus vſque ad nunc vocabulis teſtes ſunt † fluuius qui perdidit, & porta quæ emiſit. Nam cum ſex & CCC. Fabij verè clariſſima Romani ſtatus lumina ſpeciale ſibi aduerſus Veientes decerni bellum expetiuiſſent,ſpem temerè ſumptę expeditionis primis ſucceſſibus firmauerunt: dehinc inducti in inſidias,circumuentíque ab hoſtibus,omnes ibidem trucidati ſunt: vno tantum ad enunciandam cladem reſeruato, vt miſerius audiret patria perditos, quàm perdidiſſet. Ad hæc non Romæ tantum talia gerebantur, ſed quæque prouincia ſuis ignibus æſtuabat: & quod poëta præcipuus in vna vrbe deſcripſit, ego de toto orbe dixerim: Crudelis vbi-
B que Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.

Fabiorum interitus.

**fluuius Cremera fuit,porta carmentalis. Liu. Dion. & Ouid. 2. faſt.*

CAP. VI.

Cyri res geſtæ

IGITVR eodem tempore Cyrus rex Perſarum, quem ſuperius explicandæ hiſtoriæ cauſa commemorauerãm, qui tunc Aſiam, Scythiam totúmque orientem armis peruagabatur, cum Tarquinius Superbus vrbem vel rex vel hoſtis aut ſeruitio premebat aut bello, Cyrus (vt dixi) cunctis, aduerſum quos ierat, perdomitis, Aſſyrios & Babyloniam petit, gentem, vrbémque tunc cunctis opulentiorem: ſed impetum eius Gyndes fluuius, ſecundæ poſt Euphratem magnitudinis, intercepit. Nam cum vnum regiorum equitum candore formáque excellentem tranſmeandi fiducia,perſuaſum quà per rapacem alueum offenſi vado vortices attollebantur,abreptum præcipitatúmque merſiſſet,rex iratus vlciſci in amnem ſtatuit,conteſtãs eũ qui nunc tã præclarum equitem vorauiſſet fœminis vix genua tingẽtibus, permeabilẽ relinquendũ. Nec peragẽdo ſegnior,totis copiis perpeti anno Gyndẽ fluuium per magnas conciſum deductúmque foſſas,in CCCCLX. alueos comminuit. Eo opere prædoctis foſſoribus, etiã Euphratẽ longè validiſſimũ,& mediã Babyloniam interfluẽtem,deriuauit. Ac ſic meabilibus vadis ſiccũ,etiã patẽtibus aluei partibus iter fecit: cepit-
C que vrbem,quam vel humano opere extrui potuiſſe,vel humana virtute deſtrui poſſe, vtrũque penè incredibile apud mortales erat. Nãque Babyloniã à Nemrod gigante fundatam,à Nino vel Semiramide reparatam, multi prodidere. Hæc campi planitie vndique conſpicua, natura loci lætiſſima, caſtrorũ facie mœnibus paribus per quadrum diſpoſita, murorum eius vix credibilis relatu firmitas & magnitudo,id eſt latitudine cubitorũ quinquaginta, altitudine quater tanta. Cæterũ ambitus eius, CCCCLXX. ſtadiis circumuenitur. Murus coctili latere atque interfuſo bitumine cõpactus,foſſa extrinſecus latè patens,vice amnis circumfluit. A fronte murorũ,C. portæ æreæ. Ipſa autẽ latitudo in cõſummatione pinnarũ vtroque latere habitaculis defenſorũ æque diſpoſitis, media intercapedine ſui citas quadrigas capit. Domus intrinſecus quatergeminæ, habitationis minaci proceritate mirabiles. Et tamẽ magna illa Babylõ, illa prima poſt reparationẽ humani generis cõdita,nũc pene etiã minima mora victa,capta,ſubuerſa eſt. Ibi tũc Crœſus rex Lydorũ famoſus opibus cũ ad auxiliandũ Babyloniis,veniſſet,victus ſolicitè in regnum refugit. Cyrus autem poſteà quã Ba-
D bylõniã vt hoſtis inuaſit,vt victor euertit, vt rex diſpoſuit, bellum tranſtulit in Lydiã: vbi conterritum ſuperiore iam prælio exercitũ, nullo negotio ſuperauit. Ipſum etiam Crœſum cœpit,captũque & vita & patrimonio donauit. Exaggerare hoc loco mutabiliũ rerum inſtabiles ſtatus non opus eſt: quicquid enim eſt opere & manufactum, labi & conſumi vetuſtate, Babylon capta confirmat: cuius vt primum imperium ac potentiſſimum extitit, ita & primum ceſſit,& veluti quodam iure ſuccedẽtis ætatis debita poſteris traderetur hæreditas, ipſis quoque eandem tradendi formulã ſeruaturis. Ita ad proxima aduentantis Cyri tentamenta ſuccubuit magna Babylon, & ingens Lydia, ampliſſima oriẽtis cum capite ſuo brachia, vnius prælij expeditione ceciderunt: & noſtri incircũſpecta anxietate cauſantur, ſi potentiſſimæ illæ quondam Romanæ reipublicæ moles,nunc magis imbecillitate propriæ ſenectutis, quàm alienis concuſſæ viribus contremiſcunt.

Hæc ex Herodoto.

curt. lib. 5. latitud. facit 32. pedum altit. 100. cubitorũ totius operis ambitũ 368. ſtad. Strabo lib. 16. altitud. facit 50. plin. l. 6. c. 26. Babylõ. muros eſſe ducentos pedes altos, quinquagenos latos. Sed Hero. ſequitur Oroſium.

CAP. VII.

Cyrus Scythis bellũ intulit Herod. lib. 1. Iuſt. lib. 1. Val. li. 9. cap. 10. ctesias in Perſicis ex editione Hẽr. Steph.

IGITVR idem Cyrus proximi temporis ſucceſſu, Scythis bellum intulit:quem Tomyris regina quæ tunc genti præerat,cum prohibere tranſitu Araxis fluminis poſſet,tranſire permiſit. Primũ propter fiduciã ſui, dehinc propter opportunitatem ex obiectu fluminis hoſtis incluſi. Cyrus itaque
E Scythiam ingreſſus,procul à tranſmiſſo flumine caſtrametatus, inſuper aſtu eadẽ inſtructa vino epuliſque deſeruit, quaſi territus refugiſſet. Hoc comperto, regina tertiam partem copiarum & filium adoleſcentulũ ad perſequendum Cyrum mittit. Barbari veluti ad epulas inuitati,primum ebrietate vincuntur: mox reuertẽte Cyro, vniuerſi cum adoleſcẽte obtruncantur. Tomyris exercitu ac filio amiſſo, vel matris vel reginæ dolor ſanguine hoſtiũ diluere * prõptus, quàm ſuis lachrymis parat. Simulat diffidentiam deſperatione cladis illatæ, paulatimque cedendo, ſuperbum hoſtem in inſidias vocat. Ibi quippè compoſitis inter montes inſidiis,CC.M. Perſarũ cũ ipſo rege deleuit:adiecta ſuper omnia illius rei admiratione, quod ne nuntius quidem tantæ cladis ſuperfuit. Regina caput Cyri amputari, atque in vtrẽ humano ſanguine oppletum conijci iubet,nõ muliebriter increpitans, Satia te,inquit,ſanguine quem ſitiſti, cuius per annos triginta inſatiabilis perſeueraſti.

** potius Cyri triſte fatum.*

CAP. VIII.

Dar. Scythas aggreditur.

ANNO ab vrbe condita CCXLV. Darius Cyro apud Scythas interfecto, poſt aliquan-

† Cambyſ. regno annos 18. tribuit Cteſias: Herod. ſeptem mēſes quinque dies. Herod. lib. 3. Iuſt. lib. 1.

tum interuallum ſorte regnum adeptus eſt. * Regnauit enim medius eorum Cambyſes Cyri filius, F
qui deuicta Ægypto, cunctam Ægypti religionē abominatus, ceremonias eius & templa depoſuit.
Poſt hunc etiā Magi ſub nomine quem occiderant regis, regno obrepere auſi: qui quidem mox de-
prehēſi & oppreſſi ſunt. Darius itaque vnus ex his, qui Magorum audaciā ferro coërcuerāt, cōſenſu
omnium rex creatus eſt, qui poſtquā Aſſyrios ac Babyloniam à Perſarum regno deficientē, bello re-
cuperauit, * Attyro regi Scytharum hac vel maximè cauſa bellum intulit, quòd filiæ eius petitas ſibi
nuptias nō obtinuiſſet. Magna ſcilicet neceſſitas, pro vnius libidine hominis DCC. M. virorum peri
culo mortis exponi. Incredibili quippè apparatu cum DCC. M. armatorum Scythiā ingreſſus, nō
facientibus hoſtibus iuſtę pugnę poteſtatem, inſuper repentinis incurſibus extrema copiarum dilace-
rantibus, metuēs ne ſibi reditus interrupto ponte Iſtri fluminis negaretur, amiſſis LXXX. M. bella-
torum, trepidus refugit, quamuis hunc amiſſorum numerum inter damna non duxerit: & quem ha-
bēdum vix quiſquam ambire auſus eſſet, perditum ille non ſenſit. Inde Aſiam Macedoniámque ag-

Herod. lib. 6. Iuſt. lib. 2. Plato in Menex. Lex fuit Lycurgi nuſquā ante plenilunium ad bellū proficiſci. Lucian. lib. de Aſtrol.

greſſus, perdomuit. Ionas quoque nauali † congreſſione ſuperauit. † Deinde in Athenienſes, quod
Ionas aduerſum ſe auxilio iuuiſſent, impetum fecit, atque arma direxit. Porrò Athenienſes, vbi ad- G
uentare Darium cōpererunt, quamuis auxilium à Lacedæmoniis popoſciſſent, tamen cum detine-
ri * quatriduanæ religionis otio cōpertum haberent, ſpem occaſione ſumentes, inſtructis tantum
X M. armatorum ciuium, & Platæenſibus auxiliaribus M. aduerſum DC. millia hoſtium campis Ma-
rathoniis proruperūt, Miltiades ei tūc bello præfuit, qui celeritate magis quàm virtute fretus, alacri
ſatis expeditione prius hoſti comminus inhæſit, quàm poſſet expedito ſagittarum iactu propulſari.
Tanta in eo bello diuerſitas certandi fuit, vt ex alia parte viri ad occidendum parati, ex alia pecudes
ad moriendū præparatæ putarentur. CCM. Perſarum apud campos Marathonios ea tempeſtate ceci-
derunt. Senſit Darius hoc dānum: nā victus fugatúſque arreptis nauibus, refugit in Perſas. Cum au-

Darij obitus.

tē inſtauraret bellū, & vlciſci in victores moliretur, in ipſo apparatu cōcidit, olympiade ſeptuageſi-
ma quarta, hoc eſt, poſt vrbem conditam anno CCLXXV. quo tempore Romæ Popillia virgo ob cri-
men ſtupri viua defoſſa eſt.

CAP. IX.

*Xerxes à Spartanis vincitur. * Herod. lib. 7 copias Xerxis dicit fuiſſe decies ſepties centena milia. † Iſoc. in Pan. Iↄↄↄↄ CCCCC. ↄↄↄ.CCCIↄↄↄ. Diod. lib. 11. ſuprà octoginta millia. Cic. 2. de fin. Herod. lib. 7. Dio. 11. Pauſ.*

XERXES Dario patri in regnū ſuccedēs, bellum aduerſus Græciam à patre ſuſceptum, per quin- H
quenniū inſtruxit: quod Demaratus Lacedæmonius, qui tunc fortè apud Xerxem exulabat, per ta-
bellas primum ſcriptas, deinde ceratas, ſuis prodidit. Igitur Xerxes DCCM. armatorum de regno, &
CCCM. de auxiliis, † roſtratas etiam naues MCC. onerarias autem tria M. numero habuiſſe narratur:
vt merito inopinato exercitui immenſæque claſſi vix ad potum flumina, vix terras ad ingreſſum, vix
maria ad curſum ſuffeciſſe memoratū ſit. Huic tam incredibili tēporibus noſtris agmini, cuius nu-
merum nūc difficilius eſt aſtrui, quàm tūc fuit vinci, Leonidas rex Spartanorum cum IIII. M. homi-
nū in anguſtiis Thermopylarum obſtitit. Xerxes autem cōtemptu paucitatis obiectę, iniri pugnam,
conſeri manum imperat. Porrò illi, quorū cognati & cōmanipulares in campis Marathoniis occu-
buerant, & certaminis ſimul & cladis extitêre principium. Deinde ſuccedēs ſibi turba maior ac ſe-
gnior, cū iam neque ad procurrendum libera, neque ad pugnandum expedita, neque ad fugiendum
prōpta, ſolis mortibus ſubrigeretur, triduo continuo non duorum pugna, ſed cædes vnius populi
fuit. Quarto autem die cum videret Leonidas vndique hoſtem circunfundi, hortatur auxiliares ſo-
cios vt ſubtrahentes ſe pugnæ, in cacumen montis euadant, ac ſe ad meliora tempora reſeruent: ſibi I
verò cum Spartanis ſuis aliam ſortem eſſe ſubeundam: plus ſe patrię debere quàm vitæ. Dimiſſis ſo-
ciis, Spartanos admonet de gloria plurimū, de vita nihil ſperandum: neque expectandū, vel hoſtem
vel diē, ſed occaſione noctis perrumpenda caſtra, cōmiſcēda arma, conturbanda agmina fore. Nuſ-
quam victores honeſtius, quàm in caſtris hoſtium perituros. Perſuaſi igitur mori malle, in vltionē fu
turæ mortis armantur, tanquā ipſi interitum ſuum & exigerēt & vindicarēt. Mirum dictu. ſexcenti
viri caſtra ſexcētorum M. irrūpunt. Tumultus totis caſtris oritur. Perſæ quoque ipſi Spartanos adiu-
uāt mutuis cædibus ſuis. Spartani quærētes regē, nec inuenientes, cædūt ſternūtque omnia caſtra,
peruagātur vniuerſa, & inter dēſas ſtrues corporū raros homines vix ſequūtur. Victores ſine dubio,
niſi mori elegiſſēt. Præliū à principio noctis in maiorē partē diei tractū: ad poſtremū vincēdo fatiga
ti vbi quiſq; eorū, deficiētibus mēbris viſus eſt ſibi mortis ſuæ vltione ſatiatus, ibi inter impedimēta
cadauerum, campúmque craſſo & ſemigelato ſanguine palpitantem, laſſus lapſus & mortuus eſt.

CAP. X.

*Herod. lib. 8. Diod. 11. Plut. in Themiſt. * Plau. in bacc. vſus eſt etiā maſculinè. * deſides † Herod. Iuſt. Pauſ. & Plu. in Themiſt. hāc reginam Artemiſiam vocant.*

XERXES bis victus in terra, nauale prælium parat. Sed Themiſtocles dux Athenienſium, cum K
intellexiſſet Ionas (quibus dum auxilium ſuperiori bello præbet, in ſe Perſarū impetū verterat) in
auxilium Xerxis inſtructam claſſem deducere, ſolicitare eos parti ſuæ, hoſtiq; ſubtrahere ſtatuit. Et
quia colloquēdi facultas negabatur, locis quibus Iones acceſſuri nauibus videbātur, proponi † ſym-
bolos, ſaxíſque affigi iubet, ſocios quondā & participes periculorū, nūc autē iniuſtè † agētes apta in-
crepatione corripiens, atque ad antiquorum iura fœderum religioſa adhortatione perſuadens: præ-
cipuéque admonens, vti commiſſo prælio cedentium vice inhibeant remos, ſeſéque bello auferant.
Igitur rex partem nauium ſibi detinens, ſpectator pugnæ in littore manet. Contra autem † Artemi-
dora regina Halicarnaſſi, quę in auxiliū Xerxi venerat, inter duces primos acerrimè bello immiſce-
tur, ita vt verſa vice in viro fœminea cautela, in fœmina virilis audacia ſpectaretur. Cum autē anceps
pugna eſſet, Iones iuxta præceptū Themiſtoclis, paulatim ſe certamini ſubtrahere cœperūt: quorū
defectio Perſas iam fugam circunſpiciētes, apertè fugere perſuaſit. In qua trepidatione multæ naues
captæ

A captæ merſæque ſunt: plures tamen ſęuitiam regis, velut immanitatem hoſtis timentes, domos dila-
buntur. Anxium tot malis regem Mardonius aggreditur, ſuadens regem in regnum redire oportere
prius quā auerſa fama nouas res domi moliretur. Se autem, ſi reſiduę ſibi copiæ traderentur, & vltio-
nem ab hoſte exacturum, & ignominiam domeſticam propulſaturum, aut ſi aduerſa belli perſeueraſ-
ſent, ceſſurum ſe quidem hoſti, ſed tamen ſine regis infamia. Probato conſilio exercitus Mardonio
traditur. Rex Abydum, vbi pōtem veluti victor maris conſeruerat, cū paucis proficiſcitur. Sed cum
pontem hibernis tempeſtatibus diſſolutum offendiſſet, piſcatoria ſcapha trepidus tranſiit. Erat ſanè

Xerxes à Themiſtocle vincitur.

quod ſpectare humanum genus & dolere debuerat, mutationes rerum hac vel maximè varietate
permetiens, exiguo contentum latêre nauigio, ſub quo ipſum pelagus antè latuiſſet, & iugum capti-
uitatis ſuæ iuncto portaſſet, viliſſimo vnius ſeruuli egere miniſterio: cuius potentiæ, dum montes
exciduntur, valles replentur, amnes exhauriuntur, ipſa etiam rerum natura ceſſiſſet. Pedeſtres quo-
que copiæ, quæ ducibus commiſſæ fuerant, labore, fame, ac metu ita diſtabuerunt, & crudeſcente
morbo, tanta peſtis, tantáque fœditas morientium exorta eſt, vt viæ cadaueribus replerentur: diræ
B etiā alites atque improbæ beſtiæ, eſcarū illecebris ſolicitatæ, moribūdum ſequerentur exercitum.

CAP. XI.

† Iuſt. Oroſio impoſuit qui Mardonio Olynthi expugnationē tribuit & alia quæ ſunt Artabazi. † Artabazum cōfugiſſe, Mardonium in pugna ad Plateas cecidiſſe Herod. Diod. Plut. aliique omnes ſcribūt Pauſ. lib. 1. ait Mardoniū à Spartano milite interfectum. Interfectorem Herod. lib. 9. ἀείμνηστον Plu. in Ariſtide ἀείμνηστον nominat. verum ab his diſſentit Cteſias, qui Mardonium accepto vulnere fugiſſe tradit, ac deinde à Xerxe miſſum ad ſpoliandū Apollinis tēplum magna vi grandinis oppreſſum interiiſſe.

AT verò Mardonius, cui reliqua belli Xerxes commiſerat, afflatus primum ſucceſſu breui, mox
in extrema deiectus eſt. † Olynthum ſiquidem Græciæ ōppidum expugnauit. Athenienſes varia ſo-
licitatione adducere in ſpem pacis aggreſſus, vbi inexpugnabilem eorum libertatem videt, incen-
ſa vrbis parte, in Bœotiam omnem belli apparatum deducit. Illuc quoque eum centum millia Græ-
corum inſecuta ſunt, & commiſſo ſine mora prælio, Mardonium, deletis copiis ipſius, velut è nau-
fragio nudum, cum paucis † fugere compulerunt: caſtra regiis opibus referta cœperunt, non paruo
quidē antiquæ induſtriæ damno. Nam poſt iſtius prædæ diuiſionem, aurum Perſicum prima Græ-
cię virtutis corruptio fuit. Vrget igitur inceptus miſeros extrema perditio. Nā fortè eodē die quo in
Bœotia Mardonij copiæ deletæ ſunt, pars Perſici exercitus in Aſia ſub mōte Mycale † nauali prælio
dimicabat. Ibi nouus repentè rumor vtriuſque claſſis & populi impleuit aures, Mardonij extinctas
copias, Græcos extitiſſe victores. Mira diuini iudicij ordinatio, in Bœotia oriente ſole bellum fuiſſe
C commiſſum, in Aſia meridianis horis ſub eadē die, tantis ſpatiis maris terræque interiacentibus, nū-
ciatū: qui rumor ei vel maximè rei aſtipulatus eſt, quòd Perſas audita clade ſociorū, primum dolore,
dehinc deſperatione correptos, nec bello expeditos, nec fugæ habiles reddidit. Atque ita cōſterna-
tos profligatóſq;, conſtātior factus hoſtis ſucceſſu fœlicitatis, inuaſit. Xerxes bello in Græcia infœ-
liciter geſto, contēptibilis ſuis factus, per Artabanū præfectū ſuum in regia circūuentus occiditur. O
tēpora deſiderio & recordatione digniſſima. O dies illos inoffenſæ ſerenitatis, qui nobis veluti è te-
nebris reſpiciēdi proponūtur, quibus breuiſſimo interuallo de viſceribus vnius regni decies nouies
centena millia virorum, tribus proximis regibus, tria bella rapuerūt: vt taceam de infœliciſſima tūc
Græcia, quæ totū hunc de quo nunc hebeſcimus numerū, moriēdo ſuperauit. Leonidas ille clariſ-
ſimus Lacedæmoniorum in bello iſto aduerſus Xerxem, quod ſupremum ipſi atque hoſtibus fuit,
cum ſexcentis ſuis famoſiſſima illa incitamenta dixiſſet: Prādete tanquā apud inferos cœnaturi, au-
xiliaribus tamen, quos excedere bello iubebat, miſericorditer ſuaſit, vt ſe ad meliora tempora reſer-
uarēt. Ecce cū ille promiſit futura meliora iſti aſſerūt meliora præterita, quid aliud colligi datur, vtro
D que in ſuis deteſtāte pręſentia, niſi aut ſēper bona eſſe, ſed ingrata, aut nūquā omnino futura meliora?

Apophthegma refertur à Plut. & Cic. 1. Tuſc.

AT Romæ, vt ad id tempus redeam vnde digreſſus ſum: (neque enim interuallo miſeriarum ad
alios tranſire compellor, ſed ſicut ſe quondam efferueſcentia vbique mala ipſis actibus colligarunt,
ita etiam permixta referuntur: nobis quippè conferre inter ſe tempora orbis, non cuiuſquam partis
eius laboribus inſultare propoſitum eſt) Romæ ergo poſt vrbem conditam anno CCXC. ſuſpēſo ad
modicū bello, grauis peſtilentia, quę ſemper ibi raras inducias aut factas intercepit, aut vt fierēt coē-
git, per vniuerſam ciuitatem violenter incanduit, vt meritò præcedēte prodigio cœli ardere viſum
ſit, quando caput gentiū tanto morborū igne flagrauit. Nā eo anno Æbutium & Seruilium ambos
conſules peſtilentia conſumpſit, militares copias plurima ex parte confecit: multos nobiles, præci-
puéque plebem fœda tabe deleuit: quamuis etiam ſuperiore quarto anno oborta lues, eundē popu-
lū depopulata ſit. Proximo dehinc anno ciues exules, ſeruíque fugitiui, duce Herdonio viro Sabi-
no, inuaſerunt, incēderúntque Capitolium: vbi fortiſſimè quidem, Valerio conſule & imperatore,
obſtitere iuniores: ſed adeo atrox & graue diſcrimē prælij fuit, vt ipſe quoque cōſul Valerius ibi fue-
E rit occiſus, & indignā de ſeruis victoriā inſuper etiā ſua morte fœdauerit.

CAP. XII.

* Sequitur annus in quo cū
victo exercitu conſul obſeſſus eſt. Nam Minuciū conſulē congreſſum prælio Æqui Volſcique ſupe-
rarunt: & fugientē, in Algido fame ferróque cinxerūt: actūque infœliciter foret, ni Quinctius Cin-
cinnatus, præcipuus ille dictator, artatā obſidionē oppreſſo hoſte ſoluiſſet, qui repertus ruri, ab ara-
tro acceſitus ad faſces, ſumpto honore, inſtructóque exercitu, mox victor effectus iugū boū equis
impoſuit, victoriámque quaſi ſtiuam tenens, ſubiugatos hoſtes præ ſe primus egit.

Hūc locū diaconus Eutrop. hiſt. inſeruit.

CAP. XIII.

*Cōſulare imp. ad decēuiros. * 85. in his ferme nume-*

ANNO, qui proximus trecenteſimo ab V.C. fuit, dū legati ad Athenienſes propter Solonis leges
deferendas miſſi expectantur, arma Romana fames peſtilentiaque compeſcuit. Ipſo autem trecen-
teſimo anno, hoc eſt, olympiade † nonageſimaquinta, poteſtas cōſulum decē viris tradita, cōſtituen-
darum legum Atticarum gratia magnam perniciem reip. inuexit, nam primus ex decemuiris, ce-
dentibus cæteris, ſolus Appius Claudius ſibi continuauit imperium: ſtatimque aliorum coniuratio

ris auctor sequitur Euseb. à Liu. Dione Sozimo, Cassio. & cæteris dissentiens.
** Dion, 11. Diod. 12. Liu. 3. Europ. 1.*

subsecuta est, vt more contempto, quo insigne imperij penes vnum, potestas autem communis e- F
rat, omnes omnia propriis libidinibus agitarent. Itaque inter cætera quæ insolentissimè cuncti
præsumebant, repentè singuli cum duodenis fascibus cæterísque imperij insignibus processerunt:
& nouo improbæ ordinationis incepto ablegata religione consulum, emicuit agmen tyrannorum:
duabus tabulis legum ad decem priores additis, agentes insolentissimo fastu plurima, die quo de-
ponere magistratus mos erat, cum iisdem insignibus processerunt. † Maxima etiam Appij Claudij
libido auxit inuidiã, qui vt Virginiæ virgini stuprum inferret, prius seruitutis causam intulit: quam-
obrem adactus Virginius pater dolore libertatis, & pudore d edecoris, protractam ad seruitu-
tem filiam, in conspectu populi pius parricida prostrauit: qua populus necessitatis atrocitate per-
motus, & periculo libertatis admonitus, montem Auentinum occupauit armatus. Nec tueri liber-
tatem armis destitit, nisi postquam se coniuratorum conspiratio ipsis quoque honoribus abdicauit.
Tertia & quinta post centesimam olympiade, per totum ferè annum tam crebri, tamque etiam gra-
ues in Italia terræmotus fuerunt, vt de innumeris quassationibus ac ruinis villarum oppidorúmque
assiduis Roma nuntiis fatigaretur. Deinde ita * iugis & torrida siccitas fuit, vt præsentis tunc futu- G
rique anni spem gignendis terræ fructibus abnegarit. Iisdémque temporibus, cum Fidenates ho-
stes maximorum auxiliorum manu stipante, terribiles Romanis arcibus imminerent, Æmilius III.
dictator, magnam mali molem ipsis Fidenis vix captis depulit, & sanauit: tanta in ipsis erat malo-
rum animorúmque contentio, vt vel domesticas clades superfusa forinsecus bella obliterarent: vel
post damna bellorum inducias relaxatas diuersæ pestes cælo terráq; excandescentes, incessabili in-
festatione corrumperent.

cic. 2. de fin. Terræmotus Olymp. 87. Diod.
** cor. Cosso. Quinctio peno Cos. an. 325 Liu. lib. 4.*

CAP. XIII.

** postea Siciliæ regni memorabilia quæ plenius Iust. lib. 4. Thucy. initio lib. 9.*
Ætna.

SICILIA ab initio patria Cyclopũ, & † post eos semper nutrix tyrannorũ fuit. Sæpè etiã captiua
seruorũ, quorũ primi carnibus hominũ, medij cruciatibus, postremi mortib' pascebãtur, excepto eo,
quod externis bellis aut præda habebatur, aut præmiũ. Hæc vt quã breuissimè absoluã, requiẽ malo-
rum, nisi nũc, nescit: imò vt euidentius diuersitates temporũ declarẽtur, sicut antea vel intestinos vel
externos tumultus perpessa est inter omnes sola semper, ita nũc ex oĩbus sola nunquã. Nã etiã (vt si-
leã de diuturnitate vel illius calamitatis, qua pressa est, vel istius è cõtrario, qua fruitur, pacis) Ætna
ipsa, quæ tunc cum excidio vrbium atq; agrorum crebris eruptionibus æstuabat, nunc tantum in- H
noxia specie ad præteritorum fidem fumat. Igitur vt prætermittam interim de tyrannis, quorũ mox
qui fuit vltor, successor effectus est, medio tempore, hoc est, anno ab vrbe condita CCCXXXV.
cum Rhegini apud Siciliam discordia laborarent, ciuitásque per dissensionem diuisa in duas partes
esset, pars vna veteranos ab Himera vrbe Siciliæ in auxilium vocauit. Porrò illi pulsis ciuitate pri-
mum his contra quos implorabantur, deindè mox cæsis etiam illis, quibus ad auxiliandum con-
uenerant, vrbem cum coniugibus & liberis sociorum occupauêre, ausi facinus nulli tyranno com-
parandum: quippè cum Rheginis quiduis perpeti satius fuerit, quàm vt vltrò inuitarent, quibus
patriam, coniuges, liberos ac penates, ipsi extorres ad prædam relinquerent. At etiam Catanen-
ses cum Syracusanos graues infestósque paterentur, ab Atheniensibus auxilia poposcerunt. Sed
Atheniẽses suo magis quàm sociorum studio instructam classem, in Siciliam misêre: cum & sibi pro-
pagare molirentur imperium, & Syracusanam classem nuper instructã Lacedæmoniis proficere ve-
rerentur. Et quoniã Athenienses qui missi erant, cæsis hostibus, prospera initia sumpserãt, maiores
copias robustiorémque exercitũ cũ Lachete & Charœade ducibus in Siciliam reduxerunt. Sed Ca- I
tanenses belli tædio permoti, cum Syracusanis fœdus ineunt, auxilia Atheniensiũ spernũt. Post au-
tẽ Syracusanis, conditiones pacis meditatione dominationis transgrediẽtibus, denuò legatos Athe-
nas mittunt: qui capillo barbáque squalidi, & lugubribus induti, misericordiam atque auxilium &
sermone & habitu precarẽtur. Igitur magna classis instruitur, ducibus Nicia & Lamacho: tãtísq; viri-
bus Sicilia repetitur, vt suffragia sua & hi timerẽt, qui impetrauissent. Atheniẽses duas ilicò pedestres
pugnas secũdis successib. faciũt, cõfertósque in vrbe hostes, & obiecta classe circũdatos, terra maríq;
concludunt. At Syracusani fractis fessísque rebus, auxiliũ à Lacedæmoniis petunt: à quibus mox mit
titur Gylippus, solus quidem, sed in quo omnium præsidiorum instar præferebatur: qui veniens, vt
audiuit inclinatum iam belli statum, auxiliis partim in Græcia, patim in Sicilia contractis, opportu-
na bello loca occupauit. Deinde duobus præliis victus, nec territus, tertio congressu Lamachũ oc-
cidit, hostes in fugam vertit, socios obsidione liberauit. Hinc Athenienses terrestri prælio victi, ex-
perimenta maris ineunt, & nauali certamine cõgredi parant, quo cognito, Gylippus classem instru- K
ctã à Lacedæmoniis accersit: atque Athenienses in locum amissi ducis, Demosthenem & Euryme-
donta cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnesij quoque cum multarũ vrbium cõsensu &
decreto ingẽtia Syracusanis auxilia misêre. Ita sub specie socialis belli domesticos motus exequũtur,
& quasi placito de Græcia translatum certamen in Siciliam fuerit, sic ex vtraque parte summis viri-
bus dimicatur. Igitur Athenienses prima congressione vincuntur: castra quoque cũ omni pecunia
vel publica vel priuata, & cum vniuerso instructu diuturnæ expeditionis amittunt. fractis opibus &
in angustum redactis, suadet Demosthenes, dum nondum omninò res perditæ sint, quãlibet videã-
tur afflictæ, domum redeant, Siciliáque decedant. Nicias autem pudore malè gestarũ rerum ab ini-
tio desperatior redditus, manere contendit. Reparant nauale certamen, & mox per inscitiã in angu-
stias Syracusani maris deducti, insidiis hostium circumueniuntur. Eurymedon dux primus occi-
ditur:

Anno quinto belli Pelopon. Thucyd. li. 3 Diod. mẽdosè χαβείας pro Charœade posuit l. 12.
Tertius fuit Alcibiades Thuc. lib. 6. Diod. 13. Plu. in Alcib. & Nicia.
Thucyd. l. 7 Diod. 13.

A ditur: † vndecim naues incenduntur. Demosthenes & Nicias classem dimittũt, quasi tutius terrena
expeditione fugituri. Gylippus autem primũ naues eorũ relictas † CXXX. inuadit: dehinc ipsos fu-
gientes persequi aggressus capit, cædit quàmplurimos. Demosthenes dedecus seruitutis volũtaria
morte declinat, Nicias verò indignam turpémque vitam dedecore captiuitatis accumulat.

Plut. i Nicia. † Iust. trigita, Thucyd. & Diod. Incẽdij meminerunt, sed nauium numerum omiserunt.

CAP. XV.

Alcibiades exul hortatur Lacedæmonios in patriã. Thucyd. li. 8. Diod. 13. Plut. in Alcibi. & Iust. Dar. hic VI fuit. Athenienses opulenti.

IGITVR Athenienses biennio apud Siciliam non sine Lacedæmoniorũ dãno conflictati, aliis do-
mi malis circumueniũtur. Alcibiades enim dux pridem aduersus Syracusas pronũciatus, mox ad iu-
dicium pro quadã insimulatione detẽtus, voluntario exilio Lacedæmonẽ se cõtulit, impulítq; Spar-
tanos, vt turbatis Atheniẽsibus, nouo rursus bello insisterẽt: neque eis respirandi spaciũ, quin oppri-
merẽtur, relaxarent. cui incepto ita Græcia omnis astipulata est, quasi ad cõmune incẽdium restin-
guendum, bono publico congestis viribus cõsuleretur. Darius etiam rex Persarum memor paterni
auitíque in hanc vrbẽ odij, per Thissafernem præfectum Lydiæ cũ Lacedæmoniis fœdus paciscitur,
eísque sumptus belli & copias pollicetur. Mirum dictu, Atheniensiũ tantas ea tẽpestate opes fuisse,
vt cũ aduersus eos, hoc est, aduersus vnã vrbem Græciæ, Asiæ totiúsque oriẽtis viribus incursum sit,
B pugnando sæpè, nec vnquam cedẽdo, consumpti magis videantur fuisse quàm victi. Principiò enim
Alcibiades omnes socios deficere ab his ad Lacedæmonios coëgit: sed & ab his quoque per inuidiã
insidiis appetitus aufugit, & ad Thissafernem in Mediã concessit: cui statim accommodato ingenio
& apti eloquij gratia familiarior factus, persuadet ne Lacedæmonios tã profusis opibus iuuet: cum
potius istius certaminis arbitrũ spectatorẽq; fieri debere, integrásq; Lydiæ vires aduersus victorẽ re-
seruãdas. Quamobrẽ Thissafernes partẽ classis cũ aliquãta manu deduci Lacedæmonẽ iubet: ne vel
abundãtes suffragiis, alieno tuti periculo dimicarẽt, vel in totũ destituti, susceptũ certamẽ omitterẽt.

CAP. XVI.

*Atheniensiũ & Spartanorum prælia. Duplex de Spartanis victoria fuit, naualis vna, altera terrestris duce Mindaro interfecto. Xenoph. li. 1. de reb. Græc. Diod. lib. 13. * Iust. l. 5.*

APVD Athenienses verò cum diu domestica discordia agitaretur, imminente periculo, summa
imperij ad senatum populi voluntate transfertur. quippe otio discordiæ nutriuntur: at vbi necessitas
incubuit, postpositis priuatis causis atque odiis, in commune consulitur. Sed hoc ipsum cũ propter
insitam gẽti superbiam & tyrannicas libidines perniciosum foret, tandem Alcibiades exul ab exer-
citu reuocatur, & dux classis cõstituitur. Quo cõperto, principes primo Spartanis vrbem prodere
moliti sunt: deinde cum id frustra cogitassent, in exilium sponte cesserunt. Igitur Alcibiades patria
C liberata, classem in hostes dirigit. Commisso prælio, victoriam Athenienses capessunt. Porrò autẽ
maior pars Spartani exercitus cęsa, duces quoque penè omnes interfecti, & octoginta naues captę,
absque his quę in conflictu incensæ demersæque perierunt. Rursus bellum in terram translatũ, Spar-
tanis æque infœliciter cessit: quibus rebus fracti Lacedæmonij, petiêre pacem, nec tamẽ impetrare
potuerunt. Præterea Syracusana præsidia in Siciliã, audita Carthaginiẽsis belli infestatione, reuoca-
ta sunt. Quamobrem Alcibiades classe victrici totam Asiam peruagatur, bellis, incendiis, cædibus
rapit sternítque omnia. Vrbes quę dudũ à societate defecerãt, capit recipítque quãplurimas.* Sic Al-
cibiades magni nominis factus, Athenas cũ admiratione & gaudio omniũ victor ingreditur. Paruo
post interuallo auget vires, exercitum classẽmque numero prouehit, rursúsque Asiã petit. Lacedæ-
monij vero Lysandrum ducem, classi bellóque præficiũt. Cyrus etiam filius Darij, in locum Thissa-
fernis, Ioniæ Lydiæque præpositus, magnis eos opibus auxiliísque cõfirmat. Lysander itaque Alci-
biadis exercitũ prædæ intentum, ac per hoc vbique dispersum ac vagum, repẽtino incursu oppri-
D mit, sine cõflictu aliquo vincit, cædítq; fugientem. Magna hæc clades Atheniẽsibus, & multò atro-
cius vulnus quàm dudũ inflixerant, susceperunt: quo comperto, Athenienses opinati sunt Alcibia-
dem antiquum exilij sui dolorẽ, isto scelere proditionis vindicare curasse: ideóque in locũ eius Co-
nonẽ constituunt, cui residuam manum & summam belli committunt: qui supplere saltem numero
exhaustas copias volens, senes ac pueros legit, exercitúmq; conscribit. Sed huiusmodi manus mo-
rã bello non attulit: quippè quod robore, nõ numero confici solet. Itaque statim imbellis manus vel
capta vel cæsa est: tãtáque strages occisorum illo prælio facta est, vt deletum nõ solum regnum, sed
etiam nomen Atheniensium videretur. At illi desperatis rebus, statuũt vrbẽ peregrinis dare, vt qui
per totã Asiã paulo antè dominati sunt, nũc ex hac colluuie muros saltem libertatẽque tueantur: &
quamuis vel suo iudicio ad hæc tuenda etiam obiectis muris non sufficiant, iterum tamen experiri
nauale prælium parant. Expers consilij furor, dolorem virtutem putat: quantúmque meditatur ira,
tantũ promittit audacia. Itaque omnibus partim captis, partim interfectis, de ipsis quoq; reliquiis ni-
hil reliqui factũ est. Solus dux Conon superstes bello & populo, timẽs ciuiũ crudelitatem, ad Cypriũ
E regem concessit Euagoram.* At dux Lacedæmoniorum, adeptis omnibus ciuitatibus, nihil Athe-
niẽsibus præter inanem vrbem reliquit. nec hoc diu: nã & ipsam vrbẽ postea obsidione circundedit.
Angebat intrinsecus fames, desolatio, & morbus obsessos. Et cũ post omnia miseriarũ abominamẽ-
ta, quæ etiam dicere horror est, nihil spei præter mortem occurreret, pacem petiuêre.

Hæc strages Antioc. Alcib. præfecti temeritate cõtigit: Xenoph. l. 1. Diod. 13. Plut. in Alcib. & Lysan. Paus. l. 3.
** Hic locus emendatur ex Iust. & 2. Xenoph & Isoc. in Euagora.*

CAP. XVII.

Sic quidẽ Iustin. at secus paulò Xenop. lib. 2.

MAGNA hinc inter Spartanos & socios deliberatio fuit, cum plurimi inquietissimam ciuitatem
sternẽdam solo, populúmque infestissimum cum ipso nomine abolendum pronũciarent: Spartani
negauerunt se permissuros, vt è duobus Græcię oculis vnus erueretur: insuper etiã pacẽ promiserũt,
si Pirçei portus ducẽtia in vrbem munimina euerterentur, nauésque reliquas vltrò traderẽt: deinde
si rectores sibi triginta lectos susciperẽt. Huic cõditioni addictis & succumbentibus, Lacedæmonij
Lysandrũ ad cõponẽdas in vrbe parẽdi leges cõstituerũt. Insignis hic annus & expugnatione Athe-
natũ, & morte Darij Persarũ regis, & exilio Dionysii Sicilię tyrãni fuit. Igitur triginta rectores Athe-

Diod. lib. 13.

nienſibus ordinati, triginta tyrãni exoriũtur: qui primo ſe tribus millibus ſatellitũ ſtipãt, mox etiã F
Cades Alcib. à Pharnabazo Plut. & Diod. l. 14. cic. Tuſc. 1. septingẽtos milites victoris exercitus lateribus ſuis circũponunt: cædẽ omniũ paſſim futurã, occiſo Alcibiade auſpicãtur: qui fugiẽs, in itinere clauſus cubiculo, viuus incẽſus eſt, quo interfecto quaſi ſublato vltore ſecuri, miſeras vrbis reliquias cædibus rapiniſque exhauriũt. † Theramenẽ quoque vnũ ex numero ſuo, cui hæc diſplicere ſenſerũt, in exemplũ timorémque reliquorũ trucidãt. Itaque omnes paſſim ex vrbe diffugiũt: ſed interdictu Lacedæmoniorũ, cũ per totã Græciã exulibus negaretur hoſpitiũ, omnes ſe Argos ac Thebas cõtulerunt: vbi ita hoſpitalitatis obſequio foti ſunt, vt nõ ſolũ dolorẽ amiſſæ patrię lenirẽt, verũ etiã ſpẽ recuperãdæ meditarẽtur. Erat inter exules Thraſybulus vir ſtrenuus, & generis nobilitate inter ſuos clarus, qui autor audẽdi pro patria fuit. Itaque caſtellũ Phylẽ Atticorũ finiũ collecti exules capiũt, multarúmque ciuitatũ opibus adiuti, vires capeſſunt: quibus Lyſias quoque Syracuſanus orator, quaſi in auxilium vrbis, quæ eſſet patria communis eloquẽtiæ, * quingẽtos milites cũ ſtipendiis ſuis miſit. Atrox id prælio fuit, ſed his pro propria libertate, illis pro aliena dominatione certãtibus, animorũ atque cauſarũ ipſa quoque tulit pugna indiciũ: nam victi tyrãni, in vrbem refugerunt, omnéſque quos ex Atheniẽſibus prius ſibi ſatellites legerãt, G tunc ſuſpectos proditionis vrbis cuſtodia remouerũt. Thraſybulũ quoque ipſum tentare corruptione auſi ſunt. quod vbi fruſtra ſperatum eſt, accerſitis à Lacedæmone auxiliis, rurſus in bellum ruunt, * vbi duo ſæuiſſimi omniũ longe tyrannorũ trucidantur. Cæteros victos & in fugã verſos, Thraſybulus vbi vel maximè Athenienſes eſſe intelligit, clamore cõſequitur, oratione retinet, precibus ligat, proponens ante oculos eorum, quos fugere vel ad quos refugere vellent, ſibi aduerſus triginta dominos, non aduerſus ciues miſeros bellum eſſe ſuſceptum. Quin potius omnes qui ſe meminerint eſſe Athenienſes, ſequi oportere Athenienſium libertatis vltores. Itaque hæc adhortatio tãtum apud eos valuit, vt mox reuerſi in ciuitatẽ, tyrannos arce decedere atque Eleuſinã migrare cõpulerint: qui poſtquam in ſocietatem vrbis ciues ſuos, eatenus exules receperunt, tyrãnos in bellũ æmulatione ſuſcitãt, quibus libertas aliorũ quaſi ipſorũ ſeruitus videbatur. Tunc indicta pugna, cũ prius quaſi ad colloquium conuenirent, circumuenti inſidiis, veluti pacis victimæ, trucidãtur. Ita reuocati in vnum, poſt inexplebiles magnorum lachrymas gaudiorũ, hæc prima fundamina recuperatæ libertatis inſtaurant, propoſita iuriſiurandi cõteſtatione, vti diſcordiæ animoſitatéſq; prætеritæ, in obliuionẽ perpetuã atque immortale ſilentiũ deducãtur. Quod pactionis genus quaſi nouã vitæ inſtitutionem, nouámque fœlicitatem ſtatus ſui informantes, Amneſtiã vocauerũt, id eſt, abolitionem malorum. Sapientiſſima Athenienſiũ, præſertim poſt tanta miſeriarum documenta, proui ſio: ſi quo pacto res humanæ manẽte cõſenſu hominũ, vt ordinãtur, valerẽt. Sed adeò hoc idẽ placitũ, inter ipſa penè placiti verba corruptum eſt, vt vix intercedente biennio, Socrates ille clariſſimus philoſophorum, adactus malis, † veneno ſibi apud eos vitam extorſerit: deinde vix quadraginta annis interuenientibus, vt alia ſileã, iidẽ Athenienſes adempta ſibi penitus libertate, ſub Philippo Macedonũ rege ſeruierint. Veruntamen ſapientiſſimi omniũ Athenienſes, etiã ſuis malis ſatis docti, cõcordia minimas res creſcere, diſcordia maximas labi, cũctáque vel bona vel etiã mala, quæ foris gerũtur, internis eſſe radicata & emiſſa principiis, domi abſterſere odia, & foris bella preſſerũt, reliquerũtque poſteris ſuis de ruina ſui exẽplum, de reparatione conſilium: ſi tamen ob infirmiſſimam humanæ mentis mutabilitatem, quod in afflictis rebus cõſulitur, in proſperis ſeruaretur.

Amneſtia Val. li. 4. c. 1 Plut. in præcep. ciu. Cic. 1. Phili. Paterc. l. 2.

† Anno 1. Olym. 95. Laer. l. 2. Diod. 14.

CAP. XVIII. I

Artaxerxis et Cyri bellum. Diod. lib. 14. Plut. in Art. Xenoph. septẽ libris Κύρου ἀνάβασις Cæſaris.

IISDEM ferè diebus bellum ciuile, immò etiã pluſquã ciuile, vix parricidio terminatũ, apud Perſas gerebatur. Mortuo enim rege Dario, cũ Artaxerxes & Cyrus filij eius de regno ambigerent, tandem magnis apparatibus, magnis prouinciarum ac populorum ruinis eſt vtrinq; certatũ: in quo cõflictu cũ è diuerſo cõcurrẽtes ſibi ambo fratres mutuò caſus obiectauiſſent, prior Artaxerxes vulneratus à fratre, equi velocitate morti exẽptus euaſit. Cyrus autem mox à cohorte regia oppreſſus, ſinẽ certamini dedit. Artaxerxes ergo & præda fraternæ expeditionis, & exercitu potitus, poteſtatẽ regni parricidio firmauit. Sic vniuerſa Aſia atq; Europa, partim in ſe ſingulæ, partim inter ſe inuicẽ funeribus & flagitiis permiſcebãtur. Ecce paruiſſima pagina, verbíſque pauciſſimis quãtos de tot prouinciis populis atq; vrbibus nõ magis explicui actus operũ, quã implicui globos miſeriarũ. Quis enim cladẽ illius temporis, quis fando funera explicet, aut æquare lachrymis poſſet dolores? Verũtamen hæc ipſa, quia multo interiectu ſæculorũ exoleuerunt, facta ſunt nobis exercitia ingeniorum, & obiect amẽta fabularum. quanquam ſi quis intẽtius adhibeat animum, ſeſéque toto mentis affectu ipſis penè cauſis belliſque permiſceat, ac rurſus velut in arce ſpectaculi conſtitutus, vtrunque in ſuis qualitatibus tempus permetiatur, facilè dixerim eum iudicaturum, neque illa, niſi irato atque auerſato deo poſſe tam infœliciter perturbari ac permiſceri, neque iſta ſic, niſi propitio & miſerante, cõponi. His deindè tẽporibus grauiſſimo motu terræ cõcuſſa Sicilia, inſuper exæſtuãtibus Ætnæ montis ignibus, fauilliſque calidis, cũ detrimẽto plurimo agrorũ villarũque vaſtata eſt. Tunc etiam Atalante ciuitas Locris adhærẽs, terræ contigua, repentino maris impetu abſciſſa, atque in inſulam deſolata eſt. Athenienſium quoque miſerabiles reliquias peſtis inuaſit, diúque populata eſt.

παρφδία Virgiliana è 2. Æneid.

Terræmotus an. 3. olymp. XCVIII. Diod. lib. 12.

CAP. XIX. K

ANNO ab vrbe condita † CCCLV. obſidio Veiorum decem continuis annis magis obſeſſores quàm obſeſſos detriuit. Nam Romani repentinis ſæpè hoſtium irruptionibus comminuti, præterea in hibernis bella ſortiti, hiemare ſub pellibus, poſtremò famẽ ac frigus in cõſpectu hoſtium perpeti coacti ſunt: vrbem nouiſſimè ſine vllo digno Romanæ virtutis teſtimonio, cuniculis & clandeſtina

obreptione

A obreptione ceperunt. Hanc vtilem magis quàm nobilem victoriam, primo dictatoris Camilli, qui eam de Veientibus patrauit, exilium, dehinc irruptio Gallorũ, & incẽdium vrbis inſequitur: cui cladi audeat quiſquã, ſi poteſt, aliquos motus temporis huius comparare: quamuis non æque pendat præteriti mali fabulam præſentis iniuria. Igitur Galli Senones, duce Brenno, exercitu copioſo & robuſto nimis, cum vrbem Cluſini, quæ nunc Tuſcia dicitur, obſiderent, legatos Romanorũ (qui tunc componendæ inter eos pacis gratia venerant) in acie aduerſum ſe videre pugnãtes: qua indignatione permoti, Cluſini oppidi obſidione dimiſſa, totis viribus Romam contẽdunt. Hos ita ruẽtes * Fabius cum exercitu conſul excepit, nec tamen obſtitit, immò potius hoſtilis ille impetus, quaſi aridã ſegetem ſuccidit, ſtrauit & tranſiit. * Teſtatur hanc Fabij cladem fluuius Alia, ſicut Cremera Fabiorum. Non enim facilè aliquis ſimilem ruinam Romanæ militiæ recẽſeret, etiamſi Roma inſuper incenſa non eſſet. Parentem Galli vrbem penetrant, trucidant rigentes ſimulachrorum modo in ſuis ſedibus ſenatores: eóſq; incendio domorũ crematos, lapſu culminũ ſuorũ ſepeliunt. Vniuerſam reliquã iuuentutẽ, quam conſtat vix mille hominũ tunc fuiſſe in arce Capitolini mõtis latitantẽ obſi- B dione concludunt: ibiq; infœlices reliquias fame, peſte, deſperatione, formidine * terrent, ſubigunt, vendunt: nam mille libris auri diſceſſionis pretiũ paciſcũtur: non quo apud Gallos Roma parui nominis fuerit, ſed quod illam ſic iam antè detriuerint, vt amplius tunc valere non poſſet. Exeuntibus Gallis remanſerat in illo quondã vrbis ambitu informiũ ruinarũ obſcœna congeries, & vndiq; impedita errantium, & inter ſua ignotorum offenſæ vocis imago reſpõdens trepidos ſuſpendebat auditus. Horror quatiebat animos, ſilentia ipſa terrebant. Siquidem materia pauoris eſt raritas in ſpatioſis. Hinc illis mutare ſedes, aliud incolere oppidum, altero etiam cẽſeri nomine cogitatum, placitum atque tentatum eſt. En tempora, quorum comparatione præſentia ponderantur. en quibus recordatio ſuſpirat. en quæ incutiunt de electa, vel potius de neglecta religione pœnitentiam. Reuera pares ſunt & conferuntur inter ſe hæ duæ captiuitates, illa ſex mẽſibus deſæuiens, & tribus diebus iſta tranſcurrẽs. Galli extincto populo, vrbe deleta, ipſum quoq; Romæ nomen in extremis cineribus perſequentes, & Gothi relicta intentione prædandi, ad confugia ſalutis, hoc eſt, ſanctorum locorum agmina ignata cogentes. Ibi vix quenquam inuentum ſenatorem, qui vel abſens euaſerit: C hic vix quenquam requiri, qui fortè vt latens perierit. Rectè ſanè compararim, hunc fuiſſe ibi ſeruatorum numerum, qui hic fuerit perditorum. Planè quod reproditur & fatendum eſt, in hac clade præſenti plus deum ſæuiſſe, homines minus, cum peragẽdo ipſe, quod illi non impleuiſſent, cur eos miſerit, demonſtrauit: quippe cum ſupra humanas vires eſſet, incendere æneas trabes, & ſubruere magnarum moles ſtructurarum, ictu fulminũ forum cum imaginibus vanis, quæ ſuperſtitione miſerabili, vel Deum vel hominem mentiuntur, abiectum eſt: horumq; omnium abominamentorum, quod immiſſa per hoſtem flamma non adiit, miſſus è cœlo ignis euertit. Et quoniam vber dicendi materia eſt, quæ nequaquam hoc concludi libro poteſt, hic præſentis voluminis finis ſit, vt in ſubſequentibus cætera proſequamur.

Liu. lib. 5.

** Nullus Fab. hoc rẽpore cõſ. fuit: ſed quo anno capta eſt Roma tres Fabij Trib. mil. conſulari poteſtate fuerũt Liu l. 5. Diod. 14. Plut. in Camil.*

** Vtraque clades cõtigit 15. Cal. Septẽbr. Liu. lib. 6. Tacit. 18. ſerib. 7. Æn.*

** terrunt. Liu. lib. 5. Romam ſex mẽſib. in Gallorũ poteſtate fuiſſe ſcribit Plut. in Camil.*

PAVLI OROSII
LIBER III.

D

PRÆFATIO.

Authoris præpoſitum.

EST ſuperiore iam libro conteſtatus ſum, & nunc neceſſariè repeto, ſecũdum præceptum tuũ de anteactis cõflictationibus ſæculi, nec omnia nec per omnia poſſe quæ geſta, & ſicut geſta ſunt explicari, quòniam magna atq; innumera copioſiſſimè à plurimis ſcripta ſunt. Scriptores autem etſi non eaſdem cauſas, eaſdem tamen res habuere propoſitas: quippè cùm illi bella, nos bellorũ miſerias euoluamus. Præterea ex hac ipſa, de qua queror, abundantia, anguſtia oritur mihi, & cõcludit me ſolicitudo nodoſior. Si enim aliqua ſtudio breuitatis omittõ, putabuntur aut mihi nunc defuiſſe, aut in illo tunc tempore non fuiſſe. Si verò ſignificare cuncta, nec exprimere ſtudens, compendioſa breuitate ſuccingo, obſcurã faciam: & ita apud pleroſque erunt * dubia, * dicta: E vt nec dicta videantur: maximè cùm è contrario nos vim rerum, non imaginem commendare curemus. Breuitas autem atque obſcuritas, immò vt eſt ſemper obſcura breuitas, etſi cognoſcendi imaginem præfert, aufert tamen intelligendi vigorem. Sed ego cum vtrunque vitãdum ſciam, vtrunq; faciam, vt quocunque modo alterutra temperentur, ſi nec multa prætermiſſa, nec multum conſtricta videantur.

CAP. I.

* ANNO ab vrbe condita CCCLXIIII. quem annum ſicut grauiſſimum propter ignotam ſibi captiuitatem Roma perſenſit, ita magnificum propter inſolitam pacem Græcia habuit. Eo ſiquidẽ tempore, quo Galli Romam captam incenſamq; tenuerunt ac vendiderunt, Artaxerxes rex Perſarum diſcedere ab armis, & quieſcere in pace vniuerſam Græciam per legatos præcepit; denunciãs cõtradictorẽ pacis, bello impetẽdum: quem ita iubentẽ potuiſſent vtiq; Græci tam cõſtanter cõtemnere, quàm fortiter ſæpè vicerunt, niſi porrectam vndecunq; occaſionẽ, quam auidè deſiderauerãt, tam libenter hauſiſſent. oſtenderunt enim quàm ægrè admiſere illa quæ catenus geſſerunt, quæ tam fa-

** Hic numerus eſt Plin. l. 34. cap. 1. Liu. in orat. camilli lib. 5. Romam captam ſignificat anno ab vrb. cõd. 265.*

cilè indigna etiã cõditione depoſuerũt: nam quid tam indignũ liberis & fortibus viris, quàm longè F remoti, ſæpè etiam victi adhuc hoſtis, & deindè minitantis imperio arma deponere, paciq; ſeruire, ſi non ipſo tãtum annuntiatæ pacis ſono per corda cunctorũ ægra belli tabuiſſet intentio: & poſt diuturnas laborũ vigilias oſcitantes ac ſtupefactos quies inopinata laxaſſet, priuſquã ipſam quietẽ volũtas pacta componeret? Vnde autem tãta fatigatio, omnium per totam Græciam populorum corda corporaq; oppreſſerit, quæ efferos animos ignoto acquieſcere otio tã facilè perſuaſit, quàm breuiſſimè oſtendã.

Iuſtin. lib. 6. Xenoph. lib. 3. Diod. 14.

Lacedæmonij, vtpotè homines, & Græci homines, quò plura habebãt, eò ampliora cupientes, poſtquàm Athenienſiũ potiti ſunt, vniuerſam Aſiam ſpe dominationis hauſerunt. Itaque toti orienti bellũ mouentes, Dercyllidam ducẽ in hanc militiã legunt: qui cũ ſibi aduerſus duos potentiſſimos Artaxerxis Perſarũ regis præfectos, Pharnabazum & Tiſſafernẽ, pugnandũ videret, prouiſo ad tẽpus conſilio, vt pondus geminæ congreſſionis eluderet, vnum denuntiato bello appetit, alterũ pacta pace ſuſpendit. Pharnabazus Tiſſafernem apud Artaxerxẽ, cõmunem tũc regem defert vt proditorem, præſertim qui cum hoſte belli tẽpore de fœderis conditione pepigiſſet: hortaturq; regem vt in locum eius † Cononem Athenienſem virum, qui tunc fortè apud Cyprum exulabat, G ducem nauali bello conſtituat.

† Eandem Diod. lib. 14.

Acceptis igitur quingentis argenti talentis, Conon per Pharnabazũ euocatur, claſſiq; præficitur: quibus cõpertis, Lacedæmonij & ipſi auxilia naualis belli, à rege Ægypti † Hercinione per legatos petunt: à quo centũ inſtructas triremes & ſexcẽta millia modiũ frumẽti acceperunt: à ſociis etiã vndiq; magna contraxere ſubſidia. Cui militiæ conſenſu omniũ, Ageſilaũ ducem decreuerũt, † virum pede claudum, ſed qui in difficillimo rerum ſtatu mallent ſibi regẽ claudicare quàm regnum. Raro vnquã ita pares omni induſtria duces in vnum coiêre bellum, qui acerbiſſimis inuicẽ præliis fatigati, & multo ſanguine obliti, velut inuicti ab alterutro receſſerũt.

† Iuſt. Hercymone Diod. Νεφέα, vel vt in aliis lib. Νεφερέα, qui σῖτον μυριάδας πεντήκοντα Lacedæmoniis dedit.

Igitur Conon accepto iterũ per ſe ipſum à rege magno ſtipẽdio, reuerſus ad claſsẽ, inuadit hoſtiles agros, turres, caſtella, cæteráq; præſidia expugnat: & veluti effuſa tẽpeſtas, quacumq; incubuit, cuncta proſternit. Lacedæmonij verò domeſticis malis circumuenti, externis inhiare deſiſtũt, abiiciũntq; ſpẽ dominationis, imminente periculo ſeruitutis. Ageſilaũ, quẽ cum exercitu in Aſiã miſerãt, ad ſubſidium patriæ reuocant. Interea Piſander dux apud Spartam, per Ageſilaũ regẽ relictus, maximã munitámq; claſſem tunc inſtruxerat, motus æmulatione virtutis Ageſilai, vt illo pedeſtrẽ expeditionẽ H agitãte, ipſe quoq; nauali diſcurſu oram maritimã peruagaretur. Conon verò ſuſcepto negocio, duplicem curam impendebat, debens ſociis ſolicitudinẽ, patriæ fidem: vt huic exhiberet naturam, illis præberet induſtriam: in hoc propẽſior ciuibus, quod quieti libertatiq; eorũ alieni ſanguis diſcrimẽ impenderet, & pugnaret aduerſus inſolentiſſimos hoſtes periculo regis, præmio patriæ. Conſerunt itaq; nauale certamen Perſæ Conone, Spartani Piſandro duce: milites, remiges, ipſiq; ductores vno pariter in mutuam cædem ardore rapiuntur. Magnitudine atq; atrocitate belli iſtius inclinatus, ex hoc ſemper in poſterũ Lacedæmoniorũ ſtatus proruit. Namq; ex illo fluere, ac retrò ſublapſa referri ſpes Spartanorũ viſa eſt, donec aſſurgẽdo ægrè ac miſerè recidẽdo confecta & poteſtate careret, & nomine. Athenienſibus verò hæc eadẽ pugna initiũ recuperãdæ potẽtiæ, ſicut Lacedæmoniis amittẽdæ, fuit. Primi igitur Thebani, auxilio Athenienſiũ fulti, ſuperiore clade ſaucios ac trepidos aggrediuntur, multa animati fiducia propter virtutem atq; induſtriã Epaminõdæ ducis ſui, cum quo ſibi facilè obtinere poſſe imperiũ totius Græciæ videbãtur. Fit itaq; terreſtre præliũ Thebanis minimo negocio vincentibus. Vincitur etiã hoc conflictu Lyſander, & occiditur. Pauſanias quoq; dux alter I Lacedæmoniorũ, inſimulatus proditionis, in exiliũ truditur.

Xen. l. 3. Diod. 14. Pauſ. 3 & 9. Plut. in Lyſan.

Thebani autẽ victoria potiti, collecta vniuerſi exercitus manu, Spartã contẽdunt, putãtes ſe vacuã præſidio ciuitatẽ, nullo intraturos negocio, cuius iam omnes penè copias cum ipſo rege deleſſent, atq; ab omnibus ſociis deſtitutos viderẽt. Lacedæmonij periculo ciuitatis impulſi, habito inexercitati militis qualicunq; delectu, obuiã hoſti procedunt. Sed victis ſemel, aduerſus victores obſiſtẽdi nec virtus nec animus erat. Cũ igitur cædes vnius tantũ penè partis ageretur, repẽtè rex Ageſilaus accerſitus ex Aſia improuiſus bello ſuperuenit: Thebanos iam ſucceſſu duplicis victoriæ lætiores ſegnioréſq; aggreditur: nec † difficilè ſuperat, maximè cum adhuc apud ipſum penè integræ vires haberẽtur. Ipſe tamen Ageſilaus grauiter vulneratur.

† περὶ τὴν Κορώνειαν, nõ vt vult Plut. in Ageſ. Χαιρώνειαν. Xen. l. 4. Diod 14. & 15.

At verò Athenienſes, cum cõperiſſent inſperata Lacedæmonios victoria ſubleuatos, priſtinæ ſeruitutis, de qua tunc reſpirare vix cœperãt, trepidi metu, exercitũ cõtrahunt, cúmq; Bœotiis in auxiliũ adiungunt cõmiſſum Iphicrati duci: qui adoleſcẽs admodũ, vixdũ annos 20. natus, infirmitatẽ ætatis maturitate animi muniebat. Conõ quoq; vir quidẽ Athenienſis, dux autẽ Perſici exer- K citus, audito Ageſilai reditu, ad populãdos Lacedæmoniorũ agros reuertitur. Ita Spartani ſtrepitu circumſonantiũ vndiq; hoſtiũ clauſi atq; exterriti, vltima propemodũ deſperatione tabuerunt. Sed Conon poſtquã vaſta hoſtilis ſoli populatione ſatiatus eſt, Athenas pergit, in maximo gaudio ciuiũ ipſe triſtis: quippè cũ videret vrbẽ populo quondã cultúq; ornatiſſimã, nunc miſerabili ruinarum ac deſolationis ſqualore confectã. Itaq; magnũ pietatis miſerationiſq; monimentũ in reparatione eius operatus eſt. Namq; eã à Lacedæmoniis exinanitã, Lacedæmoniorũ prædis repleuit: Perſis incẽdẽtibus cõcrematã, Perſis ædificãtibus reformauit. Interea Artaxerxes rex Perſarũ, ſicut principio dictũ eſt, vniuerſis Gręcię pop. per legatos, vt ab armis diſcederẽt, & paci acquieſcerẽt, imperauit: nõ quod miſericorditer feſſis cõſuleret, ſed ne illo in Ægypti bellis occupato, aliqua in regnũ ſuũ tẽtaretur irruptio.

Cononis beneficiũ Xen. & Diod. Demoſt. orat. de immu. contra Lept. Item Iſocr. in Euagorã.

CAP. II.

CVNCTIS igitur Gręcis optatiſſima quiete reſolutis, domeſticóq; otio torpẽtib⁹, Lacedęmonij

nij

A nij inquieti magis quàm virtute intolerabiles, poſt bella depoſita tentãt furta bellorum. Nam ſpeculati abſentiam Arcadum, caſtellum eorum repentina irruptione perfringunt. Arcades verò exciti iniuria, iuncto ſibi Thebanorum auxilio, amiſſa furto, bello repetunt. In eo prælio Archidamus dux Lacedæmoniorũ vulneratus, cũ etiã cædi ſuos iam vt victos videret, occiſorũ corpora per præconẽ ad ſepulturam poſcit: quod ſignum victoriæ traditæ inter Græcos haberi ſolet. Thebani autem hac cõfeſſione contẽti, dato parcendi ſigno finem dedere certamini.

Arcadũ & Thebanorum prælia.

An. ſecundo Olymp. 98. Xen. lib. vlt. ἑλλην. Plut. in Ageſ.

Paucis deinde interueniẽtibus induciarum diebus, Lacedæmoniis ad alia bella conuerſis, Thebani cum Epaminonda duce, de inuadenda Lacedæmonia quaſi ſecura & deſtituta, cepere fiduciã. Taciti intẽpeſta nocte, Lacedæmonẽ veniunt: ſed non ita incautã vel indefenſam ſicut rebantur, offendunt. Armati enim ſenes cum reliqua turba imbellis ætatis, præcognito aduentu hoſtiũ, in ipſis ſe portarũ anguſtiis obiecerunt, & aduerſus quindecim millia militũ, vix centũ confecti æuo homines proruperunt. His itaq; tantã belli molem ſuſtinentibus, iuuentus ſuperueniens, cõgredi aduerſus Thebanos aperto certamine incũctãter decreuit. * Cõmiſſo prælio, cũ Lacedæmonij vincerẽtur, repente Epaminondas dux Theba- B norũ incautius dimicãs * vulneratur. Quare dũ his ex dolore metus, illis ex gaudio ſtupor naſcitur, veluti ex cõſenſu tacito vtrinq; diſceſſum eſt. Epaminõdas autẽ grauiter ſaucius, cũ de victoria ſuorũ cõperiſſet, ſcutumq; exoſculatus eſſet, * remota manu quæ vulnus occluſerat, egreſſum ſanguinis ac mortis patefecit introitũ: cuius mortẽ ſic Thebanorũ perditio ſubſecuta eſt, vt non perdidiſſe ducẽ, ſed ipſi cum eo tunc periſſe viderentur.

** Ad Mãtineam.*

** Ab Anticrate Laced.*

** Aliter de vulnere Cic. epiſt. 12. li. 5. fam. Val. li. 3. c. 2. Diod. 15.*

Cõtexui indigeſtæ hiſtoriæ inextricabilẽ cratẽ, atq; incertos bellorũ orbes huc atq; illuc lymphatico furore geſtorũ verbis è veſtigio ſecutus implicui: quoniã tãto (vt video) inordinatius ſcripſi, quãto magis ordinẽ cuſtodiui. Improba dominãdi Lacedæmoniorum cupiditas, quãtis populis, qualibus vrbibus, quibus prouinciis, cuiuſmodi odiorũ motus, quãtas cauſas certaminũ ſuſcitarit, quis vel numero, vel ordine, vel ratione diſponat? cũ ipſi quoq; non plus afflicti bellis quàm bellorũ cõfuſione referãtur: ſiquidẽ tracto per aliquot ætates hoc cõtinuo bello, Athenienſes, Lacedæmonij, Arcades, Bœotij, Thebani, poſtremò Græcia, Aſia, Perſis, atq; Ægyptus cũ Lybia, inſuliſq; maximis, nauales ſimul pedeſtreſq; cõflictus indiſcretis egere diſcurſibus. Referre cæſa hominũ millia non poſſem, etiam ſi bella numerarẽ. At nunc increpet hæc tẽpora atq; illa col- C laudet, quicunq; neſcit hoſce omnes iſtarũ vrbiũ prouinciarumq; populos, ita nunc in ſolis ludis ac theatris conſeneſcere, ſicuti tunc in caſtris maximè præliiſq; tabuiſſe. Florentiſſima illa, & totius tũc imperium oriẽtis affectãs Lacedæmoniorũ ciuitas, vix centũ habere potuit ſenes: ita inceſſabilibus circũuenta malis, immaturas miſerè expendebat ætates: & quæruntur nunc homines, quorũ refertæ pueris & ſenibus ciuitates, ſecura iuuenũ peregrinatione ditãtur, pacificiſq; exercitiis ſtipẽdia domeſticæ voluptatis acquirunt? niſi fortè (vt aſſolent humanæ mutabilitati omnia ſordere præſentia) nouitates rerum actu auditúque prurientibus ipſa etiam vita faſtidio eſt.

CAP. III.

Terræmotus Achaïæ, quẽ aſcribit Euſeb. in Chron. Olymp. 100. Strabo lib. 8. biennio ante Leuctricam pugnam: vt vult Diod. 1. an. ante Olymp. CII. qui annus aliis eſt 380.

ANNO ab vrbe cõdita cccLxxvI. ſæuiſſimo terræmotu Achaïa vniuerſa concuſſa eſt, & duæ tunc ciuitates, id eſt, * Bura & Helice, abruptis locorum hiatibus deuoratæ ſunt. At ego nunc è contrario poterã ſimilia in diebus noſtris apud Conſtantinopolim, æquè modo principẽ gentiũ, prædicta & facta ſed non perfecta narrare, cũ poſt terribilem denuntiationẽ conſcientiamq; mali ſui præſciam, ſubter cõmota funditus terra tremeret, & deſuper fuſa cælitus flãma penderet, donec orationibus Arcadij principis & populi Chriſtiani, præſentẽ perditionem Deus exoratus auerteret: probans ſe D ſolum eſſe & conſeruatorẽ humiliũ, & punitorẽ malorũ. Sed hæc vt cõmemorata ſint magis quàm explicata, verecundiæ conceſſerim, vt & qui ſcit, recolat: & qui neſcit, inquirat. Interea Romani, qui per ſeptuaginta annos ab vrbe Volſcorũ, præterea Faliſcorũ, Æquorũ & Sutrinorũ, ſubacti & attriti aſſiduis bellis conficiebantur, tandem in ſupra ſcriptis diebus Camillo duce eaſdẽ cepere ciuitates, & rediuiuo finẽ dedere certamini. Præneſtinos etiam eodem tempore, qui vſque ad portam Romæ bellando & cædendo peruenerant, ad flumen Aliam T. Quinctio pugnante, vicerunt.

CAP. IIII.

Peſtis feralis. Liu. lib. 7.

ANNO ab vrbe condita cccLxxxIIII. L. Genucio, & Q. Seruilio Coſſ. ingens vniuerſam Romam peſtilentia corripuit: non (vt aſſolet) plus minúſve ſolito tẽporum turbata temperies, hoc eſt, aut intempeſtiua ſiccitas hyemis, aut repentinus calor veris, aut incongruus humor æſtatis, vel autumni diuitis indigeſta illecebra, inſuper etiam expirata de Calabris ſaltibus aura corrumpens, repentinos acutarum infirmitatum afferret tranſcurſus, ſed grauis diuturnaq; in nullo diſpar ſexu, in nulla ætate diſſimilis, generali cunctos per biennium iugiter tabe confecit: vt etiam quos non egit E in mortem, turpi macie exinanitos afflictoſq; dimiſerit. Conquerentur hoc (vt arbitror) loco obtrectatores temporis Chriſtiani, ſi fortè ſilentio præterierim, quibus tunc cærimoniis Romani placauerint deos, & ſedauerint morbos, cum peſtilẽtia in dies crudeſceret. Auctores ſuaſere pontifices, vt ludi ſcenici diis expetentibus ederentur: & ita pro depellenda tẽporali peſte corporũ accerſitus eſt perpetuus morbus animarũ. Vber nũc quidem mihi iſte doloris atque increpationis locus eſt; * ſed in quo iam reuerentia tua ſtudium ſapientiæ & veritatis exercuit; mihi ſuper eo audere fas non eſt. Cõmonuiſſe me ſatis ſit, & ex qualibet intẽtione lectorem ad illius lectionis plenitudinẽ remiſiſſe.

** Contra ludos ſcenicos lib. 3. cap. 17. de ciuit. Dei.*

CAP. V.

Terræ hiatus Romæ. Arrian. lib. 6

SEQVITVR hanc miſerã luem, miſerioremq; eius expiationẽ proximo anno ſatis triſte prodigium. Repentè ſiquidem medio vrbis terra diſſiluit, vaſtóque præruptè hiantia ſubitò inferna patuerunt. Manebat diu ad ſpectaculum terroremque cunctorum patenti voragine impudens ſpecus, nefariámq; viui hominis ſepultũram diis interpretibus expetebat. Satisfecit improbis faucibus præcipitio ſui Marcus Curtius, vir eques armatus: iniecítq; crudeli terræ inopinatam ſatietatem, cui parũ

esset,quod ex tanta pestilentia mortuos per sepulchra susciperet,nisi etiam viuos scissa sorberet. F

CAP. VI.
*Galloru irruptio. † Ista Eutr. Liu.ad tertiũ. * Cic.2.de Finib.Li.7.Gel. lib.9.c.13. * Front.lib.2. Stratag. * Polyb.lib.2. Flor. lib.1. tit.13.*

ANNO ab vrbe condita CCCLXXXVIII. iterum terribilis Gallorum inundatio iuxta Anienem fluuium † ad quartum ab vrbe lapidem consedit,facilè sine dubio,pondere multitudinis & alacritate virtutis,perturbatam occupatura ciuitatem,nisi otio & lẽtitudine torpuisset: vbi atrocissimam pugnam* Manlius Torquatus singulariter inchoauit, T. Quinctius Dictator cruentissima cõgressione confecit. Fugati ex hoc prælio plurimi Galli,instauratis iterum copiis in bellum ruentes,à C. Sulpicio Dictatore † superati sunt. Post paululum quoq, Tuscorum pugna sub C. Marcio consecuta est: vbi coniici datur quantum hominum cæsum sit,quando octo millia sunt capta Tuscorum.

Tertio autem in iisdem diebus Galli se in prædam per maritima loca,subiectósq; campos* ab Albanis montibus diffuderunt: aduersum quos nouo militum delectu habito,conscriptísque legionibus decem,sexaginta millia Romanorum, negatis sibi Latinorum auxiliis, processerunt. Con fecit hanc pugnam M. Valerius,auxiliante coruo alite,vnde postea Coruinus est dictus. Occiso enim prouocatore Gallo,hostes territi,sparsimq; fugientes,grauiter trucidati sunt.

CAP. VII.
*Fœdus Rom. & Carth. in fast. Capitol. ab V. C. CDV. Saxea grãdo. Alexãder nascitur. * Eusib.est II. Persarũ rex. Hæc pl. Diod. lib.16. Gem. pletho lib.2.*

Numerandum etiam inter mala censeo,primum illud ictum cum Carthaginiẽsibus fœdus, quod G iisdem temporibus fuit,præsertim ex quo tam grauia orta sunt mala,vt exin cœpisse videantur. Anno siquidem ab vrbe condita CCCCII. legati à Carthagine Romam missi sunt,fœdúsq; pepigerunt. Quem ingressum Carthaginiensium in Italiam malorum grandinem secuturam, continuarúmque miseriarũ tenebras iuges,historiarum fides,locorúmq; infamia,& abominiatio dierũ, quibus ea gesta sunt,protestantur. Tunc etiam nox vsque ad plurimam diei partem tendi visa est: & saxea de nubibus grando descendens,veris terram lapidibus verberauit. Quibus diebus etiam Alexander Magnus, magnus verè ille gurges miseriarum,atque atrocissimus turbo totius orientis est natus. Tunc etiam * Ochus,qui & Artaxerxes,post transactum in Ægypto maximum diuturnúmq; bellũ plurimos Iudæorum in transmigrationẽ egit,atq; in Hyrcania ad Caspium mare habitare præcepit: quos ibi vsque in hodiernum diem amplissimis generis sui incrementis consistere,atq; exindè quandóq; erupturos,opinio est. Cuius etiam belli tempestate,transcurrens & Sidonem opulẽtissimam Phœnicis prouinciæ vrbem deleuit: & Ægyptum quamuis prius victam,tunc tamen subactam,comminutámque ferro,Persarum subiecit imperio. H

CAP. VIII.
Bellorũ Rom. clades.

IAM hinc statim à Romanis aduersum Samnitas, gentem opibus armísq; validam, pro Campanis & Sidicinis bella suscepta sunt. Samniticum bellum ancipiti statu gestum,Pyrrhus vel maximus Romani nominis hostis,excepit. Pyrrhi bellum mox Punicum consecutum est: & quamuis nunquã post mortem Numæ,à bellorum cladibus fuisse cessatum,semel patentes Iani portæ indicent,ex eo tamen veluti per meridiem,toto impressus cœlo malorum feruor incanduit. Porrò autem inchoato semel bello Punico,vtrum aliquando bella,cædes,ruinæ atque omnia infandarum mortium genera,* nisi Cæsare Augusto imperante cessauerint, inquirat, inueniat, prodat, quisquis infamanda Christiana tempora putat. Absq; illo tamen, inter bella Punica vnius anni,veluti auis præteruolãtis excursu, Rom. propter Iani portas clausas inter febres morbosq; reip. adhuc breuissimo pacis signo, velut tenuissimo aquę gelidę haustu illecti sunt,vt in peius recalescẽtes,multo grauius vehemẽtiúsq; afflictarẽtur. At verò si indubitatissimè cõstat,sub August. primũ Cæsare,post* partã pacẽ vniuersarũ terrarum orbem positis armis,abolitisq; discordiis,generali pace & noua quiete compositum, Romanis paruisse legibus,Romana iura quàm propria arma maluisse,sprétisq; ducibus suis,iudices elegisse Romanos: postremò omnibus gentibus, cunctísq; prouinciis, innumeris ciuitatibus, infinitis populis,totis terris vnam fuisse voluntatem, libero honestóq; studio inseruire paci, atq; in cõmune consulére: quod prius ne vna quidẽ ciuitas, vnúsve populus ciuium, vel quod maius est, vna domus fratrum iugiter habere potuisset: quod si etiam cum imperante Cæsare ista prouenerint, in ipso imperio Cæsaris illuxisse ortum in hoc mundo domini nostri Iesu Christi,liquidissima probatione est manifestum,inuiti licet illi,quos in blasphemiam vrget inuidia,cognoscere fateríq; coguntur, pacẽ istam totius mũdi & trãquillissimam serenitatem non magnitudine Cæsaris,sed potestate filij Dei, qui in diebus Cæsaris apparuit,extitisse,nec vnius vrbis imperatori, sed creatori orbis vniuersi, orbem ipsum generali cognitione paruisse: qui sicut sol oriens diem luce perfundit, ita adueniens misericorditer,extẽta mundum pace vestierit. Quod plenius cum ad ipsum perficiente domino ventum fuerit, proferemus. I

** post bellum Actiacum postea c.22.l.6.*
** Parthicam*
Christus veniens pacem canentibus illud: Angel. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominib.

CAP. IX.
*Horũ Conss. in antiq. fastis annus est 414. * Pub. Decius pater qui se bello Latino deuouit. Cic. 2.de Fin.1. de diuinat.*

Igitur anno ab vrbe condita CCCCIX. Romani bellũ Latinis rebellantibus intulerunt,Manlio Torquato, & Decio Mure consulibus: K in quo bello vnus consul interfectus est, alter extitit parricida, Manlius enim Torquatus filium suum,iuuenem victorem,interfectorémq; Metij Tusculani nobilis equitis,& tum præcipuè prouocantis atq; insultantis hostis occidit.* Alius verò consul,cum iterato conflictu illud cornu cui præerat, cædi atq; affligi videret,in cõfertissimos hostes spõte prolapsus, occubuit. Manlius quamuis victor, occursum tamen nobilium iuuenũ Rom. qui legitimè exhiberi solet,triũphans parricida non meruit. Anno autẽ post hunc subsequente Minucia virgo Vestalis ob admissum incestum damnata est,viuáque obrupta in campo,qui nunc Sceleratus vocatur.

CAP. X.
Matronæ veneficij damnatæ. Liu.l.8.

AT vero paruo exin tempore interiecto, horresco referre quod gestum est: nam Claudio Marcello,& Valerio Flacco cõsulibus,incredibili rabie & amore scelerum Romanæ matronæ exarserũt. Erat vtique fœdus ille ac pestilens annus, inflictæq; iam vndiq; cateruatim strages egerebantur, & adhuc tamen penes omnes de corrupto aëre simplex credulitas erat, cum existente quadam ancilla

indice

A indice & conuincente,primùm multæ matronæ vt biberent,quæ coxerant venena,cõpulsæ: deinde simul vt hausere,consumptæ sunt. Tanta autem multitudo fuit matronarum in his facinoribus consciarum,† vt trecentæ septuaginta damnatæ ex illis simul fuisse referantur.

† Liu. & Val. lib.2.cap.1. clxx.

CAP. XI.
Alex. Epirot. rex à Samnit. vincitur. Liu. lib.8.

ANNO ab vrbe condita CCCCXII. Alexander rex Epirotarum, Alexandri illius magni auunculus, traiectis in Italiam copiis cum bellũ aduersus Romanos pararet,& circa finitimas Romæ vrbes firmare vires exercitus sui,auxiliáq; vel sibi acquirere vel hostibus subtrahere studens,bellis exercetur,à Samnitibus,qui Lucanæ genti suffragabantur, maximo bello in Lucania victus atque occisus est. Sed quoniam aliquantum Romanas clades recensendo progressus sum, vel Alexandri istius mentione commonitus,de Philippo Macedonum rege qui Olympiadem huius Alexandri Epirotæ sororem vxorem habuit, ex qua Alexandrum Magnum genuit, paucissimis annis retrò repetitis, magna paruis,in quantum potero colligam.

CAP. XII.
Philippus ascendit ad Imp. Diod. lib.16.

ANNO ab vrbe condita CCCC. Philippus Amintæ filius,Alexãdri pater,regnum Macedonum adeptus, viginti quinque annis tenuit: quibus hos omnes acerbitatum aceruos cunctasque malorum B moles struxit. † Hic primum ab Alexandro fratre obses Thebanis datus, per triennium apud Epaminondam strenuissimum imperatorem, & summum philosophum eruditus est. Ipso autem Alexãdro scelere Eurydices matris occiso,quãuis ea iam cõmisso adulterio,primũ & altero filio interfecto, filiaque viduata,generi nuptias mariti morte pepigisset, cõpulsus à populo regnum,quod paruo occisi fratris filio tuebatur, suscepit. qui cum foris concursu exurgentium vndique hostium, domi autem deprehensarum sæpè insidiarum metu fatigaretur, primum bellum † cum Atheniensibus gessit. Quibus victis, arma ad Illyrios transtulit, multisque millibus hostium trucidatis, Larissam vrbem nobilissimam cœpit. Inde Thessaliam non magis amore victoriæ, quàm ambitione habendorum equitum Thessalorum, quorum robur vt exercitui suo admisceret, inuasit. Ita Thessalis ex improuiso præoccupatis atque in potestatem redactis,iungẽdo equitum peditumque fortissimas turmas & copias, inuictissimum fecit exercitum. Igitur victis Atheniensibus, subiectisque Thessalis, Olympiadem † Arubæ regis Molossorum sororem duxit vxorem. Qui Aruba cum per hoc quod societatem Macedonum affinitate regis paciscebatur, imperium suum se dilataturũ putaret, C per hoc deceptus amisit, priuatusque in exilio consenuit. Deinde Philippus cum Methonam vrbem oppugnaret, * ictu sagittæ oculum perdidit. Ipsam vero vrbem mox expugnauit & cepit. Exin Græciam totam prope, consilijs præuentam, viribus domuit. Quippè Græciæ ciuitates,dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt: & dum in mutuum exitium sine modo ruunt, omnibus perire, quod singulæ amitterent, oppressæ demum seruientesque senserunt: quarum dum insanas conuersationes Philippus veluti è specula obseruaret, auxiliumque semper inferioribus suggerendo, contentiones,bellorum fomites, callidus doli artifex foueret, victos sibi pariter victoresque subiecit. Huic autẽ ad obtinendam totius Græciæ dominationem, immoderata Thebanorũ dominatio facultatem dedit, qui victos Lacedæmonios ac Phocenses, cædibus etiam rapinisque confectos,cum insuper † in communi Græciæ cõsilio tanta pecuniæ multa onerauissent quantã illi soluere nullo modo possent, ad arma confugere coegerunt. † Itaque Phocenses & Philomelo duce & auxilijs Lacedæmoniorum Atheniensiumque fulti, commissa pugna hostibúsque fugatis, Thebanorum castra ceperunt. Sequenti prælio inter immensas vtriusq; populi strages Philomelus D occisus est: in cuius locum Phocenses Onomarchũ ducem creauerunt. Porrò autem Thebani & Thessali omisso delectu ciuium, Philippum Macedoniæ regem, quem hostem prius repellere laborabant, vltrò sibi ducem expetiuerunt. Commisso prælio, & Phocensibus penè ad internecionem cæsis,victoria ad Philippum concessit. Sed Athenienses audito belli euentu, ne Philippus transiret in Græciam,angustias Thermopylarum pari ratione,sicut aduentantibus antea Persis, occupauere. Igitur Philippus vbi exclusum se ab ingressu Græciæ,præstructis Thermopylis videt, paratum in hostes bellum,vertit in socios: nam ciuitates quarum paulò antè dux fuerat ad gratulandũ ac suscipiẽdum patentes,hostiliter inuadit,crudeliter diripit: omniq; societatis conscientia penitus abolita,cõiuges liberósq; omniũ sub corona vendidit,templa quoq; vniuersa subuertit, spoliauítq;: nec tamen vnquam per 25. annos quasi iratis diis victus est. Post hæc in Cappadociam transiit, ibiq; bellum pari perfidia gessit,captos per dolum finitimos reges interfecit,totamq; Cappadociã imperio Macedoniæ subdidit. Inde post cædes,incendia deprædationésq; in sociis vrbibus gestas,parricidia E in fratres conuertit,quos patri ex nouerca genitos cum cohæredes regni vereretur,interficere aggressus est. Cum autem vnum ex his occidisset, † duo Olynthum confugerunt: quam mox Philippus hostiliter aggressus vrbem antiquissimam & florentissimam, cædibus ac sanguine repletam, opibus hominibúsq; vacuauit,abstractos etiam fratres supplicio & neci dedit.

Dein cum excidio sociorũ & parricidio fratrum elatus,licere sibi omnia quæ cogitasset, putaret, auraria loca in Thessalia,& argenti metalla in Thracia inuasit: ac ne quod ius vel fas inuiolatũ prætermitteret, præoccupato mari & classe dispersa, piraticã quoq; exercere instituit. Præterea cũ cum † fratres duo Thraciæ reges,de regni terminis ambigentes, iudicẽ ex cõsensu præoptauissent, Philippus more ingenij sui ad iudiciũ tãquã ad bellũ,cũ instructo exercitu ingressus,inscios iuuenes vita regnóque priuauit. Athenienses verò, qui prius Philippi ingressum Thermopylarum munitione repulerant, vltrò pacem eius expetentes, fraudulentissimum hostem de neglecta introitus custodia

† Hic Orosius Iustinum sequitur. Gemistus pletho Plutarchi & Diodori sententias retulit nonnihil pugnantes.
† Duce Mãtia.
† Constat ex Paus. & Plu. Arubam fuisse patruũ Olymp.
** Aster miles Philippum vulnerauit, Plut. Critob. citra deformitatem oris curauit orbitatẽ luminis. Plin. lib.7.c.37.*
† ἐν ἀμφικτύοσι. Diod.
† Bellũ sacrũ. Diod.lib.16.
† Hanc Olynthiaci belli causam facit Iust.l.8. quod bellum Halicar. ascribit anno ante Olymp. cviij. anno autem insequẽte Dionysio teste Olynthus capta fuit.
† Vide num Chersobleptẽ & Amadocũ intelligat de quibus Demost. contra Aristocrat.

commonuerunt. Cæteræ etiam Græciæ ciuitates, vt intentius ciuilibus bellis vacarent, sub specie F pacis & fœderis, sponte se externæ dominationi subiecerũt: maximè, cum Thessali Bœotiq; poscerent Philippum, vt professum se aduersum Phocenses ducẽ exhiberet, susceptumq; bellum gereret: contra Phocenses, adhibitis secũ Atheniẽsibus & Lacedæmoniis, vel differre bellum, vel auferri, & precio & precibus laborarent. Philippus tacitè vtrisq; diuersa promisit, †Phocensibus pacẽ & veniã se daturum sacramento cõfirmans, Thessalis vero affuturum se mox cum exercitu spondet: bellum tamen ab vtrisq; parari vetat. Igitur Philippus instructis copiis, angustias Thermopylarũ securus ingreditur, easq; occupatas dispositis præsidiis emuniit. Tunc primũ se non Phocenses soli, sed & omnis Græcia captã esse persensit: siquidẽ primos Phocẽses Philippus, rupta fide calcatóq; sacramẽto, infandæ dilacerationi dedit. Inde omniũ vrbes finésq; populatus, cruenta præsentia effecit, vt etiam absens timeretur. Vbi verò in regnum rediit, more pastorum, qui pecora sua nunc per æstiuos, nunc per hybernos saltus circumducunt, populos & vrbes, vt illi replenda vel relinquenda quæq; loca videbantur, ad libidinẽ suã trãsfert. Miserãda vbiq; facies, & atrocissimũ miseriarũ genus obseruabatur perpeti excidiũ sine irruptione, sine bello captiuitatẽ, sine crimine exilium, sine victore dominatũ. G Premit miseros inter iniuriarũ stimulos superfusus pauor, ipsaq; dissimulatione dolor crescit: hoc altius demissus, quominus profiteri licet, timẽtibus ne ipsæ quoq; lachrymæ pro contumacia accipiãtur. Alios populos auulsos à sedibus suis, finibus hostium opponit: alios in extremis regni terminis statuit: quosdam æmulatione viriũ, ne possent quod posse credebantur, in supplemẽta exhaustarum vrbium diuidit. Ita gloriosissimum illud quondam florentis Græciæ corpus in multas laceratásque particulas, extincta primum libertate, concidit.

De hac re Demosth. περὶ παραπρεσβείας, & περὶ στεφάνου

SED hæc cũ per aliquãtas Græciæ ciuitates exercuisset, & tamẽ omnes metu premeret, cõiiciens ex præda paucorũ, opes omniũ, ad perficiendã æqualem in vniuersis vastationem, vtili emolumẽto necessariã maritimã vrbem ratus Byzantiũ, nobilem ciuitatẽ, aptissimã iudicauit, vt receptaculũ sibi terra mariq; fieret, eamq; obsistentem illicò obsidione cinxit. Hæc autem †Byzãtium quondã à Pausania rege Spartanorũ condita, pòst autem à Cõstantino Christiano principe in maius aucta & Constantinopolis dicta, gloriosissimi nunc imperij sedes & totius caput orientis est. Philippus verò post longam & irritam obsidionem, vt pecuniam quam obsidendo exhauserat, prædando repararet, piraticam aggressus est. H Captas itaque CLXX. naues mercibus confertas, distraxit, & anhelãti inopiæ parua recreatione subuenit. Inde propter agendam prædam & curandam obsidionẽ diuisit exercitum. Ipse autẽ cum fortissimis profectus, multas Cherronesi vrbes cepit: profligatisq; populis opes abstulit. Ad Scythiam quoque cum Alexandro filio prædandi intentione pertransiit. Scythis tunc † Etheas regnabat: qui cum Istrianorum bello premeretur, auxilia à Philippo per Apollonienses petiit: sed continuò Istrianorum rege mortuo, & belli metu & auxiliorum necessitate liberatus, pactionem fœderis cum Philippo habitam dissoluit. Philippus dimissa obsidione Byzantij, Scythicum bellum totis viribus aggreditur. Commissoque prælio cum Scythæ & numero & virtute præstarent, Philippi fraude vincuntur. In ea pugna XX. M. puerorum ac fœminarum Scythicæ gentis capta, pecorum magna copia abducta, auri atq; argenti nihil repertum: nam & ea res primo fidem inopiæ Scythicæ dedit. XX. M. nobilium equarum sufficiendo generi in Macedoniam missa. sed reuertenti Philippo Triballi bello obuiãt, in quo ita Philippus in fœmore vulneratus est, vt per corpus eius equus interficeretur. I Cum omnes occisum putarent, in fugam versi, prædam amiserũt. Aliquantula deindè mora dum conualescit à vulnere, in pace conquieuit. Statim verò vt conualuit, Atheniensibus bellum intulit: qui in tanto discrimine positi, Thebanos quondam hostes, tunc socios adsciscunt: totiúsq; Græciæ ciuitates legationibus fatigant, vt cõmunem hostem communibus viribus petant. Itaq; aliquantæ vrbes Atheniensibus sese coniunxere, quasdã verò ad Philippũ belli metus traxit. †Prælio commisso, cum Athenienses longe maiori numero militum præstarent, assiduis tamen bellis indurata Macedonum virtute vincuntur: quam pugnam longe omnibus anterioribus bellis atrociorem fuisse, ipse rerum exitus docuit. Nam hic dies apud vniuersam Græciam, acquisitæ dominationis gloriam, & vetustissimæ libertatis statum finiuit.

CAP. XIII. Philippus Byzantium obsidet.

Cassiod. ait conditã Tullo Hostilio reg. vnde autem nomen habeat refert Eustatium Dionys. plin. lib. 4. cap. 11. Nicep. lib. 7. cap. 47.

† Iust. Matheas & in m. s. Marcodurantij Metheas.

Diod. lib. 16. plut. in Demost. & Demost. in Ctesiph.

† ad Chæroneam Strab. lib. 9.

POSTEA Philippus cruentissimã victoriã in Thebanos & Lacedæmonios exercuit: siquidẽ principes ciuitatum alios securi percussit, alios in exilium egit, omnes bonis priuauit. Pulsos dudum à ciuibus, in patriam restituit: ex quibus CCC. exules iudices rectorésque præfecit, qui vt antiquum dolorem noua potestate curarent, pressos infœliciter populos in spem libertatis respirare non sinerent. K Præterea magno delectu militum in subsidiũ regiæ dispositionis, ex tota Græcia habito, CC. M. peditum, & XV. M. equitum, absq; exercitu Macedonum & infinita gentiũ barbariæ, Persicæ expeditioni in Asiam missurus instruxit. Tres duces, hoc est, Parmenionem, Amyntam, & Attalum, præmittendos in Persas, legit. Et dum suprascriptæ copiæ de Græcia congregantur, Alexandri, qui erat Olympiadis vxoris suæ frater, †& pòst à Sabinis in Lucania prostratus est, quẽ Epiri regẽ ob mercedem stupri in eũ perpetrati cõstituerat, nuptias in copulãdo ei filiam suam Cleopatrã, celebrare decreuit: qui cũ pridiè quàm occideretur interrogatus fuisset, quis finis homini esset magis optandus, respõdisse fertur, eũ esse optimũ, qui viro forti post virtutũ suarũ gloriã in pace regnãti, sine cõflictatione corporis & dedecore animi subitus & celer, inopinato ferro potuisset accidere, quod ipsi mox contigit. Nec ab iratis diis, quos semper paruipẽderat, quorúmq; aras, tẽpla & simulacra subuerterat, quin

CAP. XIIII. Philippi crud. in Theban.

† Liuius à Lucano exule occisum scribit.

A quin lectissimã, vt ipsi videbatur, mortẽ adipisceretur, potuit impediri. Nã die nuptiarũ, cũ ad ludos magnificè apparatos inter duos Alexãdros, filiũ generúmq;, contẽderet, à Pausania, nobili Macedonũ adolescente, in angustiis sine custodibus circunuentus, occisus est. Afferant nunc, multísq; hæc vocibus efferant, quasi virorum fortiũ laudes & facta fœlicia, quibus amarissimæ aliorum calamitates in dulces fabulas cedunt, si tamen nunquã ipsi iniurias, quibus aliquando vexantur, relatu tristiori deplorant. Si verò de propriis querimoniis tantum alios audientes affici volunt, quantum ipsi perpetiendo senserunt, prius ipsi non præsentibus præterita, sed gestis gesta cõparent: & vtraque ex auditu, veluti certi alienorum arbitri iudicent, per XXV. annos incendia ciuitatum, excidia bellorũ, subiectiones prouinciarum, cædes hominũ, opum rapinas, prædas pecorum, mortuorum mortes, venditiones captiuitatésque viuorum, vnius regis fraus, ferocia & dominatus, agitauit.

SVFFICERENT ista ad exẽplum miseriarum insinuata memoriæ nostræ, gesta per Philippum, etiam si Alexander ei non successisset in regnum. Cuius bella, immo sub cuius bellis mundi mala ordine sequentia suspendo paulisper, vt in hoc loco pro cõuenientia tẽporum, Romana subiiciã. Anno B ab vrbe cõdita CCCCXXVI. Caudinas furculas satis celebres & famosas, insignis Romanorũ fecit infamia. Nam cum superiore bello † viginti millia Samnitum, Fabio magistro equitum pugnam conserente, cecidissent, circumspectiore cura Samnites ac magis instructo apparatu apud Caudinas furculas consederũt, vbi cum Veturium & Posthumium cõsules, omnésq; copias Romanorum angustiis locorum armísque clausissent, Põtius dux eorum in tantum abusus est victoriæ securitate, vt Herẽnium patrẽ consulendum putaret, vtrum occideret clausos, an parceret subiugatis: vt viuos tamẽ dedecori reseruaret, elegit. Romanos enim antea sæpissimè vinci & occidi, nunquã autẽ capi, aut ad deditionem cogi potuisse cõstabat. Itaque Samnites victoria potiti, vniuersum exercitum Romanum turpiter captum, armis etiam vestimentísque nudatum, tantum singulis vilioribus operimẽtis ob verecunda corporum tegẽda cõcessis, sub iugum missum seruitióque subiectum, longum agere pompæ ordinẽ præceperunt. Sexcẽtis autem equitibus Romanis in obsidatum receptis, oneratos ignominia, cæteris rebus vacuos, consules remiserunt. Quid de exaggeranda huius fœdissimi fœderis macula verbis laborem, qui tacere maluissem? Hodiè enim Romani aut omninò non essent, aut C Samnio dominãte seruirent, si fidem fœderis, quam sibi seruari à subiectis volunt, ipsi subiecti Samnitibus seruauissent. Posteriore anno infringunt Romani firmatam cum Samnitibus pactionẽ, cósque in bellum cogunt, quod Papirio consule insistente cõmissum, magnas strages vtriusque populi dedit. Cum hinc ita recentis infamiæ, inde gloria proximæ victoriæ pugnantes instimularet, tandẽ Romani pertinaciter moriendo vicerunt: nec cædi pariter vel cædere destiterunt, nisi postquam victis Samnitibus, & capto duce eorum, iugum reposuerunt. Idem deinde Papirius Satricum, expulso inde Samnitico præsidio expugnauit, & cœpit. Hic autem Papirius adeo tunc apud Romanos bellicosissimus ac strenuissimus habebatur, vt cum Alexander Magnus disponere diceretur ab oriente descendens obtinere viribus Africam, atque inde in Italiã transuehi, Romani inter cæteros duces tunc in republica sua optimos, hunc præcipuum fore, qui Alexandri impetũ sustinere posset, meditarentur.

CAP. XV. Samnitum cũ Rom prælia.

Hic annus est in Capitol. cons. 432.

† Liu. lib. 8. Eutr. lib. 2. Val. lib. 2. c. 2.

Papirius

IGITVR Alexander, anno ab vrbe condita CCCCXXVI. patri Philippo successit in regnũ, qui primam experientiam animi & virtutis suæ, compressis celeriter Græcorum motibus, dedit: quibus D auctor vt ab imperio Macedonum deficerent † Demosthenes orator auro Persarum corruptus, extiterat. Itaque Atheniensibus bellum deprecantibus remisit, quos insuper etiam multo metu soluit: † Thebanos cum diruta ciuitate deleuit, reliquos sub corona vẽdidit: cæteras vero vrbes Achaiæ & Thessaliæ vectigales fecit. Illyrios quoque & Thracas, trãslato mox ab hinc bello, domuit. Inde profecturus ad Persicum bellum, omnes cognatos ac proximos suos interfecit. † In exercitu eius fuẽre peditum XXXII. millia, equitum IIII. M. D. naues C. LXXX. hac tam parua manu vniuersum terrarum orbem, vtrum admirabilius sit quod vicerit, an quod aggredi ausus fuerit incertum est. Primo eius cum Dario rege congressu, DC. M. Persarum in acie fuere, quæ non minus arte Alexandri superata, quam virtute Macedonum, terga verterunt. † Magna igitur cædes Persarum fuit. In exercitu autem Alexandri, CXX. equites, & nouem tantum pedites defuẽre. Deinde * Gordien Phrygiæ ciuitatem, quæ nunc Sardis vocitatur, obsessam expugnatámque cepit, ac direptioni dedit. Inde nunciato sibi Darij cum magnis copiis aduentu, timens angustias quibus inerat locorum, Taurum mõE tem mira celeritate transcendit, & D. stadiis sub vna die cursu transmissis, Tarsum venit: ibíque cum sudans in Cydnum præfrigidum amnem descendisset, obriguit, cõtractúque neruorum proximus morti fuit. Interea Darius* cum CCC. M. peditum & C. M. equitum in aciẽ procedit. Mouebat hæc multitudo hostium etiam Alexandrũ maximè respectu paucitatis suæ, quamuis iam pridem DC. M. hostium eadem paucitate superatis, non solum non timere pugnam, sed etiam victoriam superare didicisset. Itaque cum intra iactum teli vterque cõstitisset exercitus, & intentos ad signum belli populos discurrentes principes variis incitamentis acuerent, ingentibus vtrinque animis pugna cõmittitur. In qua ambo reges & Alexander & Darius vulnerantur: ac tam diu certamen anceps fuit, quo adusque fugeret Darius. Exindè cædes Persarũ secuta est. † Ibi tunc peditum octoginta millia, equitum decem millia cæsa, capta autem quadraginta millia fuẽre. Ex Macedonibus verò cecidere pedi-

CAP. XVI. Alexander Philippo succedit natus an. 20. Plut. & Arrian.

† Hoc Aeschines Demostheni obiicit orat. in Ctesiph.

† Arrian. lib. 1. Paus. in Bœoticis.

† De numero copiarũ Alex. authores non conueniunt. Plut.

† Peditum XX M. equit. 2000. Plut.

** De Gordio vinculo Plut. in Alex. Arrian. lib. 2. Curt. 3. Iust. 11 & Eras. in chil.*

† ἐς ἑξήκοντα μυριάδας μαχίμους εἶναι. Arrian. † *Totidem equites cæsos aiunt Curt. Iustit. & Diodor. at peditum vnum & LX. mil-*

lia.Iust.C.M. curt. Diodor. amplius CXX. M.Plu. ἐς ἕνδεκα μυριάδας. Curt. lib. 4. Arrian. Tyrus oppugnatur Olymp.112. Diod.17.

tes centum triginta,equites CL.In castris Persarum,multum auri cæterarúmque opum repertũ est. F
Inter captiuos castrorum,mater & vxor eadémque soror & filiæ duæ Darij fuêre. Quarum redem-
ptionem Darius cùm etiam oblata regni dimidia parte non impetrauisset, tertio cunctis Persarum
viribus sociorúmque auxiliis contractis,bellum instaurat.Sed dum hæc Darius agit, Alexãder Par-
menionem ad inuadendam Persicam classem cum copiis mittit, ipse in Syriam proficiscitur. ibi ex
multis sibi regibus cùm insulis vltrò occurrẽtibus,alios allegit,alios mutauit, alios perdidit. Tyrum
vrbem antiquissimam & florentissimam, fiducia Carthaginiensium cognatorum sibi obsistentem,
oppressit & cœpit.Exin Ciliciam, Rhodum atque Ægyptũ pertinaci furore peruadit. Inde ad tem-
plum Iouis Ammonis pergit,vt mendacio ad tempus composito, ignominiam sibi patris incerti &
infamiam adulteræ matris aboleret.Nam accersitum ad se fani ipsius antistitem ex occulto monuit
quid sibi tanquam consulenti responderi velit, sicut historici eorum dicunt. Ita certus Alexander
fuit,nobísque prodidit,diis ipsis mutis & surdis, vel in potestate esse antistitis quid velit fingere: vel
in voluntate consulentis,quid malit audire. Reuertens ab Ammone ad tertium Persicum bellum,
† Alexandriam in Ægypto condidit. G

† C.Pœtelio & L.Papirio Consf.anno.v & Caßiod. C.617.Liu.lib.8.Solin.

CAP. XVII

Darius Alex. occurrerit quãto cum exercitu variant Iust. Plut. Arrian.Curt. & Diodor.

† Solus Iustinus quem authorem sequitur Orosius dixit pugnatũ apud Tarsum. Nam Dionys. & Strabo li. 16. Plut. in Alex. Curt. & Arrian. lib.3. præliũ cõmissum in Gaugamelis propè Arbela.

DARIVS verò spe pacis amissa,CCCCIIII. milia peditum, & C.M. equitum Alexãdro ab Ae-
gypto reuertẽti,† apud Tarsum bello opponit.Nec pugnæ mora, omnes cæca rabie in ferrum ruũt.
Macedones totis à se victis hostibus,animosi:Persæ,nisi vincant,mori præoptãtes.Raro in vllo præ-
lio tantum sanguinis fusum est. Sed Darius cum vinci suos videret, mori in bello paratus, persuasu
suorum fugere compulsus est.Hoc prælio Asiæ vires & regna ceciderunt, totúsque oriens in pote-
statem Macedonici cessit imperij:atq; ita attrita est in hoc bello Persarum omnis fiducia,vt post hoc
nullus rebellare ausus sit, patiẽterq; Persæ post imperium tot annorum iugum seruitutis acceperint.
Alexander triginta quatuor cõtinuis diebus castrorum prædam percensuit: Persepolim caput Per-
sici regni,vrbem famosissimam confertissimámq; opibus totius orbis,inuasit. Darium verò cum* à
propinquis suis vinctum compedibus aureis teneri comperisset, persequi statuit.Itaq; iusso vt subse-
queretur exercitu,ipse cum sex millibus equitum profectus inuenit in itinere solum relictum,multis
confossum vulneribus, & extrema vitæ per vulnera efflantem. Hunc mortuum inani misericordia H
referri in sepulchra maiorum, sepeliríq; præcepit: cuius non dicam matrem vel vxorem, sed etiam
paruulas filias crudeli captiuitate retinebat. In tanta malorum multitudine, difficillima dictis fides,
tribus præliis totidémq; annis quinquies decies centena M.peditum equitúmq; consumpta sunt:&
hæc quidem ex eo regno illísque populis, vnde iam ante annos non multo plures decies nouies cẽ-
tena millia profligata referuntur: quanquam extra has clades per eosdem tres annos & Asiæ ciuita-
tes plurimæ oppressæ sint,& Syria tota vastata,Tyrus excisa, Cilicia exinanita,Cappadocia subacta,
Ægyptus addicta sit: Rhodus quoque insula vltrò ad seruitutem tremefacta successerit,plurimæque
subiectæ Tauro prouinciæ, atq; ipse mõs Taurus,diu detrectatum iugũ domitus & victus acceperit.

† Besso & Nabarsane. Darius à suis occiditur.

CAP. XVIII

Bella Græcorũ Curt.lib.6. Diod.17. Pausan.3.

Alexandri Epiri gesta scribunt Liu. 8. lib. & Stra.5. Diod.17.Arria.3.Curt.6

† Idem Curt. quod commẽtitium putat Plutar.

Alex.vt clytũ occidit vix à se manus abstinuit. Cic. 4.Tus.Arria. 4.Curt.8. De Callisthe. cæde Arrian. lib.4.Plut.in Alex.cic. pro Rab.

ET ne fortè nunc quisquam opinetur vel orientem solum Alexandri viribus subactum, vel Italiã
tantummodo Romana inquietudine fatigatam, tunc etiam bellum Agidis, Spartanorum regis in
Græcia, Alexandri regis Epiri in Lucania, Zopyrionis præfecti in Scythia gerebatur:quorũ Agis La-
cedæmonius,excitata & rebellante secũ vniuersa Græcia, cum Antipatri fortissimis copiis congres- I
sus inter magnas vtrorumq; strages & ipse procubuit.Alexander autem in Italia affectans occidentis
imperium,æmulans Alexãdrum Magnum,post numerosa & grauia bella ibidem gesta,à Bruttiis Lu-
canisq; superatus est,corpúsque eius ad sepulturam venditum. Zopyrium verò præfectus Põti adu-
nato XXX.M.exercitu,Scythis bellum inferre ausus est:& vsque ad internecionẽ cæsus,funditus cũ
omnibus copiis suis abrasus est. Igitur Alexander magnus post Darij mortem † Hyrcanos & Mardos
subegit:vbi etiam illum adhuc bello intentum † Thalestris siue Minothæa regina,excita suscipiendæ
ab eo sobolis gratia,cum trecentis mulieribus procax Amazon inuenit. Post hæc Parthorum pugnã
aggressus:quos diu obnitentes,deleuit propemodum antequam vicit.Inde Drangas,Euergetas,Pa-
rimas,Parapamenos,Adaspios,cæterósq; populos qui in radice Caucasi morabãtur, subegit,vrbe ibi
Alexandria super amnẽ Tanaim cõstituta.Sed nec minor eius in suos crudelitas, quã in hostẽ rabies
fuit. Docent hoc Amyntas consobrinus occisus, nouerca fratrésq; eius necati, Parmenio & Philo-
tas trucidati,Attalus,Eurylochus, Pausanias,multique Macedoniæ principes extincti:Clytus quoq; K
annis grauis,amicitia vetus,nefariè interfectus. Qui cum in conuiuio fiducia amicitiæ regiæ aduer-
sus regem,sua opera patri Philippo præponentem, memoriã patris tueretur, ab offenso frustra rege
venabulo transfossus,commune conuiuium moriens cruentauit. Sed Alexander humani sanguinis
inexsaturabilis,siue hostium siue etiam sociorum, recẽtem tamẽ semper sitiebat cruorem. Itaq; per-
tinaci impetu in bella procurrẽs, Chorasmos & Dahas indomitam gentem in deditionem accepit:
Callisthenem philosophum,sibíque apud Aristotelem cõdiscipulum, cum plurimis aliis principibus
quòd cum deposito salutandi more,vt deum non adoraret occidit.

CAP. XIX.

Alexãder domat Indiam. † Iust.lib.12. 8.curt.

POST hæc Indiam petit, vt oceano vltimóq; oriente finiret imperium. Nyssam vrbẽ adiit. Dæ-
dalos montes,regnáq; † Cleophidis reginæ expugnauit:quæ cum se dedidisset, concubitu regnum
redemit. Peragrata perdomitáq; Alexander India,† cum ad saxum miræ asperitatis & altitudinis,in
quod multi populi confugerãt,peruenisset,cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdem saxi ter-

ræmotu

† Saxũ illud dictum fuit πέτρα ἄορνος. Arria. & Diod. & à Curt. Dorinis, sed malè Plut.in Alex. Diod.17.Arria.5.Curt.8, Strab.15. Curt.lib.8. Curt.lib.9. Arrian.6. Diod.17.

A ræmotu prohibitum:æmulatione permotus,vt Herculis acta superaret, cum summo labore ac peri-
culo saxo potitus,omnes loci eius gẽtes in deditionem accepit: cum Poro fortissimo Indorum rege
cruentissimum bellum gessit:in quo Alexander cum ipso Poro singulariter congressus, occisóque
deiectus equo concursu satellitum præsentiam mortis euasit.† Porus multis vulneribus confossus,&
captus est:quo ob testimonium virtutis in regnum restituto,duas ibi condidit ciuitates, Nicæam &
Bucephalam,quam de nomine equi sui ita vocari præcepit.Inde Adrestas,Cathæos,Præsidas,& Gã-
daridas,cæsis eorum exercitibus,Macedones expugnauêre.Cúmq; ad Chosides vẽtum esset,ibi cõ-
tra CC.millia equitum hostium pugnam cõseruerunt.Et cum iam ætate detriti,animo ægri,viribus
lassi,difficilè vicissent, castra ob memoriam plus solito magnifica condiderunt. Exin Alexander ad
amnem Acesinem pergit. Per hunc in oceanum deuehitur. ibi Gessonas Sibósque, quos Hercules
condidit,oppressit.Hinc ad Mallos & Oxydracas nauigat: quæ gentes eum armatis octoginta mil-
libus peditum,& sexaginta millibus equitum,excipiunt.Commissóque prælio, diu anceps & cruẽta
pugna,tandem tristem penè omnem victoriam Macedonibus dedit. Nam fusis hostium copiis,Ale-
B xander exercitum ad vrbem duxit.Et cum murum ascẽdisset primus, vacuam ciuitatem ratus, solus
introrsum desiluit,quem cum vndiq; infesti hostes circundedissent, incredibile dictu est, vt eum nõ
multitudo hostium,non vis magna telorum,nõ tantus lacessentium clamor terruerit, solus tot mil-
lia ceciderit ac fugarit. At vbi se obrui à circunfusa multitudine persensit, muri obice posteriora tu-
tatus contrarios facilius eo vsq; sustinuit,donec ad periculum eius clamorémq; hostium, perfractis
muris exercitus omnis irrumperet.In eo prælio sagitta sub mãma traiectus, fixo genu eatenus pu-
gnauit,donec eum à quo vulneratus esset occideret.Inde conscẽsis nauibus cum oceani littora per-
agraret,ad vrbem quandam,cui Ambyra rex præerat,peruenit.Sed in expugnatione ciuitatis magnã
partem exercitus,sagittis hostium veneno illitis, amisit: ac pòst herba per somnium sibi ostensa &
in potum sauciis data,cum reliquis subueniretur, vrbem expugnauit & cepit.

Alexander vulneratur.

Alex. somnio didicit suorũ curationem.

CAP. XX.

Alexãdro fœderantur nationes. Arria. lib.7

POST quasi circumacta meta,de oceano Indum flumẽ ingressus Babylona celeriter rediit: vbi eũ
exterritarum totius orbis prouinciarum legati operiebantur, hoc est, Carthaginiensium totiúsque
Africæ ciuitatum: sed & Hispanorum,Gallorum,Siciliæ,Sardiniæq;: plurimæ præterea partis Italiæ.
C Tantus timor in sommo oriente cõstituti ducis populos vltimi occidentis inuaserat,vt inde peregri-
nam toto mundo cerneres legationem,quo vix crederes peruenisse rumorem. Alexãder verò apud
Babyloniam,cum adhuc sanguinem sitiens,malè castigata auiditate, ministri insidiis venenum po-
tasset,interiit.O dura mens hominum,& cor semper inhumanum. Ego ipse qui hæc pro asserenda
omnium temporum † alternata calamitate percẽseo,in relatu tanti mali, quo vel ipsa morte vel for-
midine mortis accepta totus mundus intremuit, num quid illachrymaui oculis? num quid corde
condolui: num quid reuoluens hæc propter communem viuendi statum, maiorum miserias meas
feci? cum tamen si quando de meipso refero, vt ignotos primum barbaros viderim, vt infestos de-
clinauerim,vt dominantibus eblanditus sim,vt infideles præcauerim,vt insidiantes subterfugerim,
postremò vt persequẽtes in mari ac saxis, spiculísq; appetentes, manibus etiam penè iam apprehen-
dentes,repẽtina nebula circumfusus euaserim,cunctos audientes me in lachrymas commoueri ve-
lim,& tacitus de non dolentibus doleam,reputans duritiem eorum, qui, quod non sustinuêre, non
credunt.Hispanus † Maurinus ad supplicandum Alexãdro Babyloniam adiit,cruentúmq; vltrò do-
D minum ne hostem exciperet,per Assyriam Indiámq; quæsiuit: terrarum metas lustrans,& vtriq; in-
fœliciter notus oceano,& tamen tam violentæ necessitatis memoria, vel obliuione defecit,vel vi-
luit vetustate. Et nos perpetuæ recordationi hæsurũ putamus,quod plurima orbis parte secura, vnũ
angulum fugax latro violauit: quasi verò Gothorum & Sueuorum pacem, vt non dicam versa vice
Indus vel Assyrius,sed etiam vel ipse, qui hostẽ patitur, Hispanus orauerit. At verò si illa Alexandri
tempora laudanda potius propter virtutem,qua totus orbis obtentus est,quàm detestanda propter
ruinam,qua totus orbis euersus est, iudicantur: inuenientur & modo plurimi,qui hæc laudanda cẽ-
seant,quòd multa vicerunt,& miserias aliorum fœlicitatem suam reputent. Sed dicat quispiam: Isti
hostes Romanis sunt.Respondebitur: Hoc & tunc toto orienti de Alexandro videbatur:talésque &
Romani aliis visi sunt,dum bellis quietos ignotósq; petiuerunt.Sed illi acquirere regna,isti euertere
student. Separata sunt hostis excidia,& iudicia victoris: siquidem & illi prius eos bellis afflixerunt,
quos postea suis legibus ordinarunt:& hi nunc hostiliter turbant regna, quæ † quod non permiserit
E deus,si edomita obtinerent,ritu suo componere molirentur,dicendi posteris magni reges, qui nũc
nobis sequissimi hostes adiudicantur. Quolibet autem gesta talia nomine censeantur,hoc est,siue di-
cantur miseriæ,siue virtutes,vtraq; prioribus cõparata in hoc tempore minora sunt:atq; ita vtraque
pro nobis faciunt in comparatione Alexandri atque Persarum: si virtus nunc vocãda est, minor est
hostium: si miseria, minor est Romanorum.

Alexander veneno interiit. Iust. qui interitus non placet Plut. & Arriano.

† alternanti

† al.marinus

† in quo non

CAP. XXI.

Hic annus est in fast. Capitol.CDLVIII. Liuio CCCCLVII. lib. 10.

ANNO ab vrbe cõdita † CCCCL.Fabio Maximo V.Decio Mure IIII.consulibus,quatuor fortis-
simi florentissimíq; Italiæ populi in vnũ agmen fœdúsq; coierunt.Namq; Etrusci,Vmbri, Samnites
& Galli, vno agmine cõspirantes,Romanos delere conati sunt.Tremefacti hoc bello Romanorum
animi, & labefactata fiducia est:nec ausi sperare totũ de viribus,dolo diuisere hostes, tutius rati plu-
ribus se bellis implicare quàm grauibus.Itaq; cum quibusdã suis ad populandos hostiles agros, in
Vmbriam Etruriámq; præmissis Vmbrorum Etruscorúmq; exercitum redire ad tuitionem suorum
coëgissent,cum Samnitibus & Gallis bellum inire properarunt.In quo bello cùm Gallorum impetu

Bellum hoc gestum fuit in Agro Setinate. Polyb. lib. 2.

Romani premerentur, Decius consul occisus est. Fabius tamen post magnam Decianæ partis stragẽ F
tandem vicit. Eo prælio XL. millia Samnitum siue Gallorum cæsa, Romanorum verò septem millia,
ex Decij tantummodo parte, qui occisus est, extincta referuntur. Fuisse autem absq; Etruscis & Vm-
bris, quos astu Romani bello auocauerũt, Gallorũ & Samnitum peditum CXL. millia CCCXXX.
equitum verò XLVI. millia, Liuius refert: & carpẽtarios mille in armis contra aciem stetisse Roma-
nam. Sed vt sæpè dictum est, super Romanorum aut domesticam quietem extraneis bellis interpel-
latam, aut externos prouẽtus morbis interioribus aggrauatos, tantũ, vt omnimodis ingentes animi
vndecunq; premerentur. Hanc cruentam tristémq; victoriam pestilẽtia ciuitatis onerauit, & trium-
Pestilentia phales pompas obuiæ mortuorum exequiæ polluerunt. Nec erat cui de triumpho gaudium suade-
retur cum tota ciuitas aut ægris suspiraret, aut mortuis.

CAP. XXII. *Samnites vincunt. Liu. lib. 10. Val. lib. 7. c. 2.*

SEQVITVR annus quo Romani, instaurato à Samnitibus bello, victi sunt, atq; in castra fugerũt.
Postea verò Samnites nouum habitum, animúmq; sumentes, hoc est, deargentatis armis ac vestibus
paratóq; animo, ni vincant, mori bello sese offerunt. Aduersum quos Papyrius consul cum exercitu
missus cum à pupillariis auguribus vana cõiectantibus congredi prohiberetur, irridens eos tam fœ- G
liciter confecit bellum, quàm constanter arripuit. Nam in hoc prælio duodecim millia hostium cæ-
sa, tria millia capta referuntur. Sed hanc quoq; istius verè laudandam victoriam, quam vani auspices
impedire non potuerunt, oborti subitò corrupere morbi. Nam tanta ac tam intolerabilis pestilentia
tunc corripuit ciuitatem, vt propter eam quacunq; ratione sedandam, libros Sibyllinos consulẽdos
putarint, horrẽdúmq; illum Epidaurium colubrũ, cum ipso Æsculapij lapide aduexerint: quasi ve-
rò pestilentia aut antè sedata non sit, aut pòst orta non fuerit. Præterea altero abhinc anno Fabius
Pestilentia Epidaurius anguis Dauf. lib. 2. Ouid. 15. Metam. Gurges consul malè aduersus Samnitas pugnauit. Namq; amisso exercitu, victus in vrbem refugit.
Itaq; cum senatus de submouendo eo deliberaret, pater eius Fabius Maximus ignominiam filij de-
precatus, legatum se filio iturum vltrò obtulit, si illi depellendæ ignominiæ, & gerendi iterum belli
facultas daretur. Qua impetrata, prælióq; conserto, cum subitò pugnantẽ filium consulem, insistẽ-
te Pontio Samnitium duce, & infestis hostium telis concussum videret, in medium se agmẽ pius se-
nex equo vectus ingessit. Quo facto permoti Romani, tota ibi incubuere acie donec ipsum ducem
Pontium deleto hostili exercitu victum oppressúmq; ceperunt. Cæsa sunt in eo prælio Samnitium H
viginti millia, capta autem quatuor millia cum rege suo, tandémque Samniticum bellum, quod per
Cic. in Cat. Flor. lib. 1. cap. 15. vbi. in illust. XLIX. annos multa Romanorum clade trahebatur, capti ducis destitutione finitũ est. Anno subse-
quente cum Sabinis Curio consule bellum gestum est, vbi quot millia hominum interfecta, quot
capta sint, ipse consul ostendit: qui cum in senatum magnitudinẽ acquisiti agri Sabini, & multitudi-
nem capti populi referre vellet, numerũ explicare non potuit. Anno ab vrbe condita CCCCLXII.
Polyb. lib. 2. Dolabella & Domitio consulibus Lucani, Bruttij, Samnites quoque cũ Etruscis & Senonibus Gal-
lis facta societate, cum rediuiuum contra Romanos bellum molirentur, Romani ad exorandos Gal-
Legatorũ vltio los misẽre legatos. Quos cum Galli interfecissent, Cæcilius prætor ob vlciscendã legatorum necẽ,
& comprimendum tumultum hostium cum exercitu missus, ab Etruscis Gallísque oppressus inte-
riit. Septem præterea tribuni militũ in ea pugna occisi, multi nobiles trucidati, tredecim millia etiã
militum Romanorum illo bello prostrata sunt. Ita autem quotiescunque Galli exarserunt, totis opi-
bus suis Roma detrita est, vt sub præsenti nunc concursatione Gothorum magis debeat meminisse
Gallorum. I

CAP. XXIII. *Alexandro mortuo partitur Imperium*

AT ego nunc reuocor, vt per hæc eadem tempora, quibus Romani ista perpessi sunt, quæ inter
se bella gesserint Macedonum duces, reuoluam: qui mortuo Alexandro diuersas sortiti prouincias,
mutuis se bellis consumpserunt: quorum ego tumultuosissimum tempus, ita mihi spectare videor,
quasi aliqua immẽsa castra per noctem de specula mõtis aspectans, nihil in magni campi spatio præ-
ter innumeros focos cernam. Ita per totum Macedoniæ regnum, hoc est, per vniuersam Asiam &
plurimam Europæ partem, Libyæque vel maximam, horrendi subitò bellorum globi † colluxerũt:
qui cum ea præcipuè loca, in quibus exarsere, populati sunt, reliqua omnia terrore rumoris, quasi fu-
mi caligine turbauerunt. Sed nequaquam tantorum regnum ac regnorum bella excidiáq; explica-
bo, nisi prius ipsa cum regibus regna prodidero. Igitur Alexander per duodecim annos trementem
Alex. 33. ætatis anno occidit. cic. Philipp. 5. vixit autem annos 32. menses 8. Regnauit annos 12. menses 8. Arrian. li. 7 Curt. lib. vlt. Iust. 13. Diod. 18. sub ſç orbem ferro pressit. Principes verò eius XIIII. annis dilaniauerunt, & veluti opimam prædam
à magno leone prostratam auidi discerpsere catuli: séqueipsos inuicẽ in rixam irritatos prædæ æmu-
latione fregerunt. Itaque prima Ptolemæo Aegypti & Africæ Arabiæque pars sorte prouenit. Confi- K
nem huic prouinciæ Syriã Laomedon Mitylenæus, Ciliciã Philotas, Philo Illyrios accipiunt. Mediæ
maiori Atropatus, minori socer Perdiccæ præponitur. Susiana gens Scyno, Phrygia maior Antigo-
no Philippi filio assignatur. Lyciam & Pamphyliã Nearchus, Cariam Cassander, Lydiam † Mẽnader
sortiuntur. Leonnatus minorem Phrygiam accipit. Thracia & regiones Pontici maris Lysimacho,
Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni data: summa castrorum Seleucho Antiochi filio cessit: sti-
patoribus regis satellitibúsq; Cassander filius Antipatri præficitur. In Bactriana vlteriore & Indiæ
regionibus præfecti priores, qui sub Alexandro esse cœperãt, permanserunt, Seras inter duos amnes
Hydaspen & Indum constitutos, Taxiles habuit. In colonias in Indis conditas Pithon Agenoris fi-
lius mittitur. Parapamenos fines Caucasi montis Oxyartes accepit. Arachosij Gedrosíque Sybirtio
decernuntur. Drangas & Areos Stasanor, Bactrianos Amyntas sortitur, Sogdianos Scythæus, Nica-
nor Parthos, Philippus Hyrcanios, Phrataphernes Armenios, Tlepolemus Persas, Peucestes Baby-
lonios

† *Meleagro Lydiam assignatã scribit Diodor.*

A lonios, Archon pelasgos, Arcelaus Mesopotamiam adepti sunt. Igitur causa & origo bellorum epi-
stola Alexandri regis fuit, qua iussit omnes exules patriæ libertatiq; restitui. Potentes enim ciuitatũ *Epistola hæc recitata fuit in Mercatu Olympiaco Iust. lib. 13. extatque apud Diodor. lib. 18.*
Græciæ timentes, ne exules recepta libertate vltionem meditarentur, à regno Macedonum defece-
runt. Primi Athenienses, contracto XXX. M. exercitu & CC. nauibus, † bellum cum Antipatro, cui
Græcia sorte obuenerat gerũt: per Demosthenem quoq; oratorem Sicyona, Argos & Corinthum,
cæteráſque ciuitates sibi socias adiungũt, Antipatrum obsidione cingunt. Ibi dux eorũ Leosthenes
telo è muris iacto perfossus, occiditur. Athenienses Leonnato, qui Antipatro auxilium ferebat, oc-
currunt, ciúsq; copiis cõminutis ipsum interficiunt. Perdicca verò bellum Ariarathi Cappadocum
regi intulit, eúmq; vicit, in qua victoria nihil præter vulnera & pericula conquisiuit. nam omnes an-
te irruptionem vrbis suæ succensis domibus suis, se súaq; omnia concremauerunt. Post hæc bellum
inter Antigonum & Perdiccam oritur grauissimè, multis prouinciis & insulis ob auxilia vel negata,
vel præstita dilaceratis. Diu deliberatum, vtrum in Macedoniam bellum trãsferretur, an in Asia ge-
reretur: nouissimè ipse Perdicca Ægyptum cum ingenti exercitu petit. Sic Macedonia, in duas par-
B tes discurrẽtibus ducibus, in sua viscera armatur. Ptolemæus Aegypti viribus & Cyrenẽsibus copiis
instructus occurrere bello Perdiccæ parat. Inter hæc Neoptolemus & Eumenes cruentissimo inter
se prælio digladiati sunt. Victus Neoptolemus, ad Antipatrum fugit: quem, vt Eumenẽ de insperato *Iust. 8. lib. 13.*
opprimat, perurget: quod Eumenes futurum ratus, insidiãtes insidiis capit. In eo bello Polyperchon
occiditur, Neoptolemus & Eumenes mutuis vulneribus confossi: sed Neoptolemus interiit, Eu-
menes victor euasit. Perdiccæ cum Ptolemæo acerbissimo bello congressus, amissis copiis, ipse quo-
que interfectus est. Eumenes, Phitõ, & Illyrius, & Alceta frater Perdiccæ, à Macedonibus hostes pro-
nuntiantur, bellúmq; aduersum eos Antigono decernitur. Itaq; Eumenes & Antigonus collatis ad-
uersum se maximis copiis cõflixerunt: Eumenes victus in quoddam castellum munitissimum fugit:
vnde auxilia Antipatri tunc potẽtissimi per legatos poposcit: quo nuntio territus Antigonus, ab ob-
sidione discessit. Sed nec sic Eumeni spes firma aut salus certa. Quare vltimo cõsilio Argyraspidas,
ob arma deargentata sic dictos, hoc est, milites qui sub Alexandro militauerant, in auxilium rogat.
C Qui fastidiosè ducem in disponẽdo bello audientes, ab Antigono victi, castrísq; priuati, & vxores &
liberos, simúlq; omnia quæ sub Alexandro acquisiuerant, perdiderunt. Qui postea turpiter per lega-
tos reddi sibi quæ perdiderant, victorem rogant. Antigonus autem se redditurum pollicetur, si sibi
vinctum Eumenem pertraherent. Ita illi spe recuperationis illecti, dedecorissima proditione ducem *Proditur Eumenes.*
suum cuius signa paulo antè secuti fuerant, captiui ipsi captum catenatúmq; duxerunt, & mox cum
fœdissima ignominia in exercitu Antigoni dispersi sunt. Interea Eurydice † Arridæi regis Macedonũ *† Is frater fuit Alexãdri regnauit annos 6. menses 4. Diod. lib. 18. & 19.*
vxor, multa sub nomine viri nefaria egit per Cassandrum: quem flagitiosè cognitum, ad summum
fastigium per omnes honorum gradus prouexerat, qui ex libidine mulieris multas Græciæ ciuitates
afflixit. Tunc Olympias mater Alexandri regis, hortante Polyperchonte, cum ab Epiro in Macedo-
niam proficiente Aecida rege Molossorum veniret, & ab Eurydice finibus prohiberetur, admõiti-
bus Macedonibus, Arridæum regẽ & Eurydicem iussit occidi: quanquam & ipsa Olympias cõtinuò
meritas crudelitatis pœnas luit. Nam cum mulierbri audacia multas principũ cædes ageret, audito *Arria. lib. 7.*
aduentu Cassandri, dissita Macedonibus cum Rhoxane nuru sua & nepote Hercule, in vrbem Pyd-
D nam concedit: ibíq; continuò per Cassandrum capta, interfecta est. Filius Alexãdri Magni cum ma- *Olympias occiditur.*
tre in arcẽ Amphipolitanam custodiendus est missus. Perdicca, Alceta & Polyperchonte, cæteríq;
ducibus, quos cõmemorare longum est, diuersæ partis occisis, finita bella inter successores Alexãdri
videbantur. Tum Antigonus ardens cupiditate dominandi, † liberandũ bello Herculem regis filiũ *† Iust. lib. 15.*
ab obsidione simulat. His cognitis Ptolemæus & Cassander, inita cum Lysimacho & Seleuco socie-
tate, bellum terra marí; enixè instruunt. Antigonus in eo bello † cum filio Demetrio vincitur. Cas- *† Diodor. 19. Paus. 1. Plut. in Demetr.*
sander Ptolemæo in victoria particeps factus, cũ Apolloniã rediret, incidit in Abderitas: qui propter
intolerãdæ multitudinis ranas & mures, relicto patrio solo, & antiquis habitaculis, emigrantes, no-
uas sedes prætenta interim pace requirebant. Sed Cassander & virtutẽ, & multitudinẽ gentis agno-
scens, ne adacti necessitate Macedoniã bello quaterent, atq; inuaderent, receptos in societatẽ, in vl-
timis Macedoniæ finibus collocat. Inde cum iam † Hercules Alexandri filius, XIIII. esset annorum, *Hunc in regnũ restituere Polyperchon parabat sed à Cassandro corruptus eũ interfecit Diod. lib. 20. qui Herculem natũ facit XVII annos.*
timens ne eum † Macedones quasi legitimum regẽ præoptarent, occidẽdum tacitè cum matre cu-
rauit. Ptolemæus iterum cum Demetrio nauali prælio cõflixit, & cum omnẽ penè classem atq; exer-
E citum perdidisset, victus in Aegyptum refugit. Hac victoria elatus Antigonus, regẽ se cum Demetrio
filio appellari iubet: quod exemplum omnes secuti, regium nomẽ sibi dignitatémq; sumpserunt. Igi-
tur Ptolemæus & Cassander, cæteríq; alterius factionis duces, cum decipi se ab Antigono sigillatim
viderẽt, per epistolas se inuicẽ confirmãtes, coëundi in vnum tẽpus locúmq; cõdicunt: & bellum ad-
uersus Antigonum cõmunibus viribus instruunt. Cassander finitimorum bellis implicitus, Lysima-
chum clarissimum inter omnes ducem, cum ingẽti manu pro se sociis in auxilium misit. Seleucus
quoq; ex Asia maiore descendens, nouus Antigono hostis accessit. Hic siquidẽ Seleucus plurima per
orientẽ inter socios regni Macedonici bella gessit. Principio Babyloniã bello expugnauit & cepit.
Bactrianos nouis mõtibus assurgentes perdomuit. Transitum deinde in Indiã fecit, quæ post mortẽ
Alexandri, veluti, detracto excussóq; à ceruicibus iugo præfectos eius occiderat, Sadrocotto quodã *Paus. lib. 1. Arrian. 7.*
ad vindicandam libertatẽ duce: qui postea crudeliter in ciues agens, quos de externa dominatione
defenderat, ipse seruitio premebat. Cum hoc ergo Sadrocotto Seleucus quãuis multa & grauia bel-

la gessisset, nouissimè firmatis regni conditionibus, & pacta pace discessit. Adunatis itaque copijs Ptolemæi sociorúmq; eius, pugna committitur: cuius quanto potentior apparatus, tanto ruina grauior fuit. Nam in ea tunc totius penè Macedonici regni vires conciderunt. In ipso bello Antigonus occisus est: sed finis belli huius initium alterius fuit. Nam cum victoribus de præda non conueniret, iterum in duas factiones diducũtur. Seleucus Demetrio, Ptolemæus Lysimacho iungitur. † Cassandro defuncto, filius Philippus succedit. Sic quasi ex integro noua Macedoniæ bella nascuntur. Antipater Thessalonicen matrẽ suam, Cassandri vxorẽ, quamuis miserabiliter pro vita precantem, † manu sua transuerberauit. Alexander frater eius, dum bellum aduersus fratrem ob vltionem matris instruit, à Demetrio, cuius auxilium petierat, circunuentus occiditur. Lysimachus cum † Doricetis regis Thracum infestissimo bello vrgeretur, aduersus Demetrium pugnare non potuit. Demetrius augmento Græciæ, & totius Macedoniæ elatus, in Asiam transire disponit. Ptolemæus autem & Seleucus & Lysimachus, experti priore certamine, quantæ vires essent cõcordiæ, iterum societate † facta, adunatisque exercitibus, bellum in Europam transferunt aduersus Demetrium. His se comitem & belli socium Pyrrhus rex Epiri iungit, sperans Demetrium Macedonia posse depelli, nec spes frustra fuit: quippe exercitu eius corrupto, ipsóq; in fugam acto, regnum Macedoniæ Pyrrhus inuasit. Deinde Lysimachus generũ suum Antipatrum insidiantẽ sibi, interfecit, filiúmq; suum Agathoclẽ vltra humanum morem perosus † occidit. Quibus quidem diebus Lysimachia ciuitas formidolosissimo terræmotu euersa, oppressóq; populo suo, crudele sepulchrum fuit. Lysimachum autẽ assiduis se parricidiis cruentantẽ omnes socij deseruerunt, & ad Seleucum deficientes, pronum iam regem æmulatione regni, vt bellum Lysimacho inferret, hortati sunt. Res fœdissimi spectaculi erat, duos reges, quorum Lysimachus annos natus LXXIIII. Seleucus autem LXXVII. deripiendis alterutrum regnis cõcurrere, in acie stare, arma gerere. Vltimum hoc quidem bellum Alexandri commilitonum fuit, sed quod ad exemplum humanæ miseriæ fuerit reseruatum: quippe cùm orbem terrarũ extinctis iam XXXIIII. ducibus Alexandri, soli possiderent, & angustissimos senectutis ac vitæ suæ terminos non aspicientes, angustiores esse imperio suo totius mundi terminos arbitrabantur. In eo bello Lysimachus vel amissis vel interfectis prius ante hanc pugnam XV. liberis, postremus occisus est. Sic Lysimachus solutio pugnæ Macedonicæ fuit. Sed ne Seleucus quidem tãta victoria impunè lætatus est: nam neq; ipse post LXXVII. annos quietem naturalis mortis inuenit: sed extortam sibi infœliciter vitam velut immatura morte finiuit: quippè insistente Ptolemæo, cuius † sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, insidiis circumuẽtus & occisus est. Hæc sunt inter parentes, filios, fratres ac socios cõsanguinitatis societatisq; cõmercia. Tanti apud illos diuina atq; humana religio pendebatur. Erubescant sanè de recordatione præteritorum, qui nunc interuentu solius fidei Christianæ, ac medio tantum iurationis sacramento viuere se cum hostibus, nec pati hostilia sciunt: quibus indubitatissimè probatur, quia non sicut illi antea, Cæsa iungebant fœdera porca, sed quia nũc inter barbaros ac Romanos creatorẽ ac dominum suum contestantes, tantam fidem adhibita in sacramentum seruant euangelia, quantam tunc nec inter parentes ac filios potuit seruare natura. Nũc autem finis Macedonici belli, finis etiam libri fiat, præsertim cum iam abhinc Pyrrhi bella incipiãt, & mox Punica consequantur.

† *Erumpentibus enim vermibus extabuit. Pauſ. lib. 9. Iuſt. 16.*
† *Al. Dori. Rectius Dromichetis ita Pauſ. lib. 1.*
* *pacta. Plut. in Demetr.*
Plut. in vita Pyrrhi.
* *Dolo Arsinoës vxoris, Pauſ. lib. 1. Strabo 13.*
Seleuci interitus Strab. li. 10. Pauſ. 1. Polyb. 2. ſcribit interiſſe Olym. 124.
* *Lyſandram Pauſ.*

PAVLI OROSII
LIBER IIII.
PRAEFATIO.

Lib. 1. Aeneid.

DIXISSE Æneam Virgilius refert, cum post pericula sua suorúmq; naufragia residuos ægrè socios solaretur, Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Hæc sententia semel aptè ficta, semper vim sui triplicẽ diuersissimis affectibus refert, cùm & præterita tanto gratiora habentur in verbis, quãto grauiora referuntur in gestis: & futura dum desiderabilia fastidio præsentium fiunt, semper meliora creduntur: ipsis autem præsentibus ob hoc nulla in parte miseriarum iusta cõparatio adhiberi potest, quia multo maiore molestia afficiunt, quantũlacunq; sint ista, quæ sunt, quàm illa quæ siue transacta, siue vẽtura: & si magna dicuntur, interim omninò tunc non sunt: veluti si quis nocturnis pũlicibus titillatus, atq; ex eo vigiliis anxius, alias fortè, quas aliquando ex ardentissimis febribus diu sustinuit, vigilias recordetur, proculdubio impatientius feret istarum inquietudinem, quàm illarum recordationem. Sed quãuis apud omnium sensus pro captu tẽporum ita videri queat, nunquid tamen aliquis existet, qui vel in ipsa anxietate pronuntiet grauiores pulices esse quàm febres: aut acerbius accipiat, se vigilare sanum, quàm dormire non potuisse moriturum? Quæ cum ita sint, delicatis istis & querulis nostris vtcunq; cõcedo, vt hæc, quibus nunc, quia sic expedit, interdũ admonemur sentiendo grauia putent. Non tamen eohibeo, vt etiam adserant cõparando grauiora. Quemadmodum si quis mollissimis è stratis cubiculóq; percõmodo matutinus egrediens, nocturno gelu lacunarium dotsa obriguisse herbásq; incanuisse prospiceret, & inopinato visu admonitus diceret, frigus est hodiè, hic mihi nequaquam reprehendendus videretur, quia vel communi vsu, vel proprio sensu locutus esset. At si trepidus in cubiculum recurrens, stratisq; sese adoperiens, vel magis abdens,

A abdens, clamaret tantũ omnino frigus esse quantũ nec in Appenniño aliquando fuerit, cũ Annibal elephantos, equos, plurimáq; exercitus sui partẽ, niuibus clausus atq; oppressus amisit, hũc ego pueB rilibus licentiis nauseantem, non modo dicentem, ista non ferrem, sed etiam ab ipsis stratis, o tij sui testibus, in populum publicũq; protraherẽ: eique foras producto, infantes in eo atque ex eo gelu ludẽtes, iucũdantes, sudãtesq; mõstrarẽ, vt verbosa nugacitas delicatis vitiata nutrimẽtis, nõ in tẽpore violentiã, sed in se esse segnitiẽ doceretur: & in cõparatione rerũ diiudicãda, nõ maiores parua tolerasse, sed se nec parua tolerare sufficere probaretur. Quod euidẽtius ipsis in memoriã reuolutis præteritorum cladibus, approbabo, Pyrrhi bello in primis, sicut ordo est, prodito: cuius causa & origo hęc fuit. ANNO ab vrbe condita CCCCLXIIII. Tarẽtini Romanã classem fortè prætereuntẽ, spectaculo theatri prospectam hostiliter inuaserunt, quinque tãtum nauibus vix[2] per fugam elapsis: cætera retracta in portum classis, & profligata est, præfecti nauium trucidati, omnes bello vtiles cæsi, reliqui pretio venditi sunt. Cõtinuo missi Tarentum à Romanis[3] legati, vt de illatis quererentur iniuriis, pulsati ab iisdem, auctas insuper iniurias retulerunt. His causis bellum ingẽs exortum est. Romanos qui quantique hostes circumstreperent permetientes, vltima adegit necessitas,[4] proletarios quoque in arma cogere, hoc est, eos qui in vrbe sufficiendæ semper prolis causa vacabant, militiæ ascribere: quippè cum frustra de prole cura sit, nisi rebus præsentibus cõsulatur. Itaque irruit in vniC uersos Tarentinorum fines cum Æmilio consule Romanus exercitus, igni ferroque vastat omnia; plurima expugnat oppida, iniuriam insolenter acceptam crudeliter vindicat. Continuò Tarentinos plurimis finitimorum præsidiis fultos maximè Pyrrhus auxit, qui etiam in se ob magnitudinem virium consiliorumque, summam belli nomenque traduxit. nam[5] Tarẽtum, vt potè ex Lacedæmoniis cõditam cognatamque Græciæ ciuitatem, vindicaturus, totas vires Epiri, Thessaliæ & Macedoniæ, elephãtos etiam vsque in id tempus inuisos[6] Romanis, numero XX. in Italiam primus inuexit, terra, mari, viris, equis, armis, beluis, ad postremum viribus suis dolisque terribilis: nisi quod Delphici illius vanissimi spiritus, & mendacissimi nebulonis quem magnum ipsi vatem ferunt,[7] responso circumuentus ambiguo, exitum fecit eius qui non cõsuluisset. Itaque apud Heracleam Cãpaniæ vrbẽ, fluuiumque Sirim, prima inter Pyrrhum regem & Læuinum consulem pugna commissa est. Consumptus est grauissimo certamine dies, vtrinque omnibus mori intentis, fugere nesciis. Introductos autem inter concurrentia agmina elephantos, forma truces, odore graues, mole terribiles, vt videre Romani, nouo pugnandi genere circunuẽti & territi, equis maximè pauitantibus diffugerunt. Sed postquam Minucius quartæ legionis primus hastatus protentam in se manum beluæ gladio desecuit, & conturbatam dolore vulneris auerti bello, atque in suos sæuire compulit, eiusque immoderato discursu perturbari ac permisceri cœpere, finis pugnæ etiam beneficio noctis impositus est. Victos fuisse Romanos turpis fuga prodidit, quorum tunc cecidisse referuntur peditũ XIIII. millia octingẽti octoginta: capti MCCCX. Equites autẽ cæsi CCXLII. capti DCCCII. signa amissa XXII.[8] Nam quãtus è diuerso numerus sociorum Pyrrhi fuerit extinctus, memoriæ traditum nõ est: maximè quia scriptorum veterum mos est, ex ea parte quæ vicerit occisorum non commemorare numerum, ne victoriæ gloriam maculent damna victoris: nisi fortè cum adeo pauci cadunt, vt admirationem terroremque virtutis augeat paucitas perditorum, sicut in prima[9] Persici belli congressione apud Alexandrum Magnum fuit: cui inter quadringenta ferè millia hostiũ interfecta, nouem tantummodo in exercitu eius pedites defuisse referuntur. Sed Pyrrhus atrocitatem cladis, quã hoc bello exceperat, diis suis hominibusque testatus est, affigens titulum in templo Tarentini Iouis, in quo hæc scripsit: Qui antehac inuicti fuere viri, pater optime Olympi, hos ego in pugna vici, victusque sum ab eisdem. Et cum à sociis increparetur, cur se victum diceret qui vicisset, respondisse fertur: Ne ego, si iterum eodem modo vicero, sine vllo milite Epirum reuertar. Interea Romanus exercitus postquam victus clam fugit è castris miserabilem belli cladem grauioribus mõstris auctã accumulatamque persensit. Nam pabulatores fortè progressos, velut hostilis quædam aborta tempestas, cum horribili fragore cœli correptos, diris fulminibus exusit: quippè XXXIIII. eorum idẽ turbo prostrauit, XXII. semineces relicti, iumenta exanimata & capta quamplurima: vt merito cõtigisse nõ signum vastationis futuræ, sed vastatio ipsa referatur. Secũda inter Pyrrhum & Romanos consules pugna in Apuliæ finibus fuit: vbi clades belli ad vtrosque, sed maximè ad Pyrrhum, victoria ad Romanos concessit. Nam cum diu obnixè cunctis in mutuam cædem ruentibus anceps belli E penderet euentus, Pyrrhus transfixo brachio, saucius prior cessit è prælio. Sed & Fabricius legatus tũc vulneratus est. Elephanti prima pugna vulnerati, atque in fugã cogi posse deprehẽsi: deinde subiectis inter posteriora ac mollia ignibus exagitati, ardẽtes insuper machinas furore trepido circumferẽtes exitio suis fuere. Cæsa sunt in ea pugna quinque millia Romanorũ: de exercitu vero Pyrrhi viginti millia prostrata sunt. Regis signa ablata LIII. Romanorũ vndecim amissa sunt. Pyrrhus bello fractus, Agathocle mortuo rege Syracusano, ad Siciliæ accersitus imperium, Syracusas concessit.

SED Romanorũ miseria nullis cessat induciis. Consumitur morborum malis intercapedo bellorum, & cũ foris cessatur à prælio, agitur introrsum ita de cœlo. Nã Fabio Gurgite iterum, C. Genucio Clepsina consulibus, pestilentia grauis vrbem ac fines eius inuasit: quæ cum omnes, tũ præcipuè mulieres pecudésque corripiens, necatis in vtero fœtibus, futura prole vacuabat, & immaturis partubus cum periculo matrum extorti abortus proiiciebanturiadeò vt defectura succesio, & defuturum animantium genus adempto vitalis partus legitimo ordine, crederetur. Interea reuersum ex

Transitus Annibalis in Italiam infra cap. 14.

I CAP. I.
Pyrrhus Tarẽtinis opitulatur vrbis cond. anno ferè 470
Gel. lib. 17. cap. vlt.
2 Theatrum partui Tarentino ad proſpectum exitiſſe docet Flor. lib. 1. cap. 18.
3 Eorum aliquẽ vrina reſperſum. Val. lib. 2. cap. 2. Liu. lib. 12.
4 Qui ſint proletarij docet Gell. cap. 10. lib. 16.
5 Tarentinorũ origo Strab. lib. 6.
6 Vlun. lib. 8. cap. 6. Solin. cap. 38.
7 Aiote Æacida Romanos vincere poſſe. cic. 2. diuinat. Arnob. lib. vlt. de Pyrrho. Ennius Apollinis Pythij reſponſa confinxit, cum iam Apollo verſus facere deſiſſet.
Sprodiderunt tamẽ Dionyſius & Hieronymus: illo XIII. millia: hic non planè 4. millia ceſſa ſcripſit ex Plut.
9 Lib. ſuperiore cap. 16.

CAP. II. *Peſtilentia. Aug. lib. 3. de Ciuit. cap. 17.*

curio Dētato & L. Cor. Lentulo Coss. Liu. 14. Iust. 23. Eutr. 2. Front. lib. 4.

Sicilia Pyrrhum Curius consul excepit, tertiumque id bellum contra Epirotas, apud Lucaniam in Aruſinis campis geſtum eſt. Itaque primo cōcurſu, cum Pyrrhi milites Romanorum impreſſionem trepidarent, circumſpectanteſque fugam bello cedere molirentur, Pyrrhus elephātos ex ſubſidiis iuſſit induci. Romani aſſueti iam pugnare cū beluis, cū malleolos ſtupa inuolutos, ac pice oblitos, uncis inſuper aculeis tenaces præparauiſſent, eoſque flammatos in terga beluarum turreſque vibrarent, non difficilè furentes ardenteſque beluas in eorum excidia, quorum ſubſidia fuerant, retorſerunt. Octoginta millia peditum in illo prælio habuiſſe regem dicunt, equitū vero ſex millia. Ex his cæſa referūtur triginta tria millia, capti autem ſunt mille trecenti. Pyrrhus quinto demū anno quàm venerat ab Italia victus aufugit, qui poſt multa grauiſſimáque bella quæ geſſit, in Græcia apud Argos Achaiæ florentiſſimam vrbem, Spartani regni auiditate ſeductus ſaxo, ictus occubuit: tunc quoque apud Romanos Sextilia virgo Veſtalis, conuicta damnataque inceſti, ad portam Collinam viua defoſſa eſt.

Pyrrhus ictu tegulæ interit. Plut. & Vlm. lib. de viris illuſt.

CAP. III. Carthaginiēſes Tarentinis ad ſunt contra Romanos. vide Sigon. 14. Epit. Liu. Poly. l. 1. Val. lib. 2. cap. 2.

ANNO ab vrbe condita CCCCLXXV. Tarentini Pyrrhi morte comperta, iterum noua aduerſum Romanos arma ſolicitant. Carthaginienſium auxilia per legatos poſcunt, atque accipiunt. Conſerto prælio, vicere Romani: vbi iam tunc Carthaginienſes quamuis nondum hoſtes adiudicati, vinci tamen à Romanis ſe poſſe ſenſerunt. Sequenti anno magnam viſcerum ſuorum partem ſeueritas Romana concidit. Nam aduētante dudum Pyrrho octaua legio diffidens Romanæ ſpei, nouum ſcelus auſa Rheginos omnes, quibus ſubſidio præerat, interfecit: prædam ſibi omnem atque ipſum oppidum vindicauit. Hoc facinus in tam ſceleratos defectores puniendum Genucio conſuli iuſſum eſt: qui obſeſſa Rheginorum vrbe, captiſque omnibus, ipſe quidem in reliquos perfugas, & latrones exercuit digna ſupplicia, Romanos vero milites integræ legionis Romam miſit: qui populi iuſſu medio in foro virgis cæſi, ſecuríque percuſſi ſunt. Viſa ſibi eſt tunc Roma vincere, cum legationem ſuam integram occidit: quæ ſine dubio victa fuiſſet, ſi eam hoſtili prælio perdidiſſet.

CAP. IIII. Fulmina.

ANNO ab vrbe condita CCCCLXXVII. obſcœna & dira prodigia vel viſa Romæ, vel nuntiata ſunt. Ædes Salutis ictu fulminis diſſoluta, pars muri ſub eodem loco de cœlo, vt dicunt, tacta eſt. Lupitres ante lucem ingreſſi vrbem, ſemeſum cadauer intulerunt, ſparſumque membratim in foro, ipſi ſtrepitu hominum exterriti, reliquerūt. Apud Formias multis ictibus fulminum mœnia vndique ambuſta & diſſoluta ſunt. Apud agrum Calenum repentè flamma, ſciſſo hiatu terræ eructata, tribus diebus tribuſque noctibus terribiliter exæſtuans, quinque agri iugera, exhauſto penitus ſucco vbertatis, in cinerem extorruit, ita vt non fruges ſolum, ſed & arbores cum imis ſtirpibus abſumpſiſſe referatur. Sequenti abhinc anno Sempronius conſul aduerſus Picentes duxit exercitum. Et cum directa intra iactum teli vtraque acies conſtitiſſet, repentè ita cum horrendo fragore terra tremuit, vt ſtupore miraculi vtrumque pauefactum agmen hebeſceret. Diu attoniti vtrinque populi hæſitauere. Præiudicata incepti conſcientia, tandem procurſu concito iniere certamē. Triſte adeo id bellum fuit, vt meritò dicatur tantum humanum ſanguinem ſuſceptura etiam cum gemitu horriſono tunc terra tremuiſſe. Romani pauci admodum eo prælio qui euaſere, vicerunt.

Flor. lib. 1. c. 10. Cum Appio Claudio, vterque de picentibus triumphauit. Terræmotus Franc. lib. 1

CAP. V. Prodigia.

ANNO ab vrbe cōdita CCCCLXXX. inter multa prodigia, ſanguis è terra, lac viſum eſt manare de cœlo. Nam & plurimis locis ſcaturiens è fōtibus cruor fluxit, & de nubibus guttatim in ſpeciem pluuiæ lacte demiſſo, diri, vt ipſis viſum eſt, terram imbres irrigauerunt. Eo tempore Carthaginienſes dato aduerſum Romanos auxilio Tarentinis cum à ſenatu per legatos arguerentur, turpiſſimam rupti fœderis labē præſumpto accumulauere periurio. Tunc etiam Vulſinienſes Etruſcorū florentiſſimi, luxuria penè perierunt. Nam cum licentia in conſuetudinem prorogata, ſeruos ſuos paſſim liberos facerent, conuiuiis allegarent, coniugiis honeſtarēt, libertini in partem poteſtatis recepti, plenitudinem per ſcelus vſurpare meditati ſunt, & liberati ſeruitutis iugo, ambitu dominationis arſerunt: & quos dominos ſubditi æquanimiter dilexerunt, eos iam liberi, quos dominos fuiſſe meminerant, execrati ſunt. Itaque conſpirantes in facinus libertini (quorum tanta manus fuit, vt ſine controuerſia auſu potirentur) correptam vrbem ſuo tantum generi vindicant: patrimonia, coniugiaque dominorum ſibi per ſcelus vſurpant, extorres dominos procul abigunt, qui miſeri, exules egenteſque Romam deferuntur: vbi oſtentata miſeria, querelāque defleta, per Romanorum ſeueritatem & vindicati ſunt & reſtituti. Anno ab vrbe condita CCCCLXXXI. peſtilentia ingens apud Romam conflagrauit, cuius atrocitatem ſignificare contentus ſum, quia verbis implere non poſſum. Si enim ſpatiū temporis quo manſit inquiritur, vltra biennium vaſtando porrecta eſt: ſi depopulatio quam egerit, cenſus indictus eſt, qui non quantum hominum deperiſſet, ſed quantum ſuperfuiſſet inquireret: ſi violentia qua adfecerit, Sibyllini libri teſtes ſunt, qui eam cœleſti ira impoſitam reſponderunt. Sed ne quem tentata vſurpatio tranſlationis offendat, quod cum Sibylla iratos deos dixerit, nos iram cœleſtem dixiſſe videamur, audiat & intelligat, quòd hæc etſi plerunque per aërias poteſtates fiunt, tamen ſine arbitrio omnipotentis Dei omninò non fiunt. Eodem tempore Capparonia virgo Veſtalis inceſti rea, ſuſpendio perlit: corruptor eius, conſciique ſerui ſupplicio affecti ſunt. Ecce continuatim, quæ & quanta numeramus accidiſſe annis ſingulis plurima: inter quos certe raro aut pene nullo nihil triſte geſtū eſt. Et hoc cū iidē ſcriptores propoſito ſibi magis laudādi negotio, cauerēt numeroſitates miſeriarum, ne eoſdem quibus hæc & de quibus ſcribebātur offenderēt, auditoreſque ſuos exēplis præteritorū terrere potius, quàm * inſtruere viderentur. Porrò autē nos in

Bellum ſeruile Flor. lib. 3. cap. 20. Val. l. 9. cap. 1.

peſtis feralis Auguſt. lib. 3. Ciuit. c. 17.

Dæmones nihil niſi Deo permittente poſſunt.

inſtituere.

nos in vltimo temporum poſiti, mala Romanorum ſcire non poſſumus, niſi per eos, qui laudauere Romanos. Ex quo intelligi datur, quanta illa fuerint, quæ ſtudio propter horrorē repreſſa ſunt, cum tanta inueniantur, quæ tenuiter inter laudes emanare potuerunt.

CAP. VI. Carthaginienſium origo & fortuna. ſic Iuſt. de Carth. lib. 18.

ET quoniam ex hoc iam Punica bella ſuccedunt, res ipſa exigit vt de Carthagine, quæ ante vrbem Romam duos & ſeptuaginta annos ab Eliſa condita inuenitur, eiuſque cladibus ac domeſticis malis, ſicut Pompeius Trogus & Iuſtinus exprimunt, vel pauca referantur. Carthaginienſes vernaculum atque inteſtinum ſemper inter ſe malum habuere diſcordiam: qua infœliciter exagitante, nulla vnquam tempora vel foris proſpera, vel domi quieta duxerunt. Sed cum inter cætera mala etiam peſtilentia laborarent, homicidiis pro remediis vſi ſunt: quippè homines vt victimas immolabant, ætatemque impuberem, quæ etiam hoſtium miſericordiam prouocaret, aris admouebant. De quo ſacrorum, immò ſacrilegiorum genere quid potiſſimum diſcutiendum ſit, non inuenio. Si enim huiuſmodi ritus aliqui dæmones præcipere auſi ſunt, vt mortibus hominum, occiſione hominum fatisfieret, intelligendum fuit, ſe operarios atque adiutores peſtilētiæ conduci, vt ipſi, quos illa non corripuiſſet, occiderent: ſanas enim atque incorruptas offerri hoſtias mos eſt, ita autem illi non ſedarent morbos, ſed præuenirent. Itaque Carthaginienſes auerſis diis propter iſtiuſmodi ſacra, ſicut Pompeius Trogus & Iuſtinus fatentur, ſicut autem apud nos conſtat, propter præſumptionem impietatemque ipſorum irato deo, cum in Sicilia diu infeliciter dimicaſſent, tranſlato in Sardiniam bello, iterum infelicius victi ſunt: propter quod ducem ſuum a Mazeum, & paucos qui ſuperfuerant milites, exulare iuſſerunt. Exules veniam per legatos petentes repulſi, patriam bello & obſidione cinxerut. Ibi tunc Mazeus dux exulum, Carthalonem filium ſuum ſacerdotem Herculis, quod ſibi velut inſultans purpuratus occurrerat, in crucem ſub oculis patriæ, ita vt erat, cum purpuris infuliſque ſuſpendit. Poſt paucos dies vrbem ipſam cœpit, qui cum, interfectis plurimis ſenatorum, cruentè dominaretur, occiſus eſt. Hæc temporibus Cyri regis Perſarum geſta ſunt. Poſt hæc verò b Ionilco rex Carthaginienſium, cum in Sicilia bellum gereret, repentè horribili peſte exercitum amiſit. Nec mora, morbis populo cateruatim cadente, citò quiſque correptus, mox mortuus, iam nec ſepeliebatur: cuius mali nuntius cum attonitam repentino luctu Carthaginem repleuiſſet, non ſecus ac ſi capta eſſet, turbata ciuitas fuit. Omnia vlulatibus perſonabant, clauſæ vbique ianuæ, cūcta priuata publicáque officia damnata, vniuerſi ad portum decurrunt, egredienteſque de nauibus paucos qui cladi ſuperfuerant, de ſuis percontabantur. Poſtquam de clade ſuorum † dicentibus illis vel gementibus miſeri intelligunt, tunc toto litore plangentium voces, tunc infelicium matrum vlulatus & flebiles querelæ audiebantur. Inter hæc procedit & ipſe de naui ſua imperator, ſordida ſeruiliſque tunica diſcinctus: ad cuius conſpectum plangentium iunguntur agmina. Ipſe quoque manus ad cœlum tendens, nunc ſuam, nunc publicam infœlicitatem accuſat & deflet: ad poſtremum vociferans per vrbem, tandem ingreſſus domum, cunctos qui lachrymantes proſequebantur, vltimo dimiſit alloquio: ac deinde obſeratis ianuis, excluſiſque etiam filiis, gladio dolorem vitamque finiuit. Hæc Darij temporibus geſta ſunt. Poſt hæc Anno vir quidam Carthaginienſis, priuatis opibus reipub. vires ſuperans, inuadendæ dominationis hauſit cupiditatem. Cui rei conſilium vtile ratus eſt, vt ſimulatis vnicæ filiæ nuptiis omnes ſenatores quorum dignitatem obſtaturam inceptis ſuis arbitrabatur, inter pocula veneno necaret. Quæ res per miniſtros prodita ſine vltione vita eſt, ne in viro potenti plus negotij faceret res cognita, quàm cogitata. Hoc conſilio eluſus Anno, alio machinamento facinus aggredi parat. Seruitia concitat quibus repente incautam vrbem opprimeret. Sed cum ante ſtatutam cædibus diem proditum ſe præuentumque intellexiſſet, caſtellum quoddam cū viginti millibus ſeruorum armatus occupat. Ibi dum Afros regemque Maurorum concitat, captus eſt: ac primò virgis cæſus, deinde effoſſis oculis, & manibus cruribuſque fractis, velut à ſingulis mēbris pœna exigeretur, in conſpectu populi necatus eſt. Corpus verberibus lacerum, cruci ſuffixum, filij cognatique omnes ſupplicio traditi: nequis cum eiuſdem familiæ vnquā aut imitari, aut vlciſci meditaretur. Hæc temporibus Philippi geſta ſunt. Poſt hæc Carthaginienſes cum Tyrum vrbem auctorem originis ſuæ, ab Alexandro Magno captam euerſamque didiciſſent, timentes tranſitum eius in Africam futurum, Amilcarem quendam cognomento Rhodanum, virum facundia ſolertiáque præcipuum ad perſcrutandos Alexandri actus direxerunt: qui per Parmenionem quaſi tranſfuga exceptus, dehinc in militiam regis admiſſus, omnia ciuibus ſuis per tabellas ſcriptas, & poſt cera ſuperlitas enuntiabat. Hunc mortuo Alexandro Carthaginem reuerſum, quaſi vrbem regi vindicaſſet, non ingrato tantum animo, verum etiam crudeli inuidia necauerunt. Deindè cùm aſſidua nec vnquam ſatis proſpera aduerſus Siculos bella gererent, & Syracuſas vrbem Siciliæ tunc florentiſſimam obſidione cinxiſſent, per Agathoclem Siciliæ regem miro circunuenti ingenio, vſque ad extrema deſperationis adacti ſunt. Nanque Agathocles cum apud Syracuſas à Carthaginienſibus obſideretur, ac ſe neque bello parem inſtructu copiarum, neque obſidionis patientem ſtipendiorum ſufficientia videret, benè prouiſo, ac melius diſſimulato conſilio, in Africam cum exercitu tranſit: ibi ſuis quid moliatur, aperit, deindè quid facto opus ſit, docet. Illicò vnanimiter naues primum, in quibus venere incendunt, ne qua ſpes refugiēdi foret. Dehinc cum omnia in quæ direxiſſet, proſterneret, villas caſtellaque incenderet, Annonem quendam cum triginta millibus Pœnorum obuium habuit: quem cum duobus millibus ſuorum interfecit. Ipſe autem duos tantum in

Carthag. Tyrū condiderunt ſuper. lib. cap. 16. cur. lib. 4. Died. 17. Virg. 1. Aen.

Diodor. initio lib. 20. à Troia capta vſque eō profectionem Agathoclis in Africam numerat annos 883.

a Iuſtin. male Macheum.

b A Græcis ἰαὶναν dicitur. à Iuſt. Amileo, regnauit olymp. 97 Died. lib. 14.

† tacentibus

F eo bello perdidit. Qua pugna & Afrorum animis incredibiliter fractis, & suorum in immensum auctis vrbes castellàque expugnat, prædas ingentes agit, hostium multa millia trucidat. Castra deinde ad quintum lapidem à Carthagine statuit, vt damna rerum opulētissimarum vastationemque agrorum, & incendia villarum de muris ipsius vrbis specularentur. Adiicitur præsentibus malis tristior fama. Nam & apud Siciliam deletus cū imperatore Afrorum exercitus nuntiatur: quem reuera incautum ac penè otiosum Antander Agathoclis frater oppresserat. Hoc per totam Africam rumore disperso, non tributariæ tantum vrbes ab his, verū etiam socij reges deficiebāt: inter quos rex quoque Cyrenarum Ophellas, pactus est cum Agathocle communionē belli dum regnū Africæ ardēter affectat. Sed postquam in vnum exercitus & castra iunxerunt, per Agathoclem blandimentis & insidiis circunuentus, occisus est. Carthaginienses, contractis vndique copiis, in bellum exarsere. Quibus Agathocles habēs secū Ophellæ copias cōgreditur, eosque magno vtriusque exercitus sanguine & graui prælio superat. Hoc certaminis discrimine tanta desperatio illata Pœnis est, vt nisi in exercitu Agathoclis orta seditio fuisset, transfugiturus ad eum Bomilcar dux Pœnorum cum exercitu fuerit. Ob quā noxam in medio foro iussu Carthaginiensium patibulo suffixus, crudele spectaculum suis præbuit. G Deinde cum post mortem Agathoclis Carthaginienses Siciliam instructa classe vastarent, à Pyrrho rege Epiri ab Italia accersito, terrestri naualique certamine sæpè superati nouissimè ad Romana bella conuersi sunt. Proh dolor, leguntne ista de veteribus, qui de recētibus cōqueruntur? Immo legunt, & ea nō æquitate, sed æmulatione cōiiciunt. Maximo enim illo & ineffabili, quem nec ipsi decernunt, stimulo compunguntur, non propter tempora mala, sed propter tēpora Christianā: & deriuatio est inuidi hulceris, vt quicquid sub execrabili agitur, atrocius esse videatur sicut etiam inter nos sæpè inimicorum oculis videri solet eos quos execrantur, nihil non prauum, nihil non turpe, nihil non subsiciuum, nihil non in vulnus suū dicto factóve agere: & hoc tamen penè simpliciter. In tantum enim captum cor obliquat inuidia, vt rectum natura non videat, de quorum numero sunt isti: sed multò miseriores, quia inimici Dei, ac perindè inimici veritatis: de quibus flentes hæc dicimus, & quos misericorditer, si patiantur, arguimus, vt sanemus, qui vitioso oculo hæc vident, atque ideo duplicia illis videntur, quæ vident: & confusi caligine nequitiæ, in id cadunt, vt minus videndo plus videant, cum tamen id quod ita, vt est, videre non possint: qui grauiora arbitrātur flagella patris, quàm hostis incendia: H qui acerbiorem vocant blandientem, admonentem, & redimentem Deum, quàm persequentem, dominantem trucidantemque diabolum. Quanquam si de patre intelligerent, de castigatione gauderent: & si peruideretur fructus eruditionis, esset disciplina tolerabilis: ac propter spem quæ nunc gentibus data est, antea verò non fuerat, leuiora ducerent, etsi grauiora paterentur: quāquam contemptum miseriarum possunt etiam à suis discere, apud quos summa mala pro summis bonis æstimata sunt, tantum vt gloriam famę celebrem atque illustrem consequerentur: per quos colligi datur, quanta nobis, quibus æternitas beata promittitur, sint toleranda pro vita, cum illi tanta potuerint tolerare pro fama.

Diodorus hæc copiosè.

Iustin. lib. 23. pl.

inuidia trāsuersum agit.

Gentiles redimentem Christum acerbiorem vocabant quàm persequentem diabolum.

Cap. VII.

Fasti capitol. Flaccum eum cons. nomināt in ann. 489. Bellum Punicum I. Polyb. lib. 1. Liu. 16. Flor. lib. 2. cap. 2.

† Conss. anni tertij huius belli sunt L. Posth. Megellus, et Q. Mamilius vitulus. Polyb. li. 1. Anno 5. huius belli vr. con. 493.

† Flor. 160.

Cornelius capitur. Liu. l. 17.

C. Duilius Pœnos primus classe deuicit. Cic. in Cat. Val. l. 3. cap. 3. Plin. 43. c. 5.

ANNO ab vrbe condita CCCC. LXXXIII. Appio Claudio, † Quinto Fabio cōsulibus, Mamertinis, quorum Messana nobilis Siciliæ ciuitas erat, auxilio contra Hieronem Syracusarum regem, & Pœnorum copias Hieroni iunctas, App. Claudium consulem cum exercitu misere Romani: qui tam celeriter Syracusanos Pœnosque superauit, vt ipse quoque rex rerum magnitudine perterritus, antè se victum quàm congressum fuisse prodiderit: I qui ex fractis viribus amissaque fiducia, cum pacem supplex rogaret, ducentis argenti talentis iussu consulum multatus, accepit. † Consules Agrigentum Siciliæ ciuitatem, ibique præsidia Pœnorum operibus valloque cinxerunt. Cumque inclusus ea obsidione senior Annibal imperator Pœnorum ad summā egestatem redactus esset, Anno imperator nouus Carthaginiensium, cum equitibus mille quingentis, & tringinta millibus peditum, triginta etiam elephantis ex improuiso intercessit, expugnationémque ciuitatis paulisper distulit: sed continuo ciuitas capta est. Pœni maximo bello victi & profligati, vndecim elephāti in potestatem redacti, Agrigentini sub corona omnes venditi sunt. Annibal senior facta cum paucis eruptione, diffugit. † Cn. Cornelio Asina, C. Duilio consulibus, cùm Annibal senior oram Italiæ maritimam instructa septuaginta nauium classe vastaret, Romani & ipsi classem fabricari atque instrui præceperunt: quod Duilius consul celeriter impleuit. Nam intra LX. diem quàm arbores cæsæ erant, † centum XXX. nauium classis deducta in ancoris stetit. Cornelius Asina consul alter cum sedecim nauibus Liparam insulam petit, vbi ab Annibale, quasi ad colloquiū pacis euocatus, † Punica fraude captus, atque in vinculis necatus est. K Quod vbi Duilius alter consul audiuit, cum triginta nauibus aduersus Annibalem profectus est. Commisso nauali prælio, Annibal amissa naui, qua vehebatur, scapha subductus aufugit: triginta & vna naues eius captæ, tredecim mersæ, tria millia hominum occisa, septem millia capta referuntur. Postea Carthaginienses C. Aquilo Floro, & L. Cornelio Scipione consulibus, Annonem in locum Annibalis subrogatum pro Sardis & Corsis defensandis, nauali prælio præfecerunt: qui à Scipione consule victus, amisso exercitu, ipse cōfertissimis hostibus se immiscuit, ibique interfectus est. † Eodem anno tria millia seruorum, & quatuor millia naualium sociorum in vrbis Romæ excidium coniurarunt: & nisi maturata proditio consilium præuenisset, destituta præsidio ciuitas, seruili manu periisset.

† Bellum seruile.

Anno

Cap. VIII.

in fast. capit. 495. est.

† hūc Trib. cæditium & laberium appellari docet Gell. lib. 3. cap. 7. Front. lib. 1

† Annibal lapidibus obruitur. lib. 17. Epit. Liui. & apud Polyb. dicitur. reb. infeliciter gestis in crucem sublatus à militibus.

† Regulus egit triump. naual. de Pœnis vt est in tab. capitol.

Serpens miræ magnit. de quo Liuius lib. 18. Val. lib. 1. cap. vlt. Gell. lib. 6. cap. 3.

A ANNO ab hoc proximo, Calatinus consul Camerinā Siciliæ vrbem petens, temerè in angustias deduxit exercitum, quas Pœnorum copiæ iamdudum præstruxerāt. Cui cū omninò nulla vel obsistendi vel euadendi facultas esset, † Calpurnij Flammæ virtute & opera liberatus est: qui lecta trecentum virorum manu, infessum ab hostibus tumulum occupauit, & in se Pœnos omnes pugnādo conuertit, donec Romanus exercitus obsessas angustias, hoste non vrgente, transiret. Cæsi sunt in eo prælio omnes trecenti, solus Calpurnius, quamuis multis confossus vulneribus, & cadaueribus obtectus, euasit. Annibal senior Carthaginiēsium iterum classi præpositus, infœliciter cū Romanis nauali prælio cōgressus & victus, ab exercitu suo, seditione orta, † lapidibus coopertus interiit. Atilius consul Liparam Melitamque insulas Siciliæ nobiles peruagatus, euertit. Consules in Africā iussi trāsferre bellū, cum trecētis triginta nauibus Siciliā petierunt, quibus Amilcar Pœnorum imperator & Anno classi præfectus occurrit. Cōserto nauali prælio Carthaginienses in fugā versi sexaginta quatuor naues perdiderunt. Victores consules in Africā transuecti sunt, primamque omniū Clypeā vrbem in deditionem receperunt. Inde Carthaginem petentes, trecenta aut eo amplius castella po-
B pulati sunt, infecta Carthagini signa circumtulerunt. Manlius cōsul ab Africa cum victrici classe decedens, viginti septem millia captiuorum cum ingētibus spoliis Romam reuexit. † Regulus bellum Carthaginiense sortitus, iter cum exercitu faciens, haud procul à flumine Bagrada castra constituit: vbi cum plurimos militum aquandi necessitate ad flumen descendentes serpens miræ magnitudinis deuoraret, Regulus ad expugnandam bestiam cum exercitu profectus est: sed nihil in tergo eius proficientibus iaculis, atque omni telorum ictu irrito, quæ per horrendum squamarum cratem quasi per obliquam scutorum testudinem labebantur, mirumque in modum ne corpus læderent ipso corpore pellebantur, cum insuper magnam multitudinem morsu comminui, impetu proteri, halitu etiā pestifero exanimari videret, balistas deferre imperauit, per quas saxum murale spinę eius incussum, compagem totius corporis soluit. Talis siquidem est natura serpentis, vt cū pedibus carere videatur, costis tamen & squamis, quas à summo gutture vsque ad imam aluum parili modo dispositas habet, ita instruitur, vt squamis quasi vnguibus, costis quasi cruribus innitatur. Non enim vt vermis, cui spinæ rigor non est, & indirectum corpusculi sui partes gradatim porrigendo contra-
C ctas, contrahendo porrectas motū explicat, sed alternis intenta conatibus latera sinuosa circunfert, vt per exteriorem spinæ curuaturam rigentem costarum aciem tendat, costis autem natura ad summum rectis squamarum vngulas figat: quod vicissim & celeriter agendo non solū plana perlabitur, sed etiā cōuexa conscendit, tot vestigiis instructa, quot costis. Huius itaque rei causa est, vt si in qualibet corporis parte ab aluo vsque ad caput ictu aliquo collidatur, debilis reddita, cursum habere nō possit: quia vbicunque illi ictus inciderit spinā soluit, per quā costarū pedes & motus corporis agebantur: vnde etiam hic serpens, qui tādiu tot iaculis inuulnerabilis obstitit, ad vnius saxi ictū debilis cessit, ac mox circumuētus telis facile oppressus est. Corium autem eius Romā deuectū (quod fuisse centum viginti pedū spatio ferunt.) aliquandiu cunctis miraculo fuit. Regulus aduersus † tres imperatores, id est, Asdrubales duos & accitum ex Sicilia Amilcarem, atrocissimum bellum gessit, in quo cæsa sunt Carthaginiensium † XVII. millia, capta autem quinque millia, elephanti decem & octo abducti, † oppida octoginta duo in deditionem cessere Romanis.

† Polyb. Ἀσδρούβαν Βώσαρον & Ἀμίλκαν nominat

† Eutrop. 18. mil.

† Eutrop. 74.

Cap. IX.

Polyb. lib. 1. Eutr. 2.

** adiurati sese Carthag. non obtenta pace, auxilia poscunt.*

† Reliqui ducem vocant. Cic. 3. off.

† Appian. in Lybico.

Polyb. τριακόσια καὶ πεντήκοντα σκάφη habet.

Eutrop aliter.

CARTHAGINIENSES fractis bellis, & cladibus exinaniti, pacem à Regulo poposcerūt: sed cū
D intolerabiles & duras cōditiones pacis audissent, * tutius rati sese armatos mori quā miseros viuere, pretio nō solū Hispanorū vel Gallorū auxilia, quæ iā dudū plurima habebant, sed etiam Græcorum cōparanda duxerunt. Itaque Xanthippum Lacedæmoniorū † regē cum auxiliis accitū, ducem bello præfecerunt. Xanthippus inspectis Pœnorū copiis atque in cāpum deductis lōgè in melius mutato apparatu pugnā cū Romanis conseruit. Ingens ibi ruina Romanarū viriū fuit: nā viginti millia Romanorū in illa tūc congressione prostrata sunt. Regulus ille dux nobilis cum quingentis viris captus est, & in catenas coniectus, decimo demū anno Punici belli nobilē triumphum Carthaginiensibus præbuit. Xāthippus tam audacis facti conscius rerum instabilium mutationē timēs, illicò ex Africa migrauit in Græciam. Igitur Æmilius Paulus & Fuluius Nobilior cōsules, audita captiuitate Reguli & clade exercitus Romani, transire in Africā cum † classe CCC. nauium iussi, & Clupeam petunt. Eò confestim Carthaginienses cum pari classe venerunt, nec differri potuit nauale certamen. CIIII. naues Chartaginiensiū demersæ, triginta cum pugnatoribus captæ, præterea triginta quinque millia
E militū ex ipsis cæsa sunt: Romanorum autem nouem nauibus depressis mille centū periēre milites. Consules apud Clupeam castra posuerunt. Duo Annones imperatores Pœnorum eò rursus cū magno exercitu conuenerunt, prælioque commisso nouem millia militū perdiderūt. Sed & tunc apud Romanos nunquā diuturna felicitas erat, & qualescūque successus magnis cōtinuo malorum molibus obruebantur. Cum Romana classis ad Italiam prædis onusta remearet, infando naufragio euersa est: nam de trecentis nauibus CCXX. perierunt, octoginta vix abiectis oneribus liberatæ sunt. Amilcar dux Pœnorum cum exercitu in Numidiā Mauritaniamque missus, postquā hostiliter cruentéque in vniuersos egit, quòd Regulum libenter suscepisse dicerentur, mille argenti talētis, & viginti millibus boum reliquos condemnauit. Principes autem omnium populorum patibulo suffixit. Tertio anno, sicut semper indomitus furor citò periculorum obliuiscitur, Seruilius Cæpio & Sempronius Blæsus consules ducentis sexaginta nauibus in Africam transgressi, vniuersam

orã maritimã quæ circa Syrtes iacet, depopulati sunt, atque in superiora progressi, captis euersisque F
ciuitatibus plurimis, ingentem prædam ad classem deuexerunt. Inde cum ad Italiã redirent, circa
Palinuri promontorium. Palinuri promontorium, quod à Lucanis montibus in altum excurrit, illisi scopulis centum quin-
quaginta naues onerarias, nobilemque prædam crudeliter acquisitam, infœliciter perdiderunt. Vi-
cit aliquando apud Romanos improbissimam cupiditatem enormitas miseriarum: nam patres, qui-
bus iam nauticæ rei pertæsum erat, decreuere ne amplius quam sexaginta nauium classis ad subsidiũ
haberetur Italiæ, quod quidem decretum cõtinuò adacti indomita cupiditate, ruperunt. Præterea
Cotta † consul in Siciliam transgressus, plurimis præliis aduersum Pœnos & Siculos terra marique
† cum P. Seruilio Gemino anno vrb. cond. 501. Eutr. ait Metel. duxisse 130. Plin. lib. 8. cap. 6. 143. At in Epit. Liu. lib. 19 in Metelli triũpho ductos 120. pugnauit, & per totam Siciliam partim hostium, partim etiã sociorum, inhumanas strages reliquit.
L. Cæcilio Metello, C. Furio Pacilo consulibus Asdrubal nouus Carthaginiensium imperator cum
elephantis centum triginta, & equitum peditúmque amplius triginta millibus Lilybæum venit ex
Africa, & continuò cum Metello consule apud Panormum pugnam conseruit. Sed Metellus vim
magnam belluarum timens, prius eas magno vsus consilio vel in fugam, vel in mortem egit, & sic
facilè quamuis magnam vim hostium superauit. Viginti millia Carthaginiensium in eo prælio cæsa G
sunt. Elephanti quoque vigintisex interfecti, † centum & quatuor capti, & per Italiam ducti maxi-
mum Italicis gentibus spectaculum præbuerũt. Asdrubal cum paucis Lilybæum profugit, atque
absens à Pœnis capitis damnatus est.

CAP. X. *Regulus ad pacem mittitur. Liu. lib. 18 Eut 2. Val. 1. Gell. lib. 6. c. 4. Cic. 3. off.*

POST hæc fessi tot malis Carthaginienses, petendam esse à Romanis pacem decreuerunt. Ad
quam rem Attilium Regulum antea ducem Romanum, quem iam per quinque annos captiuum de-
tinebant, inter cæteros legatos præcipuè mittendum putauerunt: quem nõ impetratą pace ab Italia
reuersum, resectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necauerunt. Alter deindè C. Attilius
Regulus, & Manlius † Vulso ambo iterum consules, cum classe ducentarum nauium & quatuor le-
gionibus Lilybæum profecti sunt: quod oppidum in promontorio situm, Romani obsidere conati
superueniente Annibale, qui Amilcaris filius fuit, victi, maiore exercitus sui parte perdita, ipsi ægrè
euaserunt. Post hos Claudius consul cum classe CXX. nauium ad Drepani portum contra hostem
profectus, ibique mox exceptus classe Pœnorum superatus est. Et ipse quidem cum triginta nauibus
Lilybæum in castra confugit: reliquæ omnes, hoc est, XC. aut captæ, aut demersæ fuerunt: octo mil- H
lia militum cæsa, viginti millia capta referuntur. Caius quoque Iunius collega Claudij vniuersam
classem naufragio amisit. Anno etiam consequenti classis Punica in Italiã transiit, ciusque plurimas
partes longè lateque vastauit. Interea Luctatius cum classe trecentarum nauium in Siciliam trãsue-
ctus, dum apud Drepanum ciuitatem pugnam inter primores Siciliæ cieret, transfixo fœmore ægerri-
mè, cum iam obrueretur, ereptus est. Porrò autem Pœni cum quadringentis nauibus magnisque
copiis ad Siciliam, duce Annone, concurrunt. Nec Luctatius segnior, immo consilia Pœnorũ cele-
ritate mira præuenit. Postquam proximè sibi vtrorunque classes apud Aegates insulam, per totam
noctẽ intertextis propemodum ancoris constiterunt, orta luce prior Luctatius signum belli dedit.
Silius lib. 1. Auet Aegates abolere parentum dedecus. pugnatum est Vl. Id. Mart. Eutr. Crudescente pugna victus Anno nauem auertit, & dux fugæ primus fuit. Aliquanta cum eo pars
exercitus sui Africam petiit, alij confugêre Lilybæum, sexaginta tres Punicæ naues captæ sunt, cen-
tum viginti quinque demersæ, triginta duo millia hominum capta, cæsa quatuordecim millia fuêre.
Romanorum autẽ duodecim naues demersæ sunt. Luctatius deinde ad Erycinam ciuitatem, quam
Pœni tenebant, venit: ibique † duo millia Carthaginiensium, conserta pugna, interfecit. I

† In numeris astipulatur Eutrop. dissidet Polyb.

CAP. XI. *Carth. pacem implorant. Liu. lib. 21. † Liu. et Polyb 24. sed illi excitati, hic ceptrationem habet. † hic annus in fast. capitol. est DXII.*

TVNC Carthaginienses præcipiti festinatione Ad Luctatium consulem, ac deinde Romam mit-
tunt, orant pacem: quam conditionibus antè propositis illico consequuntur. Conditiones autem
erãt, vt Sicilia Sardiniaque decederent, próque impensis bellicis puri argenti tria millia talentorum
Euboicorum, æquis pensionibus, per annos viginti penderent. Huius pacis conditio est habita post
annum † tertium & vigesimum, ex quo bellum Punicum primum fuerat inchoatum. Quis rogo
duarum ciuitatum vnum bellum per annos viginti tres gestum fando explicet? quot reges Cartha-
giniensium, quot consules Romanorum, quot agmina exercituum, quantum numerum nauium cõ-
traxerit, profligarit, oppresserit? & tum demum, si illa ad plenum perpensa videantur, de præsentibus
iudicetur. † Anno ab vrbe condita DVII. repentina subuersio ipsius Romæ præuenit triumphum
Romanorum: neque enim temerè dixerim, quandò vel non modicam lætitiam, Romæ superueniẽs K
repentè quàm grauissimus luctus oppresserit. Si quidem Q. Luctatio, A. Manlio consulibus diuersæ
ignium aquarumque clades penè absumpsere vrbem. Nam Tiberis insolitis auctus imbribus, & vl-
tra opinionem vel diuturnitate vel magnitudine redundans, omnia Romæ ædificia in plano posita
deleuit. Diuersæ qualitates locorum, ad vnam conuenere perniciem: quoniam & quæ segnior
redundatio tenuit, madefacta dissoluit, & quæ cursus torrentis inuenit, impulsa deiecit. Aquarum
grauissimam cladem grauior ignis secuta vastatio est: qui ignis incertũ vnde surrexerit, plurimas ci-
uitatis partes peruagatus, cum hominum domorumque miserabilem stragem fecit, tum etiam tan-
tum opum vno consumpsit incendio, quãtum plurimæ & peregrinæ victoriæ conferre vix possent.
Dehinc cum omnia in circuitu fori popularetur, † ædẽ Vestæ corripuit. Et ne sibi quidem diis subue
nientibus, ignem illum qui æternus putabatur, temporarius ignis oppressit: vnde etiam Metellus dũ

Inundatio Tiberis.

Incendium grauiss. † Liu. lib. 19. Val. 1. cap. 4. Plut. in Val.

arsuros

A arsuros † deos eripit, † vix brachio semiustulatus aufugit. Ti. Sempronio Graccho, P. Valerio Fal- *† palladium † oculos amisisse scribit Plin. lib. 7. cap. 43.*
cone consulibus, cum Falisci bellauere Romani, eóque prælio quindecim millia Faliscorum inter-
fecta sunt.

Bellum Faliscorum Eutr. triennio ante Cercone & Torquato. Consse gestum scribit.

EODEM anno Galli Cisalpini noui extitere hostes, aduersum quos varia sorte bellatũ est: nam CAP. XII.
in primo conflictu Valerij consulis tria millia quingenti cecidere Romani, secundo quatuordecim *Galli tumultuantur.*
millia Gallorum cæsa, duo millia capta sunt, sed ob priorem eladem triumphus consuli denegatus
est. T. Manlio Torquato, C. Atilio Bulbo consulibus, Sardinia insula rebellauit, auctoribus Pœnis, *Polyb. extr. lib. 11*
vnde mox Sardi subacti & oppressi sunt. Carthaginiensibus autem violatoribus pacis, quam ipsi
poposcissent, inferri bellum decretum est. Contra Carthaginienses pacem suppliciter poposcerunt:
& cum bis missis legatis nihil profecissent, post etiam decem principibus bis æque supplicãtibus,
nec impetrarent, nouissime Annonis, hominis minimi inter legatos, oratione meruerunt. Hoc
B anno porta Iani Gemini clausa est, quia nusquam eodem anno bellum erat, quod sub Numa solum *Ianus anno vno claudi-*
Pompilio rege prouenerat. Hinc demum nobis tacendum est, & tempora quibus conferri nostra *tur. sup. cap. 8*
nullo modo possunt, silentio transmitti expedit: ne obtrectatores dierum vitæ suæ, ad insultandum *lib. 3. Plut. in*
potius sibi hoc strepitu suscitemus. Ecce portæ Iani clausæ fuerunt, foris bellum Romanorum non *Numa.*
fuit, omnem sobolem suam in gremio suo conquiescentem Roma continens non suspirauit. Et hoc
quando? post primum bellum Punicum: post quantum temporis? post annos quadringentos XL.
quandiu? anno vno: & quid altero subsecutum est vt de cæteris taceam, bellum Gallicum, & Anni-
bal cum bello Punico secundo. Hei mihi cognouisse hæc & denudasse quàm etiam me pudet! Pax
ista vnius anni, vel magis vmbra pacis, lenimẽtũ miseriarum, an incentiuum malorum fuit? stillicidiũ
illud olei, in medium magnæ flammæ cadens extinxit fomitem tanti ignis, an aluit? Parum aquæ
frigidæ ardentissimis haustum in febribus, sanauit ægrotum, an potius incendit? per annos propè
DCC. id est, ab Hostilio Tullo vsque ad Cæsarem Augustum, vna tantummodo ætate, Romana san- *Rom. calamitates.*
guinem viscera non sudarunt: & inter plurimas magnorum sæculorum ætates misera ciuitas, verè
C misera mater, vix vno tempore à timore luctuum, vt non dicam ab ipsis luctibus, cõquieuit. Hoc si
quisquam hominum tam parum vita sua quietis habuisset, nunquid vel vixisse diceretur? Aut
si quisquam per totum annum doloribus & cruciatibus angatur, medio autem anni ipsius spatio
vnum tantum diem tranquillum, & sine conflictationibus transigat, nunquid ex eo leuamentum
malorum accipiet, ac non totum annum miseriis deputabit? Sed illi, inquit, hunc annum pro glorio-
so signo infatigabilis virtutis collocauerunt, atque vtinam pro obliuione calamitatis continuæ prę-
teriissent. Nam sicut in corpore hominis ita demum lepra dignoscitur, si variatim inter sanas cutis
partes color diuersus appareat, aut si ita se vbique diffundat, vt omnia vnius coloris quãuis adulteri *lepræ cognitio*
facias, perit illa discretio: ita si labor continuus æquali tolerantia, sine respirandi appetitu perfluxis-
set, intentio voluntatis & electio consuetudinis diceretur. Cum autem in hoc pauxillulum otij tan-
topere vel maiorum gaudia, vel minorum studia reclinantur, profecto discernitur, & quam iucun-
ditatem habuerit hæc breuitas, & quam amaritudinem illa prolixitas: hoc est, & quies illa quàm gra-
ta fuisset, si diuturna mansisset, & hæc incessabilis miseria quàm etiam vitanda fuerit, si vitari qua-
D cumque arte potuisset.

ANNO ab vrbe condita DXVII. Amilcar dux Carthaginiensiũ, ab Hispanis in bello, cum aliud CAP. XIII.
bellũ aduersus Romanos clã pararet, occisus est. Sequẽti anno legati Romanorũ ab Illyriis interfe- *Amilcar occiditur. Cassiod. & polyb. lib. 2.*
cti sunt. Post cũ ipsis Illyriis atrocissimũ bellum gestum est: in quo multis oppidis, populisque dele- *† Polyb. lib. 2.*
tis, reliqui se Fulvio Posthumioque cõsulibus dediderunt. Tertio deinceps anno miseram ciuitatẽ *nominat*
sacrilegis sacrificiis malè potentes funestauere pontifices. namque decemuiri consuetudinem pri- *γάϊον καὶ λεύ-*
scæ superstitionis aggressi, * Gallum virum & Gallam fœminam cum muliere simul Græca in foro *κιον κορνηλιον. Plin. lib.*
boario viuos defoderunt. Sed obligamentuum hoc magicum in contrarium continuò versum est. *34. cap. 6. pub. Iunium*
namque diras illas quas fecerant externorum mortes, fœdissimis suorum cædibus expiauerunt. si- *& T. Coruncquibus à Teuta Illyriorum*
E quidem L. Aemilio Papo, C. Atilio Regulo consulibus magna formidine consternatus senatus de- *regina inter-*
fectione cisalpinæ Galliæ, cum etiam ex vlteriore Gallia ingens aduentare exercitus nuntiaretur, *fectis, statuæ*
maximè † gæsatorum, quod nomen non gentis, sed mercenariorum Gallorum est. Itaque permoti *in rostris positæ fuerunt.*
consules totius Italiæ ad præsidium imperij contraxere vires. Quo facto, in vtriusque consulis exer- ** plut. in*
citu octingenta millia armatorum fuisse referuntur, sicut Fabius historicus, qui eidem bello in- *quæst. & vita Marcel.*
terfuit, scripsit. Ex quibus Romanorum & Campanorum fuerũt peditum trecẽta quadraginta octo *Bellum Gallicum Polyb. 2.*
millia ducenti, equitum verò viginti sex millia sexcenti: cætera multitudo sociorum fuit. Cõmisso *Liu. 20.*
prælio apud Aretium, Atilius consul occisus est: DCCC. millia Romanorum, nec saltem tanta, quã-
ta eos terrere debuit cæsa sui parte, fugerũt. nam tria millia eorum tunc interfecta historiæ tradunt,
quod ideo ignominiosius turpiusque est, tam paucis amissis, tanta agmina diffugisse, quia se in aliis
victoriis non viribus animorum prævaluisse, sed bellorum prouentibus, prodiderunt. Quis enim
rogo in exercitu Romanorum crederet numerum istum fuisse saltem, non dico fugisse? Post hæc
secundum cum Gallis prælium gestum est, in quo plane quadraginta millia Gallorum trucidata

Flor. lib. 2. cap. 4. Eutr. 2. † Plut. in Marcel. γαῖται καλοῦνται sed rectius à Polyb. γαισάδους.

Liuiana Epit. lib. 20.

sunt. Sequenti anno Manlius Torquatus & Fuluius Flaccus consules, primi trans Padum Romanas duxere legiones. Pugnatum est ibi cum Insubribus Gallis, quorum interfecta sunt viginti tria millia, quinque millia capta sunt. Eo deindè anno, qui huic proximus fuit, dira miseram vrbem terruere prodigia. Miseram vtique, quæ hinc fremitu hostium, inde nequitia dæmonum terrebatur. namque in Piceno flumẽ sanguine effluxit, & apud Tuscos cœlum ardere visum est, & Arimini nocte multa lucem claram effulsisse, ac tres lunas distantibus cœli regionibus exortas apparuisse. Tũc quoque magno terræmotu Caria & Rhodus insulæ adeo concussæ sunt, vt labentibus vulgo tectis, ingens quoque ille Colossus rueret. Eodemque anno Flaminius Cos. contemptis auspiciis quibus pugnare prohibebatur, aduersum Gallos conflixit, & vicit. In quo bello nouem millia Gallorũ cæsa, decem & septem millia capta sunt. Post hoc Claudius consul gæsatorum triginta millia deleuit, vbi etiam ipse Virdomarum regem in primam aciem progressus occidit: & inter multa Insubrium, quos ad deditionem coegerat, oppida, Mediolanum quoque vrbem florentissimam cepit. Deinde, Istri noui hostes excitati sunt, quos Cornelius Minuciusque consules multo quidem Romanorum sanguine subegerunt. Emergit hic paululum antiquus ille Romanorum improbæ laudis etiam de parricidijs appetitus. Nam † Fabius Cẽsorius Fabium Buteonem filium suum furti insimulatum, interfecit: dignum scilicet facinus, quod pater vel parricidio plectendũ duceret, quod ne leges quidem, nisi multa pecuniæ, aut ad summum exilij, circa quemlibet hominum censuerunt.

Prodigia. Plut. in Marcel. — *Liu. 21.* — *Propert. lib. 4 Virdomari genus hic Rheno iactabat ab ipso.* — *† Liu. lib. 23.*

CAP. XIIII. *Saguntum expugnatur Polyb. lib. 3. Sigon. pl. in 21 Liuij.*

ANNO ab vrbe condita DXXXIIII. Annibal Pœnorum imperator Saguntum, florentissimam Hispaniæ ciuitatem amicam populi Romani primũ bello petitam, deindè obsidione cinctam & fame excruciatam, omniaque fortiter contemplatione fidei, quam Romanis deuouerant, digna indignáque tolerãtẽ, VIII. demũ mense deleuit. Legatos Romanorũ ad se missos, iniuriosissimè etiã à conspectu suo abstinuit. Exindè odio Romani nominis, quod patri Amilcari, cum esset nouem annos natus fidelissime, alias infidelissimus ante aras iurauerat, P. Cornelio Scipione, & Ti. Sẽpronio Longo consulibus, Pyrenæum montem transgressus, inter ferocissimas Gallorum gentes ferro viã aperuit, & nono demum die à Pyrenæo ad Alpes peruenit. vbi, dum montanos Gallos repellere ab ascensu obnitentes bello superat, atque inuias rupes igni ferroque rescindit, quatriduum commoratus, quinta demum die cum maximo labore ad plana peruenit. Fuisse tunc exercitum eius cẽtum millium peditum, & XX. millium equitum definiunt. Scipio consul Annibali primus occurrit, commissoque prælio apud Ticinum, ipse grauiter vulneratus per Scipionem filium admodum prætextatum, qui post Africanus cognominatus est, ab ipsa morte liberatus euasit. Cæsus est ibi pene omnis Romanus exercitus. † Pugnatum deinde eodem consule ad flumem Trebiam, iterumque Romani pari clade superati sunt. Sempronius cõsul cognito collegæ casu, à Sicilia cum exercitu rediit, qui similiter apud eundem fluuium congressus, amisso exercitu, penè solus euasit. In eo tamen bello etiam Annibal † sauciatus est: qui postea cum in Etruriam primo vere transiret, in summo Apẽnino tẽpestate correptus, biduo continuo immobiliter cum exercitu niuibus conclusus & onustus, obriguit: vbi magnus hominum numerus, iumenta complurima, elephanti autem penè omnes frigoris acerbitate perierunt: At verò alter tunc Scipio frater consulis Scipionis, in Hispania plurima bella gessit. † Magonem quoque Pœnorum ducem, bello vicit & cepit.

Silius lib. 4. Appia. de Reb. Annib. — *† Huic Diaconus Eutropiũ suppleuit.* — *† in oppugnatione Emporij propè Placentiam App. & Liu. lib. 21.*

† Ex Polyb. et Liuio certũ est non Magonem, sed Annonem à Cn. Cornelio Scipionis fratre captum fuisse.

CAP. XV. *Dira prodigia de quibus Liu. lib. 22. Plut. in Fab.*

DIRIS tunc etiam Romani prodigiis territi sunt. Nam & solis orbis minui visus est, & apud Arpos parmæ in cœlo visæ, sol quoque pugnasse cum luna, apud Carpenas interdiu duas lunas ortas, in Sardinia sanguine duo scuta sudasse, Faliscis cœlum scindi velut magno hiatu visum, apud Antium metentibus cruentas spicas in corbem decidisse. Igitur Annibal sciens Flaminium † cõsulem solum in castris esse, quo celerius imparatum obrueret, primo vere progressus arripuit propiorem, sed palustrem viam: & tum forte Sarnus latè redundans, pendulos & dissolutos campos reliquerat: (de quibus dictum est, † Et quæ rigat æquora Sarnus) in quos cum exercitu progressus Annibal, nebulis maximè quæ de palude exhalabantur, prospectum auferentibus, magnam partem sociorũ iumentorũque perdidit. Ipse autẽ vni elephãto qui solus superfuerat supersedens, vix difficultatẽ itineris euasit: sed † oculũ, quo iam dudũ ægrotauerat, violẽtia frigoris, vigiliarũ ac laboris amisit. Vbi verò proximus castris Flaminij consulis fuit, vastatione circũiacentiũ locorũ Flaminiũ in bellũ excitauit. Hæc pugna ad † Trasimenũ lacũ facta est: vbi exercitus Romanus infœlicissimè arte circũuẽtus Annibalis, funditus trucidatus est: ipse quoque cõsul occisus, viginti quinque millia Romanorũ in eo prælio cæsa, sex millia capta referuntur. De exercitu verò Annibalis duo millia ceciderũt. Famosum hoc ad Trasimenum lacum certamen fuit tanta clade Romana, maximè cum ita intẽtus pugnãtium ador extiterit, vt grauissimum † terræmotum qui tunc fortè tam vehemens factus est, vt vrbes diruisse, montes transtulisse, discidisse rupes, & flumina retrorsum coegisse referatur, pugnantes omninò non senserint. Factã ad Trasimenum ruinam, sequitur pugna Cannensis, quamuis Fabij Maximi dictatoris tempus medium fuerit, qui impetum Annibalis cunctando tardauit.

† an. vrb. con. 536. — *† Hemist. è 7. Æneid.* — *Annibal frigore & vigiliis oculum amisit.* — *† Plut. in Fab. Sil. l. 5. Val. 1.* — *† Terræmotus Liu. lib. 22. Plut. in Fab. Cic. in off. & Cat.*

CAP. XVI. *Cannensis pugna.*

ANNO ab vrbe condita DXLI. Æmilius Paulus, & C. Terentius Varro consules, contra Annibalem missi, impatientia Varronis consulis infœlicissime apud Cannas Apuliæ vicum penè omnes Romanæ spei vires perdiderunt. Nam in ea pugna quadraginta quatuor millia Romanorum interfecta

fecta

fecta sunt: quanquam & de exercitu Annibalis magna pars cæsa est: nullo tamen Punico bello Romani adeo ad extrema internecionis adducti sunt. Periit enim in eo consul Æmilius Paulus, consulares aut prætorij viri viginti interfecti sunt, senatores vel capti vel occisi sunt triginta, nobiles viri trecenti, pedestrium militum quadraginta millia, equitum tria millia quingenti. Varro consul cum quinquaginta equitibus Venusiam fugit. Nec dubium est, vltimum illum diem Romani status futurum fuisse, si Annibal mox post victoriam ad peruadendam vrbem contendisset. Annibal in testimonium victoriæ suę tres modios anulorum aureorum Carthaginem misit, quos ex manibus interfectorum equitum Romanorum sanatorúmque detraxerat. Vsque adeò autem vltima desperatio Reipublicæ apud residuos Romanos fuit, † vt senatores de relinquenda Italia, sedibúsque quærendis consilium ineundum putarent. Quod auctore Cæcilio Metello confirmatum fuisset, nisi Cornelius Scipio tribunus tunc militum, idem post Africanus districto gladio deterruisset, ac potius pro patriæ defensione in sua verba iurare coegisset. Romani ad spem vitæ, quasi ab inferis respirare ausi, dictatorem Decimum Iunium creant: qui delectu habito ab annis decem & septẽ, immaturæ inordinatæque militiæ quatuor legiones vndecunque contraxit. † Tunc etiam seruos spectati roboris ac voluntatis vel oblatos, vel si ita opus fuit publico pretio emptos sub titulo libertatis, sacramẽto militiæ adegit. Arma quæ deerant, templis detraxerũt, egenti ærario priuatæ opes refusæ sunt. Ita equester ordo, ita plebs trepida, oblita studiorum in communi consulit. Iunius quoque dictator antiquũ Romanæ miseriæ factum recolẽs pro supplemento exercitus edicto, velut asylo patefacto, homines quicunque sceleribus ac debitis obnoxij essent impunitate promissa, militiæ mancipauit, quorum numerus ad sex millia virorum fuit. Campania verò vel potius omnis Italia ad Annibalem, desperata penitus Romani status reparatione, defecit. Post hoc Lucius Posthumius prætor aduersum Gallos pugnare iussus, cum exercitu cæsus est. Deinde Sempronio Graccho, Q. Fabio Maximo consulibus, Claudius Marcellus ex prætore proconsule designatus, Annibalis exercitum prælio fudit, primúsque post tantas Reipublicæ ruinas spem fecit, Annibalem posse superari. Scipiones autem in Hispania Asdrubalem Pœnorum imperatorem ad Italiam exercitum comparantẽ, grauissimo bello oppresserunt. Nam triginta quinque millia militum de exercitu eius vel cæde vel captione minuerunt. Celtiberos milites, quamprimum externam manum Romani in castris habere cœperunt, pretio solicitatos, ab hostium societate in castra sua duxerunt. Sempronius Gracchus proconsul, † ab hospite suo Lucano quodam inductus in insidias, occisus est. Centenius Penula centurio decerni sibi vltrò bellum aduersum Annibalem petiit: à quo cum octo millibus militum, quos in acie duxerat, cæsus est. Post hunc Cneus Fuluius prætor ab Annibale victus, amisso exercitu, vix euasit. Pudet recordationis. Quid enim dicam improbitatem magis, an miseriam Romanorum? immò verius vel improbam miseriam, vel miseram improbitatem. Quis credat eo tempore, quo ærarium populi Romani egenã stipẽ priuata collatione poscebat miles in castris, non nisi aut puer aut seruus, aut sceleratus, aut debitor, & ne sic quidem numerus idoneus erat, senatus in curia omnis penè nouitius videbatur: postremò cum ita imminutis fractisque omnibus desperaretur, vt consilium derelinquẽda Italia subiretur, eo tempore cum vnum domesticũ bellum, vt diximus, ferri nullo modo posset, tria insuper transmarina bella fuisse suscepta? vnum in Macedonia cõtra Philippum potentissimum Macedoniæ regem, alterum in Hispania contra Asdrubalem Annibalis fratrem, † tertium in Sardinia contra Sardos & alterum Asdrubalem Carthaginiensium ducem, extra hoc quantum Annibalis, quo in Italia premebantur: & tamen fortis in alterutrum desperatio, in meliora profecit. nam in his omnibus desperando pugnarunt, pugnando vicerunt. Ex quo euidenter ostenditur, non tempora tunc fuisse tranquilliora otiis, sed homines miseriis fortiores.

Liu. 40000. peditũ, 2700 equitum. App. & Plut. cæsa dicunt 50000. — *Timodia anulorum Plin. lib. 33. cap. 50. Liu. lib. 23. Annibal apud Lucianum iactat se tot Romanos vno die interfecisse ὥστε τοὺς δακτυλίους αὐτῶν μεδίμνοις ἀπομετρῆσαι* — *† Canusio in oppido id agitatum tradit Liu. lib. 22.* — *† Liuius ait dictatorem 8000. ex seruitiis publicè empta armasse. Appianus Senatum manumisisse ac de spoliis Annibalis instruxisse.* — *Ad Nolam. Liu. libro 23. Plut. in Marcel.* — *Liu. ext. lib. 24.* — *† Flauium Luca. hunc Appia. vocat & Liu. 25.* — *De re gesta cũ Philippo Liu. 23. 24. Eutrop. 3.*

CAP. XVII. *Marcel. Syracusas triennio obsessas expugnauit. Poly. 8. Liu. 24. Plut. in Marcel.*

ANNO ab vrbe condita DXLIII. Claudius Marcellus Syracusas opulentissimam vrbem Siciliæ secunda oppugnatione vix cepit: quam cum iampridem obsedisset, Archimedis Syracusani ciuis admirabili ingenio præditi machinis repulsus, expugnare non potuit. † Decimo anno postquã Annibal in Italiam venerat, Cn. Fuluio, Sulpicio consulibus, Annibal de Campania mouit exercitum: & cum ingenti clade omnium per Sidicinum † Suessanumque agrum via Latina profectus, ad Anienem fluuium † tribus millibus ab vrbe consedit, incredibili totius ciuitatis metu, cum senatu populóque diuersis curis trepido, matronæ quoque amentes pauore per propugnacula currerent, & conuehere in muros saxa primæque pro muris pugnare gestirent. Ipse autem cum expeditis equitibus vsque ad portam * Collinam, infestus accessit, deindè omnes copias in aciem direxit. Sed & consules, Fuluiúsque proconsul non detrectauere pugnam. At vbi expositæ vtrinque acies constiterunt, in conspectu Romæ præmium victoris futuræ, tantus subitò se imber è nubibus grandine mixtus effudit, vt turbata agmina, vix armis retentis, in sua se castra colligerent. Deinde cum serenitate reddita in campum Copiæ atque in aciem redissent, rursum violentior fusa tempestas, maiore metu mortalium audaciam coërcuit, territósque exercitus in tentoria refugere coëgit. Tũc conuersus in religionem Annibal, dixisse fertur, potiundæ sibi Romæ modò voluntatem non dari, modò potestatem. Respondeant nunc mihi obtrectatores veri Dei hoc loco: Annibali à capessen-

† Hic annus aliis est octauus, Eutr. tamẽ dicimus — *† Liu. lib. 26. Suessulã Alifanumque: postremi & Sidicini meminit Silius lib. 12.*

*† Ita Liu. Flor. & Plin. Eutropius vero & Appia. ad quartum milliarium. * Cic. 1. Philip. Antea res agebatur, vt etiam ægrotos deferri oporteret? Hannibal, credo, erat ad portas. † Romæ trepidatio maxima.*

F da subruendaque Roma vtrum Romana obstitit fortitudo, an diuina miseratio: aut forsitan conseruati isti dedignātur fateri, quod Annibal & victor extimuit, & cedens probauit? At si istam diuinam tutelam per pluuiam de cœlo venisse manifestum est, ipsam autem pluuiam opportunis & necessariis temporibus non nisi per Christum, qui est verus Deus ministrari, etiam ab huiusmodi satis certo sciri nec negari posse existimo, maximè nunc, quando ad documentum potentiæ eius cum siccitate turbante pluuiam poscere assiduè cōtingit, & alternis vicibus nunc gentiles, nunc Christiani rogāt: nec vnquam etiam ipsis testibus factū est, vt optati imbres superueniant nisi in die, quo rogari Christum & Christianis rogare permittitur: proculdubiò constat, vrbem Romam per hunc eundum verum Deum, qui est Christus Iesus ordinantem secundum placitum ineffabilis iudicij sui, & tunc ad futuræ fidei crudelitatem seruatam fuisse, & nunc pro parte sui incredula castigatam. At verò in Hispania ambo Scipiones à fratre Asdrubale interfecti sunt. In Cāpania † Capua capta est à Q. Fuluio procōsule: † principes autem Campanorum veneno mortem sibi consciuerunt. Senatum omnē Capuæ, etiam prohibēte senatu Romano, Fuluius supplicio necauit. Interfectis in Hispania Scipionibus, cum omnibus incusso pauore cūctantibus, Scipio se admodum adolescens vltrò obtulisset, & G pudenda penuria esset ærarij, Claudio Marcello & Valerio Læuino auctoribus, qui tunc consules erāt, aurum argentumque signatum ad questores palam omnes senatores in publicum contulerunt, ita vt nihil præter anulos singulos, bullasque sibi ac filiis, & deinde per filias vxoresque suas singulas tantum auri vncias, & argenti non amplius quam singulas libras relinquerent.

Scipiones interfecti. Liu. lib. 25. App. in Hisp. Sil. 13. Val. lib. 3. cap. 7. Eutr. 3. cic. pro Balbo Cn. & P. Scipiones duo fulmina Imperij vocat

† Septem & viginti fuisse ait Liu. lib. 26

CAP. XVIII

De hac ætate cor. Scip. Liu. lib. 26. Appia. in Hist. Polyb. 10. & Sil. 15. natum faciūt 27. an.

SCIPIO annos natus vigintiquatuor, imperium in Hispaniam proconsulare sortitus, vltionē præcipuè patris & patrui animo intendens, Pyrenæum transgressus primo impetu Carthaginem nouam cepit: vbi stipendia maxima, præsidia valida, copiæ auri argentique magnæ Pœnorum habebantur: ibi etiam Magonem fratrem Annibalis captum, cum cæteris Romā misit. a Læuinus consul ex Macedonia rediens, Agrigentum vrbem Siciliæ b expugnauit: ibique Annonem Afrorum ducem cepit, quadraginta ciuitates in deditionem accepit, viginti sex expugnauit. Annibal in Italia Cn. Fuluium proconsulem, c vndecim preterea tribunos, XVII. millia militum interfecit. Marcellus cōsul cum Annibale triduum continuum dimicauit. d Primo die pari pugna discessum est, sequenti victus consul, tertio victor octo millia hostium interfecit, ipsum Annibalem cum reliquis fu- H gere in castra compulit. Fabius Maximus consul Tarentum, quæ à Romanis desciuerat, iterum expugnauit & cepit: ibique ingentes copias Annibalis cum ipso duce eius Carthalone deleuit, triginta millia hominum captiuorum vendidit, pretia in fiscum retulit. Sequenti anno in Italia Claudius Marcellus cōsul ab Annibale cum exercitu occisus est. e Scipio in Hispania Pœnorum ducē Asdrubalem vicit, & castris exuit. Præterea octoginta ciuitates, aut deditione, aut bello in potestatem redegit. Afris sub corona venditis, sine pretio dimisit Hispanos. Annibal vtrumque consulem Marcellum & Crispinum insidiis circūuentos, interfecit. Claudio Nerone & M. Liuio Salinatore cōsulibus, cū Asdrubal Annibalis frater ab Hispaniis per Gallias ad Italiā veniret, iussusque à Carthaginiensibus, vt fratri cum copiis iungeretur, magna secum auxilia Hispanorum Gallorumque deduceret, cum maturato aduentu descendisse iam ex Alpibus consulibus proditus fuisset, ab exercitu Romano, ignorante Annibale, præuentus, cum omni exercitu suo interfectus est. Diu quidem incertus belli euentus fuit, elephantis maximè Romanam infestantibus aciem, qui à militibus Romanis occisi sunt, quos à volitādo f velites vocant: quod genus militiæ paulò antè repertum fuerat, vt I lecti agilitate iuuenes, cum armis suis post terga equitum sederent, & mox cum ad hostem ventum esset, equis desilirent, & continuò pedites ipsi ex alia parte equitibus, per quos aduecti fuerant dimicantibus, hostem perturbarent. Ab his ergo velitibus elephanti retroacti, cum regi iam à suis non possent, fabrili scalpro inter aures adacto, necabantur. Id genus occidendæ, cum opus esset, beluæ, idem dux Asdrubal primus inuenerat. Fuit hoc prælio Pœnis Metaurus flumen, vbi Asdrubal est victus, quasi Trasymenus lacus: g & Sena Piceni ciuitas, vt vicus ille Cannensis. Nam LVIII. millia de exercitu Asdrubalis ibi occisa sunt, capta sunt quinque millia quadringenti. Quatuor millia ciuium Romanorum inter eos reperta atque reuocata sunt, quod victoribus consulibus solatio fuit. Nam & ab exercitu eorum octo millia ceciderunt. Annibali caput fratris sui Asdrubalis, antè castra proiectum est. Quo viso & simul clade Pœnorum cognita, anno XIII. quàm in Italiam venerat, refugit in Bruttios. Post hæc anno continuo inter Annibalem & Romanos quies à tumultu bellorum intercessisse visa est, quia inquietudo morborum in castris erat, & grauissima pestilentia vterque K exercitus agebatur. Interea Scipio vniuersa Hispania à Pyrenæo vsque ad oceanum in prouinciam redacta Romam venit. consul cum Licinio Crasso creatus in h Africam trāsiit, Annonem Amilcaris filium, ducem Pœnorum interfecit, exercitum eius partim cæde partim captiuitate disperdidit: nā vndecim millia Pœnorum eo prælio occidit. Sempronius consul cum Annibale cōgressus & victus, Romam refugit. Scipio in Africa aggressus hiberna Pœnorum, atque alia Numidarum, quæ vtraque haud procul ab Vtica erant, nocte concubia fecit incendi. Pœni trepidi cum casu accidisse ignem putarent, inermes ad extinguendum concurrerunt: quare facilè ab armatis oppressi sunt. i In vtrisque castris quadraginta millia hominum igni ferróque consumpta sunt, capta quinque millia. duces ipsi miserabiliter ambusti, ægrè effugerunt. Asdrubal imperator Carthaginem profugus venit.

a Hæc ex Eutr.

b Liu. proditione cepit.

c Liu. Duodecim. vide Sigon.

d Liu. lib. 27. Plut. in Marcel. Polyb. 8. An. vr. 547.

e Polyb. 11. Liu. 27. Sil. 15.

f Velites quasi volites & volantes: Festus.

g Prœliū Senense. cic. in Bruto in quo Salinator ludos Iuuentutis vouit.

Liu. lib. 28. App. in Hisp. Polyb. 11.

h An. vrb. cond. 543.

App. in Lybico Liu. 30. Polyb. 14.

i Appian. cæsa 30000. capta 2400.

A nit. Itaque Syphax & Asdrubal mox plurimum reparauere exercitum, atque iterum cum Scipione congressi sunt, victique fuerunt. Syphacem fugientem Lælius & Massanissa ceperūt, cætera multitudo Cirtam confugit, quam Massanissa oppugnatam in deditionem recepit. Syphacem ad Scipionem catenis vinctum deduxit, quem Scipio cum ingentibus spoliis, plurimisque captiuis Romam perducendum Lælio tradidit.

CAP. XIX.

ANNIBAL in Africam redire iussus, vt fessis Carthaginiēsibus subueniret flēs reliquit Italiā, omnibus Italici generis militibus qui sequi nollent, interfectis. cui ad Africanū litus propinquanti, iussus quidā è nauticis ascēdere in arborē nauis, atque indè speculari quā regionē teneret, sepulchrū dirutū se prospexisse respōdit. Abominatus dictū Annibal, deflexo cursu ad Leptim oppidū, copias exposuit: vbi cōtinuò refecta multitudine, † Carthaginē venit: deindè colloquiū Scipionis petiit. Vbi cum se diu attoniti admiratione mutua duo clarissimi duces suspexissent, infecto pacis negotio prælium cōsertum est: quod diu magnis ducum artibus dispositum, magnis copiarum molibus gestum, magnis militum viribus consummatum, Romanis victoriam contulit. Octoginta ibi elephanti vel B capti vel occisi sunt, Carthaginiensium interfecta sunt viginti millia quingenti. Annibal omnia & ante prælium & in prælio expertus, cum paucis, hoc est, vix quatuor equitibus, inter tumultum elapsus, Adrumētum confugit. Postea Carthaginem post sex & triginta annos quàm inde paruus cum patre exierat, venit: consultātique senatui, nullam esse residuam spem nisi in petenda pace, persuasit. Cn. Cornelio Lentulo, P. Ælio Pæto consulibus, Carthaginiensibus pax per Scipionem voluntate senatus populique concessa est. Naues tamen plus quàm quingentæ in altum productæ, in conspectu ciuitatis incensæ sunt. Scipio iam tūc cognomento Africanus triumphans vrbem ingressus est, quē * Terentius, qui postea comicus, ex nobilibus Carthaginiensium captiuis pileatus (quod indultæ sibi libertatis insigne fuit) triumphantem post currum secutus est.

Minimè, sed Zamam, quæ diebus 5. abest à Cart. Liu. l. 30. Poly. 15.

Hannibal Scipionem conuenit.

** Quod hic dicitur de Terentio refellit Fenestella. Liuius vero lib. 30. & 38. Q. Terentium Culleonem Senat. Rom. quē Scipio inter captiuos recepit fuisse scribit.*

CAP. XX.

Bellum Punicum. 2.

Bellum Macedonicum Liu. lib. 31. 32. 33. Flor. 2. cap. 7. Eutr. 4. Poly. 17.

ANNO ab vrbe condita DXLVI. bellum Punicum secundum finitum est, quod gestum est annis septendecim: cui Macedonicum continuò successit, quod Quintius Flaminius Cos. sortitus, post multa & grauissima prælia quibus Macedones victi sunt, pacem Philippo dedit. Deindè cum Lacedæmoniis pugnauit, victo † Nabide duce ipsorum, nobilissimos obsides Demetrium Philippi C filium & Armenem Nabidis filium, ante currum duxit. Romani captiui, qui sub Annibale per Græciam venditi fuerant, vniuersi recepti, capitibus rasis ob detersam seruitutem, currum triumphantis secuti sunt. Eodem tempore Insubres, Boij atque Cœnomani, contractis in vnum viribus, Amilcare Pœno duce, qui in Italia remanserat, † Cræmonam Placentiamque vastantes, difficillimo bello à L. Furio pretore superati sunt. Postea Flaminius proconsule Philippum regem, & cum eo Thracas, Macedones, Illyrios, multasque præterea gentes, quæ in auxilium ei venerant, bello subegit. Victi Macedones castra amiserunt, octo millia hostium eodem die cæsa, quinque millia capta † Polybius scribit: Valerius dicit quadraginta millia trucidata: Claudius verò triginta duo millia interfecta cōmemorat. Sed hæc varietas scriptorum vtique fallacia est. Fallaciæ autem causa, profecto adulatio est, dum victoris laudes accumulare, virtutemque patriæ extollere vel præsentibus vel posteris student: alioquin si inquisitus non fuisset numerus, nec qualitcunque fuisset expressus. Quod si gloriosum est duci & patriæ, plurimos hostium peremisse, quanto magis lætum patriæ & duci beatum potest videri, suorum vel nullos vel paucissimos perdidisse? Ita lucidissimè patet, quod simili impuden- D tia mentiendi, qua occisorum hostium numero adiicitur, sociorum quoque amissorum damna minuuntur, vel etiam omnino reticentur. Igitur Sempronius Tuditanus in Hispania citeriore, bello oppressus, cum omni exercitu Romano interfectus est. Cōsul Marcellus in Etruria à Boiis oppressus, magnam partem exercitus perdidit: cui postea Furius alter consul auxilio accessit: atque ita vniuersam Boiorum gentē igni ferroque vastantes, propemodum vsque ad nihilum deleuerunt. L. Valerio Flacco, M. Portio Catone consulibus, Antiochus rex Syriæ bellum contra populum Romanum instruens, in Europam trāsiit ex Asia. Tunc etiam Annibal propter excitandi belli rumores qui de eo apud Romanos ferebantur, exhiberi Romam à senatu iussus, clàm ex Africa profectus, ad Antiochum migrauit: quem cum apud Ephesum inuenisset cunctantem, mox in bellum impulit. Tūc etiā lex quæ ab Oppio tribuno plebis lata fuerat, ne qua mulier plus quàm semiunciā auri haberet, neve versicolori vestimento, nec vehiculo per vrbem vteretur, post viginti annos abrogata est. P. Scipione Africano iterum, Ti. Sempronio Longo consulibus, apud Mediolanum decem millia Gallorum E cæsa † sequenti autem † prælio vndecim millia Gallorū: Romanorū vero quinque millia occisa sunt. Publius Digitius prætor in Hispania citeriore penè omnem amisit exercitum. M. Fuluius prætor Celtiberos cum proximis gentibus vicit, regemque eorum cepit. Minucius à Liguribus in extremū periculi adductus, & insidiis hostium circumuentus, vix Numidarum equitum industria liberatus est. Scipio Africanus inter cæteros legatos ad Antiochum missus, etiam cum Annibale † colloquium familiare habuit. Sed infecto pacis negotio, ab Antiocho discessit. In vtraque Hispania per Flaminium Fuluiumque prætores, bella multum horrida cruentaque vtrisque populis gesta sunt. P. Cornelio Scipione, M. Acilio Glabrione cōsulibus, Antiochus, quamuis Thermopylas occupasset quarū munimine tutior propter dubios belli euentus fieret, tamen commisso bello, à consule Glabrione superatus, vix cum paucis fugit è prælio, Ephesumque peruenit. Is habuisse fertur armato-

† Nabis Pausl. lib. 4. Iust. 30. 31.

† an. vrb. 553.

Liu. lib. 30.

† lib. 17. frag.

Liu. 33.

Historiarum falsitas.

Semp. vulnere paulò post expirauit.

Liu. 33.

Iust. 31. Liu. lib. 34.

Lex Oppia lata fuit an. vrb. 540.

† A L. Valerio Flacco pro cos.

† à T. Sempr. Cons.

† de summo Imperatore Liu. & Appi. in Syriacis & Luc. ἐν τοῖς νεκρικοῖς hinc sumpsit dial. arg.

rum sexaginta millia, ex quibus quadraginta millia cæsa, [1] capta plus quàm quinque millia fuisse referuntur. F Alter consul Scipio cum Boiorum gente conflixit, [2] in quo prælio viginti millia hostium interfecit. Sequenti anno Scipio Africanus habens in auxilio Eumenem Attali filium aduersus Annibalem, qui tunc Antiochi classi præerat, bellum nauale gessit. Antiochus, victo Annibale atque in fugam acto, simulque omni exercitu amisso, pacem rogauit: filiumque Africani, quem vtrum explorantem, an in prælio cepisset, incertum est, vltrò remisit. In Hispania vlteriore L. Aemilius proconsul à Lusitanis cum vniuerso exercitu cæsus interiit. L. Bæbius in Hispaniam proficiscens, à Liguribus circumuentus cũ vniuerso exercitu occisus est: vnde adeò ne nuntium quidem superfuisse constat, vt internecionem ipsam Romæ Massilienses nuntiare curauerint. Fuluius Cos. de Græcia in Gallogræciam, quæ nunc est [3] Galatia, transuectus, ad Olympum montem peruenit, ad quem vniuersi Gallogræci cum coniugibus & liberis confugerat, ibíque acerbissimum bellum gessit: namque de superioribus locis sagittis grandibusque saxis cæterísque telis Romani grauiter contriti, tandem vsque ad congressum hostium perruperunt. quadraginta millia Gallogrecorum eo prælio interfecta referuntur. Marcius consul aduersus Ligures profectus, superatu sque, quatuor millia militum amisit: G & nisi victus celeriter refugisset in castra, eandem internecionis cladem, quam Bæbius dudum ab eisdem hostibus acceperat, pertulisset. M. Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone consulibus, Philippus rex, [4] qui legatos populi Romani interfecerat, propter Demetrij filij sui, quem legatum miserat, verecundissimas preces, veniam meruit, eundemque continuò velut Romanis amicũ, suíque proditorem, fratre quoque ipsius ad parricidium patris ministro, nihil de vtroque miserum malè suspicantem, veneno necauit. Eodem anno Scipio Africanus ab ingrata sibi vrbe diu exulans, apud Liternum oppidum morbo periit. [5] Iisdem etiam diebus Annibal apud Prusiam Bithyniæ regem, cũ à Romanis reposceretur [6], veneno sese necauit. Philopemẽ dux Achiuorum à Messanis captus, occisusque est in Sicilia. Tunc [7] Vulcani insula, quæ ante non fuerat, repentè in mari edita cum miraculo omnium, vsque ad nunc manet. Q. Fuluius Flaccus prætor, in citeriore Hispania maximo prælio viginti tria millia hominum fudit, quatuor millia cepit. Ti. Sempronius Gracchus in Hispania vlteriore centum quinque oppida vacuata quassataque bellis, ad deditionem coëgit. eadem æstate etiam L. Posthumius in citeriore Hispania quadraginta millia hostium bello interfecit. Gracchus prætor H ibidem iterum ducenta oppida expugnauit & cepit. Lepido & Mucio consulibus, Basternarum gẽs ferocissima, auctore Perseo Philippi filio, prædarum spe solicitata, & transeundi Istri fluminis facultate, sine vlla pugna vel aliquo hoste deleta est. Nam tunc forte Danubius, qui & Ister, crassa glacie superstratus, pedestrẽ facilè transitũ patiebatur. Itaque cũ improuidè toto & maximo simul agmine inæstimabilis hominum vel equorum multitudo transiret, enormitate ponderis & concussione gradientium concrepans gelu, & glacialis crusta dissiluit: vniuersumque agmen, quod diu sustinuerat mediis gurgitibus victa tandem & comminuta destituit: atque eadem rursus fragmentis impedientibus superducta, submersit. Pauci ex omni populo per vtranque ripam vix concisis visceribus euaserunt. [8] P. Licinio Crasso & G. Cassio Longino cõsulibus Macedonicum bellum gestum est, meritò inter maxima bella referendum. Nam in auxilio Romanorum tota primum Italia, deinde Ptolemæus rex Ægypti, & Ariarathes Cappadociæ, Eumenes Asiæ, & Massanisa Numidiæ fuerunt. Perseum & Macedonas secuti sunt Thraces cum rege Cotye, & vniuersi cum rege Gẽtio Illyrij. Itaque I adueniẽti Crasso consuli Perseus occurrit, commissóque prælio miserabiliter victi fugêre Romani. Sequenti pugna penè pari clade partis vtriusque, in hiberna discessum est. Deindè Perseus profligato multis prœliis exercitu Romano in Illyricum transgressus, [9] Sulcanum oppidũ defensum à præsidiis Romanis pugnãdo cepit: vbi magnam Romanorum præsidiorũ multitudinẽ partim occidit, partim sub corona vẽdidit: partim secum in Macedoniam duxit. Postea cum eo L. Æmilius Paulus consul dimicauit, & vicit. Nam viginti millia peditum in eo bello interfecit. Rex cum equitatu subterfugit, sed continuo captus, atque in triumpho cũ filiis ante currũ actus est: & post apud [10] Albã in custodia defecit. Filius eius iunior fabricam ærariam ob tolerandam inopiam Romæ didicit, ibique consumptus est. Plurima præterea & satis diuersis prouentibus bella multarum vbique gentium gesta sunt, quæ breuitatis causa prætermisi.

CAP. XXI.

ANNO ab vrbe condita DC. L. Licinio Lucullo, & A. Posthumio [11] Albino consulibus, cum omnes Romanos ingens Celtiberorum metus inuasisset, & ex omnibus non esset, qui ire in Hispaniam vel miles vel legatus auderet, P. [12] Scipio, qui postea Africanus est dictus, vltrò sese militatu- K rum in Hispaniam obtulit, cum tamen in Macedoniam sorte iam deputatus esset. Itaque profectus in Hispaniam magnas strages gentium dedit, sæpius etiam militis quàm ducis vsus officio. Nam & [13] barbarum prouocantem singulariter congressus occidit. Ser. autẽ Galba prætor, à Lusitanis magno prælio victus est: vniuersóque exercitu amisso, ipse cum paucis vix elapsus euasit. Eodem tempore censores theatrum lapideum in vrbe construi censuerunt: quod ne tunc fieret, [14] Scipio Nasica grauissima oratione obstitit, dicens, inimicissimum hoc fore bellatori populo ad nutriendam desidiam, lasciuiæque commentum: adeóque mouit senatum, vt non solum vendi omnia theatro comparata iusserit, sed etiam subsellia ludis poni prohibuerit. Quamobrem intelligant nostri (quibus quicquid extra oblectamentum libidinis occurrit, offensio est) propter hoc quod se infirmiores

1 *Appia. cæsos aut captos circiter* 10000.
2 *Val. Antias duodetriginta cæsa, capta* 3400. *signa milit.* 124. *equos* 1200. *carpenta* 247. *Liu.*
3. *An vr.* 564 *Liu. lib.* 38. *Flo.* 2. *cap.* 11. *App. in Syr.*
4 *Non quidẽ Legatos, sed Maronitas, quibus libertatem restituendam censuerat Senatus. Liu.* 39.
5 *Iust.* 32.
6 *Hãnibal veneno periit.*
7 *Insula Vul. nascitur. Liu. lib.* 40.
8 *Maced. secũdum bellum Liu.* 41. *& quatuor seq. Plut. in Aemil. Flor.* 2. *cap.* 12. *Eutr.* 4.
9 *Liu. V scanam.*
10 *Diod. lib.* 31. *Velleius scribit quadriennio post in libera custodia Albæ decessisse.*
11 *Diac. hunc locum transcripsit.*
12 *Scipio petit Hispan. Epit. Liuia. lib.* 48.
13 *Hoc in obsidione Intercatiæ vrbis factum scribit Appia. in Hispanicis.*
14 *Theatrum damnat Scipio Nasica.*

A esse hostibus suis ipsi sentiunt & fatentur, theatra incusanda, non tempora: nec blasphemandum Deum verum, qui vsque ad nunc ea prohibet, sed abominandos deos vel dæmones suos, qui ista petierunt, profundo quidem satis malignitatis suæ argumento tale sacrificium flagitantes, quo non magis fuso cruore pecudum, quàm profligata virtute hominum pascerentur. Nam vtique tunc nec hostes, nec fames, nec morbi, nec prodigia deerant, immò tunc plurima erant, sed theatra non erant, in quibus (quod incredibile dictu est) ad aram luxuriæ virtutum victimæ trucidantur. Carthaginiensibus aliquandò visum est, homines immolare, sed malè præsumpta persuasio breui prætermissa est, à Romanis verò exactum est, vt semetipsos perditioni impenderent. Factum est, fit, amatur, & clamatur vt fiat: qui pro mactanda gregis sui pecude fortasse offenderentur, pro interficienda cordis sui virtute lætantur: quin potius Nasicæ erubescant, qui Christianis exprobandum putant: & non nobis de hostibus, quos semper habuerunt, sed illi de theatro, quod haberi prohibuerat, conquerantur. Igitur in Hispania Ser. [1] Galba prætor Lusitanos citra Tagum flumen habitantes, cum voluntarios in deditionem recepisset, per scelus inter- B fecit: simulans enim de commodis eorum se acturum fore, compositis militibus, cunctos inermes incautosque prostrauit: quæ res postea vniuersæ Hispaniæ propter Romanorum perfidiam, causa maximi tumultus fuit.

supra cap. 6.
1 *Galbæ receptos in fidẽ occidit Lusitanos. quod Lucullo tribuit App. Sed Cic. in Bruto, Suet. in Galb., Val. lib.* 9. *cap.* 6. *Orosio subscribunt.*

CAP. XXII.

ANNO ab vrbe condita DCII. L. Censorino, & M. Manilio consulibus, [2] tertium Punicum bellum exortum est. Igitur cum senatus delendam Carthaginem censuisset, profecti in Africam consules, & Scipio tunc tribunus militum prope Vticam maioris Africani [3] castra tenuerunt. Ibi Carthaginiensibus euocatis, iussisque vt arma & naues traderent, nec moratis, tanta vis armorum repentè tradita est, vt facilè tota ex his Africa potuisset armari. Sed Carthaginienses postquam arma tradiderunt, & relicta vrbe recedere procul à mari decem millibus passuum iussi sunt, dolorem ad desperationem contulerunt, aut defensuri ciuitatem, aut cum ipsa per ipsam sepeliendi: ducésque sibi duos Asdrubales creauerunt, armáque primum facere aggressi, æris ferríque inopiam, auri argentíque metallis suppleuerunt. Consules oppugnare Carthaginem statuunt, cuius situs fuisse huiusmodi dicitur: [4] Viginti millia passuum muro amplexa, C tota penè mari cingebatur, absque faucibus, quæ III. millibus passuum aperiebantur. Is locus murum triginta pedes latum habuit, saxo quadrato, in altitudinem cubitorum quadraginta. Arx, cui Byrsæ nomen erat, paulò amplius quàm duo millia passuum tenebat. Ex vna parte murus communis erat vrbis & Byrsæ imminens mari, quod mare stagnum vocabant, quoniam obiectu protentæ linguæ stagnabatur. Consules igitur quamuis aliquantam muri partem quassatam machinis diruissent, tamen à Carthaginiensibus victi ac repulsi sunt: quos fugientes Scipio repulso intra muros hoste defendit. Censorinus in vrbem rediit. Manilius omissa Carthagine ad Asdrubalem arma conuertit. Scipio, Massanisa mortuo, inter Massanisæ filios tres Numidæ regnum diuisit: quo circa Carthaginem reuerso, Manilius Tezagam vrbem expugnauit atque diripuit. Duodecim millia ibi Afrorum cæsa, sex millia capta sunt. Asdrubal Pœnorum imperator, Massanisæ nepos, subselliorum fragmentis in curia à suis propter suspicionem proditionis occisus est. Iuuentius prætor in Macedonia aduersus Pseudophilippum congressus, cum maxima clade totius Romani exercitus interfectus est.

2 *Tertiũ bellũ punicũ App. in Lyb. Plut. in Cat. Eutr.* 4. *Flor.* 2. *c.* 15.
3 *Castra Corneliana intelligit, de qu. b. Cæsar* 2. *com. & Luc. lib.* 4.
4 *Carthaginis situs App. in Lyb.*

CAP. XXIII. *Carthaginis euersio.*

D ANNO ab vrbe condita DCVI, id est, anno L. post bellum Punicum secundum, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio coss. P. Scipio superioris anni cos. delere Carthaginem suprema sorte molitus, Cothonem ingreditur: vbi dum sex continuis diebus noctibusque pugnatur, vltima Carthaginienses desperatio ad deditionem traxit, petentes vt quos belli clades reliquos fecit, saltem seruire liceat. Primum agmen mulierum satis miserabile, virorum post magis deforme descendit. Nam fuisse mulierum viginti quinque millia, virorum triginta millia, memoriæ traditum est. Rex Asdrubal se vltrò dedit. Transfugæ, qui Æsculapij templum occupauerant, voluntario præcipitio dati, igne consumpti sunt. Vxor Asdrubalis se duosque filios secum virili dolore & furore fœmineo in medium iecit incendium: eundem nunc mortis exitum faciens nouissima regina Carthaginis, quem quondam prima fecisset. Ipsa autem ciuitas decem & septem diebus continuis arsit, miserumque spectaculum de varietate conditionis humanæ victoribus suis præbuit. Diruta est autem Carthago, omni murali lapide E in puluerem comminuto, DCC. post anno quàm condita erat. Multitudo omnis captiuorum, exceptis paucis principibus, venundata est. Ita IIII. quàm inceptum fuit anno, bellum Punicum tertium terminatum est. Sed mihi quamlibet studiose quærenti, veruntamen homini tardioris ingenij, nusquam omnino causa belli Punici tertij, quam in tantum Carthago accenderit, vt iuste euerti decerneretur, eluxit. Illudque me vel maximè mouet, quod si ita, vt in superioribus bellis euidens in assurgentem causa & dolor accendebat, consultatione non opus erat. At vero cum alij Romanorum propter perpetuam Romæ securitatem delendam esse decernerent, alij verò propter perpetuam Romanæ virtutis curam, quæ sibi semper ex suspicione æmulæ vrbis impenderet, ne vigor Romanus bellis semper exercitus, in languidam segnitiem securitate atque ocio solueretur, incolumem

App. ἐξῄεσαν αὐτίκα μυριάδες πέντε ἀνδρῶν ἅμα καὶ γυναικῶν.

Huius sententiæ auctor erat Cato: Contrariæ Nasica. Liu. lib. 49. Plut. in cat. maiore

Carthaginem statui suo permittendam esse censerent: causam non ex iniuria lacessentium Carthaginiensium, sed ex inconstantia torpescentium Romanorum ortam inuenio. Quod cum ita sit, cur Christianis temporibus imputant hebetationem ac rubiginem suam, qua foris crassi, intus exesi sunt? qui porrò ante sexcentos ferè annos, sicut sui prudentes timentesque prædixerant, cotem illam magnam splendoris & acuminis sui Carthaginem perdiderūt. Itaque finem volumini faciam, ne forsitan collidendo vehementius, discussa ad tempus rubigine, vbi necessarium acumen elicere non possum, superuacuam asperitatem inueniam, quanquam obuiantem asperitatem nequaquam expauescerem, si interioris spem acuminis inuenirem.

PAVLI OROSII ADVERSVS PAGANOS HISTORIARVM LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

Romanorum minimè cessauit aliorum calamitate fœlicitas.

SCIO aliquantos post hæc deinceps permoueri posse, quòd victoriæ Romanæ multarum gentium & ciuitatum strage crebrescunt: quanquam si diligenter attendant, plus damni inuenient accidisse, quam commodi: neque enim paruipendenda sunt tot bella seruilia, socialia, ciuilia, fugitiuorum, nullorum vtique fructuum, & magnarum tamen miseriarum. Sed conniueo, vt quemadmodum volunt, ita fuisse videatur, vnde arbitror esse dicturos: Ecquid his temporibus beatius, quibus continui triumphi, celebres victoriæ, diuites prædæ, nobiles pompæ, magni ante currum reges, & longo ordine victæ gentes agebantur? Quibus breuiter respondebitur, & ipsos de temporibus solere causari, & nos pro iisdem temporibus instituisse sermonem: quæ tempora non vni tantum vrbi attributa, sed orbi vniuerso constat esse communia. Ecce quàm fœliciter Roma vincit, tam infœliciter quicquid extra Romam est, vincitur. Quanti igitur pendenda est gutta hæc laboriosæ fœlicitatis, cui ascribitur vnius vrbis beatitudo in tanta

Vrbis Ro. beatitudo, orbis euersio.

mole infœlicitatis, per quam agitur totius orbis euersio? Aut si ideò felicia putantur, quia vnius ciuitatis opes auctæ sunt, cur non potius infœliciſſima iudicentur, quibus miserabili vastatione multarum ac benè institutarum gentium potentissima regna ceciderunt? An fortè aliud tunc Carthagini videbatur, cum post annos CXX. quibus modo bellorum clades, modo pacis conditiones perhorrescens, nunc rebelli intentione, nunc suppliciis belli pacem, nunc pace mutabat bella, nouissimè miseris ciuibus passim se in ignem vltima desperatione iacientibus, vnus rogus tota ciuitas fuit? cui etiam nunc situ paruæ, mœnibus destitutæ, pars miseriarum est, audire quid fuerit. Edat Hispania sententiam suam, cum per annos ducentos vbique agros suos sanguine suo rigabat, importunumque hostem vltrò ostiatim inquietantem, nec repellere poterat, nec sustinere: cum se, suis diuersis vrbibus ac locis fracti, cæde bellorum, obsidionum fame exinaniti, interfectis coniugibus ac liberis suis, ob remedia miseriarum concursu misero ac mutua cæde iugulabant. Quid tunc de suis temporibus sentiebat, ipsa postremò dicat Italia. cur per annos quadringentos Romanis vtique suis contradixit, obstitit, repugnauit, si eorum fœlicitas, sua infœlicitas non erat, Romanosque fieri rerum dominos, bonis communibus non obstabat? Non requiro de innumeris diuersarum gentium populis, diu antea liberis, tunc bello victis, patria abductis, pretio venditis, seruitute dispersis, quid tunc sibi maluerint, quid de Romanis opinati sint, quid de temporibus iudicarint. Omitto de regibus magnarum opum, magnarum virium, magnæ gloriæ, diu potentissimis, aliquando captis, seruiliter catenatis, sub iugum missis, ante currum actis, in carcere trucidatis: quorum tam stultum est exquirere sententiam, quàm durum non dolere miseriam. Nos, nos inquam ipsos, vitæque nostræ electionem, cui acquieuimus, consulamus. Maiores nostri bella gesserunt, bellis fatigati, pacem petentes, tributa obtulerunt. Tributum, pretium pacis est. Nos tributa dependimus, ne bella patiamur: ac per hoc in portu, ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempestatibus confugerunt, nos consistimus & manemus. Igitur nostra tempora viderimus, vtrum fœlicia. certè fœliciora illis ducimus, quia quod illi vltimo delegerunt, nos continuè possidemus. Inquietudo enim bellorū, qua illi attriti sunt, nobis ignota est. In otio autē, quod illi post imperium Cæsaris, natiuitatemque Christi tenuiter gustauerunt, nos nascimur & senescimus: quod illis erat debita pensio seruitutis, nobis est libera collatio defensionis: tantumque interest inter præterita præsentiaque tempora, vt quod Roma in vsum luxuriæ suæ ferro extorquebat

à nostris,

A à nostris, nunc in vsum communis reipublicæ conferat ipsa nobiscum. Aut si ab aliquo dicitur, tolerabiliores parentibus nostris Romanos hostes fuisse, quàm nobis Gothos esse: audiat & intelligat, quāto aliter, quàm circa seipsum agitur, sibi esse videatur. Olim cū bella toto orbe feruebāt, quæque prouincia suis regibus, suis legibus, suisque moribus vtebatur: nec erat societas affectionum, vbi dissidebat diuersitas potestatū. Postremò solutas & barbaras gentes quis tandē ad societatē adduceret, quas diuersis sacrorū ritibus institutas, etiam religio separabat? Si quis igitur tūc acerbitate malorum victus, patriam cum hoste deseruit, quem tandem ignotum locum ignotus adiit? Quam gentem generaliter hostem hostis orauit? Cui se congressu primo credidit, non societate nominis inuitatus, non communione iuris adductus, non religionis vnitate securus? An parum exēpli dederūt Busiris in Ægypto peregrinorū infœliciter incurrentiū impiissimus immolator, crudelissima circa aduenas Dianæ Tauricæ litatura, seu magis crudelia sacra, Thracia cum Polymnestore suo vsque ad propinquos hospites scelerata? Et ne antiquitatibus videar immorari, testis est Roma de Pompeio interfecto, testis Aegyptus de interfectore Ptolemæo.

1 supra cap. 11. lib. 1. Arnob. lib. 8. Tauricis, Pontecis & Aegyptio Busiridi ritus fuit hospites immolare. Idē Mela lib. 2. cap. 1. Ouid. 3. de ponto. Iuuenal. 15. Flaccus Argon. 2.

B MIHI autem prima qualiscunque motus perturbatione fugienti, quiā de confugiendi statione securo, vbique patria, vbique lex & religio mea est: nunc me Africa tam libenter excepit, quàm cōfidenter accessi: nūc me, inquam, ista Africa excepit pace simplici, sinu proprio, iure communi: de qua aliquando dictum, & verè dictum est, Hospitio prohibemur arenæ, Bella cient, primaque vetant consistere terra: nunc vltrò ad suscipiendos socios religionis & pacis suæ, beneuolum latè gremium pandit, atque vltrò fessos, quos foueat, inuitat. Latitudo orientis, septentrionis copiositas, meridiana diffusio, magnarum insularum largissimæ tutissimæque sedes, mei iuris & nominis sunt: quia ad Christianos & Romanos, Romanus & Christianus accedo. Non timeo deos hospitis mei, non timeo religionem eius nec mea, non habeo talem quem pertimescam locum, vbi & possessori liceat perpetrare quod velit, & peregrino non liceat adhibere quod conuenit: vbi sit ius hospitis, quod meum non sit. Vnus deus, qui temporibus, quibus ipse innotescere voluit, hanc regni statuit vnitatem, ab omnibus & diligitur & timetur. Eædem leges, quæ vni deo subiectæ sunt, vbique dominantur: vbicunque ignotus accessero, repentinam vim tanquam destitutus non

Christiano omne solum patria. Psal. 22.

C pertimesco. Inter Romanos, vt dixi, Romanus, inter Christianos Christianus, inter homines homo, legibus imploro rempub. religioni conscientiam, communioni naturam. Vtor temporarie omni terra quasi patria: quia quæ vera est, & illa quam amo patriam, in terra penitus non est. Nihil perdidi, vbi nihil amaui: totumque habeo, quando quem diligo, mecum est: maximè quia & apud omnes idem est, qui me non modo notum omnibus, verum & proximum facit: nec egentem deserit, quia ipsius est terra & plenitudo eius, ex qua omnibus omnia iussit esse communia. Hæc sunt nostrorum temporum bona, quæ in totum vel in tranquillitate præsentium, vel in spe futurorum, vel in perfugio communi non habuere maiores: ac per hoc incessabilia bella gesserunt, quia mutandarum sedium cōmunione non libera, persistendo in sedibus suis, aut infœliciter necati sunt, aut turpiter seruierunt. Quod clarius promptiusque ipsis veterum gestis per ordinem explicitis, aperietur.

CAP. III. *Belliū Achaicū Velleius lib. 1. Liu. 52. Flor. 2. cap. 16. Eutr. 4. Pauf. 7. Iust. 34.*

D ANNO ab vrbe condita sexcentesimosexto, hoc est, eodem anno, quo & Carthago deleta est, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio coss. ruinam Carthaginis euersio Corinthi subsecuta est, duarumque potentissimarum vrbium paruo vnius temporis interuallo per diuersas mundi partes miserabile colluxit incendium. Nam cum Metellus prætor Achæos Bœotiosque coniunctos duobus bellis, hoc est, primo apud Thermopylas, iterum in Phocæis deuicisset: quorum priore bello occisa esse viginti millia, secundo septem millia cæsa, Claudius historicus refert. Valerius Antias in Achaia pugnatum, & viginti millia Achæorum cum duce suo Diæo, cecidisse confirmat. Polybius Achiuus, quamuis tunc in Africa cum Scipione fuerit, tamen quia domesticam cladem ignorare non potuit, semel in Achaia pugnatum Critolao duce asserit. Diæum verò adducentem ex Arcadia milites ab eodem Metello prætore oppressum cum exercitu docet. Sed de varietate discordantium historicorum aliquanta iam diximus, quorum sufficiat detecta hæc & male nota mendaciorum nota: quia parum credendum esse in cæteris euidenter ostendunt, quin in his quoque quæ ipsi videre, diuersi sunt. Igitur post extincta totius Achaiæ præsidia, de-

Corinthus euertitur Olympiadis 156. anno 3. vrb. cond. an. 608. Plin. lib. 34. c. 2. Aes Corinthiū Plin. 34. de cuius origine pl. Muret. var. lect. lib. 3. cap. 5.

E stitutarum vrbium euersionem Metello prætore meditante, consul Mummius repentinus cum paucis venit in castra: qui dimisso statim Metello Corinthum sine mora expugnauit, vrbem toto tunc orbe longè omnium opulentissimam: quippè quæ velut officina omnium artificum atque artificiorum, & emporium commune Asiæ atque Europæ per multa retrò sæcula fuit. Permissa crudeliter etiam captiuis prædandi licentia, sic omnia cædibus ignibusque completa sunt, vt de murorum ambitu quasi è camino in vnum apicem coartatum exundaret incendium. Itaque plurima parte populi ferro flammisque consumpta, reliqua sub corona vendita est. Vrbe incensa, muri funditus diruti sunt. Muralis lapis in puluerem redactus, præda ingens erepta est. Sanè cum propter multitudinem & varietatem statuarum simulachrorumque in illo ciuitatis incendio permixta in vnum auri argentique atque æris omniáque simul metalla fluxissent, nouum genus metalli factum est: vnde vsque in hodiernum diem, siue ex ipso, siue ex imitatione eius, æs Corin-

thium, sicut memoriæ traditum est, & Corinthia vasa dicuntur.

CAP. IIII. *Viriathi latronis bella Diod. 32. cic. 2. Off. App. in Hisp. Liu. lib. 52. & 54. Flor. 2. cap. 17. Velleius 2. Eutr. 4. * contra Liu. captũ. Diod. & App. captũ atque interfectum.*

IISDEM consulibus, Viriathus in Hispania genere Lusitanus, homo pastoralis & latro, primum infestando vias, deindè vastando prouincias, postremò exercitus prætorum & consulum Romanorum vincendo, fugando, subigendo, maximo terrori Romanis omnibus fuit: siquidem Iberum & Tagum maxima & diuersissimorum locorum flumina latè transgredienti & peruaganti C. Vetulius prætor occurrit: qui continuò cæso vsque ad internecionem penè omni exercitu suo, vix ipse prætor cum paucis fuga lapsus, * euasit. Deindè C. Plautium prætorem idem Viriathus multis præliis fractum fugauit. Pòst etiam Claudius Vnimanus cũ magno instructu belli contra Viriathum missus, quasi pro abolẽda superiore macula, turpiorem ipse auxit infamiam. Nam congressus cum Viriatho, vniuersas, quas secum deduxerat, copias, maximasque vires Romani exercitus amisit. Viriathus trabeas, fasces, cæteraque insignia Romana in montibus suis trophæa præfixit. Eodem tempore trecenti Lusitani cum mille Romanis in quodam saltu contraxêre pugnam, in qua septuaginta Lusitanos, Romanos autem trecentos viginti cecidisse Claudius refert: & cum victores Lusitani sparsi ac securi abirent, vnus ex iis longè à cæteris segregatus, cum à circunfusis equitibus pedestris ipse deprehensus, vnius eorum equo lancea perfosso, ipsius equitis ad vnum gladij ictum caput desecuisset, ita omnes metu perculit, vt prospectantibus cunctis, ipse contemptim atque otiosus abscederet.

Fab. Seruilianus sociis manus præcidit. Val. lib. 2. cap. 2. Front. lib. 4

Ap. Claudio, Q. Cæcilio Metello consulibus, Ap. Claudius aduersus Salassos Gallos congressus, & victus, * decem milia militum perdidit. Reparata pugna, quinque millia hostium occidit. Sed cum iuxta legem, qua constitutum erat, vt quisquis quinque millia hostium peremisset, triumphandi haberet potestatem, iste quoque triumphum expetisset, propter damna verò superiora non impetrauisset, infami impudentia atque ambitione vsus, priuatis sumptibus triumphauit. L. Cæcilio Metello, Q. Fabio Maximo Seruiliano consulibus, inter cætera prodigia androgynus Romæ visus, iussu aruspicum in mare mersus est: sed nihil impiæ expiationis procuratio profecit. Nam tanta subito pestilentia exorta est, vt ministri quoque faciendorum funerum primum non sufficerent, deindè non essent. Itaque etiam magnæ domus vacuæ viuis, plenæ mortuis remanserunt. Largissimæ introrsum hæreditates, & nulli penitus hæredes. Denique iam non solum in vrbe viuendi, sed etiam appropinquandi ad vrbem negabatur facultas: tam sæui per totam vrbem tabescentium sub tectis, atque in stratis suis cadauerum putores exhalabantur. Expiatio illa crudelis, & viam mortibus hominum morte hominis instruens, tandem Romanis inter miserias suas erubescentibus, quàm misera & vana esset, innotuit. Antè enim in suffragium præueniendæ cladis est habita, & sic pestilentia consecuta est: quæ tamen sine vllis sacrificiorum satisfactionibus, tantummodo secundum mensuram arcani iudicij expleta correptione, sedata est. Quam si artifices illi circunuentionum aruspices, sub ipsa (vt assolent) declinatione morborum forte celebrassent, proculdubiò sibi, diis & ritibus suis reductæ sanitatis gloriam vindicassent. Ita misera & ad sacrilegia malè religiosa ciuitas, mendaciis, quibus liberari non poterat, ludebatur. Igitur Fabius consul contra Lusitanos & Viriathum dimicans, Bacciam oppidum, quod Viriathus obsidebat, depulsis hostibus liberauit, & in deditionem cum plurimis aliis castellis recepit. Fecit facinus etiam vltimis barbaris Scythiæ, non dicam Romanæ fidei & moderationi, execrabile. Quingentis enim principibus eorum, quos societate inuitatos, deditionis iure susceperat, manus præcidit. Pompeius sequentis anni consul, fines Numantinorum ingressus, accepta maxima clade discessit, non solum exercitu penè omni profligato, verumetiam plurimis nobilium, qui ei militiæ aderant, interemptis. Viriathus autem cum per quatuordecim annos Romanos duces atque exercitus protriuisset, insidiis suorum interfectus est: in hoc solo Romanis circa eum fortiter agentibus, quod percussores eius indignos præmio iudicarunt. At ego non modo nunc, verumetiam sæpè intertexere orientis illa inextricabilia bella poteram, quæ raro vnquam nisi sceleribus aut incipiunt, aut terminantur: sed Romanorum, cum quibus nobis actio est, tanta sunt, vt iure fastidiantur aliena.

** quinque*

Appio triumphus negatur, quod parcisset numeris cæsorũ & amissorũ. Val. lib. 2. cap. 3.

** alioqui triumphantib. sumptus ex ærario erogabatur, vt indicat Liu. lib. 33.*

Androg. Lunæ non Romæ natus est, illicque fuit hæc pestil. Iul. Obseq.

Mithrid. Babyl. populatur. Iust. lib. 41. Appian. in Syr. an. vrb. 616. prodigia quæ tum euenere exponit Iul. Obseq.

Mithridates tunc siquidem rex Parthorum, sextus ab Arsace, victo Demetrio præfecto, Babyloniam vrbem finesque eius vniuersos victor inuasit. Omnes præterea gentes, quæ inter Hydaspem fluuium & Indum iacent, subegit. Ad Indiam quoque cruentum extendit imperium, Demetrium ipsum sibi secundo bello occurrentem, vicit & cepit: quo capto, Diodotus quidam cum Alexandro filio, regnum eius, & regium nomen vsurpauit: quia postea ipsum Alexandrum filium, quem participem periculi in peruadendo regno habuerat, ne in obtinendo consortem haberet, occidit.

Mancini fœdus refertur ab omnibus: maximè à cic. 3. Off.

M. Æmilio Lepido, C. Hostilio Mancino coss. prodigia apparuêre diuersa, & quantum in ipsis fuit, ex more curata sunt: sed non semper aucupatoribus euentuum & structoribus fallaciarum aruspicibus, opportuni casus suffragantur. Natque Mancinus consul postquam à Popillio apud Numantiam susceptit exercitum, adeò infœliciter prælia cuncta gessit, atque in id suprema desperatione perductus est, vt turpissimum fœdus cum Numantinis facere cogeretur: quamuis & Pompeius iam aliud æquè infame fœdus cum iisdem Numantinis paulò antè pepigisset. Senatus dissolui fœdus, & Mancinum dedi Numantinis præcepit: qui nudato corpore, manibus post tergum

A tergum reuinctis ante portas Numantinorum expositus, ibique vsque in noctem manens, à suis desertus, ab hostibus autem non susceptus, lachrymabile vtrisque spectaculum præbuit.

EXCLAMARE hoc loco dolor exigit. Cur falsò vobis Romani magna illa nomina iustitiæ, fidei, fortitudinis & misericordiæ vindicatis? A Numãtinis hæc verius discite. Fortitudine opus fuit? pugnando vicerunt. Fides exigebatur? credentes aliis secundum se, quos occidere potuerant pacto fœdere dimiserunt. Iustitia probanda erat? probauit eam vel tacitus senatus, cum iidem Numantini per legatos suos aut inuiolatam pacem solam, aut omnes quos pignore pacis accepto viuos dimiserant, reposcebant. Misericordia examinanda videbatur? satis documenti dederunt vel emittendo ad vitam inimicum exercitum, vel ad pœnam non recipiendo Mancinum. Mancinusne rogo dedendus fuit, qui victi exercitus impendentem trucidationem prætento vmbone pacti fœderis disputit, qui periclitantes patriæ vires in meliora tempora reseruauit? Aut si displicuit fœdus quod pactum est, cur miles hoc pignore redemptus, aut cum reuerteretur, receptus est, aut cum repeteretur, redditus non est? Aut si placuit seruati militis qualiscunque prouisio, cur Mancinus, qui

Mancini expositi arguit Romanos.

B hoc pepigit, solus deditus fuit?

Bello Punico secundo, sed de cãnensi pugna lib. superiore, cap. 16.

Nuper Varro vt præpropera pugna iniretur, collegam Paulum obluctantem impulit, trepidantem præcipitauit exercitum, infœlices copias apud infames illas Romanis cladibus Cannas non disposuit certamini, sed opposuit morti. plus quàm quadraginta millia ibi militum Romanorum sola impatientia sua, de qua sibi victoriam iamdudum Annibal præsumebat, amisit. Collega etiam Paulo (quo tandem viro?) perdito, nouissimè in vrbem penè solus impudentissimè redire ausus est, meruitque impudentiæ suæ præmium. Nam gratiæ ei, quòd de rep. non desperasset, quam tamen ipse fecerat desperatam, publice in senatu actæ sunt. Porro autem Mancinus, qui sorte bellica circunuentum exercitum ne perderet, laborauit, ab eodem senatu deditione damnatus est. Sic Romanis & illud in Varrone displicuit, sed tempori concessum est: & hoc in Mancino placuit, sed secundum tempus præsumptum est: atque ideo ab initio perfecistis, vt nec ciuis consulat conuenienter ingratis, nec hostis fideliter credat infidis. Interea Brutus in vlteriore

Varroni Sen. gratias egit. Liu. 22. Val. lib. 3. cap. 4.

An. vrb. 615. Iun. Brutus domuit Gallæcos. Appia. in Iber. Str. lib. 3. Liu. 55. 56. Flor. 2. c. 17. Velleius. 2. Lepidus à Vaccæis superatur

C Hispania sexaginta millia Gallæcorum, qui Lusitanis auxilio venerant, asperrimo bello & difficili, quamuis incautos circunuenisset, oppressit. Quorum in eo prælio quinquaginta millia occisa, sex millia capta referuntur, pauci fuga euaserunt. In citeriore Hispania Lepidus proconsule Vaccæos, innoxiam gentem & supplicem, etiam senatu prohibente, pertinaciter expugnare tentauit. Sed mox accepta clade grauissima improbæ pertinaciæ pœnas luit. Sex millia quippè Romanorum in hoc iniusto bello iustissimè cæsa sunt: reliqui exuti castris, armis etiam perditis, euaserunt. Nec minus turpis hæc sub Lepido clades, quam sub Mancino fuit. Ita nunc sibi hæc tempora loco fœlicitatis ascribant, vt non dixerim Hispani tot pulsati fatigatique bellis, sed vel ipsi saltem Romani tam continuis subacti cladibus, totiesque superati: vt non exprobrem quot prætores eorum, quot legati, quot consules, quot legiones, quantique exercitus consumpti sint. Illud solum reuoluo, quanta fuerit timoris amentia. Miles Romanus hebetatus, vt iam ne ad experimentum quidem belli cohibere pedem, aut obfirmare animum posset: sed mox conspecto Hispano specialiter hoste, diffugiens, vinci se penè prius crederet, quam videri. Quo argumento patet, apud vtrosque misera illa tempora iudicata, cum & Hispani etsi vincere poterant, inuiti tamen desererent otia

D sua dulcia, & bella externa tolerarent, & Romani quanto impudentius alienæ quieti sese ingererent, tanto turpius vincerentur.

CAP. V.

SER. Fuluio Flacco, Q. Calpurnio Pisone consulibus Romę puer ex ancilla natus est quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem, natura virili duplex. In Sicilia mons Ætna vastos ignes eructauit, ac fudit: qui torrentum modo per prona præcipites, proxima quæque corripientibus exussere flammis, longinquiora autem fauillis calidis cum vapore graui latè volitantibus, torruerunt. quod Siciliæ semper vernaculum genus monstri, non portendere malum assolet, sed inferre. In Bononiensi agro fruges in arboribus natæ sunt. Igitur in Sicilia bellum seruile ortum est, quod adeò graue & atrox multitudine seruorum, instructu copiarum, & magnitudine virium fuit, vt, non dicam prætores Romanos, quos penitus profligauit, sed consules quoque terruerit. Nam septuaginta millia seruorum, tum in arma conspirantium fuisse referuntur, excepta vrbe Messana, quæ seruos liberaliter habitos in pace continuit. Cæterum Sicilia in hoc quo-

E que miserior, quia insula & nunquam erga statum suum iuris idonei, nunc tyrannis subiecta, nunc seruis: vel illis dominatu improbo exigentibus seruitutem, vel istis præsumptione peruersa commutantibus libertatem, maximè quia clauso vndique mari, egerere foras non facilè potest intestinum malum. Viperinam quippè conceptionem perditionis suæ aluit, sua libidine auctam, sua morte victuram. In hoc autem seruilis tumultus excitatio, quanto rarior cæteris, tanto truculentior est: quia intentione commouetur libera multitudo, vt patriam augeat, seruilis vt perdat.

CAP. VI.

Coss. illi fuerunt an. vrb. 618. at puerum istum Obsequens refert vt & Aetnæ Incẽd. P. Furio & Sex. Atilio Serrano Coss. Bellũ seruile excitauit Eunus Syrius seruus. Diod. lib. 34. Flor. 3. c. 19. Liu. 56. App. 1. Manilium, Lentulũ, Pisonem & Hyæum. Flor.

ANNO ab vrbe condita DCXX. cum maior penè infamia de fœdere apud Numantiam pacto, quam apud Caudinas quondam furculas pudorem Romanæ frontis oneraret, Scipio Africanus consensu omnium tribuum consul creatus, atque ad oppugnandam Numantiam cum exercitu missus est. Numantia autem citerioris Hispaniæ haud procul à Vaccæis & Cantabris in Capite

CAP. VII. *Numantiæ deletio.*

an.14.Flor. lib.2.cap.18.

Gallæciæ ſita, vltima Celtiberorum fuit. Hæc per annos quatuordecim cum ſolis quatuor millibus F
ſuorum, quadraginta millia Romanorum * non ſolum ſuſtinuit, ſed etiam vicit, pudendiſque fœ-
deribus affecit. Igitur Scipio Africanus Hiſpaniam ingreſſus, non illicò ſe ingeſſit hoſtibus, vt quaſi
incautos circũueniret, ſciens nunquam id genus hominum adeo in otium corpore atque animo re-
ſolui, vt non ipſa qualitate habitudinis ſuæ apparatus aliorum præcelleret, ſed aliquandiu militem
ſuum in caſtris velut in ſcholis exercuit. Et cum partem æſtatis totamque hyemem, ne attentata
quidem pugna tranſegiſſet, ſic quoque parum propemodum hac profecit induſtria. Namque vbi
copia pugnandi facta eſt, exercitus Romanus oppreſſus impetu Numantinorum, terga conuertit:
ſed increpatione & minis obiectantis ſeſe conſulis, manuque retinentis, tandem indignatus in
hoſtem rediit: & quem fugiebat, fugere compulit. Difficilis tunc in relatu fides, Numantinos &
fugere, & fugientes videre Romani. Vnde quamuis Scipio, quia præter ſpem acciderat, lætatus
& gloriatus eſſet, tamen vltra bellum aduerſus eos audendum non eſſe, profeſſus eſt. Itaque Scipio
inſiſtendum inopinatis prouentibus cenſuit, vrbem ipſam obſidione concluſit, & foſſa circundedit:
cuius latitudo pedibus decem, altitudo viginti fuit. Ipſum deinde vallum ſudibus præſtructum, G
crebris turribus communiuit: vt ſi qua ab erumpente hoſte in eum tentaretur irruptio, iam non
quaſi obſeſſor cũ obſeſſo, ſed verſa vice obſeſſus cũ obſeſſore pugnaret. Numantia autem in tumulo
Numantiæ ambitũ ſcribit Appia.24. ſtad. ſita, haud procul à flumine Durio, tria millia paſſuum ambitu muri amplexabatur, quamuis aliqui aſ-
ſerant eam & paruo ſitu & ſine muro fuiſſe. Vnde credibile eſt, quia hoc ſpatij cura alendorum cu-
ſtodiendorumque pecorum, vel etiam exercendi ruris commodo cum bello premerentur, inclu-
ſerint, ipſi arcem paruam natura munitam obtinentes. Alioqui tantam paucitatem hominum, tam
amplum vrbis ſpatium non munire magis, quàm prodere videbatur. Igitur cõcluſi diu Numantini,
& fame trucidati, deditionem ſui obtulerunt, ſi tolerabilia iuberentur, ſæpè etiam orantes iuſtæ
pugnæ facultatem, vt tanquam viris mori liceret. Vltimo omnes duabus ſubitò portis eruperunt,
larga prius potione vſi, non vini, cuius ferax is locus non eſt, ſed ſucco tritici per artem confecto,
celia potio. huius meminit Flor. quem ſuccum à calefaciendo Celiam vocant. Suſcitatur enim illa ignea vis germinis madefactæ
frugis, ac deinde ſiccatur, & poſt in farinam redacta, molli ſucco admiſcetur, quo fermento ſapor
auſteritatis & calor ebrietatis adiicitur. Hac igitur potione poſt longam famem recalefcentes, bello H
ſeſe obtulerunt. Atrox diu certamen, & vſque ad periculum Romanorum fuit: iterumque Romani
pugnare ſe aduerſum Numantinos fugiendo probauiſſent, niſi ſub Scipione pugnaſſent. Numantini
interfectis ſuorum fortiſſimis, bello cedunt: compoſitis tamen ordinibus, non ſeparantes ſe, nec
ſicut fugientes in vrbem reuertuntur, corpora interfectorum ad ſepulturam oblata, accipere no-
luerunt. Nouiſſima ſpe deſperationis in mortem omnes deſtinati, clauſam vrbem ipſi introrſum ſuc-
cenderunt, cunctique pariter ferro, veneno, atque igne conſumpti ſunt. Romani nihil ex his pe-
nitus habuere victis, præter ſecuritatem ſuam. Neque enim euerſa Numantia viciſſe ſe magis Nu-
**Flor. & Ap. tradunt 50. triumpho re-ſeruatis, reli-quos ſub co-rona vendidiſſe, atque ita intra annum menſes tres Numantiam excidiſſe, Velleius lib.2.*
mantinos, quàm euaſiſſe dixerunt. † Vnum Numãtinum victoris catena non tenuit, vnde triumphũ
dederit, Roma non vidit. Aurum vel argentũ, quod igni ſupereſſe potuiſſet, apud pauperes non fuit.
Arma & veſtem ignis abumpſit.

CAP. VIII. *Gracchorum ſeditiones Plut. in Grac. App. 1. bel. ciuil.*

IGITVR ea tempeſtate cum hæc apud Numantiam geſta ſunt, apud Romam Gracchorum ſe-
ditiones agitabantur. Scipio autem cum deleta Numantia cæteras Hiſpaniæ gentes pace compo-
neret, Tireſum quendam Celticum principem conſuluit, qua ope res Numantina aut prius inuicta
duraſſet, aut poſt fuiſſet euerſa. * Tireſus reſpondit: Concordia inuicta, diſcordia exitio fuit: quod
Romani tanquam ſibi ac de ſe dictum, exempli loco acceperunt, quippè quibus iam de ſeditione
diſcordantis totius vrbis nuntiabatur. Carthagine Numantiaque deleta, oritur apud Romanos
** al. Thyreus* vtilis de prouiſione collatio, & oritur infamis de ambitione contentio. Gracchus tribunus plebis
iratus nobilitati, quòd inter auctores Numantini fœderis notatus eſſet, agrum à priuatis catenus
Plut. Mucĩũ. App. Q. Mũmiũ. Attalus Re habet hæredes Plut. in Grac. Str. 13. Liu. 58. poſſeſſum, populo diuidi ſtatuit. Octauio tribuno plebis obſiſtenti ademit imperium, & ſucceſſorem
Minucium dedit. His cauſis ſenatum ira, populum ſuperbia inuaſit. At tunc fortè Attalus, Eumenis
filius, moriens, teſtamento populum Romanum imperio Aſiæ ſuccedere hæredẽ iuſſerat. Gracchus
gratiam populi pretio appetens, legem tulit, vti pecunia quæ fuiſſet Attali, populo diſtribueretur.
Obſiſtente Naſica, etiam Pompeius ſpopondit, ſe Gracchum, cum primum magiſtratu abiiſſet, K
accuſaturum.

CAP. IX. *Gracchus occiditur. cic. in Bruto.*

GRACCHVS cum eniteretur, vt ipſe tribunus plebis ſubſequenti anno permaneret, cumque
comitiorum die ſeditiones populi accenderet, auctore Naſica inflammata nobilitas, fragmentis
ſubſelliorum plebem fugauit. Gracchus per gradus, qui ſunt ſuper Calpurnium forniceim, detracto
amiculo fugiens, * ictus fragmento ſubſellij corruit. Rurſuſque aſſurgens, alio ictu clauæ cerebro
**Vell.2. Plut. Satureium nominat à quo primum ictus ſit* impactæ, exanimatus eſt. * Ducenti præterea in ea ſeditione interfecti, eorumque corpora in Ti-
τοῦ Νίφου berim proiecta ſunt: ipſius quoque Gracchi inhumatum cadauer extabuit. Orta præterea in Sicilia
** Plut. tres ĕri τριακοσίους* belli ſeruilis contagio multas latè infecit prouincias. Nam & Minturnis CCCCL. ſerui in crucem
acti, & Sinueſſæ ad quatuor millia ſeruorum à Q. Metello & Cn. Seruilio Cæpione oppreſſa ſunt.
In Metallis quoque Athenienſium idem tumultus ſeruilis ab Heraclito prætore diſcuſſus eſt. Apud
Delum etiam ſerui nouo motu intumeſcentes, oppidanis præuenientibus preſſi ſunt, abſque illo

primo

Bellũ ſeruile Obſeq. Liu. lib. 56. Died. lib. 34. ſcribit Eunũ auctorẽ huius belli in carcere apud Morgantiam vi pediculorũ periſſe.

A primo Sicilienſis mali fomite, à quo iſte velut ſcintillæ emicantes, diuerſa hæc incendia ſeminauit.
In Sicilia enim poſt Fuluium conſulem Piſo conſul Mamertium oppidum expugnauit, vbi octo mil-
lia fugitiuorum interfecit: quos autem capere potuit, patibulo ſuffixit. cui cum Rupilius conſul ſuc-
ceſſiſſet, idem quoque Tauromínium & Ennam firmiſſima fugitiuorum refugia bello recepit, vbi
amplius quàm viginti millia tunc ſeruorum trucidata referuntur. Miſera profecto talis belli & inex-
tricabilis cauſa. Pereundum vtique dominis erat, niſi inſoleſcentibus ſeruis, ferro obuiam iretur. Sed
tamen in ipſis quoque infœliciſſimis damnis pugnæ, & infœlicioribus lucris victoriæ, quanti periêre
victi, tantum perdidêre victores.

CAP. X. *Bellũ Ariſtonici Iuſt. lib. 36. Liu. 59. Flor. 2. c. vlt. Cic. Phil. 2. * Hoc ſcribit Val. lib. 3. cap. 2.*

ANNO ab V.C. DCXXII. P. Licinius Craſſus conſul & pontifex maximus, aduerſus Ariſtonicũ
Attali fratrem, qui traditam per teſtamentum Romanis Aſiam peruaſerat, cum inſtructiſſimo miſ-
ſus exercitu: præterea à magnis regibus, hoc eſt, Nicomede Cithyniæ, Mithridate Põti & Armeniæ,
Ariarathe Cappadociæ, Pylemene Paphlagoniæ, eorumque maximis copiis adiutus, cõſerto tamen
bello victus eſt: & cum, exercitu poſt plurimam cædem in fugam acto, ipſe iam circunuentus ab ho-
B ſtibus, & penè captus eſſet, virgã qua erat vſus ad equum, in oculũ Thracis impegit. Barbarus autem
cum ira & dolore exarſiſſet, latus Craſſi gladio tranſuerberauit. Ita ille excogitato genere mortis,
effugit & dedecus & ſeruitutem. Perperna conſul, qui Craſſo ſucceſſerat, audita morte Craſſi &
clade exercitus Romani, raptim in Aſiam peruolauit. Ariſtonicum recenti victoria feriatum, im-
prouiſo bello adortus, nudatumque omnibus copiis, in fugam vertit. Cumque Stratonicem vrbem
ad quam ille confugerat, obſidione cinxiſſet, trucidatum fame ad deditionem coëgit. Perperna
conſul apud Pergamum correptus morbo, diem obiit. Ariſtonicus Romæ iuſſu ſenatus in carcere
ſtrãgulatus eſt. Eodem anno Ptolemæi Alexandrinorum regis vita miſera, miſeriorem vitæ exitium
dedit, Is enim ſororem ſuam ſtupro cognitam, ac deindè in matrimonium receptam, nouiſſimè tur-
pius quam duxit, abiecit. Priuignam verò ſuam, hoc eſt, filiam ſororis & coniugis, coniugem aſciuit:
filiumque ſuum, quem ex ſorore ſuſceperat, necnon & filium fratris, occidit. Quamobrem tantis
inceſtis parricidiiſque execrabilis, ab Alexandrinis regno pulſus eſt. Iiſdem temporibus Antiochus
C non cõtentus Babylonia atque Ecbatana, totoque Mediæ imperio, aduerſus Phraatem Parthorum
regem congreſſus & victus eſt. Qui cum in exercitu ſuo cẽtum millia armatorum habere videretur,
ducenta millia amplius calonum atque lixarum immixta ſcortis & hiſtrionibus trahebat. Itaque
facilè cum vniuerſo exercitu ſuo Parthorum viribus oppreſſus interiit. C. Sempronio Tuditano, &
M. Aquillio Coſs. P. Scipionem Africanum pridiè pro concione de periculo ſalutis ſuæ cõteſtatum,
quod ſibi pro patria laboranti ab improbis & ingratis denuntiari cognouiſſet, alio die manè exa-
nimem in cubiculo ſuo repertum, non temerè inter maxima Romanorum mala recenſuerim: præ-
ſertim cum tantum in ea vrbe Africani vigor & modeſtia valeret, vt facilè viuo eo, neque ſociale
neque ciuile bellum poſſe exiſtere crederetur. Hunc quidam vxoris ſuæ Semproniæ, Gracchorum
autem ſororis dolo necatum ferunt, ne ſcelerata (vt credo) familia, atque in perniciem patriæ ſuæ
nata, inter impias ſeditiones virorum, non etiam facinoribus mulierum eſſet immanior. M. Æmilio,
L. Oreſte conſulibus, Ætna vaſto tremore concuſſa exundauit igneis globis. Rurſuſque alio die
Lipara inſula, & vicinum circa eam mare in tantum efferbuit, vt aduſtas quoque rupes diſſoluerit,
D tabulata nauium liquefactis ceris extorruerit, exanimatos piſces ſupernatanteſque excoxerit: ho-
mines quoque, niſi qui lõgius potuere diffugere, reciprocato anhelitu calidi aëris aduſtis introrſum
vitalibus ſuffocarit.

Ptol. hic VII Phyſco ob impuritates dictus fuit Val. & Strab. 17. De ptol. & Antio. omnia hæc ſumpta ſunt ex Liu. 59. vt in dicat Epitoma. Scip. mors Cic. in Læl. & pro Mil. Liu. 59. Vell. 2. App. 1. Plut. in Gracch. Exiſtimatus eſt etiam C. Carbo trib. vim attuliſſe. Cic. Ad Vetũ Ep. 21.

CAP. XI. *Locuſtarum pernicies Liu. lib. 60. vide Epit. *cõualuiſſent obſeq. in prod. Liciſt. in oſtẽ.*

M. PLAVTIO Hypſæo, & M. Fuluio Flacco conſulibus, vix dum Africam à bellorum excidiis
quieſcentem, horribilis & inuſitata perditio conſecuta eſt. Nanque cum per totam Africam im-
menſæ locuſtarum multitudines * coaluiſſent, & non modo iam ſpem cunctam frugum abraſiſſent,
herbaſque omnes cum parte radicum, & folia arborum cum teneritudine ramorum cõſumpſiſſent,
verumetiam amaros cortices atque arida ligna perroſiſſent, repentino arreptę vẽto, atque in globos
coactæ, portataque diu per aërem, Africano pelago immerſæ ſunt. Harum cum immenſos aceruos
longè vndis vrgentibus fluctus per extenta latè litora propuliſſent, tetrum nimis atque vltra opi-
nionem peſtiferum odorem, tabida & putrefacta congeries exhalauit. vnde omnium pariter ani-
mantium tanta peſtilentia conſecuta eſt, vt auium, pecudum ac beſtiarum corruptione aëris diſſo-
lutarum, putrefacta paſſim cadauera, vitium corruptionis augerent. At verò quanta fuerit hominum
E lues, ego ipſe dum refero, toto corpore perhorreſco: ſiquidem in Numidia, in qua tunc Micipſa rex
erat, octingenta millia hominum: circà oram verò maritimam, quæ maximè Carthaginienſi atque
Vticenſi litori adiacet, plus quàm ducenta millia periiſſe traditũ eſt. Apud ipſam verò Vticam ciuitatẽ *Peſtilentia.*
triginta millia militum, quę ad præſidium totius Africæ, ordinata fuerant, extincta atque abraſa ſunt.
Quę clades repentina ac tam violenta inſtitit, vt tunc apud Vticam ſub vna diè per vnam portam ex
illis iunioribus pluſquam MD. mortuos elatos fuiſſe narretur. Veruntamen pace & gratia omnipo-
tentis Dei dixerim, de cuius miſericordia & in cuius fiducia hæc loquor, quamuis & temporibus
noſtris exoriantur aliquando, & hoc diuerſis partibus locuſtæ, & plerunque etiam, ſed tolerabiliter,
lædant, nunquam tamen temporibus Chriſtianis tanta vis inextricabilis mali accidit, vt pernicies
locuſtarum, quæ nullo modo ferri viua potuiſſet, mortua plus noceret: & qua diu viuente peritura
erant omnia, ea perdita, pereuntibus magis omnibus optandum fuerit, ne periret.

CAP. XII.

Carthago restauratur decreto Sen. Ap. & Eutrop. Lupi reuellũt stipites.

ANNO ab vrbe cõdita DCXXVII. Q. Cæcilio Metello, & T. Quinto Flaminio Coss. Carthago F
in Africa restitui iussa, vigesimo & secundo demum anno, quàm fuerat euersa, deductis ciuium Ro-
manorum familiis, quæ eam incolerent, restituta & repleta est magno antè prodigio præcedente.
Nam cum mensores ad limitandum Carthaginiensem agrum missi, stipites terminorum indices
fixos; & nocte à lupis reuulsos mordicus, corrosósque reperissent, aliquandiu hæsitatum est, vtrum
Romanæ paci expediret, Carthaginem reformari. Eodem anno C. Gracchus, Gracchi illius qui iam
occisus in seditione fuerat, frater, tribunus plebis per tumultum creatus, magna reipublicę pernicies
fuit. Nam cum sæpè populum Romanum largitionibus promissisque nimiis in acerbissimas sedi-
tiones excitauisset, maximè legis agrarię causa, pro qua etiam frater eius Ti. Gracchus fuerat occisus,
tandem à tribunatu, Minucio successore, decessit. Minucius tribunus plebis cũ maxima ex parte de-
cessoris sui Gracchi statuta cõuulsisset, legesque abrogasset, Caius Gracchus cũ Fuluio Flacco ingẽti
stipatus agmine, Capitolium vbi concio agitabatur, ascẽdit. Ibi maximo tumultu excitato, *quidam
præco à Gracchanis interfectus, velut signum belli fuit. Flaccus duobus filiis armatis cinctus, comi-
tante etiam Graccho togato, breuemque gladium sub sinistra occultante, quamuis & præconem G
frustra præmisisset, qui seruos ad libertatem vocaret, Ianium tanquã arcem occupauit: contra quem
D. Brutus vir consularis à cliuo publico cum ingenti certamine irruit. Ibi Flaccus diu obstinatissimè
dimicauit. Gracchus postquam in templum * Mineruæ successerat, gladio incumbere volens, inter-
uentu Lætorij retentus est. Itaque cum diu anceps bellum agitaretur, tandem sagittarij ab Opimio
missi, consertam multitudinem disturbauerunt. Duo Flacci pater filiúsque cum per ædem Lunæ * in
domum priuatam desiluissent, forésque obiecissent, resciſſo cratitio pariete, confossi sunt. Gracchus
diu pro se amicis pugnantibus ac pereuntibus, ægrè ad pontem sublicium peruenit: ibíque ne viuus
caperetur, ceruicem * seruo suo præbuit. Caput Gracchi excisum, cõsuli allatum est, corpus ad Cor-
neliam matrẽ Misenum oppidum deuectum est. Hæc autẽ Cornelia Africani maioris filia Misenum
vt dixi, prioris filij morte secesserat. Bona Gracchi publicata sunt. Flaccus * adolescẽs in * robore ne-
catus est. Ex factione Gracchi, * ducenti quinquaginta in Auentino cæsi referuntur. Opimius cõsul
sicut in bello fuit fortis, ita in quæstione crudelis. Nam amplius quã tria millia hominum suppliciis H
necauit: ex quibus plurimi, ne dicta quidem causa, innocentes interfecti sunt.

Flor. lib. 3. cap. 15.

** Q. Attilius ὀπιμίȣ ὑπηρέτης, Plut.*

** Dianæ dici debuit, in quod Gracchũ confugisse authores sunt App. Plin. & Plut.*

** ἐς ἐργαστήριον ἀνδρὸς γνωρίμου. App.*

** nedum duodeuicesimum trãsgressus annũ. Velleius.*

* *Robur is locus in carcere dicitur, quo præcipitatur maleficorum genus. Fest. Liu. lib.* 38.
* *verosimilius est quam quod Plut.* τρισχιλίους.

CAP. XIII.

Balearicũ bellum, Liu. lib. 60. Flor. 3. c. 8 Ano vrb. 631. Bell. Allobr. Liu. 61. Eutr. 4. App. in Cel. Str. 3. Aetna arsit.

IISDEM temporibus Metellus Baleares insulas bello peruagatus edomuit, & piraticam infesta-
tionem, quæ ab iisdem tunc exoriebatur, plurima incolarum cæde compressit. Cneus quoque Do-
mitius procõsul Allobroges Gallos iuxta oppidum Vindalium grauissimo bello vicit, maximè cum
elephãtorum noua forma equi hostium, hostesque cõterriti, diffugissent. viginti M. ibi Allobrogum
cæsa referuntur, tria millia capta sunt. Eodẽ tempore Ætna mons vltra solitum exarsit, & torrẽtibus
igneis superfusis latéque circunfluentibus, Catanam vrbẽ finesque eius oppressit, ita vt tecta ædium
calidis cineribus præusta & prægrauata corruerent. cuius leuandæ cladis causa, senatus decem an-
norum vectigalia Catanensibus remisit.

CAP. XIIII.

*Bel. Aruern. * pugnatũ est ad flumen Isaram ante VI. Id. Aug. Plut. lib. 7. cap. 50. * Liu. cæsa millia CXX. App. δώδεκα μυριάδας. An. 235. Liu lib. 62.*

ANNO ab vrbe condita DCXXVIII. Fabius consul Bituito regi Aruernorum Galliæ ciuitatis
bellum maximo instructu comparanti, adeo cum paruo exercitu occurrit, vt Bituitus paucitatem I
Romanorum vix ad escam canibus, quos in agmine habebat, sufficere posse iactaret. Qui cum sibi ad
transferendas copias, vnum pontem Rhodani fluminis parum esse intelligeret, alium compactis lin-
tribus catenisque connexum, superstratis confixisque tabulis instruxit. * Conserta pugna, & diu gra-
uiter agitata, victi Galli: conuersique in fugam, dum quisque sibi timet, coaceruatis inconsulte
agminibus, & præpropero transitu pontis vincula ruperunt, ac mox cum ipsis lintribus mersi sunt.
* Centum octoginta millia armatorum in exercitu Bituiti fuisse traduntur, ex quibus centum quin-
quaginta millia vel cæsa vel mersa sunt. Q. Marcius cõsul Gallorum gẽtem sub radice Alpium sitam,
bello aggressus est: qui cum se Romanis copiis circunseptos viderent, bellóque impares fore intel-
ligerent, occisis coniugibus ac liberis, in flammas sese proiecerunt. Qui verò præoccupantibus Ro-
manis peragendæ tunc mortis suæ copiam non habuerãt, captique fuerant, alij ferro, alij suspendio,
alij abnegato cibo sese consumpserunt: nullusque omninò vel paruulus superfuit, qui seruitutis con-
ditionem vitæ amore toleraret.

CAP. XV.

Bellũ Iugurthinũ Salust. Epit. Liu. 64. Ado priuorũ fraudes locum fecere prou. melius nascitur quã quaritur hæres. Roma venalis si emptorem inuenerit.

ANNO ab vrbe condita DCXXXIX. P. Scipione Nasica, & L. Calpurnio Bestia consulibus, Iu- K
gurthæ Numidarum regi bellum cõsensu populi Romani senatus indixit. Sed ego de Iugurtha ordi-
nis tantum loco, & causa cõmemorationis breuiter perstrinxerim: quia vt de natura eius varia atque
intolerabili, ita & de rebus tam dolosè, quàm strenuè gestis, propter opimam scriptorum luculen-
tiam satis sufficiens apud omnes notitia est. Igitur Iugurtha Micipsæ Numidarum regis † adoptiuus,
hæresque inter naturales eius filios factus, primũ cohæredes suos, id est, Hiempsalem, occidit, Adher-
balem bello victum, Africa expulit. Calpurnium deindè consulem aduersum se missum, pecunia cor-
rupit, atque ad turpissimas conditiones pacis adduxit. Præterea cum Romam ipse venisset, omnibus
pecunia aut corruptis, aut attentatis, seditiones dissensionesque permiscuit: quã cum egrederetur,
infami satis notauit elogio, dicens: O vrbem venalem & maturè perituram, si emptorem inuenerit.
Insequẽti anno A. Posthumium, Posthumij cõsulis fratrem, quem is quadraginta millibus armatorũ
exercitui

A exercitui præfecerat, apud Calamã vrbem thesauris regiis cõditis inhiantem bello oppressit: cuique
victo ignominiosissimũ fœdus exegit, vniuersam penè Africã à Romanis deficientẽ, regno suo iũxit.
Postea tamen Metelli consulis integritate & disciplina coercitus, duobus etiam præliis victus, vidit
præsente se & vastari Numidiam suam, & non posse defendi: à quo ad deditionem coactus, CCC.
obsides dedit, frumentum atque alios commeatus persoluturum sese spopondit, tria millia amplius
perfugarum reddidit. Exin cũ incertus in pace improbos non prohiberet excursus, C. Marij cõsulis,
nõ minore penè quàm ipse præditus erat astutia, Romanisque viribus fractus est: maximè postquam
Marius vrbem Capsam ab Hercule Phœnice (vt ferunt) conditã, regiis tunc thesauris cõfertissimam,
dolo circunuenit & cepit. Diffidens deindè & propriis rebus & viribus Iugurtha, societatem cum
Boccho Maurorum rege fecit: cuius equitatu in immensum auctus, Marianũ exercitum creberrimis
incursionibus fatigauit. Postremò apud Cirtã vrbem antiquã Massanisæ regiam, aduersus Romanos
expugnationem eius parantes sexaginta millibus equitum instructus occurrit. Nunquam vlla Ro-
mano militi tumultuosior pugna & terribilior fuit, adeo vt discursu & fremitu circuncursantium &
B impetentium equitũ suscitatus puluis, cœlũ subtexuerit, diem ademerit, noctemque obduxerit: tãtus
autem telorum nimbus ingruerit, vt nulla pars corporis ab ictu tuta esset: quippè quibus & visus ad
prospiciẽdum impedimẽto caliginis, & expeditio ad cauẽdum compressionem multitudinis deerat.
Nec laborabat eques Maurus ac Numida, vt benè collocatũ hostẽ opportuno teli impetu rimaretur,
sed potius in incertum pila mittebant, certi quod vulnera incerta non essent. Ita coacti in vnum Ro-
mani pedites densabantur. Intercapedinem tãti periculi nox interueniens dedit. Eadem postera die
& belli & periculi facies. Erũpere in hostem, quamuis stricto miles gladio non valebat: eminus enim
iaculis repellebatur. Fugere non poterat, vndique enim velocior ad persequendũ eques incluserat.
Iam tertia dies, & nullũ vndecũque suffragiũ, dira vndique mortis facies obiiciebatur: tandẽ Marius
consul forti desperatione spei viam fecit: vniuerso simul agmine prorupit è vallo, cãpoque sese simul
& prælio dedit. Et cum iterum circũfusi hostes non solum agminis extrema laniarent, verumetiam
media excussis procul telis cæderẽt: turbatosque Romanos insuper etiã ęstus solis, intolerantia sitis,
mortis circunstantia, vsque ad extremum desperationis defatigarent, subitò notũ illud Romanorum
C aduersus Afros tempestatum imbriumque suffragium cœlo missum, insperatæ saluti fuit: siquidem
repentina pluuia sitientibus Romanis & æstuantibus refrigerium potumque præbuit. Porrò autem
Numidis hastilia telorum, quæ manu intorquere sine amẽtis solent, lubrica ac per hoc inutilia red-
didit. Scuta etiã, quæ elephanti corio extento atque durato habilia & tuta gestabant (cuius ea natura
est, vt acceptũ imbrem, tanquam spongia ebibat, ac per hoc intractabili repentino põdere fiat) quia
circunferri non poterant, defendere nequiuerunt. Ita ex insperato conturbatis destitutisque Mauris
& Numidis, & Bocchus & Iugurtha fugerãt. Post hoc XC. millia armatorũ nouissimo bello ab iisdẽ
regibus obiecta, hæc quoque vsque ad internecionem Romanis vincentibus cæsa referuntur. Ex eo
Bocchus spem belli abiiciens, pacem petiuit: atque in preciũ pacis Iugurthã dolo captũ, catenisque
obrutum, * per Syllã legatum misit ad Marium: qui in triumpho ante currum cum duobus filiis suis
actus, mox in carcere strangulatus est. Iisdem diebus obscœnum * prodigium ac triste visum est. L.
Heluius eques Romanus cũ vxore & filia, Roma in Apuliam rediens, tẽpestate correptus, cũ filiam
cõsternatam videret, vt citius propioribus tectis succederẽt, relictis vehiculis, arreptisque equis, filiã
D virginem equo insidentẽ, in medium agmen accepit. * Puella continuo ictu fulminis exanimata est.
Sed omnibus sine scissura aliqua vestimentis ademptis, ac pectoris pedumque vinculis dissolutis,
monilibus etiã annulisque discussis, ipso quoque corpore illæso, nisi quod obscœnũ in modũ nuda,
& lingua paululũ exerta iacuit. equus quoque ipse quo vtebatur, straturis, frenis & cingulis dissolutis
passim ac dispersis, exanimis procul iacuit. Paruo post hoc intercessu tẽporis L. * Veturius eques Ro-
manus Æmiliam virginẽ Vestalem furtiuo stupro polluit. Duas præterea virgines Vestales eadem
Aemilia ad participationem incesti solicitatas, cõtubernalibus sui corruptoris exposuit ac tradidit.
Indicio per seruũ facto, supplicium de omnibus sumptũ est. Iisdẽ pręterea Iugurthini belli tẽporibus,
L. Cassius consul in Gallia Tigurinos vsque ad oceanũ persecutus, rursumque ab eisdem insidiis cir-
cumuentus, occisus est. Lucius' quoque Piso vir consularis, legatus Cassij consulis, interfectus. Q.
Publius alter legatus, ne residua exercitus portio quæ in castra confugerat, deleretur, obsides & di-
midiam partem rerum omnium Tigurinis turpissimo fœdere dedit: qui Romam reuersus, à Cœlio
E tribuno plebis die dicta, eo quòd Tigurinis obsides dederat, in exilium profugit. Cæpio proconsule
capta vrbe Gallorum, cui nomen est Tolosæ, cẽtum M. pondo auri, & argẽti CXM. è tẽplo Apollinis
sustulit: quod cum ad Massiliam amicam populo Romano vrbem cum præsidiis misisset, interfectis
clàm (sicut quidam contestantur) quibus ea custodienda & peruehenda cõmiserat, cuncta per scelus
furatus fuisse narratur: vnde etiam magna quæstio post Romæ acta est.

Capsæ cõditor Hercules Lybis. Salust.

Pugna terribilis.

Pluuia auxiliaris.

** Syllã quæstorẽ Marij, reliqui appellant.*

** hoc prod. triennio ante bellũ Iugurt. M. Acilio Balbo, C. Portio Catone coss. tradit Obseq.*

** Ελβία nominatur à Plut. in quæst. Ro.*

** βουτίτιος βάρβαρος à Plu. Ex Porphyrione in Saty. 6. Ser. 1. T. Betutiũ Barrũ legit, quod is incestum cũ Aemilia vestali fecerit*

CAP. XVI.

Bellum cimbricũ Salust. in Iug. Liu. 67. Flor. 3. cap. 3. Eutr. lib. 5.

ANNO ab vrbe condita DCXLII. C. Manilius Consul & Q. Cæpio procõsul aduersus Cimbros
& Teutonas & Tigurinos & Ambronas, Gallorum & Germanorum gentes, quæ tunc, vt imperium
Romanum extinguerent conspirauerant, missi, prouincias sibi Rhodano flumine medio diuiserunt.
Vbi dum inter se grauissima inuidia & contentione disceptant, cum magna ignominia & periculo
Romani nominis victi sunt: siquidem in ea pugna M. Aurelius cõsularis captus atque interfectus est.
Duo filij consulis cæsi, octoginta millia Romanorum sociorumque ea tempestate trucidata, qua-

draginta millia calonum atq; lixarum interfecta Antias ſcribit. Ita ex omni penitus exercitu decem tantummodò homines, qui miſerum nuntium ad augendas miſerias reportarent, ſuperfuiſſe referuntur. Hoſtes binis caſtris atque ingenti præda potiti, noua quadam atque inſolita execratione cuncta quæ ceperant, peſſum dederunt. Veſtis diſciſſa & proiecta eſt, aurum argentumque in flumen abiectum, loricæ virorum conciſæ, phaleræ equorum [1] diſperditæ, equi ipſi gurgitibus immerſi, homines laqueis collo inditis ex arboribus ſuſpenſi ſunt, ita vt nihil prædæ victor, nihil miſericordiæ victus agnoſceret. Maximus tunc Romæ nõ ſolum luctus, verumetiã metus fuit, ne cõfeſtim Cimbri alpes trãſgrederẽtur, Italiamq; delerẽt. Iiſdẽ tẽporibus Q. Fabius maximus filium ſuum adoleſcentẽ rus relegatum, cum duobus ſeruis parricidij miniſtris interfecit, ipſoſq; continuò ſeruos in pretium ſceleris manumiſit. Die dicta, Cn. Pompeio accuſante, damnatus eſt. Igitur Marius quartum cõſul, cum iuxta Iſaræ Rhodaniq; flumina, vbi in ſeſe confluunt, caſtra poſuiſſet, Teutones, Cimbri, & Tigurini & Ambrones, poſtquam cõtinuo triduo circa Romanorum caſtra pugnarũt, ſi quo pacto eos excuterent vallo, atque in æquos campos effunderent, tribus agminibus Italiam petere deſtinarũt. Marius poſt digreſſum hoſtium caſtra mouit, & collem occupauit: qui campo & fluuio, vbi hoſtes ſeſe diffuderãt, imminebat. Cumq; exercitui eius aqua ad potandum deeſſet, quereliſq; omnium coargueretur, aquam quidem in conſpectu eſſe reſpondit, ſed eam ferro vindicandam. Primus itaque calonibus cum clamore in pugnam ruentibus, ſubſecutus exercitus, mox iuſto certamine cõpoſitis ordinibus, bellum geſtum, & vicêre Romani. Quarto die rurſus productæ vtrinque in cãpum acies vſque ad meridiem penè pari pugnauere diſcrimine. Poſt vbi incaleſcẽte ſole fluxa Gallorũ corpora in modum niuium diſtabuerunt, vſque in noctem cædes potius quàm pugna protecta eſt. [2] Ducenta millia armatorum in eo bello interfecta ſunt, octoginta millia capta, vix tria millia fugiſſe referũtur. Dux quoque eorum [3] Theutobodus occiſus eſt. [4] Mulieres eorum cõſtantiore animo quàm ſi viciſſent, conſuluerunt conſulem, vt ſi inuiolata caſtitate virginibus ſacris ac diis ſeruiendum eſſet, vitam ſibi reſeruarent. Itaque cum petita non impetraſſent, paruulis ſuis ad ſaxa colliſis, cunctæ ſeſe ferro ac ſuſpẽdio peremerũt. Hæc de Tigurinis & Ambronibus geſta ſunt. Teutones autẽ & Cimbri integris copiis Alpium niues emenſi, Italiæ plana peruaſerunt: ibique cum rigidum genus diu blandioribus auris, poculis, cibis ac lauacris emolliretur, Marius quintum conſul & Catulus aduerſum eos miſſi, die ad pugnam & campo dato, [5] Annibalis ſecuti ingenium, in nebula diſpoſuere pugnam, in ſole pugnarũt. Prima ſiquidem perturbatio Gallorum fuit, quod Romanã aciem prius offendẽre diſpoſitam, quàm adeſſe ſenſerunt. Cumq; illicò vulnerati equites retrò in ſuos cogerentur, totamq; multitudinem indiſpoſite adhuc aduentantem conturbarent, & ſol cum vento ortus ex aduerſo emicuiſſet, viſus eorum puluis oppleuit, & ſplendor hebetauit. Ita factum eſt, vt tãta ac tam terribilis multitudo, minima Romanorũ clade, ſua autẽ vltima internecione cæderetur. Cẽtum quadraginta millia eorum tunc in bello cæſa, LX. millia capta dicuntur. Mulieres grauiorem penè excitauere pugnam, quæ plauſtris in modum caſtrorum circuminſtructis, ipſæ autem deſuper propugnãtes, diu repulere Romanos. Sed cum ab his nouo cædis genere terrerẽtur (abſciſſis enim cũ crine verticibus, inhoneſto ſatis vulnere turpes relinquebãtur) ferro quod in hoſtes ſumpſerãt, in ſe ſuoſq; verterunt. Nanque aliæ concurſu mutuò iugulatæ, aliæ apprehenſis inuicem faucibus ſtrãgulatæ, aliæ funibus per equorum crura conſertis, ipſiſq; continuo equis extimulatis, poſtquã ſuas iiſdem funibus, quibus equorũ crura nexuerãt, indidere ceruices, protractæ atque exanimatæ ſunt, aliæ laqueo de ſubrectis plauſtrorum temonibus pependerunt. Inuenta eſt etiam quædam, quæ duos filios, traiectis per colla eorum laqueis, ad ſuos pedes vinxerit: & cum ſeipſam ſuſpendio moriturã dimiſiſſet, ſecum traxerit occidendos. Inter hæc multa & miſerabilia mortis genera, Reguli quoque duo ſtrictis in ſe gladiis concurriſſe referuntur. [6] Lucius & Boiorix reges in acie ceciderunt. Claudicus & Ceſorix capti ſunt. Ita in his duobus prælijs trecenta quadraginta millia Gallorum occiſa, & centum quadraginta millia capta ſunt, abſque innumera mulierum multitudine, quæ ſe ſuoſq; paruulos fœmineo furore, vi autem virili necauerunt. Igitur talem Marij triumphum Romanamque victoriam incredibilo facinus, & nunquam antea Romanis cognitum, Romæ ſubitò perpetratum, verſa in horrorem ac mœrorem tota vrbe, fuſcauit. [7] Poblicius ſiquidem Malleolus, ſeruis annitentibus, matrem ſuam interfecit. Damnatus parricidij, [8] inſutuſque in culeum, & in mare proiectus eſt: impleruntque Romani facinus & pœnam, vnde Solon Athenienſis decernere non auſus fuerat, dum fieri poſſe non credit: & Romani qui ſe ortos à Romulo ſcirent, etiam hoc fieri poſſe intelligentes ſupplicium ſingulare ſanxerunt.

ANNO ab vrbe condita DCXLV. poſt Cimbricum & Teutonicum bellum & quintum Marij conſulatum, quo ſtatus imperii Romani iure conſeruatus iudicatur, ſexto conſulatu eiuſdem C. Marij ita labefactatus eſt, vt penè vſque ad extremum inteſtina clade conciderit. Euoluere ac percurrere mihi diſcordiarum ambages & inextricabiles ſeditionum cauſas incommodum ſimul ac longum videtur: ſanè breuiter ſtrinxiſſe ſufficiat, quod primus L. Appuleius Saturninus excitati tumultus auctor extiterit, Q. Metello Numidico, viro ſanè primario acerrimus inimicus: qui eum cenſorem creatum protractum domo, atque in Capitolium confugientem armata multitudine obſedit. vnde equitum Romanorum indignatione deiectus eſt, plurima ante Capitolium cædo

1 diſpertitæ.

Fabius filium occidit. Val. lib. 6. cap. 1.

Plut. in Mario

2 idẽ numer. Eutr. Liu. epit. 68. capta dicuntur millia 90. Plut. cæſorũ & captorum fuiſſe amplius centum mil. Vell. CL. millia trucidata.

3 apud Flor. Teutobochus.

4 vide Val. lib. 6. cap. 1.

5 vide Front. lib. 2.

Muliebris clades.

6 Lugius. 7.

7 Po. Maleolus matrẽ interfecit. Cornif. Rh. ad Heren.

8 de hac pœna parricidarum Modeſt. cap. 9. ff. ad l. põp. de par. meminit Cic. orat. pro Roſc. Amer.

CAP. XVII.

VI. Marij cõſula. alius cadit in an. 653.

Teutonicum bellum.

Metellus Saturn. trib. no tauit. Cic. pro Sextio. Val. lib. 9. c. 7. App. 1.

facta.

A facta. [1] A. Nomium deindè competitorem ſuum Saturninus & Glaucia, fraude C. Marij conſulis occiderunt. Subſequente anno Marius ſextum cos. & Glaucia prætor, & Saturninus tribunus plebis conſpirauerunt, Metellũ Numidicum in exilium quacũque vi agere. [2] Die dicta, à ſuppoſitis eiuſdem factionis iudicibus per ſcelus innocens Metellus damnatus, in exilium cum totius vrbis dolore diſceſſit. Idem Saturninus Memmium virum acrem & integrum, fieri conſulem timens, orta ſubito ſeditione fugientem per P. Mettium ſatellitem informi ſtipite comminutum interfecit. Fremente pro tantis reipublicæ malis ſenatu populoque Romano, Marius conſul accommodato ad tempus ingenio cõſenſui bonorum ſeſe immiſcuit, commotamque plebem leni oratione ſedauit. Saturninus infamibus auſibus concionem domi ſuæ habuit, ibique ab aliis rex, ab aliis imperator eſt appellatus. Marius manipulatim plebe deſcripta, [3] alterum cõſulem cum præſidiis in colle diſpoſuit, ipſe portas communiuit. In foro prælium commiſſum eſt. Saturninus à Marianis foro pulſus, in Capitolium cõfugit. Marius fiſtulas quibus eò aqua deducebatur, incidit. Bellum deinde in aditu Capitolij horridum ſatis actum eſt, multique circa Saufeium & Saturninum cæſi. Saturninus palàm clamitans,
B Marium auctorem eſſe omnium molitionum ſuarum conteſtatus eſt. Cum autem ipſe Saturninus & Saufeius & Labienus cogente Mario, [4] in curiam confugiſſent, per equites Romanos effractis foribus, occiſi ſunt. C. Glaucia extractus è domo Claudij, trucidatus eſt. Furius tribunus plebis bona omnium publicanda decreuit. Cn. Dolabella Saturnini frater, per forum olitorium fugiens, cum L. Geganio interfectus eſt. Itaque auctoribus tantæ ſeditionis occiſis, quies populo fuit. Tunc Cato atquè Pompeius rogationem de reditu Metelli Numidici totius vrbis gaudio promulgarunt: quæ ne perferretur, Marij conſulis & Furij tribuni plebis factionibus interceſſum eſt. Rutilius quoque vir integerrimus, adeo fidei atque innocentiæ conſtantia vſus eſt, vt die ſibi ab accuſatoribus dicta, vſque ad cognitionem neque capillum barbamve promiſerit, neque ſordida veſte humilive habitu ſuffragatores conciliarit, inimicos permulſerit, iudices temperarit, orationem quoque à prætore conceſſam nihilo ſummiſſiorem quàm animum habuerit. Cum euidenti oppugnaretur calumnia, & opinione bonorum omnium iure abſoluendus putaretur, periurio iudicum condemnatus eſt: qui Smyrnam commigrans, literarum ſtudiis intentus conſenuit.

C ANNO ab V. C. ſexcenteſimo LIX. Sex. Iulio Cæſare, & L. Marcio Philippo conſulibus, inteſtinis cauſis ſociale bellum tota commouit Italia. ſiquidem Liuius Druſus tribunus plebis, Latinos omnes ſpe libertatis illectos, cum placita explere nõ poſſet, in arma excitauit. Eo acceſſit vt mœſtam vrbem prodigia dira terrerent. Nam ſub ortu ſolis globus ignis à regione ſeptẽtrionis cum maximo cœli fragore emicuit. Apud Aretinos cum panes per conuiuia frangerentur, cruor è mediis panibus, quaſi è vulneribus corporum fluxit. Præterea per ſeptem continuos dies grando lapidum, immixtis etiam teſtarum fragmentis, terram latiſſimè verberauit. In Samnitibus vaſtiſſimo hiatu terræ, flamma prorupit, & vſque in cœlum extendi viſa eſt. Complures præterea in itinere videre Romani globum coloris aurei, cœlo ad terram deuolui: maioremque factum, rurſus à terra in ſublime ad orientem ſolem ferri, ac magnitudine ſua ipſum ſolem obtexiſſe. Druſus tãtis malis auxius, domi ſuæ, incerto quidem auctore, interfectus eſt. Igitur Picentes, Veſtini, Marſi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, cum adhuc occultam defectionem meditarentur, C. Seruilium prætorem legatum ad ſe miſſum, apud Aſculum occiderunt: ſtatimque clauſa ciuitate, omnes ciues
D Romanos in dicta cæde iugulauerunt. Continuò atrociſſimam perniciem infamiſſima præceſſere prodigia. Nanque omnium generum animalia, quæ manus hominum blandè perpeti, atque inter homines viuere ſolita erant, relictis ſtabulis paſcuiſque, cum balatu, hinnitu, mugituque miſerabili, ad ſyluas monteſque fugerunt. Canes quoque, quorum natura eſt extra homines eſſe non poſſe, lachrymoſis vlulatibus vagi luporum ritu oberrarunt. Igitur Cn. Pompeius prætor cum Picentibus iuſſu ſenatus bellum geſſit, & victus eſt. Poſtquam ſibi Samnites Papium Mutilum imperatorem præfecerant, Marſi autem Agemnonem archipiratam præoptauerant, [6] Iulius Cæſar Samnitium pugna victus, cæſo fugit exercitu. Rutilius conſul Marium propinquum ſuum legatum ſibi legit: quem aſſiduè ſubmonentem, moram bello vtilem fore, & pauliſper in caſtris exerceri militem oportere tironem, dolo id eum agere ratus, contempſit: ſeſeque in inſidias Marſorum, & vniuerſum agmen exercitus ſui incautus iniecit, vbi & ipſe conſul occiſus, & multi nobiles interfecti, & octo millia Romanorum militum cæſa ſunt. Arma & corpora interfectorum in conſpectum
E Marij legati Tolenus fluuius pertulit, atque in teſtimonium cladis euexit. Marius raptis continuo copiis, victores inſperatos oppreſſit, octo millia & ipſe Marſorum interfecit. Cæpio autem à Veſtinis & Marſis deductus in inſidias cum exercitu trucidatus eſt. L. vero Iulius Cæſar poſtquam apud AEſerniam victus aufugerat, actis vndique copiis, aduerſus Samnites & Lucanos dimicans, multa hoſtium millia interfecit. Cumque ab exercitu imperator appellatus eſſet, Romamque nuntios de victoria miſiſſet, ſenatus ſagum, hoc eſt, veſtem mœroris, quam exorto ſociali bello ſumpſerat, hac ſpe arridente depoſuit, atque antiquum togæ decorem recuperauit. Marius deindè ſex millia Marſorum cæcidit, ſeptem millia armis exuit. Sylla cum viginti quatuor cohortibus AEſerniam miſſus, vbi arctiſſima obſidione Romani ciues & milites premebantur, maximo bello & plurima cæde hoſtium vrbem ſocioſque ſeruauit. Cn. Pompeius Picentes graui prælio fudit, qua victoria Senatus laticlauia & cætera dignitatis inſignia recepit, cum togas tantummodò

1 Plut. & Appiano.

2 Satur. Metello dicẽ dixit, quod in eius legẽ Agrariã iurare nolu ſſet. Cic. pro Sextio. Liu. 69

3 L. Val. Flaccũ cui Remp. defendẽdam ſenatus dederat Cic. 1. Catil. Phil. 8. Orat. pro Rabir.

4 Hoſtiliam Velleius.

5 propterea Cic Socrati comparauit. 1. de Orat.

6 Smyrnæ ciuẽ factum. Orat. pro Balbo.

CAP. XVIII.

7 Lician. eſt in faſt. Capitol. 662.

8 Sociale bellũ Liu. lib. 71. App. 1. Flor. 3. Vell. 2.

9 Prodigia obſeq. Cic. 1. de diui. Liceſt. in Oſtent.

canes vagi vlulant.

10 Sext. cæſar apud App.

Plut. in vita Marij.

victoria Cęsaris primũ respirante sumpsisset. Porcius Cato prætor Etruscos, Plotius legatus Vmbros, plurimo sanguine impenso, difficillimo labore vicerunt. Cn. Pompeio, & L. Porcio Catone consulibus, Pompeius diu obsedit Asculum ciuitatem: nec tamẽ expugnauisset, nisi populum in campum prorumpentem grauissima oppressione vicisset. Decem & octo millia Marsorum in ea pugna cum Franco imperatore suo cæsa sunt, capta tria millia. Quatuor autem millia Italicorum virorum ex ea cæde profugorum, iugum montis coacto in vnum agmine forte conscenderant: vbi oppressi exanimatique niuibus, miserabili morte riguerunt. Namque ita vt attoniti timore hostium steterant, alij stirpibus vel saxis recliues, alij armis suis innitentes, patentibus cuncti oculis, dentibusque nudatis, viuentium in modum visebantur: nec vllum erat procul intuentibus mortis indicium, nisi diuturna immobilitas, quam nullo modo humanæ vitæ vegetatio diu perpeti potest. Eadem die Picẽtes congressi & victi sunt, quorum dux Iudacilius cõuocatis principibus suis, post magnificas epulas largaq; pocula cunctos ad exemplum sui prouocans, hausto veneno absumptus est, cunctis factum eius laudantibus, sed nemine subsequente. Anno ab vrbe condita sexcentesimo LXI. cum ad obsidendos Pompeios Romanus isset exercitus, & Posthumius Albinus vir consularis, tunc L. Syllæ legatus, intolerabili superbia omnium in se militum odia suscitauisset, lapidibus occisus est. Sylla cõsul ciuilem cruorem nõ nisi hostili sanguine expiari posse testatus est: cuius rei conscientia permotus exercitus, ita pugnam adortus est, vt sibi vnusquisque pereũdum videret, nisi vicisset. XVIII. millia Samnitum illo prælio cæsa sunt. Iuuentium quoque Italicum ducem, & magnum ipsius populum persecutus occidit. Porcius Cato consul Marianas copias habens, cum aliquanta strenuè gessisset, gloriatus est C. Marium non maiora fecisse: & ob hoc cum ad lacum Fucinum contra Marsos bellum gereret, à filio C. Marij in tumultu belli, quasi ab incerto auctore prostratus est.[1] C. Gabinius legatus in expugnatione hostilium castrorum interfectus est. Marrucini Vestinique, Sulpitio legato Pompeii persequente, vastati sunt.[2] Pompædius & Obsidius Italici imperatores ab eodem Sulpicio apud flumen Theanum horribili prælio oppressi & occisi sunt. Pompeius Asculũ ingressus, pręfectos centuriones, cunctosq; principes eorum virgis cæcidit, securiq; percussit, seruos prædamq; omnem sub hasta vendidit, reliquos liberos quidẽ, sed nudos & egentes abire præcepit: & cum de hac præda opitulationẽ aliquam in vsum stipendij publici senatus fore speraret, nihil tamen Pompeius ex ea egenti ærario contulit. Nanque eodem tempore cum penitus exhaustum esset ærarium, & ad stipendium frumẽti deesset expensa, loca publica quæ in circuitu Capitolij pontificibus, auguribus, decemuiris & flaminibus in possessionem tradita erãt, cogente inopia, vendita sunt, & sufficiens pecuniæ modus, qui ad tempus inopiæ subsidio essent, acceptus est. Et quidẽ tunc in sinus ipsius ciuitatis euersarũ omnium vrbium, nudatarumq; terrarum abrasæ vndique opes congerebantur, cum ipsa Roma turpi adigẽte inopia, præcipuas sui partes auctionabatur. Quamobrem consideret tunc tempora sua, cum quasi inexplebilis venter cuncta consumens & semper esuriens, cũctis vrbibus, quas miseras faciebat, ipsa miserior, nihil relinquens, nihil habebat, & stimulo domesticæ famis ad continuationem bellicæ inquietudinis trudebatur. Iisdem temporibus rex Sothimus cum magis Thrachum auxiliis Græciam ingressus, cũctos Macedoniæ fines depopulatus est: tandẽque à C.[3] Sentio prætore superatus, redire in regnum coactus est.

CAP. XIX.

ANNO ab vrbe condita[5] sexcẽtesimo sexagesimo secundo, nondum finito sociali bello, Romæ primum bellum ciuile commotum est: eodemq; anno Mithridaticum bellũ, etsi minus infame, non tamẽ minus graue cœptum est.[6] Et quidem de Mithridatici belli spatio variè traditum est, vtrum ab hinc primum cœperit, an tunc præcipuè exarserit, maximè cũ alij XXX. alij XL. annis gestum ferãt. Sed quamuis iisdem temporibus gesta perplexis coaceruata malis exarserint, à me tamen speciatim, etsi breuiter, singula proferentur. Marius Sylla consule, & contra Mithridatem Asiam cum exercitu profecturo,[7] in Campania tamen propter socialis belli reliquias consistente, affectauit septimũ consulatum, & bellũ suscipere Mithridaticũ. quo Sylla cognito, impatiens reuera iuuenis intemperataq; ira percitus, cum quatuor legionibus primum ante vrbem consedit, vbi[8] Gratidium Marij legatum, quasi primam victimam belli ciuilis occidit, mox vrbem cũ exercitu irrupit, faces ad inflammãdam vrbem poposcit. Omnibus metu abditis, per sacram viam citato agmine in forũ venit. Marius cum permouere nobilitatẽ, inflammare plebem, equestrem denique ordinẽ perarmare aduersus Syllam frustrà attẽtasset, postremò seruis spe libertatis & prædæ ad arma solicitatis, nequicquam repugnare ausus, tandem in Capitolium concessit. Sed cum eo Syllanę cohortes irruissent, magna[9] suorũ cæde diffugit. Ibi tunc Sulpicius Marij collega, seruo suo prodente, prostratus est. Seruũ verò ipsum, quod hostem indicauerat, manumitti, quod verò dominũ prodiderat, saxo Tarpeio deiici consules decreuerũt. Marius fugiens, cum persequentiũ instantia circũseptus esset, in Minturnensiũ paludibus sese abdidit: è quibus infœliciter luto oblitus, ignominioseq; protractus, turpi autẽ spectaculo Minturnas deductus, contrususq; in carcerem, percussorem ad se missum solo vultu exterruit. Deindè lapsus è vinculis, in Africã transfugit, solicitatoq; ex Vtica filio, vbi is custodia obseruabatur, cõtinuo Romã regressus,[10] Cinnæ consuli societate scelerum cõiunctus est. Igitur ad profligandã vniuersam Rempublicam, exercitũ sibi in quatuor partes diuiserunt. Tres siquidẽ legiones Mario datę, parti copiarũ Cn. Carbo præpositus est, partẽ Sertorius accepit: ille scilicet Sertorius iam hic ciuilis belli incẽtor & particeps, qui etiam hoc finito, aliud pòst in Hispania bellum excitauit, quod per multos annos maximis

Marginal notes (left page): Liu. lib. 74. — Asculi obisse scribit App. — Val. 9. cap. 8. — 1 A. Gabinius a Liu. lib. 76. — 2 App. κόιντον πομπαίδιον. Sed rectius apud Diod. κόιντος πομπαίδιος σίλων. — 3 Cic. Verrina 5. hũc Sentiũ ex caritate frum. Maced. ditatũ scribit — 5 ita Eutr. lib. 5. aliis annus est 665. quo Sylla & Q. Põpeius Ruf. Coss. — Bell. Marianũ & Mithrid. — 7 Nola enim exercitu Ro. obsidebatur. Vell. — 8 Val. lib. 9. c. 7. Plut. in Mario. — 9 seruorum — 10 ab his bellũ Octauianum Cic. 2. de nat. Plut. in Sylla. — Section letters: F, G, H, I, K.

maximis Romanorum cladibus traxit. Cætera vero exercitus portio Cinnam secuta est. Porro autem Cn. Pompeius qui à senatu cum exercitu accersitus, vt reipublicæ opitularetur, & diu sese nouarum rerum aucupatione suspenderat, contemptus à Mario vel Cinna, ad Octauium alterum consulem sese contulit, & mox cum Sertorio conflixit. Infelicem pugnam interuentus noctis diremit. Sexcenti ex vtraque parte milites trucidati sunt. Postera die cũ permixtim corpora ad sepulturam discernerentur, miles Pompeianus fratris sui, quem ipse interfecerat, corpus agnouit. In concursu enim vtrique cognitionem vultus galea, considerationem furor ademerat: quamuis parum sic culpæ circa ignorantiam, vt videatur nescisse de fratre, quem non ambigitur scisse de ciue. Itaque victor victo infelicior, vbi & fratris corpus agnouit, & parricidium suum, execratus bella ciuilia, ilico pectus suum gladio transuerberans, simúlque lachrymas & sanguinẽ fundens, super fraternum sese cadauer abiecit. Et quid hoc profuit ad confusionem crudelis incepti, quod in primo statim bellorum ciuilium exordio infamis fama percrebuit, concurrisse ignaros quidem fratres, sed conscios ciues: petiisse fratrem scelere victorem spolia fratris occisi: ac mox tantæ immanitatis reum, eodem gladio atque eadem manu per suam necem parricidium, quod admiserat, vindicasse? Nunquid in tantarum animositate partium tam triste mouit exemplum? Nunquid apud quenquam periculum sceleris repulit terror erroris? Nunquid hæc quæ communis est etiam cum beluis pietas & reuerentia naturæ, quod vnus perimendo ac pereundo commisit, quia in se agi posset intremuit, seséque ab huiusmodi incœpto, conscientia victus remouit? Quin potius annis fere quadraginta consequentibus, in tantum continuata sunt bella ciuilia, vt magnitudo laudis, appetenda ex magnitudine sceleris putaretur. Omnes enim post tale documentum in tali militia parricidiorum pericula refugissent, nisi parricidia ipsa voluissent. Igitur Marius† coloniam Ostiensem vi ingressus, omnia ibi genera libidinis, auaritiæ, crudelitatis exercuit: Pompeius fulmine afflatus, interiit: exercitus verò eius pestilentia correptus, penè totus absumptus est. Nam vndecim millia virorum de castris Pompeij mortua, sex millia autem de parte Octauij consulis desiderata sunt. Marius Antium & Ariciam ciuitates hostiliter irrupit, cunctósque in his præter proditores interfecit, bona suis diripienda permisit. Pòst Cinna consul cum legionibus, & Marius cum fugitiuis vrbem ingressi, nobilissimos quosque è senatu, & plurimos consulares†viros interfecerunt. Sed quota hæc portio ostentatæ miseriæ est, vno verbo definisse cædem bonorum, cuius fuit tanta numerositas, tanta diuturnitas, tanta crudelitas, tantáque diuersitas? Veruntamen æquius est me aliquid vtilitatis subtraxisse causæ, quã tantũ horroris ingessisse notitiæ, siue peritis hæc, siue imperitis obiiciãtur. De patria siquidem, de ciuibus, & de maioribus nostris hæc loquimur: qui his exagitati malis, tam abominanda gesserunt, de quibus etiam auditis posteri perhorrescant, qui profectò nolunt ista nimis exaggerari, aut sufficientis notitiæ moderatione, si sciunt: aut misericordis reuerentiæ contemplatione, si nesciunt. Igitur Marius cum interfectorum ciuium capita illata conuiuiis, oblata Capitolio,* collocata rostris, ad spectaculum ornatúmque congereret, ac septimum consulatum cum Cinna tertium consule peruasisset, in exordio consularis imperij sera tandem morte pręreptus est. Cinna bonorum neces, malorum cæde suppleuit. Nam cum introducta per Marium fugitiuorum manus insatiabilis prædandi esset, nullámque partem auctoribus prędæ consulibus ministraret, in forum quasi stipendij causa solicitata, militibúsque circũdata, inermis extincta est. Cæsa sunt illa die in foro vrbis †octo millia fugitiuorum: idémque Cinna quartum consul, ab exercitu suo* interfectus est.

*† Plut. tradit Sertorium ad 4000. seruorum, quos Marius in bello socios, in tyrannide satellites habuerat, interfecisse. * Seu potius obrutus lapidibus. Liu. 83. Appian. 1. Plut. in Pompeio.*

CAP. XX.

INTEREA residui senatorum, qui potẽtiam Cinnæ, Marij crudelitatẽ, insaniã Fimbriæ, Sertoriique audaciam fuga euaserant, transuecti in Græciam, coëgere precibus Syllam, vt periclitãti, immò iam penè perditæ patriæ opem ferret. Igitur Sylla mox vt Campanũ litus attigit, Norbanũ cõsulem prælio oppressit, septem † M. tũc Romanorũ Romani interfecerunt, sex M. eorundem ab iisdem capta sunt, centum XXIIII. de Syllana parte ceciderunt. Fabius verò Adrianus, cui imperium pro prætore erat, regnum Africæ seruorum manu affectans, à dominis eorum apud Vticam, congestis sarmentis, cum omnia familia † viuus incensus est. Damasippus prætor, incentore Mario consule, Q. Scæuolam, C. Carbonem, L. Domitium, P. Antistium, in curiam quasi ad consultandum vocatos crudelissimè occidit. Corpora interfectorum per carnifices vnco tracta, atque in Tyberim missa sunt. Eodem tempore Syllæ duces plura prælia aduersus Marianas partes infelicissima felicitate gesserunt. Nam & Quintus Metellus Carrinatis copias cæcidit, & castra peruasit, & Cn. Pompeius Carbonis equitatum grauiter trucidauit. Syllæ etiam & Marij adolescentis maximum tunc prælium apud Sacriportum fuit, in quo de exercitu † Marij cæsa sunt vigintiquinque millia, sicut †Claudius scribit. Pompeius Carbonem etiam castris exuit, fugientemque insecutus, nunc cædendo, nunc ad deditionem cogendo, plurima exercitus parte priuauit. Metellus Norbani agmẽ oppressit: vbi nouẽ millia Marianæ partis occisa sunt. Lucullus cũ à Quinctio obsideretur, erupit, & repẽtina pugna obsessoris* deleuit exercitũ. Nam plus quàm decem millia ibi tunc cæsa referũtur. Sylla deinde cum Lamponio Samnitum duce, & Carrinatis reliquis copiis ante ipsam vrbem portámque Collinam ad horam diei nonam signa contulit, grauissimóque prælio tandem vicit. octoginta millia hominum ibi fusa dicuntur, XII. millia sese dediderunt: reliquam

Marginal notes (right page): Fratricida de lecti conscientia occidit seipsum. — † App. lib. 1. Plut. in Syl. Liu. 79. — † Tres nimirũ oratores, Q. Catuliũ, M. Antoniũ, C. Iul. Cæsarem. Cic. in Brut. — * collata. — An. 667. — Sylla in opem patriæ reuocatur. — † App. scribit militũ Norbani millia sex Syllæ lxx. cecidisse. — † Cic. & pedia. 3. Verrin. — Liu. lib. 86. Val. 9. ca. 10. — † Syll. vict. refertur à Liu. 87. Vell. l. 2. Flo. 3. ca. 21. — ad Fidentiam. Plut. in Syl. — Section letters: A, B, C, D, E.

multitudinem in fugam versam, insatiabilis victorum ciuium ira consumpsit. F

CAP. XXI.

Sylla septem millia deditiorũ occidit. Aug. 3. Ciuit. c. 28. Liu. octo millia. l. 88. Plut. in Sylla ἑξακισχιλίους. Val. libro 9. c. 2. quatuor legiones.

SYLLA mox vt vrbẽ victor intrauit, tria millia hominũ, qui se per legatos dediderant, cõtra fas contráque fidem datam, inermes securósque interfecit. Plurimi tunc quoque, vt nõ dicam innocẽtes, sed etiã ipsius Syllanæ partis occisi sunt, quos fuisse plus quàm nouẽ millia ferunt. Ita liberæ per vrbem cædes, percussoribus passim vagantibus, vt quenque vel ira vel prẹda sollicitabat, agitabãtur. Igitur cunctis iam quod singuli timebant apertè frementibus, [1] Q. Catulus palam Syllæ dixit, Cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? [2] Tũc Sylla auctore L. [3] Fursidio primipilari, primus infamẽ illã tabulã proscriptionis induxit. Prima proscriptio octoginta hominũ fuit, in quibus quatuor consulares erant, Carbo, Marius, Norbanus, & Scipio, interque eos Sertorius tunc maximè pertimescẽdus. Itẽ alia cũ D. hominibus proposita est: quã cũ Lollius, quippè securus, nihílque sibi cõscius legeret, vbi suũ repẽte nomen offendit, dum se trepidus adoperto capite foro subtrahit, interfectus est. Sed ne in ipsis quidem tabulis fides ac finis malorũ videbatur. Namque alios quos proscripserant, iugulabãt: alios autẽ postquã iugulauerant, proscribebãt. Nec ipsius mortis erat via simplex, aut vna conditio, vt in nece ciuium saltem ius hostiũ seruaretur, G qui nihil à victis præter vitã exigunt. [4] M. Marium siquidem de caprili casa extractũ, vinciri Sylla iussit: ductúmque trans Tiberim ad Lutatiorum sepulchrum effossis oculis, mẽbrísque minutatim desectis, vel etiam fractis, trucidari. Post hunc P. Lætorius senator, & Venuleius triumuir, occisi, M. Marij caput Præneste est missum: quo viso, C. Marius vltima desperatione correptus, vbi à Lucretio obsidebatur, ne in manus incideret inimicorum, cũ [5] Telesino mutua morte cõcurrit. Dúmque violentius ipse in concurrentem manus adegit, circa suum vulnus manum percutiẽtis hebetauit. Ita eo interfecto, ipse leuiter vulneratus, ceruicem seruo suo præbuit. Carrinatẽ prætorem Sylla iugulauit. Inde Præneste profectus, omnes Marianæ militiæ principes, hoc est, legatos, quæstores, prẹfectos, & tribunos iussit occidi. Pompeius Carbonem à Cossura insula in Ægyptum fugere conãtem, in Siciliam ad se retractum, & cõplures cũ eo socios eius occidit. Sylla dictator creatus est, vt dominationis & crudelitatis libido, honesti præcipuíque nominis reuerentia & armaretur & velaretur. Pompeius in Africam transgressus, eruptione circa Vticam facta, XVIII. millia hominum interfecit. Quo bello Domitius dux Marianus, dum inter primores repugnat, occisus est. Idémque Pom- H peius [6] Hiertam Numidiæ regem persecutus, fugientem à Bogude Bocchi Maurorum regis filio, spoliari omnibus copiis fecit: quem continuò Bullam reuersum, tradito sibi oppido, interfecit.

2 C. Metellus apud Plut. 3 Plut. ἀφίδιον. 4 Marij mors crudelis. Val. lib. 9. Luc. 2. 5 Aliter Vell. mortẽ Marij.

6 Hiertam habẽt M.S. vet. cod. Eutropij Hierdã, ĩpressi Hiarbã. Plut. Ἰάρβαν, Epitoma Hierã.

CAP. XXII.

7 An. vrb. cõ. 673. quib. coss. dictatura se L. Sylla vltro abdicauit. Ap. l. 1. Plut. in Sylla.

CREATIS itaque [7] P. Seruilio & Ap. Claudio consulibus, visus est tãdem Sylla priuatus. Hoc fine conclusa sunt duo bella funestissima, sociale Italicum & ciuile Syllanum. Hæc per annos decem tracta, plus quàm centum quinquaginta millia Romanorum consumpserunt: tantúmque lectissimorum virorum vernaculorúmque militum Roma hoc ciuili bello perdidit, quantum in ea superiore tẽpore, cũ se iam aduersus Alexandrum Magnũ circunspiceret, indiscretis ætatibus cẽsus inuenit. Præterea viros cõsulares viginti quatuor, prætorios sex, ædilitios sexaginta, senatores ferè ducẽtos, absq; innumeris totius Italiæ populis, qui passim sine cõsideratione deleti sunt: quos neget quisq;, si valet, quin eodẽ dãno suo vicerit Roma, quo amisit Italia. Proh pudor. Nunquidnã & hic cõparatione ambigua egent tẽpora? Immò vel maximè, inquiũt. Nam quid tã aptè, quã bellis ciuilibus bella ciuilia comparãtur? An fortè dicetur, etiã in his tẽporibus bella ciuilia nõ fuisse? Quibus à nobis respondebitur, iustius quidem socialia vocari oportere: sed nobis proficere, si ciuilia nominẽtur. I Cũ enim causis vocabulísque ac studiis paria docẽtur omnia, tum sibi in his tãto plus vindicat reuerentia Christianæ religionis, quanto minus præsumpserit potestas irata victoris. Nam cum plerũq; improbi tyrãni temerè inuadentes rempub. vsurpatóque regio statu, Romani imperij corpus abruperint, atque ex eo bella vel per se iniusta importarint, vel in se iusta cõmouerint, Britannis Gallísque populis erecti & instructi, hæc bella quantũ externis proxima, tantũ lõginqua ciuilibus, quid nisi socialia iure vocitentur, cum ipsi Romani ne Sertorij quidem, aut Perpernæ, aut Crixi, aut Spartaci bella, ciuilia vspiam nominarint? In tali ergo defectu, vel perduellione sociorum, minore tũc vtique inuidia laboraret, si fortassis existeret vel grauis pugna, vel cruẽta victoria. Veruntamẽ cum in hisce temporibus omnia plus necessitatis afferant & minus pudoris, hoc est, causa, pugna, victoria, vel pro extinguenda insolentia tyrannorum, vel pro cohibendo sociorum defectu, vel pro inurendo vltionis exemplo, cui tandem dubium est, quãto nunc mitius, quantóque clemẽtius excitata (vt dicunt) bella ciuilia geruntur, immò reprimuntur potius quàm geruntur? Quis enim vnum ciuile bellum K per decem annos his temporibus agitatum audierit? Quis vno bello centum quinquaginta M. hominũ, vel hostiũ ab hostibus, vt non dicã ciuiũ à ciuibus, cæsa meminerit? Quis illam, quam explicare longum est, optimorum atque illustrium virorum multitudinem trucidari in pace cognouerit? Postremò quis illas infames interficiendorum tabulas timuerit, legerit, senserit? ac non potius omnibus notũ sit, vna cunctos pace compositos, atque eadem salute securos, victos victorésque pariter communi exultasse lætitia: ac etiam in tantis totius imperij Romani prouinciis, vrbibus ac populis, vix paucos aliquãdo extitisse, quos iusta vltio inuito etiam victore damnarit? Et vt verbis verba non onerem, non temere dixerim, tantam vel in bello saltem extinctam modo fuisse gregariorum militum manum, quanta tũnc cæsa est in pace nobilium. Igitur Sylla mortuo, [8] Lepidus Marianæ partis assertor, aduersus Catulum Syllanum ducem surgens, rediuiuos bellorum ciuilium cineres suscitauit.

Bella socialia.

De Crixi gladiatorũ duce infra cap. vlt.

8 Ambo coss. erant. an. vr. 675. de quorũ dissentione Cic. Catil. 3. Liu. 9. Ap. l. Plut. in Sylla & Pomp.

A scitauit. Bis tunc acie certatum est. Plurimi Romanorum iam ipsa paucitate miserorũ, & adhuc illo furore insanientium cæsi sunt. Albanorum ciuitas obsidione oppugnata atque excruciata fame, vltima miserabilium reliquiarũ deditione seruata est. Vbi tunc Scipio Lepidi filius, captus atque occisus est. † Brutus in cisalpinã Galliã fugiens, persequente Põpeio, apud Rhegiũ interfectus est. Ita hoc bellum ciuile non magis clementia Catuli, quàm tædio Syllanæ crudelitatis, vt ignis in stipula, eadem celeritate qua exarsit, euanuit.

CAP. XXIII

Belli Hisp. Pãph. Maced. Dalm.

ANNO ab vrbe condita sexcentesimo septuagesimo tertio, sonantibus vndique bellorum fragoribus, quorum vnum in Hispania erat, aliud in Pãphylia, in Macedonia tertium, quartum in Dalmatia, exanguis adhuc atque exhausta intestina pernicie tanquam febribus Romana respublica, propulsare armis occidẽtis septentrionísque fortissimas gentes cogebatur. Sertorius siquidem vir dolo atque audacia potens, cum partium Marianarum fuisset, Syllam fugiens, ex Africa dilapsus in Hispanias, bellicosissimas gentes in arma excitauit. Aduersus hũc, vt breuiter definiã, duo duces missi Metellus & Domitius: quorum Domitius ab Hirculeio * Sertorij duce, cũ exercitu oppressus est. B Manilius proconsul Galliæ in Hispaniam cum tribus legionibus & mille quingẽtis equitibus transgressus, iniquam cum Hirculeio pugnam conseruit: à quo castris copiísque nudatus, in oppidum Ilerdã penè solus refugit. Metellus multis præliis fatigatus, per deuia oberrans, hostem mora fatigabat, donec Pompeij castris consociaretur. Pompeius contracto apud Pallantiã exercitu, Lauronem ciuitatem, quam tunc Sertorius oppugnabat, frustra conatus defendere, victus aufugit. Sertorius superato fugatóque Pompeio, Lauronem captam cruentissimè depopulatus est: reliquũ agmẽ Lauronensium, quod cædibus superfuerat, miserabili in Lusitaniam captiuitate transduxit. Pompeium autem, hoc est, illum Romanorum ducem, à se victum fuisse gloriatus est: quem magna præditũ fiducia, ad hoc bellum † non pro consule, sed pro consulibus Roma misisset. Fuisse tunc Pompeio triginta millia peditum & mille equites, Galba scribit: Sertorium autem sexaginta millia peditum, octo millia equitum habuisse commemorat. Postea verò Hirculeius cũ † Metello congressus, apud Italicam Beticæ vrbem, viginti millia militum perdidit: victúsque in Lusitaniam cum paucis refugit. Põpeius Segidã nobilem Celtiberiæ vrbem cepit. Sertorius deindè cum Pompeio congressus, decem C milia militum eius interfecit. Ex alio cornu vincẽte Põpeio, tantundem penè ipse perdidit. Multa inter eos prætereа prælia gesta sunt. Mẽmius quæstor Pompeij, idémque vir sororis eius, † occisus est: Hirculei fratres interfecti. Perperna, qui se Sertorio iunxerat, comminutus est. Postremò ipse Sertorius † decimo demum anno belli inchoati, iisdem quibus & Viriathus, suorũ dolis interfectus finem bello fecit, Romanísque victoriam sine gloria dedit: quamuis Perpernam postea pars exercitus eius secuta sit, qui à Pompeio victus, cum vniuerso exercitu suo interfectus est. Ciuitatibus vero cunctis vltro ac sine mora per deditionem receptis, duæ tantum restiterunt, hoc est, Vxama & Calaguris: quarum Vxamam Pompeius euertit, Calagurim Afranius iugi obsidione confectam, atq; ad infames escas miseranda inopia coactã, vltima cæde incendióque deleuit. Percussores Sertorij præmiũ ne petendũ quidẽ à Romanis esse duxerũt, quippè qui meminissent antea Viriathi percussoribus denegatũ. Et quãuis nullo tunc prẹmio patrauerint Romanam securitatem, tamen fortis fide ac viribus semper Hispania, cum optimos inuictissimósque reges reipub. dederit, nullum vnquã tyrannorũ ab initio vsq; in hodiernũ diem vel de se editum misit, vel in se extrinsecus incurrentem viuum D potentémve dimisit. Interea Macedonicũ bellum Claudius sortitus, varias gentes quæ Rhodopeis mõtibus circũfusæ sunt, ac tunc Macedoniam crudelissimè populabantur: (nam inter cætera dictu auditúque horrida, quæ in captiuos agebant, raptis, cum poculo opus esset, humanorum capitum ossibus, cruẽtis capillatísque adhuc, ac per interiores cauernas malè effosso cerebro oblitis auidè ac sine horrore, tanquam veris poculis vtebantur, quarum cruentissimi atque immanissimi Scordisci erant) has itaque vt dixi, Claudius pellere Macedoniæ finibus bello attentauit, magnísque se malorũ molibus obiecit: vnde cum animo æger, & curis circunseptus, morbo insuper correptus esset, interiit. Huius successor Scribonius attentatarum superiore bello gentium vim declinans, in Dardaniam arma conuertit, cámque superauit.

** App. lib. 1. Plut. in Sert. Liu. l. 90.*

† Lege Plut. in Pomp. † Met. victor. de Hircul. li. 91. Front. 2. Stratag.

† In agro Segũtino Plut. in Sert.

† Eut. octauo decimo. Cusp. autem emendauit, octauo demũ anno.

Suprà ca. 4.

Liu. lib. 91. Eutr. 6.

Publius verò Seruilius ex consule, Ciliciam & Pamphyliam crudelissimè adortus, dum subdere studet, pene deleuit. Lyciam & vrbes eius obsessas oppressásque cepit. Præterea Olympum mõtem peruagatus, Phaselim euertit, Corycum diruit, Tauri quoque montis latera in Ciliciam vergentia E perscrutatus, Isauros bello fractos, in ditionem redegit: primus Romanorum per Taurum duxit exercitum, ac limitem itineris fecit. Triennio emenso, quo bellum gestum est, Isaurici nomẽ assumpsit Cosconius proconsule sortitus Illyricum, protrita subactáque Dalmatia, Salonas vrbem florentissimam post biennium tandem expugnauit & cepit.

Eut. 6. Liu. li. 92. & 95.

Salust. li. 1. Prisc. 15.

C. Cosconius. Eutr. li. 6.

CAP. XXIIII.

† Eutrop. hic annus est 678.

ANNO ab vrbe cõdita † sexcẽtesimo LXXIX. Lucullo & Cassio cõsulibus, gladiatores LXXIIII. Capuæ à ludo Cn. Lentuli diffugerunt: qui cõtinuò, ducibus Crixo & Oenomao Gallis, & Spartaco Thrace, Vesuuium montem occuparunt. vnde erumpentes, Clodii prætoris, qui eos obsidione cinxerat, castra expugnarunt: ipsóque in fugam acto, cuncta in prædam verterũt. Inde per Consentiam & Metapontum circunducti, ingentia breui agmina collegerunt. Nã Crixo X. milliũ multitudo, Spartaco autem triplex tũc numerus fuisse fertur. Oenomaus enim iam in superiore bello fuerat occisus. Itaque cum cædibus, incendiis, rapinis, stuprísque omnia miscerent, in exequiis captiuæ

matronæ, quæ ſe dolore violati pudoris necauerat, munus gladiatorũ ex quadringẽtis captiuis ſcili- F
Crixum circa Garganũ mõtẽ oppreſſum ſcribit Appia. cet, qui ſpectandi fuerant, ſpectaturi, vtpotè laniſtæ, gladiatorum potius quàm militum principes, ediderunt. Deinde conſules Gellius & Lentulus aduerſus eos cũ exercitu miſſi, quorũ Gellius Crixum acerrimè pugnantem prælio oppreſſit. Lentulus à Spartaco ſuperatus aufugit. Pòſt etiã collatis fruſtra ambo conſules copiis, accepta graui clade, fugerũt. Dehinc C. Caſſium proconſulem idem
Hannibal ad portas. Cic. 1. Philip. Spartacus oppreſſum bello interfecit. Itaque exterrita ciuitate non minore propemodũ metu, quã ſub Annibale circa portas fremente trepidauerat, ſenatus Craſſum cum legionibus cõſulum nouoque ſupplemento militum miſit. Is mox vt fugitiuorum pugnam iniit, ſex millia eorũ interfecit, nõgentos vero cepit. Inde prius quàm ipſum Spartacum ad caput Silari fluminis caſtrametãtem bel-
Numerus interfectorum. Liu. 67. lo aggrederetur, Gallos auxiliatores eius Germanóſque ſuperauit: è quibus triginta millia hominũ cum ipſis ducibus occidit. Nouiſſimè ipſum Spartacum diſpoſita acie congreſſum, maximáſque cũ eo fugitiuorum copias perculit. Nam ſexaginta millia eorũ cæſa, ſex millia capta referũtur: tria millia ciuium Romanorum recepta ſunt. Cæteri qui ex hoc bello lapſi oberrabant, per cõplures duces frequenti indagine attriti ſunt. At ego iterum ac ſæpius repeto, nunquidnam & hic comparatione G
Bella varia. aliqua egent tẽpora? Quis rogo audire nõ horreat, non dicã bella talia, ſed vel nomina tãta bellorũ externa, ſeruilia, ſocialia, ciuilia, fugitiuorũ? quæ ne ſic quidem ſaltem ſeſe, vt cõmoti maris fluctus, quãuis molibus magnis ſequuntur, ſed vndique diuerſis cauſis, vocabulis, formis, maliſque excitata coaceruatáque cõcurrunt. Vt è proximo repetam, & infame illud ſeruile præteream, Iugurthinum bellũ nondum adhuc ab Africo detonuerat, iam Cimbricũ à circio fulminabat. De Cimbricis illis nubibus adhuc fœdi vaſtíque torrẽtes effuſi ſanguinis agebantur, iã ſocialis belli nebulas in magna continuo malorũ nubila coituras, miſera exhalabat Italia. Adhuc verò poſt infinitã crebrãque Italici belli tẽpeſtatem diſcurri tutò per Italiã minimè poterat: ita omnes abſque illis periculoſiſſimis inimicarũ vrbiũ voraginibus, diſſoluta ac lubrica pace titubabãt: iam ſibi Marianum atque Cinnanum Roma parturiebat excidiũ, & aliud è diuerſo oriens atque aquilo, hoc eſt, Mithridaticũ minabatur, quod quidem Mithridaticum à ſuperioribus cœptũ, porrò in vlteriora porrigitur. De Mariana face rogus Syllanæ cladis accenſus eſt, de iſto rogo funeſtiſſimo Syllani & ciuilis belli per plurimas terrarũ partes ardentes ſudes ſparſi ſunt, multáque incendia ex vno fomite diffuderunt. Nã Lepidus & H
Scipio in Italia, Brutus in Gallia, Domitius Cinnæ gener in Africa, Carbo in Coſſura & Sicilia, Perperna in Liguria, & poſt cum Sertorio in Hiſpania, omniumque atrociſſimus Sertorius in eadẽ Hiſpania, hæc tũc ciuilia, vel quo alio dicẽda ſunt nomine, bella excitãtes, de vno multa, de paruo magna fecerũt, abſq; illis tribus vaſtiſſimis bellis, quę tũc externa vocabãtur, hoc eſt, Pãphylico, Macedonico, atque Dalmatico, diſſimulato etiã magno illo Mithridatico longè omniũ diuturniſſimo, infeſtiſſimo, ac formidoloſiſſimo: deindè adhuc Hiſpaniẽſi Sertoriano nõdũ finito, immò adhuc ipſo viuẽte Sertorio, hoc fugitiuorũ, & vt verius dicã gladiatoriũ bellũ inhorruit, iã non ſpectandũ paucis, ſed vbique metuendum. Quod quia fugitiuorũ bellũ dicitur, nemini vile habeatur ex nomine. Sæpè in eo ſinguli, & aliquãdo ſimul cũ agminibus fruſtra iunctis ambo conſules victi ſunt, plurimique nobiles trucidati. Ipſi autem fugitiui plus quàm centũ millia fuere, qui cæſi ſunt. Ex quo admonemus, vt ipſa cõſoletur ſe Italia de vexatione externorum præſentium per recordationem præteritorũ, ex ſe atque in ſeipſam incõparabiliter crudelius dilacerãtiũ. Quamobrẽ huic quinto volumini I
iã finẽ fecerim, vt bella ciuilia externis vbique permixta, vel quæ dicta ſunt, vel etiã quæ ſequuntur, quia ſic ſibi ſerie tẽporũ & malis ſequacibus cohæſerũt, libri ſaltem termino ſeparentur.

PAVLI OROSII HISPANI
ADVERSVS PAGANOS HISTORIARVM LIBER SEXTVS.

CAPVT I.

MNES homines cuiuſlibet vel ſectæ, vel vitæ, vel patriæ ita ſemper ad proſpectum prudentiæ naturali bono eriguntur, vt oblectamento corporis rationale mẽtis, & ſi nõ actu præferãt, iudicio tamen præferendũ ſciãt. Quæ mens ratione K
Deus ad tẽpus cotemni, ſed ignorari non poteſt. duce illuſtrata in medio virtutũ, quibus genuino fauore, quãuis vitiis inclinetur, aſſurgit, ſcientiam Dei quaſi arcẽ proſpicit, Deum enim quilibet hominum contemnere ad tempus poteſt, neſcire in totum non poteſt. Vnde quidam hinc iam vel auctoritate veritatis operante, tum ipſa etiam ratione diſcutiente diſceſſum eſt. Quippè cum & philoſophi eorum: vt de noſtris ſanctis ſileam, dum intento mentis ſtudio quærunt, ſcrutantúrque omnia, vnum Deum auctorem omnium repererunt, ad quem vnum omnia referuntur, vnde etiam nunc pagani, quos iam declarata veritas de contumacia magis quàm

de

A de ignorantia cõuincit, cũ à nobis diſcutiuntur, nõ ſe plures deos ſequi, ſed ſub vno deo magno plu- *Deum fatentur vnum Pagani.*
res miniſtros venerari fatentur. Reſtat igitur de intelligẽtia veri dei per multas intelligendi ſuſpiciones cõfuſa diſſenſio, quia de vno deo omnium penè vna opinio eſt. Hucuſque humana ſcrutatio, etſi cum labore deliberare potuit: at vbi ratiocinatio defecit, fides ſubuenit. Niſi enim crediderimus, nõ intelligemus. Ab ipſo audias, ipſique deo credas, quod verũ velis ſcire de deo. Itaque idẽ vnus & verus deus, in quem omnis, vt diximus, etſi ex diuerſis opinionibus, ſecta concurrit, mutans regna & diſponens tẽpora, peccata quoque puniẽs, quæ infirma ſunt mundi elegit, vt cõfundat fortia, Roma- *Rom. Imp. creuit è minimis*
númque imperiũ aſſumpto pauperrimi ſtatus paſtore fundauit. Hoc per reges & cõſules diu prouectum, poſtquam Aſiæ, Africæ atque Europæ potitum eſt, ad vnum imperatorem, eundémque fortiſſimum & clemẽtiſſimum, cuncta ſui ordinatione congeſſit. Sub hoc imperatore, quem omnes ferè gentes amore & timore permixto iuſtè honorarẽt, deus verus, qui ſuperſtitione ſolicita ab ignorãtibus colebatur, magnum illum intelligentiæ ſuæ fontem aperuit, promptiúſque per hominẽ doctu-
B rus homines filium ſuum miſit operãtem virtutes, quæ præcellerent hominem, coarguẽtémque dæmonas, quos aliqui deos putauiſſent, vt qui ipſi tanquam homini nõ credidiſſent, operibus tanquam
* dei crederẽt, deindè, vt in magno ſilentio ac pace latiſſima inoffenſè & celeriter noui nominis gloria, & annũtiatæ ſalutis velox fama percurreret: vel etiam, vt diſcipulis eius per diuerſas gentes euntibus, vltró que per cunctos ſalutis dona offerẽtibus, obeundi ac differendi, quippè Romanis ciuibus inter eiues Romanos eſſet tuta libertas. Quod ideo commemorandũ putaui, quia hic ſextus libellus vſque ad Cæſarem Auguſtum, de quo hæc dicuntur, extẽditur. Quod ſi aliqui hanc lucidiſſimã *Libri huius termini.*
rationem irritam putant, ſuíſque diis potius aſſignant, quos primum prudẽtia elegerint, deindè præcipuo cultu inuitarint, vt ſibi per eos ampliſſimum hoc pulcherrimúmque imperium conderetur: ſic enim iactitãt, quia ipſi optimo genere ſacrorum emeruerint præcipuum deorum fauorẽ, quibus ademptis vel prætermiſſis, diſceſſerint omnes adytis atíſque relictis dij, quibus imperium hoc ſteterat: vnde quamuis reuerẽtia ſanctitatis tuæ multa fortiſſimè veriſſiméque diſſeruerit, tamen & mihi locus exigit, vt pauca ſubiiciam. Si Romani colẽdo deos emeruerunt fauorẽ deorum, & non colendo amiſerunt, vt ipſe Romulus parẽs Romę inter tot mala ab ipſo ortu ſuo ingruẽtia ſaluus eſſet colẽdo
C quis meruit? An Amulius auus, qui expoſuit ad necem? An pater, qui incertus fuit? An Rhea mater ſtupri rea? An Albani parentes, ipſa quoque ab initio nominis germina perſequentes? An tota Italia, *Romani quã falſò ſuperſtitioni tribuerent fœlicitatem imperij.*
quæ per quadringentos annos dum audere potuit excidio eius inhiauit? Nõ, inquiunt, ſed dij ipſi, quia ſe colẽdos ſciebant, futuros cuſtodiere cultores. Ergo præſcij ſunt. Si præſcij ſunt, cur hoc imperium inter tot annórum ſęcula eo potiſſimum tẽpore ad ſummam potentiæ arcẽ perduxerũt, quo ſe ille naſci inter homines atque agnoſci vt homo voluit, poſt huius nomẽ & ipſi pro nihilo cõtempti ſunt, & cum vniuerſo mundo etiam illi, quos ipſi prouexerant, cucurrerunt? Sed humiliter obreſit, inquiunt, & latenter intrauit. Latentis & humilis vnde tam celebris fama? tam indubitata fides? tam manifeſta potentia? Signis quibuſdam & virtutibus mẽtes hominum ſuperſtitione ſolicitas cepit & tenuit. At hæc ſi potuit homo, dij magis poſſe debuerunt. An quia ille hanc potentiam à patre ſibi traditam prædicabat, peruentum eſt aliquando ad intelligentiam illius noti & ignoti dei, quam apprehendere, vt dixi, nemo niſi per ipſum poteſt? Nec quiſquã poteſt niſi qui toto ſe perſpecto ac deſpecto, cõuerſus ad ſapientiam dei omnem quærendi ratiocinationem trãſtulerit ad credẽ-
D di fidem. Veruntamen breuiter diſcutio: Dij iſti, quos tantos ferunt, vt Romanam Rempub. & propitij prouexiſſe, & auerſi afflixiſſe videantur, eò certè tempore, quod palã conſtat, quonaſci Chriſtus voluit, & annuntiari gentibus cœpit, deuotiſſimè atque intentiſſimè colebantur. Ita illi conſulentes *Dij gentium chriſto reſiſtere nõ potuere.*
& ſibi & cultoribus ſuis, non potuerũt vel reprimere vel repellere ſuperſtitionem eius, propter quam ſpernendos ſe cultoréſque ſuos deſtituendos viderent: quanquam ſi ab inuitis danda venia, nec deſerendi fuerunt, ſi à voluntariis ſeruanda præſcientia, nec prius fuerant adiuuandi. Hoc factum eſt, in quiunt: nam excitauimus gẽtes, accendimus reges, inſtituimus leges, diſpoſuimus iudices, præparauimus pœnas ſuppliciis & crucibus, orbẽ totum ſcrutati ſumus, ſi quo modo Chriſtianum nomẽ & cultus vniuerſo mũdo poſſet abradi. Hoc eatenus factũ eſt, donec fœcũda crudelitas couſque inter tormẽta ac per tormẽta proficeret, quãdiu ipſum regiũ culmẽ, per quod ſolũ prohiberi potuerat, occuparet. Et quid poſtea cõſecutum eſt? Imperatores, inquiunt, Chriſtiani ceſſare ſacra, & clau-
E di templa iuſſerunt, atque ideò exceſſere omnes adytis, atíſque relictis dij, quibus imperiũ hoc ſteteret. O quãta & quã inoffenſa lux veritatis eſt, ſi non aduerſus eam vltrò ſeſe offerentẽ imbecilli infœ- *Hemiſt. eſt ex 2. Æn.*
liciter oculi clauderentur! Si Chriſtiana fides per multa retrò tẽpora ſæuientibus vndique aduerſum ſe gẽtibus, regibus, legibus, cædibus, crucibus ac mortibus reprimi nullo modo potuit, immò vt dixi, inter hęc & per hæc creuit, cultus autem idolorum iam quodam modo ex ſe deficiens ac ſibi erubeſcẽs ad vnam clementiſſimã iuſſionem ſine vllo pœnali terrore ceſſauit, cui dubiũ eſt, hoc per iſtius intelligentiæ demonſtrationẽ de creatore ſuo tandem innotuiſſe creaturæ, quod illa eatenus per varias ratiocinationes mentis intentæ quãlibet aliis offuſcata, quæfierit, ac per hoc ſtatim amori eius, quẽ etiã ignorãs dilexerat, inhæſiſſe? Nec igitur mirũ eſt, ſi in magna familia inueniũtur aliqui ſeruí, qui conſuetudine, laſciuiáque ſeductorũ aſſuefacti, patiẽtia domini ſui ad contẽptũ ipſius abutãtur, vnde & meritò deus vel ingratos, vel incredulos, vel etiã cõtumaces variis correptionib° arguit: quod ſemper vtique fatendum eſt, tũc tamen præcipuè, quãdo adhuc per vniuerſum mũdum nulla

erat ecclesia, quæ interuentu fidelium precum meritas mundi pœnas, iustũque iudicium dei, exorata, ipsius clementia temperaret. vnde etiam hæc, quæ mala hominibus videtur qualiacunq; sunt, F
grauiora sine dubio omnia fuerunt, sicut ipso, quo cœpta sunt ordine, probabuntur. Bellũ Mithridaticum, vel, vt verius dicam, belli Mithridatici clades multas secum inuoluens prouincias tracta &
Bellum Mithrid. 40 annorum. superiore lib. cap. 19. protenta per quadraginta annos fuit. Nã sexcentesimo sexagesimo secũdo (vt dixi) anno ab vrbe cõdita, quo etiã primum ciuile bellum cœperat, inardescens, cõsulatu Ciceronis & Antonij, vt verbis poetæ optimi loquar, Barbarico vix consummata veneno est. Sed in his temporibus, triginta gerendi belli inueniuntur anni. Qualiter autem XL. à plerisque dicti sint, non facilè discernitur.

CAP. II. *Ead. Eutr. lib 5. App. in Mithr. & Iust. 38.* IGITVR Mithridates rex Ponti atque Armeniæ, postquam Nicomede Bithyniæ regem amicum populi Romani regno priuare molitus est, atque à senatu monitus, si facere tentaret, bellum sibi à populo Romano inferendum fore, iratus Cappadociam cõtinuò peruasit, atque expulso ab ea Ariobarzane rege, cunctã prouinciam igni ferróque vastauit, Bythyniã deinde pari clade corripuit, Paphlagoniã simili exitu afflixit, pulsis ex ea Pylæmene & Nicomede regib⁹. Pòst cũ venisset Ephesum, crudeli præcepit edicto, vt per totam Asiã quicunque inuenti essent ciues Romani, sub vna G
Huius edicti meminere App. Liu. lib. 78. Flor. 3. c. 5 Cic. pro lege Manil. die omnes necarentur. Et factum est. Nec explicari aut comprehendi vllo modo verbis potest, quæ tunc multitudo Romanorum ciuium cæsa sit, quis mœror plurimarũ prouinciarũ, quis gemitus occidendorum pariter atque occidentium fuerit, cũ singuli quique aut prodere innocẽtes hospites & amicos, aut ipsi periclitari pœna hospitũ cogerentur. Archelaus quoque dux Mithridatis cum centum viginti millibus peditum atque equitum in Achaiam præmissus, Athenas cunctámque Græciã partim vi, partim deditione obtinuit. Sylla cui post consulatum Mithridaticum bellum obuenerat,
** ad Charoneam App. †App. & plu. octogintamil. * al. quinquaginta millia. Sed male, vt adnotauit Marcodurans.* Archelaum apud Piræum Atheniẽsium portum septemplici muro cõmunitum diu obsedit, ipsam Athenienſium vrbem vi cepit, ac postea iusto prælio * cum Archelao cõflixit. Centũ & decem millia de exercitu Archelai interfecta, vix decem millia superfuisse referuntur. Comperta clade Mithridates† lectissima septuaginta millia militum Archelao in subsidiũ misit ex Asia. Secũdo prælio† XV. millia ex his interfecta sunt, ibíque Diogenes Archelai filius trucidatus est. Tertio bello omnes copiæ quas Archelaus habebat, extinctæ sunt. Nã viginti millia militũ eius in paludem pulsa, cum Syllæ fidẽ implorarẽt, insatiabili victoris ira interfecta sunt, totidẽq; alia in flumẽ coacta ac necata, reli- H
qui miserorũ passim trucidati sunt. Porrò autẽ Mithridates in Asia nobilissimarũ vrbiũ principes occidere, bonáq; eorũ publicare animo intẽderat. Cũq; iã MDC. ita interfecissẽt, Ephesij excẽplũ verẽtes, excluso præsidio eius, portas obiecerũt. Similiter Smyrnæi, Sardi, Colophonij, Trallianíque fecerũt. Perturbatus Mithridates, per Archelaũ ducem suũ cũ Sylla de pace pepigit. Interea Fimbria
Fimbria App. in Mithr. Plin. in Syl. Str. 13 Li. 82. Vel. 2. Marianorum scelerũ satelles, homo omniũ audacissimus, Flaccũ cõsulem, cui legatus erat, apud Nicomediã occidit: acmox arrepto exercitu Mithridatis filium ex Asia ad Miletopolim fugãs, stationẽ regis inuadit, ipsúmq; Pergamo pellit, fugientẽq; insecutus apud Pithanã obsedit: & profectò cepisset si L. Lucullus ciuilib. discordiis curã reipub. prætulisset, eũque mari coartare obiecta classe voluisset. Inde Fimbria Ilienſibus iratus, à quibus pro Syllanæ partis studio obiectu portarum repulsus videbatur, ipsam vrbem Ilium, antiquam illam Romæ parentem funditus cæde incẽdióque deleuit.
De Ilij excidio App. & lib. Str. 13. Sed eam Sylla continuò reformauit. Idem Fimbria apud Thyatira cum ab exercitu Syllæ obsideretur, desperatione adactus, in templo Æsculapij manu sua interfectus est. Fannius & Magius de exercitu Fimbriæ profugi, Mithridati sese adiunxerunt: quorum hortatu Mithridates cum Sertorio per I
legatos in Hispaniam missos, fœdus pepigit. Sertorius ad eum Marcum Marium firmandi fœderis causa misit. Quem rex apud se retentum, breui ducem fecit in locum Archelai, qui se ad Syllam cum vxore liberísque contulerat. Marius & Eumachus duces à Mithridate aduersus Lucullum missi, magno exercitu breui congregato, cum P. Rutilio apud Chalcedona congressi sunt, eumque cum plurima exercitus ipsius parte cæciderunt. Lucullus Mithridatem Cyzicenos obsidentem, fossa cinxit:
Natator insignis. eúmque quod faciebat, pati compulit: atque ad ipsos Cyzicenos, vt bono animo essent, nuntium misit vnum ex militibus nandi peritum: qui duobus vtribus suspensus, mediam ipse regulam tenens, plantísque subremigans, septem millia passuum transmeauit. Mithridates inopia laborans, partem copiarum instructam armis, domum abire præcepit: quam Lucullus excipiens, vniuersam disperdidit. Nam ampliùs quàm quindecim millia hominum tunc interfecisse narratur. Tunc etiã Fannius, qui se Mithridati iunxerat, & Metrophanes regius prætor, è Mamerco victi, cum duo-
bus millibus equitum in Mœsiã profugerunt: atque inde in Mæoniã digressi, in colles cãposque Ina- K
rimos inciderũt, vbi non solum montes vsti, vel saxa quasi quadam fuligine offuscata cernuntur, verumetiam cãpi ambusto solo squalidi, per quinquaginta millia passuum, sine vllo ignis vel fornacis indicio, & pendulo in profundum cinere putres iacent. Tribus etiam locis torridæ voragines ostenduntur, quas Græci physas vocant: in quibus diu oberrãtes, inopinatis tandẽ periculis exempti sunt,
Epitome Liuiana lib. 49 & clam in regis castra venerunt. Deiotarus rex Gallogræciæ, præfectos regis bello trucidauit. Interea Mithridates apud Cyzicum eadem mora, qua obsidebat obsessus, in magnam penuriam pestilentiámque exercitum suum coartauit. Nã plus quã trecenta millia hominum fame & morbo in eadem obsidione amisisse fertur: ipse cum paucis arrepta nauicula fugit è castris. Lucullus in cruento milite spectator cladis alienæ, nouũ genus victoriæ adeptus est: moxque Mariũ adortus, vicit fugatúsque. In quo prælio plus quam vndecim millia Marianorũ militum interfecta referuntur. Lucullus

A lus postea cum eodem Mario nauali prælio congressus, triginta & duas naues regias, & complures onerarias, aut demersit aut cepit. Multi ibi ex his quos Sylla proscripserat, interẽpti sunt. Marius postera die de spelũca, vbi latebat, extractus, meritas hostilis animi pœnas luit. Eodẽ verò Lucullus † *Plin. lib. 5. cap. vlt.* impetu Apamiam vastauit, & sub monte Olympo † Prusam munitissimam ciuitatem captam expu- † *Appia.* gnatámque diripuit. Mithridates aduersus Byzantium instructa classe nauigãs, tẽpestate correptus, † octoginta rostratas naues perdidit. Ipse cum quassata iam naui mergeretur, in myoparonẽ Seleuci piratæ, ipso pirata iuuante, transiliuit. Inde Synopẽ, ac post Amisum cũ magna difficultate peruenit.

EODEM anno apud Romã Catilina incesti accusatus, quod cũ Fabia virgine Vestali cõmisisse argue- CAP. III.
batur, Catuli gratia fultus euasit. Lucullus Sinopẽ expugnaturus obsederat. Hanc Seleucus archipi- *Hanc Fabiam Asconius & Plut. in Catone facium sororẽ Terẽtia Ciceronis. Eutr. & Sex. Ruffus. Pomp. & M. Crasso. 1. Coss. an. urb. 683.*
rata & Cleochares spado, qui præsidij causa præerant, expilatam atque incensam reliquerũt. Luculrata & Cleochares spado, qui præsidij causa præerant, expilatam atque incensam reliquerũt. Lucullus miserorum hostium intestina clade permotus, celeri occursu immissum restinxit incendium. Ita
misera ciuitas, versa vice hostium sociorúmque, vnde defendenda, disperdita, & vnde disperdenda, seruata est. At verò M. Lucullus qui Curioni in Macedonia successerat, totam Bessorum gẽtem bel-
B lo appetitã, in deditionẽ recepit. Eodem tempore Metellus Siciliæ prætor, cũ fœdissima illa C. Ver-
ris prætura Siciliam afflictam inuenisset, maximè *Pyrganione archipirata nefariis prędis & cædibus dilacerante, qui pulsa classe Romana, Syracusanum portum obtinuerat, quẽ mox nauali terrestríq; prælio cõminutum, Sicilia decedere compulit. Prætera Lucullus trãsgressus Euphratẽ & Tigrim, apud Tigrano certam vrbem cum Mithridate & Tigrane cõgressus, paruissima suorũ manu magnũ hostiũ numerum occidit. Nã triginta † millia hominũ in eo bello cæsa referuntur. Tigranes vix CL. equitibus comitatus aufugit, diademate & thiara ne agnosceretur abiectis. Tũc ad Lucullum totius penè orientis supplices venere legati, is imminẽte hieme, per Armeniã in Mesopotamiã regressus, † Nisibin vrbem illis in locis tunc inclytam expugnauit & cepit.

** Pergamone aut Pergamanone.*

IISDEM diebus piratæ per omnia sparsi maria, etiam non tantum intercipientes nauium cõmea- CAP. IIII.
tus, sed etiam insulas prouinciásque vastantes, impunitate sceleris & auiditate prædæ vulgò sese asso- *Bellum pyraticum Dio. li. 36. Liu. 99. Flor. 3. c. 6. Cic. Orat. pro leg. Manil. Bellum Cretic. cum Xiphil. in Pomp. Liu. 98. Vel. 2.*
ciantibus, in immensum augebãtur: quos Cn. Põpeius post multam quidem vastationẽ, quam terra
C marique diu egerant, mira tamen celeritate compressit. Eodẽ tempore Cretam insulã per biẽnium Metellus euertit, diuturnóque bello domitam in potestatẽ redegit, legésque Minois Romanis legibus permutauit. Põpeius postea successor † Luculli, in minori Armenia iuxta mõtẽ Dastracũ castra regis obsidione cõclusit. Rex cũ omnibus copiis, eruptione per noctẽ facta, insuper etiã persequentem bello repellere statuit. Pompeius fugientes persequi intendit. Itaque bellum nocte commissum est. Luna tunc orta, à tergo Romanis erat. Regij lõgitudine vmbrarum proximitatẽ hostiũ rati, cũ-
cta in irritum tela fuderunt. Romani veluti inermes postea aggressi, sine labore vicerunt. Nanq; de exercitu regio quadraginta millia cæsa vel capta sunt. Romani vulnerati mille, vix autẽ quadraginta interfecti. Rex inter tumultus belli fuga lapsus, adiutus etiã beneficio subluſtris noctis, euasit: relictúsque ab omnibus amicis, philosophis, scriptoribus rerũ vel carminũ, ac medicis sol⁹ per deuia equũ manu trahẽs, atq; ad omnes nocturnos strepitus trepidãs, in quoddã castellũ diuertit, atque inde in
Armeniã perrexit. Põpeius regẽ insecuturus, inter duo flumina quæ ab vno mõte diuersis specubus exoriuntur, hoc est, Euphratem & Araxem, vrbem Nicopolim senibus lassis & ægris volentibus cõ-
D didit. Oranti Tigrani veniam dedit. Exercitum Orodis Albanorum regis, præfectósq; eius ter prælio vicit: postea epistolas Orodis & munera cum Albinis pace instaurãda libenter accepit. Artocem regem Iberiæ bello fudit, totámq; Iberiam in deditionem accepit. Inde cum Armeniam, Colchos, Cappadociam & Syriã ordinatis rebus composuisset, promouẽs de Põto in Parthiã, ad Ecbatanam vrbem caput Parthici regni quinquagesimo die venit.

** 102. vocatur iste Bithocus auctor de vir. illust. Sithocũ App. Βιττοτον nominat. vide ne vtrobique Bitoctum sit scribendum.*

IN Bosphoro Mithridate cerealia sacra celebrante, terræmotus adeo grauis repentè exortus est, vt CAP. V.
magna clades ex eo vrbium atque agrorum secuta narretur. Eodem tẽpore Castor Mithridatis præ- *Terræmotus Diod. lib. 37. † Str. lib. 7.*
fectus, † qui Phanagorio præerat, interfectis amicis regiis arcem occupauit, & † quatuor Mithridatis
filios ad præsidia Romana transmisit. Mithridates accensus ira, in scelera exarsit. Nã cõplures tunc amicos suos, & Exipodram filium suum interfecit, cum antea iã alium Macharem nomine parricidio trucidasset. Pharnaces alter filius eius exemplo fratrum territus exercitum ad persequẽdum sese missum, sibi cõciliauit, & mox aduersus patrem duxit. Mithridates diu ex altissimo muro filiũ frustra precatus, vbi inexorabilem vidit, moriturus exclamasse fertur: Quoniã Pharnaces, inquit, mori
E iubet, vos si estis dij patrij, precor, vt quandoque & ipse hanc vocem à liberis suis audiat. Statimque descendens ad vxores, pellices ac filias suas, venenũ omnibus dedit. Quod cũ ipse nouissimus hausisset, nec tamen propter remedia, quibus vitalia sua aduersus noxios succos sæpè obstruxerat, veneno confici posset, frustráq; spatiaretur, si quo tandem modo infusa pestis per venas vegetatione corporis acta discurreret, † Gallum quendam militem iam fracto muro discurrentẽ inuitauit, eíque iugulũ
præbuit. Hũc exitũ vitæ Mithridates habuit, nobíssque sentẽtiæ suæ fortissimum argumẽtũ reliquit. si homo omnium, vt ferunt, superstitiosissimus, annos natus septuagintaduos, habens secum semper philosophos, omniúmque artium peritissimos. Si estis, inquit, dij patrij. Ita ille diu colẽdo, ac diu quę rendo perspexerat, hos non esse certos deos, qui esse putabãtur. Rex multæ experictiæ atque æuo grauis, verũ deũ, ad cuius notitiam non nisi auditu per fidem venitur, non intelligebat. Hos autem falsos esse rationis ipsius luce peruiderat, aliud consuetudini, aliud menti suæ tribuens. Si estis,

inquit,dij,hoc est dicere,ego sentiẽs esse super hominẽ potentiorem ipso homine potestatem, precandi necessitate motus commendo diligentiam,&excuso ignorantiam meam. Inuoco qui est,dum conuenio qui non est. Quapropter cum dolore & timore considerandum est,qua pœna, quóve iudicio digni erunt,qui contra interdictũ iam propalatæ & publicæ veritatis eos sectantur & colunt Deos, de quibus etiam illi iã tunc dubitare poterant,qui adhuc præter eoidẽ scire nihil poterãt. Veruntamen breuiter consulo,qualia tunc toto orienti tempora videbãtur, cũ per quadraginta annos miseræ nationes alternis tantorum ducum vastationibus terebantur:cum quæque ciuitas tãtis cõcursibus media ineuitabiliter periclitabatur,inde accensura alterum,vnde alterum temperasset:hoc mox habitura supplicij,quod remedij ad tempus habuisset:cum trepidæ diuersarum prouinciarum legationes inter succedentes Romanorum duces,& truculentiorem notitia Mithridatem, alternis ad vtrumq;,prout quenque fors belli attollebat,incertis satisfactionibus tranferebantur, augendo pericula quæ sanabant. Nunc quid continuò Pompeius,& quidem Pompeius homo Romanorum moderatissimus,per plurimas partes orientis,finito Mithridatico bello egerit,paucis proferam.

CAP. VI. *Aliis est annus 690. Pomp. domat Syriam, Phœnic. & Palæst.*

ANNO ab vrbe condita DCLXXXIX.M.Tullio Cicerone,& C.Antonio consulibus, Pompeius occisi Mithridatis nuntio accepto,Syriã cœlen & Phœnicẽ bello aggressus,† Ituræos primum Arabésque perdomuit,vrbemque eorum,quam † Petrã nominãt,cepit. Hinc ad Iudæos,quibus Aristobulus expulso fratre Hyrcano primus ex sacerdote rex præerat,atq; ad Hierosolymã vrbẽ eorum cabinium cum exercitu mittit. Ipse continuò subsecutus,&à patribus vrbe susceptus,sed à plebe muro tẽpli repulsus,oppugnationem eius intendit. Id non solum natura loci,verũetiam ingẽti muro,fossaque maxima munitum,cum alias aliis legiones,dies noctésq; succedere sine requie cogeret, † vix tertio mense expugnauit. Tredecim millia ibi Iudæorum cæsa narrantur,cætera multitudo in fidem venit. Pompeius muros ciuitatis euerti, çquaríq; solo imperauit:& cum aliquãtos principes Iudæorum securi percussisset,Hyrcanum sacerdotio restituit. Aristobulum captiuum Romam duxit. Hoc bellum orientis cũ viginti & duobus regibus sese gessisse ipse Pompeius pro cõcione narrauit. Interea coniuratio Catilinæ aduersus patriam per eosdem dies in vrbe habita ac prodita,in Etruria verò ciuili bello extincta est. Romæ cõscij cõiurationis occisi sunt. Sed hanc historiam agente Cicerone, & describente Sallustio,satis omnibus notam,nunc à nobis breuiter fuisse perstrictam fateſt. Motus etiam in Pelignis ortus à Marcellis patre & filio,per † L. Vettiũ proditus,patefacta Catilinæ cõiuratione,quasi succisa radice compressus est:& de vtroque per Bibulum in Pelignis,per Ciceronẽ in Brutiis vindicatum est.

† Strab. lib. 16. † Petra erat regia vrbs Arabum. Ioseph. 14. Antiq. cap. 2. Dion 37. † Ioseph. 14. Ant. c. 8. Catil. coniuratio.

CAP. VII. *In Fa. Capit. is annus est 694. † de hac lege Tranq. in Iul. Eutr. & Dion. 38. † hos Lacobrigos Cæsar vocat.*

ANNO ab vrbe condita DCXCIII.C.Cæsare & L.Bibulo consulibus † lege Vatinia Cæsari tres prouinciæ cum legionibus septem in quinquennium datæ,Gallia transalpina & cisalpina, & Illyricus:Galliam Comatam postea senatus adiecit. Hanc historiã Suetonius Tranquillus plenissimè explicuit,cuius nos competentes portiunculas decerpsimus. Heluetiorum animos fortissimæ Gallorũ omniũ gentis,ea vel maximè causa,quod perpetuo penè cum Germanis bello altercabantur,à quibus Rheno tantum flumine dirimuntur,Orgetorix quidam princeps gentis,spe totas inuadẽdi gallias,in arma accenderat. Quo cæteri optimates correpto & ad mortem coacto,cohibere tamen semel animatas in prædã plebes nequieuerũt. Qui cõiuratione facta ac die dicta,exustis vicis ac domibus suis ne quod desideriũ ex spe reuertẽdi foret,profecti sunt. Quos cum apud Rhodanum flumen obuios Cæsar habuisset,magno difficilíque bello bis vicit,victosque ad deditionem coegit. Horum fuit,cum primũ progressa est omnis multitudo Heluetiorum,Tulingorum,† Latobrogiorũ, Rauracorum & Boiorũ,vtriusque sexus ad CLVII.millia hominum.† Ex his XL.& VII.millia in bello ceciderũt:cætera in terras proprias remissa sunt. Postea Cæsar contra Ariouistũ regẽ, excitantẽ inuehentemque secum incredibiles Germanorũ copias,quibus nuper vniuersos Galliarum populos se subegisse iactabat,apud Sequanos vicit. Cum autẽ diu exercitus Cæsaris Germanorũ multitudine & virtute perterritus pugnam detrectasset,Ariouistus in Germaniã arrepta nauicula Rhenũ transuectus effugit,vxores eius duæ,totidémque filiæ captæ sunt. Fuerunt autem in exercitu Ariouisti, Arudes,Marcomani,Triboci,Vãgiones,Nemetes,† Edures,&Sueui. Pugna maximè grauis ex phalange Germanorum fuit,quã coacto in vnũ agmine,scutísque supra capita cõtextis,ad irrũpendam Romanorum aciem tuti vndique præstruxerant. Sed postquam aliquí Romanorum militum agilitate audaciáq; insignes,* supra ob ductam saliere testudinem,scutísque singillatim,velut squamis reuulsis desuper nudos deprehensorũ detectorúmque humeros perfoderunt,territi hostes nouo mortis periculo,terribilem dissoluere compagẽ. Exinde in fugã versi,per quinquaginta millia passuum insatiabiliter cæsi sunt:neque coniici potuit numerus Germanorum,vel quantus pugnæ affuerit,vel quantus fuerit occisorum. Post hæc Belgarum gens,quæ tertia pars Galliarum est,aduersus Cæsarẽ exarsit. Quorum distributim copia hæc fuit. Bellouaci qui cæteris numero & virtute præstare viderentur,habuere lectissima sexagintamillia armatorũ,Suessiones ex duodecim oppidis quinquaginta millia,Neruij,quorum adeo indomita feritas prædicabatur,vt nũquam in id temporis mercatores ad se admiserint vina cæteráque venalia deferre, quibus inducta iucunditas torporem virtutis afferret, habuerunt similiter quinquaginta millia: Atrebates etiam & Ambiani decem millia, Morini vigintiquinque millia,Menapij nouẽ millia,Caleti decẽ millia,Velocasses & Veromãdui æque decẽ millia,† Aduatici XVIII.millia:Condrusi,Eburones, * Cæresi, Cæmani, qui vno nomine Germani

** al. Atuati. Cæsar Catuacos cum XIX. millibus. * ceresi*

A mani vocantur,quadraginta millia. Et ita fuisse referuntur CCLXXII.millia armatorum lectissima. His repentè silua erumpentibus,exercitus Cæsaris perturbatus,atque in fugam actus,plurimis suorum amissis, tandem hortatu ducis restitit: victorésq; aggressus,vsque ad internecionem penè delẽuit.

CAP. VIII. *Hoc cap. complectitur quæ Cæsar lib. 3. cui famæ Diõ lib. 39. Galbæ expeditio.*

IGITVR Cæsar magnis in Gallia rebus gestis,cum in Italiam proficisci decreuisset,Galbam cũ legione duodecima ad Veragros Sedúnósque misit. Qui cũ hiemãdi causa in vico Veragrorũ, cui nomen erat Octodurus,consedisset,mediámque oppidi partem,quæ torrente distinguebatur, accolis cõcessisset,quadã die eosdẽ discessisse per noctem ac proximo insedisse colli videt. Quippè illi paucitatem vix mediæ legionis despectui habentes,vltroneam sibi prædã nullo cessuram negõtio arbitrabantur,finitimósq; suos in hanc cædis ac prædæ societatem vocauerant. Igitur Galba tã præsentibus periculis circunsepto ac trepido,atque inter varias consultationes certi consilij incerto, repẽtè Galli descensu montis effusi,castra imperfecta circundant,raros per vallum propugnatores saxis telísque onerant. Cúmque iam castra irrũperentur,† Pactuij primipilaris & Volusẽni tribuni consilio,

† Hic à Cæsare P. Sextius Baculus nominatur.

B cunctiRomani portis eruperunt:incautósque subito aggressi hostes,primùm perturbauerũt,deinde in fugam versos miserabili strage fuderunt. Nam amplius triginta millia barbarorum tunc cæsa referuntur. Igitur Cæsar cum iam pacatas vniuersas Galliarum gentes putaret,ad nouum & maximũ bellum retractus est. Namq; dũ P. Crassus adolescens cũ legione septima oceano tenus apud Andegauos hiemat, Veneti cæteríque confines repente in arma cõiurant,legatos Romanorum vinciunt, eósque ita demũ se reddituros,si obsides suos recipiant,Romanis indicãt. Socios sibi ad id illi Osismios,Lexouios, Nãnetes,† Ambiuaritos,Morinos,Diablintres,& Menapios asciscũt,auxilia quoque à Britania accersunt. Cæsar per Crassum de rebellione deditarum gentium certior factus, quãuis intelligeret quãta ineundi belli difficultas esset,tamen rẽ tanti negotij non negligendã ratus est, ne cæteris exemplo eiusmodi audiendi licentia laxaretur. Itaque terrestri prælio persequi hostes frustra aggressus:quippè cũ hostes per interfusa èx oceano æstuaria,atque inaccessos recessus,tutis terrarũ finibus munirentur,naues longas ædificari in Ligeri fluuio iubet:per quem in oceanum deductæ,mox vt hostibus visæ sunt,continuò ducentæ viginti naues eorũ paratæ,atque omni genere armorũ instructissimæ,progressæ portu, ex aduerso constiterunt. Bruto circũspiciẽti imparem longè

† Cæsaris libri, Ambiliates.

C nauium esse conflictum,quia barbarorum naues solido robore intextę cauerníq; prævalidis obduratę,saxorum modo adactos rostratarum ictus retundebant, hoc primum auxilio fuit,quod falces acutissimas nõ pertinaciter contis præfixas,funibus autẽ subnexas parauerat:quibus cũ opus esset, apprehensos eminus rudentes,subductis hastilibus per funem falcem retrahendo succiderent. His celeriter expeditis,dirũpi hostilium antennarum armamenta præcepit. Ita antennis ruentibus,complures illico naues velut captas immobiles reddidit. Alij hoc periculo territi,suspensis velis quà ventus intenderet fugere conati,cessante mox vẽto destituti,ludibrio fuere Romanis. Itaq; incẽsis omnibus nauibus,interfectísque his qui pugnauerãt Gallis,reliqui sese omnes dediderat. Sed Cæsar maximè ob iniuriam legatorum,& vt genti ad omnia cõsilia mobili terribilis exempli notam inureret, cunctis principibus per tormenta interfectis,reliquos sub corona vẽdidit. Iisdẽ diebus Titurius Sabinus Aulercos,Eburouices,Lexouiósque,qui primates suos,cur auctores belli resuscitãdi esse nol-

Titurij Sabini & crassi expeditiones.

D lent, interfecerant,eruptione facta,incredibili cæde deleuit. Publius verò Crassus cum in Aquitaniã peruenisset bello exceptus est. Namque Sontiates magno equitatu pedestribúsq; copiis prævalidis Romanos adorti,diu grauiter turbauerũt:pòst victi,atque in oppidũ Sõtiatũ coacti obsessique, cum se expugnari viderent,armis traditis,in deditionẽ recepti sunt. Aquitani clade permoti,vndique exercitũ cõtrahũt:de citeriore quoq; Hispania auxilia accersunt:duces bello maximè eos præficiũt, qui cũ Sertorio militauerãt. Hi omnes dũ obsidionẽ Crasso parãt,in castris suis Crasso obruẽte deleti sunt. Nam ex Aquitanis & Cãtabris,quorũ quinquaginta millia tunc in auxilium venerant, triginta & octo millia cæsa referuntur. Cæsar Germanos,qui Rhenum cum immensis copiis transmiserant,simul & totas Gallias subiicere sibi parabãt,bello adortus,vsque ad internecionem cæcidit. Quorum fuisse numerum ad CCCCXL.millia ferunt.

CAP. IX. *Cæsar Sueuos & Britannos sub git. Cæsar lib. 4. & Dion. lib. 39. Plu. in Cæsare.*

E TVNC cæsar in Germaniam facto põte transgrediens,Sicambros & Vbios obsidione liberat:Sueuos maximam & ferocissimam gentem,quorũ esse centum pagos & populos,multi prodidere, totamque Germaniam aduentu suo terret: mox in Galliam, rescisso ponte concedit. Inde ad Morinos venit,vnde in Britãniam proximus & breuissimus transitus est. Nauibus circiter onerariis atq; actuariis octoginta præparatis,in Britanniam trãsuehitur. Vbi acerba primùm pugna fatigatus,deinde aduersa tempestate correptus,plurimam classis partem,& nõ paruum numerum militũ,equitum verò penè omnem disperdidit. Regressus in Galliam legiones in hiberna dimisit,ac sexcentas naues vtriusque commodi fieri imperauit. Quibus iterum in Britãniã primo vere transuectis, dum ipse in

† Cæsar lib. 5. Q. Laberiũ habet.

hostem cum exercitu pergit,naues in ancoris stantes tempestate correptæ,vel collisæ inter se,vel arenis illisę ac dissolutæ sunt. Ex quibus quadraginta perierunt,cæteræ cũ magna difficultate reparatæ sunt. Cæsaris equitatus primo cõgressu à Britãnis victus, † ibique Labienus tribunus occisus est. Secũdo prælio cũ magno suorum discrimine victos Britannos in fugã vertit. Inde ad flumẽ Thamesim profectus est, quẽ vno tantum loco vadis transmeabilẽ ferũt. In huius vlteriore ripa, Cassiuellono duce, immẽsa hostium multitudo cõsederat,ripámque fluminis ac penè totum sub aqua vadum

acutissimis sudibus præstruxerat. Quod vbi à Romanis deprehensum ac vitatum est, barbari legionũ impetum non ferẽtes, syluis sese abdidere, vnde crebris eruptionibus Romanos grauiter ac sæpè lacerabant. Interea Trinobantũ firmissima ciuitas cum † Androgorio duce, datis quadraginta obsidibus, Cæsari sese dedidit. Quod exemplum secutæ vrbes aliæ cõplures, in fœdus Romanorũ venerunt: nisi demque demonstrantibus, Cæsar oppidũ Cassiuellauni inter duas paludes situm, obtẽtu insuper syluarum munitum, omnibúsq; rebus confertissimum, tandem graui pugna cepit.

† *in Gualtheri libro est Androgio. Cæsar Mandubratium vocat.*

CAP. X.

Cæsar aduersum rebellantes Gallos denuo pergit.

EXIN Cæsar à Britannis reuersus in Galliam, postquam legiones in hiberna misit, repentinis bellorum tumultibus vndique circunuentus & cõflictatus est. Namque Ambiorix cum Eburonibus & Aduaticis conspirans, animatus Treuirorum consilio, Cottam & Sabinum legatos apud Eburones cum tota funditus legione insidiis circũuentos interfecit. Ambiorix hac victoria elatus, Aduaticos & Neruios plurimósque alios raptim in arma cõtrahit, atque ad † Ciceronẽ legatũ, qui similiter tũc legioni in hibernis præerat, contendit. Multitudo hostium ex hoc colligi potuit, quia cum in obsidione castrorum vallum circundandũ esse à captiuis Romanis docerentur, & instrumenta ruralia non haberent, gladiis concidendo terrã, & sagulis exportando, vix tribus horis vallũ pedũ† decẽ, & fossam pedum † quindecim per millia passuum quindecim in circuitu perfecerunt. Præterea cẽtum víginti turres miræ altitudinis extruxerunt. Et cũ iam septem dies noctésq; succidui hostiũ cunei pugnarent, ac ventus subitò plurimus exortus esset, testas feruentes intorsere fundis, flammatáq; focis tela, ac mox cõcepto igne rutilantia, intra castra iecerunt. Quo facto per culmina raptim vẽtus insistẽs sparsum animauit incendiũ. Sed ne sic quidẽ Romani, cum vndique obruerẽtur vulneribus, laboribus, vigiliis, ieiuniis, incẽdiis ve cesserunt. Tandem Cæsari nuntiatum est, vnam deletam esse legionem, alteram iam penè confectam. Aduentãte † cũ duabus legionibus Cæsare, deserunt hostes obsidionem, atque in eum cuncti raptis copiis ruunt. Cæsar paruissimis se castris consultò condidit, equitibus præmissis, vt fugam fingerent imperauit, vt ad transitum vallis quæ media erat, sibique periculosa videbatur, hostes contemptu sui inuitaret. Quibus aduentãtibus insuper obstrui portas præcepit. Quo viso Galli, quasi iam vicissent, ad obducendum extrinsecus vallum conuersi sunt. Cæsar totis repentè portis paratum effudit exercitum versósque in fugam Gallos vastissima cæde cõfecit. Nam sexaginta millia tunc fuisse referuntur, è quibus pauciper paludes inuias euaserũt. Indutiomarus Treuirorum princeps, magnas armatorum copias habens, postquam de consensu Galliæ totius certior redditus est, Labieni castra, legionẽq; cui is præerat, quod facile factu arbitrabatur, delere statuit: ac deinde Eburonibus Neruiisque cõiunctus, ad opprimendũ Cæsarẽ pergere. Labien' quibus potest artibus simulat timorem, atq; ita Indutiomarũ negligentiorem cum insultantibus copiis pro vallo oberrantẽ, repentina * irruptione prostrauit. Hac victoria Labieni, reliqui Gallorũ conatus repressi sũt, & Cæsar paulo quietior reliqua parte hiemis fuit. Sed intelligens sibi maiora belli superesse negotia, maximè quia plurima parte exercitus amissa, aliisq; grauiter sauciis, ne ad sustinẽdũ quidem sibi idoneus, nõ dicam ad comprimendum Gallorum impetum videretur, à Cn. Pompeio proconsule conscribi legiones, sibíque mitti in auxilium petit. Itaque ante exactam hiemem tres ad cum legiones in castra venerunt. Igitur Cæsar prius quàm in vnum hostium copiæ coirent, ineunte vere aggredi trepidos & opprimere sparsos in suis finibus parat. Primum itaque Neruiorum fines diripit: præda m verò, quæ copiosissima erat, exercitui permittit. Deindè Menapios, qui sibi propter immensas paludes atque impeditissimas siluas munitissimi videbantur, tribus agminibus inuadit: nimiáque cæde vulgo agitata, resíduos supplices in deditionem recepit. Labienus sequẽti prælio omnes Treuirorũ copias interfecit, arte in bellum prouocatas, prius quàm Germanis aduẽtãtibus iũgerentur, & continuò ipsam ciuitatem capit. Cæsar vlcisci mortẽ Sabini & Cottæ legatorum volẽs, in Ambiorigem, & Eburones deletæ legionis auctores, postquam in Arduennã syluam refugisse comperit, quæ sylua totius Galliæ maxima est, atque à ripis Rheni finibúsque Treuirorũ ad Neruios vsq; pertingit, & in longitudine plus quàm quingenta millia passuũ patet, permetiens rem sui maximi periculi fore, si per obstructas spatiosásque syluas ignoti diuiderentur, † hostémque locis notissimum quærerent, omnem Galliam per nuntios inuitat, vt quiq; secundũ placitum suũ recõditas in Arduẽna sylua prædas quærant, diripiantque. Quo facto Gallis vtrinque morientibus, maximas Romanorum iniurias sine cuiusquã Romani discrimine vindicauit. Ita hoc tutissimo vincendi genere securus in Italiam rediit.

† *in Roberti libro est, hostémque loci ignarissimũ.*

CAP. XI.

Cæsar Gallos multa clade cõprimit. Cæs. lib. 6. com. & Hirtius 8.

IGITVR Cæsare in Italiam reuerso, Gallia rursus in arma cõiurat, multique simul populi coëunt. Dux his Vercingetorix fuit, cuius cõsilio statim omnes Galli ciuitates suas vltro incenderunt, prima à suis incensa Biturigo. Inde ad Cæsarem, qui magnis itineribus per Narbonensem prouinciã clam ad exercitum recurrerat, impetum faciunt. Cæsar tunc oppidum nomine *Cenapum obsidione cõclusérat: quod diu oppugnatum, tãdem post multas Romanorum clades pluuio die, cum hostilium machinarum amenta neruique languerent, applicitis turribus captum atque deletum est. Quadraginta millia ibi homium fuisse referuntur: è quibus vix octoginta per fugam elapsi ad proxima Gallorum castra venerunt. Præterea Aruerni cæteríque cõfines, solicitatis etiã ad se Aeduis, multis aduersus Cæsarẽ præliis bellauerũt. Qui cum se pugnãdo fatigati in quoddã † castellũ recepissent, milites prædæ inhiantes, ad expugnationem oppidi animũ intendunt, fruſtra Cæsare de loci iniquitate causante. Itaque ibi Cæsar erumpentibus desuper hostibus pressus, multa exercitus sui parte perdita,

* *Auericum.*

† *Gergouiam Cæsar nominat.* γεργοθυῖ αν *Dion.*

dita, victus aufugit. Dum hæc ad Alesiam geruntur, Vercingetorix, quẽ omnes cõsensu pari regem præoptauerant, suadet vti ex tota Gallia omnes qui arma ferre possent, huic bello præsto sint. Hoc enim esse vnũ bellum, quo aut perpetua libertas, aut æterna seruitus, aut mors omniũ consequatur. Itaque absque eo numero quem infinitũ antè contraxerat, equitum circiter octo millia, † peditũ ducenta quinquaginta millia contracta sunt. Deinde duo colles sibi inuicem obuersos Romani Gallíque ceperunt. Vnde multis sæpè eruptionibus & variis prouentibus præliantes, tandem Romani præcipua Germanorum equitum, quos sibi iamdudum amicos nunc in auxilium adsciuerant, virtute vicerunt. Vercingetorix alia die congregãtis omnibus qui fuga euaserant, dixit se auctorem bonã fide defendendæ libertatis, atque rumpendi fœderis fuisse, & nũc sine Romanis sese ad mortem omnes offerant, siue se solũ pro omnibus dedant, paratum animo fore. Itaq; Galli voluntatẽ, quã pudore aliquandiu texerant, quasi ex cõsilio regis assumerent, illicò sibi veniam precantes, eum solum velut auctorẽ magni sceleris dediderunt. Bellona ci omnibus Gallorum gentibus ipsorum opinione fortiores habebantur. Hi * Chorreo duce bellũ instaurant, sibiq; in hanc suscepti belli societatem Ambianos, Aulercos, Galetos, Velocasses, Atrebatésque coniũgunt, & locum quendã cinctum atq; impeditum vndique paludibus capiunt: commissóque prælio magnam Remorum manum, quæ auxilio Romanis erat, trucidant. Deindè cum opportunum ipsi locũ insidiis prouisum occupassent, atque hoc comperto Romani ad insidiarũ locum instructi ordinatíque veniissent, commisso prælio Romani Gallos fugientes eisdem locorum munitionibus, quibus clausi fuerãt, includerunt, cũctósque ad internecionem cæciderunt. Ibi Choreus vel fugam vel deditionem detrectãs, Romanos, ne viuus caperetur instanter occidẽdo, vt occideretur, coegit. Igitur cũ pacatam esse vniuersam Galliã Cæsar, neque ausuram fore ad aliquos aspirare motus arbitraretur, legiones in hiberna dimisit: ipse autem Ambiorigis fines, qui tot bella excitauerat, horrenda hominum strage vastauit. At verò C. Caninius legatus bellum apud Pictonas inuenit: vbi magna hostiũ multitudo impeditam itinere legionem circundedit, atque ad extremum discrimen adduxit. Portò autem Fabius legatus, acceptis Caninij literis, in Pictonas proficiscitur, ibique à captiuis de opportunitate locorum certior factus, inopinãtes hostes opprimit, magnísque stragibus factis, plurimas prædas agit. Deinde cũ Caninio signũ aduẽtus sui dedisset, Caninius totis castris subitò exiliuit, seseque iniecit hosti. Ita Fabio ex alia parte, & Caninio ex altera insistente, maximo & diuturno bello innumeræ Gallorum copiæ trucidatæ sunt. Inde Fabius in Carnutes profectus est. Sciebat enim Dumnacum ducẽ antiquissimũ, rebellionis totius incentorem, ab hoc bello elapsum, si Armoricis gentibus adiũctus esset, maximos iterũ tumultus in Gallia esse moturum: sed eos adhuc ipsa nouitate trepidantes, mira virtute & celeritate perdomuit. Interea Drapes, vnáq; Lucterius, cum adesse Caninium & legiones in finibus suis videret, vndique collectis copiis oppidum Vxellodunũ occupant. Hoc oppidum in editissima mõtis arce pendebat, duabúsque partibus per abrupta latera non paruo flumine cingebatur: medio deinde descensu largissimo fonte securum, plurimáque introrsum copia frumenti tutum, irritos procul discursus hostiũ despiciebat. Caninius quod solum Romana prouisione potuit, ambos duces cum parte copiarũ plurima in cãpum euocatos, maximo prælio superauit. Nam vno è ducibus interfecto, alter cum pauciſſimis fugit, nullus in oppidum rediit, sed ad id oppugnandum Cæsare opus fuit. Itaq; certior per nũtios factus Cæsar accurrit: circunspectíque omnibus videt, si expugnare vi moliatur, ludo & spectaculo hostium delendũ esse exercitũ suũ: vnum solum esse præsidium, si quoquo modo hostes aqua arceantur. Sed & hoc quoque, nisi Cæsar nõ potuisset: siquidẽ fons, quo ad potũ vtebãtur, medio diuexi montis latere fundebatur. Cæsar ad proximum fontis admoueri vineas, turrémq; extrui iubet. Fit magnus illicò cõcursus ex oppido. Quibus sine periculo præliãtibus, Romani quãuis pertinaciter obsisterent, crebriúsq; succederent, complures tamẽ trucidãtur. Igitur extruitur agger & turris pedum sexaginta, cuius vertex adæquare fontis locum posset, vt vel ex equo tela cõiici queant, vel præcipitata desuper saxorũ volumina non timeri. Oppidani aũt vbi exanimari siti nõ solũ pecora sua, verùm etiã infirmiores hominum ætates vidẽt, cupas pice, seuo & † scãdulis repletas, ac deinde immisso igne, in prona præcipitãt, easque ipsi toto oppido effusi subsequũtur. Ardẽtibus machinis, cũ graue præliũ suis Cæsar ac periculosũ videret, cohortes in circuitũ oppidi ire velociter per occultũ imperat, atque vndique subitò vastũ clamorẽ attollere. Quo facto cõsternati oppidani, dũ recurrere ad muniẽdũ oppidũ volũt, ab oppugnatione turris vel demolitione aggeris recesserũt. Illi tamẽ qui ad incidẽdas fontis venas sub obtẽtu aggeris tuti cuniculos perfodiebant, repertos in abstruso aquarũ meatus, per multa diuidẽdo tenuari in semetipsis, consumíque fecerunt. Oppidani fonte siccato, vltima desperatione correpti, deditionẽ sui faciunt. Cæsar autem omnibus qui arma tulerãt, manus sustulit, & vitam reliquit, quo testatior esset etiã posteris pœna improborũ. Multum enim ad coarcendã audaciam valet propositum punitionis exemplũ, cum ipsa miseri præsens forma viuentis, & ad recordationẽ admonet conscios, & ad scisciationem cogit ignaros.

* *Corbeo.*

† *in m.s. est scindulis, apud Hirt. scãdulis, quas tsidor. à scindendo dictas voluit: quæ sunt paruæ tabellæ, ex robore vel alio quouis ligno assulatim secto. Plin. lib. 16. cap. 10. scandula contectam fuisse Romam (gallicè d'escende) vsque ad bellum Pyrrhi annis 470.*

EXHAVSTIS atque edomitis Gallis, securus Cæsar cũ legionibus in Italiã rediit, nullos post se Gallorum motus pertimescens, certo se sciẽs minimè aliquos, qui vel moueri audeãt, vel si moueantur, timendi sint, reliquisse. Constitui nunc ante oculos velim exanguem * defœtámque Galliã, post illas ardentissimas febres internósque æstus vitalium molliora torrentes, vt sese habeat, quãta macie, quantóque pallore sit, quàm demissa ac resoluta iaceat, quàm ipsos quoque necessarij officij motus,

CAP. XII.

Gallorum à cæsare calamitates.

* *defectamque.*

ne eundem incursum malorum reuocent, pertimescat. Irruit enim in eam repentino impetu Romanus exercitus, veluti fortissimo corpori fortior lues: quæ tanto grauius accenditur, quanto impa- F tiẽtius toleratur. Sitiebat misera, cum instante gladio, profiteri sponsionem seruitutis æternæ, auulsis insuper obsidibus, cogeretur. Sitiebat, vt dixi, notam illam omnibúsq; suauissimam velut aquæ gelidæ dulcedinem libertatis: quantoque eam magis subtrahi intelligebat, tanto auidius desiderabat. Hinc illa tam frequens contra vetita præsumptio inuadebatur, & pro defendenda libertate, importuna libertas: prærepta que insatiabiliter potiundi licentia, quod malè cõceptam perniciẽ restinguere videbatur, augebat. Hinc Romanus ante pugnã insidiator argutior, hinc in pugna hostis infestior, hinc post pugnam victor immitior, hinc omnia ad domandam impatientiam crudescẽtia, hinc iam nec remediis credebatur. Itaq; si interrogare possem hãc, de qua loquimur, natiõnẽ, quid tunc, cum hæc ipsa sustinebat, de illis tẽporibus iudicarit, respõderet, vt arbitror, dicens: Sic me illa tunc febris exanguem reddidit, ac frigidam fecit, vt etiam * hæc quæ omnes penè perstrinxit, feruefacere vel commouere nequiuerit: atque ita me Romani inclinauerunt, vt nec ad Gothos surgã, sed ne ipsa quidem Roma clades quas intulit, euitauit. Exercitę diu actæque sunt per totos mundi cardines G potentiæ ducum, viresque legionum: quæ in sese concurrentes, eius damno vincerẽt: cuius periculo vincerentur.

** hæc æstas qua*

CAP. XIII. NAM victorem Cæsarem de Gallia reuersum ciuilia bella comitata sunt, aliáque grauissima mala interfecti apud Parthos Crassi & trucidati exercitus præcesserunt. Anno ab vrbe condita sexcentesimo XCVII. Crassus in consulatu collega Pompeij prouinciam sortitus in Parthos, homo inexplebilis cupiditatis, audita in Hierosolymis templi opulentia, quã Pompeius intactam reliquerat, in Palæstinam diuertit, Hierosolymã adit, templum peruadit, opes diripit. Inde per Mesopotamiã tẽdẽs, in Parthiam quacunq; iter habuit, sociis ciuitatibus auxilia indixit, pretia exegit: moxque vt Euphratem transiit, illico Vagesem legatum ab Orode rege Parthorum ad se missum, obuiũ habuit, à quo vehemẽter increpitus est, quod cõtra fœdus Luculli, Põpeij auaritia inductus, Euphratẽ trãsierit. Quamobrem sine mora futurum, vt pro auro Parthico serico ferro oneraretur. Itaq; cum propè Carras ventum esset, Parthi subito ingruentes cum Surena & Sillace præfectis sagittis oppressere Romanos. Cecidere ibi plurimi senatores, aliquot etiam consulares & prætorij viri. Crassus quoque H filius Crassi, lectissimus iuuenis, in acie occisus est. Præterea quatuor cohortes cũ Vargũteio legato, mediis deprehensæ cãpis & interfectę sunt. Surenas rapto equitatu Crassum persequi intendit: eũq; circunuentum, ac frustra colloquium eius petentem interfecit, quamuis viuũ auferre maluisset. Pauci noctis beneficio liberati, Carras confugerunt. Cognita clade Romanorũ, multæ orientis prouinciæ à societate vel fide populi Romani defecissent, ni Cassius collectis ex fuga militib' paucis, intumescentẽ Syriã egregia animi virtute ac moderatione pressisset: qui & Antiochũ copiásq; eius ingentes prælio vicit & interfecit: Parthos quoque ab Orode in Syriã missos, iamq; ingressos Antiochiã, bello expulit, ducemque eorum Osacen interfecit.

Is annus in Fast. capitol. 698.

Crassus temp. Hieros. diripuit. Ioseph. lib. 14. Ant. cap. 12. Plut. & Dion.

De rebus Parthicis Cassij, Cic. epi. 20. li. 5. ad Att. Dio. lib 40.

CAP. XIIII. IGITVR Romani status agitur semper alterna mutatio, & velut forma oceani maris, quæ omni die dispar, nunc succiduis per septem dies attollitur incrementis, nũc insequentibus totidẽ diebus naturali dãno & defectu interiore subducitur. Vt enim de proximis ordiar, Cimbris Tigurinísq; vincentibus cũ apud Rhodanũ flumen Romanus exercitus periit, arctissimas Roma sensit angustias, refusa continuò clade Cimbrorum, magnis elata prouentibus, priorum oblita defectuũ est. Hãc deinde I recẽtissimæ prosperitatis iactantiam Italicum bellum & dilaceratio Syllana castigat. Rursus post hanc domesticam intestinámque perniciẽ, qua vsque ad medullas penè euiscerata & exesa est, parib' propemodum spatiis temporum non solum reparata, verũetiam extenta est, cum Lucullus Asiam, Pompeius Hispaniam, Cæsar Galliã perdomuit, Romanumque imperium vsque ad extremos propemodũ terræ terminos propagatum est. Hanc nũc amplissimã dilatationem vastissima ruina cõsequitur. Apud parthos enim consul Romanus occiditur, exercitúsque deletur, atrocissimũ illud Pompeij & Cęsaris bellum ciuile conseritur, & inter hæc Roma ipsa repentino correpta incendio cõcrematur. Anno siquidem ab vrbe condita DCC. incertum vnde concretus plurimã vrbis partẽ ignis inuasit, neque vnquã antea tanto incendio correptam ac vastatam ciuitatem ferũt. Nam quatuordecim vicos cum vico iugario consumptos fuisse memoriæ proditum est. Hinc iam bellum ciuile committitur, quod magnis iamdudum dissensionibus ac molitionibus parabatur.

Incendium prod. L. Paulo C. Marcello Coss. an. DCCIII. obseq. infra. lib. 7. cap. 2.

CAP. XV. NAM rediens Cæsar victor ex Gallia, decerni sibi absenti alterum consulatum poposcit. Cõtra- K dictum est à Marcello consule, annitente Pompeio, deindè decretum est à senatu, vt in vrbem Cæsar non nisi dimisso exercitu veniret, & ex Marcelli cõsulis auctoritate ad legiones, quæ apud Luceriam erant, Pompeius cum imperio missus est. Cæsar Rauẽnam sese cõtulit. M. Antonius & Q. Cassius tribuni plebis pro Cæsare intercedẽtes: interdicente Lentulo consule, curia foróque prohibiti ad Cæsarẽ profecti sunt, Curione Cœlióque simul comitantibus. Cæsar Rubicone flumine trãsmeato, mox vt Ariminum venit, quinque cohortes, quas tunc solas habebat, cum quibus (vt ait Liuius) orbẽ terrarum adortus est, quid facto opus esset edocuit. Deplorãs iniurias suas, causam belli ciuilis pro restituendis in patriam tribunis, esse testatus est. Inde per Antonium septem cohortes, quæ apud Sulmonem morabantur, à Lucretio recepit, tres legiones, quæ cum Domitio apud Corfiniũ morabantur, ad partes suas traduxit. Põpeius atque omnis senatus, crescentibus Cæsaris viribus trepidi, tãquã Italia

Bellum ciuile Cæs. et Pomp.

A Italia pulsi, in Græciam transuecti, Dyrrachium gerendi belli sedem delegerunt. Cæsar Romam venit, [1] negatámq; sibi ex ærario pecuniam fractis foribus inuasit, protulitq; ex eo auri pondo IIII M. centum trigintaquinq;, argenti pondo propè DCCCC. milia. Inde digressus Ariminum ad legiones, mox alpes transuectus, Massiliam venit: ad quam oppugnandã, cur receptus non esset, Tribonium cum tribus legionibus relinquẽs, ad Hispanias cõtendit, quas L. Afranius, & M. Petreius, & M. Varro Põpeiani duces cum legionibus obtinebãt. Ibi multis præliis Petreium Afraniúmq; superatos, cõposita pactione, dimisit. In vlteriore verò Hispania duas legiones à M. Varrone suscepit. Similiter & duces eius, hoc est, Curio Catonem Sicilia expulit, Valerius Cotta Sardinia, Tuberonem Africa Varus eiecit. [2] Cæsar Massiliã rediens obsidione domitã, vita tantũ & libertate concessa, cæteris rebus abrasit. At verò Dolabella partiũ Cæsaris, in Illyrico per Octauium & Libonẽ victus, copiisque exutus, ad Antonium fugit. Basillus & Sallustius diuidẽtes singulas legiones quibus præerant, similiter & Antonius, Hortensius quoq; ab infimo mari cum classe concurrens, omnes pariter aduersus Octauium & Libonẽ profecti & victi sunt. Antonius cum se Octauio cum quindecim cohortibus B dedisset, omnes ad Pompeiũ à Libone deducti sunt. Curio ex Sicilia in Africam cum exercitu transgressus est: quem Iuba rex continuo exceptum cum omnibus copiis trucidauit. Octauius Salonas oppugnare conatus, omnes penè copias quas duxit amisit. Cœlius desciuit à Cæsare, ac se Miloni exuli iunxit. Cúmq; ambo seruorum manu Capuam oppugnare molirentur, occisi sunt. Bibulus apud Corcyram [3] victus, quod custodiæ eius quam pelago & oppido prætẽdebat, hostis illuserat, inedia sese vigiliísque confecit. Ap. Clodius Censorinus, qui iussu Pompeij Greciam tuebatur, iam abolitam Pythici oraculi fidem voluit experiri: quippè ab eo adacta vates descendere in specum, respõdisse fertur de bello consulenti: Nihil ad te hoc Romane bellum pertinet, [4] Eubœæ cœla obtinebis. Cœla autem vocant Euboicum sinum. Ita Appius perplexa incertus sorte discessit. Admonet nos aliquid obtrectatoribus nostris consultor iste consulere. Querũtur vtiq; fide Christianorum sibi sacra interdicta ceremoniásq; sublatas, & ob hoc maximè, quod extis vaticiniísq; cessantibus, futuræ clades, quia sciri nequeunt, non vitantur. Cur ergo longè ante imperium Cæsaris natiuitatemq; Christi, sicut ipsorum auctores attestantur, abolita fuerat Pythici oraculi fides? Abolita autem ideò, quia C contempta. Porro autem quare contempta, nisi quia vel falsa, vel vana, vel dubia? Vnde prudenter poëta præmonuit: [5] Inconsulti abeunt, sedémq; odere Sybillæ. Et ne forte parui id pẽdant, quod cõtemptu abolitum atque antiquatum fuit, hoc est, aut numen aut sedem, Apollo ille Pythius erat, quẽ ferunt magno [6] illo Pythone serpente interfecto, totius vaticinationis auctore & principe hæredem & sedis & diuinationis & numinis extitisse: ibíque cum reddere elegisse responsa, vbi orta cum auctore ipsa diuinatio videbatur: præterea quem per alias quoque terrarum partes spumantibus buccis, rabidóque discursu omnis furiatorum ructat insania, ad quem plurimi terarum reges, quasi ad viuam vocem consulti numinis cucurrerunt, cui sæpissimè ipsi quoque Romani opulentissima dona miserunt. At si Apollo ista Pythius paulatim discernente experientia contemptus, relictus, atq; abolitus est, quid viuum de mortua pecude, quid verum de amente muliercula sperari potest? Quid postremo, inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras, expositis opimæ pecudis intestinis, non finget esuriens? Nam sicut ipsi fatentur, vel obscura vel falsa dicẽdo, ipse Apollo seducit. Quamobrẽ æquo animo ferant, si imitari interim nolunt, nos id veritatis iudicio etiam prohibere, quod potuerũt ma- D iores eorum vel experiendo contẽnere. Interea apud Dyrrachium multi orientis reges ad Pompeium cum auxiliis conuenerunt. Quo cum Cæsar venisset, Pompeium obsidione frustra cinxit: [8] ipse terram quindecim millium passuum fossa præstruens, cum illi maria paterent. Pompeius castellum quoddam propinquum mari, quod Marcellinus tuebatur, euertit, præsidiáq; Cæsaris, quæ ibidem morabantur occidit. Cæsar Torquatum legionémq; vnam vt expugnaret, aggressus est. Hoc periculo sociorum Pompeius cognito, omnes eò copias contraxit: in quem se illicò Cæsar omissa obsidione cõuertit. Torquatus autẽ è vestigio prorũpens, auersum insecutus est. Ita Cęsaris milites ancipiti periculo territi, ipso Cæsare frustra obsistente, fugerunt. Pompeius verò Cæsaris quoq; [7] testimonio victor, persequentem reuocauit exercitum. quatuor millia militum Cæsaris, centuriones [9] viginti duo, equitésq; Romani complures in eo prælio cæsi sunt. Cæsar inde citato agmine per Epirũ in Thessaliam perrexit. Pompeius cum maximis copiis secutus, bellúmq; cõmissum est. Itaq; instituitur vtrinq; acies. Pompeius octogintaocto cohortes triplici ordine locauit. Fuerunt autem pedi- E tum quadraginta millia, equites in sinistro cornu sexcenti, in dextro quingenti, præterea reges multi, senatores, equitésq; Romani plurimi, absq; leuium armaturarũ magna copia. Cæsar similiter octoginta cohortes triplici ordine disposuit: cui fuerunt non minus quàm triginta millia peditum, equites mille. Videre ibi & gemere erat, contractas Romanorum vires in campis Pharsalicis ad occisionẽ mutuã cõstitisse: quas si concordia rexisset, nulli populi, nulli reges ferre potuissent. Prima congressione equitatus Põpeij pulsus, sinistra latera nudauit. Deindè cum diu vtrinq; dubia sorte cæderentur, atq; ex alia parte Pompeius inter hortandũ diceret, Parce ciuibus, nec tamen faceret quod vrgeret, dicens, Miles faciem feri: tandem vniuersus Pompeij fugit exercitus, castráq; direpta sunt. Cæsa sunt in eo prælio Pompeianorum quindecim millia, centuriones triginta tres. Hic exitus pugnæ ad Palæopharsalum fuit. Pompeius fugiens in ostio Penei amnis onerariam nauem nactus, in Asiam transiit. Inde per Cyprum in Ægyptum venit: ibíque mox vt litus attigit,

1. Interposuisse huic rei L. Metellus T. pl. App. lib. 2. Diod. 41. Luc. 3.

2. Hoc totum intercidit ab initio lib. 3. Cæs. de bell. ciuili. extat tamen apud Ap. Dionem. Flor. lib. 4. c. 2. & maxime apud Luc. lib. 4

3. ductus

4 Apud Val. legitur lib. 1. cap. 8. Eubœæ cellam. Luc. 5. Solúsque quietem Euboici vasta lateris conualle tenebis.

5 Pythonis oraculum.

6. Siccine vocat Callimachus in Apol. & Dion. δεκάκοντα. δελφύνην

7. Versus est Virg. è 2. Georg.

8. Munitionis spatium Cæsar nõ expressit. App. lib. secundo σταδίους διακοσίους καὶ χιλίους facit. Florus scribit Cæsarẽ castra Põpeij XVI. millium vallo obduxisse.

9. Ad Dyrrachiũ victus est Cæsar, sed Pompeio non instante negauit eum scisse vincere. Suet. in Iul. & Plut.

10. Plut. διοχιλίους

11. Cæsar li. 3 XXXII.

12. Vide Ap. lib. 2.

iussu Ptolemæi adolescentis, in gratiam Cæsaris victoris occisus est. Pompeij vxor filiique fugerunt. F
Cætera Pompeiana classis direpta est, omnibus qui in ea erant crudelissimè trucidatis: ibique & Pompeius Bythynicus occisus est. Lentulus vero vir consularis apud Pelusium interfectus est. Cæsar compositis apud Thessaliam rebus, Alexandriam venit, perlatóque ad se ac viso Pompeij capite anuló que, fleuit. Cúmque se in regiam recepisset, eludebatur à tutoribus, quo minus pecuniam acciperet; templa sua astu spoliantibus, vt & regios thesauros vacuos esse ostenderent, & in inuidiam Cæsaris populum concitarent. Præterea Achillas dux regius, imbutus semel Pompeij sanguine, Cæsaris quoque necem meditabatur. Nam iussus exercitum dimittere cui præerat, viginti millium armatorum, non modo spreuit imperium, verùm & aciem direxit. In ipso prælio regia classis forte subducta, iubetur incendi. Ea flamma cum partem quoque vrbis inuasisset,† quadringenta millia librorum, proximis fortè ædibus condita, exussit: singulare profectò monimentum studij, curæque maiorum, qui tot tantáque illustrium ingeniorum opera congesserant. Vnde quamlibet hodiéque in tẽplis extent, quæ & nos vidimus armaria librorum: quibus direptis exinanita ea à nostris temporibus memorent, quod quidem verum est: tamen honestius creditur, alios libros fuisse quæsitos, G
qui pristinas studiorum curas æmularentur, quàm aliam vllam fuisse tunc bibliothecam, quæ extra quadringenta millia librorum fuisse, ac per hoc euasisse credatur. Cæsar postea insulam vbi Pharus est, cepit. Eo Achillas cum Gabinianis militibus venit. Ingens pugna commissa est. magna ibi Cæsarianorum militum multitudo cecidit: omnes etiam interfectores Pompeij interfecti sunt. Cæsar vi insistentium hostium pressus, scapham ascendit: qua mox pondere subsequẽtium grauata ac mersa, per c c. passus ad nauem vna manu eleuata,† qua chartas tenebat, natando peruenit: mox nauali certamine pulsatus, magna † felicitate classem regiam aut depressit aut cepit.

Ead. pl. Hirt. in com.
† Bibliothecæ Alex. incendium, Plut. in Cæs. Dio. 42. Sene. de Tranq. vitæ quadraginta nõ quadringẽta millia librorum arsisse scribit.
† Eadem tradit Sulp. qui Luca. supplemẽt.
† facilitate

Alexandrinis petentibus regem reddidit, monitum vt magis amicitiam Romanam, quàm arma experiri studeret. Qui tamen illicò vt liber fuit, bellum intulit, sed continuò cum toto exercitu suo & ipse deletus est. Nam viginti millia hominum in eo bello cæsa referuntur, duodecim millia cum septuaginta longis nauibus dedita, quingenti ex victoribus cecidisse referuntur. Rex ipse adolescens scapha exceptus vt fugeret, multis insilientibus mersus necatúsque est. Corpus eius ad litus deuòlutum, indicio loricæ aureæ cognitum fuit. Qua Cæsar Alexandriam præmissa, Alexandrinos H
omnes ad deditionem desperatione compulit, regnúmque Ægypti Cleopatræ dedit. Inde Syriam peruagatus, Pharnacem in Ponto vicit. Postea vero quàm Romam venit,† dictator & consul creatus, in Africam transiit, & apud Thapsum cum Iuba & Scipione pugnauit, maximámque ibi hominũ multitudinem interfecit. Castra vtriusque direpta sunt, sexaginta elephanti capti. Cato sese apud Vticam occidit. Iuba† percussori iugulum pretio dato, præbuit. Petreius eodem se gladio perfodit. Scipio in naui qua ad Hispanias fugere contẽdens vento coactus in Africam redierat, semetipse iugulauit. In eadem naui etiam T. Torquatus occisus est. Cæsar Pompeij Magni nepotes, filiámque Pompeiam, simúlq; cum his Faustum Syllam & Afranium & Petreiũ filium iussit occidi. Inde quatuor triumphis vrbem ingressus, disposito recuperatæ Reip. statu, continuò in† Hispanias contra Põpeios Pompeij filios profectus, decimoseptimo quam egressus ab vrbe fuerat die, Saguntum peruenit: statimque aduersus Pompeios duos & Labienum atque Attiũ Varum, multa bella & varia sorte gessit. Vltimum bellum apud † Mundam vrbem gestum est, vbi tantis est viribus dimicatum, tantáq; I
cædes acta, vt Cæsar quoque veteranis etiam suis cedere non erubescentibus, cum cædi cogíque aciem suam cerneret, præuenire morte futurum victi dedecus cogitarit, cum subitò versus in fugam Pompeiorum cessit exercitus. Et quidem eo die hoc bellum actum est, quo Pompeius pater ab vrbe bellum gesturus aufugerat: quatuórq; annis hoc ciuile bellũ indesinenter toto orbe tonuit. T. Labienus & Attius Varus in acie cæsi sunt. Sex. Pompeius cũ cẽtesimo equite aufugit. Frater eius Cn. Põpeius contracta celeriter non parua Lusitanorũ manu, cum Cæsonio congressus & victus, fugiensq; interfectus est. Munda ciuitas cum immensa hominum cæde, Cæsare oppugnante, vix capta est.

Pharnaces vincitur. Hirt. in bell. Alex. Dio. lib. 42.
† Orosius sequutus Liuiũ hic apertè Cæsarem an. vr. 707. dictatorem & cõsulem III. creatum ostendit. sig in fast.
† Petreio Flor. sen. lib. 3.
† bellũ Hisp. Hirt. & Plut. Dio. 43.
† vrbẽ Mũdense.

Cap. XVII.
Cæsaris cædes.
† Suet. XXII.
† Horum nõ nullos nominat Cic. Philip. 2. & plures Ap. lib. 2.

Cæsar Romam rediit: vbi dum reipublicæ statum contra exempla maiorum clemẽter instauK
rat, auctoribus Bruto & Cassio, conscio etiam plurimo senatu, in curia viginti † & tribus vulneribus confossus interiit. In qua coniuratione fuisse amplius † sexaginta conscios ferunt. Duo Bruti & Caius Cassius aliíque socij, strictis pugionibus in Capitolium secesserunt. Diu deliberatum est vtrum Capitolium cum auctoribus cædis oporteret incendi. Corpus eius raptum populus dolore instimulatus in foro fragmentis tribunalium ac subselliorum cremauit. Percensuit latitudinẽ regni sui Roma cladibus suis, atque in suam conuersa cædem, singulas quasq; gentes ibidem, vbi domuit, vindicauit. Asiæ, Europæ, atq; Africæ, non dico tribus mundi partibus, sed totis trium partiũ angulis, edidit gladiatores suos: feriatísq; inimicis spectaculũ miseræ vltionis ingessit. Nec tamen sufficit ipsas quoque cum auctoribus causas fuisse cõ sumptas: recidiua semina in eodem agro germinant, magna continuo metentibus malorum incrementa cum magno sudore factura. victor ciuilis belli à ciuibus Cæsar occiditur, in cædẽ vnius trahũtur agmina conscriorũ. Certum enim erat, quia Cæsar indignè perẽptus plures posset habere vltores. Plurimáq; nobilitas vna simul catena sceleris copulatur, ne fortè tanta malorum materia non belli magnitudine suppleatur, sed vindictæ breuitate tenetur.
† Medeã illam fabulæ ferunt, dẽtes quosdã occisi seuisse serpẽtis, è quibus quasi cõpetens semini seges, armati homines terra emerserint, seseq; mox inuicẽ pugnãdo prostrauerint. Et quidẽ hoc poëtarum

† Medeæ fabula extat 3 Arg. Apoll. & 7. Metam. Ouid.

A tarum commenta finxerunt: nostra autem Roma Cæsare occiso, quanta de cineribus eius agmina armata parturiit? Quanta bella in testimonium miseræ fœcunditatis non legenda pueris, sed spectãda populis excitauit? & tamen horum omnium malorum initium superbia est. Inde exarserunt bella ciuilia, inde iterum pullularunt. Non ergo iniusta cædes est eorum qui eam iniustè consectantur, si ambitionis æmulatio per ipsos atq; in ipsis & agitur & punitur, donec qui detrectauere collegium, discant ferre dominatum: summáque imperij totius ad vnum redacta, longè aliud omnes homines viuendi genus subeant, vt omnes humiliter placere studeant, non insolenter offendere. Sed ad tam salubrem humilitatis doctrinam magistro opus est. Itaque opportunè compositis rebus, Augusti Cæsaris temporibus natus est dominus Christus: qui cùm in forma dei esset, formam serui humiliter assumpsit: vt nunc demum aptior fieret humilitatis institutio, quando iam per totum mundum pœna superbiæ omnibus esset exemplo. *Philip. 2.*

Anno ab vrbe condita d c ex. interfecto Iulio Cæsare,† Octauianus qui testamento Iulij Cæsaris auunculi & hæreditatem & nomen assumpserat, idémq; qui postea rerum potitus Augustus est CAP. XVIII.
B dictus, simul vt Romam adolescẽs admodum venit, indolem suam bellis ciuilib. nouit. Nam, vt breuiter coacerυationem malorum explicem, bella ciuilia quinq; gessit, Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Actiacum: è quibus duo, hoc est, primum & nouissimum, aduersus Marcum Antoniũ, secundum aduersus Brutum & Cassiũ, tertium aduersus L. Antonium, quartum aduersus Sex. Pompeium Cnei Põpeij filium confecit. Antonius à senatu hostis pronuntiatus, D. Brutum apud Mutinã obsidione concluserat. Consules Hirtius & Pansa, & cum his Cæsar ad liberandum Brutum, expugnandúmq; Antonium missi.† Pansa primò veniens, exceptus insidiis, inter suorum clades, ipse quoque pilo grauiter vulneratus, ab eodem vulnere interpositis diebus est mortuus. Hirtius auxilium collegæ ferens, magnas Antonij copias vasta strage deleuit. Cæsar catenus castra custodiit. Secunda aduersus Antonium pugna: magnæ vtrinq; strages actæ sunt. Namq; tunc ibi Hirtius consul occisus est, victus fuit Antonius, Cæsar victoria potitus est, cui D. Brutus de coniuratione occisi Iulij Cæsaris confessus, preces pœnitentiæ fudit: Dolabella † Treboniũ vnum ex interfectoribus Cæsaris Smyrnæ interfecit: Dolabellam senatus hostem pronũtiauit. Consulum occisorum vterq; exercitus Cæ-
C sari paruit. Postea D. Brutus in Gallia à Sequanis captus & † occisus est.† Basillus autẽ æquè vnus de percussoribus, manu seruorum suorum necatus est. Lepido satisagente, Cæsar Antonium recepit in gratiam: atq; ob fidem reconciliatæ gratiæ, filiam eius matrimonio sortitus est. Inde cum ad vrbem accessissent, ac rumor de futura proscriptione ortus esset, C.† Thoranius vir prætorius nihil tale metuens, in cursu militum domi suæ interfectus est, alijq; complures trucidati sunt. Itaque ne latius atque effrenatus incircunscripta cædes ageretur,† cẽtum triginta & duũm senatorum nomina in tabula proposita sunt, primum Lepidi præcepto & nomine, deinde Antonij, tertiò Cæsaris. Ibi Antonius Tullium Ciceronem inimicum suum, ibi L. Cæsarem auunculum suum, &(quod exaggerando sceleri accessit) viua matre proscripserat. Ibi Lepidus L. Paulum fratrẽ suum in eundem proscriptorum gregem coniecerat. Adiecti sunt postea ad numerum proscriptorum triginta equites Romani. Multæ diu & variæ cædes actæ, domus proscriptorum, direptis omnibus, dirutæ sunt. At Dolabella in Syriam multa cum Cassio bella gessit, à quo victus sese interfecit. Brutus & Cassius magnis exercitibus comparatis apud Athenas conuenerunt, totámque Græciam depopulati sunt. Rhodios Cas-
D sius terra marique oppugnatos ad deditionem coẽgit, quibus præter vitã nihil reliquit. Igitur Cæsar & Antonius eosdem in Macedoniam magnis bellorum apparatibus persecuti, ad mortem cõpulerunt: quamuis manifestissimè illa tunc pugna non virtute partis Antonij, sed Cæsaris felicitate cõfecta sit. Cæsar enim tunc æger, cum se in castris capiendæ quietis causa tenere statuisset, hortatu & precibus medici sui, qui per somniũ admonitũ sese fatebatur, vt ea die castris Cæsarem salutis ipsius causa educeret, in campum æger inter copias egressus est, ac mox castra eius ab hostibus capta sunt: sed rursus Cæsariani milites Cassij castra ceperunt. Quare ad desperationem adacti Brutus & Cassius, immaturam sibi mortem ante belli terminum conscisuerunt. Nam inuitatis percussoribus Cassius caput, Brutus latus præbuit. At Rom. Fuluia vxor Antonij, socrus Cæsaris, dominatum vt mulier agitabat: incertum in hac mutatione consularis regiiq; fastigij, vtrum deficientis potentiæ vltima, an incipientis prima nominanda, certè etiam in eos insolens, per quos vt insolesceret, agebatur. Nam & Cæsarem reuersum apud Brundisium contumeliis, factionibus, insidiisq; petiit. A quo pro-
E pulsata, ad Antonium cõcessit in Græciam. † Sext. Pompeius postquam se in proscriptorum numerũ relatum comperit, conuersus in latrocinia, omnem orã Italiæ cædibus rapinisq; vastauit: Sicilia præpta commeatibúsque impeditis, Romam fame affecit. Mox cum eo pacem triumuiri, vt non dicam tyranni, id est, Lepidus, Cæsar, Antoniúsq; fecerunt. Sed continuò cum contra pactum Pompeius fugitiuos adlegeret, vt hostis habitus est. Mena libertus Pompeij, cum sexaginta nauium classe ad Cæsarem defecit, eidémque classi, ipse iussu Cæsaris præfuit. Idémque continuò † cum Statilio Tauro aduersus Menecratem Pompeianum ducem nauale bellum gessit. Deindè ipse Cæsar aduersus eosdẽ Põpeianos cruentissimum bellũ nauale confecit: sed continuò victricẽ classem penè vniuersam apud Scyllaceũ naufragio amisit. Ventidius Persas & Parthos in Syriam irrũpentes, tribus bellis maximis fudit, regẽq; eorũ Pacorũ in acie interfecit, ea. sc. die qua Crassus à Parthis fuerat occisus. Anto. vnò vix castello expugnato, pacẽ cũ Antiocho fecit; vt ipse tantã rẽ cõsũmasse videretur.

Fuluiæ insolẽtia Plut. in Ant. Dio lib. 48.
† Liu. lib. 127 Ap. 5. Dio. 48 & 49. Flor. 4. cap. 8.
† Dion 48. nõ cum Tauro sed Calusio gradit.
† Hoc Plut. in Ant. Dio. 48. 49 Flor. 4. c. 9 Val. 6. c. 10.

† Sic cum nominatum ait Dio. lib. 47. Augusti bella.
Hæc Cic. in Philip. & epi. Plut. App. Dio. & Vatere.
† De pugna Mutinensi Galba ad Cic. lib. 10. Epist. fam.
† Hæc Dio. lib. 47. App. 3.
† à capena Liu. lib. 120.
† App. exc. li. 3
† App. li. 4. quæ et in Aug.
† In Epit. Liu. lib. 120. est CXXX. Plut. in Ant. CCC. proscriptos à triumuiris occisos fuisse.
Bellum Philippense Plut. in Ant. & Brut. App. 4. Dio. 47. Liu. 124. Flor. 4. cap. 6.

Ioseph. lib. 14. Ant.

Ventidium Syriæ præfecit, iussítq; vt Antigono bellum inferret: qui Iudæos tunc forte debellauerat, captísq; Hierosolymis, templum spoliauerat, regnúmq; Herodi dederat: quem continuò victum in deditionẽ recepit. Mena libertus cum sex nauibus ad Pompeium rediit, à quo clementer receptus Cæsaris classem incendit, quamuis nuper Cæsar alteram secundo naufragio perdidisset. Idémque Mena postea ab Agrippa nauali prælio circunuentus, cum sex triremibus ad Cæsarẽ transiit. Sed hunc Cæsar tertio transfugam, indulta tantum vita, segnem reliquit. Deinde Agrippa inter Mylas & Liparas aduersus Democharem & Pompeium nauale prælium gessit, ac vicit, ibíq; tunc naues triginta aut demersit, aut cepit: reliquis laceratis Pompeius Messanam confugit. Cæsar interea Tauromínium traiecerat, quem repẽtino impetu Pompeius afflixit. Vnde multis demersis nauibus suis, ac magna multitudine suorum militum perdita, in Italiam Cæsar aufugit, nec interueniente mora, in Siciliam rediit: ibíque Lepidum ex Africa aduentantem obuium habuit, summas sibi partes terrore, minis ac superbia vendicantem. Post dies paucos Agrippa iussu Cæsaris à litore cum acie instructa prospectantis, atrocissimo nauali prælio aduersus Pompeium conflixit, & vicit. Nam CLXIII. naues aut demersit aut cepit. Pompeius cum decem & septem nauibus vix elapsus euasit. Lepidus magna viginti legionum insolentia tumens, cum Messanam militibus permissam diripuisset, ipsum Cæsarem ad se venientem semel atq; iterum spreuit, ac potius telis appeti iussit: quæ ille, collecta in læuum brachium lacerna, repellendo vitauit. Mox immisso equo ad suos reuersus, instructo exercitu aduersus Lepidum veniens, plurimas legiones Lepidi paucis interfectis, transire in suam partem compulit. Lepidus tandem intelligens, quo vanitas sua tenderet, depósito paludamento, assumptáque veste pulla, supplex Cęsari factus vitam & bona impetrauit, perpetuo quidem emandatus exilio. Taurus Cæsaris præfectus totam penè† Siciliam ferro pertentatam conterritámq; in fidem recepit. quadraginta quatuor legiones sub vnius tunc imperio Cæsaris erant. Milites multitudine ferocio-res, quosdam pro accipiendis agris tumultus excitauerunt. Sed Cæsar animo ingens viginti millia militum exauctorauit, triginta millia seruorum dominis restituit, sex millia quorum domini non extabant, in crucem egit. Ouans vrbem ingressus, vt in perpetuum trubunitiæ potestatis essent, à senatu decretum est. His diebus trans Tiberim è taberna meritoria fons olei terra exundauit, ac per totum diem largissimo riuo fluxit.

Dio. lib. 49. Ap. 5. Vell. 2.

† Fortasse Africam. nam Tauri virtute Octauius vtrãque Africam obtinuit. Dion. & tab. Capitol. quæ eũ ex Africa triũphasse indicant.

CAP. XIX.

Antonij res & casus. Vel. Dion & Appian.

ANTONIVS verò postquam Araxem transmisit, omnibus vndiq; malis circunuentus, vix tandẽ Antiochiam cum paucis rediit. Nam cum multitudine equitum & sagittariorum ab omnibus præditus, quæ plura tentauit, victus semper effugeret, tum præterea incertis & ignotis regionis locis impeditus, grauissima fame ad nefandos cibos coactus est, plurimíq; militum sese hostibus dediderunt. Inde in Græciam transiit, iussítq; Pompeium, qui victus à Cæsare exercitum bellúmque reparabat, cum paucis ad se venire. Pompeius fugiens, à Tito & Furnio Antonianis ducibus sæpe terrestri naualíq; bello victus & captus, ac pòst paululum interfectus est. Cæsar Illyricum, Pannoniam, partémq; Italiæ bellis subegit & domuit. Antonius Artabanem Armeniæ regem, proditione & dolo cepit: quẽ argentea catena vinctum ad confessionem thesaurorum regiorum coëgit: expugnatóq; oppido, in quo conditos esse prodiderat, magnam vim auri argentíque abstulit. Qua elatus pecunia, denũtiari bellum Cæsari, atq; Octauiæ sorori Cæsaris, vxori suæ repudium indici iussit, & Cleopatram sibi ex Alexandria occurrere imperauit. Ipse Actium, vbi classem constituerat, profectus, cum propè tertiã partem remigum fame absumptam offendisset, nihil motus: remi, inquit, modo salui sint. Nam remiges non deerunt, quoad Græcia homines habuerit. Cęsar ducentis triginta rostratis nauibus à Brundisio in Epirum profectus est. Agrippa verò prępmissus à Cęsare, multas onerarias naues, frumento atq; armis graues, ab Ægypto, Syria, Asiáq; ad subsidium Antonio venientes cepit. Peragratóq; Pelopõnensium sinu, Methonã vrbem validissimo Antoniano pręsidio munitam, expugnauit. Inde Corcyram cepit: fugientes nauali prælio persecutus, profligauit: multísq; rebus cruẽtissimè gestis, ad Cæsarem venit. Antonius defectu & fame militum suorum permotus bellum maturare instituit, ac repentè instructis copiis, ad Cæsaris castra processit, & victus est. Tertio post pugnam die castra Antonius ad Actium trãstulit, nauali prælio decernere paratus: ducentæ triginta rostratæ fuêre Cæsaris naues, & triginta sine rostris, triremes velocitate Liburnicis pares, & octo legiones classi superpositę, absque cohortibus quinque prætoriis. Classis Antonij CLXX. nãuium fuit, quantum numero cedens, tantum magnitudine pręcellens. Nam decem pedum altitudine à mari aberant. Famosum & magnum hoc bellum apud Actium fuit. Ab hora quinta vsq; in horam septimam, incerta vincendi spe, grauissimæ vtrinque cædes actæ: reliquum diei cum subsequente nocte in victoriam Cęsaris declinauit. Prior regina Cleopatra cum sexaginta velocissimis nauibus fugit. Antonius quoque, detracto insigni prætoriæ nauis, fugientẽ secutus est vxorem. Illucescente iam die, victoriã Cæsar consummauit, ex victis XII. milia cecidisse referuntur, † septem milia vulnerata sunt, è quibus mille inter curandum defecerunt. Antonius & Cleopatra communes liberos cum parte regiæ gazæ ad rubrũ mare præmittendos censuerunt. Ipsi præsidiis circa duo AEgypti cornua Pelusiũ Parætoniúmq; dispositis, classem & copias instauranda bello parauerunt. Cæsar sextũ imperator appellatus, & quartum ipse cum M. Licinio Crasso consul, Brundusium venit, ibíq; orbis terrarũ præsidia diuisis legionibus, cõposuit. Inde in Syriã profectus, mox Pelusiũ adiit, vbi ab Antonianis præsidiis vltrò susceptus est. Interea Corn. Gallus præmissus à Cæsare, quatuor legiones quas Antonius apud Sytenas

Ante. regem Armeniæ capit. Dion lib. 49. Epit. Liu. 122.

De bello Actiaco quo Anton. & Cleopatra victi sunt, Plut. in Antonio Dio. lib. 50. Flor. 4. cap. 11. Eutr. 7.

sex

Syrenas præsidij loco constituerat, susceptit in fidem: atq; inde Paratonium primam Ægypti à Lybiæ parte ciuitatem victo cepit Antonio, ipsúmq; continuò apud Pharum vicit. Antonius equestre aduersus Cæsarem bellum iniit, in eo quoq; miserabiliter victus aufugit. Kalendis Sextilibus prima luce Antonius cum ad instruendam classem in portum descenderet, subitò vniuersæ naues ad Cæsarem transierunt. Cúmque vnico præsidio spoliatus esset, trepidus se cum paucis recepit in regiam. Deinde imminente Cæsare, turbatáq; ciuitate, idem Antonius sese ferro transuerberauit, ac semianimis ad Cleopatram in monumẽtum, in quod se illa mori certa condiderat, perlatus est. Cleopatra postquam se ad triumphum seruari intellexit, voluntariam mortẽ petens, serpẽtis (vt putatur) morsu in sinistro tacta brachio, exanimis inuẽta est, frustra Cæsare etiam Psyllos admouente, qui venena serpentum è vulneribus hominũ haustu reuocare atq; exugere solent. Cæsar Alexandria, vrbe omnium longè opulentissima & maxima, victor potitus est. Nam & Roma in tantum opibus eius aucta est, vt propter abundantiam pecuniarum, duplicia quàm vsq; ad id fuerant, possessionum aliarúmq; rerum venalium pretia statuerentur. Occisi sunt iussu Cæsaris, maior Antonij filius, & P. Canidius infestissimus quidem semper Cæsari, sed & Antonio infidus, & Cassius Parmensis, vltima violatæ partis Cæsaris victima, & Q. Quintius ob eam maximè notam, quod obscenissimè lanificio textrinóq; reginæ senator populi Romani præesse non erubuerat. Dehinc Cæsar pedestribus copiis in Syriam venit, deindè in Asiam ad hiberna concessit, ac pòst per Græciam Brundusium peruectus est.

Antonius sibi mortem intulit.

CAP. XX.

ANNO ab vrbe condita DCCXXV. ipso imperatore Cæsare Augusto quinquies, & L. Apuleio consulibus, Cæsar victor ab oriẽte rediens, † octauo Idus Ianuarias vrbẽ triplici triumpho ingressus est: ac tum primum ipse † Iani portas, sopitis omnibus finitísq; bellis ciuilibus, clausit. Hoc die primum Augustus consalutatus est. Quod nomen cunctis antea inuiolatum, & vsq; ad nunc cæteris inausum dominis, tantum orbis licitè vsurpatum apicem declarat imperij: atq; ex eodem die summa rerũ ac potestatum penes vnum cepit esse & mansit, quod Græci monarchiam vocant. Porro autem hunc eundẽ esse diem, hoc est, octauum Idus Ianuarias, quo nos Epiphaniã, hoc est, apparitionẽ siue manifestationem dominici sacramẽti obseruamus, nemo credentiũ siue etiã fidei contradicentium, nescit. De quo nostræ istius fidelissimæ obseruationis sacramẽto vberius nunc dicere, nec ratio, nec locus flagitat: vt & quærentibus reseruasse, & negligentibus non ingessisse videamur. Hoc autem fideliter cõmemorasse ideo par fuit, vt per omnia venturi Christi gratia præparatum Cæsaris imperiũ comprobetur. Nam cum primum, Caio Cæsare auunculo suo interfecto, ex Apollonia rediens vrbem ingrederetur, hora circiter tertia, repentè liquido ac puro serenóq; die circulus ad speciem cœlestis arcus orbem solis ambiit, quasi eum vnum ac potentissimum in hoc mundo, solúmq; clarissimum in orbe monstraret, cuius tempore vẽturus esset, qui ipsum solẽ solus, mundúmq; totum & fecisset & regeret. Deinde cũ secundo in Sicilia receptis à Põpeio & Lepido legionibus, triginta millia seruorum dominis restituisset, & quadraginta quatuor legiones solus imperio suo ad tutamẽ orbis terrarum distribuisset, oũánsque vrbem ingressus, omnia superiora populi Romani debita donãda, literarum etiam monumentis abolitis, censuisset, in diebus ipsius fons olei largissimus, sicut superius expressi, de taberna meritoria per totum diem fluxit. Quo signo quid euidentius, quàm in diebus Cæsaris toto orbe regnantis futura Christi natiuitas declarata est? Christus enim lingua gentis eius in qua natus est, vnctus interpretatur. Itaq; cum eo tẽpore quo Cæsari perpetua tribunicia potestas decreta est, Romæ fons olei per totum diem fluxit: sub principatu Cæsaris Romanóque imperio per totum diem, hoc est, per omne Romani tempus imperij, Christum & ex eo Christianos, id est, vnctum, atq; ex eo vnctos, de meritoria taberna, hoc est, de hospita largáq; ecclesia affluenter, atque incessabiliter processuros, restituendósq; per Cæsarem omnes seruos, qui tamen cognoscerent dominum suum, cæterósq;, qui sine domino inuenirentur, morti supplicióq; dedendos, remittẽdáque sub Cæsare debita peccatorum in ea vrbe, in qua spontaneum fluxisset oleum, euidentissima his qui propheratum voces non audiebant, signa in cœlo, & in terra prodigia prodiderunt. Tertio autẽ cum vrbem triumphans quintum consul ingressus est, eo scilicet die, quem supra nominauimus, cũ & Ianum post ducentos annos primum ipse clausit, & clarissimum illud Augusti nomen assumpsit, quid fidelius ac verius credi aut cognosci potest, concurrẽtibus ad tantam manifestationem, pace, nomine, die, quàm hunc occulto quidem gestorum ordine, ad obsequium præparationis eius prædestinatum fuisse: qui eo die, quo ille manifestandus mundo post paululum erat, & pacis signũ prætulit, & potestatis nomen assumpsit? Quid autem in quarto reditu cum finito Cantabrico bello pacatísq; omnibus gẽtibus, Cæsar vrbem repetiit, ad contestationem fidei, quam exproinimus, actum sit, ipso ordine melius proferetur.

Macrob. si sequimur. Sat. Sextili mense non Ianuario triplici triũpho vrbem est ingressus.

† Dine virg. 1. AEn. claudentur Iani portæ.

Epiphania

prodigium Augusti reuertentis.

christo nato fons olei indefinens.

Cæsarem à senatu cæterisque ciuibus sententia Munatij Planci Augustum dictum fuisse ante 16. cal. Febr. Septimum & M. Vispano Agrippa Coss. censorinus auctor est.

CAP. XXI.

ANNO ab vrbe condita DCCXXVI. imperatore Augusto Cæsare sexies, & bis M. Agrippa consulibus, Cæsar parum in Hispania per ducentos annos actum intelligens, si Cantabros atq; Asfures duas fortissimas gentes Hispaniæ suis vtilegibus sineret, aperuit Iani portas, atque in Hispaniãs ipse cum exercitu profectus est. Cantabri & Asfures Gallęciæ prouinciæ portio sunt, qua extentum Pyrenæi iugum haud proconsul secundo oceano sub septentrione deducitur. Hi non solum propriam libertatem tueri parati, verumetiã finitimorũ prærripere ausi, Vaccæos & Turmodigos & Autrigonas assiduis eruptionibus populabantur. Igitur Cæsar apud Segisamam castra posuit, tribus agminibus totam penè amplexus Cantabriã. Diu fatigato frustra atq; in periculum sæpè deducto exercitu tan-

Bellum Cantabricum. Dion. Flor. lib. 4. c. vlt.

dem ab Aquitanico sinu per oceanum incautis hostibus admouere classem atque exponi copias iu- F
† Africæ bet. Tunc demum Cantabri sub mœnibus † Belgicæ maximo congressi bello, & victi, in Vinnium
montem natura tutissimum confugerunt, vbi obsidionis fame ad extremum penè consumpti sunt.
† Racilium † Aracillum deindè oppidum magna vi ac diu repugnãs, postremò captum ac dirutum est. Præterea
vlteriores Callæciæ partes, quæ montibus siluisq; consitæ oceano terminantur, Antistius & Firmius
legati magnis grauibúsq; bellis perdomuerunt. Nam & Medullium montem Minio flumini imminentem, in quo se magna multitudo hominum tuebatur, per quindecim millia passuum fossa circũseptum obsidione cinxerunt. Itaq; vbi se gens hominum trux natura & ferox, neq; tolerandæ obsidioni sufficientem, neq; suscipiendo bello parem intelligit, ad voluntariam mortẽ seruitutis timore concurrit. Nã se penè omnes certatim igne, ferro, ac veneno necauerunt. Asturesverò positis castris
apud Asturam flumen, Romanos, nisi proditi præuentíq; essent, magnis consiliis viribúsq; oppressissent. Tres legatos cum legionibus suis in tria castra diuisos, tribus æque agminibus obruere repentè
moliti, suorum proditione detecti sunt. Hos postea Carisius bello exceptos, non parua etiam Roma-
norum clade superauit. Pars eorum prælio elapsa Lanciam confugit. Cumq; milites circundatã vr- G
bem incendio adoriri pararent, dux Carisius, & à suis cessationem impetrauit incendij, & à barbaris
voluntatem deditionis exegit. Studiosè enim nitebatur integram atq; incolumem ciuitatẽ victoriæ
suæ testem relinquere. Cantabricæ victoriæ hunc honorem Cæsar detulit, vt tũc quoq; balli portas
Bellum cum Rhetis gestũ est Druso & Pisone coss. an. vrb. 738. clausтro cohiberi iuberet. Ita tunc secundo per Cæsarem, quarto post vrbem conditam clausus est
Ianus. Post hoc Claudius Drusus Priuignus Cæsaris Galliam Rhetiámq; sortitus, maximas fortissimásq; gentes Germaniæ, armis subegit. Nam tunc veluti ad constitutum pacis diem festinarent, ita
omnes ad experientiam belli decisionémve fœderis vndatim gentes cõmouebantur: aut susceptu-
ræ conditiones pacis, si vincerentur: aut vsuræ quietalibertate, si vincerent. Norici, Illyrij, Pannonij,
Dalmatæ, Mœsi, Thraces, Daci, Sarmatæ, pluriméq; & maximi Germaniæ populi, per diuersos duces
vel superati, vel repressi, vel etiam obiectu maximorum fluminũ Rheni Danubiíq; secluси sunt. Drusus in Germania primo Vsipetes, deinde Tencteros & Cattos perdomuit. Marcomannos penè ad
internecionem cæcidit. Postea fortissimas nationes, & quibus natura vires, consuetudo experientiã
viriũ dabat, Cheruschos, Sueuos & Sicãbros pariter vno bello, sed etiam suis aspero, superauit. Quo- H
rum ex eo considerari virtus ac feritas potest, quod mulieres quoq; eorum, si quando præuentu Ro-
manorum inter plaustra sua cõcludebantur, deficientibus telis, vel qualibet re, qua velut telo vti fu-
ror posset, paruos filios collisos humi in hostiũ ora iaciebant, in singulis filiorum necibus bis parricidæ. Tunc etiã in Africa Musolanos & Getulos latius vagantes Cossus dux Cæsaris arctatis finibus
De Cossi & gestis eius Diodor. lib. 55 coërcuit, atq; Romanis limitibus abstinere metu compulit. Interea Cæsarem apud Tarraconem ci-
terioris Hispaniæ vrbem legati Indorum & Scytharum toto orbe transmisso, tandem ibi inuene-
runt, vltra quod iam quærere non possent, refuderúntq; in Cæsarem Alexandri Magni gloriã: quem
sicut Hispanorum Gallorumq; legatio in medio oriẽte apud Babylonẽ contemplatione pacis adiit:
ita hunc apud Hispaniam in occidentis vltimo supplex cum gentilitio munere Eous Indus, & Scythaboreus orauit. Cantabrico bello per quinq; annos acto, totáq; Hispania in æternam pacem cum
quadam respiratione lassitudinis reclinata ac reposita, Cæsar Romam rediit. Quibus etiam diebus
multa per se, multáq; per duces & legatos bella gesit. Nam inter cæteros & Piso aduersum Vindelicos missus est. Quibus subactis, victor ad Cæsarem Lugdunum venit. Pannonios nouo motu intu- I
Tiberii gesta. mescentes Tiberius priuignus Cæsaris cruentissima cæde delcuit. Idémq; continuo Germanos bello arripuit, è quibus quadraginta millia captiuorum victor abduxit. Quod reuera bellum maximum
& formidolosissimum quindecin legionibus per trienniũ gestum est, nec fere vllum maius bellum,
Varus sicut Suetonius attestatur, post Punicum fuit. Sub eodem vero tempore Quinctilius Varus cum tribus legionibus à Germanis rebellantibus, mira superbia atq; auaritia in subiectos agẽs, funditus deletus est. quam reipub. cladẽ Cæsar Augustus adeo grauiter tulit, vt sæpè per vim doloris caput parieti collidens, clamaret: Quinctili Vare, redde legiones. Bosphoranos verò Agrippa superauit, & signis
Romanis, quæ illi quondam sub Mithridate sustulerãt, bello recuperauit, victos ad deditionem coëgit. Parthi quasi toto terrarum orbe vel domito, vel pacato, omnium oculis signarentur, atq; in se solos omnis vigor Romani imperij vertendus esset, quippè quos pristina vlciscendæ Cassianæ cædis
conscientia mordebat, vltrò signa quæ Crasso interfecto abstulerant, ad Cæsarem remiserunt: re-
giisque obsidibus traditis, firmum fœdus fideli supplicatione meruerunt. K

CAP. XXII. ANNO ab V.C. DCCLII. Cæsar Augustus ab oriẽte in occidentẽ, à septẽtrione in meridiẽ, ac per
Augustus compositis vndique rebus tertio Iani portas clausit. Sueton. totũ oceani circulum cunctis gentibus vna pace cõpositis, Iani portas tertiò ipse tunc clausit. Quas
ex eo per duodecim ferè annos quietissimo semper obseratas, otio ipsa etiã rubigo consignauit: nec
prius vnquam nisi sub extrema senectute Augusti pulsatæ Athenienſium seditione & Dacorum commotione patuerũt. Clausis igitur Iani portis, remp. quam bello quæsierat, pace enutrire, atq; amplificare studẽs, leges plurimas statuit, per quas humanũ genus libera reuerentia disciplinæ morem gereret. Domini appellationem, vt homo declinauit. Nam cum eodem spectante ludos, pronuntiatũ
Aug. Domini appellationem vitauit. Suet. esset † à quodam mimo, O dominum æquum & bonum, vniuersíq;, quasi de ipso dictum esset, exultantes approbauissent, statim quidem manu vultúque indecoras adulationes repressit, & in sequenti die grauissimo corripuit edicto, dominúmque se posthac appellari ne à liberis quidem aut nepotibus

A tibus suis vel serio vel ioco passus est. Igitur eo tempore, id est, eo anno quo firmissimã verissimámque pacem ordinatione Dei Cæsar composuit, natus est Christus: cuius aduentu pax ista famulata *Christo nascẽti pax famulatur.* est, in cuius ortu audientibus hominibus exultantes Angeli cecinerunt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Eodémque tempore hic ad quem rerum omnium summa concesserat, dominum se hominum appellari non passus est: imò non ausus, quo verus dominus totius generis humani inter homines natus est. Eodem quoque anno tũc primum idem Cæsar, quem his tantis mysteriis prædestinauerat Deus, censum agi singularum vbique prouinciarum,
& cẽseri omnes homines iussit, quando & Deus homo videri, & esse dignatus est. Tunc igitur natus *Censu Cæsaris Ioseph. 18. hist. Ecclesiast. lib. 1. c. 9. Niceph. 1. cap. 10. & 17. & Prosperg. censu acto Romanorũ fuisse miriades tredecim, bis mille & triginta septem.* est Christus, Romano censui statim ascriptus vt natus est. Hæc est prima illa clarissimáque professio, quæ Cæsarem omnium principem, Romanósque rerum dominos singillatim cũctorum hominum
edita ascriptione signauit, in qua se & ipse, qui cunctos homines fecit inueniri hominem, ascribíque
inter homines voluit. Quod nunquam penitus ab orbe condito atque ab exordio generis humani
in hunc modum, ne Babylonio quidem vel Macedonico, vt non dicam minori cuiquam regno cõ- B
cessum fuit. Nec dubium quin omnium cognitioni, fidei, inspectionique pateat, quòd dominus noster Iesus Christus hanc vrbem nutu suo auctam defensamque, in hunc rerum apicem prouexerit,
cuius potissimè voluit esse cum venit, dicendus vtique ciuis Romanus, census professione Romani.
Quamobrem quia ad id temporis peruentum est, quo & dominus Christus hũc mundum primum
aduentu suo illustrauit, regnúmque Cæsari tranquillissimum dedit, hunc quoque sextum libellum
hoc fine concluserim: vt germinantia tempora Christiana, magísque inter reprimẽtium manus crescentia, & quæ adhuc in prouectu posita, horum ipsorum, quibus hæc respondere cogimur insectatione, mordentur, septimo libello, si tamen adiuuante domino sufficerim, comprehendam: vt quoniam ab initio & peccare homines & puniri propter peccata non tacui, nunc quoque quæ persecutiones Christianorum actæ sint, & quæ vltiones secutæ sint, absque eo quod omnes ad peccandum
generaliter proni sunt, atque ideo singillatim corripiuntur, expediam.

C

PAVLI OROSII HISPANI
ADVERSVS PAGANOS HISTORIARVM LIBER SEPTIMVS.

CAPVT I.

D SVFFICIENTIA vt arbitror documenta collecta sunt, quibus absque vllo arcano, quod paucorum fidelium est, probari de medio queat, vnum illum & verum Deum, quem Christiana fides prædicat, & condidisse mũdum creaturámque eius cum voluit, & disposuisse per multa, cum per multa ignoraretur, & confirmasse ad vnum, cum per vnicum declaratus est, simúlque potentiam patientiámque eius multimodis argumentis eluxisse. In quo quidem angustas, deiectásque mentes offendi paulisper intelligo, quod tantæ potentiæ patientia tanta miscetur. Si enim potens erat, inquiunt, creare mundum, componere pacem mundi, insinuare mundo cultum ac notitiam sui, quid opus fuit tanta, vel vt ipsi sentiunt, tam perniciosa patientia, vt in vltimo erroribus, cladibus, laboribúsq; hominum fieret, quod à principio virtute eius, quem prædicas Dei, fieri potius cœpisse potuisset? Quibus quidem veraciter respondere possem, ad hoc ab initio creatum & insti- *Homo sub religione creatus ad obedientiam.*
tutum humanum genus, vt sub religione cum pace sine labore viuens, fructu obedientiæ æternitatem promereretur: sed abusum bonitate creatoris, libertatem indulgentis in contumacem vertisse
licentiam, atque ex contemptu in obliuionem defluxisse, iustámque nunc esse patientiam Dei, &
iustam in vtramque partem, vt nec contemptus disperdat in totum, cui misereri velit, & affici labo- E
ribus, dum velit, finat contemptus potens. Deinde subsequens esse, iustè semper adhibere quamuis
ignoranti gubernationem, cui aliquando piè restituturus sit pœnitenti antiquæ gratiæ facultatem.
Sed hæc quoniam etsi verissimè fortissimèque dicuntur, fidelem tamen atque obedientem requirũt:
mihi autem, videro an aliquando crediturís, certè nunc cum incredulis actio est, promptius ea proferam, quæ ipsi etsi probare noluerint, improbare non possint. Itaque quantum ad conscientiam
humanarum mentium pertinet, vtique sub reuerentia religionis & confessione, cultúque supernæ
potentiæ viuimus, distante duntaxat fide: quia nostrum est fateri, ex vno & per vnum Deum constare omnia: illorum, tam multos deos putare, quàm multa sunt elementa. Si potentiæ Dei, inquiũt,
quem prædicatis, fuit vt Romanũ imperium tam amplum ac tam sublime fieret, cur igitur patientia
eiusdem obfuit vt ante non fieret? Quibus sub eodem verbo respondebitur: Si potentiæ deorum,
quos prædicatis, fuit vt Romanum imperium tam amplũ ac tam sublime fieret, cur igitur patientia
eorundem obfuit vt ante non fieret? an ipsi dij nondum erant? an adhuc Roma ipsa non erat? an illi

non colebantur? an hæc nondum idonea imperio videbatur? Si nondum erant dij, cessat intentio. F
Vt quid enim iam ibi eorum discutio moram, vbi ne ipsam quidem inuenio naturam? Si autem erãt dij, aut potentia eorum, vt ipsi iudicant, aut patientia in culpa est: vel patientia, si fuit: vel potentia, si defuit: aut si magis suadibile videtur fuisse, tunc quidẽ deos qui prouehere potuissent, sed nondũ extitisse Rom. qui prouehi iure possent. Nos auctorem rerum potentiam, non artificem scientiam quærimus. De diis quippè (vt putant) magnis, non de fabris vilissimis quæstio est, quibus nisi materia accedat, ars cessat. Si enim præscisse illis ac voluisse præstò semper fuit, immò etiam subiacente præscientia, quia apud omnipotentiam de operibus duntaxat suis, hoc est, præscire, quod velle, quodcunque illud præsciebatur, cui voluntas astipularetur, non expectari oportuit, sed creari: maximè cum & Iouem illum suum *aceruos formicarum in populos hominum ludo vertere solitum ferant. Porrò autem de cura cærimoniarum nec recensendum arbitror: quoniam inter sacra continua incessabilibus cladibus nullus finis, ac nulla requies fuit, nisi cũ saluator mundi Christus illuxit: cuius aduentui prædestinatam fuisse imperij Romani pacem, etsi iam sufficienter ostendisse me arbitror, paucis tamen adhuc supplere conabor. G

* De Myrmidonibus illud fabulantur. authores vide vlm. & Iust.

CAP. II. Babylonici & Rom. Imp. collatio.

PRINCIPIO secundi libelli cum tempora Romanæ cõditionis stili tenore perstringerem, multa conuenienter inter Babyloniam vrbem Assyriorum tunc principem gentium, & Romam æquè nunc gentibus dominantem, compacta conscripsi, fuisse illud primum, hoc vltimum imperium: illud paulatim cedens, at istud sensim conualescens: defluxisse illi sub vno tempore nouissimum regẽ, isti primum fuisse: illam deindè tunc inuadente Cyro captam velut in mortem cõcidisse, cum istam fiducialiter assurgentem, post expulsos reges, liberis vti cœpisse consiliis: præcipuè cum vindicante libertatem suam Roma, tunc quoque Iudæorum populus, qui apud Babyloniam sub regibus seruiebat, in sanctam Hierusalem recepta libertate redierit, templúmque Domini sicut à Prophetis prædictum fuerat, reformarit. Præterea interfuisse dixeram inter Babylonium regnum, quod ab oriẽte fuerat, & Romanum, quod ab occidente consurgens hæreditate orientis enutriebatur, Macedonicum Africanúmque regnum, hoc est, quasi à meridie ac septentrione breuibus vicibus partes tutoris curatorísque tenuisse. Orientis & occidentis regnum Babylonium & Romanum iure vocitari, neminem vnquam dubitasse scio. Macedonicum regnum sub septentrione esse cum ipsa cæli plaga, tum Alexandri Magni aræ positæ vsque ad nunc sub Riphæis montibus docent. Carthaginem verò vniuersæ præcelluisse Africæ; & non solum in Siciliam, Sardiniam, cæteráſq; adiacentes insulas, sed etiam in Hispaniam regni terminos tetendisse, historiarum simul monimenta vrbiúmq; declarãt. Dictum est etiam vastatæ per Medos Babyloniæ, & irruptæ per Gothos Romæ pares admodum annorum numeros cucurrisse. Nunc autem his illud adiicio, quo magis clareat vnum esse arbitrum sæculorum, regnorum, locorúmque omnium Deum. Regnum Carthaginiense à conditione vsque ad euersionem eius, paulo amplius quam septingentis annis stetit: æquè regnum Macedonicũ à Carano vsque ad Persen paulò minus quàm DCC. vtrumque tamen septenarius ille numerus, quo iudicantur, omnia terminauit. Roma ipsa etiam quamuis ad aduentum Domini nostri Iesu Christi perfecto proueheretur imperio, tamẽ paululum, & ipsa in occursu numeri huius offendit. Nam septingentesimo conditionis suæ anno, quatuordecim vicos eius, incertum vnde consurgens flamma consumpsit, nec vnquam, vt ait Liuius, maiore incendio vastata est, adeo vt post aliquot annos, Cæsar Augustus ad reparationem eorum quæ tunc exusta erant, magnam vim pecuniæ ex ærario publico largitus sit. Poteram quoque ostendere, eundem duplicatum numerum mansisse Babyloniæ, quæ post mille quadringentos & quod excurrit annos, vltimè à Cyro rege capta est, nisi, præsentium cõtemplatione reuocaret. Illud sanè libenter adiicio, quia primi illius regum omnium Nini (quamuis & pater eius Belus obscurè primus regnasse referatur) illius ergo Nini anno, postquam regnare cœperat, XLIII. natus est sanctus ille Abraham, cui dictæ sunt repromissiones, ex cuius semine promissus est Christus: deindè hunc primi istius imperatorum omniũ Augusti Cæsaris (quãuis & pater eius Cæsar † metator imperij potius quam imperator extiterit) istius inquam Cæsaris, posteaquam imperare cœpit, * emenso propemodum anno XLII. natus est Christus, qui Abrahæ sub Nino primo rege fuerat repromissus. Natus est autem VII. Kalend. Ianuarij, quando primum incrementa omnia anni veniẽtis incipiunt. Ita factum est, vt cum Abraham XLIII. anno natus sit, sub fine XLII. natiuitas Christi cõueniret, vt iam non ipse in parte tertij anni, sed in ipso potius tertius annus oriretur. Qui annus, quantis, quam nouis, quámque inusitatis bonis abundauerit, satis etiam me non proferente compertum haberi arbitror. toto terrarum orbe vna pax omnium, non cessatione, sed abolitione bellorum, clausæ Iani gemini portæ, extirpatis bellorum radicibus, non repressis, census ille primus & maximus fuit, cum in hoc vnum Cæsaris nomen vniuersa magnarum gentium creatura iurauit, simúlque per communionem census vnius societatis effecta est. H

Mon. archiæ quatuor orbis

Carth. Imp. duratio ext. lib. 4.

Supra lib. 6. cap. 14.

Abraham quando natus

* Vocabulum istud est Tert.

† Hic annus Christi nati est Euseb. & Niceph. sunt tamen Chronographi qui 41. alij qui 43. vt Tur. alij qui 44.

Augusti natum scribunt.

CAP. III. Christus quo tẽpore natus. Cassiod. scribit natũ cn. Lentulo, M. Messala Coss. qui cadunt in annum vrb. 750. & orb. 5505. Niceph. lib. 1. cap. 10.

IGITVR anno ab vrbe condita DCCLII. natus est Christus, salutarem mundo afferens fidem, verè petra medio rerum posita: vbi comminueretur, qui offenderet: qui crederet, saluaretur: verè ignis ardens, quem qui sequitur, illuminatur: qui tentat, exuritur. Ipse est Christus, Christianorum caput, saluator bonorum, malorum punitor, iudex omnium, qui formam subsecuturis verbo & opere statuens, quo magis doceret patientes in persecutionibus, quas pro vita æterna exciperent, esse I

A oportere, mox vt virginis partu editus mũdo apparuit, de passionibus suis cœpit. Namque cum rex Iudææ Herodes simul vt natum comperit, necare decreuit, plurimósque tunc paruulos, dum vnum insectatur, occidit. Hinc in quãtum tranquillè agitur mundus, credentium gratia, in quantum pernicioſè inquietatur, blasphemantium pœna est: securis per omnia Christianis fidelibus, quibus aut æternæ vitæ requies in tuto, aut etiam huius in lucro est, quod pròptius cum per ordinem referam, ipsis rebus ostendam. Postquã redẽptor mũdi Dominus Iesus Christus venit in terras, & Cæsaris cẽsu ciuis Romanus ascriptus est, dum per duodecim, vt dixi, annos, clausæ belli portæ beatissima pacis tranquillitate cohibentur, Caium nepotem suum Cæsar Augustus ad ordinandas Ægypti Syriæque prouincias misit, qui præteriens ab Ægypto fines Palæstinæ, apud Hierosolymam in templo Dei tunc sancto & celebri adorare contempsit, sicut Suetonius Tranquillus refert. Quod † Augustus, vbi per eum comperit, prauo vsus iudicio, prudenter feciſſe laudauit. Itaque anno imperij Cæsaris quadragesimo octauo, adeo dira Romanos fames consecuta est, vt Cæsar lanistarum familias, omnésque peregrinos, seruorum quoB que maximas copias, exceptis medicis & præceptoribus, trudi vrbe præceperit. Ita peccante principe in sanctũ Dei, & correpto per famem populo, quantitatem offensionis qualitas vltionis ostendit. Deinde, vt verbis Cornelij Taciti loquar, sene Augusto Ianus patefactus, dum apud extremos terrarum terminos nouæ gentes sæpè ex vsu, & aliquando cum damno quæruntur, vsque ad Vespasiani durauit imperium. Hucusque Cornelius. Cæterum & tunc capta euersaque vrbe Hierosolymorum, sicut Prophetæ prænuntiauerunt, extinctísque Iudæis, Titus qui ad vindicandum Domini nostri Iesu Christi sanguinem iudicio Dei fuerat ordinatus, victor triumphans cum Vespasiano patre Ianum clausit. Igitur etsi sub extremis Cæsaris temporibus apertus est Ianus, tamen per multa ex eo tempora, quamuis in procinctu esset exercitus, nulla bella sonuerunt. Vnde etiam Dominus ipse Iesus Christus in Euangeliis, cum temporibus illis in summa tranquillitate vniuersus mundus ageret, cunctáſque gentes pax vna velaret, & à discipulis suis interrogatus esset, de conclusione temporum subsequentium, inter cætera sic ait: Audituri autem estis prælia & opiniones præliorum: videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, C & regnum in regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Hoc autem diuina prouidentia docens, & credentes præmonendo firmauit, & incredulos prædicendo confudit.

Matth. 2.

Augustus cũ audisset inter pueros quos in Syria Herodes interfecerat, filium quoq; eius occisum, melius est, dixit, Herodis procum esse quam filium. Macrob. 2. Satur.

† In Aug. cap. 93.

Lib. 21.

Infra cap. 9. & supr. in Egesip.

Matth. 24.

ANNO ab vrbe condita septingentesimo LXVII. post mortem Augusti Cæsaris Tiberius Cæsar imperium adeptus est, mansitq; in eo annis viginti & tribus. Hic per semetipsum nulla bella gessit, sed ne per legatos quidem aliqua grauia, nisi quod tantum aliquantis in locis præcogniti citò gentium tumores comprimebantur. Sanè quarto imperij eius anno Germanicus Drusi filius, Caligulæ pater de Germanis, ad quos ab Augusto sene missus fuerat, triumphauit: Ipse autem Tiberius plurima imperij sui parte, cum magna & graui modestia Reip. præfuit, adeò vt quibusdam præsidibus augenda prouinciis tributa suadentibus, scripserit: Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere. At postquã passus est Dominus Christus, atque à mortuis resurrexit, & discipulos suos ad prædicãdum dimisit, Pilatus Præses Palæstinæ prouinciæ ad Tiberiũ imperatorem atque ad senatũ retulit D de passione & resurrectione Christi, consequentibũsque virtutibus, quæ vel per ipsum palam factæ fuerant, vel per discipulos ipsius in nomine eius fiebant, & de eo quod certatim crescente plurimorum fide Deus crederetur. Tiberius cum suffragio maghi fauoris retulit ad senatum, vt Christus Deus haberetur. Senatus indignatione motus, cur non sibi prius secundum morem delatum esset, vt de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusauit, edictóque constituit exterminandos esse vrbe Christianos: præcipuè cum & Seianus præfectus Tiberij, suscipiendæ religioni obstinatissimè contradiceret. Tiberius tamen edicto accusatoribus Christianorũ mortem comminatus est. Itaq; paulatim immutata est illa Tiberij Cæsaris laudatissima modestia, in pœnam contradictoris senatus. Nam regi, quæcunque voluntate faciebat, voluptas erat: atque ex mansuetissimo principe sæuissima bestia exarsit. Nam plurimos senatorum proscripsit, & ad mortem coegit. Viginti sibi patricios viros consilij causa elegerat, horum vix duos incolumes reliquit, cæteros diuersis causis necauit. Seianum præfectum suum res nouas moliẽtem interfecit. Filios suos Drusum E & Germanicũ, quorum Drusus naturalis, Germanicus adoptiuus erat; manifestis veneni signis perdidit: Filios Germanici filij sui interfecit. Referre singillatim facta eius horret animus, pudérque. tãta libidinis & crudelitatis rabie efferbuit, vt qui spreuerant Christo rege saluari, rege Cæsare puniretur. Huius tamen imperij anno duodecimo noua & incredibilis clades apud Fidenatium vrbem accidit. Amphitheatri cauea populo gladiatorium munus spectante collapsa est, & plúsquam viginti millia hominum occidit. Dignum sanè posteris tantæ correptionis exemplum, tunc ad spectandas hominum mortes auidos homines conuenisse, quando pro salute hominum prouidenda Deus homo esse voluisset. Deinde anno eiusdem † XVII. cum Dominus Iesus Christus voluntariè quidẽ se tradidit passioni, sed impiè à Iudæis apprehensus, & patibulo suffixus est, maximo terræmotũ per orbem facto, saxa in montibus scissa sunt, maximarúmque vrbium plurimæ partes plus solita concussione ceciderunt. Eadem quoque die ad horam diei sextam sol in totum obscuratus, tetráque

CAP. IIII. Tiberij Cæs. gesta. Dion. Suet. Tacit. Nicep. Zonar.

Tributa mõ deuanda.

Senatus inuidia Tiberij pellit Christianos.

† Euseb. 18.

nox subitò obducta terris est, & sicut dictum est, Impiáque æternam timuerunt sæcula noctem. F Vsquéadeo autem neque lunam lumini solis, neque nubes obstitisse manifestum est, vt XIIII. ea die lunam tota cœli regione interiecta, longissimè à conspectu solis abfuisse, & stellas tunc diurnis horis, vel potius in illa horrenda nocte toto cœlo fulsisse referatur. Quod non solum sanctorum euangeliorum fides, [1] sed etiam aliquanti Græcorum libri attestantur. Iam hinc post passionem Domini, quem Iudæi quantum in ipsis fuit persecuti sunt, continuæ clades Iudæorum, donec exinaniti dispersíq; deficiant, incessabiliter strepunt. Tiberius siquidem iuuentutem eorum per speciem sacramenti in prouincias grauioris cœli relegauit, reliquos gentis eiusdem vel similia sectantes vrbe submouit, sub pœna perpetuæ seruitutis, nisi obtemperassent. Sanè Asiæ ciuitates illo terræmotu dirutas, tributo dimisso, propria etiam libertate donauit. Hic ambiguis signis veneni obiit.

1 *Phlegontis videlicet & Dionysij.*

CAP. V.

ANNO ab vrbe condita septingentesimo xc. tertius ab Augusto, [2] Caius Caligula cepit regnare, mansítq; in imperio annis non plenis quatuor, homo ante se omnium flagitiosissimus, & qui verè dignus Romanis blasphemantibus, & Iudæis persecutoribus punitor adhibitus videretur. Hic, vt breuiter magnitudinem crudelitatis eius exprimam, exclamasse fertur: Vtinam populus Romanus G vnam ceruicem haberet. Sæpe etiam de conditione temporum suorum conquestus est, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur. O beata germina temporis Christiani, quantum prætulistis in rebus humanis, vt etiam crudelitas hominis magis potuerit clades desiderare, quàm inuenire. Ecce de tranquillitate generali feritas ieiunia conqueritur. Furor impius intus Sæua sedens super arma, & centum vinctus ahenis Post tergum nodis, fremit horridus ore cruento. Serui rebelles & fugitiui gladiatores perterruere Romam, euertere Italiam, Siciliam deleuere, iam penè vniuerso humano generi toto orbe metuendi. In diebus autem salutis, hoc est, temporibus Christianis, conuellere quietem non potest vel Cæsar infestus. Hic siquidem magno & incredibili apparatu profectus quærere hostem viribus ociosis, Germaniam Galliámque percurrens, in ora oceani circa prospectũ Britanniæ restitit. Cúmque ibi [3] Minocynobellinum Britannorum regis filium, qui à patre pulsus cum paucis oberrabat, in deditionem recepisset, deficiente belli materia, Romam rediit. Iisdem autem diebus Iudæi, qui iam tunc ob passionem Christi meritis vbique cladibus exagitabantur, apud Alexandriam seditione excitata, profligati cæde, atque vrbe propulsi, expromẽdarum querelarum H causa Philonem quendam virum sanè in primis eruditum, legatum ad Cæsarem miserunt. Sed Caligula cum omnibus hominibus, tum præcipuè Iudæis infestissimus, spreta legatione Philonis, omnes Iudæorum sacras ædes, atque in primis antiquum illud in Hierosolymis sacrarium profanari sacrificiis gentilium, ac repleri statuis simulacrísque imperauit, seq; ibi vt Deũ coli præcepit: [4] Pilatus autem præses, qui sententiam damnationis in Christum dixerat, postquam plurimas seditiones in Hierosolymis excepit, ac fecit, tantis irrogante Caio angoribus coartatus est, vt sua se transuerberans manu, malorum compendium mortis celeritate quæsierit. Caius Caligula libidinibus suis etiã illud sceleris adiecit, vt sorores suas primum stupro pollueret, deindè exilio damnaret: qui pòst omnes simul exules iussit occidi. Ipse autem à suis protectoribus occisus est. Duo libelli in secretis eius reperti sunt, quorum alteri pugio, alteri gladius pro signo nominis ascriptum erat: ambo lectissimorum virorum vtriusque ordinis senatorij & equestris nomina & notas continebant morti destinatorum. Inuenta est & arca ingens variorum venenorum, quibus mox Claudio Cæsare iubente demersis, infecta maria traduntur non sine magno piscium exitio, quos enecatos per proxima litora passim æstus eiecit. Magnum verò indicium miserantis Dei, propter suffragium gratiæ in populum continuo ex parte crediturum, & propter iræ temperamentum, in populum, tunc infideliter obstinatum, vt quanta multitudo hominũ præparatam mortem euaserit, ex multitudine interfectorum piscium disceretur: omnibúsque notesceret quid tanta veneni moles arte aucta, agere in misera ciuitate potuisset: quæ negligenter effusa, etiam maria corrupit.

2 *Caligulæ mores & scelera Tranq. Dion. Eutr. 7. Euseb 2. hist. Nicep. 2. cap. 9. Virgi. 1. Æn.*

3 *Suet. in Cal. cap. 44. Admimocinum Bellini Britannorum regis filium, legit.*

4 *Pilatum an. 2 Tiberij manus sibi intulit Cassiod. & Euseb. Nicep. lib. 2. cap. 10.*

CAP. VI.

ANNO ab vrbe condita DCCXCV. [5] Tiberius Claudius ab Augusto quartus, regnum adeptus est, mansitque in eo annis [6] quatuordecim. [7] Exordio regni eius Petrus apostolus Domini nostri Iesu Christi Romam venit, & salutarem cunctis credentibus fidem fideli verbo docuit, potentissimísque virtutibus approbauit. Atque exin Christiani Romæ esse cœperunt. Sensit hoc collatum fidei suæ Roma beneficium. Nam cum interfecto Caligula multa de abrogando imperio, ac repub. in antiquum ordinem restituenda, euertendáque penitus Cæsarum vniuersa familia senatus & consules decreuissent, Claudius mox vt confirmauit imperium magna atque adhuc Romæ incognita vsus K clementia, ne in tantam nobilium multitudinem vltio si esset cœpta, sæuiret [8] biduum illud, quo de reipub. statu infœliciter consultatum actúmque fuerat, memoriæ exemit, omniúmque factorum dictorúmve in eo veniam & obliuionem in perpetuum sanxit. Ita illam præclaram & famosam Atheniẽsium amnestiam, quam quidem Romæ inducere Iulio Cæsare interfecto senatus, [9] Cicerone suadente, tentauerat: sed Antonio & Octauiano propter vltionem extincti Cæsaris irrumpentibus, in irritum cesserat: hanc Claudius, qua mu is multo truc ulentiore causa in cædem conspiratorum stimularetur, vltronea clementia nullo expetente firmauit. Accidit etiam eodem tempore præsentis gratiæ Dei grande miraculum: siquidem Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, bellum ciuile molitus, legiones multas fortissimásque ad sacramenti mutationem pellexerat. Itaque die [10] dicto, vt in vnum vndiq; ad nouum imperatorem conueniretur, neque aquilæ ornari, neque cõ-

5 *Cl. cæsar.*
6 *Ioseph. l. 20 Antiq. cap. 5. Item Xiphil. annos xiij. regnasse mens. viij. scribunt 7 Anne 2. Saturnino & venusto Cos. cassiod. & Euseb. in Ch.*
8 *Suet. in cl. cap. 11.*
9 *Philipp. 1. sup. li. 2. c. 17.*
10 *data.*

uelli quoquo modo signa moueríve potuerunt. Exercitus tãta & tam inusitata miraculi fide motus & conuersus in pœnitentiam, [1] Scribonianum quinto statim die destitutum interfecit, seseq; sacramento prioris militiæ continuit. Tristius ac perniciosius vrbi Romæ nihil vnquã fuisse, quàm bella ciuilia, satis notum est. [2] Itaque propter aduentum apostoli Petri, & tenera Christianorum germina, vixdum adhuc pauca ad sanctæ fidei professionem erumpentia, hanc exorientem tyrannidem, & consurgens istud ciuile bellum neget quisquam diuinitus esse compressum, qui præteritis temporibus de compressione bellorum ciuilium simile probarit exẽplum? Claudius quarto imperij sui anno, cupiens & vtilem reip. ostentare principem, bellum vbique & victoriam vndecunque quæsiuit. Itaque expeditionem in Britanniam mouit: quæ excitata in tumultum propter non redditos transfugas videbatur, transuectúsque in insulam est, quam neque ante Iulium Cæsarem, neque post eum quisquam adire ausus fuerat. Ibique, vt verbis [3] Suetonij Tranquilli loquar, sine vllo prælio ac sanguine intra pauciss imos dies plurimam insulæ partem in deditionem recepit. Orcadas etiam insulas vltra Britanniã in oceano positas, Romano adiecit imperio, ac sexto quàm profectus erat mense Romam rediit. Conferatur nunc, si cuiquam placet, insula & insula, tempus & tempus, bellum & bellum, Cæsar & Cæsar. Nam de fine nihil profero: quoniam hoc feliciss ima victoria, illud acerbiss ima clades fuit: & sic demum Roma cognoscat, per eius latentem prouidentiam in augendis rebus antea se partem felicitatis habuisse, cuius agnitione suscepta, plenissima felicitate perfruitur, in quãtum non tamẽ blasphemiarum offendiculis deprauatur. Eodem anno imperij [4] eius fames grauiss ima per Syriam facta est, quam etiam prophetæ prænuntiauerãt: sed Christianorum necessitatibus apud Hierosolymam, conuectis ab Ægypto frumentis, Helena Adiabenorum regina conuersa ad fidem Christi, largissimè ministrauit. Anno imperij eius quinto, [5] inter Theram & Therasiam insula de profundo emicuit triginta stadiorum spatio extenta. [6] Anno eius septimo, sub procuratore Iudææ Cumano, in Hierosolymis tanta seditio in diebus azymorum exorta est, vt in portarum exitu populo coartato, triginta millia Iudæorum cæde prostrata & compressione suffocata referantur. Anno eiusdem nono, expulsos per Claudiũ vrbe Iudæos, Iosephus refert. sed me magis Suetonius mouet, qui ait hoc modo: Claudius Iudæos impulsore Christo assiduè tumultuantes Roma expu- C lit. Quod, vtrum contra Christum tumultuantes Iudæos coërceri & comprimi iusserit, an etiam Christianos simul velut cognatæ religionis homines voluerit expelli, nequaquam discernitur. [7] Verumtamen sequenti anno tanta fames Romæ fuit vt medio foro imperator correptus à populo cõuitiis & fragminibus panis turpissimè infestatus, ægrè per Pseudotyrum in palatium refugiens furorem excitatæ plebis euaserit. Paruo autem intercedente tempore triginta quinque senatores & trecentos simul equites Romanos minimis causis interfecit: ipse autem manifestis veneni signis est mortuus.

1 *Scribon. interficitur.*
2 *B. Petri in vrbẽ aduẽtus Niceph. lib. 2. cap. 14.*
3 *Suet. in Cl. cap. 11. Beda. 1. hist. Angl.*
4 *Fames grauiss. Act. 11. Ioseph. 20. li. Antiq. cap. 2. Euseb. hist. lib. 2. cap. 8.*
5 *Enata insula Euseb. in chron. & Cass. 10. Strab. lib. 10.*
6 *De hac seditione. Ioseph. Ant. 20. c. 4. Euseb. 2. hist. cap. 19.*
7 *Suet. in Cl. cap. 24.*

CAP. VII.

ANNO ab vrbe condita octingentesimo octauo [8] Nero Cæsar ab Augusto quintus, principatum adeptus est, mansitque in eo annis non plenis quatuordecim, Caij Caligulæ auunculi sui erga omnia vitia ac scelera sectator, immò transgressor, petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiam, crudelitatem nullo non scelere exercuit. siquidem petulantia percitus omnia penè Italiæ ac Græciæ theatra perlustrans, assumpto etiam varij vestitus dedecore, [9] ceritos, citharistas, tragœdos & aurigas sæpè sibi superasse visus est. Libidinibus porrò tantis exagitatus est, vt ne à matre quidem vel sorore D vllâve consanguinitatis reuerentia abstinuisse referatur, virum in vxorẽ duxerit, ipse à viro vt vxor acceptus sit. Luxuriæ verò tam effrenatæ fuit, vt [10] retibus aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebantur: frigidis & calidis lauaret vnguentis. Quid etiam nunquam minus M. carrucis confecisse iter traditur. [11] Deniquè vrbis Romæ incendium voluptatis suæ spectaculum fecit. Per sex dies septémq; noctes ardens ciuitas, regios pauit aspectus. Horrea quadro structa lapide, magnæq; illæ veterum insulæ, quas discurrens adire flamma non poterat, magnis machinis quondam ad externa bella præparatis, labefactatæ atque inflammatæ sunt ad monimentorum bustorúmque diuersoria infelici plebe compulsa. Quod ipse ex altissima illa Mæcenatiana turre prospectans, lætúsque flammæ (vt aiebat) pulchritudine, tragico habitu Iliadem decantabat. Auaritiæ autem tam præruptæ extitit, vt post hoc incendium vrbis, quam se Augustus ex lateritia [12] marmoream reddidisse iactauerat, neminem ad reliquias rerum suarum adire permiserit. cuncta quæ flammæ quoquo modo superfuerant, ipse abstulit. Centies centena millia sestertiũm annua ad expẽsas à senatu sibi con- E ferri imperauit. Plurimos senatorum, nulla extante causa, bonis priuauit. Negotiatorum omnium sub vna die, tormentis quoque adhibitis, omnem penitus censum absterſit. Crudelitatis autem tabie ita efferatus est, vt plurimam senatus partem interfecerit, equestrem ordinem penè destituerit. Sed ne parricidiis quidem abstinuit, matrem, fratrem, sororem, vxorem, cæterósque omnes cognatos, & propinquos sine hæsitatione prosstrauit. Auxit hanc molem facinorum eius temeritas impietatis in Deum. [13] Nam primus Romæ Christianos suppliciis & mortibus affecit, ac per omnes prouincias pari persecutione excruciari imperauit: ipsumque nomen extirpare conatus, beatissimos Christi apostolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit. Mox acceruatim miseram ciuitatem obortæ vndique clades oppressere. Nam subsequente autumno tanta vrbi pestilentia incubuit, vt triginta millia funerum [14] in tationem Libitinæ venirent. Británica deinde clades è vestigio accidit, qua duo præcipua oppida, magna ciuium sociorúmque clade & cæde direpta sunt. Præterea in oriente

8 *Neronis mores & flagitia Dion. Suet. Tacit. 13 14. 15. & 16. Niceph. li. 2. cap. 37.*
9 *Scenicos*
10 *Eras. in Chil. aureo piscari hamo.*
11 *Nerõ inc. Tacit. lib. 15.*
12 *Romam fecit Augustus marmoream.*
13 *Nero Christianos primus afflixit. Tacit. l. 15. Suet. c. 16 Niceph. lib. 2. cap. 37. Aug. 18. ciuit. c. 52 Egesip. lib. 3. Euseb. 2. c. 25.*
14 *Verba sunt Tertul. ex Apol.*

magnis Armeniæ prouinciis amissis Romanæ legiones sub iugum Parthicum missæ, ægréque Syria F
retenta est. In Asia tres vrbes, hoc est, Leodicea, Hierapolis, Colossæ terræmotu conciderũt. At ve-
rò Nero postquam Galbam in Hispania imperatorem creatum ab exercitu cognouit, totus animo
ac spe concidit. Cúmque incredibilia perturbandæ, immò subruendæ reipub. mala moliretur, ho-
stis à senatu pronuntiatus, & ignominiosissimè fugiens, ad quartum ab vrbe lapidem sese ipse inter-
fecit, atque in eo omnis Cæsarum familia consumpta est.

CAP. VIII.

Galbæ Othonis & Vitellij Imperium Tacit. lib. 15. Suet. Plut. Xiph.

Beda I. hist. Eccles.

† Bebriacum habent Tacit. 18. Eutr. 7. Suet. & Sex. Aurel. At Plut. in Otho. Βητριακόν.

ANNO ab vrbe condita octingentesimo XXIIII. Galba apud Hispanias vsurpauit imperium: qui
mox vt Neronis mortem comperit, Romam venit. Cúmque omnes auaritia, sæuitia, segnitiáque
offenderet, Pisonem sibi nobilem industriúmque adolescentem in filium atque in regnum adopta-
uit: cum quo septimo mense imperij sui ab Othone iugulatus est. Luit Roma cædibus principum,
excitatísque ciuilibus bellis, recentes Christianæ religionis iniurias: & signa legionum illa, quæ sub
aduentu in vrbem Petri apostoli diuinitus coërcita conuelli nullo modo ad excitandum ciuile bel-
lum valuerant, quod per Scribonianum parabatur, Petro in vrbe interfecto, & Christianis pœnarũ
diuersitate laniatis, toto se orbe soluerũt. De Hispania siquidẽ illico Galba surrexerat: quo mox op- G
presso, Otho Romæ, Vitellius in Germania, Vespasianus in Syria imperia simul atque arma rapue-
runt. Probent sanè etiam inuiti potentiam simul & clementiam Dei, qui Christianis temporibus
offenduntur, quanta celeritate tantorum incendia bellorum & excitata sunt & repressa, cum & an-
tea minimis causis magnæ ac diuturnæ clades agitarentur, & nunc maximi vndique concrepantes
magnorum malorum fragores, minimo negotio sopirentur. Iam enim erat Romæ, quamuis perse-
cutione vexata ecclesia, quæ iudici omnium Christo etiam pro inimicis & persecutoribus supplica-
ret. Igitur Otho, cùm Galba & Pisone Romæ interfectis inter tumultus cædésque inuasisset impe-
rium, ac mox creatum imperatorem in Gallia per Germanicas legiones Vitellium comperisset, bel-
lum ciuile molitus, tribus primum leuibus præliis, hoc est, vno apud Alpes, alio circa Placentiam,
tertio circa locum, quem Castoris vocant, contra Vitellianos duces congressus victor extitisset,
quarto apud † Bebriacum prælio, cum animaduertisset suos vinci, mense tertio quàm imperare cœ-
perat, sese interfecit. Vitellius victor Romam venit: vbi cum multa crudeliter ac nequiter ageret,
incredibili etiam voracitatis appetitu humanã vitam probris aggrauaret, postquam de Vespasiano H
comperit: primũ deponere molitus est imperium: postea à quibusdam animatus, Sabinum Vespa-
siani fratrem nihil mali tum suspicantem, cum cæteris Flauianis in Capitolium compulit: succensó-
que templo, & mixta simul flamma ruináque, omnes in vnum pariter interitum ac tumultum dedit.
Pòst deficiente in Vespasiani nomen exercitu suo destitutus, appropinquantibus iam hostibus tre-
pidus, cum se in quandam proximam palatio cellulam contrusisset, turpissimè inde protractus, cum
per viam sacram nudus duceretur, passim cunctis fimum in os eius coniectantibus, in forum dedu-
ctus, VIII. quàm regnum præsumpserat mense, apud Gemonias scalas minutissimorum ictuum cre-
bris compunctionibus excarnificatus, atque inde vnco tractus, & in Tiberim mersus, etiam com-
muni caruit sepultura. Multis autem & nefariis modis per complures dies à Vespasiani militibus,
aduersum senatum populúmque Romanum indiscreta cæde sæuitum est.

CAP. IX.

Titi & Vespasiani gesta. † latius Suet. cap. 4. in Vesp. Iosep. bell. Iud. & Eges.

Hieros. Templi euersio.

ANNO ab vrbe condita octingentesimo vigesimoquinto, breui illa quidem sed turbida tyranno-
rum tempestate discussa, tranquilla sub Vespasiano duce serenitas rediit. Nanque vt paulo † altius
repetam, Iudæi post passionem Christi destituti in totum gratia Dei, cum omnibus vndique malis I
circumuenirentur, quibusdam in Carmelo monte seducti sortibus, quæ portenderent exortos à Iu-
dæa duces rerum potituros fore, prædictúmque ad se trahentes, in rebellionem exarserunt. Extin-
ctísque Romanis præsidiis, legatum quoque Syriæ suppetias ferentem, rapta aquila & cæsis copiis,
fugauerũt. Ad hos Vespasianus à Nerone missus, Titum filium suum maiorem inter legatos habuit.
Nam multas & validas legiones secum in Syriam traiecit. Itaque cum Iudæos multis eorum oppi-
dis captis, in vrbem Hierosolymorum, præcipuè ob diem festum congregatos obsidione clausisset,
cognita Neronis morte, hortatu plurimorum regum & ducum, maximè Iosephi Iudæorum ducis
sententia, qui captus, cum in vincula coniiceretur, constantissimè dixerat (sicut Suetonius refert)
continuò se ab eodem, sed imperatore, soluendum, imperium adeptus est: relictóque in castris ad
procurationem obsidionis Hierosolymorum filio Tito, per Alexãdriam profectus est Romam. Sed
cognita interfectione Vitellij, paulisper Alexandriæ substitit. Titus verò magna ac diuturna obsi-
dione Iudæos premens, machinis cunctísque bellicis molibus non sine multo suorum sanguine tã- K
dem muros ciuitatis irrupit. Sed ad expugnandam interiorem templi munitionem, quam reclusa
multitudo sacerdotũ ac principum tuebatur, maiore vi & mora opus fuit. Quod tamen postquàm
in potestatem redactum opere atque antiquitate suspexit, diu deliberauit, vtrum tanquam incita-
mentum hostium incenderet, an in testimonium victoriæ reseruaret. Sed ecclesia Dei iam per to-
tum orbem vberrimè germinante, hoc tanquam effœtum ac vacuum, nullíque vsui bono commo-
dum, arbitrio Dei auferendum fuit. Itaque Titus imperator ab exercitu pronuntiatus, templum
in Hierosolymis incẽdit ac diruit: quod à die conditionis primæ vsque ad diem euersionis vltimæ,
manserat annis MCII. Muros vrbis vniuersos solo adæquauit. DC. millia Iudæorũ eo bello interfecta,
Cornelius & Suetonius referunt. Iosephus verò Iudæus, qui ei tunc bello præfuit, & apud Vespasia-
num propter prædictum imperium veniam gratiámque meruerat, scribit vndecies centena millia

gladio

**Samothracia. Ead. Eutrop. lib. 7. Suet. in Vesp. c. 8.*

A gladio & fame perisse, reliquias verò Iudæorũ diuersis actas conditionibus toto orbe dispersas: qua-
rum numerus ad nonaginta millia hominum fuisse narratur. Vespasianus & Titus imperatores, ma-
gnificum agentes de Iudæis triumphum, vrbem ingressi sunt. Pulchrum & ignotum antea cunctis
mortalibus inter trecentos viginti triumphos, qui à conditione vrbis vsque in id tempus acti erãt,
hoc spectaculum fuit, patrem & filium vno triumphali curru vectos, gloriosissimam ab his qui Patrẽ
& Filium offenderant, victoriam reportasse. Qui cõtinuò omnibus bellis ac tumultibus domi fo-
rísque compressis, pacem totius orbis pronunciauerunt, & Ianum geminũ obseratis cohiberi clau-
stris, sexto demum ipsi post vrbem conditam censuerunt. Iure enim idem honos vltioni passionis
domini impensus est, qui etiam natiuitati fuerat attributus. Tunc deindè sine vllis bellorum tumul-
tibus in immensum Respublica Romana prouehitur: siquidẽ Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantiũ, * Sa-
mos, Thracia, Cilicia, Commagene, tum primum redactæ in prouincias, Romanis iudicibus legi-
búsque paruerũt. Nono autẽ imperij eius anno tres ciuitates Cypri terræmotu corruerũt, & Romæ
magna pestilentia fuit. Vespasianus autem in villa propria circa Sabinos nono anno principatus sui
B profluuio vẽtris mortuus est. Anno ab vrbe cõdita octingentesimo vigesimooctauo, Titus segrega-
tis à numero principũ Othone & Vitellio, ab Augusto octauus biennio post Vespasianũ regnauit.
Cuius tanta tranquillitas in imperio fuit, vt nullius omnino sanguinem in republica administranda
fudisse referatur. Et tamen tunc Romæ orto repentè incendio, plurimæ ædes publicæ con-
crematæ sunt. Abruptum tunc etiam Vesuuij montis verticem magna profudisse incendia ferunt,
torrentibusque flammarum vicina regionis cum vrbibus hominibusque delesse. Titus cum ingenti
omnium luctu in eadem villa, qua pater eius, morbo assumptus est.

CAP. X.

Domitiani res & facinora. Xiph. & Suet. Niceph.

† In M. S. Gualtheri est Diurpanis. Xiphilinus Dacorum regem Dercebalum vocat.

† Hoc ex Eges. Apost. hist. excripserunt Euseb. & Nicep. lib. 2. cap. 10.

ANNO ab vrbe cõdita octingẽtesimo tricesimo, Domitianus Titi frater, ab Augusto nonus, fra-
tri successit in regnũ. Qui per annos quindecim ad hoc paulatim per omnes scelerũ gradus creuit,
vt cõfirmatissimam toto orbe Christi ecclesiam, datis vbique crudelissimæ persecutionis edictis, cõ-
uellere auderet. Is in tantã superbiam prolapsus fuit, vt dominũ sese ac deum vocari, scribi, colique
iusserit. Nobilissimos è senatu, inuidiæ simul ac prædæ causa, alios palam interfecit, alios in exilium
trusit, ibique trucidari imperauit. Libidinis intemperantia quicquid cogitari potest, fecit. Plurimas
C vrbis ædes, destructis populi Romani rebus, extruxit: bellum aduersum Germanos & Dacos per
legatos gessit pari reip. pernicie, cum & in vrbe ipse senatum populumque laniaret, & foris malè cir-
cumactum exercitum assidua hostes cæde conficerent. Nam quanta fuerint † Diurpanei Dacorũ
regis cum Fusco duce prælia, quantæque Romanorum clades, longo textu euoluerem, nisi Corne-
lius Tacit. qui hanc historiam diligentissimè contexuit, de reticendo interfectorum numero, & Sal-
lustium Crispum, & alios auctores quamplurimos sanxisse, & se ipsum idem potissimum elegisse di-
xisset. Domitianus tamen prauissima elatus iactantia, sub nomine superatorum hostium de extinctis
legionibus triũphauit. Idemque efferatus superbia, qua se deum coli vellet, persecutionem in Chri-
stianos agi secundus à Nerone imperauit. Quo tempore etiam beatissimus Ioannes Apostolus in
Pathmum insulã relegatus fuit. Inter Iudæos quoque acerbitate tormentorũ & cruentissimæ quæ-
stionis exquiri genus Dauid, † atque interfici præceptum est, dum prophetis sanctis & inuidetur, &
creditur, quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid, qui regnum posset adipisci. Continuo tamen
D Domitianus crudeliter in palatio à suis interfectus est: cuius cadauer populari sandapila per vespil-
lones exportatum, atque ignominiosissimè sepultum est.

CAP. XI.

Neruæ Imp. Io. Apost. reuocatur. Nicep. lib. 2. cap. 11. & Dionysius.

ANNO ab vrbe condita octingentesimo quadragesimosexto (quamuis Eutropius quinquagesi-
mum hunc esse annum scripserit) Nerua admodum senex à Petronio & Parthenio spadone interfe-
ctore Domitiani, imperator decimus ab Augusto creatus, Traianum in regnum adoptauit, per quẽ
reuera afflictæ Reip. diuina prouisione consuluit. Hic primo edicto suo cunctos exules reuocauit:
vnde & Ioannes Apostolus hac generali indulgentia liberatus, Ephesum rediit: emensoque anno
imperij sui, Nerua confectus morbo diem obiit.

CAP. XII.

Traiani Imperium.

† His Xiphi. addit menses VI. (Cass. IIII habet) dies XV.

ANNO ab vrbe condita DCCCXLVII. Traianus genere Hispanus, XI. ab Augusto, reipub.
gubernacula Nerua tradente suscepit, ac per annos † decem & nouem tenuit. Apud Agrippinam
Galliæ vrbem insignia sumpsit imperij: mox Germaniam trans Rhenum in pristinum statum redu-
xit: trans Danubium multas gentes subegit. Regiones autem trans Euphratem & Tigrim sitas pro-
uincias fecit, Seleuciam & Ctesiphontem & Babylonẽ occupauit. In persequendis sanè Christianis
E errore deceptus, tertius à Nerone cũ passim repertos cogi ad sacrificandum idolis, ac detrectantes
interfici præcepisset, plurimique interficerentur, Plinij Secũdi, qui inter cæteros iudices persecutor
datus fuerat, relatu admonitus, eos homines præter confessionẽ Christi honestaque cõuenticula
nihil contrariũ Romanis legib. facere, fiducia sane innocẽtis cõfessionis nemini mortẽ grauẽ ac for
midolosam videri, rescriptis illico leniorib. tẽperauit edictũ. Veruntamẽ continuò Romæ aurea do-
mus, à Nerone totis priuatis publicisque rebus impẽsis cõdita, repẽtino cõflagrauit incẽdio, vt intel-
ligeretur missa etiã ab alio persecutio in ipsius potissimè monumentis, à quo primũ exorta esset, atq;
in ipso auctore puniri. Terræmotu IIII. vrbes Asię submersæ, Helea, Myrina, Pitane, Syme, & Grę-
ciæ ciuitates duæ, Opuntiorũ & Oritorũ. Tres Galatię ciuitates eodẽ terræmotu dirutę. Pantheon
Romæ fulmine concrematũ. Terræmotus Antiochiã penè totam subruit ciuitatẽ. Incredibili dein-
dè motu sub vno tempore Iudęi quasi rabie efferati, per diuersas terrarum partes exarserunt. Nam

& per totam Libyam aduersus incolas atrocissima bella gesserunt: quæ adeo tunc int erfectis cultoribus desolata est, vt nisi postea Hadrianus imperator collectas illuc aliundè colonias deduxisset, vacua penitus terra, abraso habitatore, mansisset. Ægyptum verò totam & Cyrenem & Thebaida cruentis seditionibus turbauerunt. In Alexandria autem commisso prælio victi & attriti sunt. In Mesopotamia quoque rebellantibus iussu imperatoris bellum illatū est. Itaque multa millia eorū vasta cæde deleta sunt. Sane Salaminā vrbem Cypri, interfectis omnibus accolis, deleuerunt. Traianus, vt quidam ferunt, apud Seleuciam Isauriæ vrbem profluuio ventris extinctus est.

Nicep. lib. 2. cap. 22.

CAP. XIII. *Hadriani Imperium Dion. Xiph. & Spart.*

ANNO ab vrbe cōdita octingentesimo sexagesimoseptimo Hadrianus cōsobrinæ Traiani filius, XII. ab Augusto principatum adeptus, vno & viginti annis imperauit. Hic per Quadratum discipulum apostolorum[1], & Aristidem Athenien sem virum fide sapientiaque plenum, & per Serenum Granium legatum, [2] libris de Christiana religione compositis instructus atque eruditus, præcepit per [3] epistolam, ad Minucium Fundanum proconsulem Asiæ datam, vt nemini liceret Christianos sine obiectu criminis aut probatione damnare. Idem quoque continuò pater patriæ in senatu vltra morē maiorum appellatur, & vxor eius Augusta. Hadrianus rempublicam iustissimis legibus ordinauit, bellum contra Sauramatas gessit & vicit, Iudæos sanè perturbatione scelerū suorum exagitatos, & Palæstinam prouinciam, quondam suam depopulantes, vltima cæde perdomuit: vltusque est Christianos, quos illi Cotheba duce, quod sibi aduersus Romanos non assentarentur, excruciabant. Præcepitque, ne cui Iudæo introëundi Hierosolymam esset licentia, Christianis tātum ciuitate permissa: quam ipse in optimum statum, murorum extructione reparauit, & Æliam vocari de prænomine suo præcepit.

1 Exemplar epistolæ extat apud Iustin. Marty. & Euseb. lib. 4. cap. 9. Nicep. lib. 3. cap. 27.

CAP. XIIII. *Antonini Imp. vitam Iul. capitol. descripsit.*

ANNO ab vrbe cōdita octingentesimo octogesimo octauo, Antoninus cognomento Pius, decimustertius ab Augusto imperator creatus, cum liberis suis Aurelio & Lucio, viginti & non plenis tribus annis remp. gubernauit, adeo tranquillè & sanctè, vt merito pius & pater patriæ nominatus sit. Huius tamen temporibus Valentinus hæresiarches, & Cerdo magister Marcionis Romam venerunt. Verum Iustinus philosophus librum pro Christiana religione cōpositum Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos homines fecit. Antoninus ad duodecimum ab vrbe labidem morbo correptus, interiit.

CAP. XV. *Antonini vers imperiū capitol. & Xiphil.*

ANNO ab vrbe condita DCCCCXI. Marcus Antoninus Verus, decimusquartus ab Augusto, regnum cum Aurelio Çommodo fratre susc epit, mansitque in eo annis decem & nouem. Hi primi rempub. æquo iure tutati sunt, bellum deindè contra Parthos admirabili virtute & felicitate gesserunt. Lucius Antoninus Verus ad id bellum profectus est. Vologæsus enim rex Parthorum, graui eruptione Armeniam, Cappadociam, Syriamque vastabat. Sed Antoninus per strenuissimos duces magnis rebus gestis, Seleuciam Assyriæ vrbem super Hydaspen fluuium sitam, cum quadringentis millibus hominum cepit, & cum fratre de victoria Parthica triumphauit, ac non multò pòst, dū cum fratre in vehiculo sedet, casu morbi, quē apoplexiam Græci vocāt, suffocatus interiit. Eo defuncto, Marcus Antoninus solus reipub. præfuit. sed in diebus Parthici belli persecutiones Christianorum quarta iam post Neronem vice, in Asia & in Gallia graues præcepto eius extiterunt, multique sanctorum martyrio coronati sunt. Secuta est lues plurimis infusa prouinciis: totamque Italiam pestilentia tanta vastauit, vt passim villæ, agri atque oppida sine cultore atque habitatore deserta, in ruinas syluasque concesserint. Exercitum verò Romanorum cunctasque legiones per longinqua latè hyberna dispositas, ita cōsumptas ferunt, vt Marcomanicum bellum, quod continuo exortum est, non nisi nouo delectu militū, quē triennio iugiter apud * Carnotum Marcus Antoninus habuit, gestum fuisse referatur. Hoc quidem bellum prouidentia Dei administratum esse cum plurimis argumentis, tum præcipuè epistola grauissimi ac modestissimi imperatoris apertissimè declaratum est. Nam cū insurrexissent gētes immanitate barbaræ, multitudine innumerabiles, hoc est, Marcomani, Quadi, Vādali, Sarmatæ, Sueui, atque omnis pene Germania, & in Quadorū vsque fines progressus exercitus, circunuentusque ab hostibus, propter aquarū penuriā, præsentius sitis quā hostis periculū sustineret: ad inuocationē nominis Christi, quā subitò magna fidei constātia† quidā milites effusi in preces palā fecerūt, tanta vis pluuiæ effusa est, vt Romanos quidē largissimè ac sine iniuria refecerit, barbaros autē crebis fulminum ictibus perterritos, præsertim cū plurimi eorū occiderentur, in fugā coēgerit. Quorū terga Romani vsque ad internecionē cædentes, glorioſissimā victoriā, & omnibus penè antiquorū titulis præferendā, rudi paruoque militū numero, sed potentissimo Christi auxilio reportarūt. Extare etiam nunc apud plerosque dicūtur literæ Imperatoris Antonini, vbi inuocatione nominis Christi per milites Christianos, & sitim illam depulsam, & collatam fatetur fuisse victoriā. Idemque Antoninus Commodum filium suum assumpsit in regnum, præteriti etiam temporis per omnes prouincias tributa donauit, omniaque simul fiscalium negotiorum calumnioſa monimenta congesta in foro iussit incendi, seuerioresque leges nouis constitutionibus temperauit. Postremò in Pannonia constitutus, repentino morbo diem obiit.

* carnuntium

† Mileteni mil. erant. Xiphil. in Antō. Phil. memine re miraculi. Capitolin. Dionys. Suidas, Eutro. Nicep. lib. 4. cap. 12. Vlpianus quoque l. Generaliter §. fin. ff. de decur.

CAP. XVI. *Commodus* † *Lampr. Xiphil. Herod. lib. 1.*

ANNO ab vrbe condita nongentesimo tricesimo, Lucius Antoninus Commodus, decimusquintus ab Augusto patri succesit in regnum: mansitque in eo annis tredecim. Aduersus Germanos bellum feliciter gesit. Cæterum per omnia luxuriæ & obscœnitatis dedecora deprauatus, † gladiatoriis quoque armis sæpissime in ludo depugnauit, & in amphitheatro feris sese obiecit frequenter: interfecit etiam quamplurimos senatores, maximè quos animaduertit nobilitate industriaque excellere. Flagitia regis, pœna vrbis insequitur. Nam fulmine capitoliū ictum, ex quo facta inflammatio bibliothecam illam maiorum cura studioque compositam, ædesque alias iuxtà sitas, rapaci turbine concremauit. Deinde aliud incendium postea Romæ exortum, ædem Vestæ & palatium, plurimamque vrbis partem solo coæquauit. Commodus cunctis incommodus, in domo Vestiliani strangulatus interiisse fertur, hostis generis humani etiam viuus iudicatus. Post hunc à senatu creatus est senex Ælius Pertinax, XVI. ab Augusto, qui sexto mense quam regnare cœperat, Iuliani Iurisperiti scelere in palatio occisus est. Iulianus interfecto Pertinace, inuasit imperium: sed mox à Seuero apud pontem Muluium bello ciuili victus, & interfectus est mēse septimo postquam cœperat imperare. Ita inter Pertinacem & Iulianum vnus annus absumptus est.

Pertinax. Capitol. Herod. lib. 2.

CAP. XVII. *Seuerus. Xiphilinus, Spart. Herodi. lib. 2. & 3.*

ANNO ab vrbe condita nongentesimo quadragesimo quarto, Seuerus genere Afer Tripolitanus ab oppido Lepti: qui se ex nomine imperatoris, quem occisum vltus fuerat, Pertinacem appellari voluit, decimusseptimus ab Augusto destitutum adeptus imperium, decē & octo annis tenuit. Hic natura sæuus, multis semper bellis lacessitus, fortissimè quidē rempub. sed laboriosissimè rexit. Pescenniū Nigrū, qui in Ægypto & Syria ad tyrānidē aspirauerat, apud Cyzicū vicit & interfecit. Iudæos & Samaritas rebellare conātes, ferro coercuit. Parthos & Arabas Adiabenosque superauit. Quinta post Neronē persecutione Christianos excruciauit, plurimique sanctorū per diuersas prouincias martyrio coronati sunt. Hanc profanā in Christianos & ecclesiā Dei præsumptionē Seueri, cœlestis vltio è vestigio acta subsequitur. Nam continuo rapitur, vel potius retrahitur in Galliā Seuerus è Syria ad tertium ciuile bellum, vnum iam enim Romæ aduersum Iulianum, aliud in Syria contra Pescennium gesserat, tertium Clodius Albinus Iuliani in occidendo Pertinace socius, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, susc itabat: cuius bello multū vtrinque Romani sanguinis fusum est. Albinus tamen apud Lugdunum oppressus & interfectus est. Seuerus victor in Britānias defectu penè omnium sociorum trahitur vbi magnis grauibusque prælii s sæpè gestis receptam partem insulæ à cæteris indomitis gentibus vallo distinguendam putauit. Itaque magnam fossam firmissimumque vallum crebis insuper turribus comminutum per centum triginta & duo millia passuum à mari ad mare duxit: ibique apud Eboracum oppidum morbo obiit, relinquens duos filios, Bassianum & Getam, quorum Geta hostis publicus iudicatus, interiit: Bassianus Antonini cognomine assumpto, regno potitus est.

CAP. XVIII. *Caracalla. Xiphilinus, Spart. & Herodia. 4. Macrinus. Capitol. Herod. lib. 5.*

ANNO ab vrbe condita nongentesimo sexagesimo secundo, Aurelius Antoninus Bassianus, idemque Caracalla, decimusoctauus ab Augusto principatum adeptus est, māsitque in eo annis non plenis septem. Vixit patre asperior, omnibus libidine intemperātior, qui etiam nouercam suam Iuliam vxorem duxerit. Hic contra Parthos bellum moliens inter Edessam & Carras ab hostibus circunuentus occisus est. Post hunc decimusnonus ab Augusto Opilius Macrinus, qui præfectus prætorio erat, cum filio Diadumeno inuasit imperium: sed emenso anno continuò apud Archelaidem militari tumultu occisus est. Anno ab vrbe condita nongentesimo septuagesimo, Marcus Aurelius Antoninus, XX. ab Augusto, imperium adeptus, tenuit annis quatuor. Hic sacerdos Heliogabali templi nullam sui nisi stuprorum & flagitiorum totiusque obscœnitatis infamem satis memoriam reliquit: tumultu autem militari exorto, Romæ cum matre interfectus est. Anno ab vrbe condita nongentesimo septuagesimoquarto, Aurelius Alexander, vigesimusprimus ab Augusto, senatus ac militum voluntate imperator creatus, tredecim annis digno æquitatis præconio fuit. Cuius† Mamæa Christiana Origenem presbyterum audire curauit. Nam statim expeditione in Persas facta, Xerxem regem eorum maximo bello victor oppressit. Vlpiano vsus assessore summam sui moderationem reip. exhibuit: sed militari tumultu apud Moguntiacum interfectus est.

† *Mamæa Origenem secum Antiochiæ habuit. Nicep. lib. 5. cap. 17.*

CAP. XIX. *Maximinus. Capitol. Herod. lib. 7. & 8. Nicep. lib. 5. cap. 25. Gordianus. Eutr. lib. 9.*

ANNO ab vrbe condita nongentesimo LXXXVII. Maximinus vicesimusecundus ab Augusto, nulla senatus volūtate imperator ab exercitu, postquam bellum in Germania prosperè gesserat, creatus, persecutionem in Christianos sextus à Nerone exercuit. Sed continuò, hoc est, tertio quàm regnabat anno, à Pupieno Aquileiæ interfectus, & persecutionis & vitæ finem fecit. Qui maximè propter Christianam Alexandri, cui successerat, & Mamææ matris eius familiam, persecutionem in sacerdotes & clericos; id est, doctores, vel præcipuè propter Origenem presbyterum miserat. Anno ab vrbe condita nōgentesimo XCI. Gordianus vicesimustertius ab Augusto imperator creatus est, manſitque in eo annis sex. Nam Pupienus interfector Maximini, & frater eius Albinus, qui vsurpauerant imperium, in palatio mox interfecti sunt. Gordianus admodum puer in orientem ad bellum Parthicum profecturus, sicut Eutrop. scribit, Iani portas aperuit, quas vtrum post Vespasianum & Titum aliquis clauserit, neminem sctipsisse memini, cum tamen eas ab ipso Vespasiano post annum apertas; Cornelius Tacitus prodat. Igitur Gordianus ingentibus prælii s aduersum Parthos prosperè gestis, suorum fraude haud longè à Circesso super Euphratem interfectus est.

CAP. XX. *Philippus Imp. primus christianus. Nicep. lib. 5. cap. 25.*

ANNO ab vrbe condita nongentesimo XCVII. Philippus vicesimusquartus ab Augusto imperator creatus, Philippum filium suum consortem regni fecit, manſitque in eo annis septem. Hic primus imperatorum omnium Christianus fuit, ac post tertium imperij eius annum millesimus à conditione Romæ annus impletus est. Ita laudis magnificis augustissimus omnium præteritorū hic natalis annus à Christiano imperatore celebratus est. Nec dubium est, quin Philippus huius tantæ

deuotionis gratiam & honorem ad Christum & ecclesiam reportarit, quando vel ascensum fuisse F
in Capitolium, immolatasque ex more hostias nullus auctor ostendit. Ambo tamen, quamuis diuersis locis tumultu militari & Decij fraude interfecti sunt.

CAP. XXI. *1 Decius Imp. Eutr. lib. 9. & Sex. Aur. 2 Decij persequ. Nicep. lib. 5. cap. 27. 3 Hostilianus 4 Volusianus*

ANNO ab vrbe condita millesimoquarto, Decius[1] ciuilis belli incentor & repressor, occisis Philippis, XXV. ab Augusto inuasit imperium, tenuitque annis tribus.[2] Idem continuo, in quo se etiã ob hoc Philippos interfecisse docuit, ad persequendos interficiendosque Christianos, septimus post Neronem feralia dispersit edicta, plurimósque sanctorum ad coronas Christi de suis crucibus misit. Idemque filium suum Cæsarem legit, cum quo simul continuo in medio barbarorum sinu interfectus est. Anno ab vbe cõdita millesimoseptimo, Gallus[3] Hostilianus vicesimussextus ab Augusto regnũ adeptus, vix duobus annis cum[4] Volusiano filio obtinuit. Exoritur vltio violati nominis Christiani, & vsquequo ad profligandas ecclesias edicta Decij cucurrerunt, eatenus incredibilium morborum pestis extenditur, nulla ferè prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus fuit, quæ non illa generali pestilentia correpta atque vastata sit. Hac sola pernicie insignes Gallus & Volusianus, dum contra Æmilianum nouis rebus studentem bellum ciuile moliuntur, occisi sunt. Æmilianus G
tamen tertio mense inuasæ tyrannidis extinctus est.

CAP. XXII. *5 Valerianus & Gallienus. vtriusque vitam scripsit Treb. Pollio.*

ANNO ab vrbe cõdita millesimodecimo, duo imperatores vigesimoseptimo post Augustũ loco creati sunt:[5] Valerianus in Rhetia ab exercitu Augustus est appellatus, Romę autẽ à senatu Gallienus Cæsar creatus, mãsitque Gallienus in regno infœliciter annis quindecim, respirãte paulisper ab illa supra solitum iugi & graui pestilentia humano genere. Prouocat pœnam suam obliuiosa malitia. Impietas enim flagella quidem excruciata sentit, sed à quo flagellatur, obdurata non sentit. Vt de superioribus taceam facta à Decio Christianorum persecutione totum Romanũ imperiũ pestilẽtia magna vexauit. Mentita est iniquitas sibi, prauo in perniciem suam circumuenta iudicio, pestilentiã communis casus esse, accidentemque ex morbis mortẽ, naturæ finem esse, nõ pœnã. Rursus igitur atque in iram breui dei sceleratis actionibus prouocat, exceptura plagam, cuius aliquando meminisse cogatur. Valerianus siquidem mox vt arripuit imperiũ octauus à Nerone, adigi per torméta Christianos ad idololatriã, abneganteſque interfici iussit, fuso per omnem Romani regni latitudinẽ sanctorum sanguine.[6] Valerianus illico, nefarij auctor edicti, à Sapore Persarum rege captus, impe- H
rator populi Romani, ignominiosissima apud Persas seruitute cõsenuit: hoc infamis officij cõtinua, donec vixit, damnatione sortitus, vt ipse aclinis humi, regem semper ascensurum in equũ non manu sua, sed dorso attolleret. Et[7] Gallienus quidem tam claro Dei iudicio territus, tãque misero collegę permotus exemplo, pacem ecclesiis trepida satisfactione restituit. Sed non cõpensans iniuriæ vltionisque mensurã vnius impij, quamuis perpetua & supra modũ abominanda captiuitas, contra tot millia excruciata sanctorum, iustorumque sanguis ad Deum clamans in eadẽ sese terra vbi fusus est, vindicari rogat. Non enim de solo cõstitutore præcepti iusto supplicij iudicio flagitabatur, sed etiã executores, delatores, accusatores, spectatores, ac iudices, postremò omnes qui iniustissime crudeli-
tati vel tacita voluntate assentiebantur, quia Deus secretorum cognitor est, & quorum maxima per
omnes prouincias pars hominum versabatur, eadem vltionis plaga corripi iustum erat. Soluuntur repẽte vndique permissu Dei ad hoc circumpositæ relictæque gentes, laxatisque habenis, in omnes Romanorũ fines inuehũtur.[8] Germani Alpibus, Rhetia, totaque Italia penetrata, Rauẽnã vsque per
ueniunt. Alamãni Gallias peruagantes, etiã in Italiã trãseunt. Græcia, Macedonia, Põtus, Asia, Gothorum inundatione deletur. Nam Dacia trans Danubium in perpetuũ aufertur. Quadi & Sarmatæ Pãnonias depopulantur. Germani vlteriores abrasa potiuntur Hispania. Parthi Mesopotamiã auferũt, Syriãque corrodũt. Extant adhuc per diuersas prouincias in magnarum vrbium ruinis paruæ & pauperes* ædes, signa miseriarũ, & nominũ indicia seruãtes: ex quibus nos quoque in Hispania Tarraconem nostrã ad cõsolationem miseriæ recentis ostendimus. Et ne quid fortè Romani corporis ab hac dilaceratione cessaret,[9] conspirant intrinsecus tyranni, cõsurgunt bella ciuilia, funditur vbique plurimus sanguis Romanorum, Romanis barbarisque sæuiẽtibus. sed citò ira Dei in misericordiã vertitur, & cœptæ vltionis maior forma quàm pœna in mẽsuram plenitudinis reputatur. Igitur
primus Genuus qui purpurã imperiit sumpserat, apud Mirsã occiditur. Posthumus in Gallia inuasit tyrãnidẽ, multo quidẽ reipublicæ cõmodo. Nã per decẽ annos ingẽti virtute ac moderatione vsus & dominãtes hostes expulit, & perditas prouincias in pristinam faciẽ reformauit, seditione tamen militũ interfectus est, Æmilianus apud Moguntiacum, cum res nouas moliretur oppressus est. Post K
mortem Posthumi Marius ibidem inuasit imperium, sed cõtinuò interfectus est. Deinde Victorinus à Gallis vltro creatus, & post paululum occisus est. Huic successit Tetricus, qui tũc Aquitanicæ præsi datus administrabat officium, multasque seditiones militũ pertulit. At verò in oriente per Odenatũ quendam collecta agresti manu, victi repulsique Persæ, defensa Syria, recepta Mesopotamia est, & vsque ad Ctesiphontem rusticani Syriæ cum Odenato suo vincendo venerunt. Gallienus autẽ cum rempub. deseruisset, ac Mediolani libidinibus inseruiret, occisus est.

*6 Valerianus primò Christianis fauit. sed seductus à magis grauiter afflixit. Nicep. lib. 6. cap. 10. 7 Gallienus Christianorũ supplicia inhibuit. Nicep. lib. 6. cap. 12. Euseb. lib. 7. cap. 13. 8 Irruptiones nationum aduer. Rom. *sex 9 Triginta tyranni eo tempore in Imp. Rom. extiterunt, de quibus extat liber pollionis. Iul. capitol. in Gallieno.*

CAP. XXIII. *Fl. Claudius Trebell. eius vitã descripsit.*

ANNO ab vrbe condita millesimo vicesimoquinto, Claudius XXVIII. voluntate senatus sumpsit imperium, statimque Gothos iam per annos quindecim Illyricum Macedoniamque vastantes bello adortus, incredibili strage deleuit. cui à senatu clypeus aureus in curia, & in Capitolio statua æquè aurea decreta est, sed continuò apud Syrmium priusquam biennium in imperio expleret, morbo cor-

A bo correptus interiit. Claudio mortuo, Quintillus frater eius ab exercitu imperator electus, vir qui-
dem moderationis vnicæ, & solus fratri præferendus, XVII. imperij die interfectus est. Anno ab
vrbe condita millesimo vicesimoseptimo, Aurelianus vicesimusnonus imperium adeptus, quinque
annis & sex mensibus tenuit, vir industria militari excellentissimus. Expeditione in Danubium sus-
cepta, Gothos magnis prælijs profligauit, ditionemque Romanam antiquis terminis statuit. Inde
in orientem conuersus, Zenobiam, quæ occiso Odenato marito suo Syriam receptam sibi vindi-
cabat, prælij magis terrore quàm prælio in potestatem redegit. Tetricum in Gallia minimè suffi-
cientem, sustinere seditiones militum suorum, scribentemque etiam, † Eripe me his inuicte malis, ac
per hoc proditorem exercitus sui, sine labore superauit. Sic orientis & aquilonis receptor magna
gloria triumphauit: vrbem Romam muris firmioribus cinxit. Nouissimè cum persecutionem ad-
uersus Christianos agi, nonus à Nerone decerneret, fulmen ante eum magno pauore circumstan-
tium ruit, ac non multo pòst in itinere occisus est.

Aureliani vitam digessit Popisc. qui & Quintilli meminit vt & Eutr. & Aur. † lege volliane in Tetrici tyranni vita.

CAP. XXIIII. *Taciti, Floriani, Probi, Saturnini, Proculi, Bonosi vitas descripsit Popisc.*

ANNO ab vrbe condita millesimo tricesimosecundo, Tacitus tricesimus adeptus imperium,
B sexto mense occisus in Ponto est. Post quem Florianus parem regni sortem ferens, tertio demum
mense apud Tarsum interfectus est. Anno ab vrbe condita millesimotricesimo tertio, Probus tri-
cesimusprimus regnum sortitus, obtinuit annis sex & mensibus quatuor. Gallias iamdudum à bar-
baris occupatas, per multa & grauia prælia deletis tandem hostibus, ad perfectum liberauit. Bella
deindè ciuilia equidẽ plurimo sanguine duo gessit: vnũ in oriente, quo Saturninũ tyrannide subnixũ
oppressit & cepit: aliud, quo Proculum & Bonosum apud Agrippinã magnis prælijs superatos inter-
fecit. Ipse autem apud Syrmiũ in turre ferrata militari tumultu interfectus est. Anno ab vrbe cõdita
millesimo tricesimonono, Carus Narbonensis, tricesimussecũdus susceptit imperium, ac biennio te-
nuit: qui cũ filios suos Carinũ & Numerianũ consortes regni effecisset bello Parthico postquã duas
nobilissimas Parthorum vrbes Cochen & Ctesiphontem cepit, super Tigridem in castris fulmine
ictus interiit. Numerianus, qui cum patre fuerat, rediens, fraude Apri soceri sui interfectus est.

CAP. XXV. *Diocletiani Imp. Eutr. lib. 9. Sex. Aur. Nicep. lib. 7. cap. 17.*

ANNO ab vrbe condita millesimo quadragesimoprimo, Diocletianus tricesimustertius ab
C exercitu imperator electus, annis viginti fuit. Statimque vt potestatis copiam habuit, Aprum inter-
fectorem Numeriani manu sua interfecit. Carinum deinde, quem Carus Cæsarem in Dalmatia re-
liquerat, flagitiose viuentẽ, difficillimo bello & maximo labore superauit. Dehinc cũ in Gallia Amã
dus & Ælianus collecta rusticanorũ manu, quos Vacaudas vocabant, pernicioſos tumultus excita-
uissent, Maximianum cognomento Herculium Cæsarem fecit, misitque in Gallias qui facilè agre-
stium hominum imperitam & confusam manum militari virtute cõpescuit. Deinde Carausius qui-
dam, genere quidem infimus, sed consilio & manu promptus, cum ad obseruanda Oceani litora,
quæ tũc Franci & Saxones infestabãt positus, plus in pernicie, quàm in prouectũ reipublicæ ageret,
ereptam prædonibus prædam nulla ex parte restituendo dominis, sed sibi soli vindicando, accen-
dens suspicionem, qua ipsos quoque hostes ad incursandos fines artifici negligentia permitteret,
quamobrem à Maximiano iussus occidi, purpuram sumpsit, ac Britannias occupauit. Igitur per om-
nes Romani imperij fines subitarum turbationum fragores concrepuerunt: Carausio rebellante in
Britãniis, Achilleo in Ægypto, cum & Africam Quinquegentiani infestarent, Narseus etiã rex Per-
sarum orientem bello premeret. Hoc periculo Diocletianus permotus Maximianum Herculium
D ex Cæsare fecit Augustum, Constantiũ vero & Maximianum Galerium, Cæsares legit. Constantius
Herculij Maximiani priuignam Theodoram accepit vxorem: ex qua sex filios fratres Constantini
sustulit. Carausius Britãnia sibi per septẽ annos fortissimè vindicata ac retenta, tandẽ fraude Allecti
socij sui interfectus est. Allectus postea ereptã Carausio insulam per triẽnium tenuit, quem Asclepi-
odotus præfectus prætorio oppressit, Britanniamque post decem annos recepit. Constantius verò
Cæsar in Gallia primo prælio ab Alamannis profligato exercitu suo vix ipse surreptus est: secundo
autem secuta est satis secunda victoria. Nã paucis horis sexaginta millia Alamannorum cæsa refe-
runtur. At Maximianus Augustus Quinquegentianos in Africa domuit. Portò autem Diocletianus
Achilleum obsessum per octo menses apud Alexandriã cepit & interfecit. Sed immoderata victo-
ria vsus Alexandriam direptioni dedit, Ægyptum totã proscriptionibus cædibusque fœdauit. Præ-
terea Galerius Maximianus, cum duobus iam prælijs aduersus Narseum cõstixisset, tertio inter Gal-
linicum & Carras congressus & victus, amissis copijs, ad Diocletianum refugit. A quo arrogantissi-
E mè exceptus est; ita vt per aliquot millia passuum purpuratus ante vehiculum eius cucurrisse re-
feratur. Veruntamen hac contumelia quasi cote ad virtutem vsus est, per quam detrita regij
fastus rubigine, aciem mentis expediit. Itaque mox per Illyricum & Mœsiam vndique
copias contraxit, raptimque in hostem reuersus, Narseum magnis consiliis viribusque supe-
rauit. Extinctis Persarum copiis, ipsoque Narseo in fugam acto, castra eius inuasit, vxores,
sorores, liberosque cepit, immensam vim gazæ Persicæ diripuit, captiuos quamplurimos
Persarum nobilium abduxit. Reuersus in Mesopotamiam, à Diocletiano plurimo honore sus-
ceptus est. Postea per eosdem duces strenuè aduersus Carpos, Basternasque pugnatum est. Sar-
matas deindè vicerunt: quorum copiosissimam captiuam multitudinem per Romanorum fi-
nium dispersere præsidia. Interea Diocletianus in oriente, Maximianus Herculius in occidente va-
stari ecclesias, affligi interficique Christianos decimo post Neronẽ loco præceperũt: quæ persecutio

Diocletiani persequutio Nicep. l. 6. 7. cap. 3. 4. & 5.

omnibus ferè antè actis diutur nior atque immanior fuit. Nam per decem annos incendiis ec F
cleſiarum,proſcriptionibus innocentum,cædibus martyrum inceſſabiliter acta eſt. Sequitur terræ
motus in Syria, ex quo apud Tyrum & Sidonem paſſim labentibus tectis, multa hominum millia
Nicep.lib.7. cap.20. proſtrata ſunt. Secũdo perſecutionis anno Diocletianus ab inuito exegit Maximiano, vt ſimul pur-
puram imperiumque deponerent,ac iunioribus in repub.ſubſtitutis,ipſi in priuato otio conſeneſce-
rent. Itaque ſub vna die Diocletianus apud Nicomediam,Maximianus apud Mediolanum,poteſta-
tem imperij ſimul cultumque poſuerunt. Galerius & Conſtantius Auguſti primi Romanum impe-
rium in duas partes determinauerunt: Galerius Maximianus Illyricum, Aſiam & orientem: Con-
ſtantius Italiam, Africam, Hiſpaniam, & Gallias obtinuit. Sed Cõſtantius vir tranquilliſſimus, Gal-
lia tantum Hiſpaniaque contentus, Galerio cæteris partibus ceſſit. Galerius Cæſares legit, Maxi-
minum,quem in oriente conſtituit,& Seuerum,cui permiſit Italiam,ipſe in Illyrico cõſtitutus. Con
ſtantius verò Auguſtus ſummæ manſuetudinis & ciuilitatis,in Britannia mortem obiit: qui Conſtã-
tinum filium ex concubina Helena creatum imperatorem Galliarum reliquit.

CAP. XXVI. *Conſtantinus Imp. Niceph. lib.7.cap.19. 29.& ſeq.* ANNO ab vrbe condita milleſimo ſexageſimoprimo, Conſtantinus trieceſimuſquartus ab Au- G
guſto gubernacula imperij à Conſtantio patre ſuſcepit, quæ vno & triginta annis fœliciſſimè te-
nuit. Occurritur mihi ſubitò,& tripudiis quibuſdam inſultatur: Eia,inquiunt,tandem in foueas no-
ſtras diu expectate veniſti,hic te decurſurum operiebamur,hic delapſum opprimimus,hic cõfuſum
tenemus. Suſtinuimus te hactenus artificiosè quodammodo & callidè fortuitas temporum muta-
tiones Chriſtianorum vltionibus coaptantem. Et interdum quidem veriſimilium ſpecie permoti,
vt potè homines ignari diuinorum ſecretorum,timore palluimus: ſed nunc euacuauit Maximianus
noſter omnẽ ſcenã fabulæ tuæ, noſtræque religionis antiquitatẽ colũna inexpugnabilis fulſit. Per
annos decem euerſæ ſunt eccleſiæ veſtræ,vt etiam tu fateris: dilacerati cruciatibus, exinaniti mor-
tibus toto orbe Chriſtiani. Tenemus euidens teſtimonium tuum,nullam ſuperioſem perſecutionem
adeò vel grauem vel diuturnam fuiſſe. Et tamen ecce inter tranquilliſſima temporum bona, ipſorũ
quoque imperatorum,qui iſta fecerunt,inuſitata felicitas. Nulla domi fames,nulla peſtilentia,nullũ
foris bellum niſi voluntarium,quo exerceri vires,non periclitari,queant. Res præterea humano ge-
neri hucuſque incognita, multorum ſimul regum patiens conſortium,& magna concordia, pote- H
ſtaſque communis, alias nunquam, nunc in commune proficiens. Deindè etiam quod abſque vlla
hactenus mortalium notitia eſt, imperatores illi maximi quippè & perſecutores, honore
depoſito & aſſumpta quiete, priuati quod beatiſſimum homines, & ſummum bonum vitæ
bonæ iudicant, & hoc tunc velut præmij loco, auctores perſecutionis adepti ſunt, quando
accenſa perſecutio, medio ſui tempore toto orbe ſæuiebat. An etiam hanc beatitudinem
illis temporibus pœnaliter accidiſſe aſſeris, & nos hinc quoque terrere moliris? quibus hu-
militer reſponderim,me plurima cura pietatis accinctum, commonere de veris, non terrere de fal-
ſis. Decem perſecutiones à Nerone vſque ad Maximianum eccleſia Chriſti paſſa eſt. Nouem(vt ego
Perſecutiones decem, vltiones nouem. dixi) vltiones,vt ipſi non negant,calamitates è veſtigio conſecutæ ſunt. Nec in verbo premor, vtrũ
debitæ vltiones,an fortuitæ permutationes fuiſſe videantur,quæ tamẽ meo ſuóque teſtimonio cla-
des fuerunt. In decima hæſitatum putant miſeri & cæci,non videntes tanto eam ipſis fuiſſe grauio-
rem,quãto minus intellecta eſt. Impius enim flagellatur,& non ſentit: quod cum expoſitum fuerit, I
inuiti licet propter ipſam rerum fidem fatebuntur: quia ex illa Maximianæ perſecutionis maxima
punitione iſta ſunt vulnera, quibus etiam nunc iſti dolent,& in tantum dolent, vt etiam clament,
noſque ad reclamandum laceſſant, ſolicitos fieri qualiter conticeſcant.

CAP.XXVII *Sup.lib.1.cap. 8.& 10. Comparatio populi Iſraelitici & chriſtiani: Ægyptiaci & Romani: quomodo illi pro deo in afflictionibus, hi à deo in plagis ſimilia fere paſſi ſunt.* IN primo libello expoſitum à nobis eſt,Pompeium Trogum & Cornelium Tacitum commemoraſſe non plenè quidem,noſtrum vero Moyſen,etiam ipſorum teſtimonio fidelem, fideliter,ſuf-
ficienterque dixiſſe, Aegyptios & regem eorum,cum populũ Dei ſeruire intentum & paratum Deo
ſuo impediendæ deuotionis inſtinctu, ad lutum paleaſque reuocarent, decem acerbiſſimis plagis
fuiſſe vexatos. Deindè violentia malorum edomitos,non ſolum coëgiſſe feſtinãtem,ſed etiam pro-
priis ſuis argenteis & aureis vaſis accumulauiſſe: pòſt oblitos plagæ ſuæ,& cupidos prædæ indebitę,
inuidos etiam religionis alienæ, dum innocentes auide perſequuntur, mari rubro vltimè receptos
omnes funditus interiiſſe. Quod ego nunc refero ac renũcio, etſi forte fide non acceptatum, exitu
tamẽ probandum,quia hæc in figuram noſtri facta ſunt. Vterque populus vnius Dei eſt, vna populi
vtriuſque cauſa. Subdita fuit Iſraelitarũ ſynagoga Ægyptiis,ſubdita eſt Chriſtianorũ eccleſia Roma K
nis. Perſecuti ſunt Ægyptij,perſecuti ſunt & Romani. Decem ibi cõtradictiones aduerſus Moyſen,
hic decem edicta aduerſus Chriſtum. Diuerſæ ibi plagæ Ægyptiorum, diuerſæ hic calamitates Ro-
manorum. Nam vt etiam ipſas inter ſe plagas,in quantum tamen figura formæ comparari poteſt,
conferam: ibi prima habuit correptio,ſanguinem vulgo vel manaſſe de puteis, vel in fluminibus cu-
Perſequutio 1. ſub Ner. curriſſe: hic prima ſub Nerone exegit plaga,vt vbique morientium ſanguis eſſet, vel morbis in vrbe
corruptus, vel bellis in orbe profuſus. Ibi ſequens plaga prodidit, perſtrepentes perſultanteſque in
penetralibus ranas, inediæ propemodum cauſam habitatoribus atque exilij fuiſſe: hic ſequens
2. Perſeq. ſub Domitiano pœna, ſimiliter oſtendit ſatellitum militumque eius improbis effrenatiſque
diſcurſibus cruentiſſimi iuſſa principis exequentium, ad inopiam pene omnes ciues Roma-
3. Perſeq. nos adactos,exilióque diſperſos. Ibi tertia vexatio habuit cyniphes, muſculas ſcilicet paruiſſimas ac
ſæuiſſimas,

A ſæuiſſimas,quæ mediis ſæpè æſtibus per loca ſqualida coadunatim vibrando dẽſatæ, & in nullo vo-
latu allabi ſolent, capilliſque hominum ac pecudum ſetis cum vrente morſu interſeri: hic itidem
tertia ſub Traiano plaga Iudæos excitauit: qui cum antea vbique diſperſi ita iam quaſi non eſſent,
quieſcerent,repentino omnes calore permoti, in ipſos inter quos erant, toto orbe ſæuierunt, abſ-
que magnis multarum vrbium ruinis,quas crebri terræmotus iiſdem temporibus ſubruerunt. Ibi in
quarta plaga muſcæ caninæ fuerunt,reuera alumnæ putredinis,vermiũque matres: hic itidem quar
ta ſub Marco Antonino plaga. lues plurimis infuſa prouinciis, Italiam quoque cum vrbe Ro- *4.perſ.*
ma vniuerſam exercitumque Romanorum per longinquos limites & diuerſa hyberna diſperſum
in mortem diſſolutum,putredini ſimul ac vermibus dedit. Ibi quinta correptio pecorum ac iumẽ-
torum repentino interitu expleta eſt: hic ſimiliter quinta vltio ſub perſecutione Seueri creberri- *5. Perſeq.*
mis ciuilibus bellis propria viſcera & adiumenta reipub. hoc eſt, plebes prouinciarum, & legiones
militum comminutæ ſunt. Ibi ſexta vexatio intulit veſicas efferueſcentes, hulceraque manantia: hic
æquè ſexta punitio, quæ poſt Maximini perſecutionem fuit, qui ſpecialiter epiſcopos & clericos *6.perſeq.*
B omiſſa turba populari,hoc eſt,eccleſiarum primates trucidari imperauerat, intumeſcens crebrò ira
atque inuidia,non per vulgi cædem, ſed per vulnera morteſque principum ac potentium * exaltata ** exhalata*
eſt. Ibi ſeptima plaga numeratur coacta aëre grando profuſa,quæ hominibus iumentiſque ſatis exi-
tio fuit: hic ſimiliter ſeptimã ſub Gallo & Voluſiano,qui perſecutori Decio mox interfecto ſucceſſe- *7.perſeq.*
rãt, plaga extitit, corrupto aëre peſtis infuſa: quæ per omnia Romani regni ab oriente in occidentẽ
ſpacia,cum omne propemodum genus hominum & pecudum neci dedit,tum etiam corrupit lacus,
infecit pabula tabo. Ibi octauam Ægyptĩ contritionem fecere excitatæ vndique locuſtæ, tenentes, *8.perſeq.*
terentes,tegenteſque omnia: hic octauam æquè in ſubuerſionem Romani orbis excitatæ vndique
intulere gentes, quæ cædibus atque incendiis cunctas prouincias deleuerunt. Ibi nona turbatio
diuturnas,craſſas ac penè tractabiles tenebras habuit, plus omninò periculi comminata quàm fe- *9.perſeq.*
cit: hic itidem nona correptio fuit,cum Aureliano perſecutionem decernenti,diris turbinibus ter-
ribile ac triſte fulmen ſub ipſius pedibus ruit,oſtendens quid,cum vltio talis exigeret, tantus poſſet
vltor,niſi & clemens eſſet & patiens: quanquam intra ſex abhinc menſes ſuccidui tres imperatores,
C hoc eſt,Aurelianus,Tacitus & Florianus,diuerſis cauſis interfecti ſunt. Ibi poſtremò decima plaga, *10.perſeq.*
quæ & nouiſſima omnium fuit interfectio filiorum,quos primos quique genuerãt: hic nihilominus
decima, id eſt, nouiſſima pœna eſt omnium idolorum perditio; quæ primitus facta in primis ama-
bant. Ibi rex potentiam Dei ſenſit, probauit,& timuit,ac per hoc populum Dei liberum abire per-
miſit: hic rex potentiam Dei ſenſit, probauit & credidit,ac per hoc populum Dei liberum eſſe per-
miſit. Ibi nunquam populus Dei poſtea ad ſeruitutem retractus: hic nunquam populus Dei ad idolo
latriam coactus eſt. Ibi Ægyptiorum vaſa pretioſa Hebræis tradita ſunt: hic in eccleſias Chriſtiano-
rum præcipua paganorum templa ceſſerunt. Sanè illud, vt dixi, denũciandum puto, quia ſicut
Ægyptiis poſt has decem plagas dimiſſos Hebræos perſequi molientibus, irruit per ſuperductum
mare æterna perditio: ita & nos liberè quidem peregrinantes,ſuperuentura quandoque perſecutio
gentilium manet,donec mare rubrum,hoc eſt,ignem iudicij,ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto duce *purgatorius ignis.*
& iudice,tranſeamus. Hi verò in quos Ægyptiorum forma transfunditur, permiſſa ad tempus po-
teſtate ſeruientes,grauiſſimis quidem permiſſu Dei Chriſtianos cruciatibus perſequentur. Veruntа-
men iidem omnes inimici Chriſti cum rege ſuo Antichriſto accepti ſtagno ignis æterni, quod *Ignis Inferni*
D magna impediente caligine,dum non videtur,intratur, perpetuam perditionem immortalibus ar-
ſuri ſuppliciis ſortientur.

CAP.XXVIII *De Conſtãtino Maxentij, Licinij & Maximiani Imperio.* IGITVR mortuo,vt dixi,Conſtantio in Britanniis,Conſtantinus imperator eſt creatus,primus
imperatorum Chriſtianus, excepto Philippo,qui Chriſtianus annis admodum pauciſſimis ad hoc
tantum conſtitutus fuiſſe mihi viſus eſt,vt milleſimus Romæ annus Chriſto potius, quàm idolis di-
caretur. A Conſtantino autem ſemper omnes Chriſtiani imperatores vſque in hodiernum diem
creati ſunt, excepto Iuliano, quem impia(vt aiunt)machinantem, exitiabilis vita deſeruit. Hæc eſt
lenta illa Paganorum pœna,ſed certa. Hinc ſani inſaniunt,hinc non vulnerati compunguntur, hinc
ridentes gemunt,hinc viuentes deficiunt, hinc ſecreto excruciantur,quos nemo perſequitur, hinc
iam pauciſſimi remanſerunt, qui nunquam aliquo perſequente puniti ſunt. Veruntamen qualis tũc
perſecutores illos,de quorum impunitate non ſolum gloriari, ſed etiam inſultare conantur, finis *Tertul.ad Scap.Nicep. lib.7.cap.12. & 22.lib.10. cap.29.*
E manſit,expediam. Conſtantino in Galliis ſtrenuiſſime rempub. procurante, prætoriani milites Ro-
mæ Maxentium filium Herculij; qui priuatus in Lucania morabatur, Auguſtum nuncupauerunt.
Maximianus Herculius iam ex Auguſto priuatus, & adhuc publicus perſecutor, occaſione filij ſoli-
citatus,qui imperium abiecerat,arripuit tyrannidem, Galerius Auguſtus Seuerum Cæſarem aduer-
ſus Maxentium Romam cum exercitu miſit. Seuerus cum vrbem obſideret, militum ſuorum ſcele-
re deſertus & proditus,atque ex eo fugiens,Rauennę interfectus eſt. Herculius Maximianus perſe-
cutor, & ex Auguſto tyrãnus, confitmatum iam in imperio filium veſte ac poteſtate regia ſpoliare
conatus, conuiciis autem ac tumultibus militum palam conterritus, in Galliam profectus eſt, vt
Conſtantino genero æque dolis iunctus offerret imperium: ſed per filiam deprehenſus & proditus,
deinde in fugam verſus,Maſſilię oppreſſus & interfectus eſt. Porrò Galerius occiſo Seuero Lici-
nium imperatorem creauit. Cumque perſecutionem à Diocletiano & Maximiano miſſam ipſo

atrocioribus edictis accumulauisset, ac postquam per annos decem omni genere hominum exhausit prouincias, putrefacto introrsum pectore, & vitalibus dissolutis, cum vltrà horrorem humanæ miseriæ etiam vermes eructaret, neque medici vltra iam fœtorem ferentes, crebro iussu eius occiderentur, à quodam medico constantiam ex desperatione sumente increpitus, iram Dei esse pœnam suam, atque ideo à medicis non posse curari, edictis latè missis, Christianos de exiliis reuocauit. Ipse autem cruciatus non sustinens, vim vitæ suæ attulit. Ita nunc Resp. sub nouis quatuor principibus fuit, Constantino & Maxentio filiis Augustorum, Licinio autem & Maximiano hominibus nouis. Constantinus pacem ecclesiis post decem annos, quàm à persecutoribus vexabantur, indulsit. Deindè inter Constantinum & Maxentium bellum ciuile exortum est, Maxentius sæpè multis præliis fatigatus, vltimè ad pontem Muluium victus & interfectus est. Maximianus persecutionis Christianorum incentor executorque infestissimus apud Tarsum dum ciuile bellum contra Licinium disponit, interiit. Licinius repentina rabie suscitatus, omnes Christianos è palatio suo iussit expelli. Mox bellum inter Licinium ipsum & Constantinum efferbuit. Sed Constantinus Licinium sororis suæ virum in Pannonia primum vicit, deinde apud Cibalas oppressit. Vniuersa Græcia potitus, Licinium crebris bellis terra marique assurgentem & repressum, tandem ad deditionem coëgit: sed Herculij Maximiani soceri sui motus exemplo, ne iterum depositam purpuram in perniciem reipub. sumeret, priuatum iussit occidi, quamuis omnibus iam ministris nefariæ persecutionis extinctis, hunc quoque in quantum * exercere potuit persecutionem, digna punitio flagitaret. Constantini filij, Crispus & Constantinus, & Licinius adolescens, Licinij Augusti filius, Constantini autem ex sorore nepos, Cæsares sunt creati. His diebus Arrius Alexandrinæ vrbis presbyter à veritate fidei catholicæ deuians, exitiabile plurimis dogma constituit. Qui simul vt primum Alexandriæ vel notus vel notatus inter confusos vulgo sectatores insectatoresque factus est, ab Alexandro eiusdem tunc vrbis episcopo pulsus ecclesia est. Cumque homines, quos in errorem seduxerat, etiam in seditionem excitaret, apud Niceam vrbem Bithyniæ conuentus CCCXVIII. episcoporum factus est, per quos Arrianum doma exitiabile & miserum euidentissime deprehensum, palam proditũ ac reprobatum est. Sed inter hæc latent causæ, cur vindicem gladium & destinatam in impios punitionem Constantinus imperator etiam in proprios egit affectus. Nam Crispum filium suum & Licinium filium, sororis filium interfecit. Præterea multas gentes diuersis præliis subegit. Vrbem nomine suo Romanorum regum vel primus vel solus instituit: quæ sola expers idolorum, ad hoc breuissimo tempore condita à Christiano imperatore prouecta est, vt sola Romæ, tot sæculis miseriisque prouectæ, forma & potentia meritò posset æquari. Tũ deinde primus Constantinus iusto ordine & pio vicem vertit edicto, si quidem statuit citra vllam hominum cædem paganorum templa claudi. Mox Gothorum fortissimas & copiosissimas gentes in ipso barbarici soli sinu, hoc est, in Sarmatarum regione deleuit. Calocerum quendam in Cypro aspirantem nouis rebus oppressit. Tricenulibus suis Dalmatium Cæsarem legit. Cumque bellum in Persas moliretur, in villa publica iuxta Nicomediam, dispositam bene rembub. filis tradens, diem obiit.

Maximinus impietatis pœnas luit. Euseb. & Nicep. lib. 7. cap. 22.

Licinius occiditur.

**exrcere*

Arrius hæreticatur, de quo ecclesiastici omnes. Nicena Synodus.

Constantini vitam, res & mores exposuit Euseb. lib. 5. Niceph. lib. 7. & 8.

CAP. XXIX. *Constantini filiorum Imper. Eutr. lib. vlt.*

Anno ab vrbe condita millesimo nonagesimosecundo, Constantinus tricesimusquintus cũ Constantio & Constante fratribus suis adeptus imperium, vigintiquatuor annis tenuit. Fuit inter successores Constantini & Dalmatius Cæsar fratris filius, sed continuò militari factione decerptus est. Interea maligna semper aduersus Deum verum diaboli insectatio, quæ ab initio mundi vsque ad nunc, à syncero fidei religionisque tramite, offusis errorum nebulis, lubrica hominum corda perturbat, postquam Christianis imperatoribus summam regiæ potestatis in meliora vertentibus ecclesiã Christi zelo idololatriæ, persequi destitit, aliud machinamentum, quo per eosdem Christianos imperatores Christi ecclesiã vexaret, inuenit. Fit igitur Arrio noui erroris auctori, cæterisque discipulis ipsius ad familiaritatem Constantij imperatoris promptus aditus & facilis via. Suadetur Constantio vt quosdam in Deo gradus credat: & qui per ianuam ab errore idololatriæ fuerat egressus, reuersus in sinum eiusdem, in Deo deos quærit, & tanquam per pseudothyrum inducitur. Peruerso igitur zelo potestas armatur illusa, & sub nomine pietatis vis persecutionis agitatur. De noua nominis electione contenditur, vt Arrianorum potius ecclesiæ quàm catholicorum sint. Sequitur terræmotus horribilis, qui plurimas orientis vrbes solo strauit. Constantius dum Constantem fratrem bello insectatur, incauta petulantia periculis sese offerens, à ducibus eius occisus est. Constans aduersus Persas & Saporem, qui Mesopotamiam vastauerant, nouem præliis parum prospere decertauit. Seditione nouissime atque intemperantia militum nocte adoriri pugnam coactus, patratam pene victoriam insuper victus amisit. Post eum se intolerandis vitiis dedisset, ac pœna prouincialium fauorem militum cõpararet, Magnentij dolis in oppido cui Helena nomen est, in proximo Hispaniæ interfectus est. Magnentius enim apud Augustodunum arripuit imperium, quod continuò per Galliam, Africam, Italiamque porrexit. In Illyrico autem Vetranionem ætate grãdæuum, imperatorem sibi milites creauerunt, virum natura simplicem, cunctisque iucundum, sed qui ne prima quidem vnquam literarum elementa didicisset. Itaque cũ primas literas literarũque syllabas imperator senex, interdum inuitus meditaretur, à Constantio, qui tunc in Magnentium, vltione fratris accensus, bellum parabat, deponere iussus imperium, abiiciens cum literis purpuras, contentusque priuatis feriis, palatium simul scholamque dimisit. Nepotianus deindè Romæ Constantini sororis

Constantius arrianizat.

Terræmotus.

Magnentij dolis Constans occisus.

Vetranio senex literas didicit.

roris filius, gladiatorum manu fretus, inuasit imperium. qui deindè cùm improbus ac per hoc inuisus cunctis esset, à Magnentianis ducibus oppressus est. Sequitur bellum illud horribile inter Constantium Magnentiumque apud Mursam vrbem gestum, in quo multa Romanarum virium profligatio etiam in posterum nocuit. Magnentius tamen victus aufugit, ac non multò pòst apud Lugdunũ propria se manu interfecit. Decetius quoque frater eiusdem, quem Cæsarem Gallis præfecerat, apud Senonas laqueo vitam finiuit. Constantius cõtinuò Gallum patrui filium, Cæsarẽ legit, quem rursus crudeliter ac tyrannicè agentem, paulò postquam creauerat, occidit. Syluanum quoque per Gallias rebus nouis inhiantẽ, maturè circũueniendũ opprimendumque curauit. Igitur Syluano interfecto, Iulianum patruelẽ suum, Galli fratrem Cęsarẽ creatum misit ad Gallias. Itaque Iulianus Cæsar euersas oppressasque ab hostibus Gallias strenuissimè in integrum restituit. Alamãnorum paruis copiis magnam multitudinem fudit. Rheno Germanos reuinxit. His elatus successibus, fastigiũ vsurpauit Augusti: & mox Italiam Illyricumque peruadens, Constantiũ Parthicis præliis occupatũ, regni parte priuauit. Constantius Iuliani scelere cõperto, dimissa expeditione Parthorũ, dũ ad ciuile bellum reuertitur, in itinere inter Ciliciã Cappadociamque defunctus est. Ita ille qui discissa pace & vnitate fidei catholicæ, Christianos aduersus Christianos armans, ciuili (vt ita dicam) bello ecclesiæ membra dilacerauerat, totum inquietum tempus imperij sui, molestissimumque spatium vitæ suæ, bellis ciuilibus etiam per propinquos & consanguineos excitatis, exercuit, exegit, expendit.

Iulianus vsurpat Imp.

Cap. XXX. *Cl. Iuliani Imperium Eutr. Sex. Aur. Marcellin. lib. 22. Nicep. 10.*

Anno ab vrbe cõdita millesimo centesimo decimosexto, Iulianus dudum Cæsar, pòst autem tricesimussextus ab Augusto regno potitus, anno vno & mensibus octo imperij summam solus obtinuit, Christianã religionem arte potius quàm potestate insectatus, vt negaretur fides Christi, & idolorũ cultus susciperetur, honoribus magis prouocare, quàm tormentis cogere studuit. Aperto tamẽ præcepit edicto, ne quis Christianus docendorum liberalium studiorum professor esset. Sed tamen sicut à maioribus nostris compertum habemus, omnes vbique propemodum præcepti conditiones amplexati, officium quàm fidem deserere maluerunt. Iulianus autem bellum aduersus Parthos parans cum Romanas vires contractas vndique ad destinatam secum traheret perditionem, Christianorum sanguinem diis suis vouit, palam persecuturus ecclesias, si victoriam potuisset adipisci. Nã & Amphitheatrum Hierosolymis extrui iussit, in quo reuersus à Parthis, episcopos, monachos, omnesque eius loci sanctos, bestiis etiam arte sæuioribus obiiceret, spectaretque laniandos. Itaque postquàm à Ctesiphonte castra mouit, dolo cuiusdam trãsfugæ in deserta perductus, cùm vi sitis & ardore solis, atque insuper labore arenarum confectus periret exercitus, imperator tanto rerũ periculo anxius, dum per vasta deserti incautius euagatur, ab obuio quodam hostium equite conto ictus interiit. sic misericors Deus impia consilia morte dissoluit.

Iulianus à quo perierit incertum: alij sagitta cælitus missa, alij, vt callistus, cæsum à dæmone. Nicep. 10. cap. 34. 35.

Cap. XXX. *Iouinianus. Nicep. lib. 10. cap. 38. & seq.*

Anno ab vrbe condita millesimo centesimo decimoseptimo, Iouinianus tricesimusseptimus imperator in summo rerum discrimine ab exercitu creatus, cum & locorũ iniquitate captus & hostibus circumseptus, nullam euadendi facultatem nanciscceretur, fœdus cũ Sapore Persarum rege, etsi parum putant dignum, satis tamẽ necessarium pepigit: quippè vt tutum & incolumem Romanũ exercitum non solum ab incursu hostium, verumetiam à locorum periculo liberaret, Nisibin oppidum & partem superioris Mesopotamiæ, Persis concessit. Inde dum ad Illyricum rediens, per Galatiam iter agit, cum in cubiculum quoddam nouum sese cubitum recepisset, calore prunarum & nidore parietum nuper calce illitorum, aggrauatus & suffocatus, octauo demum mense quàm imperare ceperat, vitam finiuit.

Cap. XXXI. *Valentinianus Idolis noluit immolare: quin cum templum Fortunæ ingrediens esset aqua sacrificiorum respersus, qua parte vestis intincta fuerat, rescidit. Eutr. & Niceph. lib. 11. cap. 1.*

Anno ab vrbe condita millesimo centesimo decimo octauo, Valentinianus tricesimusoctauus apud Niceam consensu militum imperator creatus est, mãsitque in eo annis vndecim: qui cum Christianus integra fide sacramentum militiæ gereret, & sub Iuliano Augusto tribunus scutariorum, iussus ab imperatore sacrilego aut immolare idolis, aut militia excedere, fideliter sciens & gratiora Dei esse iudicia & meliora promissa, sponte discessit. Ita parua interiecta mora, Iuliano interfecto, ac mox Iouiniano mortuo, qui pro Christi nomine amiserat tribunatũ, retribuẽte Christo, in locum persecutoris sui accepit imperium: qui postea fratrem suum Valentem participẽ fecit imperij, & Procopium tyrannum pluresque postea satellites eius occidit. Terræmotus per totum orbem factus, ita turbatum quoque pelagus excussit, vt per vicinas terrarum campestrium partes refuso mari, plurimæ insularum vrbes concussæ & subrutæ, periisse referantur. Valens ab Eudoxio episcopo Arriani dogmatis assertore & baptizatus & persuasus, in sæuissimã hæresim declinauit: sed malignam insectationẽ diu texit, nec voluntati potestatem admiscuit, quoad viuentis fratris auctoritate compressus est. Contemplabatur enim de eo quantam vim in vlciscẽda fide imperator posset exercere, qui tantam constantiam pro retinenda quondam miles habuisset. Horum anno imperij tertio, Gratianus Valentiniani filius imperator est factus. Eodem anno apud Atrebatas vera lana de nubibus pluuiæ mixta defluxit. Præterea Athanaricus rex Gothorum Christianos in gente sua crudelissimè persecutus, plurimos barbarorum ob fidem interfectos, ad coronam martyrij sublimauit, quorum tamen plurimi in Romanum solum non trepidi velut ad hostes, sed certi, quod ad fratres pro Christi confessione fugerunt. Valentinianus Saxones, gentem in oceani litoribus & paludibus inuiis sitam, virtute atque agilitate terribilem, periculosam Romanis finibus, eruptionem magna mole meditantem, in ipsis Francorum finibus oppressit. Burgundionum quoque nouorum hostium

nouum nomen, qui plusquam octoginta millia (vt ferunt) armatorũ, ripæ Rheni fluminis insederũt. F
Hos quondã subacta interiore Germania à Druso & Tiberio adoptiuis filiis Cæsaris, per castra dispositos, aiunt in magnam coaluisse gentem: atque ita etiam nomen ex opere præsumpsisse, quia crebra per limitem habitacula constituta, Burgos vulgò vocant: eorumque esse prævalidã & perniciosam manum, Galliæ hodieque testes sunt, in quibus præsumpta possessione consistunt: quãuis prouidentia Dei omnes Christiani modo facti catholica fide, nostrisque clericis quibus obedirẽt receptis, blandè, mansuetè, innocenterque viuant, non quasi cũ subiectis Gallis, sed verè cum fratribus Christianis. Anno autem vndecimo imperij sui, Valẽtinianus, cum Sarmatæ sese per Pannonias diffudissent, easque vastarent, bellũ in eos parans, apud Brigitionẽ oppidum subita effusione sanguinis, quod Græce ἀποπληξις vocatur, suffocatus & mortuus est. Post quem Gratianus filius eius occidentis imperium tenuit, Valente patruo in orientis partibus constituto, Valentinianum etiam fratrem suum paruum admodum, socium creauit imperij.

C.XXXIII. *Valens monachos ad militiam cogit. Niceph. lib. 11.*

Anno ab vrbe condita millesimo centesimo vicesimo octauo, Valens tricesimus nonus imperium quatuor annis Valentiniano mortuo tenuit, cui soli cum impiè ageret, & potuisset erubescere, G
illicò velut effrenata libertatis audacia legem dedit vt monachi, hoc est, Christiani qui ad vnum fidei opus dimissa secularium rerum multimoda actione, se redigunt, ad militiam cogerentur. Vastas illas tunc Ægypti solitudines, arenasque diffusas, quas propter sitim ac sterilitatem periculosissimãque serpentum abundantiam conuersatio humana non nosset, magna habitantium monachorum multitudo cõpleuerat. Huc tribuni & milites missi, qui sanctos ac veros milites Dei alio nomine persecutionis abstraherent, interfecerunt ibi agmina multa sanctorum. Quæ autem per diuersas vbique prouincias, his similibusque iussit aduersus ecclesias catholicas, & rectæ fidei populos gesta sint satis significatum ipsa reticendi electione sufficiat. Interea in Africæ partibus Firmus sese, excita-

Firmus grassatur.

tis Maurorum gentibus, regem constituens, Africam Mauritaniamque vastauit. Cæsaream vrbem nobilissimam Mauritaniæ dolo captam, deindè cædibus incendiisque completam, barbaris in prædam dedit. Igitur comes Theodosius, Theodosij qui pòst imperio præfuit, pater, à Valẽtiniano missus, effusas Maurorum gentes multis præliis fregit, ipsum Firmum afflictum & oppressum coëgit ad mortem. Pòst cum experientissima prouidentia totam cum Mauritania Africam meliorem pri- H

Theodosium morti damnatus baptizari voluit.

stinis legibus reddidisset, instimulante & obrepente inuidia iussus interfici, apud Carthaginem baptizari in remissionem peccatorum præoptauit: ac postquam sacramentum Christi, quod quærierat assecutus est, post gloriosam sæculi vitam, etiam de vitæ æternitate securus, percussori iugulum vltrò præbuit. Gratianus interea imperator admodum iuuenis cum inæstimabilem multitudinem hostiũ Romanis infusam finibus cerneret, fretus Christi potentia, longè impari militum numero sese in hostem dedit: & cõtinuo apud Argentariam oppidum Galliarum formidolosissimum bellum incredibili felicitate confecit. Nam plus quàm triginta millia Alamannorum, minimo Romanorum detrimento in eo prælio interfecta narrantur. Tertiodecimo autem anno imperio Valentis, hoc est, paruo tempore postea quàm Valens, per totum orientem ecclesiarum lacerationes, sanctorumque cædes egerat, radix illa miseriarum nostrarum copiosissimos simul frutices germinauit: siquidem gens Hunnorum diu inaccessis secluſa montibus, repentina rabie percita, exarsit in Gothos: eosque sparsim conturbatos, ab antiquis sedibus expulit. Gothi transito Danubio fugientes, à Valente sine vlla I
fœderis pactione suscepti, ne arma quidẽ, quo tutius barbaris crederetur, tradidere Romanis: deindè propter intolerabilem auaritiam Maximi ducis, fame & iniuriis adacti, in arma surgentes, victo Valentis exercitu, per Thraciam sese miscentes, simul omnia cædibus, incendiis, rapinisque fœdarũt. Valẽs egressus de Antiochia, cũ vltima infelicis belli sorte traheretur, sera peccati maximi pœnitẽtia stimulatus, episcopos cæterosque sanctos reuocari de exiliis imperauit. Itaque decimoquinto imperij sui anno lachrymabile illud bellum in Thracia cum Gothis iam tunc exercitatione virium rerumque abundantia instructissimis gessit. Vbi primo statim impetu Gothorum, perturbatæ Romanorum equitum turmæ, nuda peditum deseruere præsidia. Mox legiones peditum vndique equitatu hostium cinctæ, ac primum nubibus sagittarum obrutæ, deindè cum amentes metu sparsim per deuia cogerentur, funditus cæsæ, gladiis insequentum contisque perierunt. Ipse imperator cum sagitta saucius versusque in fugam, ægrè in cuiusdam villulæ casam deportatus lateret, ab insequentibus hostibus deprehensus, subiecto igne consumptus est: & quo magis testimonium punitionis eius & diuinæ indignationis terribili posteris esset exemplo, etiam communi caruit sepultura. K

Valens in casa latitans comburitur. Niceph. lib. 10. cap. vlt.

Consoletur se, sed in hoc solo, peruicacia miseriaque gentiũ, quia temporibus & regibus Christianis tantæ simul congestæ clades pressam reipub. onerauere ceruicem: euersæ prouinciæ, deletus exercitus, imperator incensus. Magnum reuerà hoc est ad nostrum dolorem, magisque miserum, quo magis nouum. Sed quid hoc ad consolationem proficit paganorum, qui palam peruident & in his quoque persecutorem ecclesiarum fuisse punitum? Vnus Deus vnam fidem tradidit, vnam ecclesiã toto orbe diffudit, hanc aspicit, hanc diligit, hanc defendit. Quolibet se quisquis nomine tegat, si huic non sociatur, alienus: si hanc impugnat, inimicus est. Consolentur se gentiles inquantum volunt, Iudæorum hæreticorumque suppliciis: tantum & vnum Deum esse, & eundem personarum acceptorem non esse, vel ex hac potissimum Valentis extincti probatione fateantur. Gothi antea per legatos supplices popoſcerunt vt illis episcopi, à quibus Christianæ fidei regulam discerent, mitterentur,

A mitterẽtur, Valens imperator exitiabili prauitate doctores Arriani dogmatis misit. Gothi primæ fidei rudimentum quod accepere, tenuerunt. Itaque iusto Dei iudicio ipsi eum viuum incenderunt, qui propter eum etiam mortui, vitio erroris arsuri sunt.

Anno ab vrbe condita millesimo centesimo XXXII. Gratianus quadragesimus ab Augusto C.XXXIIII. *Gratianus Imperator. Niceph. lib. 11.*
post mortem Valentis sex annis imperium tenuit, quamuis iamdudum antea cum patruo Valẽte & cum Valentiniano fratre regnaret: qui cum afflictum ac penè collapsum reip. statum videret, eadem prouisione qua quõdam legerat Nerua Hispanum virum Traianum per quẽ respublica reparata est, legit & ipse Theodosium æquè Hispanum virum, & restituendæ reipub. necessitate apud Syrmium purpuram induit, orientisque & Thraciæ simul præfecit imperio: in hoc perfectiore iudicio, quia cum in omnibus humanæ vitæ virtutibus iste par fuerit, in fidei sacramento religionisque cultu sine vlla comparatione præcessit: siquidem ille persecutor, hic propagator ecclesiæ. Ita illi ne vnus quidem proprius filius quo successore gauderet, indultus est: huius autem orienti simul atque occidenti per succiduas vsque ad nunc generationes gloriosa propago dominatur. Itaque vt Theodo-
B sius afflictam Remp. ira Dei reparandam credidit misericordia illius, omnem fiduciam sui ad opem Christi conferens, maximas illas Scythicas gentes, formidatasque cunctis maioribus, Alexandro quoque illi Magno, sicut Pompeius Corneliusque testati sunt, euitatas, nunc autẽ extincto Romano exercitu, Romanis equis armisque instructissimas, hoc est, Alanos, Hunnos & Gothos, incunctanter aggressus, magnis multisque præliis vicit. Vrbem Constãtinopolim victor intrauit: & ne paruam ipsam Romani exercitus manum assiduè bellando deterreret, fœdus cum Athanarico rege Gothorum percussit. Athanaricus autem continuò vt Constantinopolim venit, diem obiit. Vniuersæ Gothorum gentes, rege defuncto, aspicientes virtutem benignitatemque Theodosij, Romano sese imperio dediderunt. In iisdem etiam diebus Persæ, qui Iuliano interfecto aliisque imperatoribus sæpè victis, nunc etiam Valente in fugam acto, recentissimæ victoriæ satietatem cruda insultatione ructabant, vltrò Constãtinopolim ad Theodosium misere legatos, pacemque supplices popoſcerũt: ictũque tũc fœdus est, quo vniuersus oriens vsque ad nunc tranquillissimè fruitur. Interea cũ Theo-

Ritius lib. 1. de Reg. Hist. Diacon. & Iornander.

dosius in oriẽte subactis barbarorum gentibus, Thracias tandem ab hoste liberas reddidisset, & Ar-
C cadium filium suum consortem fecisset imperij, Maximus vir quidem strenuus & probus, atque Augusto dignus, nisi contra sacramenti fidem per tyrannidem emersisset, in Britãnia inuitus propemodum ab exercitu imperator creatus, in Galliam transiit: vbi Gratianum Augustum subita incursione perterritum, atque in Italiam transire meditantem, dolis circunuentum interfecit, fratremque eius Valentinianum Augustum Italia expulit. Valentinianus in orientem refugiens, à Theodosio paterna pietate susceptus, mox etiam imperio restitutus est.

Anno ab vrbe cõdita millesimo centesimo XXXVIII. Theodosius XLI. interfecto per Ma- CA. XXXV. *Theodosij gesta. Niceph. lib. 12.*
ximum Gratiano, imperium Romani orbis solus obtinuit, mansitque in eo annis vndecim, cum iam in orientis partibus sex annis Gratiano viuente regnasset. Itaque iustis necessariisque causis ad bellũ ciuile permotus, cum è duobus Augustis frattribus, & vltionem vnius interfecti sanguis exigeret, & restitutionem miseria alterius exulantis oraret, posuit in Deo spem suam, seque aduersus Maximum tyrannum sola fide maior (nam longe minor erat vniuersa apparatus bellici comparatione) proripuit. Aquileiæ tũc Maximus victoriæ suæ spectator insederat. Andragathius comes eius sum-
D mam belli administrabat: qui cum largissimis militum copiis, ipsaque magnarum copiarum fortitudine, præcellente consilio, omnes incredibiliter Alpium ac fluminum aditus communisset, ineffabili iudicio Dei, nauali expeditione dum incautum hostem præuenire & obruere parat; sponte eadem quæ obstruxerat claustra, deseruit. Ita Theodosius nemine sentiente, vt non dicam repugnante, vacuatas trãsmisit Alpes, atque Aquileiam improuisus aduenies, hostem illum magnum Maximum trucem, & ab immanissimis quoque Germanorum gentibus tributa ac stipendia solo terrore nominis exigentẽ, sine dolo & controuersia clausit, cepit & occidit. Valentinianus, recepta Italia, potitus imperio est. Andragathius comes cognita Maximi nece, præcipitem sese è naui in vn-

Theodosius Maximum Aquileiæ occidit.

das dedit, ac suffocatus est. Theodosius incruentam victoriam Deo procurante suscepit. Ecce regi-
bus & temporibus Christianis qualiter bella ciuilia cum vitari nequeũt, transiguntur. Ad victoriam peruentum est, irrupta est ciuitas, correptus tyrannus, & hoc parum est. Ecce à parte alia victus ho-
E stilis exercitus, atque ipso tyranno truculentior comes tyranni ad mortem coactus, tantæ dissolutæ cluſæque insidiæ, tãti apparatus exinaniti sunt: & tamẽ nullus dolos instruxit, nullus aciẽ disposuit, postremò nullus (si dici licet) gladium de vagina extulit. Formidolosissimum bellum sine sanguine vsque ad victoriam, & in victoria duorum morte confectum est. Et ne hoc quisquam casu factum putet, quo magis potentia Dei qua & dispensantur & iudicantur vniuersa, propalato sui testimonio declarata, obstrepentium mentes vel ad confusionem, vel ad fidem cogat, dico rem & ignotam omnibus, & omnibus notam. Post hoc bellum quo Maximus interfectus est, multa vtique, sicut omnes recognoscimus, Theodosium filiumque eius Honorium vsque ad nunc & externa bella & ciuilia subsecuta sunt: & tamen omnia penè vsque in hodiernum diem, & quidem cum fructu simplicis sanctæque victoriæ, vel nullo, vel minimo sanguine quieuerunt. Igitur Valentinianus iunior regno restitutus, extincto Maximo, eiusque filio Victore, quem imperatorem Gallis Maxi-

Valentinianus suffocatur. Niceph. lib.12.cap.38.

naus reliquerat, ipse in Galliam transiuit: vbi cum tranquilla rep. in pace ageret, apud Viennam dolo Arbogastis comitis sui, vt ferunt, strangulatus, atque vt voluntariam sibi consciuisse mortem putaretur, laqueo suspensus est. Mortuo Valentiniano Augusto, Arbogastes Eugenium tyrānum mox creare ausus est, legitque hominem cui titulum imperatoris imponeret, ipse aucturus imperium: vir barbarus animo, consilio, manu, audacia, potentiaque nimius, contraxit vndique innumeras inuitasque copias, vel Romanorum præsidiis, vel auxiliis barbarorum, alibi potestate, alibi cognatione subnixus. Historiam notam etiam oculis plurimorum, quam melius qui spectauere nouerunt, dilatari verbis non opus est. Potentia Dei, non fiducia hominis, victorem semper extitisse Theodosium, Arbogastes iste præcipuum in vtroque documentum est: qui & tunc, cum Theodosio paruit, tantis instructum præsidiis Maximum ipse minimus cepit: & tunc cum aduersus eundem Theodosium collectis Gallorum Francorumque viribus exundauit, nixus etiam præcipuo cultu idolorum, magna tamen facilitate succubuit. Eugenius atque Arbogastes instructas acies campis expedierant, arcta Alpium latera atque ineuitabiles transitus, præmissis callidè insidiis occuparāt: vt etiam si numero ac viribus impares forent, sola tamen belli dispositione victores. At verò Theodosius in summis Alpibus constitutus, expers cibi ac sommi, sciens quod destitutus suis, nescies quod clausus alienis, dominum Christum solus solum qui posset omnia, corpore humi fusus, mēte cœlo fixus, orabat. Dehinc postquam insomnem noctem precum continuatione transegit, & vestes propemodū, quas in pretium præsidij cœlestis appenderat, lachrymarum lacunas reliquit, fiducialiter arma corripuit solus. Sciens se esse non solum signo crucis tuendum, sed & victoriam adepturum, signo crucis se muniens signum prælio dedit, ac se in bellum, etiamsi nemo sequeretur, victor futurus immisit. Prima salutis via extitit Arbitrio, hostilium partium comes: qui cum ignarum imperatorem circumpositis excepisset insidiis, conuersus ad reuerentiam præsentis Augusti, non solùm periculo liberauit, verumetiam instruxit auxilio. At vbi ad contigua immiscendæ pugnæ spatia peruentum est, continuò magnus ille & ineffabilis turbo ventorum in ora hostium ruit. Ferebantur per aërem spicula missa nostrorum, atque vltra mensuram humani iactus manu in aëre portata, nusquam propemodū cadere, priusquam impingerent, sinebantur. Porrò autem turbo continuus ora pectoraque hostium nunc illis grauiter scutis euerberabat, nunc impressis pertinaciter obstructa claudebat, nunc auulsus violenter destituta nudabat, nunc oppositis iugiter in terga trudebat: tela etiam quæ ipsi vehementer intorserant, excepta ventis impetu supinata, ac retrorsum coacta, ipsos infeliciter configebant. Prospexit sibi humanę conscientiæ pauor: Nam continuò sese, parua suorū manu fusa, victori Theodosio hostilis prostrauit exercitus. Eugenius captus atque interfectus est. Arbogastes sua se manu perculit. Ita & hic duorum sanguine bellū ciuile restinctum est, absque illis decem millibus Gothorum, quos præmissos à Theodosio Arbogastes delesse funditus fertur, quos vtique perdidisse, lucrum, & vinci vincere fuit. Non insulto obtrectatoribus nostris. Vnum aliquod ab initio vrbis conditæ bellum proferant, tā pia necessitate susceptum, tam diuina felicitate confectum, tam clementi benignitate sopitum, vbi nec pugna grauem cædem, nec victoria cruentam exegerit vltionem: & fortasse concedam, vt non hæc fidei Christiani ducis concessa videantur, quamuis ego hoc testimonio non laborem, quando vnus ex ipsis poëta quidem eximius, sed paganus peruicacissimus, huiusmodi versibus & Deo & homini testimonium tulit, quibus ait:

Theod. signo se crucis armauit.

O nimium dilecte Deo, tibi militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Ita cœlitus iudicatum est, inter partem etiam sine præsidio hominum de solo Deo humiliter sperātem, & partem arrogantissimè de viribus suis, & de idolis præsumentem. Theodosius autem composita tranquillataque Rep. apud Mediolanum constitutus, diem obiit.

CAP. XXXVI.

Arcadij & Honorij imperium Niceph. lib.13.

ANNO ab vrbe condita millesimo cētesimo XLIX. Arcadius Augustus, cuius nūc filius Theodosius orientem regit, & Honorius Augustus frater eius, cui nunc Respub. innititur, XLII. loco cōmune imperium, diuisis tantùm sedibus tenere cœperunt: vixitque Arcadius post patris excessum annis duodecim, imperiique summam Theodosio filio suo paruo admodum, moriens tradidit. Interea Gildo comes, qui in initio regni eorum Africæ præerat, simul vt defunctū Theodosium comperit, siue, vt quidam ferunt, quadam permotus inuidia, Africam orientalis imperij partibus iungere molitus est: siue, vt alia tradit opinio, minimam in paruulis spem fore arbitratus, præsertim cum absque his non facilè antea quisquam pusillus in imperio relictus, ad maturitatem virilis ætatis euaserit: istique propemodum soli inueniantur, quos ob egregiam patris ac suam fidem & diuisos & destitutos Christi tutela prouexerit. Africam exceptam à societate Reip. sibi vsurpare ausus est, gentili magis licentia contentus quàm ambitu regiæ affectationis inflatus. Huic Mascezil frater fuit, qui nouarum rerum molitiones in fratre perhorrescens, relictis apud Africanam militiam duobus filiis adolescentibus, in Italiam rediit. Gildo & absentiam fratris & præsentiam filiorum eius suspectam habens, adolescentes dolo circumuentos interfecit. Ad hunc iam vt hostem bello insequendum Mascezil frater missus est, quem idoneum procurandæ reip. fore propriæ orbitatis recens dolor pollicebatur. Igitur Mascezil iam inde à Theodosio sciens, quantum in rebus desperatissimis oratio hominis per fidem Christi, à clementia Dei impetraret, Caprariam insulam adiit, vnde secum sanctos seruos Dei aliquot permotos precibus

cibus suis sumpsit: cum his, orationibus, ieiuniis, psalmis dies & noctes continuans, sine bello victoriam meruit, ac sine cæde vindictā. Ardalio fluminis nomen est, quod fluit inter Thebastem & *Metrideram ciuitates: vbi cum parua manu, hoc est, cū quinq; millibus (vt aiunt) militum, cōtra septuaginta millia hostiū castrametatus, cum interiecta mora excedere loco, oppositásq; præiacentis vallis angustias transgredi vellet, intercurrente nocte, beatum Ambrosium Episc. Mediolani paulo antè defunctum, per somnium sibi videre visus est, significantem manu & impacto ad humum ter baculo dicentem: Hic, hic, hic. Quod ille prudenti coniectura intellexit, merito annuntiantis fidem victoriæ, verbo locum, numero diem significari. Subsistit, ac tertio demum die, post noctē orationibus hymnisq; peruigilem ab ipsis cœlestium sacramētorum mysteriis, in hostem circumfusum processit: & cum ad eos qui primi occurrerant, pia pacis verba iactaret, signiferum quendam insolēter obsistentem, & iamiámque pugnam excitantem, gladio percussit in brachio: eúmque manu debilē, ipso vulnere coēgit pronum inclinare vexillū. Quo viso, reliquæ cohortes deditionē iam fieri priorum existimātes, certatim sese ad Mascezilem signis tradidere conuersis. Barbari quorum magnam multitudinem Gildo ad bellum deduxerat, defectu militum destituti, in diuersa fugerunt. Gildo & ipse fugam molitus, arrepta naui, vt in altum prouectus, ac deindè reuocatus in Africam est, post aliquot dies strangulatus interiit. Periclitaremur sub tantorum miraculorum relatu, quasi præsumpta mentiendi impudentia, nisi adhuc vocem nostram conscientia eorum qui interfuere, præcurreret. Nullæ agūtur insidiæ, nulla corruptio, septuaginta millia hostiū vincuntur pene sine pugna: fugit victus ad tēpus, ne plus audeat victor iratus. Trāsportatur in diuersum locum, vt nesciat frater occidi, quo vindicatur occiso. Sanè idem Mascezil elatus rerū secundarum insolentia, posthabito sanctorū cōsortio, cū quibus antea Deo militans vicerat, etiā ecclesiā temerare ausus est, atq; ex ea quosdā nō dubitauit extrahere. Secuta est pœna sacrilegū. Nam iisdem superstitibus atq; insultātibus, quos ab Ecclesia ad pœnā protraxerat, post aliquantū tēpus solus & ipse punitus est: probauitq; in se vno, ad vtrunq; semper diuinū vigilare iudiciū: quādo & cū sperauit, adiutus, & cum cōtempsit, occisus est.

*Ammederā

Ambrosius nuntiat victoriam.

Gildo strangulatur lege Claudia.

CAP. XXXVII.

Ruffini & Stiliconis scelera. Niceph. lib. 13. cap. 35. Alaricus Zozo. lib. 9. cap. 7. Diac. & procop.

INTEREA cum à Theodosio imperatore seniore, singulis potissimis infantum cura & disciplina vtriusque palatij commissa esset, hoc est, Ruffino orientalis aulæ, Stiliconi occidētalis imperij, quid vterque egerit, quídve agere conatus sit, exitus vtriusque docuit: cum alius sibi, alius filio suo affectās regale fastigiū, vt rebus repentè turbatis, necessitas Reip. scelus ambitus tegeret, gentes barbaras ille immisit, hic fouit. Taceo de Alarico rege cum Gothis suis sæpè victo, sæpè concluso, sempérque dimisso. Taceo de infelicibus illis apud Polentiā gestis, quum barbaro & pagano duci, hoc est, Sauli, summa belli commissa est: cuius improbitate reuerendissimi dies & sanctum Pascha violatum est, cedentíque hosti propter religionem, vt pugnaret extortum est: cum quidem, ostendente in breui iudicio Dei, & quid fauor eius posset, & quid vltio exigeret, pugnātes vicimus, victores victi sumus. Taceo de ipsorum inter se barbarorum crebris dilacerationibus, cum se inuicem Gothorū cunei duo, deindè Alani atque Hunni variis cædibus populabantur. Rhadagaisus omnium antiquorum præsentiúmque hostium longè immanissimus, repētino impetu totam inundauit Italiā. Nam fuisse in populo eius plus quàm ducenta millia Gothorum ferunt. Hic supra hanc incredibilem multitudinem indomitámque virtutem paganus & Scytha erat: qui, vt mos est barbaris huiusmodi gentibus, omnem Romani generis sanguinem diis suis propinare deuouerat. Hoc igitur Romanis arcibus imminente, fit omnium paganorum in vrbe concursus. Hostem esse cum vtique virium copia, tum maximè præsidio deorum potentem: vrbem autem ideo destitutam & maturè perituram, quia Deos & sacra perdiderit. Magnis querelis vbique agitur & continuò de repetendis sacris celebrandísque tractatur. Feruent tota vrbe blasphemiæ, vulgò nomen Christi tanquam lues aliqua præsentium temporum probris ingrauatur. Itaque ineffabili iudicio Dei factum est, vti, quoniam in permixto populo piis gratia, impiis pœna debebatur, oportebátque permitti hostes, qui insuadibilem in plurimis, & contradicentem ciuitatem seuerioribus solito flagris coarguerent, non tamen eos qui indiscretè cunctos intemperata cæde delerent, duo tunc populi Gothorum eum duobus potentissimis regibus suis per Romanas prouincias baccharentur: quorum vnus Christianus propriórque Romano, & (vt res docuit) timore Dei mitis in cæde: alius paganus, barbarus, & verè Scytha, qui non tantum gloriam aut prædam quantum inexaturabili crudelitate ipsam cædem amaret in cæde: & hic iam receptus sinu Italiæ, Romam è proximo tremētem terrore quassabat. Itaque si huic vltioni potestas permitteretur, quem Romani ob hoc præcipuè timendum arbitrabantur, quia fauorem Deorum sacrificiorum obsequiis inuitaret, & immoderatior cæde sine fructu emendationis arsisset, & error nouissimus peior priore creuisset: quandoquidem in pagani & idololatræ manus incidisse, non solum paganis residuis de instaurādo cultu idolorum esset indubitata persuasio, sed etiam Christianis periculosa confusio, cum & hi terrerentur præiudicio, & illi cōfirmarentur exemplo. Quamobrem iustus dispensator humani generis Deus perire paganum hostē voluit, & Christianum prævalere permisit, vt pagani blasphemantésque Romani, & illo confunderentur perdito, & hoc punirētur immisso: maximè cum imperatoris Honorij admirāda in rege continentia, & sanctissima fides non parum diuinæ misericordiæ mereretur. Conceduntur quidem aduersus immanissimū illum hostē Rhadagaisum, aliorum hostiū cum copiis suis inclinati ad auxilium animi. Adsunt Vldin & Sarus Hunnorum & Gothorum duces præsidio Romanorum: sed non finit Deus rem potentiæ suæ, virtutem hominum & maximè hostium videri. Cōterritum diuinitus Rha-

Rhadagaisus.

vincit Christianus, perit Paganus.

dagaiſum,in Fæſulanos montes cogit:eiúſque(ſecundum eos qui parciſſimè referunt) ducenta mil- F
lia hominum inopum conſilij & cibi, in arido & aſpero montis iugo, vrgente vndique timore con-
cludit:agminá́que quibus dudum anguſta videbatur Italia,latèdi ſpe in vnum ac paruum verticem
trudit. Quid multis morer? Non diſpoſita in bellum acies fuit, non furor timórque incerta pugnæ
prætulit,non cædes acta,non ſanguis effuſus eſt,non poſtremò(quod felicitatis loco deputari ſolet)
damna pugnæ euentu compenſata victoriæ,edentibus,bibentibus,ludentibúſque noſtris, tanti illi
támque immanes hoſtes,eſurientes & ſitientes languentéſque confecti ſunt. Parum hoc eſt, niſi cá-
ptum & catenatum ac ſubiugatum ſciant, quem timuere Romani: illúmque idololatram ſuum, cu-
ius ſacrificia ſe magis pertimeſcere quam arma fingebant, ſine prælio victum ac vinctum ſub iugo
catenſíque deſpiciant. Igitur rex Rhadagaiſus ſolus ſpem fugæ ſumens, clam ſuos deſeruit, atque in
Rhadagaiſus occiditur. noſtros incidit: à quibus captus, ac pauliſper retentus, deindè interfectus eſt. Tanta verò multitudo
captiuorum Gothorum fuiſſe fertur, vt viliſſimarum pecudum modo, ſingulis aureis paſſim greges
hominum venderentur. Sed nihil ſupereſſe Deus de eodem populo ſinit. Nam illicò cunctis qui
emebãtur morientibus, quod improbi emptores eorũ non impenderunt turpiter pretiis, expẽde- G
runt miſericorditer ſepulturis. Igitur ingrata Roma, quæ ſicut nunc ſenſit, non ad remittendam, ſed
ad reprimendam idololatriæ præſumptionem, iudicis Dei obliquam miſericordiam, ita continuò
propter viuorum mortuorúmque ſanctorum piam recordationem, Dei iram paſſura non plenam, ſi
fortè confuſa pœniteat, & per experiẽtiam fidem diſcat, ab incurſu Alarici regis & hoſtis, ſed Chri-
ſtiani, aliquantulo ad tempus ſpatio, differtur.

CAP. XXXVIII. *Stiliconis molimina.*

INTEREA comes Stilico Vvandalorum imbellis, auaræ, perfidæ & doloſæ gentis genere editus,
paruipendens quòd ſub imperatore imperabat, Eucherium filium ſuum, ſicut à pleriſque traditur,
iam indè Chriſtianorum perſecutionem à puero priuatóque meditantem, in imperio quoquo mo-
do ſubſtituere nitebatur. Quamobrem Alaricum cũctámque Gothorum gentem pro pace optima,
& quibuſcunque ſedibus ſuppliciter ac ſimpliciter orantem, occulto fœdere vouẽs, publicè autem,
& belli & pacis copia negata, ad terendam terrendámque Rempub. reſeruauit. Prętẽrea gentes alias
copiis viribúſque intolerabiles, quibus nunc Galliarum Hiſpaniarúmque prouinciæ premuntur, H
hoc eſt, Alanorum, Sueuorum, Vvandalorum, ipſóque ſimul motu impulſorum Burgundionum, vl-
trò in arma ſolicitans, deterſo ſemel Romani nominis metu, ſuſcitauit, eas interim ripas Rheni qua-
tere, & pulſare Gallias voluit, ſperans miſer ſub hac neceſſitatis circumſtantia, quia & extorquere
imperium genero poſſet in filium, & gentes barbaræ tam facile comprimi quàm commoueri vale-
rent. Itaque vbi imperatori Honorio excitatúque Romano hæc tantorum ſcelerum ſcena patefa-
cta eſt, commoto iuſtiſſimè exercitu, occiſus eſt Stilico: quivt vnum puerum purpuram indueret,
totius generis humani ſanguinem dedit. Occiſus eſt & Eucherius, qui ad conciliandum ſibi fauorẽ
Eucherius occiditur. Nicephor lib. 13. cap. 35. paganorum, reſtitutione templorum & euerſione eccleſiarum imbuturum ſe regni primordia mi-
nabatur, paríque cum iiſdem ſatellites tantarum molitionum puniti ſunt. Ita minimo negotio pau-
corúmque pœna, Eccleſiæ Chriſti cum imperatore religioſo & liberatæ ſunt & vindicatæ. Itaquo
poſt hæc tanta augmenta blaſphemiarum, nullámque pœnitentiam, vltima illa diúque ſuſpenſa vr-
bem pœna conſequitur.

CAP. XXXIX. *Alaricus Romam obſidet & diripit. Nicephor. li. 13. ca. 35. Hieron. ad Principiã, capitur vrbs quæ totum capit orbẽ. Imò fame perit, antequã gladio, dum mater non parcit lactanti infantiæ, & recipit vterq; quem paulò ante effuderat &c. Facta eſt hæc direptio an. chr. 412. iuxta Prosp.*

ADEST Alaricus, trepidam Romam obſidet, turbat, irrumpit. Dato tamen præcepto prius, vt ſi
qui in ſancta loca præcipuéque in ſanctorum APOSTOLORUM Petri & Pauli baſilicas confugiſſent, hos I
in primis inuiolatos ſecuróſque eſſe ſinerent. Tum deindè inquantum poſſent prædæ inhiantes, à
ſanguine temperarent. Accidit quoque quo magis illa vrbis irruptio indignatione Dei acta, quàm
hoſtis fortitudine probaretur, vt beatus Innocentius Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, tanquam iuſtus
Loth ſubtractus à Sodomis, occulta prouidentia Dei apud Rauennam tunc poſitus, peccatoris po-
puli non videret excidium. Diſcurrentibus per vrbem barbaris, fortè vnus Gothorum, idémque po-
tens & Chriſtianus, ſacram Deo virginem iam ætate prouectam, in quadam eccleſiaſtica domo re-
perit: cúmque ab ea aurum argentúmque honeſtè expoſceret, illa fideli conſtantia eſſe apud ſe plu-
rimum, & mox proferendum ſpopondit, ac protulit. Dúmque expoſitis opibus, attonitum barba-
rum magnitudine & pondere ac pulchritudine, ignota etiam vaſorum qualitate intelligeret, virgo
Chriſti ad barbarum ait: Hæc Petri apoſtoli ſacra miniſteria ſunt. Præſume, ſi audes. de facto tu vi-
deris. Ego quia defendere non valeo, neque tenere audeo. Barbarus verò ad reuerentiam reli-
gionis, timore Dei & fide virginis motus, ad Alaricum hæc per nuntium retulit: qui continuò K
reportari ad Apoſtoli baſilicam vniuerſa, vt erant, vaſa imperauit: virginem etiam ſimúlque om-
nes qui ſe adiungerent Chriſtianos, eodem cum defenſione deduci. Ea domus à ſanctis ſedibus
longo, vt ferunt, & medio interiectu vrbis aberat. Itaque magno ſpectaculo omnium diſpoſita
per ſingulos ſingula, & ſuper capita elatá palam aurea atque argentea vaſa portantur, exertis vndi-
que ad defenſionem gladiis, pia pompa munitur. Hymnis Deo Romanis barbariſque concinenti-
bus, publicè canitur. Perſonat latè in excidio vrbis ſalutis tuba, omnéſque etiam in abditis la-
tentes, inuitat ac pulſat. Concurrunt vndique ad vaſa Petri, vaſa Chriſti: plurimi etiam pa-
gani Chriſtianis profeſsione, ſi non fide, admiſcentur: & per hoc tamen ad tempus, quo ma-
gis confundantur, euadunt. Quanto copioſius aggregantur Romani confugientes, tanto aui-
dius circumfunduntur barbari defenſores. O ſacra & ineffabilis diuini iudicij diſcretio. O ſanctum

iſtud

A iſtud & ſalutare flumen, quod parua exortum domo, dum beato alueo in ſanctorum ſedes tendit,
oberrantes perielitãtéſque animas in ſalutis ſinum pia rapacitate peruexit. O præclara illa Chriſtia-
næ militiæ tuba, quæ generaliter cunctos dulciſſimo ad vitam modulamine inuitans, quos ad ſalutẽ
inobedientes non ſuſcitauit, inexcuſabiles reliquit ad mortem. Myſterium hoc quod in transferẽ-
dis vaſis, dicẽdis hymnis, ducendis populis fuit, tãquam magnum cribrum fuiſſe arbitror, per quod
ex congregatione populi Romani tanquam ex magna maſſa frumenti, per omnia ex vniuerſo am- *Vaſa templi pluunt frumento.*
bitu ciuitatis latebrarum foramina effluxere grana viua, ſiue occaſione ſiue veritate commota, om-
nia tamen de præſente ſalute credentia, ex horreo dominicæ præparationis accepta ſunt. Reliqua
verò ſicut ſtercora, & velut paleæ, ipſa vel incredulitate vel inobedientia præiudicata, ad exterми-
nium atque incendium remanſerunt. Quis hæc perpendere plenis miraculis, quis prædicare dignis
laudibus queat? Tertia die barbari, quam ingreſſi vrbem fuerant, ſponte diſcedũt, facto quidem ali-
quantarum ædium incendio, ſed ne tanto quidem, quantum ſeptingenteſimo conditionis eius an-
no caſus effecerat. Nam ſi exhibitam Neronis imperatoris ſui ſpectaculis inflammationem recen-
B ſeam, proculdubio nulla comparatione æquiparabitur ſecũdum id, quod excitauerat laſciuia prin-
cipis, hoc quod nunc intulit ira victoris. Neque verò Gallorum meminiſſe in huiuſmodi collatio-
ne debeo, qui continuò penè anni ſpatio incenſæ euerſæque vrbis attritos cineres poſſederunt. Et
ne quiſquam fortè dubitaret, ad correptionem ſuperbæ laſciuiæ, & blaſphemæ ciuitatis hoſtibus
fuiſſe permiſſum, eodem tempore clariſſima vrbis loca fulminibus diruta ſunt, quæ inflammari ab
hoſtibus nequiuerunt.

CAP. XL. *Alanorum, Sueuorum & Vuandalorũ irruptiones. Diac. eã vxorem datam Adaulpho effeciſſe vt ipſe vltrò à Romanis pacem peteret.*

ANNO itaque ab vrbe condita M. centeſimo ſexageſimoquarto, irruptio vrbis per Alaricum fa-
cta eſt: cuius rei quanuis recens memoria ſit, tamen ſi quis ipſius populi Romani & multitudinem
videat, & vocem audiat, nihil factum, ſicut etiam ipſi fatẽtur, arbitrabitur, niſi aliquantis adhuc exi-
ſtentibus ex incendio ruinis forte doceatur. In ea irruptione Placidia Theodoſij principis filia, Ar-
cadij & Honorij imperatorum ſoror, ab Ataulpho Alarici propinquo capta eſt, atque in vxorem
aſſumpta, quaſi eam diuino iudicio velut ſpeciale pignus obſidem Roma tradiderit, ita iuncta bar-
bari potentiſſimi regis coniugio, multo Reip. commodo fuit. Interea ante biennium Romanæ irru-
C ptionis, excitatæ per Stiliconem gentes Alanorum, vt dixi, Sueuorum, Vvandalorum, multæq; cum
his aliæ, Francos proterunt, Rhenum tranſeunt, Gallias inuadũt, directóque impetu Pyrenæũ vſque
peruenium: cuius obice ad tempus repulſæ, per circumiacentes prouincias refunduntur. His per
Gallias bacchantibus, apud Britannias Gratianus municeps eiuſdem inſulæ tyrannus creatur, &
occiditur. Hujus loco Conſtantinus, ex infima militia propter ſolam ſpem nominis, ſine merito
virtutis eligitur. qui continuò vt inuaſit imperium, in Gallias tranſiit. Ibi ſæpè à barbaris incertis
fœderibus illuſus, detrimento magis Reip. fuit. Miſit verò in Hiſpaniã iudices, quos cum prouinciæ
obediẽter accepiſſent, duo fratres iuuenes nobiles & locupletes, Didymus & Verinianus nõ aſſum-
pſere, ne aduerſus tyrannũ quidẽ tyrannidẽ, ſed imperatori iuſto aduerſus tyrannũ & barbaros, tue-
ri ſeſe patriámque ſuam moliti ſunt. Quod ipſo geſtæ rei ordine patuit. Nam tyrannidem nemo, ni-
ſi celeriter maturatam ſecretò inuadit, & publicè armat, cuius ſumma eſt aſſumpto diademate ac
purpura, videri antequam ſciri. Hi verò plurimo tempore ſeruulos tantum ſuos ex propriis prædiis
colligentes, ac vernaculis alentes ſumptibus, nec diſſimulato propoſito abſque cuiuſquam inquie-
D tudine ad Pyrenæi clauſtra tendebant. Aduerſus hos Conſtantinus Conſtantem filium ſuum, proh *Conſtans ex monacho Cæſar.*
dolor, ex monacho Cæſarem factum cum barbaris quibuſdam, qui quondam in fœdus recepti at-
que in militiam allecti, Honoriaci vocabantur, in Hiſpanias miſit. Hinc apud Hiſpanias prima mali
labes. Nam interfectis illis fratribus, qui tutari priuato præſidio Pyrenæi alpes moliebãtur, his bar-
baris quaſi in pretium victoriæ, primum prædandi in Palatinis campis licentia data: dehinc ſupra-
dicti montis clauſtrorúmque eis cura permiſſa eſt, remota ruſticanorum fideli & vtili cuſtodia. Igi-
tur Honoriaci imbuti præda, & illecti abundantia, quo magis ſcelus impunitum foret, atque ipſis
ſceleris plus liceret, prodita Pyrenæi cuſtodia, clauſtríſque patefactis, cunctas gentes quæ per Gallias
vagabantur, Hiſpaniarum prouinciis immittunt, iiſdémque ipſi adiunguntur: vbi actis aliquamdiu
magnis cruentíſque diſcurſibus, poſt graues rerum atque hominum vaſtationes, quarum ipſos quo-
que modo pœnitet, habita ſorte, & diſtributa vſque ad nunc poſſeſſione conſiſtunt.

CAP. XLI. *Dictorum repetitio.*

MVLTA nunc mihi de huiuſmodi rebus facultas loquendi foret, ſi non ſecundum omnes ho-
E mines apud vniuſcuiuſque mentem conſcientia ſecreta loqueretur. Irruptæ ſunt Hiſpaniæ, cædes
vaſtationéſque paſſæ ſunt. Nihil quidem nouum. hoc enim nunc per biennium illud, quo hoſtilis
gladius ſæuit, ſuſtinuere à barbaris, quod per ducentos quondam annos paſſæ fuerunt à Romanis,
quod etiam ſub imperatore Galieno per annos propemodum duodecim, Germanis euertẽtibus ex-
ceperunt. Veruntamen quis non ſe, qui ſui ſuorúmque actuum vel etiam cogitationum conſcius,
iudicia Dei metuit, iuſtè omnia paſſum, vel etiam parua ſuſtinuiſſe fateatur? aut qui ſe non intelli-
git, Deúmque non metuit, quo modo non iuſtè iſta & quidem parua ſuſtinuit? Quæ cuncta ita ſint,
illud tamen elementia Dei eadem pietate qua dudum prædixerat, procurauit, vt ſecundum euan- *Matth. 10.*
gelium ſuum, quo inceſſabiliter commonebat; Cum vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in
aliam, quiſque egrediens quò abire vellet, ipſis barbaris mercenariis miniſtris ac defenſoribus
vteretur. Hoc tunc vltrò ipſi offerebant. Et qui auferre omnia interfectis omnibus poterant, par-

ticulam stipendij ob mercedem seruitij sui & transfecti oneris flagitabant. Et hoc quidem à plurimis factum est. Qui autem non crediderunt euangelio Dei, quasi contumaces, vel si etiam non audierunt, dupliciter contumaces, non dederunt locum iræ, iustè à superueniente ira comprehensi & oppressi sunt. Quāquam & post hoc quoque continuò barbari execrati gladios suos, ad aratra conuersi sunt residuósque Romanos vt socios modo & amicos fouent, vt inueniātur iam inter eos quidam Romani, qui malint inter barbaros pauperem libertatem, quàm inter Romanos tributariam solicitudinem sustinere. Quanquam si ob hoc solum barbari Romanis finibus immissi forent, quod vulgò per orientem & occidētem Ecclesiæ Christi Hunnis, Sueuis, Vvandalis & Burgundionibus, diuersisque & innumeris credentium populis replentur, laudanda & attollenda Dei misericordia videretur: quando quidem etsi cum labefactione nostri, tantæ gentes agnitionem veritatis acciperent, quam inuenire vtique nisi hac occasione non possent. Quid enim damni est Christiano ad vitam æternam inhianti, huic sæculo quolibet tempore & quoquo pacto abstrahi? Quid autem lucri est pagano in medio Christianorū aduersus fidem obdurato, si paulo diutius diem protrahat, quandoquidem morituro desperata conuersio est? Et quia ineffabilia sunt iudicia Dei, quæ nec scire omnia, nec explicare quæ scimus, possumus, breuiter expressérim correptionem iudicis Dei, quoquo pacto accidat, iustè sustinere qui sciunt, iustè sustinere qui nesciunt. F G

Rom. II.

CAP. XLII. *Constantius Honorij iussu tyrānos delet.*

ANNO ab vrbe condita millesimo centesimo sexagesimoquinto, Honorius imperator videns, tot oppositis tyrannis, nihil aduersum barbaros agi posse, ipsos prius tyrannos delere iubet. Constantio comiti huius belli summa commissa est. Sensit tunc demum Resp. & quam vtilitatem in Romano tandem duce receperit, & quam eatenus perniciem per longa tempora barbaris comitibus subiecta tolerarit. Igitur Constantius comes in Galliam cum exercitu profectus, Constantinum imperatorem apud Arelatum ciuitatem clausit, cepit & occidit. Iam hinc, vt de catalogo tyrannorum quàm breuissimè loquar, Constantem filium Cōstantini, Gerontius comes suus, vir nequam ac improbus, apud Viennam interfecit, atque in eius locum Maximū quendam substituit. Ipse verò Gerontius à suis militibus occisus est. Maximus exutus purpura, destitutúsque à militibus Gallicanis, qui in Africam traiecti, deindè in Italiam reuocati sunt, nunc inter barbaros in Hispania egens exulat. Iouinus postea vir Galliarum nobilissimus, in tyrannidem mox vt assurrexit, cecidit. Sebastianus frater eiusdem, hoc solum vt tyrannus moreretur, elegit. Nam continuò vt est creatus, occisus est. Quid de infelicissimo Attalo loquar, cui occidi inter tyrannos honor, & mori lucrum fuit? In hoc Alaricus imperatore facto, infecto, refecto ac defecto, citius his omnibus actis penè quàm dictis, mimum risit, & ludum spectauit imperij: nec mirū si iure hac pompa miser lusus est, cuius ille vmbratilis consul Tertullus ausus est in curia dicere, Loquar vobis patres conscripti, consul & pontifex, quorum alterum teneo, alterum spero, sperans ab eo qui non habebat spem, & maledictus vtique quia spem suam posuerat in homine. Attalus itaque tanquā inane imperij simulachrum cum Gothis vsque ad Hispanias portatus est: vnde *discedens naui, incerta moliens, in mari captus, & ad Constantium comitem deductus, deindè imperatori Honorio exhibitus, truncata manu, vitæ relictus est. Heraclianus interea Africæ comes missus, cum idem Attalus vmbram gestaret imperij, Africam strenuè aduersum iudices ab eo missos tutatus, cōsulatum assecutus est. quo elatus supercilio, Sabinum domesticum suum, virum ingenio callidum, industriáque solertem & sapientem nominandum, si animi vires tranquillis studiis accommodauisset, generum allegit: cum quo quorundam periculorum suspiciones dum patitur, fecit, atque aliquandiu Africana annona extra ordinem retenta, ipse tandem cum immēsa, certè temporibus nostris & satis incredibili classe nauium, Romam cōtendit. Nam habuisse tunc IIIMCC. naues dicitur: quem numerum ne apud Xerxem quidem præclarum illum Persarum regem, nec Alexandrum magnum, vel quenquam alium regum fuisse, historiæ ferunt. Is simul vt cum agmine militum ad vrbem pergens litore egressus est, occursu comitis Marini territus & in fugam versus, arrepta naui, solus Carthaginem rediit, atq; ibi continuò militari manu interfectus est. Sabinus gener eius Constantinopolim fugit. vnde post aliquantum temporis retractus, exilióque damnatus. Hunc omnem catalogum, vt dixi, vel manifestorum tyrannorum, vel inobedientiū ducum, optima Honorius imperator religione & felicitate meruit, magna Constantius comes industria & celeritate confecit: meritò sanè, quia in his diebus præcipiente Honorio & adiuuante Constantio, pax & vnitas per vniuersam Africam Ecclesiæ Catholicæ reddita est: & corpus Christi, quod nos sumus, redintegrata discissione sanatum est. Imposita executione sancti præcepti Marcellino tribuno viro, in primis prudenti & industrio, omniúmque studiorum bonorum appetentissimo, quem Marinus comes apud Carthaginem (incertum zelo stimulatus, an auro corruptus) occidit: qui continuo reuocatus ex Africa, factúsque priuatus, vel ad pœnam, vel ad pœnitentiam conscientiæ suæ dimissus est. H I K

Tertulli dicti audax.

Attalus Romam venit cū 3200. nauib.

Marcellinum Marinus occidit.

CAP. XLIII *Constantius Gothos Narbona expulit.*

ANNO ab vrbe condita millesimo centesimo sexagesimo octauo, Constantius comes apud Arelatum Galliæ vrbem consistens, magna rerum gerendarum industria, Gothos Narbona expulit, atque abire in Hispaniam coëgit, interdicto præcipuè, atque intercluso omni cōmeatu nauium, & peregrinorum vsu commerciorum. Gothorum tunc populis Ataulphus rex præerat: qui post irruptionem vrbis ac mortem Alarici, Placidia, vt dixi, captiua sorore imperatoris in vxorem assumpta, Alarico in regnum successerat. Is vt sæpè auditum, atque vltimo exitu eius probatum est, satis

A satis studiosè sectator pacis, militare fideliter Honorio imperatori, ac pro defendenda Romana republica impendere vires Gothorum præoptauit. Nam ego quoque ipse virum quendam Narbonēsem illustris sub Theodosio militiæ, etiam religiosum prudentémque & grauem apud Bethleem oppidum Palæstinæ, beatissimo Hieronymo presbytero referēte, audiui se familiarissimum Ataulpho apud Narbonam fuisse: ac de eo sæpè sub testificatione didicisse, quod ille, cum esset animo, viribus, ingenióque nimius, referre solitus esset, se in primis ardenter inhiasse, vt obliterato Romano nomine, Romanum omne solum, Gothorum imperium & faceret & vocaret: essétque, vt vulgariter loquar, Gothia, quod Romania fuisset: fieréturque nunc Ataulphus, quod quondam Cæsar Augustus. At vbi multa experientia probauisset, neque Gothos vllo modo parere legibus posse propter effrenatam barbariam, neque reipub. interdici leges oportere, sine quibus Resp. non est Resp. elegisse se salutem, vt gloriam sibi de restituendo in integrum, augendóque Romano nomine Gothorum viribus quæreret, haberetúrque apud posteros Romanæ restitutionis auctor, postquam esse non poterat immutator. Ob hoc abstinere à bello, ob hoc inhiare paci nitebatur, præcipuè Placidæ vxoris B suæ, fœminæ sane ingenio acerrimæ & religionis satis probatæ, ad omnia bonarum ordinationum opera persuasu & consilio temperatus. Cúmque eidem paci petendæ atque offerendæ studiosissimè insisteret, apud Barcinonem Hispaniæ vrbem dolo suorum, vt fertur, occisus est. Post hunc Segericus rex à Gothis creatus, cum itidem iudicio Dei ad pacem pronus esset, nihilominus à suis interfectus est. Deinde Vallia successit in regnum, ad hoc electus à Gothis, vt pacem infringeret: ad hoc ordinatus à Deo, vt pacem confirmaret. Hic igitur territus maximè iudicio Dei, quia cum magna superiore ab hinc anno Gothorum manus instructa armis nauigiisque, transire in Africam moliretur, in XII. M. passuum Gaditani freti tempestate correpta, miserabili exitu perierat: memor etiam illius acceptæ sub Alarico cladis, cum Gothi in Siciliam transire conati, in conspectu suorum miserabiliter arrepti & demersi sunt, pacem optimam cum Honorio imperatore, datis lectissimis obsidibus pepigit. Placidam imperatoris sororem honorificè apud se honestéque habitam, fratri reddidit. Romanæ securitati periculum suum obtulit, vt aduersum cæteras gentes, quæ per Hispanias consedissent, sibi pugnaret, & Romanis vinceret: quamuis & cæteri Alanorū, Vvandalorum, Sueuorúmq; C reges eodem nobiscum placito depacti forent, mandantes imperatori Honorio: Tu cum omnibus pacem habe, omniúmque obsides accipe: nos nobiscum confligimus, nobis perimus, tibi vincimus: immortalis verò quæstus erit Reipub. tuæ, si vtrique pereamus. Quis hæc crederet, nisi res doceret? Itaque nunc quotidiè apud Hispanias geri bella gentium, & agi strages, ex alterutro barbarorū crebris certísque nuntiis discimus, præcipuè Valliam Gothorum regem insistere patrandæ paci ferunt. Ex quo vtcunque concesserim, vt licenter Christiana tempora reprehendantur, si quid à conditione mundi vsque ad nūc simili factum felicitate docceatur. Manifestauimus, vt arbitror, atque ostendimus, non magis verbo penè, quàm digito innumera bella sopita, plurimos extinctos tyrannos, cōpressas, coangustatas, addictas, exinanitásque immanissimas gentes minimo sanguine, nullo certamine, ac pene sine cæde. Supereſt vt obtrectatores nostras molitionum suarum pœniteat, veritatiq; erubescant, Deúmque verum & solum, qui potest omnia, credant, timeant, diligāt, sequantur: cuius omnia, & quæ mala putant, bona esse didicerunt. Explicui, adiuuante Christo, secūdum tuum præceptum, beatissime pater Augustine, ab initio mundi vsque in præsentem diem, hoc est, per annos D quinque M. DCX. & VIII. cupiditates & punitiones hominum peccatorum, conflictationes sæculi & iudicia Dei, quàm breuissimè & quàm simplicissimè potui, Christianis tamen temporibus, propter præsentem magis Christi gratiā, ab illa incredulitatis confusione discretis. Ita iam ego certo & solo, quem concupiscere debui, obedientiæ meæ fructu fruor. De qualitate autem opusculorum tu videris, qui præcepisti: tibi adiudicanda, si edas: per te iudicata, si deleas.

B. Hieronymus

Gothis nomen Romanū abolere fuit propositum. M. Varro Pectius Augurem Romæ se audiuisse scribit dicerem. Si exx. annos incolumis præterisset pop. Ro. ad m.cc. peruenturum: quod aliqui ad diem reptionem hāc Vandalicam; alij ad Totilæ vastationem retulere.

obedientiā

GREGORII TVRONICI
HISTORIÆ FRANCORVM
LIBRI DECEM.

In quibus omnibus non ſolum Francorum res geſtæ, ſed etiam martyrum cum infidelibus bella, & Eccleſiaſticæ cum hæreticis concertationes exponuntur.

GREGORII TVRONENSIS VITÆ BREVIARIVM.

GREGORIVS Celtico Galliarum tractu fuit exortus, Aruernicæ regionis indigena, patre Florentino, matre Armentaria procreatus, quod & Fortunatus ſcribit his verſibus: Fortè decus generis Turonicenſis apex, Alpibus Aruernis veniens mõs altior ipſis. Et de Armentaria matre: Fœlix his meritò ſibi Machabæa, vel orbi, Nobilitas gentis nobilior generis: Quæ ſeptem palmas cœlo tranſmiſit ab aluo, Martyriique decus protulit ille vterus: Tu quoq; prole potens rectè Armentaria fœlix, Nec minor ex partu quam prior illa ſinu. Illa vetus numero maior, tu maxima loco: Quod poterant plures, vnicus hicce tuus. Fœtu clara tuo geniti circundata fructu, Eſt tibi Gregorius palma corona nouus. Hic vere Gregorius, id eſt vigilãs primo literis manauit operam, vt ætas tulit, ſub patruo Gallo Epiſcopo: quo tempore Nicetius Lugdunenſis Epiſcopus neſcio quid excelſum in ipſo cõſpicatus benedixit ei, atque proſpera precatus eſt: poſtea factus eſt S. Auiti præſulis Aruernorum diſcipulus: & creſcente eius fama ex monacho ſucceſſor Euphronij viri ſancti & prophetici ſpiritus in Epiſcopatu Turonenſi, anno 172. poſt tranſitum B. Martini, regnante Sigiberto iam duodecimum. Compulit autem reluctantem plebs ad Epiſcopatum, cui ſe iam ſubducebat: niſi regis authoritas, & Brunechildis preces adduxiſſent. eum autem ordinauit Egidius Rhemenſis Archiepiſcopus. ſicuti ſcribit Fortunatus his verſibus: Quem patris Egidij domino manus alma ſacrauit, Vt populũ recreet, quẽ Radegundis amet. Poſt adeptum verò præſulatum qualis & quantus fuerit, colligi poteſt ex iis paucis quæ dicemus. Integritatem fidei defendit pro Catholicis contra Arrianos, libri prioris hiſt. initio lib. 5. cap. 43. lib. 6. cap. 40. cõtra Chilpericum pro diſtinctione perſonarum lib. 5. cap. 44. diſſerit cum Iudæo lib. 6. cap. 5. diſputat cum Sadducæo de Reſurr. cap. 13. lib. 10. Prætextati nomine clerum defendit lib. 5. cap. 18. ciuilia bella cõponit extr. lib. 7. legatus ad Guntbranũ vadit pro Childeberto lib. 9. cap. 20. calumniis Leudaſti apud Fredegundam vexatur, quod tamen nihil nocuit quominus nomen eius Eauſtum inuocaretur in populo: pro cuius & præſertim languentium ſalute multa operatus eſt obtentu ſanctorum, quorum ſubindè reliquias ferebat. A latronibus aliquando deprehenſus reuocauit eos, & ad menſam inuitauit, adeò mitis fuiſſe dicitur & humilis. tantæ præterea ſanctitatis & puritatis, vt etiam in vita miraculis coruſcauerit. Apoſt. Petri & Pauli limina viſitans à beato Papa Gregorio cum maxima reuerentia & charitate, vt verè ſanctus ſuſceptus eſt, vt amicus ſingularis, & vnicus ab eo dilectus: conſiderabat enim in eiuſmodi homine, qui erat ſtatura breuiſsimus, tantam gratiam cœlitus proſluxiſſe. vnde à noſtro Gregorio dictum papæ ferunt: Dominus fecit nos, & non ipſi nos: idem in paruis, qui & in magnis. Quibus auditis maiori pontifex veneratione cum deinceps habuit, Turonicámque ſedem nobilitauit. Scripſit autem ſimplici & aperto ſermone: de laude ſanctorum Martyrum librum vnum. De vita quorundam Confeſſ. lib. 2. de miracul. S. Iuliani martyris lib. 1. de mirac. ſ. Martini lib. 4. hiſt. Franc. lib. 10. Epitome eiuſdem lib. 1. Chronicorum Eccleſiaſticæ hiſt. lib. 1. & præterea meminit lib. 5. hiſt. cap. 7. & 25. de gloria Conf. libr. ſe vnum ſcripſiſſe de virtutibus Enoch abbatis, quas fecit ſuper infirmos. cap. 95. teſtatur ſe dediſſe libr. de mirabilib. S. Medardi, cap. vlt. li. de mirac. B. Iuliani mẽtionem facit ſe reliquiſſe libr. de vita & moribus ſ. Nicetij. In præf. libr. de gloria ſcribit ſe priore li. inſeruiſſe aliqua de miraculis Domini ac ſanctorũ Apoſt. reliquorúmque martyrũ: quia valdè moleſtũ erat vt ea quæ hactenus latuerant traderentur obliuioni. In ſecundo ait tractaſſe de virtutib. S. Iuliani. Quatuor vero inſequutos de virtutib. ſ. Martini. Septimũ verò de quorundã fœlicioſorum vita. Octauum ſe tunc ſcribere de mirac. Conf. non quod iactantia mundialis erigeret ad ſcribendum, ſed quia deprimit pudor vt ſileat, amor Chriſti impellit vt referat. l. 1. cap. 45. hiſt. refert ſe libr. de vita Hillidij Aruernorũ Epiſc. exaraſſe. lib. 3. cap. 12. librũ alterum de virtutib. Quintiani. lib. 5. cap. 6. dicit ſe componere tentaſſe libellos de virtut. ſ. Martini. lib. 2. c. 21. fatetur ſe libellum de vita Abbatis Abrahæ reliquiſſe. Item cap. 22. ſe cõiunxiſſe præfationẽ ad librũ quem de miſſis à ſe compoſitis ediderat Sidonius. Rurſus libri 5. cap. 9. li. vitæ Caluppæ reclauſi emiſiſſe: tum ca. 10. vnum de vita Patrocli. Demum ſub finem libri decimi & vltimi cõmemorat quænam ſcripſerit, primo decem hiſtoriarũ, ſeptẽ miraculorum, vnum de vitis patrum. In Pſalterij tractatum vnum. De curſibus etiam Eccleſiaſticis librum vnum. Quos omnes libros anno 21. ordinationis ſuæ perſcripſerit, quanquam ruſticiore ſtilo, adiurat tamen omnes quicunque legerint, exſcripſerint, aut verſibus reddiderint, vt ſint ab ipſo tradita mutare ne præſumant. Cætera quæ compoſuit, ad notitiam lectionis noſtræ nondum venerunt. Claruit temporibus Mauritij Imperatoris anno Domini. D. C. De quo Aloyſius plura tom. 3. eius feſtum in Martyrol. Vſuardi habetur. 17. Nouembr.

GREGORII

IN DEI NOMINE.

GREGORII TVRONENSIS
HISTORIARVM
LIBER I.

SCRIPTVRVS bella Regum cum gentibus aduerſis, Martyrum cum paganis, Eccleſiarum cum hæreticis, prius fidem meam proferre cupio, vt qui legerit, me non dubitet eſſe catholicum. Illud etiam placuit, propter eos qui appropinquante mundi fine deſperant, vt collecta per chronica vel per hiſtorias anteriorum annorum ſumma, explanetur apertè, quot ab exordio mundi ſint anni. Sed prius veniam à legentibus precor, ſi aut in literis, aut in ſyllabis Grammaticam artem exceſſero, de qua adplenè non ſum imbutus, illud tantum ſtudens, vt quod in Eccleſia credi prædicatur, ſine aliquo fuco aut cordis hæſitatione retineam: quia ſcio peccatis obnoxium, per credulitatem puram obtinere poſſe veniam apud noſtrum pium Dominum. Credo ergo in Deum patrem omnipotentem. Credo in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum Deum noſtrum, natum à patre, non factum: non poſt tempora, ſed ante cunctum tempus ſemper fuiſſe cum patre: nec enim pater dici potuerat, niſi haberet filium: neque filius eſſet, ſi patrem vtique non haberet. Illos verò qui dicunt, Erat quando non erat, exſecrabiliter renuo: & ab Eccleſia ſegregari conteſtor. Credo Chriſtum hunc verbum eſſe patris, per quem facta ſunt omnia. Hunc verbum carnem factum credo: cuius paſſione mundus redemptus eſt: & humanitatem, non deitatem ſubiacuiſſe paſſioni credo. Credo eum die tertia reſurrexiſſe: hominem perditum liberaſſe: aſcendiſſe in cœlos: ſedere ad dexteram patris: venturum ac iudicaturum viuos & mortuos. Credo ſanctum ſpiritum à patre & filio proceſſiſſe, nõ minorem, & quaſi ante non eſſet, ſed æqualem, & ſemper cum patre & filio coæternum Deum, conſubſtantialem natura, æqualem omnipotentia, conſempiternum eſſentia, vt nunquam ſine patre fuiſſe vel filio, neque minorem patre vel filio. Credo hanc trinitatem ſanctam in diſtinctione ſubſiſtere perſonarum, & aliam quidem perſonam patris, aliam filij, aliam ſpiritus ſancti. In qua trinitate vnam deitatem, vnam potentiam, vnam eſſentiam eſſe cõfiteor. Credo beatam Mariam, vt virginem ante partum, ita virginem & poſt partum. Credo animam immortalem, nec tamen partem habere deitatis. Et omnia quæ à trecentis decem & octo Epiſcopis Nicenæ conſtituta ſunt, credo fideliter. De fine verò mũdi ea ſentio quæ à prioribus didici. Antichriſtus verò primum circunciſionẽ inducet, ſe aſſerens Chriſtum: deinde in templo Hieroſolymis ſtatuam ſuam collocabit adorandam, ſicut dominum dixiſſe legimus: Videbitis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto. Sed diem illam omnibus hominibus ignorari, ipſe dominus manifeſtat dicens: De die autem illa & hora nemo ſcit, neq; angeli cœlorum, neque filius niſi pater ſolus. Sed & hîc reſpondebimus hæreticis, qui nos impugnant, aſſerentes minorem eſſe filium patre, qui hanc diem ignoret. Cognoſcant ergo hunc filiũ, Chriſtianum populum nuncupãtum, de quo à Deo prædicitur: Ego erò illis in patrem, & ipſi erunt mihi in filios. ſi enim hæc de vnigenito filio prædixiſſet, nunquam ei angelos præpoſuiſſet: ſic enim ait: Neque angeli cœlorum, neque filius, oſtendens, non de vnigenito, ſed de adoptiuo populo hæc dixiſſe. Noſter verò finis, ipſe Chriſtus eſt, qui nobis vitam æternam, ſi ad eum conuerſi fuerimus, larga benignitate præſtabit.

Finem ſeculi proximã crediderunt veteres vt docuimus ſuſè annot. noſtris in Tertull. Apol.

Trinitatis fides.

Animæ immortalitas.

Antichriſtus circunciſionẽ inducet & idolatriam.

DE ſupputatione verò huius mundi euidenter Chronicæ Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi ac Hieronymi preſbyteri proloquuntur, & rationem de omnium annorum ſerie pandunt. nam & Oroſius diligentiſſimè hæc inquirens, omnem numerum annorum ab initio mundi vſque ad ſuum tempus in vnum collegit. hoc etiam & Victorius cum ordinem Paſchalis ſolennitatis inquireret, fecit. Ergo & nos ſcriptorum ſuprà memoratorum exemplaria ſequentes, cupimus à primi hominis conditione, ſi dominus dignabitur ſuum commodare auxilium, vſque ad noſtrum tempus cunctam annorũ congeriem computare. Quod facilius adimplebimus, ſi ab ipſo Adam ſumamus exordium.

Euſebij chronicon. Oroſius. Victorius.

CAP. I.

IN principio dominus cœlum terramque, in Chriſto ſuo, qui eſt omnium principium, id eſt in filio ſuo formauit, qui poſt creata mundi elementa, glebam aſſumens fragillimam, hominem ad ſuam imaginem ſimilitudinémque plaſmauit, & inſufflauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt in animam viuentem: cui dormienti ablata coſta, mulier Eua creata eſt. Nec dubium enim eſt quòd hîc primus homo Adam antequam peccaret, typum domini noſtri redemptoris prætuliſſet. ipſe enim in ſopore paſſionis obdormiens, de latere ſuo dum aquam cruorémque produxit, virginem immaculatámque Eccleſiam ſibi exhibuit, redemptam ſanguine, latice emundatam, non habentem maculam aut rugam, id eſt lymphis ablutam propter maculam: in cruce extenſam propter rugam. Hi ergo primi homines in amœna Paradiſo beatè viuentes, anguis aſtu illecti, diuina præ-

Gen. 1.

Adam typus Chriſti.

cepta transiliunt. Eiectique ab angelica sede, mundi laboribus deputantur.

CAP. II. *Cum fratre occidit.* COGNITA autem à consorte mulier concepit, peperitque duos filios. Sed dum deus vnius sacrificium dignanter suscipit, alter inuidia inflammante tumescit, & in fratrem sanguinis effusionem nouus fratricida consurgens, fratrem opprimit, vincit, interimit. F

CAP. III. *Enoch translatio.* ET hinc cunctum genus in facinus execrabile ruit: præter Enoch iustum, qui ambulans in viis Dei, ab ipso domino propter iustitiam assumptus, de medio peccantis populi liberatur. sic enim legimus: Ambulauit Enoch cum Deo, & non comparuit, quia abstulit eum.

CAP. IIII. *Diluuium.* DOMINVS ergo commotus contra iniquitates populi non in suis semitis gradientis, diluuium immisit, cunctámque animam viuentem de superficie terræ diluuio inundante deleuit. Tantúmque Noe fidelissimum ac peculiarem sibi, suíque typi speciem præferentem, cum sua & trium natorum coniugibus, posteritatis reparandæ gratia, in arca reseruauit. Increpant nos hîc hæretici, cur scriptura sacra dominum dixisset iratum. Cognoscant ergo, quia Dominus noster, non vt homo irascitur: commouetur enim, vt terreat: pellit, vt reuocet: irascitur, vt emendet. *Irasci Deum quid.* Sed nec hoc ambigo, quòd species illa arcæ typum matris gesserit Ecclesiæ: ipsa enim inter fluctus & scopulos huius seculi transiens, nos ab imminentibus malis materno gestamine fouens, pio amplexu ac protectione defendit. Ab Adam ergo vsque ad Noe, generationes decem: id est Adam, Seth, Enos, Cainam, Malaleel, Iared, Enoch, Muthusalem, Lamech, Noe. In his ergo decem generationibus inueniuntur anni mille ducenti quadraginta duo. Adam verò in terra Enachim sepultum, quæ prius Ebron vocabatur, liber Iesu Naue, euidenter explanat. G

CAP. V. *Noemi soboles.* HABEBAT ergo Noe post diluuium tres filios, Sem, Cham, & Iafeth. De Iafeth egressæ sunt gentes, similiter & de Cham, & de Sem. Et sicut ait vetus historia ab his disseminatum est genus humanum sub vniuerso cœlo. Primogenitus verò Cham, Chus. Hic fuit totius artis Magicæ imbuente diabolo, & primus idololatriæ adinuentor. Hic primus statuunculâ adorandam diaboli instigatione constituit: qui & stellas, & ignem de cælo cadere, falsa virtute hominibus ostendebat. *Cham magiæ & idololatriæ repertor.* Hic ad Persas transiit. Hunc Persæ vocitauere Zoroastrem, id est viuentem stellam. Ab hoc etiam ignem adorare consueti, ipsum diuinitus igne consumptum vt Deum colunt.

CAP. VI. *Turris Babel.* CVMQVE multiplicati homines dispergerentur per vniuersas terras, egressi ab oriente, Sennaar graminem reperiunt campum. In quo ædificantes ciuitatem, turrem quæ cœlos attingeret nituntur struere. Quorum vanam cogitationem simul & linguam, ipsósque confutans Deus, per mundum latè patentem in vniuersa terra dispersit: vocatúmque est nomen ciuitatis Babel, hoc est confusio, eo quòd ibi confudisset Deus linguas eorum. Hæc est Babylonia à Nemroth gigante ædificata, filio Chus. Et sicut Orosij narrat historia, mira campi planitie in quadrum disposita est. Murus eius ex coctili latere infuso bitumine, in latum habet cubitos quinquaginta, altitudinis cubitos ducentos, in circuitu stadia quadraginta septuaginta. Vnum stadium habet aripennes quinque. Vicenæ quinæ portæ per vnumquodque latus sitæ sunt, quæ faciunt centum. Harum portarum ostia miræ magnitudinis, ex ære fusili sunt formata. Multa & alia de hac ciuitate idem historiographus narrat, addens, Et cum tanta fuisset honestas ædificij, attamen victa atque subuersa est. H

CAP. VII. *Ninive.* PRIMVS autem filius Noe, Sem: de quo, generatione decima, natus est Abraham: id est, Noe, Sem, Arphaxad, Sale, Heber, Falec, Ragau, Saruch, Thare, qui genuit Abraham. In his decem generationibus, hoc est, à Noe vsque ad Abraham, inueniuntur anni DCCCCXLII. Eo tempore regnabat Ninus, qui ædificauit ciuitatem quam Niniuem vocauit: cuius in tribus mansionibus spatium amplitudinis Ionas propheta determinat. Huius quadragesimotertio regni anno, natus est Abraham. Hic est Abraham, initium fidei nostræ: hic accepit repromissiones: huic se Christus dominus noster nasciturum, ac pro nobis passurum in victimæ commutatione monstrauit, ipso in Euangeliis sic dicente, Abraham exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauisus est. I

Abrahæ sacrificium in monte caluariæ. Hoc verò holocaustum in monte Caluariæ, quo Dominus crucifixus est, oblatum fuisse, Seuerus narrat in Chronica, sicut & hodiéque in ipsa Hierosolymorum vrbe celebre fertur. In hoc monte crux sancta in qua redemptor affixus est, stetit, de qua & beatus ille cruor affluxit. Hic ergo Abraham accepit signum circuncisionis, ostendens vt quod ille gessit in corpore, nos portemus in corde, dicente propheta: Circuncidite vos deo vestro, & circuncidite præputium cordis vestri, & nolite sequi deos alienos. Et iterum: Omnis incircuncisus corde, non intret in sancta mea. Hunc Abraham deus post adiectam nomini syllabam, patrem multarum gentium nuncupauit. K

CAP. VIII. *Isaac. Iacob & Esau.* IS cùm centum esset annorum, genuit Isaac. Porrò Isaac sexagesimo ætatis anno, nati sunt filij gemini de Rebecca. Primus Esau, qui & Edom, id est terrenus: qui propter gulam vendidit primogenita sua. Ipse est pater Idumæorum: de cuius generatione quarta, natus est Iobab, hoc est, Esau, Raguel, Zara, Iobab, qui & Iob. Is vixit annos CCXLIX. octogesimonono anno ab *Iobi afflictio & prosperitas* infirmitate liberatus est. post infirmitatem autem, CLXX. annis restituta in duplum omni facultate cum tot quot perdiderat filiis iocundatus est.

CAP. IX. *Iacobi generatio.* SECVNDVS autem filius Isaac, Iacob, dilectus dei, sicut ait per prophetam, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Hic post angelicam luctam vocatus est Israel, à quo Israelitæ. Hic genuit duodecim patriarchas, quorum hæc sunt nomina: Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Isachar, Zabulon, Dan, Nephtalim, Gad, & Aser. Post hos genuit Ioseph de Rachel, cum esset nonagesimosecundo ætatis

A suæ anno. Hunc cæteris filiis plus dilexit. Habuit ex ea & Beniamin vltimum omnium. Ioseph autem, XVI. ætatis annum habens, typum præferens redemptoris, vidit somnia quæ fratribus retulit: Quasi manipulos legens, quos suorum fratrum manipuli adorarent. Et iterum. Quasi sol & luna cum vndecim stellis prociderent ante eum. quæres magnum ei cum fratribus odium generauit. Vnde & inflammati inuidia, triginta eum argenteis Ismaëlitis in Ægyptum transeuntibus vendiderunt. Imminente autem fame, cùm descendissent hi in Ægyptum, cogniti sunt à Ioseph, nec tamen ipsi Ioseph cognouerunt. Ipse tamen se his post multas fatigationes, & adducto Beniamin, declarauit. de Rachel enim matre sua natus & hic fuerat. Post hæc descendunt cuncti Israëlitæ in Ægyptum, & per Ioseph Pharaonis gratia vtuntur. Iacob autem post benedictos filios suos in AEgypto moritur, & in sepulchro patris sui Isaac sepelitur in terra Chanaan. Mortuo autem Ioseph atque Pharaone, subiicitur cuncta generatio seruituti, quæ per Moysen post decem plagas AEgypti liberatur, demerso Pharaone in mari rubro. *Migratio in Ægyptum.*

ET quoniam de hoc maris transitu plures multa dixerunt, visum est, vt de situ loci illius vel CAP. X.
B ipsius transitu, aliqua huic inseram lectioni. Nilus per AEgyptum, sicut optimè nostis, decurrit, & ipse eam impetu suo inrigat: vnde & AEgyptij Nilicolæ appellantur. Cuius nunc litora, multi locorum perlustratores, referta sacris Monasteriis dicunt esse. Super ripam verò eius non Babylonia, de qua suprà meminimus, sed Babylonia ciuitas collocatur: in qua Ioseph horrea miro opere de lapidibus quadris & cemento ædificauit: ita vt ad fundum capaciora, ad summum verò constricta sint, vt per paruulum foramen ibidem triticum iaceretur. Quæ horrea vsque hodiè cernuntur. De hac ciuitate rex ad persequendum Hebræos, cum exercitibus curruum, ac multa pedestri manu directus est. Antè dictus verò fluuius ab oriente veniens, ad occidentalem plagam versus Rubrum mare vadit: ab occidente verò stagnum siue brachium de mari Rubro progreditur, & vadit contra orientem, habens in longo milia circiter quinquaginta: in lato autem decem & octo. In huius stagni capite Clysma ciuitas ædificata est, non propter fertilitatem loci, cùm nihil sit plus sterile: sed propter portum, quia naues ab Indis venientes, ibidem ob portus opportunitatem quiescunt. Vbi comparatæ merces, per totam AEgyptum deportantur. Ad hoc *Nili natura.* *Horrea Ioseph.*
C stagnum per desertum Hebræi tendentes, vsque ad ipsum mare venerunt, inuentísque dulcibus aquis castrametati sunt. In hoc ergo arcto loco, tam ab eremo quàm ab ipso mari, consederunt, sicut scriptum est, Audiens Pharao, quòd concluderet eos mare atque desertum, nec esset eis via qua possent pergere, ad persequendum eos direxit. Cúmque imminentibus his Moysi populus adclamasset, secundum iussum diuinitatis proiecta virga super mare, diuisum est, illísque per sicca gradientibus, & vt scriptura ait; Muro aquarum vndique vallatis, in litus illud quod est contra montem Syna inlæsi prorsus, demersis AEgyptiis, Moyse duce, transgrediuntur: de quo transitu multa vt dixi narrantur, sed nos quod à sapientibus & certè illis hominibus qui in eodem loco accesserant, verum cognouimus, ea inferere studuimus paginæ. Aiunt enim sulcos quos rotæ curruum fecerant, vsque hodiè permanere: & quantum acies oculorum videre potest, in profundo cerni. Quos si modicum commotio maris obtexerit, illo quiescente rursum diuinitus renouantur vt fuerant. Dicunt alij, quod ad ipsam ripam, facto modico per mare circuitu, vnde ingressi fuerant, sint reuersi. Alij verò adserunt, vnum cunctis ingressum: nonnulli, vnicuique tribui suam patuisse viam, illud testimonium Psalterij adducentes: Qui diuisit mare rubrum in di- *Vestigia curruum Ægyptiorum.*
D uisiones, quas nos diuisiones spiritaliter, & non secundum literam intelligere oportet. Sunt enim & in hoc seculo, quod figuraliter mare dicitur, multæ diuisiones. non enim æqualiter possunt per vnam viam ad vitam cuncti transire. Alij autem transeunt in horam primam, id est qui renati per baptismum, immaculati ab omni inquinamento carnis perdurare vsque ad vitæ præsentis exitum possunt. Alij ad horam tertiam, videlicet qui maiori ætate conuertuntur. Alij ad sextam, qui luxuriæ feruorem coërcent: & per has quasque horas, sicut Euangelista commemorat, ad operam dominicæ vineæ, secundum fidem propriam conducuntur. Hæ sunt diuisiones, quibus per hoc mare transitur. Illud verò quòd ad mare vsque venientes, litus stagni tenentes reuertuntur, illud est quod dominus ad Moysen dixit: Reuersi castrametentur è regione Phiahiroth, quæ est inter Magdalum & mare contra Beelsefon. Nec enim dubium est, quòd transitus ille maris, vel columna nubis typum gesserint nostri Baptismatis, dicente beato Paulo Apostolo: Nolo vos ignorare fratres, quia *Hæc ex Orosio lib. 1. cap. 10.* *Columna typus baptismatis.*
E patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moysen baptizati sunt in nube & in mari. Columna verò ignis, typum sancti Spiritus prætulit. A natiuitate ergo Abrahæ vsque ad egressum filiorum Israel ex AEgypto, vel transitum maris Rubri, qui fuit Moysi octogesimus annus, supputantur anni numero CCCCLXII. *Tránsitus maris quando.*

PER quadraginta annos Israelitæ eremo vtuntur, imbuuntur legibus, probantur, victibúsque CAP. XI.
pascuntur angelicis. Deinceps enim post acceptam legem, transgressióque cum Iesu Naue Iordane, terram Repromissionis accipiunt.

POST cuius transitum, dum præcepta diuina postponunt, sæpè in alienigenarum seruitio sub- CAP. XII.
iugantur. Sed cùm conuersi ingemiscunt, tributente domino, per virorum fortium brachium liberantur. Post hæc per Samuelem, regem (sicut reliquæ gentes habent) à domino postulantes, acci- *Saul rex elipiunt primum Saul, deinde Dauid. Ab Abraham ergo vsque ad Dauid generationes XIIII. id est gitur.*

Abraham,Isaac,Iacob,Iudas,Phares,Esrom,Aram,Aminadab,Naason,Salmon, Obeth,Iesse, Dauid. Dauid autem genuit Salomonem de Bersabeæ. Is per Natham prophetam, fratrem suum, & matrem in regno euectus est. F

CAP. XIII. *Salomon elegit sapientiã.*

DEFVNCTO autem Dauid, cùm regnare cepisset Salomon, apparuit ei dominus, & quod peteret, vt indulgeat pollicetur. At ille terrenas diuitias postponens, sapiẽtiam magis expetiit: quod gratum domino fuit, ita vt ab eodem audiret, Quia non quæsisti regna mundi, nec diuitias eius, sed postulasti sapientiam, ideo accipies eam: ante te non fuit tam sapiens, sic & post te non erit. Quod postea iudicium illud, quod inter duas mulieres de vno infante litigantes, intulit, comprobauit. Hic Salomon ædificauit templum nomini domini miro opere, multum ibi auri argentíque, æris ac ferri ingerens, ita vt diceretur à quibusdam, nunquam simile in mundo fuisse ædificium fabricatum. Ab egressu ergo filiorum Israel ex AEgypto vsque ad ædificationem templi, qui fuit annus septimus regni Salomonis, inueniuntur anni CCCCLXXX. sicut Regum testatur historia. *Templi ædificatio.*

CAP. XIIII. *Roboam.*

POST mortem autem Salomonis, diuisum est per duritiam Roboæ regnum in duas partes. Restiterunt duæ tribus ad Roboam, quod Iuda appellabatur: ad Hieroboam autem, decẽ tribus, quod G Israel vocabatur. Post hæc igitur ad idololatriam declinantes, nec prophetarũ vaticinia, nec eorum interitus, nec cladis patriæ, nec ipsorum etiam regum eos excidio domuerunt.

CAP. XV. *Transmigratio in Babyloniam.*

DONEC iratus contra eos dominus, excitauit Nabuchodonosor, qui eos in Babyloniam cùm omnibus templi ornamentis captiuos abduxit: in qua captiuitate & Daniel propheta eximius, inter esurientes leones inlæsus, & tres pueri in medio ignium rorulenti, abiêre captiui. In hac captiuitate & Ezechiel prophetauit, & Esdras propheta natus est. A Dauid autem vsq; ad desolationem templi, & transmigrationem in Babyloniam, generationes quatuordecim: id est, Dauid, Salomon, Roboam, Abia, Asa, Iosaphat, Ioram, Ozias, Ioatham, Achaz, Ezecias, Manasses, Amon, Iosias. In his ergo quatuordecim generationibus, anni inueniuntur numero CCCXL. De hac verò captiuitate per Zorobabel liberantur: qui postea & templum & ciuitatem restituit. Sed hæc captiuitas typum illius captiuitatis, vt puto, gerit, in qua anima peccatrix abducitur. Quam nisi Zorobabel, id est Christus liberauerit, horribiliter exsulabit. Ipse enim dominus in Euangelio dicit: Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Ipse oro sibi in nobis templum, in quo dignetur habitare, constituat, in quo fides H vt aurum, luceat: in quo eloquium prædicationis, vt argentum splendeat: in quo omnia visibilis tẽpli illius ornamenta, in nostrorum sensuum honestate clarescant. Bonæ etiam voluntati nostræ ipse salubrem effectum indulgeat. Quia nisi ipse ædificauerit domum, in vanum laborant qui ædificant eam. Hæc verò captiuitas annis LXX. fuisse dicitur. *Captiuitas Babylonica.*

CAP. XVI. *Zorobabel.*

REVERSI autem per Zorobabel, sicut diximus, nunc contra Deum murmurantes, nunc post idola corruentes, vel abominationes quæ gentes exercent imitantes, dum Dei prophetas contemnunt, gentibus traduntur, subiugãtur, intercidunt: donec ipse dominus patriarcharũ prophetarúmque vocibus repromissus, virginis Mariæ vtero per spiritum sanctum inlapsus, ad redemptionem nasci, tam illius gentis, quàm omnium gentium dignaretur. A transmigratione ergo vsque ad natiuitatem Christi, generationes quatuordecim: id est, Iechonias, Salathiel, Zorobabel, Abiud, Eliachim, Azor, Sadoch, Achim, Eliud, Eleazar, Mathan, Iacob, Ioseph vir Mariæ, de qua dominus noster Iesus Christus nascitur: qui Ioseph, quartusdecimus computatur.

CAP. XVII. *Reges gentiũ.*

ERGO ne videamur vnius tantum Hebrææ gẽtis habere notitiam, reliqua regna, quæ, vel quali I Israelitarum fuerint tempore, memoremus. Tempore Abrahæ Ninus regnabat super Assyrios: Sicyonios, Europos: apud AEgyptios autẽ sextadecima erat potestas, quam sua lingua Dynastian vocabant. Tempore Moysi apud Argiuos regnabat septimus Tropas: in Attica Cecrops primus: apud AEgyptios, Cenchis duodecimus, qui & in mari obrutus est rubro: apud Assyrios, sextusdecimus Agatadis: apud Sicyonios Maratis. Tempore verò Salomonis, quando regnabat super Israel, apud Latinos Quintus regnabat Siluius: Lacedæmoniis, Fistus: Corinthiis, secundus Oxion: AEgyptiorum, Thebei. centesimo vicesimosexto anno super Assyrios, Eutropes: Atheniẽsibus, secundus Agastus. Tempore quo Amon regnabat super Iudæam, quando captiuitas in Babyloniam abiit: Macedoniis præerat Argeus: Lydorum, Gyges: AEgyptiorum, Vafres: apud Babyloniam, Nabuchodonosor, qui eos captiuos abduxit: Romanorum Sextus Seruius Tullus.

CAP. XVIII. *Rom. Imp.*

POST hos, imperatores: primus, Iulius Cæsar fuit, qui totius imperij obtinuit monarchiam: secundus, Octauianus, Iulij Cæsaris nepos, quẽ Augustum vocant: à quo & mensis Augustus est vocita- K tus. Cuius nonodecimo imperij anno, Lugdunum Galliarum vrbem conditam manifestissimè reperimus: quæ postea inlustrata Martyrum sanguine, nobilissima nuncupatur.

CAP. XIX. *Christus nascitur. Nicephor. lib. 1. cap. 10.*

ANNO quadragesimotertio imperij Augusti, Dominus noster Iesus Christus, vt diximus, ex virgine Maria in Bethleem Dauid oppido, secundum carnem natus est: cuius immensum sidus Magi ab oriente cernentes, cum muneribus veniunt: & puerum supplices oblatis donis adorant. Herodes verò ob zelum regni sui, dum Deum Christum persequi nititur, paruulos infantes interimit. Ipse quoque postmodum iudicio diuino percussus est.

CAP. XX. *Christi prædicatio, miracula, & passio.*

DOMINO autem Deo nostro Iesu Christo pœnitentiam prædicante, baptismi gratiam tribuẽte, vel cœleste regnum cunctis gentibus promittente, atq; prodigia & signa per populos operante: hoc est, dum de aquis vina profert, dum febres extinguit, dum cæcis lumen tribuit, dum sepultis vitam restituit, dum obsessos ab immundis spiritibus liberat, dum leprosos miserabili turpentes cute reformat, ac

A mat, ac dum alia signa multa faciens, manifestissimè se deum populis esse declarat: in Iudæis ira succenditur, inuidia exagitatur, ac mens de sanguine prophetarum pasta, vt iustum interimat, iniustè molitur. Ergo vt veterum vatum complerentur oracula, à discipulo traditur, à pontificibus cõdemnatur, à Iudæis inluditur, cũ iniquis crucifigitur, à militibus emisso spiritu custoditur. His igitur actis tenebræ super vniuersum mundũ factæ sunt, & multi cõuersi ingemiscẽtes Iesum filiũ dei cõfessi sunt.

CAP. XXI. *† Hæc sumpta sunt ex lib. Nicodemi qui acta pilati inscribitur, quẽ commentitiũ putat Niceph. lib. 1. cap. 16. lib. 7. c. 26. inter Apocr. dãnauit & Gel.*

ADPREHENSVS autem & Ioseph, qui eum aromatibus condítum in suo monumento recondidit, in cellulam includitur, & ab ipsis sacerdotum principibus custoditur, maiorem in eum habentes sæuitiam † (vt gesta Pilati ad Tyberium imperatorem missa referunt) quàm in ipsum Dominum, vt cũ ille à militibus, hic ab ipsis sacerdotibus custodiretur: sed resurgente domino, custodibus visione angelica territis, cũ non inueniretur in tumulo, nocte parietes de cellula in qua Ioseph tenebatur, suspendũtur in sublimi; ipse verò de custodia, absoluente angelo, liberatur, parietibus restitutis in locũ suũ. Cúmq; põtifices custodibus exprobrarẽt, & sanctũ corpus ab eisdẽ instãter requirerẽt, dicũt eis milites: Reddite vos Ioseph, & nos reddemus Christũ: sed vt verũ agnoscimus neq; vos benefactorẽ B dei, neq; nos filiũ dei reddere nunc valemus. Tũc illis cõfusis, milites sub hac excusatione liberãtur.

CAP. XXII.

FERTVR Iacobus Apostolus, cum dominum iam mortuum vidisses in cruce, detestatum esse atque iurasse, nunquam se comesturum panem, nisi dominum cerneret resurgentem, tertia demũ die rediens dominus, spoliato Tartaro cum triumpho, Iacobo se ostendens ait: Surge Iacobe, comede, quia iam à mortuis resurrexi. Hic est Iacobus Iustus quem fratrem domini nuncupant, pro eo quòd Ioseph fuerit filius, ex alia vxore progenitus.

CAP. XXIII. *Dominica resurrectionis.*

DOMINICAM verò resurrectionẽ, de prima factam credimus, non septima sicut multi putant. Hic est dies resurrectionis domini nostri Iesu Christi, quem nos propriè Dominicũ, pro sancta eius resurrectione vocamus. Hic primus lucẽ vidit in principio, & hic primus dominũ resurgentẽ contẽplari meruit de sepulchro. A captiuitate verò Hierosolymæ & desolatione templi vsque ad passionẽ domini nostri Iesu Christi, id est vsq; Tyberij septimodecimo anno supputãtur anni DCLXVIII.

CAP. XXIIII. *Pilatus de christo scribit ad Tyber. Nicep. lib. 2. c. 8. ex Tertull. Oros. lib. 7. c. 4.*

RESVRGENS autem dominus, per quadraginta dies cum discipulis de regno dei disputãs, vidẽtibus illis in nube susceptus, euectúsq; in cœlos, ad patris dexterã residet gloriosus. Pilatus autẽ gesta C ad Tyberiũ Cæsarẽ mittit, & ei tã de virtutibus Christi, quàm de passione vel resurrectione eius insinuat. Quæ gesta apud nos hodie retinẽtur scripta. Tyberius autem hoc ad senatum recensuit: quod senatus cũ ira respuit, pro eo quòd nõ ad eũ primitus aduenisset. Hinc etenim cõtra Christianos prima odiorũ germina pullularunt. Pilatus autẽ non permanẽs impunitus, pro suæ malitiæ scelere, hoc est pro nece quam in dominũ nostrum Iesum Christum exercuit, propriis se manibus interficit: quẽ Manichæum fuisse multi putant, secundum illud quod in Euangelio legitur: Venerunt quidam de Galilæis nuntiantes ei, quorum sanguinem miscuit Pilatus cum sacrificiis eorum. Sic & Herodes rex, dum in apostolos domini sæuit, percussus diuinitus ob tanta scelera, intumescẽs ac scatens vermibus, accepto cultro vt malum purgaret propriæ se manus ictu liberauit.

CAP. XXV. *B. Petrus Romam accessit. Niceph. lib. 2. cap. 35.*

BEATVS Petrus apostolus sub imperatore Claudio quarto ab Augusto Romã adgreditur: ibíq; prædicans, in multis virtutibus manifestissimè Christũ esse dei filiũ comprobauit: ab illis enim diebus Christiani apud ciuitatẽ Romanã esse cœperũt. Cùm autẽ nomen Christi per populos magis ac magis dilataretur, oritur cõtra hæc antiqui serpentis inuidia, & totis se imperatoris præcordiis im- D mittit sæua malignitas. Nã Nero ille luxuriosus, vanus atq; superbus, virorũ succuba, & rursus virorũ appetitor, matris, sororũ ac proximarun quarunq; mulierũ spurcissimus violator, ad cõplendam malitiæ suæ molẽ, primus cõtra Christi cultum, persecutionẽ excitat in credentes: habebat enim secum Simonẽ Magum, virũ totius malitiæ & omnis magicæ artis argumento magistrũ. Hoc eliso per apostolos domini Petrum atq; Paulum, cõmotus contra eos, quòd Christum filium prædicarẽt, & idola adorare contemnerent, Petrum cruce, Paulum gladio iubet interfici. Ipse quoq; excitatam super se seditionem fugere tentans quarto ab Vrbe lapide propria se manu interfecit. *Simon Magus* *Nero sese interficit.*

CAP. XXVI. *Iacobus, Marcus & Stephanus pro christo moriuntur.*

TVNC & Iacobus frater domini, & Marcus Euangelista, pro Christi nomine glorioso martyrio coronati sunt. Primus tamẽ omniũ hanc viã Leuita Stephanus & martyr intrauit. Magna post Iacobi apostoli necẽ, Iudæos calamitas adsecuta est. Nã aduenięte Vespasiano, & tẽplum incensum est, & sexcẽta milia Iudæorũ eo bello gladio & fame affecta sunt. Domitianus autẽ secũdus post Neronẽ, in Christianos sæuit: Ioannẽ apostolũ in insulã Pathmos relegat in exiliũ, & diuersas crudelitates in E populos agitat. Post cuius mortẽ, beatus Ioan. apost. & euãgelista, de exilio rediit: qui senex & plenus dierum, perfectæq; in deũ vitæ viuens, se deposuit in sepulchro. Hic fertur non gustare mortẽ donec iteratò dominus iudicaturus adueniat, ipso in Euãgeliis ita dicẽte, si eũ volo manere donec veniam. *Ioan. Apost. seruatur in aduentum D. Nic. li. 2. c. 42.*

CAP. XXVII. *Traiani persecutio.*

TERTIVS post Neronem, persecutionem in Christianos Traianus mouet: sub quo beatus Clemens, tertius Romanæ Ecclesiæ Episcopus, passus est, & sanctus Simeon, Hierosolymitanus Episcopus, Cleophæ filius pro Christi nomine crucifixus adseritur: & Ignatius Antiochensis Episcopus, Romam ductus bestiis deputatur. Hæc sub Traiani temporibus acta sunt.

CAP. XXVIII. *Adrian. imper. Nicephor. lib. 3. ca. 24.*

POST hunc AElius Adrianus, imperator creatus est. vnde & Hierosolyma AElia ab AElio Adriano vocatur, successor Domitiani, eo quòd eam reparauerit. Post has verò passiones sanctorũ, nõ fuit satis parti aduersæ, gentes incredulas contra Christicolas excitasse, nisi cõmoueret & in ipsis Christianis schismata. Cõcitat hæreses, & diuisa fides catholica, aliterq; differitur. nã sub Antonij imperio

Marcionitana & Valẽtiniana hæresis insana surrexit: & Iustinus philosophus post scriptos catholicæ F
Ecclesiæ libros, martyrio pro Christi nomine coronatur. In Asia autẽ, orta persecutione, beatissimus
Polycarpus. Nicep. cap. 30 & 35. lib. 3. Polycarpus, Ioannis apostoli & Euangelistæ discipulus octogesimo ætatis suæ anno, velut holocaustum purissimum, per ignẽ domino consecratur. Sed & in Galliis multi pro Christi nomine sunt per martyriũ gẽmis cœlestibus coronati: quorũ passionũ historiæ apud nos fideliter vsq; hodiè retinẽtur.

CAP. XXIX. *Photinus.* Ex quibus & ille primus Lugdunensis Ecclesiæ Photinus Episcopus fuit, qui plenus dierum, diuersis affectus suppliciis, pro Christi nomine passus est. Beatissimus verò Irenæus huius successor martyris, qui à beato Polycarpo ad hanc vrbẽ directus est, admirabili virtute enituit: qui in modici temporis spatio, prædicatione sua maximè in integro ciuitatẽ reddidit Christianã. Sed veniente persecutione, talia ibidẽ diabolus bella per tyrannum exercuit, & tanta ibi multitudo Christianorum ob
Irenæus. Nicephor. lib. 4. cap. 13. & 14 confessionẽ dominici nominis est iugulata, vt per plateas flumina currerẽt de sanguine Christiano: quorum nec numerũ, nec nomina colligere potuimus. Dominus enim eos in libro vitæ conscripsit. Beatum Irenẽũ diuersis in suã carnifex præsentia pœnis affectum, Christo domino per martyriũ dedicauit. Post hunc & 48. martyres passi sunt, ex quibus primum fuisse legimus Vetium Epagatum. G

CAP. XXX. *Tritthemius sub Domitiano.* SVB Decio verò imperatore multa bella aduersum nomen Christianũ exoriuntur, & tanta stragis de credentibus fuit, vt nec numerari queant. Babyllas Episcopus Antiochenus, cum fratribus paruulis, id est Vrbano, Prilidano, & Epolono: & Sixtus, Romanæ Ecclesiæ Episcopus: & Laurẽtius archidiaconus, & Hippolytus ob dominici nominis confessionem per martyrium cõsummati sunt. Valentinianus & Nouatianus maximi tunc hæreticorum principes, contra fidem nostram inimico
Babylas. Nicephor. lib. 3. cap. 16. lib. 10. cap. 26. impellente grassantur. Huius tempore septem viri Episcopi ordinati ad prædicandũ in Gallias missi sunt, sicut historia passionis sancti martyris Saturnini denarrat. Ait enim, Sub Decio & Grato cõsulibus, sicut fideli recordatione retinetur, primum ac summum Tholosana ciuitas sanctum Saturninũ habere cœperat sacerdotem. Hi ergo missi sunt: Turonicis, Gratianus Episcopus: Arelatensibus, Trophimus Episcopus: Narbonæ, Paulus Episcopus: Tholosæ, Saturninus Episcopus: Parisiacis,
Hunc esse Dionysiũ Areop. qui ad prædicationẽ Pauli credidit docte demonstrant Stapulensis, Carthusianus & Tritthem. vt satis ex eis Abbas Vrspergensis coarguisse videatur. Dionysius Episcopus: Aruernis, Stremonius Episcopus: Lemouicinis, Martialis est destinatus Episcopus. De his verò, beatus † Dionysius Parisiorum Episcopus, diuersis pro Christi nomine adfectus H
pœnis, præsentem vitam gladio imminente finiuit: Saturninus verò, iam securus de martyrio, dicit duobus presbyteris suis: Ecce ego iam immolor, & tẽpus meæ resolutionis instat, rogo vt vsquedum debitum finẽ impleam, à vobis penitus non relinquar. Cúmq; comprehensus ad Capitolium duceretur, relictus ab his solus adtrahitur. Igitur cùm se ab illis cerneret derelictum, orasse fertur: Domine Iesu Christe exaudi me de cœlo sancto tuo, vt nunquam Ecclesia de his ciuibus mereatur habere pontificem in sempiternum. Quod vsq; nunc in ipsa ciuitate ita euenisse cognouimus: hic verò tauri furentis vestigiis alligatus, ac de Capitolio præcipitatus, vitam finiuit. Gratianus verò, Trophimus, Stremoniúsq;, & Paulus atq; Martialis, in summa sanctitate viuentes, post acquisitos Ecclesiæ populos, ac fidem Christi per omnia dilatatam, felici cõfessione migrarunt. Et sic tam isti per martyrium, quàm hi per confessionem relinquentes terras, in cœlestibus pariter sunt coniuncti.

CAP. XXX. *Biturigẽsium conuersio.* DE horum verò discipuli quidã Biturigas ciuitatẽ adgressus, salutare omnium, Christum dominũ populis nunciauit. Ex his ergo pauci admodũ credentes, clerici ordinati, ritum psallendi suscipiunt: & qualiter Ecclesiã construant, vel omnipotenti deo solẽnia celebrare debeant, imbuuntur. Sed illis paruã adhuc ædificandi facultatem habentibus, ciuis cuiusdã domum, de qua Ecclesiam faciant, I
expetunt. Senatores verò vel reliqui meliores loci, fanaticis erant tunc cultibus obligati: qui verò crediderant, ex pauperibus erant, iuxta illud domini, quod Iudæis exprobrat dicens, Quia meretrices & publicani præcedent vos in regno dei. Hi verò non obtenta à quo petierant domo, Leocadiũ quendã primum Galliarum senatorem, qui de stirpe Vetij Epagati fuit, quem Lugduni passum pro Christi nomine superius memorauimus, repererunt. Cui cùm petitionẽ suam, & fidem pariter intimassent, ille respõdit: Si domus mea, quam apud Bituricam vrbẽ habeo, huic operi digna esset, præ-
Leocadius domum cõcedit in Ecclesiam. stare non abnegarem. Illi autem audientes, pedibus eius prostrati, oblatis trecentis aureis cum disco argẽteo, dicunt eam huic ministerio esse congruam. Qui acceptis de his tribus aureis pro benedictione, clementer indulgens reliqua, cum adhuc esset in errorem idololatriæ implicitus, Christianus factus, domum suam fecit Ecclesiam. Hæc est nunc Ecclesia apud Biturigas vrbem prima, miro opere composita, & primum martyris Stephani reliquiis inlustrata.

CAP. XXXII. *Valeriani persequutio.* VICESIMO septimo loco, Valerianus & Gallienus Romanorum imperium sunt adepti, qui K
grauem contra Christianos persecutionem suo tempore commouerunt. Tunc Romam Cornelius, Cyprianus Carthaginem felici sanguine inlustrarunt. Horum tempore & Chrocus ille Alamannorum rex, cõmoto exercitu, Gallias peruagauit. Hic autem Chrocus multæ adrogantiæ fertur fuisse. Qui cùm nonnulla iniquè gessisset, per consilium, vt aiunt, matris iniquæ, collectam (vt diximus) Alamannorum gentem, vniuersas Gallias peruagatur, cunctásque ædes, quæ antiquitus fabricatæ fuerant, à fundamentis subuertit. Veniens verò Aruernos, delubrum illud quod Gallica lingua
Vasso templũ euertitur. Vasso Galatę vocant, incendit, diruit, atque subuertit. Miro enim opere factum fuit atque firmatum: cuius paries duplex erat. Ab intus enim de minuto lapide, à foris verò, quadris scalptis fabricatum fuit. habuit enim paries ille crassitudinem, pedes triginta. Intrinsecus verò marmore ac musiuo variatum erat. Pauimentum quoque ædis marmore stratum, desuper verò plumbo tectum.

IVXTA

CAPVT XXXIII. *Liminius. Anatolianus, Casius. Victorinus.*

A IVXTA hanc vrbem Liminius, Anatolianúsq; martyres requiescunt. Ibi Cassius ac Victorinus in dilectione Christi fraterno affectu sociati, per effusionẽ cruoris proprij, cœlorũ regna pariter sũt adepti. Nã refert antiquitas, Victorinũ seruũ fuisse antè dicti tẽpli sacerdotis. Qui dũ plerunque vicum quem Christianorũ vocant, ad persequendos Christianos adit, Cassiũ reperit Christianũ: cuius prædicationibus atque miraculis motus, credidit Christo: relictísq; fanaticis sordibus, ac baptismo cõsecratus, magnus in virtutum operatione enituit. Nec multò post, per martyrium (vt diximus) in teris sociati, ad cœlestia pariter regna migrauerunt.

CAPVT XXXIIII. *Priuatus martyr. Chrocus.*

INVENTIBVS autem Alamannis in Gallias, sanctus Priuatus Gaballitanæ vrbis episcopus, in
B cryptaMemmatensis montis, vbi ieiuniis orationibúsque vacabat, reperitur, pópuli Gredonensis castri munitione conclusus. Sed dum oues suas bonus pastor lupis tradere nõ consentit, dæmoniis immolare cõpellitur. Quod spurcũ ille tã execrãs quàm refutans, tãdiu fustibus cæditur, quoadúsque putaretur exanimis. Sed ex ipsa quassatione, interpositis paucis diebus, spiritum exhalauit. Chrocus verò apud Arelatensem Galliarum vrbem cõprehẽsis, diuersis adfectus suppliciis, gladio verberatus interiit, non immeritò pœnas quas sanctis dei intulerat, luens.

CAP. XXXV *Quirinus martyr.* SVB Diocletiano, qui tricesimotertio loco Romanum rexit imperiũ, grauis cõtra Christianos per annos IIII. persecutio exagitata est: ita vt quadã vice in ipso sacratissimo die Paschæ, magni Christianorũ populi ob veri dei cultũ interficerẽtur. Eo tẽpore, Quirinus Siscianensis ecclesiæ sacerdos, gloriosum pro Christi nomine martyriũ tulit: quẽ ligato ad collum molari saxo, in fluminis gurgitem sæuitia impulit paganorũ. Igitur cũ cecidisset in gurgitẽ, diu super aquas diuina virtute ferebatur, nec sorbebãt aquæ quẽ pondus criminis non premebat. Quod factũ admirans multitudo populi circunstantis, despecto furore gentilium, ad liberandum properãt sacerdotem. Hæc ille cernens, nõ passus est se à martyrio subtrahi, sed erectis ad cœlũ oculis ait, Iesu domine, qui glorioſus reſides ad dexteram patris, ne patiaris me ab hoc stadio remoueri, sed suscipiens animã meã, coniungere me tuis martyribus in requie sempiterna dignare. His dictis reddidit spiritum. Cuius corpus à Christianis susceptum, venerabiliter sepulturæ mandatum est.

CAPVT XXXVI. *Constantinus Crucis inuẽtio. Iuuentus.*

ROMANORVM tricesimusquartus imperium obtinuit Constantinus, annis triginta regnans fe-
C liciter. Huius imperij anno vndecimo cùm post excessum Diocletiani, pax reddita fuisset Ecclesiis, beatissimus præsul Martinus, apud Sabariam Pannoniæ ciuitatem nascitur, parentibus gẽtilibus, nõ tamen infimis. Hic Cõstantinus anno vicesimo imperij sui, Crispũ filium veneno, Faustã coniugem calente balneo interfecit, scilicet, quòd proditores regni eius esse voluissent. Huius tempore venerabile Crucis dominicæ lignũ per studiũ Helenæ matris eius repertũ est, prodẽte Iuda Hebræo, qui post baptismũ Quiriacus est vocitatus. Vsq; hoc tempus historiographus in Chronicis scribit Eusebius. A vicesimo primo enim eius imperij anno, Hieronymus presbyter addidit, indicans Iuuẽcum presbyterum, Euangelia versibus conscripsisse, rogante supradicto imperatore.

CAP. 37. *Ia. Nisibenus Nicep. lib. 15. cap. 22.* SVB Constantis autem imperio, Iacobus Nisibenus fuit, ad cuius preces inclinatæ aures diuinæ clementię, multa pericula à ciuitate eius repulerunt. Sed & Maximinus Treuerorum episcopus potens in omni sanctitate reperitur.

CAPVT XXXVIII. *Sulpit. li. 1. vitæ S. Martini.*

NONODECIMO Constantini iunioris anno, Antonius monachus transiit, centesimo ętatis suæ
D anno. Beatissimus Hilarius Pictauiensis episcopus, suasu hæreticorum exilio deputatur: ibique libros pro fide Catholica scribens, Constantio misit, qui quarto exilij anno cum absolui iubens, ad propria redire permisit.

CAPVT XXXIX. *B. Martinus infra extr. lib. 10.*

TVNC iam & lumen nostrum exoritur, nouisq; lampadum radiis Gallia perlustratur, hoc est eo tempore beatissimus Martinus in Galliis prædicare exorsus est: qui Christũ dei filiũ per multa miracula verũ deũ in populis declarans, Gentilium incredulitatem auertit. Hic enim fana destruxit, hæresim oppressit, Ecclesias ædificauit, & cùm aliis multis virtutibus refulgeret, ad cõsummãdum laudis suæ titulum, tres mortuos vitæ restituit. Quarto Valentiniani & Valentis anno, sanctus Hilarius apud Pictauos, plenus sanctitate & fide, multis vndique virtutibus editis, migrauit ad cœlos. Nam & ipse legitur mortuos suscitasse.

CAP. XL. *Melania.* MELANIA vero matrona nobilis, & incola vrbis Romanæ, Hierosolyma ob deuotionem abiit, Vrbano filio Romę relicto. Quæ ita se in cuncta bonitate ac sanctitate omnibus præbuit, vt Tecla vocaretur ab incolis.

CAP. XLI. *Valens monachos ad militiam cogit. Orosius lib. 7. cap. 33.*

E POST mortem autem Valentiniani, Valens integri successor imperij, Monachos ad militiã cogi iubet, nolentes, fustibus præcipit verberari. Post hæc, bellum sæuissimum in Thracas Romani ingessere: in quo tanta strages fuit, vt Romani amisso equorum præsidio, pedibus fugerent. Cumq; à Gothis internecione maxima cæderentur, & Valẽs fugeret, sagitta sauciatus, paruum tuguriũ ad gressus imminentibus hostibus, super se incensa casula, optata caruit sepultura. Sicque vltio diuina ob sanctorum effusum sanguinem, tandem emissa processit. Hucusque Hieronymus. ab hoc verò tempore, Orosius presbyter plus scripsit.

CAP. XLII. *Gratianus. Theodosius.* IGITVR cùm Gratianus imperator, destitutam cerneret esse rempublicam, Theodosium collegam imperij facit. Hic Theodosius omnem spem atque fiduciam in dei misericordiam ponit. Qui multas gentes non tam gladio, quàm vigiliis & oratione compescuit, Rempublicam confirmauit, Constantinopolim vrbem victor ingressus est.

CAP.XLIII *Maximus. Beda Hist. Angl.lib.* I.

MAXIMVS verò cùm per tyrannidem oppressis Britãnis sumpsisset victoriam, à militibus imperator creatus est. In vrbe Treuerica sedem instituens, Gratianum imperatorem circunuẽtum dolis interfecit. Ad hunc Maximum beatus Martinus iã episcopus venit. in loco ergo Gratiani, Theodosius ille qui totam spem in deum posuerat, totum suscipit imperium. Qui deinceps diuinis affatibus fretus, Maximum spoliatum imperio interfecit.

CAP.XLIIII *Aruernorum Episcopi.*

APVD Aruernos verò post Stremoniũ episcopũ prædicatorémq; primus episcopus Vrbicus fuit, ex senatoribus conuersus, vxorem habens: quæ iuxta consuetudinem ecclesiasticã, remota à consortio sacerdotis religiosè viuebat, vacabant enim ambo orationi, eleemosynis, atque operibus bonis. Cumq; hæc agerent, liuor inimici, qui semper est æmulus sanctitati, cõmouetur in fœminã: quam in cõcupiscentiã viri succedés, nouã Euã efficit. Nã succẽsa mulier à libidine, operta peccati tenebris, pergit ad domũ Ecclesiæ per tenebras noctis. Cumq; obserata omnia reperisset, pulsare fores Ecclesiæ domus cœpit, ac voces huiusmodi dare: Quousq; sacerdos dormis? quousq; hostia clausa nõ reseras? cur cõiungẽ spernis? cur obduratis auribus, Pauli præcepta nõ audis? Scripsit enim: Reuertimini ad alterutrũ, ne tẽtet vos Satanas. Ecce ego ad te reuertor, nec ad extraneũ, sed ad propriũ vas recurro. Hæc & his similia diu declamãti, tandẽ sacerdotis tepescit religio. Iubet eam cubiculo intromitti, vsusq; cõcubitu eius discedere iubet. Dehinc tardius ad se reuersus, & de perpetrato scelere cõdolẽs acturus pœnitentiã, diœcesis suæ monasteriũ expetit: ibiq; cum gemitu ac lachrymis quæ cõmiserat diluẽs, ad vrbẽ propriã est reuersus: qui impleto vitæ cursu migrauit à seculo. nata est enim ab hoc conceptu filia, quæ in religione permãsit. Ipse quoque sacerdos cum coniuge & filia in crypta Cantobẽnensi, iuxta aggerem publicum est sepultus. In cuius loco Legonus episcopus subrogatur.

Ecclesiastici renuntiabant vxoribus.

CAP.XLV. *Hillidius dæmoniacam liberat.*

QVO defuncto, sanctus Hillidius successit, vir eximiæ sanctitatis ac præclaræ virtutis, qui in tanta sanctitate emicuit, vt fama eius etiã extraneos fines adiret: vnde factum est vt ab imperatoris Treuerici filia expetitus, vt spiritu immundo curaret: quod in libro illo quem de eius vita cõscripsimus, memorauimus. Fuit autẽ, vt fama refert, valdè senex & plenus dierũ, plenusq; bonis operibus, qui felici cõsummatione, vitæ huius perfunctus tramite migrauit ad Christũ: sepultusq; in crypta, suburbano ciuitatis illius. Habuit autẽ & archidiaconũ nomine & merito Iustũ, qui & cursum vitæ bonis cõsummans operibus, magistri tumulo sociatur. Iã verò post transitũ beati Hillidij cõfessoris, ad gloriosum eius sepulchrum tantæ virtutes apparent, vt nec scribi integrè queant, nec memoria retineri. Huic sanctus Nepotianus successit.

Iustus archidiac.

CAP.XLVI. *Nepotianus oleo sanat febricitantem.*

IGITVR apud Aruernos sanctus Nepotianus quartus habebatur episcopus. A Treueris verò legati in Hispaniã mittebantur; ex quibus Artemius quidam admirabilis sapientiæ atque pulchritudinis, & prima ætate florẽs, vi febriũ est correptus. Præcedentibus verò aliis, hic apud Aruernos ægrotus relinquitur. nã eo tẽpore apud Treueros, spõsali erat vinculo nexus. A sancto autem Nepotiano visitatus, atque oleo sancto perunctus, tribuente domino redditur sanitati. Qui cũ ab eodem sancto verbũ prædicationis accepisset, oblitus tã sponsam terrenam, quàm facultates proprias, sanctæ copulatur Ecclesiæ, factusque clericus in tanta prælatus est sanctitate, vt beato Nepotiano successor existeret, ad regendas gregis dominici causas.

CAP.XLVII. *Iniuriosus.*

PERidẽ tẽpus Iniuriosus quidam de senatoribus Aruernis, cũ magnis opib⁹ similem sibi in coniugio puellam expetiit, datóq; arrabone, diẽ constituit nuptiarum. Erat autem vterq; vnicus patri. Adueniente verò die, celebrata nuptiarũ solennitate, in vno strato ex more locantur. Sed puella grauiter cõtristata, auersa ad parietẽ, amarissimè flebat. Cui ille, Quid, inquit, turbaris? Indica quæso mihi. Illaq; silente, adiecit, Obsecro te per Iesum Christũ filium dei, vt mihi quid doleas sapienter exponas. Tũ cilla cõuersa ad eum ait, Si omnibus diebus vitæ meæ plangã, nunquid tantæ erunt lachrymę vt queant abluere tã immensum pectoris mei dolorẽ? Statuerã enim, vt corpusculũ meũ immaculatũ Christo à virili tactu seruarẽ: sed væ mihi quæ taliter ab eo relicta sum, vt quod optabã perficere nõ valerẽ: & quod ab initio ætatis meæ seruaui, in hac nouissima die quam videre non debuerã, perdidi. Ecce enim relicta ab immortali Christo, qui mihi dotem promittebat paradisum, mortalis hominis sum sortita consortium: & pro rosis immarcescibilibus, arentiũ me rosarum non ornat, sed deformat spoliũ. Et cùm debui super quadrifluo agni flumine, puritatis stolam induere: hæc mihi vestis onus exhibuit, non honorem. Sed quid amplius verba protrahimus? Infelix ego quæ debui sorte mereri polos, hodiè demergor in abyssos. O si mihi hæc futura erant, quare non dies vitæ meæ ipse fuit finis, qui fuit initiũ? O si ante introissem mortis ianuam, quàm lactis acciperẽ alimenta! O si mihi dulciũ nutricũ oscula, in funere fuissent expẽsa! Horrent enim mihi terrenæ species, quia pro mũdi vita transfixas manus suspicio redẽptoris. Nec cerno diademata gemmis insignibus coruscantia, cùm illã spineam miror mẽte coronã. Respuo longè lateq; diffusa spatia terræ tuæ, quia amœnitatẽ concupisco paradisi. Horrẽt tua solatia, cùm dominũ residentẽ suspicio super astra. Talia cum magno fletu iactanti, cõmotus pietate iuuenis ait: Vnicos nos nobilissimi Aruernorũ habuere parẽtes, & ad propagandã generationẽ coniungere voluerũt, ne recedentibus de mũdo succederet hæres extraneus. Cui illa: Nihil est mũdus, nihil sunt diuitiæ, nihil est põpa seculi huius: nihil est vita ipsa qua fruimur: sed illa magis vita quærẽda est, quæ morte terminante non clauditur, quæ labe vlla nõ soluitur, nec aliquo occasu finitur, vbi homo in beatitudine æterna permanẽs, luce non occidente viuit. Et quod maius est his omnib⁹, ipsius domini præsentia, iugi perfruẽs cõtẽplatione, in angelico trãslatus statu, indis-

A indissolubili lætitia gaudet. Ad hæc ille: Dulcissimis, inquit, eloquiis tuis æterna mihi vita tanquam magnũ iubar inluxit: & ideo si vis à carnali abstinere cõcupiscẽtia, particeps tuę mentis efficiar. Illa respõdit, difficile est sexũ virilẽ, mulieribus ista præstare. Tamen si feceris vt immaculati permaneamus in seculo, ego tibi partẽ tribuam dotis, quã promissam habeo à sponso domino meo Iesu Christo, cui me & famulã deuoui esse & spõsam. Tũc ille armatus crucis vexillo, ait: Faciã quę hortaris: & datis inter se dextris, quieuerunt. Multos postea in vno strato recũbẽtes annos, vixerunt cũ castitate laudabili. Quod postea in eorum transitu declaratũ est. nã cũ impleto certamine, puella migraret ad Christum, peracto vir funeris officio, cùm puellã in sepulchrum deponeret, ait: Gratias tibi ago æterne domine noster, quia hũc thesaurũ sicut à te cõmendatũ accepi, ita immaculatũ pietati tuæ restituo. Ad hæc illa subridens: Quid, inquit, loqueris quod nõ interrogaris? Illãq; sepultã, ipse non post multũ insequitur. Porrò cùm vtriusq; sepulchrũ è diuersis parietibus collocatũ fuisset, miraculi nouitas quæ eorũ castitatẽ manifestaret, apparuit. nã facto mane cùm ad locũ populi accederẽt, inuenerũt sepulchra pariter, quæ longè inter se distare reliquerãt: scilicet vt quos tenet socios cœlum, se-

Coniuges abstinent commixtione.

B pultorum hic corporum non separet monumentum. Hos vsque hodiè, duos amantes vocitare loci incolæ voluerunt. Meminimusque de his in libro Miraculorum.

Sepulchrum duorum amãtium lib. de gl. conf. c. 32.

ARCADII verò & Honorij secũdo imperij anno, sanctus Martinus Turonorũ episcopus, plen⁹ virtutibus & sanctitate, præbens infirmis multa beneficia, octogesimo & primo ætatis suæ anno, Episcopatus autem XXVI. apud Condatensem diœcesis suæ vicũ, excedẽs à seculo feliciter migrauit ad Christũ. Tranſiit autẽ media nocte, quæ dominica habebatur, Attico Cæsareoque consulibus. Multi enim in eius transitu psallentium voces audierunt in cœlo, quod in libro virtutũ eius primo plenius exposuimus. Nã cùm primitus sanctus dei apud Condatẽsem, vt diximus, vicũ, ægrotare cœpisset, Pictaui populi ad eius transitũ sicut Turonici conuenerunt. Quo migrãte, grandis altercatio in vtrũq; surrexit populũ. Dicebãt enim Pictaui, Noster est monachus, nobis abbas extitit: nos requirimus cõmendatũ. Sufficiat vobis, quòd dũ esset in mũdo Episcopus, vsi estis eius colloquio, participastis cõuiuio, firmati fuistis benedictionibus, insuper & virtutibus iocũdati: sufficiant ergo vobis ista omnia:

CAP. XLVI *Martini virtutes & obitus.*

C nobis liceat auferre vel cadauer exanimũ. Ad hæc Turonici respondebant: Si virtutum nobis facta sufficere dicitis, scitote quia vobiscũ positus, amplius est quàm hic operatus. nã vt prætermittamus plurima, vobis suscitauit duos mortuos, nobis vnũ: & vt ipse sæpè dicebat, maior ei virtus ante episcopatũ fuit, quàm post episcopatũ. Ergo necesse est, vt quod nobiscũ nõ impleuit viuẽs, expleat vel defunctus. Vobis est enim ablatus, nobis à deo donatus. Verùm si mos antiquitus institutus seruatur in vrbe qua ordinatus est, habebit deo iubẽte sepulchrũ. Certè si pro monasterio priuilegiũ cupitis vindicare, scitote quia primũ ei monasteriũ cũ Mediolanensibus fuit. His ergo litigãtibus, sole ruẽte nox clauditur: corpúsq; in medio positũ, firmatis seris ab vtroq; populo custoditur, futurũ vt manè facto à Pictauis per violentiã auferretur: sed deus omnipotẽs noluit vrbẽ Turonicã proprio fruſtrare patrono. Deniq; nocte media omnis Pictaua somno phalanga comprimitur, nec vllus superfuit qui ex hac multitudine vigilaret. Igitur vbi Turonici eos cõspiciũt obdormisse, adprehensam sanctissimi corporis glebã, alij per fenestrã eiiciũt, alij à foris suscipiũt: positúmq; in naui cum omni populo, per Vingennã fluuiũ descendũt. Ingressiq; Ligeris alueũ, ad vrbẽ Turonicã cũ magnis laudibus psallentioq; dirigunt copioso. De quorũ vocibus Pictaui expergefacti, nihil de thesauro quem custodiebãt

De sepultura D. Martini certant Pictauis & Turonen. Sul. lib. 2.

Litorius.

D habentes, cũ magna cõfusione ad propria sunt reuersi. Quod si quis requiret, cur post trãsitum Gratiani episcopi, vnus tantũ, id est Litorius, vsq; ad sanctum Martinũ fuisset episcopus, nouerit quia ob fistẽtibus paganis, diu ciuitas Turonica sine benedictione sacerdotali fuit, nã qui Christiani eo tẽpore videbãtur, occultè & per latebras diuinum officium celebrabant. nam si qui à paganis reperti fuissent Christiani, aut afficiebantur verberibus, aut gladio truncabantur. A passione ergo domini, vsque transitum sancti Martini, anni CCCCXII. computantur.

Turones dies sine benedictione.

Explicitus est liber primus, continens annos V.M.D.XLVI. qui computantur à principio mundi vsque ad transitum sancti Martini episcopi.

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM LIBER II.

E

PROSEQVENTES ordinem temporum, mixtè confuséque, tam virtutes sanctorum, quàm strages gentium memoramus. Non enim irrationabiliter accipi puto, si fœlicem beatorum vitam inter miserorum memoremus excidia, cùm id non facilitas scriptoris, sed temporum series præstet. nam solicitus lector si inquirat strenuè, inueniet inter illas regum Israeliticorum historias, sub Samuël iusto, Phineem interisse sacrilegum: ac sub Dauid, quem fortem manu dicunt, Goliam allophylum corruisse. Meminerit etiam sub Heliæ eximij vatis tempore, qui pluuias cùm voluit abstulit, & cum libuit, arentibus terris infudit: qui viduæ paupertatem oratione locupletauit, quantæ populorum strages fuere, quantæ fames: vel quæ siccitas, miseram op-

preſſit humum. Quæ ſub Ezechiæ tempore, cui Deus ad vitam XV. annos auxit, Hieroſolyma mala pertulerit. Sed & ſub Eliſeo propheta, qui mortuos vitæ reſtituit, & alia in populis miracula multa fecit, quantæ interneciones, quæ miſeriæ ipſum Iſraeliticum populum oppreſſerunt. Sic & Euſebius, Seuerus, Hieronymuſque in Chronicis atque Oroſius, & bella regum, & virtutes martyrum pariter texuerunt. Ita & nos idcirco ſic ſcripſimus, quo facilius ſeculorum ordo vel annorum ratio, vſque ad noſtra tempora tota reperiatur. Venientes ergo per antè dictorũ auctorum hiſtorias, ea quæ in poſterum acta ſunt, domino iubente differemus.

CAP. I. IGITVR poſt exceſſum B. Martini Turonicæ ciuitatis epiſcopi, ſummi & incomparabilis viri, de cuius virtutibus, magna apud nos volumina retinentur, Briccius ad epiſcopatum ſuccedit. At verò Briccius iſte cum eſſet primæuæ ætatis iuuenis, ſancto adhuc Martino viuenti in corpore multas tẽdebat inſidias, pro eo quòd ab eodem plerunque cur faciles res ſequeretur, arguebatur. Quadam autem die, dum quidam infimus medicinam à beato Martino expeteret, Briccium adhuc diaconum in platea conuenit: cui ſimpliciter ait, Ecce ego præſtolor beatum virum, & neſcio vbi ſit, vel quid operis agat: cui Briccius, Si, inquit, delirum illum quæris, proſpice eminus: ecce cœlum ſolitè ſicut amens reſpicit. Cumque pauper ille occurſu reddito quod petierat impetraſſet, Briccium diaconum vir beatus alloquitur: En ego Bricci delirus tibi videor? Cumque ille confuſus hæc audiens, dixiſſe ſe denegaret, ait vir ſanctus: Nónne aures meæ ad os tuum erant, cum hæc eminus loquebaris? Amẽ dico tibi, quia obtinui apud Deum vt poſt me ad pontificatus honorem accedas: ſed noueris te in epiſcopatu multa aduerſa paſſurum. Briccius hęc audiens inridebat, dicens: Nónne verum dixi, iſtum delira verba proferre? Sed & presbyterij honore præditus, ſæpius beatum virum conuiciis laceſſiuit. Adepto ergo conſentientibus ciuibus, pontificatus officio, orationi vacabat. Quia quanquã eſſet ſuperbus & vanus, caſtus tamẽ habebatur corpore. Triceſimotertio verò ordinationis eius anno, oritur contra eum lamentabilis cauſa pro crimine: nam mulier ad quam cubicularij eius veſtimenta deferre ſolebant ad abluendum, quæ ſub ſpecie religionis erat veſte mutata, concepit & peperit. Qua de re ſurrexit omnis populus Turonorum in iram, & totum crimen ſuper epiſcopum referunt, volentes eum vnanimiter lapidare. Dicebant enim, Diu pietas ſancti tuam celauit luxuriam: nec Deus nos diutius ſinit manus tuas indignas oboſculãdo, pollui. Illo quoque econtrario viriliter hæc negante, Adferte, inquit, infantem ad me. Cumque oblatus fuiſſet infans, triginta dies ab ortu habens, ait ad eum epiſcopus: Adiuro te per Ieſum Chriſtum filium Dei omnipotentis, vt ſi ego te generaui, coram cunctis edicas. Et ille, Non es, inquit, tu pater meus. Populis autem rogantibus, vt quis eſſet pater, interrogaret, ait ſacerdos: Non eſt hoc meum, quod ad me pertinuit, ſollicitus fui. Vobis ſi aliquid ſuppetit, per vos quærite. Tunc illis magicis hæc artibus facta aſſeuerantes, inſurgunt contra eum in vna conſpiratione: & trahentes eum dicebant: Non diutius nobis falso paſtoris nomine dominaberis. Ille autem ad ſatisfaciendum adhuc populo, prunas ardentes in byrrum ſuum poſuit: & ad ſe ſtringens, vſque ad ſepulchrum beati Martini, vnà cum populorum turbis accedit. Proiectíſque ante ſepulchrum pruuis veſtimentum eius inuſtum apparuit. Illo quoque ſic proſequente, Sicut iſtud veſtimentum ab his ignibus videtis illęſum, ita & corpus meum à mulieris coitu eſt impollutum. Illis verò non credentibus, ſed contradicentibus, trahitur, calumniatur, eiicitur, vt ſermo ſancti adimpleretur: Noueris te in epiſcopatu multa aduerſa paſſurum. Hoc enim ciecto, Iuſtinianum in epiſcopatu conſtituunt. Denique Briccius Romanæ vrbis Papam expetiit, flens, & eiulans, atque dicens: Meritò hæc patior, quia peccaui in ſanctum Dei, & eum delirum & amẽtem ſæpè vocaui: cuius videns virtutes, non credidi. Poſt cuius abſceſſum, aiunt Turonici ſacerdoti ſuo: Vade poſt eũ, & exerce negociũ tuũ: quia ſi eum proſecutus non fueris, ad noſtrum omniũ contemptũ humiliaberis. Iuſtinianus verò egreſſus à Turonis, Vercellas Italiæ ciuitatẽ adgreſſus, iudicio dei percuſſus obiit peregrinus. Turonici eius obitũ audiẽtes, & in ſua malitia perdurantes, Armentiũ in eius loco cõſtituũt. At Briccius epiſcopus Romã veniẽs, cuncta quæ pertulerat papæ refert. Qui ad ſedẽ apoſtolicã reſidens, plerunq; miſſarum ſolẽnia celebrans, inibi quicquid in ſanctũ dei deliquerat, deflẽdo, diluit. Septimo igitur regreſſus anno à Roma, cũ auctoritate papæ illius, Turonos redire diſponit: & veniẽs ad vicũ cuius nomẽ eſt Laudiacũ, ſexto ab vrbe miliario, mãſionẽ accepit. Armẽtius verò febre corripitur, & media nocte ſpiritũ exhalauit. Quod protinus Briccio epiſcopo per viſum reuelatũ eſt: qui ait ſuis, Surgite velocius, vt ad tumulandũ fratrẽ noſtrũ Turonicũ põtificem occurramus. Cumq; illi veniẽtes portã ciuitatis ingrederentur, ecce iſtũ per aliã portam mortuum effe rebant. Quo ſepulto, Briccius in cathedrã ſuam regreſſus eſt, ſeptem poſtea feliciter viuens annos. Cui poſt XLVII. epiſcopatus annũ defuncto, ſanctus Euſtochius ſucceſſit, magnificæ ſanctitatis vir.

Briccius B. Martino inſidiatur.

Epiſcopi manus populus oſculabatur.

Infans triginta dierum loquitur.

Igne Briccij probatur innocentia.

Armentius ſucceſſit Briccio.

CAP. II. POST hæc Vandali à loco ſuo digreſſi, cum Gũderico rege in Gallias ruũt. Quibus valdè vaſtatis, Hiſpanias appetunt. Hos ſecuti Sueui, id eſt, Alamanni, Galliciã adprehendũt. Nec multo pòſt, ſcãdalũ inter vtrunq; oritur populum, quoniam propinqui ſibi erant: cumq; ab bellum armati procederent, ac iamiamque in conflictu parati eſſent, ait Alamannorũ rex, Quouſq; bellũ ſuper cunctum populũ commouetur? ne pereant quæſo populi vtriuſq; phalangæ: ſed procedant duo de noſtris in campum cum armis bellicis, & ipſi inter ſe confligant. Tunc ille cuius puer vicerit, regionem ſine certamine obtinebit. Ad hęc cunctus cõſenſit populus, ne vniuerſa multitudo in ore gladij rueret. His enim diebus Gũdericus rex obierat, in cuius loco Tranſimũdus obtinuerat regnũ. Cõfligẽtibus verò

De Wandalis & Chriſtianorum perſecutione Oroſ. lib. 7. ca. 40.

A verò pueris, pars Vandalorũ victa ſuccubuit, interfectoq; puero, placitũ egrediendi Tranſimundus ſpopondit, vt ſcilicet præparatis itineris neceſſariis, ſe à finibus Hiſpaniæ remoueret. Per idem verò tẽpus perſecutionem in Chriſtianos Trãſimundus exercuit, ac totã Hiſpaniã, vt ad perfidiã Arrianę ſectæ cõſentiret, tormentis ac diuerſis mortibus impellebat. Vnde factum eſt, vt puella quædam religioſa, prædiues opibus, ac ſecundũ ſeculi dignitatem, nobilitate ſenatoria florens: & quod his omnibus eſt nobilius, fide catholica pollens, deóque omnipotenti inreprehenſibiliter ſeruiens, ad hanc quæſtionẽ adduceretur. Cúmque regis fuiſſet oblata conſpectibus, cœpit eã primũ ad rebaptizãdũ blãdis ſermonibus inlicere. Quæ cùm venenoſum eius iaculũ fidei parma propelleret, præcepit rex facultates eius auferri, quæ iã mẽte poſſidebat regna paradiſi: deinde ſuppliciis adplicaram, ſine ſpe præsẽtis vitæ torqueri. Quid plura? Poſt multas quæſtiones, poſt ablatos terrenarũ diuitiarũ theſauros, cùm ad hoc frangi nõ poſſet, vt beatã ſcinderet trinitatẽ, ad rebaptizãdũ inuita deducitur. Cũq; in illud cœnolum lauacrũ vi cogeretur immergi, ac proclamaret: Patrẽ cũ filio, ac ſpiritũ ſanctũ vnũ credo eſſe ſubſtãtiæ eſſẽtiæq;, digno aquas vnguine cũctas infecit, id eſt fluxu vẽtris aſperſit. Exhino B ad legitimam deducta quæſtionem, poſt eculeos, poſt flammas & vngulas, Chriſto domino capitis deciſione dicatur. Poſt hæc proſequentibus Alamannis vſque ad Traductam, tranſito mari Vandali per totam Africam ac Mauritaniam ſunt diſperſi.

Puella ab Arriana rebaptizari renuit.

SED quoniam eorũ tẽpore perſecutio in Chriſtianos inualuit, ſicut ſuperius mentio facta eſt, videtur vt aliqua ex his quæ circa dei Eccleſias intulerũt, vel quemadmodũ de regno expulſi ſint, mẽmorare. Defuncto igitur Trãſimũdo, poſt ſcelera quæ in ſanctis Dei exercuit, Honoricus mẽte crudelior Africanũ occupat regnũ, atque ex electione Vãdalorũ ipſis præponitur. Cuius ſub tempore quãti Chriſtianorũ populi, pro ipſo Chriſti ſacratiſſimo nomine cæſi ſint, ab hominibus non poteſt cõprehẽdi. Teſtis eſt tamẽ Africa quæ miſit, & Chriſti dextera, quæ gẽmis immarceſcibilibus coronauit. Legimus tamẽ quorundã ex ipſis martyrũ paſſiones, ex quibus quædã replicãda ſunt, vt ad ea quæ ſpopõdimus veniamus. Igitur Cirola falsò vocatus epiſcopus, hæreticorũ tũc maximus habebatur aſſertor. Cũq; ad perſequendũ Chriſtianos rex per diuerſa trãſmitteret, ſanctũ Eugeniũ epiſcopũ, virũ inenarrabili ſanctitate, qui tunc ferebatur magnæ prudẽtiæ eſſe, in ſuburbano ciuitatis ſuæ C reperit perſecutor. Quẽ ita violẽter rapuit, vt nec ad hortandũ gregẽ Chriſti, vllũ abire permitteret. Ille verò cũ ſe videret abduci, Epiſtolam ciuibus pro cuſtodiẽda fide catholica, hoc modo trãſmiſit: *Dilectiſſimis & in Chriſti amore dulciſſimis filiis & filiabus Eccleſiæ mihi à deo cõmiſſæ: Eugenius Epiſcopus.* Regalis emanauit auctoritas, & pro exercẽda fide catholica, edicto nos à Carthagine venire præcepit. Et ideo ne abiẽs à vobis Eccleſiã Dei in ambiguo, hoc eſt, in ſuſpẽſo dimitterẽ, aut oues Chriſti non verus paſtor ſilentio relinquerẽ, neceſſariũ duxi has pro me vicarias veſtræ dirigere ſanctitati, in quibus nõ ſine lachrymis peto, hortor, moneo, & ſatis abundéq; obteſtor per Dei maieſtatẽ, & per tremendũ iudicij diẽ, atque aduentus Chriſti terribilẽ claritatem, vt fixius teneatis catholicã fidẽ, adſerẽtes filiũ patri eſſe æqualẽ, & ſpiritũ ſanctũ eandem habere cum patre & filio deitatem. Seruate itaque vnici baptiſmatis gratiã, cuſtodientes chriſmatis vnctionẽ. Nemo poſt aquã reuertatur ad aquã, renatus ex aqua. Nutu enim dei ſal in aqua cõficitur: ſed ſi in aquã redactũ fuerit, omnes ſpecies eius confeſtim euacuatur. Vnde nõ immeritò dominus in euangelio ait, Si ſal infatuatũ fuerit, in quo ſalietur? Et vtique hoc eſt infatuari, velle ſecũdo cõdiri, cùm ſemel factũ ſufficiat. Nõ audiſtis Chriſtum D dicentem: Qui ſemel lotus eſt, non habet neceſſitatẽ iterũ lauãdi. Ideóq; fratres, & filij filiæq; meæ in domino, nõ vos cõtriſtet abſentia mea, quin catholicæ diſciplinæ adhæreatis. Ego vos nec lõginquitate aliqua obliuiſcor, nec morte à vobis diuellor. Scitote quia quocunq; me fecerint diuidi agones, mecũ eſt palma: ſi ad exiliũ abiero, beati Ioannis euãgeliſtæ exẽplũ: ſi ad mortis exitium, viuere mihi Chriſtus eſt & mori lucrum. Si rediero, fratres, implebit deus deſideriũ veſtrũ. Attamen ſufficit modò, quòd vobis non tacui: monui, inſtruxi quomodo potui: ideoq; immunis ſum à ſanguine omnium pereuntium, & ſcio quia aduerſus eos legentur literæ iſtæ ante tribunal Chriſti, cùm venerit reddere vnicuiq; ſecundũ opera ſua. Si reuerſus fuero, fratres, videbo vos in hac vita: ſi non reuerſus fuero, videbo vos in futura. Dico tamẽ vobis, valete, orate pro nobis, & ieiunate: quia ieiuniũ & elee moſyna ſemper dominũ ad miſericordiã deflexerunt. Memẽtote eſſe ſcriptũ in Euãgelio, Nolite timere eos qui occidũt corpus, animã autẽ nõ poſſunt occidere: timete autẽ eũ qui poſtquã occiderit, habet poteſtatẽ & animã & corpus perdere & mittere in gehennã. Ductus itaq; ſanctus Eugenius ad E regẽ cũ illo Arrianorũ epiſcopo, pro fide Catholica decertauit. Cumq; eũ de ſanctæ Trinitatis myſterio potẽtiſſimè deuiciſſet, & inſuper multas per eũ virtutes Chriſtus oſtẽderet, in maiorẽ inſaniam idem epiſcopus inuidia inflãmante, ſuccenditur. Erant enim tunc tẽporis cum ſancto Eugenio viri prudẽtiſſimi atque ſanctiſſimi, Vindemialis & Lõginus epiſcopi, pares gradu, & virtute nõ impares. Nã ſanctus Vindemialis eo tempore ferebatur mortuũ ſuſcitaſſe: Longinus autem multis infirmis ſalutem tribuit: Eugenius quoque non ſolũ viſibilium oculorum cæcitatem, ſed etiã mentiũ depellebat. Quod cernens ille nequã Arrianorũ epiſcopus, vocatum ad ſe quendã hominem, ab illo quo ipſe viuebat errore, deceptũ, ait, Non patior, quòd hi epiſcopi multa in populo ſigna depromũt, illóſq; cuncti me neglecto ſequuntur. Adquieſce nũc his quæ præcipio, & acceptis quinquaginta aureis, ſede in platea per quam nobis eſt tranſitus: & manum ſuper clauſos oculos ponens, me prætereunte cũ reliquis exclama in magna virtute, dicẽs, Te beatiſſime Cirola, noſtræ religionis antiſtes, depre-

Eugenij ad plebem Epiſtola.

Trinitatis aſſertio.

Baptiſma non reiterandum.

Catholicorum Epiſcoporum miracula.

cor,vt reſpiciens manifeſtes gloriam ac virtutem tuam,vt oculos meos aperiens,merear lucẽ videre ꝑ quã perdidi. Qui iuſſa cõplens,reſidenſque in platea,tranſeunte hæretico cum ſanctis Dei, iſte qui Deũ inridere cogitabat exclamat in magna virtute dicẽs: Audi me beatiſſime Cirola: audi me ſancte ſacerdos Dei: reſpice cæcitatẽ meã: experiar ego medicamẽta quæ ſæpè cæci reliquiæ te meruerũt, quæ leproſi experti ſunt, quæ ipſi etiã mortui pręſenſerũt. Adiuro te per ipſam virtutẽ quã habes, vt mihi deſideratã reſtituas lucẽ, quia graui ſum cæcitate percuſſus. Veritatẽ enim neſciens, verũ dicebat: quia cæcauerat eũ cupiditas, & virtutẽ Dei omnipotẽtis inridere per pecuniã æſtimabat. Tũc hęreticorum epiſcopus paululũ ſe diuertit, quaſi in virtute triũphaturus, elatus vanitate atq; ſuperbia, poſuit manũ ſuam ſuper oculos eius dicẽs, Secundũ fidẽ noſtrã, qua rectè deũ credimus, aperiantur oculi tui. Et mox vt hoc nefas erupit, riſus mutatur in plãctũ, & dolus epiſcopi eſt patefactus in publico. nã tãtus dolor oculos miſeri illius inuaſit, vt eos digitis vix cõprimeret, ne creparẽt. Deniq; clamare cœpit miſer ac dicere: Væ mihi miſero, quia ſeductus ſum ab inimico legis diuinæ. Væ mihi, quia deũ per pecuniã inridere volui, & quinquaginta aureos accepi, vt hoc facinus perpetrarẽ. Ad epiſcopũ autẽ aiebat: Ecce aurũ tuũ, redde lumen meũ, quod dolo tuo perdidi. Voſq; rogo glorioſiſſimi Chriſtiani, ne deſpiciatis miſerũ, ſed velociter ſuccurrite pereũti. Verè enim cognoui, quia deus nõ inridetur. Tũc ſancti Dei miſericordia moti: Si, inquiũt, credis, omnia poſſibilia ſunt credenti. At ille clamabat voce magna: Qui nõ crediderit Chriſtũ filium Dei & ſpiritũ ſanctum æqualẽ habere ſubſtãtiã atq; deitatẽ cũ deo patre, hodiè quæ ego perfero patiatur. Et adiecit, Credo deũ patrẽ omnipotentẽ, credo filiũ Dei Chriſtũ Ieſum æqualem patri, credo ſpiritũ ſanctũ patri & filio cõſubſtantialẽ atq; coæternũ. Hæc illi audiẽtes, & ſe inuicẽ honore mutuo præueniẽtes, oritur inter eos fãcta cõtentio, quis oculis eius ſignũ beatæ crucis imponeret. Vindemialis verò ac Lõginus Eugẽniũ, ille autẽ ecõtra eos exorat vt manus imponerẽt cæco. Quod cũ feciſſent, & manus ſuas ſuper caput eius tenerent, ſanctus Eugenius crucem ſuper oculos cæci faciens, ait: In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti veri Dei, quem trinũ in vna æqualitate atque omnipotentia cõfitemur, aperiãtur oculi tui. Et ſtatim ablato dolore, ad priſtinam rediit ſanitatem. Manifeſtiſſimè autẽ patuit per huius cæcitatem, qualiter hæreticorũ epiſcopus, oculos cordium miſero aſſertionis ſuę velabat amictu, ne verã lucem illi liceret fidei oculis contẽplari. O miſerũ, qui non ingreſſus per ianuam, id eſt per Chriſtũ, qui eſt ianua vera, lupus magis gregi quàm cuſtos effectus eſt: & pacẽ fidei quã in credẽtiũ cordibus debuerat accendere, prauitate cordis ſui conabatur extinguere. Sancti verò Dei alia ſigna in populis multa fecerũt, & erat vox vna populi dicentis, Verus Deus pater, verus Deus filius, verus Deus ſpiritus ſãctus, vna fide colẽdus, vno timore metuẽdus, eodémq; honore venerãdus. Nam quæ Cirola adſerit, falſa eſſe cunctis eſt manifeſtũ. Videns autẽ Honoricus rex, aſſertiones ſuas per ſanctorũ fidẽ gloriam taliter denudari, nec erigi ſectam erroris, ſed potius deſtrui: fraudémq; pontificis ſui in hoc ſcelere fuiſſe detectã, ſanctos Dei poſt multa tormenta, poſt aculeos, poſt flãmas, poſt vngulas, iuſſit interfici. Beatũ verò Eugeniũ decollari iuſſit, ſub ea ſpecie, vt ſi in ea hora qua enſis ſuper ceruicẽ eius incũbebat, non reuerteretur ad hæreticorũ ſectã, non occideretur, ne eũ pro martyre excolerẽt Chriſtiani, ſed exilio damnaretur: quod ita factũ eſſe manifeſtũ eſt. Nã cùm imminenti morte, interrogatus fuiſſet, ſi mori pro fide Catholica deſtinarat, reſpõdit: Hæc enim eſt ſempiterna vita, pro iuſtitia mori. Tũc ſuſpenſo gladio, apud Albigẽſem Galliarũ vrbẽ, exilio deputatus eſt: vbi & finẽ vitæ præſentis fecit. Ad cuius nunc ſepulchrũ multæ virtutes creberrimè oſtenduntur. Sanctũ verò Vindemialẽ, gladio percuti pręcepit, quod & impletũ eſt in hoc certamine. Octauianus verò archidiaconus & multa milia virorũ ac mulierum, hanc fidẽ adſerentium interempta atque debilitata ſunt. Sed pro amore gloriæ, nihil erãt hæc ſuppliciacõ feſſoribus ſanctis, qui in paucis vexati, in multis bene ſe nouerant diſponẽdos, iuxta illud Apoſtoli: Quia nõ ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futurã gloriã quæ reuelatur in ſanctis. Multi tunc errãtes à fide accipiẽtes diuitias, inſeruerũt ſe doloribus multis. Infelix autem quidã epiſcopus nomine Reuocatus, eo tẽpore eſt reuocatus à fide Catholica. Tũc & ſol teter apparuit, ita vt vix ab eo pars vel tertia eluceret. Credo namq; pro tãtis ſceleribus & effuſione ſanguinis innocẽtis. Honoricus verò poſt tãtũ facinus, arreptus à dæmone qui diu de ſanctorum ſanguine paſtus fuerat, propriis ſe morſibus laniabat: in quo etiam cruciatu, vitã indignã iuſta morte finiuit. Huic Childericus ſucceſſit, quo defuncto, Geleſimiris regnũ ſuſcipit. Ipſe quoque à republica ſuperatus, vitam principatumque finiuit, & ſic regnum decidit Vandalorum.

Arianum Cirola excæcauit quem debuerat illuminare. poſtea lib. de gl. conf. cap. 13.

Cæcum illuſtratur Crucis ſignaculo.

Trinitatis fides monſtratur miraculo.

Eugenij Epiſcopi martyrium.

CAP. IIII. *Athanaricus perſequitur Eccleſiã. Ritp. lib. 1. de regib. Hiſp.*

Mvltæ enim hæreſes eo tempore Dei Eccleſias impugnabant, de quibus plerunque vltio diuina data eſt. Nam & Athanaricus Gothorum rex, magnam excitauit perſecutionẽ, qui multos Chriſtianorum diuerſis pœnis adfectos, gladio detruncabat: ſed & nonnullos exilio datos, fame variiſq; cruciatibus enecabat. Vnde factum eſt, vt exigente iudicio Dei pro effuſione ſanguinis iuſti, à regno depelleretur, & eſſet exſul à patria, qui Dei Eccleſias impugnabat, nunc verò ad ſuperiora redeamus.

CAP. V. *Quos Chunos hic vocat author, Procop. Diacon. Nicephor. Hunos nominant.*

Igitvr rumor erat Chunos in Gallias velle prorumpere. Erat autẽ tũc tẽporis apud Tungros oppidũ Seruatius eximiæ ſanctitatis epiſcopus, qui vigiliis ac ieiuniis vacans crebro lachrymarũ imbre perfuſus, domini miſericordiã precabatur, ne vnquã gentẽ hanc incredulam, ſęque ſemper indignã in Gallias venire permitteret. Sed ſentiẽs per ſpiritũ, pro delictis populi ſibi hoc nõ fuiſſe cõceſſum, conſilium cepit vt expeteret vrbem Romanã, ſcilicet vt adiũctis ſibi apoſtolicæ virtutis patrociniis quæ humiliter ad dominũ flagitabat, mereretur facilius obtinere. Accedẽs ergo ad beati apoſtoli tumulum,

A mulũ, deprecabatur auxiliũ bonitatis eius, in multa abſtinẽtia, maxima inedia ſe cõſumens, ita vt biduo triduó que ſine vllo cibo potúque maneret, nec eſſet interuallum aliquod in quo ab oratione ceſſaret. Cúmque ibidem multorum dierum ſpacia in tali afflictione moraretur, fertur hoc à beato Apoſtolo accepiſſe reſponſum: Quid me vir ſanctiſſime inquietas? ecce enim apud domini deliberationem prorſus ſancitum eſt, Chunos in Gallias aduenire, eáſque maxima tempeſtate debere depopulari. Nunc igitur ſume conſilium, accelera velociter, ordina domum tuam, ſepulturam compone: require linteamina munda. ecce enim migrabis à corpore: nec videbunt oculi tui mala quæ facturi ſunt Chuni in Galliis, ſicut locutus eſt dominus deus noſter. Hoc à ſancto apoſtolo pontifex reſponſo ſuſcepto, iter accelerat, Galliáſque velociter repetit: venienſq; ad vrbem Tungrorum, quę erant neceſſaria ſepulturæ ſecum citius leuat: valéque dicens clericis, ac reliquis ciuibus vrbis, denunciat cum fletu & lamentatione, quia non viſuri eſſent vltra faciem illius. At illi cum eiulatu magno & lachrymis eum proſequentes, ſupplicabant humili prece dicentes, Ne derelinquas nos pater ſancte, ne obliuiſcaris noſtri paſtor bone. Sed cùm eum fletibus reuocare non poſſent, accepta

B benedictione cum oſculis redierunt. Hic verò ad Traiectenſem vrbem accedens, modica pulſatus febre, receſſit à corpore. Ablatáſque à fidelibus, iuxta ipſum aggerem publicum eſt ſepultus. Cuius beatum corpus qualiter poſt multorũ temporum ſpacia ſit tranſlatũ, in libro Miraculorũ ſcripſimus.

Seruatius Romam pergit oraturus ad tumulum petri.

Igitvr Chuni à Pannoniis egreſſi, vt quidam ferunt, in ipſa ſanctæ Paſchæ vigilia, ad Metenſem vrbem, reliqua depulando, peruenerunt, tradentes vrbem incendio, & populum in ore gladij trucidantes, ipſóſque ſacerdotes domini ante ſacroſancta altaria perimentes. Nec remanſit in ea locus inuſtus, præter oratoriũ beati Stephani primi martyris ac Leuitæ. De quo oratorio quæ à quibuſdam audiui, narrare non diſtuli. Aiunt enim, priuſquam hi hoſtes venirent, vidiſſe ſe virum fidelem in viſu quaſi conferentem cum ſanctis apoſtolis Petro ac Paulo, beatũ Leuitam Stephanum de hoc excidio, ac dicentem: Oro domini mei, vt non permittatis obtentu veſtro Metenſem vrbem ab inimicis exuri, quia locus in ea eſt in quo paruitatis meæ pignora continentur: ſed potius ſentiãt ſe populi aliquid me poſſe cum domino. Quòd ſi tantum facinus populi ſupercreuit, vt aliud

C fieri non poſſit, niſi ciuitas tradatur incendio, ſaltem vel hoc oratorium non cremetur. Cui illi aiũt, Vade in pace dilectiſſime frater, oratorium tantum tuum carebit incendio. Pro vrbe verò non obtinebimus, quia dominicæ ſanctionis ſuper eam ſententia iam proceſſit: inualuit enim peccatum populi, & clamor malitiæ eorũ aſcendit coram deo: ideo ciuitas hæc cremabitur incendio. Vnde proculdubio eſt, quòd horum obtentu vrbe vaſtata, oratorium permanſit inlæſum.

CAP. VI.

Oratorium Steph. precib. inter incẽdia ſeruatur.

Attila verò Chunorum rex, à Metenſi vrbe egrediens, cum multas Galliarum ciuitates opprimeret, Aureliam adgreditur, eámque maximo arietum impulſu nititur expugnare. Erat autem eo tempore beatiſſimus Anianus, in ſupradicta vrbe epiſcopus, vir eximiæ prudentiæ, ac laudabilis ſanctitatis, cuius virtutum geſta nobiſcum fideliter retinentur. Cúmque incluſi populi ſuo pontifici quid agerent acclamarent, ille fiſus in deo, monet omnes in orationem proſterni, & cum lachrymis præſens ſemper in neceſſitatibus domini auxilium implorare. Deniq; his vt præceperat deprecantibus, ait ſacerdos: Aſpicite de muro ciuitatis, ſi dei miſeratio iam ſuccurrat. Suſpicabantur enim per domini miſericordiam, Ætium aduenire, ad quem & Arelatem abierat, prius ſuſpectus futuri.

CAP. VII.

Attila Aurelianam expugnat.

D Aſpicientes autem de muro, neminem viderunt. Et ille, Orate, inquit, fideliter, dominus enim liberabit vos hodiè. Orantibus autem illis, ait, Aſpicite iterum. Et cùm aſpexiſſent, neminem viderunt qui ferret auxilium. Ait eis tertiò, Si fideliter petitis, dominus velociter adeſt. At illi cum fletu & eiulatu magno, domini miſericordiam implorabant. Exacta quoque oratione, tertiò iuxta ſenis imperium aſpicientes de muro, viderunt à longè quaſi nebulam de terra conſurgere. Quod renunciantes, ait ſacerdos, Domini auxilium eſt. Interea iam trementibus ab impetu arietum muris, iamque ruituris, ecce Ætius & Theudo Gothorum rex, ac Thoriſmodus filius eius, cum exercitibus

E ſuis ad ciuitatem adcurrunt, verſúmque hoſtem eiiciunt, repelluntque. Itaque liberata obtentu beati Antiſtitis ciuitate, Attilam fugant, qui Mauriacum campum adiens, ſe præcingit ad bellum. Quod hi audientes, ſe contra eum viriliter præparant. His diebus Romam ſonus adiit, Ætium in maximo diſcrimine inter phalangas hoſtium laborare. Quo audito vxor eius anxia atque mœſta, aſſiduè baſilicam ſanctorum apoſtolorum adibat, atque vt virum ſuum de hac expectatione ſuſciperet ſoſpitem precabatur. Quæ cùm die noctúque hæc ageret, quadam nocte homo pauperculus, crapulatus à vino, in angulo baſilicæ beati Petri apoſtoli obdormiuit. Clauſis autem ex more oſtiis à cuſtodibus, non eſt eiectus: de nocte verò conſurgens, relucentibus per tota ædis ſpacia lichnis, pauore perterritus, aditum per quem foris euaderet, quærit. Verùm vbi primi atque alterius oſtij clauſtra pulſat, & obſerata cuncta cognoſcit, ſolo decubuit, trepidus præſtolans locum, vt cum veniẽtibus ad matutinos hymnos populis, hic liber abſcederet. Interea vidit duas perſonas ſe inuicem venerabiliter ſalutantes, ſollicitóſque de ſuis eſſe proſperitatibus. Tunc qui erat ſenior, ita exorſus eſt: Vxoris Ætij lachrymas diutius ſuſtinere non patior, petit enim aſſiduè, vt virum ſuum de Galliis reducam incolumem, cùm aliud exinde fuiſſet apud diuinum iudicium præfinitum, ſed tamen obtinui immenſam pietatem pro vita illius. Et ecce nunc illuc propero, viuentem eum exindè reducturus. Veruntamen obteſtor, vt qui hæc audierit, fileat, arcanúmque dei vulgare non audeat, ne pereat velociter è terra. Ille autem hæc audiens, ſilere non potuit, ſed mox inluceſcẽte cœlo om-

Aniani precibus obſidione Aurelia liberatur.

Aetius vxoris oratione seruatur.

nia quæ audierat, matrifamiliæ pandit: expletísque sermonibus lumine caruit oculorum. Igitur Æ- F
tius cum Francis Gothísque coniunctus, aduersus Attilam confligit. At ille ad internecionem vasta-
ri suum cernens exercitum, fuga dilabitur. Theudo verò Gothorum rex huic certamini succubuit.
Nam nullus ambigat, Chunorum exercitum obtentu memorati antistitis fuisse fugatum. Verùm
Aetius patritius cum Thorismodo victoriam obtinuit, hostésque deleuit. Expletóque bello ait Ae-
tius Thorismodo, Festina velociter redire in patriam, ne insistente Germano, patris regno priueris.
Hæc ille audiens, cum velocitate discessit, quasi anticipaturus fratrem, & prior patris cathedram
adepturus. Simili & Francorum regem dolo fugauit. Illis autem recedentibus, Ætius spoliato cam-
Attila Aquileiam diripit. po, victor in patriam cum grandi est reuersus spolio. Attila verò cum paucis reuersus est, nec multo
pòst Aquileia à Chunis capta, incensa atque diruta, Italia peruagata atque subuersa est. Thorís-
modus de quo supra meminimus, Alamannos bello edomuit: ipse deinceps, post multas lites & bella,
à fratribus oppressus ac iugulatus interiit.

CAP. VIII. *Aetij res & gesta.*

IGITVR his ita digestis ac per ordinem expletis, quid de Ætio supra memorato Renati Frige- G
ridi narrat historia tacere nefas putaui. Nam cùm in duodecimo historiarum libro referat, post diui
Honorij excessum, Valentinianum puerulum, vno tantum lustro peracto, à consobrino Theodosio
imperatorem fuisse creatum, & apud vrbem Romam, tyrannum Ioannē in imperium surrexisse, le-
gatósque eius à Cæsare dicat fuisse despectos, adiecit: Dum hæc ita gererentur, legati ad tyrannum
reuersi sunt, mandata atrocia reportantes: quibus permotus Ioannes, Ætium id temporis curam
palatij gerentem, cum ingenti auri pondere ad Chunos transmittit, notos sibi obsidiatus sui tẽpore
& familiari amicitia deuinctos cum mandatis huiusmodi: Cùm primum partes aduersæ Italiam in-
gressæ forent, ipse à tergo adoriretur, se à frõte venturum. Et quia de hoc viro consequenter plura
memoranda sunt: genus moréque ordiri placet. Gaudentius pater, Scythiæ prouinciæ primoris
loci, à domesticatu exorsus militia v sque ad magisterij equitum culmen prouectus est. Mater Itala,
nobilis ac locuples fœmina. Aetius filius, à puero prætorianus, tribus annis Alarici obses: dehinc
Chunorum, post hæc Carpilionis gener, ex comite domesticorum, & Ioannis curam palatij gerere
cœpit: medij corporis, virilis habitudinis, decenter formatus, quo neque infirmitudini esset neque H
oneri: animo alacer, membris vegetus, eques promptissimus, sagittarum iactu peritus, conto im-
piger, bellis aptissimus, pacis artibus celebris, nullius auaritiæ, minimæ cupiditatis, bonis animi
præditus, nec impulsoribus quidem prauis ab instituto suo deuians, iniuriarum patientissimus, labo-
ris adpetens, impauidus periculorum, famis sitísque atque vigiliarum tolerantissimus. Cui ab ineun-
Aetij encomium. te ætate prædictum liquet, quantæ potentiæ fatis destinaretur temporibus suis locísque celebran-
Renatus Frigeridus Historiog. dus. Hæc supradictus historiographus de Aetio narrat. Adultus autẽ Valentinianus imperator, me-
tuens ne se per tyrannidem Aetius opprimeret, eum nullis causis extantibus interemit. Ipse postmo-
dum Augustus, dum in campo Martio pro tribunali residens, concionaretur ad populum, Occylla
buccellarius Aetij ex aduerso veniens, eum gladio perfodit. Talis vtrisque extitit finis.

CAP. IX. *Francorum quis rex primus.*

DE Francorum verò regibus, quis fuerit primus à multis ignoratur. Nam cùm multa de eis Sul-
pitij Alexandri narret historia, non tamen regem primum eorum vllatenus nominat: sed duces eos
habuisse dicit: quæ tamen de eisdem referat, memorare videtur. Nam cùm dicit, Maximum intra
Aquileiam, amissa omni spe imperij quasi amentem residere, adiungit: Eo tẽpore Genobaldo, Mar- I
comere, & Sunnone ducibus, Franci in Germaniã prorupere, ac pluribus mortaliũ limite inrupto
cæsis, fertiles maximè pagos depopulati Agrippinensi etiam Coloniæ metum incussere. Quod vbi
Treuiros perlatum est, Nannius & Quintinus militares magistri, quibus infantiam filij & defensio-
nem Galliarum Maximus commiserat, collecto exercitu apud Agrippinam conuenire. Sed onusti
præda hostes, prouinciarum opima depopulati, Rhenum transiere, pluribus suorum in Romano re-
lictis solo, ad repetendam depopulationem paratis, cum quibus congressus Romanis accommodus
Carbonaria Francorum cædes. fuit, multis Francorum apud Carbonariam ferro peremptis. Cúmque consultaretur de successu, an
in Franciam transire deberent, Nannius abnuit, quia non imparatos & in locis suis indubiè fortio-
res futuros sciebat. Quod cum Quintino & reliquis viris militaribus displicuisset, Nannio Mogũ-
tiacum reuerso, Quintinus cum exercitu circa Niuisium castellum Rhenunum transgressus, secun-
dis à fluuio castris, casas habitatoribus vacuas atque ingentes vicos destitutos offendit. Franci enim
simulato metu, se in remotiores saltus receperant, concidibus per extrema siluarum procuratis. K
Itaque vniuersis domibus exustis, in quas sæuire stoliditas ignaua, victoriæ consummationem repo-
nebat, noctem sollicitam milites sub armorum onere duxerant. Ac primo diluculo, Quintino præ-
lij, duce ingressi saltus, in medium ferè diem implicantes se erroribus viarum, toto peruagati sunt,
tandem cum ingentibus septis omnia à solo clausa offendissent, in palustres cãpos qui siluis iunge-
bantur, prorupêre: molientibus, hostium rari apparuere, qui coniunctis arborum truncis, vel con-
cidibus superstantes, velut è fastigiis turrium, sagittas tormentorum ritu effudere, inlitas herbarum
veneris, vt summæ cutis, neque letalibus inflicta locis vulnera, haud dubiæ mortes sequerentur.
Dehinc, maiori multitudine hostium circunfusus exercitus, in aperta camporum, quæ libera Franci
reliquerant, auidè effusus est: ac primi equites voraginibus immersi, permixtis hominum iumen-
torúmque corporibus, ruina inuicem suorum oppressi sunt. Pedites etiam, quos nulla onera equo-
rum calcauerant, implicati limo, ægrè explicantes gressum, rursus se, qui paulò antè vix emersérãt,
siluis

A siluis trepidantes occulebant. Perturbatis ergo ordinibus cæsæ legionis, Heraclio Iouinianorum
tribuno ac penè omnibus qui militibus præerant extinctis, paucis effugium tutum nox & latibula
siluarũ præstitere. Hæc in tertio Historiæ libro narrauit. In quarto verò libro cùm de interfectione *Sulp. Alexander.*
Victoris filij Maximi tyranni narraret, ait: Eo tempore Carietto & Syrus in locum Nanneni subro-
gati, in Germania cum exercitu oppositi Francis diuersabantur. Et post pauca, cùm Franci de Ger-
mania prædas tulissent, adiecit: Nihil Arbogastes differre volens, cõmonet Cæsarẽ pœnas debitas à
Francis exigẽdas, nisi vniuersa quæ superiori anno cæsis legionibus diripuerãt, cõfestim restitueret,
auctoréq; belli traderent: in quos violatæ pacis perfidia puniretur. Hæc acta cum duces essent, re-
tulit: & deinceps ait, Post dies pauculos Marcomere & Sunnone Francorum regalibus transacto
cursim conloquio impetratísque ex more obsidibus, ad hiemandum Treueros concessit. Cùm au- *Marcomerus & Sunon regales viri & subreguli Francorum.*
tem eos regales vocet, nescimus vtrum reges fuerint, an vices tenuerint regum. Idem tamen scri-
ptor, cum necessitates Valentiniani Augusti commemorat, hæc adiungit: Dum diuersa in oriente
per Thracas geruntur, in Gallia status publicus perturbatur. Clauso apud Viennam palatij ædibus
B principe Valentiniano, & penè infrà priuati modum redacto, militaris rei cura Francis satellitibus
tradita, ciuilia quoque officia transgressa in coniurationem Arbogastis: nullúsque ex omnibus sa-
cramentis militiæ obstrictis reperiebatur qui familiari principis sermoni aut iussis obsequi auderet.
Dehinc refert, quòd eodem anno Arbogastes Sunnonem & Marcomerem subregulos Francorum
gentilibus odiis insectans, Agrippinam rigente maximè hieme, petiit: ratus tuto omnes Franciæ
recessus penetrandos vrendósque, cùm decussis foliis nudæ atque arentes siluæ insidiãtes occulere
non possent. Collecto ergo exercitu, transgressus Rhenum, Bricteros ripæ proximos, pagum
Ætiam quem Chamani incolunt, depopulatus est, nullo vnquam occurrante, nisi quòd pauci ex
Ampsuariis & Chattis Marcomere duce in vlterioribus collium iugis apparuere. Iterum hic reli-
ctis tam ducibus quàm regalibus, apertè Francos regem habere designat: huiusque nomen
prætermittens ait, Dehinc Eugenius tyrannus suscepto expeditionali procinctu, Rheni limitem pe-
tit, vt cum Alamannorum & Francorum regibus vetustis fœderibus ex more initis, immensum ea
tempestate exercitum gentibus feris ostentaret. Hæc suprà scriptus historiographus de Francis dis-
C seruit. Renatus Profuturus Frigeridus, cuius iam supra meminimus, cùm Romã refert à Gothis ca- *Renatus historiog.*
ptam atque subuersam, ait: Interea Respendial rex Alamannorum Goare ad Romanos transgresso,
de Rheno agmen suorum conuertit, Vandalis Francorum bello laborantibus, Godigisilo rege ab-
sumpto, acie viginti fermè milibus ferro peremptis, cunctis Vandalorum ad internecionem delen-
dis, ni Alanorum vis in tempore subuenisset. Mouet nos hæc causa, quòd cùm aliarum gentium re-
ges nominat, cur non nominet & Francorum. Tamen cùm ait, quod Constantinus assumpta ty-
rannide, Constantium filium ad se de Hispaniis venire iussisset, ita differuit: Accito Constantinus
tyrannus de Hispaniis Constante filio, itémque tyranno, quo de summa rerum consultarẽt præsen-
tes, factũ est vt Constãs instrumẽto aulæ & cõiuge sua Cæsaraugustæ dimissis, Gerõtio intra Hispa-
nias omnibus creditis ad patrẽ cõtinuato itinere decurreret. Qui vbi in vnũ venere, interiectis die-
bus plurimis, nullo ex Italia metu, Cõstantinus gulæ & ventri deditus, redire ad Hispanias filiũ mo-
net. Qui præmissis agminibus, dum cum patre resideret, ab Hispania nuncij commeant, à Geron- *Gerontius.*
D tio maximum vnum è clientibus suis imperio præditum, atque in se comitatu gentium Barbara-
rum accinctum parari. quo exterriti, Edobecco ad Germanas gentes præmisso, Constans, & præ-
fectus iam Decimius Rusticus ex officiorum magistro petunt Gallias cum Francis & Alamannis,
omníque militum manu, ad Constantinum iamiámque redituri. Item cùm Constantinum
obsideri scribit, ita dicit: Vixdum quartus obsidionis Constantini mensis agebatur, cùm re-
pentè ex vlteriori Gallia nuncij veniunt, Iouinum absumptsisse ornatus regios, & cum Burgundio-
nibus, Alamannis, Francis, Alanis, omníque exercitu imminente obsidentibus, ita accele-
ratis moris, referata vrbe Constãtinus deditur. Confestímque ad Italiam directus missis à principe
obuiã percussoribus, supra Minciũ flumen capite truncatus est. Et post pauca idem refert: Hisdem *Treuerũ à Francis incenditur.*
diebus præfectus tyrannorum Decimius Rusticus Agroetius ex primicerio notariorũ Iouini, mul-
tíque nobiles apud Aruernos capti à ducibus Honorianis, & crudeliter interempti sunt. Treuero-
rum ciuitas à Francis direpta incensáque est secunda intruptione. Cùm autem Asterius codicillis
imperialibus patritiatũ sortitus fuisset, hæc adiungit: Eodem tempore Castinus domesticorum co-
E mes, expeditione in Francos susceptа, ad Gallias mittitur. hæc hi de Francis dixere. Orosius autem
& ipse historiographus in septimo operis sui libro, ita commemorat: Stilico congregatis gentibus
Francos proterit, Rhenum transit, Gallias peruagatur, & ad Pirenæos vsque perlabitur. Hanc no-
bis notitiam de Francis memorati historici reliquere, regibus non nominatis. Tradunt enim mul-
ti eosdem de Pannonia fuisse digressos. Et primum quidem littora Rheni amnis incoluisse: dehinc
transacto Rheno, Thoringiam transmeasse: ibíque iuxta pagos vel ciuitates, [2] reges crinitos super
se creauisse, de prima, & vt ita dicam, nobiliori suorum familia. Quod postea probatum Chlodo-
uei victoriæ tradidere, idque in sequenti digerimus. Nam & in consularibus legibus Theodome-
nem regem Francorum, filium Richimeris quõdam, & Ascilã matrem eius, gladio interfectos. Fe-
runt etiã tũc Chlogionẽ vtilẽ ac nobilissimũ in gente sua regem Francorũ fuisse, qui apud Dispargũ
castrũ habitabat, quod est in termino Thoringorũ, in his autẽ partibus, id est ad meridionalẽ plagã,

1 *cap. 37.*

2 *Francorum Criniti reges. apud Francos inquit Paul. Aemil. lib. 1. tantum reges regiaq; stirps crine intonso ornatoq; agebant, cùm Alani, Burgondiones, Sicambri inculiorẽ promitterent.*

habitabant Romani vsque Ligerim fluuium. Vltra Ligerim verò Gothi dominabãtur. Burgũdiones quoque Arrianorum sectam sequentes, habitabant trans Rhodanum, qui adiacet ciuitati Lugdunensi. Chlogio autem missis exploratoribus, ad vrbem Camaracum, perlustrata omnia ipse secutus, Romanos proterit, ciuitatẽ adprehendit: in qua paucum tẽpus residens, vsque Suminam fluuium occupauit. De huius stirpe quidam Meroueum regem fuisse adserunt, cuius fuit filius Childericus.

CAP. X. *Franci idololatriæ dediti. Deut. 20.*

SED hæc generatio fanaticis semper cultibus visa est obsequium præbuisse, nec prorsus agnouere Deum: sibíque siluarum atque aquarum, auium, bestiarúmque, & aliorum quoque elementorum finxere formas, ipsásque vt Deum colere eisque sacrificia delibare consueti. O si eorum fibras cordium, vox illa terribilis attigisset, quæ per Moysem populo locuta est, dicens: Non sint tibi dij alij præter me: non facies tibi sculptile, neque adorabis omnem similitudinem quæ in cœlo sunt, & quæ in terra, & quæ versantur in aquis: non facies ea, & non coles ea. & illud, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis. Quid si intelligere potuissent quæ pro vituli conflatilis veneratione Israëliticum populum vltio subsecuta compresserit, cùm post epulum & cantica, post luxurias atque saltationes, cum ore immundo pro ferrent de eodem sculptili, Hi sunt dij tui Israël qui te eduxerunt de terra Ægypti: cecidere ex eis vigintiquatuor millia hominum: quid de his qui initiati Beelphegor cum Moabitibus scortis commixti, à proximis cæsi & prostrati sunt? In qua plaga Phinees sacerdos interemptis adulteris, sedauit furorem dei, & reputatum est illi ad iustitiã. Quid si illa & eorum auribus inlata fuissent, quæ dominus per Dauid intonat, dicens: Quia omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. &, Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum: similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. vel illud, Confundantur omnes qui adorant sculptile, & qui gloriantur in simulachris suis. Et iterum quod Abacuc propheta testatur dicens: Quid prodest sculptile his, quia sculpsit illud fictor suus: cõflatile & imaginem falsam, &c. Ecce iste coopertus est auro & argento, & omnis spiritus non est in eis: Dominus autem in templo sancto suo: fileat à facie eius vniuersa terra. Sed & alius propheta dicit: Dij qui cœlum & terram non fecere, pereant à terra, & de his quæ sub cœlis sunt. Item illic: Hæc dicit dominus, creans cœlos, ipse deus formans terram, & quæ in ea sunt: ipse plastes eius, non in vanum fundauit eam, vt habitaretur creauit eam. Ego dominus, hoc mihi nomen est, gloriam meam alteri non dabo, neque virtutem meam sculptilibus, quæ ab initio transiere, & alibi: Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant? Et per Isaiam iterum dicit; Ego primus & nouissimus, & absque me non est deus, & formator, quem ego non nouerim. Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorum, quia non vident neque intelligunt, & confundantur in eis: ecce omnes participes eius confundentur, fabri enim sunt ex hominibus. Quis formauit deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile? in prunis & malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ. Similiter & artifex lignarius, in circino tornauit illud, & fecit imaginem viri quasi speciosi hominis habitantis in domo. Succidit lignum, operatus est, fecit sculptile, & adorauit vt deum. Clauis & malleis compaginauit, vt non dissoluatur. Portata tolluntur, quia incedere non valent: reliquum verò ligni, factum est hominibus in focum, & calefacti sunt. Ex alio verò deum fecit, & sculptile sibi: curuatur ante illud, & adorauit illud, & obsecrat dicens: Libera me, quia deus meus es tu. medietatem eius igni combussi, & coxi super carbones eius panes, coxi carnes, & comedi, & de reliquo eius idolum faciam. Ante truncũ ligni procidam: pars eius cinis est. Cor insipiens adorauit illud, & non liberauit animam suam: neque dicit, fortè mendacium est in dextra mea. Hæc autem Francorum generatio nõ intellexit primùm, intellexerunt autem postea, sicut sequens historia narrat.

CAP. XI. *Auitus Aruernus.*

AVITVS enim vnus ex senatoribus, & vt valdè manifestum est, ciuis Aruernus, cum Romanum ambisset imperium, luxuriosè agere volens, à senatoribus eiectus, apud Placentiam vrbem episcopus ordinatur. Comperto autem, quòd adhuc indignans senatus, vita eum priuare vellet, basilicam sancti Iuliani Aruerni martyris cum multis muneribus expetiuit: sed impleto in itinere vitæ cursu obiit, delatúsque ad Briuatensem vicum, ad pedes ante dicti martyris est sepultus: cui Martianus successit. In Galliis autem Egidius ex Romanis magister militum datus est.

CAP. XII. *Childericus ob stupra regno pellitur.*

CHILDERICVS verò cùm esset nimia in luxuria dissolutus, & regnaret super Francorum gentem, cœpit filias eorum stuprosè detrahere. Illíque ob hoc indignantes, de regno eum eiiciunt. Comperto autem, quòd eum etiam interficere vellent, Thoringiam petiit, relinquens ibi hominem sibi charum, qui virorum furentium animos verbis lenibus mollire possit: dans etiam signum quando redire possit in patriam: id est, diuisere simul vnum aureum, & vnam quidem partem secum detulit Childericus, aliam verò amicus eius retinuit, dicens: Quando hanc partem tibi misero, partéque coniunctæ vnum effecerint solidum, tunc tu securo animo in patriam repedabis. Abiens ergo in Thoringiam, apud regem Bisinum vxorémque eius Basinã latuit: denique Franci hoc ciecto, Egidium sibi, quem superius magistrum militum à Republica missum diximus, vnanimiter regẽ adsciscunt. Qui cũ octauo anno super eos regnaret, amicus ille fidelis, pacatis occultè Francis, nuncios ad Childericum cum parte illa diuisi solidi, quam retinuerat, mittit. Ille verò certa cognoscens indicia, quòd à Francis desideraretur, ipsis etiã rogantibus, à Thoringia regressus, in regnũ suũ est restitutus. His ergo regnãtibus, simul Basina illa quã supra memorauimus, relicto

A relicto viro suo, ad Childericum venit. Qui cum sollicitè interrogaret, qua de causa ad eum de tãta regione veniisset, respõdisse fertur: Noui, inquit, vtilitatẽ tuã, quòd sis valdè strenuus: ideóque veni vt habitẽ tecũ: nã noueris, si in trãsmarinis partibus aliquẽ cognouissem vtiliorẽ te, expetissem vtique cohabitationẽ eius. At ille gaudẽs, eã sibi in cõiugio copulauit: quæ concipiẽs, peperit filium, vocauítque nomen eius Chlodoueum. Hic fuit magnus & pugnator egregius. *Chlodoueus nascitur.*

APVD Aruernum verò post transitum sancti Artemij, venerandus è senatoribus episcopus ordinatur. Qualis autem fuerit hic pontifex, testatur presbyter Paulinus, dicens: Si enim hos videas dignos domino sacerdotes, vel Exuperium Tholosæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dynamium Engolismæ, vel Venerandum Aruernis, vel Alithium Cadurcis, vel nunc Pegasium Petrogoriis, vtcunque se habent seculi mala, videbis profectò dignissimos totius fidei religionísque custodes. Hic in ipsa dominici Natalis vigilia transisse refertur. Mane autem facto, processio solennitatis funeris eius obsequium fuit: post cuius obitum fœda apud ciues pro episcopatu contentio vertebatur. Cùmque partes inter se diuisæ, alium aliúmB que erigere vellent, magna confusio erat populi. Residentibus tamen episcopis, die dominico, mulier quædam velata atque deuota deo, audenter ad eos ingreditur: quæ ait, Audite me sacerdotes domini; scitote enim, quòd non est in his beneplacitum deo, quos hi ad sacerdotium elegere. Ecce enim dominus hodie ipse sibi prouidebit antistitem: itaque nolite conturbare neque conlidere populum, sed patientes estote parumper: dominus enim nunc dirigit, qui regat Ecclesiam hanc. His itaque mirantibus hæc verba, subito Rusticus nomine, qui erat ex ipsa vrbis Aruernæ diœcesi presbyter aduenit: ipse enim iam mulieri per visionem fuerat indicatus. Quo viso ait: En ipsum quem elegit dominus: ecce qualẽ vobis dominus põtificem destinauit: hic ordinetur episcopus. Hęc ea loquẽte, omnis populus cũcta cõtẽtione postposita, clamauit dignum ac iustũ esse. Qui in cathedra positus, septimus in eodẽ loco põtificatus honorẽ populo gaudẽre, suscepit. *Venerandi ac Rustici Episcopatus.* *Rusticus diuinitus eligitur.*

APVD vrbem vero Turonicam, defuncto Eustochio episcopo, septimodecimo sacerdotij sui anno, quintus post beatum Martinum, Perpetuus ordinatur. Qui cùm virtutes assiduas ad sepulchrum eius fieri cerneret, cellulam quæ super eum fabricata fuerat, videns paruulam, indignã taliC bus miraculis iudicauit. Qua submota, magnã ibi basilicã quæ vsque hodie permanet, fabricauit: quæ habetur à ciuitate passus DL. habet in longũ pedes centũ sexaginta, in latũ sexaginta: habet in altũ, vsque ad cameram, pedes quadragintaquinque. Fenestras in altario triginta duas in capso, viginti columnas, quadraginta vnas in toto ædificio, fenestras lij. columnas cxx. ostia octo, tria in altario, quinque in capso. Solennitas enim ipsius basilicæ triplici virtute pollet: id est dedicatione templi, trãslatione corporis sancti: ordinatione eius episcopatus. Hanc enim quarto nonas Iulias obseruabis: depositionem verò eius tertiò Idus Nouembris esse cognosces. Quòd si fideliter celebraueris & in præsenti seculo, & in futuro, patrocinia beati antistitis promereberis. Et quoniam camera cellulæ illius prioris, elegãti opere fuerat fabricata, indignũ duxit sacerdos, vt opera eius deperirẽt: sed in honore B. apostolorũ Petri & Pauli aliã cõstruxit basilicã, in qua cameră illẽ affixit. multas & alias basilicas ædificauit, quæ vsque hodie in Christi nomine constant. *Euſtochius ac Perpetuus Episcopi.* *S. Martini basilica.*

EO tempore & basilica beati Symphoriani Augustodunensis martyris, ab Eufronio presbytero D ędificata est. Et ipse Eufronius, huius deinceps vrbis episcopatũ sortitus est. Hic enim marmor quod super sanctum sepulchrum beati Martini habetur, cum grandi deuotione transmisit. *Symphoriani basilica.*

SANCTVS verò Namatius, post obitum Rustici episcopi, apud Aruernos in diebus illis octauus erat episcopus. Hic Ecclesiam quæ nunc constat, & veterrima intra muros ciuitatis habetur, suo studio fabricauit, habentem in longum pedes centum quinquaginta, in latum pedes sexaginta, in altum infra capsum vsque cameram, pedes quinquaginta: in ante absidem rotundam habens, ab vtroque latere ascellas eleganti constructas opere, totúmque ædificium in modum crucis habetur expositũ. Habet fenestras xlij. colũnas lxx. ostia octo. Terror nãque ibidẽ dei, & claritas magna cõspicitur: & verè plerũque inibi odor quasi aromatũ suauissimus aduenire à religiosis sẽtitur. Parietes ad altariũ opere sarsurio, ex multo marmorũ genere exornatos habet. EXACTO ergo in duodecimo anno beatus põtifex ædificio, Bononiã ciuitatẽ Italię sacerdotes dirigit, vt ei reliquias sanctorũ Vitalis & Agricolæ exhibeãt, quos pro nomine Christi dei nostri, crucifixos manifestissimè esse cognouimus. *Namatius Aruer. fabricauit.*

CVIVS coniunx basilicam sancti Stephani suburbano murorum ædificauit. Quam cum fucis E colorum adornare vellet, tenebat librum in sinu suo, legens historias Actionis antiquas, pictoribus indicans quæ in parietibus fingere deberent. Factum est autem quadam die, vt sedente illa in basilica ac legente, aduenirent quidam pauperes ad orationem: & aspiciens eã in veste nigra, senio iã prouectam, putauit esse vnã de egentibus, protulítque quadram panis, & posuit in sinu eius, & abscessit. Illa verò non dedignãs munus pauperis, qui personã eius nõ intellexit, accepit & gratias egit reposuitque hanc suis epulis anteponens, & benedictionem ex ea singulis diebus sumẽs, donec expensa est. *Vitalis & Agricolæ reliquiæ.*

IGITVR Childericus Aurelianus pugnas egit: Odouacrius: verò cum Saxonibus Andegauos venit magna tũc lues populum deuastauit. mortuus est autẽ Egidius, & reliquit filium Syagriũ nomine: Quo defũcto Odouacrius de Andegauo & aliis locis obsides accepit. Britãni de Biturica à gothis expulsi sũt, multis apud Dolẽsem vicũ perẽptis. Paulus verò comes cũ Romanis ac Francis, Gothis bella intulit, & prædas egit. Veniẽte verò Odouacrio Andegauos, Childericus rex sequenti die *Namatij coniux B. Stephano fecit ecclesiam.*

aduenit,interemptoque Paulo comite,ciuitatem obtinuit.Magno ea die incendio domus Eccleſiæ F concremata eſt.

CAP. XIX. *Præliantur Saxones cum Rom.*

His ita geſtis inter Saxones atque Romanos bellum geſtũ eſt: ſed Saxones terga vertẽtes, multos de ſuis, Romanis inſequentibus gladio reliquere:inſulæ eorum cum multo populo interempto, à Francis captæ atque ſubuerſæ ſunt. Eo anno menſe nono terra tremuit.Odouacrius cum Childerico fœdus iniit,Alamannósque, qui partem Italiæ peruaſerant, ſubiugarunt.

CAP. XX. *Victorij res*

Eoricvs autem Gothorum rex Victorium ducẽ ſuper ſeptem ciuitates præpoſuit,anno quartodecimo regni ſui. Qui protinus Aruernos aduenies, ciuitatem addere voluit : vnde & cryptæ illæ vſquè hodiè perſtant ad baſilicam ſancti Iuliani, & columnas quæ ſunt in æde poſitæ exhiberi iuſſit. Baſilicam ſancti Laurentij & ſancti Germani Licaniacenſis vici iuſſit ædificari. Fuit autem Aruernis annis nouem. Super Euchirium verò ſenatorem calumnias deuoluit : quem in carcere poſitum, nocte extrahi iuſſit, ligatúmque iuxta parietem antiquum, ipſum parietem ſuper eum elidi iuſſit. Ipſe verò dum nimium eſſet in amore mulierum luxurioſus, & ab Aruernis vereretur interfici, Romã aufugit:ibíque ſimilẽ tẽtans exercere luxuriã, lapidibus eſt obrutus. Poſt cuius exceſſum re G gnauit Eoricus annos quatuor, obiit autẽ anno xxvij. regni ſui. Fuit etiã & tũc terræ motus magnus.

Victorium luxurioſus occiditur.

CAP. XXI. *Dæmonibus repletur Eccleſia, quorũ princeps ſpecie mulieris concionatur.*

Defvncto autẽ apud Aruernos Namatio epiſcopo, Eparchius ſucceſſit vir ſanctiſſimus atque religioſus. Et quia eo tempore Eccleſia paruam infra muros vrbis poſſeſſionem habebat, ipſi ſacerdoti in ipſo quod modo Salutatorium dicitur, manſio erat, atque ad gratias deo tempore nocturno reddendas ad altarium Eccleſiæ conſurgebat. Factum eſt autem, vt nocte quadam ingrediens, plenam Eccleſiam dæmonibus reperiret, ipſúmque principem in modum ornatæ mulieris, in throni illius cathedram reſidentem. Cui ait pontifex, O meretrix execranda, non ſufficit tibi loca cuncta variis pollutionibus inficere, adhuc & cathedram à domino conſecratam fœtida ſeſſionis tuæ acceſſione coinquinas? abſcede à domo dei, ne à te amplius polluatur. Cui ait, Et quia mihi meretricis nomen imponis,multas tibi parabo inſidias ob deſideria mulierum. Et hęc dicens, ſicut fumus euanuit. Veruntamen ſacerdos tentatus eſt per commotionem corporis ad concupiſcentiam : ſed ſigno crucis ſanctæ munitus, nihil ei inimicus nocere potuit. Ferũt etiam ipſum H in arce Cẽtobẽnici mõtis monaſteriũ collocaſſe,vbi nũc oratoriũ eſt, & ibi ſe diebus quadrageſimæ ſanctæ recludere: die autẽ cœnæ dominicæ cum magno pſallentio comitantibus clericis, ciuibuſque, ad eccleſiã ſuam reuertebatur. Quo migrante, Sidonius ex præfecto ſubſtituitur, vir ſecũdum ſeculi dignitatẽ nobiliſſimus,& de primis Galliarũ ſenatoribus : ita vt filiam ſibi Auiti imperatoris in matrimonio ſociaret. Huius tẽpore, cùm adhuc apud vrbem Aruernam Victorius, cuius ſuprà meminimus,moraretur,fuit in monaſterio beati Cyriaci,vrbis ipſius abbas, Abraham nomine : qui fide atque operibus Abrahæ illius prioris refulgebat,ſicut in libro vitæ eius ſcripſimus.

Eparchium ſigno crucis pellit tentationes.

CAP. XXII. *Sidonius deſtitutus libro memoriter celebrauit.*

Sanctvs verò Sidonius tantæ facundiæ erat, vt plerumque ex improuiſo luculentiſſimè quæ voluiſſet, nulla obſiſtente mora componeret. Contigit autem quadam die, vt ad feſtiuitatem baſilicæ monaſterij, cuius ſupra meminimus, inuitatus accederet : ablatóque ſibi nequiter libello, per quem ſacro ſancta ſolennia agere conſueuerat, ita paratus à tẽpore cunctum feſtiuitatis opus explicuit, vt ab omnibus miraretur, nec putaretur ab adſtantibus ibidem hominem locutum fuiſſe, ſed angelum. Quod in præfatione libri quem de Miſſis ab eo compoſitis, coniunximus, plenius declarauimus. Cùm autem eſſet magnificæ ſanctitatis, atque, vt diximus, ex ſenatoribus primis, plerumque neſciente coniunge,vaſa argentea auferebat à domo,& pauperibus erogabat.Quod illa cùm cognoſceret, ſcandalizabatur in eum: ſed tamen dato egenis precio, ſpecies domi reſtituebat. I

CAP. XXIII *Presbyter præua in Epiſcopum moliens euauit viſcera.*

Cvmqve ad officium dominicum fuiſſet mancipatus, & ſanctam ageret in ſeculo & vitã, ſurrexere contra eum duo presbyteri, & ablata ei omni poteſtate à rebus Eccleſiæ, arctum ei victum & tenuem relinquentes, ad ſummam eum contumeliam redegere. Sed non longi temporis ſpacio inultam eius iniuriam diuina voluit ſuſtinere clementia: nam vnus ex his nequiſſimis & indignis dici presbyteris, cùm ante noctem minatus fuiſſet eum de Eccleſia velle extrahere, ſignum ad matutinas audiens fuiſſe commotum, feruens felle contra ſanctum dei ſurrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die præcedente tractauerat. Ingreſſus autem in ſeceſſum ſuum, dum ventrem purgare nititur,ſpiritum exhalauit. Expectabat enim puer à foris cum cereo dominum egreſſurum. Iámque aduenerat lux, & ſatelles eius,id eſt alius presbyter, mittit nuncium, dicens : Veni ne tardaueris, vt quæ nobis die heſterna conuenerant, pariter expleamus. Sed cùm reſponſa dare differret exanimis, eleuato puer velo oſtij,reperit dominum ſuper cellulam ſeceſſus defunctum. Vnde in- K

Arrij mors fœtida. Niceph.l.8.c.51.

dubitatum eſt, non minoris criminis hunc reum eſſe, quàm Arrium illum, cui ſimiliter in ſeceſſu fuere interna depoſita per partes inferiores egeſta: quia nec iſtud ſine hæreſi poteſt accipi, vt in Eccleſia non obediatur ſacerdoti dei, cui ad paſcendum oues commiſſæ ſunt:& ille ſe ingerat poteſtati, cui neque à deo, neque ab hominibus aliquid eſt commiſſum. Dehinc beatus ſacerdos, vno adhuc manente nihilominus inimico, ſuæ reſtituitur poteſtati. Factum eſt autem poſt hæc, vt accedẽte febre ægrotare cœpiſſet, qui rogat ſuos, vt eum in Eccleſiam ferrent. Cúmque illuc inlatus fuiſſet, conueniebat ad eum multitudo virorum ac mulierum, ſimúlque etiam & infantium plangentium atque dicentium: Cur nos deſeris paſtor bone, vel cui nos quaſi orphanos derelinquis? Nunquid erit nobis poſt tranſitũ tuũ vita? nunquid erit poſtmodũ qui nos ſapientiæ ſale ſic cõdiat? aut

A aut ad dominici nominis timorem talis prudẽtiæ ratione redarguat?Hæc & his ſimilia,populis cum magno fletu dicentibus, tandem ſacerdos ſpiritu in ſe ſancto influente reſpondit : Nolite timere ô populi, ecce frater meus Aprunculus viuit,& ipſe erit ſacerdos veſter. Qui non intelligentes,putabant eum loqui aliquid in extaſi. Quo migrante, presbyter ille nequam, alter ex duobus qui remãſerat,protinus omnem facultatem Eccleſiæ,tanquam ſi iam epiſcopus eſſet,inhians cupiditate,prę-occupat, dicens : Tandem reſpexit in me deus, cognoſcens me iuſtiorem eſſe Sidonio, largituſque eſt mihi hanc poteſtatem. Cúmque per totam vrbem ſuperbus ferretur, adueniente die dominico qui imminebat poſt tranſitum ſancti viri, præparato epulo, iuſſit cunctos ciues in domo Eccleſiæ inuitari : deſpectíſque ſenioribus, primus recumbit in toro. Cui oblato pincerna poculo ait: Domine mi, vidi ſomnium, quod ſi permittis edicam. Videbam hac nocte dominica, & ecce erat domus magna,& in domo erat thronus poſitus,in quo quaſi iudex reſidebat,cunctis poteſtate præſtantior, cui adſiſtebãt multi ſacerdotum in albis veſtibus,ſed & promiſcuæ populorum turbę valdè innumerabiles. Verùm cùm hæc trepidus contemplarer, conſpicio eminus inter eos beatum adſtare Si-
B donium, & cum presbytero illo tibi chariſſimo, qui ante hos paucos annos de hoc mundo migrauit, adtentè litigantem : quo deuicto, iubet rex vt in imis carceris anguſtiis retrudatur: ablatóque iſto, contra te iterum ſuggerit,dicens: Te in eo ſcelere propter quod ille prior damnatus fuerat, fuiſſe participem. Verùm vbi iudex, quem ad te tranſmitteret, ſollicitè cœpit inquirere, ego me inter reliquos occulere cœpi, & à tergo ſtatui, tractans apud memetipſum, ne fortè ego qui notus ſum homini,mittat. Dum hæc mecum tacitus voluerem, amotis omnibus remanſi ſolus in publico: vocatúſque à iudice, propius accedo. Cuius virtutem atque ſplendorem contuens, cœpi hebes effectus, titubare præ metu. Et ille, Ne timeas puer, inquit : ſed vade, dic presbytero illi : Veni ad reſpondendam cauſam, quia Sidonius te accerſiri deprecatus eſt. Tu verò ne moram facias ad eũdum, quia ſub grandi teſtificatione mihi præcepit rex ille tibi hæc loqui, dicens, Si tacueris, morte peſſima morieris. Hæc eo loquente, exterritus presbyter, elapſo de manu calice, reddidit ſpiritum. Ac de recubitu ablatus, mortuus ſepulturæ mandatus eſt, poſſeſſurus infernum cum ſatellite ſuo. Tale
C iudicium ſuper contumaces clericos dominus in hunc prætulit mundum, vt vnus Arrij ſortiretur mortem, alius tanquam Simon Magus, apoſtoli ſancti oratione ab excelſa arce ſuperbiæ præceps allideretur. Qui non ambiguntur pariter poſſidere tartarum, qui ſimul egerunt nequiter contra ſanctum epiſcopum ſuum. Interea cùm iam terror Francorum reſonaret in his partibus, & omnes eos amore deſiderabili cuperent regnare, ſanctus Aprunculus Lingonicæ ciuitatis epiſcopus, apud Burgundiones cœpit haberi ſuſpectus. Cúmque odium de die in diem creſceret, iuſſum eſt vt clam gladio feriretur. Quo ad eum perlato nuncio nocte à caſtro Diuionenſi per murum de- *Aprunculus Aruer. ſit Epiſcopus.*
miſſus, Aruernos aduenit, ibíque iuxta verbum domini, quod poſuit in ore ſancti Sidonij, vndecimus datur epiſcopus.

CAP. XXIIII. *Fames Burg.*

Sed tempore Sidonij epiſcopi, magna Burgundiam fames obpreſſit. Cumque populi per diuerſas regiones diſpergerentur, nec eſſet vllus qui pauperibus alimoniam largiretur, Ecdicius quidam ex ſenatoribus huius propinquus, magnam tunc rem in deo confiſus feciſſe perhibetur. Nam inua-
D leſcente fame, miſit pueros ſuos cum equis & plauſtris per vicinas ſibi ciuitates, vt eos qui hac inopia vexabantur, ſibi adducerent. At illi euntes, cunctos pauperes quotquot inuenire potuerunt, adduxere ad domos eius : ibíque eos per omne tempus ſterilitatis paſcens, ab interitu famis exemit. Fuereque, vt multi aiunt, amplius quàm quatuor millia promiſcui ſexus. Adueniente autem vbertate, ordinata iterum euectione, vnumquenque in locum ſuum reſtituit. Poſt quorum diſceſſum, vox ad eum è cœlis lapſa peruenit, dicens : Ecdici, Ecdici, quia feciſti rem hanc, tibi & *Ecdicius ſenator paſcit pauperes.*
ſemini tuo panis non deerit in ſempiternum, eo quòd obedieris verbis meis, & famem meam refectione pauperum ſatiaueris. Quem Ecdicium miræ velocitatis fuiſſe, multi commemorant. nã quadam vice multitudinem Gothorum cum decem viris fugaſſe perſcribitur. Sed & ſanctus Patiens Lugdunenſis epiſcopus, ſimile huic in ipſa fame populis præſtitiſſe perhibetur beneficium. Extat enim hodieque apud nos beati Sidonij epiſtola, in qua eum declamatoriè conlaudauit.

CAP. XXV. *De Euarice perſequutore.*

Hvivs tempore & Euarix rex Gothorum, excedens Hiſpanum limitem, grauem in Galliis ſuper Chriſtianos intulit perſecutionem. Truncabat paſſim peruerſitati ſuæ non conſentientes,clericos carceribus ſubigebat : ſacerdotes verò, alios dabat exilio, alios gladio trucidabat. Nam &
E ipſos ſacrorum templorum aditus,ſpinis iuſſerat obſerari,ſcilicet vt raritas ingrediendi, obliuionem faceret fidei. Maximè tunc nouem Populanæ Geminæque Germaniæ vrbes, ab hac tempeſtate depopulatæ ſunt. Extat hodiéque & pro hac cauſa ab Baſiliũ epiſcopũ nobilis Sidonij ipſius epiſtola, quæ hæc ita loquitur. Sed perſecutor non poſt multum tempus, vltione diuina percuſſus interiit.

CAP. XXVI. *Perpetuus Turon. Epiſcopus.*

Post hæc beatus Perpetuus Turonicæ ciuitatis epiſcopus, impletis triginta annis, in pace quieuit: in cuius loco Voluſianus, vnus ex ſenatoribus, ſubrogatus eſt. Sed à Gothis ſuſpectus habitus, epiſcopatui ſui anno ſeptimo, in Hiſpanias eſt quaſi captiuus abductus, ſed protinus vitam finiuit. In cuius loco Virus ſuccedens, ſeptimus poſt beatum Martinum ordinatur epiſcopus.

CAP. XXVII *Voluſ. Virus. Chlodoueus arripit regnũ.*

His ita geſtis, mortuo Childerico, regnauit Chlodoueus filius eius pro eo. Anno autem quinto regni eius, Syagrius Romanorũ rex, Egidij filius, ad ciuitatẽ Sueſſionas, quã quõdã ſupra memoratus Egidius tenuerat, ſedem habebat. Super quem Chlodoueus cum Ragnachario parente ſuo, quia & Sſ

ipſe regnum tenebat, veniens, campum pugnæ præparari depoſcit. Sed nec iſte diſtulit, ac reſiſtere F metuit. Itaque inter ſe vtriſque pugnantibus, Syagrius eliſum cernens exercitum, terga vertit, & ad Alaricum regem, Tholoſam curſu veloci perlabitur. Chlodoueus verò ad Alaricum mittit, vt eum redderet: alioquin nouerit, ſibi bellum ob eius retentionem inferri. At ille metuens ne propter eum iram Francorũ incurreret, vt Gothorũ pauere mos eſt, vinctũ legatis tradidit. Quem Chlodoueus receptum, cuſtodiæ mancipari præcepit: regnóque eius accepto, eum gladio clàm feriri mãdauit. Eo tẽpore multæ Eccleſiæ à Chlodouei exercitu deprędatæ ſunt, quia erat ille adhuc fanaticis erroribus inuolucus. Igitur de quadam Eccleſia vrceum miræ magnitudinis ac pulchritudinis hoſtes abſtulerant, cum reliquis eccleſiaſtici miniſterij ornamentis: Epiſcopus autem Eccleſiæ illius, miſſos ad regem dirigit, poſcens vt ſi aliud de ſacris vaſis recipere non mereretur, ſaltem vel vrceum Eccleſiæ ſuæ recipiat. Hæc audiens rex, ait nuncio: Sequere nos vſque Sueſſionas, quia ibi cuncta quæ acquiſita ſunt, diuidenda erũt. Cũque mihi vas illud ſors dederit, quæ papa poſcit, adimpleam. Dehinc adueniens Sueſſionas, cuncto onere prædæ in medium poſito, ait rex: Rogo vos, ô fortiſſimi præliatores, vt ſaltem mihi vas iſtud (hoc enim de vrceo ſupra memorato dicebat) extra partem concedere non abnuatis. G Hæc rege dicente, illi quorum erat mens ſanior, aiũt: Omnia glorioſe rex, quæ cernimus tua ſũt: ſed & noſipſi tuo ſumus domino ſubiugati. Nũc quod tibi beneplacitum videtur, facito: nullus enim poteſtati tuæ reſiſtere valet. Cùm illi hæc ita dixiſſent, vnus leuis, inuidus ac cerebroſus, cum voce magna, eleuatam bipennem vrceo impulit, dicens, Nihil hinc accipies, niſi quæ tibi ſors vera largitur. Ad hæc obſtupefactis omnibus, rex iniuriam ſuam patientiæ lenitate coercuit: acceptúmque vrceum nuncio eccleſiaſtico reddidit, ſeruans abditum ſub pectore vulnus. Tranſacto verò anno, iuſſit omnem cum armorum apparatu aduenire phalangam, oſtenſuram in campo Martio ſuorum armorum nitorem. Verùm vbi cunctos circuire deliberat, venit ad vrcei percuſſorem, cui ait, Nullus tam inculta, vt tu, detulit arma: nam neque tibi haſta, neque gladius, neque ſecuris eſt vtilis: & adprehenſam ſecurim eius in terram deiecit: at ille cùm paululum inclinatus fuiſſet ad colligendum eam, rex eleuatis manibus, ſecurim ſuam capiti eius defixit. Sic, inquit, tu apud Sueſſionas in vrceo illo feciſti. Quo mortuo, reliquos abſcedere iubet. H Magnũ ſibi per hanc cauſam timorẽ ſtatuẽs: multa deinde bella victoriáſque fecit. Nã decimo regni ſui anno, Thoringis bellũ intulit, eoſdẽq; ſuis ditionibus ſubiugauit.

Chlod. Syagriũ occidit.

Chlodoueus adhuc gentilis calicem D. Rhemigio reddi iuſſit. Pau. Æmyl. lib. I. Vltio dilata.

CAP. XXVIII.

Chlodoueus Chrotildẽ ducit vxorem. Guag. & Æmil. l. I.

FVIT autem & Gundeuchus rex Burgundionum, ex genere Athanarici regis perſecutoris, de quo ſuprà meminimus. Huic fuerunt quatuor filij, Gundobaldus, Godegiſilus, Chilpericus, & Godomarus. Igitur Gundobaldus Chilpericum fratrem ſuum interfecit gladio, vxorémque eius ligato ad collum lapide, aquis immerſit. Huius duas filias exilio condemnauit: quarum ſenior, mutata veſte Mucuruna, iunior Chrothildis vocabatur. Porrò Chlodoueus, dum legationem in Burgundiam ſępius mittit, Chrothildis puella reperitur à legatis eius. Qui cùm eam vidiſſent elegantem atque ſapientem, & cognouiſſent quòd de regio eſſet genere, nunciauerunt hæc Chlodoueo regi. Nec moratus ille, ad Gũdobaldũ legationẽ dirigit, eã ſibi in matrimonio petens. Quod ille recuſare metuẽs, tradidit eã viris: illique accipiẽtes puellã, regi velocius repræſentant, qua viſa, rex valdè gauiſus, ſuo eam coniugio ſociauit, habens iam de concubina filium nomine Theodoricum.

CAP. XXIX.

IGITVR ex Chrothilde regina habuit filium primogenitum: quem cùm mulier baptiſmo cõſecrare vellet, I prædicabat aſſiduè viro dicens, Nihil ſunt dij quos colitis, qui neque ſibi, neque aliis poterunt ſubuenire: ſunt enim aut ex lapide, aut ex ligno, aut ex metallo aliquo ſculpti: nomina verò quæ in eis indidiſtis, homines fuere, non dij: vt Saturnus qui filio ne à regno depelleretur, per fugam elapſus adſeritur: vt ipſe Iupiter omnium ſtuprorum ſpurciſſimus perpetrator, inceſtator virorum, propinquarum deriſor, qui nec ab ipſius ſororis propriæ potuit abſtinere concubitu, vt ipſa ait: Iouíſque & ſoror & coniunx? Quid Mars Mercuriúſque potuere. Qui potius ſunt magicis artibus præditi, quàm diuini numinis potentiam habuêre. Sed ille magis coli debet qui cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, verbo ex non extantibus procreauit, qui ſolem lucere fecit, & cœlum ſtellis ornauit: qui aquas reptilibus, terras animantibus, aëra volatilibus adimpleuit: cuius nutu terræ frugibus, pomis arbores, vuis vineæ decorantur: cuius manu genus humanum creatum eſt: cuius largitione ipſa illa creatura omnis, homini ſuo quem creauit & obſequio & beneficio famulatur. Sed cum hæc regina diceret, nullatenus ad credendum regis animus mouebatur: ſed dicebat: Deorum noſtrorum iuſſione, cuncta creantur ac prodeunt: K Deus verò veſter nihil poſſe manifeſtatur, & quod magis eſt, nec de deorum genere eſſe probatur. Interea regina fidelis filiũ ad baptiſmũ exhibet: adornari Eccleſiã velis præcipit atque cortinis, quo facilius vel hoc myſterio prouocaretur ad credendum, qui flecti prædicatione non poterat. Baptizatus autem puer, quem Ignomerum vocitauerunt, in ipſis ſicut regeneratus fuerat albis obiit. Qua de cauſa commotus felle rex, non ſegniter increpabat reginam, dicens: Si in nomine deorum meorum puer fuiſſet dicatus, vixiſſet vtique: nunc autem quia in nomine dei veſtri baptizatus eſt, viuere omninò non potuit. Ad hæc regina, Deo, inquit, omnipotenti creatori omnium gratias ago, qui me non vſquequaque iudicauit indignam, vt de vtero meo genitum regno ſuo dignaretur adſcire. Mihi autem dolore huius cauſæ animus non adtingitur, quia ſcio in albis ab hoc mundo vocatos, dei obtutibus nutriendos. Poſt hunc verò genuit alium filium quem baptizatum Chlodo-

Iunonis verba ſunt apud Virg. I. Æne.

Ignomerus primogenitus baptizat⁹ in albis moritur.

A Chlodomerem vocauit: & hic cum ægrotare cœpiſſet, dicebat rex: Non poteſt aliud fieri niſi & de hoc, ſicut & de fratre eius, contingat, vt baptizatus in nomine Chriſti veſtri, protinus moriatur: ſed orante matre domino iubente conualuit.

CAP. XXX.

Chlodoueus Chriſto nomẽ ſpõdet ſi vinceret. Guag. Cenal. Aemil. lib. I.

REGINA verò non ceſſabat prædicare, vt Deum verum cognoſceret, & idola negligeret: ſed nullo modo ad hæc credenda poterat commoueri, donec tandem aliquando bellum contra Alamannos commoueretur: in quo compulſus eſt confiteri neceſſitate, quod prius voluntate negauerat. Factum eſt autem vt confligente vtroque exercitu, vehementer cæderentur: atque exercitus Chlodouei valdè ad internecionem ruere cœpit. Quod ille videns, eleuatis ad cælum oculis, compũctus corde, cõmotus in lachrymis ait: Ieſu Chriſte quẽ Chlothildis prædicat eſſe filium Dei viui, qui dare auxilium laboratibus, victoriámque in te ſperantibus tribuere diceris, tuæ opis gloriam deuotus efflagito: vt ſi mihi victoriam ſuper hos hoſtes indulſeris, & expertus fuero illam virtutem quam de te populus tuo nomini dicatus probaſſe ſe prædicat, credam tibi, & in nomine tuo baptizer. Inuocaui enim deos meos, ſed vt experior, elõgati ſunt ab auxilio meo: vnde credo eos nul-B lius eſſe poteſtatis præditos, qui ſibi obedientibus non ſuccurrunt. Te nunc inuoco, & tibi credere deſidero, tantũ vt eruar ab aduerſariis meis. Cúmque hæc diceret, Alamanni terga vertentes, in fugam labi cœperunt. Cúm que regem ſuum cernerent interemptum, Chlodouei ſeditionibus ſubdunt, dicentes: Ne amplius, quæſumus, pereat populus: iam tui ſumus. At ille prohibito bello, coarctatóque populo, cum pace regreſſus, narrauit reginæ qualiter per inuocationem nominis Chriſti, victoriam meruit obtinere.

CAP. XXXI.

Paul. Aemil. adiungit etiã D. Medardũ.

TVNC Regina accerſiri clàm ſanctum Remigium, Remenſis vrbis epiſcopum iubet, deprecãs vt regi verbum ſalutis inſinuaret. Quem ſacerdos accerſitum, ſecretius cœpit inſtigare: vt Deum verum factorem cæli & terræ crederet, idola negligeret, quæ neque ſibi, neque aliis prodeſſe poſſunt. At ille ait: Libenter te ſanctiſſime pater audiam, ſed reſtat vnum, quòd populus qui me ſequitur, non patitur relinquere deos ſuos: ſed vado & loquor eis iuxta verbum tuum. Conueniens autem cum ſuis priuſquam ille loqueretur, præcurrente potentia Dei, omnis populus pariter adclamauit, Mortales deos abigimus, pie rex, & deum quem Remigius prædicat, immortalem ſequi parati ſumus. C Nunciãtur hæc antiſtiti, qui gaudio magno repletus, iuſſit lauacrũ præparari. Velis depictis adumbrantur plateæ Eccleſiæ, cortinis albentibus adornantur, baptiſterium componitur, balſama diffunduntur, micant flagrantes odore cerei, totúmque templum baptiſterij diuino reſpergitur ab odore. Talémque ibi gratiam adſtantibus Deus tribuit, vt æſtimarent ſe Paradiſi odoribus conlocari. Rex ergo prior popoſcit ſe à pontifice baptizari: procedit nouus Conſtantinus ad lauacrum, deleturus lepræ veteris morbum, ſordentéſque maculas geſtorum antiquorum recenti latice deleturus. Cui ingreſſo ad baptiſmum, ſanctus Dei ſic infit ore facundo: Mitis depone colla Sicamber, adora quod incendiſti, incende quod adoraſti. Erat enim ſanctus Remigius epiſcopus egregiæ ſcientiæ, & rhetoricis adprime imbutus ſtudiis: ſed & ſanctitate ita prælatus, vt Silueſtri virtutibus æquaretur. Eſt enim nunc liber vitæ eius, qui eum narrat mortuum ſuſcitaſſe. Igitur rex omnipotentem deum in trinitate confeſſus, baptizatus eſt in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, delibutúſque ſacro chriſmate cum ſignaculo crucis Chriſti. De exercitu verò eius baptizati ſunt amplius tria millia. D Baptizata eſt & ſoror eius Alboſledis, quæ non poſt multum tempus migrauit ad dominum: pro qua cùm rex cõtriſtaretur, ſanctus Remigius cõſolatoriã miſit epiſtolã, quæ hoc modo ſumpſit exordium: Angit me & ſatis me angit veſtræ cauſa triſtitiæ, quòd bonæ memoriæ germana veſtra tranſiit Alboſledis. Sed de hac re conſolari poſſumus: quia talis de hoc mũdo migrauit, vt ſuſpici magis debeat quã lugeri. Conuerſa eſt enim & alia ſoror eius Lãthildis nomine, quæ in hęreſin Arrianorũ dilapſa fuerat, quæ confeſſa æqualem filium patri & ſpiritum ſanctum chriſmata eſt.

Chlodoueus baptizatur.

Rhemigius mortuũ ſuſcitauit.

CAP. XXXII.

Bellũ aduerſus Gundobaldum.

Gũdobaldus vincitur.

TVNC Gũdobaldus & Godegiſilus fratres, regnũ circa Rhodanum aut Ararim cum Maſſilienſi prouincia retinebant. Erant autem tam illi quàm populi eorum, Arrianæ ſectæ ſubiecti. Cúmque ſe inuicem impugnarent, audiens Godegiſilus Chlodouei regis victorias, miſit ad eum legationem occultè, dicens: Si mihi ad perſequendum fratrem meum præbueris auxilium, vt eum bello interficere aut de regno eiicere poſſim, tributum tibi quale tu ipſe velis iniungere, annis ſingulis diſſoluam. Quod ille libenter accipiens, auxilium ei vbicunque neceſſitas poſceret, repromiſit. Et ſtatuto tempore contra Gundobaldum, exercitum commouit. Quo audito Gundobaldus E ignorans dolum fratris, miſit ad eum, dicens: Veni in adiutorium meum, quia Franci ſe cõmouent contra nos, & regionem noſtram adeunt vt eam capiant: ideóque ſimus vnanimes aduerſus gentem inimicam nobis, ne ſeparati inuicem, quod aliæ gentes paſſæ ſunt, perferamus. At ille, Vadam, inquit, cum exercitu meo, & tibi auxilium præbebo. Mouentéſque ſimul hi tres exercitum, id eſt Chlodoueus contra Gundobaldum, & Godegiſilus cum omni inſtrumento belli ad caſtrum cui Diuione nomen eſt, peruenerunt. Confligentéſque ſuper Oſcaram fluuium, Godegiſilus Chlodoueo cõiungitur, ac vterque exercitus Gũdobaldi populum atterit. At ille dolum fratris, quem non ſuſpicabatur, aduertens, terga dedit, fugámque iniit, Rhodanitidéſque ripas percurrens, Auenionem vrbem ingreditur. Godegiſilus verò obtenta victoria, promiſſa Chlodoueo aliqua parte regni ſui, cum pace diſceſſit, Viennamque triumphans, tanquam ſi iam totum poſſideret regnum, ingreditur. Auctis adhuc Chlodoueus rex viribus, poſt Gundobaldum abiit, vt eum

de ciuitate extractum interimeret. Quod ille audiens pauore perterritus, metuebat ne ei mors repẽ- F
tina succederet. Habebat tamen secum virum inlustrem Aredium, strenuum atque sapientem, ad
quem ad se accersitum ait, Vallant me vndique angustiæ, & quid faciam ignoro, quia venerunt hi
Barbari super nos, vt nobis interempris regionem totam euertant. Ad hæc Aredius ait, Oportet te
lenire feritatem hominis huius, ne pereas. nunc ergo si placet in oculis tuis, ego à te fugere, & ad
eum transire consimulo: cúmque ad eum adcessero, ego faciam vt neque te, neque hanc
euertat regionem. Tantum, vt quod tibi per meum consilium demandauerit, implere studeas, do-
nec causam tuam dominus prosperam facere sua pietate dignetur. Et ille, Faciam, inquit, quæ-
Aredius de- cunque mandaueris. Hæc eo dicente, vale dicens Aredius discessit: & ad Chlodoueum re-
sertor Gundo- gem abiens, ait, Ecce ego humilis seruus tuus, piissime rex, ad tuam potentiam venio, relin-
baldi. quens illum miserrimum Gundobaldum. Quia si me pietas tua recipere dignatur, integrum in
me famulum atque fidelem, & tu & posteri tui habebitis. Quem ille promptissimè colligens,
secum retinuit: erat enim iocundus in fabulis, strenuus in consiliis, iustus in iudiciis, & in com-
missos fidelis. Denique Chlodoueo cum omni exercitu circa muros vrbis residente, ait Aredius, Si G
dignanter, ô rex, gloria celsitudinis tuæ paucos humilitatis meæ sermones velit accipere, consilio
licet non egeatis, tamen fide integra ministrabo, idémque vel tibi congruum, vel ciuitatibus erit
per quas transire deliberas. Cur, inquit, retines exercitum, cùm loco firmissimo tuus residеat ini-
micus? Depopularis agros, prata depascis, vineas dissipas, olieta succidis, omnésque regionis
fructus euertis: interim & illi nocere non præuales. Mitte potius legationem, & tributum quod ti-
bi annis singulis dissoluat, impone, vt & regio salua sit, & tu tributa dissoluenti perpetuò domineris:
Gundobaldus quòd si noluerit, tũc quod libuerit facies. Quo consilio rex accepto hostem patriæ redire iubet ad
tributarius propria. Tũc missa legatione ad Gundobaldũ, vt ei per singulos annos tributa imposita reddere de-
Chlodouei. beat, iubet. At ille & de præsenti soluit, & deinceps soluturum esse se promittit.

CAP. XXXIII. POST hæc resumptis viribus, iam despiciens regi Chlodoueo tributa promissa dissoluere, contra
Godegisilum fratrem suum exercitum commouit, eumque apud Viennam ciuitatem inclusum ob-
sedit. Verum vbi minori populo alimenta deficere cœperunt, timens Godegisilus, ne ad se vsque fa- H
Electus art. mes extenderetur, iussit expelli minores populi ab vrbe. Quo facto expulsus est inter cæteros arti-
fex prodit ci- fex ille ab vrbe, cui de aquæ ductu cura manebat. Ille verò indignans, quòd fuerat electus ab vrbe
uitatem. cum cæteris, ad Gundobaldum furibundus vadit, indicans qualiter ciuitatem inrumpens, vltio-
nem exerceret in fratrem. Illo quoque duce exercitu per aquæductum directo, multis cum ferreis
vectibus præcedentibus (erat autem spiculum illius lapide magno conclusum) quo cum vectibus
illis per magisterium artificis repulso, ciuitatem introeunt: illisque de muro sagittantibus, hi terga
premunt. Dato autem de medio ciuitatis sono buccinæ, obsidentes portas capiunt, apertísque pa-
riter ingrediuntur. Cumque inter duas has acies populus vrbis ab vtroque exercitu cæderetur, Go-
Godegisilus degisilus ad ecclesiam hæreticorum confugit, ibique cum episcopo Arriano interfectus est. Deni-
occiditur. que Franci qui apud Godegisilum erant, in vnam se turrim congregant. Gundobaldus autem iussit,
ne vni quidé ex ipsis aliquid noceretur, sed adprehensos eos Tholosæ in exilium ad Alaricum regem
trãsmisit, interfectis senatoribus Burgũdionibúsque qui Godegisilo cõsenserãt. Ipse verò regionem
omnẽ quę nunc Burgundia dicitur, in suo dominio restaurauit. Burgundionibus leges mitiores in- I
stituit, ne Romanos opprimerent.

CAP. XXXIIII. CVM autem cognouisset assertiones hæreticorum nihil esse à sancto Auito episcopo Viennensi,
Gundobaldus Christũ filiũ dei & spiritum sanctum æqualem patri confessus, clã vt chrismaretur expetiit. Cui ait
renuntiat Ar- sacerdos, Si verè credis quod nos ipse dominus edocuit, exequere. Ait autem, Si quis me confessus
rianismo. fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cœlis: qui autem nega-
uerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui est in cœlis. Sic & ipsos
sanctos ac dilectos suos beatos apostolos cùm de futuræ persecutionis tentationibus doceret,
insinuauit, dicens: Adtendite vobis ab hominibus, tradent enim vos in conciliis & in synagogis
suis, flagellabunt vos, & ante reges & præsides stabitis propter me in testimonium illis & gentibus.
Tu verò cùm sis rex: & à nullo adprehendi formides, seditionem paueſcis populi ne creatorem om-
nium in publico fatearis. Relinque hanc stultitiam, & quod corde te dicis credere, ore profer in
plebe. Sic etenim & beatus apostolus ait: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad K
salutem. Sic & propheta ait; Confitebor tibi domine in ecclesia magna, in populo graui lau-
dabo te. Et iterum: Confitebor tibi in populis domine, psalmum dicam nomini tuo inter gentes.
Metuens enim populum, ô rex, ignoras quia satius est vt populus sequatur fidem tuam, quàm tu in-
firmitati faueas populari? Tu enim es caput populi, non populus caput tuum. Si enim ad bellum pro-
ficiscaris, tu præcedis cateruas hostiũ, & illæ quò abieris, subsequuntur. Vnde melius est, vt te præce-
dente cognoscant veritatem, quàm te pereunte permaneant in errore. Nã deus non inridetur: nec
enim diligit illum, qui propter terrenũ regnum, eũ non cõfitetur in seculo. Ista ille ratione cõfusus,
vsque ad exitũ vitæ suæ in hac insania perdurauit, nec publicè æqualitatem Trinitatis voluit confite-
ri. Magnæ enim facũdiæ erat tũc tẽporis beatus Auitus. nãque insurgẽte hæresi apud vrbẽ Cõstanti-
nopolitanam, tam illa quam Eutichus, quàm illa quã Sabellius docuit, id est nihil diuinitatis ha-
Auiti scripta. buisse dominũ nostrum Iesum Christum: rogante Gundobaldo rege, ipse contra eas scripsit. Extant
exindè

A exindè nunc apud nos epistolæ admirabiles, quæ sicut tunc hæresim oppresserunt, ita nunc eccle-
siam dei ædificant. Scripsit enim Homiliarum librum vnum de Mundi principio, & de diuersis aliis
conditionibus libros sex versu compaginatos: Epistolarum libros nouem, inter quas supradictæ
continentur epistolæ: referens in quadam homilia quam de Rogationibus scripsit, has ipsas Ro-
gationes quas ante Ascensionis dominicæ triumphum celebramus, à Mamerto ipsius Viennensis
vrbis episcopo, cui & hic eo tempore præerat, institutas fuisse, dum vrbs illa multis terreretur pro- *Rogationes*
digiis. Nam terræ motu frequenter quatiebatur: sed & ceruorum atque luporum feritas, portas in- *Mamertus in-*
gressa, per totam, vt scripsit, vrbem, nihil metuens oberrabat. Cúmque hæc per anni circulum ge- *stituit.*
rerentur, aduenientibus Paschalis solennitatis diebus, expectabat misericordiam dei plebs tota deuotè, vt vel hic magnæ solennitatis dies huic terrori terminum daret. Sed in ipsa gloriosæ noctis vi-
gilia, dum Missarum celebrarentur solennia, subitò palatium regale intramuraneum diuino igne
succenditur, pauore omnibus perterritis, & Ecclesiam egressis, credentibus, ne aut hoc incendio
vrbs tota cõsumeretur, aut certè disrupta tellure dehiscret, sanctus sacerdos prostratus ante altare
B cum gemitu & lachrymis, domini misericordiam imprecatur. Quid plura? penetrauit excelsa poli *Oratio restin-*
oratio pontificis inclyti, restinxítque domus incendium flumen profluentiam lachrymarum. Cum- *guit incendiũ*
que hæc agerentur, adpropinquante Ascensione, vt iam diximus, maiestatis dominicæ, indixit po-
pulis ieiunium, instituit orandi modum, edendi seriem, erogandi hilarem dispensationem. Cessan-
tibus quoque exindè terroribus, per cũctas prouincias dispersa facti fama, cũctos sacerdotes imitari
commonuit quod sacerdos fecit ex fide: quæ vsque nunc in Christi nomine, per omnes Ecclesias in
compunctione cordis & contritione spiritus celebratur.

CAP. XXXV. IGITVR Alaricus rex Gothorum, cum videret Chlodoueum regem gentes assiduò debellare, le- *Alaricus &*
gatos ad eum dirigit, dicens: Si frater meus velit, insederat animo vt nos deo propitio pariter vide- *Chlodoueus cõ-*
remus. Quod Chlodoueus non respuens, ad eũ venit. Coniũctique in insula Ligeris, quæ erat iuxta *ueniunt.*
vicum Ambaciensem territorij vrbis Turonicæ, simul locuti, comedentes pariter ac bibentes, pro-
missa sibi amicitia pacifici discesserunt.

CAP. XXXVI. MVLTI iam tunc ex Galliis habere Francos dominos, summo desiderio cupiebant. Vnde factũ *Quintianus*
C est vt Quintianus Rutenorum episcopus, per hoc odium ab vrbe depelleretur, dicebant enim ei: *Rutenorum*
Quia desiderium tuum est, vt Francorum dominatio possideat terram hanc. Post dies autem pau- *Episcopus.*
cos, orto inter eum & ciues scandalo, Gothos qui in hac vrbe morabantur, suspicio attigit expro-
brantibus ciuibus, quòd velit se Francorũ ditionibus subiugare, consilioque accepto, cogitauerunt
eum perfodere gladio. Quod cum viro dei nunciatum fuisset, de nocte consurgens cum fideliſ-
simis ministris suis, ab vrbe Rutena egrediens, Aruernos aduenit. Ibíque à sancto Eufrasio episco-
po, qui quondam Aprunculo Diuionensi successerat, benignè susceptus est, largitúsque ei tam do-
mibus quàm agris & vineis, secum retinuit dicens, Sufficit huius facultas Ecclesiæ vt vtrunque su-
stineat: tantum charitas quam beatus apostolus prædicat, permaneat inter sacerdotes dei. Sed &
Lugdunẽsis episcopus largitus est ei aliqua possessionis Ecclesiæ suæ quam in Aruerno habebat. Re-
liqua verò de sancto Quintiano tam insidiæ quas pertulit, quàm illa quæ per eum dominus operari
dignatus est, scripta sunt in libro vitæ eius.

CAP. XXVIII. D IGITVR Chlodoueus rex ait suis: Valdè molestè fero, quòd hi Arriani partem teneant Galliа-
rum. Eamus cum dei adiutorio, & superatis redigamus terram in ditionem nostram. Cúmque pla- *Bellum cum*
cuisset omnibus hic sermo, commoto exercitu Pictauos dirigit. ibi tunc Alaricus commorabatur. *Alarico.*
Sed quoniam pars hostium per territorium Turonicum transibat, pro reuerentia beati Martini de-
dit edictum, vt nullus de regione illa aliud quàm herbarum alimenta aquámque præsumeret. Qui-
dam autem de exercitu, inuento cuiusdam pauperis fœno, ait, Nónne rex herbam tantum præsu- *Turoniũ posses-*
mi mandauit, & nihil aliud? & hoc, inquit, herba est. Non enim erimus transgressores præcepti eius *sione pro re-*
si eam præsumimus. Cúmque vim faciens pauperi, fœnum vi abstulisset, factum peruenit ad regem: *uerentia Be-*
quo dicto citius gladio perempto ait, Et vbi erit spes victoriæ, si beatus Martinus offenditur? satis- *ti Martini ve-*
que fuit exercitui, nihil vlterius ab hac regione præsumere. Ipse verò rex direxit nuncios ab bea- *retur chlo.at*
tam basilicam, dicens, Ite, & forsitan aliquod victoriæ auspicium ab æde sancta suscipietis. Tunc *tingere.*
datis muneribus, quæ loco sancto exhiberent, ait, Si tu domine adiutor mihi es, & gentem
E hanc incredulam, sempérque æmulam tibi, meis manibus tradere decreuisti, in ingressu basilicæ
sancti Martini dignare propitius reuelare, vt cognoscam quia propitius dignaberis esse fa-
mulo tuo. Maturantibus autem pueris, & ad locum accedentibus, iuxta imperium regis, dum
sanctam ingrederentur basilicam, hanc Antiphonam ex improuiso primecerius qui erat incepit: Præcinxisti me domine virtute ad bellum: supplantasti insurgentes in me subtus me, & *Auspiciũ vi-*
inimicorum meorũ dedisti mihi dorsũ, & odientes me disperdisti. Quod satellites audientes, & do- *ctoriæ petitum*
mino gratias agẽtes, & vota beato cõfessori promittẽtes, læti nũtiauerũt regi. Porrò ille cũ ad fluuiũ *ab ecclesia.*
Vigennã cum exercitu aduenisset, per quem locum transire deberet, penitus ignorabat, intumuerat
enim ab inundatione pluuiarum. Cumque illa nocte dominum deprecatus fuisset, vt ei vadum quò
transire possit dignaretur ostendere, mane facto cerua miræ magnitudinis ante eos nutu dei,
flumen ingreditur, illaque vadante, populus quo transire possit, agnouit. Veniente autem rege
apud Pictauos, dum eminus in tentoriis commoraretur, Pharus ignea de basilica sancti Hilarij

egressa, visa est ei tanquam super se aduenire, scilicet vt lumine beati confessoris adiutus Hilarij, liberius hæreticas acies, contra quas sæpe idem sacerdos pro fide conflixerat, debellaret. Contestatus est autem omni exercitui, vt nec ibi quidem aut in via aliquid spoliarent, aut res cuiusquam diriperent. Erat in his diebus vir laudabilis sanctitatis Maxentius abbas reclusus in monasterio suo ob dei timorem: intra terminum Pictauensem. Cuius monasterij nomen lectioni non indidimus, quia locus ille vsque hodiè Cellula sancti Maxentij vocatur. Cuius monachi cum hostium cuneum vnum ad monasterium cernerent propinquare, abbatem exorant, vt de cellula sua egrederetur ad consulendum eis. Illóque demorante, hi timore percussi, eum aperto ostio producunt de cellula sua. At ille in occursum hostium, quasi pacem rogaturus, pergit intrepidus. Vnus autem ex his etaginato gladio, vt caput eius libraret, manus ad aurem erecta diriguit, gladiusque retrorsum ruit. At ipse ad pedes beati viri veniam deposcens sternitur. Quod videntes reliqui, cum timore maximo ad exercitum redierunt, timentes ne & ipsi pariter interirent. Huius verò brachium, beatus confessor cum oleo benedicto contrectans, impósito signo crucis restituit sanum. Eiusque obtentu monasterium permansit inlæsum. Multasque & alias virtutes operatus est, quas si quis diligenter inquiret, librum vitæ illius legens, cuncta reperiet. Interea Chlodoueus rex cum Alarico rege Gothorum in campo Vocladense, decimo ab vrbe Pictaua miliario conuenit: & confligẽtibus his eminus resistunt, comminus illi. Cúmque secundum cõsuetudinem Gothi terga vertissent, ipse rex Chlodoueus victoriam, domino adiuuante, obtinuit. Habebat autem in adiutorium suum filium Sygiberti Claudi, nomine Chlodericum. Hic Sygibertus pugnans contra Alamannos apud Tulbiacense oppidum, percussus in geniculo claudicabat. Porrò rex cum fugatis Gothis Alaricum regem interfecisset, duo ex aduerso subitò aduenientes, cum contis vtraque ei latera feriunt. Sed auxilio tam loricæ quàm velocis equi, ne periret, exemptus est. Maximus ibi tunc Aruernorum populus, qui cum Apollinare venerat, & primi qui erant ex senatoribus, conruerunt. De hac pugna Amalaricus filius Alarici in Hispaniam fugit, regnúmque patris sagaciter occupauit. Chlodoueus verò filium suum Theodoricum per Albigensem ac Rutenam ciuitatem ad Aruernos dirigit. Qui abiens, vrbes illas à finibus Gothorum vsque Burgundionum terminum, patris sui ditionibus subiugauit. Regnauit autem Alaricus vigintiduos annos. Chlodoueus verò apud Burdegalẽsem vrbẽ, hyemẽ agẽs, cũctos thesauros Alarici à Tholosa auferẽs, Engolismã venit. Cui dominustãtã gratiã tribuit, vtin eius cõtẽplatione muri spõte cõruerẽt. Tũc exclusis Gothis vrbẽ suo dominio subiugauit. Patrarapost hęc victoria, Turonos regressus est, multa sãctę basilicę beati Martini munera offerẽs.

Percussor vir. sancti manus diriguit.
Oleum benedictum.
Crux.
Clodoueo venienti Engolismenses mœnia reserant.

CAP. XXXVIII. *Clodou. fit senator patric. Rom.*

IGITVR ab Anastasio imperatore codicillos de consulatu accepit, & in basilica beati Martini tunica blatea indutus est, & chlamyde, imponens vertici diadema. Tunc ascenso equo, aurum argentúmque in itinere illo quod inter portam atrij & ecclesiam ciuitatis est, præsentibus populis manu propria spargẽs, volũtate benignissima erogauit, & ab ea die tãquã cõsul & Augustus est vocitatus. Egressus autẽ à Turonis Parisios venit: ibíque cathedrã regni cõstituit. Ibi & Theodoricus ad eũ venit.

CAP. XXXIX. *Licinius episcopus locare demptionis vi fitauit.*

DENIQVE migrante Eustochio Turonorum episcopo, octauus post sanctum Martinum Licinius Turonicis episcopus ordinatur. Huius tempore bellum superius scriptum gestum est. Et huius tempore Chlodoueus rex Turonos venit. Hic fertur in oriente fuisse, ac loca visitasse sanctorum, ipsamque adiisse Hierosolymam, & loca passionis ac resurrectionis dominicæ, quæ in euangeliis legimus, sæpe vidisse.

CAP. XL.

CVM autem Chlodoueus rex apud Parisios moraretur, misit clam ad filium Sygiberti dicens, Ecce pater tuus senuit, & pede debili claudicat. Si ille, inquit, moreretur, rectè tibi cum amicitia nostra regnum illius redderetur. Qua ille cupiditate seductus, patrem molitur occidere. Cúmque ille egressus de Colonia ciuitate, transacto Rheno, per Burconiam siluam ambulare disponeret, meridiè in tentorio suo obdormiens, immissis super eum filius percussoribus, eum ibidẽ interfecit, tanquam regnum illius possessurus. Sed iudicio dei in foueã quam patri hostiliter fodit, incidit. Misit igitur nuncios ad Chlodoueum regem de patris obitu nunciantes atque dicẽtes: Pater meus mortuus est, & ego thesauros cum regno eius penes me habeo. Dirige tuos ad me, & ea quæ tibi de thesauris illius placent, bona voluntate transmittam. Et ille, Gratias, inquit, tuæ volũtati ago, & rogo vt veniẽtibus nostris patefacias, cuncta ipse deinceps possessurus: quibus venientibus iste patris thesauros pandit. Qui dum diuersa respicerent, ait, In hanc arcellulam solitus erat pater meus numismata auri congerere. Immitte, inquiunt illi, manum tuam vsque ad fundum, vt cuncta reperias. Quod cùm feciſſet, & esset valdè declinus, vnus eleuata manu bipennem cerebro eius inlisit: & sic quæ in patrem egerat indignus incurrit. Quod audiens Chlodoueus, quòd scilicet interfectus esset Sygibertus, & filius eius, in eundem locum aduenies conuocat omnem populum illum, dicens: Audite quid cõtigerit: dum ego, inquit, per Scaldem fluuium nauigarem, Chlodericus filius parentis mei, patrem suum insequebatur verbo ferens, quòd ego eum interficere velim. Cúmque ille per Burconiam siluam fugeret, immissis super eum latrunculis, morti tradidit & occidit. Ipse quoque dum thesauros eius aperit, à nescio quo percussus interiit. Sed in his ego nequaquã cõscius sum. Nec enim possum sanguinẽ parentũ meorũ effundere: quod fieri nefas est. Sed quia hæc euenerunt, consilium vobis præbeo, si videtur, acceptum: conuertimini ad me, vt sub mea sitis defensione. At illi ista audientes, plaudentes tam palmis quàm vocibus, eum clypeo euectum super se regem constituunt.

Sygibertus occiditur à filio: & filius à Chlodoueanis.

constituunt, regnumq; Sygiberti acceptum cum thesauris, ipsos quoque suæ ditioni adsciuit. Prosternebat enim quotidiè deus hostes eius sub manu ipsius, & augebat regnum eius, eo quod ambularet recto corde coram eo, & faceret quæ placita erant in oculis eius.

CAP. XLI. *Chararicus rex cum filio occiduntur.*

POST hæc ad Chararicum regem dirigit. Quando autẽ cum Syagrio pugnauit, hic Chararicus euocatus ad auxiliũ Chlodouei eminus stetit, neutrã adiuuans partẽ, sed euentũ rei expectans, vt cui eueniret victoria, cum illo & hic amicitiam conligaret. Ob hanc causam contra eum indignans Clodoueus abiit, quem circumuentum dolis cepit cum filio, vinctosque totondit, & Chararicum quidem presbyterum, filium verò eius diaconum ordinari iubet. Cumque Chararicus de humilitate sua cõquereretur & fleret, filius eius dixisse fertur: In viridi, inquit, ligno hæ frondes succisæ sunt, nec omninò arescunt, sed velociter emergent vt crescere queant: vtinam tam velociter qui hæc fecit, intereat. Quod verbum sonuit in aures Clodouei, quod scilicet minarentur sibi cæsariem ad crescendum laxare: ipsumque interficere. At ille iussit eos pariter capite plecti. Quibus mortuis, regnum eorum cum thesauris & populis acquisiuit.

CAP. XLII. *Ragnacarius cum fratribus interficitur.*

ERAT autem tunc Ragnacarius rex apud Camaracum, tam effrenis in luxuria, vt vix vel propinquis quidem parentibus indulgeret. Is habebat Farronem consiliarium simili spurcitia lutulentum, de quo fertur, cùm aliquid aut cibi aut muneris vel cuiusliber rei Regi allatum fuisset, dicere solitũ: Hoc sibi suoque Farroni sufficere: pro qua re Franci maxima indignatione tumebant. Vnde factum est, vt datis aureis siue armillis vel baltheis Chlodoueus (sed totum adsimilatum auro: erat enim æreum deauratum sub dolo factum) hæc dedit proditoribus eius, vt super eum inimicarentur. Porrò cùm exercitum contra eum commouisset, & ille speculatores plerunque ad cognoscendum trãsmitteret, reuersis nunciis interrogat, quam valida hæc manus foret. Qui responderunt, Tibi tuoque Farroni maximum est supplementum. Veniens autem Chlodoueus, bellum cõtra eum instruit. At ille deuictum cernens exercitum suum, fuga labi parat, sed ab exercitu comprehensus, ac ligatis post tergum manibus in conspectu Chlodouei vnà cum Richario fratre suo perducitur. Cui ille, Cur, inquit, humiliasti genus nostrum, vt te vinciri permitteres? Melius enim tibi fuerat mori, & eleuatam securim capiti eius defixit. Conuersusque ad fratrem eius, ait, Si tu auxilium fratri tribuisses, alligatus vtique non fuisset. similiter & hunc securi percussum interfecit. Post quorum mortem, cognoscunt proditores eorum, aurum quod à rege acceperant esse adulterum. Quod cum regi dixisset, ille respondisse fertur, Meritò, inquit, tale aurum accepit, qui dominum suum ad mortem propria voluntate deducit. Hoc illis quod viuerent deberet sufficere, ne malè proditionem dominorum suorum luituri, inter tormenta deficerent. Quod illi audientes, optabant gratiam adipisci, illud sibi adferentes sufficere si viuere mererentur. Fuerunt autem supradicti reges propinqui huius: quorum frater Rignomeris nomine apud Cenomanniam ciuitatem, ex iussu Chlodouci interfectus est. Quibus mortuis, omne regnum eorum & thesauros Chlodoueus accepit. Interfectisque & aliis multis regibus vel parentibus suis primis, de quibus zelum habebat, ne ei regnum auferrent, regnum suum per totas Gallias dilatauit. Tamen congregatis suis, quadam vice dixisse fertur de parẽtibus quos ipse perdiderat: Væ mihi, qui tanquã peregrinus inter extraneos remansi, & nõ habeo de parentibus qui mihi, si venerit aduersitas, possit aliquid adiuuare. Sed hoc non de morte horum cõdolens, sed dolo dicebat, si forte potuisset adhuc aliquem reperire, vt interficeret.

Clodou. proditoribus adulterina dat munera.

CAP. XLIII. *Clodou. obiit Lutetiæ, sepultusq; est in cæde Petri & Pauli suburbana quã Visigotico vouerat bello: Genouefæ nũc appellatur: in cuius diuæ tutela vrbs est: quã regiã esse iusserat. Paul. Æmil. lib. I.*

HIS ita transactis, apud Parisios obiit: sepultusque in basilica sanctorum apostolorum, quam cum Chrothilde regina ipse construxerat. Migrauit autem post Vocladense bellum anno quinto. Fuerũtque omnes dies regni eius, triginta anni. Ætas tota, quadragintaquinque anni. A transitu ergo sancti Martini, vsque ad transitum Chlodouei regis, qui fuit vndecimus annus episcopatus Lycinij Turonici sacerdotis, supputantur anni cxij. Chrothildis autem regina, post mortem viri sui Turonos venit: ibique ad Basilicam sancti Martini deseruiens, cum summa pudicitia atque benignitate in hoc loco commorata est omnibus diebus vitæ suæ, rarò Parisios visitans.

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM LIBER III.

Trinitatem patriarchæ venerati sint,

VELIM si placet, parumper conferre quæ Christianis beatam confitentibus Trinitatem prospera successerint: & quæ hæreticis eadem scindentibus fuerint in ruinam. Omittamus autem qualiter illam Abraham veneratur ad ilicem, Iacob prædicat in benedictione, Moyses cognoscit in sente, populus sequitur in nube, eandemque paueſcit in monte: vel qualiter eam Aaron portat in logio, aut Dauid vaticinatur in psalmo, orans innouari se per spiritum rectum, nec sibi auferri spiritum sanctum, atque se confirmari per spiritum principalem: magnum & ego hic cerno mysterium, quòd scilicet quem hæretici minorem adserunt, principalem vox prophe-

tica nunciauit. Sed his, vt diximus, omissis, ad nostra tempora reuertamur. Arrius enim, qui huius iniquæ sectæ primus iniquusque inuentor fuit, interioribus in secessum depositis, infernalibus ignibus subditur. Hilarius verò beatus indiuiduæ trinitatis defensor, propter hanc in exilium deditus & patriæ paradiso restauratur. Hanc Chlodoueus rex confessus, ipsos hæreticos adiutorio eius oppressit, regnúmque suum per totas Gallias dilatauit. Alaricus hanc denegans, à regno de populo, atque ab ipsa, quod maius est, vita multatur æterna. Dominus autem se verè credentibus, etsi insidiante inimico aliqua perdant, hic centuplicata restituit: hæretici verò, nec adquirunt, sed quod videntur habere, aufertur ab eis. Probauit hoc Godegisili, Gundobaldi, atque Godomari interitus, qui & patriam simul & animas perdiderunt. Nos verò vnum atque inuisibilem, immensum, incomprehensibilem, inclytum, perennem atque perpetuum dominum confitemur, vnum in trinitate propter personarum numerum, id est patris & filij & spiritussancti: confitemur & trinum in vnitate, propter æqualitatem substantiæ, deitatis, omnipotentiæ, vel virtutis, qui est vnus summus atque omnipotens deus in sempiterna secula regnans.

Arrij mors & damnatio Niceph. lib. 8. cap. 51.

CAP. I. *Chlodouci liberi.*

DEFVNCTO igitur Chlodoueo rege, quatuor filij eius, id est Theodoricus, Chlodomeris, Childebertus, atque Chlotharius, regnum eius accipiunt, & inter se æqua lance diuidũt. habebat iam tũc Theodoricus filium nomine Theodobertum, elegantem atque vtilem. Cumque magna virtute pollerent, & eis de exercitu robur copiosum inesset, Amalaricus filius Alarici, rex Hispaniæ, sororem eorum in matrimonium postulat: quod illi clementer indulgent, & eam ipsi in regionem Hispaniæ cum magnorum ornamentorum mole transmittunt.

CAP. II. *Dionysius Episcopus Quintianus Apollinaris.*

LYCINIO autem vrbis Turonicæ defuncto episcopo, Dinifius cathedram pontificalem ascendit. Apud Aruernos verò post obitum beati Apruncli, sanctus Eufrasius duodecimus episcopus habebatur. Hic quatuor annos post Chlodouei obitum, vixit, vicesimoquinto episcopatus sui anno transiens. Cumque populus sanctum Quintianum, qui de Ruteno eiectus fuerat, elegisset, Alchima & Placidina vxor, sororq; Apollinaris, ad sanctum Quintianum venientes, dicunt: Sufficiat domine sanctæ senectuti tuæ, quòd es episcopus ordinatus: permittat, inquiunt, pietas tua seruo tuo Apollinari locum huius honoris adipisci. Ille verò cùm ad hunc apicem ascenderit, sicut tibi placitum fuerit, obsequetur: tu quoque imperabis, & ille tuæ parebit in omnibus iussioni: tantum vt humili suggestioni nostræ aurem tuæ benignitatis accommodes. Quibus ille, Quid ego, inquit, præstabo, cuius potestati nihil est subditum? sufficit enim vt orationi vacans, quotidianum mihi victum præstet Ecclesia. Illæ autem hæc audientes, Apollinarem ad regem dirigunt. Qui abiens oblatis multis muneribus, in episcopatu successit, quo quatuor abutens mensibus, migrauit à seculo. Cùm autem hæc Theodorico nunciata fuissent, iussit inibi sanctum Quintianum constitui, & omnem ei potestatem tradi Ecclesiæ, dicens, Hic ob nostri amoris zelum ab vrbe sua eiectus est. Et statim directi nuncij, conuocatis pontificibus & populo, eum in cathedram Aruernæ ecclesiæ locauerunt, qui quartusdecimus illi Ecclesiæ præpositus est. Reliqua verò quæ gessit, tam virtutes quàm tempus migrationis eius, scripta sunt in libro quem de eius vita composuimus.

CAP. III. *Dani Gallias inuadunt.*

HIS ita gestis, Dani cum rege suo nomine Chochilaicho, euectu nauali per mare Gallias appetũt. Egressique ad terras, pagum vnum de regno Theodorici deuastant atque captiuant: oneratisque nauibus tam de captiuis quàm de reliquis spoliis, reuerti ad patriam cupiunt. Sed rex eorum in litus residebat, donec naues altum mare comprehenderent, ipse deinceps secuturus. Quod cum Theodorico nuntiatum fuisset, quòd scilicet regio eius fuerit ab extraneis deuastata, Theodobertum filium suum in illas partes cum valido exercitu ac magno armorum apparatu direxit. Qui interfecto rege, hostes nauali prælio superatos opprimit, omnemque rapinam terræ restituit.

CAP. IIII. *Thoringi reges tumultuantur.*

PORRO tunc apud Thoringos, tres fratres regnum gentis illius retinebant: id est Badericus, Herminefredus, atque Bertharius. Denique Herminefredus Bertharium fratrem suum vi opprimens, interfecit. Is moriens Radegundem filiam orphanam dereliquit: reliquit autem & alios filios, de quibus in sequentibus scribemus. Herminefredi verò vxor iniqua atque crudelis, Almaberga nomine, inter hos fratres bellum ciuile disseminat. Nã veniens quadam die ad conuiuium vir eius, mensam mediam opertam reperit. Cumque vxorem quid sibi hoc velit interrogaret, respõdit: Qui inquit, à medio regno spoliatur, decet eum mensæ medium habere nudatum. Talibus & his similibus ille permotus, contra fratrem insurgit, ac per occultos nuncios Theodoricum regem ad eum persequendum inuitat, dicens, Si hunc interficis, regionem hanc pari sorte diuidemus. Ille autem gauisus hæc audiens, cum exercitu ad eum dirigit. Coniunctique simul fidem sibi inuicem dantes, egressi sunt ad bellum. Confligentésque cum Baderico, exercitum eius adterunt, ipsumque obtruncant gladio: & obtenta victoria, Theodoricus ad propria est reuersus. Protinus Herminefredus oblitus fidei suę, quod regi Theodorico indulgere pollicitus est, implere despexit, ortaque est inter eos grandis inimicitia.

Almabergæ fallacia.

CAP. V. *Sygimundus Agaunense monasterium ædificauit.*

IGITVR mortuo Gundobaldo, regnũ eius Sygimundus filius eius obtinuit, monasteriúmque Agaunense solerti cura cum domibus basilicisq; ædificauit: qui perdita priori coniuge filia Theodorici regis Italici, de qua filium habebat nomine Sygiricum, aliam duxit vxorem: quæ validè contra filium eius, sicut nouercarum mos est, malignari ac scandalizare cœpit. Vnde factum est, vt vna solemnitatum die, cùm puer super eam vestimenta matris agnosceret commotus felle diceret ad

ad eam: Non enim eras digna, vt hæc indumenta tua terga contingerent, quæ dominæ tuæ, id est, matris meæ fuisse noscuntur. At illa furore succensa, instigat verbis dolosis virum suum, dicens: Hic iniquus regnum tuum possidere desiderat, teque interfecto, id vsque in Italiam dilatare disponit, scilicet vt regnum quod auus eius Theodoricus Italiæ tenuit, & iste possideat. Scit enim quòd te viuente hæc non potest adimplere, & nisi tu cadas, ille non surget. His & huiuscemodi ille incitatus verbis, vxoris iniquæ consilio vtens, iniquus extitit parricida: nam sopitum vino dormire post meridiem filium iubet: cui dormienti, lorum sub collo positum, ac sub mento ligatum, trahentibus ad se inuicẽ duobus pueris, suffocatus est. Quo facto pater sero iã pœnitens, super cadauer exanime ruẽs, flere cœpit amarissimè. Ad quem senex quidem sic dixisse fertur: Te, inquit, plange amodo qui per consilium nequam factus es parricida sæuissimus. nam hunc qui innocens iugulatus est, necessarium non est plangi. Nihilominus ille ad sanctos Agaunenses abiens, per multos dies in fletu & ieiuniis durans veniam precabatur, psallentium ibi assiduum instituens: Lugduno regressus est, vltione diuina de vestigio eum prosequente. Huius filiam rex Theodoricus accepit.

Sigismundus nouercæ dolis Sygiricum filium occidit.

CAP. VI. *Chlodomeres occiditur.*

CHROTHILDIS verò regina Chlodomerem, & reliquos filios suos alloquitur, dicens: Non me pœniteat, charissimi, vos dulciter enutrisse: indignamini, quæso, iniuriam meam, & patris matrisque meæ mortem sagaci studio vindicate. Hæc illi audientes, Burgundias petunt, & contra Sygimundum & fratrem eius Godomarum dirigunt: deuictoque exercitu eorum, Godomarus terga vertit. Sygimundus verò dũ ad saltus Agaunos fugere nititur, à Chlodomere captus cum vxore & filiis captiuus abducitur, atque intra terminum Aurelianensis vrbis in custodia positus, detinetur. Discedentibusque his regibus, Godomarus resumptis viribus, Burgundiones colligit, regnumque recipit. Contra quem Chlodomeris iterum ire disponens, Sygimundum interficere destinauit: cui à beato Auito abbate Nutiacensi magno tunc temporis sacerdote, dictum est: Si, inquit, respiciens deum, emendaueris consilium tuum, vt hos homines interfici non patiaris, erit deus tecum: & abiens victoriam obtinebis: si verò eos occideris, tu ipse in manus inimicorum traditus, simili sorte peribis: fietque tibi vxoríque & filiis tuis, quod feceris Sygimundo & coniugi ac liberis eius. Sed ille auscultare despiciens consilium eius, ait, Stultum enim consilium esse puto, vt inimicis domi relictis, contra reliquos eam: eisque à tergo, hoc à fronte surgente, inter duos hostium cuneos ruam. satius enim & facilius victoria patrabitur, si vnus ab alio separetur: quo interfecto, facilè & alius morti poterit destinari. Statimque interfecto Sygimundo cum vxore & filiis, apud Columnam Aurelianensis vrbis vicum, in puteum iactari præcipiens, Burgundias petiit, vocans in suppetias Theodoricum regem. Ille autem iniuriam soceri sui vindicare volens, ire promisit. Cumque pariter apud Visoruntiam locum vrbis Viennensis coniuncti fuissent, cum Godomaro confligunt. Cumque Godomarus cum exercitu terga vertisset, & Chlodomeris insequeretur, ac de suis non modico spacio elongatus esset, adsimilantes illi signum eius, dant ad eum voces dicentes: Huc huc conuertere, tui enim sumus. At ille credens, abiit, inruitque in medium inimicorum suorum: cuius amputatum caput, & conto defixum, eleuant in sublime: quod Franci cernentes, atque cognoscentes Chlodomerem interfectum, reparatis viribus Godomarum fugant, Burgundiones opprimunt, patriamque in suam redigunt potestatem. Nec moratus Chlodarius, vxorem germani sui Guntheucam nomine, sibi in matrimonium sociauit: filios quoque eius Chrotildis regina, exactis diebus luctus, secum recepit ac tenuit: quorum vnus Theodoualdus, alter Guntharius, tertius Chlodoualdus vocabatur. Cumdomarus iterum regnum recepit.

CAP. VII. *Theodoricus procedit aduersus Thoringos.*

POST Theodoricus non immemor periurij Herminefredi regis Thoringorum, Chlotharium fratrem suum in solatium suum euocat, & aduersum eum ire disponit, promittens regi Chlothario partem prædæ, si eis munus victoriæ diuinitus conferretur. Conuocatis igitur Francis, dicit ad eos, Indignamini quæso tam meam iniuriam, quàm interitum parentum vestrorum, ac recolite Thoringos quondam super parentes nostros violenter aduenisse, ac multa illis intulisse mala. Qui datis obsidibus, pacem cum his inire voluerunt: sed ille obsides ipsos diuersis mortibus peremerunt: & inruentes super parentes nostros, omnem substantiam abstulerunt, pueros per neruum fœmoris ad arbores appendentes, puellas amplius ducentas crudeli nece interfecerunt: ita vt ligatis brachiis super equorum ceruicibus, ipsique acerrimo moti stimulo per diuersa petentes, diuersas in partes fœminas diuiserunt. Aliis verò super orbitas viarum extensis sudibúsque in terram confixis, plaustra desuper onerata transire fecerunt, confractisque ossibus, canibus auibusque eas in cibaria dederunt. Nunc autem Herminefredus, quod mihi pollicitus est fefellit, & omninò hęc adimplere dissimulat: ecce verbum directum habemus: Eamus cum dei adiutorio contra eos. Quod illi audientes, & de tanto scelere indignantes, vno animo eademque sententia, Thoringiam petiuerunt. Theodoricus autem Chlotharium fratrem suum, & Theodobertum filium in solatium adsumens cum exercitu abiit. Thoringi verò venientibus Francis dolos præparant: in campo enim in quo certamẽ agi debebat, fossas effodiunt: quarum ora operta denso cespite, planum adsimulant campum. In has ergo foueas cum pugnare cœpissent, multi Francorum equites conruerunt. Et fuit eis valdè impedimentũ: sed post cognitũ hunc dolum obseruare cœperunt. Denique cùm se Thoringi cædi vehementer viderent, fugato præ timore Herminefredo rege ipsorũ, terga vertunt, & ad Onestrudẽ fluuiũ vsque perueniunt. Ibiq; tanta cædes ex Thoringis facta est, vt alueus fluminis congerie cada-

Herminfredus fugatur.

uerũ repleretur: & Franci tanquam per pontẽ aliquẽ ſuper ea in litus vlterius tranſirent. Patrata ergo victoria regionem illam capeſſunt, & in ſuam redigunt poteſtatem. Chlotharius verò rediens, Radegundẽ filiam Bertharij regis ſecum captiuam abduxit, ſibiq; eam in matrimonium ſociauit: cuius fratrẽ poſtea iniuſtè per homines iniquos occidit. Illa quoque ad deũ conuerſa, mutata veſte monaſteriũ ſibi intra Pictauenſem vrbẽ conſtruxit, quæ orationibus, ieiuniis atque eleemoſynis prædita in tantum emicuit, vt magna in populis haberetur. Cùm autem adhuc ſupradicti reges in Thoringia eſſent, Theodoricus Chlotharium fratrem ſuum occidere voluit. Et præparatis occultè cum armis viris, eum ad ſe vocat quaſi ſecretius cum eo aliquid tractaturus, expanſoque in parte domus illius tentorio, de vno pariete in alterum, armatos poſt eum ſtare iubet. Cumque tẽtorium illud eſſet breuius, pedes armatorum apparuere detecti. Quod cognoſcens Chlotharius, cum ſuis armatus ingreſſus eſt domũ. Theodoricus verò intelligens hunc hæc cognouiſſe, fabulam fingit, & alia ex aliis loquitur. Denique neſciens qualiter dolum ſuũ deliniret, diſcũ ei magnũ argenteũ pro gratia dedit. Chlotharius verò Vale dicẽs, & pro munere gratias agẽs, ad metatum regreſſus eſt: Theodoricus verò queritur ad ſuos, nulla extanti cauſa ſuum perdidiſſe catinum: & ad filium ſuum Theodobertum G ait, Vade ad patrem tuum, & roga vt munus quod ei dedi, tibi ſua voluntate concedat. Qui abiens, quod petiit impetrauit, in talibus enim dolis Theodoricus multum callidus erat.

Radegundis monaſterium Pictaui conſtruxit.

CAP. VIII. *Hermenfredus præcipitatur.*

IDEM verò regreſſus ad propria, Herminefredum ad ſe data fide ſecurum venire præcepit, quẽ & honorificis ditauit muneribus. Factum eſt autem dum quadam die per murum ciuitatis Tulbiacenſis confabularentur, à neſcio quo impulſus de altitudine muri ad terram cõruit, ibique ſpiritum exhalauit. Sed quis eum inde deiecerit, ignoramus: multi tamen adſerunt Theodorici in hoc dolum manifeſtiſſimè patuiſſe.

CAP. IX. *Childebertus tranſit ad Aruernos.*

CVM autem adhuc Theodoricus in Thoringia eſſet, Aruernis ſonuit eum interfectum fuiſſe. Archadius quoque vnus ex ſenatoribus Aruernis, Childebertum inuitat, vt regionem illam deberet accipere. Ille quoque nec moratus Aruernos adiit. Tantaque in illa die condenſa fuit nebula, vt nihil ſupra duas iugeri partes diſcerni poſſet. Dicere enim erat ſolitus rex, Velim vnquam Aruernam Lemanem, quæ tantæ iocunditatis gratia refulgere dicitur, oculis cernere. Sed non ei à deo conceſ- H ſum eſt. Cumque portæ ciuitatis obſeratæ eſſent, & vnde ingrederetur peruium patulum non haberet, inciſa Archadius ſera vnius portæ, eum ciuitati intromiſit. Dum hęc agerentur, nuntiatur Theodoricum viuum de Thoringia fuiſſe regreſſum.

CAP. X. *Chrothildis ob fidem multa patitur.*

QVOD certiſſimè Childebertus cognoſcens, ab Aruerno rediit, in Hiſpaniam verò propter ſororem ſuam Chrothildem dirigit. Hæc verò multas inſidias ab AMALARICO viro ſuo propter fidem catholicam patiebatur. Nam plerunque præcedente illa ad ſanctam Eccleſiam, ſtercora & diuerſos fœtores ſuper eam proiici imperauit. Ad extremum autem tanta eam crudelitate dicitur cæcidiſſe, vt infectum de proprio ſanguine ſudarium, fratri tranſmitteret: vnde ille maximè commotus, Hiſpanias appetiit. Amalaricus verò hæc audiens, naues ad fugiendum parat. Porrò imminente Childeberto, cùm AMALARICUS nauem deberet aſcendere, ei in mẽtem venit, multitudinem ſe precioſorum lapidum in ſuo theſauro reliquiſſe. Cumque ad eoſdem petendos in ciuitatem regrederetur, ab exercitu à porta excluſus eſt. Videns autem ſe non poſſe euadere, ad Eccleſiam Chriſtianorum confugere cœpit. Sed priuſquam limina ſancta contingeret, vnus emiſſa manu lancea eum mortali ictu ſauciauit, ibique decedens reddidit ſpiritum. Tunc Childebertus cum magnis Theſauris ſororem aſ- I ſumptam ſecum adducere cupiebat: quæ neſcio quo caſu in via mortua eſt, & poſtea Pariſios adlata, iuxta patrem ſuum Chlodoueum ſepulta eſt. Childebertus verò inter reliquos theſauros miniſteria eccleſiarum precioſiſſima detulit. Nam ſexaginta calices, quindecim patenas, viginti Euangeliorum capſas detulit, omnia ex auro puro ac gemmis precioſis ornata: ſed non eſt paſſus ea cõfringi. Cuncta enim Eccleſiis & baſilicis ſanctorum diſpenſauit ac tradidit.

Amalaricus perimitur. Childebertus Eccleſiæ vaſa reddidit.

CAP. XI. *Childeb. & Chlothar. petunt Burgundiam, Theod. Aruernos.*

POST hæc Chlotharius & Childebertus Burgundias petere deſtinant. Conuocatuſque Theodoricus in auxilium eorum ire noluit. Franci verò qui ad eum aſpiciebant, dixerunt: Si cum fratribus tuis in Burgundiam ire deſpexeris, te relinquimus, & illos ſatius ſequi præoptamus. At ille infideles ſibi exiſtimans, ad ARUERNOS ait, Me ſequimini, & ego vos inducam in patriam, vbi aurum & argentum accipiatis quantum veſtra poteſt deſiderare cupiditas, de qua pecora, de qua mancipia, de qua veſtimenta in abundantiam adſumatis: tantum hos ne ſequamini. His promiſſionibus hi inlecti, K ſuam voluntatem facere promittunt. Ille verò illuc tranſire diſponit, promittens iterum atque iterum exercitui cunctam regionis prædam cum hominibus in ſuas regiones transferri permittere. Chlotharius verò & Childebertus in Burgundiam dirigunt, Auguſtodunumq; obſidentes, cũctam fugato Godomaro Burgundiam occupauerunt.

CAP. XII. *Theodoricus Aruernos populatur.*

THEODORICVS verò cum exercitu in ARUERNOS veniens, totam regionem deuaſtat ac proterit. Interea ARCHADIUS ſceleris illius auctor, cuius ignauia regio deuaſtata eſt, Bituriges vrbem petiit. Erat autem tunc temporis vrbs illa in regno Childeberti regis. Placidina verò mater eius, & Alchima ſoror patris eius, comprehenſæ apud Cadurcum vrbem rebus ablatis exilio condemnatæ ſunt. Rex igitur Theodoricus ad vrbem Aruernam vſque accedens, in vici illius ſuburbano caſtra fixit. Beatus verò Quintianus his diebus erat epiſcopus. Interea exercitus cunctã circumit miſeram regionem illã, cuncta delet, vniuerſa debellat. De quibus nonnulli ad baſilicam S. Iuliani perueniunt, con-

A confringunt oſtia, ſeras remouent: reſque pauperum quæ ibidem fuerant adgregatæ diripiunt, & multa In hoc loco perpetrant mala. Veruntamen auctores ſcelerum à ſpiritu immundo correpti, infeſtis dentibus propriis ſe morſibus lacerant, clamantes atque dicentes: Cur nos martyr ſancte ſic crucias? Sicut in libro virtutum eius conſcripſimus.

Dæmoniaci dentibus ſeipſos lacerant.

LOVOLAVTRVM autem caſtrum hoſtes expugnant, Proculumque presbyterum qui quondam ſancto Quintiano iniuriam intulerat, ad altarium Eccleſiæ miſerabiliter interficiunt. Et credo ob illius cauſam, quòd fuerit ipſum caſtrum in manibus traditum inimicorum: quod vſque in illa die defenſatum eſt. Nam cum illud hoſtes expugnare non poſſent, & ad propria iam redire diſponerent, audientes hæc obſeſſi, iam læti atque ſecuri decipiuntur: ſicut ait apoſtolus: Cùm dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus: denique per ipſius Proculi presbyteri ſeruum, iam ſecuri populi traduntur in manus hoſtium. Cumque vaſtato Caſtello ducerentur captiui, immanis pluuia quæ per triginta dies fuerat abnegata, deſcendit. Tunc obſeſſi Meroliacenſis caſtri, ne captiui ab ducerentur, redemptione data liberantur: ſed hæc ignauia eorum effecit: caſtrum enim pro- *Meroliacenſe caſtrum.*
B pria natura munitum erat. Nam centenorum aut eo amplius pedum ab exciſo vallatur lapide, ſine muroru m ſtructione: in medio autem ingens ſtagnum aquæ, liquore gratiſſimum: ab alia verò parte fontes v berrimi, ita vt per portam riuus diffluat aquæ viuæ. Sed in tam grandi ſpacio, munitio iſta diſtenditur, vt manentes intra murorum ſepta, terram excolant, frugeſque in abundantia colligant. Huius munitionis tutamine elati, qui obſeſſi erant, egreſſi foras, vt arrepta aliqua præda, iterum ſe intra caſtelli ſepta reconderent, ab hoſtibus comprehenſi ſunt. Erant autem quinquaginta viri. Tunc ante ora parentum, vinctis poſt tergum manibus oblati, imminente iam gladio, adquieuerunt obſeſſi, ne interficerentur, ſingulos trientes dare in redemptionem ſuam. Theodoricus autem ab Aruerno diſcedens, Sygiualdum parentem ſuum, in ea quaſi pro cuſtodia dereliquit. Erat autem ibi tunc temporis quidam Lytigius ex minoribus, qui magnas ſancto Quintiano parabat inſidias: & cum ſe ſanctus epiſcopus pedibus eius proſterneret, nunquam vt ſe ei ſubderet mouebatur: ita vt & quadam vice vxori quæ ſanctus fecerat, pro ridiculo indicaret. Quæ melioris intel- *Epiſcopo irreuerens.*
C ligentiæ modo commota, ait: Si ita es hodiè peſſundatus, nunquam erigeris. Die autem tertia, aduenientes nuncij de præſentia regis vinctum cum vxore ac liberis pariter abduxerunt. Qui abiens nũquam Aruernum regreſſus eſt.

CAP. XIII. *Mundericus regem ſe haberi voluit.*

MVNDERICVS igitur qui ſe parentem regum adſerebat, elatus ſuperbia, ait: Quid mihi & Theodorico regi? Sic enim mihi ſolium regni debetur, vt illi: egrediar, & colligam populum meum, atque exigam ſacramentum ab eis, vt ſciat Theodoricus quia rex ſum ego, ſicut & ille. Et egreſſus cœpit ſeducere populum ſuum dicens: Princeps ego ſum, ſequimini me, & erit vobis benè. Sequebatur autem eum ruſtica multitudo, vt plerunque fragilitati humanæ conuenit, dantes ſacramentum fidelitatis, & honorantes eum vt regem. Quod cum Theodoricus comperiſſet, mandatum mittit ad eum, dicens: Accede ad me, & ſi tibi aliqua de dominatione regni noſtri portio debetur, accipe. Doloſe enim hæc Theodoricus dicebat, ſcilicet vt cum ad eum veniſſet, interficeretur. Ille verò noluit, dicens. Ite, renunciate regi veſtro, quia rex ſum ſicut & ille. Tunc rex commoueri iuſſit exercitum, quo oppreſſus vi puniretur. Quod ille cognoſcens, & ſe non prevalens defenſare, Victoriaci caſtri
D muros expetens, cum rebus omnibus in eo ſe ſtuduit communire, his ſecum quos duxerat adgregatis. Igitur commoto exercitu caſtrum vallat, ac per ſeptem dies obſedit. Mundericus autem repugnabat cum ſuis, dicens: Stemus fortes, & vſque ad mortem pariter dimicemus, & non ſubdamur inimicis. Cumque exercitus à circuitu incontra iacula tranſmitteret, nec aliquid prævaleret, nuncia uerunt hæc regi. At ille miſit quendam de ſuis Aregiſilum nomine, dixitque ei: Vides, inquit, quòd prævaleat hic perfidus in contumacia ſua: vade, & redde ei ſacramentum, vt ſecurus egrediatur. Cùm autẽ egreſſus fuerit, interfice eum, & dele memoriã eius à regno noſtro. Qui abiens, fecit iuxta quod ei præceptum fuerat. dederat tamen prius ſignum populo, dicens: Cùm ego hæc & hæc locutus fuero, ſtatim inruentes interficite eum. Ingreſſus autem Aregiſilus ait Munderico, Quouſque hic reſides, tanquam vnus ex inſipientibus? Nunquid poteris diu regi reſiſtere? Ecce ablato tibi cibo, cùm te fames oppreſſerit, vltrò egredieris, & traderis in manus inimicorum, & morieris quaſi vnus ex canibus: audi potius conſilium meum, & ſubde te regi, vt viuere poſſis tu & filii tui. Tunc ille his mollitus ſermonibus ait, Si egredior, comprehenſus à rege interficior & ego, & filij mei,
E & omnes amici qui mecum ſunt congregati. Cui Aregiſilus ait, Noli timere, ſed ſi vis egredi, accipe ſacramentum de hac culpa, & ſta ſecurus coram rege, ne timeas: ſed eris cum eo ſicut prius fuiſti. Ad hæc Mundericus reſpondit: Vtinam ſecurus ſim, quòd non interficiar. Tunc Aregiſilus poſitis ſuper altare ſanctum manibus, iurauit ei vt ſecurus egrederetur. Dato igitur ſacramento, egrediebatur Mundericus de porta caſtelli, tenens manum Aregiſili, populus autem ſpectabat à longè aſpiciens eum. Tunc pro ſigno ait Aregiſilus, Quid aſpicitis tam intentè, ô populi? an nunquid vidiſtis prius Mundericum? Et ſtatim inruit populus in eum. At ille intelligens, ait, Euidentiſſime cognoſco, quòd feceris per hoc verbum ſignum populis ad me interficiendum: veruntamen dico tibi, quia periuriis me decepiſti: te viuum vltra nullus aſpiciet: & emiſſa lancea in ſcapulas eius, perfodit eum, *Mundericus occiditur.* ceciditque & mortuus eſt. Euaginatoque deinceps Mundericus gladio cum ſuis, magnam ſtragem de populo illo fecit, & vſquequo ſpiritum exhalauit, interficere quemcunque adſequi po-

tuisset,non destitit. Quo interfecto,res eius fisco conlatæ sunt. F

CAP. XV. THEODORICVS verò & Childebertus fœdus inierunt,& dato sibi sacramento, vt neuter contra alterum moueretur,obsides abinuicem acceperunt,quo facilius firmarentur quæ fuerant dicta. Multi tunc filij senatorum in hac obsidione dati sunt:sed orto iterum inter reges scandalo, ad seruitium publicum sunt addicti. Et quicunque eos ad custodiendum accepit, seruos sibi ex his fecit. Multi tamen ex eis per fugam clapsi,in patriam redierunt,nõnulli in seruitio sunt retenti:inter quos

Attalus capitur. Attalus nepos beati Gregorij Ligonici episcopi,ad publicum seruitium mancipatus est, custósque equorum destinatus. Erat enim intra Treuerici termini territorium,cuidam barbaro seruiens. Deinde beatus Gregorius ad inquirendum eum misit pueros,quo inuento,obtulerunt homini munera, sed respuit ea,dicẽs:Hic de tali generatione decem auri libris redimi debet. Quibus redeuntibus, Leo quidam de coquina domini sui ait:Vtinam me permitteres,& forsitan ego poteram eum reducere de captiuitate. Gauiso autem domino,directus venit ad locum:voluitque puerum clam abstrahere,sed non potuit. Tunc locato secum homine quodam,ait,Veni mecum, & væriunda me in domo barbari illius,sitque tibi lucrum precium meum:tãtum liberiorem aditum habeam faciendi G id quod decreui. Accepto verò sacramento homo ille abiit,& vendito eo duodecim aureis discessit: sciscitatus autem emptor à rudi famulo quid operis sciret,respondit,In omnibus quæ mandi debẽt in mensis dominorum,valdè scitus sum operari: nec metuo quod reperiri possit similis mei in hac scientia:verum enim dico tibi,quia etiam si regi epulum cupias præparare:fercula regia componere possum:nec quisquam me melius. & ille, Ecce enim dies solis adest (sic enim barbaries vocitare

Dies solis. diem dominicum consueta est.) in hac die vicini atque parentes mei inuitabuntur in domo mea, rogo vt facias mihi prandium quod admirentur:& dicant, quia in domo regis melius non aspeximus. Et ille,Iubeat,inquit,dominus meus cõgregari pullorum gallinaceorum multitudinem, & faciam quæ præcipis. Præparatis ergo quæ dixerat puer,inluxit dominica dies, fecitque epulum magnum deliciisque refertum. Epulantibus autem omnibus & laudantibus prandium, parentes illius discesserunt. Dominus enim dedit gratiam puero huic,& accepit potestatem super omnia quę habebat dominus suus in promptu. Diligebatque eum valdè,& omnibus qui eum eo erant ipse dispensebat cibaria & pulmenta. Post anni verò curriculum, cùm iam securus esset dominus illius de eo,abiit in pratum quod erat domui proximum,cum Attalo puero custode equorum: & decubans in terra cum eo à longè, auersis dorsis,vt non cognosceretur quòd loquerentur simul, dicit puero: Tempus est enim,vt iam cogitare de patria debeamus. Ideóque moneo te,vt hac nocte cùm equos ad claudendum adduxeris, sopore non deprimaris,sed cùm primum te vocitauero adsis, & ambulemus. Vocauerat enim Barbarus ille parentum multos suorum ad epulum,inter quos erat & gener eius qui acceperat filiam illius. Media autem nocteà conuiuio surgentibus,&quieti datis,prosecutus est Leo generum domini sui cum potu,porrigens ei bibere. In metatu eius ait ad eum homo: Dic tu, ô creditor soceri mei,si valeas,quãdo voluntatem adhibebis, vt adsumptis equis eius eas in patriam tuam? Hoc quasi ioco delectans,dixit. Similiter & ille ioculariter veritatem respondens, ait: Hac nocte delibero,si dei voluntas fuerit. Et ille. Vtinam,inquit,custodiant me famuli mei,ne aliquid de rebus meis adsumas. Et ridentes discesserunt. Dormientibus autem cũctis,vocauit Leo Attalum ex strato suo. Interrogat,si haberet gladium. Respondit:Non est mihi,nisi tantum lancea paruula: at ille *ingressus mansionem domini sui apprehendit* scutum eius ac frameam. Quo interrogante quis esset,aut quid sibi velit,respondit:Ego sum Leo seruus tuus,& suscito Attalum vt surgat velocius, & deducat equos ad pastum:detinetur enim sopore,quasi ebrius. Qui ait,fac vt libet. Et hæc dicens obdormiuit. Ille verò egressus foras,muniuit puerum armis,inuenitque ianuas atrij diuinitus reseratas,quas in initio noctis cum cuneis malleo percussis obseruauerat pro custodia caballorum. Et gratias agens domino,sumptis reliquis equis secum,discesserunt:vnum etiã volucrum, cum vestimentis tollentes. Venientes autem ad Mosellam fluuium,cum transirent illum,& detinerentur à quibusdam relictis equis & vestimentis,enatantes super parma positi amnẽ,in vlteriorem egressi sunt ripam: & inter obscura noctis ingressi siluam,latuerunt. Tertia enim nox aduenerat,quòd nullum ci-

Attalus cum seruo euadit. bum gustantes iter terebant. Tunc nutu dei reperta arbore plena pomis quam vulgò prunum vocant,comedunt,& parumper sustentati ingressi sunt iter Campaniæ: quibus pergentibus, audiunt pedibulum equitum currentium,dixeruntque:Prosternamur terræ,ne appareamus hominibus venientibus. Et ecce ex improuiso stirps rubi magnus adfuit, post quem transeuntes, proiecerunt se K terræ cum gladiis euaginatis, scilicet vt si aduerterentur, confestim se quasi ab improbis framea defensarent: veruntamen cùm veniissent in locum illum coram stirpe spineo restiterunt: dixitque vnus dum equi vrinam proiicerent, Væ mihi quia fugiunt hi detestabiles, nec reperiri possunt, verum dico per salutem meam, quia si inuenirentur, vnum patibulo condemnari,& alium gladiorum ictibus in frusta discerpi iuberem. Erat enim barbarus ille qui hæc aiebat,dominus eorum, de Remensi vrbe veniens,& hos inquirens,& reperisset vtique in via,si nox obstaculum non præbuisset. Tunc motis equis discesserunt. Hi autem nocte ipsa adtigerunt ad vrbem, ingressique inuenerunt hominem quem sciscitati sunt, Vbinam esset domus Paulelli presbyteri. Indicauitque eis. Qui dum

Visio Paulelli. per plateam præterirent,signum ad matutinas motum est. Erat enim dies dominica: pulsantesque ianuam presbyteri,ingressi sunt: exposuitque puer de domino suo. Cui ait presbyter, Vera est enim

A enim visio mea. nam videbam duas in hac nocte columbas aduolare,& considere in manu mea. Ex quibus vna alba,alia autem nigra erat. Dixeruntque pueri presbytero, Indulgeat dominus pro die sua sancta. Nã nos rogamus, vt aliquid victus præbeas. quarta enim inluescit dies,quòd nihil panis pulmentique gustauimus. Occultatis autem pueris, præbuit eis infusum cum vino panem, & abiit ad matutinas. Secutusque est & barbarus, iterum inquirẽs pueros:sed inlusus à presbytero regressus est. presbyter enim amicitiam cum beato Gregorio antiquam habebat. Tũc resumptis pueri epulo viribus,per duos dies in domo presbyteri commorantes,absceserunt, & sic vsque ad sanctum Gregoriũ perlati sunt. Gauisus autem põtifex visis pueris,fleuit super collum Attali nepotis sui: Leonem autem à iugo seruitutis absoluens, cum omni generatione sua,dedit ei terram propriam,in qua cum vxore ac liberis liber vixit omnibus diebus vitæ suæ.

SYGIVALDVS autem cùm in Aruerno habitaret, multa mala in ea faciebat. Nam & res diuer- CAP. XVI.
sorum peruadebat, & serui eius non desistebant à furtis,homicidiis,ac super numerum diuersis sceleribus: nec vllus mutire ausus erat coram eis. Vnde factum est, vt ipse villam Bulgiatensem,quam
B quondam Benedictus Tetradius episcopus basilicæ sancti Iuliani reliquerat, temerario ausu peruaderet. Sed cùm ingressus in domum illam fuisset, statim amens effectus, lecto decubuit. Tunc mulier admonita per sacerdotem, eleuatum in Basternam, vt in aliam villam transferret, sanum re- *Sygivaldus ecclesiastica diripiés amẽs efficitur.*
cepit. Et accedens, exposuit ei omnia quæ pertulerat. Quod ille audiens, vota beato martyri vouens,ea quæ vi abstulerat, duplicata restituit. Meminimus & huius virtutis in libro Miraculorum sancti Iuliani.

IGITVR Dionysio episcopo apud Turonos decedente, Ommatius tribus annis præfuit. Hic CAP. XVII.
enim ex iussu Chlodomeris regis, cuius supra meminimus,ordinatus est. Illo quoque migrante, Leo *Turonenses episcopi.*
septem mensibus ministrauit. Hic fuit vir strenuus atque vtilis in fabrica operis lignarij. Quo defuncto, Theodorus & Proculus episcopi, qui de partibus Burgundiæ aduenerant, ordinante Chrothilde regina tribus annis Turonicam rexerunt ecclesiam. Quibus defunctis, Frãcilio ex senatoribus substituitur. Anno igitur tertio episcopatus sui, cum dominici Natalis nox alma populis effulsisset, idem pontifex priusquam ad vigilias descenderet, iussit sibi poculum ministrari. A diueniens autem
C puer, sine mora porrexit. Quo hausto, mox spiritum fudit: vnde indubitatum est veneno eum fuisse necatum. Quo decedẽte, Iniuriosus vnus è ciuibus quindecimus post beatũ Martinum, cathedram pontificalem sortitus est.

DVM autem Chrothildis regina Parisiis moraretur, videns Childebertus quòd mater sua filios CAP. XVIII.
Chlodomeris, quos supra memorauimus, vnico affectu diligeret, inuidia ductus, ac metuens ne fauente regina admitterentur in regnum, misit clam ad fratrem suum Chlotharium regem dicens: Mater nostra filios fratris nostri secum retinet, & vult eos regno donari: debes velociter adesse Parisiis,& habito communi consilio pertractare oportet, quid de his fieri debeat: Vtrum incisa cæsarie vt reliqua plebs habeantur, an certè his interfectis regnum germani nostri inter nosmetipsos æqualitate habita diuidatur. De quibus ille verbis valdè gauisus Parisios venit: iactauerat enim Childebertus verbum in populo: ob hoc hos coniungi reges, quasi paruulos illos eleuaturos in regno. Coniuncti autem miserunt ad reginam, quæ tunc in ipsa vrbe morabatur, dicentes, Dirige paruulos ad nos, vt sublimentur in regno. At illa gauisa, nesciens dolum illorum, dato pueris esu
D potuque, direxit eos dicens, Non me puto amisisse filium, si vos videam in eius regno substitui. Qui abeuntes, adprehensi sunt statim, ac separati à pueris & nutritoribus suis, custodiebantur vtrique seorsum pueri, & seorsum hi paruuli. Tunc Childebertus atque Chlotharius miserunt Archadium, cuius supra meminimus, ad reginam, cum forcipe atque euaginato gladio. Qui veniens ostendit reginæ vtraque dicens: Voluntatem tuam, ô glorioissima regina, filij tui domini nostri expetunt, quid de pueris agendum censeas, vtrum incisis crinibus eos viuere iubeas, an vtrumque iugulari. At illa exterrita nuncio, & nimium felle commota,præcipuè cum gladium cerneret euaginatum ac forcipem,amaritudine præuenta,ignorans in ipso dolore quid diceret, ait simpliciter: Satius enim mihi est,si ad regnum non eriguntur, mortuos eos videre quàm tonsos. At ille parũ admirans doloré eius, nec scrutans quid deinceps plenius pertractaret, venit celeriter nũcians ac dicens, Fauente regina opus cœptum perficite: ipsa enim vult expleri consilium vestrum. Nec *Chlodomei filij interficiũt nepotes.*
mora, apprehensum Chlotharius puerum, seniorem, brachio elisit in terram, defigensque cultrum
E in axillam crudeliter interfecit. Quo vociferante, frater eius ad pedes Childeberti prosternitur: adprehensisque eius genibus, aiebat cum lachrymis, Succurre piissime pater, ne & ego peream sicut frater meus. Tunc Childebertus lachrymis respersa facie ait, Rogo dulcissime frater, vt eius mihi vitam tua largitate concedas: & quæ iusseris pro eius anima conferam, tantum ne interficiatur. At ille furore actus, ait, Aut eiice eum à te, aut certè pro eo morieris. Tu, inquit, es incœptator huius causæ,& tam velociter de fide resilis? hæc ille audiens, repulsum à se puerum proiecit ad eum: ipse verò accipiens transfixum cultro in latere, sicut fratrem prius fecerat, iugulauit: deindè pueros cum nutritiis peremerunt. Quibus interfectis, Chlotharius ascensis equis abscessit, paruipendens de interfectione nepotum: sed & Childebertus in suburbana concessit. Regina verò compositis corpusculis feretro, cum magno psallentio, immmensoque luctu vsque ad basilicam sancti Petri prosecuta, vtrumque pariter tumulauit. quorum vnus decem annorum erat, alius verò septennis.

Chlodoualdus necem euasit.

Tertium verò Chlodoualdum comprehendere non potuerunt, quia per auxilium virorum fortium F liberatus est. Is postposito regno terreno, ad dominum transiit, & sibi manu propria capillos incidens, clericus factus est: bonisque operibus insistens, presbyter ab hoc mundo migrauit. Hi quoque regnum Chlodomeris inter se æqua lance diuiserunt. Chrothildis verò regina, talem se tantamque exhibuit, vt ab omnibus honoraretur: assidua in eleemosynis, pernox in vigiliis, in castitate atque omni honestate puram se semper exhibuit: prædia ecclesiis, monasteriis vel quibuscunque locis sanctis necessaria prouidit, larga ac prona voluntate distribuit, vt putaretur eo tempore non regina, sed propria dei ancilla ipsi sedulò deseruire. Quam non regnum filiorum, non ambitio seculi, nec facultas extulit ad ruinam; sed humilitas euexit ad gratiam.

CAP. XIX. *Gregorius Ligonicensis.*

Erat enim tunc & beatus Gregorius apud vrbem Ligonicam, magnus dei sacerdos, signis & virtutibus clarus. Sed quia huius pontificis meminimus, gratum arbitratus sum, vt situm loci Diuionensis, in quo maximè erat assiduus, huic inseram lectioni. Est autem castrum firmissimis muris, in media planitie & satis iocunda compositum, terra valdè fertilis atque fœcunda, ita vt aruis semel scissis vomere, semina iaciantur, & magna fructuum opulentia subsequatur: à meridie G habet Oscarum fluuium, piscibus valdè prædiuitem: ab aquilone verò, alius fluuiolus venit, qui per portam ingrediens ac sub pontem decurrens, per aliam rursus portam egreditur, totum munitionis locum placida vnda circumfluens: ante portam autem molendina mira velocitate diuertit. Quatuor portæ à quatuor plagis mundi sunt positæ: totumque ædificium triginta tres turres exornant: murus verò illius, de quadris lapidibus vsque in viginti pedes, desuper à minuto lapide ædificatus habetur, habens in altum pedes triginta, in latum pedes quindecim. Quæ cur non ciuitas dicta sit, ignoro. Habet enim in circuitu pretiosos fontes: à parte autem occidētis, montes sunt vberrimi, vineisque repleti, qui tam nobile incolis Falernum porrigunt, vt respuant Scalonum: nam veteres ferunt ab Aureliano hoc imperatore fuisse ædificatum.

Diuionense castrū ædificauit Aurelianus.

CAP. XX. Theodoricvs autem filio suo Theodoberto Vuisigardem cuiusdam regis filiam desponsauerat.

CAP. XXI. Gothi verò cum post Chlodouei mortem multa de his quæ ille acquisierat, petuasissent, H Theodoricus Theodobertum, Chlotharius verò Guntharium seniorem filium suum, ad hæc requirenda transmittunt. Sed Guntharius vsque Ruthenos accedens, nescio qua faciente causa, re-

Theodobertus à Gothis inuasa vindicat.

gressus est: Theodobertus verò vsque ad Biterrensem ciuitatem abiens, Deas castrum obtinuit, atque hinc prædam diripuit. Deindè ad aliud castrum nomine Caprariam legatos mittit, dicens nisi se illi subdant, omnem locum illum incendio concremandum, eosque qui ibidem resident, captiuandos.

CAP. XXII. Erat autem ibidem tunc matrona Deuteria nomine, vtilis valdè atque sapiens, cuius vir apud Biternas vrbem concesserat. Quæ misit nuncios ad regem dicēs: Nullus tibi domine piissime,

Theodobertus Deuteriæ capitur a norib⁹

resistere potest. cognoscimus dominum nostrum: veni, & quod fuerit beneplacitum in oculis tuis facito. Theodobertus autem ad castrum veniens, cum pace ingressus est: subditumque sibi cernens populum, nihil inibi malè gessit. Deuteria verò ad occursum eius venit: at ille speciosam eam cernēs, amore eius capitur, suoque eam copulauit strato.

CAP. XXIII. *Sygualdus occiditur.*

In illis diebus, Theodoricus parentem suum Sygualdum occidit gladio, mittens occultè I ad Theodobertum, vt & ille Gyualdum filium eius neci daret, quem tunc secum habebat: sed quia cum de sacro fonte exceperat, perdere noluit. Literas verò quas ei pater transmiserat, ipsi ad legendum dedit, dicens: Fuge hinc, quia patris mei præceptum accepi vt te interficiam: si verò ille defunctus fuerit, & me regnare audieris, tunc securus ad me reuertēris. Quod audiens, gratias agens, & valè dicens abscessit. Arelatensem enim tunc vrbem Gothi peruaserant, de qua

Gyualdi fuga.

Theodobertus obsides retinebat: ad eam Gyualdus confugit. Sed parum se ibidem cernens esse munitum, Latium petiit, ibique & latuit. Dum hæc agerentur, nunciatur Theodoberto patrem suum grauiter ægrotare, & ad quem nisi velocius properaret, vt eum inueniret viuum à patruis excluderetur, & vltra illuc non rediret. At ille his auditis, cunctis postpositis illuc dirigit, Deuteria cum filia sua Aruerno relicta. Cumque abiisset, Theodoricus non post multos

Theodorici obitus.

dies obiit, vicesimotertio regni sui anno. Consurgentes autem Childebertus & Chlotharius contra Theodobertum, regnum eius auferre voluerunt. Sed ille muneribus placatis, à Leodibus suis defensatus est, & in regno stabilitus. Mittens postea Aruernum, Deuteriam exinde accersiuit, K eamque sibi matrimonio sociauit.

CA. XXIIII. *Childebertus Theodeberti quantis donauerit.*

Videns autem Childebertus, quòd ei prævalere non potuisset, legationem ad eum misit, & ad se venire præcepit, dicens: Filios non habeo, te tanquam filium habere desidero. Quo veniente, tantis eum muneribus ditauit, vt ab omnibus miraretur. nam de rebus bonis tam de armis quàm de vestibus, vel reliquis ornamentis quæ regem habere decet, terna ei pari cōdonauit: similiter & de equis atque catenis. Hęc audiēs Gyualdus, quòd scilicet Theodobertus regnum patris obtinuisset, ad eum de Italia rediit. Cui ille congaudens ac deosculās, tertiam partem ei de muneribus quæ à patruo acceperat, est largitus: & omnia quæ in fisco suo pater posuerat, de rebus Sygiualdi patris eius, ipsi reddi præcepit.

Theodob. in Gyualdum liberalitas.

CAP. XXV. At ille in regno firmatus, magnum se atque in omni bonitate præcipuum reddidit. Erat enim regnum

A regnum cum iustitia regens, sacerdotes venerans, Ecclesias munerans, pauperes eleuans, & multa multis beneficia pia ac dulcissima accommodans voluntate. Omne tributum quod in fisco suo ab ecclesiis in Aruerno sitis reddebatur, clementer indulsit.

CAP. XXVI. *Deuteria filiā occidit.*

Deuteria verò cernens filiam suam adultam valdè esse, timens ne eam concupiscens rex sibi adsumeret, in Basterna positam indomitis bobus coniunctis eam de ponte præcipitauit, quæ in ipso flumine spiritum reddidit. hoc apud Viridunum ciuitatem actum est.

CAP. XXVII. *Theodob. renunciat concubinæ.*

Cvmqve iam septimus annus esset, quòd Vuisigardem desponsatam haberet, & eam propter Deuteriam accipere nollet, coniuncti Franci contra eum valdè scandalizabantur, quare sponsam suam relinqueret. Tunc cōmotus, relicta Deuteria, de qua paruulum filium habebat Theodualdum nomine, Vuisigardem duxit vxorem. Quam nec multo tempore habēs, defuncta illa, aliam accepit. Veruntamen Deuteriam vltra non habuit.

CAP. XXVIII.

Childebertvs autem & Theodobertus commouentes exercitum, contra Chlotharium ire disponunt. Ille autem hæc audiens, æstimans se horum exercitum non sustinere, in siluam B confugit, & concides magnas in siluis illis fecit, totamque spem suam in dei pietatem transfundens. Sed & Chrothildis regina hæc audiens, beati Martini sepulchrum adiit, ibique in oratione prosternitur, & tota nocte vigilat, orans ne inter filios suos bellum ciuile consurgeret. Cumque hi venientes cum exercitibus suis, eum obsiderent, tractantes illum die sequenti interficere, mane facto in loco quo erant congregati, orta tempestas tentoria dissecat, res diripit, & cuncta subuertit, immixtaque fulgura cum tonitruis ac lapidibus super eos descendunt. Ipsi quoque super infectam grandine humum in faciem proruunt, & à lapidibus descendentibus gra-

Chrothildis precibus pluuia cœlestis acies fratrum diremit. Paul. Aemil. lib. 1.

uiter verberantur. nullum enim eis tegumen remanserat, nisi parmæ tantum, hoc maximè metuentes ne ab ignibus cœlestibus cremarentur. Sed & equi eorum ita dispersi sunt, vt vix in vicesimo quoque reperirentur stadio. multi enim prorsus ex eis non sunt inuenti. Tunc illi, vt diximus, à lapidibus cæsi & humo prostrati, pœnitentiam agebant, ac precabantur veniam à deo, quòd ista contra sanguinem suum agere voluissent. Super Chlotharium verò neque vna quidem C pluuiæ gutta decidit, aut aliquis sonitus tonitrui est auditus: sed nec anhelitum vllius venti in illo loco sensere. Hi quoque mittentes nuncios ad eum, pacem & concordiam petierunt. qua data, ad propria sunt regressi. Quod nullus ambigat hanc per obtentum reginæ, beati Martini fuisse virtutem.

CAP. XXIX. *Tunica Vincentij martyris, quam an. do. 525. delatā Lutetia, eique adem extructā quæ nunc est Germani in suburbiis scribit Aemil. lib. 1.*

Post hæc Childebertus rex in Hispaniam abiit: quam ingressus cum Chlothario, Cæsaraugustanam ciuitatem cum exercitu vallant atque obsident. At illi in tanta humilitate ad deum conuersi sunt, vt induti ciliciis, abstinentes à cibis & poculis, cum tunica beati Vincentij martyris, muros ciuitatis psallendo circuirent: mulieres quoque amictæ nigris palliis, dissoluta cæsarie, superposito cinere, vt eas putares virorum funeribus deseruire, plangendo sequebantur. Et ita totam spem locus ille ad domini misericordiam retulit, vt diceretur ibidem Niniuitarum ieiunium celebrari: nec æstimaretur aliud posse fieri, nisi eorum precibus, diuina misericordia inflecteretur. Hi autem qui obsidebant, nescientes quid obsessi agerent, cùm viderent sic murum circuiri, putabant eos aliquid agere maleficij. Tunc adprehensum vnum de ciuitate rusticum, ipsi interD rogant, quid hoc esset quod agerent. Qui ait: Tunicam beati Vincentij deportant, & cum ipsa vt eis dominus misereatur, exorant. Quod illi timentes, se ab ea ciuitate remouerunt, tamen acquisita maxima Hispaniæ parte, cum magnis hi spoliis in Gallias redierunt.

CAP. XXX. *Gothi reges pro arbitrio statuunt & occidunt.*

Post Amalaricum verò, Theuda rex ordinatus est in Hispaniis: quo interfecto, Theudegysilum leuauerunt regem. Is dum ad cœnam cum amicis suis epularetur, & esset valdè lætus, cereis subitò extinctis, in recubitu ab inimicis gladio percussus interiit: post quem Agyla regnum accepit. Sumpserant enim Gothi hanc detestabilem cōsuetudinem, vt si quis eis de regibus non placuisset, gladio eum adpeterent: & qui libuisset animo, hunc sibi statuerent regem.

CAP. XXXI. *Theodorici filia seruo nupsit.*

Et quia Theodoricus Italiæ, Chlodouei regis sororem in matrimonio habuit, mortuus paruulam filiam cum vxore reliquit. Hæc autem cùm adulta facta esset, per leuitatem animi sui, relicto matris consilio, quæ ei regis filium prouidebat, seruum suum Traguilanem nomine accepit, & cum eo ad ciuitatem qua defensari possit, aufugit. Cúmque mater eius contra eam valdè frenderet, peterétque ab ea ne humiliaret diutius nobile genus, sed dimisso seruo similem E sibi de genere regio quem mater prouiderat, deberet accipere, nullatenus voluit adquiescere. Tunc mater eius contra eam frendens, exercitum commouit. At illi venientes super eos, Traguilanem interfecerunt gladio, ipsam quoque cædentes in domum matris reduxerunt. Erant autem sub Arriana secta viuentes: & quia consuetudo eorum est, vt ad altarium venientes, de alio calice reges communicent, & de alio populus minor, venenum in calice illo posuit, de quo mater communicatura erat. Quo illa hausto, protinus mortua est, non enim dubium est, tale maleficium esse de parte diaboli. Quid contra hæc miseri hæretici respondebunt, vt in

Filia matrem cōmunicantē veneno sustulit.

sancta eorum locum habeat inimicus? Nos verò trinitatem in vna æqualitate pariter & omnipotentia confitentes, etiam si mortiferum bibamus, in nomine patris & filij & spiritus sancti, veri atque incorruptibilis dei, nihil nos nocebit. Indignantes ergo Itali contra hanc mulierem, Theodadum regem Tusciæ inuitantes, super se regem statuunt.

Hic verò cùm didicisset quæ meretrix ista commiserat, qualiter propter seruum quem acceperat in F matrem extiterat parricida, succenso vehementer balneo, eam in eodem cum vna puella includi præcepit. Quæ nec mora, inter arduos vapores ingressa, in pauimento conruens, mortua atque consumpta est. Quod cognoscentes hi reges Childebertus & Chlotharius consobrini eius, necnon & Theodobertus, quòd scilicet tam turpi fuerit interfecta supplicio, ad Theodadum legationem dirigunt, exprobrãtes de morte eius, atque dicentes, Si hæc quæ egisti nobiscum non composueris, regnum tuum auferemus, & simili pœna te damnabimus. Tunc ille timens, quinquagena eis milia aureorum transmisit. Childebertus autem, vt erat semper contra Chlotharium regem inuidus atque versutus, cum Theodoberto nepote suo coniunctus, diuiso inter se hoc auro, nihil exindè dare regi Chlothario voluerunt. At ille super thesauros Chlodomeris adgressus, multum illis amplius quàm hi fraudauerant, abstulit.

CA. XXXII. *Theodobertus Italiam occupat.*

THEODOBERTVS verò in Italiam abiit, & exindè multum adquisiuit. Sed quia loca illa, vt fertur, morbida sunt, exercitus eius in diuersis febribus conruens, vexabatur. Multi enim ex his, in illis locis mortui sunt. Quod videns Theodobertus, ex ea reuersus est, multa secum spolia ipse G vel sui deferentes: dicitur tamen tunc temporis vsque Ticinum accessisse ciuitatem, in qua Buccillenum rursum direxit. Qui minore illa Italia capta, atque in ditionem regis antedicti redacta, maiorem petiit: in qua contra Bellissarium multis vicibus pugnans, victoriam obtinuit. Cumque imperator vidisset, quòd Bellissarius crebrius vinceretur, amoto eo, Narsetem in eius locum statuit: Bellissarium verò Comitem stabuli, quasi pro humilitate quod prius fuerat, posuit. Buccillenus verò contra Narsetem magna certamina gessit, capta omni Italia, vsque in mare terminum dilatauit: Thesauros verò magnos ad Theodobertũ de Italia direxit. Quod cùm Narses imperatori posuisset in notitiam, imperator cõductis precio gentibus, Narseti solatium mittit, cõfligensque postea victus abscessit. Deinceps vero Buccillenus Siciliã occupauit, de qua etiam tributa exigens, regi transmisit. Magna enim ei felicitas in his conditionibus fuit.

Bucillenus Siciliam capit.

CAP. XXXIII. *Secundini & Asterioli contentio.*

ASTERIOLVS tunc & Secundinus magni cum rege habebantur. Erat autem vterque sapiens, & rhetoricis imbutus literis. Sed Secundinus plerũque legationem imperatori à rege missus intulit. H Et ob hoc iactantiam sumpserat, ac nonnulla contra rationem exercebat. Qua de causa factum est vt inter illum atque Asteriolum lis sæua consurgeret: quæ vsque ad hoc profecit, vt oblitis verborum obiectionibus, propriis se manibus verberarent. Cúmque hæc per regem pacificata fuissent, & Secundinus adhuc de sua cæde timeret, nata est inter eos rursum contentio. Et rex suscipiens Secundini causam, Asteriolum in eius potestatem dedidit. Qui valdè humiliatus est, & ab honore depositus, sed per Vvisigardem reginam iterum est restitutus. Mortua autem illa, consurgens iterum Secundinus, eum interfecit. nam hic moriens filium dereliquit. Qui cùm creuisset, & esset adultus, cœpit patris sui velle iniuriam vindicare. tunc Secundinus timore perterritus, dum de villa in villam ante eum fugeret, cùm se iam videret eo imminente non posse euadere, ne in manus inimici conrueret, veneno se, vt dicitur, interfecit.

CAP. XXXIIII. *Syriuulduus occiditur.*

DESIDERATVS autem Viridunensis episcopus, cui Theodoricus rex multas inrogauit iniurias, cùm post multa exitia, damna atque ærumnas, ad libertatem propriam iam domino iubente rediisset, & episcopatu, vt diximus apud Vidurunensem vrbem potiretur, videns habitatores eius valdè pauperes atque destitutos, dolebat super eis: & cum ipse per Theodoricum de rebus suis remansisset extraneus: nec haberet de proprio qualiter eos consolaretur, bonitatem & clementiam circa omnes Theodoberti regis cernens, misit ed eum legationem dicens: Fama bonitatis tuæ in vniuersam terram vulgatur, cum tanta sit tua largitas, vt etiam non petentibus opem præstes, rogo si pietas tua habet aliquid de pecunia, nobis cõmodes, qua ciues nostros releuare valeamus: cumque hi negotium exercentes, sponsionem in ciuitate nostra sicut reliquæ habent, præstiterint, pecuniam tuam cum vsuris legitimis reddemus. Tũc ille pietate commotus, septem ei milia aureorum præstitit. Quæ ille accipiens, per ciues suos erogauit. At illi negocia exercentes, diuites per hoc effecti sunt, & vsque hodiè magni habẽtur. Cumque antedictus episcopus debitam pecuniã obtulisset regi, respondit rex: Non habeo necessarium hoc recipere: illud mihi sufficit, si dispensatione tua pauperes qui opprimebantur inopia, per tuam suggestionem, vel per meam largitatem sunt releuati. Et nihil exigens, antedictos ciues diuites fecit.

Theodobertus magnis muneribus ditauit Vidurnenses.

CAP. XXXV.

DEFVNCTO autem apud vrbem supradictam memorato antistite; Agyricus quidam è K ciuibus, in cathedram eius subrogatur. Syagrius autem filius eius reminiscens iniurias patris, qualiter à Syriuuldo ad regem Theodoricum incusatus, non solum spoliatus, verumetiam suppliciis affectus fuisset, oppressum cum armata manu Syriuuldum taliter interfecit. Tunc mane facto, cum nebula esset condensa, & vix adhuc disrumpentibus tenebris aliquid quis posset discernere, venit ad villam eius in Diuionensi territorio, cui nomen est Floriacum: egressoque domum vno amicorum, putantes ipsum Syriuuldum esse, interfecerunt eum: & reuertentibus quasi victoriam obtinuissent de inimico, indicat eis vnus ex familia, non eos dominum interfecisse, sed subditum. At illi regressi, requirentes eum, cellulam in qua dormire solitus erat, repertam adgrediuntur. Ad cuius ostium diutissimè pugnantes, nihil ei poterant præualere. Dehinc eruto ab vno latere parietem ingredientes, gladio eum interimunt. Post

A mortem enim Theodorici hic interfectus est.

HIS denique gestis, Theodobertus rex ægrotare cœpit. Ad quem medici multa studia impenderunt: sed nihil valuit, quia eum iam dominus vocari iubebat. Ergo cum diutissimè ægrotasset, ab ipsa infirmitate deficiens, reddidit spiritum. Franci verò cum Partheniũ in odio magno haberent, pro eo quòd eis tributa ante dicti regis tempore inflixisset, eum persequi cœperunt. Ille verò in periculo positum se cernens, confugium ab vrbe facit, & à duobus episcopis suppliciter exorat, vt eum ad vrbem Treuericam deducentes, populi sæuientis seditionem sua prædicatione comprimerent. Quibus euntibus, nocte dum in stratu suo decũberet, subitò per somnium vocem magnam emittit dicens: Heu heu, succurrite qui adestis & auxilium ferte pereunti. A quo clamore expergefacti qui aderant, interrogant quid hoc esset: respondit ille: Ausanius amicus meus cum Papianilla coniuge, quos olim interfeci, ad iudicium me arcessebant, dicentes, Veni ad respondendum, quia causaturus es nobiscum coram domino. Zelo enim ductus ante annos aliquot coniugem innocentẽ amicúmque peremerat. Igitur accedentibus episcopis ad antedictam vrbem cùm strepẽtis B populi seditionem ferre non possent, eum in Ecclesia abdere voluerunt, scilicet ponentes eum in arca, & desuper sternentes vestimenta quæ erant ad vsum Ecclesiæ. Populus autem ingressus, perscrutatúsque vniuersos angulos Ecclesiæ, cum nihil reperisset, frendens egrediebatur. Tunc vnus ex suspicione locutus ait: En arca in qua nõ est inquisitus aduersarius noster. Dicẽtibus verò custodibus, nihil in ea aliud nisi ornamenta Ecclesiæ contineri, illi clauem postulant aientes, Nisi reseraueritis velocius, ipsi eam spõte cõfringimus. Deniq; reserata arca, amotis linteaminibus, inuẽtum extrahũt, plaudentes atque dicentes: Tradidit deus inimicum nostrum in manus nostras. Tũc cædentes eum pugnis, sputisque perungentes, vinctis post tergum manibus ad columnam lapidibus obruunt. Fuit autem in cibis valdè vorax: sed quæ sumebat, quo celerius ad manducandum cõmoueretur, sumpto aloe velociter digerebat. sed & strepitus ventris absque vlla auditorum reuerentia in publico emittebat. Hoc ergo exitu consummatus interiit.

CAP. XXXVI. *Theodobertus obiit.*

Parthenius nouarum vectigalium inuentor occiditur.

GRAVIS eo anno & solito asperior hyems fuit, ita vt torrentes concatenati gelu, peruium po- CAP. C pulis iter tanquam reliqua humus præberent. Aues quoque rigore affectæ vel fame, absque vllo hominum dolo, cum magnæ essent niues, manu capiebãtur. A transitu igitur Chlodouei vsque in transitum Theodoberti, computãtur anni triginta septem. Mortuo ergo Theodoberto, quartodecimo regni sui anno, regnauit Theodoualdus filius eius pro eo.

XXXVII. *Hyems & frigus insolitum.*

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM

LIBER IIII.

CAP. I. *Chrotildis moritur.*

DIGITVR Chrothildis regina plena dierum bonisque operibus prædita, apud vrbem Turonicam obiit, tempore Iniurioſi episcopi: quæ Parisios cum magno psallentium præconio deportata, in sacrario basilicæ S. Petri, ad latus Chlodouei regis sepulta est, à filiis suis Childeberto atque Chlothario regibus. nam basilicam illam ipsa constructerat, in qua & Genouefa beatissima est sepulta.

CAP. II. *Paul. Aemil. lib. 1. clothario trientem Ecclesiarũ ablaturo obstitit Iniuriosus Episcopus.*

DENIQVE Chlotarius rex indixerat vt omnes ecclesiæ regni sui tertiam partem fructuum fisco dissoluerent. Quod, licet inuiti, cùm omnes episcopi consensissent atque subscripsissent, viriliter hoc beatus Iniuriosus respuens subscribere dedignatus est, dicens: Si volueris res dei tollere, dominus regnum tuum velociter auferet, quia iniquum est vt pauperes quos tuo debes alere horreo, ab eorum stirpe tua horrea repleantur. Et iratus contra E regem, nec vale dicens, abscessit. Tunc commmotus rex, timens etiam virtutem beati Martini, misit post eum cum muneribus, veniam precans, & hoc quod fecerat damnans, simulque rogans vt pro se virtutem beati Martini antistitis exoraret.

CAP. III. *Clotharij uxores & liberi.*

CHLOTHARIVS denique ipse rex de diuersis mulieribus septẽ filios habuit, id est de Ingunde, Guntharium, Childericum, Charibertum, Guntchramnum, Sygilbertum, & Chlotsindam filiam. De Aregunde verò sorore Ingundis, Chilpericum. De Chunsena habuit Chramnum. Quæ autem causa fuerit vt vxoris suæ sororem acciperet, dicam. Cum iam Ingundem in coniugio accepisset, & eam vnico amore diligeret, suggestionem ab ea accepit dicente: Fecit dominus meus de ancilla sua quod libuit, & suo me strato adsciuit: nunc ad complendam mercedem, quid famula tua suggerat, audiat dominus meus rex; Precor vt sorori meæ seruæ vestræ vtilem atque habentem virũ ordinare dignemini, vnde nõ humiliter, sed potius exaltata seruire fidelius possim. Quod ille audiens, cũ esset nimium luxuriosus, in amorem Aregundis incenditur, & ad villã in qua ipsa residebat dirigit, eamq; sibi in matrimonio sociauit. Qua accepta, ad Ingũdem rediens ait, Tractaui mercedem illã implere,

quam me tua dulcedo expetiit. Et requirens virum diuitem atque ſapientem, quem tuæ ſorori deberem adiungere, nihil melius quàm meipſum inueni. Itaque noueris, quia eam coniugem accepi, quod tibi diſplicere non credo. At illa, Quod bonum, inquit, videtur in oculis domini mei, faciat: tantum ancilla tua cum gratia regis viuat. Guntharius verò Chramnus atque Childericus, viuente patre mortui ſunt. Exitum verò Chramni in poſterum ſcribemus. Alboinus quoque rex Longobardorum, Chlotſindam filiam regis accepit. Obiit autem Iniuriosus epiſcopus vrbis Turonicæ, decimo & ſeptimo epiſcopatus ſui anno. Cui Baudinus ex domeſtico Chlotharij regis ſucceſſit XVI. poſt exitum beati Martini.

Alboinus nubit Chlotſindæ.

CAP. IIII. *De Britannorũ comitibus.*

CHANAO quoque Britannorum comes tres fratres ſuos interfecit. Volens autem adhuc Macliauum interficere, comprehenſum atque catenis oneratum in carcere retinebat: qui per Felicem Namneticum epiſcopum à morte liberatus eſt. Poſt hæc iurauit fratri ſuo, vt ei fidelis eſſet: ſed neſcio quo caſu ſacramentum inrumpere voluit. Quod Chanao ſentiens, iterum eum perſequebatur. At ille, cum ſe euadere non poſſe videret, poſt alium comitem regionis illius fugit, nomine Chonomorem. Is cum ſentiret perſecutores eius adpropinquare, ſub terra eum in loculo abſcondit, componens deſuper ex more tumulum, paruumque ei ſpiraculum reſeruans, vnde halitum reſumere poſſet. Aduenientibus autem perſecutoribus eius, dixerunt: Ecce hic Macliauus mortuus atque ſepultus iacet. Quod illi audientes, atque gaudentes, & ſuper tumulũ illum bibentes, renunciauerunt fratri, eum mortuum eſſe. Quod ille audiens, regnum eius integrum accepit. nam ſemper Britanni ſub Frãcorum poteſtate poſt obitum regis Chlodouei fuerunt, & comites, non reges appellati ſunt. Macliauus autem de ſub terra conſurgens, Veneticam vrbem expetiit, ibique tõſuratus & epiſcopus ordinatus eſt. Mortuo autem Chanaone, hic apoſtatauit, & demiſſis capillis, vxorem quam poſt clericatum reliquerat, cũ regno fratris ſimul accepit. Sed ab epiſcopis excommunicatus eſt: cui qualis fuerit interitus, ſequenter ſcribemus. Obiit autem Baudinus epiſcopus anno VI. epiſcopatus ſui: in cuius locum Guntharius abbas ſubrogatur XVII. poſt tranſitum ſancti Martini.

Britanni ſubditi Francorũ

Baudinus Epiſcopus obiit.

CAP. V. DENIQVE cum beatus Quintianus, ſicut ſupra diximus, ab hoc mundo migraſſet, ſanctus Gallus in eius cathedram rege opitulante, ſubſtitutus eſt. Huius tempore, cum lues illa quam Inguinariam vocant, per diuerſas regiones deſæuiret, & maximè tunc Arelatenſem prouinciam depopularetur, ſanctus Gallus nõ tantũ pro ſe, quantum pro populo ſuo trepidus erat. Cumque die noctuque dominũ deprecaretur, vt viuens plebẽ ſuam vaſtari nõ cerneret, per viſum noctis apparuit ei angelus domini, qui tam cæſariem quàm veſtem in ſimilitudine niuis cãdidam efferebat: & ait ad eum: Benè enim facis ô ſacerdos, quòd ſic dominum pro populo tuo ſupplicas: exaudita eſt enim oratio tua, & ecce eris cum populo tuo ab hac infirmitate liberatus, nulluſque te viuente in regione iſta ab hac ſtrage deperiet. nunc autem ne timeas: poſt octo verò annos time. Vnde manifeſtum fuit, tranſactis his annis, eum à ſeculo diſceſſurum. Expergefactus autem, & deo gratias pro hac conſolatione agẽs, quòd eum per cœleſtem nuncium confortare dignatus eſt, Rogationes illas inſtituit, vt media quadrageſima pſallẽdo, ad baſilicam beati Iuliani martyris itinere pedeſtri venirent. Sunt autem in hoc itinere, quaſi ſtadia CCCLX. Tunc etiam in ſubita contemplatione, parietes vel domorum vel eccleſiarum ſignari videbantur. Vnde à ruſticis hæc ſcriptio Thau vocabatur. Cum autem regiones alias, vt diximus lues illa conſumeret, ad ciuitatem Aruernam, ſancti Galli intercedente oratione, non attigit. Vnde hæc non paruam cẽſeo gratiã, qui hoc meruit, vt paſtor poſitus oues ſuas deuorari defendente domino non videret. Cùm autem ab hoc mundo migraſſet, & ablutus in eccleſiam deportatus fuiſſet, Cato presbyter continuò à clericis de epiſcopatu laudes accepit: & omnem rem eccleſiæ tanquam ſi iam eſſet epiſcopus, in ſuam redegit poteſtatem: ordinatores remouet, miniſtros reſpuit, cuncta per ſe ordinat.

Lues inguinaria Galli oratione pellitur. lib. 1. de mir. cap. 51.

Viſio Galli

CAP. VI. *Cato Epiſcopus de ſignatur.* EPISCOPI tamen qui aduenerant ſanctum Gallum ſepeliendum, poſtquam eum ſepelierant, dixerunt Catoni presbytero: Videmus quia te elegit pars maxima populorum: veni, conſenti nobis, & benedicentes conſecremus te ad epiſcopatum. Rex verò paruulus eſt, & ſi qua tibi adſcribitur culpa, nos ſuſcipientes te ſub defenſione noſtra, cum proceribus & primis regni Theodoualdi regis agemus, ne tibi vlla excitetur iniuria: nos quoque intantum fideliter crede, vt ſpondeamus pro te omnia, etiam ſi damni aliquid ſuperuenerit, de noſtris propiis facultatibus id reddituros. At ille cothurno vanæ conflatus gloriæ ait: Noſtis enim fama accurrente, me ab initio ætatis meæ ſemper religiosè vixiſſe, vacaſſe ieiuniis, elecmoſynis delectatum fuiſſe, cõtinuatas ſæpius exercuiſſe vigilias, pſallentio verò iugi cõbra perſtitiſſe ſtatione nocturna. Nec me dominus deus meus patitur hac ordinatione priuari, cui tantum famulatum exhibui. nam & ipſos clericatus gradus canonica ſum ſemper inſtitutione ſortitus: lector decem annis fui, ſubdiaconatus officium quinque annis miniſtraui, diaconatui verò quindecim annis mãcipatus fui, presbyterij autem iam honore viginti annis potior. Quid enim mihi nũc reſtat, niſi vt epiſcopatum quem fidelis ſeruitus promeretur, accipiam? Vos igitur reuertimini ad ciuitates veſtras, & ſi quid vtilitati veſtræ competit, exercete. nam ego canonicè adſumpturus ſum hunc honorem. Hæc audientes epiſcopi, & in eum vanam gloriam execrantes, diſceſſerunt.

catonis præſumptio.

CAP. VII. *Cautinus Catoni ſubſtituitur.* IGITVR cum conſenſu clericorum ad epiſcopatum electus, cùm adhuc non ordinatus cunctis ipſe præeſſet, Cautino archidiacono diuerſas minas intẽdere cœpit, dicẽs: Ego te remouebo, ego te humilia

humiliabo, ego tibi multas neces impẽdi præcipiam. Cui ille, Gratiam, inquit, tuam domine piiſſime habere deſidero: quam ſi mereor, vnũ tibi beneficium præſtabo: ſine vllo enim labore tuo, & abſque vllo dolo, ego ad regem pergã, & epiſcopatum tibi obtinebo, nihil petẽs niſi vt promerear gratiã tuã. At ille ſuſpicans eum ſibi velle inludere, hæc valdè deſpexit. Hic verò cũ ſe cerneret humiliari, atque calumniæ ſubiici, languore ſimulato, & per noctem ciuitatẽ egrediens, Theodoualdũ regem petiit, adnuncians tranſitum ſancti Galli. Quod ille audiens vel qui cum eo erant, conuocatis ſacerdotibus apud Metenſem ciuitatem, Cautinus archidiaconus, epiſcopus ordinatur. Cùm autem veniſſent nuncij Catonis presbyteri, hic iam epiſcopus erat. Tunc ex iuſſu regis traditis ei clericis, & omnibus quæ hi de rebus eccleſiæ exhibuerant, ordinatiſque qui cum eo pergerent epiſcopis, & camerariis, Aruernos eum direxerunt. Qui à clericis & ciuibus libenter exceptus, epiſcopus Aruernis eſt datus. Grandes poſtea inter ipſum & Catonem presbyterum inimicitiæ ortæ ſunt: quia nullus vnquam potuit flectere Catonem, vt epiſcopo ſuo ſubditus eſſet. Nam & diuiſio clericorum facta eſt, & alij Cautino epiſcopo erant ſubditi, alij Catoni presbytero: quod eis fuit maximum detrimentum. Cautinus autem epiſcopus videns eum nulla ratione poſſe flecti, vt ſibi eſſet ſubditus, tam ei quàm amicis eius vel quicunque ei conſentiebant, omnes res Eccleſiæ abſtulit, reliquitque eos inanes ac vacuos. Quicunque tamen ex ipſis ad eum conuertebantur, iterum quod perdiderant recipiebant.

Cato recuſat ſubeſſe cautino.

CAP. VIII. *Hiſp. reges.* REGNANTE verò Agilane apud Hiſpaniam, cum populum grauiſſimo dominationis ſuæ iugo adterreret, exercitus imperatoris Hiſpanias eſt ingreſſus, & ciuitates aliquas peruaſit. Interfecto autẽ Agilane, Athanageldus regnum accepit. Qui multa bella contra ipſum exercitum poſtea egit, & eos plerunque deuicit, ciuitateſque quas malè peruaſerant, ex parte auferens de poteſtate eorum.

CAP. IX. *Theodouldi fallax auaritia.* THEODOVALDVS verò cùm iam adultus eſſet, Vuldotradam duxit vxorem. Hunc Theodouldum mali fuiſſe ingenij, ita vt iratus cuidm quem ſuſpectum de rebus ſuis habebat, fabulam fingeret, dicens: Serpens ampullam vino plenam reperit, per cuius os ingreſſus, quod intus habebatur auidus hauſit. A quo inflatus vino, exire per aditum quo ingreſſus fuerat, non valebat. Veniẽs verò vini dominus, cùm ille exire niteretur, nec poſſet, ait ad ſerpentem, Euome prius quod inglutiſti, & tunc poteris abſcedere liber. Quæ fabula magnum ei timorem atque odium præparauit. Sub eo enim & Bucellinus, cùm totam Italiam in Francorum regnum redegiſſet, à Narſete interfectus eſt: Italia ad partem imperatoris capta: nec fuit qui eam vltra reciperet. Sub huius tempore vuas in arbore quam ſambucũ vocamus, abſque vitis coniunctione natas vidimus: & flores ipſarũ arborum, quæ nigra, vt noſtis, grana proferre ſolitæ ſunt, racemorum grana dederunt. Tunc & in circulum lunæ quintæ, ſtellam ex aduerſo veniens introiſſe viſa eſt. Credo hæc ſigna mortem ipſius regis adnunciaſſe. Ipſe verò valdè infirmatus, à cinctura deorſum ſe volutare non poterat. Qui paulatim decidens, ſeptimo regni ſui anno mortuus eſt, regnúmque eius Chlotharius rex accepit, copulans Vuldotradam vxorem eius ſtrato ſuo. Sed increpitus à ſacerdotibus, reliquit eam, dans ei Gariualdum ducem, dirigenſque Aruernos Chramnum filium ſuum.

Sambucus producit vuas.

Theod. obiit

CAP. X. *Saxonum rebellio.* Eo anno rebellantibus Saxonibus, Chlotharius rex, commoto contra eos exercitu, maximam eorum partem deleuit, peruagans totam Thoringiam ac deuaſtãs, pro eo quòd Saxonibus ſuppetias præſtitiſſent.

CAP. XI. DECEDENTE verò apud vrbem Turonicam Gunthario epiſcopo, per emiſſionem, vt ferunt, Cautini epiſcopi, Cato presbyter ad gubernandam Turonicæ vrbis eccleſiam petebatur. Vnde factum eſt, vt coniuncti clerici cum Leubaſte martyrario & abbate, cum magno apparatu Aruernum properarent. Cúmque Catoni rẽgis voluntatẽ patefeciſſent, ſuſpendit eos à reſponſo paucis diebus. Hi verò regredi cupientes, dicunt: Pande nobis voluntatem tuam, vt ſciamus quid debeamus ſequi: alioquin reuertimur ad propria. Non enim noſtra te voluntate expetiuimus, ſed regis præceptione. At ille, vt erat vanæ gloriæ cupidus, adunata pauperum caterua, clamorem dari præcepit his verbis: Cur nos deſeris bone pater filios, quos nunc vſque educaſti? Quis nos cibo potuque reficiet, ſi tu abieris? rogamus ne nos relinquas, quos alere conſueſti. Tunc ille cõuerſus ad clerum Turonicum ait: Videtis nunc fratres chariſſimi, qualiter hæc multitudo pauperum me diligit: non poſſum eos relinquere & ire vobiſcum. Iſtud hi reſponſum accipientes, regreſſi ſunt Turonos. Cato autem amicitias cum Chramno nexuerat, promiſſionem ab eo accipiens, vt ſi contigerit in articulo tẽporis illius regẽ mori Chlotharium, ſtatim electo Cautino ab epiſcopatu iſte præponeretur eccleſiæ. Sed qui cathedram beati Martini contemptui habuit, quam voluit non accepit: impletumque eſt in eo quod Dauid cecinit dicens: Noluit benedictionem, & prolongabitur ab eo. erat enim vanitatis cothurno elatus, nullum ſibi putans in ſanctitate haberi præſtantiorem. nam quãdam vice conducta pecunia mulierem clamare fecit in eccleſia, quaſi per energiam, & ſe ſanctum magnum, deoque charum confiteri: Cautinum autem epiſcopum omnibus ſceleribus criminoſum, indignumque qui ſacerdotium debuiſſet adipiſci.

Cautinus vinolentus.

DENIQVE Cautinus adſumpto epiſcopatu, talem ſe reddidit, vt ab omnibus execraretur, vino vltra modũ deditus. nam plerunque in tantũ infundebatur potu, vt de conuiuio vix à quatuor portaretur. Vnde factum eſt vt epilepticus fieret in ſequenti: quod ſæpius populis manifeſtatũ fuit. erat enim & auaritiæ intantum incumbens, vt cuiuſcunque poſſeſſionis fines eius termino adhæſiſſent: interitum ſibi putaret ſi ab eiſdem aliquid non minuiſſet, & à maioribus quidem cum rixa & ſcãdalo

auferebat: à minoribus autem violenter diripiebat. Quibus & à quibus, vt Sollius noſter ait, nec F
dabat precia contemnens, nec accipiebat inſtrumenta deſperans. Erat enim tunc temporis Ana-
ſtaſius presbyter, ingenuus genere, qui per chartas glorioſæ memoriæ Chrothildis reginæ, proprie-
tatem aliquam poſſidebat: quem plerunque conuentum epiſcopus rogabat humiliter ac ſuppliciter,
vt ei chartas ſupradictæ reginæ daret, ſibiq́ue poſſeſſionem hanc ſubderet: ſed ille cùm voluntatem
ſacerdotis ſui implere differret, eumq́ue epiſcopus nunc blanditiis prouocaret, nunc minis terreret,
ad vltimum inuitum vrbi exhiberi præcepit, ibiq́ue impudenter teneri: & niſi inſtrumenta daret,
iniuriis adfici, & fame necari iuſſit. Sed ille virili repugnans ſpiritu, nunquam præbuit inſtrumenta,
dicens: Satius ſibi eſſe ad tempus inedia tabeſcere, quàm ſobolem in poſterum miſeram derelinqui.
Tũc ex iuſſu epiſcopi traditur cuſtodibus, vt niſi has chartulas proderet, fame necaretur. Erat enim
ad baſilicam ſancti Caſſij martyris crypta antiquiſſima abditiſſunaq́ue, vbi erat ſepulchrũ magnum
ex marmore Pario, in quo grandeui cuiuſdam hominis corpus poſitum videbatur. In hoc ſepulchro
ſuper ſepultum viuens presbyter ſepelitur, operiturq́ue lapide quo prius ſarcophagum fuit ob-
tectum, datis ante oſtium cuſtodibus. Sed cuſtodes ſiſi quòd lapide premeretur, cum eſſet hyems, G
accenſo igne, vino ſopiti calido obdormiunt. At presbyter tanquam nouus Ionas velut de ventre
inferi, ita de cõcluſione tumuli domini miſericordiam flagitabat. Et quia ſpacioſum erat, vt diximus
ſarcophagum, etſi ſe integrum vertere non poterat, manus tamẽ in parte qua voluiſſet liberè exten-
debat. Manabat enim ex oſſibus mortuis, vt ipſe referre erat ſolitus, fœtor lethalis, qui non ſolum
externa, verum etiam interna viſcerum quatiebat. Cumq́ue pallio aditus narium obſeraret,
quamdiu flatum continere poterat, nihil peſſimum ſentiebat: vbi autem ſe quaſi ſuffocari putabat,
remoto paululum ab ore pallio, non modo per os, aut per nares, verumetiam per ipſas, vt ita dicam,
aures, odorem peſtiferum hauriebat. Quid plura? Quando diuinitati, vt credo, condoluit, manum
dexteram ad ſpõdam ſarcophagi tetendit, reperitq́ue vectem, qui decedente opertorio, inter ipſum
ac labium ſepulchri remanſerat. Quem paulatim commouens, ſenſit cooperanti dei adiutorio la-
pidem amoueri. Verum vbi ita remotus fuit, vt presbyter caput foras educeret, maiorem quo totus
egrederetur aditum liberius patefecit: interea operientibus nocturnis tenebris diem, nec adhuc
vſquequaque diffuſis, aliud cryptæ oſtium petit: erat enim ſeris fortiſſimis clauiſq́ue firmiſſimis ob- H
ſeratum: veruntamen non erat ita læuigatum, vt inter tabulas aſpicere homo non poſſet. Ad hos
aditus presbyter caput reclinat, aduertitq́ue hominem viam prætereuntem. Hunc licet voce tenui,
vocat. Exaudit ille, nec mora, ſecurim manu tenens, fudes ligneas quibus ſeræ continebantur,
incidit: aditumq́ue presbytero patefecit. At ille de nocte conſurgens, ad domum pergit, ſatis virum
obſecrans, ne de eo cuiquam aliquid enarraret. Domum igitur ſuam ingreſſus, inquiſitis chartis
quas ei memorata regina tradiderat, ad Chlotharium regẽ defert, indicans qualiter ab epiſcopo ſuo
viuens ſepulturæ fuerat mancipatus. Stupeſcentibus autem omnibus, & dicentibus, nunquam vel
Neronem vel Herodem tale facinus perpetraſſe, vt homo viuens ſepulchro reconderetur, aduenit
ad Chlotharium regem Cautinus epiſcopus. Sed accuſante presbytero, victus confuſuſq́ue diſceſſit.
Presbyter autem acceptis à rege præceptionibus, res ſuas vt libuit defenſauit, poſſeditq́ue ac ſuis
poſteris dereliquit. In Cautino autem nihil ſancti, nihil penſi fuit. de omnibus enim ſcripturis tã ec-
cleſiaſticis quam ſecularibus, adplenè immunis fuit: Iudæis valdè charus ac ſubditus erat, non pro I
ſalute, vt paſtoris cura debet eſſe ſollicita, ſed pro comparandis ſpeciebus, quas cùm hic blãdiretur,
& illi ſe adulatores manifeſtiſſime declararent, maior quàm conſtabant precio vænundabant.

CAP. XIII. CHRAMNVS verò his diebus apud Aruernum reſidebat. multæ enim cauſæ tunc per eum
irrationabiliter gerebantur, & ob hoc celerius ablatus eſt de mundo. multum enim maledicebatur
à populo: nullum autem hominem diligebat, à quo conſilium bonum vtileq́ue poſſet accipere, niſi
collectas viles perſonas ætate iuuenili fluctuantes fouebat & diligebat, eorumq́ue conſilium audiẽs,
ita vt filias ſenatorum dans prædonibus, eiſdem vi detrahi iuberet. Firminum à comitatu vrbis
grauiter iniuriatum abegi, & Saluſtium Euodij filium ſubrogauit. Sed Firminus cum ſocru ſua Ec-
cleſiam petiit. Erant autem quadrageſimæ dies: & Cautinus epiſcopus, in Briuatenſem diœceſin
pſallẽdo adire diſpoſuerat, iuxta inſtitutionem ſancti Galli, ſicut ſupra ſcripſimus. Egreſſus eſt igitur
epiſcopus ab vrbe cũ magno fletu, metuens ne aliquid in itinere aduerſi perferret: intendebat enim
& ipſe rex Chramnus minas. Qui dum iter ageret, miſit rex Imnacharium & Scaptarium primos de
latere ſuo, dicens: Ite & vi abſtrahite Firminum, Cæſariamq́ue ſocrum eius de Eccleſia. Deſcen- K
dente verò epiſcopo cum pſallentio, ſicut ſupra memorauimus, hi qui miſſi fuerant à Chramno,
ingrediuntur Eccleſiam, ac Firminum Cæſariamque variis conlocutionum dolis mulcere tentant.
Verum vbi diutiſſimè, alia ex aliis deambulantes per Eccleſiam colloquuntur, & in hoc qui con-
fugerant, intenderent ex animo quæ dicebantur, ad regias ædis ſacræ quæ tunc reſeratæ fuerant,
adpropinquant. Tunc Imnacharius Firminum, Scaptarius Cæſariam adprehenſos, inter brachia
ab Eccleſia eiiciunt, paratis pueris qui ſuſciperent: quos ſtatim in exiliũ direxerunt. Sed de altera de-
preſſis ſomno cuſtodibus, ipſi ſe liberos ſentientes, ad beati Iuliani baſilicam confugiunt, & ſic
ab exilio liberantur: res tamen eorum fiſco conlatæ ſunt. Cautinus autem epiſcopus, cum ſu-
ſpectus eſſet, quòd & ipſe iniuriaretur, ac memoratum iter terens equum haberet ſtratum, vidit
poſt tergum homines venientes cum caballis, qui ad occurſum eius veniebant & ait: Væ mihi, quia
hi ſunt

Presbyter viuus ſepelitur.

Chramnus odit benè ſibi conſulentes.

A hi ſunt quos Chramnus direxit ad me comprehendendum. Et aſcenſo equo, relicto pſallentio,
ſolus vſque in porticũ baſilicæ ſancti Iuliani, ambobus vrgẽs calcaneis cornipedem, penè exanimis
percurrit. Sed nos hæc narrantes, Saluſtij ſententiam, quam in detractores hiſtoriographorum *Hiſtoricis quid neceſſarium.*
protulit, memoramus. ait enim: Arduum videtur res geſtas ſcribere, primum quòd facta dictis exe-
quenda ſunt: deinde quia plerique delicta quæ reprehenderis, maleuolentia & inuidia dicta putant.
Sed cœpta ſequamur.

IGITVR Chlotharius poſt mortem Theodoualdi, cum regnum Franciæ ſuſcepiſſet, atque illud CAP. XIIII.
circumiret, audiuit à ſuis iterata inſania efferueſcere Saxones, ſibiq́ue eſſe rebelles, & quòd tributa
quæ annis ſingulis conſueuerant miniſtrare contemnerent reddere. His incitatus verbis, ad eos *Chlotharius expeditionẽ parat in Saxones.*
dirigit. Cumq́ue iam propè terminum illorum eſſet, Saxones legatos ad eum mittunt, dicentes:
Non enim ſumus contemptores tui, & ea quæ fratribus ac nepotibus tuis reddere conſueuimus,
non negamus, & maiora adhuc ſi quæſieris reddemus: vnum tantum expoſcimus, vt ſit pax, ne
tuus exercitus & noſter populus conlidatur. Hęc audiens Chlotharius rex, ait ſuis: Benè loquuntur
B hi homines, non incedamus ſuper eos, ne fortè peccemus in deum. at illi dixerunt: Scimus enim, eos
mendaces, nec omninò quod promiſerint impleturos: eamus ſuper eos. Rurſum Saxones obtulerũt
medietatem facultatis ſuæ, pacem petentes. Et Chlotharius rex ait ſuis: Deſiſtite quæſo ab his ho-
minibus, ne ſuper nos dei ira concitetur. Quod illi non ad quieuerunt. Rurſum Saxones obtulerunt
veſtimenta, pecora, vel omne corpus facultatis ſuæ, dicentes: Hæc omnia tollite cum medietate
terræ noſtræ: tantum vxores & paruulos noſtros relinquite liberos, & bellum inter nos non com- *Saxones iniquè & crudeliter ſpoliantur.*
mittatur. Franci autem nec hoc adquieſcere voluerunt. Quibus ait Chlotharius rex, Deſiſtite quæſo,
deſiſtite ab hac intentione. verbum enim directum nõ habemus: nolite ad bellum ire in quo diſper-
damini. Tamen ſi eò ire volueritis, ſpontanea voluntate ego non ſequar. Tunc illi ira commoti
contra Chlotharium regem, ſuper eum inruunt, & ſcindentes tẽtorium eius, ipſum quoque conuicij
exaſperantes, ac vi detrahentes, interficere voluerunt, ſi cum illis abire differret. Hæc videns
Chlotharius, inuitus fuit cum eis. At illi inito certamine, maxima ab aduerſariis interneccione cæ-
dũtur: tantaque ab vtroque exercitu multitudo cecidit, vt nec eſtimari nec numerari penitus poſſit.
C Tunc Chlotharius valdè confuſus pacem petiit, dicens, ſe non ſua voluntate ſuper eos veniſſe. Qua
obtenta, ad propria rediit.

TVRONICI autem audientes regreſſum fuiſſe regem de cæde Saxonum, facto conſenſu in CAP. XV.
Eufronium presbyterum, ad eum pergunt, dataq́ue ſuggeſtione, reſpondit rex: Præceperam enim *Euphronij Epiſcopatus.*
vt Cato presbyter illic ordinaretur, & cur eſt ſpreta iuſſio noſtra? Reſponderunt ei: Petiuimus enim
eum, ſed noluit venire. Hæc illis dicentibus, aduenit ſubito Cato presbyter, deprecans regem, vt
ejecto Cautino, ipſum Aruerno iuberet inſtitui. Quod rege intidente, petiit iterum vt Turonis or-
dinaretur, quod ante deſpexerat. Cui rex ait: Ego primum præcepi, vt Turonis te ad epiſcopatum
conſecrarent: ſed quãtum audio, deſpectui habuiſti eccleſiam illam, ideoq́ue elongaberis à domina-
tione eius. & ſic confuſus abſceſſit. De ſancto verò Eufronio interrogans, dixerunt, eum nepotem
eſſe beati Gregorij, cuius ſupra meminimus. Reſpondit rex, Prima hæc eſt & magna generatio. Fiat
volũtas dei, & beati Martini, electio cõpleatur: & data præceptione, XVIII. poſt beatum Martinum
ſanctus Eufronius ordinatur epiſcopus.

D CHRAMNVS autem apud Aruernos, diuerſa vt diximus, exercebat mala, ſemper aduerſus CAP. XVI.
Cautinum epiſcopum inuidiam tenens. Eo tempore grauiter ægrotauit, ita vt capilli eius à nimia *Chramnus ægrotat.*
febre deciderent. Habebat autem tunc ſecum virum magnificum, & in omni bonitate perſpicuum,
ciuem Aruernum, Anſcouindum nomine, qui eum vi ab hac malitia quærebat auertere, ſed non
poterat. Habebat enim & Leonem Pictauenſem, ad omnia mala perpetranda grauem ſtimulum,
qui nominis ſui tanquam leo erat in omni cupiditate ſæuiſſimus. Hic fertur quadam vice dixiſſe,
quòd Martinus & Martialis confeſſores domini, nihil fiſci viribus vtile reliquiſſent. Sed ſtatim per- *Leo blaſphemans obſtruit.*
cuſſus à virtute confeſſorum, ſurdus & mutus effectus, amens eſt mortuus. Venit enim miſer ad
Baſilicam ſancti Martini Turonos, celebrauitq́ue vigilias, dedit munera: ſed non eum reſpexit virtus
conſueta: cum ipſa enim qua venerat infirmitate, regreſſus eſt. Chramnus autem ab Aruerno re-
greſſus ad Pictauorum ciuitatem venit. Vbi cum in magna potentia reſideret, ſeductus per ma-
lorum conſilium, ad Childebertum patruum ſum tranſire cupit, patri inſidias parare diſponens.
E ille verò doloſè quidem, ſed ſuſcipere illum promittit, quem monere ſpiritualiter debuerat, ne
patri exiſteret inimicus. Tunc per occultos nuncios inter ſe coniurati, contra Chlotharium vnani-
miter conſpiratunt. Sed nec memor fuit Childebertus, quod quotieſcunque aduerſus fratrem ſuum
egit, ſemper confuſus abſceſſit. Chramnus verò hoc fœdere inito, Lemouicinum rediit, & illud
per quod prius ambulauerat in regno patris ſui, in ſua dominatione redegit. Tunc Aruernus
populus intra muros tenebatur incluſus, & diuerſis infirmitatibus oppreſſus grauiter interibat.
Porro Chlotharius rex duos filios ſuos, id eſt Charibertum & Guntgramnum ad eum dirigit. Qui
per Aruernum venientes, audienteſque quod in Lemouicino eſſet, vſque ad montem quem Ni-
grum nomine dicunt, accedunt, eumq́ue reperiunt. Figenteſque tentoria, contra ſe reſederunt,
mittentes legationem, vt res paternas quas malè peruaſerat, reddere deberet: ſinautem aliud,
campum præpararet ad bellum. Cumq́ue ille patri ſubditum ſe eſſe confingeret, diceretq́ue, Omne

quod circumiui lâxare non potero, ſed ſub mea hoc poteſtate cum gratia patris mei cupio re- F
tinere. illi vt prælium hoc inter ipſos diiudicaret, poſtulant. Cumque moto vtrique exercitu cum
magno armorum apparatu ad bellum cõueniſſent, ſubitò exorta tempeſtas cum graui coruſcatione
Pugnam diſſoluit cœlis tempeſtas. atque tonitruo, eos ne pugnarent, inhibuit. Redeuntes autem ad caſtra Chramnus doloſè per
extraneam perſonam, patris mortem fratribus pronunciat. Eo enim tempore bellum contra Sa-
xones, quod ſupra diximus, gerebatur. At illi timentes, cum ſumma velocitate Burgundiam re-
dierunt. Chramnus verò cum exercitu poſt eos dirigens, vſque ciuitatem Cauillonenſem venit,
eamque obſidens adquiſiuit. Exindè vſque Diuionenſe caſtrum pertendit, ibique cum die do-
minico aduenisſet, quid geſtum fuerit dicam. Erat ibi tunc ſanctus Tetricus epiſcopus, cuius in
ſuperiori libello memoriam fecimus, poſitis clerici tribus libris ſuper altarium, id eſt Prophetiæ,
Auſpicium ex Euang. & proph. Apoſtoli, atque Euangeliorum, orauerunt ad dominum, vt Chramno quid eueniret oſtenderet:
aut ſi ei felicitas ſuccederet, aut certe ſi regnare poſſet, diuina potentia declararet. Simulque vnam
habentes conniuentiam, vt vnuſquiſque in libro quod primum aperiebat, hoc ad Miſſas etiam le-
geret. Aperto ergò primùm omnium prophetarum libro, reperiunt: Auferam maceriam eius, G
& erit in deſolationem: pro eo quòd debuit facere vuam, fecit autem labruſcam. Reſeratoque
Apoſtoli libro inueniunt: Ipſi enim diligenter ſcitis fratres, quia dies domini ſicut fur in nocte, ita
veniet. cum dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus illis ſuperueniet interitus: ſicut dolores par-
turientis, & non effugient. Dominus autem per euangelium ait: Qui non audit verba mea, ad-
ſimilabitur viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam: deſcendit pluuia, aduenerunt
flumina, flauerunt venti, & inruerunt in domum illam, & cecidit, & facta eſt ruina eius magna.
Chramnus verò ad baſilicas ab antedicto ſacerdote ſuſceptus eſt, ibique comedens panem ad Chil-
debertum pertendit. Intra tamen muros Diuionenſes non eſt permiſſus intrare. Fortiter tunc rex
Chlotharius contra Saxones decertabat. Saxones enim vt adſerunt, per Childebertum commoti
atque indignantes, contra Francos ſuperiori anno, exeunteſque de regione ſua in Franciam ve-
nerunt, & vſque ad Nutiam ciuitatem prædas egerunt, nimiumque grande ſcelus perpetrati
ſunt.

CAP. XVII. *Chramnus ad childeb. venit.* TVNC Chramnus iam accepta Vuiliacharij filia, Pariſios accedens, ſecum Childebertum re- H
gem conſtringit in fide atque charitate, iurans ſe patri eſſe certiſſimum inimicum. Childebertus
autem rex, dum Chlotharius contra Saxones decertaret, in Campaniam Remenſem accedit, &
vſque Remos ciuitatem properans, cuncta prædis atque incendio deuaſtauit. Audierat enim fratrem
ſuum à Saxonibus fuiſſe peremptum, & regno ſuo cuncta ſubiici æſtimans, quæ adire potuit, vni-
uerſa peruaſit.

CAP. XVIII. *Aſtrapius incarceratur.* TVNC & Auſtrapius dux Chramnum metuens, in baſilicam ſancti Martini confugit: cui tali
in tribulatione poſito, non defuit diuinum auxilium. nam cum Chramnus ita eum conſtringi iuſ-
ſiſſet, vt nullus illi alimenta præbere præſumeret: & ita arctius cuſtodiretur, vt nec aquam quidem
ei haurire liceret, quo facilius compulſus inedia, ipſe ſponte ſua de baſilica ſancta periturus exiret,
accedens quidam vaſculum illi cum aqua ſemiuiuo detulit ad potandum. Quo accepto, velociter
iudex loci aduolauit, creptumque de manu eius, terræ diffudit. Quod velox dei vltio, & beati
antiſtitis virtus eſt ſubſecuta. ea namque die iudex qui iſta geſſerat, correptus à febre, nocte media I
expirauit: nec peruenit in craſtinum, ad illam horam qua in baſilica ſancti poculum de manu
excuſſerat fugitiui. Poſt iſtud miraculum, omnes ei opulentiſſimè quæ erant neceſſaria, detulerunt.
Redeunte autem in regnum ſuum rege Chlothario, magnus cum eo eſt habitus. Tempore verò eius,
ad clericatum accedens apud Sellenſe caſtrum, quod in Pictaua habetur dicœceſi, ordinatur: fu-
turum vt decedente Pientio antiſtite, qui tunc Pictauam regebat Eccleſiam, ipſe ſuccederet. Sed
rex Charibertus in aliud vertit ſententiam. Denique cum Pientius epiſcopus ab hac luce migraſſet,
apud Pariſios ciuitatem Paſcentius, qui tunc abbas erat baſilicæ ſancti Hilarij, ei ſuccedit, ex iuſſu
Paſcentius. regis Chariberti, clamante Auſtrapio ſibi hunc redhiberi locum: ſed parum ei iactati profuere
ſermones. Ipſe quoque regreſſus ad caſtrum ſuum, mota ſuper ſe Theiſalorum ſeditione, quos
ſæpè grauauerat, lancea ſauciatus crudeliter vitam finiuit. Diœceſes verò ſuas eccleſia Pictaua
recepit.

CAP. XIX. *Medardi obitus.* TEMPORE quoque Chlotharij regis, ſanctus Dei Medardus epiſcopus, conſummato bo- K
ni operis curſu, & plenus dierum, ſanctitate præcipuus, diem obiit. Quem Chlotharius rex cum
ſummo honore apud Sueſſionas ciuitatem ſepeliuit, & baſilicam ſuper eum fabricare cœpit: quam
poſtea Sygibertus filius eius expleuit atque compoſuit. Ad cuius beatum ſepulchrum, vidimus
vinctorum compedes atque catenas diſruptas cõfractaſque iacere, quæ vſque hodiè in teſtimonium
virtutis eius, ad ipſum beati ſepulchrum reſeruantur: ſed ad ſuperiora redeamus.

CAP. XX. *Childebertus moritur.* CHILDEBERTVS igitur rex ægrotare cœpit, & cum diutiſſimè apud Pariſios lectulo decubaſ-
ſet, obiit: & ad baſilicam beati Vincentij, quam ipſe conſtruxerat, eſt ſepultus. Cuius regnum
& theſauros Chlotharius rex accepit: Vultrogotham verò & filias eius duas, in exilium poſuit.
Chramnus autem patri repræſentatur, ſed poſtea infidelis extitit. Cumque ſe cerneret euadere
non poſſe, Britannias petiit: ibique cum Conoobro Britannorum comite, ipſe & vxor eius ac filiæ,
latuerunt. Vuiliacharius autem ſocer eius, ad baſilicam ſancti Martini confugit. Tunc ſancta baſilica
à peccatis

A à peccatis populi ac ludibriis quæ in ea fiebant, per Vuiliacharium coniugemque eius ſuccenſa eſt,
quod non ſine graui ſuſpirio memoramus. Sed & ciuitas Turonica ante annum iam igni conſumpta *Turonicum incendium.*
fuerat, & totæ eccleſiæ in eadem conſtructæ, deſertæ relictæ ſunt. Protinus beati Martini baſilica
ordinante Chlothario rege, ſtamno cooperta eſt, & in illa qua prius fuerat elegantia, reparata.
Tunc duæ acies locuſtarum apparuerunt, quæ per Aruernum atque Lemouicinum tranſeuntes, vt *Locuſtarum acies.*
ferunt, Romaniacum campum venerunt, in quo prælio magno inter ſe acto maximæ ſunt conſiſæ.
Chlotharius autem rex contra Chramnum frendens, cum exercitu aduerſus eum in Britanniam
dirigit. Sed nec ille contra patrem egredi timuit. Cumque in vno campo conglobatus vterque re-
ſideret exercitus, & Chramnus cum Britannis contra patrem aciem inſtruxiſſet, incumbente nocte
à bello ceſſatum eſt: ea quoque nocte Conoober comes Britãnorum dicit ad Chramnum: Iniuſtum
cenſeo te contra patrem tuum debere egredi. Permitte me hac nocte, vt inruam ſuper eum, ip-
ſumque cum toto exercitu proſternam. Quod Chramnus (vt credo) virtute dei præuentus, fieri non
permiſit: mane autem facto vterque commoto exercitu ad bellum contra ſe properant. Ibatque
B Chlotharius rex tanquam nouus Dauid contra Abſalonem filium pũgnaturus, plangens atque
dicens: Reſpice domine de cœlo, & iudica cauſam meam, quia iniuſtè à filio iniurias patior: reſpice
& iudica iuſtè: illudque impone iudicium, quod quondam inter Abſalonem & patrem eius
Dauid poſuiſti. Confligentibus igitur pariter, Britannorum comes terga vertit, ibique & cecidit:
denique Chramnus fugam iniit, naues in mari paratas habens, ſed dum vxorem & filias ſuas liberare *Chramnus cũ vxore & filiabus crematur.*
voluit, ab exercitu patris oppreſſus, captus atque ligatus eſt. Quod cum Chlothario Regi nunciatum
fuiſſet, iuſſit eum cum vxore & filiabus igni conſumi: incluſiſque in tugurio cuiuſdam pauperculæ,
Chramnus ſuper ſcamnum extenſus orario ſuggillatus eſt, & ſic poſtea ſuper eos incenſa caſula, cum
vxore & filiabus interiit.

CAP. XXI. *Chlotharius delicta confitetur.* REX verò Chlotharius anno quinquageſimo primo regni ſui, cum multis muneribus limina
beati Martini expetiit, & adueniens Turonos ad ſepulchrum ante dicti antiſtitis, cunctas actiones
quas fortaſsè negligenter egerat replicans, & orans cum grandi gemitu, vt pro ſuis culpis beatus
cõfeſſor domini miſericordiam exoraret, & ea quæ inrationabiliter cõmiſerat, ſuo obtentu dilueret.
C Exin regreſſus, quinquageſimo primo regni ſui anno, dum in Cotia ſilua venationem exerceret, à
febre corripitur, & exindè Compendium villam rediit: in qua cum grauiter vexaretur à febre,
aiebat, Vua, quid putatis? qualis eſt ille rex cœleſtis, qui ſic tam magnos reges interficit? in hoc enim
tædio poſitus, ſpiritum exhalauit. Quem quatuor filij ſui cum magno honore Sueſſionas deferẽtes,
in baſilica beati Medardi ſepelierunt. Obiit autem poſt vnum decurrẽtis anni diem, quo Chramnus
fuerat interfectus.

CAP. XXII. *Chlotharij filij regnum diuidunt.* CHILPERICVS verò poſt patris funera, theſauros qui in villa Brannaco erant congregati,
accepit, & ad Francos vtiliores petiit, ipſoſque muneribus mollitos ſibi ſubdidit. Et mox Pariſios
ingreditur, ſedemque Childeberti regis occupat, ſed non diu hoc ei licuit poſſidere. nam cun-
ctis fratres eius, eum exindè repulere, & ſic inter ſe hi quatuor, id eſt Charibertus, Gũthchramnus,
Chilpericus, atque Sygibertus, diuiſionem legitimam faciunt: deditque ſors Chariberto
regnum Childeberti, ſedemque habere Pariſios: Gunthchramno verò regnum Chlodomeris,
ac tenere ſedem Aurelianenſem: Chilperico verò, regnum Chlotharij patris eius, cathe-
D dramque Sueſſionas habere: Sygiberto quoque, regnum Theodorici, ſedemque habere Re-
menſem.

CAP. XXIII. *Sygibertus vicit Hunos et Chilpericũ.* NAM poſt mortem Chlotharij regis Chuni Gallias adpetunt, contra quos Sygibertus exer-
citum dirigit, & geſto contra eos bello, vicit atque fugauit: ſed poſtea rex eorum amicitias cum
eodem per legatos meruit. Dum autem cum eis turbatus eſſet Sygibertus, Chilpericus frater eius
Remos peruadit, & alias ciuitates quæ ad eum pertinebant, abſtulit. Ex hoc enim inter eos, quod
peius eſt, bellum ciuile ſurrexit. Rediens autem Sygibertus victor à Chunis Sueſſionas ciuitatem
occupat, ibique inuentum Theodobertum Chilperici regis filium, adprehendit, & in exilium trans-
mittit. Accedens autem contra Chilpericum, bellum commouit: quo victo atque fugato, ciuitates
ſuas in ſuam dominationem reſtituit. Theodobertum verò filium illius, apud Põticonem villam cu-
ſtodiri iuſſit per annum integrum, quem poſtea, vt erat clemens, muneribus ditatum patri reddidit
ſanum: dato tamen ſibi ſacramento, ne vnquam contra eum agere deberet, quod poſtea peccatis
E facientibus eſt inruptum.

CA. XXIIII. *Celſi ſacrilegi vox impia.* CVM autem Guntchramnus rex regni partem, ſicut fratres ſui obtinuiſſet, amoto Agroecula
patritio, Celſum patritiatus honore donauit, virum procerum ſtatu, in ſcapulis validum, lacerto
robuſtum, in verbis tumidum, in reſponſis opportunum, iuris lectione peritum: cui tanta deinceps
habendi cupiditas extitit, vt ſæpius Eccleſiarum res auferens, ſuis ditionibus ſubiugarit. Nam cum
audiſſet quadã vice Eſaiæ prophetæ lectionem in Eccleſia legi, in qua ait: Væ his qui iungũt domum
ad domum, & agrum ad agrum copulant vſque ad terminum loci, exclamaſſe fertur: Incongrue hoc
Væ mihi & filiis meis. Sed reliquit filium, qui abſque liberis functus, maximam partem facultatis Ec-
cleſiis quas pater expoliauerat, dereliquit.

CAP. XXV. *Gũthchramni vxores.* GVNTHCHRAMNVS autem rex bonus, primo Venerandam cuiuſdam ſuorum ancillam, pro
concubina thoro ſubiunxit, de qua Gundobaldum filium ſuſcepit. Poſtea verò Marcatrudem filiam

Magnarij in matri monium accepit. Gundobaldum verò filium suum Aurelianis transmisit. Æmula F
autẽ Marcatrudis post habitum filium, in huius mortem grassatur: & transmissum (vt aiunt) venenum in potum ei dari curauit. Quo mortuo ipsa iudicio Dei filium suum quẽ habebat perdidit, & odium regis incurrit, dimissáque ab eodem, non multò post tẽpore mortua est. Post quam rex Austrigildem cognomento Bobilam accepit, de qua iterum duos filios habuit, quorum senior Chlotharius, iunior Chlodomeris dicebatur.

CAP. XXVI.
Hariberti vxores.

PORRO Haribertus rex Ingobergam accepit vxorẽ, de qua filiam habuit, quæ postea Inguantia virum accipiens est deducta. Habebat tũc temporis Ingoberga in seruitium suum duas puellas pauperis cuiusdã filias, quorũ prima vocabatur Marcouesa religiosam vestẽ habẽs, alia verò Merofledis, in quarum amore rex valdè detinebatur: erant enim vt diximus artificis lanarij filiæ. Æmula ex hoc Ingoberga, quòd à rege diligerentur, patrem earum secretius operari fecit, futurum vt dum hæc rex cerneret, odio filias eius haberet, quo operante vocauit regem. Ille autem sperans aliquid noui videre, aspicit hunc eminus lascias regias componentem: quod videns commotus in ira, reliquit Ingobergam, & Merofledem accepit. Habuit & aliam puellam Opilionis filiam nomine Theodo- G
gildem, de qua & fertur filium habuisse, qui vt processit ex aluo, protinus delatus est ad sepulchrum.

Emerius Episcopatu deiicitur.

Huius regis tempore apud vrbem Sanctonicam Leontius congregatis prouinciæ suæ Episcopis, Emerium ab episcopatu depulit, adserens nõ canonicè eum fuisse hoc honore donatum. Decretum enim regis Chlotharij habuerat, vt absque metropolitani consilio benediceretur, qui non erat præsens: quo eiecto consensum fecere in Heraclium tunc Burdegalensis vrbis presbyterum, quod regi Hariberto subscriptum propriis manibus per nuncupatum presbyterum transmiserunt: qui veniens Turonos rem gestam beato Eufronio pandit, deprecans vt hoc consensum subscribere dignaretur, quod vir Dei manifestè respuit. Igitur postquam presbyter Parisiacæ vrbis portas ingressus regis præsentiam adiit, hæc effatus est: Salue rex gloriose: sedes enim Apostolica eminentiæ tuæ salutem mittit vberrimam. Cui ille, Nunquid, ait, Turonicam adisti vrbem, vt papæ illius nobis salutem deferas? Pater (inquit presbyter) tuus Leontius cum prouincialibus suis salutem tibi mittit, indicans Æmulum (sic enim vocitare consueuerant Emerium in infantia sua) eiectum ab episcopatu, pro eo H
quòd prætermissa canonum sanctione vrbis Sanctonicæ Episcopatum ambiuit: ideoque consensum ad te direxerunt, vt alius in loco eius substituatur: quo fiat vt dum trãsgressores canonum regulariter arguuntur, regni vestri potentia æuis prolixioribus propagetur. Hæc eo dicente frendens rex eum à suis conspectibus extrahi iussit, & plaustro spinis suppleto imponi desuper, & in exilium protrudi præcepit, dicens: putasne quòd non est super quisquam de filiis Chlotharij regis, qui patris facta custodiat, quòd hi episcopum, quem eius volũtas elegit, absque nostro iudicio proiecerunt? & statim directis viris religiosis, episcopum in loco restituit, dirigens etiam quosdam de camerariis suis, qui exactis à Leontio episc. mille aureis, reliquos iuxta possibilitatem condemnarent episcopos, & sic patris est vltus iniuriam. Post hæc Marcouei Famerofledis scilicet sororem, coniugio copulauit. Pro qua causa à sancto Germano episcopo excommunicatus vterque est. Sed cùm eam rex relinquere nollet, percussa iudicio dei obiit. Nec multo pòst & ipse rex post eam decessit Charibertus: cuius post obitum Theodogildis vna reginarum, eius nũcios ad Gunthchramnum regem dirigit, se vltrò offerens matrimonio eius. Quibus rex hoc reddidit in responsis: Accedere ad me ei non pigeat cum I
thesauris suis: ego enim accipiam eam, faciamque magnam in populis, vt scilicet maiore mecum honore quàm cum germano meo, qui nuper defunctus est, potiatur. At illa gauisa, collectis omnibus, ad eum profecta est. Quod cernens rex ait: Rectius est enim, vt hi thesauri penes me habeantur, quàm apud hanc quæ indignè germani mei thorum adiuit. Tunc ablatis multis, paucis relictis, Arelatensi eam monasterio destinauit. Hæc verò ægrè adquiescens, ieiuniis ac vigiliis adfici, per occultos nuncios Gothum quendam adiuit, promittens si se in Hispanias deductam coniugio copularet, quòd cum thesauris suis de monasterio egrediens, libẽti eum animo sequeretur. Quod ille nihil dubitãs, repromisit. Cumque hæc collectis rebus factisque volucris, à cœnobio pararet egredi, anticipauit voluntatem eius industria abbatissæ: deprehensaque fraude, eam grauiter cæsam custodiæ mancipare præcepit, in qua vsque ad exitum vitæ præsentis, non mediocribus adtrita passionibus, perdurauit.

De eo ipso Leontio ven. Episcopo lib. 2. scripsit Fortunatus.

Charibertus moritur.

CAP. XXVII.
Sygibertus ducit Brunechildem.

PORRO Sygibertus rex, cùm videret quòd fratres eius indignas sibimet vxores acciperent, & K
per vilitatem suam etiam ancillas in matrimoniũ sociarent, legationem in Hispaniam mittit, & cum multis muneribus Brunichildem Atanagildi regis filiam petiit. Erat enim puella elegans opere, venusta aspectu, honesta moribus atque decora, prudens consilio, & blanda conloquio. Quam pater eius non denegans, cum magnis thesauris ante dicto regi transmisit. Ille verò congregatis senioribus secum, præparatis epulis cum immensa lætitia atque iocunditate eam accepit vxorem. Et quia Arrianæ legi subiecta erat, per prędicationem sacerdotum atque ipsius regis cõmotionem conuersa, beatam in vnitate confessa Trinitatem credidit, atque chrismata est, quæ in nomine Christi catholica perseuerauit.

Chrisma catholicum.

CA. XXVIII.
Chilperici vxores.

QVOD videns Chilpericus rex, cum iam plures haberet vxores, sororem eius Galsuintham expetiit, promittens per legatos se alias relicturum: tantum condignam sibi, regisque prolem mereretur accipere. Pater verò eius has promissiones accipiens, filiam suam sicut anteriorem, similiter

ipsi cum

A ipsi cum magnis opibus destinauit. Nam Galsuintha ætate senior quàm Brunichildis erat. Quæ cum ad Chilpericum regem venisset, cum grandi honore suscepta, eiúsque est sociata coniugio: à quo etiam magno amore diligebatur. detulerat enim secum magnos thesauros: sed per amorem Fredegundis, quam prius habuerat, ortum est inter eos grande scandalum. Iam enim in lege catholica cõuersa fuerat, & chrismata. Cúmque se regi quereretur assiduè iniurias perferre, dicerétque nullam se dignitatem cum eodem habere, petiit vt relictis thesauris quos secum detulerat, liberam redire permitteret ad patriam. Quod ille per ingenia dissimulans, verbis eam lenibus demulsit. Ad extremum eam suggillari iussit à puero, mortuámque reperit in strato. Post cuius obitum, deus virtutem magnam ostendit. Lychnus enim ille qui fune suspensus coram sepulchro eius ardebat, nullo tangente, fune disrupto in pauimentum conruit: & fugiente ante eum duritia pauimenti tanquam in aliquod molle elementum descendit, atque medius est suffusus, nec omninò contritus: quod non sine magno miraculo videntibus fuit. Rex autem cum eam mortuam deflesset, post paucos dies Fredegundem recepit in matrimonio. Post quod factum reputantes eius fratres, quod sua emissione
B antedicta regina fuerit interfecta, cum à regno deiiciunt. Habebat autem tunc Chilpericus tres filios de Audouera priore regina sua: id est Theodobertum, cuius supra meminimus, Merouęum atque Chlodoueum. Sed ad cœpta redeamus.

Galsuintha suffocatur.

CAP. XXIX.
Sygibertus pergit aduersus Hunos.
Huni nituntur magicis.
Hunorum reges Gagani.

CHVNI verò iterum in Gallias venire conabantur, aduersus quos Sygibertus cum exercitu dirigit, habens secum magnam multitudinem virorum fortium. Cúmque confligere deberent, isti magicis artibus instructi, diuersas eis fantasias ostendunt, & eos valdè superant. Fugiente autem exercitu Sygiberti, ipse inclusus à Chunis retinebatur, nisi postea vt erat elegans & versutus, quos nõ potuit superare virtute prælij, superauit arte donandi. Nam datis muneribus fœdus cum rege iniit, vt omnibus diebus vitæ suæ, nulla inter se prælia commouerent: idque ei magis ad laudem, quàm ad aliquod pertinere obprobrium iusta ratione pensatur. Sed & rex Chunorum multa munera regi Sygiberto dedit. vocabatur autem Gaganus, omnes enim reges gentis illius hoc appellantur nomine.

CAP. XXX.
Aruerni Arelatenses veniunt expugnaturi.

SIGIBERTVS verò rex Arelatensem vrbem capere cupiens Aruernos commoueri præcepit. Erat enim tunc Firminus comes vrbis illius, qui cum ipsis in capite abiit, sed & de alia parte Adoua-
C rius cum exercitu aduenit, ingressique vrbem Arelatensem, sacramẽta pro parte Sigyberti regis exegerunt. Quod cum Guntheramnus rex comperisset, Celsum patritium cum exercitu illuc dirigit: qui abiens Auennicam vrbem abstulit. Accedens autem Arelatem, & vallans eam, impugnare exercitum Sygiberti qui intra muros continebatur, cœpit: tunc Sabaudus Episcopus dixit ad eos: Egredimini foras, & inite certamen, quia non poteritis sub murorum conclusione degentes, neque nos, neq; vrbis istius subiecta defendere. Quod si vos deo propitio illis deuincitis, nos fidem quam promisimus custodiemus: si verò illi contra vos inualuerint, ecce reseratas reperietis portas. Ingredimini ne pereatis. Hoc illi dolo delusi, egressi foras bellum parant, sed superati ab exercitu Celsi, fugam ineunt, veniẽntésque ad vrbem, portas reperiunt obseratas. Cúmque exercitus à tergo i..culis foderetur, operiretúrque lapidibus ab vrbanis, ad amnem Rhodanum dirigunt, ibíque parmis superpositis, vlteriorem ripam expetunt. Sed multos ex his violentia amnis direptos enecauit, fecítque Rhodanus tunc Aruernis, quod fecisse quondã Simois legitur de Troianis, *—corrupta sub vndis*

Scuta virum, galeásque & fortia corpora voluit.
D *Apparent rari nantes in gurgite vasto.*

Vir. Æneid. 1

Qui vix nandi, vt diximus, impulsu, parmarúmque adiuti adminiculo, litoris alterius plana contingere potuerũt. Qui nudati à rebus, ab equis destituti, non sine grandi cõtumelia patriæ restituti sunt. Firmino tamen & Adouario discedendi via indulta est. Multi ibi tunc viri ex Aruernis, non solũ torrentis impetu rapti, verumetiam gladiorum ictibus sunt prostrati. Ac sic Guntheramnus rex receptâ vrbe illa, iuxta consuetudinem bonitatis suæ, Auuennicam ditionibus patris sui restituit.

CAP. XXXI
Terra mugit, mons magnâ strage dimiditur.

IGITVR in Galliis magnum prodigium de Taureduno castro apparuit, super Rhodanum enim fluuium in monte collocatum erat. Qui cum per dies amplius sexaginta nescio quem mugitum daret, tandem scissus atque separatus mons ille ab alio monte sibi propinquo, cum hominibus Ecclesiis opibúsque ac domibus in fluuium ruit, exclusóque amnis illius litore, aqua retrorsum petiit. Locus etenim ille ab vtraque parte à montibus conclusus erat, inter quorum angustias torrens defluit. Inundans ergo superiorem partem, quæ ripæ insidebant, operuit atque deleuit. adcumulata enim
E aqua erumpens deorsum inopinatos reperiens homines, vt desuper fecerat, ipsos enecauit, domos euertit, iumenta deleuit, & quæ cuncta litoribus illis insidebant, vsque ad Ianobam ciuitatem, violentia atque subita inundatione diripuit vel subuertit. Traditur à multis tantam congeriem inibi aquæ fuisse, vt in antedictam ciuitatem super muros ingrederetur. Quod dubium non est, quia, vt diximus, Rhodanus in locis illis inter angustias montium defluit, nec habuit in latere cum fuit exclusus, quò se diuerteret: commotúmque montem qui descenderat adsemel erupit, & sic cuncta deleuit. Quod cùm factum fuisset, triginta monachi, vnde castrum ruerat, aduenerunt: & terram illam quæ monte diruente remanserat, fodientes, æs siue ferrum reperiunt. Quod dum agerent, mugitum montis, vt prius fuerat, audierunt. Sed dum à sæua cupiditate retinentur, pars illa quæ nondum ruerat, super eos cecidit, quos operuit atque interfecit, nec vltra inuenti sunt. Similiter & ante cladem Aruernam, magnam regionem illam prodigia terruerunt. nam plerumque

Monachi mõtis quassatione obruũtur.

Tres soles. tres aut quatuor ſplendores magni circa ſolem apparuerunt, quos ruſtici Soles vocabant, dicentes, Ecce tres vel quatuor ſoles in cœlo. Quadam tamen vice in calendis Octobribus, ita ſol obſcuratus apparuit, vt nec quarta quidem pars in eodem lucẽ remaneret, ſed teter atque decolor apparẽs quaſi ſaccus videbatur. nam & ſtellam, quam quidam cometem vocant, radium tanquam gladium habens ſuper regionem illam per annum integrum apparuit, & cælum ardere viſum eſt, & multa alia ſigna apparuere. In Eccleſia verò Aruerna, dum matutinæ celebrarentur vigiliæ in quadam feſtiuitate, auis corydalus, quam alaudam vocamus, ingreſſa, omnia luminaria quæ lucebãt, alis ſuperpoſitis in tanta velocitate extinxit, vt putares ea in vnius hominis manu poſita, aqua fuiſſe ſubmerſa: in ſacrarium autem ſub velo tranſiens, cicindilem extinguere voluit, ſed ab oſtiariis prohibita atque occiſa eſt. Simile & in baſilica beati Andreæ de lychnis lucentibus auis alia fecit. Iam verò aduenie-
cometes.
te ipſa clade, tanta ſtrages de populo illo facta eſt per totam regionem illam, vt nec numerari poſſit quantæ ibidem ceciderint legiones. nã cum iam ſarcophagi aut tabulæ defeciſſent, decẽ aut eo amplius in vna humi foſſa ſepeliebantur. Numerata ſunt autem quadam dominica in vna beati Petri
Mortes ſubitaneæ. baſilica, trecenta defunctorum corpora. erat enim & ipſa mors ſubita. Nam cum naſcente in inguine aut in aſcella vulnere in modum ſerpentis, ita interficiebatur homo ille à veneno, vt die altera aut tertia ſpiritum exhalaret. Sed & ſenſum vis illa veneni auferebat ab homine. Tunc & Cato presbyter mortuus eſt. nam cùm de hac lue multi fugiſſent, ille tamen populum ſepeliens, & Miſſas dicens
Lues inguinaria. viritim, nunquam ab eo loco diſceſſit. Hic autem presbyter multæ humanitatis, & ſatis dilector pauperum fuit: & credo hæc cauſa ei, ſi quid ſuperbiæ habuit, medicamentum fuit. Cautinus autem Epiſcopus cùm diuerſa loca, hanc cladem timens, circumiſſet, ad ciuitatem regreſſus eſt, & hanc incurrens, paraſceue Paſſionis dominicæ obiit. Nam ipſa hora & Tetradius conſobrinus eius mortuus eſt. Tunc & Lugdunum, Biturix, Cauallonum atque Diuionum oppida ab hac infirmitate valdè depopulata ſunt.

CAP. XXXII. Eo autem tẽpore, mortuo apud Hiſpaniã Athanoldo rege, Leuuan cum Leuuielido fratre regnũ accepit. Defũcto igitur Leuuane, Leuuieldus frater eius totum regnũ occupauit. Qui vxore mortua,
Hiſp. reges. Gunſuinthã reginæ Brunichildis matrem accepit, duos filios de prima vxore habens, quorum vnus Sygiberti, alius Chilperici ſiliam deſponſauit. Ille quoq; inter eos regnum æqualiter diuiſit, interſi- H
ciens omnes illos qui reges interimere conſueuerant, non relinquens ex eis mingentẽ ad parietem.

CAP. XXXIII. Defvncto igitur apud vrbem Conſtantinopolitanam Iuſtiniano imperatore, Iuſtinus ambiuit imperium, vir nimiæ auaritiæ deditus, contemptor pauperum, ſenatorum ſpoliator: cui tanta fuit cupiditas, vt arcas iuberet fieri ferreas, in quas numiſmatis aurei talenta congereret: quem etiã ferunt
Iuſtinus Imp. auarus. in hæreſin Pelagianam dilapſum. Nam non poſt multum tẽpus, demens effectus, Tyberium Cęſarẽ ſibi adſciuit ad defenſandas prouincias ſuas, hominẽ iuſtum, eleemoſynarium, æquum, diſcernẽtem,
Sigybertus à Iuſtin. pacem petit. obtinentémq; victorias: quod omnibus ſupereminet bonis, etiã veriſſimum Chriſtianum. Denique Sygibertus rex legatos ad Iuſtinianũ imperatorem miſit, pacẽ petens, id eſt Vuarniarium Francum, & Firminum Aruernum, qui cũtes euectu nauali, Conſtantinopolitanã ſunt vrbem ingreſſi, locutiq; cum imperatore, quæ petierant obtinuerunt. Ad ſequentẽ tamen annum in Galliam ſunt regreſſi. Poſt hæc autem Antiochia Ægypti, & Appama Syriæ, maximæ ciuitates, à Perſis captæ ſunt, & populus captiuus abductus. Baſilica tunc ſancti Iuliani Antiochenſis martyris graui incendio concremata eſt. Ad Iuſtinianum autẽ imperatorem cum magni auri pondere venerunt, petentes amicitias I
eius, atq; narrantes ſe imperatori Perſarũ eſſe infenſos. Venerat enim ad eos, dicens: Sollicitudo imperialis ſciſcitatur ſi fœdus initum cum eo cuſtodiatis intactũ. Reſpondẽtibus illis, omnia ab his pollicita inlibata ſeruari, dixerunt legati, In hoc apparebit vos eius amicitias cuſtodire, ſi ignẽ vt ille veneratur, & vos veneremini. Reſpondẽte populo, nequaquã ſe hæc facturum, ait Epiſcopus, Quæ eſt
Perſæ ignem colebant. in igne deitas, vt venerari queat? quẽ deus ad vſus hominũ procreauit, qui fomẽtis accenditur, aqua reſtinguitur: at vbi erit neglectus, tepeſcit: hæc & his ſimilia Epiſcopo proſequente, legati furore ſuccenſi, actum conuitiis, fuſtibus cædunt. Cernens autem populus ſacerdotẽ ſuũ ſanguine cruentũ ſuper legatos inruunt, manus iniiciunt, interimúntq;, & ſicut diximus huius imperatoris amicitias petierunt.

Hoc caput integrum ex vetuſto exemplari addidimus, & ſuperius cap. XXV.

CAP. XXXIIII. *Palladius comitatum aſſequitur.* Palladivs autem Brictiam quondam comitis ac Cæſariæ filius comitatum in vrbe Gallicana Sygiberto rege impertiente promeruit, ſed orta contentio inter ipſum & Partheniũ Epiſcopum, K
valdè populum collidebat, nam plerunque conuitiis ac diuerſis opprobriis ac criminibus obruebat Epiſcopum, peruadens res Eccleſiæ, ſpoliánſque homines eius: vnde factum eſt, vt hac contentione creſcente, cum ad præſentiam iam dicti principis properaſſent, & diuerſa ibi inuicem obiectarent, mollem Epiſcopum, effœminatum Palladius vocitaret: Vbi ſunt mariti tui cum quibus ſtuproſè ac turpiter viuis? ſed hæc in ſacerdotem verba prolata, diuina confeſtim vltio ſubſequens aboleuit. Nam anno ſequenti ſemotus à comitatu Palladius Aruernum regreſſus eſt: Romanus verò comitatum ambiuit. Factum eſt autem, vt quadam die in vrbe Aruerna vterque coniungeretur, & altercantibus inter ſe pro hac actione comitatus, audiuit Palladius ſe à Sygiberto rege debere interfici, ſed falſa hæc & maximè à Romano emiſſa deprehenſa ſunt. Tunc ille timore perterritus ita in anguſtiam grauem redactus eſt, vt minaretur ſe propria dextra perimere.

A perimere. Cúmque à matre vel à cognato ſuo Firmino intentè adtenderetur, ne perficeret quod mente amara conceperat, per interualla horarum elapſus à matris aſpectu, ingreſſus cubiculum accepto ſpatio ſolitudinis, cuaginat gladium, cornuáque enſis pedibus calcans, acumen ad pectus erexit, impreſſúſque deſuper gladius ab vna ingreſſus mamilla in ſpatulam dorſi regreſſus eſt: erectus iterum ſimiliter altera mamilla perfoſſus cecidit, & mortuus eſt, quod non ſine diaboli opere perfectum ſcelus mirati ſumus. Nam prima eum plaga interficere potuit, ſi non diabolus ſuſtentaculum
Palladius in gladium incubuit.
prębuiſſet, quod hæc nefanda perageret. currit mater exanimis & ſupra filij corpuſculum orbata collabitur, atque omnis familia voces planctus emittit. Verumtamen ad monaſterium Dironẽſium delatus ſepulturæ mandatur, ſed non iuxta Chriſtianorum cadauera poſitus, ſed nec miſſarum ſolennia meruit, quòd non ob aliam cauſam, niſi ob iniuriam Epiſcopi hæc ei eueniſſe probantur.
Miſſa non celebratur pro ſui interfectore.

ALBOINVS verò Longobardorum rex, qui Chlothoſindam regis Chlotharij filiam habebat, relicta regione ſua, Italiam cum quatuor milium Longobardorum gente petiit. Nam commoto exercitu, cum vxoribus & liberis abiere, illic manere deliberantes. Quam regionem ingreſſi, ma- CAP. XXXV.
Alboinus cũ Longobardis Italiã occupat.
B ximè per ſeptem annos peruagantes, ſpoliatis Eccleſiis, ſacerdotibus interfectis, in ſuam redigunt poteſtatem. Mortua autem Chlothoſinda vxore Alboini, aliam duxit coniugem: cuius patrem ante paucum tempus interfecerat. Qua de cauſa mulier in odio rem per virum habens, locum operiebatur, in quo poſſet iniurias patris vlciſci: vnde factum eſt vt vnum ex famulis concupiſcens, virum veneno necaret, : quo defuncto, cum famulo abiit: ſed adprehenſi, pariter interfecti ſunt. Longobardi deinceps alium ſuper ſe regem ſtatuunt.
Mulieris virtus dicta.

EVNIVS quoque cognomento Mummolus, à rege Gunthcramno patritiatum promeruit. CAP. XXXVI.
De cuius militiæ origine, altius quædam repetenda putaui. Hic etenim Pœnio patre ortus, Altiſiodorenſis vrbis incola fuit: Pœnius verò huius municipij comitatum regebat. Cúmque ad renouandam actionem, munera regi per filium tranſmiſiſſet, ille datis rebus paternis, comitatum patris ambiuit, ſupplantauítque genitorem quem ſubleuare debuerat. Ex hoc verò gradatim proficiens, ad maius culmen euectus eſt. Igitur prorumpentibus Longobardis in Gallias, armatur Pericius qui nuper
Mũmoli bella cum iiſdem.
Celſi ſucceſſor. Concurruntque ibi, tantámque tunc ſtragem Longobardi feruntur feciſſe de Bur-
C gundionibus, vt non poſſit colligi numerus occiſorum: oneratíque præda aſcenderunt iterum in Italiam: quibus aſcendentibus Eunius, qui & Mummolus, arceſſitus à rege, patritiatus culmen meruit. Inruentibus iterum Longobardis in Gallias, & vſque Muſcias Calmes accedentibus, quod adiacẽt ciuitati Ebredonenſi, Mummolus exercitum mouet, & cum Burgundionibus illuc proficiſcitur. Circundatíſque Longobardis cum exercitu, actíſque concidibus, per diuortia ſiluarum inruit ſuper eos: multos interfecit, nonnullos cepit, & regi direxit. Quos ille per loca diſperſos cuſtodire præcepit, paucis quodammodo per fugam elapſis qui patriæ nunciarent.

FVERVNTQVE in hoc prælio Saluinus & Sagittarius fratres atque Epiſcopi, qui non cruce CAP. XXXVII.
cœleſti muniti, ſed galea aut lorica ſeculari armati, multos manibus propriis, quod peius eſt, *Epiſcopi ſanguinarij.*
interfeciſſe referuntur. Hæc prima Mummoli certaminis victoria fuit. Poſt hæc Saxones, qui cum Longobardis in Italiam venerant, & iterum proruperant in Gallias, & infra territorium Regenſe, id eſt apud Stablonem villam, caſtra ponunt, diſcurrentes per villas vrbium vicinarum, diri-
Mummolus Saxones cædit
D pientes prædas, captiuos abducentes, vel etiam cuncta vaſtantes. Quod cùm Mummolus compe- riſſet, exercitum mouet, inruénſq; ſuper eos multa ex his milia interfecit, & vſque ad veſperam cædere non deſtitit, donec nox quietem faceret: ignaros enim reperierat homines, & nihil de his quæ acceſſerunt autumantes. Manè autem facto ſtatuunt Saxones exercitum, præparantes ſe ad bellum, ſed intercurrentibus nunciis pacem fecerunt. Datíſque muneribus Mummolo relicta vniuerſa regionis præda, cum captiuis diſceſſerunt, iurantes prius, quòd ad ſubiectionem regnúmq; Francorum redire deberent in Gallias. Igitur regreſſi Saxones in Italiam, adſumptis ſecum vxoribus & paruulis, vel omni ſupellectile facultatis, redire in Gallias deſtinant, ſcilicet vt à Sygiberto rege collecti, in loco vnde egreſſi fuerant, ſtabilirentur. Fecerúntq; ex ſe duos, vt aiunt, cuneos: & vnus quidem per Niceam vrbem, alius verò per Ebredunenſem venit, illam reuera tenentes viam, quam anno ſuperiore tenuerant: coniunctíque ſunt in Aruernico territorio. Erat enim tunc tempus meſſium, & locus ille maximè fructus terræ ſub dio habebat, nec quicquam ex his domi incolæ recondiderant: denique accedentes in areas, ſegetes inter ſe diuidunt. Colligentéſque ac triturantes,
Mummolus Saxones intercipit.
E frumenta dabant, nihil ex his eis qui laborauerant relinquentes. Verùm poſtquam expenſis fructibus ad litus Rhodani amnis acceſſerunt, vt tranſacto torrente, regno ſe regis Sygiberti conferrent, occurrit eis Mummolus, dicens: Non tranſibitis torrentem hunc: ecce res domini mei regis depopulaſtis, collegiſtis regis pecora, deuaſtaſtis, trucidaſtis: non aſcendetis, niſi ſatisfaciatis prius his quos exiguos reliquiſtis; alioquin non effugietis manus meas, niſi ponã gladium ſuper vos, & vxores & paruulos veſtros, & vlciſcar iniuriã domini mei Gunthcramni regis. Tunc illi timentes valdè, dãtes multa numiſmatis aurei milia pro redemptione ſua, tranſire permiſſi ſunt: & ſic Aruernum peruenerunt. Erat tunc tempus, quo ferebant ibi tegulas æris inciſas pro auro: quas quiſque videns, non dubitabat aliud, niſi quòd aurum probatum atq; examinatum eſſet. Sic enim coloratum ingenio
Tegulæ adulterinæ.
neſcio quo fuit: vnde nonnulli hoc dolo ſeducti, aurũ dantes & æs accipientes, pauperes facti ſunt. Hi verò ad Sygibertum regem tranſeuntes, in locum vnde prius egreſſi fuerant ſtabiliti ſunt.

CAP. XXXVIII. In regno autem Sygiberti regis, remoto ab honore Iouino rectore prouinciæ, Albinus in loco eius subrogatur. Magnam inter eos inimicitiam hæc causa gessit. Igitur aduenientibus transmarinis, Vigilij archidiaconi homines, septuaginta vasa, quæ vulgo Orcas vocant, olei liquam inisque furati sunt, nesciente domino. Negociator autem cùm cognouisset sibi rem furto ablatam fuisse, inquirere diligenter cœpit, quo furtum fuisset conditum. Hæc quærens, audiit à quodam, quòd homines Vigilii archidiaconi perpetrassent: peruenitur hæc ad archidiaconum, qui inquirens & inueniens, nequaquam publicare, sed excusare suos cœpit, dicens: Nunquam de domo mea egressus est qui tale auderet admittere. Taliter, inquam, excusante archidiacono, negociator ad Albinum pergit: causam exerit, & archidiaconum in crimine fraudis huius mixtum accusat. Die autem sancto Natalitij Episcopo in Ecclesia adueniente, archidiaconus indutus alba adest, Episcopum, vt mos est, inuitans ad altare debere procedere, ac solennitatem dici sancti opportuno debere tempore celebrare. Nec mora, Albinus de sede exiliens, adprehensum archidiaconum coarctat. Pro quo nunquam obtinere potuerunt, nec Episcopus, nec ciues, nec vllus maior natu, nec ipsa vox totius populi adclamantis, vt datis fideiussoribus, diem sanctum archidiacono liceat cum reliquis celebrare, atque accusationē eius in posterum debere audiri: sed nec ob ipsa sacrosancta solennia metum habuit, vt ministrum dominici altaris tali in die non auderet adripere. Quid plura? Quatuor milibus solidorum archidiaconum condemnauit: quod in præsentia regis Sygiberti veniens, quadrupli satisfactione, insequente Iouino, composuit.

die natali Archidiac. fur cõprehenditur.

CAP. XXXIX. Post hæc tres Longobardorum duces, id est Amo, Zaban, ac Rhodanus Gallias irrupere. Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam vsq; Machao villam Auuennici territorij, quam Mummolus munere meruerat regio, accessit, ibique fixit tentoria. Zaban verò per Deinsem descendens vrbem, vsque Valentiam venit: ibique castra posuit. Rhodanus autem Gratianopolitanam vrbem adgressus est, ibique papiliones extendit. Et Amo quoque Arelatensem debellauit prouinciam cum vrbibus quæ circunsitæ sunt. Et vsque ipsum Lapideum campum, qui adiacet vrbi Massilienſi accedens, tam de pecoribus, quàm de hominibus denudauit: Aquensibus autem obsidionem parauit, de quibus viginti duabus libris argenti acceptis absceſſit. Sicque & Rhodanus ac Zaban in locis quibus accesserant fecerunt. Quæ cum Mummolo perlata fuissent, exercitum mouit, & Rhodano qui Gratianopolitanam vrbem debellabat, occurrit. Sed cum Eseram fluuium exercitus laboriosè transiret, nutu dei animal amnem ingreditur, vadum ostendit: & sic populus in vlteriorem ripam egreditur. Quod videntes Longobardi, nec morati, euaginatis gladiis hos adpetunt. Commissóque bello, intantum cæsi sunt, vt Rhodanus sauciatus lancea, ad montium excelsa confugeret. Exindè cum quingentis viris qui ei remanserant, peruia siluarum prorumpens, ad Zabanem peruenit, qui tunc vrbem Valentiam obsidebat: narrauitque ei omnia quæ acta fuerant. Tunc datis pariter cunctis in prædam, ad Ebredunēsem vrbem regressi sunt, ibique eis cum innumero exercitu Mummolus in faciem venit: commisióque prælio, Longobardorum phalangæ vsque ad internecionem cæsæ: cum paucis duces in Italiam sunt regressi. Cúmque vsque Sigusium vrbem perlati fuissent, & eos incolæ loci durè susciperent, præsertim cum Sisinnius magister militum à parte imperatoris in hac vrbe resideret, simulatus Mummoli puer in conspectu Zabanis, Sisinnio literas protulit, salutémque ex nomine Mummoli dedit dicens, Eu ipsum in proximo. Quod audiens Zaban, cursu veloci ab vrbe ipsa digressus, prætériit. His auditis Amo collecta omni præda, in itinere proficiscitur: sed resistentibus niuibus, relicta præda, vix cum paucis erumpere potuit. Exterriti enim erant virtute Mummoli.

Zaban Valẽtiam obsidet. Amo Arelatenses debellauit.

Longobardi cædiuntur.

CAP. XL. Multa enim Mummolus bella gessit, in quibus victor extitit. Nam post mortem Chariberti, cùm Chilpericus Turonos ac Pictauos peruasisset, quæ Sygiberto regi per pactum in partē venerāt, coniũctus rex ipse cum Guntheramno fratre suo, Mummolum eligunt, qui has vrbes ad verum dominum reuocare deberet. Qui Turonos veniens, fugato exindè Chlodoueo Chilperici filio, exactis à populo ad partem regis Sygiberti sacramentis, Pictauos accessit. Sed Basilius ac Sygarius Pictaui ciues, collecta multitudine, resistere voluerunt: quos de diuersis partibus circundatos oppressit, obruit, interemit, & sic Pictauos accedens, sacramenta exegit. Hæc interim de Mummolo dicta sufficiant: reliqua in posterum sunt digerenda.

Mummolus Turonum venit, victauos subegit.

CAP. XLI. De Andarchij verò interitu locuturus, prius genus ordiri placet & patriam. Hic igitur, vt adserunt, Facilis senatoris seruus, qui ad obsequium domini deputatus, ad studia literarum cum eo positus, benè institutus emicuit. Nam de operibus Virgilij, legis Theodosianæ libris, artéque calculi adplenè eruditus est. Hac igitur scientia tumens, despicere dominos cœpit: & se patrocinio Lupi ducis, cùm ad vrbem Massilienſem ex iussu regis Sygiberti accederet, commendauit. De qua regressus, hunc secum abire præcepit, insinuauítque eum diligenter Sygiberto regi, atque ad seruiendum tradidit. Quem ille per loca diuersa dirigens, locum præbuit militandi. Ex hoc quasi honoratus habitus, Aruernum venit: ibique cum Vrso ciue vrbis eius amicitias inligat. Interim vt erat acris ingenij, filiam eius desponsare desiderans, loricam, vt ferunt, in libellari quo carthæ abdi solitæ sunt, recondit, dicens mulieri coniugíque Vrsi, quia multitudinem aureorum meorum amplius quàm sexdecim milia in hoc libellari reconditam tibi commoneo, quod tuum esse poterit, si mihi filiam tuam præstiteris desponsari.

Andarchij educatio.

Sed

Sed quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames?

Promisit mulier hæc simpliciter credens, absente viro, huic desponsari puellam. At ille regressus ad regem, præceptionem ad iudicem loci exhibuit, vt puellam hanc suo matrimonio sociaret, dicens, Quia dedi arram in desponsatione eius. Negauit autem vir ille dicens: Quia neque te noui vnde sis, neque aliquid de rebus tuis habeo. Qua intentione pullulante ac vehementius increscente, Andarchius expetiit Vrsum regis præsentia arcessiri. Cúmque venisset apud villam Brennacum, requirit hominem alium Vrsum nomine, quem ad altare clam adductum, iurare fecit ac dicere, Per hunc locum sanctum & reliquias martyrum beatorum, quia si filiam meam tibi in matrimonio non tradidero, sexdecim milia solidorum tibi satisfacere non morabor. Stabant enim testes in sacrario, auscultantes occultè verba loquētis, sed personam quæ loqueretur penitus non videntes. Tunc Andarchius demulsit verbis lenibus Vrsum, fecítq; eum sine regis præsentia reuerti ad patriam. Factóque ex hoc iuramento, breue sacramentorum, regi illo protulit discedenti dicens: Hæc & hæc mihi Vrsus scripsit: & ideo gloriæ vestræ præceptionem deposco, vt filiam suam mihi tradat in matrimonio. Alioquin mihi liceat res eius possidere, donec sexdecim milibus solidorū acceptis, me ab hac causa remoueam. Tunc adeptis præceptionibus, Aruernum rediit: ostendit iudici iussionem regis. Vrsus autem se in Villauum territorium contulit. Cúmq; res eius huic consignarentur, & hic in Villauum accessit. Ingressúsq; vnam Vrsi domum, cœnā sibi præcepit præparari, atq; aquas quibus abluereturcalefieri iubet. Sed cum serui domus minimè rudi domino parerent, alios fustibus, alios virgis cædit, nõnullis capita percutiens sanguinem elicuit. Turbata ergo familia, præparatur cœna; abluitur hic aquis calidis, inebriatur vino, & se collocat saper stratum. Erant autem cum eo septem pueri tantum. Cúmq; non minus somno quàm vino sepulti altius obdormissent, congregata familia, ostia domus quæ erat ex ligneis fabricata tabulis, claudit. Acceptísque clauibus, metas annonæ, quæ aderant elidit: ac circa domum & supra domum adgregatis his aceruis annonæ quæ tunc in manipulis erat, ita vt operta ex his domus cerneretur omninò, tũc immisso per partes diuersas igne, cùm iam super hos infelices materia ædificij exusta diueret, excitantur, emittunt voces: sed non fuit qui exaudiret, donec tota domo adusta ipsos pariter ignis absorberet. Vrsus verò metuens, basilicam sancti Iuliani expetiit: datísque regi muneribus, res suas in solidum recepit.

Andarchius dolis appetit Vrsi filiæ matrimonium.

Andarchius cum suis & domo combiꝝitur.

CHLODOVEVS verò Chilperici filius de Turonico eiectus, Burdegalam abiit. Denique cum apud Burdegalensem ciuitatem nullo prorsus inquietante resideret, Sigulfus quidā à parte Sygiberti, se super eum obiecit, quem fugientem cum tubis & buccinis quasi labentem ceruum fugans, insequebatur, qui vix ad patrem regredi liberum habuit aditum. Tamen per Andegauos regressus, ad eum rediit. Cum autem contentio inter Guntheramnum & Sygibertum reges verteretur, Guntheramnus rex apud Parisios omnes Episcopos regni sui congregat, vt inter vtrosque quid veritas haberet, edicerent. Sed vt bellum ciuile in maiore pernicitate crescceret, eos audire peccatis faciētibus distulerunt. Chilpericus autem rex in ira commotus, per Theodobertum filium suum seniorem, qui à Sygiberto quondam adprehensus sacramentum dederat vt ei fidelis esset, ciuitates eius peruadit, id est Turonos & Pictauos, & reliquas citra Ligerim sitas. Qui Pictauos veniens contra Gundobaldum ducem pugnauit. Terga autem vertente exercitu partis Gundobaldi, magnam ibi stragem de populo illo fecit. Sed & de Turonica regione maximam partem incendit, & nisi ad tempus manus dedissent, totam continuò debellasset. Commoto autem exercitu Lemouicinum, Cadurcinum, vel reliquas illorum prouincias peruadit, vastat, euertit, Ecclesias incendit, ministeria detrahit, clericos interficit, monasteria virorum deiicit, puellas deludit, & cuncta deuastat, fuítque illo in tempore peior in Ecclesiis gemitus, quàm tempore persecutoris Diocletiani.

Synodus inter tios.

Theodobertus ciuitates vastat Galliæ.

ET adhuc obstupescimus & admiramur cur tantæ super eos plagæ inruerant: sed recurramus ad illud quod parentes eorum egerunt, & isti perpetrant: illi post prædicationem sacerdotum, de fanis ad Ecclesias sunt conuersi: isti quotidiè de Ecclesiis prædas detrahunt. illi sacerdotes domini ex toto corde venerati sunt, & audierunt: isti non solum non audiunt, sed etiam persequuntur. illi monasteria & Ecclesias ditauerunt: isti eas diruunt ac subuertunt. Quid de Latta monasterio referam, in quo beati Martini habentur reliquiæ? cum ad eum vnus cuneus hostium aduentaret, & fluuium qui propinquus est, transire disponeret, vt monasterium expoliaret, clamauerunt monachi dicentes: Nolite ô barbari, nolite huc transire. Beati enim Martini istud est monasterium. Hæc audientes eorum multi compuncti à dei timore regressi sunt. Viginti tamen ex ipsis, qui non mètuebant deũ, neque beatum confessorem honorabant, ascendentes nauem illuc transgrediuntur, & inimico stimulante, monachos cædunt, monasterium euertunt, réſque diripiunt, de quibus facientes sarcinas, naui imponunt. Ingreſsíque fluuium, protinus vibrante carina huc illucque feruntur. Cúmque amisso auxilio remorum, hastilibus lãcearum in fundum aluei defixis remeare conarentur, nauis sub pedibus eorum dehiscit, & vniuscuiusque ferrum quod contra se tenebat, pectori defigitur, transuerberatíque cuncti à propriis iaculis interimuntur. Vnus tantum ex ipsis qui eos increpabat, ne ista committerent, remansit inlæsus. Quod si hoc quis fortuitu euenisse iudicat, cernat vnum insontem plurimis euasisse de noxiis. Quibus interfectis, monachi ipsos & res suas ex alueo detrahentes, illos sepelientes res domi restituunt.

Latta monasterium.

Sacrilegi miserè percunt.

DVM hæc agerētur, Sygibertus rex gẽtes illas quæ vltra Rhenũ habentur, cõmouet, & bellũ ciuile

Sygibertus insurgit in fratres.

ordiens, contra fratrem suum Chilpericum ire destinat. Quod audiens Chilpericus, ad fratrem F suum Guntheramnum legatos mittit. Qui coniuncti pariter fœdus ineunt, vt nullus fratrem suum perire sineret. Sed cum Sygibertus gentes illas adducens venisset, & Chilpericus de alia parte cum suo exercitu resideret, nec haberet rex Sygibertus super fratrem iturus, vbi Sequanam fluuium trãsmearet, fratri suo Guntheramno mandat dicens: Nisi me permiseris per tuam sortem hunc fluuium transire, cum omni exercitu meo superte pergam. Quod ille timens, fœdus cum eodem iniit, eúmq; transire permisit. Deniq; sentiens Chilpericus, quod Guntheramnus, scilicet relicto eo ad Sygibertum transisset, castra mouit, & vsq; Aualocium Carnotensem vicum abiit. Quem Sygibertus insecutus, campum sibi præparari petiit. Ille verò timens, ne conliso vtroq; exercitu, etiam regnum eorum conrueret, pacem petiit, ciuitatésq; eius quas Theodobertus malè peruaserat, reddidit, deprecans vt nullo casu culparentur earum habitatores, quos ille iniustè igni ferróq; obprimens adquisierat. Vi-

Sygibertus pacisciτur.

cos quoq; qui circa Parisios erant, maxima tunc flãma consumpsit, & tam domus, quàm res reliquæ ab hoste direptæ sunt, vt etiam & captiui ducerentur. Obtestabatur enim rex ne hæc fierent: sed furorẽ gentium quæ de vlteriore Rheni amnis parte venerãt, superare non poterat, sed omnia patien- G

Milites præde audi vix cohibentur.

ter ferebat, donec redire posset ad patriam. Tunc ex gentilibus illis contra eum quidam murmurauerunt, cur se à certamine subtraxisset. Sed ille, vt erat intrepidus, ascenso equo ad eos dirigit, eósq; verbis lenibus demulsit, multos ex eis postea lapidibus obrui præcipiẽs. Sed nec hoc sine beati Martini fuisse virtute ambigitur, vt hi sine bello pacificarentur. Nam in ipsa die qua hi pacẽ fecerunt, tres paralytici ad beati basilicam sunt directi, quod in sequentibus libris domino iuuante disseremus.

CAP. I. DOLOREM enim ingerit animo, ista ciuilia bella referre. Nam post annum iterum Chilpericus ad Guntheramnum fratrem suum legatos mittit dicens: Veniat frater meus, & videamus nos, & pacificati persequamur Sygibertum inimicum nostrum. Quod cum fuisset factum, séque vidissent, ac

Bellum inter regulos Francix.

muneribus honorassent, cõmoto Chilpericus exercitu vsq; Rhemos accessit, cuncta incendens atq; debellans. Quod audiens Sygibertus, iterum conuocatis gentibus illis quarum supra memoriam fecimus, Parisios venit, & contra fratrem suum ire disponit, mittens nuncios Dunensibus & Turonicis, vt contra Teeodobertum ire deberent. Quod illi dissimulantes, rex Godegisilum & Guntheramnum duces in capite dirigit. Qui commouentes exercitum aduersus eum, pergunt. At ille derelictus H

Theodobertus occiditur.

à suis cum paucis remansit: sed tamẽ ad bellum exire non dubitat. Ineuntes autem prælium, Theodobertus euictus, in campo prosternitur, & ab hostibus exanime corpus, quod dici dolor est, spoliatur. Tunc ab Arnulfo quodam collectus, ablutúsque ac dignis vestibus est indutus, & ad Engolismensem ciuitatem sepultus. Chilpericus verò cognoscens, quòd iterum se Guntheramnus cum Sygiberto pacificasset, se infra Tornacenses muros cum vxore & filiis suis communiuit.

CAP. II. IN eo anno fulgur per cælum discurrisse visum est, sicut quõdam ante mortẽ Chlotharij factum

Fulgur discurrit.

vidimus. Sygibertus verò obtentis ciuitatibus illis, quæ citra Parisios sunt positæ, vsq; Rothomagẽsem vrbem accessit, volens eadem vrbes hostibus cedere. Quod ne faceret, à suis prohibitus est. regressus inde, Parisios est ingressus: ibíq; ad eum Brunichildis cum filiis venit. Tunc Franci, qui quõdam ad Childebertum aspexerant seniorem, ad Sygibertum legationem mittunt, vt ad eos veniẽs, derelicto Chilperico, super seipsum regem stabilirent. Ille verò hæc audiens, misit qui fratrem suum in suprà memorata ciuitate obsiderent, ipse illuc properare deliberans. Cui sanctus Germanus Epi- I scopus dixit, Si abieris, & fratrem tuum interficere nolueris, viuus & victor redibis, sinautẽ aliud cogitaueris, morieris: sic enim dominus per Salomonem dixit: Foueam quam fratri tuo parabis, in eã corues. Quod ille peccatis facientibus, audire neglexit. Veniente autem illo ad villam, cui nomen est Victoriacum, collectus est ad eum omnis exercitus, impositóq; super clypeo sibi regem statuunt.

Scramasaxi gladij.

Tunc duo pueri cũ cultris validis, quos vulgo Scramasaxos vocant, infecti veneno, maleficati à Fredegunde regina, cum aliã causam se gerere simularent, vtraq; ei latera feriunt. At ille vociferans, atq; conuens, non pòst multo spatio emisit spiritum: ibíq; & Charegisilus cubicularius eius conruit: ibi

Sygibertus duo lis Fredegũdæ occiditur.

& Sygila qui quondam ex Gothia venerant, multum laceratus est: & postea ab Chilperico rege cõprehensus, incensis cũ cauteriis candẽtibus omnibus iuncturis, ac mẽbratim separatus, crudeliter vitam finiuit. Fuit autem Charegisilus ille tam leuis opere, quàm grauis cupiditate: de minimis consurgens, magnus per adulationes cum rege effectus est: competitor rerum alienarum, testamentorúmq; effractor: cui talis fuit vitæ exitus, vt non mereretur voluntatem pròpriam morte imminen- K

Charegisilus testamentorũ corruptor.

te complere, qui aliorum voluntates sæpè destruxerat. Chilpericus autem in ancipiti casu defixus, in dubium habebat, an euaderet, an periret, donec ad eum missi veniunt de fratris obitu nunciantes. Tunc egressus à Tornaco cum vxore & filiis, eum vestitum apud Lambros vicum sepeliuit. Vnde postea Suesionas in basilica sancti Medardi, quam ipse ædificauerat, translatus, secus Chlotharium patrem suum sepultus est. Obiit autem quartodecimo regni sui anno, ætate quadragenaria. A transitu ergo Theodoberti senioris vsq; ad exitum Sygiberti, supputantur anni XXIX. Inter exitum verò eius & neporis sui Theodoberti, fuêre dies XVIIII. Mortuo autem Sygiberto, regnauit Childebertus filius eius pro eo. A principio vsque ad diluuium, anni bis mille ducenti quadraginta duo. A diluuio autem vsque ad Abraham, anni nongenti quadraginta duo. Ab Abraham verò vsque ad egressum filiorum Israel ex Ægypto, anni CCCCLXII. Ab egressu filiorum Israel ex Ægypto vsq; ad ædificationẽ tẽpli Salomonis, anni CCCCLXXX. Ab ædificatione ergo templi vsq; ad desolationem

A nem eius, & transmigrationem in Babylõniam, anni CCCLX. A transmigratione igitur vsque ad passionem Domini, anni sexcenti LXVIIII. A passione Domini vsque ad transitum sancti Martini, anni CCCCXII. A transitu sancti Martini vsque ad trãsitum Chlodouei regis, anni CXIJ. A transitu Chlodouei regis vsque ad transitum Theodoberti, anni XXXVIJ. A trãsitu Theodoberti vsque ad exitum Sygiberti, anni XXIX. Qui sunt simul anni, quinquies mille septingenti quadragintaquatuor.

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM LIBER V.

B PÆDET me bellorum ciuilium diuersitates quæ Francorum gentem & regnum valdè proterũt, memorare: in quo, quod peius est, tempus illud quod dominus de dolorum prædixit initio, iam videmus. Consurgit pater in filium, filius in patrem: frater in fratrem: proximus in propinquum. Debebant enim eos exempla anteriorum regum terrere, qui vt diuisi, statim ab inimicis sunt interempti. Quotiens & ipsa vrbs vrbium, & totius mundi caput, iniens bella ciuilia, ruit? quo cessante, rursum quasi ab humo surrexit. Vtinam & vos ô reges in his prælia in quibus parentes vestri desudauerunt, exerceremini, vt gentes vestra pace conterritæ, vestris viribus premerentur. Recordamini quid caput victoriarum vestrarum Chlodoueus fecerit, qui aduersos reges interfecit, noxias gentes elisit, patrias gentes subiugauit: quarum regnum vobis integrum inlæsúmque reliquit. Et cùm hoc faceret, neque aurum, neque argentum, sicut nunc est, in thesauris vestris habebatur. Quid agitis? quid quæritis? quid non abundatis? In domibus deliciæ supercrescunt: in promptuariis vinum, tri- C ticum, oleúmque redundat: in thesauris aurum atque argentum coacernatur. Vnum vobis deest, quòd pacem non habentes, Dei gratia indigetis. Cur vnus tollit alteri suum, cùm alter concupiscit alienum? Cauete illud quæso apostoli: Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne abinuicem consumamini. Scrutamini diligenter veterum scripta, & videbitis quid ciuilia bella parturiãt. Requirite quid de Carthaginensibus scribat Orosius: qui cùm post septingentos annos subuersam dicat ciuitatem & regionem eorum, addidit: Quæ res eam tandiu seruauit? concordia. Quæ res eam post tanta destruxit tempora? discordia. Cauete discordiam, cauete bella ciuilia quæ vos populúmque vestrum expugnant. Quid aliud sperandum erit, nisi cùm exercitus vester ceciderit, vos sine solatio relicti, atque à gentibus aduersis oppressi protinus conruatis? Si te ô rex, bellum ciuile delectat, illud quod Apostolus in hominem agi meminit, exerce, vt spiritus concupiscat aduersus carnem, & vitia virtutibus cedant, & tu liber capiti tuo, id est Christo seruias, qui quõdam radici malorum seruieras competitus.

Roma caput mundi.

lib. 4. cap. 6. & 23.

Concordia res magna fuctur.

IGITVR interempto Sygiberto rege apud Victoriacum villam, Brunichildis regina cùm filiis D Parisiis residebat. Quod factum cùm ad eam perlatum fuisset, & conturbata dolore ac luctu, quid ageret, ignoraret, Gundobaldus dux adprehensum Childebertum filium eius paruulum furtim abstulit: ereptúmque ab imminẽti morte, collectísque gentibus, super quas pater eius regnum tenuerat, regem instituit, vix lustro ætatis vno iam peracto, qui die dominici natalis regnare cœpit. Anno igitur primo regni eius, Chilpericus rex Parisios venit, adprehensámque Brunichildem, apud Rhothomagensem ciuitatem in exilium trusit, thesaurósque eius quos Parisios detulerat, abstulit. Filias verò eius Meledis vrbe teneri præcepit. Tunc Rucculenus cùm Cœnomannicis Turonos venit, & prædas egit, & multa scelera fecit: quod in sequenti qualiter à virtute beati Martini pro tantis malis quæ gessit, percussus interiit, memoramus.

CAP. I.

Childeberti ium. regnum.

Brunechildis pellitur in exilium.

Rucculenus occiditur.

CHILPERICVS verò filium suum Merouecum cùm exercitu Pictauos dirigit. At ille relicta ordinatione patris, Turonos venit, ibíque & dies sanctos paschæ tenuit: multum enim regionem illam exercitus eius vastauit. Ipse verò simulãs ad matrem suam ire velle, Rothomagum petiit, & ibi Bru- E nichildi reginæ coniungitur: eámque sibi in matrimonio sociauit. Hæc audiens Chilpericus, quòd scilicet contra fas legémque canonicam vxorem patrui accepisset, valde amarus, dicto citius ad supra memoratum oppidum dirigit. At illi cùm hæc cognouissent, quòd eosdem separare decerneret, ad Basilicam sancti Martini quæ super muros ciuitatis ligneis tabulis fabricata est, confugium faciunt. Rex verò aduenies, cùm in multis ingeniis eos exindè auferre niteretur, & illi dolosè eum putantes facere non crederent, iurauit eis dicens: Si, inquit, voluntas Dei foret, ipse hos separare non conaretur. Hæc illi sacramenta accipientes, de basilica egressi sunt, exoscula tísque & dignanter acceptis epulauit cùm eis. Post dies verò paucos, adsumpto secum rex Merouco, Suessionas rediit.

Merouees patrui vxorem Brunechildẽ accipit.

CVM autem ibidem commorarentur, collecti aliqui de Campania, Suessionas vrbem adgrediuntur, fugaráque ex ea Fredegunde regina, atque Chlodoueo filio Chilperici, volebant sibi subdere ciuitatem. Quod vt Chilpericus rex comperit, cùm exercitu illuc dirigit, mittens nuncios ne

CAP. III.

Bellum cõtrà Chilpericum.

sibi iniuriam facerent,& excidium de vtroque eueniret exercitu. Illi autem hæc negligentes, præ- F
parantur ad bellum: commissóque prælio inualuit pars Chilperici,atque fugauit partem sibi aduersam,multos ex ea strenuos atque vtiles viros prosternens,fugatísque reliquis Sueßionas ingreditur. Quæ postquam acta sunt,rex propter coniugationem Brunichildis,suspectum habere cœpit Merouei filium suum,dicens,hoc prælium eius nequitia surrexisse: spoliatúmque armis, datis custodibus liberè custodiri præcepit,tractans quid de eo in posterum ordinaret. Godinus autem,qui à sorte Sygiberti se ad Chilpericum transtulerat,& multis ab eo muneribus locupletatus est, caput belli istius fuit: sed in campo victus, primus fuga dilabitur: villas verò quas ei rex à fisco in territorio Sueßionico indulserat,abstulit,& basilicæ contulit beati Medardi. Ipse quoque Godinus non post
Rauchini callidi-tas. multum tempus repentina morte præuentus,interiit.Cuius cõiugem Rauchingus accepit,vir omni vanitate repletus,superbia tumidus,elatione proteruus: qui se ita cùm subiectis agebat, vt non cognosceret in se aliquid humanitatis habere, sed vltra modũ humanæ malitiæ atque stultitiæ in suos desæuiens,nefanda mala gerebat. Nam si ante eum,vt adsolet,conuiuio vtentem puer cereum tenuisset, nudari eius tibias faciebat, atque tandiu in his cereum comprimi donec lumine priuaretur: G
iterum cùm inluminatus fuisset,similiter faciebat,vsque dum totæ tibiæ famuli tenentis exurerentur.Quòd si vocem emittere,aut se de loco illo alia in parte mouere conatus fuisset,nudus ilico gladius imminebat: fiebátque vt hoc flente,iste magna lætitia exultaret.Aiebant enim quidã,eo tempore duos de famulis eius, vt sæpè cõtingit,mutuo se amore dilexisse,virũ scilicet & puellam.Cúmque hæc dilectio per duorum annorum aut eo amplius spacia traheretur,cõiuncti pariter Ecclesiam petierũt.Quod cùm Rauchingus comperisset, accedit ad sacerdotem loci: rogat sibi protinus reddi suos famulos excusatos. Tunc sacerdos ait ad eum: Nosti enim quæ veneratio debeat impendi Ecclesiis Dei: non enim poteris eos accipere, nisi vt fidem facias de permanente eorum coniunctione: similiter & vt de omni pœna corporali liberi maneant,repromittas. At ille,cùm diu ambiguus cogitatione siluisset,tandem conuersus ad sacerdotem, posuit manus suas super altare cùm iuramento,dicens: Quia nunquam erunt à me separandi,sed potius ego faciam vt in hac cõiunctione permaneant: quia quanquam mihi molestum fuerit,quòd absque mei consilij conniuentia talia sint gesta,illud tamen libens amplector,quod nec hic ancillam alterius, neque hæc extranei seruum ac- H
ceperit. Credidit sacerdos ille simpliciter promissioni hominis callidi, reddidítque homines excu-
Rauchinus seruum & ancillam vinos defodit, quòd se insciis nupsissent. satos.Quibus ille acceptis,& gratias agens,abscessit ad domum suam: & statim iussit elidi arborem, truncatámque columnam eius per capita cuneo scissam præcepit excauari: effossáque in altitudine trium aut quatuor pedum,humo deponi vas iubet in foueam.Ibíque puellam vt mortuam componens,puerum desuper iactari præcepit: positóque opertorio,fossam humo repleuit,sepeliúitque eos viuentes dicens, Quia non frustraui iuramentum meum, vt non separarentur hi in sempiternum. Quæ cùm sacerdoti nunciata fuissent,cucurrit velociter: & increpans hominem vix obtinuit vt detegerentur. Veruntamen puerum viuum extraxit,puellam verò reperit suffocatam. In talibus enim operibus valdè nequissimus erat,nullam aliam habens potius vtilitatem, nisi in cachinnis ac dolis, omnibúsque peruersis rebus. Vnde non immeritò taliter excessit à vita qui talia gessit,cùm frueretur
Syggo referendarius. hac vita,quod in posterum digesturi sumus. Syggo quoque referendarius qui annulum regis Sygiberti tenuerat, & ab Chilperico rege ita prouocatus erat, vt seruitium quod tempore fratris sui habuerat,obtineret,ad Childebertum regem Sygiberti filium relicto Chilperico transiuit,réque eius I
quas in Sueßionico habuerat,Ansoualdus obtinuit. Multi autem & alij de his qui se de regno Sygiberti ad Chilpericum tradiderant, recesserunt. Vxor quoque Syggonis non pòst multo temporis spacio obiit: sed ille aliam rursus accepit.

CAP. IIII. His diebus Rucculenus ab Chilperico missus, Turonos aduenit cùm magna iactantia, & vltra Ligerim castra ponens,nũcios ad nos direxit,vt scilicet Guntheramnum, qui tunc de morte Theodoberti impetebatur,à Basilica sancta deberemus extrahere. Quod si non faceremus,& ciuitatem, & omnia suburbana eius iuberet incendio concremari. Quo audito mittimus ad eum legationem, dicentes: Hæc ab antiquo facta non fuisse quæ hic fieri deposcebat: sed nec modò permitti posse
Asylum est Ecclesia. vt basilica sancta violaretur. Quod si fieret,nec sibi fore prosperum, nec regi qui hæc iussa mandasset: metuerétque magis sanctitatem antistitis, cuius virtus hesterna die paralyticam direxisset. Nihil ex his ille formidans, cùm in domo Ecclesiæ vltra Ligerim resideret, domum ipsam quæ clauis adfixa erat,dissecat. Ipsos quoque clauos Cœnomannici qui tunc cùm eodem aduenerant,imple- K
tis follibus portant,annonas euertunt,& cuncta deuastant. Sed dum hæc Rucculenus agit, à Deo
Rucculenus regio morbo corripitur. percutitur,morbóque regio croceus effectus,mandata aspera remittit,dicens:Nisi hodie proieceritis Guntheramnum ducem de basilica,ita cuncta virentia quæ sunt circa vrbem adteram,vt dignus fiat aratro locus ille.Interim aduenit dies sanctus Epiphaniæ: & hic magis ac magis torqueri cœpit. Tunc accepto à suis consilio,amne transacto,ad ciuitatem accedit. Denique cùm psallentes de Ecclesia egressi ad sanctam basilicam properarent: hic post crucem præcedentibus signis,equo superpositus ferebatur.Verùm vbi basilicam sanctam introiit,mox furor minantis intepuit:regressúsque
Rucculenus quadrag. carnes comedit. ab Ecclesia,nihil cibi ea die accipere potuit. Exindè cùm valdè anhelus esset,Pictauum abiit.Erant enim dies sanctæ quadragesimæ,in qua fœtus cuniculorum sæpè comedit. Dispositis verò actionibus, quibus in Calẽdis Martiis ciues Pictauos vel adfligeret,vel damnaret,pridie animam reddidit:

& sic

A & sic superbia tumórque quieuit.

Eo tempore Felix Namneticæ vrbis episcopus, literas mihi scripsit, plenas opprobriis, scribens etiam fratrem meum ob hoc interfectum,eo quòd ipse cupidus episcopatus,episcopum interfecisset.Sed vt hæc scriberet,villam ecclesiæ concupiuit.Quam cùm dare nollem,euomuit in me,vt di- *Authoris frater ambiens episcopatum occiditur.*
xi,plenus furore,opprobria mille.Cui aliquando ego respondi:Memento dicti prophetici: Væ his qui iũgunt domum ad domum, & agrum ad agrum copulant. nunquid soli inhabitabunt terram? O si te habuisset Massilia sacerdotem, nunquam naues oleum, aut reliquas species detulissent, nisi tantum chartam quo maiorem opportunitatem scribendi ad bonos infamandos haberes.Sed paupertas chartæ finem imponit verbositati: immensæ enim erat cupiditatis atque iactantiæ. Sed ego ista postponens, ne illis similis appaream, illud explicabo, qualiter germanus meus ab hac luce migrauerit,& quàm velocem in percussorem eius dominus præstiterit vltionem.Consenescente beato Tetrico,ecclesiæ Lingonicæ sacerdote, cum Lampadium diaconum quem creditorem habuit, deiecisset,& frater meus dum pauperibus quos ille malè spoliauerat, opitulari cupiens consensisset
B in eius humiliationem, odium ex hoc incurrit.Interea beatus Tetricus à sanguine sauciatur: cui cũ nulla medicorum fomenta valerent, conturbati clerici, & à pastore vtpotè destituti, Mondericum expetunt:qui à rege indultus ac tonsuratus,episcopus ordinatur,sub ea specie,vt dum beatus Tetri- *Mondericus ordinatur.*
cus viueret,hic Tornodorense castrum, vt archipresbyter regeret, atque in eo commoraretur: migrante verò decessore,iste succederet.In quo castro dum habitaret,iram regis incurrit:adserebatur enim contra eum, quòd ipse Sygiberto regi aduersus fratrem suum Guntheramnum venienti, alimenta & munera præbuisset.Igitur extractus à castro,in exilium super ripam Rhodani in turri quadam arcta atque detecta retruditur: in qua per duos ferè annos cum grandi cruciatu commoratur. Obtinente beato Nicetio episcopo,Lugdunum regreditur:habitauítque cum eo per duos menses. Sed cùm obtinere non posset à rege, vt in locum vnde deiectus fuerat, restitueretur, nocte per fugam lapsus ad Sygiberti regnum transiit,& apud Arisitensem vicum episcopus instituitur, habens sub se plus minus diœceses quindecim, quas primum Gothi quidam tenuerant, nunc verò Dal- *Dalmatius.*
matius Ruthenensis episcopus vendicabat. Quo abeunte iterum Lingonici Siluestrum propin-
C quum,vel nostrum,vel beati Tetrici episcopum expetunt. Sed vt eum peterent, fratris mei hoc instinctu fecerunt. Interea transeunte beato Tetrico, hic tonso capite, presbyter ordinatur, accepta omni potestate de rebus ecclesiæ: qui verò vt benedictionem episcopalem Lugduni accipiat, iter parat.Quæ dũ agũtur,ipse quia iamdiu epilepticus erat,ab hoc morbo correptus,asperius extra sensum factus,& per dies duos assiduè dans mugitum,tertia die spiritũ exhalauit.Quibus peractis,Lampadius,vt superius diximus,ab honore & facultate priuatus in odio Petri diaconi, cum filio Siluestri coniungitur,machinans atque confirmans patrem suum ab ipso fuisse maleficiis interfectum. At ille ætate iuuenis,sensu leuis,cõtra eum commouetur,ipsum impetens publicè parricidam.Porrò ille hæc audiens,facto placito in præsentia sancti Niceti episcopi auunculi matris meæ, Lugdu- *Nicetius auũculus matris authoris.*
num dirigitur:& ibi Syagrio episcopo coram adstante,& aliis sacerdotibus multis cum secularium principibus,se sacramẽto exuit: nunquam se in mortem Siluestri mixtum fuisse.Post duos verò annos instigatus iterum à Lampadio filius Siluestri, adsequutus in via Petrum diaconum, lancea sauciatum interfecit.Quod cùm factũ fuisset,de eo loco eleuatus, & ad Diuionense delatus castrum,
D secus sanctum Gregorium proauum nostrum sepelitur.Iste verò fugam iniens, ad Chilpericum regem transiit,facultatibus suis fisco regis Guntheramni dimissis. Cúmque per diuersa vagaretur pro commisso scelere,nec ei esset locus firmus ad commorandum: tandem, vt credo, contra eum sanguine insonte ad diuinam potentiam proclamante, in quodam loco dum iter ageret, innocentem hominem cuaginato gladio interemit.Cuius parentes condolentes propinqui exitum, commota seditione, extractis gladiis,eum in frusta concidunt,membratímque dispergunt. Talem iuxta iudicium Dei exitum miser accepit,vt qui propinquum innocentem interemerat, ipse nocens diutius non maneret:nam tertio hæc ei euenerunt anno.Denique Siluestri post transitũ, Lingonici iterum episcopum flagitantes,Pappolum,qui quondam archidiaconus Augustodunensis fuerat, accipiũt: qui multa,vt adserunt,egit iniqua,quæ à nobis prætermittuntur,ne detractores fratrum esse videamur:tamen qualem habuerit exitum,non omittam.Anno octauo episcopatus sui,dum diœceses ac villas ecclesiæ circumiret, quadam nocte dormienti apparuit illi B. Tetricus vultu minaci. Cui ita,
E Quid tu,inquit,hic Pappole?vt quid sedem meam polluis?vt quid ecclesiam peruadis? vt quid oues mihi creditas sic dispergis?cede loco,relinque sedem,abscede longius à regione.Et hæc dicẽs, virgam quam habebat in manu, pectori eius cum ictu valido impulit.In quo ille euigilans, dum cogitat quid hoc esset, ficta in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur. Abhorret cibum potumque,& mortem iam sibi proximam præstolatur.Quid plura?Tertia die cùm sanguinem ore pro- *Pappolus episcopus visione scelerum castigatur.*
iiceret, expirauit. Exinde elatus Lingonas, est sepultus. In cuius locum Mummolus abbas quem *Mommolus abbas.*
Bonum cognomento vocant, episcopus substituitur: quem multi magnis laudibus prosequuntur, esse eum castum, sobrium, moderatum, ac in omni bonitate promptissimum, amantem iustitiam, charitatem, omni intentione diligentem. Qui accepto episcopatu, cognoscens quòd Lampadius multum de rebus fraudasset ecclesiæ, ac de spoliis pauperum, agros vineásque, vel mancipia congregasset,eum ab omni renudatum à præsentia sua iussit abigi. Qui nunc in maxima paupertate de-

gens,manibus propriis victum quærit. Hæc de his sufficiant. F

Cap.VI. *Virtutes ad sepulchrum B. Martini.*

ANNO verò quo supra, id est quo mortuo Sygiberto Childebertus filius eius regnare cœpit, multæ virtutes ad sepulchrum beati Martini apparuerunt, quas in illis libellis scripsi quos de ipsis miraculis componere tentaui. Et licet sermone rustico, tamen celare passus non sum, quæ aut ipse vidi,aut à fidelibus relata cognoui. hic tantum quid negligentibus euenerit,qui post virtutem cœlestem terrena medicamenta quæsierunt, exsoluam, quia sicut per gratiam sanitatum, ita & per castigationem stultorum virtus eius ostenditur. Leonastes Biturigis archidiaconus decidẽtibus cataractis,lumine caruit oculorum. Qui cùm per multos medicos ambulans, nihil omninò visionis recipere posset,accessit ad basilicam beati Martini: vbi per duos aut tres menses consistens, & ieiunãs assiduè,lumen vt reciperet flagitabat. Adueniente autem festiuitate, clarificatis oculis cernere cœpit: regressus quoque domum, vocato quodam Iudæo, ventosas quorum beneficio oculis lumen augeret,humeris superponit. Decedente quoque sanguine, rursus in recidiuam cæcitatem redigitur. Quod cùm factum fuisset,rursum ad templum sanctum regressus est. Ibique iterum longo spacio commoratus,lumen recipere nõ meruit. Quod ei ob peccatum non præstitum reor, iuxta illud G dominicum oraculum, Qui habet,dabitur ei,& abundabit: & qui non habet, ipsum quod habet auferetur ab eo. & illud, Ecce sanus factus es,iam noli peccare,ne quid tibi deterius eueniat. Nam perstitisset hic in sanitate,si Iudæum non induxisset super diuinam virtutem. Tales enim admonet & arguit Apostolus,dicẽs, Nolite enim iugũ ducere cũ infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cũ iniquitate? aut quæ societas lucis cum tenebris? Quæ autem communicatio Christi cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos estis enim templum Dei viui: propterea exite de medio eorum, & separamini ab his, ait dominus. Ideo doceat vnumquenque Christianum hæc causa,vt quando cœlestem accipere meruerit medicinam, terrena non requirat studia.

Cæcus illuminatur.

CAP. VII. *Senoch reclausus.*

SED & illud commemorare libet,qui vel quales viri hoc anno à domino sunt conuocati. Vnde magnum cum & Deo acceptabilem ego censeo, qui tales de nostra terra suo paradiso collocauit. Nam Benedictus Senoch presbyter,qui apud Turonos morabatur,sic migrauit à sæculo. Fuit autem genere Theifalus,& in Turonico clericus factus,in cellulã quam ipse inter parietes antiquos com- H posuerat, se remouit: collectísque monachis,oratorium quod multo tempore dirutum fuerat,reparauit. Idem super infirmos multas virtutes fecit,quas in libro vitæ eius scripsimus.

Cap. VIII. *D. Germanus Parisiorum episcopus obiit*

EO anno & beatus Germanus Parisiorum episcopus transiit:in cuius exequiis, multis virtutibus quas in corpore gesserat, hoc miraculum confirmationem fecit. Nam carcerariis adclamantibus, corpus in platea adgrauatum est. Solutísque eisdem rursum sine labore leuatur: ipsi quoque qui soluti fuerant,in obsequium funeris vsque ad basilicam in qua sepultus est,liberi peruenerunt. Ad sepulchrum autem eius multas virtutes domino tribuente,credentes experiuntur: ita vt quisque si iusta petierit,velociter exoptata reportet. Si quis tamen strenuus virtutes illius quas in corpore fecit, sollicitè vult inquirere,librum vitæ illius qui à Fortunato presbytero compositus est,legens cuncta reperiet.

Cap.IX. *Caluppa.*

EODEM quoque anno & Caluppa reclausus obiit. Hic autem ab infantia sua semper religiosus fuit,& apud monasterium Melitense termini Aruerni conuersus, in magna se humilitate fratribus I præbuit,sicut in libro vitæ eius scripsimus.

Cap.X. *Patroclus l.1. de miracul. cap.64.*

FVIT autem in Biturico termino reclausus nomine Patroclus,presbyterij honore præditus, miræ sanctitatis ac religionis, vir magnæ abstinentiæ: qui plerunque ab inedia, diuersis incommodis vexabatur. Vinum,siceram,vel omne quod inebriare potest,non bibebat, præter aquam parumper melle linitam: sed nec pulmento aliquo vtebatur. Cuius victus erat panis in aquam infusus atque sale respersus: huius oculi nunquam caligauerunt. Erat autem in oratione assiduus: quam si parumper prætermisisset,aut legebat aliquid,aut scribebat. Frigoriticis pustulis laborantibus, vel reliquis morbis, sæpe per orationem remedia conferebat. Sed & alia signa multa fecit, quæ per ordinem longum est enarrare. Cilicium semper puro adhibebat corpori. Qui octogenaria ætate abscedens à seculo,migrauit ad Christum. Scripsimus & de huius vita libellum.

Frigoriticis oratione medebatur Patroclus.

Cap.XI. *Iudæus illudit baptizãdo.*

ET quia semper Deus noster sacerdotes suos glorificare dignatur, quid Aruerno de Iudæis hoc anno contigerit,pandam. Cum eosdem plerunque beatus Auitus episcopus commoneret, vt relicto velamine legis Mosaicæ,spiritualiter lecta intelligerent,& Christum filium viuẽtis Dei prophe- K tica & legali auctoritate promissum,corde purissimo in sacris literis contemplarentur, manebat in pectoribus corũ,iam non dicã velamen illud quo facies Moysi obumbrabatur, sed paries: sacerdote quoque orante vt conuersi ad dominũ,velamen ab eis literæ rumperetur, quidam ex his ad sanctum pascha,vt baptizaretur expetiit,renatúsque Deo per baptismi sacramentum, cum albatis reliquis in albis & ipse procedit. Ingredientibus autem populis portam ciuitatis,vnus Iudæorum super caput conuersi Iudæi oleum fœtidum diabolo instigante diffudit. Quod cùm cunctus abhorrens populus voluisset eum vrgere lapidibus,pontifex vt fieret non permisit. Die autem beato quo Dominus ad cœlos post redemptum hominem ascendit gloriosus: cùm sacerdos de ecclesia ad basilicam psallendo procederet, inruit super synagogam Iudæorum multitudo tota sequentium, destruénsque à fundamentis, campi planitiei locus adsimilatur. Alia autem die sacerdos eis legatos

Dies Ascensionis.

mittit,

A mittit,dicens: Vi ego vos confiteri Dei filium non impello, sed tamen prædico, & salem sciẽtiæ vestris pectoribus trado. Pastor sum enim dominicis ouibus superpositus, & de vobis ille verus pastor qui pro nobis passus est,dixit habere se alias oues quæ non sunt ex ouili suo, quas eum oporteat adducere,vt fiat vnus grex & vnus pastor. Ideóq; si vultis credere vt ego,estote vnus grex, custode me posito: sin verò aliud, abscedite à loco. Illi autem diu æstuantes atque dubitãtes,tertia die, vt credo, obtentu pontificis coniuncti in vnum,ad eum mandata remittunt dicentes, Credimus Iesum filiũ Dei viui nobis prophetarum vocibus repromissum: & ideo petimus vt abluamur baptismo, ne in hoc delicto permaneamus. Gauisus autem nuncio pontifex,nocte sancta Pentecostes vigiliis celebratis, ad baptisterium foras muraneum egressus est: ibíque omnis multitudo coram eo prostrata, baptismum flagitauit. At ille præ gaudio lachrymans cunctos aqua abluẽs,chrismate liniens,in sinu matris ecclesiæ congregauit. Flagrabant cerei,lampades refulgebant,albicabat tota ciuitas de grege candido,nec minus fuit vrbi gaudium,quàm quondam spiritusancto descendẽte super Apostolos, Hierusalem videre promeruit. Fuerunt autem qui baptizati sunt, amplius quingenti. Hi verò B qui baptismum percipere noluerunt,discedentes ab illa vrbe,Massiliæ redditi sunt.

Iudæi ab Auito conuertuntur.

Cap.XII. *Brachio Abbas.*

TRANSIIT post hæc & Brachio abbas cellulæ Manatensis. Fuit autem genere Thoringus, in seruitium Sygiualdi quondam ducis venationem exercens,sicut alibi scripsimus.

Cap.XIII. *Mummolus Lemouicos vastat.*

ERGO vt ad propositum reuertamur,Chilpericus rex Chlodoueum filium suum Turonos transmisit,qui congregato exercitu inter terminum Turonicũ,& Andegauum vsque Sanctonas transiit, eámque peruasit. Mummolus verò patritius Gũthcramni regis,cum magno exercitu vsque Lemouicinum transiit: & contra Desiderium ducem Chilperici regis bellum gessit. In quo prælio cecidere de exercitu eius quinque millia: de Desiderij verò vigintiquatuor millia. Ipse quoque Desiderius fugiens vix euasit. Mummolus verò patritius per Aruernum rediit, eámque per loca exercitus eius deuastauit,& sic in Burgundiam peraccessit.

Cap.XIIII. *Merouæus tonsuratur.*

POST hæc Meroueus cùm in custodia à patre retineretur,tonsuratus est,mutatáq; veste qua clericis vti mos est,presbyter ordinatur,& ad monasteriũ Cœnomãnicum,quod vocatur Aninsula, dirigitur,vt ibi sacerdotali erudiretur regula. Hæc audiens Gunthcramnus, Boso,qui tunc in basilica C sancti Martini,vt diximus,residebat,misit Riculfum subdiaconum,vt ei cõsilium occultè præberet expetẽdi basilicam sancti Martini. Qui cùm abiisset ab alia parte,Gailenus puer eius aduenit. Cúmque paruum solatium qui eum ducebant haberent,ab ipso Gaileno in itinere excussus est, opertóq; capite,indutúsque veste seculari, beati Martini templum expetiit. Nobis autem Missas celebrantibus,in sanctam basilicam,aperta reperiens ostia,ingressus est. Post Missas autem petiit,vt ei eulogias dare deberemus. Erat autem tunc nobiscum Ragnemodus Parisiacæ sedis episcopus, qui sancto Germano successerat. Quod cum refutaremus,ipse clamare cœpit & dicere, quòd non rectè eum à communione sine fratrum conniuentia suspenderemus. Illo autem hæc dicente,cum consensu fratris qui præsens erat,cõtestata causa canonica,eulogias à nobis accepit. Veritus autem sum,ne dum vnum à communione suspẽdebam,in multos existerem homicida. Minabatur enim aliquos de populo nostro interficere,si communionem nostram non meruisset. Multas tamen pro hac causa Turonica regio sustinuit clades. His diebus Nicetius vir neptis meæ,propriam habẽs causam,ad Chilpericum regem abiit cum diacono nostro,qui regi fugam Merouei narraret. Quibus visis Fredegũ- D dis regina ait: Exploratores sunt,& ad sciscitandum quid agat rex aduenerunt, vt sciant quid Merouæo renuncient. Et statim spoliatos in exilium retrudi præcepit, de quo mense septimo relaxati sunt. Igitur Chilpericus nuncios ad nos direxit dicens: Eiicite apostatam illum de basilica: sin autem aliud, totam regionem illam igni succendam. Cúmque nos rescripsissemus, Impossibile esse quod temporibus hæreticorum non fuerat, Christianorum nunc temporibus fieri, ipse exercitum commouet,& illuc dirigit. Anno autem secundo Childeberti regis,cùm videret Meroueus patrem suum in hac deliberatione intentum,adsumpto secum Gunthcramno duce ad Brunichildem pergere cogitat,dicens: Absit vt propter meam personam basilica domini Martini violentiam perferat,aut regio eius per me captiuitati subdatur. Et ingressus basilicam, dum vigilias ageret, res quas secum habebat, ad sepulchrum beati Martini exhibuit, orans vt sibi sanctus succurreret, atque ei concederet gratiam suam,vt regnum accipere posset. Leudastes tunc comes cum multas ei in amore Fredegundis insidias tenderet,ad extremum pueros eius qui è pago egressi fuerant, circumuen- E tos dolis gladio trucidauit,ipsúmque interimere cupiens,si reperire loco opportuno potuisset. Sed ille consilio vsus Gunthcramni, & se vlcisci desiderans, redeunte Marileifo archiatro de præsentia regis,comprehendi præcipit: cæsúmque grauissimè,ablato auro argentóque eius, & reliquis rebus quas secum exhibebat,nudum reliquit. Et interfecisset vtiquè,si non inter manus cædentiũ elapsus, ecclesiam expetisset: quem nos postea indutum vestimentis, obtenta vita Pictauum remisimus. Meroueus verò de patre atque nouerca, multa crimina loquebatur: quæ cum ex parte vera essent, credo acceptum non fuisse Deo, vt hæc per filium vulgarentur,sicut in sequentibus cognoui. Quadam enim die ad conuiuiũ eius adcitus, dum pariter sederemus, suppliciter petiit aliqua ad instructionem animæ legi. Ego verò reserato Salomonis libro, versiculum qui primus occurrit arripui, qui hæc continebat: Oculum qui aduersus adspexerit patrem, effodiant eum corui de conuallibus. Illo quoque non intelligente, consideraui hunc versiculum à domino præparatum. Tunc direxit

Missam celebrauit Greg. Turon.

Eulogia datur post Missam.

Greg. Turon. à Chilperico eiicitur.

Leudastes pueros Merouei trucidauit.

Gunthcramnum puerum ad mulierem quandam sibi iam cognitam à tempore Chariberti regis, habentem spiritum Pythonis, vt ei quæ erant euentura narraret. A dserebat præterea ipsam sibi ante hoc tempus, non solum annum, sed & diem & horam, in qua rex Charibertus obiret, denunciasse. Quæ hæc ei per pueros mandata remisit: Futurum est enim vt rex Chilpericus hoc anno deficiat, & Meroueus inclusis fratribus omne capiat regnum. Tu verò ducatum totius regni eius annis quinque tenebis. Sexto verò anno in vna ciuitatum quæ super Ligeris alueum sita est, in dextra eius parte fauente populo episcopatus gratiam adipiscēris, ac senex & plenus dierum ab hoc mundo migrabis. Cúmque hæc pueri redeuntes omninò nunciassent, statim ille vanitate elatus tanquam si iam in cathedra Turonicę ecclesiæ residēret, ad me hæc detulit verba. Cuius ego inridēs stultitiam, dixi: A deo hæc poscenda sunt, nam credi non debent quæ diabolus repromittit. ille autem ab initio mendax est, & in veritate nunquam stetit. Illo quoque cum confusione discedente, valdè inridebam hominem qui talia credi putabat. Deniquè quadam nocte vigiliis in basilica sancti antistitis celebratis, dum lectulo decubans obdormissem, vidi angelum per aëra volantem, cúmque super sanctam basilicam præteriret, voce magna ait: Heu heu, percussit Deus Chilpericum, & omnes filios eius: nec superabit de his qui processerunt ex lumbis eius, qui regat regnum illius in æternum. Erant ei eodem tempore de diuersis vxoribus filij quatuor, exceptis filiabus. Cum autem hæc in posterum impleta fuissent, tunc ad liquidum cognoui falsa esse quæ promiserant arioli. Igitur commorantibus his apud basilicam sancti Martini, misit ad Gunthcramnum Bosonem Fredegundis regina, quæ ei iam pro morte Theodoberti patrocinabatur occultè, dicens: Si Meroueum eiicere potueris de basilica vt interficiatur, magnū de me munus accipies. At ille præstò putans esse interfectores, ait ad Meroueum: Vt quid hic quasi segnes & timidi residemus, & vt hebetes circa basilicam occulimur? Veniant enim equi nostri, & acceptis accipitribus, cum canibus exerceamur venatione, spectaculisque patulis iocundemur, hoc enim aiebat callidè, vt eum à sancta basilica separaret. Gunthcramnus verò aliàs sanè bonus (nam ad periuria nimium præparatus erat, verumtamen nulli amicorum sacramentum dedit, quod non protinus omisisset) egressi itaque, vt diximus, de basilica, ad Iocundiacensem domum ciuitati proximam progressi sunt: sed à nomine Meroueus noscitus est. Et quia impetebatur tunc Gunthcramnus de interitu, vt diximus, Theodoberti, misit Chilpericus rex epistolam scriptam ad sepulchrum sancti Martini, quæ habebat insertum, vt ei beatus Martinus rescriberet, vtrum liceret extrahi Gunthcramnum de basilica eius, an non. Sed Baudinus diaconus qui hanc epistolam exhibuit, chartam puram cum eadem quam detulerat, ad sanctum tumulum misit. Cúmque per triduum expectasset, & nihil rescripti reciperet, rediuit ad Chilpericum. Ille verò misit alios qui à Gunthcramno sacramēta exigerent, vt sine eius scientia basilicam non relinqueret. Qui ambienter iurās pallam altaris fideiussorem dedit, nunquam se exinde sine iussione regia egressurum. Meroueus verò non credens Pythonissæ, tres libros super sancti sepulchrum posuit, id est Psalterij, Regum, Euangeliorum: & vigilans tota nocte, petiit vt sibi beatus confessor, quid eueniret ostenderet, & vtrum possit regnum capere, an non, vt domino indicante cognosceret. Post hæc continuato triduo in ieiuniis, vigiliis, atque orationibus, ad beatum tumulum iterum accedens, reuoluit librum qui erat Regum. Versus autem primus paginæ quam reserauit, hic erat: Pro eo quòd dereliquistis dominum Deum vestrum, & ambulastis post deos alienos, nec fecistis rectum ante conspectum eius, ideo tradidit vos Dominus Deus vester in manibus inimicorum vestrorum. Psalterij autem versus hic est inuentus: Verumtamen propter dolositatem posuisti eis mala: deiecisti eos, dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem? subitò defecerunt: perierunt propter iniquitates suas. In Euangeliis autem hoc est repertum: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. In his responsionibus ille confusus, flens diutissimè ad sepulchrum beati antistitis, adsumpto secum Gunthcramno duce cum quingētis aut eo amplius viris discessit. Egressus autem basilicam sanctam, cum iter ageret per Altisiodorense territorium, ab Erpone duce Gunthcramni regis comprehensus est. Cúmque ab eo detineretur, casu nescio quo dilapsus, basilicam sancti Germani ingressus est. Audiens hæc Gunthcramnus rex in ira commotus Erponem septingentis aureis damnat, & ab honore remouet, dicens: Retinuisti, vt ait frater meus, inimicum suum: quod si hoc facere cogitabas, ad me eum debuisti prius adducere: sinautem aliud, nec tangere debueras quem tenere dissimulabas. Exercitus autem Chilperici regis vsque Turonos accedens, regionem illam in prædas mittit, succendit, atque deuastat: nec rebus sancti Martini pepercit, sed quod manu tetigit, sine vllo Dei intuitu, aut timore, diripuit. Meroueus propè duos menses, ad ante dictam basilicam residens, fugam iniit, & ad Brunichildem reginam vsque peruenit, sed ab Austrasiis non est collectus. Pater verò eius exercitum cōtra Campanēses commouit, putans eum ibidem occultari: sed nihil nocuit, nec eum potuit reperire.

Et quia tempore illo quo Alboinus in Italiam ingressus est, Chlotharius & Sygibertus Sueuos, & alias gentes in loco illo posuerunt, hi qui tempore Sygiberti regressi sunt, id est qui cum Alboino fuerant, contra hos consurgunt, volentes eos à regione illa extrudere ac delere. At illi obtulerunt eis tertiam partem terræ, dicentes, Simul viuere sine confusione possumus. Sed illi contra eos irati, eo quòd ipsi hoc antea tenuissent, nullatenus pacificare voluerunt. Dehinc obtulerunt eis iterum isti medietatem: post hæc duas partes, sibi tertiam relinquentes. Nolentibus autem illis

Meroueus Pythonissam consulit.

Credi nō debet quod diabolus repromittit.

Visio & reuelatio Gregorio exhibita de successoribus Chilperici.

Chilpericus scripsit ad sepulchrum B. Martini.

Diuinatio captata ex scripturis.

Bellum inter Saxones & Sueuos.

illis, obtulerunt cum terra omnia pecora, tantum vt à bello cessarent. Sed nec hoc illi adquiescentes, certamen expetunt. Et inter se ante certamen, qualiter vxores Suauorū diuiderent, & qui quam post eorum exitum acciperet, tractant, putantes eos iam quasi interfectos habere. Sed domini miseratio quæ iustitiam facit, in aliam partem voluntatem eorum retorsit. Nam confligentibus illis: erant autem viginti sex millia Saxonum, ex quibus viginti milia ceciderunt: Suauorum quoque sex milia, ex quibus quadringenti & octoginta tantum prostrati sunt: reliqui verò victoriā obtinuerunt. Illi quoque qui ex Saxonibus remanserant, detestati sunt, nullum se eorum barbam, neque capillos incisurum, nisi prius se de aduersariis vlciscerentur. Quibus iterum decertantibus, in maiore excidio conruerunt: & sic à bello cessatum est.

Votum ex vindicta.

In Britanniis hæc acta sunt. Macliauus quondam & Bodiccus Britannorum comites, sacramentum inter se dederant, vt qui ex eis superuiueret, filios partis alterius tanquam proprios defensaret. Mortuus autem Bodiccus reliquit filium Theodoricum nomine. Quo Macliauus oblitus sacramēti, expulso à patria, regnum patris eius accepit. Hic verò multo tempore profugus vagusque fuit. Qui tandem miserante deo, collectis secum à Britannia viris, se super Macliauum obiecit, cúmque cum filio eius Iacob gladio interemit, partemque regni quam quondam pater eius tenuerat, in sua potestate restituit: partem verò aliam Vuarochus Macliaui filius vindicauit.

CAP. XVI.

Macliaui perfidia & interitus.

Gvnthcramnvs verò duos Magnacharij quondam filios gladio interemit, pro eo quod in Austrigildem reginam, eiusque sobolem multa detestabilia atque exsecranda proferrent: facultatesque eorum fisco suo redegit. Ipse quoque duos filios suos subito morbo obpressos perdidit, de quorum funere valdè contristatus est, eo quod orbatus absque liberis remansisset. Eo anno dubietas paschæ fuit. In Galliis verò nos cùm multis ciuitatibus, quarto decimo Calendas Maias sanctum pascha celebrauimus: alij verò cum Hispanis, duodecimo Calendas Aprilis, solemnitatem hanc tenuerunt: tamen vt ferunt, fōtes illi qui in Hispaniis nutu dei complentur, in nostro pascha repleti sunt. Cainone verò Turonico vico, dum ipso glorioso Resurrectionis dominicæ die Missæ celebrarentur, ecclesia contremuit, populusque conterritus à pauore, vnam vocem dedit dicens, quod ecclesia caderet: cūctisque ab ea etiam effractis ostiis per fugam lapsi sunt. magna post hæc lues populum deuastauit. Post hæc Gunthcramnus rex ad Childebertum nepotem suos legatos mittit, pacem petens, ac deprecans eum videre. Tunc ille cum proceribus suis ad eum venit: qui ad pontem quem Petrum vocant, coniuncti sunt, consalutantes atque inuicem osculantes se. Gunthcramnus rex ait, Euenit impulsu peccatorum meorum, vt absque liberis remanerem: & ideo peto vt hic nepos meus mihi sit filius. Et imponens eum super cathedram suam, cunctum ei regnum tradidit, dicens, Vna nos parma protegat, vnaque hasta defendat. Quod si filios habuero, te nihilominus tanquam vnum ex his reputabo, vt illa cum meis, tecumque permaneat charitas, quam tibi hodiè ego polliceor teste deo: proceres vero Childeberti similiter pro eodem polliciti sunt. Et manducantes simul atque bibentes, dignisque se muneribus honorantes, pacifici discesserunt, ad Chilpericum regem legationem mittentes, vt redderet quod de eorum regno minuerat. Quod si differret, campum præpararet ad bellum. Quod ille despiciens, apud Suessionas atque Parisios, circos ædificare præcepit, eos populis spectaculum præbens.

CAP. XVII.

Magnacharij nati perimuntur.

Paschæ celebratio traditur miraculo.

Gunthramnus Childeberti successoris rem designat.

His ita gestis, audiens Chilpericus, quod Prætextatus Rothomagensis episcopus, cōtra vtilitatem suam populis munera daret, eum ad se arcessiri præcepit. Quo discusso, reperit cum eodem res Brunichildis reginæ cōmendatas: ipsisque ablatis, eum in exilio vsque ad sacerdotalem audientiam retineri præcepit. Coniuncto autem cōcilio, exhibitus est. erant autem episcopi qui aduenerāt apud Parisios, in basilica sancti Petri apostoli: cui rex ait, Quid tibi visum est ô episcope, vt inimicum meum Meroueum, qui filius esse debuerat, cum amica sua, id est patrui sui vxore, coniungeres? An ignarus eras, quæ pro hac causa canonum statuta sanxissent? Etiā non hic solum excessisse probaris, sed etiam cum illo egisti, datis muneribus, vt ego interficerer. Hostem autem filium patri fecisti, seduxisti pecunia plebem, vt nullus mecum fidem habitam custodiret: voluistique regnum meum in manum alterius tradere. Hæc eo dicente, infremuit multitudo Francorum, voluitque ostia basilicæ rumpere, quasi vt extractum sacerdotem lapidibus vrgeret: sed rex prohibuit fieri. Cumque Prætextatus episcopus ea quæ rex dixerat, facta negaret, aduenerunt falsi testes, qui ostendebant species aliquas, dicentes, Hæc & hæc nobis dedisti, vt Meroueo fidem promittere deberemus. Ad hæc ille dicebat, Verum enim dicitis, vos à me sæpius muneratos, sed non hæc causa extitit, vt rex eiiceretur à regno. Nam & cum vos mihi & equos optimos, & res alias præberetis, nunquid poteram aliud facere, nisi & ego vos simili sorte remunerarem? Recedente verò rege ad metatum suum, nos collecti in vnum sedebamus in secretario basilicæ beati Petri. Confabulantibusque nobis, subitò aduenit Ætius archidiaconus Parisiacæ ecclesiæ: salutatisque nobis, ait, Audite me ô sacerdotes domini, qui in vnum collecti estis: aut enim hoc tempore exaltabitis nomen vestrum, & bonæ famæ gratia refulgebitis: aut certè nullus vos amodo pro Dei sacerdotibus est habiturus, si personas vestras sagaciter non erigitis, aut fratrem perire permittitis. Hæc eo dicente, nullus sacerdotium ei quicquam respondit: timebant enim reginæ furorem, cuius instinctu hæc agebantur. Quibus intentis & ora digito comprimentibus, ego aio, Ad-

CAP. XVIII.

Prætextatus Episc. Rhotō. ob incestas nuptias periclitatur.

Ecclesiastici succurrant Ecclesiasticis.

tenti estote quæso sermonibus meis, ô sanctissimi sacerdotes Dei, & præsertim vos qui familiariores esse regi videmini: adhibete ei consilium sanctum atque sacerdotale, ne exardescens in ministrum Dei, pereat ab ira eius, & regnum perdat & gloriam. Hæc me dicente, silebant omnes. Illis verò silentibus, adieci, Mementote, domini mei sacerdotes, verbi prophetici quod ait, Si viderit speculator iniquitatem hominis, & non dixerit, reus erit animæ pereuntis. Ergo nolite silere, sed prædicate, & ponite ante oculos regis peccata eius, ne forte aliquid mali contingat, & vos rei sitis pro anima eius. An ignoratis quid nouo gestum fuerit tempore? quomodo adprehensum Sygimundum Chlodomeris retrusit in carcerem? dixitque ei Auitus Dei sacerdos, Ne iniicias manum in eum, & cum Burgundiam petieris, victoriam obtinebis. Ille vero abnuens quæ ei à sacerdote dicta fuerant abiit, ipsumque cum vxore & filiis interemit: petiitque Burgundiam: ibique obpressus ab exercitu, interemptus est. Quid Maximus imperator? nonne cum beatum Martinum compulisset communicare cuidam homicidæ episcopo: & ille quo facilius addictos morti liberaret, Regi impio consensisset, prosequente Regis æterni iudicio, ab imperio depulsus Maximus, morte pessima condemnatus est? Hæc me dicente, non respondit vllus quicquam, sed erant omnes intenti & stupentes. Duo tamen adulatores ex ipsis, quod de episcopis dici dolendum est, nunciauerunt regi, dicentes, quia nullum maiorem inimicum in suis causis, quàm me haberet. Illico vnus ex aulicis cursu rapido ad me representandum dirigitur. Cumque venissem, stabat rex iuxta tabernaculum ex ramis factũ, & ad dexterã eius Berthchramus episcopus, ad læuã verò Ragnemodus stabat: & erat ante eos scamnum pane desuper plenũ cum diuersis ferculis. Visoque me rex ait, O episcope, iustitiam cũctis largiri debes: & ecce ego iustitiam à te non accipio: sed vt video, consentis iniquitati, & impletur in te prouerbium illud, quod Coruus oculum corui non eruet. Ad hæc ego, Si quis de nobis, ô rex iustitiæ tramitem transcẽdere voluerit, à te corrigi potest: si vero tu excesseris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, sed si volueris, audis: si autem nolueris, quis te condemnabit, nisi is qui sę pronunciauit esse iustitiam? Ad hæc ille, vt erat ab adulatoribus cõtra me accensus, ait, Cum omnibus enim inueni iustitiam, & tecum inuenire non possum. sed scio quid faciam, vt noteris in populis, & iniustum te esse omnibus perpatescat. Cõuocabo enim populum Turonicum, & dicam eis, Vociferamini contra Gregorium quòd sit iniustus, & nulli hominum iustitiam præstet. Illis quoque hæc clamantibus, respondebo, Ego qui rex sum, iustitiam cum eodem inuenire non possum, & vos qui minores estis, inuenietis? Ad hæc ego, Quod sim iniustus, tu nescis. scit enim ille cõscientiã meam, cui occulta cordis sunt manifesta. Quod verò falso clamore populus te insultante vociferatur, nihil est, quia sciunt omnes à te hæc emissa. Ideoque non ego, sed potius tu in adclamatione notaberis. Sed quid plura? Habes legem & canones: hæc te diligenter rimari oportet: & tunc quæ præceperint, si non obseruaueris, noueris tibi Dei iudicium imminere. At ille, quasi me demulcens, quod dolose faciens putabat me non intelligere, cõuersus ad iuscellum quod coram erat positum, ait, Propter te hæc iuscella paraui: in quibus nihil aliud præter volatilia, & parumper ciceris continetur. Ad hæc ego, cognoscens adulationes eius, dixi, Noster cibus esse debet, facere voluntatem dei, & non his deliciis delectari: vt ea quæ præcipit nullo casu prætermittamus. Tu vero qui alios de iustitia culpas, pollicere prius quod legem & canones non omittas: & tunc credimus quod iustitiam prosequaris. Ille vero porrecta dextera, iurauit per omnipotentem deum, quod ea quæ lex & canones edocebant, nullo prętermitteret pacto. Post hęc accepto pane, hausto etiam vino discessi. Ea verò nocte, decantatis nocturnalibus hymnis, ostium mansionis nostræ grauibus audio cogi verberibus: missoque puero, nuncios Fredegundis reginę adstare cognosco. Quibus introductis, salutationem reginæ suscipio. Deindè precantur pueri vt in eius causis contrarius non existam, simulque ducentas argenti promittunt libras, si Prętextatus me impugnante obprimeretur. dicebant enim, Iam omnium episcoporum promissionem habemus, tantum tu aduersus non incedas. Quibus ego, Si mihi mille libras auri argentique donetis, nunquid aliud facere possum, nisi quod dominus agi præcipit? vnum tantum polliceor, quod ea quę cęteris secundum canonum statuta consenserint, sequar. At illi non intelligentes quę dicebam, gratias agentes discesserunt. Mane autem facto, aliqui de episcopis ad me venerunt, simile mandatum ferentes: quibus ego similia respondi. Conuenientibus autẽ nobis in basilica sancti Petri, mane rex adfuit, dixitque, Episcopus enim in furtis deprehensus ab episcopali officio vt auellatur, canonum auctoritas sanxit. Nobis quoque respondentibus, Quis ille sacerdos esset, cui furti crimen inrogaretur: respondit rex, Vidistis enim species quas nobis furto abstulit. Ostenderat enim nobis ante diem tertiam rex duo volucra, speciebus & diuersis ornamentis referta: quę pretiabantur amplius quàm tria milia solidorum. Sed & sacculum cum numismatis auri pondere tenentem quasi millia duo: hæc enim dicebat rex, sibi ab episcopo fuisse furata. Qui respondit, Recolere vos credo, discedente à Rothomagensi vrbe Brunichilde regina, quòd venerim ad vos, dixique vobis, quia res eius, id est quinque sarcinas commendatas haberem: & frequentius aduenire pueros eius ad me vt ea redderem, & nolui sine consilio vestro: tu autem dixisti mihi ô rex, Eiice hæc à te, & reuertantur ad mulierem res suæ: ne inimicitia inter me & Childebertum nepotem meum pro his rebus debeat pullulare. Reuersus ergo ego ad vrbem, vnum volucrum tradidi pueris: non enim valebam amplius ferre. Reuersi iterum requirebant alia: iterum consului magnificentiam vestram: tu autem

Clodomeris interitus.

B. Martinus communicat homicidæ Episc.

Coruus corui non eruit oculum.

Chilpericus rex authori fuit insensus.

Fredegundis vult Greg. corrumpere.

præcepisti

præcepisti dicens, Eiice eiice hæc à te ô sacerdos, ne faciat scandalum hæc causa. Iterum tradidi eis duo ex his: duo autem alia remanserunt mecum. Tu autem quid nunc calumniaris, & me furti arguis, cum hæc causa non ad furtum, sed ad custodiam debeat deputari? Ad hæc rex, Si hoc depositum penes te habebatur ad custodiendum, cur soluisti vnum ex his, & limbum aureis contextum filis in partes dissecasti, & dedisti per viros qui me à regno deiicerent? Prætextatus episcopus respondit, Iam dixi tibi superius, quia munera eorum acceperam, ideoque cum non haberem de præsenti quod darem, hinc præsumpsi, & eis vicissitudinem munerum tribui, proprium mihi esse videbatur quod filio meo Merouęo erat, quem de lauacro regenerationis excepi. Videns autẽ rex Chilpericus quod eum hic calumniis superare nequiret, adtonitus valde ac conscięntia cõfusus, discessit à nobis: vocauitque quosdã de adulatoribus suis, & ait, Victum me verbis episcopi fateor, & vera esse quæ dicit scio: quid nunc faciã vt reginæ de eo voluntas adimpleatur? Et ait, Ite, & accedentes ad eum dicite, quasi consilium ex vobismetipsis dantes: Nosti quòd sit rex Chilpericus pius atque compunctus, & citò flectatur ad misericordiam: humiliare sub eo, & dicito ab eo obiecta à te perpetrata fuisse: tũc nos prostrati omnes corã pedibus eius, dare tibi veniam impetramus. His seductus Prætextatus episcopus, pollicitus est se ita facturum. Mane autem facto, cõuenimus ad consuetum locum: aduenienśque & rex, ait ad episcopũ, Si munera pro muneribus his hominibus es largitus, cur sacramenta postulasti, vt fidem Merouęo seruarent? Respondit episcopus, Petij, fateor, amicitias eorum haberi cum eo: & non solũ hominem, sed si fas fuisset, angelum de cœlo euocassem, qui esset adiutor eius: filius enim mihi erat, vt sæpè dixi, spiritalis ex lauacro. Cumque hæc altercatio altius tolleretur, Prætextatus episcopus prostratus solo, ait, Peccaui in cœlum & coram te, ô rex misericordissime: ego sum homicida nefandus: ego te interficere volui, & filiũ tuum in solio tuo erigere. Hæc eo dicente, prosternitur rex coram pedibus sacerdotum, dicens, Audite, ô piissimi sacerdotes, reum crimen exsecrabile confitentem. Cumque nos flentes regem eleuassemus à solo, iussit eum basilicam egredi. Ipse vero ad metatum discessit, transmittens librum canonum, in quo erat quaternio nouus adnexus, habens canones quasi apostolicos, continentes hæc, Episcopus in homicidio, adulterio, & periurio deprehensus, à sacerdotio diuellatur. His ita lectis, cùm Prętextatus staret, stupens Berthcramnus episcopus ait, Audi, ô frater & coepiscope, quia regis gratiam non habes, ideóque nec nostra charitate vti poteris, priusquam regis indulgentiam merearis. His ista gestis petiit rex vt aut tunica eius scinderetur, aut centesimus octauus psalmus, qui maledictiones Ischariothicas continet, super caput eius recitaretur: aut certe iudicium contra eum scriberetur, ne in perpetuum communicaret. Quibus conditionibus ego restiti, iuxta promissum regis, vt nihil extra canones gereretur. Tunc Prætextatus à nostris raptus oculis, in custodiam positus est. De qua fugere tentans, nocte grauissimè cæsus, in insulam maris quod adiacet ciuitati Constantinæ, in exilium est detrusus. Post hæc sonuit quòd Merouęus iterum basilicam sancti Martini conaretur expetere: Chilpericus vero custodiri basilicam iubet, & omnes claudi aditus. Custodes autem vnum ostium per quod pauci clerici ad officium ingrederentur, relinquentes, reliqua ostia clausa tenebant. Quod non sine tædio populis fuit. Cum autem apud Parisios moraremur, signa in cœlo apparuerunt, id est viginti radij à parte aquilonis qui ab oriente surgentes, ad occidentem properabant. Ex quibus vnus prolixior & aliis supereminens, vt est in sublime elatus, mox defecit: & sic reliqui qui secuti fuerant, euanuerunt. Credo interitum Merouei pronunciasse. Merouęus verò dum in Remensi Campania latitaret, nec palam se Austrasiis crederet, à Tarabannensibus circumuentus est, dicentibus quòd relicto patre eius Chilperico, ei se subiugarent, si ad eos accederet. Qui velociter adsumptis secum viris fortissimis, ad eos venit. Hi præparatos deregentes dolos, in villam eum quandam concludũt; & circumseptum cum armatis, nuncios patri dirigunt. Quod ille audiens, illuc properare destinat. Sed hic cum in hospitiolo quodam retineretur, timens ne ad vindictam inimicorum multas lueret pœnas, vocato ad se Gaileno familiari suo, ait, Vna nobis vsque nunc & anima & consilium fuit: rogo ne patiaris me manibus inimicorum tradi: sed accepto gladio inruas in me: quod ille nec dubitans, cum cultro confodit. Aduenientę autẽ rege, mortuus est repertus. Extiterunt tũc qui adsererẽt verba Merouei, quæ superius diximus, à regina fuisse conficta: Merouęum verò eius fuisse iussu clam interemptum. Gailenum verò adprehensum, absciss manibus & pedibus, auribus, & narium summitatibus, & aliis multis cruciatibus adfectum, infeliciter necauerunt. Grindionem quoque intextum rotæ in sublime sustulerunt: Gucilionem, qui quondam comes palatij Sygiberti regis fuerat, absciso capite interfecerunt. Sed & alios multos qui cum eodem venerant, crudeli nece diuersis mortibus adfecerunt. Loquebantur etiam tunc homines, in hac circumuentione Egidium episcopum & Guntheramnum Bosonem fuisse maximum caput, eo quod Guntheramnus Fredegundis reginæ occultis amicitiis potiretur pro interfectione Theodoberti: Egidius verò, quòd ei iam longo tempore esset charus.

Adulatorum prauum consilium.

Prætextati damnatio.

Signa in cœlo.

Merouęus occiditur.

CVM autem Iustinus imperator amisso sensu amens effectus esset, & per solam Sophiam Augustam eius imperium regeretur, populi vt in superiore libro iam diximus, Tyberium Cæsarem elegerunt, vtilem, strenuum, atque sapientem, eleemosynarium, inopúmque optimum defensorem. Qui cùm multa de thesauris quos Iustinus adgregauit, pauperibus erogaret, & Au-

CAP. XIX. *Iustinus Imp. desipit.*

gusta illa eum frequentius increparet, quòd rempublicam redegisset in paupertatem : diceretque, Quod ego multis annis congregaui, tu infra paucum tempus prodige dispergis: aiebat ille, Non deerit fisco nostro : tantum pauperes eleemosynam accipiant, aut captiui redimantur. Hic est enim magnus thesaurus, dicente domino, Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi neque ærugo, neque tinea corrumpit, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Ergo de quo deus dedit, congregemus per pauperes in cœlo, vt dominus nobis augere dignetur in seculo. Et quia, vt diximus, magnus & verus Christianus erat, dum hilari distributione pauperibus opem præstat, magis ac magis ei dominus subministrat. nam deambulans per palatium, vidit in pauimento domus tabulam marmoream, in qua crux dominica erat scalpta, & ait, Cruce tua domine frontem nostram munimus & pectora: & ecce crucem sub pedibus conculcamus. Et dicto citius, iussit eam auferri, defossaque tabula atque erecta, inueniunt subter & aliam hoc signum habentem : nunciantesque iussit & illam auferre. Qua amota, reperiunt & tertiam : iussuque eius & hæc aufertur. Qua ablata, inueniunt magnum thesaurum habentem supra mille auri centenaria. Sublatumque aurum, pauperibus adhuc abundantius vt consueuerat, subministrat: nec ei dominus aliquid deficere permittebat pro bona voluntate sua. Quid ei in posterum dominus transmiserit, non omittam. Narses ille dux Italiæ, cùm in quadam ciuitate domum magnam haberet, in Italiam cum multis thesauris egressus ad supra memoratam vrbem aduenit : ibique in domo sua occultè cisternam magnam fodit, in qua multa millia centenariorum auri argentique reposuit : ibique interfectis conscijs vni tantummodo seni per iuramentum condita commendauit. Defunctoque Narsete hæc sub terra latebant: cumque supradictus senex huius eleemosynas assiduè cerneret, pergit ad eum, dicens, Si, inquit, mihi aliquid prodest, magnam rem tibi Cæsar edicam. Cui ille, Dic, ait, quod volueris. Proderit enim tibi, si quiddam nobis profuturum esse narraueris. Thesaurum, inquit, Narsetis reconditum habeo, quod in extremo vitæ positus celare non possum. Tunc Cæsar Tyberius gauisus, mittit vsque ad locum pueros suos. Præcedente verò sene, hi sequuntur adtoniti. Peruenientesque ad cisternam, deopertamque ingrediuntur, in qua tantum aurum argentumque reperiunt vt per multos dies vix euacuaretur à deportantibus. Ex hoc illè amplius hilari erogatione dispensauit egenis.

Tyberius multa largitur pauperibus.. Niceph. lib. 18.

crucem dum calcari vetat Tyberius thesaurum reperit.

Tyberio thesaurus Narsetis ostenditur.

CAP. XX. IGITVR contra Salonium Sagittariumque episcopos, tumultus exoritur, hi enim à sancto Nicetio Lugdunensi episcopo educati, diaconatus officium sunt sortiti : huiusque tempore Salonius Ebredunensis vrbis, Sagittariusque Vapigensis ecclesiæ, sacerdotes statuuntur. Sed adsumpto episcopatu in proprium relati arbitrium, cœperunt in peruasionibus, cædibus, homicidiis, adulteriis, diuersisque in sceleribus insano furore grassari : ita vt quodam tempore celebrante Victore Tricassinorum episcopo solènitatem natalitij sui emissa cohorte, cum gladiis & sagittis inruerent super eum. Venientesque, sciderunt vestimenta eius, ministros cæciderunt, vasa & omnem adparatum prandij auferentes, relinquentes episcopum in grandi contumelia. Quod cum rex Guntheramnus comperisset, congregari synodum apud vrbem Lugdunensem iussit. Coniunctique episcopi cum patriarcha Nicetio beato, discussis causis, inuenerunt eos de his sceleribus quibus accusabantur, valdè conuictos : præceperuntque vt qui talia commiserant, episcopatus honore priuarentur. At illi cum adhuc propitium sibi regè esse nossent, ad eum accedunt, implorantes se iniustè remotos : sibique tribui licentiam, vt ad Papã vrbis Romanæ accedere debeant. Rex vero annuens petitionibus eorum, datis epistolis eos abire permisit. Qui accedentes coram Papa Ioanne, exponunt se nullius rationis existentibus causis dimotos. Ille vero epistolas ad regem dirigit, in quibus locis suis eosdem restitui iubet. Quod rex sine mora, castigatis prius illis verbis multis, impleuit. Sed nulla, quod peius est, fuit emendatio subsecuta: tamen Victoris episcopi pacem petierunt, traditis hominibus quos in seditionem direxerant. Sed ille recordatus præcepti dominici, non debere reddi inimicis mala pro bonis, nihil his mali faciens, liberos abire permisit. Vnde in posterum à communione suspensus est, pro eo quod publice accusans, clã inimicis pepercisset absque consilio, quibus accusauerat, fratrum. Sed per fauorem regis iterum in communionem reuocatus est. Hi verò in maioribus sceleribus quotidiè miscebantur: & in præliis illis, sicut iam supra meminimus, quæ Mummolus cum Longobardis gessit, tanquam vnus ex laicis, accincti arma, plurimos propriis manibus interfecerunt. In ciues verò suos nonnullos commoti felle, verberantes fustibus vsque ad effusionem sanguinis, sæuiebant. Vnde factum est vt clamor populi ad regem denuò procederet. Eosdemque rex arcessiri præcepit. Quibus aduenientibus noluit suis obtutibus præsentari, scilicet vt prius habita audientia, si idonei inuenirentur, sic regis præsentiam mererentur. Sed Sagittarius felle commotus, hanc rationem durè susçipiens, vt erat leuis ac vanus, & in sermonibus inrationabilibus profluus, declamare plurima de rege cœpit, ac dicere quòd filij eius regnum capere non possent, eo quòd mater eorum ex familia Magnacharij quondam adscita, Regis thorum adiisset: ignorans quòd prætermissis nunc generibus fœminarum, regis vocitantur liberi qui de regibus fuerint procreati. His auditis, rex commotus valdè, tam equos quam pueros vel quæcunque habere potuerant, abstulit, ipsosque in monasteriis à se longiori accessu dimotis, in quibus pœnitentiam agerent, includi præcepit, non amplius quàm singulos eis clericos relinquens, iudices locorum terribiliter commonens, vt ipsos cum armatis custodire debeant, ne cui ad eos visitandos vllus pateat aditus.

Salonius & Sagittarius sedibus Episc. deponuntur.

Episcopi bellatores.

Sagittarius regi detrahit.

a ditus. Superstites enim erant his diebus filij regis, ex quibus senior ægrotare cœpit. Accedentes autem ad regem familiares eius, dixerunt, Si propitius audire dignaretur rex verba seruorum suorum, loquerentur in auribus tuis. Qui ait, Loquimini quæ libet, dixeruntque, Ne fortè innocètes hi episcopi exilio condemnati fuissent, & peccatum regis augeatur in aliquo: & ideo filius domini nostri pereat. Qui ait, Ite quantocyus & laxate eos, deprecãtes vt orèt pro paruulis nostris. Quibus abeuntibus, dimissi sunt. Egressi igitur de monasteriis, coniuncti sunt pariter, se osculantes, eo quòd olim à se visi non fuerant, ad ciuitates suas regressi sunt : & intantum compuncti sunt, vt viderentur nunquã à psallentio cessare, celebrare ieiunia, eleemosynas exercere, librum Dauidici carminis explere per diem, nocteſque in hymnis à lectionibus meditando deducere. Sed non diu hæc sanctitas inlibata permansit: conuersique sunt iterum retrorsum: & ita plerumque noctes epulando, atque bibendo ducebant, vt clericis matutinas in ecclesia celebrantibus, hi pocula poscerent, & vina libarent. Nulla prorsus de deo erat mentio, nullus omninò cursus memoriæ habebatur. Rendente aurora surgentes à cœna, mollibus se indumentis operientes, somno vinoque sepulti vsque ad horam diei tertiã dormiebant. Sed nec mulieres deerant cum quibus polluerentur. Exurgètes igitur abluti balneis, ad conuiuium discumbebant: de quo vespere surgentes, cœnæ inhiabant vsque ad illud lucis tempus quod superius diximus. Sic faciebant singulis diebus, donec ira Dei diruit super eos, quod in posterum memoraturi sumus.

Episcopi conuersi retrorsum.

TVNC Vinnochus Britto in summa abstinentia à Britannis venit Turonos, Hierosolyma accedere cupiens, nullum aliud vestimentum nisi de pellibus ouium lana priuatis habens : quem nos quo facilius tenerémus, quia nobis religiosus valdè videbatur, presbyterij gratia honorauimus. Ingerrudis autèm religiosa consuetudinem habebat, aquam de sepulchro sancti Martini colligere: qua aqua deficiente, rogat vas cum vino ad beati tumulum deportari. Transacta autè nocte, id exindè hoc presbytero præsente adsumi mandauit: & ad se delato, ait presbytero, Auser hinc vinum, & vnam tantum guttam de aqua benedicta, vnde parum supereſt, funde. Quod cum feciſſet, mirum dictu, vasculum quod semiplenum erat, ad vnius guttæ descensum impletum est. Idem bis est impletum: quod non ambigitur & in hoc beati Martini fuisse virtutem.

CAP. XXI. *Vinochus in melotis.*

Gutta miraculose implet vasculum.

HIS ita gestis, Samson filius Chilperici regis iunior, à dysenteria & febre comprehensus, è rebus humanis excessit. Hic vero cum Chilpericus rex Tornaci à fratre obsideretur, natus est: quem mater ob metum mortis, à se obiecit, & perdere voluit. Sed cum nõ potuisset obiurgata à rege, cum baptizari præcepit. Qui baptizatus, & ab ipso episcopo susceptus, lustro vno nec perfecto, defunctus est: nam & mater eius Fredegundis, in his diebus grauiter ægrotauit, sed conualuit.

CAP. XXII. *Sampson Chilperici filius obiit.*

POST hæc in nocte quæ erat tertio Idus Nouembris, adparuit nobis B. Martini vigilias celebrantibus magnum prodigium. nam in medio lunæ stella fulgens visa est elucere: & super ac subter lunam aliæ stellæ propinquæ adparuerunt. Sed & circulus ille qui pluuiam plerumque significat, circa eam adparuit. Sed quæ hæc figurauerint, ignoramus. nã & lunã hoc anno sæpè in nigredinem versam vidimus, & ante natalem domini gratia fuere tonitrua. Sed & splendores illi circa solem, sicut iam ante cladem Aruernam fuisse commemorauimus, quos rustici soles vocant, adparuerunt: & mare vltra modum egressum adserunt, & multa alia signa adparuerunt.

CAP. XXIII. *Lunata stellata cũ Iride.*

GVNTHCHRAMNVS Boso Turonos cum paucis armatis veniens, filias suas quas in basilica sancta reliquerat, vi abstulit, & eas Pictauos ciuitatem, quia erat Childeberti regis, perduxit. Chilpericus quoque rex Pictauum peruasit, atque nepotis sui homines ab eius sunt hominibus effugati. Ennodium ex comitatu ad regis præsentiam perduxerunt. Quo exilio damnato, facultates eius fisco subdiderunt. Sed post annum, & patriæ & facultatibus redditus est. Gunthchramnus Boso relictis filiabus suis in basilica beati Hilarij, ad Childebertum regem transiit.

Guntramnus filias de basilica S. Hilarij abstulit. Chilp. Pictauos inuasit.

ANNO quoque tertio Childeberti regis qui erat Chilperici & Gunthchramni septimusdecimus annus, cum Dacco Dagarici quondam filius, relicto rege Chilperico, huc illucque vagaretur, à Draccoleno duce, qui dicebatur Industrius, fraudulenter adprehensus est: quem vinctum ad Chilpericum regem, Brannacum deduxit; dato ei sacramento, quòd vitam illius cum rege obtineret. Sed oblitus sacramenti, egit cum principe, nefarias res asserens, vt moreretur. Ille quoque cum vinctus detineretur, & cerneret se penitus non euasurum, à presbytero rege nesciente pœnitentiam petiit. Qua accepta, interfectus est. Cum autem idem Draccolenus velociter reuerteretur in patriam, his diebus Gunthchramnus Boso filias suas à Pictauo auferre conabatur. Quod audiens Draccolenus, se super eum obiecit. Sed illi sicut erant parati resistentes, se defensare nitebantur. Gunthchramnus verò misit vnum de amicis suis ad eum dicens, Vade & dic ei; Scis enim quòd fœdus inter nos initum habemus : rogo vt te de meis remoueas insidiis. Quantum vis de rebus tollere non prohibeo : tantum mihi etsi nudo liceat cum filiabus meis accedere quo voluero. At ille; vt erat vanus ac leuis, Ecce, inquit funiculum in quo alij culpabiles ligati, ad regem me ducente directi sunt : in quo & hic hodie ligandus, illuc deducitur vinctus. Et hæc cùm dixisset, calcaneorum ictibus vrgens equum, ad illum veloci cursu dirigit: & crasso eum verberans ictu, hastili diuiso ensis ad terram ruit. Gunthchramnus verò cum super se mortem cerneret imminere, inuocato nomine domini, & virtute magna beati Martini, eleuatoque conto;

CAP. XXIV. *Dacco occiditur.*

Draccolenus lanceæ traiicitur.

Draccolenum arctat in faucibus: suspensumque de equo sursum, vnus de amicis suis cum lancea la- F
tere verberatum finiuit: fugatisque sociis, ipsoque spoliato, Guntheramnus cum filiabus liber ab-
scessit. Post hæc Seuerus socer eius à filiis apud regem grauiter accusatur. Hæc ille audiens, cum
magnis muneribus ad regem petit. Qui in via adprehensus & spoliatus, atque in exilium deductus
morte pessima vitam finiuit. Sed & dum filij eius Bursolenus & Dodo ob crimen maiestatis læsæ
iudicio mortis suscepto, ab exercitu vi oppressus est: alius in fuga adprehensus, truncatis manibus
& pedibus interiit: resque omnes tam eorum quàm patris, fisco conlatæ sunt. Erant enim eis
magni thesauri.

CAP. XXVI. *Franci in britanniam copias ducunt.*

DEHINC Turonici, Pictaui, Baiocassini, Cœnomannici, Andegaui cum aliis multis in Britan-
niam ex iussu Chilperici regis abierunt: & contra Varochum filium quondam Macliaui ad Vicino-
niam fluuium resident. Sed ille dolose per noctem super Saxones Baiocassinos ruens, maximam
exindè partē interfecit. Post die autem tertia cum ducibus regis Chilperici pacem faciens, & filium
suum in obsidatum donans, sacramento se constrinxit, quòd fidelis regis Chilperico esse deberet.
Venetos quoque ciuitatem refudit sub ea cōditione, vt se mereretur eam per iussionē regis regere, G
tributa vel omnia quæ exindè debebantur, annis singulis nullo admonēte dissolueret. Quòd cum
Chilp. se non sequutos ad bellum scamnis priuat in Ecclesia.
factum fuisset, exercitus ab eo loco remotus est. Post hæc Chilpericus rex de pauperibus & iunio-
ribus ecclesiæ vel basilicæ bannos iussit exigi, pro eo quòd in exercitu non ambulassent: non enim
erat consuetudo, vt hi vllam exsoluerent publicam functionem. Post hæc Varochus obliuiscēs pro-
missionis suæ volens inrumpere quod fecerat, Eunium episcopum Veneticæ vrbis, ad Chilpericum
regem dirigit. At ille ira commotus, obiurgatum cum exilio damnari præcepit.

CA. XXVII. *Salonius & Sagittarius deponuntur.*

ANNO quoque quarto Childeberti, qui fuit decimusoctauus Guntheramni & Chilperici
regum, apud Cauillonum ciuitatem synodus acta est, ex iussu principis Guntheramni: discussisque
diuersis causis contra Salonium & Sagittarium episcopos, iteratur illa antiqua calamitas: obiiciun-
tur eis crimina: & non solum de adulteriis, verum etiam de homicidiis accusantur. Sed hæc per pœ-
nitentiam purgari censentes episcopi, illud est additum, quòd essent rei maiestatis, & patriæ prodi-
tores. Qua de causa ab episcopatu discincti, in basilicam beati Marcelli sub custodia detruduntur.
Ex qua per fugam lapsi, discesserūt per diuersa vagātes, donec in ciuitatibus eorū alij subrogati sunt. H

CAP. XXVIII. *Chilpericus vexat suos tributis grauibus tumultu.*

CHILPERICVS verò rex, descriptiones nouas & graues in omni regno suo fieri iussit. Qua de
causa multi relinquentes ciuitates illas, vel possessiones proprias, alia regna petierunt, satius ducen-
tes alibi peregrinari, quam tali periculo subiacere. Statutum enim fuerat, vt possessor de propria terra
vnam amphoram vini per aripennem redderet. Sed & aliæ functiones infligebantur multæ tam de
reliquis terris, quam de mancipiis: quod impleri non poterat. Lemouicinus quoque populus cum se
cerneret tali fasce grauari congregatus in Calendis Martiis, Marcum referendarium, qui hæc agere
iussus fuerat, interficere voluit: & fecisset vtique, nisi eum episcopus Ferreolus ab imminenti discri-
mine liberasset. Arreptis quoque libris descriptionum, incendio multitudo coniuncta cremauit:
vnde multum molestus rex, dirigens de latere suo personas, immensis damnis populum adflixit,
suppliciisque conterruit, morte mulctauit. Ferunt etiam tunc abbates atque presbyteros, ad stipites
extensos diuersis subiacuisse tormentis. Calumniantibus regalibus missis, quod in seditione populi
ad incendendos libros satellites adfuissent, acerbiora quoque deinceps infligentes tributa.

CAP. XXIX. *Britannorum vastatio.*

BRITANNI quoque grauiter regionem Redonicam vastauerunt incendio, præda, captiuita- I
te: qui vsque Cornutium vicum debellando progressi sunt. Eunius vero episcopus de exilio redu-
ctus, Andegauo ad pascendum delegatur, nec ad ciuitatem suam Veneticam redire permittitur.
Byppolenus verò dux contra Britannos dirigitur, & loca aliqua Britanniæ ferro incendioque ob-
primit: quæ res maiorem insaniam excitauit.

CAP. XXX. *Tiberius vocatur ad Imperium.*

DVM hæc gererentur in Galliis, Iustinus impleto imperij octauodecimo anno, amentiā quam
incurrerat, cum vita finiuit. Quo sepulto Tyberius Cæsar arripuit iam olim adgressum imperium.
Sed cum eum secundum consuetudinem loci ad spectaculum circi præstolaretur populus processu-
rum, parare ei cogitans pro parte Iustiniani insidias, qui tunc nepos Iustini habebatur, ille per loca
sancta processit. Completaque oratione, vocato ad se vrbis Papa, cum consulibus ac præfectis, pa-
latiū est ingressus: dehinc indutus purpura, diademate coronatus, throno imperiali impositus, cum
immensis laudibus imperium confirmauit. Factionarij quoque operientes ad circum, cum cogno-
uissent quæ acta fuerant, pudore confusi sine effectu regressi sunt, nihil homini qui in Deo spem po- K
suerat aduersari valentes. Transactis igitur paucis diebus, aduenièṣ Iustinianus, pedibus se proiecit
Imperatoris, quindecim ei centenaria auri deferens ob meritū gratiæ. Quem ille secundum patien-
tiæ suæ ritum colligens, in palatium iussit adsistere. Sophia verò Augusta immemor promissionis
Imperator 3 0. diebus vindemiat.
quam quondam in Tyberium habuerat, insidias ei tentauit intendere. Procedente autem eo ad vil-
lam, vt iuxta ritum imperialem, xxx. diebus ad vindemiam iocundaretur, vocato clam Iustiniano,
Sophia voluit eum erigere in imperium. Quo comperto, Tyberius cursu veloci ad Constantinopo-
litanam ciuitatem regreditur. Adprehensamque Augustam ab omnibus thesauris spoliauit, solum
ei victus quotidiani alimentum relinquens. Segregatisque pueris eius ab ea, alios posuit de fidelibus
suis, mandans prorsus vt nullus de anterioribus ad eam haberet accessum. Iustinianum verò obiur-
gatum tanto in posterum amore dilexit, vt filio eius filiam suam promitteret, rursumque filio suo
filiam

A filiam eius expeteret: sed non est res sortita effectum. Exercitus eius Persas debellauit, victorque re-
gressus, tantam molem prædæ detulit, vt crederetur cupiditati humanæ posse sufficere. Viginti
elephanti capti ad Imperatorem deducti sunt.

C. . . . XI *Britannorum incursiones.*

BRITANNI eo anno valdè infesti circa vrbem fuere Namneticam atque Redonicam, qui
immensam auferentes prædam, agros peruadunt, vineas à fructibus vacuant, & captiuos abducunt.
Ad quos cum Felix episcopus legationem mississet emendare promittentes, nihil de promissis
implere voluerunt.

CA. XXXII.

APVD Parisios autem mulier quædam ruit in crimen adserentibus multis, quasi quod relicto
viro cum alio misceretur. Igitur parentes illius accesserunt ad patrem dicētes, Aut idoneam redde
filiam tuam, aut certè moriatur, ne stuprum hoc generi nostro notam infligat. Noui, inquit pater,
ego filiam meam benè idoneam, nec est verum verbum hoc quod mali homines proloquūtur. Ta-
men ne crimen consurgat vlterius, innocentem eam faciam sacramento. Et illi, Si, inquiunt, est in-
noxia, super tumulum hoc B. Dionysij martyris sacramentis adfirma. Faciam, inquit pater. Tunc
B inito placito ad basilicam martyris sancti conueniunt, eleuatisque pater manibus super altarium,
iurauit, filiam non esse culpabilem. E contrario vero periurasse eum alij à parte viri pronuntiant.
His ergo altercantibus euaginatis gladiis in se inuicem proruunt, atque ante ipsum altarium se tru-
cidant: erant autē maiores natu & primi apud Chilpericum regem. Sauciantur multi gladiis, respergitur sancta humano cruore basilica, ostia iaculis fodiuntur & ensibus, atque vsque ad ipsum sepul- *B. Dion. fij ædes cade polluitur.*
crū tela iniqua desæuiunt. Quod dum vix mitigatur, locus officiū perdidit, donec ista omnia ad regis
notitiam peruenirent. Hi verò properantes ad præsentiam principis, non recipiuntur in gratiam: sed
ad episcopum loci illius remitti eos iussum est: vt si de hoc facinore culpabiles non inuenirentur, so-
ciarentur communioni. Tunc ab episcopo Regnamodo qui Parisiacæ ecclesiæ præerat, componen-
tes quæ male gesserant, in communionem ecclesiasticam sunt recepti. Mulier verò non post multis
diebus cum ad iudicium vocaretur, laqueo vitam finiuit.

CAP. XXXIII. *Inundationes.*

ANNO quinto Childeberti regis, Aruernorum regionē diluuia magna presserunt, ita vt per dies
duodecim non cessaret à pluuia: tantaque inundatione Limane est infusum, vt multos ne semen-
C tem iacerent prohiberet. Flumina quoque Liger Flauarisque, quem Elacrem vocitant, vel reliqui
torrentes percurrentes in eum, ita intumuerunt, vt terminos quos nunquam excesserant, præteri-
rent: quæ grande de pecoribus excidium, de culturis detrimentum, de ædificiis fecere naufra-
gium. Pari modo Rhodanus cum Arari coniunctus, ripas excedens, graue damnum populis intu-
lit, muros Lugdunensis ciuitatis aliqua ex parte subuertit. Quiescentibus verò pluuiis, arbores *Arbores bis in anno florent.*
denuò floruerunt: erat enim mensis September. In Turonico verò eo anno mane priusquam dies
inlucesceret, fulgor per cœlum cucurrisse visus est, & ad orientis plagam cecidisse. Sed & soni-
tus tanquam diruentis arboris, per totam terram illam auditus est: quod ideo non est de arbore
æstimandum, quia in quinquaginta aut amplius miliaria est auditum. Ipso anno grauiter vrbs
Burdegalensis à terræmotu concussa est, mœniaque ciuitatis in discrimine euersionis extiterunt:
atque ita omnis populus metu mortis exterritus est, vt si non fugeret, putaret se cum vrbe dehi-
scere. Vnde & multi ad ciuitates alias transierunt. Qui timor ad vicinas ciuitates porrectus est, & *Terræmotus Burdegal.*
D vsque Hispaniam attigit, sed non tam valide. Tamen Pyrenæis montibus immensi lapides sunt
commoti, qui pecora hominesque prostrauerunt. Nam & vicos Burdegalenses incendium diuini-
tus ortum exussit, ita vt subitò comprehensæ igni tam domus quàm areæ cum annonis, incendio
cremarentur: nullum penitus incitamentum habens ignis alieni, nisi forsitan iussione diuina. nam
& Aurelianensis ciuitas graui incendio conflagrauit, in tantum vt ditioribus nihil penitus re- *Incend. Aurelianum.*
maneret: & si aliquis ab igne quicquam eripuit, ab insistentibus furibus est direptum. Apud termi- *Panis fluxit sanguine.*
num Carnotenum, verus de effracto pane sanguis effluxit. Grauiter tunc & Biturica ciuitas à gran-
dine verberata est.

CAP. XXXIIII. *Lues.*

SED hæc prodigia grauissima lues est subsecuta. Nam discordantibus regibus & iterum bel-
lum ciuile parantibus, dysentericus morbus penè Gallias totas præoccupauit. Erat enim his qui
patiebantur, valida cum vomitu febris, renumque nimius dolor, caput graue, vel ceruix. Ea verò
quæ ex ore proiiciebantur, colore croceo aut certe viridia erant: à multis autem adserebatur vene-
E num occultum esse. Rusticiores verò corales hoc pusulas nominabant: quod non est incredibile,
quia missæ in scapulis siue cruribus ventolæ, procedentibus erumpentibusque vesicis, decursa sanie
multi liberabantur: sed & herbæ quæ venenis medentur potui sumptæ, pleriſque præsidia contule-
runt. Et quidem primū hæc infirmitas à mense Augusto initiata, paruulos adolescētes arripuit, letó-
que subegit. Perdidimus dulces & charos nobis infantulos, quos aut gremijs fouimus, aut vlnis ba-
iulauimus, aut propria manu ministratis cibis ipsos studio sagaciore nutriūimus: sed absterſis lachry-
mis cum beato Iob diximus, Dominus dedit, dominus abstulit: quomodo domino placuit, ita factū
est: sit nomen eius benedictum in secula. Igitur in his diebus Chilpericus rex grauiter ægrotauit:
quo conualescente filius eius iunior necdum ex aqua & spiritu sancto renatus, ægrotare cœpit, quē
in extremis videntes, baptismo abluerunt. Quo parumper melius agente frater eius senior nomine *Reguli ægrotant.*
Chlodobertus, ab hoc morbo corripitur: ipsumque in discrimine mortis Fredegundis mater cer-
nens, fero penitens ait ad regem, Diu nos malè agentes pietas diuina sustentat. nam sæpè nos febri-

bus & alis malis corripuit, & emendatio non succeſſit. Ecce iam perdimus filios: ecce iam eos la- F
chrymæ pauperum, lamenta viduarum, ſuſpiria orphanorum interimunt. nec ſpes remanet cui
aliquid congregemus: theſaurizamus, neſcientes cui congregemus ea: ecce theſauri remanẽt à poſ-
ſeſſore vacui, rapinis ac maledictionibus pleni. Nunquid non exundabant promptuaria vino? nunquid non horrea replebantur frumento? nunquid non erant theſauri referti auro, argento, lapidibus pretioſis, monilibus, vel reliquis imperialibus ornamentis? ecce quod pulchrius habebamus, perdimus. Nunc ſi placet venite, incendamus omnes deſcriptiones iniquas: ſufficiatque fiſco noſtro, quod ſuffecit patri regique Chlothario. Hæc effata regina, pugnis verberans pectus, iuſſit libros exhiberi qui de ciuitatibus ſuis per Marcum venerant: proiectiſque in ignem, iterũ ad regem cõuerſa, Quid tu, inquit, moraris? Fac quod vides à me fieri, vt & ſi dulces natos perdimus, vel pœnã perpetuam euadamus. Tunc rex compunctus corde tradidit omnes libros deſcriptionum igni, conflagratiſque illis miſit qui futuras prohiberent deſcriptiones. Poſt hæc infantulus iunior dum nimio labore tabeſcit, extinguitur, quem cum maximo mœrore deducentes à villa Brennaco Pariſios, ad baſilicam ſancti Dionyſij ſepelire mandauerunt. Chlodobertum verò componentes in feretro, Sueſſionas ad baſilicam ſancti Medardi duxerunt, proiicienteſque eum ad ſanctũ ſepulchum, vouerunt vota pro eo, ſed media nocte anhelus iam & tenuis ſpiritum exhalauit: quem in baſilica ſanctorum Criſpini atque Criſpiniani martyrum ſepelierunt: magnus vſque hucplanctus omni populo fuit: nam viri lugentes mulieresque lugubribus veſtimentis indutæ, vt ſolet in coniugum exequiis fieri, ita hoc funus ſunt proſecutæ. Multa poſtea Chilpericus rex, eccleſiis ſiue baſilicis vel pauperibus eſt largitus.

Chilpericus tributa remittit.

CAP. XXXV *Auſtrigildis medicos qui curabant, ſi moreretur occidi iuſſit.*

His diebus Auſtrigildis Gunthchramni principis regina, ab hoc morbo conſumpta eſt: ſed priuſquam nequam ſpiritum exhalaret, cernens quòd euadere non poſſet, alta trahens ſuſpiria, voluit leti ſui habere participes, agens vt in exequiis eius aliorum funera plangerentur. Fertur enim Herodiano more regem petiiſſe dicens, Adhuc ſpes viuendi fuerat, ſi non inter iniquornm medicorum manu interiiſſem: nam potiones ab illis acceptæ, mihi vi abſtulerunt vitam, & fecerunt me hanc lucem velociter perdere: & ideo ne inulta mors mea prætereat, quæſo & cum ſacramenti interpoſitione cõiuro, vt cũ ab hac luce diſceſſero, ſtatim ipſi gladio trucidẽtur: vt ſicut ego amplius H
viuere non queo, ita nec illi poſt meum obitum glorientur, ſed ſit vnus dolor noſtris pariter ac eorum amicis. Hæc effata, infelicem animam tradidit. Rex verò peracto ex more iuſtitio, obpreſſus iniquæ coniugis iuramento, impleuit præceptum iniquitatis: nam duos medicos qui ei ſtudium adhibuerant, gladio feriri præcepit: quod non ſine peccato fuiſſe, multorum cenſet prudentia.

CAP. XXXVI. *Nantinus comes interiit.*

Hac itaque ægritudine & Nantinus Engoliſmenſis comes exinanitus interiit, ſed quæ contra ſacerdotes vel eccleſias dei egerit, altius repetenda ſunt. Denique Maracharius auunculus eius, diu in ipſa vrbe vſus eſt comitatu, quo officio expleto, eccleſiæ ſociatur, clericuſque factus ordinatur epiſcopus. Qui multum vigilanter vel eccleſias, vel eccleſiæ domos, & erigens, & componens, ſeptimo ſacerdotij anno iniecto ab inimicis in caput piſcis veneno, ſimpliciter accipiens crudeliter enecatur. Sed non diu inultam eius mortem pertulit diuina clementia: nam Frontonius, cuius conſilio hoc ſcelus eſt perpetratum, adſumpto confeſtim epiſcopatu, vno in eo degens anno, præcurrente iudicio Dei interiit. Cuius poſt obitum Heraclius Burdegalenſis presbyter, qui quondam legatus Childeberti ſeniotis fuerat, epiſcopus ordinatur. Nantinus verò ob requirendam auunculi I
ſui mortem, comitatum in ipſa vrbe expetiit. Quo accepto, multas epiſcopo iniurias inrogauit: aiebat enim, Homicidas illos qui auunculum meum interfecerunt tecum retines: ſed & presbyteros huic noxæ admixtos, ad conuiuium recipis. Deindè inimicitia increſcente paulatim cœpit villas eccleſiæ quas Maracharius teſtamento ſcripto reliquerat, violenter inuadere, adſerens non debere eccleſiam eius facultatem adipiſci, à cuius clericis teſtator fuerat interfectus. Poſt iſta verò iam aliquibus ex laicis interfectis, addidit vt adprehenſum presbyterum adligaret, ac conto perfoderet. Cui adhuc viuenti retortis poſt tergum manibus, adpenſo ad ſtipitem elicere quærebant ſi in hac cauſa fuiſſet admixtus. Quod cum ille negaret, profluente cruore de vulnere, reddidit ſpiritum. Qua de cauſa commotus epiſcopus, iuſſit eum ab eccleſiæ foribus prohiberi. Conuenientibus autem apud ciuitatẽ Sanctonas ſacerdotibus, deprecabatur Nantinus vt pacẽ epiſcopi mereretur, promittens ſe omnes Eccleſiæ res quas ſine ratione abſtulerat, redditurum, atque humilem exhibere ſe ſacerdoti. At ille fratrum iuſſioni obaudire procurans, cuncta quæ petebantur indulſit: K
cauſam tamen presbyteri omnipotenti Deo commendans, comitem in charitate recepit. Qui poſt iſta regreſſus vrbẽ, domos illas quas male peruaſerat, ſpoliat elidit, ac diſſicit, dicẽs, Et ſi hoc ab Eccleſia recipitur, vel deſertum inueniatur. Qua de cauſa iterum motus epiſcopus, eum à communione ſuſpendit. Quæ dum aguntur, impleto beatus pontifex vitæ curſu, migrauit ad dominum. Nantinus quoque ab aliquibus epiſcopis, intercedentibus præmiis atque adulationibus communicatur. Poſt paucos verò menſes à ſupradicto morbo corripitur: qui nimia exuſtus febre clamauit dicens, Heu heu, ab Heraclio antiſtite exuror, ab illo crucior, ab illo ad iudicium vocor, cognoſco facinus, reminiſcor me iniuſte iniurias intuliſſe pontifici: mortem deprecor, ne diutius crucier hoc tormento. Hæc cum maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis, infelicem animam fudit, indubia relinquens veſtigia, hoc ei ad vltionem beati antiſtitis eueniſſe. nam exanimum corpus ita ni-

Maracharius veneno necatur.

Venefici luũt

Nantinũ agnoſcit ſcelera.

A ita nigredinem duxit, vt putares eum prunis ſuperpoſitum fuiſſe combuſtum. Ergo omnes hæc obſtupeſcant, admirentur, & metuant ne inferant iniurias ſacerdotibus, quia vltor eſt dominus ſeruorum ſuorum ſperantium in ſe.

CAP. XXXVII. *Martinus Gallicienſis.*

Hoc tempore & beatus Martinus Gallicienſis epiſcopus obiit, magnum populo illi faciente planctum: nam hic Pãoniæ ortus fuit, & exindè ad viſitanda loca ſancta in orientẽ properãs, intãtum ſe literis imbuit, vt nulli ſecundus ſuis temporibus haberetur. Exinde Galliciam venit, vbi cum beati Martini reliquiæ portarentur, epiſcopus ordinatur: in quo ſacerdotio impletis plus minus triginta annis, plenus virtutibus migrauit ad dominum. Verſiculos qui ſuper oſtium ſunt à parte meridiana in baſilica ſancti Martini, ipſe compoſuit.

CAP. XXXVIII. *Chriſt. perſecutio Hiſpanica.*

Magna eo anno in Hiſpaniis Chriſtianis perſecutio fuit, multique exiliis dati, facultatibus priuati, fame decocti, carcere mancipati, verberibus adfecti, ac diuerſis ſuppliciis trucidati ſunt. Caput quoque huius ſceleris Goiſuintha fuit, quam poſt Athanachildi regis connubium, rex Leuuichildus acceperat: ſed quæ dei ſeruis notam humilitatis inflixerat, proſequente vltione diuina, ipſa
B quoque eſt omnibus populis facta notabilis: nam vnum oculum nubes alba contegens, lumen quod mens non habebat, pepulit à palpebris. Erãt autem Leuuichildo regi ex alia vxore duo filij, quorum ſenior Sygiberti, iunior Chilperici regis filiam deſponſauerat. Sed Ingundis Sygiberti regis filia cũ magno apparatu in Hiſpanias directa, ab auia Goiſuintha cum gaudio magno ſuſcipitur: quam nec paſſa eſt in religione Catholica diu commorari, ſed vt rebaptizaretur in Arriana hæreſi blandis cœpit ſermonibus inlicere: ſed illa viriliter reluctans cœpit dicere, Sufficit ſatis me ab originali peccato baptiſmo ſalutari ſemel ablutam fuiſſe, & ſanctam trinitatem in vna æqualitate eſſe confeſſam: hæc me credere ex toto corde confiteor, nec vnquam ab hac fide ibo retrorſum. Hæc illa audiens, iracundiæ furore ſuccenſa, adprehenſam per comam capitis puellam in terram conlidit, & diu calcibus verberatam ac ſanguine cruentatam, iuſſit ſpoliari & piſcinæ immergi: ſed vt adſerunt multi nunquam animum ſuum à fide noſtra reflexit. Leuuichildus autem dedit eis vnam de ciuitatibus, in qua reſidentes regnarent. Ad quam cum abiiſſent, cœpit Ingundis prædicare viro ſuo, vt relicta hæreſi fallacia catholicæ legis veritatem agnoſceret. Quod ille diu refutans, tandem com-
C motus ad eius prædicationem conuerſus eſt ad legem Catholicam: ac dum chriſmaretur, Ioãnes eſt vocitatus. Quod cum Leuuichildus audiſſet, cœpit cauſas quærere qualiter eum perderet. Ille verò hæc intelligens, ad partem ſe imperatoris iungit, ligans cum præfecto eius amicitias, qui tunc Hiſpaniam impugnabat. Leuuichildus autem direxit ad eum nuncios, dicens; Veni ad me, quia extant cauſæ quas conferamus ſimul. Et ille, Nõ ibo, quia infenſus es mihi, pro eo quòd ſim Catholicus. At ille datis præfecto imperatoris triginta millibus ſolidorum, vt ſe ab eius ſolatio reuocaret, commoto exercitu contrà eum venit. Herminichildus vero vocatis Græcis, contra patrẽ egreditur, relicta in vrbe coniuge ſua. Cumque Leuuichildus ex aduerſo veniret, relictus à ſolatio, cum videret nihil ſe prævalere poſſe, eccleſiam quæ erat propinqua, expetiit, dicẽs, Nõ veniat ſuper me pater meus: nefas eſt enim aut patrem à filio, aut filium à patre interfici. Hæc audiẽs Leuuichildus, miſit ad eum fratrem eius qui dato ſacramento, ne humiliaretur, ait, Tu ipſe accede & proſternere pedibus patris noſtri, & omnia indulget tibi. At ille popoſcit vocari patrem ſuum. Quo ingrediente, proſtrauit ſe ad pedes illius: ille verò adprehenſum oſculatus eſt eum, & blandis ſermonibus de-
D linitum duxit ad caſtra, oblituſque ſacramenti, innuit ſuis, & adprehenſum ſpoliauit eum indumentis ſuis, induitque illum veſte vili: regreſſuſque ad vrbem Toletum, ablatis pueris eius, miſit eum in exilium cum vno tantum puerulo.

Arriani rebaptizant.

Chriſmantur hæretici conuerſi.

Leuuichildus filiũ cathol. eiicit.

CAP. XXXIX.

Igitvr poſt mortem filiorum Chilperici, rex mẽſe Octobri in Cotia ſilua plenus luctu cum coniuge reſidebat. Tunc Chlodoueum filium ſuum, Brennacum, faciente regina, tranſmiſit, vt ſcilicet & ipſe ab hoc interitu deperiret. Grauiter ibi his diebus morbus ille qui fratres interfecerat, ſæuiebat, ſed nihil ibidem incommodi pertulit: ipſe enim rex Calam Pariſiacæ ciuitatis villam aduenit. Poſt paucos verò dies Chlodoueum ad ſe venire præcepit. Cui qualis interitus fuerit, dicere non pigebit. Igitur cũ in ſupradicta villa apud patrem habitaret, cœpit immaturè iactare vel dicere; Ecce mortuis fratribus meis ad me reſtitit omne regnum: vniuerſæ Galliæ ſubiicientur, imperiumque vniuerſum mihi fata largita ſunt. Ecce inimicis in manu poſitis, inferam quæcunque placuerit. Sed & de nouerca ſua Fredegunde regina non condecibilia detrectabat. Quæ illa audiẽs
E pauore nimio terrebatur. Poſt dies verò aliquot, adueniens quidam reginæ, vt orbata filiis ſedeas, dolus id Chlodouei eſt operatus: nam ipſe concupiſcens vnius ancillarum tuarũm filiam, maleficiis tuos per matrem eius filios interfecit: ideóque moneo ne ſperes de te melius, cũ tibi ſpes per quam regnare debueras ſit ablata. Tunc regina timore perterrita, & furore ſuccenſa, noua orbitate compuncta, adprehenſa puella in quã oculos iniecerat Chlodoueus, & grauiter verberata, incidi comam capitis eius iuſſit: ac ſciſſa, ſudi impoſitam defigi ante metatum præcepit Chlodouei: matre quoque puellæ religata, & tormentis diu cruciata, elicuit ab ea profeſſionem quæ hos ſermones veros eſſe firmaret. Regi exindè hæc & alia huiuſcemodi inſinuãs vindictam de Chlodoueo popoſcit. Tũc rex in venationem directus, eum præcepit arceſſiri ſecretius. Quo adueniente ex iuſſu regis adprehẽſus in manicis à Deſyderio atque Bobone ducibus, nudatur armis & veſtibus, ac vili indumento contectus reginæ vinctus adducitur. At illa in cuſtodia eum retineri præcepit, elicere ab eo cupiẽs, ſi hæc

ita vt audierat se haberent, vel cuius consilio vsus fuerit, aut cuius hæc instinctu fecisset, vel cum quibus maximè amicitias conligasset. At ille reliqua denegans, amicitias multorum detexit. Denique post triduum, reginam vinctum iussit eum transire Matronam fluuium, & in villa cui Noceto nomen est, custodiri. In qua custodia cultro percussus, interiit: ipsoque in loco sepultus est. Interea aduenerũt nuncij ad regem qui dicerent quòd ipse se ictu proprio perfodisset: & adhuc ipsum cultrum de quo se perculit, in loco stare vulneris adfirmabant. Quibus verbis rex Chilpericus inlusus, nec fleuit, quem ipse, vt ita dicam, morti tradiderat, instigante regina. Seruientes quoque illius per diuersa dispersi sunt. Mater autem eius crudeli morte necata: soror illius in monasterii recluſa à pueris reginæ transmittitur: in quo nunc veste mutata consistit: opesque eorum omnes reginæ delatæ sunt. Mulier quæ super Chlodoucum locuta fuerat, diiudicatur incendio concremari. Quæ cum duceretur reclamare cœpit misera, se mendacia protulisse: sed nihil proficientibus verbis ligata ad stipitem viuens exuritur flammis. Thesaurarius Chlodouei à Cuppane stabuli comite de Biturico retractus, vinctus reginæ, transmissus est, diuersis cruciatibus exponendus: sed eum regina & à suppliciis & vinculis iussit absolui, liberumque nobis obtinentibus abire permisit.

Clodoueus Fredegundæ dolis occiditur.

Delatrix punitur.

CAP. XL. *De Elasio & Eonio episcopis.*

POST hæc Elasius Catalaunensis episcopus propter causas Brunichildis reginæ in Hispanias in legationem directus, correptus à febre nimia, spiritum exhalauit: & exindè delatus mortuus, ad ciuitatem suam sepultus est. Eonius quoque episcopus, quem legatum Britannorum supra meminimus, ad ciuitatem suam regredi non permissus, vt Andegauis pasceretur de publico, à rege præceptum est. Qui Parisios aduenies, dum die Dominica sacrosancta solennia celebraret, emissa cum hinnitu voce terræ conruit. Erumpente vero ab ore eius & naribus sanguine inter manus deportatus est: sed conualuit: nimium enim vino deditus erat, & plerumque ita deformiter inebriabatur, vt gressum facere non valeret.

CA. XLI. *Lupus vrbem ingreditur.*

MIRVS rex Gallicienſis legatos ad Gunthcramnum regem direxit. Cumque per Pictauum terminum præterirent, quem tunc Chilpericus rex tenebat, nunciata sunt ei. At ille sub custodia sibi eos exhiberi præcipit, & Parisiis custodiri. Eo tempore apud Pictauensem ciuitatem lupus ex siluis veniens per portam ingressus est: clausisque portis intra muros ipsius vrbis oppressus, occisus est. Adferebant enim quidam & cœlum ardens se vidisse. Liger fluuius maior ab anno superiore fuit, postquam ei Caris torrens se adiunxit: ventus auster nimium violenter cucurrit, ita vt siluas prosterneret, domos erueret, sæpes efferret, ipsosque homines ad internecionem vsque voluteret. Erat enim spatium eius in latitudinem quasi iugera septem. Longitudo autem non potuit æstimari: nam & galli plausum cantus in initio noctis sæpè dederunt. Luna contenebricata est, & cometes stella apparuit. Grauis autem lues in populo subsecuta est. Legati autem Sueuorum post annum dimissi, ad propria redierunt.

CAP. XLII. *S. Martini vitam lib. vnico descripsit Fortunatus.*

MAVRILIO Cadurcensis vrbis episcopus grauiter ægrotabat ab humore podagrico, sed super hos dolores quos ipse humor commouit, magnos sibi cruciatus addebat: nam sæpè candens ferrum tibiis ac pedibus defigebat, quò facilius cruciatum sibi amplius adderet. Sed cum episcopatum eius multi expeterent, ipse Vrsicinum qui quondam referendarius Vltrogotho reginæ fuerat, elegit. Quem dum adhuc viueret, benedici deprecans, migrauit à seculo. Fuit autem valdè eleemosynarius, in scripturis ecclesiasticis valdè instructus, ita vt seriem diuersarum generationum, quæ in libris veteris Testamenti describitur, quod à multis difficilè retinetur, hic plerunque memoria recenseret. Fuit etiam & in iudiciis iustus, ac defendès pauperes ecclesiæ suæ de manu malorum iudicum, iuxta illud Iob, Conseruaui egenũ de manu potẽtis, & inopi cui nõ erat adiutor, auxiliatus sum: os viduæ benedixit me, cum essem oculus cæcorum, pes claudorum, & inualidorum pater.

CA. XLIII. *Arriani altercatio.*

LEVVIELDVS vero rex Agilanem legatum ad Chilpericum mittit, virum nullius ingenij aut dispositionis ratione peritum, sed tantum voluntate in catholica lege peruersum: quem cum via Turonos detulisset, lacessire nos de fide, & impugnare ecclesiastica dogmata cœpit. Iniqua enim, inquit, fuit antiquorum episcoporum lata sententia, quæ æqualem adseruit filium patri: nam qualiter, inquit, poterit esse patri æqualis in potestate, qui ait, Pater maior me est? Non ergo æquum vt ei similis æstimetur quo se minorem dicit, cui tristitiam mortis ingemit, cui postremò moriens, spiritum quasi nulla præditus potestate commendat. Vnde patet eum & ætate & potestate paterna minorem. Ad hæc ego interrogo si crederet Iesum Christum filium Dei esse, si eundemque esse Dei sapientiam, si lumen, si veritatem, si vitam, si iustitiam, fateretur. Qui ait, Credo hæc omnia esse filium Dei. Et ego, Dic ergo mihi, quando pater sine sapientia, quando sine lumine, quando sine vita, quando sine veritate, quando sine iustitia, fuerit. sicut enim patersine istis esse non potuit, ita & sine filio esse nõ potuit quæ maximè ad dominici numinis mysterium coaptantur: sed nec pater esset vtique, si filium non haberet. Quod autem eum dixisse ais, Pater maior me est, scias eum hoc ex adsumptæ carnis humilitate dixisse, vt cognoscas non potestate, sed humilitate te fuisse redemptum: nam tu qui dicis, Pater maior mè est, oportet te meminisse quod alibi ait, Ego & pater vnum sumus. nam & mortis timor & commendatio spiritus ad infirmitatem corporis est referenda, vt sicut verus Deus, ita & verus homo credatur. Et ille, Cuius quis implet voluntatem, eo & minor est: semper filius minor est patre, quia ille facit voluntatem patris, nec pater illius voluntatem facere comprobatur. Ad hæc ego, Intellige quia pater in filio, & filius in patre in

Deus vt nunquam sine sapientia aut lumine, sic nec absque filio.

tre in vna semper deitate subsistit: nam vt cognoscas patrem filij facere voluntatem, si in te fides euangelica manet, audi quid ipse Iesus deus noster cùm ad resuscitandum venit Lazarum, ait, Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me: & ego sciebam quia semper me audis: sed propter turbam quæ circunstat, dixi, vt credant quia tu me misisti. Sed & cum ad passionem venit, ait, Pater clarifica me claritate quam habui apud temetipsum, priusquam mundus fieret. Cui pater de cœlo respondit, Et clarificaui, & iterum clarificabo. Æqualis est ergo filius in deitate, non minor: sed neque aliquid minus habens. nam si deum confiteris, necesse est integrum fatearis, & nihil egentem: si verò integrum esse negas, Deum esse non credis. Et ille, Ex adsumpto homine cœpit Dei filius vocitari. nã erat quando non erat. Et ego, Audi Dauid dicentem ex persona patris, Ex vtero ante luciferum genui te. Et Ioannes euangelista ait, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hoc ergo verbum caro factum est, & habitauit in nobis: per quem facta sunt omnia. nam vos cæcati veneno persuasionis, nihil dignum de deo sentitis. Et ille, Nunquid & spiritum sanctum deum dicitis, aut æqualem patri filioque decernitis? Cui ego, Vna in tribus est voluntas, potestas, operatio: vnus deus in trinitate, & trinus in vnitate. Tres personæ, sed vnum regnum, vna maiestas, vna potentia omnipotentiáque. Et ille, Spiritus sanctus, inquit, quem æqualem patri profertis ac filio, vtrisque minor accipitur, quia & à filio promissus, & à patre legitur missus. nemo enim promittit, nisi quod suæ dominationi subsistit: & nemo mittit, nisi inferiorem se, sicut ipse ait in euangelio, Nisi ego abiero, paracletus ille non veniet: si autem abiero, mittam illum ad vos. Ad hæc ego respondi, Benè filius ante passionem ait, quia nisi ille ad patrem victor remeauerit, ac proprio sanguine redempto mundo dignum deo ex homine præparet habitaculum, non potest sanctus spiritus idem deus in pectore fanatico, & originalis criminis labe infecto descendere. Spiritus enim sanctus, ait Salomon, fugiet fictum. Tu autem si spem aliquam resurrectionis habes, noli loqui aduersus spiritum sanctum, quia iuxta sententiam domini, spiritum sanctum blasphemanti non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro. Et ille, Deus est qui mittit, non est deus qui mittitur. Ad hæc ego interrogo si crederet doctrinam Petri Paulíque Apostolorum: respondente autem eo, Credo: adieci, Cùm argueret Petrus Apostolus Ananiam pro fraude fundi, vide quid dicat, Quid tibi visum est mentiri spiritui sancto? non es enim mentitus hominibus, sed deo. Et Paulus, cum gratiarũ spiritualium distingueret gradus, Hæc omnia, inquit, operatur vnus atque idem spiritus, diuidens vnicuique prout vult. Qui enim quod voluerit facit, in nullius redigitur potestatem. nam vos vt superius dixi, nihil rectè de trinitate sancta sentitis, & quàm iniqua sit huius sectæ peruersitas; ipsius auctoris veri, id est Arrij expressit interitus. Ad hæc ille respondit, Legem quam non colis, blasphemare noli. Nos verò quæ creditis, etsi non credimus, non tamen blasphemamus: quia non deputatur crimini, si & illa & illa colantur. sic enim vulgato sermone dicimus, Non esse noxium si inter gentilium aras, & Dei ecclesiam quis transiens vtraque veneretur. Cuius ego stultitiam cernens, aio, Vt video, & gentilium defensorem, & hæreticorum adsertorem te esse manifestas, cùm & ecclesiastica dogmata maculas, & paganorum spurcitias prædicas adorari. Satius, inquio, faceres, si ea te armaret fides, quam Abraham ad ilicem, Isaac in ariete, Iacob in lapide, Moyses vidit in sente: quã Aaron portauit in logio, Dauid exultauit in tympano, Salomon prædicauit in intellectu: quam omnes patriarchæ, prophetæ, siue lex ipsa vel oraculis cecinit, vel sacrificiis figurauit: quam & nunc præsens suffragator Martinus noster, vel possedit in pectore, vel ostendit in opere: vt & tu conuersus crederes inseparabilem trinitatem, & accepta à nobis benedictione, purgatóque à malæ credulitatis veneno pectore delerentur iniquitates tuæ. At ille furore commotus, & nescio quid quasi insanus frendens, ait: Ante anima ab huius corporis vinculis emicet, quàm ab vllo religionis vestræ sacerdote benedictionem accipiam: & ego, Nec nostram dominus religionem siue fidem ita tepescere faciat, vt distribuamus sanctum eius canibus, ac precio sarum margaritarum sacra porcis squalentibus exponamus. Ad hæc, ille relicta altercatione surrexit, & abiit. Sed post hæc cùm in Hispanias reuersus fuisset, infirmitate debilitatus, ad nostram religionem necessitate cogente conuersus est.

S. sancti sunt distributores gratiarũ.

Supra initio lib. 3.

CA. XLIIII. *Chilpericus conatus est personas & trinitatis terminos tollere.*

PER idem tempus Chilpericus rex scripsit indiculum, vt sancta trinitas non in personarum distinctione, sed tantum Deus nominaretur: adserens indignum esse, vt Deus persona, sicut homo carneus nominetur. Adfirmans etiam ipsum esse patrem qui est filius, idemque ipsum esse spiritum sanctum, qui pater & filius: sic, inquit, prophetis ac patriarchis apparuit: sic eum ipsa lex nunciauit. Cumque hæc mihi recitari iussisset, ait, Sic, inquit, volo vt tu & reliqui doctores ecclesiarum credatis. Cui ego respondi, Hac credulitate relicta, pie rex, hoc te oportet sequi quod nobis post Apostolos alij doctores ecclesiæ reliquerunt: quod Hilarius Eusebiusque docuerunt, quod & in baptismo es confessus. Tunc iratus rex ait, Manifestum est mihi in hac causa Hilarium Eusebiumque validos inimicos haberi. Cui ego respondi, Obserua te conuenit, neque deum, neque sanctos eius habere offensos. Nam scias quia in persona aliter pater, aliter filius, aliter spiritussanctus. Non pater adsumpsit carnem, neque spiritussanctus, sed filius: vt qui erat dei filius, ipse ad redemptionem hominis, filius haberetur & virginis. Non pater passus, neque spiritussanctus, sed filius: vt qui carnem adsumpserat in mundo, ipse offerretur pro mundo. De personis vero quod ais, non corporaliter, sed spiritaliter sentiendum est. In his ergo tribus personis, vna gloria, vna æternitas, vna po-

testas. At ille commotus, ait, Sapientioribus te hæc pandam, qui mihi consentiant. & ego, Nunquam erit sapiens, sed stultus, qui hæc quæ proponis sequi voluerit. Ad hæc ille frendens, siluit. Non post multos verò dies adueniente Saluio Albigensi episcopo, hæc ei præcepit recenseri, deprecans vt sibi consentaneus fieret. Quod ille audiens, ita respuit, vt si chartam in qua hæc scripta tenebantur, potuisset adtingere, in frusta discerperet. Et sic rex ab hac intentione quieuit. Scripsit alios libros idem rex versibus, quasi Sedulium secutus: sed versiculi illi nulli penitus metricæ conueniunt rationi. Addidit autem & literas literis nostris, id est æ sicut Græci habent, ae, the, vuui: quarum characteres subscripsimus, hi sunt: O. Ψ. Z. Π. Et misit epistolas in vniuersas ciuitates regni sui, vt sicpueri docerentur, ac libri antiquitus scripti, planati pumice rescriberentur.

Chilpericus versus composuit noua ratione.

CAP. XLV.

AGROECVLA autem Cabillonensis episcopus, hoc obiit tempore: fuitque homo valdè elegans ac prudens, genere senatorio. multa in ciuitate illa ædificia fecit, domos composuit, ecclesiam fabricauit, quam columnis fulciuit, variauit marmore, musiuo depinxit. Magnæ autem abstinentiæ fuit. nam nunquam prandio vsus est, nisi tantum cœna: ad quam sic temporiuè residebat, vt sole stante consurgeret. Humanitatis exiguæ, facundiæ verò magnæ erat. Obiit autem episcopatus anno quadragesimooctauo, æui autem octogesimotertio: cui Flauius referendarius Gunthcramni regis successit.

Agroecula Episc. comedit tantum vesperi.

CA. XLVI.

EO tempore & Dalmatius Ruthenæ ciuitatis episcopus, migrauit à seculo, vir in omni sanctitate præcelsus, abstinens vel à cibis, vel à concupiscentiis carnis: valdè eleemosynarius, & cunctis humanus, in oratione & vigiliis satis stabilis: ecclesiam construxit. Sed dum eam ad emendationẽ sæpius destruit, incompositam dereliquit. Post cuius obitum, multi, vt fit, episcopatum petebant. Transobadus vero presbyter, qui quondam archidiaconus eius fuerat, maximè in hoc intendebat, fidus quòd filium suum cum Gogone, qui tunc regis erat nutritius, commendauerat. Condiderat autem episcopus testamentum in quo regi Sexenium, qui post eius obitum acciperet, indicabat, adiurãs terribilibus sacramẽtis, vt in ecclesia illa ordinaretur nõ extraneus, nõ cupidus, nõ coniugali vinculo nexus, sed ab his omnibus expeditus, qui in solis tantum dominicis laudibus degebat, substitueretur. Transobadus autem presbyter epulum in ipsa vrbe clericis præparat. Residentibus autem illis, vnus presbyterorum cœpit antistitem memoratum impudicis blasphemare sermonibus, & vsque ad hoc erupit, vt eum delirum & fatuum nominaret. Hæc eo dicente, pincerna poculum oblaturus aduenit. At ille acceptum dum ori proximat, tremere cœpit: laxatoque de manu calice, super alium qui sibi erat proximus caput reclinans, reddidit spiritum. Ablatusque ab epulo, ad sepulchrum humo contectus est. Post hæc relecto testamento antistitis, in præsentia Childeberti regis ac procerum eius, Theodosius qui tunc archidiaconatu vrbis illius potiebatur, episcopus ordinatus est.

Dalmatius episc. obiit.

Transobadus exagitatus conuitiis in mensa expirauit.

CA. XLVII

AVDIENS autem Chilpericus omnia mala quæ faciebat Leudastes ecclesiis Turonicis & omni populo, Ansoualdum illuc dirigit: qui veniens ad festiuitatem sancti Martini, data nobis & populo optione, Eunomius in comitatum erigitur. Denique Leudastes cernens se remotum, ad Chilpericum dirigit, dicens, Vsque nunc, ó piissime rex, custodiui ciuitatem Turonicam: nunc autem me abactione remoto, vide qualiter custodiatur. Nam noueris quia Gregorius episcopus eam ad filium Sygiberti tradere destinat. Quod audiens rex, ait, Nequaquam, sed quia remotus es, ideo hæc adponis. & ille, Maiora, inquit, de te ait episcopus: dicit enim reginam tuam in adulterio cum episcopo Bertheramno misceri. Tunc iratus rex, cæsum pugnis & calcibus, oneratum ferro, recludi præcepit in carcere.

Ansoaldus Leudastis substituitur.

CAP. XLVIII.

SED quia liber finem postulat, narrare aliqua de eius actionibus libet: sed prius videtur, genus ac patriam moresque ordiri. Cracina Pictauensis insula vocitatur, in qua à Fiscalis vinitoris eruo Leocadio nomine, nascitur. Exinde ad seruitium arcessitus, culinæ regiæ deputatur. Sed quia lippis erat in adolescentia oculis, quibus fumi acerbitas non congruebat, amotus à pistillo promouetur ad cophinum. Sed dum inter fermentatas massas se delectari consimulat, seruitium fugam iniẽs dereliquit. Cumque bis aut tertio reductus à fugæ lapsu teneri non posset, auris vnius incisione multatur. Dehinc cum notam inflictam corpori occulere nulla auctoritate valeret, ad Marcoueifam reginam quam Charibertus rex nimium diligens, in loco sororis thoro adsciuerat, fugit. Quæ libenter eum colligens, prouocat, equorũmque meliorum deputat esse custodem. Hinc iam obsessus vanitate, ac superbiæ deditus, comitatum ambit stabulorum: quo accepto, cunctos despicit ac postponit: inflatur vanitate, luxuria dissoluitur, cupiditate succenditur, & in causis patronæ alumnus proprius huc illucque defertur. Cuius post obitum refertus prædis, locum ipsum cum rege Charibertho oblatis muneribus tenere cœpit. Posthæc, peccatis populi ingruentibus, comes Turonus destinatur: ibique se amplius honoris glorioũ supercilio iactat: ibique se exhibet rapacem prædis, turgidum rixis, adulteriis lutulentum: vbi seminando discordias, & inferendo calumnias, nõ modicos thesauros adgregauit. Post obitũ verò Chariberti, cũ in Sygiberti sortẽ ciuitas illa venisset, trãseunte eo ad Chilpericũ, omnia quæ iniquè adgregauerat, à fidelibus nominati regis direpta sunt. Peruadẽte igitur Chilperico rege per Theodobertum filium vrbem Turonicã, cũ ia ego Turonos aduenissem, mihi à Theodoberto strenuè cõmendatur, vt scilicet comitatu quẽ prius habuerat potiretur. Multũ se nobis humilẽ subditũque reddebat, iurans sæpius super sepulcrũ sancti antistitis, nunquam

A nunquam se contra rationis ordinem esse venturum: seque mihi tam in causis propriis, quàm in ecclesiæ necessitatibus in omnibus esse fidelem. Timebat enim quod postea euenit, ne vrbem illam iterum rex Sygibertus in suum dominium reuocaret. Quo defuncto, succedente iterum Chilperico in regnum, iste in comitatum accedit. Aduenientẽ autem Turonos Meroueo, omnes res eius vsque quaque diripuit. Sed dum Sygibertus duos annos Turonos tenuit, hic in Britanniis latuit: qui adsumpto, vt diximus comitatu, in tali leuitate elatus est, vt in domo ecclesiæ cum thoracibus atque loricis, præcinctus pharetra, & contum manu gerens, capite galeato ingrederetur: de nullo securus, quia omnibus erat aduersus. Iam si in iudicio cum senioribus vel laicis, vel clericis resedisset, & vidisset hominem iustitiam prosequentem, protinus agebatur in furias, ructabat conuicia in ciues: presbyteros manicis iubebat extrahi, milites fustibus verberari: tantáque vtebatur crudelitate, vt vix referri possit. Discedente autem Meroueo qui res eius diripuerat, nobis calumniator existit, ad ferens fallaciter Meroueum nostro vsum consilio, vt res eius auferret. Sed post inlata damna, iterat iterum sacramenta, pallámque sepulchri beati Martini fideiussorem donat, se nobis nunquam adB uersaturum.

Leudasti malitia.

SED quoniam longum est per ordinem prosequi periuria vel reliqua mala eius, veniamus ad illud, qualiter me voluit iniquis ac nefariis calumniis supplantare, vel qualiter in eum vltio diuina descendit, vt illud adimpleretur, Omnis supplantans supplantabitur: & iterum, Qui fodit foueam, incidet in eam. Igitur post multa mala quæ in me meósque intulit, post multas direptiones rerum ecclesiasticarum, adiuncto sibi Riculfo presbytero, simili malitia peruerso, ad hoc erupit vt diceret me crimen in Fredegundem reginam dixisse, adserens si archidiaconus meus Plato, aut Gallienus amicus noster, subderentur pœnæ, conuincerent me vtique hæc locutum. Tunc rex iratus, vt supra diximus, iussit eum pugnis calcibúsque cæsum, oneratum catenis, recludi in carcerem. Nam Riculfum clericum se habere dicebat, per quem hæc loquutus fuisset. Hic verò Riculfus subdiaconus, simili leuitate perfacilis, ante hunc annum consilio cum Leudaste de hac causa habito, causas offensionis requirit, quibus scilicet me offenso, ad Leudastẽ transiret: nactúsq; tandẽ, ipsum adiuit; ac per menses quatuor dolis omnibus ac muscipulis præparatis, ad me cum ipso Leudaste reuertiC tur, deprecans vt eum debeam recipere excusatum. Feci, fateor, & occultum hostem publicè in domum susceperi. Discedente verò Leudaste, ipse se pedibus meis sternit, dicens, Nisi succurras velociter, periturus sum. Ecce instigante Leudaste, locutus sum quod loqui non debui: nunc verò aliis me regnis emitte: quod nisi feceris, à regalibus comprehensus, mortales pœnas sum luiturus. Cui ego aio, Si quid incongruum rationi effatus es, sermo tuus in caput tuum erit: nam ego alteri te regno non mittam, ne suspectus habear coram rege. Post ista Leudastes extitit accusator eius, dicens se sermones iam dictos à Riculfo audisse subdiacono. At ille iterum vinctus, relaxato Leudaste, custodiæ deputatur, dicens, Gallienum eadem die & Platonem archidiaconos fuisse præsentes, cum hæc est episcopus eloquutus. Sed Riculfus presbyter, qui iam promissionem de episcopatu à Leudaste habebat, intantum elatus fuerat, vt magi Simonis superbiæ æquaretur. Qui tertio aut eo amplius mihi sacramentum super sepulchrum sancti Martini dederat: in die sexta Paschæ intãtum me conuiciis & sputis egit, vt vix manibus temperaret, fidus scilicet doli quem præparauerat. In crastina autem die, id est sabbati, in ipso Pascha, venit Leudastes in vrbem Turonicam, adsimulánsque aliud negociũ agere, adprehensos Platonem archidiaconum, & Gallienum in vincla connectit: catenatósque ac exutos veste iubet eos ad reginam deduci. Hæc ego audiens, dum in domo ecclesiæ residerem, mœstus turbatúsque, ingressus oratorium, Dauidici carminis sumo librum, vt scilicet apertus aliquem consolationis versiculum daret. In quo ita repertum est, Eduxit eos in spe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare. Interea ingressi in fluuium super pontem qui duabus lintribus tenebatur, nauis illa quæ Leudastem vehebat, demergitur: & nisi nandi fuisset adminiculo liberatus, cũ sociis forsitan interisset. Nauis verò alia quæ huic innexa erat, quæ & vinctos vehebat, super aquas, Dei auxilio, eleuatur. Igitur deducti ad regem qui vincti fuerant, inculantur instanter, vt capitali sententia finirentur. Sed rex recogitans absolutos à vinculo, libera custodia reseruat inlæsos. Ad ciuitatem verò Turonicam Berulfus dux cum Eunomio comite fabulam fingit, quòd Gunthchramnus rex capere vellet Turonicam ciuitatem: & idcircò ne aliqua negligentia accederet, oportere ait vrbem custodia consignari. Ponunt portis dolosè custodes, qui ciuitatem E tueri adsimilantes, me vtique custodirent. Mittunt etiam qui mihi consilium ministrarent, vt occultè adsumptis melioribus rebus ecclesiæ, Aruernum fuga secederem: sed non adquieui. Igitur rex arcessitis regni sui episcopis, causam diligenter iussit exquiri. Cúmque Riculfus clericus sæpius discuteretur occultè, & contra me vel meos multas fallacias promulgaret, Modestus quidam faber lignarius ait ad eum, O infelix qui contra episcopum tuum tam contumaciter ista meditaris. Satius tibi erat silere: & petita venia episcopi gratiam impetrares. Ad hæc ille clamare cœpit voce magna ac dicere: En ipsum qui mihi silẽtium indicit, ne prosequar veritatẽ: en reginæ inimicũ, qui causam criminis eius nõ sinit inquiri. Nunciãtur protinus hæc reginæ. Adprehẽditur Modestus, torquetur, flagellatur: & in vincula compactus, custodiæ deputatur. Cúmque inter duos custodes catenis & cippo teneretur vinctus, media nocte dormiẽtibus custodibus, orationem fudit ad Dominũ, vt dignaretur eius potẽtia miserum visitare: & qui innocẽs conligatus fuerat, visitatione Martini præsũ-

Leudasti in authorẽ calumniæ.

CAP. XLIX

Auspicium ex sacris literis.

Modestus diuinitus liberatur.

lis ac Medardi absolueretur. Mox disruptis vinculis, confracto cippo, reserato ostio, sancti Medardi
F basilicam nocte nobis vigilantibus introiuit. Congregati igitur apud Brennacum villam episcopi, in vnam domum residere iussi sunt. Dehinc adueniente rege, data omnibus salutatione, ac benedictione accepta, resedit. Tunc Berthchramnus Burdegalensis ciuitatis Episcopus, cui hoc cum regina crimen impactum fuerat, causam proponit, méq; interpellat, dicens, à me sibi ac reginæ crimen obiectum: negaui ego in veritate me hæc locutum: & audisse quidem hæc alios: nam non excogitasse. Nam extra domum rumor in populo magnus erat dicentium, Cur hæc super sacerdotem Dei obiiciuntur? cur talia rex prosequitur? nunquid potuit Episcopus talia dicere vel de seruo? Heu, heu, Domine Deus largire auxilium seruo tuo. Rex autem dicebat, Crimen vxoris meæ, meum habetur opprobriũ: si ergo censetis vt super Episcopũ testes adhibeantur, ecce adsunt. Certè si videtur vt hæc

Testes aduersum ecclesiasticos nõ laici.

non fiant, & in fidem Episcopi cõmittantur, dicite: libenter audiam quæ iubetis. Mirati sunt omnes Regis prudentiã vel patientiã simul. Tunc cunctis dicentibus, Non potest persona inferior super sacerdotem credi, restitit ad hoc causa, vt dictis missis, in tribus altaribus me de his verbis exuerem sacramento. Et licet canonibus essent contraria, pro causa tamen regis impleta sunt. Sed nec hoc si-
G leo, quòd Riguntbis regina condolens doloribus meis, ieiunium cum omni domo sua celebrauit, quousque puer nunciaret me omnia sic impleſſe, vt fuerant instituta. Igitur regressi sacerdotes ad regem, aiunt, Impleta sunt omnia ab Episcopo quæ imperata sunt, ô Rex: quid nunc ad te, nisi vt cum Berthchramno accusatore fratris, communione prioeris? & ille, Non, inquit, ego nisi audita narraui. Quærentibus illis, Quis hæc dixerit? respondit, se hæc à Leudaste audisse: ille autem secundum infirmitatem vel consilij, vel propositionis suæ, iam fugam inierat. Tunc placuit omnibus sacerdotibus vt sator scandali, inficiator reginæ, accusator Episcopi, ab omnibus arceretur Ecclesiis, eo quòd se ab audientia subtraxisset. Vnde & epistolam subscriptam, aliis Episcopis qui non adfuerant transmisertt. Et sic vnusquisque in locum suum regressus est. Leudastes verò

Leudastes latitat.

hæc audiens, basilicam sancti Petri Parisiis expetiit. Sed cum audisset edictum regis, vt in suo regno
H à nullo colligeretur: & præsertim quòd filius eius quem domi reliquerat, obiisset, Turonos occultè veniens, quæ optima habuit in Biturico, transposuit. Prosequentibus verò regalibus pueris, ipse per fugam labitur. Capta quoque vxor eius, in pagum Tornacense exilio retruditur. At Riculfus clericus ad interficiendum deputatur: pro cuius vita vix obtinui: tamen de tormentis excusare non potui. Nam nulla res, nullum metallum, tanta verbera potuit sustinere, sicut hic miserrimus. Ab hora tertia diei, reuinctis post tergum manibus, suspensus ad arborem dependebat, ad horã verò nonam depositus, extẽsus ad trocleas, cædebatur fustibus, virgis, ac loris duplicibus, & non ab vno vel duobus, sed quot accedere circa miseros potuissent artus, tot cæsores erant. Cum autem iam in discrimine esset, tunc aperuit veritatem, & arcana doli publicè patefecit: dicebat enim ob hoc reginæ crimen obiectum, vt electa de regno interfectis fratribus & patre, Chlodoueus regnum acciperet, Leudastes ducatum: Riculfus vero presbyter qui iam à tẽpore beati Eufronij Episcopi amicus erat Chlodouei, Episcopatum Turonicum ambiret, huic Riculfo clerico archidiaconatu promisso. Nos verò cum Dei gratia Turonos reuersi, inuenimus ecclesiam conturbatam per Riculfum presbyterũ: nam hic sub Eufronio Episcopo de pauperibus prouocatus, archidiaconus ordinatus est. Exindè ad presbyterium admotus, recessit ad propria, semper elatus, inflatus, præsumptuosus: nam me adhuc commorante cum rege, hic quasi iam esset Episcopus, in domum ecclesiæ ingreditur impudenter,
I argentum describit ecclesiæ, reliquáſque res sub suam redigit potestatem. Maiores clericos muneribus ditat, largitur vineas, prata distribuit: minores verò fustibus plagísq; multis, etiã manu propria adfecit, dicens, Recognoscite Dominũ vestrũ qui victoriam de inimicis obtinuit, cuius ingenium Turonicam vrbem ab Aruernis populis emundauit: ignorans miser, quòd præter quinque Episcopos, reliqui omnes qui sacerdotium Turonicum susceperunt, parentum nostrorum prosapiæ sunt coniuncti: illud sæpè suis familiaribus dicere erat solitus, quòd hominem prudentem non aliter nisi in periuriis quis decipere possit. Sed cum me reuersum adhuc despiceret, nec ad salutationẽ meam sicut reliqui ciues fecerant, adueniret, sed magis me interficere minitaretur, cum consilio comprouincialium eum in monasterium remoueri præcipio. Cúmque ibidem arctius distringeretur, intercedentibus Felicis Episcopi missis, qui memoratæ causæ fautor extiterat, circumuento periuriis abbate, fuga elabitur, & vsque ad Felicem accedit Episcopum: eúmq; ille ambienter colligit quem
K execrari debuerat. Leudastes verò in Bituricũ pergens, omnes thesauros quos de spoliis pauperum detraxerat, secũ tulit. Nec multo post inruẽtibus Bituricis, cum iudice loci super eum, omne aurum argentumq; vel quod secum detulerat, abstulerunt, nihilq; ei nisi quod super se habuit relinquẽtes: ipsamq; abstulissent vitam, nisi fuga fuisset elapsus. Resumptis dehinc viribus cũ aliquibus Turonicis iterum inruit super prædones suos: interfectóq; vno aliqua de rebus ipsis recepit, & in Turonicũ reuertitur. Audiens hæc Berulfus dux misit pueros suos cum armorum adparatu ad comprehendendum eum. Ille verò cernens se iamiámque capi relictis rebus basilicam sancti Hilarij Pictauensis expetiit. Berulfus verò dux res captas regi transmisit. Leudastes enim egrediebatur de basilica, & inruens in domos diuersorum, prædas publicas exercebat. Sed & in adulteriis sæpè intra ipsam sanctam porticum deprehensus est. Commota autem regina, quòd scilicet locus deo sacratus taliter pollueretur, iussit eum à basilica sancti eiici. Qui eiectus, ad hospites suos iterum in

Leudastes spoliatur à Bituricensibus.

Biturí-

A Biturícum expetit, deprecans se occuli ab eis.

Et licet de beati Saluij episcopi conlocutione superius memorare debueram, sed quia mentem excessit, esse sacrilegum non arbitror, si in posterum scribatur. Igitur cum Vale post synodum memoratam regi iam dicto, ad propria rédire vellemus, non antè discedere placuit, nisi hunc virum libatis osculis linqueremus. Quem quæsitum in atrio Brinacensis domus reperi. Cui dixi, quia iam eram ad propria rediturus: tunc remoti paululum, dum hinc indè sermocinaremur, ait mihi, Vidésne super hoc tectum quæ ego suspicio? cui ego, Video enim super tegulũ quod nuper rex poni præcepit: & ille, Aliud, inquit, non aspicis? cui ego, Nihil aliud, inquam, video: suspicabar enim quòd aliquid ioculariter loqueretur: & adieci, Si tu aliquid magis cernis, enarra: at ille alta trahens suspiria ait, Video ego euaginatum iræ diuinæ gladium super domum hanc dependentem: verumtamen non fefellit dictio sacerdotem: nam post dies viginti, duo filij regis quos superius mortuos scripsimus, obierunt.

Cap. I.

Saluius quæ de Chilperico prædixit. eius Saluij vita habetur li. 7. cap. 1.

B Explicitus est liber quintus, finitus in anno quinto Childeberti regis.

Incipit liber sextus, inchoatus ab anno sexto eiusdem Childeberti.

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM LIBER VI.

C ANNO igitur sexto regni sui Childebertus rex, reiecta pace Gunthcramni regis cũ Chilperico coniunctus est. Non post multum tempus Gogo moritur, in cuius locum Vuandelinus subrogatur. Mummolus à regno Gunthcramni fuga dilabitur, & se intra murorum Auennicorum munitionem cõcludit. Apud Lugdunum synodus episcoporum cõiungitur, diuersarum causarum altercationes incidens, negligentiorésque iudicio damnans. Synodus ad regem reuertitur, multa de fuga Mummoli ducis, nonnulla de discordiis tractans.

Synodus Episcoporum.

INTEREA legati Chilperici regis qui ante triennium ad Tiberium imperatorem abierant, re- *Cap. II.*
gressi sunt, non sine graui damno atque labore. Nam cum Massiliensem portum propter regum discordias adire ausi non essent, Agathen vrbem quæ in Gothorum regno sita est, aduenerunt. Sed priusquam litus adtingerent, nauis acta vento impulsa terris in frusta minuitur. Legati verò cum pueris se in periculo cernentes, arreptis tabulis vix ripæ relati sunt, multis puerorum amissis: sed plurimi euaserunt: res autem quas vndæ litori inuexerant, incolæ rapuerunt: ex quibus quod melius fuit recipientes, ad Chilpericum regem retulerunt: multa tamen ex his Agathenses secum retinue-
D runt. Tunc ego Nouigentum villam, ad occursum regis abieram: ibíque nobis rex missorium magnum, quod ex auro gemmísque fabricauerat in quinquaginta librarum pondere, ostendit, dicens, Ego hæc ad exornandam atque nobilitandam Francorum gentem feci. Sed & plurima adhuc si vita comes fuerit, faciam. Aureos etiam singularum librarum pondere, quos imperator misit, ostendit, habentes ab vna parte iconem imperatoris pictã, & scriptũ in circulo, TYBERII CONSTANTINI PERPETVI AVGVSTI: ab alia verò parte habẽtes quadrigam & assessorem, continentéque scriptum, GLORIA ROMANORVM: multa autem & alia ornamenta quæ à legatis sunt exhibita, ostendit.

Chilpericus legatos ad Tiber. Imp. mittit.

Dona Imperatoris.

DENIQVE cùm apud eandem villam commoraretur, Egidius Rhemensis episcopus cum pri- *Cap. III.*
mis Childeberti proceribus, in legationem ad Chilpericum regem venit, ibíque conlocutione facta, vt ablato Gunthcramni regis regno, hi se coniungere debeant in pace, ait Chilpericus rex, Filij mihi peccatis increscentibus non remanserunt, nec mihi nunc alius supersest hæres, nisi fratris mei
E Sygiberti filius, id est Childebertus rex. Ideóque in omnibus quæ laborare potuero, hic hæres existat: tantum dum adüixero liceat mihi sine scrupulo aut disceptatione cuncta tenere. At illi gratias agentes, pactionibus subscriptis ea quæ locuti fuerant, firmauerunt, & ad Childebertum cum magnis muneribus sunt regressi. Quibus discedentibus, Chilpericus rex Leudoualdum episcopum cum primis regni sui direxit. Qui dato susceptóque de pace sacramento, pactionibúsque firmatis, munerati regressi sunt.

Chilpericus & Childebertus contra Gunthcramnum conspirant.

LVPVS verò dux Campanensis, cum iam diu à diuersis fatigaretur & spoliaretur assiduè, & præ- *Cap. IIII.*
sertim ab Vrsione & Bertefredo, ad extremum conuentione facta vt occideretur, commouerunt exercitũ contra eum. Quod cernens Brunichildis regina, cõdolens fidelis sui insecutiones iniustas, præcingens se viriliter, inrupit medios hostium cuneos, dicens, Nolite ô viri, nolite malum hoc facere, nolite persequi innocẽtem: nolite pro vno homine committere prælium, quo solatium regio-

Lupus dux camp. fugatur.

nis intereat. Hæc illa loquente, respondit Vrsio, Recede à nobis ô mulier, sufficiat tibi sub viro te- F nuisse regnum. Nunc autem filius tuus regnat, regnúmque eius non tua, sed nostra tuitione saluatur. Tu verò recede à nobis, ne te vngulæ equorum nostrorum cum terra confodiant. Hæc & alia cum diutissimè inter se protulissent, obtinuit reginæ industria ne pugnarent. Tamen ab illo loco discedentes, inruerunt in domos Lupi. Et direpto omni præsidio, fingentes se illud in thesauro regis recondere, suis eum domibus intulerunt, intendentes Lupo minas atque dicẽtes, Viuus virtutem nostram non euadet. At ille cernens se in discrimine, tutata intra vrbis Lugduni clauati muros coniuge sua, ad Guntheramnum regem confugit. A quo benignè susceptus cum eo latuit, expectans vt Childebertus ad legitimam perueniret ætatem.

Brunechildis intercessit pro Lupo.

CAP. V.

IGITVR Chilpericus rex, cum adhuc apud supradictam villam moraretur, impedimenta moueri præcipiens, Parisios venire disponit. Ad quem cum iam Vale dicturus accederem, Iudæus quidam Priscus nomine, qui ei ad species coemendas familiaris erat, aduenit. Cuius cæsarie rex blande adprehensa manu, ait ad me dicens, Veni sacerdos Dei, & impone manum super eum. Illo autem renitente, ait rex, O mens dura, & generatio semper incredula, quæ non intelligit Dei filium sibi pro- G phetarum vocibus repromissum: non intelligit ecclesiastica mysteria in suis sacrificiis figurata. Hæc eo dicente, Iudæus ait, Deus non eget coniugio, neque prole ditatur, neque vllum cõsortem regni habere patitur, qui per Moysen ait, Videte, videte quia ego sum Dominus, & absq; me nõ est Deus. Ego occidam, & viuere faciam: percutiam, & ego sanabo. Ad hæc rex ait, Deus ab spiritali vtero filium genuit sempiternum, non ætate iuniorem, non potestate minorem, de quo ipse ait, Ex vtero ante luciferum genui te. Hunc ergo ante secula natum, in nouissimis seculis mũdo misit sanatorem, sicut ait propheta tuus, Misit verbum suum, & sanauit eos. Quod autem ais, quia ipse non generet, audi prophetam tuum dicentem ex voce dominica: Nunquid ego qui alios párere facio, ipse non pariam? hæc enim de populo qui in eum per fidem renascitur, ait. Ad hæc Iudæus respondit, Nunquid Deus homo fieri potuit, aut de muliere nasci? verberibus subdi? morte damnari? Ad hæc rege tacente, in medium me ingerens dixi, Vt Deus Dei filius homo fieret, non suæ, sed nostræ necessitatis extitit causa. Nam captiuum peccato hominem, & diaboli seruitute subiectum redimere nõ poterat, nisi hominem adsumpsisset. Ego verò non de Euangeliis & Apostolo quæ non credis, sed de H tuis libris testimonia præbens, proprio te mucrone confodiam, sicut quondam Dauid Goliam legitur trucidasse. Igitur quòd Deus homo futurus esset, audi prophetã tuum: Et Deus, inquit, & homo, & quis cognouit eum? Et alibi. Hic Deus noster, & non reputabitur alius præter eum, qui inuenit omnem viam scientiæ, & dedit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: post hæc in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est. Quòd autem de virgine nascitur, audi similiter prophetam tuum dicentem, Ecce virgo in vtero cõcipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatũ, Nobiscum Deus. Quòd verberibus subdi, quòd clauis adfigi deberet, & aliis iniuriis vel subiacere, vel adfici, alius propheta ait: Foderunt manus meas & pedes meos: diuiserunt sibi vestimenta mea, &c. & iterũ, Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Et quòd per ipsum crucis patibulum labentem mundum & diaboli ditioni subiectum restitueret in regno suo: idem Dauid ait, Dominus regnauit à ligno. Non quod antea nõ regnauerit apud patrem, sed super populum quem à diaboli seruitute liberauerat, rude regnũ accepit. Iudæus ad hæc respon- dit: Quæ Deo fuit necessitas, vt ista pateretur? Cui ego, Iam dixi tibi, Deus hominem creauit inno- I xium, sed astu serpentis circumscriptus, præuaricator præcepti factus est: & ideo à sede Paradisi eiectus, mundanis laboribus deputatus est: qui per mortem vnigeniti Dei Christi, Deo reconciliatus est patri. Iudæus dixit, Non poterat Deus mittere prophetas aut apostolos, qui eum ad viam reuocarent salutis, nisi ipse humiliatus fuisset in carne? Ad hæc ego, A principio genus semper deliquit humanum: quem nunquã terruit nec submersio diluuij, nec incendium Sodomæ, nec plagæ Ægypti, nec miraculum maris Iordanísque diuisi, qui semper legi Dei restitit, prophetis non credidit: & non solum non credidit, verumetiam ipsos prædicatores pœnitentiæ interemit. Ideo nisi ipse ad cũ descendisset, redimere, hæc explere non poterat alter: cuius nos natiuitate renati, baptismo abluti, vulnere curati, resurrectione erecti, ascensione glorificati sumus. Quòd autem morbis nostris mederi venturus erat, propheta tuus ait: Liuore eius sanati sumus: & alibi, Ipse peccata nostra portabit, & orabit pro transgressoribus: & iterum, Sicut ouis ad occisionem ductus est: & quasi agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. In humiliatione iudicium eius sublatum est. Genera- K tionem eius quis enarrabit? Dominus exercituum nomẽ eius. De hoc & Iacob ille de cuius te iactas venisse generatione, in illa filij sui Iudæ benedictione, quasi ad ipsum Christum filium Dei loquens, ait, Adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: de germine fili mi ascendisti, recubans dormisti quasi leo, quasi catulus leonis: quis suscitabit eum? Pulchriores oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Quis, inquit, suscitabit eum? Et licet ipse dixerit, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, tamen Paulus Apostolus ait, Qui non crediderit quòd Deus illum suscitauit à mortuis, saluus esse non poterit. Hæc & alia nobis dicentibus, nunquam compunctus est miser ad credendum. Tunc rex silente illo, cum videret eum his sermonibus non compungi ad me cõuersus, postulat vt accepta benedictione discederet: ait enim, Dicam, inquit, tibi, ô sacerdos, quod Iacob dixit ad angelum qui ei loquebatur, Non dimittam te nisi

Altercatio cũ Iudæo.

Deus androgynus à Trismeg. dicitur.

Christi probatur natiuitas.

A nisi benedixeris mihi. Et hæc dicens, àquam manibus porrigi iubet: quibus ablutis, facta oratione, accepto pane, gratias Deo agentes, & ipsi accepimus, & regi porreximus, haustóque mero, Vale dicentes, discessimus. Rex verò ascenso equo Parisios est regressus, cum coniuge & filia, & omni familia sua.

Benedictio.

CAP. VI.

FVIT autem apud vrbem Nicensem eo tempore, Hospitius reclausus magnæ abstinentiæ, qui constrictus catenis ad purum corpus ferreis, induto desuper cilicio, nihil aliud quàm purum panem cum paucis dactylis comedebat. In diebus autem quadragesimæ, de radicibus herbarum Ægyptiarum, quibus eremitæ vtuntur, exhibentibus sibi negociatoribus alebatur. Et primum quidem ius in quo coxerãt hauriens ipsas sumebat in posterum. Magnas enim per eum Dominus virtutes dignatus est operari. Nam quodam tempore reuelante sibi spiritu sancto aduentum Longobardorum in Gallias, hoc modo prædixit: Venient, inquit, Longobardi in Gallias, & deuastabũt ciuitates septem eo quòd increuerit malitia eorum in conspectu Domini, quia nullus est intelligens, nullus est qui faciat bonum, quo ira Dei placetur. Est enim omnis populus infidelis, periuriis deditus, furtis ob- B noxius, in homicidiis promptus, à quibus nullus iustitiæ fructus vllatenus gliscit: non decimæ dantur, non pauper alitur, non tegitur nudus, non peregrinus hospitio recipitur, aut cibo sufficienti satiatur: ideo hæc plaga superuenit. Nunc autem dico vobis, congerite omnem substantiam vestram intra murorum septa, ne à Longobardis diripiatur: & vosipsos in locis firmissimis communite. Hæc eo loquente, omnes obstupefacti, & Vale dicentes, cum magna admiratione ad propria sunt regressi. Monachis quoque dixit, Abscedite & vos à loco, auferẽtes vobiscum quæ habetis: ecce enim appropinquat gens quam prædixi. Dicentibus autẽ illis, Non relinquimus te sanctissime pater, ait, Nolite timere pro me: futurum est enim vt inferãt mihi iniurias, sed non nocebunt vsque ad mortem. Discedentibus autem Monachis, venit gens illa: & dum cuncta quæ reperit vastat, peruenit ad locum vbi sanctus Dei reclausus erat. At ille per fenestram turris ostẽdit se eis. Illi verò circumeuntes turrem, aditum per quem ingrederentur ad eum, inuenire non poterant. Tunc duo ascendentes detexerunt tectum, & videntes eum cinctum catenis, indutúmque cilicio dicũt, Hic malefactor est & homicidium fecit: ideo in his ligaminibus vinctus tenetur: vocatóque interprete, sciscitantur ab C eo quid mali fecerit, vt tali supplicio arctaretur. At ille fatetur, se homicidam esse, omnísque criminis reum. Tunc vnus extracto gladio, vt in caput eius libraret, dextera in ipso ictu suspensa diriguit, nec eam ad se potuit reuocare. Tunc gladium laxans, terræ deiecit. Hæc videntes socij eius, clamorem in cœlum dederunt, flagitantes à sancto, vt quid agi oporteret, clementer insinuaret. Ipse verò imposito salutis signo, brachium sanitati restituit. Ille autem in eodem loco conuersus, tonsurato capite fidelissimus monachus nunc habetur. Duo verò duces qui eum audierunt, incolumes patriæ redditi sunt: qui verò contempserunt præceptum eius, miserabiliter in ipsa prouincia sunt defuncti. Multi autem ex ipsis à dæmoniis correpti, clamabant, Cur nos sancte & beatissime sic crucias & incendis? sed imposita eis manu, mundabat eos. Post hæc homo erat Andegauensis incola, qui per nimiam febrem eloquium pariter auditúmque perdiderat. Et cum de febre conualuisset, surdus permanebat ac mutus. Igitur diaconus ex prouincia illa Romam directus est, vt beatorum Apostolorum pignera, vel reliquorum sanctorum qui vrbem illam muniunt, exhiberet. Qui cum ad parentes infirmi illius peruenisset, rogant vt eum sibi comitem itineris sumere dignaretur, cõfisi quòd si bea- D tissimorum Apostolorum adiret sepulchra, protinus posset adsequi medicinam. Euntibus autem illis, venerunt ad locum vbi beatus Hospitius habitabat. Quo salutato ac deosculato, causas itineris diaconus pãdit, ac proficisci se Romam indicat, seséque his qui sancto viro de naucleris amici essent commendari deposcit. Cúmque ibi adhuc moraretur, sensit vir beatus per spiritum Domini adesse virtutem. Et ait diacono, Infirmum qui comes tui nunc est itineris, rogo vt meis cõspectibus repræsentes. At ille nihil moratus, velociter ad metatum vadit, inuenítque infirmum febre plenum, qui per nutum aures suas dare tinnitum indicabat: adprehensúmque ducit ad sanctum Dei. At ille adprehensa manu cæsarie, adtraxit caput illius in fenestram, assumptóque oleo benedictione sanctificato, tenens manu sinistra linguam eius, ori verticíque capitis infudit, dicens, In nomine Domini mei Iesu Christi aperiantur aures tuæ, referétque os tuum virtus illa quæ quondam ab homine surdo & muto noxium eiecit dæmonium. Et hæc dicens interrogat nomen. Ille verò clara voce ait, Sic dicor. Cum hæc vidisset diaconus, ait, Gratias tibi immẽsas refero Christe, qui talia per seruum E tuum dignaris ostendere. Quærebam Petrum, quærebam Paulum, Laurentiúmque, vel reliquos qui Romam proprio cruore inlustrant: hîc omnes reperi, hîc cunctos inueni. Hæc eo cum maximo fletu & admiratione dicente, vir Dei omni intentione vanam vitans gloriam, ait, Sile, sile, dilectissime frater, non hæc ego facio, sed ille qui mundum ex nihilo condidit, qui pro nobis hominem suscipiens, cæcis visum, surdis auditum, mutis præstat eloquium, qui leprosis cutem pristinam, mortuis vitam, & omnibus infirmis adfluentem medicinam indulget. Tunc diaconus gaudens, & Vale dicens, abscessit cum comitibus suis. Quibus discedentibus, homo quidam Dominicus (sic enim erat viro nomen) à natiuitate cæcus, aduenit ad istius miraculi virtutem probandam. Qui dum in monasterio duobus aut tribus mensibus resideret, orationi ac ieiuniis vacans, tandem vocat eum ad se vir Dei, & ait, Vis recipere visum? Cui ille ait, Volũtas, inquit, mea erat, ignota cognoscere. Nam quæ sit lux ignoro: Vnum tantum scio, quòd ab omnibus conlaudatur: ego autem ab initio ætatis

Hospitius aduentum Longobardorum prædixit.

Hospitij Percussoris manus diriguit.

Dæmoniaci curantur.

Oleo benedicto sanatur infirmus.

meæ vsque nunc videre non merui. Tunc cum oleo benedicto super oculos eius crucem sanctam F
faciens, ait, In nomine Iesu Christi redemptoris nostri, aperiatur oculi tui. Et statim aperti sunt oculi eius: & erat admiratus, cernénsque magnalia Dei quæ in hoc mundo videbat. Dehinc mulier quæ-
Cæcus illuminatur, Dæmoniaca sanatur. dam, quæ vt ipsa reclamabat, tria habens dæmonia, ad eum adducta est: quam cùm tactu sacro benedixisset, atque ex oleo sancto crucem fronti eius imposuisset, ejectis dæmonibus purgata discessit. Sed & aliam puellam ab spiritu immundo vexatam, benedictione sanauit. Cùm autem iam dies obitus eius adpropinquaret, vocauit ad se præpositum monasterij, dicens, Exhibe ferramentum, & inrumpe parietem, & mitte nuncios ad episcopum ciuitatis, vt veniat ad me sepeliédum. Die enim tertia ab hoc egredior mũdo, & vado in requiem destinatam, quam mihi dominus repromisit. Hæc
eo dicente, misit præpositus ad episcopum ciuitatis Nicensis, qui ei hæc nunciarent. Post hæc Crescens quidam venit ad fenestram, & videns eum catenis vinctum vermibus plenum ait, O Domine
Mortis præcognitio. mi, qualiter tam valida tormenta tolerare tam fortiter potes? cui ille ait, Confortat me ille pro cuius nomine hæc patior. Dico autem tibi, quia iam absoluor ab his vinculis, & vado in requiem meã. Aduenientе autem die tertia, depositi catenas quibus vinctus erat, prostrauit se in orationem: & G
cùm diutissimè cum lachrymis orasset, conlocans se super scamnum, extensis pedibus, eleuatisque ad cœlum manibus, gratias agens Deo, tradidit spiritum. Et statim omnes vermes illi qui sanctos artus perforabant, euanuerunt. Aduenientes autem Austadius episcopus, beatum corpus studiosissimè sepulturæ mandauit. Hæc omnia ab ipsius ore cognoui, quem superius mutum & surdum ab eo sanatum exposui: qui multa mihi & alia de eius virtutibus narrauit, sed prohibuit me res illa loqui, quia audiui vitam ipsius à multis fuisse conscriptam.

CAP. VII. *De transitu Ferreoli.* Eo tempore Ferreolus Vcecensis episcopus, magnæ vir sanctitatis, obiit plenus sapientia & intellectu: qui libros aliquos epistolarum, quasi Sidonium secutus, composuit. Post cuius obitum, Albinus ex præfecto per Dynamium rectorem prouinciæ extra regis consilium suscepit episcopatum: quo non amplius quàm tribus vtens mensibus, cùm ad hoc causa restitisset, vt remoueretur, defunctus est. Iouinus iterum qui quondam prouinciæ rector fuerat, regium de episcopatu præceptum accipit. Sed præuenit eum Marcellus diaconus, Felicis senatoris filius. Qui conuocatis comprouincialibus, per consilium Dynamij episcopus ordinatus est. Sed & ipse vi pulsatus, deinceps à Io- H
uino, vt remoueretur, conclusus in ciuitate, virtute se defensare nitebatur: sed cùm non valeret, muneribus vicit.

CAP. VIII. Obiit & Eparchius reclausus Engolismensis, vir magnificæ sanctitatis, per quem Deus multa miracula ostendit: de quibus relictis plurimis, pauca perstringam. Petrogoricæ vrbis incola fuit, sed post conuersionem clericus factus, Engolismam veniens, cellulam sibi ædificauit. In qua collectis paucis monachis, in oratione morabatur assiduè: & si ei aliquid auri argentíque offerebatur, aut in necessitatibus pauperum, aut in redemptione captiuorum distribuebat. Panis in cellula illa eo
Eparchius infirmos sanat, dæmoniacos liberat. viuente coctus nunquam fuit, sed à deuotis cùm necessitas exegisset, inferebatur. Magnam enim cateruam populorum de oblationibus deuotorum redemit: pusularum malarum venenum crucis signo sæpè compressit: dæmonas de obsessis corporibus oratione abegit: & iudicibus plerunque vt culpabilibus ignoscerent, dulcedine profusa imperauit potius quàm rogauit. nam ita erat dulcis adloquio, vt ei negare non possent, cùm fuisset indulgentiam deprecatus. Quodam verò tempore dum pro furto quis ad pendendum deduceretur, qui & in aliis multis sceleribus tam I
in furtis, quàm in homicidiis accusabatur ab incolis criminosius, & hæc ei nunciata fuissent, misit monachum suum ad deprecandum iudicem, vt scilicet culpabilis ille vitæ concederetur. Sed insultante vulgo atque vociferante, quòd si hic dimitteretur, neque regioni, neque iudici posset esse consultum, dimitti non potuit. In terra extenditur, ad trocleas virgis ac fustibus cæditur, & patibu-
lo condemnatur. Cúmque Mœstus monachus abbati renunciasset: Vade, inquit, adtende à longè,
Vinctus Eparchij oratione soluitur. quia scito quòd quem homo reddere noluit, dominus suo munere donabit. Tu verò cùm eum cadere videris, protinus adprehensum adducito in monasterium. Monacho verò iussa complente, ille prosternitur in oratione: & tam diu in lachrymis ad dominum fudit preces, quoadusque disrupto obice cum catenis terræ restitueretur adpensus. Tunc monachus adprehensum eum, abbatis conspectibus incolumem repræsentat. At ille gratias Deo agens, comitem arcessiri iubet, dicens, Semper me benigno animo solitus eras audire, fili dilectissime, & cur hodiè induratus, hominẽ pro cuius vita rogaueram, non laxasti? At ille, Libenter te, inquit, audio sancte sacerdos: sed insurgẽ- K
te vulgo, aliud facere non potui, timens super me seditionem moueri. Et ille, Tu, inquit, me non audisti: Deus autem audire dignatus est: & quem tu tradidisti morti, ille vitæ restituit. En, inquit, coram te adstat sanus. Hæc eo dicente, prosternitur ad pedes comitis stupentis, quòd videbat viuere quem in mortis interitu reliquisset. Hæc ego ab ipsius comitis ore cognoui: sed & alia multa fecit, quæ insequi longum putaui. Post quadraginta quatuor verò annos reclusionis suæ parumper febre pulsatus, tradidit spiritum. Protractúsque à cellula, sepulturæ mãdatus est. Magnus autem conuentus, vt diximus, de redemptis, in eius processit exequiis.

CAP. IX. Domnolvs verò Cœnomannorum episcopus ægrotare cœpit: tempore enim Chlotharij regis apud Parisios ad basilicam sancti Laurentij gregi monasteriali præfuerat, sed quoniam Childeberto seniore viuente semper Chlothario regi fidelis extitit, & nuncios illius ad speculandum

A missos, crebrius occulebat, præstolabatur rex locum in quo pontificatus honorem acciperet. Migrante autem Auenionẽsis ciuitatis pontifice, istum illuc dare deliberauerat. Sed beatus Domnolus hæc audiẽs, ad basilicam sancti Martini antistitis, quo tunc Chlotharius rex ad orationem venerat, accessit, & nocte tota in vigiliis excubans, per priores qui aderant, regi suggestionem intulit, vt non quasi captiuus ab eius elongaretur aspectu: nec permitteret simplicitatem illius inter senatores sophisticos ac iudices philosophicos fatigari, adserẽs hunc locum humilitatis sibi esse potius, quàm honoris. Ad hæc rex annuẽs migrante Innocentio Cœnomannorum Episcopo, ipsum Ecclesiæ illi antistitem destinauit. Iam adsumpto episcopatu, talem se tantúmque præbuit, vt in summæ sanctitatis culmen euectus, debili vsu gressuum, cæco restitueret visum. Qui post viginti duos episcopatus annos, dum se cerneret morbo regio calculóque grauissimè fatigari, Theodulfum abbatem in locum suum præelegit: cuius adsensui rex præbuit volũtatem: sed non multum post tempus mutata sententia, in Badechisilum domus regiæ maiorem tranfertur electio. Qui tonsuratus gradus quos clerici sortiuntur, ascendens, post quadraginta dies migrante sacerdote successit.
Domnolus Cœnomanorũ Episcopus.

B His diebus basilica sancti Martini à furibus effracta fuit. Qui ponentes ad fenestram absidæ cancellum, qui super tumulum cuiusdam defuncti erat, ascendentes per eum, effracta vitrea sunt ingressi, auferentéque multum auri argentíque, & palliorum holosericorum, abierunt, non metuentes super sanctum sepulchrum pedem ponere, vbi vix vel os adplicare præsumimus. Sed virtus sancti voluit hanc temeritatem etiam cum iudicio manifestare terribili: nam hi perpetrato scelere ad Burdegalensem ciuitatem venientes, orto scandalo, vnus alterum interemit: sicque patefacto opere, furtum repertum est: ac de hospitali eorum argentum communitum, & pallia sunt extracta. Quod cum regi Chilperico nunciatum fuisset, iussit eos alligari vinculis, & suo conspectui præsentari. Tunc ego metuens, ne ob illius causam homines morerentur, qui viuens in corpore pro perditorum vita sæpius deprecatus est, epistolam regi precationis trãsmisi, ne nobis non accusantibus ad quos prosecutio pertinebat, hi interficerentur. Quod ille benignè suscipiens, vitæ restituit. Species verò quæ dissipatæ fuerant, studiosissimè componens, loco sancto reddi præcepit.
CAP. X. *Fures ornamẽtorum templi D. Martini se inuicem perimunt.*

C Apvd Massilienſem verò vrbem Dynamius rector prouinciæ, grauiter insidiari Theodoro Episcopo cœpit. at ille ad regem properate disponens, comprehensus ab eo, in medio ciuitatis tenetur, & grauiter iniuriatus, tandem laxatus est. Clerici autem Massilienses dolum cum Dynamio moliebantur, vt ab episcopatu eiiceretur. Sed dum ad regem Childebertum ambularet cum Iouino ex præfecto à Gunthchrãno rege detineri iubetur. Quod audientes Massilienses clerici, gaudio magno repleti, quòd iam teneretur, iam deputaretur exilio, quòd iam in hoc res perstitisset, vt nunquam Massiliam reuerteretur, domos Ecclesiæ adprehendunt, ministeria describunt, regestoria referant, promptuaria expoliant, omnésque res Ecclesiæ tanquam si iam mortuus esset Episcopus, peruadunt diuersa crimina de pontifice proloquentes, quæ falsa, Christo auspice, deprehendit. Childebertus verò postquam cum Chilperico pacificatus est, legatos ad Gunthcramnũ regem mittit, vt medietatem Masiliæ, quam ei post obitum patris sui dederat, reddere deberet. Quod si nollet, nouerit se multa perditurum pro partis istius retentione. Sed ille cùm hæc reddere nollet, vias claudi præcepit, vt nulli per regnum eius transeundi aditus panderetur. Hæc cernens Childebertus Gundulfum, ex domestico duce facto de genere senatorio, Masiliam dirigit. Qui cùm non
D auderet ambulare, iam per Gunthcramni regnum Turonos venit. Quem benignè susceptum, recognosco matris meæ auunculum esse, retentúmque mecum quinque diebus, impositísque necessariis, abire permisi. Ille verò progressus, Masiliam ingredi obsistente Dynamio non valebat. Sed nec Episcopus qui iam tunc cum Gundulfo venerat in Ecclesia sua recipiebatur. Dynamius autem vnà cum clericis, portas obserat vrbis, insultans pariter ac vtrunque despiciens, Episcopum scilicet & Gundulfum. Tandem ad colloquium ducis adscitus, in basilicam beati Stephani quæ vrbi est proxima, venit. Ostiarij enim custodiebant ædis ingressum, vt introeunte Dynamio, valuæ protinus clauderentur. Quo facto, exclusæ armatorum turbæ post Dynamium ingredi nequiuerunt. Quo non intelligente, dum diuersa inter se super altarium conferunt, recedentes ab altario, salutatorium ingrediuntur. Introeuntes cum his Dynamium nudatúmque iam à suorum solatio terribiliter increpant. Fugatísque satellitibus, qui cum armis eo adducto circunstrepebant, seniores ciuium ad se dux vnà cum Episcopo collegit, vt ciuitatem ingrederetur. Tunc Dynamius hæc omnia
E cernens, veniam petens, datis duci multis muneribus, reddito etiam sacramento, se fidelem Episcopo deinceps regíque futurum, suis induitur indumentis. Tunc reseratis tam portarum quàm sacrarum ædium valuis, ingrediuntur vtrique ciuitatem, dux scilicet & episcopus, cum signis & laudibus diuersísque honorum vexillis. Clerici autem qui sceleri huic mixti fuerant, quorum caput Anastasius abbas, & Proculus presbyter erant, intra Dynamij tecta confugiunt, petẽtes ab eo opem refugij à quo fuerant incitati. Multi tamen eorum per idoneos fideiussores dimissi, ad regem iussi sunt ambulare. Interea Gundulfus subiugata ciuitate in Childeberti regis ditionem, restitutóque in locum suum antistite, ad regem Childebertum regressus est. Sed Dynamius immemor fidei quam Childeberto regi promiserat, ad Gunthcramnum regem nuncios dirigit dicens, quòd partem sibi debitam ciuitatis per Episcopum perderet: nec vnquam Masilienſem vrbem suo potiretur dominio, nisi hic euellatur ab ea. At ille ira commotus, iubet contra fas religionis, vt pontifex summi dei,
CAP. XI. *Dynamius insidiatur Theodoro.*

Masiliæ partem vendicat childebertus

Gundulfus authoris auũculus.

arctatus vinculis sibi exhiberetur, dicens, Trudatur exilio inimicus regni nostri, ne nobis nocere amplius valeat. Sed cum Episcopus de his suspectus esset, nec facilè posset ab vrbe erui, aduenit festiuitas Dedicationis oratorij ruris suburbani. Cúmque ad hæc festa egressus ciuitatem, properaret, subitò armati cum magno fremitu ab occultis insidiis scatentes sanctum vallant antistitem: deiectúmque ab equo, fugant omnes comites eius, seruientes alligant, clericos cædunt, ipsúmque super miserabilem imponentes caballum, nullum de suis sequi permittentes, ad regis deducunt præsentiam. Cúmque per Aquensem præterirent vrbem, Pientius Episcopus loci, condolens fratri, datis clericis ad solatium, impositísque necessariis, abire permisit. Dum hæc agerentur, clerici iterum Masilienses domos Ecclesiæ reserant, arcana rimantur, & alia describunt, alia suis domibus inferũt. Episcopus verò ad regem deductus, nec culpabilis inuentus, ad ciuitatem suam redire permissus, cùm grandi est à ciuitatibus laude susceptus. Ex hoc autem grauis inimicitia inter Gũthchrammum regem, & Childebertum nepotem suum exoritur, disrup tóq; fœdere sibi inuicem insidiabantur.

Cleri Massilienſis cõmotio.

CAP. XII. IGITVR Chilpericus rex, cernens has discordias inter fratrem ac nepotem suum pullulare, Desiderium ducem euocat, iubétque vt aliquid nequitiæ inferat fratri. At ille, commoto exercitu, Ragnoualdo duce fugato, Petrogoricum peruadit. Exactóque sacramento, Aginnum pergit. hæc audiens vxor Ragnoualdi, quòd scilicet fugato viro suo, hæ ciuitates in potestatem regis Chilperici redigerentur, basilicam sancti martyris Caprasij expetiit. Sed extracta exindè & spoliata facultate ac solatio famulorum, datis fideiussoribus Tholosam dirigitur: ibique iterum in basilica sancti Saturnini ingressa residebat. Desiderius verò cunctas ciuitates quæ in parte illa ad regẽ Gũthchrammum aspiciebant, abstulit, & ditionibus regis Chilperici subegit. Berulfus verò dux, cum Biturigas mustare, quòd Turonicum terminum ingrederentur, audisset, exercitum commouet, & se in ipsos fines statuit. Grauiter tunc pagi Isiodorensis ac Berrauensis vrbis Turonicæ deuastati sunt. Sed & postea crudeliter qui in hac obsidione adesse non poterant, sunt damnati. Blandastes verò dux in Vasconiam abiit, maximámque partem exercitus sui amisit.

Chilpericus per desiderũ vastat regnũ Gunthchrãni

CAP. XIII LVPVS verò vrbis Turonicæ ciuis, cum vxore perdita ac liberis clericatũ expeteret, à fratre Ambrosio prohibitus est, timens ne hæredem institueret dei Ecclesiam, si ei coniungeretur, rursúsque illi vxorem prouidit, & diem in quo ad sponsalia donanda coniungerent, malè suasus frater indicit. Dehinc ad Cainonense castrum, vbi hospitium habebant, pariter aduenerunt. Sed vxor Ambrosij cùm esset adultera, & alium amore lupanario exoso marito diligeret, insidias viro tetendit. Cúmq; hi germani pariter epularentur, & nocte vsque ad ebrietatem vino maduissent, in vno strato pariter quieuerunt. Tunc † mœchus vxoris Ambrosij nocte veniens, quiescentibus cunctis, & vino depressis, accensis igne paleis, vt videret quid ageret, extracto gladio, Ambrosium in capite librat, ita vt descendens per oculos gladius, ceruical capitis amputaret: in quo ictu expergefactus Lupus, & se in sanguinem volutari decernens, exclamat voce magna, dicens, Heu heu succurrite, frater meus interfectus est. Mœchus verò qui iam perpetrato scelere discedebat, hæc audiens, regressus ad lectum, Lupum adit. Quo repugnante, multis plagis lacerat um obpressit, & mortali ictu sauciatum, semiuiuum reliquit: sed nullus de familia sensit. Mane autem facto, stupebant omnes de tanto scelere. Lupus tamen adhuc viuens inuentus, sicut actum fuerat referens, spiritum exhalauit. Sed nec longum meretrix lugendi sumpsit spatium: sed paucis diebus interpositis, coniuncta mœcho discessit.

† *Vedastes Atuus infra nominatur, c. 3. lib. 7.*

Adulter Lupũ & Amb. occidit.

CAP. XIIII ANNO igitur septimo Childeberti regis, qui erat Chilperici & Gunthchramni vicesimus & primus, mẽse Ianuario, pluuiæ, coruscationes, atque tonitrua grauia fuerunt: flores in arboribus ostensi sunt: stella quam cometen superius nominaui, adparuit, ita vt in circuitu eius magna nigredo esset. Et illa tanquam in foramine aliqua posita, ita inter tenebras relucebat, scintillans spargénsque comas. Prodibat autem ex ea radius miræ magnitudinis, qui tanquam fumus magnus incendij adparebat à longe. Visa est autem ad partem occidentis in hora noctis prima. In die autem sancto paschæ apud Suessionas ciuitatẽ cœlum ardere visum est, ita vt duo apparerent incendia: & vnum erat maius, aliud verò minus. Post duarum verò horarum spatium coniuncta sunt simul: factáque pharo magna, euanuerunt. In Parisiaco verò termino, verus sanguis ex nube defluxit, & super vestimenta multorum hominum cecidit, & ita tabe maculauit, vt ipsi propria indumenta horrentes abnuerẽt. Tribus enim locis in termino ciuitatis illius hoc prodigium adparuit. In Siluanectensi verò territorio hominis cuiusdam domus, cum ille mane surgeret, sanguine respersa abintus adparuit. Magna igitur eo anno lues in populo fuit, valetudines variæ, milinæ cum pusulis & vesicis, quæ multum populum adfecerunt morte. Multi tamen adhibentes studium, euaserunt. Audiuimus enim eo anno in Narbonensem vrbem inguinarium morbum grauiter desæuire, ita vt nullum esset spacium, cùm homo corruptus fuisset ab eo.

prodigia.

cometes terrificus.

CAP. XV. FELIX verò Episcopus Namneticæ ciuitatis, in hanc valitudinem conruens, grauiter ægrotare cœpit. Tunc vocatis ad se Episcopis qui propinqui erant, supplicat vt consensum quem in Burgundionem nepotem suum fecerat, suis subscriptionibus roborarent. Quod cum factum fuisset, eum ad me dirigunt. Erat tunc temporis Burgundio quasi annorum vigintiquinque. Qui veniens, rogat vt accedens vsque Namnetas, Episcopum cum in locum auunculi qui adhuc superstes erat, tonsuratum consecrare deberem. Quod ego abnui, quia Canonibus non conuenire cognoui: consilium tamen præbui, dicens: Habemus scriptum in Canonibus fili, Non posse quemquam ad episcopatum ac-

Fœlix Episcopus nepoti moriens cessit Episcopatum.

tum accedere, nisi prius Ecclesiasticos gradus regulariter sortiatur. Tu ergo dilectissime, reuertere illuc, & pete vt ipse te qui elegit debeat tonsurare. Cúmque presbyterij honorem acceperis, ad Ecclesiam assiduus esto: & cùm eum deus migrare voluerit, tunc facilè Episcopalem gradum ascẽdes. At ille regressus, consilium acceptum adimplere dissimulauit, eo quòd Felix Episcopus ab incõmodo leuius agere videretur. Sed postquam febris discessit, tibiæ eius ab humore pusulas emiserũt. Tunc cantharidarum cataplasmam nimium validam ponens, computrescentibus tibiis, anno Episcopatus sui tricesimotertio, ætate septuagenaria, vitam finiuit. Cui Nonnichius consobrinus, rege ordinante, successit.

Episcopus debet esse presbyteratus.

AVDIENS autem Pappolenus eius obitum, neptem illius de qua separatus fuerat recepit. CAP. XVI. Ante hoc autem tempus desponsatam eam habuerat: sed dissimulante de nuptiis Felice Episcopo, hic cum magna cohorte veniens, ab oratorio puellam abstraxit, & in basilicam beati Albini confugit. Tunc Felix Episcopus ira commotus, circunuentam puellam dolis, à marito separauit, mutatáque veste apud Vasatensem vrbem in monasterio posuit: sed illa occultos puero nuncios dirigit, vt scilicet eam ereptam à loco in quo posita erat, acciperet. Quod ille non abnuens, adsumptam de monasterio puellam suo coniugio copulauit, regalibúsque munitus præceptionibus, timere parentum distulit minas.

Pappolenus vxorem suam recepit.

REX verò Chilpericus multos Iudæorũ eo anno baptizari præcepit, ex quibus plures excepit è sancto lauacro. Nonnulli tamen eorum corpore tantum, non corde abluti, ad ipsam quam prius perfidiam habuerant, deo mentiti regressi sunt, ita vt & sabbatum obseruare, & diem dominicum honorare viderentur. Priscus verò ad cognoscendam veritatem nulla penitus potuit ratione deflecti. Tunc iratus rex, iussit eum custodiæ mancipari, scilicet vt quem credere voluntariè non poterat, saltem credere faceret vel inuitum. Sed ille datis quibusdam muneribus, spatium postulat, donec filius eius Masiliensem Hebræam accipiat: pollicetur dolosè se deinceps quæ rex iusserat impleturum. Interea oritur intentio inter illum & Pathirem ex Iudæo conuersum, qui iam regis filius erat ex lauacro. Cúmq; die sabbati Priscus præcinctus oratorio, nullum in manus ferens ferramentum, Mosaicas leges quasi impleturus secretiora competeret, subitò Pathir aduenies, ipsum gladio cum sociis qui aderant iugulauit. Quibus interfectis, ad basilicam sancti Iuliani cum pueris suis, qui ad propinquam plateam erant, confugit. Cúmque ibidem resiederent, audiunt quòd rex domino vitæ cesso, famulos tanquam malefactores à basilica tractos iuberet interfici. Tunc vnus ex his euaginato gladio, domino iam fugato, socios suos interficit, ipse postmodum cum gladio de basilica egressus: sed inruente super se populo, crudeliter interfectus est. Pathir autem accepta licentia, ad regnũ Gunthchramni vnde venerat est regressus: sed non post multos dies à parentibus Prisci interfectus est.

CAP. XVII.

Iudæos Chilpericus ad fidem coegit.

Priscus Iudæus occiditur.

IGITVR legati Chilperici regis, id est Ansoualdus & Domichisilus, qui ad conspiciendam dotem in Hispanias fuerant missi, regressi sunt. His diebus Leuuichildus rex in exercitu contra Hermenichildum filium suum residebat: cui & Emeritam ciuitatem abstulit. Nam hic qualiter cum ducibus imperatoris Tyberij fuerit coniunctus iam superius exposuimus. Nam & legatis hæc causa nexuit moras vt tardius regrederentur. Quibus visis, ego sollicitus eram qualiter in ipsis Christianis qui pauci in eo loco remanserant, fides Christi ferueret. Cui hæc Ansoualdus respondit, Christiani qui nunc apud Hispanias commorantur, catholicam fidem integrè seruant: sed rex nouo nunc ingenio eam nititur exturbare, dum dolosè & ad sepulchra martyrũ, & in Ecclesijs religionis nostræ orare confingit. Dicit enim, Manifestè cognoui esse Christum filium dei æqualem patri, sed spiritum sanctum, deum penitus esse non credo, eo quòd in nullis legatur codicibus deus esse. Heu heu quàm iniquam sententiam, quàm venenosum sensum, quàm prauam mentem! Et vbi est illud quod dominus ait, Spiritus deus est: & illud Petri, quod ad Ananiam ait, Quid tibi visum est tentare spiritum sanctum? Non es hominibus mentitus, sed deo. Vbi est & illud quod Paulus mystica dona commemorans, ait, Hæc enim operatur vnus atque idem spiritus, diuidens vnicuique prout vult. Qui enim operatur quod vult, nulli cognoscitur esse subiectus. Accedente autem Ansoualdo ad Chilpericum regem, legatio Hispanorum est subsecuta. Quæ de Chilperico ad Childebertum accedens, in Hispanias est regressa.

CAP. XVIII

Leuuichildus cum filio præliatur.

Sp. Sanctus deus.

APVD pontem verò Vrbiensem ciuitatis Parisiacæ, Chilpericus rex custodes posuerat, vt insidiatores de regno fratris sui ne nocerent aliquid, arcerentur. Quo Asclepius ex duce præcognito, nocte inruens, interfecit omnes, pagúmque ponti proximum grauiter depopulatus est. Cúmq; hæc regi Chilperico nunciata fuissent, mittit nuncios comitibus, ducibúsque, & reliquis agentibus vt collecto exercitu in regnum germani sui inruerẽt. Sed prohibitus est consilio bonorum, ne faceret, dicentium sibi, Illi peruersè egerunt, tu verò sapienter age. Mitte fratri nuncios, & si iniuriam tuam emendare voluerit, nihil mali quæras: si verò noluerit, tractabis deinceps quid sequaris. Et sic ratione accepta, prohibito exercitu legationem fratri dirigit. Sed ille cuncta emendans, fratris quæsiuit integrè charitatem.

CAP. XIX.

Asclepius Chilperici custodes occidit.

EO anno Chrodinus obiit, vir magnificæ bonitatis & pietatis, eleemosynarius valdè, pauperúmque refector, profluus ditator Ecclesiarum, clericorúmque nutritor. nam sæpè à nouo fundans villas, ponens vineas, ædificans domos, culturas erigens, vocatis Episcopis quorum erat par-

CAP. XX.

Chrodini eleemosynarij obitus.

ua facultas, dato epulo ipsas domos cum cultoribus & culturis, cum argento, peristromatibus, vtensilibus, ministris & famulis benignè distribuebat, dicens, Sint hæc Ecclesiæ data, vt dum de his pauperes reficiuntur, mihi veniam obtineant apud deum. Multa autem & alia bona de hoc viro audiuimus, quæ insequi longum est. Transiit autem ætate septuagenaria. F

CAP. XXI. *Portenta.* *Lupi deuorãt canes Burdeg.*

HAEC in hoc anno iteratò signa adparuerunt: luna eclipsin passa est, intra Turonicum territorium, verus de effracto pane sanguis effluxit: muri vrbis Suessionicæ corruerunt: apud Andegauam vrbem tremuit: intra muros verò Burdegalensis oppidi ingressi lupi canes deuorauerunt, nequaquam hominem metuentes: per cœlum ignis discurrere visus est. sed & Vasatensis ciuitas incendio concremata est, ita vt Ecclesiæ domus Ecclesiasticæ vastarentur. Ministerium tamen omne ereptum fuisse cognouimus.

CAP. XXII. *Charterij literæ regis diffamatoriæ.*

REX igitur peruasis Chilpericus ciuitatibus fratris sui, nouos comites ordinat, & cuncta iubet sibi vrbium tributa deferri. Quod ita impletum fuisse cognouimus. His diebus adprehensi sunt duo homines à Nonnichio Lemouicinæ vrbis comite, deferentes ex nomine Charterij Petrogoricæ vrbis Episcopi, literas quæ multa improperia loquebantur in regem: in quibus inter reliqua erat insertum, quasi quereretur sacerdos se à paradiso ad inferos descendisse: scilicet quòd à regno Gũthchramni in Chilperici fuerit ditiones commutatus: has literas cum his hominibus iam dictis comes sub ardua custodia regi direxit. Rex verò patienter propter Episcopum mittit, qui eum suo conspectui præsentarent, discussurus vtique si vera essent quæ ei opponebantur, an non. Adueniente verò Episcopo, rex homines illos cum literis repræsentat: interrogat sacerdotem, si ab eo directæ fuerint. Negat ille à se directas. Interrogantur verò homines, à quo eas acceperint. Frontonium diaconum proferunt. Interrogatur de diacono, sacerdos respondit, sibi eum esse præcipuum inimicum, nec dubitari debere ipsius esse nequitias, qui contra eum sæpius causas commouisset iniquas. Adducitur diaconus sine mora: interrogatur à rege, confitetur super Episcopum dicens: Ego hanc Epistolam Episcopo iubente dictaui. Proclamante verò Episcopo & dicente, quòd sæpius hic ingenia quæreret, qualiter eum ab episcopatu deiiceret, rex misericordia motus, commendans deo causam suam, cessit vtrisque, deprecans clementer Episcopum pro diacono, & supplicans vt pro se sacerdos oraret: & sic cum honore vrbi remissus est. Post duos verò menses Nonnichius comes qui hoc scandalum seminauerat, sanguine percussus interiit, résque eius quia absque liberis erat diuersis à rege concessæ sunt. G H

Chilpericus ignoscit clementer calũniatoribus.

CAP. XXIII

DEHINC Chilperico regi post multa funera filiorum, filius nascitur: ex hoc iubet rex omnes custodias relaxari, vinctos absolui, compositionésque negligentum fisco debitas præcepit omninò non exigi. Sed magnum deinceps dolum hic intulit infans.

CAP. XXIIII. *Gundobaldi adolescentia.*

NOVA iterum contra Theodorum Episcopum bella consurgunt. nam Gundobaldus qui se filium Chlotharij regis esse dicebat, de Cõstantinopoli veniens, Massiliam est aduectus: de cuius origine quædam strictim libuit memorare. Hic cum natus esset in Galliis, & diligenti cura nutritus, vt regum istorum mos est, crinium flagellis per terga demissis, literis eruditus, Childeberto regi à matre repræsentatur, dicente ea, Ecce, inquit, nepotem tuum Chlotharij regis filium. Et quia inuisus habetur patri, suscipe eum, quia caro tua est. Quem ille, eo quòd ei filij non essent, accipiens, retinebat secum. Nunciantur hæc regi Chlothario: misitque fratri nuncios dicens, Dimitte puerum, vt veniat ad me. Nec moratus ille, iuuenem fratri direxit. Quo viso, Chlotharius iussit tonderi comam capitis eius, dicens, Hunc ego non generaui. Igitur post Chlotharij regis obitum, à Chariberto rege susceptus est: quem Sygibertus arcessitum iterum amputauit comam capitis eius, & misit eum in Agrippinensem ciuitatem, quæ nunc Colonia dicitur. Ille quoque ab eo loco delapsus, dimissis iterum capilis, ad Narsetem abiit, qui tunc Italiæ præerat: ibi accepta vxore, filios procreauit, & ad Constantinopolin accessit. Inde vt ferunt, post multa tempora, à quodam inuitatus vt veniret in Gallias, Massiliam adpulsus, à Theodoro Episcopo susceptus est. Et ab eodẽ etiam acceptis equis, Mummolo duci coniunctus est. Erat autem tunc Mummolus in ciuitate Auennica, sicut supra iam diximus. Gunthchramnus verò dux adprehensum Theodorum Episcopum, in custodiam pro hac causa detrusit, reputans cur hominem extraneum intromisisset in Gallias, voluissétque Francorum regnum imperialibus per hæc subdere ditionibus. At ille epistolam, vt aiunt manu maiorum Childeberti regis subscriptam, protulit dicens, Nihil per me feci, nisi quæ mihi à dominis nostris & senioribus imperata sunt. Custodiebatur igitur sacerdos in cellula, nec permittebatur Ecclesiæ propinquare. Quadam verò nocte, dum attentius oraret ad dominum, refulsit cellula nimio splendore, ita vt comes qui erat custos eius, ingenti pauore terreretur: visúsque est super eum lucis immensæ globus per duarum horarum spacium. Mane autem facto, narrabat hæc comes ille cæteris qui cum eo erant. Post hæc autem ductus est ad Gunthchramnum regem cum Epiphanio Episcopo: qui tunc Longobardos fugiens, Massiliæ morabatur, scilicet quòd & ipse conscius huius causæ fuisset. Discussi igitur à rege, in nullo inuenti sunt crimine. Rex tamen iussit eos sub custodia degere, in qua post multa supplicia, Epiphanius Episcopus obiit. Gundobaldus verò in insulam maris secessit, expectans euentum rei. Gunthchramnus verò dux cum duce Gunthchramni regis res Gundobaldi diuisit, & secum in Aruernum detulit immensum, vt ferunt, argenti pondus & auri, & reliquarum rerum. I K

Accusatur Episcopus hostis intromissi

ANNO

CAP. XXV. *Signa & prodigia.*

A ANNO octauo Childeberti regis, pridie Calendas Februarias cum die dominico ad vrbem Turonicam ad matutinas signum commotum fuisset, & populus surgens, ad Ecclesiam conueniret, cœlo nubilo cum pluuia globus magnus ignis de cœlo dilapsus in spacio multo cucurrit in aëra. Qui tantam lucem dedit, vt tanquam media die omnia cernerentur. Quo iterum in nubem suscepto, nox successit. Aquæ verò extra solitũ inualuerunt. nam tantam inundationem Sequana Matronáq; circa Parisios intulerũt, vt inter ciuitatẽ & basilicã sancti Laurẽtij naufragia sæpè cõtingerent.

CAP. XXVI *De Gunthchramno & Mummolo.*

GVNTHCHRAMNVS quoque dux Aruernum cum supradictis thesauris reuersus, ad Childebertum regem abiit. Cúmque exindè regrederetur cum vxore & filiis, à Gunthchramno rege comprehensus retinebatur, dicente sibi rege, Tua inuitatio Gundobaldum adduxit in Gallias, & ob hoc ante hos annos abisti Constantinopolin. Cui ille, Mummolus, inquit, dux tuus ipse suscepit eum, & in Auenione secum retinuit: nunc autem permitte me, & adducam ipsum tibi, & tunc immunis ero ab his quæ reputantur mihi. Cui rex ait, Non permittam te abire, nisi dignas luas pœnas pro his quæ commisisti. At ille cernens se morti propinquum, ait, Ecce filium meum, suscipe illum, & sit B obses pro his quæ promitto domino meo regi: & nisi Mummolum adducam tibi, perdam paruulum meum. Tunc rex permisit eum abire, retento secum eius infantulo. At ille adsumptis secum Aruernis atque Vellauis Auenionem abiit. Sed astu Mummoli, naues in Rhodano infirmæ paratæ sunt. Ascendentésque simpliciter, vt in medio amnis venerunt, impletis nauibus mergebantur. Tunc in periculo positi, alij nando euaserunt, nonnulli verò arreptis ipsarum nauium tabulis attigerunt litus. Plerique autem quorum minor fuit astutia, in amne demersi sunt. Gunthchramnus verò dux aduenit Auenionem. prouiderat enim Mummolus, postquam intra muros vrbis illius est ingressus, vt quia pars parua residebat, quæ non vallabatur à Rhodano, educta ex eo parte, locus ille totus hoc alluuio muniretur in quo loco fossas magnæ profunditudinis fodit, præparatósque dolos aqua decurrens operuit. Tunc adueniente Gunthchramno, ait ex muro Mummolus, Si fides est integra, veniat ille ab vna parte ripæ, ego ex alia, & quod voluerit eloquatur. Quo cum conuenissent, ait Gunthchramnus econtra, (hoc enim brachium fluminis inter vtrunque erat positum) Si licet, inquit, vadam: quia sunt aliqua quæ inter nos secretius conferantur. Cui ille, Veni, ait, ne C timeas. Ingressus cum vno amicorum suorum, vt erat loricæ pondere adgrauatus: illicò amicus ille, vt foueam amnis attigit, sub aquis demersus, nusquam comparuit. Gunthchramnus verò cum demergeretur atque portaretur ab vnda veloci, vnus de astantibus porrecta manui eius hasta, eum litori reddidit. Et tunc inlatis sibi conuitiis ipse & Mummolus discesserunt: obsidente quoque Gunthchramno ipsam vrbẽ cum exercitu Gunthchramni, regi nunciata sunt hæc Childeberto. At ille ira commotus, cur hæc non iussus ageret, Gundulfum superius dictum illuc direxit. Qui amota obsidione Mummolum Aruernos adduxit: sed post paucos dies Auenionem regressus est.

CAP. XXVII *Chilpericus Lutetiæ filiũ tingit.*

CHILPERICVS rex pridiè quàm pascha celebraretur, Parisios abiit. Et vt maledicto quod in pactione sua & fratrum suorum conscriptum erat, vt nullus eorum Parisios sine alterius voluntate ingrederetur, carere posset, reliquiis sanctorum multorum præcedentibus, vrbem ingressus est: diésque paschæ cum multa iocunditate tenuit, filiumque suum baptismo tradidit, quem Ragnemodus ipsius vrbis sacerdos, de lauacro sancto suscepit, ipsúmque Theodoricum vocitari præcepit.

CAP. XXVIII. *Marcus exactor tõsuratur*

D MARCVS quoque referendarius, cuius supra meminimus, post congregatos de iniquis descriptionibus thesauros, subitò lateris dolore detentus, caput totondit, atque pœnitentiam accipiens, spiritum exhalauit, résque eius fisco conlatæ sunt) nam magni ibidem thesauri ex auro argentóq;, & multarum specierum reperti sunt) nihil exindè secum aliud portans, nisi animæ detrimentum.

CAP. XXIX. *De puellis Pictauensis monasterij.*

LEGATI de Hispaniis reuersi nihil certi renunciauerunt, eo quòd Leuuichildus contra filium suum seniorem in exercitu resideret. In monasterio autem beatæ Radegundis, puella quædam nomine Disciola, quæ beati Saluij Albigensis Episcopi neptis erat, obiit hoc modo: Cum ægrotare cœpisset, & ei assiduè sorores aliæ deseruirent, venit dies ille quo migraret à corpore: & circa horam nonam ait sororibus, Ecce iam leuiorem me sentio: ecce nihil doleo: nunc autem non est necesse sollicitudini vestræ, vt mihi curæ aliquid impendatis, sed potius discedite à me, quo facilius sopori relaxer. Hæc audientes sorores eius recesserunt parumper à cellula. Et post paululum aduenerunt: denique stantibus illis coram ea expectabant quid ab illa elocutionis audirent. Ipsa autem expansis manibus, benedictionem à nescio quo efflagitans, ait: Benedic, inquit, mihi, sancte ac famu-

Visio morientis

E le dei excelsi. ecce enim iam tertiò fatigaris hodiè mei causa. Et cur sancte pro infirma muliercula crebras iniurias sustines? Interrogantibus verò illis, ad quem hæc verba proferret, penitus non est effata. Tunc facto modico interuallo, emisit vocem magnam cum risu: & sic tradidit spiritum. Et ecce quidam energumenus qui tunc ad beatæ crucis gloriam mundandus aduenerat, arrepta manibus cæsarie, conlicit se in terram, dicens, Heu heu heu nobis qui tale damnum perpessi sumus: vel licuisset prius causas inquirere, & sic de potestate nostra fuisset ablata hæc anima. Inquirentibus verò his qui aderant, quod esset hoc verbum quod loquebatur, respondit, Ecce animam puellæ Michael Angelus suscepit: & ipse eam ad cœlos euehit. Princeps verò noster quem vos Diabolum nominatis, nihil in ea participatur. Post hæc corpus aquis ablutũ, ita candore niueo refulgebat, vt nullum linteum reperire abbatissa potuisset in promptu, quod corpore candidius cerneretur: induta tamen linteis mundis, sepulturæ mandata est. nam & alia puella huius monasterij visum vidit, quod

sororibus retulit. Putabat, inquit, se iter aliquod conficere, & erat ei votum vt ad fontem viuum gradiens perueniret. Cúmque viam nesciret, vir quidam se obuiam obtulit, dicens: Si, inquit, vis ad fontem viuum accedere, ego ero præuius itineris tui. At illa gratias agens, sequebatur præcedentẽ. Quibus ambulantibus, peruenerunt ad fontem magnum, cuius aquæ tanquam aurum splendebant, herbæ verò in modum diuersarum gemmarum vernante luce radiabant. Et ait vir ad eam, Ecce fontem viuum quem multo labore quæsisti. Satiare nunc ab eius fluentis, vt fiat tibi fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Cúmque illa auidè ex his aquis hauriret, ecce ab alia parte veniebat abbatissa: & denudatam puellam induit veste regia, quæ tanta luce, auróque, & monilibus refulgebat, vt vix posset intendi, dicente sibi abbatissa: Sponsus enim tuus mittit tibi hæc munera. Hæc cum puella vidisset, compuncta est corde, & post dies paucos rogauit abbatissam, vt sibi in qua includeretur cellulam præpararet. At illa velociter perfecta ait, Ecce, inquit, cellulam, quid nunc desideras? Puella verò petiit vt recludi permitteretur. Quod cùm ei præstitum fuisset, congregatis virginibus cum magno psallentio accensis lampadibus, tenente sibi beata Radegunde manu, ad locum vsque perducitur. Et sic Vale faciens omnibus, & osculans singulas quasque, recluſa est. Obstructóque aditu per quem ingressa fuerat, ibi nunc orationi ac lectioni vacat. F G

CAP. XXX. *Tyberij Imperatoris obitus Nicep. lib. 18. cap. 7.*

HOC anno Tyberius imperator migrauit à seculo, magnum luctum relinquens populis de obitu suo. erat enim summæ bonitatis, in eleemosynis promptus, in iudiciis iustus, in iudicando cautissimus, nullum despiciens, sed omnes in bona voluntate complectens, omnes diligens, ipse quoque diligebatur ab omnibus. Hic cum ægrotare cœpisset, & se iam viuere desperaret, vocauit Sophiam Augustam dicens, Ecce iam impletum sentio tempus vitæ meæ, nunc cum consilio tuo eligam qui reipublicæ præesse debeat. At illa Mauricium quendam elegit, dicẽs, Valdè strenuus & sagax est vir iste: nam & sæpius contra inimicos reipub. dimicans, victorias obtinuit. Hæc enim dicebat, vt isto transeunte, huius coniugio necteretur. Sed Tyberius postquam consensum cognouit Augustæ de huius electione, iussit exornari filiam suam ornamentis imperialibus, & vocato Mauricio ait, Ecce cum consensu Sophiæ Augustæ ad imperium eligeris: in quo vt firmior sis filiam meam tradam tibi. Et accedente puella, tradidit eam pater Mauricio, dicens, Sit tibi imperium meum cum hac puella concessum. Vtere ea felix, memor semper vt æquitate & iustitia delecteris. At ille accepta puella, H duxit eam ad domum suam, & transacta solennitate nuptiarum, Tyberius obiit. Igitur celebrato iustitio, Mauricius indutus diademate & purpura, ad circum processit: acclamatisque sibi laudibus, largitis populo muneribus, in imperio confirmatur. *Mauricius Imperator electus. Niceph. lib. 18. cap. 8.*

CAP. XXXI *Chilpericus fratris regnũ populatur.*

DENIQVE Chilpericus rex legatos nepotis sui Childeberti suscepit, inter quos primus erat Egidius Rhemensis Episcopus: quibus intromissis ad regem, data suggestione dixerunt, Pacem quam cum domino nostro nepote tuo fecisti, petit à te omnimodis conseruari: cum fratre verò tuo pacem habere non potest, quia partem Massiliæ ei post mortem abstulit patris, fugacésque suos retinet, nec eos vult ei remittere. Ideo Childebertus nepos tuus charitatem quam nunc tecum retinet, integrè vult seruare. Et ille, In multis, inquit, frater meus accessit culpabilis. nam si ordinem rationis filius meus Childebertus inquirat, cognoscet protinus, quòd huius conludio pater eius est interfectus. Hæc eo dicente, Egidius Episcopus ait, Si cum nepote tuo coniungeris, & ipse coniungitur tibi. Cõmoto exercitu, vltio quæ debetur super eum velocius infertur. Quod cum iuramento firmassent, obsidésque inter se dedissent, discesserunt. Igitur fidens in promissis eorum Chilpericus, commoto regni sui exercitu, Parisios venit: vbi cum resedisset, magnum dispendium rerum incolis intulit. Berulfus verò dux cum Turonicis, Pictauis, Andegauisque, atque Namneticis, ad terminum Biturigum venit. Desiderius verò & Bladastes cum omni exercitu prouinciæ sibi commissæ ab alia parte Biturícum vallant, multum vastãtes per quas venerunt regiones. Chilpericus verò iussit exercitum, qui ad eum accessit, per Parisios transire. Quo transeunte & ipse transiit, atque ad Mecledonense castrum abiit, cuncta incendio tradens atque deuastans. Et licet exercitus nepotis sui ad eum non veniſſet, tamen duces & legati eius cum ipso erant. Tunc misit nuncios ad supradictos duces, dicens, Ingredimini Biturícum, & accedentes vsque ad ciuitatem, sacramenta fidelitatis exigite de nomine nostro. Biturici verò cum quindecim milibus ad Mecledonense castrum confluunt: ibíque contra Desiderium ducem confligunt: factáque est ibi strages magna, ita vt de vtroque exercitu amplius quàm septem milia cecidissent: duces quoque cum reliqua parte populi, ad ciuitatem peruenerũt, cuncta diripientes vel deuastantes, talísque depopulatio inibi acta est, qualis nec antiquitus est audita fuisse, vt nec domus remaneret, nec vinea, nec arbores, sed cuncta succiderent, incenderent, debellarent. nam & ab Ecclesiis auferentes sacra ministeria ipsas incendio concremabant. Gunthchramnus verò rex cum exercitu contra fratrem suum aduenit, totam spem in dei iudicio collocans. Qui die vna iam vespere, misso exercitu maximam partem de germani sui exercitu interfecit. Mane autem concurrentibus legatis, pacem fecerunt, pollicentes alter alterutri, vt quicquid sacerdotes vel seniores populi iudicarent, pars parti componeret quæ terminum legis excesserat: & sic pacifici discesserunt. Chilpericus verò rex cum exercitum suum à prædis arcere non posset, Rhotongensem comitem gladio trucidauit: & sic Parisios rediit, omnem relinquens prædam, captiuósque relaxans. At isti qui Biturigas obsidebant, accepto mandato vt reuerterentur ad propria, tantas prædas secum sustulerunt, vt omnis regio illa vnde egressi sunt, valde I K *Gunthchrãnus in Deo fiduciã ponit.*

putaretur

A putaretur euacuata, & de hominibus, & pecoribus. Ingressus quoque exercitus Desiderij atque Bladastis per Turonicum, incendia, prædas & homicidia tanta fecerunt, sicut solet contra inimicos fieri. nam & captiuos abduxerunt, de quibus spoliatos plurimos postea dimiserunt. Subsecutus est morbus pecorum hanc cladem, ita vt vix vnicum remaneret: nouumque esset, si aliquis aut iumentum videret, aut cerneret buculam. Sed dum hæc agerentur, Childebertus rex cum exercitu suo vno in loco residebat. Nocte autem quadam commoto exercitu, magnum murmur contra Egidium episcopum, & duces regis minor populus eleuauit, ac vociferari cœpit, & publicè proclamare, Tollantur à facie regis qui regnum eius venundant, ciuitates illius dominationis alteri subdunt, populũ ipsius principis alterius ditionibus tradunt. Dum hæc & his similia vociferando proferrent, facto mane adprehenso armorum adparatu, ad tentorium regis properant, sc ilicet vt adprehensis episcopo & senioribus, vi opprimerent, verberibus adficerent, gladiis lacerarent. Quo comperto, sacerdos fugam iniit, ascensoque equo ad vrbem propriam tendit. At populus ille cum clamore sequebatur, proiiciens post eum lapides, euomensque conuicia. Fuit tunc ei hæc causa præsi- B dium, quòd hi paratos equos non habebant. Attamen lassatis sociorum equis, solus pertendit episcopus, tanto timore perterritus, vt vnam caligam de pede elapsam colligere non curaret: & sic vsq; ciuitatem veniens, se intra murorum Rhemensium septa conclusit. *Pecorum clades.* *Plebs vociferatur post Egid. episcopum.*

ANTE paucos autem menses Leudastes in Turonicum cum præcepto regis aduenit, vt vxorem reciperet, ibique commoraretur. Sed & nobis epistolam sacerdotum manu subscriptam detulit, vt in communionem reciperetur. Sed quoniam literas reginæ non vidimus, cuius causa maximè à communione remotus fuerat, ipsum recipere distuli, dicens, Cùm reginæ mandatum suscepero, tunc eum recipere non morabor. Interea ad eam dirigo, quæ mihi scripta remisit dicens, Compressa à multis, aliud facere non potui, nisi vt eum ábire permitterem: nunc autem rogo vt pacem tuam non mereatur, neque eulogias de manu tua suscipiat, donec à nobis quid agi debeat, plenius pertractetur. At ego hæc scripta relegens, timui ne interficeretur: accersitóque socero eius hæc innotui, obsecrans vt se cautum redderet, donec reginæ animus leniretur. Sed ille con- C silium meum quod pro dei intuitu simpliciter insinuaui, dolosè suscipiens, cùm adhuc nobis esset inimicus, noluit agere quæ mandaui: impletumque est autem illud prouerbium quod quendam senem narrantem audiui: Amico inimicoque bonum semper præbe consilium, quia amicus accipit, inimicus spernit. Spreto ergo hoc consilio, ad regem dirigit, qui tunc cum exercitu in pago Meglednensi degebat: deprecatusque est populum, vt regi preces funderet, vt eius præsentiam mereretur. Deprecante igitur omni populo, rex se videndũ ei præbuit. Prostratusque pedibus eius, veniam flagitauit: cui rex, Cautum, inquit, te redde paulisper, donec visa regina conueniat, qualiter ad eius gratiam reuertaris, cui multum inueneris esse culpabilis. At ille, vt erat incautus ac leuis, in hoc fidens, quòd regis præsentiam meruisset, rege Parisios reuertente, die dominico in ecclesia sancta, reginæ pedibus prouoluitur, veniam deprecans. At illa frendens & execrans aspectum eius, à se repulit, fusísque lachrymis ait, Et quia non extat de filiis qui criminis mei causas inquirat, tibi eas, Iesu domine, inquirendas cõmitto. Prostrataque pedibus regis, adiecit, Væ mihi quæ video inimicum meum, & nihil ei præualeo. Tunc repulso eo à loco sancto, Missarum solennia celebrata D sunt. Igitur egresso rege cum regina de ecclesia sancta, Leudastes vsq; ad plateã est prosecutus, inopinans quid ei accideret: domosque negociantum circumiens, species rimatur, argentum pensat, atque diuersa ornamenta prospicit, dicens, Hæc & hæc comparabo, quia multum mihi aurum argentumque resedit. Ista illo dicente, subitò aduenientes reginæ pueri, voluerunt eum vincire catenis. Ille verò euaginato gladio, vnum verberat: reliqui exindè succensi felle, adprehensis parmis & gladiis super eum ruunt. Ex quibus vnus librans ictum, maximam partem capitis eius à capillis & cute detexit. Cumque per pontem vrbis fugeret, elapso inter duos axes, qui pontem faciunt, pede, effracta obpressus est tibia: ligatisque post tergum manibus, custodiæ mancipatur: iussitque rex vt studeretur à medicis, quoadusque ab his ictibus sanatus, diuturno supplicio cruciaretur. Sed cùm ad villam fiscalem ductus fuisset, & computrescẽtibus plagis, extremam ageret vitam: iussu reginæ in terram proiicitur resupinus, positoque ad ceruicem eius veste immenso, ab alio ei gulam verberant, sicque semper perfidam agens vitam, iusta morte finiuit. *Leudastes luit.*

CAP. XXXII *Leudastes à communione arcetur. Eulogia.*

ANNO nono Childeberti regis partem Massiliæ Gunthchramnus rex ipsi nepoti suo refudit. CAPVT XXXIII. E Legati principis Chilperici de Hispaniis regressi, nunciauerunt prouinciam Carpitaniam grauiter à locustis fuisse vastatam, ita vt non arbor, non vinea, non silua, non fructus aliquis, aut quicquam viride remaneret, quod non à locustis euerteretur. Aiebant enim, inimicitias illas quæ inter Leuuichildum & filium suum pullulauerant, vehementer augeri. per loca enim eius lues vastabat. Sed maximè apud vrbem Narbonensem validius desæuiebat, etiam tertio anno, quòd ibidem adprehenderat & requieuerat, populíque reuertentes à fuga, iterum morbo consumpti sunt. Nam & Albigensis ciuitas maximè ab hoc incommodo laborabat. His diebus adparuerunt à parte aquilonis nocte media radij multi, fulgore nimio relucentes, qui ad se venientes, iterum separabantur, vsquequo euanuerunt. Sed & cœlum ab ipsa septentrionali plaga ita resplenduit, vt putaretur aurora producere. *Locustæ depascunt vineta.*

CAPVT XXXIIII.

LEGATI iterum ab Hispania venerunt, deferentes munera, & placitum accipientes cum

Chilperici ambitur filia & filius moritur.

Chilperico rege, vt filiam ſuam ſecundum conniuentiam anteriorem, filio regis Leuuichildi tradere deberet in matrimonium: denique dato placito, & omnibus pertractatis, legatus ille reuerſus eſt. Sed Chilperico regi egreſſo de Pariſiis, vt in pagum Sueſſionicum accederet, nouus luctus aduenit: filius enim eius quem anno ſuperiore ſacro baptiſmate abluerat, à dyſenteria correptus, ſpiritum exhalauit. hoc enim fulgor ille quem ſuperius ex nube dilapſum memorauimus, figurauit. Tunc cum immenſo fletu regreſſi Pariſios, ſepelierunt puerum, mittentes poſt legatum, vt reuerteretur, ſcilicet vt placitum quod poſuerat, prolongaret, dicente rege, Ecce planctum in domo ſuſtineo, & qualiter nuptias filiæ celebrabo? Voluit enim tunc aliam filiam illuc dirigere, quam de Audouera habebat, & eam in monaſterio Pictauenſi poſuerat: ſed illa diſtulit, reſiſtente præcipuè beata Radegunde, & dicente, Non eſt enim dignum vt puella Chriſto dicata, iterum ad ſeculi voluptates reuertatur.

Monialis ad ſeculi voluptates non reuertatur.

CAP. XXXV

Filius regis à ſagis ſubducitur.

DVM autem hæc agerentur, nunciatur reginæ puerum qui mortuus fuerat, maleficiis & incantationibus fuiſſe ſubductum, ibique Mummolum præfectum, quem iam diu regina inuiſum habebat, conſcium eſſe. Vnde factum eſt vt epulante eo in domo ſua, quidam de aulicis regis puerum dilectum ſibi, qui à dyſenteria correptus fuerat, lamentaretur: cui præfectus reſpondit, Habetur mihi herba in promptu, de qua ſi dyſentericus hauriat quamlibet deſperatus ſit, mox ſanatur. Nunciatis his reginæ, maiore furore ſuccenditur. Interea adprehenſas mulieres vrbis Pariſiacæ tormentis applicat, ac verberibus cogit fateri quæ nouerant. At illæ confitentur ſe maleficas eſſe, & multos occumbere leto ſe feciſſe teſtatæ ſunt: addentes illud, quod nulla ratione credi patior: Filium, aiunt, tuum ô regina pro Mummoli præfecti vita donauimus. Tunc regina tormentis grauioribus mulieribus adfectis, alias enecat, alias incendio tradit, alias totis oſſibus confractis innectit, & ſic Compendium villam vnà cum rege ſeceſſit: ibique vniuerſa regi quæ de præfecto audierat reuelauit. Rex verò miſſis pueris, iuſſit eum arceſſiri, diſcuſſumq; catenis onerant, & ſuppliciis ſubdũt. Trabi poſt tergum reuinctis manibus adpenditur, & ibi quid maleficij nouerit, interrogatur. Sed nihil de his quę ſuperius memorauimus, confitetur. Hoc tamen protulit, ſæpius ſe inunctiones & potiones quæ ei regis reginęque gratiam præberent, ab his mulieribus ſuſcepiſſe. Depoſitus igitur de pœna, vocat ad ſe lictorem dicens, Nuncia domino meo regi quia nihil mali ſentio de his quæ inlata ſunt. His auditis rex, Verúmne eſt, inquit, hunc eſſe maleficum, ſi de his nihil eſt læſus pœnis? Tũc extenſus ad trocleas, tandiu loricis triplicibus cæſus eſt, quoaduſque ipſi laſſarentur tortores: poſt hæc ſudes vngulis manuum pedumque defigunt. Cumque in hoc cauſa ageretur, vt ad decidẽdam ceruicem eius, gladius immineret, à regina vitam obtinuit, ſed non fuit minor morte humilitas ſubſequta. Nam impoſitus plauſtro, ad Burdegalenſem vrbem in qua ortus fuerat, ablata omni facultate, tranſmittitur: in via verò ictuatus ſanguine, vix accedere quò iuſſus eſt valuit: ſed non poſt multum tempus ſpiritum exhalauit. Poſt hæc regina adprehenſo pueruli theſauro, tam veſtimenta quàm reliquas ſpecies, vel ex ſerico, aut quocunq; vellere inuenire potuit, igne conſumpſit: quod ferunt quatuor plauſtra leuaſſe: aurum verò & argentum fornace conflatum repoſuit, ne aliquid integrum remaneret quod ei planctum filij in memoriam reuocaret.

Sortilegæ mori traduntur.

Mummolus maleficus torquetur.

CAP. XXXVI

Scortator clericus punitur.

Aetherius epiſcopus ſcortatorem redimit.

ÆTHERIVS verò Lyxoenſis epiſcopus, cuius ſupra meminimus, hoc ordine à ciuitate ſua vel expulſus eſt, vel receptus. Clericus quidam extitit ex Cœnomannica vrbe, luxurioſus nimis, amatorque mulierum, & gulæ ac fornicationis omnique immunditiæ valdè deditus. Hic mulieris cuiuſdam ſæpius ſcorto commixtus, comam capitis totondit, mutatoque virili habitu, ſecum in aliam ciuitatem deduxit, vt ſuſpicio adulterij auferretur, cum inter incognitos deueniſſet. Erat enim mulier ingenua genere, & de bonis orta parentibus. Comperto autem poſt dies multos propinqui eius quæ acta fuerant, ad vlciſcendam humilitatem generis ſui velocius properant, repertumque clericum vinctum cuſtodiæ mancipant: mulierem verò igni conſumunt. Et ſicut cogit auri ſacra fames, clericum ſub precio venundari procurant, ea videlicet ratione, vt aut eſſet qui redimeret, aut certè morti addiceretur obnoxius. Cumque hæc Ætherio epiſcopo delata fuiſſent, miſericordia motus, datis viginti aureis, eum ab imminenti exemit interitu. Igitur poſtquam vitæ donatus eſt, profert ſe literarum eſſe doctorem, promittens ſacerdoti, quòd ſi ei pueros delegaret, perfectos eos in literis redderet. Gauiſus auditu ſacerdos, pueros ciuitatis collegit, ipſique delegat ad docẽdum. Denique cùm iam honoraretur à ciuibus, & pontifex ei aliquid terræ vinearumque largitus fuiſſet, ac per domos parentum eorum quos erudiebat, inuitaretur, reuerſus ad vomitum, vnius puerili matrem, immemor anterioris iniuriæ, concupiſcit. Quod cùm pudica viro mulier declaraſſet, coniuncti parentes eius grauiſſimis clericum tormentis ſubdentes, interimere voluerunt. Quem ſacerdos iterum miſericordia motus, caſtigatũ verbis lenibus liberauit, honoriq; reſtituit. Sed mens læua nunquam ad bonitatem potuit inclinari, ſed potius factus eſt eius inimicus à quo ſæpius fuerat de morte redemptus. Coniunctus eſt enim archidiacono ciuitatis: & ſe epiſcopatu dignum proferens, epiſcopum molitur occidere: locatoque clerico qui eum bipenne percuteret, ipſi vbique diſcurrunt, muſſitant, amicitias clam inligant, proferunt præmia, vt ſi ſacerdos obiret, ipſe ſuccederet. Sed miſericordia domini anticipauit eorum perfidiam, crudelitatemque iniquorum hominum veloci pietate repreſſit. Die verò quo ſacerdos operarios in agro adgregauerat ad ſulcandum, clericus ante dictus cum ſecuri proſequitur ſacerdotem, nihil de his penitus

Scortatoris ingratitudo.

A nitus ſcientem. Tandem igitur hæc aduertens, Quid tu, inquit, me attentius cum hac bipenne proſequeris? At ille timore perterritus, ad genua viri prouoluitur, dicens, Fortis eſto ſacerdos dei. Nam ſcias me emiſſum ab archidiacono ac præceptore, vt te ſecuri percuterem. Quod cum ſæpius facere voluiſſem, & ictum dextra ſuſpenſa librarem, tegebantur tenebris oculi mei, & aures obſerabantur, totumq; corpus tremore quatiebatur: ſed & manus abſque virtute erant, & quæ optabã implere nõ poterã. Cùm verò manus depoſuiſſem, nihil mali ſentiebam omninò: cognoui enim quoniam tecũ eſt dominus, eo quòd non potui aliquid tibi nocere. Hæc eo dicẽte, fleuit ſacerdos, imponens ſilentium clerico: reuerſuſq; domũ cœnæ diſcubuit. Qua exacta, in ſtrato ſuo quieuit habens circa lectũ ſuũ multos lectulos clericorum. Denique diffiſi hi de clerico per ſe nefas perficere cogitantes, noua argumenta machinantur, per quæ aut eum vi extinguerent, aut certè crimẽ quo à ſacerdotio diuelleretur, imponerẽt. Interea quieſcentibus cunctis media ferè nocte cubiculũ ſacerdotis irrumpũt, exclamantes voce magna atque dicẽtes, Vidiſſe ſe mulierem à cubiculo egredi, ipſamq; ob hoc dimiſiſſe, dum ad epiſcopũ feſtinaſſent. Et ſanè pars hæc & conſilium diaboli fuit, vt in tali ætate cri- *Calumnia.*
B mẽ imponerẽt ſacerdoti, qui erat ferè lxx. annorum. Nec mora, coniuncto ſecũ iterũ antedicto clerico, adligatur ſacerdos catenis ab eius manib. de cuius collo ſæpius vincla diſcuſſerat, & arduæ cuſtodiæ mancipatur ab eo quem de cœnoſis carceribus plerunque liberauerat. At ille cognoſcens inimicos ſibi vehemẽter inualuiſſe, domini miſericordiã cũ lachrymis in vincula cõpactus exorat. Mox opprimũtur ſomno cuſtodes, ſolutíſq; diuinitùs vinclis de cuſtodia procedit innoxius, noxiorũ frequentiſſimus liberator: deindè dilapſus ad regnũ Gunthchramni regis tranſiit. Quo diſcedẽte, liberius iam coniuncti ſatellites ad regem Chilpericum properant pro epiſcopatu petendo, multa crimina de epiſcopo proloquentes, addentes iſta, In hoc cognoſce rex glorioſiſſime, vera eſſe hęc quæ dicimus, quia mortem pro ſceleribus timens ad fratris tui tranſiit regnum. Quod ille non credẽs, hos ad ciuitatẽ redire iubet. Dum hæc agerentur, mœſti ciues de paſtoris abſentia, cognoſcentes omnia quæ de eo acta fuerãt, per inuidiã & auaritiam perpetrata, adprehenſo cum ſatellite archidiacono, iniuriæ ſubdentes, ad regem petierunt vt reciperent ſacerdotem ſuum. At rex legatos fra- *Gunthramus.*
C tri ſuo dirigit, adſerens nihil ſe criminis in epiſcopo reperiſſe. Tunc Gunthchramnus rex vt erat benignus & profluus ad miſerandum, multa ei munera contulit, dans etiã epiſtolas per omnes epiſcopos regni ſui, vt peregrinum aliquo pro dei intuitu conſolarentur. Tunc circumiens ciuitates, tãta ei à ſacerdotibus dei collata ſunt, tã in veſtibus quàm in auro, vt vix ciuitati quæ meruerat poſſet inferri: impletumque eſt illud quod ait apoſtolus, Quia diligentibus deum omnia concurrunt in bonum. Nam huic peregrinatio diuitias attulit, & exilium opes multas inuexit: poſt hæc regrediens, à ciuibus cum tali honore ſuſceptus eſt, vt præ gaudio flerent, & benedicerent deum, qui tandem eccleſiæ tantum reſtituit ſacerdotem.

CAPVT XXXVII.

LVPENTIVS verò abbas baſilicæ ſancti Priuati martyris vrbis Gabalitanæ, à Brunichilde regina arceſſitus, aduenit. Incuſatus enim, vt ferunt, fuerat ab Innocentio ſupradictæ vrbis comite, quòd prophanum aliquid effatus de regina fuiſſet. Sed diſcuſſis cauſis, cùm nihil de crimine maieſtatis conſcius eſſet inuentus, diſcedere iuſſus eſt. Verum vbi viam carpere cœpit, iterum ab antedicto comite captus, & ad Ponticonem villam deductus, multis ſuppliciis eſt adfectus: dimiſſuſque
D iterum vt rediret, cùm ſuper Axonam fluuium tentorium tetendiſſet, iterum inruit ſuper eũ inimicus eius. Cuius vi oppreſſi amputatum caput in culeum oneratum lapidibus poſuit, & flumini dedit: reliquum verò corpus vinctum cum ſaxo immerſit gurgiti. Pòſt verò paucis adparuit quibuſdam paſtoribus, & ſic extractum à flumine ſepulturæ mandatum eſt. Sed dum neceſſitates funeris parарentur, & ignoraretur quis eſſet è populo, præſertim cùm caput truncati non inueniretur, ſubitò adueniens aquila leuauit culeum à fundo fluminis, & ripæ depoſuit: admiranteſque qui aderant, adprehenſo culeo dum ſolicitè quid contineret inquirunt, caput truncati reperiunt: & ſic cum reliquis artubus eſt ſepultum. Nam ferunt nunc & lumen ibi diuinitus adparere: & ſi infirmus ad hunc tumulum fideliter deprecatus fuerit, accepta ſoſpitate recedit.

Lupentius ab Innocentio comite occiditur.

CAPVT XXXVIII.

THEODOSIVS Ruthenorum epiſcopus, qui ſancto Dalmatio ſucceſſerat, diem obiit: in qua eccleſia intantum pro epiſcopatu intentiones & ſcandala orta conualuerunt, vt penè ſacris miniſteriorum vaſis & omni facultate meliori nudaretur: veruntamen Tranſobadus presbyter reiicitur, &
E Innocentius Gabalitanorum comes eligitur ad epiſcopatum, opitulante Brunichilde regina, ſed ad ſumpto epiſcopatu confeſtim Vrſicinum Cadurcinæ vrbis epiſcopum, laceſſere cœpit, dicens, quia dioeceſes Ruthenæ eccleſiæ debitas retineret. Vnde factum eſt vt diuturna intentione gliſcẽte, poſt aliquot annos coniunctus metropolitanis cum ſuis prouincialibus apud vrbem Aruernam reſidens iudicium emaneret, ſcilicet vt parochias quas nunquam Ruthena eccleſia tenuiſſe recolebatur, reciperet. quod ita factum eſt.

De obitu Epiſcopi Theodoſij, & ſucceſſore eius.

CAPVT XXXIX.

REMIGIVS Biturigum epiſcopus obiit: cuius poſt tranſitum graui incendio pars maxima ciuitatis cremata eſt: ibique illa quæ hoſtilitati reſederant perierunt. Poſt hæc Sulpitius in ipſa vrbe ad ſacerdotium Gunthchramno rege fauente, prælegitur. Nam cùm multi munera offerrent, hæc rex epiſcopatum quærentibus reſpondiſſe fertur, Non eſt principatus noſtri conſuetudo, ſacerdotium venundare ſub precio: ſed nec veſtrum eum præmiis comparare: ne & nos turpis lucri infamia notemur, & vos magi Simoni comparemini. Sed iuxta Dei præſcientiam Sulpitius

Remigius Biturigum epiſcopus obiit.

Sacerdotes precio non promoueantur.

vobis erit episcopus,& sic ad clericatum deductus, episcopatum ecclesiæ supradictæ suscepit. Est F
enim vir valdè nobilis,& de primis senatoribus Galliarum,in literis benè eruditus rhetoricis,in me
tricis verò artibus nulli secundus. Hic synodum illam,cuius supra meminimus,pro parochiis Cadur-
cinis fieri commonuit.

CAP. XL. LEGATVS verò Oppila nomine,de Hispaniis aduenit,multa munera Chilperico regi deferens. Timebat enim rex Hispanorum,ne Childebertus exercitum ad vlciscendam sororis suæ iniuriam commoueret,quia Leuuichildus adprehensum filium suum Herminichildum, qui sororem Childeberti regis acceperat,retruserat in custodiam,ipsaque muliere cum Græcis relicta. Igitur cùm die sancto Paschæ hic legatus Turonos aduenisset,sciscitati sumus vtrum nostræ religionis esset. Respondit se hoc credere quod Catholici credunt: exindè procedens nobiscum ad ecclesiam, Missarum solennia tenuit,sed neque pacem cum nostris fecit, neque de sacrificiis communicauit. Cognitumque est,mendaciũ esse quod dixerat se esse catholicum: nihilominus ad conuiuium inuitatus adfuit. Cumque ego sollicitus requirerem quid crederet,respondit,Credo patrem & filium & spiritum sanctum vnius esse virtutis. Cui ego respondi, Si hæc,vt adseris, credis, quæ obstitit causa G
Disputatio cũ Arriano. vt de sacrificiis quæ deo offerimus, communicare differres?& ille, Quia, inquit, Gloriam non rectè respondetis, nam iuxta Paulum apostolum nos dicimus, Gloria deo patri per filium: vos autem dicitis,Gloria patri & filio & spiritui sancto: cùm doctores ecclesiarum doceant,patrem per filium nunciatum fuisse in mundo,sicut ipse Paulus ait,Regi autem sæculorum immortali inuisibili soli deo,honor & gloria in secula seculorum,per Iesum Christum dominum nostrum. Et ego respondi,patrem per filium adnunciatum nulli catholico esse incognitum reor: sed sic prædicauit patrem in seculo,vt & se virtutibus ostenderet deum. deo autem patri hæc necessitas fuit filium mittendi ad terras,vt ostenderet deum: vt quia mundus patriarchis, & prophetis, atque ipsi latori legis non crediderat,saltem vel filio crederet. Ideoque necesse est, vt sub significatione personarum, gloria detur deo. Dicimus ergo,Gloria deo patri qui misit filium: gloria deo filio, qui sanguine suo redemit mundum: gloria deo spiritui sancto, qui sanctificat hominem iam redemptum. Nam tu qui dicis,Gloria patri per filium,adimis gloriam filio,quasi ipse non sit glorioſus cum patre: propterea quòd eum adnunciauit in mundo,nunciauit,vt diximus,filius patrem in mundo, sed multi non H
crediderunt,dicente Ioanne euangelista,In propria venit,& sui eum non receperũt. Quotquot autem eum receperunt,dedit eis potestatem filios dei fieri,his qui credunt in nomine eius. Nam tu qui Paulo apostolo derogas,& sensum eius non intelligis: percipe quam cautè loquitur, & iuxta vt recipere quis potest,aduerte,qualiter prædicat intergentes incredulas,vt nullum onus graue videatur imponere,sicut quibusdam dicit: Lac vobis potum dedi,non escam: nõdum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis: perfectorum est enim solidus cibus. Sed & aliis dicit: Nihil vobis prædicaui,nisi Christũ,& hũc crucifixum. Nunc autem quid vis ô tu hæretice,quia Paulus Christum tãtũ crucifixum prædicauit,resurrexisse tu dubitas? aduerte potius cautelã eius,& vide astutiam, quid aliis dicit quos robustiores videbat in fide? Et si,inquit,nouimus Iesum Christum crucifixum, nunc autem iam non nouimus. Nega ergo tu accusator Pauli,si tanta mentem dementia cepit, quia nec crucifixus est: sed quæso relinque ista,& audi consilium melius: adhibe collyria oculis lippis, & lucem prædicationis apostolicæ percipe. Secundũ homines enim loquebatur Paulus humilius,vt eos
christũ Deus glorificat,hæreticus inhonorat. ad celsioris fidei fastigia subleuaret,sicut alibi ait,Omnibus omnia factus sum,vt omnes lucrifacerẽ. I
Nunquid homo mortalis non est daturus gloriam filio,quem ipse pater non semel,sed bis & tertio glorificauit è cœlo? Auscultа quid de cœlis loquitur,cùm idem filius descendente spiritu sancto sub Ioannis manu baptizaretur: Hic est,ait,filius meus dilectus,in quo benè complacui: certè si opilatas habes aures vt ista non audias,crede apostolis quid in monte audierint, cum transfiguratus Iesus in gloria loqueretur cùm Moyse & Helia: nempè de nube splendida pater ait, Hic est filius meus charissimus,ipsum audite. Ad hæc hæreticus respondit,Nihil in his testimoniis pater de gloria loquitur filij,nisi tantùm ipsum filium mõstrat. & ego: Si enim ista sic recipis,proferam tibi aliud testimonium,in quo pater reddidit filium glorioſum. Veniente autem domino ad passionem, cum ille diceret,Pater glorifica filium tuum,vt filius tuus glorificet te,quid ei pater respondit de cœlo? Nónne ait,& glorificaui,& iterum glorificabo? Ecce enim pater glorificat eum propria voce,& tu ei gloriam conaris adimere? Voluntatem quidem ostendis,sed potestas nulla suppetit. Nam qui Pauli apostoli accusator existis,audi ipsum,immò Christum in ipso loquentem: Omnis lingua confitebK
tur,quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Quòd si nunc communis est cum patre gloria, & in ipsa qua nunc pater est gloria commoratur,qualiter eum tu quasi inglorium exhonoras? aut cur non erit ei reddenda gloria inter homines, qui pari gloria cum patre regnat in cœlis? Confitemur ergo Christum filium dei deum verum. Ideoque quia deitas vna,vna erit & gloria. Post hæc dato silentio,ab altercatione cessatum est. Ille quoque ad Chilpericum regem accedens, oblatis muneribus quę rex Hispanorum miserat,in Hispaniam est regressus.

CAP. XLI. COMPERTO autem Chilpericus rex quòd Gunthchrãnus frater eius cum Childeberto nepote suo pacem fecerat,& ciuitates quas violenter inuaserat ei simul vellent auferre, cum omnibus
Chilpericus cũ thesauris cameracum vadit. thesauris suis in Cameracensem vrbẽ discessit,& omnia quæ melius habere potuerat,secũ tulit. Misitq; ad duces & comites ciuitatum nuncios,vt muros cõponerent vrbium,resque suas cũ vxoribus

A & filiis intra murorum munimenta concluderent,atque ipsi,si necessitas exigeret,repugnarent viriliter,ne his pars aduersa noceret, illud addens: Et si aliquid perdideritis,cum de inimicis vlciscemur,maiora conquiretis,nesciens patrationem victoriarum in manu dei consistere. Deinde sæpius exercitũ cõmouet,& iterũ intra terminũ requiescere iubet. His diebus ei filius natus est,quẽ in villa Victoriacẽsi nutrire præcepit,dicẽs: Ne fortè dũ publicè videtur,aliquid mali incurrat & moriatur.

CHILDEBERTVS verò rex in Italiam abiit. Quod cum audissent Longobardi, timentes ne ab CAP. XLII.
eius exercitu cæderentur,subdiderunt se ditioni eius,multa ei dantes munera, ac promittentes se *Childebertus in Italiam proficiscitur.*
parti eius esse fideles atque subiectos: patratisque cum his omnibus quæ voluit rex,in Gallias est regressus,atque exercitum commoueri præcipit,quem in Hispaniam dirigi iussit,sed quieuit. Ab imperatore autẽ Mauricio ante hos annos quinquaginta milia solidorũ acceperat, vt Lõgobardos de Italia extruderet. Audito autẽ imperator,quòd cùm his in pace cõiũctus est,pecuniã repetebat: sed hic fidus à solatiis,ne responsum quidem pro hac re voluit reddere.

IN Gallicia quoque nouæ res actæ sunt,quæ de superius memorabuntur. Igitur cum HerminiCAP. XLIII.
B childus,sicut supra diximus,patri infensus esset,& in ciuitate quadam Hispaniæ cum coniuge resi- *Galliciæ res-*
deret,solatio fretus imperatoris atque Mironis Gallicien sis regis, patrem ad se cum exercitu venire *ges.*
cognouit,consiliúmque iniit qualiter venientem aut repelleret,aut necaret: nesciens miser iudicium *Herminichildus patri mortem molitur.*
sibi imminere diuinum,qui contra genitorem quamlibet hæreticum talia cogitaret. Habito ergo tractatu de multis virorum milibus,trecentos viros elegit armatos,& intra castrum Osser, in cuius Ecclesia fontes diuinitus complentur,includit: vt scilicet primo impetu ab his pater territus ac lassatus,facilius ab inferiori manu quæ erat plurima,vinceretur. Denique his dolis Leuuichild⁹ rex cognitis,cogitatione maxima fatigatur. Si,inquit,illuc cum omni exercitu abiero, conglobatus in vnum exercitus aduersorum iaculis crudelissimè fauciatur. Si verò cum paucis vadam, virorum fortium manum nequeo superare: tamen cum omnibus ibo. Et accedens ad locum viros protriuit, castrúmque cõbussit,sicut iam superius memoratũ est. Patrata quoque victoria,cognouit Mironẽ regem contra se cum exercitu residere. Quo circundato, sacramenta exigit sibi in posterum fore
C fidelẽ. Et sic datis sibi inuicem muneribus,vnusquisque ad propria est regressus. Sed Miro postquã in patriam rediit,non multos post dies conuersus ad lectulum,obiit: infirmatus enim ab aquis His- *Miro rex moritur.*
spaniæ fuerat malis,aëribusque incommodis. Quo defuncto, filius eius Euricus Leuuichildi regis amicitias expetit. Datóque vt pater fecerat sacramento regnum Gallicię se suscepit. Hoc verò anno cognatus eius Auduca qui sororem illius desponsatã habebat,cum exercitu venit. Adprehensúmq; clericũ facit,ac diaconatus siue presbyterij ei imponi honorem iubet: ipse verò accepta soceri sui vxore,Gallicien se regnum obtinuit. Leuuichildus verò filium suum Herminichildũ cepit, & secum vsque Toletum adduxit, condemnans eum exilio: vxorem tamẽ eius à Græcis eripere non potuit.

LOCVSTÆ quoque de Carpitania prouincia,quam per quinque vastauerant annos, hoc anno CAP. XLIIII.
progressæ,aggeremque publicum tenentes,ad aliam se prouinciam quæ huic vicina erat prouinciæ *Locustarum exercitus.*
contulerunt. Quarum spacio in centum quinquaginta extenditur milia longitudo: latitudo verò in centum milibus terminatur. Hoc anno multa prodigia adparuerunt in Galliis, vastationésque multæ fuerunt in populo. Nam mense Ianuario rosæ visæ sunt: circa solem quoque circulus magnus adparuit diuersis coloribus mixtus,vt solet in illo cœlestis Iris ambitu pluuia discedente mon-
D strari. Pruina grauiter vineas exussit: tempestas etiam subsecuta vineas segetésque per plurima loca *Signa in cœlo.*
vastauit, residuum quoque grandinis siccitas immensa consumpsit. Exiguúsque fructus in aliquibus vineis visus,in aliis vero nullus,ita vt irati contra deum homines patefactis aditibus vinearum,pecora vel iumenta intromitterent,noxias sibi immiscentes miseri preces,atque dicentes,Nunquam in his vineis palmes nascatur in sempiternum. Arbores verò quæ mẽse Iulio poma protulerant, men- *Pecudum morbus.*
se Septembri fructus alios ediderunt. Morbus pecorum iteratus inualuit,ita vt vix quicquam remaneret.

INTERIM aduenientibus Calendis Septẽbribus,Gothorũ magna legatio ad regẽ Chilpericum CAP. XLV.
accedit. Ipse verò iã regressus Parisios, familias multas de domibus fiscalibus auferri præcipit, & in *Chilpericus magno tumultu Parisinos cum filia ad Gothos transmittit.*
plaustris cõponi. Multos quoque flentes & nolentes abire, in custodiam retrudi iussit,vt eos facilius eum filia transmittere posset. Nam ferunt multos sibi ob hanc amaritudinem vitam laqueo extorE sisse, dum de parentibus propriis auferri metuebant. Separabatur autem filius à patre, mater à filia, & cum graui gemitu ac maledictionibus discedebant: tantúsque planctus in vrbe Parisiaca erat, vt planctui compararetur Ægyptio. Multi verò meliores natu, qui vi compellebantur abire,testamenta condiderunt,résque suas ecclesiis deputantes, atque petentes vt cum in Hispanias puella introisset,statim testamenta illa tanquam si iam essent sepulti,referarentur. Interea legati regis Childeberti Parisios aduenerunt,contestantes Chilperico regi, vt nihil de ciuitatibus quas de regno patris sui tenebat,auferret,aut de thesauris eius in aliquo filiam muneraret, ac nõ mancipia, non equos,nõ iuga boũ,neque aliquid huiusce modi de his auderet attingere. De quib. legatis vnũ ferũt clã interemptum: sed nescitur à quo: suspicio tamẽ vertebatur ad regẽ. Promittens verò Chilpericus rex,nihil de his contingere,conuocatis melioribus Francis reliquísque fidelibus,nuptias celebrauit filiæ suæ. Traditáque legatis Gothorũ,magnos ei thesauros dedit: sed & mater eius immensũ põdus auri argẽtíq; siue vestimẽtorũ protulit,ita vt vidẽs hæc rex,nihil sibi remãsisse putaret. Quẽ

Munera dotis maxima Rigunthæ filiæ regis.

cernens regina commotum, conuersa ad Francos, ita ait, Ne putetis ô viri, quicquã hic de thesau- F
ris anteriorum regum haberi: omnia enim quæ cernitis, de mea proprietate oblata sunt, quia mihi
gloriosissimus rex multa largitus est. Et ego nonnulla de proprio congregaui labore, & de domibus
mihi concessis tam de fructibus quam de tributis, plurima reparaui. Sed & vos plerunque me mune
ribus vestris ditastis, de quibus sint ista quæ nũc coram videtis. nam hic de thesauris publicis nihil
habetur & sic animus regis delusus est. nam tanta fuit multitudo rerum, vt aurum argentumque, &
reliqua ornamenta, quinquaginta plaustra leuarent. Franci verò multa munera obtulerũt: alij aurũ,
alij argentũ, nonnulli equos, plerique vestimenta: & vnusquisque vt potuit, donatiuũ dedit. Iam ve-
rò Vale faciẽs puella, post lachrymas & oscula cum de porta egrederetur, vno carrucæ effracto axe,
omnes Mala hora dixerunt. Quod à quibusdam pro auspicio susceptum est. Denique hæc de Pari-
siis progressa, octauo ab vrbe milliario tentoria figi præcepit. surgentes enim quinquaginta viri de
nocte, adprehensis centum equis optimis, totidemque frenis aureis, ac duabus catenis magnis, ad
Childebertum regẽ fuga dilapsi abierunt. Sed & per totum iter cum labi quis potuisset, effugiebat,
ferens secũ quæ arripere potuisset. Adparatus quoq; magnus expẽsæ de diuersis ciuitatibus in itine- G
re cõgregatus est: in quo nihil de fisco suo rex dari præcepit, nisi omnia de pauperum coniecturis.
Sed quoniã suspicio erat regi, ne frater aut nepos aliquas insidias puellæ in via pararent, vallatã ab
exercitu pergere iussit. Erant autem cum ea viri magnifici, Bobo dux filius Mummoleni cum vxore
quasi paranymphus, Domigisilus, & Ansoualdus, maior domus Vuaddo, qui olim Sanctonicum re-
xerat comitatum: reliquum verò vulgus, super quatuor milia erat. Cæteri autem duces & camerarij,
qui cum ea properauerant, de Pictauo regressi sunt: isti verò iter conficientes, pergebant vt poterãt.
Per quam viam tanta spolia tantæque prædæ factæ sunt, vt vix valeant enarrari: nam hospitiola pau-
perum spoliabant: vincas deuastabant: ita vt incisis caudicibus cum vuis auferrent, leuantes pecora,
vel quicquid inuenire potuissent: nihilque per viam qua gradiebantur relinquentes: impletumque
est quod dictum est per Iohel prophetam, residuum locustæ comedit eruca, & residuum erucæ co-
medit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Ita & hoc actum est tempore, vt residuum prui
næ protereret tempestas, & residuum tempestatis exureret siccitas, & residuum siccitatis auferret H
hostilitas.

CAP. XLVI *Chilpericus Nero sui temporis occiditur.*

His itaque cum hac præda pergentibus, Chilpericus, Nero nostri temporis & Herodes, ad vil-
lam Calensem quæ distat ab vrbe Parisiaca quasi centum stadiis, accedit, ibique venationes exercet.
Quadam verò die regressus de venatione, iam subobscura nocte, dum de equo susciperetur, & vnam
manum super scapulam pueri retineret, aduenies quidam, eum cultro percutit sub ascellam, itera-
toque ictu ventrem eius perforat. Statimque profluente copia sanguinis, tam per os quàm per adi-
tum vulneris, iniquum fudit spiritum. Quam verò malitiam gesserit, superior lectio docet. nam re-
giones plurimas sæpius deuastauit atque succendit. De quibus nihil doloris, sed lætitiam magis ha-
bebat, sicut quondam Nero cum inter incendia palatij tragœdias decantaret. Persæpè homines pro
facultatibus eorum iniustè puniuit: in cuius tempore pauci quodammodo episcopatum clerici me-
ruerunt. erat enim gulę deditus, cuius deus venter fuit: nullumque se asserebat esse prudentiorem:
confecitque duos libros, quasi Sedulium meditatus, quorum versiculi debiles nullis pedibus subsi-
stere possunt: in quibus dum non intelligebat, pro longis syllabas breues posuit, & pro breuibus lon- I
gas statuebat, & alia opuscula vel hymnos siue missas, quæ nulla ratione suscipi possunt. Causas pau-
perum exosas habebat, sacerdotes domini assiduè blasphemabat: nec aliundè magis dum secretus
esset, exercebat ridicula vel iocos, quàm de ecclesiarum episcopis: illum ferebat leuem, alium super-
bum: illum abundantem, istum luxuriosum: illum asserebat elatum, hunc tumidum, nullam rem plus
odio habens quàm ecclesias, aiebat enim plerunque, Ecce pauper remansit fiscus noster, ecce diui-
tiæ nostræ ad ecclesias sunt translatæ. Nulli penitus, nisi soli episcopi regnant: periit honor noster,
& translatus est ad episcopos ciuitatum. Hæc agens assiduè, testamenta quæ in ecclesiis conscripta
erant, plerunque disrupit, ipsasque patris sui præceptiones, putans quod non remaneret qui volun-
tatem eius seruaret, sæpè calcauit. Iam de libidine atque luxuria non potest reperiri in cogitatione,
quod non perpetrasset in opere. Nouaque semper ad lædendum populũ ingenia perquirebat. nam si
quos hoc tempore culpabiles reperisset, oculos eis iubebat erui, & in præceptionibus quas ad iudi-
ces pro suis vtilitatibus dirigebat, hæc addebat: Si quis præcepta nostra contempserit, oculorum K
auulsione mulctetur. Nullum vnquam purè dilexit, à nullo dilectus est: ideoque cum spiritum exha-
lasset, omnes eum reliquerunt sui. Mallulfus autem Siluanectensis episcopus, qui iam tertia die in tẽ-
torio residebat, & ipsum videre non poterat, vt eum interemptum audiuit, aduenit: ablutumque ve-
stimentis melioribus induit: noctem in hymnis deductam, in nauim leuauit, & in basilica sancti Vin
centij, quæ est Parisiis, sepeliuit. Fredegunde regina in ecclesia derelicta.

Chilperici poemata.

Chilp. scommatibus agitabat sacerdotes.

GREGORII

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM LIBER VII.

Saluij episc. vita.

A Licet sit studium, historiam prosequi, quam priorum librorum ordo reliquit, tamen prius aliqua de beati Saluij episcopi obitu exposcit loqui deuotio, qui hoc anno obiisse probatur. Hic enim, vt ipse referre erat solitus, diu in habitu seculari commoratus, cum iudicibus seculi mundiales causas est executus: nunquam tamen se in his concupiscentiis obligans, quibus adolescentum animus solitus est implicari. Iam cum diuini spiramenti odor interna viscerum adtigisset, relicta seculari militia monasterium expetiuit, intellexitque
B vir iam tunc diuinitati deditus, melius esse vtí paupertate cum dei timore, quàm seculi pereuntis lucra sectari: in quo monasterio diu sub regula à patribus instituta versatus est. Iam verò cũ in robore maiori tã intellectus quã ætatis euectus esset, defuncto abbate qui huic monasterio præerat, alendi gregis suscipit officiũ. Et qui se magis fratribus publicũ pro correctione reddere debuerat, fit adsum pto honore remotior: ilicò sibi secretiorem cellulam quærit. Nam in priore, vt ipse adserebat, amplius quã nouẽ vicibus nimia excesus abstinẽtia, pellẽ corporis demutauit: denique accepto honore cùm in hac contẽtius parsimonia orationi & lectioni vacaret, illud plerũque reuoluebat, melius sibi fieri si esset inter monachos occultus, quã nomẽ acceperit abbatis in populos. Quid plura? Includitur, Vale dicẽs fratribus, sibíque ipsis Vale dicẽtibus: in qua inclusione in omni abstinẽtia magis quã prius egerat, cõmoratur: studẽs pro charitatis obsequio, vt cũ quisq; venisset extraneus, & orationẽ tribueret, & Eulogia gratia pleniſſima ministraret, quæ multis infirmis plerũq; salutẽ integrã detulerũt. Quodã autẽ tẽpore, febre nimia exhaustus, anhelus iacebat in lectulo. Et ecce subitò, magno lu *Eulogia.*
mine cellula clarificata cõtremuit. At ille extẽsis ad cœlũ manibus, cũ gratiarũ actione spiritũ exha- *Saluio moriẽti lux diuinitus effulsit.*
C lauit. Mixto quoq; vlulatu monachi cũ ipsius genitrice corpus defuncti extrahũt, aqua diluũt, vestimẽtis induũt, & feretro superponũt, atque in psallẽtio fletuque labentẽ exigũt noctẽ. Manc autẽ facto, funeris officio præparato, corpus moueri cœpit in feretro. Et ecce malis rubescẽtibus, vir quasi de graui sõno suscitatus, excutitur, apertísque oculis & manibus eleuatis, ait, O domine misericors *Saluius resurrexit.*
quid feci mihi, vt me in hũc tenebrosũ mũdanæ habitationis locũ redire permitteres, cũ mihi melior esset in cœlo tua misericordia, quã istius mũdi vita nequissima? Stupentibus autẽ suis, & interrogãtibus quid fuerit tale prodigium, nihil interrogantibus ille respõdit. Surgens autem de feretro, nihil mali sentiẽs de incõmodo quo laborauerat, triduo absque cibi ac poculi perstitit alimẽto. Die autẽ tertio, cõuocatis monachis & matre ait, Audite ô dilectissimi & intelligite, quia nihil est quod cernitis in hoc mũdo, sed sunt iuxta id quod Salomõ propheta cecinit, Omnia vanitas: felix est enim qui ea agere potest in seculo, vt gloriã dei cernere mereatur in cœlo. Et cũ hæc diceret, dubitare cœpit, vtrũ loqueretur amplius, an sileret. Quo tacẽte implicitus fratrũ precibus, vt quid vidisset exponeret *Saluij visio.*
D ait, Cũ me ante hos quatuor dies cõtremiscẽte cellula exanimẽ vidistis, adprehẽsus à duob⁹ ãgelis ĩ cœlorũ excelsa sublatus sum, ita nõ solũ hoc squalidũ seculũ, verũetiã solẽ ac lunã, nubes & sidera sub pedibus habere putarẽ: deindè per portã luce ista clariorem introductus sum in illud habitaculũ, in quo omne pauimentũ erat quasi aurũ argentũque renitens, lux ineffabilis, amplitudo inenarrabilis quã ita multitudo promiscui sexus obtexerat, vt lõgitudo ac latitudo cateruæ prorsus peruideri non possit. Cúmque nobis via inter cõprimẽtes ab his qui præcedebãt angelis pararetur, peruenimus ad locũ quẽ iã de lõginquo contemplabamur: in quo superpendebat nubes omni luce lucidior, in quo non sol, non luna, non astrũ cerni poterat, sed super his omnibus naturali luce splẽdidius effulgebat. Et vox procedebat de nube, tanquã vox aquarum multarũ. Ibi etiam me peccatorem humiliter sa- *Visio beatitudinis.*
lutabant viri in veste sacerdotali ac seculari, quos mihi qui præcedebãt enarrauerũt esse martyres ac confessores, quos hîc summo excolimus famulatu. Stãs igitur in loco, in quo iussus sum, operuit me odor nimiæ suauitatis, ita vt ab hac suauitate refectus, nullum adhuc cibum potúmque desiderẽ. Et audiui vocẽ dicentẽ, Reuertatur hic in seculũ, quoniam necessarius est ecclesiis nostris. Vox enim
E audiebatur. nam qui loqueretur, penitus cerni nõ poterat. Et ego prostratus super pauimentũ, cũ fletu dicebã, Heu, heu domine, cur mihi hæc ostẽdisti, si ab his frustrandus erã? Ecce hodiè eiicis me à facie tua, vt reuertar ad seculũ fragile, & huc vltra redire nõ valeã. Ne quæso domine auferas misericordiã tuã à me: sed deprecor vt permittas me hîc habitare, ne illuc decidẽs pereã. Et ait vox quę loquebatur mihi, Vade in pace: ego enim sum custos tuus, donec reducã te in hũc locũ. Tũc relictus à comitibus meis, descẽdẽs cũ fletu, per portã qua ingressus fuerã huc sum regressus. Hęc eo loquente stupẽtibus cũctis qui aderãt cœpit iterũ sanctus dei cũ lachrymis dicere, Væ mihi quia tale mysteriũ ausus sum reuelare. Ecce enim odor suauitatis quẽ de loco sancto hauserã, & in quo per hoc triduũ sine vllo cibo potuq; sustẽtatus sũ, recessit à me. Sed & lingua mea grauibus est operta vulneribus, & ita tume facta, vt omne os meũ videatur implere. Et scio quòd nõ fuit beneplacitũ domino deo meo, vt hęc arcana vulgarẽtur. Sed tu nosti domine, quia in simplicitate cordis hæc feci, nõ in iactãtia mẽ

tis. Sed quæso indulgeas, & nõ me derelinquas iuxta pollicitationẽ tuã. Et hęc dicẽs siluit, & accepit cibũ potũq;. Ego verò hęc scribẽs, vereor ne alicui legẽti sit incredibile, iuxta id quod Saluſtius hiſtoriã scribẽs ait, vbi de virtute atque gloria bonorũ memor est: Quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit: supra ea veluti ficta pro falsis ducit. Nã testor deum omnipotẽtẽ quia ab ipsius ore omnia quæ retuli, audita cognoui. Post multũ verò tẽpus ipse vir beatus cellula sua extractus, ad episcopatũ electus, inuitus est ordinatus: in quo vt opinor, decimum annum cum ageret, inualescente apud Albigẽsem vrbẽ inguinario morbo, & maxima iam parte de populo illo defuncta, cũ iã pauci de ciuibus remanerẽt, vir beatus tãquam bonus pastor, nũquã ab illo loco recedere voluit, sed semper hortabatur eos qui relicti erãt, orationi incũbere, ac vigiliis instãter insistere: & bona semper tam in operibus quã in cogitatione versare, dicẽs, Hęc agite, vt si vos deus de hoc mũdo migrare voluerit, nõ in iudiciũ, sed in requiẽ introire possitis. Cùm autem vt credo, iam reuelãte domino, tempus suæ vocationis agnosceret, ipse sibi sarcofagũ composuit, corpus abluit, vestẽ induit: & sic intentum semper cœlo beatum spiritum exhalauit. Fuit autẽ magnę sanctitatis minimæque cupiditatis, aurum nunquam habere volens. nam si coactus accepisset, protinus pauperibus erogabat. Cuius tempore cum Mummolus patritius multos captiuos ab vrbe duxisset, prosecutus ille omnes redemit. Tantãque ei dominus gratiam cum populo illo tribuit, vt ipsi etiã qui captiuos duxerãt, & de precio ei concederent, & in reliquo munerarent: & sic patriæ suæ captiuos libertati pristinæ restaurauit. Multaque de hoc viro bona audiui: sed dum ad hiſtoriæ cœptum reuerti cupio, plurima prætermitto.

Credit quæ quisque facilia putat.

Inguinarius morbus.

CAP. II. *Aurelianẽſes ſupra Dunenſes irruunt.*

DEFVNCTO igitur Chilperico, inuentáque quam diu quæsierat morte, Aurelianẽses cum Blesensibus iuncti super Dunẽses inruunt, eósque inopinãtes proterũt, domos annonásq;, vel quæ mouere facilè non poterãt, incendio tradunt, pecora diripiũt, atque res quas leuare poterãt, sustulerũt: quibus discedentib. coniuncti Dunenses cũ reliquis Carnotenis, de vestigio subsequuntur, simili sorte eos adficientes qua ipsi adfecti fuerant, nihil in domibus, vel extra domos, vel de domibus relinquentes. Cúmque adhuc inter se iurgia commouentes desæuirent, & Aurelianenses contra hos arma concuterent, intercedentibus comitibus pax vsque in audientiam data est, scilicet vt in die quo iudicium erat futurum, pars quæ cõtra partem iniustè exarserat, iustitia mediante componeret, & sic à bello cessatum est.

CAP. III. *Vedaſtes adulter occiditur. ſupra lib. 6. cap. 13.*

VEDASTES cognomento Auo, qui ante hos annos Lupũ Ambrosiũque pro amore vxoris Amброsij interfecerat, & ipsam sibi quæ consobrina sua esse dicebatur, in matrimonium acceperat, dum multa scelera infra Pictauum terminum perpetraret, quodam loco cum Childerico Saxone coniunctus, dum se inuicem conuiciis lacesserent, vnus ex pueris Childerici Auonem hasta transfixit. Qui ad terram ruens, plerisque adhuc ictibus sauciatus, iniquam animam sanguine defluente refudit: fuitque vltrix diuina maiestas sanguinis innocentis, quem propria effuderat manu. Multa enim furta, homicidia, adulteriáque miserrimus sæpè commiserat, quæ silere melius puto. Composuit tamen filiis Saxo ille mortem eius.

CAP. IIII. *Fredegunda fugit ad eccleſiam, cuius theſauros Child. inuadit.*

INTEREA Fredegundis regina iam viduata Parisios aduenit, & cũ thesauris quos intra murorum septa concluserat, ad ecclesiam confugit, atque à Ragnemodo fouetur episcopo: reliquos verò thesauros, qui apud villam Calam remanserant, in quibus erat missorium illud aureum, quod nuper fecerat, thesaurarij leuauerunt, & ad Childebertum regem, qui tunc apud Meldensem cõmorabatur vrbem velociter transierunt.

CAP. V. *Fredeg. Gunthrans petit ſuppetias.*

FREDEGVNDIS igitur regina accepto cõsilio, legatos ad Gũthchramnũ regẽ mittit, dicens, Veniat dominus meus, & suscipiat regnum fratris sui. Est, inquit, mihi infans paruulus, quem in eius vnis ponere desiderans, meipsam eius humilio ditioni. Cõperto autem Gunthchrãnus rex de fratris excessu, amarissimè fleuit. Moderato quoque plãctu, commoto exercitu Parisios dirigit. Cúmque ille intra muros susceptus fuisset, Childebertus rex nepos eius, ab alia aduenit parte.

CAP. VI. *Gunthranus charibertiregnum ſubegit.*

SED cùm eum Parisiaci recipere nollent, legatos ad Gunthchrãnum regem dirigit, dicẽs, Scio, piissime pater, non latere pietatem tuã, qualiter vtrũque vsque præsens tempus pars obpresserit inimica, vt nullus de rebus sibi debitis possit inuenire iustitiam: idcirco supplex nunc deprecor, vt placita quæ inter nos post patris mei obitum sunt innexa custodiantur. Tunc Gunthchramnus rex legatis illius ait, O miseri & semper perfidi, nihil in vobis verum habentes, neque in promissis permanẽtes, ecce omnibus quę mihi polliciti estis relictis, cũ Chilperico rege nouã pactionẽ scripsistis, vt me à regno depulso, ciuitates meas inter se diuiderẽt. Ecce pactiones ipsas, ecce manus vestrę subscriptiones, quibus hanc conniuentiã confirmastis: & qua nunc frõte quæritis, vt nepotẽ meum Childebertũ suscipere debeã, quem mihi vestra peruersitate voluistis facere inimicũ? Cui legati dixerunt: Si tantum mentẽ iracundia cœpit, vt nihil nepoti tuo de his quæ pollicitus es indulgeas, vel illa quæ de regno Chariberti debentur, auferre desiste. Quibus ille ait, Ecce pactiones quæ inter nos factæ sunt, vt quisquis sine fratris voluntate Parisios vrbem ingrederetur, amitteret partem suam, esséque Polyoctus martyr cum Hilario atque Martino confessoribus iudex ac retributor eius. Post hæc ingressus est in eam germanus meus Sygibertus, qui iudicio dei interiens, amisit partem suam: similiter & Chilpericus gessit. Per has ergo transgressiones, amiserũt partes suas: ideóque quia illi iuxta dei iudicium & maledictiones pactionum defecerunt, omne

A omne regnum Chariberti cum thesauris eius, meis ditionib. lege opitulante, subiiciam: nec exindè alicui quicquam nisi spontanea voluntate indulgeam. Absistite igitur vos semper mendaces ac perfidi, & hæc regi vestro referte.

CAP. VII. *Childebertus per legatos Fredegũdam requirit.*

QVIBVS discedentibus, legati iterum Childeberti ad antedictum regem veniunt, Fredegundem reginam requirentes, atque dicentes, Redde homicidam quæ amitam meam suggillauit, quæ patrem interfecit, & patruum: quæ ipsos quoque consobrinos meos gladio interemit. At ille, In placito, inquit, quod habemus, cuncta decernimus, tractantes quid oporteat fieri. Nam Fredegundem patrocinio suo fouebat, ipsamque sæpius ad conuiuium euocans, promittens se ei fieri maximum defensorem. Quadam verò die dum pariter ad mensam epularentur, regina consurgens, & Vale dicens, à rege detinebatur dicente sibi, Adhuc aliquid cibi sume. Cui illa, Indulge, inquit, deprecor domine mi, quia iuxta consuetudinem mulierum contigit mihi, vt pro conceptu consurgam. Hæc ille audiens obstupuit, sciens quartum esse mensem, ex quo alium ediderat filium: tamen permisit eã consurgere. Priores quoque de regno Chilperici, vt erat Ansoualdus & re-

B liqui, ad filium eius qui erat, vt superius diximus, quatuor mensium, se collegerunt, quem Chlotharium vocitauerunt, exigentes sacramenta per ciuitates quæ ad Chilpericum prius aspexerant, vt scilicet fideles esse debeant Gunthchramno regi, ac nepoti suo Chlothario. Gunthchrãnus verò rex omnia quæ fideles regis Chilperici, non rectè diuersis abstulerãt, iustitia intercedente restituit. Multa & ipse ecclesiis conferens, testamenta quoque defunctorum qui ecclesias hæredes instituerant, & ab Chilperico compressa fuerant, restaurauit, multisque se benignum exhibens, ac multa pauperibus tribuens.

Donationes eccleſiæ cõfirmat Gũthramnus.

CAP. VIII. *Gunthramnus munit ſe cuſtodia, populũ adiurat ne ſe interimat.*

SED quia non erat fidus ab omnib. inter quos venerat, armis se muniuit, nec vnquam ad ecclesiam aut relicta loco, quam ire delectabat, sine grandi pergebat custodia. Vnde factum est vt quadam die dominica, postquam dia conus silentium populis vt Missæ auscultarentur, indixit: rex conuersus ad populum diceret, Adiuro vos, ô viri cum mulieribus qui adestis, vt mihi fidem inuiolatam seruare dignemini, nec me vt fratres meos nuper feciſtis, interimatis: liceatque mihi vel tri-

C bus annis nepotes meos, qui mihi adoptiui facti sunt filij enutrire, ne fortè contingat quod diuinitas æterna non patiatur, vt cũ illis paruulis me defuncto, simul pereatis, cùm de genere nostro robustus non fuerit qui defenset. Hæc eo dicẽte, omnis populus orationem pro rege fudit ad dominum.

CAP. IX. *Deſiderius Rigundis theſauros diripit.*

DVM hæc agerentur Rigunthis Chilperici regis filia, cum thesauris supra scriptis, vsque Tholosam accessit: & cernens se iam ad terminum Gothorum esse propinquam, moras innectere cœpit, dicentibus sibi tum præterea suis, oportere eam ibidem commorari, cùm ipsi fatigati de itinere, vestimenta haberent inculta, calciamenta scissa, ipsosque equorum atque carrucarum adparatus adhuc sicut plaustris euecti erant, seorsum esse disiunctos. Oportere potius omnia hæc prius diligenter stabiliri & sic itinere proficiscí, ac suscipi cum omni elegantia ab sponso, ne fortè si inculti inter Gothos adparerent, inriderentur ab ipsis. Dum ergo his retardarentur ex causis, mors Chilperici regis in aures Desiderij ducis inlabitur. Ipse quoque collectis secum viris fortissimis, Tho-

D losam vrbem ingreditur, repertosque thesauros abstulit de potestate reginæ, & in domum quãdam sub sigillorum munitione ac virorum fortium custodia mancipat, deputans reginæ victum arctum, donec ad vrbem regrederetur.

CAP. X. *Gundobaldus in regem elevatur.*

IPSE verò ad Mummolum cum quo fœdus ante duos annos inierat, properauit. Morabatur tunc Mummolus intra muros Auennicæ vrbis cum Gundobaldo, cuius in libro superiore meminimus. Qui coniunctus cum supradictis ducibus Lemouicinum accedens, Briuam Curretiam vicum, in quo sanctus Martinus nostri, vt aiunt, Martini discipulus, requieſcit, aduenit: ibíque parmæ superpositus, rex est leuatus. Sed cùm tertiò cum eodem gyrarent, cecidisse fertur, ita vt vix manibus circunstantium sustentari potuisset. Deinde ibat per ciuitates in circuitu positas. Rigunthis verò in basilica sanctæ Mariæ Tholosæ, in quam Ragnoualdi vxor, cuius suprà meminimus, Chilpericum metuens confugerat, residebat. Ragnoualdus verò de Hispaniis rediens, vxori facultatíque restituitur. Legationis enim causa Hispaniam petierat à rege Gũthchramno direptus. Magno ea tempestate incendio basilica ante dicti Martini beati apud Briuam vicum ab imminenti hoste cremata est, ita vt tam altarium quàm columnæ quæ de diuersis marmorum generibus aptatæ erant, ab igne dissoluerentur. Sed ita hæc ædes in posterum à Ferreolo episcopo reparata est, tãquam si nihil mali

Rigundis latitat.

E pertulerit: vehementer enim admirantur venerantúrque hunc sanctum incolæ, eò quòd plerunque virtutes eius experiantur.

CAP. XI. *Prodigia.*

ERAT enim cùm hæc agebantur, mensis decimus. Tunc adparuerunt in caudicibus vineatum, palmites noui cum vuis deformatis: in arboribus flores, pharus magna per cœlum discurrens, quæ priusquam lux in die fieret, latè mundum illuminauit. Adparuerunt etiam in cœlo & radij: à parte septentrionali, columna ignea quasi de cœlo pendens per duarum horarum spaciũ visa est, cui stella magna superposita erat. In Andegauo autem terra tremuit: & multa alia signa adparuerunt, quæ, vt opinor, ipsius Gundobaldi interitum nunciauerunt.

CAP. XII. IGITVR Gunthchramnus rex, comites suos ad comprehendẽdas ciuitates, quas quõdam Sygibertus de regno Chariberti fratris sui acceperat, direxit, vt exigentes sacramenta, suis eas ditionibus subiugarẽt. Turonici verò atque Pictaui ad Childebertum Sygiberti filium, transire voluerunt.

Sed commoti Biturici contra eos venire disponunt, atque intra terminum Turonicum incendia fa- F
cere cœperunt. Tunc Maroialensem ecclesiam termini Turonici, in qua sancti Martini reliquiæ habebantur, incendio concremarunt: sed virtus beati adfuit, vt in tam valido incendio pallulæ quæ
Turones maluerunt Gunthramno subiici quàm combusti. super altarium fuerant positæ, non consumerentur ab igne. Et non solum ipse, sed etiam herbulæ olim collectæ, altarióque locatæ, nequaquam exustæ sunt. Quæ incendia videntes Turonici, legationem mittunt, dicentes, Melius sibi esse ad tempus Gunthchramno regi subdi, quàm cuncta incendio aut ferro vastari.

CAP. XIII. CONFESTIM autem post mortem Chilperici, Gararicus dux Lemouicas accesserat, & sacramenta de nomine Childeberti susceperat. Exindè Pictauos veniens, ab ipsis receptus est, & ibi morabatur. Audiens autem quæ Turonici patiebantur, mittit legationem, obtestans ne nos ad partem Gunthchramni regis tradere deberemus, si nobis vellemus esse consultum: sed meminerimus potius Sygiberti, qui quondam genitor Childeberti fuit. Nos verò hæc rursum episcopo & ciuibus mandata remisimus, quod nisi se ad tempus Gunthchramno regi subderent, similia paterentur, adserentes hûc esse nûc patrẽ super duos filios, Sygiberti scilicet & Chilperici, qui ei fuerat adoptati: & G
sic tenere regni principatum, vt quondam Chlotharius rex fecerat pater eius. His quoque non acquiescentibus, Gararicus de ciuitate egreditur quasi exercitum adducturus, in vrbe verò Eberonem cubicularium Childeberti regis relinquens. Sicharius verò cum Vuillachario Aurelianensi comite, qui tunc Turonos acceperat, exercitum contra Pictauos commouit, vt scilicet ab vna parte Turonici, ab alia Biturici commoti cuncta vastarent. Qui cùm ad terminum propinquassent ac
Pictaui Gunthramno pro vastatione se submittunt. domos cremare cœpissent, miserunt ad eos Pictaui legatos, dicentes, Petimus vt vsque in placito quod inter se Gunthchramnus & Childebertus reges habent, sustineatis. Quòd si conuenit vt pacis bonus rex Gunthchramnus accipiat, non resistimus: sin aliud, dominum nostrum recognoscimus, cui seruire plenius debeamus. Ad hæc illi responderunt, Nihil ad nos de hac causa pertinet, nisi tantum iussa principis adimplere. Nam si nolueritis, cũcta vt cœpimus deuastamus. Cùmque in hoc res ageretur, vt vniuersa incendio, prædæ, atque captiuitati traderentur: eiectis de ciuitate hominibus Childeberti, sacramenta Gunthchramno regi dederunt, non longo tempore ea custo- H
dientes.

CAP. XIIII. IGITVR adueniente placito directi sunt à Childeberto rege Egidius episcopus, Gunthchram-
Childeberti legatio ad Gunthramnum. nus Boso, Sygiualdus, & alij multi, ad Gunthchramnum regem: ingressíque ad eum, ait episcopus: Gratias agimus deo omnipotẽti, ô piissime rex, quòd te post multos labores regionibus tuis regnoque restituit. Cui rex ait: Illi enim dignæ sunt gratiæ referendæ qui est rex regum, & dominus dominorum: qui hæc sua miseratione operari dignatus est. Nam non tibi, cuius consilio doloso ac periuriis regiones meæ anno superiore incensæ sunt, qui nunquam fidem integram cum vllo homine habuisti: cuius dolositas vbique dispergitur: qui non sacerdotem, sed inimicum regni nostri te esse declaras. Ad hæc verba episcopus iracundia commotus siluit. Vnus autem ex legatis dixit, Supplicat nepos tuus Childebertus, vt ciuitates quas pater eius tenuit, reddi iubeas. Ad hæc ille respondit, Iam dixi vobis prius, quia pactiones nostræ mihi hæc conferunt: ideóque eas
Child. Fredegundam petit ad supplicia. reddere nolo. Alius quoque legatorum ait, Rogat nepos tuus vt Fredegundem maleficam, per quam multi reges interfecti sunt, reddi iubeas ad vlciscendam mortem patris, patrui & I
consobrinorum suorum. Ait ille, Tradi ei, inquit, in potestatem non poterit, quia filium regem habet. Sed & ea quæ contra illam adseritis, vera esse non credo. Post hos Gunthchramnus Boso, quasi aliquid suggesturus, ad regem accedit. Et quia sonuerat Gundobaldum manifestè regem leuatũ, anticipans rex verba eius ait, O inimice regionis regnique nostri, qui propterea ante hos annos orientẽ adgressus es, vt Ballomerẽ quendã (sic enim vocabat rex Gundobaldũ) super regnum nostrũ adduceres, semper perfide, & nunquã custodiens quę promittis. Cui ille, Tu, inquit, dominus & rex regali in solio resides, & nullus tibi ad ea quæ loqueris ausus est respõdere. Insontẽ enim me de hac causa profiteor. At si aliquis est similis mihi, qui hoc crimen impingat occultè, veniat nunc palã, & loquatur. Tu, ô rex piissime, pones hoc in dei iudicio, vt ille discernat cũ nos in vnius campi planitie viderit dimicare. Ad hæc cunctis filẽtibus, addidit rex, Omnibus autem hæc causa animos accendere debet, vt repellatur à finibus nostris aduena, cuius pater molendina gubernauit: & vt verè dicã, pater eius pectinibus insedit, lanasque composuit. Et quanquã possit fieri vt vnus homo vtriusque K
artificij magisterio subderetur, ad increpationẽ tamen regis quidam ex ipsis respõdit: Ergo duos, vt adseris, patres hic homo habuit, lanariũ simul molendinariũque. Absit à te, ô rex, vt tã inculte loquaris. Nõ enim auditũ est, vnũ hominem præter spiritalẽ causam, duos habere posse pariter genitores: dehinc cùm multi soluerentur in risu, respondit alius legatorum dicens, Vale dicimus tibi ô rex. nam quia reddere noluisti ciuitates nepotis tui, scimus saluam esse securim, quæ fratrum tuorũ capitibus est defixa: celerius tuum librabit defixa cerebrum. Et sic cum scandalo discesserunt. Tunc rex his verbis succensus, iussit super capita euntium proiici equorum stercora, putrefactas hastulas, paleas, ac fœnum putredine dissolutum, ipsúmque fœtidum vrbis lutum. Quibus de rebus maculati grauiter, non sine immensa iniuria atque contumelia abierunt.

CAP. XV. RESIDENTE verò Fredegunde regina in ecclesia Parisiaca, Leonardus ex domestico qui
De malitia Fredegundis. tunc ab vrbe Tholosa aduenerat, ingressus ad eam, causas contumeliæ iniuriásque filiæ eius narrare

A rare cœpit, dicens: Quia iuxta imperium tuum accessi cum regina Rigunthe, ac vidi humilitatem eius, & qualiter expoliata est à thesauris & omnibus rebus: ego verò per fugam dilapsus, veni nunciare dominæ meæ quæ gesta sunt. Hæc illa audiens, furore commota, iussit eum in ipsa ecclesia spoliari, nudatúmque vestimentis ac baltheo, quod ex munere Chilperici regis habebat, discedere à sua iubet præsentia. Cocos quoque siue pistores, vel quoscunque de hoc itinere regressos esse cognouit, cæsos, spoliatósque, ac demancatos reliquit. Nectarium autem Baudegisili episcopi fratrem nefandis accusationibus cum rege tentauit obruere, adserens eum de thesauro regis mortui multa portasse. Sed & de promptuariis tam tergora quàm vina multa eum abstulisse dicebat, petens vt vinctus carceralibus tenebris tráderetur. Sed patientia regis, fratrísque auxilium fieri non permisit. Multa quidem ibi vana exercens, non metuebat deum, in cuius ecclesia petebat auxilium. Habebat tunc temporis secum Audonem iudicem, qui ei
Audoenus index iniquitatis. tempore regis in multis consenserat malis. Ipse enim cum Mummolo præfecto, multos de Francis qui tempore Childeberti regis senioris ingenui fuerant, publico tributo subegit. Qui
B post mortem regis ab ipsis spoliatus ac denudatus est, vt nihil ei præter quod super se auferre potuit remaneret: domos enim eius incendio subdiderunt: abstulissent vtique & ipsam vitam, ni cum regina ecclesiam expetisset.

PRÆTEXTATVM verò episcopum ægrè susciput, quem ciues Rothomagenses post excessum CAP. XVI.
regis, de exilio expetentes cum grandi lætitia & laude ciuitati suæ restituerunt. Post reditum verò suum, ad vrbem Parisiacam aduenit, ac se Gunthchramno regi repræsentauit, exorans vt causam suam diligenter exquireret. Adserebat enim regina eum non debere recipi, qui fuisset per iudi- *Prætextatus Rhot. reuocatur.*
cium quadragintaquinque episcoporum à sacerdotali officio segregatus. Cumque rex pro hac causa synodum excitare vellet, Ragnemodus huius vrbis episcopus, pro omnibus responsum reddidit, dicens, Scitote ei pœnitentiam indictam à sacerdotibus, non tamen eũ prorsus ab episcopatu remotum. Et sicà rege susceptus, atque conuiuio eius adscitus, ad vrbẽm suam regressus est.

PROMOTVS verò qui in Dunensi castro, ordinante Sygiberto rege, episcopus fuerat institu- CAP. XVII.
tus, & post mortem regis amotus fuerat, eo quòd castrum illud esset diœcesis Carnotenæ, contra *Promotus repetit Episcopatum.*
C quem ita iudicium latum fuerat, vt presbyterij tantum officio fungeretur, accessit ad regem, deprecans vt ordinationem episcopatus in antedicto castro reciperet. Sed obsistente Pappolo Carnotenę vrbis episcopo, ac dicente, quia diœcesis meæ est, ostendente præsertim iudicio episcoporum, nihil aliud potuit obtinere cum rege, nisi ea quæ sub ipsius castri termino propria habere reciperet, in qua cum genitrice adhuc superstite moraretur.

COMMORANTE verò rege apud vrbem Parisiacam, venit quidam pauper, dicens, Audi rex CAP. XVIII
verba oris mei. Noueris enim quia Faraulfus cubicularius quondam fratris tui, quærit te interficere. *Rex à paupere monetur in*
Audiui enim cõsilium eius, vt eunte te matutina oratione ad ecclesiam, aut cultro adpeteret, aut hasta tranfoderet. Obstupefactus autem rex, misit vocari eum. Quo negante de his rex metuens, armis *sidiarum.*
se valdè muniuit. Nec penitus ad loca sancta, vel aliò, nisi vallatus armatis atque custodibus procedebat. Faraulfus autem non post multum tempus mortuus est.

CVM autem clamor fieret magnus aduersus eos qui potentes cum rege fuerant Chilperico, CAP.
scilicet quòd abstulissent vel villas, vel res reliquas de reb. alienis, omnia quæ iniustè ablata fuerant, XIX.
D rex reddi præcepit, sicut iam superius indicatum est. Fredegundem quoque reginam ad villã Rho- *Fredegunda venit Rhotoialensem.*
toialensem, quæ in Rothomagensi termino sita est, abire præcepit. Secutique sunt eam omnes meliores natu regni Chilperici regis: ibíque relinquentes eam cum Melanio episcopo, qui de Rothomago submotus fuerat, ad filium eius se transtulerunt, promittentes quod ab eis studiosissimè nutriretur.

POSTQVAM autem Fredegundis regina ad supradictam villam abiit, cum esset valdè mœsta, CAP. XX.
quòd ei potestas ex parte fuisset ablata, meliorem se existimans Brunichilde, misit occultè clericum *Fredegunda mittit qui Brunechildem necaret,*
sibi familiatem, qui eam circunuentam dolis interimere posset, videlicet vt cùm se subtiliter in eius subderet famulatum, ab ea credi posset: & sic clam percelleretur. Veniens igitur clericus cum diuersis ingeniis se eidem commendauit, dicens, A facie Fredegundis reginæ fugio, deposcens auxi-
E lium tuum. Cœpit se etiam omnibus reddere humilem, charum, obedientem, ac reginæ priuatum. Sed non longo tempore interposito, intellexerunt eum dolosè transmissum: vinctúsque ac cæsus, cùm rem patefeciset occultam, redire permissus est ad patronam: referánsque quæ acta fuerant, effatus quòd iussu patrare non potuisset, manuum ac pedum abscissione mulctatur.

HIS ita gestis cùm rex Gunthchramnus Cabillonum regressus, mortem fratris conaretur inquirere, & regina crimen super Eberulfum cubicularium imposuisset (rogatus enim fuerat ab ea, vt post CAP. XXI.
mortem regis cùm ipsa resideret: sed obtinere non potuit) hac ergo inimicitia pullulante adseruit regina ab eodem principe interfectum, ipsúmque multa de thesauris abstulisse, & sic *Gũthchrãnus Regum interfectores in nonam generationem vult punire,*
in Turonicum abscessisse: ideóque si rex mortem fratris desideraret vlcisci, nouerit huius causæ hunc esse signiferum. Tunc rex iurauit omnibus optimatibus, quòd non modo ipsum, verumetiam progeniem eius in nonam generationem deleret, vt per horum necem consuetudo auferretur iniqua, ne reges amplius interficerentur. Quod cũ Eberulfus comperisset basilicã sancti Martini, cuius res sæpè peruaserat, expetiuit. Tunc data occasione vt custodiretur, Aurelianenses

atque Blesenſes viciſſim ad has excubias veniebant : impletíſque quindecim diebus, cum multa præda reuertebantur, adducentes iumenta, pecora, vel quodcunque diripere potuiſſent. F

D. Martinus vlciſcitur.

Illi verò qui beati Martini iumenta abduxerant, commota altercatione, ſe inuicem lanceis transfixerunt : duo qui mulas diripiebant, in domum vicini cuiuſdam accedentes, potum rogare cœperunt. Cúmque ille ſe habere negaret, eleuatis lanceis vt eum transfoderent, hic extracto gladio vtrunque perfodit : ceciderúntque ambo & mortui ſunt : iumenta tamen ſancti Martini reddita ſunt. Tantáque ibi tunc mala per hos Aurelianenſes geſta ſunt, vt nequeant explicari.

CAP. XXII.

Eberulfi regũ interfectoris ſcelera.

DVM autem hæc agerentur, res ipſius Eberulfi diuerſis conceduntur, aurum argentúmque, vel alias meliores ſpecies quas ſecum retinebat, in medio expoſuit. Quod verò commendatum habuit, publicatum eſt : greges etiam equorum, porcorum, iumentorúmque diripiuntur. Domus verò intramuranea, quam de dominatione eccleſiæ abſtulerat, referta annonis, vino, atque tergoribus rebúſque aliis multis adplenè ſpoliata eſt. Nec ibi aliud quàm parietes vacui remanſerunt. Ex hoc nos maximè ſuſpectos habebat, qui in cauſis eius fideliter currebamus, promittens plerunque, quòd ſi vnquam ad regis gratiam peruenirem, in nobis hæc quæ perferebat vlciſceretur. G Deus enim nouit, cui arcana pectoris reuelantur, quia de puro corde inquantum potuimus ſolatium miniſtrauimus : & quanquam multas nobis inſidias prius de rebus ſancti Martini feciſſet, extabat tamen cauſa vt eaſdem obliuiſcerer, eo quòd filium eius de ſacro lauacro ſuſcepiſſem. Sed credo infelici ea res maximum fuit impedimentum, quòd nullam reuerentiam ſancto præſtabat antiſtiti. Nam ſæpè cædes intra ipſum atrium quod ad pedes beati erat, exegit, exercens aſſiduè ebrietates ac vanitates. Presbyterum quoque vnum pro eo quòd ei vinum dare differret, cum iam crapulatus aſpiceret, eliſum ſuper ſcamnum pugnis ac diuerſis ictibus verberauit, vt penè animam reddere videretur : & feciſſet forſitan ſi ei medicorum ventoſæ non ſubueniſſent. Habebat enim pro timore *regis in ipſo ſalutatorio beatæ baſilicæ manſionem*. Cùm autem presbyter qui claues oſtij retinebat, clauſis reliquis receſſiſſet, per illud ſalutatorij oſtium introeuntes puellæ, cum reliquis pueris eius ſuſpiciebant picturas parietum, rimabanturque ornamenta beati ſepulchri, quod valdè facinoroſum religioſis erat. Quod cùm presbyter cognouiſſet, defixis clauis ſuper oſtium, intrinſecus H ſeras aptauit. Hæc ille cum poſt cœnam vino madidus aduertiſſet, & nos in baſilica in initio noctis orationis gratia pſalleremus, furibundus ingreditur, meque conuiciis ac maledictionibus vrgere cœpit, illud inter iurgia exprobrans, quòd ego eum velim à ſancti antiſtitis fimbriis ſeparare. Sed ego ſtupens quæ virum cepiſſet inſania, blandis eum ſermonibus mulcere conatus ſum. Sed cum eius furias verbis lenibus ſuperare non poſſem, ſilere decreuit. Ille verò me tacitum intendens, ad presbyterum conuertitur, euomítque in eum multa conuicia. nam & illum verbis procacibus, & me diuerſis obprobriis impugnabat. Nos verò cum vidiſſemus eum, vt ita dicam, agi à dæmone, egreſſi à baſilica ſancta ſcandalum vigiliaſque finiuimus, illud maximè indignum ferentes, quòd ad hoc iurgium abſque reuerentia ſancti, ante ipſum ſepulchrum antiſtitis excitauerat.

Somnium autoris.

His diebus vidi ſomnium, quod ipſi in ſancta baſilica retuli dicens, Putabam me quaſi in hac baſilica ſacroſancta Miſſarum ſolennia celebrare : cumque iam altarium cum oblationibus pallio ſerico opertum eſſet, ſubitò ingredientem Gunthchramnum regem conſpicio, qui voce magna clamabat, Extrahite inimicum generationis noſtræ, euellite homicidam à ſacro dei altario. At ego cum I hæc audirem, ad te conuerſus dixi, Adprehende pallium altaris, infelix, quo ſacra munera conteguntur, ne hinc abiicaris. Cúque adprehenderes, laxabas eum manu, & non viriliter detinebas. Ego verò expanſis manibus contra pectus regis, meum pectus aptabam dicens, noli eiicere hunc hominem de baſilica ſancta, ne vitæ periculum patiaris, ne te ſanctus antiſtes ſua virtute confodiat. Noli te propria iaculo interimere : quia hoc ſi feceris, præſenti vita æternaque carebis. Sed cum rex mihi reſiſteret, tu laxabas pallium, & poſt me veniebas. Ego verò valdè tibi moleſtus eram. Cúmque reuerteres ad altarium, adprehendebas pallium, ſed rurſum relinquebas. dum hoc tu trepidè retineres, & ego viriliter regi reſiſterem, euigilaui pauore conterritus, ignarus quid ſomnium indicaret. Igitur cum ei iſta narraſſem, ait, Verum eſt ſomnium quod vidiſti, quod valdè cogitationi meæ concordat. Cui ego, Ecquid prouidit cogitatio tua? Et ille, Deliberatum, inquit, habui, vt ſi me rex ab hoc loco iuberet extrahi, ab vna manu pallas altaris tenerem : ab K alia verò euaginato gladio te prius interfecto, quantoſcunque deinceps clericos reperiſſem, in mortem proſternerem. Nec mihi poſt hæc erat iniuria, leto ſuccumbere, ſi de huius ſancti clericis acciperem vltionem. Hæc ego audiens & ſtupens admirabar quod erat, quia per os eius diabolus loquebatur : nunquam enim in deum vllum timorem habuit. nam dum eſſet in libertate, equi eius ad pecora per ſegetes pauperũ vineáſque dimittebãtur. Quod ſi expellebãtur ab his quorũ euertebant labores, ſtatim à ſuis percellebantur. nam in hac anguſtia qua erat, ſæpè commemorabat, quòd res beati antiſtitis abſtuliſſet iniuſtè. Denique anno ſuperiore commotum quendam leuem è ciuibus eccleſiæ, actores fecit interpellare. Tunc poſtpoſita iuſtitia, res quas olim eccleſia poſſidebat, ſub ſpecie emptionis abſtraxit, data ipſi homini parte aurea balthei ſui. ſed & talia

CAP. XXIII.

multa peruerſè egit vſque ad finem vitæ ſuæ, quæ in poſterum explanabimus.

PRÆSENTI quoque anno Armentarius Iudæus cum vno ſectæ ſuæ ſatellite, & duobus Chriſtianis

A Chriſtianis ad exigendas cautiones quas ei propter tributa publica Iniuriosus ex vicario, ex comite verò Eunomius depoſuerant, Turonos aduenit : interpellatíſque viris promiſſionem accepit de reddendo pecuniæ fœnore cum vſuris, dicentibus ſibi præterea ipſis, Si ad domũ noſtrã veneris, & quæ debentur exſoluimus, & aliis te muneribus, ſicut dignum eſt, honoramus. Eo quoque eunte ab Iniurioſo ſuſcipitur, & conuiuio conlocatur : expletóque epulo, adpropinquante nocte commoti ab eodem loco ad alium tranſeunt. Tunc vt ferunt, Iudæi cum duobus Chriſtianis ab Iniurioſi hominibus interfecti, in puteum qui propinquus erat domui eius, proiecti ſunt. Auditis his parentes eorum quę geſta fuerant, Turonos aduenerunt, datóque quibuſdam hominibus indicio puteum reperiunt, vtróſque extrahunt, multum negante Iniurioſo, quòd in hac cauſa non fuerat inquinatus. Poſt hæc in iudicium venit : ſed cum fortiter, vt diximus, denegaret, & hi non haberent qualiter eum conuincere poſſent, iudicatum eſt, vt ſe inſontem redderet ſacramento. Sed nec hoc his adquieſcentibus, placitum in regis Childeberti præſentia poſuerunt. Veruntamen neque pecunia, neque cautiones Iudæi defuncti repertæ ſunt. Loquebantur tunc multi hominum Medardum tribu- B num in hoc ſcelere mixtum fuiſſe, eo quòd & ipſe à Iudæo pecuniam mutuaſſet. Iniurioſus tamen ad placitum in conſpectu regis Childeberti aduenit, & per triduum vſque occaſum ſolis obſeruauit. Sed quum hi non veniſſent, neque de cauſa hac ab vllo interpellatus fuiſſet, ad propria rediit.

Iudæi trucidantur.

ANNO igitur decimo Childeberti regis rex Gunthcramnus commotis genti bus regni ſui magnum iunxit exercitum. Sed pars maior cum Aurelianenſibus atque Bituricis Pictauum petiit : exceſſerant enim de fide quam regi promiſerant. Miſerúntque prius legationem, vt ſcirent vtrum ſuſciperentur ab his, an non. Sed epiſcopus loci Maroueus durè ſuſcepit hos nuncios. At illi intra terminum ingreſſi, prædas, incendia, atque homicidia faciebant. Hi verò qui cum præda reuertebantur, per Turonicum tranſeuntes, ſimiliter illi qui iam ſacramenta dederant, faciebant. Ita vt ipſę quoque eccleſiæ incenderentur : & quæcunque inuenire potuiſſent, diriperentur : quod ſæpius actum eſt, dum illi ad regem ægrè conuerterentur. Sed cum exercitus propius ad vrbem accederet, etiam pars maxima regionis deuaſtata cerneretur, tunc miſerũt nuncios fideles ſe regi Gunthchramno fatentes. C At illi intra muros vrbis recepti, ſuper epiſcopum inruerunt, dicentes eum infidelem eſſe. Ille verò cùm ſe ab his cerneret coarctatũ, effracto vno de ſacris miniſteriis calice aureo, & in numiſmata redacto, ſe populúmque redemit.

CAP. XXIIII

Pictauos deſertores Gunthramnus populatur.

MARILEIFVM verò qui primus medicorum in domo Chilperici regis habitus fuerat, ardentiſſimè vallãt. Et qui iam à Gararico duce valdè ſpoliatus fuerat, ab his iterum denudatur, ita vt nulla ei ſubſtantia remaneret. Equos quoque eius, aurum argentumque ſiue ſpecies quas meliores habebat, pariter auferentes, ipſum ditioni eccleſiaſticæ ſubdiderunt. Seruitium enim patris eius tale fuerat, vt molendina eccleſiaſtica ſtuderet, fratréſque ac conſobrini, vel reliqui parentes culinis dominicis atque piſtrino ſubiecti erant.

CAP. XXV.

Marileifus medicus ſpoliatur.

GVNDOBALDVS verò Pictauum accedere voluit, ſed timuit. Audierat enim iam contra ſe exercitum commoueri. In ciuitatibus enim quæ Sygiberti regis fuerant ex nomine regis Childeberti ſacramenta ſuſcipiebat. In reliquis verò quę aut Gunthchramni aut Chilperici fuerant, nomine ſuo, quod fidem ſeruarent iurabant. Poſt hæc Engoliſmam acceſſit, ſuſceptíſque ſacramentis, muneratíſque prioribus, Petrogoricum adgreditur, grauiter epiſcopum tunc iniuriatum reliquit, pro eo quòd ſuſceptus ab eodem non fuiſſet. D

CAP. XXVI.

Gũdobaldus fidem ciuitatum exigit.

EXINDE Tholoſam digreſſus, emiſit nuncios ad Magnulfum epiſcopum ciuitatis, vt ab eo ſuſciperetur. Sed ille non immemor prioris iniuriæ, quam per Sigulfum quondam qui ſe in regnum eleuare voluit, pertulerat, dixit ciuibus ſuis : Scimus enim regem eſſe Gunthchramnum ac nepotem eius, hunc autem neſcimus vnde ſit. Eſtote ergo parati : & ſi voluerit Deſiderius dux hanc calamitatẽ inducere ſuper nos, ſimili vt Sigulfus ſorte depereat : ſitque omnibus exemplum, ne quis extraneorum, Francorum regnum audeat violare. His ita reſiſtentibus & bellũ parantibus, adueniente Gundobaldo cum magno exercitu, cum vidiſſent quòd ſuſtinere non poſſent, ſuſceperunt eum. Poſt hęc cum ad conuiuium in domo eccleſię epiſcopus vnà cum Gundobaldo reſideret, ait, Filium te Chlotharij regis adſeris : ſed vtrum ſit verum, an non, ignoramus. Et ſi poſſis vindicare cœpta, incredibile habetur apud animos noſtros. A t ille ait, Ego regis Chlotharij ſum filius, & partem regni de preſenti E ſum percepturus, & vſque Pariſios velociter accedam, & ibi ſedem regni ſtatuam. Cui epiſcopus ait, Verúmne eſt ergo quòd nullus de ſtirpe Francorum remanſit, ſi tu quæ dicis impleueris? Inter has altercationes, cùm hæc Mummolus exaudiſſet, eleuata manu alapis cæcidit epiſcopum, dicẽs, Non pudet vt tam degener & ſtultus ita magno regi reſpondeat? Verùm vbi & Deſiderius de conſilio epiſcopi comperit quæ fuerant dicta, ira commotus, manus in eum iniecit : cæſumque communiter haſtis, pugnis, & calcibus, ac fune reuinctum, exilio damnauerunt, res eius tam proprias quàm eccleſiæ integrè auferentes. Vuaddo autem qui erat maior domus reginæ Rigunthis, ſe eiſdem copulauit. Reliqui verò qui cum eo abierant, per fugam dilapſi ſunt.

CAP. XXVII

Magnulfus recuſat & lacerat Gundobaldũ : itaque in exiliũ truditur.

POST hæc exercitus ab vrbe Pictaua remotus inantea, poſt Gundobaldum proficiſcitur. Secutique ſunt eum de Turonicis multi lucri cauſa : ſed Pictauis ſuper eum inruentibus, nonnulli interempti, plurimi verò ſpoliati redierunt. Hi autem qui de his ad exercitum prius iunxerãt, pariter

CAP. XXVIII.

Exercitus Gõdobaldum sequitur.

abierunt. Itaque exercitus ad Dorononiam fluuium accedens, præstolari cœpit, quid de Gundobaldo cognosceret. Cui iam vt supradictum est, adhæserãt dux Desiderius & Bladastes cum Vuaddone maiore domus Rigunthis reginæ. Erant enim primi cum eo Sagittarius episcopus & Mummolus. Sagittarius enim iam promissionem de episcopatu Tholosano acceperat.

CAP. XIX.

DVM autem hæc agerentur misit rex Gunthchramnus Claudium quendam dicens, Si abieris, inquit, & eiectum de basilica Eberulfum aut gladio interemeris, aut catenis vinxeris, magnis te muneribus locupletabo. Veruntamen ne sanctæ basilicæ iniuriam inferas omnino, commoneo. Ille verò vt erat vanitati atque auaritiæ deditus, velociter Parisios aduolauit. Vxor enim ei ex Meldensi territorio erat. Voluere animo cœpit, vtrum Fredegundem reginam videret, dicens, Si eam videro, elicere ab ea aliquid muneris possum: scio enim eam esse homini ad quem directus sum, inimicam. Tunc accedens ad eam de præsenti munera magna capiens, promissiones multas elicuit, vt aut extractum à basilica Eberulfum occideret, aut circumuentum dolis, catenis vinciret, aut certè in ipso eum atrio trucidaret. Regressus autem ad Dunense castrum, comitem commoner vt in trecentos viros quasi ad custodiendas Turonicæ vrbis portas, adiungeret: scilicet vt cum venisset per eorum solatium, Eberulfum posset opprimere. Cumque comes loci viros istos commoneret, Claudius Turonos accessit. Et cum iter ageret, vt consuetudo est barbarorum, auspicia intendere cœpit, ac dicere sibi esse contraria: simulque interrogare multos, si virtus beati Martini de præsenti manifestaretur in perfidis. Aut certè si aliquis iniuriam in eum sperantibus intulisset, si protinus vltio sequeretur. Igitur postpositis, vt diximus, viris qui ad solatium eius venire debuerant, ipse ad basilicam sanctam accessit. Statimque infelici Eberulfo coniunctus, sacramenta dare cœpit, ac iurare per omnia sacrosancta, vel virtutem præsentis antistitis, nullum in causis eius fore fideliorem, qui ita cum rege causas eius possit exserere. Hoc enim apud se consilium habuerat miserrimus, Nisi eum peierando decepero, non vincam. Verum vbi vidit Eberulfus, quòd ei talia cum sacramento in ipsa basilica ac per porticus, & singula loca atrij veneranda promitteret, credidit miser homini peieranti. Die autem altero cum nos in villa quasi millia xxx. ab vrbe commoraremur, ad conuiuium basilicæ sanctæ cum eodem & reliquis ciuibus est adscitus: ibique eum Claudius gladio ferire voluit, si pueri eius longius adstitissent. Veruntamen nunquam hæc Eberulfus, vt erat vanus, aduertit. Postquam autem conuiuium est finitum, ipse simul ac Claudius per atrium domus basilicæ deambulare cœperunt, sibi inuicè fidem ac charitatem sacramẽtis intercurrentibus promittentes. His ita loquentibus ait Claudius Eberulfo, Delectat animum ad metatum tuum haurire potum, si vina odoramentis essent immixta, aut certè potentioris vini libationem strenuitas tua requireret. Hæc eo dicente, gauisus Eberulfus, respondit habere se, dicens, & omnia quæ volueris ad metatum meum reperies: tantum vt dignetur dominus meus tugurium ingredi mansionis meæ. Misitque pueros, vnum post alium ad requirenda potentiora vina, Laticina videlicet atque Gatizina. Cumque illum à pueris relictum solum Claudius conspexisset, eleuata contra basilicam manu, ait, Martine beatissime fac me vxorem cum parentibus citò videre. Infelix enim in discrimine positus, & hunc interficere in atrio cogitabat, & virtutem sancti antistitis metuebat. Tunc vnus è pueris Claudij qui erat robustior, adprehensum Eberulfum à tergo, validioribus lacertis adstringit, resupinatumque pectus eius ad iugulandum parat. At Claudius extracto à baltheo gladio, ad eum dirigit. Sed & ille prolatum à cingulo ferrum se ad percutiendum dum teneretur adaptat. Cumque Claudius eleuata dextera, cultrum eius pectori iniecisset, & ille nõ segniter sub ascella illius pugionem defixisset, retractoque ad se, librato ictu, pollicem Claudij intercidit. Ex hoc conuenientes pueri eius cum gladiis, Eberulfum diuersis ictibus sauciant. Quorum de manu dilapsus, dum fugere iam exanimis niteretur, extracto gladio caput eius grauissimè verberant, effusoque cerebro cecidit, & mortuus est: nec promeruit ab eo saluari, quem fideliter nunquam intellexit exposcere. Igitur Claudius timore perterritus, cellulam abbatis expetiit, ab eo tutari se cupiens, in cuius patronum reuerentiam habere non sapuit. Illo quoque residente, ait, Perpetratum est scelus immensum, & nisi tu subueneris, peribimus. Hæc eo loquente, inruerũt pueri Eberulfi cum gladiis ac lanceis. Obseratumque reperientes ostium, effractis cellulæ vitreis hastas per parietis fenestras iniiciunt, Claudiúmque iam semiuiuum ictu transfigunt. Satellites autem eius post ostia & sub lectis abduntur. Abbas adprehensus à duobus clericis, inter gladiorum acies, vix viuus eripitur: reseratisque ostiis turba gladiatorum ingreditur. Nonnulli etiam matriculariorum & reliquorum pauperum, pro scelere commisso tectum cellulæ conantur euertere. Sed & energumeni ac diuersi egeni cum petris & fustibus ad vlciscendam basilicæ violẽtiam proficiscuntur, indignè ferentes, cur talia quæ nunquam facta fuerant, essent ibidem perpetrata. Quid plura? Extrahuntur fugaces ex abditis, & crudeliter trucidantur. Pauimentum cellulæ tabo maculatur. Postquam verò interempti sunt, extrahuntur foras, & nudi super humum frigidam relinquuntur. Percussores verò nocte sequenti adprehensis spoliis fuga dilabuntur. Adfuit autem dei vltio de præsenti super eos qui beatum atrium humano sanguine polluerunt. Sed nec eius facinus paruum esse censetur, quem talia beatus antistes perferre permisit. Magnam ex hoc rex iracundiam habuit, sed cognita ratione quieuit. Res tamen ipsius infelicis tam mobiles quàm immobiles, quod à prioribus relictum fuerat, suis fidelibus condonauit: qui vxorem eius valde spoliatam, in sancta basilica reliquerunt. Corpus verò Claudij & reliquorum, parentes proximi auferentes

Claudius ad Eberulfum occidendum mittitur.

Claudius transfigitur.

Claudius iureiurãdo fallit Eberulfũ.

auferentes in suam regionem sepelierunt.

IGITVR Gundobaldus duos ad amicos suos legatos direxit, clericos vtique: ex quibus vnus abbas Cadurcinæ vrbis, literas quas acceperat, cauata codicis tabula sub cera recondidit. Sed adprehensus ab hominibus regis Gunthchramni, repertis literis in regis præsentiam est deductus: qui cæsus grauissimè, in custodiam est retrusus.

CAP. XXX. *Gundobaldi literæ intercipiuntur.*

ERAT tunc tẽporis Gundobaldus in vrbe Burdegalẽsi à Berthcramno episcopo valdè dilectus: inquirens autẽ quæ ei causæ solatiũ præbere possent, narrauit quidã, quòd aliquis in partibus oriẽtis rex, ablato sancti Sergij martyris pollice, in dextro brachio corporis sui inseruisset. Cũque ei necessitas ad depellendum inimicos obueniisset, in hoc confisus auxilio, vbi dextri lacerti erexisset vlnam, protinus multitudo hostium quasi martyris obpressa virtute, labebatur in fugam. Hæc audiens Gũdobaldus, inquirere diligentius cœpit quisnam esset in eo loco qui reliquias sancti Sergij martyris meruisset accipere. Interea proditus ab episcopo Berthcramno Eufron negociator per inimicitiã, quia inuitum aliquando eum totunderat, inhians facultati eius. Quod ille dispiciens, ad aliam vrbẽ transiens, cæsarie crescente regreditur. Ait ergo episcopus: Est hic quidam Syrus Eufron nomine, qui de domo sua ecclesiam faciens, huius sancti reliquias collocauit: & plurima ex his signa virtute martyris opitulante conspexit. Nam cum tempore quodam Burdegalensis ciuitas maximo flagraret incẽdio, hæc domus circundata flammis, nullatenus est adusta. Ista eo dicente, statim Mummolus cursu rapido cum episcopo Berthcramno ad domum Syri accedit: vallatóque homine, pignera sibi sancta præcepit ostendi. Negat ille: tamen cogitãs quòd pro malitia aliqua ei hæ pararentur insidiæ, ait, Noli fagitare senem, nec sancto inferre iniuriam: sed acceptis à me centum aureis abscede. Illo quoque insistente vt sanctas videret reliquias, ducentos aureos obtulit: & nec sic obtinuit eum recedere, nisi ipsa pignera viderentur. Tunc Mummolus eleuari ad parietem scalam iubet. erãt enim in sublimi parietis contra altarium in capsula reconditæ: diaconum suum scandere præcepit. Qui per gradus scandens scalæ, adprehendens capsam, ita tremore concussus est, vt nec viuens putaretur ad terram reuerti. Attamen accepta, vt diximus, capsula quæ de pariete pendebat, detulit. Qua perscrutata Mummolus os de sancti digito reperit, quod cultro ferire non metuit. Posito enim desuper cultro, & sic de alio percutiebat. Cumq; post multos ictus vix frangi potuisset, diuisum in tres partes officulum diuersas in partes dilabitur. Credo non erat acceptum martyri, vt hæc ille contingeret. Tunc flente vehementius Eufronio, prosternuntur omnes in orationem, deprecantes vt deus dignaretur ostendere quæ ab oculis fuerant humanis ablata. Post orationem autem repertæ sunt particulæ, ex quibus vna Mummolus adsumpta, abscessit: sed non (vt credo) cum gratia martyris, sicut in sequenti declaratum est. Dum autem in hac vrbe morarẽtur, Faustianum presbyterũ Aquensi vrbi episcopum ordinari præcipiunt. Nuper enim in Aquensi vrbe episcopus obierat, & Nicetius comes loci illius, germanus Ructici, vici Iulienſis episcopi, præceptionẽ ab Chilperico elicuerat, vt tonsuratus ciuitati illi sacerdos daretur. Sed Gundobaldus destruere nitens eius decreta, conuocatis episcopis iussit eum benedici. Berthcramnus autem episcopus qui erat metropolis, cauens futura, Palladium Sanctonicum iniungit qui eum benediceret. Nam & oculi ei eo tempore à lippitudine grauabantur. Fuit autem ad hanc ordinationem & Orestes Vasatensis episcopus: sed negauit hoc coram rege.

Miracula ad reliquias B. Sergij.

CAP. XXXI.

POST hæc misit iterum Gundobaldus duos legatos ad regem cum virgis consecratis, iuxta ritum Francorum, vt scilicet non contingerentur ab vllo, sed expositа legatione cum responso reuerterentur. Sed hi incauti, priusquam regis præsentiam cernerent, multis quæ petebãt explanauerunt. Extemplò sermo cucurrit ad regem: itaque vincti catenis in regis præsentiam deducuntur. Tunc illi quid quærerent, ad quem directi, vel à quo fuerint missi negare non ausi, aiunt, Gundobaldus qui nuper ab oriente veniens, dicit se filium esse patris vestri regis Chlotharij, misit nos vt debitam portionem regni sui recipiat: sin autem à vobis non redditur, noueritis eum in has partes cum exercitu esse venturum. omnes enim viri fortissimi regionis illius quæ vltra Dorononiam sita ad Gallias pertinet, ei coniuncti sunt: & ita infit, Iudicabit tunc deus cum in vnius campi planitie iunxerimus, vtrũ sim Chlotharij filius, an non. Tunc rex furore succensus iussit eos ad trocleas extendi, & fortissimè cædi, vt si vera essent quæ dicerent, euidentius adprobarent: & si aliquid doli adhuc intra pectorum arcana retinerent, vis tormentorum extorqueret inuitis. Deindè increscentibus suppliciis, aiunt, neptem illius, id est regis Chilperici filiam, cum Magnulfo Tholosanorum episcopo exilio deputatã; thesauros omnes ab ipso Gundobaldo sublatos reddidisse: ipsum quoque regem ab omnibus maioribus natu Childeberti regis expetitum esse: sed præsertim cùm Gunthcramnus Boso ante hos annos Constantinopolin abisset, ipsum in Gallias inuitasse.

Legati Gundobaldi vinciuntur.

QVIBVS cæsis & in carcerem retrusis, rex arcessiri nepotem suum Childebertum iubet, vt scilicet coniuncti pariter homines istos audire deberent. Denique cùm simul coniuncti, viros interrogarent, iterauerunt ea regibus simul astãtibus, quæ prius solus rex Gunthcramnus audiuit. Adserebant etiam constanter hanc causam, sicut iam supra diximus, omnibus senioribus in regno Childeberti regis esse cognitam. Et ob hoc nonnulli de prioribus regis Childeberti in hoc placitum abire timuerunt, qui in hac causa putabantur esse participes. Post hæc rex Gunthcramnus data in manu regis Childeberti hasta, ait, Hoc est indicium quòd tibi omne regnum meum tradidi. Ex hoc

CA. XXXIII.

Childeberto nepoti Gunthramnus regnũ cedit.

nunc vade, & omnes ciuitates meas tanquam tuas proprias, ſub tui iuris dominationẽ ſubiice. Nihil F
enim facientibus peccatis, de ſtirpe mea remanſit, niſi tu tantum qui mei fratris es filius. Tu enim
hæres in omni regno meo ſuccede, cæteris exhæredibus factis. Tunc relictis omnibus adſumpto
ſeorſum puero clam locutus eſt, prius obteſtans diligentiſſimè, ne ſecreta conlocutio vlli hominum
panderetur. Tunc indicauit ei quos in concilio haberet, aut ſperneret à conloquio: quibus ſe cre-
deret, quos vitaret, quos honoraret muneribus, quos ab honore depelleret. Interea interdicens
vt Egidium epiſcopum, qui ei ſemper inimicus extiterat, nullo modo aut crederet, aut haberet, quia
& ipſi & patri ſuo ſæpius peieraſſet. Deindè cùm ad conuiuium conueniſſent, cohortabatur Gun-
thramnus rex omnem exercitum, dicens, Videte, ô viri, quia filius meus Childebertus iam vir
magnus effectus eſt. Videte, & cauete ne eum pro paruulo habeatis. Relinquite nunc peruerſitates,
atque præſumptiones quas exercetis, quia rex eſt cui vos nunc deſeruire debetis. Hæc & his ſimilia
locutus, per triduum epulantes atque iocundantes, multiſque muneribus locupletantes, cum pace
diſceſſerũt. Tunc ei reddidit rex Gũthcramnus omnia quæ pater eius Sygibertus habuerat, obteſtãs
ne ad matrem accederet, ne fortè aliquis daretur aditus, qualiter ad Gundobaldum ſcriberet, aut ab G
eo ſcripta ſuſciperet.

IGITVR Gundobaldus cùm audiſſet ſibi exercitum propinquare, relictus à Deſiderio duce,
Garonnam cum Sagittario epiſcopo, Mummolo, & Bladaſte ducibus atque Vuaddone tranſuit,
Conuenas petentes. Eſt enim vrbs in cacumine montis ſita, nulliſque monti contigua. Fons magnus
ad radicem montis erumpens, circundatus turre tutiſſima: ad quem per cuniculum deſcendẽtes ex
vrbe, latenter latices hauriunt. Hanc enim ingreſſus vrbem, in initio quadrageſimæ, locutus eſt
ciuibus dicens, Noueritis mecum omnibus qui in regno Childeberti habentur, electum eſſe regem,
atque haberi mecum non modicũ ſolatium. Sed quoniam frater meus Gũthcramnus rex, immẽſum
aduerſus me mouet exercitum, oportet vos alimenta atque cunctam ſupellectilem intra murorum
munitionem concludere, vt ſcilicet dum nobis illa pietas diuina auget ſolatium, non pereatis inopia. Hæc illis credentibus, quæcunque habere potuerunt conlocantes in vrbe, præparabant ſe ad
reſiſtendum. Eo tempore Gunthcramnus rex miſit literas ad Gundobaldum ex nomine Brunichil-
dis reginæ, in quibus erat ſcriptum, vt relicto exercitu & in loca ſua abire iuſſo, ipſe remotior apud H
Burdegalenſem vrbem hiberna deduceret. Scripſerat enim hæc doloſè, vt de eo plenius quid age-
ret, poſſet agnoſcere. Igitur commorante eo apud vrbem Conuenas, locutus eſt incolis dicens, Ec-
ce iam exercitus adpropinquat, egredimini ad reſiſtendum. Quibus egredientibus, hi occupantes
portas atque claudentes, excluſo foris populo, cum epiſcopo loci cuncta quæ in vrbe inuenire po-
tuerant, ſuis ditionibus ſubdiderunt. Tantáque ibi multitudo annonæ atque vini reperta eſt, vt ſi
viriliter ſtetiſſent, per multorum annorum ſpacia victus alimentis non egerent.

Gundobaldus Conuenas vrbem dolo intrat.

CAP. XXXV.

AVDIERANT enim eo tempore duces Gunthcramni regis, Gundobaldum vltra Garonnam
in litore reſidere cum ingenti hoſtium multitudine: ipſoſque theſauros quos Rigunthis tulerat ſe-
cum retinere. Tunc impetu facto cum equis Garonnam nando tranſiere, nonnullis de exercitu in
amne demerſis. Reliqui in litus egreſſi, requirentes Gundobaldum, inuenerunt camelos cum in-
genti pondere auri atque argenti, ſiue equos quos feſſos per vias reliquerat. Audientes dein-
ceps eos infra muros vrbis Conuenicæ commorari, relictis plauſtris ac diuerſis impedimentis cum
populo minore robuſtiores viri ipſum ſicut iam Garonnam tranſierant, inſequi deſtinant. Quibus I
properantibus, venerunt ad baſilicam ſancti Vincentij, quæ eſt iuxta terminum Agennenſis vr-
bis, vbi ipſe martyr pro Chriſti nomine agonem dicitur conſummaſſe: inuenerúntque eam refer-
tam diuerſis theſauris incolarum. Erat enim ſpes incolis non eſſe à Chriſtianis tanti martyris baſili-
cam violandam, cuius oſtia ſummo ſtudio obſerata erãt. Nec mora, adpropinquans exercitus cùm
reſerare templi valuas non valeret, ignem accendit: conſumptíſque oſtiis, omnem ſubſtantiam, cun-
ctamque ſupellectilem quam in ea inuenire potuerunt, cum ſacris miniſteriis abſtulerunt. Sed mul-
tos ibi vltio diuina conterruit. Nam pleriſque manus diuinitus vrebantur, emittentes fumum ma-
gnum ſicut ex incendio ſurgere ſolet. Nonnulli arrepti à dæmone per energiam debacchantes
martyrem declamabant. Plurimi verò ſemoti à ſeditione propriis ſe iaculis ſauciabant. Reli-
quum verò vulgus inante non ſine grandi metu progreſſum eſt. Quid plura? Conueniũtur ad Con-
uenas: ſic enim diximus nomen vrbis: omniſque phalanga in ſuburbana vrbis campania caſtrame-
tata eſt: ibique extenſis tentoriis, reſidebat. Vaſtabatur in circuitu tota regio: nonnulli autem ab K
exercitu, quos fortior auaritiæ aculeus terebrabat, longius euagantes perimebantur ab incolis.

B. Vincentij agonis locus.

Sacrilegorum punitio.

CAP. XXXVII

ABSCONDEBANT enim ſe multi per collem, & cum Gundobaldo ſæpius loquebantur, infe-
rentes ei conuicia ac dicentes, Túne es pictor ille qui tempore Chlotharij regis per oratoria pariе-
tes atque cameras caraxabas? Túne es ille quem Ballomerem nomine ſæpius Galliarum incolæ vo-
citabant? Túne es ille qui plerunque à regibus Francorum propter has præſumptiones quas pro-
fers, tonſuratus, & exilio datus es? Vel quis te infeliciſſimè hominum in hæc loca adduxit, edicito.
Quis tibi tantam audaciam præſtitit, vt dominorum ac regum noſtrorum fines auderes adtin-
gere? Certè ſi à quoquam es euocatus, clara voce teſtare. En tibi ante oculos mortem expoſitam: en
ipſam quam diu quæſiſti exitij foueam, in quam præceps deiiciaris. Dic ſatellites viritim, vel à
quibus inuiteris enuncia. At ille cum hæc audiret, propius ſuper portam adſtans dicebat, Quòd me
Chlotharius

Conuicia in Gundobaldũ.

A Chlotharius pater meus exoſum habuerit, habetur incognitũ nulli: quòd autem ab eo vel deinceps
à fratribus ſim tonſuratus, manifeſtum eſt omnibus. Et hæc me cauſa Narſeti præfecto Italiæ iun-
xit: ibíque vxorem accipiens, duos filios generaui. Qua mortua, adſumptis mecum liberis, Con-
ſtantinopolin abij. Ab imperatoribus verò ſuſceptus benigniſſimè, vſque ad hoc tempus vixi. Ante
hos enim annos cùm Gunthcramnus Boſo Cõſtantinopolin abiiſſet, & ego ſollicitus cauſa fratrum
meorum diligenter rimarer, cognoui generationem noſtram valde adtenuatam, nec ſupereſſe de
ſtirpe noſtra niſi Childebertum & Gunthcramnum, fratrem ſcilicet, & fratris mei filium. Filij
enim Chilperici regis cùm ipſo interierant, vno tantùm paruulo derelicto. Gunthcramnus frater
meus filios non habebat. Childebertus nepos noſter, minimè fortis erat. Tunc Gũthcramnus Boſo
his mihi diligenter expoſitis, inuitauit me, dicens, Veni quia ab omnibus regni regis Childeberti
principibus inuitaris, nec quiſquam contra te mutire auſus eſt. Scimus enim omnes te filium eſſe
Chlotharij: nec remanſit in Galliis qui regnum illud regere poſſit, niſi tu aduenias. At ego datis ei
multis muneribus per duodecim loca, ſancta ab eo ſuſcipio ſacramenta, vt ſecurus in hoc regnum
B accederem. Veni enim Maſſiliam, ibíque me epiſcopus ſumma benignitate ſuſcepit: habebat enim
ſcripta ſeniorum regni nepotis mei. Ex hoc enim Auinionẽ acceſſi, iuxta placita patritij Mummoli.
Gunthcramnus verò immemor ſacramenti ac promiſſionis ſuæ, theſauros meos abſtulit, & in ſuam
ditionem ſubegit. Nunc autem recognoſcite quia ego ſum rex, ſicut & frater meus Gunthcramnus:
Tamen ſi tanto odio noſtro mens veſtra graſſatur, vel ad regem veſtrum deducar, & ſi me cognoſcit
fratrem, quod voluerit faciat. Certè ſi nec hoc volueritis, vel liceat mihi regredi vnde prius
egreſſus ſum. abibo enim, & nulli quicquam iniuriæ inferam. Tamen vt ſciatis vera eſſe quæ dico,
Radegundem Pictauam, & Ingetrudem Turonicam interrogate: ipſæ enim vobis adfirmabunt
certa eſſe quæ loquor. Hæc eo dicẽte, multi cum cõuiciis & improperiis hæc verba profequebãtur.

Gundobaldi vita.

QVINTVS & decimus in hac obſidione effulſerat dies, & Leudegiſilus nouas ad deſtruendam CAP.
vrbem machinas præparabat: pluſtra enim cum arietibus, clitellis & axibus texta, ſub quibus exer- XXXVII.
citus properaret ad deſtruendos muros. Sed cùm adpropinquaſſent, ita lapidibus obruebantur, vt
C omnes adpropinquantes muro conruerent. Cuppas cum pice & adipe accenſas ſupra eos proii-
cientes, alias verò lapidibus plenas ſuper eos deiiciebant. Sed cùm nox certamina prohiberet,
hoſtes ad caſtra regreſſi ſunt. Erat autem cum Gundobaldo & Curiulfus valdè diues ac præpotens,
cuius apothecis ac promptuariis vrbs valde referta erat: de cuius ſubſtantia hi maximè alebantur.
Bladaſtes autem hæc cernens quæ gerebantur, metuens ne Leudegiſilus obtenta victoria eos morti
traderet, impoſito igne in eccleſiæ domo, concurrentibus ad incendium mitigandum incluſis, ille
fuga dilapſus abſceſſit. Mane autem facto, exercitus iterum ad bella conſurgit, ac ex virgis faſces
faciunt, quaſi ad complendam vallem profundam, quæ à parte orientis ſita erat: ſed nocere hæc
machina nihil potuit: Sagittarius verò epiſcopus, frequentius muros cum armis circumibat, & ſæpius
lapides contra hoſtem manu propria iecit è muro.

Machinæ belli.

Bladaſtis ingenioſa fuga.

DENIQVE ij qui vrbem impugnabant, cùm viderent quòd nihil proficere poſſent, nuncios
occultos ad Mummolum dirigunt, dicentes, Recognoſce dominum tuum, & à peruerſitate iſta tãdem CAP.
aliquãdo deſiſte. Quæ enim te amẽtia vallat, vt ignoto homini ſubiungaris? Vxor enim tua iam cum XXXVIII.
D filiis captiuata eſt: filij tui vtpotè iam interfecti ſunt. Quò ruis? quídve præſtolaris, niſi vt cõruas? Hæc
ille mandata accipiens, dixit, Iam vt video regnum noſtrum finem accipit, & potentia cadit. Vnum
ſupereſt, ſi ſecuritatem vitæ me habere cognoſcerem, de multo vos labore poteram remouere. Diſ-
cedentibus nunciis, Sagittarius epiſcopus cũ Mũmolo, Cariulfo atque Vualdone, ad eccleſiã pergit:
ibiq; ſibi ſacramenta dederũt, vt ſi de vitæ promiſſione certiores fierẽt, relicta amicitia Gundobaldi,
ipſum hoſtibus traderent. Reuerſi iterum nuncij, promiſerũt eis vitæ ſecuritatem. Mummolus verò
dixit, Hoc tãtum fiat, ego hunc in manu veſtra tradam: & ego recognoſcens dominum meũ regem,
ad eius præſentiam properabo. Tunc illi promittunt, quòd ſi hæc impleret, ipſum in charitate ſuſci-
perent. Et ſi eum regi excuſare non poſſent, in eccleſiam ponerent, ne vitæ amiſſione mulctaretur.
Hæc cum ſacramenti interpoſitione polliciti, diſceſſerunt. Mũmolus verò, cum Sagittario epiſcopo,
& Vuaddone ad Gũdobaldum pergentes, dixerunt, Sacramenta fidelitatis qualia tibi dedimus ipſe
qui præſens es noſti. Nũc autẽ accipe ſalubre cõſiliũ: diſcede ab hac vrbe, & repræſentare fratri tuo, *Mummolus Gundobaldũ prodit hoſtibus.*
ſicut ſæpè quæſiſti. Iam enim cum his hominibus cõlocuti ſumus, & ipſi dixerunt, quia non vult rex
E perdere ſolatium tuum, eo quòd parum de generatione veſtra remanſerit. At ille intelligens dolum
eorũ, lachrymis perfuſus ait, Inuitatione veſtra in has Gallias ſum delatus. Theſaurorũ verò meorum,
in quib. immẽſum põdus argenti cõtinetur & auri, ac diuerſarum ſpecierũ, aliquid in Auẽnica vrbe
retinetur, aliquid Gunthcramnus Boſo diripuit. Ego verò iuxta dei auxilium ſpe omni in vobis
poſita, vobis conſilium meum credidi: per vos regnare ſemper optaui. Nunc cum deo vobis ſit
actio, ſi quid mihi mendacij dixeritis: ipſe enim iudicet cauſam meam. Hæc eo dicente, reſpondit
Mummolus, Nihil tibi fallaciter loquimur: ſed ecce viros fortiſſimos ſtantes ad portam, tuum
operientes aduentum. Nunc autem depone baltheum meum aureum quo cingeris, ne videaris in
iactãtia procedere: & tuum accinge gladium, meumq́ue reſtitue. & ille, Non ſimpliciter, inquit, hæc
verba ſuſcipio, vt ea quæ de tuis vſque nunc in charitate vſus ſum, à me auferãtur. Mũmolus verò ad-
ferebat cũ iuramẽto, nihil ei moleſtè fieri. Egreſſi igitur portã, ab Ollone Biturigũ comite, & Boſone

susceptus est. Mummolus autem cum satellitibus in vrbem regressus, portam firmissimè obseruauit. F
Hic autem cùm se in manibus inimicorum cerneret traditũ, eleuatis ad cœlum manibus & oculis,
ait, Iudex æterne, & vltio vera innocentium, deus à quo omnis iustitia procedit, cui mẽdacium non
crucecõsignat se Gundob. placet, in quo nullus dolus neque versutia malitiæ continetur, tibi commendo causam meam,
deprecans vt sis velociter vltor super eos qui me insontem manibus tradiderunt inimicorum. Hæc
cùm dixisset, consignans se cruce dominica, abire cœpit cum hominibus supradictis. Cumque à
porta se elongassent, sicut est circa vrbem vallis tota in præcipitium, impulsus ab Ollone cecidit,
illo quoque clamante: En vobis Ballomerem vestrum, qui se regis & fratrem dicit & filium. Et im-
missa lancea, voluit eum transfigere, sed repulsa à circulis loricæ nihil nocuit. Denique cùm eleuatus
ad montem regredi niteretur, Boso emisso lapide caput eius librauit, qui cecidit, & mortuus est.
Gũdobaldus occiditur. Venitque omne vulgus, & defixis in eum lanceis, pedes eius fune ligantes, per omnia exercituum ca-
stra traxerunt: euellentesque cæsariem ac barbam eius, insepultũ ipso in loco quo interfectus fuerat,
reliquerunt. Nocte verò sequẽti, ij qui primi erant, omnes thesauros quos in vrbe reperire potuerũt,
cum ministeriis ecclesiæ clam abstulerunt. Mane verò reseratis portarum valuis, immisso exercitu, G
omne vulgus inclusum in ore gladij tradiderunt, sacerdotes quoque domini cum ministris ad ipsa
ecclesiarum altaria trucidantes. Postquam autem cunctos interfecerunt, vt non remaneret mingens
ad parietem, omnem vrbem cum ecclesiis reliquisque ædificiis succenderunt, nihil ibi præter
humum vacuam relinquentes.

GAP. XXIX. IGITVR Leudegisilus rediens ad castra cum Mummolo & Sagittario, Cariulfo, & Vuaddone,
Sagittarius Episcopus cũ Mummolo cædũtur. nuncios occultè ad regem dirigit, quid de his fieri velit. At ille capitali eos iussit finire sententia.
Vuaddo tunc cum Cariulfo, relictis filiis obsidibus, discesserunt ab eis. Delato quoque nuncio
de horum interitu, cùm hoc Mummolus aduertisset, accinctus armis tugurium Leudegisili petit.
At ille videns cum, ait, Quid sic, inquit, quasi fugiens venis? cui ille, Nihil vt video, de fide promissa
seruatur. nam cerno me in mortis exitio positum. Cui ille, Ego egrediar foras, & omnia mitigabo.
Quo egrediente, confestim ex iussu eius vallata est domus, vt hic interficeretur. Sed & ille cum
diutissimè contra bellantes restitisset, venit ad ostium. Cumque egrederetur, duo cũ lanceis vtraque
ei latera feriunt, sicque cecidit, & mortuus est. Quo viso episcopus, dum timore cõsternatus paueret, H
ait ad eum quidam de astantibus, Inspice propriis oculis episcope, quæ geruntur: & tecto capite, ne
agnoscaris, siluam pete, vt abscondaris paululum, atque ira labente possis euadere. At ille accepto
consilio, dum obtecto capite fugere niteretur, extracto quidam gladio caput eius cum cucullo
decidit. Deinde vnusquisque ad propria rediens, magnas per viam prædas & homicidia fecit. Frede-
gundis autem his diebus Cuppanem in Tholosanum direxit, vt scilicet filiam suam exindè quo-
cunque modo posset, erueret. Ferebant enim plerique ob hoc eum transmissum, vt si Gundo-
baldum reperisset viuum, multis inlectum promissionibus ad eam transduceret. Sed cùm hoc fa-
cere nequiuisset, acceptam Rigunthem à loco illo reduxit, non sine grandi humilitate atque
contumelia.

CAP. XL. IGITVR Leudegisilus dux cum thesauris omnibus quos superius nominauimus, ad regem
Gunthramus Mummoli thesauros pauperibus & Ecclesiæ distribuit. venit: quos postea rex pauperibus & ecclesiis erogauit. Adprehensa vero vxore Mummoli, inquirere
rex cœpit, quid thesauri quos ij congregauerant, deuenissent. Sed illa cognoscens virum suum in-
terfectum fuisse, & omnem iactantiam eorum prorsus in terram conuisse, omnia pandit, dixitque, I
Multum adhuc apud vrbẽ Auinionẽsem auri atque argenti esse, quæ ad regis notitiam nõ venissent.
Statimque misit rex viros qui hæc deferre deberent cum vno puero, quem valdè creditum Mum-
molus habens, hæc ei commendauerat. Abeuntes autem acceperunt omnia quæ in vrbe relicta
fuerant. Ferunt autem ducenta & quinquaginta talenta argenti fuisse: auri verò amplius quàm tri-
ginta. Sed hæc, vt ferunt, de reperto antiquo thesauro abstulit. Quod rex diuisum cum Childeberto
rege nepote suo, partem suam maximè pauperibus est largitus: mulieri autem nihil amplius quàm ea
quæ de parentibus habuerat, relinquens.

CAP. XLI. TVNC & homo ille immẽsi corporis ad regem de Mũmoli familiaribus adductus est, ita magno
Gyges de gẽre Mummoli. corpore elatus, vt duos aut tres pedes super longissimos homines putaretur magnus, lignarius faber,
qui non multo pòst obiit.

CAP. XLII. POST hæc edictum à iudicibus datum est, vt qui in hac expeditione tardi fuerãt, damnarentur.
Biturigum quoque comes misit pueros suos, vt in domo beati Martini, quæ in hoc termino sita est, K
huiusmodi homines spoliare deberent. Sed agens domus illius resistere fortiter cœpit, dicens, Sãcti
Martini homines ij sunt: nihil eis quicquam inferatis iniuriæ, quia non habuerunt consuetudinem
Violator tẽpli B. Martini punitur. in talibus causis abire. At illi dixerunt, Nihil nobis & Martino tuo, quem semper in causis inaniter
profers: sed & tu, & ipsi pretia dissoluetis pro eo quòd regis imperium neglexistis. Et hæc dicens
ingressus est atriũ domus. Protinus dolore percussus cecidit, & grauiter agere cœpit. Conuersusque
ad agentem, voce flebili ait, Rogo vt facias super me crucem domini, & inuoces nomen B. Martini.
Nunc autem cognoui, quòd magna est virtus eius. nam ingrediente me atrium domus, vidi virum
senem exhibentem arborẽ in manu sua quæ mox extensis ramis omne atrium texit. ex ea enim vnus
me attigit ramus, de cuius ictu turbatus conrui: & innuens suis rogabat vt eiiceretur de atrio. Egres-
sus autem, inuocare nomen beati Martini attentius cœpit. Ex hoc enim cõmodius agẽs, sanatus est.

DESI-

A DESIDERIVS verò infrà castrorum munitionem se resque suas tutauit. Vuaddo maior domus CAP. XLIII.
Rigunthis ad Brunichildem reginam transiit. Et ab ea susceptus, cũ muneribus & gratia est dimissus.
Cariulfus basilicam sancti Martini expetiit.

FVIT tunc temporis mulier, quæ spiritum Pythonis habens, multum præstabat dominis diui- CA. XLIIII.
Pythonissa maximum quæstum diuinãdo facit. nando quæstum. Eoque in gratia profecit, vt ab his libera facta, suis voluntatibus laxaretur. Si quis
enim aut furtum, aut aliquid mali præferret, statim hæc quò fur abiit, cui tradidit, vel quid ex hoc
fecerit, edicebat. Congregabat quotidie aurum argentumque, procedens in ornamentis, ita vt pu-
taretur aliquid esse diuinũ in populis. Sed cùm Agerico Viridunensi episcopo hęc nunciata fuissent,
misit ad comprehendendũ eam. Qua adprehensa & ad se adducta, iuxta id quod in Actibus legimus
apostolicis, cognouit in ea immundũ spiritum esse Pythonis. Denique cùm exorcismum super eam
diceret, ac frontem oleo sancto perungeret, exclamauit demonium, & quid esset prodidit sacerdoti.
Sed cum per eum à puella non extruderetur, abire permissa est. Cernẽs verò puella quòd in loco illo
habitare non posset, ad Fredegundem reginam abiit, ibique & latuit.

B MAGNA hoc anno fames penè Gallias totas obpressit. nam plurimi vuarum semina, flores CAP. XLV.
Fames maxima. auellanarum, nonnulli radices herbæ filicis arefactas redactasque in puluerem, admiscentes parum
farinæ, panem conficiebant. multi etiam herbam segetum decidentes, similiter faciebant. Fuerunt
etiam multi quibus non erat aliquid farinæ, qui diuersas colligẽtes herbas, & comedẽtes tumefacti
deficiebant. Plurimi enim tũc ex inedia tabescẽtes, mortui sunt. grauiter tũc negociatores populum
spoliauerunt, ita vt vix, vel modium annonæ, aut semimodiũ vini vno triente venũdarent. Subdebãt
se pauperes seruitio, vt quantulumcunque de alimento porrigerent.

HIS diebus Christophorus negociator ad Aurelianensem vrbem abiit. Audierat enim quòd eò CAP. XLVI.
multum vini delatum fuisset. Abiens ergo comparato vino & lintribus inuecto, accepta à socero pe-
cunia multa, cum duobus pueris Saxonibus viam equitando terebat. Pueri verò diu dominum
exosum habebant, & plerunque fugerant illum, eo quòd crebrius grauissimè verberarentur. Cum
venissent in quandam siluam, præcedente domino, puer vnus iaculata validè lancea, dominum
suum transfixit. Quo ruente, alius cum framea caput eius dilacerauit, & sic ab vtroque in frusta de- C *Serui dominũ necant.*
cisus, exanimis est relictus. Hi verò accipientes pecuniã, fuga dilapsi sunt. Frater verò Christophori
sepulto corpusculo, homines suos post pueros dirigit: qui iuniorẽ comprehẽsum ligant, seniore cum
pecunia fugiente. Quibus redeuntibus, cum vinctum laxius reliquissent, accepta lãcea vnum ex his
à quibus adducebatur, interemit. Sed deductus ab aliis vsque Turonos diuersis suppliciis adfectus
detruncatusque, patibulo valde exanimis est adpensus.

GRAVIA tunc inter Turonicos ciues bella ciuilia surrexerunt. Nã Sicharius Ioannis quondam CA. XLVII.
filius, dum natalis dominici solennia apud Montalomagensem vicum, cum Austregisilo reli-
quisque pagensibus celebraret, presbyter loci misit puerum ad aliquorum hominum inuitationem, *Seditio Turonensis.*
vt ad domum eius bibendi gratia venire deberẽt. Veniente verò puero, vnus ex his qui inuitabãtur,
extracto gladio eum ferire non metuit: qui statim cecidit, & mortuus est. Quod cum Sicharius au-
disset, qui inimicitias cum presbytero retinebat, quòd scilicet puer eius fuerit interfectus, arreptis
armis ecclesiam petiit Austregisilum operiens. Ille autem hæc audiens, adprehenso armorum ad-
paratu, contra eum dirigit: mixtisque omnibus cum se pars vtraque conlideret, Sicharius inter D
clericos ereptus, advillam suam effugit, relictis in domo presbyteri cum argento & vestimentis qua-
tuor pueris sauciatis. Quo fugiente Austregisilus iterum inruens, interfectis pueris, aurum argen-
tumque cum reliquis rebus abstulit. Dehinc cum in iudicio ciuium conuenissent, & præceptum
esset vt Austregisilus qui homicida erat, & interfectis pueris res sine audientia diripuerat, censura
legali condemnaretur inito placito paucis infrà diebus Sicharius audiens, quòd res quas Austre-
gisilus diripuerat, cum Aunone & filio atque eius fratre Eberulfo, retinerentur, postposito placito,
coniunctus Audino, mota seditione cum armatis viris inruit super eos nocte. Eliso que hospitio in
quo dormiebant, patrem cum fratre & filio interemit: resque eorum cum pecoribus interfectisque
seruis abduxit. Quod nos audientes, vehementer ex hoc molesti, adiuncto iudice, mittimus ad eos
legationem, vt in nostri præsentiam venientes accepta ratione cum pace discederent: ne iurgium
in amplius pullularet. Quibus venientibus coniunctisque ciuibus ego aio, Nolite ô viri in scele-
ribus proficere, ne malum longius extendatur. perdidimus enim ecclesiæ filios: metuimus nunc, E
ne & aliis in hac intentione careamus. Estote quæso pacifici, & qui malum gessit, stante charitate
componat, vt sitis filij pacifici, qui digni sitis, regnum dei ipso domino tribuente percipere. Sic
enim ipse ait, Beati pacifici, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ecce enim & si illi qui noxæ
subditur, minor est facultas, argento ecclesiæ redimetur: interim anima viri non pereat. Et hæc
dicens, obtuli argentum ecclesiæ, sed pars Chramnisindi quæ mortem patris fratrisque & patrui
requirebat, accipere noluit. His descendentibus Sicharius, ita vt ad regem ambularet præparat, &
ob hoc Pictauum ad vxorem cernendam proficiscitur. Cumque seruum, vt exerceret operam, com-
moneret, eleuataque virga ictibus verberaret, ille extracto balthei gladio, dominum sauciare non
metuit. Quo in terram ruente, currentes amici, adprehensum seruum crudeliter cæsum truncatis
manibus & pedibus, patibulo damnauerunt. Interim sonus in Turonicum exiit, Sicharium fuisse
defunctum. Cum autem hæc Chramnisindus audisset, commonitis parẽtibus & amicis, ad domum

eius properat. Quibus spoliatis, interemptis nonnullis seruorum, domus omnes tam Sicharij quàm F
reliquorum qui participes huius villæ erant, incendio concremauit, abducens secum pecora, &
quæcunque mouere potuit. Tunc partes à iudice ad ciuitatem deductæ, causas proprias prolo-
quuntur: inuentumque est à iudicibus, vt qui nolens accipere prius compositionem, domos incēdiis
tradidit, medietatem precij quod ei fuerat iudicatum, amitteret. Et hoc contra leges actum, vt
tantum pacifici redderentur, aliam verò medietatem compositionis Sicharius redderet. Tunc dato
ab ecclesia argento, quæ iudicauerant accepta securitate componūt, datis sibi partes inuicem sacra-
mentis, vt nullo vnquam tēpore contra alterā pars altera mussitaret: & sic altercatio terminum fecit.

GREGORII TVRONENSIS
HISTORIARVM
LIBER VIII.

CAP. I.

Gunthramnus fausțis acclamationibus excipitur.

AGITVR Gunthcramnus rex anno xxiiij. regni sui de Cabillono progressus, G
Niuernensem vrbem adgreditur. Inuitatus enim Parisios veniebat, vt Chilperici
filium quem iam Chlotharium vocitabat à sacro regenerationis fonte deberet
excipere. Digressus verò à Niuerno ad Aurelianensem vrbem venit, magnum se
tunc ciuibus suis præbens. nam per domos eorum inuitatus abibat, & prandia
data libabat. Multum ab his muneratus, muneráque ipsis profluа benignitate lar-
gitus est. Sed cum ad vrbem Aurelianensem venisset, erat ea die solennitas beati
Martini, id est iiij. nonas mensis quinti. Processítque in obuiam eius immensa populi turba cū signis H
atque vexillis, canentes laudes. Et hinc lingua Syrorum, hinc Latinorum, hinc etiam ipsorum
Iudæorum in diuersis laudibus variè concrepabat, dicens, Viuat rex, regnúmque eius in populis
annis innumeris dilatetur. Iudei verò qui in his laudibus videbantur esse participes, dicebāt, Omnes
gentes te adorent, tibíque genu flectant, atque tibi sint subditæ. Vnde factum est vt celebratis
Missis, cum rex ad conuiuium resideret, diceret, Væ genti Iudaicæ malæ & perfidæ, ac subdolo
semper sensu viuenti. Ob hoc enim mihi, inquit, hodiè laudes adulatorias acclamabat, vt me cunctæ
gentes quasi dominum adorarent, vt synagogam eorum quæ dudū à Christianis diruta est, iuberem
ope publica subleuari: quod inhibente domino nunquam ero facturus. O regem admirabili pru-
dentia clarum. Sic intellexit dolositatem hæreticorum, vt ei penitus non valerent subripere quæ
erant postmodum suggesturi. Iam enim mediante epulo rex locutus est sacerdotibus qui aderant,
dicens, Rogo vt in domo mea crastina die vestram promerear benedictionem, fiatque mihi salus in
ingressu vestro, vt ex hoc saluus fiam cum super me humilem vestrarum benedictionum verba de-
fluxerint. Hæc eo dicente omnes gratias agentes epulo expleto surreximus. I

CAP. II.

Gunthramnus conuiuio excipit episcopos.

MANE autem facto, dum rex loca sanctorum orationis gratia visitaret, ad metatum nostrum
aduenit. erat enim ibi basilica sancti Auiti abbatis, cuius in libro miraculorum meminimus. Surrexi
gauisus, fateor, ad occursū eius, & data oratione deprecor vt in māsione mea eulogias beati Martini
dignaretur accipere. Quod ille non respuens, benigno animo ingressus, hausto poculo, admonitis
nobis, ad conuiuium lætus abscessit. Tunc Bertheramnus Burdegalensis episcopus cum Palladio
Sanctonico valdè regi infensus erat pro susceptione Gundobaldi, cuius supra meminimus: sed &
Palladius episcopus ob hoc maximè regis iram incurrerat, quòd ei sæpius fallacias intulisset. Dis-
cussi enim ante paululum fuerant ab reliquis episcopis & optimatibus regis, cur Gundobaldum sus-
cepissent, cur Faustianum Aquis episcopum ad præceptionem eius leuissimam ordinassent. Sed hāc
causam ordinationis Palladius episcopus à Bertheramno metropolitano suo auferens super se deuol-
uit, dicens, Oculi metropolitani mei valdè doloribus artabantur, & ego spoliatus & contemptus,
inuitus in eo loco adductus sum. Non potui aliud facere, nisi quæ ille qui omnem principatum Gal-
liarum se testabatur accipere, imperabat. Cum hæc regi nunciata fuissent, valdè commotus est, ita K
vt vix obtineri posset vt eos ad conuiuium conuocaret quos antea non viderat. Visóque Berth-
eramno, interrogat rex: Quis, ait, est iste? diu enim erat quòd ab eo visus non fuerat. dixerúntque,
Hic est Bertheramnus Burdegalensis vrbis episcopus. Cui ille, Gratias, inquit, agimus quòd sic
custodisti fidem generationi tuæ. Scire enim te oportuerat dilectissime pater, quòd parens eras
nobis ex matre nostra, & super gentem tuam non debueras inducere pestem extraneam. Cumque
talia & his similia Bertheramnus audisset, cōuersus ad Palladium rex ait, Nec tibi ô Palladi episcope,
nimium sunt gratiæ referendæ. Tertiò enim mihi (quod de episcopo dici iniquum est) peieràsti,
mittens indiculos dolositate plenos: à me excusabaris per epistolas, & germanum meum cum scri-
ptis aliis inuitabas. Iudicauit enim deus causam meam, cum ego prouocare vos semper tanquam
ecclesiæ patres studui, & vos circa me semper egestis dolosè. Nicatio autem & Antidio episcopis
dixit,

A dixit, Quid vos ô sanctissimi patres pro regionis vtilitate, vel regni nostri sospitate tractastis, edicite. *Benedictio sacerdotalis.*
Illis quoque tacētibus, ablutis rex manibus, accepta à sacerdotibus benedictione, ad mēsam recedit
læto vultu & hilari facie, quasi nihil de contemptu suo fuisset effatus.

INTEREA iam medio prandij peracto, iubet rex vt diaconum nostrum qui ante diem ad Missas CAP. III.
psalmum responsorium dixerat, canere iuberem. Quo canente, iubet iterum mihi vt omnes
sacerdotes qui aderant, per meam commonitionem datis ex officio suo singulis clericis, coram rege *Sacerdotes iubet Gunthcramnus canere.*
iuberentur cantare. Per me enim secundum regis imperium admoniti, quisque vt potuit in regis
præsentia psalmum responsorium decantauit. Cum autem fercula proferrentur, dixit rex, Argētum
omne quod cernitis, Mummoli illius periuri fuit. Sed nunc gratia domini tribuente in nostram
dominationem translatum est. nam quindecim ex eo catinos, vt istum maiorem cernitis, iam con-
cîdi, & non exindè amplius quàm hunc & alium de centum septuaginta libris reseruaui. Et quid
amplius quàm ad opus quotidianum necesse est me retinere? Non ego, quod peius est, alium filium *Mummoli argentū distribuitur.*
præter Childebertum habeo, cui satis sit de thesauris quos ei pater reliquit: & quæ iam de huius
B miserrimi rebus, quæ Auinione inuentæ sunt, transmittere curaui. Reliqua verò pauperum & eccle-
siarum erunt necessitatibus tribuenda.

VNVM vos tantummodo sacerdotes domini, deprecor vt pro filio meo Childeberto domini CAP. IIII.
misericordiam exoretis. Est enim vir sapiens atque vtilis, vt de multorum annorum æuo vix ita *Laus Childeberti.*
cautus homo reperiri possit ac strenuus: quia si hunc deus his Galliis concedere dignabitur, fortassis
spes erit de eodem gentem nostram, quæ valdè exinanita est, posse consurgere. Quod fieri iuxta
eius misericordiam non diffido, eo quòd tale fuerit pueri natiuitatis præsagium. Nam in die sancto
paschæ stante fratre meo Sygiberto in ecclesia, procedente diacono cum sancto euāgeliorum libro
nuncius regi aduenit, vnaque vox fuit pronunciantis lectionem euangelicam, ac nuncij dicentis,
Filius natus est tibi: vnde factum est vt omnis populus in vtraque annunciatione proclamaret
pariter: Gloria deo omnipotenti. Sed baptismum in die sancto Pentecostes accepit, & rex nihi-
C lominus in die sancto dominicæ natiuitatis est eleuatus. Vnde si oratio vestra prosequitur, poterit
hic domino annuente regnare. Hæc rege dicente, omnes orationem fuderunt ad dominum, vt
vtrunque regem eius misericordia conseruaret. Adiecitque rex, Verum quia mater eius Brunichildis
me minatur interimere: sed nihil mihi ex hoc formidinis est. dominus enim qui me eripuit de
manibus inimicorum meorum, & de huius insidiis liberabit me.

MVLTA tunc & in Theodorum aduersa locutus est, protestans, quòd si ad synodum veniret, CAP. V.
iterum exilio truderetur dicēs, Scio enim quòd horum causa germanum meum Chilpericū interfici
fecit. Denique nec nos pro viris haberi debemus, si eius necem vlcisci non valemus hoc anno. Cui
ego respondi, Et quis Chilpericum interemit, nisi malitia sua tuaque oratio? multas enim tibi contra *Visiones de Chilperico.*
iustitiam tetendit insidias, quæ ei mortis exitiū intulerunt. Quod vt dicam valdè hoc per visionem
somnii inspexi, cum viderem eum à te tonsurato capite quasi episcopum ordinari, deindè super
cathedram puram sola fuligine tectam impositum ferri, prælucentibus corā eo lychnis ac cereis. Me
hæc narrāte, rex ait, Vidi & ego aliam visionem quæ huius interitum nunciauit. Adducebatur enim
in conspectu meo à tribus episcopis vinctus catenis, quorum vnus Tetricus, alius Agricola, tertius
verò Nicetius Lugdunensis erat: è quibus dicebāt duo, Soluite quæsumus eum, & castigatum abire
D permittite. Quibus econtrario cum amaritudine Tetricus episcopus respondebat, Non fiet ita, sed
igni concremabitur pro scelerib. suis. Et cùm diu multumque quasi altercantes hæc inter se verba
proferrent, conspicio eminus æneum super ignem positum feruere vehementer. Tunc me flente,
adprehensum infelicem Chilpericum confractis membris proiiciunt in æneum. Nec mora, inter
vndarum vapores ita dissolutus ac liquefactus est, vt nullum ex eo penitus indicium remaneret. Hęc
rege dicente, admirantibus nobis epulo expleto surreximus.

REX igitur in crastinum in venationem progressus est: quo redeunte, Garacharius comes Burde- CAP. VI.
galensis atque Bladastes à nobis repræsentati sunt: qui, vt superius diximus, in basilica sancti Martini
confugium fecerāt, pro eo quòd Gundobaldo cōiuncti fuissent. Nam cum prius pro his deprecatus, *Garacharius ac Bladastes restituuntur.*
nihil obtinere potuissem, hæc insequēti locutus sum: Audiat ô rex potestas tua: ecce à domino meo
in legatione ad te directus sum, sed quid renunciabo ei qui me misit, cum nihil mihi respōsi reddere
velis? At ille obstupefactus ait: Et quis est dominus tuus, qui te misit? Cui ego subridens, Beatus Mar-
E tinus, inquio, misit me. Tunc ille iussit sibi repræsentari viros. Sed cum in eius conspectu venissent,
multas eis perfidias ac periuria exprobrauit, vocans eos sæpius Vulpes ingeniosas: sed restituit eos
gratiæ suæ, reddens quæ illis ablata fuerant.

ADVENIENTE quoque die dominico, rex ecclesiam ad spectanda Missarum solennia petit: CAP. VII.
fratres verò consacerdotesque qui aderant, locum Palladio episcopo ad agenda festa prębuerunt. *Gunthramnus Rex nolnit inuisum sibi Palladium audire prædicantem.*
Quo incipiente prophetiam, rex interrogat quis esset. Cumque Palladium episcopum initiasse
pronūciassent, statim commotus rex ait, Qui mihi semper infidelis & perfidus fuit, ille nunc sacrata
verba prædicabit? egrediar prorsus ab hac ecclesia, ne inimicum meum audiam prædicantem. Et
hæc dicens, egredi cœpit ecclesiam. Tunc conturbati sacerdotes de fratris humilitate, dixerunt
regi, Vidimus enim eum conuiuio tuo adesse, ac de eius manu te benedictionem accipere: & cur
eum nunc rex aspernatur? si enim sciissemus tibi exosum, declinassemus vtique ad alium qui

hæc agere debuisset. Nunc si permittis, celebret quæ cœpit: in posterum autem si aliquid opposueris, canonicæ sanctionis censura finiatur: iam enim Palladius episcopus in sacrarium cum grandi humilitate discesserat. Tunc rex iussit eum reuocari, & sic quæ agere cœperat, expediuit. Nam cùm iterato ad conuiuium regis Palladius atque Berthcramnus adsciti fuissent, commoti inuicem multa sibi de adulteriis ac fornicatione exprobrarunt, nonnulla etiam de periuriis. Quibus de rebus multi ridebant, nonnulli verò qui alacrioris erant scientiæ, lamentabantur, cur inter sacerdotes domini taliter zizania diaboli pullularent. discedentes itaque à regis præsentia, cautiones & fideiussores dederunt, vt decimo Calendas mensis noni ad synodum conuenirent.

CAP. VIII. *prodigia.* TVNC adparuerunt signa, id est radij à parte aquilonis, sicut sæpius adparere solent, fulgor per cœlum occurrisse visus est, floresque in arboribus ostensi sunt. erat enim mensis quintus.

CAP. IX. POST hæc rex Parisios venit, & coram omnibus loqui cœpit dicens, Germanus meus Chilpericus moriens dicitur filium reliquisse: cuius nutritores matre deprecante petierunt vt eum de sancto lauacro in dominici natalis solennitate deberem excipere: & non venerunt. Rogauerunt deinceps vt ad sanctum pascha baptizaretur: sed nec tunc allatus est infans. Deprecati sunt autem tertiò, vt ad festiuitatem sancti Ioannis exhiberetur: sed nec tunc venit. Mouerunt itaque me per tempus sterile de loco vbi habitabam: veni igitur, & ecce absconditur, nec ostenditur mihi puer: vnde quantum intelligo nihil est quod promittitur, sed vt credo alicuius ex leudibus nostris sit filius, nam si de stirpe nostra fuisset, ad me vtique fuisset deportatus. Ideoque noueritis quia à me non susçipitur, nisi certa de eo cognoscam indicia. Hæc audiens Fredegundis regina, coniunctis prioribus regni sui, id est tribus episcopis & trecentis viris optimis, sacramenta dederunt hunc à Chilperico rege generatum fuisse: & sic susçipio ab animis regis ablata est.

Regia proles multorum testimonio comprobatur.

CAP. X. DENIQVE cum interitum Merouei atque Chlodouei sæpius lamentaretur, nesciretque vbi eos postquam interfecerant, proiecissent, venit ad regem homo qui diceret, Si mihi contrarium in posterum non habetur, indicabo in quo loco Chlodouei cadauer sit positum: iurauit rex nihil ei molestum fieri, sed potius muneribus ampliari. Tunc ille, Veritatem, inquit, me loqui ô rex ipsa ratio quæ acta est comprobabit. Nam quando Chlodoueus interfectus est, ac sub stillicidio oratorij cuiusdam sepultus, metuens regina ne aliquando inuentus cum honore sepeliretur, iussit eum in alueum Matronæ fluminis proiici. Tunc intra capsum quod opere meo ad capiendorum piscium necessitatem præparaueram, reperi. Sed cum ignorarem quisnam esset, à cæsarie prolixa cognoui Chlodoueum esse: adprehensumque in humeris ad litus detuli, ibique eum cespite superposito tumulaui. Ecce saluatis artubus quod volueris effice. Quod cum rex comperisset, confingens se ad venationem procedere, detectóque tumulo, reperit corpusculum integrum & inlæsum, vna tantum pars capillorum quę subter fuerat iam defluxerat: alia verò cum ipsis crinium flagellis intacta durabat. Cognitúmque est, hunc esse quem rex intento animo requirebat. Conuocato igitur episcopo ciuitatis cum clero & populo ac cereorum innumerabiliũ ornatu, ad basilicam sancti Vincentij detulit tumulandum, non minus plãgens nepotes mortuos, quàm cũ vidit filios proprios iam sepultos. Post hæc misit Pappolum Carnotenæ vrbis episcopũ, qui Merouei cadauer requirens, iuxta Chlodouei tumulũ sepeliuit.

Chlodouei & Merouei cadauera sepulturæ requiruntur.

CAP. XI. OSTIARIVS verò quidam de alio ostiario dixit, Domine rex, hic accepto præmio consensit vt tu interficiaris: adprehensusque ostiarius de quo dixerat, cæsus suppliciisque multis adfectus, nihil de causa qua interrogabatur aperuit. Loquebantur enim tunc multi hoc insidiis & inuidia factum, quòd ostiarius ille cui hoc crimen impactum fuerat, plurimum à rege diligeretur. Ansoualdus autem nescio qua suspicione tactus, nec Vale dicens, à rege discessit. Rex verò Cabillonum regressus iussit Boantum qui sibi semper fuerat infidelis, gladio percuti. Qui vallatus in domo sua, ab hominibus regis peremptus interiit, resque suæ fisci ditionibus subiugatæ sunt.

ostiariorũ insidiæ.

Boantus gladio percutitur.

CAP. XII. *De Theodoro episcopo & plaga Rathary.* DENIQVE cum rex maxima intentione Theodorum episcopum iterum persequi conaretur, & Massilia iam in Childeberti regis dominationem reuocata fuisset, ad discutiendas causas Ratharius illuc quasi dux à parte regis Childeberti dirigitur. Sed postposita actione quę ei à rege iuncta fuerat, episcopum vallat, fideiussores requirit, & ad præsentiam regis Gunthcramni direxit, vt scilicet ad synodum quæ Matisconę futura erat, quasi ab episcopis damnãdus adesset. Nec defuit vltio diuina, quæ seruos suos ab ore canum rabidorum defensare consueuit. Nam egrediente episcopo à ciuitate, statim res ecclesię diripit: & alia quidem sibi vindicat, alia sub sigillorum munitione concludit. Cumque hoc fecisset, protinus famulos eius sæuissimus inuadit morb. exhaustosque febre peremit: filius eius ab hoc incommodo defecit, quem in suburbano Massiliæ ipsius cum graui gemitu sepeliuit: fuitque talis domui eius plaga, vt cum ab vrbe illa est digressus, vix ad patriam suam regredi putaretur. Theodorus verò episcopus à Guntherãno rege detentus est. Sed nihil ei rex nocuit: est enim vir egregiæ sanctitatis, & in oratione assiduus, de quo mihi Magnericus Treuerensis episcopus hæc retulit: Ante hos annos cum ad præsentiam Childeberti regis ita sub ardua custodia duceretur, vt quãdocunque ad vrbem aliquam veniisset, neque episcopum, neque quenquã de ciuibus videre permitteretur, aduenientę Treueros nunciatũ est episcopo, hunc iam in naui positũ clam abduci: surrexitq; sacerdos tristis, ac velociter prosecutus, reperit eum ad litus, causatusq; cum custodibus, cur tãta esset impietas, vt non liceret fratri fratrem aspicere: visoque tandem, osculatus eum indulgens aliquid vestimenti, discessit. veniens itaque ab basilicam sancti Maximini prosternitur sepulchro,

A pulchro, illud apostoli Iacobi retinens, Orate pro inuicem vt saluemini: fusaque diu oratione cum lachrymis, vt fratrem dignaretur dominus adiuuare, egressus est foras. Et ecce mulier quam spiritus erroris agitabat, clamare sacerdoti cœpit, ac dicere, O sceleste & inueterate dierum, qui pro inimico nostro Theodoro orationem fundis ad dominũ. Ecce nos quotidiè quærimus, qualiter ab his Galliis extrudatur, qui nos quotidianis incendiis conflat: & tu pro eo rogare non desinis? Satius enim tibi erat res ecclesiæ tuæ diligenter inquirere, ne pauperibus aliquid deperiret, quàm pro hoc tam intentè deposcere. Et aiebat, Væ nobis qui eum non possumus expugnare. Et licet dæmoniis credi non debeat, tamen qualis esset sacerdos de quo hæc dæmon condolens declamabat, adparuit. Sed ad cœpta redeamus.

Oratio mutua

IGITVR legatos ad nepotem suum Childebertum rex dirigit, qui morabatur tunc ad castrum Confluentis, quod ob hoc nomen accepit, pro eo quòd Mosella Rhenusque amnes pariter confluẽtes in eodem loco iungantur. Et quia placitum fuerat vt Trecas Campaniæ vrbem de vtroque regno coniungerent, sacerdotibusque de regno Childeberti congruum non fuit, Felix legatus salutatione præmissa ostensis literis ait, Patruus tuus, ô rex, diligenter interrogat quis te ab hac promissione retraxit, vt sacerdotes regni vestri ad concilium quod simul decreueratis, venire differrent: an forsitan mali homines aliquam inter vos discordiæ radicem faciant pullulare. Tunc ego rege tacente respondi, Nil mirum, si zizania seratur inter populos. nam inter hos quo radicem obliget, protinus non potest reperire. Nullum enim latet, quòd Childebertus rex alium patrem nisi patruum non habet: neque ille alium filium nisi hunc habere disponit, iuxta id quod cum anno præsenti audiuimus loqui. Absit ergo vt inter eos radix discordiæ germinet, cùm se pariter & tueri debeant & amare. Tunc vocato secretius Felice legato, Childebertus rex rogauit dicens, Deprecor dominum & patrem meum: vt Theodoro episcopo nihil iniuriæ inferat: quod si fecerit, confestim inter nos scandalum germinabit, erimusque discordia impediente disiuncti, qui debemus amorem tuendo esse pacifici. Acceptoque & de aliis causis responso, legatus discessit.

B *Confluentum vnde dictũ.*

Legatio Gunthrami ad Childebertũ.

NOBIS itaque in antedicto castro cum rege commorantibus, dum ad conuiuium principis vsque obscura nocte retineremur, epulo expleto surreximus: venientesque ad fluuium, ostendimus C naues in litore quæ nobis fuerat præparata: ascendentibusque nobis inruit turba hominum diuersorum, impletaque est nauis tam hominibus quàm aquis, sed virtus domini adfuit, non sine grandi miraculo, vt cùm vsque labium impleta fuisset, mergi non posset: habebamus enim nobiscum beati Martini reliquias cum aliorum sanctorum, quorum virtute nos credimus fuisse saluatos. At verò naue ad litus vnde egressi fuimus redeunte, euacuata ab hominibus & à lymphis, repulsis extraneis sine impedimento transiuimus: in crastino autem Vale regi dicentes, abscessimus.

CAP. XIII.

Nauis miraculo liberatur

CAP. XIIII.

PROFECTI igitur in itinere, ad Eposium castrum accessimus, ibique à Vulfilaico diacono nacti, & ad monasterium eius deducti, benignissimè susçepti sumus. Est enim hoc monasterium quasi milibus octo ab antedicto castro, in montis cacumine locatum: in quo monte magnam basilicam ædificauit, quam B. Martini vel reliquorum sanctorum reliquiis inlustrauit. Commorantes autem ibi, petere ab eo cœpimus vt nobis aliqua de conuersionis suæ bona narraret, vel qualiter ad clericatus officium aduenisset, quia erat genere Longobardus. Sed nequibat exponere, vanam tota intentione cupiens gloriam euitare. Quem ego terribilibus sacramentis coniurans, pollicitus primò D vt nulli quæ referebat expanderem, rogare cœpi vt nihil mihi de his quæ interrogabam occulteret. Cumque diutissimè reluctatus fuisset, victus tandem tam precibus quàm obsecrationibus meis, hæc effatus est: Dum essem, inquit, puer paruulus, audito beati Martini nomine, nesciens adhuc vtrum martyr an confessor esset, vel quid boni in mundo gessisset, vel quæ regio beatos artus tumulo meruisset accipere, iam in eius honorem vigilias celebrabam, ac si aliquid inter manus numismatis adueniisset, eleemosynas faciebam: iamque in maiori ætate proficiens, literas discere studui. Ex quibus prius scribere potui, quàm ordinem scripturarum literarum scirem. Deinde Aredio abbati coniunctus, ab eoque edoctus, beati Martini basilicam adij. Reuertensque cum eo, ille parumper pulueris beati sepulchri pro benedictione sustulit. Quem in capsula positum, ad collum meum dependit, deuectique ad monasterium eius Lemouicino in termino accepta capsula, vt eam in oratorio suo locaret, in tantum puluis adcreuit, vt non solum totam capsam repleret, verumetiam foris inter iuncturas vbi aditum reperire potuit, scateret. Ex hoc mihi miraculi lumine animus magis accendit to- E tam spem meam in eius virtute defigere: deinde territorium Treuericæ vrbis expetij, & in quo nunc estis monte, habitaculum quod cernitis, proprio labore construxi: reperi tamen hîc Dianæ simulacrum, quod populus hic incredulus quasi deum adorabat. Columnam etiam statui, in qua cum grãdi cruciatu sine vllo pedum stabam tegmine. Itaque cùm hiemis tempus solitæ aduenisset, ita rigore glaciali vrebar, vt vngues pedum meorum sæpius vis rigoris excuteret, & in barbis meis aqua gelu connexa candelarum more dependeret. Magnam enim hiemem regio illa perspè dicitur sustinere. Sed cùm nos sollicitè interrogaremus, quis ei cibus aut potus esset, vel qualiter simulacra montis illius subuertisset, ait, Potus cibusque meus erat, parum panis & oleris, ac modicum aquę. Verùm vbi ad me multitudo vicinarum villarum confluere cœpit, prædicabam iugiter, nihil esse Dianam, nihil simulacra, nihilque quæ eis videbatur exerceri cultura: indigna etiam esse ipsa quæ inter pocula luxuriasque profluas cantica proferebant: sed potius deo omnipotenti qui cœlum fecit ac terram di-

Vulfilaicus Longobardus D. Martini intercessione conuertitur.

gnum sit sacrificium laudis impendere. Orabam etiam sæpius vt simulacro dominus diruto dignaretur populum ab hoc errore discutere. Flexit domini misericordia mentem rusticam, vt inclinaret aurem suam in verba oris mei, vt scilicet relictis idolis dominum sequeretur. Tunc conuocatis quibusdam ex eis, simulacrum hoc immensum quod elidere propria virtute non poteram, cum eorum adiutorio possem eruere: iam enim reliqua sigillorum quæ faciliora fuerant, ipse confregeram. Conuenientibus autem multis ad hanc Dianæ statuam, missis funibus trahere cœperunt, sed nihil labor eorum proficere poterat. Tunc ego ad basilicam propero, prostratúsque solo, diuinam misericordiam cum lachrymis flagitabam, vt quia id humana industria euertere non valebat, virtus illud diuina destrueret. Egressúsque post orationem, ad operarios veni, adprehensúmque funem vt primo ictu trahere cœpimus, protinus simulacrum ruit in terram, confractumque cum malleis ferreis in puluerem redegi: ipsa quoque hora, cùm ad cibum capiendum venissem, ita omne corpus meum à vertice vsque ad plantam pedis pusulis malis repletum est, vt locus quem vnus digitus tegeret, vacuus inueniri non posset: ingressúsque basilicam, solus denudaui me coram sancto altario. Habebam enim ibi ampullam cum oleo plenam quam de sancti Martini basilica detulerã: ex qua propriis manibus omnes artus perunxi, moxque sopori locatus sum: expergefactus verò circa medium noctis, cùm ad cursum reddendum surgerem, ita corpus totum incolume reperi, ac si nullum super me vlcus apparuisset. Quæ vulnera non aliter nisi per inuidiam inimici emissa cognoui: & quia semper ipse inuidus, deum quærentibus nocere conatur, aduenientibus episcopis qui me magis ad hoc cohortari debuerant, vt cœptum opus sagaciter explicare deberem, dixerunt mihi, Non est æqua hæc via quam sequeris, nec tu ignobilis Simeoni Antiocheno, qui columnæ insedit, poteris comparari. Sed nec cruciatũ hunc te sustinere patitur loci positio: descende potius, & cum fratribus quos adgregasti, tecum inhabita. Ad quorum verba, quia sacerdotes non obaudire, adscribitur crimini, descendebam, fateor, & ambulabam cum eisdem, ac cibum pariter capiebam. Quadã verò die prouocans me episcopus, longius ad villam emisit operarios cum scutis & malleis ac securibus, & eliserunt columnam in qua stare solitus eram: in crastino autem veniens, inueni omnia dissipata, fleuique vehementer: sed erigere nequiui quæ destruxerant, ne dicerer contrarius iussionibus sacerdotum: & ex hoc sicut nunc habito cum fratribus, habitare contentus sum.

Dianæ simulachrũ euertitur.

Simeon stelites. vide Palladium.

CAP. XVI. Cvi cùm de virtutibus beati Martini quas in eo loco operatus est, aliqua vt declararet exposcerem, hæc retulit: Franci cuiusdam & nobilissimi in gente sua viri filius mutus surdúsque erat: adductúsque à parentibus ad hanc basilicam, iussi eum cum diacono meo & alio ministro, intra ipsum tẽplum sanctum in lectulo requiescere, & per diem quidem orationi vacabat: nocte autem in ipsa, vt diximus, æde dormiebat, quandoque miserante deo apparuit mihi in visione beatus Martinus, dicens, Eiice agnum de basilica, quia iam sanus factus est. Mane autem facto, cogitante me quod esset hoc somnium, venit ad me puer, & emittens vocem, gratias agere deo cœpit, conuersúsque ad me ait, Gratias ago deo omnipotẽti, qui mihi & eloquium reddidit, & auditum. Ex hoc sanus redditus, ad domum rediit. Alius verò qui plerũque in furtis diuersisque sceleribus commixtus, peierare consueuerat, cùm aliquando à quibusdam pro furto argueretur, ait, Ibo ad basilicam beati Martini, & sacramentis me exuens innocens reddar. Quo ingrediente elapsa securi de manu eius ad ostium ruit, graui cordis dolore perculsus: confessúsque est miser verbis propriis quæ venerat excusare periuriis. Alius simili modo cùm de incendiis domus vicini sui argueretur, ait, Vadam ad tẽplum sancti Martini, & fide data insons rediturus ero ab hoc crimine: manifestum erat enim hunc domum illam incendio concremasse: abiens autem ad sacramenta danda, conuersus ad eum, dixi ei, Quantum vicinorum tuorum dictat adsertio, non eris innocẽs ab hoc scelere: sed tamen deus vbique est, & virtus eius ipsa est forinsecus. Tamen si ita te vana fiducia cœpit, quòd deus vel sancti eius in periuriis non vlciscantur, ecce templum sanctum, econtra iura vt libet: nam calcare limen sacrum non permitteris. At ille eleuatis manibus ait, Per omnipotentem deum & virtutem beati Martini antistitis eius, quia hoc incendium non admisi: datis itaque sacramentis, dum recederet, visum est ei quasi ab igne circundari. Et statim ruens in terram, clamare cœpit se à beato antistite vehementer exuri: aiebat enim miser, Testor deum, quia ego vidi ignem de cœlo cadere, qui me circundans validis vaporibus conflat. Et dum hæc diceret, spiritum exhalauit. Multis hæc causa documentum fuit, ne in hoc loco auderent vlterius peierare. Plurima quidem de his virtutibus hic diaconus retulit, quę sequi longum putaui.

Mutus basilica B. Martini sanatur.

periurus exuritur.

CAP. XVII. *Prodigia.* Dvm autem in loco illo commoraremur, vidimus per duas noctes signa in cœlo, id est radios à parte aquilonis tam clarè splendidos, vt prius sic adparuisse non fuerint visi: & ab vtraque quidem parte, id est ab euro, & zephyro, nubes sanguineæ: tertia verò nocte quasi hora secunda, adparuerũt hi radij. Et ecce dum hos miraremur adtoniti, surrexerunt à quatuor plagis mundi alij horum similes, vidimúsque totum cœlum ab his operiri: & erat nubes in medio cœli splẽdida, ad quam se hi radij colligebant in modum tentorij, quod ab imo ex amplioribus incœptum fasciis angustatis in altum, in vnum cuculli caput sæpe colligitur. Erantque in medio radiorum & aliæ nubes ceu coruscũ valide fulgurantes. Quod signum magnum nobis ingessit metum. Operiebamur enim super nos aliquam plagam de cœlo transmitti.

childeb. copias in Italiã dirigit.

Childebertvs verò rex compellentibus missis imperialibus, qui aurum quod anno superiore

superiore datum fuerat, requirebat, exercitum in Italiam dirigit. Sonus enim erat sororem suam Ingundem iam Constantinopolin fuisse translatam. Sed cùm duces inter se altercarentur, regressi sunt sine vllius lucri conquisitione. Nam Vuintrio dux à pagensibus suis depulsus, ducatu caruit: finissétque vitam, nisi fuga auxilium præbuisset, sed postea pacato populo, ducatum recepit. Itaque Nicetius per emissionem Eulalij à comitatu Aruerno submotus, ducatum à rege expetiit, datis pro eo immensis muneribus. Et sic in vrbe Aruerna, Ruthena atque Vcetica dux ordinatus est, vir valdè ætate iuuenis, sed acutus in sensu: fecítque pacem in regione Aruerna, & in reliquis ordinationis suæ locis. Childericus verò Saxo in offensam regis Gunthchramni incidens, pro causa ob quam superius diximus alios confugisse, beati Martini basilicam expetiit, vxorem in regno regis antedicti relinquens. Cui obtestatus fuerat rex, ne virum videre præsumeret, nisi prius ille regali gratiæ reconciliaretur: ad quem cùm pro eo sæpius legationem misissemus, tandem obtinuimus vt vxorem reciperet, & citra Ligerim fluuium commoraretur, non tamen ad regem Childebertum transire præsumeret. Sed ille accepta libertate recipiendæ vxoris, clam ad eum transiit. Adeptaque ordinatione ducatus in ciuitatibus vltra Garonnam quæ in potestate suprædicti regis habebantur, accessit. Gunthchramnus verò rex volens regnum nepotis sui Chlotharij, filij scilicet Chilperici, regere, Theodulphum Andegauis comitem esse decreuit: introductúsque in vrbem à ciuibus & præsertim à Domigisilo, cum humilitate repulsus est. Recurrensque ad regem, iterum præceptum accipiens à Sigulfo duce intromissus, comitatũ vrbis illius rexit: Gundobaldus autẽ comitatũ Meldẽsem super Guerpinũ ingressúsque vrbem, causarũ actionẽ agere cœpit. Exindè dũ pagũ vrbis in hoc officio circumiret, in quadã villa ab Guerpino interficitur. Cuius parentes cõgregati super hunc inruũt, inclusúmque in pensilem domum interimunt: sicque vterque à comitatu morte imminente discessit.

CAP. XIX. *Dagulfus adulter abbas occiditur.* Cvm autem sæpius Dagulfus abbas pro sceleribus suis argueretur, quia furta & homicidia plerunque faciebat, sed & in adulteriis nimium dissolutus erat: quodam tempore cùm vxorem vicini sui concupiscens, misceretur cum ea, requirens occasiones diuersas, qualiter virum adulteræ intra monasterij huius septa deberet obprimere, ad extremum contestatus est ei dicens, quòd si ad vxorem suã accederet, puniretur. Illo quoque discedente ab hospitiolo suo, hic Dagulfus nocte cum vno clerico veniens, domum meretricis ingreditur. Postquã autẽ diutissimè bibentes inebriati sunt, in vno strato locantur. Quibus dormientibus adueniens vir ille accenso stramine, eleuata bipenne vtrunque peremit. Ideóque documẽtum sit hęc causa clericis,* ne cõtra canonum statuta extraneārum mulierum consortio potiantur, cùm hæc & ipsa lex canonica & omnes scripturæ sanctæ prohibeant: præter has fœminas de quibus crimen non potest æstimari.

** Nicena synodus interdixit clericis subintroductam habere mulierem: nisi fortè matrem, aut am sororem, aut eam quæ fugiãt suspicionem, de quibus præclara extat Chrysostomi Homilia. Quas hic noster author, vt & Ruffinus lib. 10. hist. cap. 6. & l. eum qui 6. de Episc. & cler. extraneas: Antiochenæ vocabant συνεισάκτους, subintroductas. Niceph. lib. 6. cap. 30. dist. 32. Nullus missam audiat presbyteri quam scit concubinam habere, aut subintroductam.* *in can. Nicen.*

CAP. XX. *Acta synodi Matescensis.* Interim dies placiti aduenit, & episcopi ex iussu regis Gunthchramni apud Matescensem vrbem collecti sunt. Faustinianus autem qui ex iussu Gundobaldi, Aquensis vrbis episcopus ordinatus fuerat, ea conditione remouetur, vt eum Bertheramnus Orestesque siue Palladius qui eum benedixerant, vicibus pascerent, centenósque ei aureos annis singulis ministrarent. Nicetius tamen ex laico qui prius ab Chilperico rege præceptum elicuerat, in ipsa vrbe episcopatum adeptus est. Vrsicinus Cadurcensis episcopus excommunicatur, pro eo quòd Gundobaldum excepisse publicè est confessus: accepto huiusmodi placito, vt pœnitentiam tribus annis agens, neque capillum, neque barbam tõderet, vino & carnibus abstineret: missas celebrare, clericos ordinare, ecclesiásq; & chrisma benedicere, eulogias dare penitus non auderet: vtilitas tamen ecclesiæ per eius ordinationem, sicut solita erat omninò exerceretur. extitit enim in hac synodo quidã ex episcopis qui dicebat mulierem, hominẽ nõ posse vocitari. Sed tamen ab episcopis ratione accepta quieuit: eo quòd sacer veteris testamenti liber edoceat, quòd in principio deo hominẽ creãte ait, Masculũ & fœminã creauit eos: vocauitque nomen eorum, Adam, quod est homo terrenus: sic vtique vocans mulierem, ceu virum: vtrunque enim hominem dixit. Sed & dominus Iesus Christus ob hoc vocitatur filius hominis, quòd sit filius virginis, id est mulieris. Ad quam cùm aquas in vina transferre pararet, ait, Quid mihi & tibi est mulier? & reliqua. Multísque & aliis testimoniis hæc causa cõuicta quieuit. Prætextatus verò Rothomagensis episcopus, orationes quas in exilio positus scalpsit, coram episcopis, recitauit. Quæ quibusdam quidem placuerant, à quibusdam verò, quia artem secutus minimè fuerat, reprehendebantur. Stilus tamen per loca ecclesiasticus & rationabilis erat. Cædes autem magna tunc inter famulos Prisci episcopi & Leudegisili ducis fuit. Priscus tamen episcopus ad coemendam pacem multum pecuniæ obtulit. His etiam diebus Gunthchramnus rex grauiter ægrotauit, ita vt putaretur à quibusdam non posse prorsus euadere: quod credo prouidentia dei fuisset. Cogitabat enim multos episcoporum exilio detrudere. Theodorus itaque episcopus, ad vrbem suam regressus, fauente omni populo cum laude susceptus est.

Vrsicini pœnitentia.

Mulierem hominem vocari non posse.

Gunthchrãnus ægrotat.

CAP. XXI. *Placitum vel Sonancum.* Itaqve cùm hæc synodus ageretur, Childebertus rex apud Belsonancum villam, quæ in medio Ardoennensis siluæ sita est, cum suis coniungitur. Ibique Brunichildis regina pro Ingundæ filia quæ adhuc in Africa tenebatur, omnib. prioribus questa est: sed parum consolationis emeruit. Tunc contra Bosonem Gunthchramnum causa exoritur. Ante paucos autẽ dies mortua propinqua

vxoris eius sine filiis, in basilica vrbis Metensis sepulta est cum grandibus ornamentis & multo auro. F
Factum est autem vt post dies paucos adesset festiuitas beati Remigij, quæ in initio mensis Octobris celebratur. Descendentibus autem multis è ciuitate cum episcopo, & præsertim senioribus vrbis cum duce, venerunt pueri Bosonis Gunthchramni ad basilicam in qua mulier erat sepulta. Ingressi, conclusis super eos ostiis, detexerunt sepulchrum, tollentes & auferentes omnia ornamenta corporis defuncti quæ reperire potuerunt. Sentientes autem hæc monachi basilicæ illius, venerunt ad ostium, sed ingredi non sunt permissi. Quod videntes, nunciauerunt hæc episcopo suo ac duci. Interea pueri acceptis rebus ascensisque equis, fugere cœperunt: sed timentes ne adprehensi in via diuersis subigerentur pœnis, regressi sunt ad basilicam. Posuerúntque quidem res super altariũ, sed foras egredi non sunt ausi, clamantes atque dicentes, Quia à Gunthchramno Bosone transmissi sumus. Sed cùm ad placitum in villam quã diximus, Childebertus cum proceribus suis conueniisset, & Gunthchramnus de his interpellatus, nullum responsum dedisset, clam aufugit: ablatæque sunt ei deinceps omnes res quæ in Aruerno de fisci munere promeruerat. Sed & diuersorum res quas malè peruaserat, cum confusione reliquit. G

Childebertus turpi fuga elabitur.

CAP. XXII. *Laicis rex negat Episcopatus.*

LABAN Helosensis episcopus, hoc anno obiit. Cui Desiderius ex laico successit. Cum iureiurando enim rex pollicitus fuerat, se nunquam ex laicis episcopum ordinaturum. Sed quid pectora humana non cogat auri sacra fames? Berthchramnus verò regressus ex synodo, à febre corripitur. Arcessitoque Vualdone diacono, qui & ipse in baptismo Berthchramnus vocitatus est, summam ei sacerdotij deputat: omnésque conditiones tam testamenti quàm benemeritorum suorum ipsi committit. Quo discedente, hic spiritum exhalauit. Regressus diaconus cum muneribus & consensu ciuium ad regem properat, sed nihil obtinuit. Tunc rex data præceptione, iussit Gundegisilum Sanctonicum comitem cognomento Dodonem, episcopum ordinari: gestúmque est ita. Et quia multi clericorum Sanctonicorum ante synodum consentientes Berthchramno episcopo, in Palladium sacerdotem suum aliqua aduersa conscripserant, quæ ei humilitatem ingererent, post eius obitum adprehensi à sacerdote, grauiter cæsi, atquè expoliati sunt. Hoc tempore & Vuandelinus nutritor Childeberti regis, obiit: sed in locum eius nullus est subrogatus, eo quòd regina mater curam velit propriam habere de filio. Quæcunque de fisco meruit, fisci iuribus sunt relata. Obiit his diebus H
Bodegisilus dux plenus dierum, sed nihil de facultate eius filiis minutum est. In locum Fausti Auscensis episcopi, Fabius episcopus est subrogatus. Post obitum sancti Saluij hoc anno, Desideratus Albigensibus episcopus datus est.

CAP. XXIII. *Pluuiæ frequentes.*

MAGNÆ hoc anno pluuiæ fuerunt, amnésque intantum conualuerunt, vt plerunque naufragia eucnirent: ipsíque litora excedentes, propinquas segetes ac prata operientes, grauiter cliserunt: fuerúntque vernales æstiuíque menses tam inrigui, vt hyems magis putaretur esse quàm æstas.

CAP. XXIIII. *Insulæ incẽdio consumptæ.*

DVÆ hoc anno insulæ in mari diuinitus incendio concrematæ sunt: quæ per dies septem cum hominibus pecoribusque consumptæ subuertebantur. Nam qui in mare confugerant, & se in profundum præcipitarant, aqua consumebantur, grauioríque supplicio qui non confestim emittebant spiritum, vrebantur. Redactísque omnibus in fauillã, cuncta mare operuit. Ferebant etiam multi, signa quæ superius nos vidisse octauo mense narrauimus, quasi arderet cœlum, ex huius incẽdij splendore fuisse.

CAP. XXV. *Stagnum versum in sanguinem.*

IN alia verò insula quæ est proxima ciuitati Veneticæ, erat stagnum validum, piscibusque refertum, quod in vnius vlnæ altitudinem conuersum est in cruorem: ita per dies multos congregata canum atque auium inæstimabilis multitudo, sanguinem hunc lambens, satiata redibat in vesperum. I

CAP. XXVI. *Berulfus ligatur & expilatur.*

TVRONICIS verò atque Pictauis Ennodius dux datus est. Berulfus autem qui his ciuitatibus ante præfuerat, pro thesauris Sygiberti regis quos clam abstulerat, cum Aruegisilo socio suspectus habebatur. Qui cum hũc ducatum in supradictis vrbibus expeteret, à Rochingo duce facto instrumento cum satellite alligatur. Nec mora, missi ad domos eorum pueri expilant omnia: multa ibi de proprio, nonnulla de antedictis thesauris sunt reperta: quæ omnia ad Childebertum regem delata sunt. Cumque in hoc res ageretur, vt gladius ceruicem decideret, interuentu episcoporum obtenta vita laxati sunt, nihil tamen de his quæ eis ablata fuerant recipientes.

CAP. XXVII. *Desiderius.*

DESIDERIVS verò dux cum aliquib. episcopis, & Aredio abbate, & Antestio ad regem Gũthchramnum properauit. Sed cùm eum rex ægrè vellet accipere, victus precibus sacerdotum in gratiam suam recepit. Tunc ibi Eulalius adfuit quasi pro coniuge quę eum spreuerat, & ad Desiderium K
transierat causaturus: sed in ridiculum & humilitatem redactus, siluit. Desiderius verò remuneratus à rege, cũ gratia est reuersus.

CAP. XXVIII. *Ingundis obiit.*

IGITVR vt superius diximus, Ingundis à viro cum imperatoris exercitu derelicta, dum ad ipsum principem cum filio paruulo duceretur, in Africa defuncta est & sepulta. Leuuichildus verò Herminichildum filium suum quem ante dicta mulier habuit, morti tradidit. Quibus de causis commotus Gunthcramnus rex, exercitum in Hispanias destinat, scilicet vt prius Septimaniam quæ adhuc intra Galliarum terminum habetur, eius dominationi subderent: & sic inantea proficisceretur. Dum autem hic exercitus moueretur, indiculum à nescio quibusdam hominibus rusticis est repertum. Quod & Gunthchramno regi legendum miserunt hoc modo, quasi Leuuichildus ad Fredegundem scriberet, vt quocunque ingenio exercitum illuc prohiberet ire, dicens,

inimicos

A inimicos nostros, id est Childebertũ & matrẽ eius, velociter interimite, & cum rege Gunthchramno pacem inite, quam præmiis multis coemite. Et si vobis minus est fortassis pecuniæ, nos clam mittimus: tantum, vt quod petimus impleatis. Cum autem de inimicis nostris vlti fuerimus, tunc Amelio episcopo, ac Leubæ matronæ bona tribuite, per quos missis nostris ad vos accedẽdi aditus reseratur. Leuba enim est socrus Bladastis ducis. *Hisp. legatio ad Fredeg.*

ET licet hæc ad Gunthchramnum regem perlata, & nepoti eius Childeberto in notitiam data fuissent, tamen Fredegundis duos cultros ferreos fieri præcepit: quos etiam caraxari profundius, & veneno infici iusserat, scilicet si mortalis ad sultus vitales non dissolueret fibras, vel ipsa veneni infectio vitam posset velocius extorquere. Quos cultros duobus clericis cum his mandatis tradidit, dicens, Accipite hos gladios, & quantocyus pergite ad Childebertum regem, adsimulantes vos esse mendicos: cúmque pedibus eius fueritis strati, quasi stipem postulantes, latera eius vtraque perfodite, vt tandem Brunichildis, quæ ab illo adrogantiam sumit, eo cadente conruat, mihíque subdatur. Quòd si tanta est custodia circa puerum, vt accedere nequeatis, vel ipsam interi- B
mite inimicam. Merces quoque operis vestri hæc erit, vt si mortui in hoc opere fueritis, parentibus vestris bona tribuam, ipsósque muneribus ditans, primos in regno meo constituam: interim vos timorem omnem omittite, nec sit trepidatio mortis in pectore. Noueritis enim, quòd cunctos homines hæc causa continet. Armate virilitate animos, & cõsiderate sæpius fortes viros in bello cõruere: vnde nunc parentes eorum nobiles effecti, opibus immensis cunctis supereminent, cunctósq; præcellunt. Cúmque hæc mulier loqueretur clerici tremere cœperunt, difficile putantes hæc iussa posse complere. At illa dubios cernens, medificatos potione direxit, quò ire præcepit: statímque robur animorum adcreuit: promiserúntque se omnia quæ præceperat impleturos. Nihilominus vasculum hac potiõne repletum, ipsos leuare iubet, dicens, In die illa cum hæc quæ præcipio facitis, mane priusquam opus incipiatur, hinc potum sumite. Erit vobis magna constantia ad hæc peragenda. His ita instructis, dimisit eos: qui pergentes, & ad vrbem Suessionas accedentes, à Rauchindo duce capti, discussíque omnia referant, & sic in carcerem religati sunt. Post dies verò pau- C
cos, Fredegundis certa iam quòd fuissent impleta quæ fuerant imperata, misit puerum inquirere quid aut rumor populi ferret, aut si aliquem inueniret indicantem, qui diceret, Childebertum iam interemptum fuisse. Egressus igitur puer ab ea, Suessionas vrbem venit. Audiens denique hos in carcerem retineri, ad ostium adpropinquat. Sed cùm loqui satellitibus cœpisset, & ipse captus, custodiæ mancipatur. Tunc omnes simul ad Childebertum regem directi sunt: discussíque veritatem aperiunt, indicantes se à Fredegunde missos ad eum interimendum, dicentes: Iussa reginæ suscepimus, vt nos egenos adsimularemus, cúmque pedibus tuis prouoluti aliquid stipendij quæreremus, ab his te gladiis transfodere voluimus. Quòd si adsultu segniore gladius defixus esset, ipsum venenum quo ferrum erat infectum animam velociter penetraret. Hæc his dicentibus, diuersis suppliciis adfecti, truncatis manibus auribúsque & naribus, variis sunt mortibus interempti. *Sicarij comprehenduntur.*

CAP. XXIX. *Fredegundis mittit qui Childebertũ aut Brunechildem interficerent.*

IGITVR Gunthchramnus rex commouere exercitum in Hispanias præcepit, dicens, Prius Septimaniam prouinciam ditioni nostræ subdite: quæ Galliis est propinqua. Indignum est vt horrendorum Gothorum terminus vsque in Gallias sit extensus. Tunc commoto omni exercitu regni sui, illuc dirigit. Gentes verò quæ vltra Ararim Rhodanúmque & Sequanam commanebant, cum Bur- D
gundionibus iunctæ, Ararica Rhodaniticáque litora, tam de fructibus, quàm de pecoribus valdè depopulati sunt: multa homicidia, incendia, prædasque in regione propria facientes, sed & ecclesias denudantes, clericos ipsos cum sacerdotibus ac reliquo populo ad ipsas sacratas deo aras interimentes, vsque ad vrbem Nemausum processerunt. Similiter & Biturici, Sanctonici cum Petragoricis, Engolismensibus, & reliquarum vrbium populo, qui tunc ad ante dicti regis imperium pertinebant, vsque ad Carcasonam vrbem deuecti, similia mala gesserunt. Sed cum ad vrbem accessissent, reseratis sponte ab habitatoribus portis, nullo resistente ingressi, nescio quo cum Carcasonensibus scandalo commoti, vrbem egressi sunt. Tunc Terentiolus comes quondam vrbis Lemouicinæ, lapide de muro proiecto percussus, occubuit. Cuius caput truncatum est ad vindictam aduer- *Terentiolus occumbit.*
sariorum, & vrbi delatum est. Ex hoc omnis populus timore perterritus, ad propria regredi destinans, vniuersa reliquit, quæ vel per viam cœperat, vel quæ secum adduxerat. Sed & Gothi per occultas insidias multis de his spoliatis interemerunt, exindè in Tholosanorum manus incidentes, E
quibus dum pergerent, multa intulerant mala, spoliati ac cæsi vix propria contingere potuerunt. Hi verò qui Nemausum adgressi fuerant, deuastantes vniuersa regionis, succensis domibus, incensis segetibus, discissis oliuetis, vinetísque succisis, nihil inclusis nocere potentes ad alias vrbes progressi sunt. Erant enim valdè munitæ & de cibis ac reliquis necessariis adplenè refertæ, & horum vrbana depopulantes, vrbes minus inrumpere valuerunt. Tunc & Nicetius dux cum Aruernis in hac expeditione commotus, cum reliquis vrbes adsedit. Sed cũ minus valeret, ad castrum quoddam peruenit: dataque fide, sponte inclusi referantes portas, eos creduli tanquam pacificos susceperunt. Illi verò ingressi, postposito sacramento præsidia cuncta diripiunt, animas in captiuitatem subdentes. Tunc accepto consilio vnusquisque ad propria est regressus: tantaque per viam scelera, homicidia, prædas, direptiones per regionem propriam gesserunt, vt ea vsquequaque memorari perlongum sit. Veruntamen quia segetes prouinciæ igni ab hisdẽ succensas dicimus, fame

CAP. XXX. *Gunthchrãnus aduersus Gothos regni fines propagare studet.*

atque inedia pereuntes, per viam relinquebantur exanimes, nonnulli in fluminibus demersi, pleri- F
que in seditionibus interempti sunt. Ferebãt enim amplius quàm quinque milia in his stragibus fuisse peremptos. Sed non eos qui remanserant, coercebat aliorum interitus. Tunc & Aruernæ regionis ecclesiæ quæ viæ publicæ propinquæ erant, à ministeriis denudatæ sunt. Nec fuit terminus malè faciẽdi, nisi cũ ad propria singuli peruenerũt. Quibus reuersis, magna Gunthchrãnũ regẽ amaritudo cordis obsedit. Duces verò supradicti exercitus ad basilicã sancti Symphoriani martyris expetierunt. Veniente itaque rege ad eius solennitatem, representati sunt sub conditione audientiæ in postmodum futuræ. Postea vero quatuor conuocatis episcopis, necnon & maioribus natu laicorum, duces discutere cœpit, dicens, Qualiter nos hoc tempore victoriam obtinere possumus, qui ea quæ patres nostri consecuti sunt, non custodimus: illi verò ecclesias ædificantes, in deum spem omnem ponentes, martyres honorantes, sacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt, gentésque aduersas diuino opitulante adiutorio, in ense & parma sæpius subdiderunt? Nos verò non solum deum non metuimus, verumetiam sacra eius vastamus, ministros interficimus, ipsa quoque sanctorum
Victoria non est impiorum. pignera in ridiculo discerpimus, ac vastamus. Non enim potest obtineri victoria, vbi talia perpe- G
trantur. Ideo manus nostræ sunt inualidæ, ensis tepescit, nec clypeus nos vt erat solitus defendit ac protegit. Ergo si hoc meæ culpæ adscribitur, iam id deus capiti meo restituat. Certè si vos regalia iussa contemnitis, & ea quæ præcipio implere differtis, iam debet securis capiti vestro submergi. Erit enim documentum omni exercitui, cum vnus de prioribus fuerit interfectus: veruntamen iam experiri debemus quid agi oporteat. Si quis iustitiam sequi destinat, iam sequatur. Si quis contemnit, iam vltio publica ceruici eius immineat. Satius est enim vt pauci contumaces pereant, quàm ira dei super omnem regionem dependat innoxiam. Hæc rege dicente, responderunt duces, Bonitatis tuæ magnanimitas, rex optime, enarrari facilè non potest: qui timor tibi in deum sit, qui amor in ecclesias, quæ reuerentia in sacerdotes, quæ pietas in pauperes, quæue dispensatio in egenos: sed quia omnia quæ gloria vestra profert, recta veráque esse censentur, quid faciemus quòd populus omnis in vitium est dilapsus? Omnémque hominem agere quæ sunt iniqua delectat: nullus regem metuit, nullus ducem, nullus comitem reueretur: & si H
fortassis alicui ista displicent, & ea præ longæuitate vitæ vestræ emendare conatur, statim seditio in populo, statim tumultus exoritur, & in tantum vnusquisque contra seniorem sæua intentione grassatur, vt vix se credat euadere, si tandem silere nequiuerit. Ad hæc rex ait, Si quis sequitur iustitiam, viuat: si quis legem mandatumque nostrum respuit, iam pereat, ne nos diutius hoc blasphemium prosequatur. Hæc eo dicente, aduenit nuncius dicens, Richaredus filius Leuuieldi de Hispaniis egressus, Caput arietis castra obtinuit. & ex pago Tholosano maximam partem depopulatus est, hominesque captiuos abduxit: Vgernum Arelatense castrum inrupit, resque cunctas cum hominibus abstulit, & sic se intra muros Nemausensis vrbis inclusit. Hæc audiens rex, Leudegisilum in locum Calumnioſi cognomento Ægilanis, ducem deligẽs, omnem ei prouinciam Arelatensem commisit, custodesque per terminos super quatuor virorum milia conlocauit. Sed & Nicetius Aruernorum dux similiter cum custodibus perrexit, & fines regionis ambiuit.

CAP. XXXI. DVM hæc agerentur, & Fredegundis apud Rothomagensem vrbem commoraretur, verba amaritudinis cum Prætextato pontifice habuit, dicens, Venturum esse tempus quando exilia in quibus I
detentus fuerat, reuiseret. Et ille, Ego semper & in exilio, & extra exilium episcopus fui, sum, & ero. nam tu non semper regali potentia perfrueris. Nos ab exilio prouehimur tribuente deo in regnum: tu verò ab hoc regno demergeris in abyssum. Rectius enim erat tibi, vt relicta stultitia atque malitia, iam te ad meliora conuerteres, & ab hac iactantia, qua semper ferues, abstrahereris, vt & tu vitam adipiscereris æternam, & paruulum quem genuisti, adducere ad legitimam posses ætatem. Hæc effatus, cum verba illius mulier grauiter acciperet, se à conspectu eius felle feruẽs abstraxit. Aduenientе autem dominicæ Resurrectionis die, cum sacerdos adimplenda ecclesiastica officia ad ecclesiam maturius properasset, antiphonas iuxta consuetudinem incipere per ordinem cœpit. Cúmque inter psallendum formulæ decumberet, crudelis adfuit homicida, qui episcopum super
Prætextatus Episcopus Rothomagen. per Fredegũdam die Paschæ occiditur. formulam quiescentem, extracto balthei cultro, sub ascella percutit. Ille verò vocem emittens, vt clerici qui aderant adiuuarent, nullius auxilio de tantis adstantibus est adiutus. At ille plenas sanguine manus super altarium extendens, orationem fundens, & Deo gratias agens in cubiculũ suum K
inter manus fidelium deportatus, & in suum lectulum collocatus est. Statimque Fredegundis cum Beppoleno duce & Ansoualdo adfuit, dicens, Non oportuerat hæc nobis ac reliquæ plebi tuæ, ô sancte sacerdos, vt ista tuo cultui euenirent. Sed vtinam indicaretur qui talia ausus est perpetrare, vt digna pro hoc scelere supplicia sustineret. Sciens autem eam sacerdos hæc dolosè proferre, ait, Et quis hæc fecit, nisi is qui reges interemit, qui sæpius sanguinem innocentem effudit, qui diuersa in hoc regno mala commisit? Respondit mulier, Sunt apud nos peritissimi medici, qui huic vulneri mederi possunt. Permitte vt accedant ad te. Et ille, Iam inquit, me deus præcipit de hoc mũdo vocari: nam tu quæ his sceleribus princeps inuẽta es, eris maledicta in seculo, & erit deus vltor sanguinis mei de capite tuo. Cumque illa discederet, pontifex ordinata domo sua, spiritum exhalauit. Ad quem sepeliendum Romacharius Constantinæ vrbis episcopus aduenit. Magnus tũc omnes Rothomagẽses ciues, & præsertim seniores loci illius Francos, mœror obsedit.

Ex

A Ex quibus vnus senior ad Fredegundem veniens, ait, Multa enim mala in hoc seculo perpetrasti, sed adhuc peius non feceras, quàm vt sacerdotem Dei iuberes interfici: sit Deus vltor sanguinis innocentis velociter. nam & omnes erimus inquisitores mali huius, vt tibi diutius non liceat tam crudelia exercere. Cum autem hæc dicens, discederet à conspectu reginæ, misit illa qui eũ ad conuiuium prouocaret. Quo renuente, rogat vt si conuiuio eius vti non velit, saltem vel poculum hauriat, ne ieiunus à regali domo discedat. Quo expectãte, accepto poculo, bibit absynthium cum vino & melle mixtum, vt mos barbarorum habet: sed hic potus veneno imbutus erat. Statim autem vt bibit, sen- *Senior veneno necatur Fredegundæ dolũ.*
sit pectori suo dolorem validum imminere: & quasi si incideretur intrinsecus, exclamat suis dicens, Fugite ô miseri, fugite malum hoc, ne mecum pariter perimamini. Illis quoque non bibentibus, sed festinantibus abire, ille protinus excæcatus, ascensóque equo in tertio ab hoc loco stadio cecidit, & mortuus est. Posthæc Leudoualdus episcopus epistolas per omnes sacerdotes direxit, & accepto consilio ecclesias Rothomagenses clausit, vt in his populus solennia diuina non spectaret, donec indignatione communi reperiretur huius auctor sceleris. Sed & aliquos adprehendit, quibus supplicio subditis, veritatem extorsit, qualiter per consilium Fredegundis hæc acta fuerant: sed ea defensante, vlcisci non potuit: ferebant etiam ad ipsum percussores venisse, pro eo quòd hæc inquirere sagaciter destinaret: sed custodia vallato suorũ, nihil ei nocere potuerunt. Itaque cum hæc ad Gũthchramnum regem perlata fuissent, & crimen super mulierẽ iaceretur, misit tres episcopos ad filium qui esse dicitur Chilperici, quem superius Chlotharium scripsimus vocitatum, id est Arthemium Senonicum, Veranum Cabillonensem, & Agrecium Tricassinum, vt scilicet cum his qui paruulum nutriebant, perquirerent huius sceleris personam, & in conspectu eius exhiberent. Quod cum sacerdotes locuti fuissent, responderunt seniores, Nobis prorsus hæc facta displicent, & magis ac magis ea cupimus vlcisci. nam non potest fieri vt si quis inter nos culpabilis inuenitur, in conspectum regis vestri deducatur, cum nos possimus nostrorum facinora regali sanctione comprimere. Tunc sacerdotes dixerunt, Noueritis enim quia si persona quæ hæc perpetrauit, in medio posita non fuerit, rex noster cum exercitu huc veniens, omnem hanc regionem gladio incendioque vastabit: quia manifestum est hãc interfecisse gladio episcopum, qui maleficiis Francum iussit interfici: C
& his dictis discesserũt, nullũ rationabile responsum accipiẽtes, obtestãtes omnino vt nũquam in ecclesia illa Melantius qui prius in loco Prætextati subrogatus fuerat, sacerdotis fungeretur officio.

CAP. XXXII. MVLTA enim hoc tempore mala gestæ sunt. nam Domnola relicta quondam Burgolini, quæ *Vxor ab hunc fuisse presbyteros & episcopos apparet, sed vxoribus non vsos vt post Hieronym.*
fuit filia Victorij Redonensis episcopi, quam Nectarius matrimonio copulauerat, intentionem de vineis cum Boboleno referendario Fredegundis habebat. Audiens eam in has vineas aduenisse, misit nuncios obtestantes, ne ingredi penitus in hanc possessionem præsumeret. Quod illa despiciens, & res patris sui fuisse proclamans, ingressa est. Tunc ille commota seditione, super eam cum armatis viris intruit. Qua interfecta, vineas vindemiauit, resque diripuit: & tam viros quàm mulieres qui cum ea erant, interfecit gladio, nec remansit ex his nisi qui fuga labi potuit.

docet Niceph. lib. 12. c. 24. li. 2. cap. 44. disputans quinam Apost. coniuges fuerint. Apud eundem cap. 19. Gregor. Nissenus vxoratus fuit, & Pelagius cap. 21. in coniugio celebs sponsam pro sorore habuit. Mantuanus de B. *Hilario: Non nocuit tibi progenies, nonobstitit vxor Legitimo coniuncta thoro, &c.*

CAP. XXXIII. *Mulier Parisiense somnio cognouit incendium.*

D EXTITIT autem in his diebus apud vrbem Parisiacam mulier quæ diceret incolis, Fugite ab vrbe, & scitote eam incendio concremandam. Quæ cùm à multis inrideretur, quod hæc aut fortiũ præsagio diceret, aut vana aliqua somniasset, aut certè dæmonij meridiani hæc instinctu proferret, respondit, Nequaquam est ita vt dicitis: nam in veritate loquor, quia vidi per somnium à basilica sancti Vincentij venientem virum inluminatum, tenentem manu cereum, & domos negociantum ex ordine succẽdentem. Denique post tertiã noctẽ, quòd hęc mulier est effata, inchoante crepusculo, quidam è ciuibus accenso lumine, in promptuarium est ingressus: adsumptoque eo ac cæteris quæ necessaria erãt, abscessit, lumine secus cupellam olei derelicto. Erat enim domus hæc prima secus portam quæ ad medium diem pandit egressum. Ex quo lumine adprehensa domus incendio concrematur, de qua & aliq adprehendi cœperunt. Tunc diruente igne super vinctos carceris, adparuit eis beatus Germanus, & comminuens trabem atque catenas, quibus vincti tenebantur, reserato carceris ostio, vinctos abire permisit incolumes. Illi verò egressi se ad basilicam sancti Vin- E
centij, in qua sepulchrum habetur beati antistitis contulerunt. Igitur cũ per totam ciuitatem huc atque illuc flãte vento flamma ferretur, to tisque viribus regnaret incendium, adpropinquare ad aliam portam cœpit, in qua beati Martini oratorium habebatur: quod ob hoc aliquando factum fuerat, eò quòd iste lepram maculosi hominis osculo depulisset. Vir autem qui eũ intextis virgultis in sublime construxerat, confisus in domino, nec de beati Martini virtute diffisus, se resque suas intra eius parietes ambiuit, dicens, Credo enim, & fides mea est, quòd repellat ab hoc loco incendium, qui sæpius incendiis imperauit: & in hoc loco leprosi hominis cutem osculo medente purgauit. Adpropinquãte enim illuc incẽdio, ferebãtur validi globi flãmarũ qui percutiẽtes parietẽ oratorij, protinus tepescebant. Clamabat autẽ populus viro ac mulieri, Fugite ô miseri vt euadere possitis: ecce iã igniũ põdus super vos diruit, ecce fauillę incẽdij cũ carbonibus, tanquã validus imber ad vos vsque distenditur: egredimini ab oratorio, ne cũ eodem incẽdio cõcrememini. At illi orationẽ fundentes, nun-

quam ab his vocibus mouebantur. Sed nec mulier ſe vnquam à feneſtra per quam interdum flãme F
ingrediebantur,amouit,quæ erat ſpe firmiſſima de virtute beati antiſtitis præmunita. Tantáque fuit
virtus beati pontificis,vt nõ ſolum hoc oratorium cum alumni proprij domo ſaluaret, verumetiam
nec aliis domibus quæ in circuitu erant, nocere flammis dominantibus permiſiſſet: ibíque cecidit
incendium,quod ab vna parte pontis cœperat deſæuire. Ab alia verò parte tam validè cuncta cõfla-
Glirium & ſerpentis cõmutatio. grauit,vt amnis finem imponeret. veruntamen eccleſiæ domibus ſuis non ſunt aduſtæ. aiebãt enim
hanc vrbem quaſi conſecratam fuiſſe antiquitus,vt non ibi incẽdium præualeret, non ſerpens, non
glis adparuiſſet. Nuper autem cum cuniculus pontis emundaretur,& cœnum de quo repletum fue-
rat,auferretur,ſerpentem,glirémque æreum repererunt. Quibus ablatis, & glires ibi deinceps extra
numerum,& ſerpentes adparuerunt, & poſtea incendia perferre cœpit.

CAP. XXXIIII. ET quia princeps tenebrarum mille habet artes nocendi,quid de reclauſis ac deo deuotis nuper
geſtum fuerit, pandam. Vennocus Britto presbyterij honore præditus, cuius in alio libro meminimus, tantæ ſe abſtinentiæ dedicauit, vt indumento de pellibus tantum vteretur, cibum de herbis
agreſtibus incoctis ſumeret: vini verò tantum vas ad os poneret, quod magis putaretur libare G
oſculo quàm haurire. Sed cum eidem deuotorum largitas frequẽter exhiberet vaſa hoc plena liquo-
re, didicit, quod peius eſt,extra modum haurire,& in tantũ diſſolui potione, vt plerũque ebrius cer-
Britto presbyter ob temulentiam dæmone corripitur. neretur:vnde factum eſt vt inualeſcente temulentia, tẽpore procedente à dæmonio correptus, per
energiam vexaretur, intantum vt accepto cultro,vel quodcunque genus teli,vel lapidẽ,aut fuſtẽ po-
tuiſſet adripere,poſt homines inſano furore diſcurreret:vnde neceſſitas exegit vt catenis vinctus,cu-
ſtodiretur in cellula. In hac quoque dãnatione per duorũ annorũ ſpacia debacchãs, ſpiritũ exhala-
uit. Alius quoque Anatolius Burdegalenſis,puer vt ferũt annorum duodecim,cùm eſſet famulus cu-
iuſdam negociatoris, petit ſibi ad reclusionem licentiam tribui. Sed reſiſtente diu domino, putans
eum in hoc tepeſcere, atque implere non poſſe in hac ætate quod nitebatur appetere, tandẽ victus
precib. famuli facultatem tribuit,vt id quod flagitabat impleret. Erat autem ibi crypta ab antiquis
trãſuoluto elegantiq;,opere expolita,in cuius angulo erat cellula parua de quadratis lapidibus clau-
ſa,in quam vix vnus ſtans homo recipi poſſet. In hanc cellulã puer ingreditur:in hac per octo aut eo H
amplius annos commoratus, tenui cibo potúque contentus,vigiliis orationibúſque vacabat. Poſt
Anatolius torquetur à dæmone. hæc pauorem validum perpeſſus clamare cœpit, intrinſecus ſe torqueri. Vnde factum eſt vt adiu-
uante eum, vt credo, diabolicæ partis militia, amotis quadris quibus concluſus tenebatur, elideret
parietem in terram,conlidens palmas, & clamans ſe à ſanctis dei peruri. Cúmque diutiſſimè in hac
inſania teneretur, & ſancti Martini crebrius confiteretur nomen, ac diceret ſe potius ab eo quàm à
ſanctis aliis cruciari, Turonos adducitur. Sed malus ſpiritus, credo, ob virtutem atque magnitudi-
nem ſancti compreſſus,nequaquam hominem mutilauit. Nam in loco ipſo per anni curriculũ degẽs
cùm nihil mali pateretur,regreſſus eſt:ſed rurſus quibus caruerat, incurrit.

CAP. XXXV. LEGATI de Hiſpaniis ad regem Gunthchramnum venerunt cum multis muneribus pacem
petentes, ſed nihil certi accipiunt in reſponſis. nam anno præterito cùm exercitus Septimaniam
Legati Hiſp. debellaſſet, naues quæ de Galliis in Galliciam abierant, ex iuſſu Leuuieldi regis vaſtatæ ſunt, res
ablatæ, homines cæſi atque interfecti, nonnulli captiui abducti ſunt. Ex quibus pauci quodammo-
do ſcaphis erepti, patriæ quæ acta fuerant nunciauerunt.

CAP. XXXVI. IGITVR apud Childebertum regem Magnoualdus cauſis occultis rex iuſſu regis interficitur I
hoc modo: Stante intra Metenſis vrbis Palatium rege, & ludum ſpectante qualiter animal caterua
Magnoald. interficitur. canum circundatũ fatigabatur,Magnoualdus arceſſitur. Qui veniens,& neſciens quæ agenda erant,
cũ reliquis diſſolutus riſu,proſpicere pecudẽ cœpit. At is cui iuſſum fuerat,cùm videret eum ſpecta-
culo intentum,librata ſecuri,caput eius inliſit. Qui cecidit & mortuus eſt, ac per feneſtram domus
proiectus,à ſuis ſepultus eſt:réſque eius protinus direptæ, & ærario publico quantum repertum eſt,
ſunt inlatæ. Autumabant tamen quidam, eo quòd poſt mortem fratris diuerſis plagis coniugem
adfectam interfeciſſet, & vxorem fratris adſciſſet toro, extitiſſe cauſam qua interimeretur.

CAP. XXXVII. POST hæc Childeberto regi filius natus eſt, qui à Magnerico Treuerorum epiſcopo de ſacro
Childebert. filio naſcitur. fonte ſuſceptus, Theodobertus eſt vocitatus:de quo tantum gaudium Gunthchramnus rex habuit,
vt ſtatim legatos dirigens multa ei munera tranſmitteret, dicens: Per hunc enim deus erigere
Francorum regnum propria maieſtatis ſuæ pietate dignabitur,ſi huic pater,aut ipſe vixerit patri.

CAP. XXXVIII. ANNO denique vndecimo regni Childeberti regis, legati iterum de Hiſpaniis venerunt, K
pacem petentes: ſed nihil certi obtinentes, regreſſi ſunt. Richaredus autem filius Leuuieldi vſque
Narbonam venit, & intra terminum Galliarum prædas egit, & clam regreſſus eſt.

CAP. XXXIX. EO anno multi epiſcoporum obierunt. Badegiſilus verò Cœnomannorum epiſcopus, vir valdè
ſæuus in populo, auferens ſiue diripiens iniuſtè res diuerſorum: ad cuius animum acerbum atque
immitem coniunx acceſſerat ſæuior,quæ illum in committendis ſceleribus, nequiſſimis conſilij ſti-
mulis perurgebat. Nec præteribat dies aut momentum vllum,in quo non aut in ſpoliis ciuium,aut
in diuerſis altercationibus graſſaretur. Quotidiè autem cũ iudicibus cauſas diſcutere, militias ſecu-
lares exercere, ſæuire in alios, alios cædibus agere non ceſſabat, manibus etiam propriis verberare
progrediebatur multos, ac dicere, Nũ ideo quia clericus factus ſum, vltor iniuriarum mearum non
ero? Sed quid dicam de cæteris, cùm nec ipſis quoque germanis parceret, ſed magis ipſos expo-
liaret.

A liaret. Cum quo nunquam iuſtitiam de rebus paternis materniſve adſequi potuerũt. Quinto autem
anno epiſcopatus ſui expleto, cùm iam ſextum ingrediens, epulum ciuibus cum immẽſa lætitia præ-
paraſſet,à febre correptus annum quem cœperat protinus morte imminente finiuit. In cuius locum
Berthchramnus Pariſiacus archidiaconus ſubrogatus eſt. Qui multas altercationes cum relicta il-
lius defuncti habuiſſe probatur, eo quòd res quæ tempore Badegiſili epiſcopi eccleſiæ datæ fuerãt,
tanquam proprias retinebat,dicens,Militia hæc fuit viri mei:& licet inuita, tamen cuncta reſtituit.
erat enim ineffabili malitia. nam ſæpius viris omnia pudenda cum ipſis ventris pellibus incidit:fœ-
minis ſecretiora corporis loca laminis candentibus peruſſit:ſed & multa alia iniquè geſſit, quæ ta-
cere melius putaui. Obiit & Sabaudus Arelatẽſis epiſcopus,in cuius locũ Licerius regis Gunthchrã-
ni referendarius eſt adſcitus. Grauis tunc prouinciam ipſam lues depopulata eſt. Obiit & Euantius
Viennenſis epiſcopus, in cuius ſedem Virus presbyter de ſenatoribus rege eligente ſubſtituitur.
Multique eo anno ſacerdotum ex hoc mundo migrauerunt:quod præterire volui, eo quòd vnuſ-
quiſque in vrbe ſua,ſui reliquerit monimenta.

B FVIT autem & in vrbe Turonica Pelagius quidam,in omni malitia exercitatus, nullũ iudicem CAP. XL.
metuens,pro eo quòd iumentorum fiſcalium cuſtodes ſub eius poteſtate conſiſterent. Ob hoc furta *Pelagij epiſcopi Turonenſis vexationes.*
ſuperuenta,peruaſiones,cædes,diuerſaque ſcelera tam in fluminibus quàm in terris agere non ceſ-
ſabat. nam plerunque arceſſitum & minacibus lenibuſque verbis,vt ab hac malitia deſiſteret,prohi-
bere volui,ſed magis odia quàm aliquem fructum iuſtitiæ ab eo recepi,iuxta illud Salomoniacæ ſa-
pientiæ prouerbium, Argue ſtultum,adiiciet odire te. Nam tantum in me odium miſer habebat,vt
ſæpius ſpoliatis eccleſiſque hominibus ſanctæ eccleſiæ, exanimes reliquerit, cauſas qualiter eccleſiæ
vel baſilicæ ſancti Martini damna intenderet,inquirens. Vnde factum eſt vt quadam vice venien-
tes homines noſtros,atque echinum in vaſis deferentes, cæderet,protereret,ipſaque vaſa caperet.
Quod factum cùm comperiſſem, eum à communione ſuſpendi,non quaſi vltor iniuriæ meæ,ſed vt
facilius eum ab hac inſania redderem emendatum. At ille electis duodecim viris,vt hoc ſcelus pe-
ieraret,aduenit. Sed cùm ego nullum vellem ſacramentum ſuſcipere, compulſus ab eo, vel à ciui-
bus noſtris,amotis reliquis ipſius tantum iuramẽtum ſuſcepi,iuſſiq; eum recipi in communionem.
C Erat autem eo tempore menſis primus. Adueniente autem menſe quinto quo prata ſecari ſolent, *Pelagius fœnũ monialium furripiens expirat.*
pratum ſanctimonialum,quod termino prati ſui adhærebat,peruadit. In quo ſtatim vt falcem mi-
ſit,febre correptus,die tertia ſpiritum exhalauit. Depoſuerat enim ſibi ſepulchrum in baſilica ſancti
Martini vici Condatenſis,quod detectum ſui & effractum in fruſta reperiunt. Sic poſtea in porticu
ipſius baſilicæ eſt ſepultus:vaſa quoque echini,quæ peieraverat, poſt obitum illius ab eius prom-
ptuario ſunt delata. Manifeſtata eſt autem virtus beatæ Mariæ,in cuius baſilica miſer ſacramentum
protulit mendax.

CVM autem per totam terram ſonus ille percurreret, Prætextatum epiſcopum à Fredegunde CAP. XLI.
fuiſſe interfectum,illa quoque quo facilius detergeretur à crimine,adprehenſum puerum cædi iuſ- *De percuſſoribus Prætextati Epiſcopi.*
ſit vehementer,dicens,Tu hoc blaſphemium ſuper me intuliſti,vt Prætextatum vrbis Rothomagẽ-
ſis epiſcopum gladio adpeteres:& tradidit eum nepoti ipſius ſacerdotis. Qui cùm eum in ſupplicio
poſuiſſet,omnem rem euidenter aperuit, dixitque, A regina enim Fredegunde centum ſolidos
D accepi vt hoc facerem:à Melantio verò epiſcopo,quinquaginta:& ab archidiacono ciuitatis, alios
quinquaginta:inſuper & promiſſum habui,vt ingenuus fierem,ſicut & vxor mea. In hac voce illius,
euaginato homo ille gladio,prædictum reum infruſta concidit. Fredegundis verò Melãtium quem
prius epiſcopum poſuerat eccleſiæ,inſtituit.

DVM à Fredegunde Beppolenus dux valdè fatigaretur,nec iuxta perſonam ſuã ei honor debitus CAP. XLII.
impẽderetur,cernẽs ſe deſpici,ad Gunthchrãnum regẽ abiit. A quo accepta poteſtate ducatus ſuper
ciuitates illas quæ ad Chlothariũ Chilperici regis filiũ pertinebant,cũ magna potentia pergit:ſed à
Redonicis non eſt receptus. Andegauos verò veniens,multa mala ibidem geſſit,ita vt annonas,fœ- *Beppolenus ad Guntranum defecit, Andegauos expilat.*
nũ,vinũ,& quicquid reperire potuiſſet in domibus ciuiũ ad quas acceſſerat,nec expectatis clauibus,
diſruptis oſtiis deuaſtaret:multoſque de habitatoribus loci cædibus adfecit,protriuitque. Domigi-
ſilo quoque metum intulit,ſed pacificatus eſt cum eo. Accedens autem ad vrbem, dum epularetur
cum diuerſis in triſtega,ſubito effracto pulpito domus,vix ſemiuiuus euaſit,multis debilitatis,in eiſ-
dem tamen malis perdurãs quæ prius geſſerat. Multa tunc & Fredegundis in regno filij ſui de rebus
E eius euertit. Ipſe quoque ad Redonicos rediens,& eos regi Gunthchramno ſubdere cupiens,filium *Arbores bis in anno fructificant.*
ſuum in hoc loco reliquit. Qui non multo intercedente tempore,intruentibus Redonicis interem-
ptus eſt cum multis honoratis viris. Hoc anno multa ſigna adparuerunt. nam menſe ſeptimo arbo-
res vitæ ſunt floruiſſe:ſed & multæ quæ prius poma habuerant,noua dederunt. quæ vſque ad natalis
dominici tempora in ipſis arboribus habitæ ſunt. Fulgor per cœlum ſerpentis cucurriſſe viſus eſt.

ANNO quoque duodecimo Childeberti regis, Nicetius Aruernus rector Maſſilienſis prouin- CAP. XLIII.
ciæ,& reliquarum vrbium quę in illis partibus ad regnum regis ipſius pertinebant eſt ordinatus. An *Nicetius Maſſilienſis prouinciæ rector ordinatur.*
teſtius verò in Andegauos à rege Gunthchramno dirigitur, multis ibidem damnis adfligens eos
qui in morte Domnolæ vxoris Nectarij mixti fuerũt,reſque Peppoleni eo quòd fuerit huius caput
ſceleris,in fiſcum redigens, Namnetas acceſſit:ac laceſſire Nonnichium epiſcopum cœpit, dicens,
Quia filius tuus in hoc facinore eſt admixtus, vt dignas pro commiſſis ſuis pœnas luat meritum

exigit:sed puer conscientia accusante territus,ad Chlotharium filium Chilperici aufugit. Antestius F verò acceptis fideiussoribus ab episcopo:vt in præsentia regis adesset,Sanctonas venit. Sonus autem his diebus exierat,quòd Fredegundis occultos in Hispanias nuncios dirigeret,eosdemque à Palladio Sanctonicæ vrbis episcopo clam susceptos, & inantea transmissos fuisse. Erant autem eo tempore dies quadragesimæ sanctæ,& episcopus in insulam maris orationis causa secesserat: secundum consuetudinem autem dum ad dominicæ cœnæ festa ad ecclesiam suam populo expectãte rediret, ab Antestio in via vallatur. Qui nec discussa rei veritate dicebat,Non ingredieris vrbem, sed exilio condemnaberis,quia suscepisti nuncios inimicæ domini nostri regis. At ille,Nescio,ait,quid loquaris:tamen quia dies sancti imminent,accedamus ad vrbem, decursisque solemnitatum sanctarum festis,postea quæcunque volueris obpone,rationem à me accipies: quia quod reputas nihil est. At ille,Nequaquam,inquit,sed non adtinges limina ecclesiæ tuæ,quia infidelis adparuisti domino nostro regi. Quid plura? tenetur in via Episcopus,domus ecclesiæ describitur, resque diripiuntur: ciues cum homine obtinere non queunt vt saltem vel celebrata solemnitate paschali discutiatur.

Antestius vi inuadit possessiones ecclesiæ.

Hisque supplicantibus,& illo renitente,tandem patefacit vulnus quod latebat in pectore. Si, in- G quit,domum quam intra territorij Biturici terminum habere dignoscitur,meæ ditioni facta venditione subdiderit,quæ flagitatis facio:alioquin non effugiet manus meas,nisi trudatur in exiliũ. Metuit negare episcopus,scripsit,subscripsitque ac tradidit agrum:& sic datis fideiussoribus de præsentia sua ante regem in ciuitatem ingredi permissus est. Transactis igitur diebus sanctis,ad regem pergit:adfuit & Antestius,sed nihil de his quæ opponebat episcopo,potuit adprobare. Episcopus autẽ ad vrbem redire iubetur,& vsque ad synodum futuram dilatatur,si fortè aliqua de his quæ opponebantur,euidentius possint agnosci. Adfuit & Nonnichius episcopus, qui datis multis muneribus abscessit.

CAPVT XLIIII.

FREDEGVNDIS verò quasi ex nomine filij sui,legatos ad Gunthchramnum regem dirigit, qui referata petitione,accepto responso,Valedicentes abscedunt:sed nescio quibus causis paululum apud metatum suum remorati sunt. Manè autem facto, procedente rege ad matutinos,ac præeunte cereo,visus est homo quasi ebrius in angulo oratorij dormitare, accinctus gladio , cuius hasta H pariete sustentabatur:hoc viso rex exclamauit,dicens , Non esse simpliciter hominem,sub hoc horrore noctis tali in loco quiescere. Obpressus autem,& loris reuinctus,interrogabatur quid sibi hæc vellent quæ ageret. Nec mora,supplicio subditus,dicit se à legatis quiaduenerant,emissum fuisse,vt rex deberet interfici. Denique adprehensi legati Fredegundis,nihil de his quę interrogati sunt cõfitentur,dicentes,Nos nihil ad aliud missos,nisi vt legationem quam suggessimus deferremus. Tũc hominem illum diuersis plagis adfectum,& carceri mãcipatum,legatos per diuersa loca exilio condemnari præcipit. Manifestissimè enim patuit sub hoc dolo à Fredegunde fuisse directos,vt regem interficere deberent(quod misericordia domini non permisit)inter quos Baddo senior habebatur.

Fredegunda mittit qui Gunthranũ occidat.

CAP. XLV. CVM autem legati de Hispaniis crebro ad regem Gunthchramnum venirent , & nullius pacis gratiam obtinere potuissent,sed magis inimicitia pullularet,rex Gunthchramnus Albigensem vrbem nepoti suo Childeberto reddidit. Quod cernens Desiderius dux,qui maximè in ciusdem vrbis territorio meliora facultatis suæ cõdiderat,timẽs ne vltio expeteretur ab eo propter antiquam inimicitiam,quòd aliquando in eadem ciuitate exercitum gloriosæ memoriæ Sygiberti regis grauiter adfeciſſet,cum Tetradia vxore sua,quam Eulalio tunc Aruerno comiti abstulerat, in termino Tholosano cum rebus omnib.transiens exercitum commouet,& contra Gothos abire disponit,diuisis prius,vt ferunt,rebus inter filios & coniugem, adsumptoque secum Austroualdo comite, Carcasonam petiit. Præparauerant enim se hoc audito vrbis illius ciues,quasi resistere volentes,audierant autem de his prius. Denique inito bello fugere Gothi cœperunt, & Desiderius cum Austroualdo à tergo cædere hostem. Illis quoque fugientibus,hic cum paucis ad vrbem accessit: lassati enim fuerant equi sociorum. Tunc ad portam vrbis accedens , vallatus à ciuibus qui intra muros erant,interfectus est cùm his omnibus qui eum fuerant prosecuti:ita vt vix pauci exindè quodammodo euaderent,qui rem,vt gesta fuerat,nunciarent. Austroualdus verò audiens Desiderium mortuum,de via regressus,ad regem perrexit,qui mox in eius locum dux statuitur.

Desiderius sibi timens secessit. I

Desiderius occiditur.

CAP. XLVI *Leuuieldus hæreseos pœnitens moritur.* POST hæc Leuuieldus rex Hispanorum ægrotare cœpit,sed,vt quidam adserunt , pœnitentiam pro errore hæretico agens,& obtestans ne huic hæresi quisquam reperiretur cõsentaneus, in legem K catholicam transiit:ac per septem dies in fletu perdurans,pro his quę contra deum iniquè molitus est,spiritum exhalauit:regnauitque Richaredus filius eius pro eo,

GREGORII

A

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM LIBER IX.

IGITVR post mortem Leuuieldi Hispanorum regis,Richaredus filius eius fœdus iniit cum Goisintha relicta patris sui,eamque vt matrem suscepit. Hæc enim erat mater Brunichildis reginæ,matris Childeberti iunioris. Richaredus verò de alia vxore erat filius Leuuieldi:denique cum nouerca habito consilio,legatos ad Gunthchramnum regem,atque Childebertum dirigit dicens,Pacem habete nobiscũ,& ineamus fœdus, vt adiuti præsidio vestro,cùm necessitas poposcerit, simili nos conditione intercedente charitate muniamus. Veniẽtes verò legati qui ad Gunthchramnum regem directi erant,apud Matascense oppidum iussi sunt residere:ibique trãsB missis viris rex causas cognouit,sed recipere noluit verba eorum. vnde talis postmodum inter eos inimicitia pullulauit,vt ad ciuitates Septimaniæ nullum de regno ẽius transire permitterent. Hi verò qui ad Childebertum regem venerunt,cum charitate recepti sunt , datisque muneribus accepta pace cum muneribus sunt regressi.

Rhicaredus Leuuieldi fur cessit,legatosque ad Guntranũ mittit.

EO anno beatissima Radegundis ab hoc mundo migrauit. Quæ magnum planctum in monaste- CAP. II. rio quod constituerat dereliquit , fuique & ego præsens ad eam sepeliendam. Obiit autem mense sexto,tertiadecima die mensis,sepulta post triduum. Quæ autem ibi ipsa die virtutes adparuerũt, & qualiter fuerit funerata,in libro * miraculorum plenius scribere studui.

Rhadegundis obitus.

* *Initio libri martyrum cap.106.lib.de gloria conf.de persona etiam Rhadegundis lib.1.scripsit Fortunatus.*

INTEREA aduenit festiuitas sancti Marcelli,quæ apud vrbẽ Cabillonensem mẽse septimo cele- CAP. III. bratur,& Gunthchrãnus rex adfuit:verũ vbi peractis solennibus ad sacrosanctũ altariũ cõmunicandi gratia accessiſſet,venit quidã quasi aliquid suggesturus. Qui dũ properat contra regẽ, culter ei deC manu delabitur. Adprehẽsóq; repẽtè,aliũ cultrum euaginatũ in manu eius reperiũt. Nec mora,eductus à basilica sancta,vinctus & tormentis addictus,cõfitetur se emissum ad interficiendum regẽ,dicẽs,Sic enim tractauit qui me misit,quia cognouit rex multorũ in se odia adgregata,& suspectus ne percutiatur,omninò se à suis vallari præcipit,nec repetitur aditus qualiter ad eũ cũ gladiis possit accedere,nisi in ecclesia in qua securus & nihil metuẽs stare dignoscitur,transuerberetur. Sed & his de quibus locutus fuit adprehensis multis interemptis,hũc verberatum plagis dimisit viuum, quia nefas putauit,si is qui ab ecclesia eductus fuerat truncatur.

Sicarius ad Gũthranum accedit.

EO anno Childeberto regis alius filius natus est,quẽ Veratus Cabillonensis episcopus suscipiẽs CAP. IIII. à lauacro,Theodorici nomen posuit. Erat enim eo tempore ipse pontifex magnis virtutibus præ- *Childeberto nascitur filius.* ditus,ita vt plerunq; infirmis signum crucis imponens,statim sanitati,tribuẽte domino,restauraret.

PRODIGIA quoque multa dehinc adparuerunt. Nam vasa per domos diuersorum , ignis ne- CAP. V. scio quibus caraxata sunt,quæ res nullo vnquam modo aut eradi potuit, aut deleri. Incœptũ est au- *Prodigia.* tem hoc prodigium ab vrbis Carnotenæ territorio:& veniens per Aurelianensem vsque Burdegalensem terminum peraccessit,non prętermittens vllam vrbem quæ fuit in medio. In vineis verò menſe octauo transacta vindemia , palmites nouos cum vuis deformatis aspeximus. In aliis arboribus frondes nouæ,& noua visa sunt poma. Radij à parte aquilonis adparuerunt. Adserebant nonnulD li vidisse se serpentes ex nube delapsos. Alij adfirmabãt villam cum casis & hominibus subitanea internecione euanuisse:& multa alia signa adparuerunt,quæ aut regis obitum adnunciare solent. aut regionis excidium. Vindemia eo anno tenuis,aquæ validæ,pluuiæ immensæ,flumina quoque granditer adaucta fuerunt.

FVIT eo anno in vrbe Turonica Desiderius nomine qui se magnum quendam esse dicebat,adse- CAP. VI. rens se multa posse facere signa . Nam & nuncios inter se atque Petrum Paulumque apostolos dis- *Magi præstigia.* currere iactitabat:ad quem quia præsens non eram,rusticitas populi multa confluxerat, deferentes secum cęcos & debiles,quos non sanctitate sanare,sed errore necromantici ingenij quærebat inludere. nam hos qui erant paralytici,aut alia impediti debilitate iubebat validè extendi,vt quos virtuE tis diuinæ largitione dirigere non poterat quasi per industriam restauraret. Denique adprehendebant pueri eius manus hominum,alij verò pedes,tractosque diuersas in partes ita vt nerui putarentur abrumpi,cùm non sanarentur,dimittebantur exanimes . Vnde factum est vt in hoc supplicio multi spiritum exhalarent:tantumque miser elatus erat,vt minorem se beatum Martinum esse diceret,se verò apostolis coæquaret. Nec mirum,si hic similem se dicat apostolis,cùm ille auctor nequitiæ à quo ista procedunt,Christum se in fine seculi fassurus sit. nam de hoc animaduersum est,vt superius diximus, errore necromanticæ artis fuisse imbutum. Quia,vt adserunt qui eum viderunt, *Dæmon se Christum mentitur.* cum quisque de eo procul & abditè quicquam locutus fuisset mali,coram populo adstante improperabat dicens,Quia hoc & illud de me effatus est,quæ sanctitate mea erant indigna : & quo alio nisi nunciantibus dæmoniis id cognoscebat? Habebat autem cucullum ac tunicam de pilis caprarum : & in præsenti quidem abstinens erat à cibis & potu : clam autem cum in diuersorium venis-

Magi voracitas.

set, ita infarcibat in ore, vt minister non occurreret tantum poscenti porrigere. Sed detecta dolositate eius, & à nostris deprehensa, eiectus est extra vrbis terminum. Nec cognouimus deinceps quò abisset: dicebat tamen ciuem se esse Burdegalensem. nam & ante hos septem annos fuit & alius magnus valdè seductor, qui multos decepit dolositate sua. Hic enim colobio indutus erat, amictus desuper syndone, crucem ferens, de qua dependebant ampullulæ, quas dicebat oleum sanctum habere. Aiebat enim se de Hispaniis aduentare, ac reliquias beatissimorũ martyrum Vincentij Leuitæ, Pelicisque martyris exhibere. Sed cum iam vespere ab basilicam sancti Martini Turonos aduenisset, & nos conuiuio resideremus, mandatum misit, dicens, Occurrant reliquiis sanctis. Cui nos, quia hora iam præterierat, diximus, Requiescant beatæ reliquiæ super altarium, donec mane procedamus ad occursum earum: sed hic primo diluculo consurgens, nec expectatis nobis, aduenit cum cruce sua, & in cellula nostra adfuit. Stupefactus ego & admirans leuitatem, interrogo quid hæc sibi velint: Respondit quasi superbus & inflata voce, Meliorem, inquit, occursum nobis exhibere debueras. Sed hæc ego in aures Chilperici regis ingeram: ille autem vlciscetur despectionem meam. Et ingressus in oratorium me postposito, ipse capitellum vnum atque alterum ac tertium dicit: ipse orationem profert, & ipse consummat, cleuataque iterum cruce abiit. Erat enim ei & sermo rusticus, & ipsius linguæ latitudo turpis atque obscœna: sed nec de eo sermo rationabilis procedebat: qui vsque Parisios accessit. His enim diebus Rogationes publicæ celebrabantur, quæ ante sanctum dominicæ Ascensionis diem agi solent. Factum est autem vt procedente Ragnemodo pontifice cum populo suo, & loca sancta circumeunte, vt & hic cum cruce sua aduenies, inusitatum populs exhibens indumentum, adiunctisque publicanis ac rusticis mulieribus & iste chorum suum facere, & quasi cum sua multitudine loca sancta circumire tentat. Hæc cernens episcopus, misit archidiaconum suum dicens, Si reliquias sanctorum exhibes, pone eas paululum in basilica, & nobiscum celebra dies sanctos: decursa autem solemnitate, proficisceris in viam tuam. At ille paruipendens quæ ab archidiacono dicebantur, cœpit episcopum conuiciis ac maledictionibus prosequi. Sacerdos verò intelligens eum seductorem, iussit eum recludi in cellulam. Perscrutatisque cunctis quæ habebat, inuenit cum eo sacculum magnum plenum de radicibus diuersarum herbarum: ibique & dentes talpæ, & ossa murium, & vngues atque adipes vrsinos: vidensque hæc maleficia esse, cuncta iussit in flumen proiici. Ablataque ei cruce, iussit eum à termino Parisiacæ vrbis excludi. Sed hic iterum facta altera cruce, cœpit quæ gesserat exercere. Captusque ab archidiacono, & catenis vinctus, iussus est custodiri. His diebus Parisios adueneram, & ad basilicam beati Iuliani martyris metatum habebam. Nocte igitur insequenti erumpens miser iste de custodia, cum ipsis quibus erat nexus catenis ad antedictam basilicam sancti Iuliani properat: atque in pauimento in loco quo ego stare erã solitus, ruit, ac sopore vinoque obpressus obdormiuit. Nos verò ignari facti, media surgentes nocte ad reddendas domino gratias, inuenimus eum dormientem: de quo tantus pædor egrediebatur, vt omnium cloacarum atque secessuum fœtores fœtor ille deuicerit: sed nec nos præ hoc fœtore in basilicam ingredi potueramus. Accedens verò vnus clericorum, clausis naribus eum excitare nititur, nec potuit: ita enim erat miser madefactus vino. Tunc quatuor accedentes clerici, leuantes eum inter manus, in vnum angulum basilicæ proiecerunt: & exhibentes aquas abluto pauimento, respersoetiam herbulis odoratis, sic ingressi sumus explere cursum: nunquam tamen nobis psallentibus potuit excitari, donec dato terris de altius solis lampas ascenderet: dehinc excusatum reddidi sacerdoti. Conuenientibus autem episcopis apud vrbem Parisiacam, dum hæc in conuiuio narraremus, ipsum pro castigationis gratia adesse præcipimus. Quo astante eleuatis Amelius Beorretanæ vrbis episcopus oculis, cognoscit eum suum esse famulum, sibique per fugã dilapsum: & sic excusatum receptum reduxit in patriam. Multi enim sunt qui has seductiones exercentes populum rusticum in errorem ponere non desistunt: de quibus, vt opinor, & dominus in euangelio ait, Consurgere in nouissimis temporibus pseudochristos, & pseudoprophetas, qui dantes signa & prodigia etiam electos in errorem inducant. De his ista sufficiant: nos potius ad propositum redeamus.

Seductor Burdegalensis.

Rogationes.

Seductoris reliquiæ.

CAP. VII. *Ennodius ducatu remouetur.*

ENNODIVS cum ducatum vrbium Turonicæ atque Pictauæ ministraret, adhuc & vici Iulienses atque Benarnæ vrbium principatum accipit. Sed euntibus comitibus Turonicę atque Pictauæ vrbis ad regẽ Childebertum, obtinuerunt, eum à se remoueri. Ille verò vbi se remotum de his sensit ad ciuitates superius memoratas properat: sed dum in illis commoraretur, mandatum accepit vt se ab eisdem remoueret: & sic accepto ocio, ad domum suam reuersus, priuati operis curam gerit.

Vascones irrumpunt.

Vascones verò de montibus prorumpentes, in plana descendunt, vineas, agrosque depopulantes, domos tradentes incendio, nonnullos abducentes captiuos cum pecoribus, contra quos sæpius Austroualdus dux processit, sed paruam vltionem exercuit ab eis. Gothi verò propter superioris anni deuastationem quam in Septimania regis Gunthchramni exercitus fecit, in Arelatensem prouinciam proruperunt, egeruntque prædas & captiuos abduxerunt vsque ad decimum ab vrbe miliarium: vnum etiam castrum Vgernum nomine cum rebus atque habitatoribus desolantes nullo resistente regressi sunt.

CAP. VIII

GVNTHCHRAMNVS verò Boso cùm exosus reginæ haberetur, cœpit per episcopos ac proceres discurrere, & veniam misero precari quam antè despexerat. Nam cum rex Childebertus esset

set iunior, Brunichildem reginam sæpè conuiciis atque improperiis lacessibat: sed & iniuriis quæ ei ab aduersis inferebantur, fautor extiterat. Sed & rex ad vlciscendam iniuriam genitricis, iussit eum persequi atque interfici: ille verò cum se cerneret positum in discrimine, Viridunensem ecclesiam petiit, per Agericum prorsus episcopum qui erat regis pater ex lauacro, veniã impetrare confidẽs. Tunc pontifex ad regem properat, deprecaturque pro eo: cui rex cum negare nequiret quæ petebat, ait, Veniat corã nobis, & datis fideiussoribus in præsentia patrui mei, quicquid illius iudicium decreuerit, exequamur. Tunc adductus ad locum vbi rex morabatur, nudatus armis, ac per manicas tentus ab episcopo repræsentatur regi. Ad cuius prouolutus pedes, ait, Peccaui tibi ac genitrici tuæ, non obediendo præceptionibus vestris: sed agendo contra voluntatẽ vestram atque vtilitatem publicam: nunc autem rogo vt indulgeatis malis meis quæ contra vos gessi. Rex autem iussit eum eleuari à terra, & posuit in manu episcopi, dicens, Sit penes te sancte sacerdos, donec in præsentiam Gunthchramni regis aduenias: & iussit eum discedere.

Boso per Agericũ veniã impetrauit.

CAP. IX.

POST hæc Rauchingus coniunctus cum prioribus regni Chlotharij filij Chilperici, confingens se quasi tractaturum de pace, vt inter terminum vtriusque regni nulla intentio aut direptio gereretur, consilium habuerunt, vt scilicet interfecto Childeberto rege, Rauchingus cum Theodoberto seniore eius filio regnum Campaniæ teneret: Vrsio verò ac Berthefredus iuniore filio nuper genito, qui Theodoricus cognominatur, ad se suscepto, & excluso Gunthchramno rege, reliquum regni teneret. Multa etiam contra Brunichildem reginam frementes, vt eam in contumeliam redigerẽt, sicut prius fecerant in viduitate sua. Rauchingus ergo summa elatus potentia, & vt ita dicã, ad ipsius regalis sceptri se iactans gloriam peruenire, iter præparat ad Childebertum regẽ accedendi, vt cõsilium quod inierat posset explere. Sed pietas domini hęc verba in aures Gunthchramni regis prius impossuit: qui missis nunciis, clam ad Childebertum regẽ, omnes ei molitiones has in notitiã posuit, dicens, Accelera velociter, vt videamur à nobis: sunt enim causæ quæ agi debeant. At ille diligenter inquirens quæ ei nunciata fuerant, veráq; esse cognoscẽs, arcessiti Rauchingũ iussit. Qui cum adfuisset, priusquam eum rex suo iussisset adstare conspectui, datis literis & pueris destinatis cũ euectione publica, qui res eius per loca singula deberent capere, iussit eum in cubiculum intromitti: locutusque cum eo alia ex aliis, egredi iterum de cubiculo iubet. Cumque egrederetur à duobus ostiariis pedib. adprehensus ruit in gradibus ostij, ita vt pars corporis eius esset intrinsecus, pars verò extrinsecus extenderetur. Tunc ij qui iussi ad hæc explenda parati erant, cum gladiis super eum ruũt, atque ita minutatim caput eius conliserũt, vt simile totum cerebro putaretur: statimq; mortuus est. Tũc denudatus & per fenestrã eiectus, sepulturæ mandatus est. Erat autem leuis in moribus, vltra humanũ genus cupiditati ac facultatibus inhians alienis, & ex ipsis diuitiis valdè superbus, intantũ vt iã in ipso interitus sui tempore Chlotharij regis filium se fateretur. Multum tamen cum eo auri repertum est. Quo interfecto, protinus vnus puerorum eius cursu veloci euolans, nũciauit cõiugi eius quæ acta erant. Hæc verò per plateam Suessionicæ ciuitatis cõpta, grandibus ornamentis ac gẽmarum preciositatibus, & auri fulgore obtecta, ascenso equo, præcedẽtibus pueris aliisq; sequentibus ferebatur: atque ad basilicam sancti Crispini Crispinianiq; properabat, quasi spectatura missas: erat enim eo die passio martyrum beatorum. Sed videns nuncium per aliam plateam gressum retorquens, proiectis in terram ornamentis in basilicam sancti Medardi antistitis confugit, ibi se tutari confessoris præsidio putans. Pueri verò qui missi à rege fuerant ad requirendas res eius, tanta in thesauris illius reperiunt, quanta nec in ipso ærarij publici regesto poterãt inueniri, quod totum regis conspectibus præsentarunt. nam eo die quo hic interfectus est, erant cũ rege multi Turonorum atque Pictauorum, de quibus tale fuit consiliũ, vt si malum hoc perficere potuissent, his subditis sup plicio dicerent, quia ex vobis fuit qui regem nostrum interemit: eisq; diuersis suppliciis trucidatis, vltores se mortis regiæ esse iactarent. Sed deus omnipotens consilia eorum, quia iniqua erant, dissipauit, impleuitque illud quod scriptum est, Quia foueam quam fratri parabis, incides in eam. In locum tamen Rauchingi Magnoualdus dirigitur dux. iam enim Vrsio atque Berthefredus certi quòd Rauchingus quæ conlocuti fuerant, possit explere, collecto exercitu veniebant. Sed audientes, quòd scilicet tali fuisset adfectus interitu, adaucta adhuc secum multitudine hominum quæ ad eos pertinere videbatur, intra castrum Vabrense, quod villæ Vrsionis propinquum erat, cum rebus omnibus se muniunt consci consilij sui, tractantes vt si rex Childebertus aliquid contra eos agere voluisset, virtute se ab eius exercitu defensarent: caput enim horum & causa malorum Vrsio erat. Sed Brunichildis regina mandata misit Berthefredo, dicens, Disiunge te ab homine inimico, & habebis vitam: alioquin cum eodem interibis. filiã enim eius ex lauacro regina susceperat, & ob hoc misericordiam de eo habere voluit. Qui ait, Nisi morte diuellar ab eo, nunquam à me relinquetur.

Rauchinus interimitur.

CAP. X.

DVM hæc agerentur, iterum misit Gunthchramnus rex ad nepotem suum Childebertum, dicens, Moræ omnes abscedant, & veni vt te videam. est enim certæ necessitatis causa, tam pro vitæ nostræ commodo, quàm pro vtilitatibus publicis, vt videamur à nobis. Hæc ille audiens, adsumpta matre cum sorore & coniuge, ad occursum patrui destinat. Adfuit autem & Magnericus episcopus Treuericæ vrbis. Venit etiam Gunthchramnus Boso, quem Agericus Viridunensis episcopus sua in fide susceperat: sed pontifex ille qui pro eo fidem fecerat non adfuit, quia conuenerat vt absque vllius defensione regi præsentaretur, scilicet vt si ipse decerneret eum mori debere, non

Missæ.

excusaretur à sacerdote : sin autem ille vitam concederet, liber abiret. Sed coniunctis regibus F
pro diuersis falsitatibus culpabilis iudicatur : iussum est vt interficeretur. Quod cum ille comperisset, ad mansionem Magnerici episcopi conuolauit, & clausis ostiis, segregatis ab eo clericis ac famulis, ait, Scio te beatissime sacerdos magnum cum regibus honorem habere, & nunc ad te confugio vt cuadam, ecce percussores ad ostiũ: vnde manifestè scias, quòd si à te non eruor, interfecto te, egrediar foras, & moriar. Manifestissimè enim noueris, quia aut mors vna nos occupat, aut par vita defensat. O sancte sacerdos, scio enim te patrem communem cum rege esse filio eius, & noui quoniam quæcunq; petieris ab eo, obtinebis: nec negare omninò poterit sanctitati tuæ quæcunque popoposceris: ideoq; aut impetra veniã, aut moriamur simul. Hæc autẽ euaginato aiebat gladio. Turbatus audito episcopus, ait, Et quid faciam, si hic à te teneor: dimitte me vt eam, & deprecer misericordiam regis, & fortassis miserebitur tui. Et ille, Nequaquã, sed trãsmitte abbates & creditos tuos vt hæc quæ loquor exponãt. Veruntamen non hæc regi vt erant, nũciata sunt: sed dixerũt quòd hic ab episcopo defensaretur: vnde factum est vt cõmotus rex diceret, Si episcopus exindè egredi noluerit, pariter cum illo auctore perfidiæ pereat. Hæc audiens episcopus direxit nũcios ad regẽ. Qui G
cũ ista narrassent, ait rex Gunthchrãnus, Iniicite ignẽ in domũ, & si exire nequiuerit episcopus, pariter cõcremetur. Hæc audiẽtes clerici, effracto vi ostio, sacerdotẽ eiiciũt foras. Tunc miserrimus cùm videret se flãmis validis ab vtraq; parte vallari, accinctus gladio accedit ad ostiũ: verũ vbi primũ limẽ
Gunthranus Bosso occiditur. domus egrediens gressum foris fixit, statim vnus è populo iecta lãcea, frontẽ eius inlisit. At ille hoc ictu turbatus, quasi amens, gladiũ eiicere tentãs, ab aditãtibus ita lancearum multitudine sauciatur, vt defixis in lateribus eius spiculis & sustentantibus hastilibus ad terrã ruere non posset. Interfecti sunt & pauci qui cum eo erant, expositique in campo simul. Pro quibus vix obtentũ fuit cũ principibus, vt terræ reconderentur. Fuit autem hic in actu leuis, auaritiæ inhians, rerum alienarum vltra modum cupidus, omnibus iurans, & nulli promissa adimplens. Vxor autem eius cum filiis exilio data est, résque illius fisco conlatæ sunt. Multitudo autem auri argentíque ac diuersarum specierum
Bosso vtebatur sortibus. in eius regestis reperta est. Sed & quæ sub terra absconderat stimulante conscientia iniquitatis suę, non latuerunt. ariolis ac sortibus sæpius vtebatur, ex quibus futura cognoscere cupiens, remansit H
inlusus.

CAP. XI. REX verò Gunthchramnus cum nepote suo ac regínis, pacem firmauit, datis sibi inuicem muneribus, ac stabilitis causis publicis, epulati sunt pariter. Laudabat enim dominum Gunthchrãnus
Reges & Reginæ inuicem visitant. rex dicens, Refero tibi maximas gratias omnipotens deus, qui mihi præstitisti vt videre merear filios de filio meo Childeberto: vnde non me puto vsquequaque à tua maiestate relictum, qui mihi hæc præstitisti, vt videam filios filii mei. Tunc Dynamium & Lupum ducem redditos rex Childebertus recepit, Cadurcum Brunichildis reginæ refudit. Et sic cum pace & gaudio iterum atque iterum deo gratias agentes, conscriptis pactionibus, se remunerantes & osculantes, regressus est vnusquisque ad ciuitatem suam.

CAP. XII. CHILDEBERTVS verò rex, collecto exercitu ad locũ dirigi iubet, in quo Vrsio ac Berthefredus inclusi morabantur. Erat enim villa in pago Vabrensi, cui imminebat mons arduus. In hu-
Childeberti exercitus vrsionem concludit. ius cacumine basilicam in honore sancti ac beatissimi Martini construxit. ferebant enim ibi castrum antiquitus fuisse: sed nunc non cura, sed natura tantum munitum erat. In hac ergo basilica I
cum rebus atque vxoribus & familia se ante dicti concluserant. Commoto ergo exercitu, sicut diximus, Childebertus rex illuc dirigi iubet. Verumtamen commoti homines antequam ad eos accederent, vbicunque aut villas aut res eorum reperire potuerunt, omnia incendio ac prædæ tradiderunt. Accedẽtes autẽ ad hunc locum ad montẽ se proripiunt, & basilicam cum armis vallant. Habebant autem quasi ducem tunc Godegisilum Lupi ducis generum. Cúmque eos extrahere de basilica non valerent, ignẽ adplicare nituntur. Quod cernens Vrsio, accinctus gladio, foras egressus est. Tãtaq; cæde hos qui adsidebant mactauit, vt quotcunque in eius contemplationem aduenissent, nullus viuens remanere posset. Ibi & Trudulphus palatij regalis comes cecidit, & multi de hoc
Trudulphus cadit. exercitu prostrati sunt. Cúmque iam nullus de cæde Vrsionis cerneretur, percussus à quodam in femore debilitatus ad terram ruit, & sic ruentibus aliis vitam finiuit. Quod cernens Godegisilus, clamare cœpit ac dicere, Fiat nunc pax, ecce maximus inimicus dominorum nostrorũ ruit. hic verò Berthefredus vitam habeat. Hæc eo dicente, cum omnis populus ad direptionem rerum quæ in K
basilica adunatæ fuerant, inhiaret, Berthefredus ascenso equo ad Viridunensem vrbem dirigit: ibique in oratorio quod in domo ecclesiastica erat, se tutari putans, præsertim cum & ipse põtifex Agericus in hac domo resideret. Sed cum Childeberto regi nunciatũ fuisset, effugisse scilicet Berthefredum, perculsus cordis dolore ait, Si hic mortem euaserit, non euadet Godegisilus manus meas. Nesciebat tamen rex, eum in domum ecclesiæ ingressum fuisse, sed quasi in regionem aliam confugisse. Tunc timens Godegisilus commoto iterũ exercitu, domum ecclesiæ armatis vallat. Sed
Berthefredus occiditur. cum eum pontifex reddere nequiret, sed defensare conaretur, ascendentes suprà tectum, eum ab ipsis tegulis ac maceriis quibus oratorium opertum erat, inlidentes, interfecerunt: ibique cum tribus famulis mortuus est Multum ex hoc episcopus dolens, quòd eum non solum defensare nõ potuit, verumetiam locum in quo orare consueuerat, & in quo sanctorum pignera adgregata fuerant, sanguine humano pollui vidit. Misit autẽ Childebertus rex cũ muneribꝰ, vt à mœrore reuocaretur:

sed

A sed noluit consolari. Multi autem his diebus pertimescentes regem, in alias regiones abscesserunt. Nonnulli etiam à primatu ducatus remoti sunt, in quorum ordinem alij successerunt.

GVNTHCHRAMNVS verò Baddonem quem pro crimine maiestatis superius vinctũ diximus, CAP. XIII.
in præsentiam suam venire iussit, & transmittens vsque Parisios, ait, Si eum cum idoneis hominibus *Baddon.*
Fredegũdis ab hac actione qua impetitur, immunem fecerit, abscedat liber, & quò voluerit eat. Sed veniens Parisios, nullus de parte memoratæ mulieris adfuit, qui cùm idoneum reddere posset. Tunc vinctus & catenis oneratus sub ardua custodia, ad vrbem Cabillonensem reductus est. Sed postea intercurrentibus nunciis, & præsertim Leudoualdo Baiocassino põtifice dimissus, ad propria rediit. Grauiter tunc morbus dysentericus apud Metensem sæuiebat vrbem. His diebus nos dum ad oc- *dysenteriã.*
cursum regis properaremus, Vuiliulfum ciuem Pictauum, plenum febre, hoc morbo laborantem in via offendimus, id est ad Remẽsem vrbem, de qua profectus valdè exinanitus cum ad vrbem Parisiacam cum filio vxoris suæ veniisset, apud villam Rigoialensem facto testamento defunctus est: puer verò qui & ipse ab hoc languore tenebatur obiit: & sic pariter in vrbis Pictauæ delati termi-
B num, tumulati sunt. Vxor quoque ipsius Vuiliulfi tertio copulatur viro, filio scilicet Beppoleni ducis: qui & ipse duas iam, vt celebre fertur, vxores viuas reliquerat: erat enim leuis atq; luxuriosus, & *Maritus impudicitiæ.*
dum nimio ardore fornicationis arctaretur, ac relicta coniuge cum famulabus accubaret, exhorrẽs legitimum connubium, aliud expetebat: sic & secundæ fecit, & huic cui tertiò copulatus est, ignorans quòd corruptio incorruptionem non possidebit.

POST hæc cùm Egidius Remensis vrbis Episcopus, de illo crimine maiestatis quo superius me- CAP. XIIII.
morati perempti sunt, suspectus haberetur, cum magnis muneribus ad Childebertum accedens, ve-
niam deprecatur: prius tamen sacramenta suscipiens, in basilica sancti Remigij, ne aliquid mali in *Egidius Episcopus Lupo duci conciliatur.*
itinere pateretur: susceptúsque à rege cum pace discessit. Pacem etiam cum Lupo duce obtinuit, quem instinctu eius de Campaniæ ducatu supra memorauimus fuisse depulsum. Vnde rex Gunthchramnus valdè in amaritudinem excitatus est, eo quòd ei promiserit Lupus nunquam se cum eodem pacem facturum, quia fuisset regis cognitus inimicus.

IGITVR eo tempore in Hispania Richaredus rex compunctus miseratione diuina, conuocatis CAP. XV.
C Episcopis religionis suę ait, Cur inter vos & sacerdotes illos qui se catholicos dicunt, iugiter scan- *Richaredus rex Hispan. conuertitur.*
dalum propagatur: & cum illi per fidem suam signa multa ostendant, vos nihil tale agere potestis? qua de re conuenite quæso simul, & discussis vtriusque partis credulitatibus, quæ vera sunt cognoscamus: & tunc aut accepta illi à vobis ratione ea credant quæ dicitis, aut certè vos ab illis veritatem agnoscentes, quæ prædicauerint vos credatis. Quod cum factum fuisset, congregatis vtriusque partis Episcopis, proposuerunt hæretici illa quæ sæpius ab ipsis dicta iam scripsimus: similiter responderunt Episcopi nostræ religionis ea de quibus hæreticorum partem plerunque victam libris superioribus demonstrauimus: & præsertim cum rex diceret, quòd nullum signum sanitatis super infirmos ab hæreticorum ostenderetur Episcopis, ac in memoria replicaret qualiter tempore genitoris sui, Episcopus qui se iactabat per fidem non rectam cæcis restituere lumen, tacto cæco & cæcitati perpetuæ damnato discessisset confusus, quod nos in libro miraculorum plenius declarauimus: vocauit ad se seorsum sacerdotes dei, quibus perscrutatis, cognouit vnum deum sub distinctione coli
D personarum trium, id est patris & filij & spiritus sancti: nec minorem filium patre spiritúque sancto, *Distinctio personarum.*
neque spíritum sanctum minorem patre vel filio, sed in vna æqualitate atque omnipotentia hanc trinitatem verum deum fateri. Tunc intelligens veritatem Richaredus, postposita altercatione, se catholicæ legi subdidit, & accepto signaculo beatæ crucis cum chrismatis vnctione, credidit Iesum Christum filium dei æqualem cum spiritu sancto regnantem in secula seculorum, Amen. Deinde nuncios mittit ad prouinciam Narbonensem, quibus narrantibus ea quæ ille gesserat, simili credulitate populus ille connecteretur. Erat tunc temporis Arrianæ sectæ Episcopus Athalocus, qui ita per propositiones vanas ac interpretationes falsas scripturarum, Ecclesias dei conturbabat, vt putaretur quòd ipse esset Arrius, quem proiecisse in secessum exta historiographus narrauit Eusebius. Sed cùm hæc populo sectæ suæ credere non sineret, & ad consentiendum ei paucorum faueret adulatio, commotus felle, ingressus in cellulam suam inclinato super lectulum capite, nequam spiritum exhalauit. Sícque hæreticorum populus, in ipsa consistens prouincia, inseparabilem trinitatem confessus, ab errore discessit.

E POST hæc Richaredus legationem ad Gunthchramnum atque ad Childebertum direxit pacis CAP. XVI.
grátia, vt scilicet sicut in fide se adserebat vnum, ita & charitate se præstaret vnitum. Sed à Gunth- *Richaredi legatio ad reges Franc.*
chramnó rege repulsi sunt, dicente, Qualem mihi fidem promittere possunt, aut quemadmodum à me credi debent, qui neptem meam Ingundem in captiuitatem tradiderunt, & per eorum insidias & vir eius interfectus est, & ipsa in peregrinatione defuncta? Non recipio ergo legationem Richaredi, donec me deus vleisci iubeat de his inimicis. Hæc legati audientes, ad Childebertum proficiscuntur, à quo & in pace excepti sunt, dicentes, Vult se dominus noster, frater tuus Richaredus de hoc crimine exuere, quod ei imponitur, quasi in mortem sororis vestræ fuisset consciius: de quo, sacramento, si vultis, aut qualibet alia conditione idoneus reddi potest. Deinde datis gratiæ vestræ decem milibus solidorum, charitatem vestram habere desiderat, & vt ille vestro vtatur solatio, & vos eius vbi necesse fuerit, beneficiis potiamini. Hæc illis dicentibus, promi-

ferunt Childebertus rex & mater eius pacem & charitatem cum ipso se integrè custo-
dituros. Acceptísque ac datis muneribus, addiderunt legati, Iussit etiam dominus noster ponere verbum in auribus vestris de filia siue sorore vestra Chlodosinda, vt ei tradatur in matrimonium, quo facilius pax quæ inter vos promittitur, confirmetur. Qui dixerunt, Promissio nostra ex hoc habilis dabitur, sed sine patrui nostri Gunthchramni regis consilio hæc facere non audemus: promissum enim habemus de maioribus causis nihil sine eius consilio agere: accepto itaque responso redierunt.

CAP. XVII. Eo anno verno tempore pluuiæ validæ fuerunt, & cùm iam vel arbores vel vineæ frondu issent, nix decidua cuncta operuit. Subsequenti quoque gelu, tam palmites vinearum, quàm reliqui ostẽsi fructus incensi sunt. Tantúsque rigor fuisse visus est, vt etiam hirundines & alites quæ de externis regionibus venerant, vi algoris extinguerentur. Illud etiam admirabile fuit, quòd vbi nunquam gelu nocuit, tunc omnia abstulit: & eò vbi consueuerat lædere, non accessit.

Hyems grauissima.

CAP. XVIII. Britanni quoque inruentes in terminum Namneticum, prædas egerunt, peruadentes villas, & captiuos abducentes. Quod cum Gunthchramno regi perlatum fuisset, iussit commoueri exercitum, dirigens illuc nuncium qui eis loqueretur vt componerent cuncta quæ malè gesserant, aut certè nouerint se gladio casuros ab exercitu eius. At illi timentes, promittunt se omnia quæ malè gesserant, emendare. His auditis, rex dirigit illuc legationem, id est Namatium Aurelianensem, & Berthchramnum Cœnomannensem Episcopum, cum comitibus & aliis viris magnificis. Adfuerũt etiam & de regno Chlotharij Chilperici regis filij viri magnifici: qui euntes in terminum Namneticum locuti sunt cum Vuarocho & Vidimaclo omnia quæ rex præceperat. At illi dixerunt, Scimus & nos ciuitates istas Chlotharij regis filiis redhiberi, & nos ipsis debere esse subiectos: tamen quæ contra rationem gessimus, cuncta componere non moramur: & datis fideiussoribus, atque subscriptis cautionibus, promiserũt se singula milia solidorum Gunthchramno regi & Chlothario in compositionem daturos, promittentes nunquam terminum ciuitatum illarum vltra se adgressuros. His *ita compositis, regressi sunt reliqui,* & narrauerãt regi quę gesserant. Namatius verò Episcopus, dum receptis villis intra terminum Namneticæ vrbis, quas olim parentes eius perdiderant, ibidem moraretur, pustulæ malæ ei tres oriuntur in capite. Ex hoc valdè confectus tædio, dum ad ciuitatem suam reuerti cuperet, intra Andegauensis territorij terminum, spiritum exhalauit. Corpusculum eius ad vrbem suam delatum, in basilica sancti Aniani confessoris sepultum est: in cuius cathedram Austrinus Pastoris quondam filius subrogatur. Vuarochus verò oblitus sacramenti & cautionis suæ, omnia postposuit quæ promisit. Vineas Namneticorum abstulit, & vindemiam colligens, vinum in Veneticum transtulit. Et ex hoc iterum rex Gunthchramnus valdè furens, exercitum commoueri iussit, sed quieuit.

Britanni prædantur.

Namatius moritur.

CAP. XIX. Bellvm verò illud quod inter ciues Turonicos superius diximus terminatum, in rediuiuam rursum insaniam surgit. Nam Sicharius cùm post interfectionem parentum Chramisindi, magnam cum eo amicitiam patrauisset, & intantum se charitate mutua diligerent, vt plerunque simul cibum caperent, ac in vno pariter strato recumberent, quadam die cœnam sub nocturno tempore præparat Chramisindus, inuitans Sicharium ad epulum suum. Quo veniente, resident pariter ad conuiuium: cùmque Sicharius crapulatus à vino, multa iactaret in Chramisindum, ad extremum dixisse fertur, Magnas mihi debes referre grates, ô dulcissime frater, eo quòd interfecerim parentes tuos, de quibus accepta compositione, aurum argentúmque superabundant in domo tua: & nudus nunc esses & egens, nisi hæc te causa paululũ roborasset. Hæc ille audiens, amaro suscepit animo dicta Sicharij, dixitque in corde suo, Nisi vlciscar interitum parentum meorum, amittere nomẽ viri debeo, & mulier infirma vocari. Et statim extinctis luminaribus, caput Sicharij sica diuidit. Qui paruulam in ipso vitæ termino vocem emittens, cecidit & mortuus est. Pueri verò qui cum eo venerant, dilabuntur. Chramisindus exanimum corpus nudatum vestimentis, adpendit in sepis stipite, ascensísque equis eius ad regem pergit, ingressúsque Ecclesiam ad pedes prosternitur regis, dicens, Vitam peto, ô gloriose rex, eo quòd occiderim homines qui parentibus meis clam interfectis res omnes diripuerunt. Cúmque expositis per ordinem causis, & regina Brunichildis grauiter accepisset, eo quòd in eius verbo Sicharius positus, taliter fuerat interfectus, frendere in eum cœpit. At ille cùm vidisset eam aduersam sibi, Vosagensem territorij Biturici pagum expetiit, in quo eius parentes degebant, eo quòd in regno Gunthchramni regis haberetur: Tranquilla quoque coniunx Sicharij relictis filiis & rebus viri sui, in Turonico siue in Pictauo ad parẽtes suos Mauriopes vicum expetiit: ibíque & matrimonio copulata est. Obiit autem Sicharius quasi annorum xl. Fuit autem in vita sua leuis, ebriosus, homicida, qui nonnullis per ebrietatem iniuriam intulit. Chramisindus verò iterum ad regem abiit, iudicatúmque est ei vt conuinceret super se eum interfeciſſe, quod ita fecit. Sed quoniam, vt diximus, regina Brunichildis in verbo suo posuerat Sicharium, ideo res huius cõfiscari præcepit: sed in posterum à Flauiano domestico redditæ sunt, sed & ad Aginnum properans, epistolam eius elicuit, vt à nullo contingeretur. Ipsi enim res eius à regina concessæ fuerant.

Sicharius ad vltionem necatur.

CAP. XX. Eo anno quoque xiij. regis Childeberti, cùm ad occursum eius vsque Metensem vrbem properassemus, iussi sumus ad Gunthchramnum regem in legationem accedere: quem apud vrbem Cabillonensem reperimus, dicentes, Salutem vberrimam mittit tibi glorioſissimus nepos tuus Childebertus, ô inclyte rex, immensas referens gratias pietati tuæ, quòd à te iugiter commonetur vt ea agat

Legatio authoris ad Gunthchrãnũ pro child.

A agat quæ & deo placeant, & tibi sint accepta, & populo congrua. De his verò quæ locuti simul fuistis, omnia implere promittit, nec quicquam se de pactionibus quæ inter vos conscriptæ sunt, inrumpere pollicetur. Et rex ad hæc ait, Non similiter ego gratias ago, quòd taliter inrumpitur quod mihi permissum est. Pars mea de vrbe Siluanectensi non redditur. Homines quos pro vtilitate mea, quia mihi infensi erant, migrare volui, non permiserunt: & quomodo dicitis, quòd nihil de pactionibus scriptis transcendere vult dulcissimus nepos meus? Et nos ad hæc, Nihil vult contra pactiones agere illas, sed omnia implere promittit, ita vt de præsenti si ad diuisionem Siluanectensem vis mittere, nec tardetur: statim enim recipies tuum. De hominibus verò quos dicis, nomina scripta tradentur, & omnia quæ promissa sunt implebuntur. Hæc nobis loquentibus, pactionem ipsam relegi rex coram adstantibus iubet.

Exemplar pactionis.

B Cvm in Christi nomine præcellentissimi dõni Gũthchramnus & Childebertus reges, & gloriosissima domna Brunichildis regina, Andelaum charitatis studio conuenissent, vt omnia quæ vndecunq; inter ipsos scandalum poterant generare, pleniori cõsilio definirent: id inter eos mediantibus sacerdotibus atque proceribus, deo medio, charitatis studio sedit, complacuit, atque conuenit, vt quandiu eos deus omnipotens in præsenti seculo superesse voluerit, fidem & charitatem puram, & simplicem sibi debeant cõseruare. Similiter quia domnus Gunthchramnus iuxta pactionem quam cum bonæ memoriæ domno Sygiberto inierat, integram portionem, quę est de regno Chariberti, illius fuerat consecutus, sibi diceret in integrum redhiberi, & pars domni Childeberti, ea quæ pater suus possederat, ad se vellet ex omnibus reuocare, id inter ipsos constat fixa deliberatione finitum, vt in illam tertiam portionem de Parisiensi ciuitate cum terminis & populo suo, quæ ad domnum Sygibertum de regno Chariberti conscripta pactione peruenerat, cum castellis Duno, & Vindocino, & quicquid de pago Stampensi, vel Carnoteno in peruio illo antefatus rex cum terminis & populo suo perceperat, in iure & dominatione domni Gunthchramni, cum eo quod superstite domno Sygiberto de regno Chariberti antea tenuit, debeant perpetualiter permanere: pari conditione ciuitates Meldonenses, & duas portiones de Siluanectis, Turonos, Pictauos, Abrincatas, vicum Iulienſem cum Sorannis, Lapurdo & Albige, domnus Childebertus rex cum terminis à præsenti die
C suæ vindicet potestati. Ea igitur conditione seruata, vt quem deus de ipsis regibus superstitem esse præceperit, regnum illius qui absque filiis de præsentis seculi luce migrauerit, ad se in integritatem iure perpetuo debeat reuocare, & posteris suis, domino auxiliante, relinquere. Illud specialiter placuit per omnia inuiolabiliter conseruari, vt quicquid domnus Gunthchramnus rex filiæ suæ Chlothieldi contulit, aut adhuc deo propitiante contulerit, in omnibus rebus atque corporibus, tam in ciuitatibus, quam agris vel redditibus, in iure & dominatione ipsius debeant permanere: & si quid de agris fiscalibus, vel speciebus atque præsidio pro arbitrij sui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerit, in perpetuo auxiliante domino conseruetur, neque à quocunque vllo vnquam tempore cõuellatur, & sub tuitione ac defensione domni Childeberti, cum his omnibus quę ipsam transitus genitoris sui inuenerit possidentem, sub omni honore & dignitate secura debeat possidere. Pari conditione repromittit domnus Gunthchramnus rex, vt si (vt habet humana fragilitas, quod diuina pietas non permittat, nec ille videre desiderat) contigerit domnum Childebertum, eo superstite de hac luce migrare, filios suos Theodebertum & Theodoricum regẽ, vel si adhuc alios ipsi deus
D dare voluerit, vt pius pater sub sua tuitione & defensione recipiat, ita vt regnum patris eorum sub omni soliditate possideant: & genitricem domni Childeberti domnam Brunichildem reginam, vel filiam eius Chlodosuindam, germanam domni Childeberti regis, quandiu intra regionem Francorum fuerit, vel eius reginam Faileubam, tanquam sororem bonam, & filias in sua tuitione & defensione, spirituali dilectione recipiat, & sub omni honore & dignitate cum omnibus rebus earum, cum ciuitatibus, agris, redditibus, vel cunctis titulis, & omni corpore facultatis, tam quod præsenti videntur tempore possidere, quàm quod adhuc Christo præsule iustè potuerint augmentare, sub omni securitate & quiete possideant: vt si quid de agris fiscalibus vel speciebus atque præsidio pro arbitrij sui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerint, fixa stabilitate in perpetuo conseruetur, nec à quibuscunque voluntas illarum vllo tempore conuellatur. De ciuitatibus verò, hoc est Burdegala, Lemouica, Cadurco, Benarno & Begorra, quas Gailesuindam germanã domnæ Brunichildis, tam in dote, quam in morganegiba, hoc est, matutinali dono, in Franciam venientẽ certum
E est adquisisse. Quas etiam per iudicium glorioſissimi domni Gunthchramni regis, vel Francorum superstitibus Chilperico & Sygiberto regibus, domna Brunichildis noscitur acquisisse: ita conuenit, vt Cadurcam ciuitatem cum terminis & cuncto populo suo, domna Brunichildis de præsenti in sua proprietate percipiat. Reliquas verò ciuitates ex hac cõditione superius nominatas, domnus Gunthchramnus dum aduiuit possideat, ita vt quandoque post eius transitum, in dominationem domnæ Brunichildis hæredúmque suorum cum omni soliditate deo propitio reuertantur. Nec superstite domno Gunthchramno, neque à domna Brunichilde, neque à filio suo Childeberto rege, filiísq; suis, quolibet ingenio, vel tempore repetantur. Simili modo conuenit vt Siluanectum domnus Childebertus in integritate teneat, & quantũ tertia domni Gunthchrãni exindè debita cõpetit, de tertia dõni Childeberti quæ est in Rossontẽsi dõni Gunthchrãni partibus cõpensetur. Similiter

conuenit, vt ſecundum pactiones inter domnum Gunthchramnum & bonæ memoriæ domnum F
Sygibertum initas laudes, illi qui domno Gunthchramno poſt tranſitum domni Chlotharij ſacramenta primitus præbuerunt: & ſi poſtea conuincuntur ſe in parte alia tradidiſſe de locis vbi commanere videntur, conuenit vt debeant remoueri. Similiter & qui poſt tranſitum domni Chlotharij conuincuntur domno Sygiberto ſacramenta primitus præbuiſſe, & ſe in aliam partem trãſtulerunt, modo ſimili remoueantur. Similiter quicquid antefati reges Eccleſiis aut fidelibus ſuis contulerint, aut adhuc conferre cum iuſtitia, deo propitiante, voluerint, ſtabiliter conſeruetur: & quicquid vnicuique fidelium in vtriuſque regno per legem & iuſtitiam redhibetur, nullum ei præiudicium patiatur, ſed liceat res debitas poſſidere atque recipere. Et ſi aliquid cuicunque per interregna ſine culpa ſublatum eſt, audientia habita reſtauretur. Et de eo quod per munificentias præcedentium regum vnuſquiſque vſque ad tranſitum glorioſæ memoriæ domni Chlotharij regis poſſedit, cum ſecuritate poſſideat. Et quod exinde fidelibus perſonis ablatum eſt, de præſenti recipiat. Et quia inter præfatos reges pura & ſimplex eſt in dei nomine concordia inligata, conuenit vt in vtroque regno vtriuſque fidelibus tam pro cauſis publicis quàm priuatis, quicunque voluerit ambulare, G
peruium nullis temporibus denegetur. Similiter conuenit vt nullus alterius laudes nec ſolicitet, nec venientes excipiat. Quòd ſi forſitan pro aliqua amiſſione partem alteram crediderit expetendam, iuxta qualitatem culpæ excuſati reddãtur. Hoc etiam huic addi placuit pactioni, vt ſi qua pars præſentia ſtatuta ſub quacunque calliditate, tempore quocunque tranſcenderit, omnia beneficia, tam repromiſſa quàm in præſenti conlata amittat, & illi proficiat qui inuiolabiliter omnia ſuprascripta ſeruauerit: & ſit de ſacramentorum obligatione in omnibus abſoluta. His itaque omnibus definitis, iurant partes per dei omnipotentis nomen & inſeparabilem trinitatem, vel diuina omnia, ac tremendũ diem iudicij, ſe omnia quæ ſuperius ſcripta ſunt abſque vllo dolo malo, vel fraudis ingenio inuiolabiliter ſeruaturos. Facta pactio ſub die quarto Calendis Decembris anno viceſimo ſexto regni domni Gunthchramni regis, domni Childeberti verò duodecimo anno. Lectis igitur pactionibus ait rex, Iudicio dei feriar, ſi de his quicquam tranſcendero quæ hîc continentur. Et conuerſus ad Felicem, qui tunc nobiſcum legatus aduenerat, ait, Dic, ô Felix: iam enim pleniſſimè connexuiſti amicitias inter ſororem meam Brunichildem, & inimicam dei & hominum Fredegun- H
dem. Quo negante, ego dixi, Non dubitet rex, quia illæ amicitiæ inter eaſdem cuſtodiuntur, quæ ante hos annos plurimos ſunt ligatæ. nam certè ſcias quia odium quod inter illas olim ſtatutum eſt, adhuc pullulat, non areſcit. Vtinam tu, ô rex glorioſiſsime, minus cum ea charitatem haberes. Nam vt ſæpè cognouimus, dignius eius legationem quàm noſtram excipis. Et ille, Scias, inquit, ſacerdos dei, quia ſic eius legationem ſuſcipio, vt charitatem nepotis mei Childeberti regis non omittam. Nam ibi amicitias ligare non poſſum de qua ſæpius proceſſerunt qui mihi vitam præſentem auferrent. Hæc eo dicente, Felix ait, Peruenisſe ad gloriam veſtram credo, quòd Richaredus legationem ad nepotem veſtrum direxit, quæ neptem veſtram Chlodoſuindam filiam fratris veſtri ei in matrimonium poſtularet. Sed ille abſque veſtro conſilio nihil exindè promittere voluit. Rex ait, Non eſt optimum enim vt illuc neptis mea ambulet, vbi ſoror ſua eſt interfecta: ſed nec illud rationabiliter complacet, vt non vlciſcatur mors neptis meæ Ingundis. Felix reſpondet, Multum ſe exindè excuſare volunt, aut ſacramentis, aut quibuſlibet aliis conditionibus iuſſeritis: tantum vos conſenſum præbete vt ei Chlodoſuinda ſicut poſtulat, deſponſetur. Rex ait, Si enim nepos I
meus implet quæ in pactionibus conſcribi voluit, & ego de his facio voluntatem eius. Promittentibus nobis eum omnia impleturum, adiecit Felix: Deprecatur etiam pietatem veſtram, vt ei ſolatium contra Longobardos tribuatis, qualiter expulſi de Italia pars illa quam genitor ſuus vendicauit viuens, ad eum reuertatur: reliqua verò pars per veſtrum ſuúmque ſolatium imperatoris ditionibus reſtituatur. Reſpondit rex, Non, inquit, poſſum in Italiam exercitum meum dirigere, vt vl- *Lues Italiæ.*
trò eos morti tradam: grauiſsima enim lues Italiam nunc deuaſtat. Et ego, Indicaſtis enim nepoti veſtro, vt omnes regni ſui Epiſcopi in vnum conuenirent, quia multa ſunt quæ debeant indagari: ſed iuxta conſuetudinem canonum, placebat glorioſiſsimo nepoti veſtro, vt vnuſquiſque metropolitanus cum prouincialibus ſuis coniungeretur: & tunc quæ inrationabiliter in regione propria fiebant, ſanctione ſacerdotali emendarentur. Quæ enim cauſa extat, vt in vnum tanta multitudo conueniat? Eccleſiæ fides periculo vllo non quatitur: hæreſis noua non ſurgit. Quæ erit iſta neceſsitas, vt tanti debeant in vnum coniungi domini ſacerdotes? Et ille, Sunt multa, inquit, quæ debeant K
diſcerni, quæ iniuſtè geſta ſunt, tam de inceſtis, quàm de ipſis quæ inter nos aguntur cauſis. Sed præcipuè illa dei cauſa extat omnibus maior, vt inquirere debeatis cur Prætextatus Epiſcopus gladio in Eccleſia fuerit interemptus. Sed & de iis qui pro luxuria accuſantur, debet eſſe diſcuſsio, vt aut victi ſanctione ſacerdotali debeant emendari, aut certè ſi innocentes inueniuntur, publicè error criminis auferatur. Tunc iuſsit vt in Calendis menſis quarti hęc ſynodus prolõgaretur. Et iis dictis, ad Eccleſiam proceſsimus: erat enim dies illa dominicæ Reſurrectionis ſolennitas. Dictis igitur miſsis, conuiuio nos adſciuit, quod fuit non minus oneratum in ferculis, quàm lætitia opulentum. Semper enim rex de deo, de ædificatione Eccleſiarum, de defenſione pauperum ſermonem habens; ridebat interdum ſpiritali ioco delectans: addens etiam vnde & nos aliquid lætitiæ frueremur. dicebat enim & hæc verba, Vtinam mihi nepos meus promiſſa cuſtodiat. omnia enim quæ habeo,

eius

A eius ſunt: tamen ſi eum ſcandalizat illud, quòd legatos Chlotharij nepotis mei ſuſcipio, nunquid demens ſum, vt non poſſim temperare inter eos, ne ſcandalum propagetur? Noui enim id magis incidere quam in lõgius promulgare. dabo enim Chlothario, ſi eum nepotem meum eſſe cognouero, aut duas, aut tres in parte aliqua ciuitates, vt nec hic videatur exhæredari de regno meo, nec huic inquietudinem præparent quæ iſti reliquero. Hæc & alia locutus, dulci nos adfectu fouens, ac muneribus onerans, diſcedere iubet, mandans vt ea ſemper Childeberto regi inſinuentur, quæ vitæ eius commoda fient.

IPSE autem rex, vt ſæpè diximus, in eleemoſynis magnus, in vigiliis atque ieiuniis promptus erat. CAP. XXI.
nam tunc ferebatur Maſſilia à lue inguinaria valdè vaſtari: & hunc morbum vſque ad Lugdunẽſem vicum Octauum nomine fuiſſe celeriter propalatum. ſed rex, ac ſi bonus ſacerdos, prouidẽs remedia quibus cicatrices peccatoris vulgi mederentur, iuſſit omnem populum ad Eccleſiam cõuenire, *Lues Maſſilienſis.*
& rogationes ſtrmma cum deuotione celebrari: & nihil aliud in vſu veſcendi niſi panem hordeaceum cum aqua munda adſumi, vigiliiſque adeſſe inſtanter omnes iubet: quod eo tempore ita ge-
B ſtum eſt. Per triduum enim ipſius eleemoſynis largius ſolito præcurrentibus, ita de cuncto populo formidabat, vt iam tunc non rex tantum, ſed etiam ſacerdos domini putaretur, totam ſpem ſuam in domini miſerationem transfundens, & in ipſo iactans cogitationes quo ei ſuperueniebãt, à quo eas affectui tradi tota fidei integritate putabat. Nam celebre tunc à fidelibus ferebatur, quod mulier quædam cuius filius quartano typo grauabatur, & in ſtrato anxius decubabat, acceſſit inter turbas populi vſque ad tergum regis, abruptiſque clam regalis indumenti fimbriis in aquam poſuit, filióque bibẽdum dedit: ſtatimq; reſtincta febre ſanatus eſt. Quod non habetur à me dubium, cum ego ipſe ſæpius laruas energia famulante nomen eius inuocantes audierim, ac criminum propriorum geſta virtute ipſius diſcernente fateri.

NAM ſicut ſuperius diximus, Maſſilienſis vrbs contagio peſſimo ægrota, quanta ſuſtinuerit, alCAP. XXII.
tius replicari placuit. His enim diebus Theodorus Epiſcopus ad regem abierat, quaſi aliquid contra Nicetiũ patritium ſuggeſturus. Sed cum à rege Childeberto minimè de hac cauſa fuiſſet auditus,
C ad propria redire diſpoſuit. Interea nauis ab Hiſpania vnà cum negocio ſolito ad portũ eius adpulſa eſt, quæ huius morbi fomitem ſecum nequiter deferebat: de qua cum multi ciuium diuerſa mercarentur, vna confeſtim domus in qua viij. animæ erant, hoc contagio interfectis habitatoribus relicta eſt vacua. Nec ſtatim hoc incendium luis per domos ſpargitur totas: ſed interrupto certi temporis ſpacio, ac velut in ſegetem flamma accenſa, vrbem totam morbi incendio conflagrauit. Epiſcopus tamen vrbis acceſſit ad locum, & ſe intra baſilicæ ſancti Victoris ſepta continuit cum paucis qui tũc cum ipſo remanſerant, ibíque per totam vrbis ſtragem orationibus ac vigiliis vacans, domini miſericordiam exorabat, vt tandem ceſſante interitu, populo liceret in pace quieſcere. Ceſſante verò hac plaga menſibus duobus, cum iam populus ſecurus rediſſet ad vrbem, iterum ſuccedente morbo qui redierant, ſunt defuncti: ſed & multis vicibus deinceps ab hoc interitu grauata eſt.

AGERICVS verò Viridunẽſis Epiſcopus, cum ex illo diuturnæ amaritudinis felle grauiter ægro- CAP. XXIII
taret, pro eo quod Gunthchramnus Boſo pro quo fideiuſſor extiterat, interfectus eſſet: vel etiam *Agericus lue contabuit.*
abdita amaritudine, quòd Berthefredus intra oratorium domus Eccleſiaſticæ fuerat interfectus: &
D præſertim cum ipſos Gunthchramni filios ſecum retinens quotidie fleret dicens, In meo vos odio orphani relicti eſtis. His accenſus vt diximus cauſis, fellis amaritudine adgrauatus, & maxime inedia conſumptus, diem obiit, adpoſitúſque eſt in ſepulchro: Bucioualdus quoque abbas eius pro Epiſcopatu cucurrit, ſed nihil obtinuit. Charimerem enim referendarium cum conſenſu ciuium regalis decreuit auctoritas fieri ſacerdotem, Bucioualdo abbate poſtpoſito. ferebant enim hunc eſſe ſu- *Licerius Epiſcopus obijt.*
perbum, & ob hoc à nonnullis Buccus validus vocitabatur. Obiit autem & Licerius Arelatẽſis Epiſcopus, in cuius Eccleſiam Virgilius abbas Auguſtodunenſis opitulante Syagrio Epiſcopo, ſubſtitutus eſt.

OBIIT autem & Deutherius Vincienſis Epiſcopus, in cuius locum Fronimius ſubrogatus eſt. CAP. XXIIII.
Hic autem Fronimius Biturícæ vrbis incola fuit: ſed cauſa neſcio qua in Septimaniam abiit: ac poſt mortem Athanaeldi regis à Leuuane ſucceſſore eius magnificè eſt receptus, atque in vrbe Agathẽſi Epiſcopus ordinatus eſt. Sed poſt mortẽ Leuuanis cum Leuuieldus in illa hæreticæ prauitatis perfi- *De epiſcopatu Fronimij.*
dia graſſaretur, & Ingundis filia Sygiberti regis cuius ſupra meminimus, in Hiſpaniam ad matrimo-
E nium duceretur, audiuit Leuuieldus quaſi hic Epiſcopus ei conſilium dediſſet, vt nunquam ſe veneno hæreticæ credulitatis deberet admiſcere: & ob hoc ſemper ei moleſtus iniuriarum laqueos intendebat, quouſque eum ab Epiſcopatu deiiceret. Cúmque non inueniret quibus eum muſcipulis poſſet innectere, ad extremum emiſit qui eum gladio deberet adpetere. Quod ille per internuncios cognoſcens, relicta vrbe Agathenſi in Gallias aduenit, ibíque à multis Epiſcopis receptus ac muneratus, ad Childebertum regem pertranſiit. Sícque patefacto loco apud ſupradictam vrbem poteſtatem pontificalem noũo delectionis ſuæ anno rege largiente ſuſcepit.

BRITANNI eo anno grauiter territorium Namneticum Redonicúmque prædæ ſubiecerũt, CAP. XXV.
vindemiantes vineas, culturas deuaſtantes, ac populum villarum abducentes captiuum: nihilque *Britanni prædantur.*
de promiſſis ſuperioribus cuſtodientes, & non ſolum non cuſtodientes promiſſa, verumetiam detrahentes regibus noſtris.

CAP. XXV. IGITVR Childebertus rex cum petentibus Longobardis sororem suam regi eorum esse coniugem acceptis muneribus promisisset, aduenientibus Gothorum legatis ipsam, eo quòd gentem illam ad fidem catholicam conuersam fuisse cognosceret, repromisit: ac legationem ad imperatorem direxit, vt quod prius non fecerat, nunc contra Longobardorum gentem debellans cum eius consilio eos ab Italia remoueret: nihilominus & exercitum suum ad regionem ipsam capessendam direxit. Commotis ducibus cum exercitu illuc abeuntibus, confligunt pariter: sed nostris valdè cæsis, multi prostrati, nonnulli capti, plurimi etiam per fugam lapsi, vix in patriam redierunt. Tantáque ibi fuit strages de Francorum exercitu, vt olim similis non recolatur.

childeb. sororem Longob. regi repromisit.

CAP. XXVI. ANNO quoque quartodecimo Childeberti regis Ingoberga regina Chariberti quondam relicta migrauit à seculo, mulier valdè cordata, ac vita religiosa prædita: vigiliis & orationibus atque eleemosynis non ignaua: quæ credo per prouidentiam dei commonita ad me vsque nuncios dirigens, vt in his quæ de voluntate sua, id est pro animæ remedio cogitabat, adiutor existerem. Sic tamen vt ad ipsam accedens, quæ consilio habito fieri decernebat, scriptura connecteret. Accessi, fateor, vidi hominem timentem deum, quæ cum me benignè excepisset, notarium vocat, & habito, vt dixi, mecum consilio, quædam Ecclesiæ Turonicæ, & basilicæ sancti Martini, quædam Cœnomannicæ Ecclesiæ delegauit: ac post paucos menses subitanea ægritudine fatigata, migrauit à seculo, multos per chartulas liberos derelinquens, septuagesimo vt arbitror vitæ anno, relinquens filiã vnicam, quam in Canthia regis cuiusdam filius matrimonio copulauit.

Ingoberga regina obiit.

CAP. CAP. XXVII. AMALO quoque dux dum coniugem in aliam villam pro exercenda vtilitate dirigit, in amorem puellulæ cuiusdam ingenuæ ruit. Et facta nocte crapulatus à vino misit pueros, vt detrahentes puellulam, eã thoro eius adscirent. Illa quoque repugnante, & violenter in eius mansionẽ deducta, dum eam alapis cædunt, sanguinis vnda ex narium meatibus decurrente perfunditur. Vnde factum est vt ipse quoque stratus ducis antedicti hoc riuo cruentaretur, quam & ipse pugnis, colaphis, aliisque ictibus verberatam in vlnam suscepit, & statim obpressus somno dormire cœpit. At illa extensa manu trans caput viri gladium reperit: quo euaginato, caput ducis, velut Iudith Holofernis, ictu virili librauit. Illo quoque voces emittente, concurrunt famuli. Quam cum interficere vellent, exclamauit ille, dicens, Ne faciatis quæso: ego enim peccaui qui vim castitati inferre conatus sum. Nam hæc quæ pudicitiam studuit conseruare, omnino non pereat. Hæc dicens, spiritum exhalauit. Cúmque super eum familia coniuncta lamentaretur, adiutorio dei eruta puella domum egreditur, & per noctem Cabillonensem vrbem adiit, quæ est sita ab eo loco quasi milia xxxv.: ibíque basilicam sancti Marcelli ingressa, regis prostrata pedibus cuncta quæ pertulerat pandit. Tunc rex misericordissimus non solum ei vitam donauit, verumetiam præceptionem tribui iussit vt in verbo suo posita, à nullo vnquam parentum defuncti illius in aliquo molestiam pateretur. Veruntamen hoc deo præstante cognouimus, quòd puellæ castitas non est ab ereptore sæuo vllatenus violata.

Puella stupratore Amalum occidit.

CAP. XXVIII. BRVNICHILDIS quoque regina iussit fabricari ex auro ac gẽmis mirę magnitudinis clypeum, ipsúmque cum duabus pateris ligneis, quas vulgo Bacchinon vocant, eisdémque similiter ex gẽmis fabricatis auro, in Hispaniam regi mittit: in qua Ebregisilum, qui sæpè ad ipsam regionem legationis gratia accesserat, direxit. Quo abeunte, nunciatum est regi Gunthchramno, dicente quodam, quia Brunichildis regina ad filios Gundobaldi munera dirigit. Quod rex audiens, iussit custodias arduas per vias regni sui fieri, ita vt nullus penitus præterire posset, qui non discuteretur. Inquirebãt etiam in hominum vel vestimentis, vel calciamentis, aut in reliquis rebus, si occultè literę portarentur. Ebregisilus verò Parisios accedens cum his speciebus, ab Ebrachario duce comprehensus, ad Gunthchramnum deducitur: dixítque ei rex, non sufficit, ô infelicissime hominum, quod impudico consilio Ballomerem illum, quem Gundobaldum vocitatis, ad coniugium arcessistis, quem manus mea subegit, qui voluit ditioni suæ regni nostri superare potentiam: & nunc filiis eius munera mittitis, vt ipsos iterum in Gallias prouocetis ad iugulandum? Ideóque non accedes quò volueris, sed morte morieris: quia contraria est legatio tua genti nostræ. Illo quoque recusante, non se his verbis esse communem, sed potius ad Richaredum qui Chlodosuindam sororem Childeberti regis sponsare debuerat, hæc munera mitti. Credidit rex loquenti, & dimisit eum, abiítque in itinere quo directus fuit cum ipsis muneribus.

Brunichildis ad regem Hispaniarũ munera.

CAP. XXIX. IGITVR Childebertus rex inuitante Sygimundo Momociacensis oppidi sacerdote, dies paschæ ad supradictam celebrari statuit vrbem. Grauiter tunc Theodobertus filius eius senior, gulæ adflictus timore laborauit, sed conualuit. Interea Childebertus rex exercitum commouet, & Italiam ad debellandam Longobardorum gentem, cum eisdem pergere parat. Sed Longobardi his auditis, legatos cum muneribus mittunt, dicentes, Sit amicitia inter nos, & non pereamus, ac dissoluamus certum ditioni tuæ tributum. Ac vbicunque necessarium cõtra inimicos fuerit, ferre auxilium non pigebit. Hæc Childebertus rex audiens, ad Gunthchramnum regem legatos dirigit: qui ea quæ ab his offerebantur, in eius auribus intimarent. Sed ille non obuius de hac conniuentia, consilium ad confirmandam pacem præbuit. Childebertus verò rex iussit exercitum in loco residere: misitque legatos ad Longobardos, vt si hæc quæ promiserant cõfirmarẽt, exercitus reuerteretur ad propria. sed minimè est impletum.

Longobardi parẽ à Childeberto postulant.

CAP. XXX. CHILDEBERTVS verò rex descriptores in Pictauos, inuitante Maroueo Episcopo, iussit abire, id est,

id est Florentianum maiorem domus regiæ, & Romulfum palatij sui comitem, vt scilicet populus cẽsum quem tempore patris reddiderat, facta ratione, innouata re, reddere deberet. Multi enim ex his defuncti fuerant: & ob hoc viduis orphanísque ac debilibus tributi pondus insederat: quod hi discutientes, per ordinem relaxantes pauperes ac infirmos illos, quos iustitiæ conditio tributarios dabat, censu publico subdiderunt: & sic Turonos sunt delati. Sed cum populis tributariam functionem infligere vellent, dicentes quia librum præ manibus haberent, qualiter sub anteriorum regum tempore dissoluissent, respondimus nos, dicentes, descriptam vrbem Turonicam Chlotharij regis tempore, manifestum esse, libríque illi ad regis præsentiam abierunt. Sed compuncto per timorem sancti Martini antistitis rege, incẽsi sunt. Post mortẽ verò Chlotharij regis, Charibertho regi populus hic sacramentum dedit. Similiter etiam & ille cum iuramento promisit, vt leges consuetudinésque nouas populo non infligeret, sed in illo quo quondam sub patris dominatione statu vixerant, in ipso hic eos deinceps retineret, neque vllam nouam ordinationem se inflicturum super eos quod pertineret ad spolium, spopondit. Gaiso verò comes eiusdem temporis accepto capitulario, quod anteriores scriptores fecisse commemorauimus, tributa cœpit exigere: sed ab Eufronio episcopo prohibitus, cùm exacta parùitate ad regis direxit præsentiam; ostendẽs capitularium in quo tributa continebantur. Sed rex ingemiscens ac metuens virtutem sancti Martini, ipsum incendio tradidit: aureos exactos basilicæ sancti Martini remisit, obtestans vt nullus de populo Turonico vllum tributum publico redderet. Post cuius obitum Sygibertus rex hanc vrbem tenuit, nec vllius tributi pondus inuexit. Sic & nunc xiiij. anno Childebertus post patris obitum regnans, nihil exegit, nec vllo tributi onere hæc vrbs adgrauata congemuit. Nunc autem potestatis vestræ est, vtrum censeatis tributum, an non: sed videte ne aliquid noceatis, si contra eius sacramentum ambulare disponitis. Hæc me dicente responderunt: Ecce librum præ manibus habemus, in quo census huic populo est inflictus. Et ego aio, Liber hic à regis thesauro delatus non est, nec vnquam per tot conualuit annos. Non est mirum enim si pro inimicitiis horum ciuium, in cuiuscunque domo reseruatus est. iudicabit enim Deus super eos qui pro spoliis ciuium nostrorum hunc post tanti temporis trãsactum spacium protulerunt: dum autem hæc agerentur, Audini filius, qui librum ipsum protulerat, ipsa die à febre correptus, die tertia expirauit. Post hæc nos transmisimus nũcios ad regẽ, vt quid de hac causa iuberet, mandata remitteret. Sed protinus epistolam cùm auctoritate miserunt, ne populus Turonicus pro reuerentia sancti Martini describeretur. Quibus relectis, statim viri qui ad hæc missi fuerant, ad patriam sunt regressi.

Childeb. censum exigit.

Turonũ immunitas.

GVNTHCRAMNVS verò rex exercitum commouit in Septimaniam: Austroualdus autem dux prius Carcasonam accedens sacramenta susceperat, ipsósque populos ditioni subegerat regiæ. rex autem ad reliquas ciuitates capiendas, Bosonem cùm Antestio destinauit. Qui accedens cùm superbia, despecto Austroualdo duce atque cõdemnato, cur absque eo Carcasonam regredi præsumpsisset, ipse cùm Sanctonicis, Petragoricis, Burdegalensibúsque, Agennensibus etiam ac Tholosanis illuc direxit. Cúmque in hac iactantia ferretur, & Gothis hæc nunciata fuissent, parauerunt se in insidiis. Hic verò super fluuium paruulum propinquum vrbi castra ponit, epulis insedit, ebrietatibus incumbit, conuitiis & blasphemiis Gothos exaggerans. Illíque inruentes super ipsos reperiunt epulantes inopinantésque. Tunc hi dantes voces, exurgunt contra eos. At illi paululum resistentes, fugam simulant: prosequentibúsque istis consurgunt qui præparati erant de insidiis, concludentes eos in medio, vsque ad internecionem ceciderunt: qui autem euadere potuerunt, vix equo ascenso per fugam dilapsi sunt, omnem supellectilem relinquentes in campi planitie, nihílque secum de rebus propriis auferentes, hoc pro magno ducentes si vel vitæ donarentur. Insequentes autem Gothi res eorum omnes reperiunt, diripiúntque, pedestres omnes captiuos abducentes: ceciderúntque ibi quasi quinque millia virorum: captiui autem amplius quàm duo milia abierunt: multi tamen ab his laxati, redierunt in patriam.

CAP. XXXI. *Gunthramnus stabilire regnũ conatur.*

Gothi Galloẽ ex insidiis vincunt.

COMMOTVS autem rex vias claudi per regnum suum præcepit, ne vllus de Childeberti regno per eius regni territorium peruium posset habere, dicẽs, Quia per nequitiam eius qui cum rege Hispaniæ fœdus iniit, exercitus conruit mœus, & vt se non subdant vrbes illæ ditioni meæ, eius hoc immissio facit. Additum est etiam huic causæ aliud amaritudinis incendium, quòd Childebertus rex filium suum seniorem Theodobertum nomine, Suessionas dirigere cogitabat: quæ res suspicionem fecerat Gruntchramno regi, dicente eo, Quia in hoc filium suum nepos meus Suessionas dirigit, vt Parisios ingredi faciat, regnúmque meum auferre cupiat: quod nunquam Childebertus vel in cogitatione, si dici fas est, habere potuit. Multa autem & in Brunichildem reginam obprobria iactabat, dicens eius consilio hæc fieri: addens etiam quòd Gundobaldi quondam filium inuitatum coniugio copulare vellet. Vnde etiam synodum episcoporum in Calendis Nouembribus cõgregari præcepit. Multíque de extremis partibus Galliarum ad hunc conuentum properantes, de via regressi sunt, pro eo quòd Brunichildis regina se ab hoc crimine exuit sacramentis: & sic viis iterum reseratis, peruium patefecit volentibus ad regem Childebertum accedere.

CAP. XXXII. *Gunthranni & Childeberti inimicitiæ.*

CAP. XXXIII. HIS diebus, Ingeltrudis, quæ monasterium in atrio sancti Martini statuerat, ad regem quasi filiam accusatura processit: in quo monasterio Berthefledis, filia quondam Chariberti regis, residebat. Sed ista egrediente, hæc in Cœnomannicum est regressa. Erat enim gulæ & somno dedita, & nullam de

Ingeltrudis filiam accusat apud Childeb.

officio Dei cũram habens. Negocium verò Ingeltrudis & filiæ eius altius repetendum puto. Igitur F ante hos annos cum Ingeltrudis monasterium puellarum intra atrium sancti Martini, vt diximus, collocare cœpisset, filiæ suæ mandata mittit, dicens, Relinque virum tuum, & veni vt faciam te abbatissam gregi huic quem congregaui. At illa audito leuitatis consilio, cum viro Turonos aduenit: ingressáque monasterium matris, dicebat viro, Regredere hinc, & guberna res liberósque nostros: nam ego non reuertar tecum: non enim videbit regnum Dei coniugio copulatus. Ille verò aduenies, nunciauit mihi omnia quæ à coniuge audierat. Tunc ego accedens ad monasterium canonũ Nicenorum decreta relegi: in quibus cõtinetur, Quia si quæ reliquerit virum, & thorum in quo benè vixit spreuerit, dicens, quia non sit ei portio in illa cœlestis regni gloria qui fuerit coniugio copulatus, anathema sit. *Vxor viro adhæret.* Quibus auditis Berthegundis metuens ne à sacerdotibus Dei communione priuaretur, egressa monasterium, rediit cum viro suo: interpositis autem tribus vel quatuor annis, iterum mandata mittit ad eam mater, deprecãs eam ad se accedere. At illa oneratis nauibus tam de rebus propriis, quàm viri sui, adsumpto secũ vno filio viro absente, Turonos est adpulsa. Sed cum à matre propter improbitatem viri retineri non posset, scilicet ne calumniam quæ eius dolo fabricata fuerat exciperet, ad Berthchramnum germanum eius, filium videlicet suum Burdegalensis vrbis episcopum eam direxit. Prosequente igitur viro eius dicebat, quia sine consilio parentum eam coniugio copulasti, non erit vxor tua. Erant enim iam fere xxx. anni ex quo coniuncti pariter fuerant. Adiit enim vir eius plerunque vrbem Burdegalensem: sed noluit eam episcopus restituere. Cum autem rex Gunthchramnus ad Aurelianensem vrbem, sicut in superiore libro memorauimus, aduenisset, ibi eum acrius hic vir impugnare verbis cœpit dicens, Abstulisti vxorem meam cum famulis eius. Et ecce, quod sacerdotẽ non decet, tu cum ancillis meis, & illa cum famulis tuis dedecus adulterij perpetratis. Tunc furore commotus rex, adstrinxit episcopum vt polliceretur eam reddere viro, dicens, quia parens mea hæc est: si quicquam mali exercuit in domo viri sui, ego vlciscar: sin aliud, cur sub omni deformitate redacta viro coniunx eius aufertur? Tunc Berthchramnus episcopus pollicitus est, dicens, Venit ad me, fateor, soror mea post multorum annorum curricula: quam pro charitatis ac desiderij studio tenui mecum vt libuit. Nunc autem recessit à me: requirat nunc eã, H reuocétque quò voluerit: me obuium non habebit. Et hæc dicens, misit clam nuncios ad eam, mandans vt veste mutata ac pœnitẽtia accepta basilicam sancti Martini expeteret: quod facere illa non distulit: venítque vir eius cum multis insequentibus viris, vt eam ex ipso loco sancto eiiceret: erat enim in veste religiosa, adserens se accepisse pœnitentiam: sed virum sequi despexit. Interea defuncto apud Burdegalensem vrbem Berthchramno episcopo, hæc ad se reuersa ait, Væ mihi quæ audiui consilium matris iniquæ. Ecce frater meus obiit, ecce à viro derelicta sum, à filiis separata. Et quò ibo infelix? vel quid faciam? Tunc habito consilio Pictauum pergit: voluítque eam mater retinere secum, sed penitus non potuit. Ex hoc inimicitia orta, dum sæpius regis præsentiam adeunt, & hæc res patris defensare cupiens, hæc viri Berthegundis donationem Berthchramni germani sui ostendit, dicens, Quia hæc & hæc mihi germanus meus contulit. Sed mater eius non admittens donationem, omnia sibi vindicare cupiens, misit qui effracta domo eius, omnes res illius cum hac donatione diriperet: vnde seipsam genitrix reddidit comprobatam, cum de rebus ipsis insequenti filiæ quædam reperenti districta restituit. Sed cum sæpius ego & frater noster Maroueus episcopus, acI ceptis regalibus epistolis, vt eas pacificare deberemus, Berthegundis aduenit Turonos: in iudicium quoque accedentem coëgimus eam, inquantũ potuimus rationem sequi: mater verò eius flecti non potuit. Tunc accẽsa felle, ad regem abiit, quasi filiam exhæredem datura de facultate paterna. Ac in præsentia regis exponẽs causas filia absente, iudicatum est ei vt quarta parte filiæ restituta, tres cum nepotibus suis quos de filio vno habebat, reciperet: in qua causa Theutharius presbyter qui nuper ex referendario Sygiberti regis conuersus, presbyterij honorem accepit, accessit vt hanc diuisionẽ iuxta regis imperium celebraret. Sed resistente filia, nec diuisio facta, nec scandalum resedatum est.

CAP. XXXIIII. Rigvnthis autem filia Chilperici, cum sæpius matri calumnias inferret, dicerétque se esse dominam, genitricémque suam seruitio redhiberi, & multis eam & crebrò conuiciis lacesseret, ac interdum pugnis se alapísque cæderent, ait ad eam mater, Quid mihi molesta es filia? ecce res patris tui, quæ penes me habentur, accipe & vtere vt libet: & ingressa in regestum reserauit arcam monilibus ornamentísque precioſis refertam: de qua cum diutissimè res diuersas extrahens filiæ adstanti porrigeret, ait ad eam, Iam enim lassata sum: immitte tu, inquit, manum, & eiice quod inueneris. K Cúmque illa immisso brachio res de arca abstraheret, adprehenso mater opertorio arcæ super ceruicem eius inlisit. Quod cum in fortitudine premeret, atque gulã eius axis inferior ita adtereret, vt etiam oculi ad crepãdum parati essent, exclamauit vna puellarum quæ erat intrinsecus, voce magna, dicens, Currite, quæso, currite: ecce domina mea à genitrice sua grauiter suggillatur. Et inrumpentes cellulam qui coram foribus eorum præstolabantur aduentum, erutam ab imminenti interitu puellam, eduxerunt foras. Post ista verò inter easdem inimicitiæ vehementius pullulantes, & non de alia causa maximè, nisi quia Rigunthis adulteria sequebatur, semper cùm eisdem rixæ & cædes erant.

Rigundis cũ filia inimicitiæ.

Mater filiam vult opprimere.

CAP. XXXV. Beretrvthis verò moriens, filiam suam hæredem instituit, relinquens quæpiam vel monasteriis puellarum quæ ipsa instituerat, vel Ecclesiis siue basilicis cõfessorum sanctorum. Sed Vuaddo

cuius

A cuius in superiore libro meminimus, querebatur à genero eius equos suos fuisse direptos: cogitauítque accedere ad villam eius vnam quam reliquerat filiæ, quæ intra Pictauum terminum erat, dicens, Hic à regno alterius veniens diripuit equos meos, & ego auferam villam eius: interea mandatum mittit agenti, vt se adueniente omnia quæ erant ad expẽsam eius necessaria, præpararet. Quod ille audiens, coniunctis secum hominibus ex domo illa ad se bellũ præparat, dicens, Nisi moriar, nõ ingredietur Vuaddo in domum domini mei. Audiens autem vxor Vuaddonis, adparatum scilicet belli instaurari contra virum suum, ait ad eum, Ne accesseris illuc chare coniunx: morieris enim si abieris, & ego cum filiis misera ero: & iniecta manu, voluit eum retinere, dicente præterea tum filio, Si abieris pariter moriemur, & relinques genitricem meam viduã, orphanósq; germanos. Sed cùm eum hæc verba penitus retinere non possent, furore accensus contra filium, & timidum eum mollémque exclamans, proiecta secure penè cerebrum eius inlisit. Sed ille in parte excussus, ictum feriẽtis euasit. Ascensis denique equis abierunt, mandans iterum actori, vt domo scopis mundata, stragulis scamna operiret. Sed ille paruipendens mandatum eius, cum turbis, sicut diximus, virorum ac B mulierum ante fores domini sui stetit, operiens aduentum huius. Qui veniens, statim ingressus domum, ait, Cur non sunt scamna hæc aperta stragulis, aut domus scopis mundata? & eleuans manum cum sica, caput hominis librauit, ceciditq;, & mortuus est. Quod cernens filius hominis mortui, emissa ex aduerso lancea, contra Vuaddonem dirigit: cuius mediam aluum ictu penetrauit à tergo egressa falarica: & ruens ad terram, adueniente multitudine quæ collecta fuerat, lapidibus obrui cœpit. Tunc quidam de his qui venerant cum eo, inter imbres saxeos accedentes, coopertum sago ac populo mitigato, eiulante filio eius, eúmque super equum eleuans, adhuc viuentem domui reduxit. Sed protinus sub lachrymis vxoris ac filiorum, spiritum exhalauit. Explicita igitur tam infeliciter vita, filius eius ad regem abiit, résque eius obtinuit.

Vuaddo interficitur.

CAP. XXXVI. Igitvr anno quo supra, regni sui, Childebertus rex morabatur cum coniuge & matre sua intra terminum vrbis quam Strataburgum vocant. Tunc viri fortiores, qui in vrbe erant Suessionica siue Meldensi, venerunt ad eum, dicẽtes, Da nobis vnum de filiis tuis, vt seruiamus ei: scilicet vt de progenie tua pignus retinentes, nobiscum facilius resistentes inimicis, terminos vrbis tuæ defensare C studeamus. At ille gauisus nuncio, Theodobertum filium suum seniorem illuc dirigẽdum destinat: cui comitibus, domesticis, maioribus, atque nutritiis, & omnibus qui ad exercendum seruitium regale erant necessarij, delegatis, mense sexto huius anni direxit eum iuxta voluntatem virorum qui eum à rege flagitauerant transmittendum: susceptúque eum populus gaudens ac deprecãs, vt vitam eius patrísque sui æuo prolixiore pietas diuina concederet.

Childeb. filiũ Theo. Suessionibus rectorẽ dedit.

CAP. XXXVII. Erat autem apud vrbem Suessionas his diebus Droctigisilus, qui propter nimiam, vt ferunt, potationem, quarto instante anno sensum perdiderat. Adferebant enim multi ciuium, quòd hoc ei maleficiis accessisset, per emissionem archidiaconi, quem ab honore repulerat, intantum vt intra muros vrbis hanc amentiam magis haberet: si verò de ciuitate fuisset egressus: agebat commodius. Cúmque rex supradictus ad vrbem veniisset, & hic melius ageret, permittebatur ingredi vrbem propter regem qui aduenerat. Et licet esset vorax cibi ac potator vini extra modũ quàm sacerdotalem cautelam decet, tamen nullum de eo adulteriũ quispiam est locutus. Verumtamen insequenti cùm apud Sauriciacum villam, episcoporum synodus adgregata fuisset, iussum est vt liceret ei ingredi vrD bem suam.

Droctigisilus episcopus vorax.

CAP. XXXVIII. Cvm autem Faileuba regina Childeberti regis partu edito mox extincto ægrotaret, adtigit aures eius sermo, quòd quidam vel contra eam, vel contra Brunichildem reginam agere conarentur. Cúmque cõfortata ab incommodo, ad regis præsentiam accessisset, omnia tam ei quàm matri eius, quæ audierat reserauit. Verba autem huiusmodi erant, quòd scilicet Septimina nutrix infantum eius, consilio suadere vellet regi, vt ejecta matre, coniugéque relicta, aliam sortiretur vxorem: & sic cum eodem quæcunque vellent, vel actu agerent, vel precibus obtinerent. Quod si his rex nollet adquiescere quæ suadebat, ipso maleficiis interempto, eleuatis filiis eius in regnum, repulsa nihilominus matre eorum & auia, ipsi regerent regnum. Huius enim consilij socios pronunciat esse Sunnegisilum comitem stabuli, & Gallomagnum referendarium, atque Droctulfum, qui ad solatium Septiminæ ad nutriendum regis paruulos fuerat datus. Denique corripiuntur hi duo, Septimina videlicet & Droctulfus. Nec mora, extensi inter stipites cùm vehemenE tius cæderentur, profitetur Septimina se virum suum Iouium maleficiis interfeciſſe, ob amorem Droctulfi: ipsúmque secum scorto misceri. De his quæ supra diximus causis pariter confitentur, & memoratos viros in hoc consilio habitos indicant. Nec mora, inquiruntur & ipsi: sed conscientia terrente, latebram intra ecclesiarum septa petiere. Ad quos rex ipse procedens, ait, Egrediemini in iudicium, vt cognoscamus de his quæ vobis obiiciuntur, si vera sint, an falsa. Nam ego, vt opinor, in hanc ecclesiam fuga dilapsi non fuissetis, nisi vos cõscientia terruisset. Verumtamen promissionem habete de vita, etiam si culpabiles inueniamini. Christiani enim sumus: nefas est enim vel criminosos ab ecclesia eductos punire. Tunc educti foras, cum rege venerunt ad iudicium: discussíque reclamant, dicentes, Quia Septimina cum Droctulfo hoc nobis consilium patefecit. Sed hos execrantes ac fugientes, nunquam cõsentire voluimus hoc scelus. Et rex, Si, inquit, vos nullam conniuentiam præbuissetis, nostris auribus vtique intulissetis. Verúmne ergo est, vos in hac causa

Ecclesia portus est & Asylum.

præbuisse consensum, cùm hoc nostræ scientiæ occuli voluistis? Et statim electi foras, iterum eccle- F
siam petierunt. Septimina verò cum Droctulfo vehementer cæsa, ac cauteriis accensis in facie vul-
nerata, ablatis omnibus quæ habebat, in Marilegium villam deducitur, vt scilicet trahens molam,
his quæ in gynæcio erant positæ, per dies singulos farinas ad victus necessarias præpararet. Dro-
ctulfum autem incisis capillis & auribus, ad vineam excolendam delegauerunt, sed post dies paucos
fuga dilabitur: inquisitúsque ab actore, iterum ad regem deducitur: ibíque multum cæsum, iterum
ad vineam quam reliquerat, destinatur. At verò Sunnegisilus & Gallomagnus priuati à rebus quas à
fisco meruerant, in exilium retruduntur. Sed venientibus legatis, inter quos episcopi erant, à rege
Gũthchramno, & petentibus pro his, ab exilio reuocantur: quibus nihil aliud est relictum, nisi quod
habere proprium videbantur.

CAP. XXXIX. IN monasterio verò Pictauēsi insidiante diabolo in corde Chrodieldis, quæ se Chariberti quon-
dam regis filiam adserebat, orto scandalo, ipsa quoque quasi de parentibus confisa regibus, exactis
sacramentis à sanctimonialibus vt iniectis in abbatissam Leuboueram criminibus, ea monasterio
Chrodieldis sanctimoniales ad defectionem induxit. deiecta, ipsam substituerent principalem. Egressáq; est cum quadraginta aut eo amplius puellis, & G
consobrina sua Basina filia Chilperici, dicens, Quia vado ad parentes méos reges, vt eis contu-
meliam nostram innotescere valeam: quia non vt filiæ regum, sed vt malarum ancillarum genitæ in
hoc loco humiliamur. Infelix ac fatua non recordans, in qua se humilitate beata Radegundis, quæ
hoc instituit monasterium, exhibebat. Egressa ergo ab eo, Turonos aduenit, datáque nobis salutа-
tione, ait, Deprecor sancte sacerdos, vt has puellas quæ in magnam humilitatem ab abbatissa Picta-
uensi redactæ sunt, custodire digneris, ac cibum præbere, donec ego eam ad reges parẽtes nostros,
exponámque eis quæ patimur, & reuertar. Quibus ego aio, Si abbatissa deliquit, aut canonicam re-
gulam in aliquo prætermisit, accedamus ad fratrem nostrum Maroueum episcopum, & coniuncti
arguamus eam: emendatisque negociis restituamini in monasterium vestrum, ne dispergatur luxu-
ria, quod sancta Radegundis iciuniis & orationibus crebris, eleemosynísque frequentibus adgrega-
uit. Et illa respondit, Nequaquam, sed ad reges ibimus. Et ego, Quare respõsioni resistitis? Ob quam
rem sacerdotale monitum non auditis? Vereor ne coniuncti sacerdotes ecclesiarum, vos à commu- H
nione remoueant: sic enim & ab antecessoribus in epistola quam ad beatam Radegundem in initio
huius congregationis scripserunt, habetur insertum. Cuius exemplaria huic lectioni inserere pla-
cuit.

Exemplar Epistolæ. DOMINÆ beatissimæ & in Christo ecclesiæ filiæ Radegundi, Eufronius, Prætextatus, Germa-
nus, Felix, Domitianus, Victorius, & Domnolus Episcopi. Sollicita sunt iugiter circa genus huma-
num immensæ diuinitatis prouisura remedia, nec ab assiduitate beneficiorum suorum quocunque
loco vel tempore videntur aliquando seiuncta, cùm pius rerum arbiter tales in hæreditate culturæ
ecclesiasticæ personas vbique disseminat, quibus agrum eius intenta operatione fidei rastro colen-
tibus ad felicem centeni numeri reditum diuina temperie Christi seges valeat peruenire. Tantum
igitur benignitatis eius se passim dispensatio profutura diffundit, vt illud nusquam deneget quod
prodesse multis agnoscit. Quarum personarum exemplo sanctissimo cum iudicaturus aduenerit, ha-
beat in plurimis quod coronet. Itaque cum ipso catholicæ religionis exortu, cœpissent Gallicanis
in finibus venerandæ fidei primordia respirare, & adhuc ad paucorum notitiam tunc ineffabilia
peruenissent trinitatis dominicæ sacramenta, ne quid hîc minus adquireret quàm in orbis circulo I
prædicãtibus apostolis obtineret, beatum Martinum peregrina de stirpe ad inluminationem patriæ
dignatus est dirigere, misericordia consulente. Qui licet Apostolorum tempore non fuerit, tamen
apostolicam gratiam non effugit. Nam quod defuit in ordine, suppletum est in mercede: quoniam
sequens gradus illi nihil subtrahit, qui meritis antecellit. Huius quoque reuerendissima filia, in vo-
bis congratulamur rediuiua surgere supernæ dilectionis exempla propitiatione diuina: nam de-
clinante tempore seculi vetustate, vestri sensus certamine fides reuiresci in flore: & quod veterno
tepuerat algore senectæ, tandem feruentis animi rursus incalescat ardore. Sed cùm penè eadem ve-
neritis ex parte qua beatum Martinum huc didicimus accessisse, non est mirum si illum imitari vi-
Rhadegundis B. Martini imitatrix. dearis in opere, quem tibi ducem credimus itineris extitisse: vt cuius es secuta vestigia, felici voto
compleas & exempla, & beatissimum virum in tanto tibi facias esse socium, inquantum partem re-
fugis habere de mundo. Cuius opinionis radio præmicante, ita reddis audientium pectora cœlesti
fulgore suffusa, vt passim prouocati puellarum animi diuini ignis scintilla succensi, raptim festi- K
nent auidè in charitate Christi fonte vestri pectoris inrigari: & relictis parentibus te sibi magis
eligant, quàm matrem: facit hoc gratia, non natura. Igitur huius studij vota videntes, gratias
clementiæ supernæ referimus, qui voluntates hominum suæ facit voluntati connecti: quoniam
confidimus quas apud vos iubet colligi, suo vult amplexu seruari. Et quia quasdam comperimus di-
uinitate propitia de nostris territoriis ad institutionem vestræ regulæ desiderabiliter conuolasse,
inspicientes etiam vestræ petitionis epistolam libenter à nobis exceptam, hoc Christo auctore &
remediatore firmamus: vt licet omnes æqualiter quæ ibi conueniunt, in domini charitate mansuræ
Promissa fides non debet temerari. debeant inuiolabiliter custodire, quod videntur libentissimo animo susceпisse: quoniam contami-
nari non debet Christo fides cœlo teste promissa: vbi non leue scelus est templum Dei, quod absit
pollui, vt ab eo possit ira succendente disperdi: tamen specialiter definimus, si qua, sicut dictum est,
de

A de locis sacerdotaliter nostræ gubernationi domino prouidẽte cõmissis, in Pictaua ciuitate vestro
monasterio meruerit sociari, secundum beatæ memoriæ domini Cæsarij Arelatensis episcopi con-
stituta, nulli sit vlterius discedendi licentia. Quæ sicut continet regula, voluntate prodita videtur in-
gressa, ne vnius turpi dedecore ducatur in crimen, quod apud omnes emicat in honore. Et ideo, si,
quod auertat Deus, aliqua insanæ mentis inlicitatione succensa, ad tanti obprobrij maculam præ-
cipitare suam voluerit disciplinam, gloriam & coronam, vt inimici consilio, sicut Eua electa de Pa-
radiso, per qualemcunque de claustris ipsius monasterij, immo de cœli regno exire pertulerit, mer-
genda & conculcanda vili platearum in luto, separata à communione nostra, diri anathematis vul-
nere feriatur. Ita vt si fortassis Christo relicto homini voluerit nubere, diabolo captiuante, non so- *Monialis claustra nõ exeat.*
lum ipsa quæ refugit, sed etiam ille qui ei coniunctus est, turpis adulter, & potius sacrilegus quàm
maritus: vel quisquis vt hoc fieret, venenum magis quàm consilium ministrauit, simili vltione, sicut
de illa dictum est, cœlesti iudicio, nobis optantibus, percellatur: donec separatione facta per com-
petentem execrandi criminis pœnitentiam, à loco quo egressa fuerat, recipi meruerit & adnecti.
B Adiicientes etiam vt eorum qui nobis quandoque succesturi sunt sacerdotes, similis condemnatio-
nis teneantur adstrictæ reatu, & si, quod non credimus, aliquid ipsi voluerint aliter quàm nostra de-
liberatio continet, relaxare, nouerint se nobiscum æterno iudice definiente causaturos, quia com-
munis est salutis instructio, si quod Christo promittitur, inuiolabiliter obseruetur. Quod nostræ de-
terminationis decretum pro firmitatis intuitu, propriæ manus subscriptione credimus roborandũ,
perpetualiter à nobis Christo auspice duraturum.

Lecta igitur hac epistolà Chrodieldis dixit, Nunquam nos vlla retinebit mora, nisi ad reges quos
parentes nostros esse nouimus, accedamus. Venerãt enim pedestri itinere à Pictauo, nec vllius equi
beneficium habuerant: vnde anhelæ & satis exiguæ erant: sed nec victus alimoniam vllam eis in via
quisquam præbuerat: accesserunt enim ad vrbem nostram die prima mensis primi, erant enim plu-
uiæ magnæ: sed & viæ dissolutæ erant à nimia immensitate aquarum.

DETRAHEBANT autem & de episcopo dicẽtes, quia illius dolo & hæ turbatæ, & monasterium CAP. XL.
erat derelictum: sed materiam huius scandali altius placuit memorari. Tempore Chlotharij regis, *Monialium Pictauiensiũ scandalum.*
C cùm beata Radegundis hoc monasterium instituisset, semper subiecta & obediens cum omni con-
gregatione sua anterioribus fuit episcopis. Tempore vero Sygiberti, postquam Maroueus episcopa-
tum vrbis adeptus est, acceptis epistolis Sygiberti regis pro fide ac deuotione Radegundis beatæ,
in partes orientis clericos destinat pro dominicæ crucis ligno, ac sanctorum Apostolorum cætero-
rúmque martyrum reliquiis: qui euntes detulerunt hæc pignera: quibus delatis, petiit regina epi-
scopum, vt cum honore debito, grandíque psallentio in monasterio locarentur. Sed ille despiciens
suggestionem eius, ascensis equis, villæ se contulit. Tunc regina iterato ad regem Sygibertum dire-
xit, deprecans vt iniunctione sua quicunque ex episcopis hæc pignera cum illo quo decebat hono-
re, votúmque eius exposcebat, in monasterio conlocaret. Ad hoc enim opus beatus Eufronius vr-
bis Turonicæ episcopus iniungitur. Qui cum clericis suis Pictauum accedens, cum grandi psallen-
tio, & cereorum micantium ac thymiamatis adparatu, sancta pignera absente loci episcopo in mo-
nasterium detulit. Post hæc cum pontificis sui sæpius gratiam quæreret, nec posset adipisci, necessi-
tate commota cum abbatissa sua quam instituerat, Arelatensem vrbem expetunt: de qua regula san-
D cti Cæsarij atque Cæsariæ beatæ susceпta, regis se tuitione munierunt, scilicet quia in illum qui pa-
stor esse debuerat, nullam curam defensionis suæ poterant reperire. Ex hoc scandalo de die in diem
propagato, tempus migrationis beatæ Radegundis aduenit: qua migrante, iterum petiit abbatissa se
sub sacerdotis sui potestate degere. Quod ille cùm primùm respuere voluisset, consilio suorum pro-
misit se patrem earum, sicut dignum erat, fieri: & vbi necessitas fuisset, suam præbere defensionem:
vnde factum est vt abiens ad Childebertum regem præceptionem eliceret, vt ei hoc monasterium
sicut reliquas parochias regulariter liceat gubernare. Sed nescio quid, credo, adhuc in eius animis
residebat, vt hæ puellæ adserunt, quod moueret scandalum. His verò intendentibus, vt ad regis, si-
cut diximus, præsentiam properarent, dedimus eis consilium dicentes, Intenditis contra rationem,
& nullo modo vobis ea series inseri potest, quæ blasphemium arceat. Sed si vt diximus rationem
prætermittitis, nec salubre consiliũ vultis accipere, vel hoc coniicite in animis vestris, vt præterito
hiberni huius tempore quod in hoc verno accessit, cùm auræ commodiores fuerint, quò ducit vo-
E luntas, pergere valeatis. Quod consilium aptum suscipientes, subsequente æstate, relictis Turonis
cæteris accommodatis consobrinæ suæ Chrodieldi sanctimonialibus, ad regem Gunthchramnum
accessit. A quo susceпta ac muneribus honorata, Turonos est regressa. Constantina filia Burgolini
in monasterio Augustidunensi relicta, expectans episcopos qui à rege fuerant iussi aduenire, & cau-
sam ipsarum cum abbatissa discutere. Multæ tamen ex his à diuersis circumuentæ matrimonio co- *Moniales nubunt.*
pulatæ sunt, priusquam hæc à rege regrederetur. Cúmque præstolantes aduentum, nullum episco-
pum aduenire sensissent, Pictauum regressæ sunt, & se intra basilicam sancti Hilarij tutauerunt, con-
gregatis secum furibus, homicidis, adulteris, omniúmque criminum reis, stabilientes se ad bellum
atque dicentes, Quia reginæ sumus, nec prius in monasterium nostrum ingredimur, nisi abbatissa
eliciatur foras. Erat ibi tunc reclausa quædam, quæ ante paucos annos per murum se deiiciens, ad
basilicam sancti Hilarij confugit, multa in abbatissam crimina euomens, quæ tamen falsa cognoui-

mus.Sed poſtquam in monaſterium per eum locum vnde ſe præcipitauerat, funibus eſt adtracta, F petiit vt ſe in cellulam ſecretam reclauderet,dicens,Quia multum peccaui in dominum, & domnam meam Radegundem,quæ illis diebus ſuperſtes erat. Volo me, ait, ab hac frequentia congregationis totius amouere,& pœnitẽtiam pro neglectis meis agere: ſcio enim quia miſericors eſt dominus,& remittit confitentibus ſe peccata : & ingreſſa eſt in cellulam. Cùm autem hoc ſcandalum commotum fuiſſet,& Chrodieldis à Gunthchramno rege regreſſa eſſet,hæc diſrupto nocturnis horis cellulæ oſtio egreſſa eſt à monaſterio,& ad Chrodieldem abiit,multa ſicut prius fecerat, crimina de abbatiſſa prorumpens.

CAP. XLI. DVM autem hæc agerentur, Gundegiſilus Burdegalenſis,adiunctis ſecum Nicaſio Engoliſmenſi, & Saffario Petragorico, ac ipſo Marouco Pictauenſi epiſcopis eo quòd huius vrbis metropolis eſſet,ad baſilicam ſancti Hilarij aduenit, arguens has puellas, & in monaſterium reducere cupiens.

Cædes in templo ob monniales fugitiuas. Sed cùm illæ obſtinatius reluctarentur,& hic cum reliquis iuxta epiſtolam ſuperius nominatam eis excommunicationem indiceret,exurgens turba mutionum præfatorum tãta eos in ipſa ſancti Hilarij baſilica cæde mactauit,vt conruentibus in pauimento epiſcopis vix conſurgere poſſent.Sed & G diaconi & reliqui clerici ſanguine perfuſi,cum effractis capitibus baſilicam ſunt egreſſi.Tam immẽſus enim eos,& vt credo,diabolo cooperante,pauor obſederat,vt egredientes à loco ſancto, nec ſibi Vale dicentes,vnuſquiſque per viam quam arripere potuit, repedaret. Adfuit huic calamitati, & Deſiderius diaconus Syagrij Auguſtodunẽſis epiſcopi,qui non inquiſito Cleni fluminis vado, quo primum litus adtigit,eſt ingreſſus:ac natante equo,ripæ vlterioris campo euectus eſt.Ex hoc Chrodieldis ordinatores eligit,villas monaſterij peruadit,& quoſcunque de monaſterio arripere potuiſſet,plagis ac cædibus adfectos ſuo ſeruitio ſubiugabat,minans,vt ſi monaſterium poſſet ingredi,abbatiſſam de muro proiectam,terræ deiiceret .Quod cùm Childeberto regi nunciatum fuiſſet, ſtatim directa auctoritate præcepit Macconi comiti,vt hæc reprimere omni intentione deberet. Godegiſilus autem cùm has à communione ſuſpenſas cum cæteris, vt diximus, reliquiſſet epiſcopis, epiſtolam ex ſuo fratrúmque præſentium nomine conſcripſit ad ſacerdotes illos,qui tunc cum rege Gunthchramno fuerant adgregati : à quibus hæc reſcripta ſuſcepit.

Exemplar reſcripti. DOMNIS, ſemper ſuis atque apoſtolica ſede digniſſimis,Gundegiſilo,Nicaſio & Saffario,Ætherius,Syagrius, Annacharius, Heſychius, Agrœcola, Vrbicus, Felix, Veranus, item Felix, & Berthchramnus epiſcopi. Literas veſtræ beatitudinis tantum referante nuncio de veſtra ſoſpitate gauiſi excepimus:tãtum de iniuria quam vos pertuliſſe ſignaſtis,non modico mœrore adſtringimur, dum & regula tranſcenditur,& nulla reuerentia religioni ſeruatur. Sed quia indicaſtis monachas,quæ de monaſterio bonæ memoriæ Radegundis,inſtigante diabolo fuerunt digreſſæ,quòd nullam à vobis acquieuerint correctionem audire,nec intra monaſterij ſui ſepta de quo egreſſæ fuerant, voluiſſent reuerti:inſuper baſilicæ domni Hilarij per cædes veſtras veſtrorúmque iniuriam intuliſſe : quapropter ipſas à communionis gratia viſi fueritis ſuſpendere,ac per hoc noſtram exindè medio critatem elegiſtis conſulere. Igitur quia optimè vos nouimus ſtatuta canonum percurriſſe, ac regulæ plenitudinem continere,vt qui in talibus exceſſibus videntur deprehendi, non ſolum excommunicatione,verumetiam pœnitentiæ ſatisfactione debeant coërceri : ea de re addentes cum venerationis cultu ſummæ auiditatis dilectionis inſtinctum, indicamus ea quæ definiſtis nos concordanter veſtræ ſententiæ conſentire, quoaduſque in ſynodali concilio Calendis Nouembr. pariter poſiti debeamus cõſilio pari tractare,qualiter taliũ temeritas frœnum diſtrictionis poſſit accipere,vt deinceps nulli liceat ſub hunc lapſum faciente iactantia ſimilia perpetrare. Attamen quia nos ſua dictione domnus Paulus apoſtolus indeſinenter videtur monere,vt opportunè inopportunéque debeamus quoſcunque excedentes ſedula prædicatione corrigere : & pietatem proteſtatur ad omnia vtilem eſſe : ideo ſuggerimus vt adhuc oratione aſſidua domini miſericordiam deprecemini, vt ipſe ſpiritus compunctionis ipſas inflammare dignetur,vt id quod per delictum viſæ ſunt contraxiſſe, digna ſatisfactione pœniteant:vt in monaſterio ſuo veſtra prædicatione animæ quæ quodammodo perierunt,propitio Chriſto reuertantur:vt ille qui vnam humeris inlatam errantem ouem ad ouile reduxit,& de iſtarum tranſgreſſione quaſi adquiſito gregi congaudere dignetur.Hoc ſpecialius poſtulantes, vt pro nobis interceſſionum veſtrarum ſuffragia indeſinenter, vt confidimus, tribuatis. Peculiaris veſter Ætherius peccator ſalutare præſumo. Cliens veſter Heſychius reuerenter audeo ſalutare. Amator veſter Syagrius reuerenter ſaluto. Cultor veſter Vrbicus peccator famulanter K ſaluto. Venerator veſter Veranus epiſcopus,reuerenter ſaluto.Famulus veſter Felix ſalutare præſumo.Humilis veſter atque amator Felix audeo ſalutare.Humilis atque obediẽs veſter Berthchramnus epiſcopus ſalutare præſumo.

CAP.XLII. *Exemplar Epiſtolæ Rhadegundis ad Epiſcopos.* SED & abbatiſſa recitauit epiſtolam quam beata Radegundis epiſcopis qui ſuo tempore erant, dirigi voluit.Cuius nunc iterum ipſa abbatiſſa exemplaria ad vicinarum vrbium ſacerdotes direxit: cuius hæc ſunt exemplaria.

DOMNIS ſanctis & apoſtolica ſede digniſſimis in Chriſto patribus omnibus epiſcopis Radegundis peccatrix.Congruæ prouiſionis tunc roboraliter ad effectum tendit exordium, cum generalibus patribus,medicis ac paſtoribus,ouilis ſibi commiſſi cauſa auribus traditur,cuius ſenſibus eommendatur : quorum participatio de charitate,conſilium de poteſtate,ſuffragium de oratione miniſtrare

A ſtrare poterit interuentum.Et quoniam olim vinclis laicalibus abſoluta,diuina prouidente & inſpirante clemẽtia,ad religionis normam viſa ſum voluntariè duce Chriſto tranſlata:hęc pronæ mentis ſtudio cogitans etiam de aliarum profectibus,vt adnunciante domino mea deſideria efficerentur, reliquis profutura,inſtituente atque remunerante præcellentiſſimo domno rege Chlothario, *Rhadegundis monaſterium conſtituit.* monaſterium puellarum Pictaua vrbe conſtitui:eon ditúmque quantum mihi munificentia regalis eſt largita,facta donatione dotaui:inſuper cõgregationi per me Chriſto præſtãte collectæ, regulam ſub qua ſancta Cæſaria degit:quam ſolicitudo beati Cæſarij antiſtitis Arelatẽſis ex inſtitutione ſanctorum patrum conuenienter collegit, adſciui. Cui conſentientibus beatiſſimis & huius ciuitatis, & reliquis pontificibus,electione etiam noſtræ congregationis domnam & ſororem meam Agnetem,quam ab ineunte ætate loco filiæ colui & eduxi,abbatiſſam inſtitui,ac me poſt Deum eius ordinationi regulariter obedituram commiſi. Cuíque formam apoſtolicam obſeruantes, tam ego quàm ſorores de ſubſtantia terrena quæ poſſidere videbamur,factis chartis tradidimus metu Ananiæ & Sapphiræ, in monaſterio poſitæ, nihil proprium reſeruantes. Sed quoniam incerta ſunt hu-
B manæ conditionis momenta vel tempora, quippè mundo in finem currente,cum aliqui magis propriæ quàm diuinæ cupiant voluntati ſeruire:zelo ducta Dei hanc ſuggeſtionis meæ paginam, apoſtolatus veſtri in Chriſti nomine ſuperſtes porrigo vel deuota. Et quia præſens non valui, quaſi veſtris prouoluta veſtigiis,epiſtolæ vicarietate proſternor, cõiurans per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum,ac diem tremendi iudicij, ſic repræſentatos vos non tyrãnus obpugnet, ſed legitimus rex coronet,vt ſi caſu poſt meum obitum quæcunque perſona, vel loci eiuſdem pontifex, ſeu poteſtas principis,vel alius aliquis,quod nec fieri credimus,congregationem,vel ſuaſu maliuolo,vel impulſu iudiciario perturbare tentauerit, aut regulam frangere, ſeu abbatiſſam alteram quàm ſororem meam Agnetem,quam beatiſſimi Germani præſentibus ſuis fratribus benedictio conſecrauit: aut ipſa congregatio,quod fieri non poteſt,habita murmuratione mutare contenderit,vel quaſdam dominationes in monaſterio:vel rebus monaſterij quæcunque perſona vel pontifex loci præter quas anteceſſores epiſcopi,aut alij me ſuperſtite habuerunt,nouo priuilegio quicunque adfectare voluerit,aut extra regulã exindè regredi quis tentauerit,ſeu de rebus quas in me præcellentiſſimus dom-
C nus Chlotharius,vel præcellentiſſimi domni regis filij ſui contulerunt: & ego ex eius præceptionis permiſſu monaſterio tradidi poſſidendum,& per auctoritates præcellentiſſimorũ domnorũ regum Chariberti,Gunthchramni,Chilperici,& Sygiberti,cum ſacramenti interpoſitione, & ſuarum manuum ſubſcriptionibus obtinui confirmari:aut ex his quæ alij pro animarum ſuarum remedio, vel ſorores ibidem de rebus propriis contulerunt,aliquis princeps,aut pontifex, aut potens, aut de ſororibus cuiuſlibet perſonæ auſi minuere,aut ſibimet ad proprietatem reuocare ſacrilego voto contenderit,ita veſtram ſanctitatem ſucceſſorúmque veſtrorum poſt Deum pro mea ſupplicatione & Chriſti volũtate incurrat: vt ſicut prædones & ſpoliatores pauperum extra gratiam veſtrã habeantur: nunquam de noſtra regula vel de rebus monaſterij obſiſtentibus vobis imminuere valeat aliquid aut mutare.Hoc etiam deprecans,vt cum Deus prædictam domnam ſororem noſtram Agnetem de ſeculo migrare voluerit,illa in loco eius abbatiſſa de noſtra cõgregatione debeat ordinare, quæ Deo & ipſi placuerit,cuſtodiens regulam,& nihil de propoſito ſanctitatis imminuet:nam nunquam propria aut cuiuſcunque voluntas præcipitet.Quòd ſi,quod abſit,contra Dei mandatũ &
D auctoritatem regum aliquis de ſupraſcriptis conditionibus coram Domino & Sanctis eius precabiliter commendatis agere, aut de perſona, aut ſubſtantia minuenda voluerit, aut memoratæ ſorori meæ Agneti abbatiſſæ moleſtias aliquas inferre tentauerit,Dei & ſanctæ crucis & B.Marię incurrat iudicium, & beatos confeſſores Hilarium & Martinum, quibus poſt Deum ſorores meas tradidi defendendas,ipſos habeat contradictores & perſecutores.Te quoque beate pontifex,ſucceſſoréſq; veſtros,quos patronos in cauſa Dei diligenter adſciſco, ſi, quod abſit, extiterit qui contra hæc aliquid moliri tentauerit,pro repellendo & confutando Dei hoſte,non pigeat ad regẽ quem eo tempore locus iſte reſpexerit,vel ad Pictauam ciuitatem pro re vobis ante Dominum commẽdata percurrere,& cõtra aliorum iniuſtitiam executores & defenſores iuſtitiæ laborare,vt tale nephas nullo modo ſuis admitti temporibus rex patiatur catholicus,nec conuelli permittat quod Dei & mea & regum ipſorum voluntate firmatum eſt.Simul etiam principes quos Deus pro gubernatione populi poſt deceſſum meum ſupereſſe præceperit,coniuro per regem cuius regni non erit finis,& ad cuius
E nutum regna conſiſtunt,qui eis donauit ipſum viuere vel regnare,vt monaſteriũ quod ex permiſſu, & ſolatio domnorum regum,patris vel aui eorum conſtruxiſſe viſa ſum,& ordinaſſe regulariter, vel dotaſſe,ſub ſua tuitione & ſermone vnà cum Agnete abbatiſſa iubeant gubernare: & à nullo neque ſæpe dictam abbatiſſam noſtram, neque aliquid ad noſtrum monaſterium pertinens moleſtari, aut inquietari,vel exindè imminui,aut aliquid mutari permittant, ſed magis pro Dei intuitu vnà cum domnis Epiſcopis,ipſi me ſupplicante coram redemptore gentium ſicut eis cõmendo,defenſari iubeant & muniri:vt in cuius honore Dei famulas protegunt, cum defenſore pauperum, & ſpõſo virginum perpetualiter æterno ſoci entur in regno.Illud quoq; vos ſanctos pontifices,& præcellẽtiſſimos domnos reges,& vniuerſum populũ Chriſtianũ, coniuro per fidem catholicã in qua baptizati eſtis,& eccleſias quas conſeruatis, vt in baſilica quam in ſanctæ Mariæ dominicæ genitricis honorem cœpimus ædificare,vbi etiam multæ ſorores noſtræ conditæ ſunt in requie, ſiue perfecta, ſiue *Rhadegundis eligit ſepulturam.*

imperfecta, cum me Deus de hac luce migrare præceperit, corpusculum meum ibi debeat sepeliri. F
Quòd si quis aliud inde voluerit, aut fieri tentauerit, obtinente cruce Christi, & beata Maria, diuinam vltionem incurrat: & vobis intercurrẽtibus, in loco ipsius basilicæ merear cum fororum congregatione obtinere loculum sepulturæ. Et vt hæc supplicatio mea, quam manu propria subscripsi, vt in vniuersalis ecclesiæ archiuo seruetur, effusis cum lachrymis deprecor, quatenus si contra improbos aliquos necessitas exegerit, vt vestra defensione soror mea Agnes abbatissa, vel congregatio eius, quo succurri sibi poposcerint, vestræ misericordiæ pia consolatio opem pastorali solicitudine subministret: nec de me destitutas se proclament, quibus deus præsidium vestræ gratiæ præparauit. Illud vobis in omnibus ante oculos reuocantes, per ipsum qui de cruce gloriosa virginem suam genitricem beato Ioanni Apostolo commendauit, vt qualiter ab illo completum est Domini mandatum, sic sit apud vos, indigna & humilis domnis meis Ecclesiæ patribus & viris Apostolicis quòd commendo: quod cum dignanter seruaueritis depositum, meritis participes cuius impletis mandatum Apostolicum, dignè reparetis exemplum.

CAP. XLIII. *Theutharius monialium scandalum compescit.*

POST hæc Maroueus episcopus, cum diuersa improperia ab his audiret, Porcarium abbatem G
basilicæ beati Hilarij, ad Gundegisilum Episcopum, & reliquos comprouinciales eius destinat, vt data communione puellis, ad audientiam veniendi licentiam indulgere dignarentur: sed nequaquam potuit obtinere. Childebertus autem rex, cum assiduas de vtraque parte, monasterij scilicet, vel puellarum quæ egressæ fuerant, molestias pateretur, Theutharium Presbyterum ad dirimendas querimonias quæ inter eosdem agebantur, destinat. Cui prouocatæ Chrodieldis cum reliquis puellis ad audiẽtiam, dixerunt, Non venimus, quia à communione suspensæ sumus: si reconciliari meremur, tunc ad audientiam venire non differimus. Hæc audiens ille, ad Episcopos abiit: cúmque cum his de hac causa locutus fuisset, nullum effectum obtinere potuit de communione earum: & sic ad vrbem Pictauam regressus est. Puellæ verò separatæ abinuicem, aliæ ad parẽtes, aliæ ad domos proprias, nonnullæ in hæc monasteria, in quibus prius fuerant, sunt regressæ: quia hyemem validam simul positæ propter penuriam ligni tolerare non poterãt. Paucæ tamen cum Chrodielde & Basina remanserunt. Erat enim tunc & inter eas magna discordia, pro eo quòd altera alteri se præponere cupiebat. H

CAP. XLIIII. *Anni intempories.*

EO anno post clausum Pascha, tam immensa cum grandine pluuia fuit, vt intra duarum aut trium horarum spatia etiam per minores vallium meatus ingentia currere flumina viderentur: arbores in autumno floruerunt, & poma sicut prius dederant, ediderunt. Mense nono rosæ adparuerunt. Flumina verò vltra modum excreuerunt: ita vt excedentia litora loca quæ nunquam contingere consueta fuerant, operirent, non minimum sationibus inferentia damnum.

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM LIBER X.

ANNO igitur quintodecimo Childeberti Regis, diaconus noster ab vrbe Roma sanctorum cum pigneribus veniẽs, sic retulit, quòd anno superiore, mense nono, tanta inundatione Tyberis fluuius vrbem Romam obtexit, vt ædes antiquæ diruerentur: horrea etiam ecclesiæ subuersa sint, in quibus nõnulla milia modiorum tritici periere. Multitudo etiam serpentium cum magno dracone in modum trabis validæ, per huius fluuij alueum in mare descendit. Sed suffocatæ bestiæ inter salsos maris turbidi fluctus, litori iectæ sunt. Subsecuta est de vestigio clades quam inguinariam vocant: nam medio mense xj. adueniẽs, primum omnium (iuxta illud quod in Ezechiele Propheta legitur, A sanctuario meo incipite) Pelagium Papam perculit: quo defuncto, magna strages populi de hoc morbo facta est. Sed quia ecclesia Dei absque rectore esse non poterat, Gregoriũ diaconum K
plebs omnis elegit: hic enim de senatoribus primis, ab adolescentia deuotus Deo, in rebus propriis sex in Sicilia monasteria congregauit: septimum intra vrbis Romæ muros instituit: quibus tantam delegans terrarum copiam, quãta ad victum quotidianum præbendum sufficeret, reliqua vendidit cum omni præsidio domus, ac pauperibus erogauit: & qui ante serico contextu ac gemmis micantibus solitus erat per vrbem procedere trabeatus, nunc vili contectus vestitu, ad altaris dominici ministerium cõsecratur: septimúsq; Leuita ad adiutoriũ Papę adsciscitur. Tantaq; ei abstinẽtia in cibis, vigilantia in orationibus, strenuitas in ieiuniis erat, vt infirmato stomacho vix consistere posset. Literis grammaticis, dialecticísque ac rhetoricis ita erat institutus, vt nulli in vrbe ipsa putaretur esse secundus. Hunc apicem adtentius fugere tentans, ne quod prius abiecerat, rursum ei in seculo de adepto honore iactantia quædã subreperet: vnde factum est vt epistolam ad imperatorẽ Mauritium

Tyberis inundatio. *Serpentum multitudo.* *Pestis.* *Gregorius septem monasteria fundauit.*

A cium dirigeret, cuius filium ex lauacro sancto susceperat, coniurans, & multa prece poscens, ne vnquam consensum præberet populis, vt hunc huius honoris gloria sublimaret. Sed præfectus vrbis Romæ germanus eius, anticipauit nuncium, & comprehenso disruptis epistolis consensu quem populus fecerat, imperatori direxit. At ille gratias Deo agens pro amicitia diaconi, quòd reperisset locum honoris eius, data præceptione ipsum iussit institui. Cúmque in hoc restaret vt benediceretur, & lues populum deuastaret, verbum ad plebem pro agenda pœnitentia in hunc modum exorsus est.

Gregorij hortatoria concio ad pœnitentiam.

OPORTET fratres dilectissimi, vt flagella Dei quæ metuere uentura debuimus, saltem præsentia & experta timeamus. Cõuersionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis nostri duritiam ipsa quam patimur, pœna dissoluat: vt enim propheta teste prædictum est. Peruenit gladius vsque ad animam. Ecce etenim cuncta plebs cœlestis iræ mucrone percutitur, & repentina singuli cæde vastantur: nec languor mortem præuenit, sed languoris moras, vt cernitis, mors præcurrit. Percussus quisque ante rapitur, quàm ad lamenta pœnitentiæ conuertatur. Pensate ergo, qualis ad conspectum di-
B stricti iudicis peruenit, cui non vacat flere quod fecit. Habitatores quique non ex parte subtrahuntur, sed pariter conruunt: domus vacuæ relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciunt, & sui eos ad interitum hæredes præcedunt. Vnusquisque ergo nostrũm ad pœnitentiæ lamenta confugiat, dum flere ante percussionem vacat. Reuocemus ante oculos mentis quicquid errando commisimus, & quod nequiter egimus, flendo puniamus. Præueniamus faciem eius in confessione, & sicut Propheta ammonet, leuemus corda nostra cum manibus ad dominum. Ad Deum quippè corda cum manibus leuare est, orationis nostræ studium merito bonæ operationis erigere. Dat profecto, dat tremori nostro fiduciam qui per prophetam clamat, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Nullus autem de iniquitatum suarum immanitate desperet: veternosas namque Niniuitarum culpas triduana pœnitentia absterfit: & conuersus latro vitæ præmia etiam in ipsa sententia suæ mortis emeruit. Mutemus igitur corda, & præsumamus nos iam percepisse quod petimus: citius ad precem iudex flectitur, si à prauitate sua petitor corrigatur: Imminente ergo tantæ animaduersionis gladio, nos importunis fletibus insistamus. Ea namque quæ ingrata esse hominibus importunitas solet, iudicio veritatis placet: quia pius ac misericors Deus vult à se precibus ve-
C niam exigi, qui quãtum meremur non vult irasci: hic etenim per psalmistam dicit, Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & magnificabis me. Ipse ergo sibi testis est, quia inuocantibus misereri desiderat, qui ammonet vt inuocetur. Proindè fratres chariſſimi, contrito corde & correctis operibus, ab ipso feriæ quartę primo diluculo, septiformem letaniam iuxta distributionem inferius designatam, deuota ad lachrymas mente veniamus, vt districtus iudex cum culpas nostras nos punire considerat, ipse à sententia propositæ damnationis parcat. Clerus igitur egrediatur ab ecclesia sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani, cum presbyteris regionis sextæ. Omnes verò abbates cũ monachis suis, ab Ecclesia sanctorũ martyrum Geruasij & Protasij, cum Presbyteris regionis quartæ. Omnes abbatissæ cum congregationibus suis egrediantur ecclesia sanctorum martyrum Marcellini & Petri, cum presbyteris regionis primæ. Omnes infantes, ab ecclesia sanctorũ martyrum Ioannis & Pauli, cum Presbyteris regionis secundæ. Omnes verò laici, ab ecclesia sancti protomartyris Stephani, cum Presbyteris regionis septimæ. Omnes mulieres viduæ, ab ecclesia sanctæ Eu-
D femiæ cum Presbyteris regionis quintæ. Omnes autem mulieres coniugatæ egrediantur ab ecclesia sancti martyris Clementis, cum Presbyteris regionis tertiæ. Vt de singulis ecclesiis exeuntes cum precibus ac lachrymis, ad beatæ Mariæ semper virginis genitricis Domini Dei nostri Iesu Christi basilicam congregemur, vt ibi diutius cum fletu ac gemitu domino supplicantes, peccatorum nostrorum veniam promereri valeamus. Hæc eo dicente, congregatis clericorũ cateruis, psallere iussit per triduum, ac deprecari Domini misericordiam: de hora quoque tertia veniebant vtrique chori psallentium ad ecclesiam clamãtes per plateas vrbis, Kyrie eleison. Adserebat autem diaconus noster qui aderat, in vnius horæ spacio dum voces plebs ad dominum supplicationis emisit, octoginta homines ad terram conruisse, & spiritum exhalasse. Sed non destitit sacerdos tantus prædicare po-
Gregorio concionante 80. expirarunt.
pulo, ne ab oratione cessarent. Ab hoc etiam diaconus noster reliquias sanctorum, vt diximus, sumpsit, dum adhuc in diaconatu degeret. Cúmque latibula fugæ præpararet, capitur, trahitur, & ad
E beati Apostoli Petri basilicam deducitur, ibique ad pontificalis gratiæ officium consecratus Papa vrbi datus est. Sed nec destitit diaconus noster, nisi ad episcopatum eius de porta rediret, & qualiter ordinatus fuerit, præsenti contemplatione susp iceret.

CAP. II. *Grippo legatus redit ab Imp. Mauricio.*

GRIPPO autem ab imperatore Mauritio rediens, hæc nuntiauit, quòd anno superiore cum adepto nauigio cum sociis suis Africæ portum adtigisset, Carthaginem magnam ingressi sunt. Vbi dum morarentur, iussionem operientes præfecti qui aderant, qualiter imperatoris præsentiam adire deberent, vnus puerorum, Euantij scilicet, qui cum eodem abierat, direptam speciem de manu cuiusdam negociatoris ad metatũ detulit. Quem ille prosecutus cuius res erant, reddi sibi rem propriam flagitabat: sed isto differente cùm de die in diem hoc iurgiũ in maius propagaretur, quadam die negociator puerum illum in platea reperit, adprehensoque vestimento eius, tenere cœpit dicẽs: Quia nonà me laxaberis, priusquam res quas violẽter diripuisti, meæ ditioni restituas. At ille excutere se de eius manibus conatus, non dubitauit erepto gladio hominem trucidare, & statim ad me-

Pœnitentiæ prouocat misericordiam. *Letaniæ.*

tatum regressus est, nec aperuit sociis quæ gesta fuerant: erant enim ibi tunc, vt diximus, legati Bodegisilus filius Mummoleni Suessionici, & Euantius filius Diantemij Arelatensis, & hic Grippo genere Francus, qui eleuantes de epulo, sopori se dederant pro quiete. Quare cum seniori vrbis nunciata fuissent quæ puer horum gesserat, collectis militibus, vel omni populo armis circumdato, ad metatum eorum dirigit. At illi inopinantes expergefacti, obstupescunt, cernentes hæc quæ gerebantur. Tunc ille qui prior erat, exclamabat dicens, Arma deponite, & ad nos egredimini, vt cognoscamus pacificè, qualiter homicidium factum est. Hæc illi audientes, timore perterriti adhuc ignorantes quæ gesta fuerant, fidem expetunt, vt securi sine armis egrederentur: iurauerunt homines illi, quod custodire impatientia non permisit. Sed mox egredientem Bodegisilū gladio percutiunt, similiter & Euantium. Quibus ante hostium metatus prostratis, Grippo arreptis armis cum pueris qui secum erant processit ad eos, dicens, Quæ gesta fuerunt nos ignoramus: & ecce socij itineris mei qui ad imperatorem directi fuerant, gladio sunt prostrati: iudicabit Deus iniuriam nostram, & mortem illorum de interitu vestro, quia nos innocentes, & in pace venientes taliter trucidatis, nec vltra erit pax inter reges nostros, imperatorémq; vestrum. Nos enim pro pace venimus, & pro adiutorio reipublicæ impertiendo. Testem hodiè inuoco Deum, quia vestra excitauit noxa, vt non custodiatur inter principes pax promissa. Hæc & huiuscemodi Grippone verba proferente, soluto Carthaginensis belli procinctu, regressus est vnusquisq; ad propria. Præfectus verò ad Gripponem accedens, mulcere cœpit animos eius de iis quæ gesta fuerant, ordinans qualiter ad præsentiam imperatoris accederet. Qui veniens narrata legatione pro qua directus fuerat, exitium sociorum exposuit. Qua de causa imperator valdè molestus, pollicitus est vlcisci mortem eorum iuxta id quod Childeberti regis iudicium promulgaret. Tunc ab imperatore muneratus, cum pace regressus est.

Legati trucidantur.

CAP. III. *Childebertus armatur in Italos.*

His à Grippone Childeberto regi relatis, confestim exercitum in Italiam cōmoueri iubet, ac xx. duces ad Longobardorum gentem debellandam dirigit. Quorum nomina non putaui lectioni ex ordine necessario inserenda. Audoualdus verò dux cum Vinthrione commoto Campanię populo, cùm ad Metensem vrbem quæ ei in itinere sita erat, accessisset, tantas prædas, tantáque homicidia ac cædes perpetrauit, vt hostem propriæ regioni putaretur inferre. Sed & alij quoq; duces similiter cum phalangis suis fecere, ita vt prius regionem propriā aut populum commanentem adficerent, quàm quiddam victorię de inimica gente patrarent. Adpropinquantes autem ad terminum Italiæ, Audoualdus cum sex ducibus dexteram petiit, atque ad Mediolanensem vrbem aduenit: ibíq; eminus in campestria castra posuerunt. Olo autem dux ad Bilitionem huius vrbis castrum, in campis situm Caninis, importunè accedens, iaculo sub papilla sauciatus, cecidit & mortuus est. Hi autē cùm egressi fuissent, in præda vt aliquid victus adquirerent, à Longobardis inruentibus, passim per loca prosternebātur. Erat autem stagnum quoddam in ipso Mediolanensis vrbis territorio, quod Coresium vocitāt, ex quo paruus quidam fluuius, sed profundus egreditur: super huius laci litus Longobardos residere audierant. Ad quem cùm adpropinquassent, priusquā flumen quod diximus, transirent à litore illo vnus Longobardorum stans lorica protectus & galea, contum manu gestans, vocem dedit contra Francorum exercitum, dicens, Hodiè adparebit cui diuinitas obtinere victoriam præstet. Vnde intelligi datur, hoc signum sibi Longobardos præparauisse. Tunc pauci transeuntes contra Longobardū hunc decertātes, prostrauerūt eum: & ecce omnis exercitus Longobardorū in fugam versus præteriit. Hi quoq; transeuntes flumen, nullū de iis reperiūt, nisi tantū recognoscētes adparatum castrorum, vbi vel focos habuerant, vel tētoria fixerant. Cumq; nullum de iis deprehēdissent, ad castra sua regressi sunt: ibíque ad eos imperatoris legati venerunt, nunciantes adesse exercitum in solatium eorum, dicētésque, Quia posttriduum cum eisdem veniemus: & hoc vobis erit signum, cùm videritis villæ huius quæ in monte sita est, domus incendio concremari, & fumum incendij ad cœlos vsque sustolli, noueritis nos cùm exercitu quem pollicemur adesse. Sed expectantes, iuxta placitū, dies sex, nullum ex iis veniſſe contemplati sunt. Chedinus autem cū tredecim ducibus læuam Italiæ ingressus, quinque castella cepit, à quibus etiā sacramenta exegit. Morbus etiam dysenteriæ grauiter exercitum adficiebat, eo quòd aëres incongrui insuetíque hominibus essent, ex quo plerique interierūt. Commoto autem vento & data pluuia, cùm paulisper refrigescere aër cœpit, in infirmitate salubritatem contulit. Quid plura? per tres ferè menses Italiam peruagantes, cùm nihil proficerent, neque se de inimicis vlcisci possent, eo quòd se in locis communissent firmissimis: neque regem capere, de quo vltio fieret, qui se infra Ticinenses munierat muros, infirmatus, vt diximus, aërum intemperantia exercitus ac fame adtritus, redire ad propria destinauit. Subdens etiā illud, acceptis sacramentis, regis ditionibus quod pater eius prius habuerat, de quibus locis & captiuos, & alias abduxere prædas: & sic egredientes ita fame conficiebantur, vt prius & arma & vestimenta ad coëmendum victum demerent, quàm locum genitalem contingerent. At Aptacharius Longobardorum rex, legationem ad Gunthchramnum regem cum huiuscemodi verbis direxit, Nos, piissime rex, subiecti atque fideles vobis gentíque vestræ sicut patribus vestris fuimus, & esse desideramus: nec discedimus à sacramento quod prædecessores nostri vestris prædecessoribus iurauerunt. Nunc autem desistite à persecutione nostra, & sic pax nobis & concordia, vt vbi necessārium fuerit contra inimicos auxilium præbeamus, vt vestra scilicet nostráque gente saluata, ac nos

Dysenteria.

Aptacharius

ac nos pacificos cognoscentes, terreantur magis aduersarij qui in circuitu obstrepunt de amicitia, quàm de nostra discordia gratulentur. Pacificè hæc Gunthchramnus rex verba susceptit, misitque eos ad nepotem suum Childebertum regem. Dum autem his narratis in loco commorarentur, venerunt alij qui mortuum Aptacharium regem nunciantes, Paulúmque in loco eius substitutum, eiusmodi verba quæ supra diximus, deferentes. Sed Childebertus rex placitum cum eisdem ponens, vt quid ei imposterum conueniret, enunciaret, eos abscedere iussit.

MAVRITIVS autem Carthaginenses illos, qui legatos Childeberti regis anno superiore interemerant, vinctos manibus catenísque oneratos, ad eius direxit præsentiam, duodecim scilicet numero viros, sub ea videlicet conditione, vt si eos interficere velit, haberet licentiam: sin autem ad redimendum laxaret, trecentis pro vnoquoque acceptis aureis quiesceret: sicque vt quod vellet eligeret: quo facilius sopito scandalo, nulla occasio inter ipsos inimicitiæ oriretur. Sed rex Childebertus differens homines vinctos accipere, ait, Incertum apud nos habetur, vrum ij sint homicidæ illi quos adducitis, an alij, vel fortassis cuiuscunque serui habentur, cum nostri benè ingenni generatione fuerint, qui apud vos fuerunt interempti. Præsertim & Grippo adstabat, qui eo tempore legatus cum eisdem fuerat missus, qui interfecti sunt, ac dicebat, Quia præfectus vrbis illius cum collectis duobus aut tribus hominum milibus inruit super nos, interemitque socios meos: in quo excidio & ego ipse interissem, si me viriliter defendere nequiuissem. Accedens autē ad locum, homines agnoscere potero: de quibus si imperator vester, vt dicitis, nostro cum domino pacem custodire deliberat, vltionem exigere debet: & sic dato rex placito, vt post eos ad imperatorem dirigeret, ipsos abscedere iubet.

CAP. IIII. *Mauritius legatorum interfectores Childeberto mittit.*

HIS autem diebus Chuppa, qui quondam comes stabuli Chilperici regis fuerat, inrupto Turonicæ vrbis termino, pecora reliquáſque res quāsi prædam exercens, diripere voluit. Sed cum hoc incolæ præsensissent, collecta multitudine eum sequi cœperunt. Excussáque præda, duobus ex pueris eius interfectis, hic nudus aufugit, aliis duobus pueris captis: quos vinctos, ad Childebertum regem transmiserunt: quos ille in carcerē conijci iubens, interrogare præcepit, cuius auxilio Chuppa fuisset ereptus, vt ab iis non comprehenderetur qui sequebantur. Respondérunt, hoc Animodi vicarij dolo, qui pagum illum iudiciaria regebat potestate, factum fuisse. Protinúsque directis rex literis ad comitem vrbis, iubet vt eum vinctum in præsentiam regis dirigeret: quod si resistere conaretur, vi obpressum etiam interficeret, si principis gratiam cupiebat adquirere. Sed ille non resistēs, datis fideiussoribus, quò iussus est abiit: repertúmque Flauianum domesticum causatus cum socio, ne noxialis inuentus, pacificatus cum eodem, redire ad propria iussus est, datis tamen domestico illi muneribus prius. Ipse quoque Chuppa iterum cōmotis quibusdam de suis, filiam Badegesili quondam Cœnomanensis Episcopi diripere sibi in matrimonium voluit: inruens autem nocte cum cuneo sociorum in villa Marogalensi, vt voluntatem suam expleret: præsensit eum, dolúmque eius Magatrudis materfamiliās, genitrix scilicet puellæ: egressáque cum famulis contra eum vi repulit, cæsis pleriſque ex illis, vnde non sine pudore discessum est.

CAP. V. *Chuppa Turonensimuadit.*

APVD Aruernos verò vincti carceris nocte nutu Dei disruptis vinculis, reseratísque aditibus custodiæ, egressi ecclesiam ingressi sunt. Quibus cùm Eulalius comes onera catenarum addi iussisset, vt super eos posita, extemplo ceu vitrum fragile comminuta sunt: & sic obtinente Auito pontifice eruti, propriæ sunt redditi libertati.

CAP. VI. *Diuinitus carcere liberati.*

IN supradicta verò vrbe Childebertus rex omne tributum tam ecclesiis quàm monasteriis, vel reliquis clericis qui ad ecclesiam pertinere videbantur, aut quicunque ecclesiæ officium excolebāt, larga pietate concessit. Multum enim iam exactores huius tributi expoliati erant, eo quòd per longum tempus & succedentium generationes, ac diuisis in multas partes ipsis possessionibus, colligi vix poterat hoc tributum: quod hic, Deo inspirante, ita præcepit emendari, vt quod super hæc fisco deberetur, nec exactorem damna percuterent, nec Ecclesiæ cultorem tarditas de officio aliqua reuocaret.

CAP. VII. *Aruernis clericis tributa remisit Child.*

IN confinio verò termini Aruerni, Gabalitani atque Rutheni, synodus Episcoporum facta est contra Tetradiam relictam quondam Desiderij, eo quòd repeteret ab ea Eulalius comes res quas ab eo fugiens secum tulisset. Sed hanc causam, vel qualiter Eulalium reliquerit, vel quemadmodum ad Desiderium confugerit, altius memorandum putaui. Eulalius autem, vt iuuenilis ætas habet, agebat quæpiam inrationabiliter: vnde factum est vt à matre sæpius increpitus, haberet in eam odium quam amare debuerat. Denique cùm in oratorio domus suæ hæc in oratione frequenter incumberet, & nocturnas vigilias persæpè dormientibus famulis in oratione cum lachrymis expleret, in cilicio quo orabat suggillata reperitur. Sed nescientibus cunctis, quis hæc fecisset, crimen tamen parricidij refertur ad filium. Hæc cùm Cautinus episcopus Aruernæ vrbis comperisset, eum à communione submouit. Conuenientibus autem ciuibus cum sacerdote, ad festiuitatem beati martyris Iuliani, ad pedes episcopi Eulalius ille prosternitur, querēs se inauditum à communione remotum. Tunc episcopus permisit eum cum cæteris Missarum spectare solennia. Verùm vbi ad communicandum ventum est, & Eulalius ad altarium accessisset, ait Episcopus, Rumor populi parricidam te proclamat esse. Ego verò vtrum perpetraueris hoc scelus, an non, ignoro: idcirco in Dei hoc & beati Martyris Iuliani statuo iudicio: Tu verò si idoneus es, vt adseris, accede propius, & sume

CAP. VIII. *Synodus contra Tetradiā.*

tibi Eucharistiæ particulam,atque impone ori tuo : erit enim Deus respector conscientiæ tuæ. At F
ille accepta Eucharistia, communicans abscessit : habebat enim vxorem Tetradiam nobilem
ex matre, patre inferiorem. Sed cùm in domo sua vir ancillarum concubitu misceretur,coniugem
negligere cœpit : & cùm ab scorto reuerteretur, grauissimis eam plagis sæpius adficiebat. Sed &
pro multis sceleribus debita nonnulla contraxerat,in quibus ornamenta & aurum vxoris sæpissimè
euertebat. Denique inter has angustias mulier conlocata, cùm honorem omnem quem in domo
viri habuerat, perdidisset,& ille abisset ad regem, hæc à Viro (sic enim erat nomen hominis) mariti
sui nepote concupiscitur, scilicet vt quia ille perdiderat coniugem, huius matrimonio iungeretur.
Virus autem timens inimicitias auunculi, mulierem Desiderio duci transmisit, videlicet vt succe-
dente tempore copularetur ei : quæ omnem substantiam viri sui, tam in auro quàm argento, & ve-
stimentis,& quæ moueri poterat,cum seniore filio secum sustulit,relicto in domo alio iuniore. Re-
diens verò Eulalius ex itinere,comperit quæ acciderant.Sed cùm mitigato dolore paululum quie-
uisset,super Virum nepotem suum inruit,eúmque inter arcta vallium Aruernarum interemit. Au-
diés autem Desiderius,qui & ipse vxorem nuper perdiderat,quòd scilicet Virus interfectus fuisset, G
coniugio suo Tetradiam sociauit. Eulalius verò puellam de monasterio Lugdunensi diripuit, eám-
que accepit. Sed concubinæ eius instigante,vt quidam adserunt,inuidia,maleficiis sensum eius op-
pilauerunt.Post multum verò temporis,Eulalius Emerium huius puellæ consobrinum clam adpe-
tiit occiditque. Similiter Socratium fratrẽ soceræ suæ, quem pater ex concubina habuerat, interemit.Et alia multa mala fecit, quæ enarrare perlongum est.Ioannes filius eius, qui cum sua discesserat genitrice,à domo Desiderij dilapsus, Aruernum venit. Cúmque iam Innocentius Episcopatum Ruthenæ vrbis ambisset,mãdatum ei mittit Eulalius,vt res quæ ipsi in huius ciuitatis territorio debebantur,per huius auxilium recipere posset.Sed Innocentius ait,Si de filiis tuis vnum accipio,quẽ clericum factum in solatio meo retineam,faciam quæ precaris.At ille transmisit puerum Ioannem nomine,recepítque res suas. Susceptóque Innocentius episcopus puero, totondit comam capitis eius,deditque eum archidiacono ecclesiæ suæ:qui in tanta se abstinẽtia subdidit,vt pro tritico hordeum sumeret,pro vino aquam hauriret, & pro equo asino vteretur,vestimenta vilissima habens. Igitur coniunctis,vt diximus,sacerdotibus & viris magnificis in confinio supradictarum vrbium: H
Tetradia ab Agyno repræsentatur,atque Eulalius contra eam causaturus accessit.Cúmque res quas de eius, abiens ad Desiderium, domo abstulerat, inquireret, iudicatum est, Tetradia vt quadrupla satisfactione ablata restitueret, filiósque quos de Desiderio conceperat, incertos haberi: illud etiam ordinantes,vt si hæc quæ Eulalio est iussa dissolueret, accedendi in Aruernum licentia præberetur,rebúsque suis quæ ei ex paterna successione obuenerant absque calumnia frueretur : quod ita factum est.

CAP. IX. *Gunthramnus Britannos lacessit.*

CVM hæc agerentur, & Britanni circa vrbes, Namneticam vtique & Redonicam, valde sæuirent,Gunthchramnus rex exercitum contra eos commoueri iussit:in quorum capite Beppolenum & Ebracharium duces delegit. Sed Ebracharius suspectus, quòd si victoria cum Beppoleno patraretur,ipse ducatum eius adquireret,inimicitias cum eodem cõnectit, ac per viam totam se blasphemiis,conuiciis atque maledictionibus lacessunt. Verum per viam qua abierunt, incendia, homicidia,spolia,ac multa scelera egerunt.Interea venerunt ad Vicinoniam amnem : quem transmissi, ad
Vldam fluuium peruenerunt:ibíque dissipatis vicinitatis casis,pontes desuper statuunt,sicq; exer- I
citus omnis transiuit. Coniunctus enim fuerat eo tempore Beppoleno Presbyter quidam dicens, Si secutus me fueris, ego te vsque Vuarocum ducam, ac Britannos tibi in vnum collectos ostendam. Fredegundis enim cùm audiisset, quòd in hoc procinctu Beppolenus abiret, quia ei iam ex anteriore tempore inuisus erat, Baiocassinos Saxones, iuxta ritum Britannorum tonsos, atque cultu vestimenti compositos, in solatium Vuaroci abire præcepit. Aduenientе autem Beppoleno cum iis qui eum sequi voluerunt, certamen iniit, multósque per biduum de Britannis ac Saxonibus suprascriptis interemit. Recesserat enim ab eo Ebracharius cum maiori manu:nec ad eum accedere voluit, donec interemptum audiret. Die autem tertio cùm iam qui cum eo erant interficerentur, atque ipse sauciatus lancea repugnaret, inruentibus super eum Vuarocо cum supradictis, interfecerunt eum : incluserat enim eos inter angustias viarum atque paludes : in quibus magis luto nexi quàm gladio trucidati sunt. Ebracharius verò vsque Venetos vrbem accessit:miserat enim ad eum obuiam Episcopus Regalis clericos suos cum crucibus & psal- K
lentio,qui eos vsque ad vrbem deduxerunt.Ferebant etiam quidam eo tempore, quòd Vuaronus in insulas fugere cupiens cum nauibus oneratis auro argentóque & reliquis rebus eius,cùm alta maris cepisset,commoto vẽto, demersis nauibus,res quas imposuerat,perdidisset:tamen ad Ebracharium veniens, pacem petiit, obsidésque cum multis muneribus tradidit, promittens se nunquam contra vtilitatem Gunthchramni regis esse venturum.Quo recedente,& Regalis episcopus cũ clericis & pagensibus vrbis suæ, similia sacramenta dedit, dicens, Quia nihil nos dominis nostris regibus culpabiles sumus, nec vnquam contra vtilitatem eorum superbi extitimus : sed in captiuitate Britannorum positi,graui iugo subditi sumus. Pace igitur celebrata inter Vuarocum atque Ebrachariũ,dixit Vuarocus:Discedite nunc & renunciate,quia omnia quæ iusserit rex,spõte implere curabo:quod vt plenius credere debeatis,nepotẽ meũ obsidẽ tribuã:& ita fecit:cessatumq; est ab illo.

Verun-

A Veruntamen multitudo magna sicut de regali exercitu, ita & de Britannis cæsa est. Egrediente autem exercitu à Britanniis,ac transeuntibus amnem robustioribus, inferiores & pauperes qui cum his erant,simul transire non potuerunt. Cúmque in litus illud Vicinoniæ amnis restitisset, Vuarocus oblitus sacramenti atque obsidum quos dederat, misit Canaonem filium suum cum exercitu, adprehensísque viris quos in litore illo reperit, vinculis alligat, resistentes interficit, nonnullis qui cum caballis torrentem transmeare voluerunt, ab ipsius torrentis impetu in mare deiectis. Dimissi sunt postea multi à coniuge Vuaroci cum cereis & tabulis quasi liberi, & ad propria sunt regressi. Exercitus verò ipsius qui prius transierat,metuens per viam illam qua venerat regredi,ne forte mala quę fecerat pateretur,ad Andegauum vrbem dirigit,Meduanæ torrentis expetens pontem:sed parua quæ prius transiit manus ad ipsum quem præfati sumus pontem, spoliati, cæsi, & ad omne dedecus sunt redacti. Per Turonicum verò transeuntes,prædas agẽtes,multos expoliauerunt : inopinantes enim repererant incolas loci.Multi tamen de hoc exercitu ad Gunthchramnum regem accesserunt, dicentes, quia Ebracharius dux ac Vuiliacharius comes accepta pecunia ab Vuaroco, exerci-
B tum perire fecissent. Qua de causa Ebracharius præsentatus, multum cõuitiis actus à rege, à præsentia eius discedere iussus est, Vuiliachario comite per fugas latitante.

ANNO igitur XV. Childeberti regis, qui est Gunthchramni nonus atque vicesimus, dum ipse CAP. X
Gunthchramnus rex per Vosacum siluam venationem exerceret,vestigia occisi bubali deprehẽdit. Cúmque custodem siluæ arctius distringeret, quis hæc in regali silua gerere præsumpsisset, Chundonem cubicularium regis prodidit : quo hæc loquente,iussit eum adprehẽdi,& Cabillonum compactum in vinculis duci : cúmque vterque in præsentia regis intenderent, & Chundo diceret, nunquam à se hæc præsumpta quæ obiiciebantur, rex campum diiudicat. Tunc cubicularius ille dato nepote pro se, qui hoc certamen adiret,in campo vterque steterunt : iactáque puer ille lancea super custodem siluæ,pedem eus transfigit: móxque resupinus ruit.Puer verò extracto cultro qui de cingulo dependebat, dum collum ruentis incidere tentat, cultro sauciati ventre transfoditur : cecidérúntque ambo,& mortui sunt. Quod videns Chundo,ad basilicam sancti Marcelli fugam iniit. Ad- *Duellum ob venationem.*
C clamante verò rege vt comprehenderetur,priusquam limen sanctum adtingeret,comprehensus est, vinctúsque ad stipitem, lapidibus est obrutus. Multum se ex hoc deinceps rex pœnitens, vt sic eum ira præcipitem reddidisset,vt pro paruulæ causæ noxa,fidelem sibíque virum necessarium,tam celeriter interemisset.

CHLOTHARIVS verò Chilperici quondam regis filius grauiter ægrotauit, & intantum despe- CAP. XI.
ratus est habitus,vt regi Gunthchramno obitus eius fuisset nunciatus : vnde factum est vt egrediens de Cabillono, quasi Parisios accedere cupiens, vsque ad terminos Senonicæ vrbis accederet. Sed *Chlotharius iunior ægrotat.*
cùm audisset conualuisse puerum,de itinere est regressus. Sed cùm eum Fredegundis mater eius desperatum vidisset,multum pecuniæ ad basilicam S. Martini vouit : & sic puer melius agere visus est. Sed & ad Vuarocum nuncios dirigit, vt qui adhuc in Britanniis de exercitu Gunthchramni regis retinebantur, pro huius vita absoluerentur : quod ita Vuarocus impleuit : vnde manifestatum est, huius mulieris conludio, & Beppolenum interfectum esse, & exercitum fuisse conlisum.

INGELTRVDIS verò religiosa, quæ vt in superioribus † libris exposuimus, in atrio sancti Mar- CAP. XII.
tini,puellarum monasterium collocauit,cùm ægrotare cœpisset, neptem suam abbatissam instituit: † *Cap.33. lib.*
D vnde reliqua congregatio maximè murmurauit: sed nobis increpantibus cessauit à iurgio. Hæc ve- *9.*
rò cum filia discordiam tenens, pro eo quòd res suas ei abstulerat, obsecrauit vt neque in monasterio quod instituit, neque super sepulchrum eius permitteretur orare. Quæ octogesimo, vt opinor, *Ingeltrudis obiit.*
anno vitæ obiit,sepultáque est vij. Idus mensis primi. Sed veniens filia eius Berthegundis Turonos, cùm non fuisset excepta, ad Childebertum regem abiit, postulans vt ei liceret in locum matris suæ monasterium regere. Rex verò oblitus iudicij quod matri eius fecerat, huic aliam præceptionem manus suæ roboratam subscriptione largitus est,hæc continentem,vt res omnes quas mater vel pater eius habuerant,suo dominio subiugaret,& quicquid monasterio Ingeltrudis reliquerat,auferretur. Cum quo præcepto veniens,ita cunctam supellectilem monasterij abstulit, vt nihil intra præter *Berthegundis malitia.*
vacuos relinqueret parietes, colligens secum diuersorum criminum reos,atque in seditionibus preparatos: qui si quid erat de villis reliquis quod deuotio dederat,fructum auferrent.Tantáq; ibi malа gessit quæ vix ex ordine possent narrari. Hæc verò acceptis his rebus quas diximus,in Pictauum re-
E diit,multa in abbatissam crimina vomens falsa,quæ parens eius proxima habebatur.

HIS autem diebus extitit quidam de presbyteris nostris,Saducææ malignitatis infectus veneno, CAP. XIII.
dicens non esse futuram resurrectionem. Cúmque nos eam sacris literis prædictam, & apostolicæ traditionis auctoritate monstratam adfirmaremus, respondit, Manifestum est hoc celebre ferri, sed *Resurrectionis demonstratio.*
certi non sumus,vtrum sit,an non, præsertim cum dominus iratus primo homini quem manu sacra plasmauerat, dixerit,In sudore vultus tui vescеris pane tuo,donec reuertaris in terram de qua sumptus es : quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quid ad hæc respondebitis, qui resurrectionem futuram prædicatis? cum in puluerem redactum hominem resurgere vlterius diuinitas non promittat? Cui ego,Quid de hac causa vel ipsius domini & redemptoris nostri,vel patrum prædecessorum verba loquantur,nullum catholicorum nescire reor. Nam in Genesi cum patres obirent,aiebat dominus: Tu autem congregaberis ad populum tuum,sepultus in senectute bona. Et ad Cain dicitur,

Quia vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vnde liquidò adparet, viuere animas poſt re- F
greſſum corporis, atque reſurrectionem futurã in tantis vultibus præſtolari. Sed & de Iob ſcriptum
eſt, quia reſurrecturus eſt in reſurrectione mortuorum. Et propheta Dauid, licet ex perſona domi-
ni, tamen reſurrectionem præuidens ait, Nunquid qui dormit non adiiciat vt reſurgat? hoc eſt, qui
mortis ſomno obprimitur, non eſt venturus ad reſurrectionem? Et Eſaias, quòd de ſepulchris re-
ſurrecturi ſunt mortui, docet. Sed & Ezechiel propheta cum oſſa arida obtecta cute, neruis ſolida-
ta, venis infecta, flante ſpiritu animata, reformatum hominem enarraret, manifeſtiſſimè reſurrectio-
nem futuram edocuit. Sed & illud manifeſtum fuit reſurrectionis indicium, quòd Heliſei oſſa tan-
gens extinctum cadauer, virtutis effectu reuixerit: quod ipſius domini qui eſt primogenitus mor-
tuorum, reſurrectio manifeſtauit: qui morti mortem intulit, & de ſepulchro vitam mortuis refor-
mauit. Ad hæc presbyter, Quòd dominus in aſſumpto homine mortuus fuerit ac reſurrexerit, non
ambigo: illud tamen, quòd reliqui reſurgant mortui, non admitto. Et ego, Et quæ fuit neceſſitas fi-
lio dei de cœlo deſcendere, carnem adſumere, mortem adire, inferna penetrare, niſi vt hominem
Chriſti aduẽ-tus ob reſur-rectionem. quem plaſmauerat, non permitteret, in morte perpetua derelinqui? Sed & iuſtorum animæ quæ vſ- G
que paſſionem eius infernali ergaſtulo tenebantur incluſæ, eo veniente laxatæ ſunt. Nam deſcen-
dens ad inferos, dum tenebras noua luce perfudit, animas eorum ſecum, ne hoc exitu amplius cru-
ciarentur, eduxit, iuxta illud, Et in ſepulchro eius reſurgent mortui. Et presbyter ait, Nunquid poſ-
ſunt oſſa in fauillam redacta, iterum animari, & hominem viuentem proferre? Et ego reſpondi, Nos
credimus quia quamlibet in puluerem redigatur homo, & aquis, ac terræ venti violenti impetu di-
ſpergatur, non ſit difficile deo hæc ad vitam reſuſcitari. Presbyter reſpondit: Hîc maximè vos erra-
re puto, vt adſerere verbis lenibus tẽtetis acerrimam ſeductionem, vt dicatis à beſtiis raptum, aquis
immerſum, piſcium faucibus deuoratum, in ſtercus redactum, & per ſecretum digeſtionis eiectum,
aut aquis labentibus deiectum, aut terra computreſcente abolitum, ad reſurrectionem vẽturum. Ad
hæc ego reſpondi, Obliuioni apud te traditum eſt, vt opinor, quid Ioannes euangeliſta ſuper pectus
dominicum recumbens, ac diuini myſterij arcana rimans, in Apocalypſi dicat: Tunc, inquit, reddet
mare mortuos ſuos. Vnde manifeſtum eſt, quia quicquid humani corporis piſcis abſorbuit, ales ra-
puit, beſtia deglutiuit, à domino coniunctum in reſurrectionem reparandum erit: quia non erit ei H
difficile perdita reparare, qui ex nihilo non nata creauit: ſed ita hæc in integritatẽ ſolida ſicut prius
fuerant reparabit, vt corpus quod fuit in mundo, aut pœnã iuxta meritũ ferat, aut gloriam. Sic enim
ipſe dominus in euangelio ait, Quia filius hominis veniet in gloria patris ſui cum angelis ſuis vt red-
dat vnicuiq; ſecundũ opera ſua. Sed & de Martha cum de reſurrectione præſenti fratris Lazari du-
bitaret, ait, Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſima die. Cui dominus ait, Ego ſum reſur-
rectio, via, veritas, & vita. Ad hæc presbyter, Quomodo autẽ in pſalmo dicitur, Quia non reſurgunt
impij in iudicio? Et ego reſpondi, Non reſurgunt vt iudicent, ſed reſurgunt vt iudicentur. Nec enim
ſedere cum impiis iudex poteſt, cauſas ſuorum redditurus actuum. Et ille, Dominus, inquit, in euan-
gelio dixit, Qui non crediderit, iam iudicatus eſt: vtiq; quia peribit reſurrectioni. Et ego reſpondi,
Iudicatus eſt enim vt ad ſupplicium æternum perueniat, quia non credidit vnigenitum filiũ dei: ta-
men reſurrecturus in corpore, vt ipſum ſupplicium in quo peccauit corpore patiatur. Nec enim po-
teſt iudicium fieri, niſi prius reſurgant mortui: quia ſicut illos qui defuncti ſunt ſancti, cælum vt cre-
dimus retinet, de quorum ſepulchris ſæpius virtus illa procedit, vt de his cæci illuminentur, claudi I
greſſum recipiant, leproſi mundentur, & alia ſanitatum beneficia infirmis petentibus tribuantur: ita
credimus & peccatores in illo infernali carcere vſq; ad iudicium retineri. Et presbyter ait, In pſalmo
autem legimus, Spiritus pertranſiit ab homine, & non erit, & non cognoſcet amplius locum ſuum.
Ego dixi, Hoc eſt quod ipſe dominus per parabolam ad diuitem qui flammis tartareis cruciabatur,
dicebat, Recepiſti tu bona in vita tua, ſimiliter & Lazarus mala. Non autem cognouit diues ille pur-
puras ſuas & byſſum, nec delicias cõuiuij, quas ei vel aer, vel terra, vel mare protulerat: ſicut nec La-
zarus vulnera, aut putredines quas iacens ante eius ianuas perferebat: vel cum hic in ſinu Abrahæ
requieſceret, ille autẽ cruciaretur in flammis. Presbyter dixit, In alio pſalmo legimus, Quia exiit ſpi-
ritus eorum & reuertetur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Ad hæc
ego, Bene ais, quia cum egreſſus fuerit ab homine ſpiritus, & iacuerit corpus mortuum, non cogi-
tat de his quæ in mundo reliquit, acſi verbi cauſa dicas, Non cogitat ædificare, plantare, agrum ex-
colere: non cogitat congregare aurum, argentum vel reliquas diuitias mundi. Periit enim hæc co- K
gitatio à corpore mortuo, quia non eſt ſpiritus in eo. Sed quid tu de reſurrectione dubitas, quã Pau-
lus Apoſtolus in quo ipſe, vt ait, Chriſtus loquebatur, euidenter exprimit dicens, Conſepulti enim
ſumus Chriſto per baptiſmum in mortem: vt ſicut ille mortuus eſt, & reſurrexit, ita & nos in nouita-
te vitæ ambulemus. Et iterum, Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Canet
enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Et iterum, Stella autem differt à
ſtella in claritate: ſicut & reſurrectio mortuorum. Item illic, Seminatur in corruptione, ſurget in in-
corruptione, & reliqua. Item illic. Omnes nos repræſentari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat
vnuſquiſq; propria corporis ſui, prout geſſit ſiue bonum ſine malum. Ad Theſſalonicenſes autẽ, evi-
dentiſſimè futuram reſurrectionem deſignat, dicẽs, Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non cõ-
triſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt & reſur-
rexit,

A rexit, ita deus eos qui dormierũt per Ieſum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo do-
mini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu domini nõ præueniemus eos qui dormie-
runt. Quoniam ipſe dominus in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba dei deſcẽdet de cœlo, & mor-
tui qui in Chriſto ſunt, reſurgẽt primi: deinde nos qui viuimus qui relinquimur, ſimul rapiemur cum
illis in nubibus obuiam domino in aëra, & ſic ſemper cum domino erimus. Itaque conſolamini in-
uicem in verbis iſtis. Plurima ſunt enim de his teſtimonia quæ hanc cauſam confirmãt. Sed tu igno- *Reſurrectionẽ boni expectãt pro merito: malimetuunt pro iudicio.*
ro quid ambigas de reſurrectione, quam ſancti expectãt pro merito, quam peccatores metuunt pro
reatu. Hanc enim reſurrectionem & illa quę cernimus elementa demonſtrant, id eſt dum arbores in
æſtate foliis tectæ, hieme veniẽte nudantur: ſuccedẽte verò verno tẽpore quaſi reſurgẽtes, in illud
quod prius fuerãt, foliorũ tegmine veſtiuntur. Hæc oſtẽdunt & illa quæ iaciuntur ſemina terris, quæ
cõmendata ſulcis, ſi fuerint mortua, cũ multiplici fructu reſurgunt, ſicut ait Paulus apoſtolus, Stulte
tu, quod ſeminas nõ viuificatur, niſi prius moriatur. Quæ omnia ad fidẽ reſurrectionis, mũdo mani-
feſtata ſunt: ſi enim reſurrectio futura nõ eſt, quid proderit iuſtis benè agere, quid nocebit peccato-
B ribus malè? decidant ergo cuncti in voluptatibus ſuis, & faciat vnuſquiſq; quæ placuerit, ſi iudicium
futurũ non erit. Vel illud improbè nõ formidas, quod ipſe dominus beatis Apoſtolis ait: Cum vene-
rit, inquit, filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, cõgregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit
eos ab inuicẽ, ſicut paſtor ſegregat agnos ab hœdis: & ſtatuet oues quidẽ ad dexterã, hœdos autẽ ad
ſiniſtrã. Et his dicet, Venite benedicti, percipite regnũ: illis autem, Diſcedite à me operarij iniquita-
tis. Atq; vt ipſa ſcriptura docet, ibunt hi in ſuppliciũ æternũ, iuſti autẽ in vitã æternã. Putáſne erit re-
ſurrectio mortuorũ, aut iudicium operum, quando iſta faciet dominus? Reſpõdeat ergo tibi Paulus
Apoſtolus, ſicut aliis incredulis, dicẽs, Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis
& fides veſtra. Ad hęc contriſtatus presbyter, à conſpectu noſtro diſcedens, pollicitus eſt credere in
reſurrectionem, iuxta ſeriem ſcripturarum ſanctarum quam ſupra memorauimus.

ERAT autem tunc temporis Theodulfus diaconus vrbis Pariſiacæ, qui ſibi videbatur in aliquo CAP. XXIII.
ſciolus, qui ſæpius de hac cauſa altercationes mouebat. Hic autẽ de Pariſiis vrbe abſcedens, Ande-
C gauos venit, & ſe Audoueo Epiſcopo ſubdidit, propter antiquam amicitiã, quam ſimul Pariſiis cõ-
morantes habuerant: vnde & à Ragnemodo Pariſiacæ vrbis Epiſcopo, ſæpius excõmunicatus eſt,
quòd ad Eccleſiam ſuam in qua diaconus ordinatus fuerat, redire differret. Hic in tanta familiarita-
te cum præfato Andegauæ vrbis Epiſcopo adhæſerat, vt non ſe poſſet ab eius importunitate diſcu-
tere, pro eo quòd bonis moribus & adfectu pio erat. Factũ eſt autem vt ædificaret ſuper muros vrbis
ſolarium, de quo cœnæ epulo perfuncto deſcendẽs, manum ſuper diaconũ ſuſtentabat, qui in tan-
tum erat crapulatus à vino, vt vix vel figere greſſum valeret, pueróq; qui præibat cum lumine neſcio
quid cõmotus, pugno ceruicẽ ferit. Quo impulſo hic cum ſe continere non potuiſſet, cum ipſo im- *Ebrius lapſu occidit.*
petu de muro præcipitatur, ſudarium Epiſcopi quod baltheo dependebat, arripiens: cum quo penè
dilapſus fuerat, niſi pedes Epiſcopi abbas velociter amplexus eſſet. Qui ruens ſuper lapidem, con-
fractis oſſibus & crate pectoris, ſanguinem cum felle diſrupto euomens, ſpiritum exhalauit. Erat
enim & vino deditus, & in adulterio diſſolutus.

CVM autem ſcandalum quod ſerente diabolo in monaſterio Pictauenſi ortum, in ampliorem CAP. XV.
quotidiè iniquitatẽ conſurgeret, & Chrodieldis adgregatis ſibi, vt ſupra diximus, homicidis, malefi- *Lib. 9. cap. 39 & ſequent.*
D cis, adulteris, fugitiuis, & reliquorum criminum reis, in ſeditione parata reſideret, iuſſit eis vt inruen-
tes nocte in monaſterium, abbatiſſam foras extraherent. At illa tumultum ſentiens venientium ad
ſanctæ crucis arcam ſe deportari popoſcit: grauabatur enim dolore humoris podagrici, ſcilicet vt
vel eius foueretur auxilio. Sed vbi ingreſſi viri cereo accenſo cum armis, huc illũcq; vagarentur, per
monaſterium inquirentes eam, introeuntes in oratorium, repererunt iacentẽ ſuper humum ante ar- *Monialium aduerſus ab-batiſſam con-ſpiratio.*
cam ſanctæ crucis. Tunc vnus acerbior cæteris, qui ad hoc ſcelus patrandum adgreſſus fuerat, vt
abbatiſſam gladio diuideret, ab alio vt credo, diuina prouidentia cooperante cultro percutitur. Pro-
fluente verò ſanguine ſolo decubans, votũ quod leui cõceperat animo, non expleuit. Interea Iuſti-
na præpoſita cum aliis ſororibus, palla altaris, quod erat ante crucem dominicã, extincto cereo, ab-
batiſſam operit. Sed venientes cum euaginatis gladiis ac lanceis, ſciſſa veſte, & penè ſanctimonia-
lium manibus laniatis, adprehenſam præpoſitã pro abbatiſſa, quia tenebræ erant, excuſſis linteami-
E nibus, à capite ſoluta cæſarie detrahunt, & vſq; baſilicam S. Hilarij inter manus deferunt cuſtodiæ
mancipandã: adpropinquantéſq; baſilicæ, cœlo modicum albeſcente, vbi cognouerunt nõ eſſe ab-
batiſſam, mox ad monaſterium redire puellam præcipiunt: reuertentéſq; abbatiſſam adprehendũt,
extrahunt, & in cuſtodiam iuxta S. Hilarij baſilicã in loco vbi Baſina metatũ habebat, retrudunt, po-
ſitis ad oſtiũ cuſtodibus, ne quis vllum captiuæ præberet auxiliũ. Exinde nocte ſubobſcura adgreſſi
monaſterium, cum nullo fulgore accenſi luminis potirentur, extracta promptuario cuppa, quæ olim
pice linita ficta remanſerat, ignem iniiciunt, factáq; pharo magna, de huius incendio cunctã mona-
ſterij ſupellectilem rapuerunt, hoc tantum quod ferre non poterant, relinquentes. Hæc autem geſta
ſunt ante ſeptẽ dies paſchæ. Cũmque Epiſcopus hæc omnia grauiter ferret, nec valeret ſeditionem *Catechumeni etiam tũ au-thoris tempo-ribus, an. D. 600.*
diabolicam mitigare, miſit ad Chrodieldẽ, dicens, Relinque abbatiſſam vt in his diebus in hoc car-
cere nõ retineatur: alioquin nõ celebrabo paſcha domini, neq; baptiſmum in hac vrbe vllus catheche-
menus obtinebit, niſi abbatiſſa a vinculo quo tenetur, iubeatur abſolui. Quòd ſi nec ſic volueritis,

colleĉtis ciuibus auferã eam. Hæc eo dicẽte, ſtatim Chrodieldis percuſſores deputat, dicens, Si eam F
violenter quis auferre tentauerit, ſtatim eam gladio percutite. Adfuit autẽ diebus illis Flauianus nu-
per domeſticus ordinatus, cuius ope abbatiſſa S. Hilarij ingreſſa baſilicam abſoluitur. Inter hæc ad
ſepulchrum ſanctæ Radegundis homicidia perpetrãtur, & ante ipſam beatæ crucis arcam quidam
per ſeditionem truncati ſunt. Cúmq; hic furor ſuperueniente die per Chrodieldis ſuperbiam auge-
retur, & aſſiduæ cædes, & reliquæ plagę quas ſupra memorauimus, à ſeditionariis perpetrarentur, at-
que ita hæc iactantia tumuiſſet, vt conſobrinam ſuam Baſinam altiori cothurno deſpiceret, illa pœ-
nitentiam agere cœpit, dicens, Erraui ſequendo Chrodieldis iactantiã. Et ecce deſpectui habeor ab
eadem, & abbatiſſæ meæ contumax exiſto: & conuerſa, humiliauit ſe coram abbatiſſa, expetens pa-
cem eius: fuerúntq; pariter vno animo eadémq; voluntate: denique orto ſcandalo pueri qui cum
abbatiſſa erant, dum ſeditioni quam Chrodieldis ſchola commouit, reſiſterent, puerum Baſinæ per-
cutiunt: qui cecidit & mortuus eſt. At illi poſt abbatiſſam ad baſilicam confeſſoris confugiunt, &
ob hoc Baſina relicta abbatiſſa diſceſſit: ſed pueris iterum per fugam lapſis, in pace quam prius ha-
buerant redierunt. Poſtea verò multæ inter has ſcholas inimicitiæ ortæ ſunt. Quis vnquam tantas G
plagas tantáſq; ſtrages vel tanta mala verbis poterit explicare? vbi vix præteriit dies ſine homicidio,
hora ſine iurgio, vel momentum aliquod ſine fletu? Hæc autem Childebertus rex audiens, legatio-
nem ad Gunthchramnum regem direxit, vt ſcilicet Epiſcopi coniuncti de vtroq; regno, hæc quæ
gerebantur ſanctione canonica emendarent. Ob hanc cauſam Childebertus rex mediocritatis no-
ſtræ perſonam, cum Ebregiſilo Agrippinenſi & ipſo vrbis Pictauæ Maroueo Epiſcopo iuſſit adeſſe.
Gunthchramnus verò rex Gundegiſilum Burdegalẽſem cum prouincialibus ſuis, eo quod ipſe me-
tropolitanus huic vrbi eſſet: ſed nos reſultare cœpimus, dicentes quòd non accederemus ad hunc
locum, niſi ſæua ſeditio quæ per Chrodieldem ſurrexit, iudicis diſtrictione prematur. Pro hac cauſa
Macconi tunc temporis comiti prolata præceptio eſt, in qua iubebatur vt hanc ſeditionẽ, ſi reſiſte-
rent, vi obprimerent. Hæc audiens Chrodieldis, ſicarios iſtos cum armis ante oſtium oratorij adſta-
re iubet, vt ſcilicet repugnantes contra iudicem, ſi vim vellet inferre, pariter reſultarent: vnde neceſ-
ſarium fuit huic comiti illuc cum armis procedere, & quoſdã cæſos vectibus, nonnullos telis trãſfi-

Chrodieldis audacia.

xos, & acrius reſultantes gladiorum ictibus adfectos obprimere. Quod cum Chrodieldis cerneret, H
accepta cruce dominica, cuius prius virtutẽ deſpexerat, in obuiam egreditur, dicens, Nolite ſuper
me quæſo vim inferre quæ ſum regina, filia regis, regíſq; alterius conſobrina: nolite facere, nequan-
do veniat tempus vt vlciſcar ex vobis. Sed vulgus paruipendens quæ ab ea dicebantur, inruens, vt
diximus, ſupra hos reſultantes, vinctos monaſterio extraxerunt, ac ad ſtipites extenſos, grauiſſimè
cæſos, aliis cæſarie, aliis manibus, nonnullis auribus naribúſq; deciſis, ſeditio depreſſa quieuit. Tunc
reſidentibus ſacerdotibus qui aderant ſuper tribunal Eccleſiæ, adfuit Chrodieldis multa in abbatiſ-

Vir monialis habitu.

ſam iactans conuicia cum criminibus, adſerens eam virum habere in monaſterio, qui indutus veſti-
menta muliebria, pro fœmina haberetur, cum eſſet vir manifeſtiſſimè declaratus, atq; ipſi abbatiſſæ
famularetur aſſiduè: indicans eum digito, En ipſum. Qui cum in veſte, vt diximus, muliebri coram
omnibus adſtitiſſet, dixit ſe nullũ opus poſſe virile agere: ideóq; ſibi hoc indumentũ aptaſſe. Abba-
tiſſam verò non niſi tantum nomine noſſe, ſéq; eam nunquã vidiſſe, neq; cum eadem colloquiũ ha-
buiſſe profeſſus eſt, præſertim cum hic amplius quàm quadraginta ab vrbe Pictaua milibus degeret:
igitur abbatiſſam de iſto crimine non conuincens, adiecit, Quæ enim ſanctitas in hac abbatiſſa ver- I
ſatur, quæ viros eunuchos facit, & ſecum habitare imperiali ordine præcipit? Interrogata abbatiſſa

Calũniæ monialis in Abbatiſſam.

ſe de hac ratione nihil ſcire reſpondit: Interea cum hæc nomẽ pueri eunuchi protuliſſet, adfuit Reo-
ualis archiater, dicens, Puer iſte paruulus cum eſſet, & infirmaretur in femore, deſperatus cœpit ha-
beri: mater quoq; eius ſanctam Radegundem adiuit, vt ei aliquod ſtudium iuberet impendi. At ille,
me vocato, iuſſit vt ſi poſſim aliquid adiuuarẽ. Tunc ego, ſicut quondam apud vrbem Conſtantino-
politanam medicos agere conſpexerã, inciſis teſticulis puerum ſanũ genitrici mœſtæ reſtitui. nam
nihil de hac cauſa abbatiſſam ſcire cognoui. Sed cum nec de hac re abbatiſſa potuiſſet culpabilis re-
periri, alias cœpit Chrodieldis calumnias ſæuas inferre: quarum adſertiones reſponſionéſq; quia in
iudicio quod cõtra eaſdẽ ſcriptũ eſt, habentur inſertę, ipſius magis exemplaria lectioni libuit indere.

CAP. XVI.

Exẽplar iudicij chrodieldis & Baſinæ

DOMNIS glorioſiſſimis regibus, Epiſcopi qui adfuerunt. Propria diuinitate, piis atq; catholicis
populo datis principibus, quibus cõceſſa eſt regio, rectiſſimè ſuas cauſas patefacit religio, intelligẽs
ſacroſancto participãte ſpiritu, eorum qui dominantur ſe ſociari & conſtabiliri decreto. Et quia ex K
iuſſione poteſtatis veſtræ, cum ad Pictauam ciuitatẽ pro conditionibus monaſterij ſanctæ recorda-
tionis Radegũdis cõuenimus, vt altercationes inter abbatiſſam eiuſdẽ monaſterij, & monachas quæ
de ipſo grege non ſalubri deliberatione progreſſæ ſunt, ipſis diſceptantibus agnoſcere deberemus:
euocatis patribus, interrogata Chrodieldis & Baſina, quare tam audacter contra ſuam regulam fo-
ribus monaſterij confractis, diſceſſerant, & hac occaſione congregatio adunata diſceſſit: quæ re-
ſpondentes profeſſæ ſunt, famis, nuditatis, inſuper & cædis ſe iam non ferre periculum: adiicientes
etiam, eo quòd diuerſi, earum in balneo lauarentur incongruè, ad tabulam ipſa luſerit, atq; ſeculares
cum abbatiſſa reficerent, etiam ſponſalia in monaſterio facta ſint: de palla holoſerica, veſtimenta ne-
ptis ſuæ temerariè fecerit: foliola aurea quæ fuerant in gyro pallæ, inconſultè ſuſtulerit, & ad collũ
neptis ſuæ facinoroſè ſuſpenderit: vittam de auro exornatam, eidem nepti ſuæ ſuperfluè fecerit:
barbatorias

A barbatorias intus eo, quòd celebrauerit. Interrogantes abbatiſſam, quid ad hæc reſponderet: dixit,
De fame quòd conqueruntur, ſecundum quod temporis penuria permitteret, nunquã ipſæ nimiam
egeſtatem pertulerunt: de veſtimento verò dixit, Si quis earum arcellulas ſcrutaretur, amplius eas
habere quàm neceſſitas indigeret: de balneo verò, quòd opponeretur, retulit hoc factum diebus
quadrageſimæ, & pro calcis amaritudine, ne lauantibus noceret nouitas ipſius fabricæ, iuſſiſſe dom-
nam Radegundem, vt ſeruientes monaſterij, publicè hoc viſitarent, donec omnis odor nocendi di-
ſcederet: quod per quadrageſimam vſq; ad pentecoſtẽ in vſu famulis fuerit. Ad hæc Chrodieldis re-
ſpondit, Et poſtea ſimiliter multi per tempora lauerunt. Retulit abbatiſſa, Se nec probare quod di-
cerent, & ſe neſcire an factum ſit. Sed adhuc inculpans eaſdem, quòd ſi ipſæ vidiſſent, cur abbatiſſæ
non proderent? De tabula verò reſpondit, Et ſi luſiſſet viuente domna Radegunde, ſe minus culpa
reſpiceret, tamen nec in regula per ſcripturam prohiberi, nec in canonibus retulit: ſed ad iuſſionem
Epiſcoporũ, repromiſit ceruice ſe inflexa per pœnitentiã quicquid iuberetur, implere. De conuiuiis
etiã ait, ſe nullam nouam feciſſe cõſuetudinem, niſi ſicut actum eſt ſub domna Radegunde: ſe Chri-
B ſtianis fidelibus eulogias obtuliſſe, nec ſibi comprobari cum illis vllatenus conuiuaſſe. De ſponſali-
bus quoq; ait, Coram pontifice, clero, vel ſenioribus pro nepte ſua Orphanula arras accepiſſe: & ta-

Mafors palliolum eſt quod colla humeroſq; duntaxat contegit. Caſsianus l. Inſt. cap. 7.

men ſi hæc culpa ſit, veniam ſe coram cunctis petere profeſſa eſt: tamen nec tunc conuiuium in mo-
naſterio fecerit. De palla quod reputarent, protulit monacham nobilem quæ ei mafortem holoſe-
ricum, quem de parentibus detulit, muneris cauſa cõceſſerit, & inde partem abſcidiſſet, vnde quod
vellet & faceret: de reliquo verò quantum opportunum fuit, ad ornatum altaris pallam condignè
condiderit: & de illa inſciſſura quæ pallæ ſuperfuit, purpuram nepti ſuæ in tunica poſuerit, quam ibi
dediſſe dixit, quo monaſterio profuit, quę per omnia donatrix Didimia confirmauit. De foliolis au-
reis & vitta auro exornata Macconem famulum veſtrum præſentem teſtẽ adhibuit, eo quod per ma-
num eius ab ſpõſo puellæ prædictæ neptis ſuæ viginti ſolidos accepit, vnde hoc publicè fecerit, nec
de re monaſterij quicquam ibi permixtum ſit. Interrogata Chrodieldis cum Baſina, ſi forſitan ali-
quid abbatiſſæ, quod abſit, adulterij reputarent, ſiue quid homicidij, vel maleficij fecerit, aut crimen
capitale quo percuteretur, edicerent: reſpondentes protulerunt, Non habere ſe aliquid niſi per hæc
C quæ dixerant, eam iſta feciſſe contra regulam proclamarent. Ad extremum, pro peccatis quia clau-
ſtra diſrupta ſunt, & miſeris licuit ſine diſciplina abbatiſſæ ſuæ quod vellent committere per tot mẽ-
ſium ſpacia quas credebamus innocentes monachas, nobis protulerunt prægnãtes. Quibus per or-
dinem diſcuſſis, nec inuento crimine quod abbatiſſam deiiceret, de leuioribus cauſis paterna com-
monitione conteſtati ſumus, vt hæc nullatenus deinceps pro reprehenſione repeteret. Tunc nobis
percunctantibus cauſam aduerſæ partis, quæ maiora crimina cõmiſerunt, id eſt quæ prædicationem
ſui ſacerdotis intra monaſteriũ, ne foras procederent, deſpexerunt, pontifice conculcato, & in ſum-
mo contemptu in monaſterio relicto, confractis ſeris & ianuis, inrito facto diſceſſerunt, & ad ſuum
peccatum aliæ tractæ tranſgreſſæ ſunt: inſuper & Gundegiſilus pontifex cum ſuis prouincialibus pro
ipſa cauſa commonitus, per præceptionem regum Pictauos acceſſiſſet, & ad audientiam eas ad mo-
naſterium conuocarent, deſpecta cõmonitione, ipſis occurrentibus ad beati Hilarij confeſſoris ba-
ſilicam, vbi ipſe commorabatur accedentes: vt condecet paſtorum ſollicitudinem, dum commone-
rentur, facta ſeditione, fuſtibus tam pontifices quàm miniſtros adfecerunt, & intra baſilicam fude-

Supra cap. 34. lib. 9.

D runt ſanguinem Leuitarum. Dehinc ex iuſsione domnorum principum, cùm vir venerabilis Theu-
tharius presbyter in cauſa directus fuerit, & ſtatutum fuiſſet, quando iudicium fieret, non expecta-
to tempore, monaſterium ſeditioſiſsimè accenſis in corte cuppis, vectibus ac ſecuribus confractis
poſticis, igne accẽſo intra ſepta cæſis & vulneratis monachabus, in ipſis oratoriis ſpoliato monaſte-
rio, denudata & diſciſſa capillis abbatiſſa, grauiter ad ridiculum ducta & tracta per compita, & in lo-
cum retruſa, & ſi non ligata, nec libera: ſuperueniente diei paſchæ feſto per ſeculum, offerente pon-
tifice pro condemnata precium, vt ſpectaret vel baptiſmum, nec vlla ſauſione hoc impetraſſet vox
ſupplicum, atq; reſpõdente Chrodielde, eo quòd tale facinus nec ſciſſent, nec iuſſerint, adhuc Chro-
dielde adſerente ad interſignium ſuum, ne à ſuis interficeretur, obtentum ſit: vnde certum eſt tracta-
ri quid ex hoc datur intelligi, quod additur crudelitati, ad ſepulchrum beatæ Radegũdis fugientem
ſeruum monaſterij ſui occiderent, & ſcelere creſcente nihil petendo ſanauerint, ſed per ſe poſt intrã-
tes monaſterium ceperint, & ad domnorum iuſsionem, vt ſeditioſos illos in publico repræſentarẽt,
E nolentes adquieſcere, & contra regum præcepta magis arma tenerent, & ſe ſagittis vel lanceis cõ-
tra comitem & plebem indignanter erigerent: hinc denuò egreſſæ ad audientiam publicam, extra-
hunt crucem ſanctam ſacratiſsimámque occultè, & ad iniuriam, indecenter, ad culpam, quæ poſtea
reſtituere coactæ ſunt in Eccleſia. Quibus tot capitalibus agnitis facinoribus, nec refrænatis, ſed iu-
giter magis auctis criminibus, nobis eiſdem dicentibus, vt abbatiſſæ pro culpa veniam peterent, aut
quod malè directum fuerat emendarent: & nolentes hoc facere, ſed magis de eius interfectione

Moniales factioſæ cõmunione ſubmouentur.

tractarent, quod publicè ſunt profeſſæ, reſeratis à nobis & recenſitis canonibus, viſum eſt æquiſsi-
mum, eas vſquequò dignam agerent pœnitentiam à communione priuari, & abbatiſſam ſuo loco
permanſuram reſtitui. Hæc nos pro veſtra iuſsione, quod ad Eccleſiaſticum pertinuit ordinem, cir-
cunſcriptis canonibus, abſque perſonarũ aliqua acceptione ſuggerimus peregiſſe. De cætero quod
de rebus monaſterij vel inſtrumentis cartharum domnorum regum parentum veſtrorum de loco

subreptum est, quæ se habere professæ sunt, sed nobis inobediẽtes nullatenus erunt voluntariè reddituræ, qualiter vestra vel anteriorum principum merces ęterna permaneat, ad loci instaurationem, vestræ pietatis atque potestatis est, auctoritate regia cogere reformari, neque ipsas ad locum quem tam impiè ac profanissimè destruxerunt, ne peiora proueniant, vel redire concedite: vel permittatis iterum aspirare, quatenus his in integrum, præstante domino, restitutis, sub catholicis regibus totum adquiratur deo, nihil perdat religio, vt status conseruatus tam patrum quàm canonum nobis proficiat ad cultum, vobis propagetur ad fructum. Christus vos dominus alat regátque, regnum tribuens prolixius, vitámque conferat beatam. F

CAP. XVII. *De excõmunicatione monialium.*

POST hæc cùm emisso iudicio à communione fuissent suspensæ, abbatissa etiam in monasterium restituta, hæ ad Childebertum regem petierunt, adiicientes malum supra malum, denominantes scilicet regi personas quasdam, quæ non solùm cum ipsa abbatissa adulteria exercerent, verumetiam ad inimicam eius Fredegundem quotidiè nuncia deportarent. Quod audiens rex, misit qui eos vinctos adducerent: sed cùm discussi nihil criminis inuentum in eis fuisset, abscedere iussi sunt.

CAP. XVIII *Fredegunda speculatorem mittit qui Childeb. perimat.*

ANTE hos verò dies cùm rex in oratorium domus Mariligensis ingrederetur, viderunt pueri G eius hominem ignotum eminus adstantem, dixerúntque ad eum, Qui es tu, & vnde venis, aut quod est opus tuum? non enim à nobis agnosceris. Illo quoque respondente, Quia de vobis sum, dicto citius eiectus extra oratorium, interrogatur. Nec mora, confitetur, dicens à Fredegunde regina se transmissum ad interficiendum regem: dixítque, Duodecim viri sumus ab ea transmissi, sex huc venimus, alij verò sex Suessionibus remanserunt ad decipiendum filium regis. Et ego cùm locum præstolans, vt regem Childebertum in oratorio percutere destinaram, timore perterritus, non deliberaui implere quod volui. Hæc cùm dixisset, confestim sæuis datus suppliciis, diuersos nominat socios: quibus per loca singula inquisitis, alios carceribus mancipant, alios manibus incisis relinquunt, nonnullos auribus naribúsque amputatis ad ridiculum laxauerunt. Plerique tamen ex vinctis, suppliciorum genera metuentes, propriis se confodêre mucronibus: nonnulli etiam inter supplicia defecerunt, vt regis vltio patraretur.

CAP. XIX. *Sunnigisilus torquetur.*

SVNNIGISILVS verò iterum tormentis addicitur, ac quotidiè virgis loríque cæditur: & com- H putrescentibus vulneribus cùm primùm decurrente pure cœpissent ipsa vulnera claudi, iterum renouabantur ad pœnam. In his tormentis, non solum de morte Chilperici regis, verumetiam diuersa scelera se admisisse confessus est: inter quas confessiones, addidit etiam Egidium Remensem Episcopum socium fuisse in illo Rauingi, Vrsionis, ac Berthefredi consilio ad interficiendum Childebertum regem. Nec mora, rapitur Episcopus, & ad Metensem vrbem, cùm esset valdè ab ægrotatione longinqua defessus, adducitur: ibíque sub custodia degens, rex Episcopos arcessiri ad eius examinationem præcepit, scilicet vt in initio mensis octaui apud Viridunensem vrbem adesse deberent. Tunc ab aliis sacerdotibus increpitus, cur hominem absque audientia ab vrbe rapi, & in custodiam retrudi præcepisset, permisit eum ad vrbem suam redire, dirigens epistolas, vt supra diximus, ad omnes regni sui pontifices, vt medio mense nono ad discutiendum in vrbe supradicta adesse deberent. Erant autem pluuiæ validæ, aquæ immensæ, rigor intolerabilis, dissolutæ luto viæ, amnes litora excedentes: sed præceptioni regiæ obsistere nequiuerunt. Denique conuenientes, pertracti sunt vsque Metensem vrbem: ibíque & præfatus Egidius adfuit. Tunc rex inimicum eum sibi regionisque proditorem esse pronuncians, Ennodium ex duce ad negocium delegit prosequẽ- I

Egidij Episcopi accusationes.

dum: cuius propositio prima hæc fuit, Dic mihi, ô Episcope, quid tibi visum fuit, vt relicto rege, in cuius vrbe Episcopatus honore fruebaris, Chilperici regis amicitiis subdereris, qui semper inimicus domino nostro regi fuisse probatur? qui patrem eius interfecit, matrem exilio condemnauit, regnúmque peruasit, & in iis vrbibus quas, vt diximus, iniquo peruasionis ordine, suo dominio subiugauit? Tu ab eodem possessionum fiscalium prædia meruisti. Ad hæc ille respondit, Quod fuerim amicus regis Chilperici, negare non potero: non tamen contra vtilitatem regis Childeberti hæc amicitia pullulauit. Villas verò quas memoras, per istius regis chartas emerui. Tunc proferente eadem in publico, negat rex se largitum fuisse: requisitúsque Otho, qui tunc Referendarius fuerat, cuius ibi subscriptio meditata tenebatur, adfuit, negat se subscripsisse. Conficta enim erat manus eius in huius præceptionis scripto. In hac igitur causa primum Episcopus fallax repertus est. Post hæc epistolæ prolatæ sunt, in quibus multa de improperiis Brunichildis tenebantur, quæ ad Chilpericum scriptæ fuerant: similiter & Chilperici ad Episcopum delatæ, in quibus inter re- K liqua habebatur insertum, Quia si radix cuiuslibet rei incisa non fuerit, culmus qui terris est editus, non arescet: vnde prorsus manifestum est, ideo hæc scripta, vt superata Brunichilde filius eius obprimeretur. Negauit se Episcopus has epistolas vel misisse suo nomine, vel suscepisse à rescripto Chilperici. Sed puer eius familiaris adfuit, qui hæc notarum titulis per tomos chartharum comprehensa tenebat, vnde non dubium fuit residentibus, hæc ab eodem directa. Deindè prolatæ sunt pactiones quasi ex nomine Childeberti ac Chilperici regis, in quibus tenebatur insertum, vt erecto Gunthchramno rege, hi duo reges inter se eius regnum vrbésque diuiderent: sed negauit hæc rex cum suo factum consilio, dicens, Quid tu commisisti patruos meos, vt inter illos bellum ciuile consurgeret? Vnde factum est vt commotus exercitus Biturigas vrbem, pagúmque Stampensem, vel Milliodunense castrum adtererent atque depopularentur:

A rentur: in quo bello multi interemrpti sunt, quorum, vt puto, animæ erunt dei iudicio de tuis manibus requirẽdæ. Hæc episcopus negare non potuit. scripta enim ista in regesto Chilperici regis in vno scriniorũ pariter sunt reperta: ac tunc ad eũ peruenerũt, quando interẽpto Chilperico, thesauri eius de Calensi Parisiacæ vrbis villa ablati ad eundem delati sunt. Cúmq; de huiuscemodi causis altercatio diutius traheretur, adfuit & abbas Epiphanius basilicæ sancti Remigij, dicens, quòd duo milia aureorũ, speciésque multas pro conseruanda regis Chilperici amicitia accepisset. Adstiterũtq; etiã & legati qui cum eodem ad memoratum regem fuerant, dicentes, Quia nobis relictis diutius cum eodem solus cõlocutus est: de quibus verbis nihil intelleximus, nisi supradicti excidij prosecutionem imposterum cognoscentes. Hæc eo negante, abbas qui fuerat semper in iis consiliorum arcanis particeps, locum hominémq; denominat, vbi & qui aureos quos diximus detulisset, & qualiter de excidio regionis ac regis Gunthchramni conuentum fuerat, vt gestum est ex ordine denarrauit. Quæ & ille conuictus deinceps est confessus. Hæc audientes episcopi qui euocati fuerãt, & in tantis malis sacerdotem domini contuentes fuisse satellitem, suspicantes, de iis triduani temporis spa- B cium deprecantur tractandi, scilicet vt forsitan resipiscens Egidius vllum modum reperire posset, per quẽ se ab iis noxis quæ ei obiiciebantur, excusare valeret: sed inlucescente die tertia, conuenientes in ecclesiam interrogant episcopũ, si aliquid excusationis haberet, ediceret. At ille confusus, ait, Ad sententiã dandam super culpabilem ne moremini. nam ego noui me ob crimẽ maiestatis reum esse mortis, qui semper contra vtilitatem huius regis matrisque eius abij: ac per meum consilium multa fuisse gesta certamina noui, quibus nonnulla Galliarum loca depopulata sunt. Hæc episcopi audientes, ac lamentantes fratris obproprium, obtenta vita, ipsum ab ordine sacerdotali, lectis canonum sanctionibus, remouerunt: qui statim ad Argentoratensem vrbem, quam nunc Stratburgum vocant, deductus, exilio condemnatus est: in cuius locum Romulfus filius Lupi ducis, iam presbyterij honore præditus, episcopus subrogatus est, Epiphanio abbatis officio qui basilicæ sancti Remigij præerat, remoto. multa enim auri argentique in huius episcopi regesto pondera sunt reperta. Quæ autem de illa iniquitatis milia erant, regalibus thesauris sunt inlata: quæ autem de tri- C butis aut reliqua ratione ecclesiæ inuenta sunt, inibi relicta.

Expulsio Egidij Rhemensis Episcopi.

IN hac synodo Basina Chilperici regis filia quam supra cum Chrodielde à communione remotã diximus, coram episcopis solo prostrata, veniam petiit, promittens se cum charitate abbatissæ monasterium ingredi, ac de regula nihil transcendere. Chrodieldis autem obtestata est, quòd Leobouera abbatissa in hoc monasterio commorante, ibidem nunquam ingrederetur. Sed vtrisque rex veniam impertiri deprecatus est: & sic in communionem receptæ, Pictauos regredi iussæ sunt: scilicet vt Basina in monasterium, vt præfati sumus, regrederetur: Chrodieldis verò in villa, quæ quondam Vuaddonis superius memorati fuerat, sibi à rege concessa resideret.

CAP. XX. *Moniales scismatica recõciliantur.*

FILII autem Vuaddonis ipsius per Pictauum vagantes, diuersa committebant scelera, homici- CAP. XXI. dia, furtáque nonnulla. nam inruentes ante hoc tempus super negotiatores, sub noctis obscuritate eos gladio trucidant, abstulerúntque res eorum: sed & alium tribunitiæ potestatis virum circuuentum dolis, interfecerunt, diripientes res eius. Quod cum Macco comes reprimere niteretur, ij præsentiam expetunt regis. Eunte autem comite, vt debitum fisco seruitium solitè deberet inferre, adfuerunt & ij coram rege, offerentes baltheum magnum ex auro lapidibúsque precioſum, gla- D diúmque mirabilem, cuius capulum ex gemmis Hispanicis auróque dispositum erat. Cúmque rex hæc scelera quæ audierat, ab iis cognouisset manifestissimè perpetrata, vinciri eos catenis præcepit, ac tormentis subdi. Qui dum torquerentur, thesauros patris absconditos, quos de rebus Gundobaldi superius memorati pater diripuerat, reuelare cœperunt. Nec mora, directi viri ad inquirẽdum immensam multitudinem auri argentique ac diuersarum specierum, & auro gemmisque exornatarum repererunt, quod thesauris regalibus intulerunt. Post hæc seniore capite plexo, iuniorem exilio damnauerunt.

Vuaddonis filiorum præ-dauum damnatio.

CHVLDERICVS verò Saxo post diuersa scelera, homicidia, seditiones, multáque alia improba CAP. XXII. quæ gessit, ad Auscienſem vrbem, in qua possessio vxoris erat, abiit. Cúmque rex auditis eius improbitatibus iussisset eum interfici, quadam nocte ita crapulatus est vino, vt ab eo suffocatus, mortuus in strato suo reperiretur. Adscribebat enim ad illud superius scelus nominatum, quo sacerdotes E domini in basilica sancti Hilarij per Chrodieldem cæsi sunt, hunc fuisse signiferum: vltúsq; est deus, si ita est, iniuriam seruorum suorum.

Childericus vino suffocatur.

IN hoc autem anno tantus terris nocturno tempore splendor inluxit, vt mediam putares diem: CAP. XXIII sed & globi similiter ignei per noctis tempora sæpius per cælum cucurrisse, mundúmque inluminasse visi sunt. Dubietas paschæ fuit ob hoc, quòd in cyclo Victor, luna xv. pascha scripsit fieri. Sed ne Christiani vt Iudæi sub hac luna hæc solennia celebrarent, addidit, Latini autem luna xxij. Ob hoc multi in Galliis xv. luna celebrauerunt. Nos autem xxij. Inquisiuimus tamẽ studiosè: sed fontes Hispaniæ qui diuinitus implentur, in nostrum pascha repleti sunt. Terræmotus factus est magnus, xviij. Cal. mensis quinti, die quarto, primo mane, cùm lux redire cœpisset. Sol eclipsim pertulit mẽse octauo mediante: & ita lumen eius minuit, vt vix quantum quintæ lunæ cornua retinent, ad lucendum haberet. Pluuiæ validæ, tonitrua in autumno grauia, aquæ autem nimium inualuerunt. Viuarienſem Auennicámque vrbem grauiter lues inguinaria deuastauit.

Signa in cælo.

Paschatis dubia celebratio.

CAP. XXIIII

Antiochiæ euersio.

ANNO igitur decimosexto Childeberti, Gunthchrãni autem xxx. regũ, quidã episcopus de transmarinis partibus ad Turonicam vrbem aduenit, nomine Simõ. Hic nobis euersionẽ Antiochiæ vrbis enunciauit, adserens se de Armenia in Persidẽ captiuatum fuisse. Rex enim Persarũ inrupto Armeniorũ termino prædas egit, ecclesiasq; igni succẽdit: & hunc sacerdotẽ cum populo suo, vt captiuũ abduxit. Tunc etiã & basilicã sanctorũ quadraginta octo martyrum, de quibus in libro Miraculorum memini, qui in illa regione passi sunt, oppleta ligni cõgerie pice, tergoribusq; suillinis immixtis, suppositis ardentibus facibus, succendere visi sunt: sed nequaquam ignis adparatum incendij comprehendit, sicq; vidẽtes magnalia dei, recesserunt ab ea. Audita autem quidam episcopus istius memorati sacerdotis abductione, direxit pretium per homines suos ad regẽ Persarũ. Quo ille suscepto, relaxauit à seruitutis vinculo episcopũ istũ. Ex iis ergo discedẽs regionibus, Gallias est adgressus vt aliquid cõsolationis à deuotis acciperet: qui nobis, vt præfati sumus superius, hæc retulit: HOMO erat in Antiochia, valdè deuotus in eleemosynis, coniugem ac liberos habẽs: nec vnquã ei in omni vita sua dies præteriit, postquam quiddã propriũ habere cœpit, quòd sine paupere epulũ prælibasset. hic vna die cùm circũisset vrbem vsque ad vesperũ, & reperire non potuisset egenũ cũ quo cibũ capere posset, egressus extra portã, cùm nox inrueret, reperit virũ in veste alba cum duobus aliis stantem, quem aspiciens quasi Loth ille antiqua memoratus historia, territus ait, Et forsitan peregrinus est dominus meus: dignetur accedere ad domum serui sui, & sumpto epulo, quiescite in strato: mane autem proficiscemini in viã quam volueritis. Cui ille qui erat senior, tenens sudariũ in manu sua, ait, Nõ poteras, ô homo dei, cum Simeone vestro hanc vrbem saluare, ne subuerteretur? Et eleuans manũ excussit sudarium quod tenebat super medietatem vrbis: & statim conruerunt omnia ædificia, & quod cunq; ibi structũ fuit: ibique oppressi sunt senes cum infantibus, viri cum mulieribus, atque vterque sexus interiit. Quod ille cernens, tam de persona viri, quàm de sonitu ruinæ hebes effectus, ruit in terrã, & factus est velut mortuus. Eleuansque iterum vir ille manum cum sudario, quasi super aliam medietatem vrbis adprehensus est à duobus sociis qui cum eo erant, atque obsecratus terribilibus sacramentis, vt indulgeret medietati vrbis, ne rueret: mitigatóque furore sustinuit manum suam, atque eleuans hominem qui conruerat in terram, ait, Vade ad domũ tuam ne timeas: filij enim tui cum vxore, & omni domo tua salui sunt: nec quisquam ex eis periit. Custodiuit enim te oratio assidua, & eleemosynæ quas quotidiè exerces in pauperes. Et hæc dicens, discesserũt ab oculis eius, nec ei adparuerunt vltrà. Ille autem regressus in vrbẽ, reperit vrbis medietatem dirutam atque subuersã cum hominib. pecoribusq;, ex quib. nõnullià ruinis deinceps extracti sunt mortui, pauci debilitati reperti sunt viui. Veruntamẽ nec illa cassata sunt quæ viro huic ab ipso, vt ita dicã, angelo domini sunt effata. Nam veniens, omnem domum suam incolumem reperit: tantum funera propinquorum, quæ in aliis domibus effecta fuerant, lamentabatur: protexitque eum in medio iniquorum dextera domini cum domo sua, saluatúsque est à periculis mortis, ac velut memoratus Loth quondam in Sodomis.

Eleemosynari in euersione Antiochiæ suorum salutem obtinuit.

CAP. XXV.

Morbus inguinarius. Matth. 24.

AT in Galliis Massilienſem prouinciam morbus sæpè nominatus inuasit: Andegauos, Namneticos atque Cœnomannicos valida fames obpressit. Initia sunt enim hęc dolorum, iuxta illud quod dominus ait in euangelio, Erunt pestilentiæ & fames, & terræmotus per loca: & exurgent pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa & prodigia in cœlo, ita vt electos in errorem mittant, sicut præsenti gestum est tempore. Quidam enim ex Biturico, vt ipse postmodum est professus dum saltus siluarum ingressus, ligna cæderet ad explendam operis cuiusdam necessitatem,

Muscis exagitatus desipuit. Licost. 5. in ostent.

muscarum eum circunsedit examen, qua de causa per biennium amens est habitus: vnde intelligi datur diabolicæ emissionis fuisse nequitiam. Post hæc transactis vrbibus propinquis, Arelatensem prouinciam adiit: ibique indutus pellibus quasi religiosus orabat: ad quem inludendum pars aduersa, diuinandi ei tribuit facultatem. Ex hoc vt in maiori proficeret scelere, commotus à loco, prouinciam memoratam deserens, Gabalitanæ regionis terminum est ingressus, proferens se magnum ac profiteri se non metuens Christum, adsumpta secum muliere quadam pro sorore, quam Mariam vocitari fecit. Confluebat ad eum multitudo populi, exhibens infirmos, quos contingens sanitati reddebat. Conferebant enim ei aurum argentúmque, ac vestimenta, ij qui ad eum conuenìebant. Quod ille quò facilius seduceret, pauperibus erogabat, prosternens se solo effundens orationem cum muliere memorata: & surgens, se iterum à circunstantibus adorari iubebat. Prædicebat enim futura, & quibusdam morbos, quibusdam damna prouenire denunciabat, paucis salutem futuram. Sed hæc omnia diabolicis artibus, & præstigiis nescio quibus agebat. Seducta est autem per eum multitudo immensa populi, & non solùm rusticiores, verumetiam sacerdotes ecclesiastici. Sequebantur autem eum amplius quàm tria milia populi. Interea cœpit quosdam spoliare ac prædari quos in itinere reperisset: spolia tamen non habentibus largiebatur. episcopis ac ciuibus minas mortis intentabat: eo quòd ab iis adorari despiceretur. Ingressus autem Vellauæ vrbis terminum, ad locum quem Anicium vocitant, accedit: & ad basilicas propinquas cum omni exercitu restitit, instruens aciem, qualiter Aurelio ibidem tunc consistenti episcopo bellum inferret, mittens etiam ante se nuncios, homines nudo corpore, saltantes atque ludentes, qui aduentum eius adnunciarent. Quod stupens episcopus, direxit ad eum viros strenuos, inquirentes quid sibi vellent ista quæ gereret. Vnus autem ex iis qui erat senior, cum se inclinasset quasi osculaturus

vsendochristus.

Homines nudi legati pseudochristi.

genua

genua eius, ac discussurus viam illius, iussit eum adprehensum spoliari: nec mora, ille euaginato gladio in frusta concidit, ceciditque Christus ille, qui magis Antichristus nominari debet, & mortuus est: dispersique sunt omnes qui cum eo erant. Maria autem illa, suppliciis dedita, omnia phantasmata eius ac præstigias publicauit. Nam homines illi quos ad se credendum diabolica circunuentione turbauerat, nunquam ad sensum integrum sunt regressi: sed hunc semper quasi Christum, Mariam autem illam partem deitatis habere profitebantur. Sed & per totas Gallias emerserunt plerique qui per has præstigias adiungentes sibi mulierculas quasdam, quæ debacchantes sanctos eos confiterentur, magnos se in populis præferebant: ex quibus nos plerosque vidimus, quos obiurgantes reuocare ab errore nisi sumus.

CAP. XXVI

Negotiator precio fit Episcopus.

RAGNEMODVS quoque Parisiacæ vrbis episcopus, obiit. Cumque germanus eius Faramodus presbyter, pro episcopatu concurreret, Eusebius quidam negotiator, genere Syrus, datis multis muneribus, in locum eius subrogatus est: isque accepto episcopatu omnem scholam decessoris sui abiiciẽs, Syros de genere suo ecclesiasticæ domui ministros statuit. Obiit & Sulpitius Bituricæ vrbis põtifex, cathedramque eius Eustasius Augustidunensis diaconus est sortitus.

CAP. XXVII

INTER Tornacenses quoque Francos non mediocris disceptatio orta est, pro eo quòd vnius filius, alterius filium qui sororem eius in matrimonium acceperat, cum ira sæpius obiurgabat, cur coniuge relicta scortum adiret: quæ iracundia, cum emendatio criminis non succederet, vsque adeo elata est, vt inruens puer super cognatum suum, eum cum suis interficeret, atque ipse ab iis cum quibus venerat ille prosterneretur, nec remaneret quispiam ex vtrisque nisi vnus tantum, cui percussor defuit. Ex hoc parentes vtriusque inter se sæuientes, à Fredegunde regina plerunque arguebantur vt relicta inimicitia concordes fierent, ne pertinacia litis in maius subueheretur scandalum. Sed cum eosdem verbis lenibus placare nequiret, vtrunque bipenne compescuit. Inuitatis enim ad epulum multis, hos tres in vno fecit sedere subsellio: cumque in eo prandium elongatum fuisset spacio, vt nox mundum obrueret, ablata mensa, sicut mox Francorũ est, illi in subsellia sua sicut locati fuerant, residebant. Potatoque vino multo, intantum crapulati sunt, vt pueri eorum madefacti per angulos domus vbi quisque conruerat, obdormiret. Tunc ordinati à muliere viri cum tribus securibus, à tergo horum trium adstiterunt, illisque conloquentibus, in vno vt ita dicamus, adsultu puerorum manus libratæ, hominibus perculsis, ab epulo est discessum. Nomina quoque virorum, Chariualdus, Leodoualdus, atque Vualdinus. Quod cum parentibus perlatum fuisset, custodire arctius Fredegundem cœperunt, dirigentes nuncios ad Childebertum regem, vt comprehensa interficere tur. Commotus autem pro hac causa Campanensis populus, dum moras innecteret, hæc suorũ erepta auxilio, ad locum alium properauit.

Fredegundis altercantes interfici delere iussit.

CAP. XXVIII

POST hæc autem legatos ad Gunthchrãnum regẽ mittit, dicẽs, Proficiscatur dominus meus rex vsque Parisios, & arcessito filio meo nepote suo, iubeat eum baptismatis gratia consecrari: ipsúmque de sancto lauacro exceptum, tanquam alumnum proprium habere dignetur. Hæc audiẽs rex, commotis episcopis, id est Ætherio Lugdunensi, Syagrio Augustidunensi, Flauioq; Cabillonensi, & reliquis quos voluit, Parisios accedere iubet, indicans se postmodum secuturum. Fuerunt etiam ad hoc placitũ multi de regno eius, tã domestici quàm comites, ad pręparanda regalis expensæ necessaria. Rex autem deliberatione acta, vt ad hæc deberet accedere, pedum est dolore prohibitus. Postquam autem conualuit, accessit Parisios: exindè ad Rotoialẽsem villam ipsius vrbis properans, euocato puero iussit baptisteriũ præparari in vico Nemptodoro. Dum autẽ hæc agerentur, legati Childeberti regis accesserunt ad eum dicentes, Nõ enim ista nuper nepoti tuo Childeberto pollicitus eras, vt cum inimicis eius amicitias cõligares. Sed inquantũ cernimus, nihil de promissione tua custodis: sed potius quæ promiseras prætermittis: & puerũ istũ in vrbis Parisiacæ cathedra, regem statuis. Iudicabit enim deus, quia non reminisceris quæ vltrò pollicitus es. Hæc iis dicentibus, rex ait, Promissionẽ quam in nepotẽ meũ Childebertũ regẽ statutã habeo, non omitto. Nã illum nõ opertet scãdalizari, si consobrinũ eius filiũ fratris mei de sancto suscipiã lauacro: quia hanc petitionẽ nullus Christianorũ debet abnuere. Eamq; ego vt deus manifestissimè nouit, non calliditate aliqua, sed in simplicitate puri cordis agere cupio, quia offensam diuinitatis incurrere formido. Non est enim humilitas gẽri nostræ, si hic à me excipiatur. Si enim domini proprios famulos de sacro fonte suscipiũt, cur & mihi nõ liceat propinquum parentẽ excipere, ac filium facere per baptismi gratiã spiritalẽ? Abscedite nũc & nũciate domino vestro, Pactionẽ quam secum pepigi, custodire cupio inlibatã, quã si tuæ conditionis noxa non omiserit, à me prorsus omitti nequibit. Et hæc dicẽs legatis discedentibus, rex accedens ad lauacrum sanctum, obtulit puerum ad baptizandũ. Quẽ excipiẽs, Chlothariũ vocitari voluit, dicẽs, Crescat puer, & huius sit nominis executor, ac tali potentia polleat, sicut ille quondam, cuius nomen indeptus est. Quo mysterio celebrato, inuitatum ad epulum paruulum multis muneribus onerauit. Similiter & rex ab eodem inuitatus, plerisque donis refertus abscessit, & ad Cabillonensem vrbem redire statuit.

susceptore Guntbrano clotharius baptizatur.

CAP. XXIX

AREDIVS quoque hoc anno terras relinquens, vocante domino migrauit ad cœlum. Lemouicinæ vrbis incola fuit, non mediocribus regionis suæ ortus parentibus, sed valdè ingenuus. Hic Theodoberto regi traditus, aulicis palatinis adiungitur. Erat enim tunc temporis apud vrbem Treuericam vir eximiæ sanctitatis Nicetius episcopus, non solum in prædicatione admirabilis facũdiæ,

verumetiam in operibus bonis ac mirabilib. celeberrimus habebatur in plebe. Qui intuens puerum F
in regis palatio, nescio quid in vultu eius cernens diuinum, præcepit ei se sequi. At ille relicto regis
palatio, secutus est eum. Cumq; ingressi in cellulam, de iis quæ ad eũ pertinent, confabularentur,
expetiit adolescens à beato sacerdote se corrigi, ab eo edoceri, ab eo imbui, ac in diuinis voluminibus ab eodem exerceri. Cumq; in huius studij flagrantia cum antistite memorato degeret, tonsurato iam capite, quadam die psallentibus clericis in ecclesia, descendit columba è camera, quæ leuiter volitans circa eum, resedit super caput eius, illud indicans, vt opinor, eum spiritus sancti gratia iã repletum. Quam cum ille non sine pudore conaretur abigere, hæc paululũ circunuolãs, iterũ super
Columba assidet Aredio. caput eius, aut super scapulam residebat: quæ non modo ibi sed etiam cum in cellulam episcopi ingrederetur, iugiter comitabatur cũ eo. Quod per dies plurimos factum, non sine admiratione episcopũs intendebat. Exindè vir dei spiritu, vt diximus, sancto repletus, ad patriam genitore ac germano defunctis, regreditur, consolaturus Pelagiam genitricem, quæ nullum parentem præter hãc sobolẽ spectabat. Deindè cum ieiuniis atque orationibus vacaret, deprecatur eã vt omnis cura domus, id est, siue correctio familiæ, siue exercitiũ agrorum, siue cultus vinearum ad eam aspiceret: ne G
huic viro aliquod accideret impedimentũ, quo ab oratione cessaret, vnũ sibi tantũ priuilegium vindicans, vt ad ecclesias ædificandas ipse præesset. Quid plura? construxit templa dei in honore sanctorum, expediitq; eorum pignera, ac ex familia propria tõsuratos instituit monachos, cœnobiúmque fundauit, in quo non modo Cassiani, verumetiam Basilij & reliquorum abbatum, qui monasterialem vitam instituerunt, celebrantur regulæ, beata muliere victum atque vestitum singulis ministrante. Nec minus hæc tamẽ impedita hoc onere in dei laudibus perstrepebat, sed assiduè: & si quid-
Aredius cruce sanat infirmos. dam operis exerceret, semper orationem domino tãquam odorẽ incensi acceptabilis offerebat. Interea ad sanctum Aredium cœperunt infirmi confluere, quos manus singulis cũ vexillo crucis imponẽs, sanitati reddebat: quorũ si singillatim nomina scribere velim, nec numerum percurrere valeã, nec vocabula memorare: vnum tamen noui, quòd quicunque ad eum æger aduenit, sospes abscessit. De maioribus quoque miraculis parua proponimus. Iter quodam tempore cum genitrice dum ageret, & sancti Iuliani martyris ad basilicam properaret, venerunt vespere in quendã locum. H
Erat autem locus ille aridus, & absque fluentis currentibus infœcundus. Dixitq; ad eum mater eius,
Aqua precibus obtenta. Fili, aquam non habemus, & qualiter hic nocte præsenti quiescere possumus? At ille prostratus in orationem, & diutissimè preces fudit ad dominum: & erigens se defixit virgam in terra quam manu gerebat, eamq; cũ bis aut tertio in gyrum vertisset, ad se lętus extraxit: moxq; vnda aquæ secuta est tam valida, vt non solum ipsis de præsenti, sed etiam pecoribus adfatim deinceps pocula ministraret. Nupertimo autẽ tempore iter carpens, nimbus ad eum pluuiæ aduenire cœpit: quẽ ille cernẽs, paululũ, super equum in quo sedebat, caput inclinans, manus extendit ad dominũ. Cõsummata verò oratione, diuisa est nubes in duas partes, ac in circuitu eorũ immanis descendit pluuia: super eos tamen nulla, si dici fas est, gutta descendit. Vuistrimundo quoque cognomento Tattonis, ciui Turonico dentes grauem inferebant dolorem, ex quo etiam maxilla intumuerat. Quod cum beato viro questus fuisset, manum super locum doloris imposuit, statimque dolor fugatus, nusquam deinceps ad iniuriam hominis excitatus est. Hæc ipse qui passus est retulit. De his verò signis quæ per
Sepulchri B. Martini osculato. virtutem sancti Iuliani martyris Martinique confessoris beati, in eius manibus dominus operatus I
est, pleraque in libris Miraculorum, sicut ipse effatus est, scripsimus. Post has verò & multas alias virtutes, quas Christo cooperante compleuit, aduenit Turonos post festiuitatem sancti Martini, ibíque paululum commoratus, dixit nobis se aut longæuo tempore adhuc in hoc mundo retineri, aut certè velocius dissolui: & Vale dicens, abscessit, gratias agens deo quòd priusquam obiret, sepulchrum beati antistitis osculari promeruisset. Cumque ad cellulam suam accessisset, testamento condito, ordinatis omnibus, ac sancto Martino Hilarioque antistibus hæredibus constitutis, ægrotare
Dæmoniaca vaticinatur. cœpit, ac dysenteriæ morbo grauari. Sexta quoque ægrotationis eius die, mulier quæ ab spiritu immundo sæpius vexata, à sancto emundari non poterat, ligatis per se à tergo manibus, clamare cœpit ac dicere, Currite ciues, exilite populi, exite obuiam martyribus cõfessoribúsque qui ad exequium beati Aredij conueniunt. Ecce adest Iulianus à Briuate, Priuatus ex Mimate, Martinus à Turonis, Martialisque ab vrbe propria. Adest Saturninus à Tholosa: Dionysius ab vrbe Parisiaca, nonnulli & alii quos cœlum retinet, quos vos vt confessores & dei martyres adoratis. Hæc cum in exordio K
noctis clamare cœpisset, à domino suo reuincta est. Sed nequaquam potuit contineri: quæ rumpens
vincula, ad monasterium cum his vocibus properare cœpit: moxque beatus vir spiritũ tradidit, nõ
Ad sepulchrum Aredij dæmoniaci liberantur. sine testimonio veritatis, quòd sit susceptus ab angelis. mulierem quoque in exequiis suis cum alia muliere nequiori spiritu vexata, vt est sepulchro tectus, à nequitia infesti dęmonij emũdauit. Et credo, ob hoc dei nutu easdem in corpore positus non potuit emundare, vt exequiæ illius hac virtute glorificarentur. Post celebratum verò funus, mulier quædam rictu patulo, sine vocis officio, ad eius accessit tumulum: quo osculis delibato, elocutionis meruit recipere beneficium.

CAP. XXX. *Lues Nãnetica.* Hoc anno mense secundo tam in Turonico quàm in Namnetico grauis populum lues adtriuit, ita vt modico quisquis ægrotus capitis dolore pulsatus animam funderet. Sed factis rogationibus cum grandi abstinentia & ieiunio, sociatis etiam eleemosynis, aduersus diuini furoris impetus mitigatus est. Apud Lemouicinã verò vrbem ob dominici diei iniuriam, pro eo quod in eo operam

A operam publicam exercerent, plerique igne cœlesti consumpti sunt. Sanctus est enim hic dies, qui in principio lucem conditam primus vidit, ac dominicæ resurrectionis testis factus emicuit, ideoq; omni fide à Christianis obseruari debet, ne fiat in eo omne opus publicum. In Turonico verò non- *Dominicæ diei*
nulli ab hoc igne, sed non die dominico sunt adusti. Siccitas immensa fuit, quæ omne pabulum her- *obseruatio.*
barum auertit: vnde factum est vt grauis morbus in pecoribus ac iumentis inualescens, parum vnde sumeretur origo relinqueret: sicut Abacuc propheta vaticinatus est: Deficient ab esca oues, & non erunt in præsepibus boues. Non modò enim in domesticis, verumetiam in ipsis ferarum immitium generibus hæc lues grassata est. Nam per saltus siluarum, multitudo ceruorũ & reliquorum animãtium prostrata per inuia nacta est. Fœnum, ab infusione pluuiarũ & inundatione amnium periit: Segetes exiguę, vineę verò profusæ fuerunt: Quarcuũ fructus ostensi effectum nõ obtinuerunt.

DE episcopis Turonicis, licet in superioribus libris quædam scripsisse visus sim, tamen propter CAP. XXXI
ordinationem eorum & supputationem, quo tempore primum prædicator ad Turonicam accessit vrbem, recipprocare placuit.

B Primus Gratianus episcopus, anno imperij Decij primo, à Romanæ sedis papa transmissus est: in *Episcoporum*
qua vrbe multitudo paganorum idololatriis dedita commorabatur: de quibus nonnullos prædica- *Turonensium*
tione sua conuerti fecit ad dominum. Sed interdum occulebat se ob impugnationem potẽtum, eò *catalogus.*
quòd sæpius eum iniuriis & contumeliis cum repererãt, adfecissent, ac per cryptas & latibula cum
paucis Christianis, vt diximus, per eundem conuersis, mysterium solennitatis diei dominici clãcu- *Gratianus 1.*
lo celebrabat. Erat autem valdè religiosus & timens deum: & nisi fuisset talis, non vtique domos, parentes & patriam ob dominici amoris diligentiam reliquisset. In hac vrbe sub tali conditione, vt ferunt, annos 50. commoratus, obiit in pace, & sepultus est in ipsius vici cœmeterio, quod erat Christianorum: & cessauit episcopatus xxxvij. annis.

Secundus, anno imperij Constantis primo, Lidorius ordinatur episcopus: fuit autem de ciuibus *Lidorius 2.*
Turonicis, & hic valdè religiosus. Hic ædificauit ecclesiam primam intra vrbem Turonicã cum iam
multi Christiani essent: primámq; ab eo ex domo cuiusdam senatoris, basilica facta est. Huius tem-
C pore sanctus Martinus in Galliis prædicare exorsus est. Sedit autem annos xxxiij. & obiit in pace, sepultusque est in suprascripta basilica, quæ hodiéque eius nomine vocitatur.

Tertius, sanctus Martinus, anno viij. Valentis & Valentiniani, episcopus ordinatus. Fuit autẽ de *Martinus 3.*
regione Pannoniæ ciuitate Sabariæ: qui ob amorẽ dei apud vrbem Mediolanensem Italiæ, primo
monasteriũ cõstituit: sed ab hęreticis, eo quòd sanctã trinitatem intrepidus prædicaret, virgis cæsus
atque expulsus de Italia in Gallias accessit: multos paganorum conuerti fecit, tẽpla eorum statuasq;
confregit, fecitque multa signa in populos, ita vt ante episcopatum duos suscitaret mortuos: post * *Sulp. extãt*
episcopatũ autem, vnum tantummodo suscitauit. Hic transtulit corpus beati Gratiani, sepeliuitque *libri tres de*
ipsum iuxta sepulchrum sancti Lidorij, in illa nominis sui præfata basilica. Hic prohibuit Maximum *vita & obitu*
ne gladiũ in Hispaniam ad interficiendos destinaret hæreticos: quibus sufficere statuit, quòd à Ca- *S. Martini, et*
tholicorum ecclesiis essent vel communione remoti. Consummato ergo præsentis vitæ cursu, obiit *quatuor Ven.*
apud Condatensem vicũ vrbis suæ, anno lxxxj. ætatis: de quo vico nauigio sublatus, Turonis est se- *Fortunati de*
pultus, in loco quo nunc adoratur sepulchrum eius: * de cuius vita tres à Seuero Sulpitio libros cõ- *eius mirac. et*
D scriptos legimus. Sed & præsenti tempore multis se virtutibus declarat. In monasterio verò quod *vnus de eius*
nunc Maius dicitur, basilicam in honorem sanctorum apostolorum Petri & Pauli ædificauit: in vi- *Encomio. fuerat enim à D.*
cis quoque, id est Alingauiensi, Solonacensi, Ambacensi, Cisomagensi, Tornomagensi, Condatẽsi, *Martino oculorum dolore*
destructis delubris baptizatisque gentilibus, ecclesias ædificauit. Sedit autem annos xxvj. menses *liberatus.*
quatuor, dies xxvij. & cessauit episcopatus dies xx. *Tritthem.*

Quartus, Briccius ordinatur episcopus anno Arcadij & Honorij secundo, cum pariter regnarent. *Briccius 4.*
fuit autem ciuis Turonicus, cui xxxiij. episcopatus anno, crimen adulterij est impactum à ciuibus
Turonicis: expulsoque eo Iustinianum episcopum ordinauerunt: Briccius verò se ad papam vrbis
dirigit: Iustinianus autem post eum abiens apud vrbem Vercellensem obiit. Turonici iterum mali-
guantes, Armentium statuerunt: Briccius verò septem apud papam vrbis annis degens, idoneus
inuentus à crimine, ad vrbem suam redire iussus est. Hic ædificauit basilicam paruulam super cor-
pus beati Martini, in qua & ipse sepultus est. Cumque portam ingrederetur, Armentius per aliam
E portam mortuus efferebatur: quo sepulto, cathedram suam recipit. Hunc ferunt instituisse ecclesias
per vicos, id est, Calatonnum, Briccam, Rotomagum, Briotreidem, Cainonem. fueruntque omnes
anni episcopatus eius xlvij. Obiitque, & sepultus est in basilica quam super sanctum Martinum ædificauit.

Quintus, Eustochius ordinatur episcopus, vir sanctus & timens deum, ex genere senatorio. Hunc *Eustochius 5.*
ferunt instituisse ecclesias per vicos, Brixeis, Iciodorũ, Luccas, Dolos. Ædificauit etiam ecclesiã in-
tra muros ciuitatis, in qua reliquias sanctorum Geruasij & Protasij martyris condidit, quæ à sancto
Martino de Italia sunt delatæ, sicut sanctus Paulinus in epistola sua meminit. Sedit autẽ annos xvij.
Et sepultus est in basilica quam Briccius episcopus super sanctum Martinum struxerat.

Sextus ordinatur Perpetuus, de genere & ipse, vt aiunt, senatorio, & propinquus decessoris sui, *Perpetuus 6.*
dies valdè, & per multas ciuitates habens possessiones. Hic submota basilica quam prius Bric-
cius episcopus ædificauerat super S. Martinum, ædificauit aliam ampliorem miro opere. In cuius

abſida beatum corpus ipſius venerabilis ſancti tranſtulit. Hic inſtituit ieiunia vigiliaſque qualiter per circulum anni obſeruarentur, quod hodiéque apud nos tenetur ſcriptum, quorum ordo hic eſt, *De ieiunijs.* Poſt quinquageſimam, quarta & ſexta feria vſque ad natale ſancti Ioannis. De Calend. ſeptemb. vſque Calendas octob. bina in ſeptimana ieiunia. De Calendis octobris vſque depoſitionem domni Martini, bina in ſeptimana ieiunia. A depoſitione domni Martini vſque Natale domini, terna in ſeptimana ieiunia. De natali ſancti Hilarij, vſque medium Februarium, bina in ſeptimana ieiunia. *De Vigiliis.* Natali domni in eccleſia. Epiphania, in eccleſia. Natali ſancti Ioannis, ad baſilicam domni Martini. Natali S. Petri epiſcopatus, ad ipſius baſilicam. VI. Calend. April. reſurrectione domini noſtri Ieſu Chriſti, ad baſilicam domni Martini. Paſcha, in eccleſia. Die Aſcenſionis in baſilica domni Martini. Die quinquageſimo, in eccleſia. Paſſione ſancti Ioannis, ad baſilicam in baptiſterio. Natali ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, ad ipſorum baſilicam. Natali ſancti Martini, ad eius baſilicam. Natali ſancti Symphoriani, ad baſilicam domni Martini. Natali ſancti Lidorij, ad eius baſilicam. Natali ſancti Briccij, ad domni Martini baſilicã. Natali ſancti Hilarij, ad domni Martini baſilicam. Hic ædificauit baſilicam ſancti Petri, in qua cameram baſilicæ prioris G poſuit, quæ vſque ad noſtra tempora perſeuerat. Baſilicam quoque ſancti Laurentij monte Laudiaco ipſe conſtruxit. Huius tempore ædificatæ ſunt eccleſiæ in vicis, id eſt Euena, Mediconno, Berrao, Balatedine, Vernado. Condiditque teſtamentum, & deputauit per ſingulas ciuitates quod poſſidebat, in eis ipſis ſcilicet eccleſiis, non modicam & Turonicæ tribuens facultatem. Sedit autem annos triginta, & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Ieiunia Perpetuus inſtituit & vigilias.

Voluſianus 7.

Septimus verò, Voluſianus ordinatur epiſcopus, ex genere ſenatorio, vir ſanctus, & valdè diues, propinquus & ipſe Perpetui epiſcopi deceſſoris ſui. Huius tempore iam Chlodoueus regnabat in aliquib. vrbib. in Galliis. Et ob hanc cauſam hic pontifex ſuſpectus habitus à Gothis, quòd ſe Francorum ditionibus ſubdere vellet, apud vrbem Tholoſam exilio condemnatus, in eo obiit. Huius tempore vicus Mantolomaus ædificatus eſt, & baſilica ſancti Ioannis in Maiori monaſterio. Sedit autem annos ſeptem, menſes duos.

Virus 8.

Octauus ordinatur epiſcopus Virus, & ipſe pro memoratæ cauſæ zelo ſuſpectus habitus à Gothis in exilium deductus, vitam finiuit: facultates ſuas eccleſiis & benæ meritis dereliquit. Sedit autem H annos vndecim, dies octo.

Licinius 9.

Nonus, Licinius, ciuis Andegauus, qui ob amorem dei in orientem abiit, ſanctaque loca reuiſit: exindè digreſſus, in poſſeſſione ſua monaſterium collocauit intra terminum Andegauum, & poſtea abbatis officio in monaſterio vbi ſanctus Venantius abbas ſepultus eſt, functus, ad epiſcopatum eligitur. Huius tempore Chlodoueus rex victor de cæde Gothorum, Turonos rediit. Sedit autem annos duodecim, menſes duos, dies xxv. & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Theodorus et Proculus 10.

Decimo loco, Theodorus & Proculus, iubente beata Chrodielde regina, ſubrogantur, eo quòd de Burgundia iã epiſcopi ordinati, ipſam ſecuti fuiſſent, & ab hoſtilitate de vrbibus ſuis expulſi fuerant. Erant autem ambo ſenes valde: rexeruntque eccleſiam Turonicam ſimul annis duobus, & ſepulti ſunt in baſilica ſancti Martini.

Dinifius 11.

Vndecimus, Dinifius epiſcopus, & ipſe ex Burgundia veniens: qui per electionem præfati regis ad epiſcopatum acceſſit: cui aliquid de fiſci ditionibus eſt largitus, deditq; ei poteſtatem faciendi de his rebus quæ voluiſſet: qui maximè eccleſiæ ſuæ quod fuit melius, dereliquit: largitus eſt etiã quiddam & benè meritis. Sedit autem menſes decem, & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini. I

Ommatius 12.

Duodecimus, Ommatius de ſenatoribus ciuibuſque Aruernis, valdè diues in prædiis, qui condito teſtamento per eccleſias vrbium in quibus poſſidebat, facultates ſuas diſtribuit. Ipſe exaltauit eccleſiam intra muros vrbis Turonicæ, ſanctorum Geruaſij atque Protaſij reliquiis conſecratam, quæ muro coniũcta eſt. Hic cœpit ædificare baſilicã ſanctæ Mariæ intra muros vrbis quam imperfectam reliquit. Sedit annos quatuor, menſes quinque: obiitque, & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Leo 13.

Tertiuſdecimus, Leo ex abbate Baſilicæ S. Martini ordinatur epiſcopus. fuit autẽ faber lignarius, faciens etiam turres holochryſo tectas, ex quibus quædã apud nos retinentur: in aliis etiam operibus elegans fuit. Sedit autem menſes vj. & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Francilo 14.

Quartuſdecimus, Francilio ex ſenatoribus ordinatus epiſcopus, ciuis Pictauus, habens coniugem Claram nomine, ſed filios non habens: fueruntque ambo diuites valdè in agris, quos maximè ſancti Martini baſilicæ contulerunt, reliqueruntque quædam & proximis ſuis. Sedit autem annos duos, K menſes ſex: obiitque & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Iniurioſus 15.

Quintuſdecimus, Iniurioſus ciuis Turonicus, de inferioribus quidem populi, ingenuus tamen. Huius tempore Chrodieldis regina tranſiit. Hic perædificauit eccleſiam ſanctæ Mariæ intra muros vrbis Turonicæ. Huius tempore & baſilica S. Germani ędificata eſt. Vici etiam, Nouiliacus & Luciliacus, fundati ſunt. Hic inſtituit tertiam & ſextam in eccleſia dici, quod modò in dei nomine perſeuerat. Sedit autem annos ſexdecim, menſes vndecim, dies viginti ſex: obiitque & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Baudinus 16.

Sextuſdecimus, Baudinus ex referendario Chlotharij regis ordinatur epiſcopus, habẽs & filium, multis eleemoſynis præditus: aurum etiam quod deceſſor eius reliquerat, amplius quàm viginti milia ſolidorum, pauperibus erogauit. Huius tempore alter vicus Nouiliacus ædificatus eſt. Hic inſtituit

A ſtituit menſam canonicorum. Sedit autem annos quinque, mẽſes decem, obiitque, & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Decimuſſeptimus, Gunthatius ex abbate monaſterij ſancti Venãtij ordinatur epiſcopus, vir valdè prudens dũ abbatis fungeretur officio, & ſæpius legationes inter reges Francorũ faciens: poſtquam autẽ epiſcopus ordinatus eſt, vino deditus, penè ſtolidus apparuit: quæ res eũ intãtum amentem faciebat, vt conũiuas, quos benè nouerat, nequiret agnoſcere: ſæpius tamen eos conuiciis agebat & improperiis. Sedit autem annos duos, menſes decem, dies viginti duos. Obiit autem & ſepultus eſt in baſilica S. Martini, ceſſauítque epiſcopatus anno vno. *Guntharius 17.*

Octauuſdecimus, Eufronius preſbyter ordinatur epiſcopus, ex genere illo quod ſuperius ſenatoriũ nũcupauimus, vir egregiæ ſanctitatis, ab ineũte ætate clericus. Huius tẽpore ciuitas Turonica cũ omnibus eccleſiis magno incendio cõcremata eſt, de quibus ipſe poſtea duas reparauit, tertiã vetuſtiſſimã relinquẽs deſertã. Poſtea verò baſilica ſancti Martini & ipſa incẽdio eſt adusta per Vuiliacharium, cùm ibi confugiũ pro Chrãni quondã circunuẽtione feciſſet. Quã poſtea idẽ potifex texit ſtã- *Eufronius 18.*

B no, opitulãte rege Chlothario. Huius tempore baſilica ſancti Vincentij ædificata eſt. Tauriaco, Cærate, & Orbiniaco, vicis eccleſiæ ædificatæ ſunt. Sedit autem annos ſeptemdecim. obiitque ætate ſeptuagenaria, & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini. Ceſſauítque epiſcopatus dies xix.

Nonuſdecimus, Gregorius, ego indignus eccleſiam vrbis Turonicæ in qua beatus Martinus & cæteri ſacerdotes domini ad pontificatus officium conſecrati ſunt, ab incendio diſſolutam diruptãque nactus ſum, quã reædificatam in ampliori altioríque faſtigio ſeptimodecimo ordinationis meæ anno dedicaui: in qua, ſicut à lõgæuis preſbyteris comperi, beatorum ibidem reliquiæ Agaunẽſium ab antiquis fuerant collocatæ, ipſam etiam capſulam in theſauro baſilicæ ſancti Martini reperi: in qua valdè putredine erat pignus diſſolutum, quod pro eorum religionis eſt virtute delatum. Ac dum vigiliæ in eorum honore celebrarentur, libuit animo hæc iterum præluceſcente cereo viſitare: quæ dum à nobis adtentè rimantur, dixit ędis ædituus: Eſt hic, inquit, lapis opertorio tectus, in quo quid habeatur prorſus ignoro, ſed nec prædeceſſores miniſtros huius cuſtodię ſcire comperi. *Gregorius 19.*

C deferã eum, & ſcrutamini diligenter quid contineatur intra concluſum. Quem delatum reſeraui, fateor, & inueni in hoc capſulam argenteam, in qua non modo beatæ legionis teſtium, verumetiã multorũ ſanctorum tam martyrum quàm confeſſorum reliquiæ tenebantur. Nacti etiam ſumus & alios lapides, ita vt hic erat, concauos, in quibus ſanctorum apoſtolorum cum reliquorum martyrum, pignera continebantur. Quod munus ego diuinitus indultum admirans, & gratias agens, celebratis vigiliis, dictis etiam miſſis, hęc in eccleſia collocaui. In cellula ſancti Martini eccleſię ipſi cõtigua, ſanctorum Coſmæ & Damiani martyris reliquias poſui. Baſilicas ſancti Perpetui aduſtas incẽdio reperi, quas in illo nitore vel pingi, vel exornari, vt prius fuerant, artificum noſtrorum opere imperaui. Baptiſterium ad ipſam baſilicam ædificari præcepi, in quo ſancti Ioannis cum Sergij martyris reliquias poſui, & in illo priore baptiſterio ſancti Benigni martyris pignera collocaui. In multis verò locis intra Turonicum terminum, & eccleſias, & oratoria dedicaui, ſanctorúmque reliquiis inluſtraui, quæ memorare ex ordine prolixum cenſui. *Reliquiarum inuentio.*

Decem libros Hiſtoriarum, ſeptem Miraculorum, vnum de Vitis patrum ſcripſi: in Pſalterij tractatum librum vnum cõmentatus ſum: de Curſibus etiã eccleſiaſticis vnũ librũ cõdidi. Quos libros *Scripta authoris.*

D licet ſtilo ruſticiori ſcripſerim, tamen coniuro omnes ſacerdotes domini, qui poſt me humilem eccleſiã Turonicã ſunt recturi, per aduentũ domini noſtri Ieſu Chriſti, ac terribilẽ reis omnibus iudicij diẽ, ſi nunquam confuſi de ipſo iudicio diſcedẽtes cum diabolo condẽnandi eſtis, vt nũ quam libros hos abolere faciatis, aut reſcribi quaſi quædã legentes, & quaſi quædam prætermittẽtes: ſed ita omnia vobiſcum integra inlibatáque permaneant, ſicut à nobis relicta ſunt. Quod ſi te ſacerdos dei, quicũque es, Martianus noſter ſeptẽ diſciplinis eruditi, id eſt, ſi te in grammaticis docuit legere, in dialecticis altercationum propoſitiones aduertere, in rhetoricis genera metrorũ agnoſcere, in geometricis terrarum linearũque menſuras colligere, in aſtrologicis curſus ſiderũ cõtemplari, in arithmeticis numerorum partes colligere, in harmoniis ſonorum modulationes ſuauium accentuum carminib. cõcrepare: ſi in his omnibus ita fueris exercitatus, vt tibi ſtilus noſter ſit ruſticus, nec ſit quoque deprecor, vt auellas quæ ſcripſi. Sed ſi tibi in his quiddã placuerit, ſaluo opere noſtro te ſcribere verſu non abnuo. Hos autem libros in anno viceſimoprimo ordinationis noſtrę perſcripſimus: ſcilicet

E inſuperioribus de epiſcopis Turonicis ſcripſerimus, annotãtes annos eorum, non tamen ſequitur ac ſuppuratur numerus chronicalis, quia interualla ordinationũ integrè nõ potuimus reperire. Eſt ergo omnis ſumma annorum mundialium talis.

A principio vſque ad diluuium anni	MMCCXLII.
A diluuio vſque ad tranſitum filiorum Iſrael per mare rubrum, anni	MCCCCIIII.
Ab hoc maris tranſitu vſque ad reſurrectionem dominicam, anni	MDXXXVIII.
A reſurrectione dominica vſque ad tranſitum ſancti Martini, anni	CCCCXII.
A tranſitu S. Martini vſque ad memoratum ſuperius annum, id eſt ordinationis noſtræ primum & viceſimum, qui fuit Gregorij papæ Romani quintus, Gunthchramni regis xxxj. Childeberti iunioris, xix. anni	CCXVIII.
Quorum omnis ſumma eſt, annorum	MMMMMDCCCLXIIII.

FINIS.

VNDECIMVS LIBER,
SIVE APPENDIX HISTORIÆ FRANCORVM, SVPPLEMENTI LOCO AB ALIO *quopiam Gregorio Turonensi adiectus.*

TRansactis Gregorij Turonensis libris, volumina temporum gestorúmque vndecunque potui scripta reperire, & quæ mihi postea fuerunt cognita acta regum & bella gentium, quæ gesserunt, legendo simul & audiendo, aut denique videndo, cuncta omninò, quæ certo cognoui, in huius libelli volumine scribere volui curiosissimè, quantum potui, omnia inserendo, ab eodem incipiens tempore, quo historia Gregorij finem suum sortita est.

CAP. I. *Gunthchrãni bonitas.* Gunthchramnus rex Francorum cum iam annos xxiij. Burgundiæ regnum bonitate plenus feliciter regeret, cum sacerdotibus vtique sacerdotis instar se ostendebat, & cum leudis erat aptissimus, eleemosynam pauperibus largè tribuens, tantæ prosperitatis regnum tenuit, vt omnes etiam vicinæ gentes amplissimas de ipso laudes canerent.

Ecclesia S. Marcelli Cabillonensis. Anno xxiiij. regni sui diuino amore Ecclesiam beati Marcelli, vbi ipse pretiosus requiescit in corpore, suburbano Cabyllonensi, sed quidem tamen Sequanum territorium mirificè & solerter ædificari iussit, ibíque monachis congregatis monasterium condidit, ipsámque Ecclesiam rebus plurimis ditauit. Synodum xl. Episcoporum fieri præcepit, & ad instar institutionis monasterij sanctorum Agaunensium, quod temporibus Sigismundi regis ab Auto & cæteris Episcopis ipso principe iubente fuerat confirmatum, huius Synodi coniunctione Monasterium sancti Marcelli Gunthchramnus institutione formandum curauit.

CAP. II. *Gundoaldus factione Mõmoli decipitur.* Hoc anno Gundoaldus cum solatio Mummoli & Desiderij mense Nouembri partem regni Gunthchramni præsumpsit inuadere, & ciuitates euertere. Gunthchramnus Leudigildum comitem stabuli, & Ægilanem patricium cum exercitu contra ipsos direxit. Gundoaldus terga vertens, Combanem ciuitatem latebras dedit, & inde de rupe ab Osone duce præcipitatus interiit.

CAP. III. *Gunthchrãnus chlotharium baptismo suscepit.* Cvmqve Gunthchramno perlatum fuisset, eò quòd frater suus Chilpericus esset interfectus, festinans perrexit Parisios, ibique Fredegundem cum filio Chilperici Chlothario ad se venire præcepit, quẽ in Riolo villa baptizari iubet & eum de sancto lauacro excipiẽs in regnũ patris firmauit.

CAP. IIII. *Mommolus interficitur.* Anno xxij. regni Gunthchramni Mummolus Senuuia iussu Gunthchramni interficitur, vxorem eius Sydoniam vna cum omnibus thesauris eius Domnolus domesticus & Valdamarus Camerarius Gunthchramno præsentant.

CAP. V. *Gunth. tẽtat Hispan.* Anno xxvj. regni sui exercitus Gunthchramni Hispanias ingreditur, sed loci infirmitate grauatus, protinus ad propria reuertitur. Anno xxvij. eiusdem regni Leugisilus à Gunthchramno patricij partibus prouincię ordinatur, quòd filius Childeberti regis Theodobert. natꝰ fuisset nũciatur.

Eo anno nimia inundatio fluminum in Burgundia fuit, vt eorum terminos nimium transcenderent. Ipsóque anno Syagrius comes Constantinopolim iussu gunthchramni in legatione pergit, ibíque fraude patricius ordinatur. Cœpta quidem, sed ad perfectionem hæc fraus non peruenit. Eo anno signum apparuit in cœlo, globus igneus decidens in terram cum scintillis & rugitu, ipsóque anno Leupildus rex Hispaniæ moritur, & regnum obtinuit Richardus filius eius. Anno xxviij. regni Domni gunthchramni alius filius Childeberti nomine Theodoricus natus nunciatur.

CAP. VI. *Leupildo succedit Richardus.*

CAP. VII. *Gunth. & child. fœdus.* Gunthchramnus cum Childeberto pacem firmat dum Andelaum coniunxit. Inibi mater & soror, & coniunx Childeberti regis paritérque fuerunt, ibíque speciali conuenientia inter domnum Gũthchramnum & Childebertum fuit conuentum, vt regnum Gunthchramni post eius discessum Childebertus assumeret.

CAP. VIII. *Childebertus insidiantes interficit. Gothi Arrianismo renunciant.* Ipsoqve tempore Rauchingus, & Boso, Gunthchramnus Vrsio, & Bertifridus optimates Childeberti regis eò quòd eum tentauerunt interficere, ipso rege ordinante interfecti sunt, sed & Leudefridus Alamannorum dux in offensam antedicti regis incidit, etiam in latebras se dedit. Ordinatus est loco ipsius Vncilinus dux. Eo anno Richardus rex Gothorum diuino amplectens Christianam religionem amore prius secretius baptizatur: post hæc omnes Gothos, qui tum Arrianam sectam tenebãt, Toletũ adunare præcepit, & omnes libros Arrianos præcepit sibi præsentari, quos in vna domo collocatos incẽdio concremare iussit, & ad Christianam legem baptizare Gothos fecit.

Eo

CAP. IX. *Imperatrix virum relinquit fidei gratia.* Eo anno vxor Arnulphi imperatoris Persarum nomine Cæsarea virum relinquens, cũ quatuor pueris, totidémque puellis ad beatum Ioannem perrexit. Cúmque ab ipso Pontifice fuisset baptizata, Augusta Mauritij imperatoris eam de sancto suscepit lauacro. Quam cum vir suus imperator Persarum per legationes sæpius repeteret, & Mauritius imperator vxorem eius esse nesciret, tunc Augusta videns eam pulcherrimam, suspicatur ne ipsa esset quam legati quærebant, dicénsque eis: Mulier quædam de Persis huc venit, dicens, se vnam esse de populo: videte eam, forsitan ipsa est quam quæritis. quam legati videntes proni in terram adoraverunt, dicentes, ipsam esse eorum dominam, quam quærebant. Dicit ad eam Augusta, Redde illis. responsum tunc illa respondit, Ego cum istis non loquor, vita eorum instar canum est: si conuersi Christiani sicut & ego sum efficientur, tunc eis respondebo. Legati verò animo libenti baptismi gratiam accipiunt. Postea dicens ad eos Cæsara: Si vir meus voluerit Christianus fieri, & baptismi gratiam accipere, libenter ad eum reuertar. Nam penitus aliter ad ipsum non repedabo. Legati id imperatori Persarum nũciantes, statim ille legationem ad Mauritium imperatorem misit, vt sanctus Ioannes veniret Antiochiam, ipso tardante baptismum vellet accipere. Tunc Mauritius imperator infinitissimum apparatum Antiochiæ fieri iussit. ibi imperator Persarum cum sexaginta millibus Persarum baptizatus est, & per duas hebdomadas à Ioanne & reliquis episcopis Persæ ad plenitudinem supra scriptum numerum baptizantur. Imperatorem illum Gregorius Antiochiæ episcopus suscepit de lauacro. Arnulfus imperator à Mauritio imperatore petẽs vt sibi episcopos cum clero sufficiente daret, quos in Persia collocaret, vt vniuersi Persidæ baptismi gratiam adirent, quod Mauritius libenti animo præstitit, summáque celeritate omnes Persidiæ ad Christi cultum baptizantur. *Persæ baptizantur.*

CAP. X. Anno xxviiij. Gunthchramni exercitus in Hispaniam eiusdem iussu dirigitur, sed negligẽtia Bosonis qui caput exercitus fuit, grauiter à Gothis exercitus ille trucidatur.

CAP. XI. *Tunica domini inuenta.* Anno xxx. regni supra scripti principis, tunica domini nostri Iesu Christi, quæ eidem in passione sublata est, & à militibus, qui eum custodiebant est sortita, de qua Dauid propheta dicit: Et super vestimenta mea posuerunt sortem, Symon filius Iacob per duas hebdomadas multis cruciatibus affectus tãdem profitetur ipsam tunicam in ciuitate Zafad procul ab Hierosolyma in arca marmorea positam esse, quam Gregorius Antiochenus & Thomas Hierosolymorum, Ioannes Constantinopolitanus Episcopus cum aliis multis episcopis triduanum facientes ieiunium, exindè condignè cum arca marmorea quæ leuis effecta erat, quasi ex ligno fuisset, ordine pedestri Hierosolymam cum deuotione sanctissima perduxerunt, eámque in loco vbi crux domini adoratur cũ triumpho posuerunt.

CAP. XII. Beppelinvs dux Francorum factione Hebrearij eodémque duce à Britannis interficitur. Vnde post Hebrearius ad summam paupertatem rebus suis spoliatus peruenit.

CAP. XIII. *Agonis ducatus. Solis defectio.* Anno xxxj. regni Gunthchramni Theudifridus dux vltra Ioranos moritur, cui successit Vuandalmarus in honore ducatus. Ipsóque anno Ago dux in Italia sũper Longobardos in regno sublimatur. Anno xxxij. regni Gunthchramni, ita à mane vsque ad mediam diem sol minoratus est, vt tertia pars ex ipso vix appareret.

CAP. XIIII. *Gũthchramnus moritur.* Anno xxxiij. regni Gunthchramni v. Cal. April. ipse rex moritur, sepultus est in Ecclesia sancti Marcelli, in monasterio quod ipse construxerat. Regnum eiusdem Childebertus assumpsit. Eodem anno Quintrio dux Campanẽsis cum exercitu in regnũ Chlotharij ingreditur. Chlotharius cũ suis obuiã pergens hostiliter Quintrionem in fugam vertit, sed vtrinque exercitus nimiũ trucidatus est.

CAP. XV. *Child. regnũ in Burgund.* Anno ij. cum Childebertus regnum accepisset Burgundiæ, exercitus Francorum & Britannorum inuicem præliantes, vterque nimium gladio trucidantur. Anno iij. Childeberto in Burgundia regnante, multa signa in cœlo ostensa sunt, apparuit stella cometes. Eo anno exercitus Childeberti cum Vuarnis, qui rebellare conati fuerant, fortiter dimicauit, & ita Vuarni trucidati victi sunt, vt parum ex eis remansisset.

CAP. XVI. *Childeberti obitus.* Anno iiij. postquam Childebertus regnum acceperat Gunthchramni, defunctus est, regnúmque eius filij sui Theodobertus & Theodoricus accipiunt. Theodobertus sortitus est Austriæ, sedem habens Metensem: Theodoricus accepit regnum Gunthchramni, in Burgũdia, sedem habens Aurelianis.

CAP. XVII. *Fredegundis Lutetiam inuadit.* Eo anno Fredegundis cum filio Chlothario rege Parisios & reliquas ciuitates ritu barbaro occupauit, & contra filios Childeberti regis Theodobertum & Theodoricum mouit exercitum loco nominato Latofao. Castra vterque ex aduerso ponentes, Chlotharius cum suis super Theodobertum & Theodoricum irruens, eorum exercitum grauiter trucidauit. ànno ij. regni Theodorici Fredegundis moritur.

CAP. XVIII. *Lacus defertbuit.* Anno iij. regni Theodoberti Quintrio dux instigante Brunichilde interficitur. Anno iiij. regni Theodorici, Quolenus genere Francus Patricius ordinatur. Eo anno clades grandinis Massiliam & reliquas Prouinciæ ciuitates grauiter vastauit. Eo anno aqua calidissima in lacu Dunensi quem Arula flumen influit, sic validè ebulliuit, vt multitudine piscium coxisset. Eo anno Vuarnharius maior domus Theodorici transit, qui omnem facultatem suam in eleemosynis pauperum distribuit.

CAP. XIX. *Brunichildis Austr. exigitur.* Eo anno Brunichildis ab Austrasiis electa est, ac in Arciacensi Campania à quodam homine

paupere ſola reperitur. Secundum eius petitionem vſque ad Theodoricum perducitur. Theodoricus autem Brunichildem libenter recipiens, glorioſè honorat. Huius viciſſitudinem merito epiſcopatum Anthiſiodorenſem faciente Brunichilde adſumpſit. Anno V. regni Theodorici iterum ſigna, quæ anno ſuperiore viſa fuerant, globi ignei per cœlum currentes, & ad inſtar multitudinis haſtarum ignearum ad occidentem apparuerunt.

CAP. XX. Ipsoqve anno Theodobertus & Theodoricus reges cõtra Chlotharĩ regem mouẽt exercitũ, & ſuper fluuium Aroannam, nec procul à Doromello vico prælium confligentes inierunt. Ibíque exercitus Chlotharij grauiſſimè trucidatus eſt. Ipſi qui ex his remanſerunt in fugam verſi, pagos & ciuitates Ripaſigonæ qui ſe ad Chlotharium tradiderant depopulantur & vaſtantur. ciuitatibus ruptis, plurimi captiuorum ab exercitu Theodorici & Theodoberti exindè ducuntur. Chlotharius oppreſſus vellet nollet per pactionis vinculum firmauit, vt inter Sigonam & Ligerem vſquè mare Oceanum, & Britannorum limitem partem Theodoricus haberet, & per Sigonam & Iſeram ducatum integrum Dentelini vſque Oceanum mare Theodobertus reciperet, xij. tantum pagi inter Iſeram & Sigonam & mare littoris Oceani Chlothario remanſerunt. Anno vj. regni Theodorici Cautinus dux Theodoberti interficitur.

Reges prælientur.

CAP. XXI. Anno vij. regni Theodorici de concubina filius naſcitur nomine Sygibertus, & Agila patritius nullis culpis extantibus inſtigante Brunichilde ligatus interficitur, niſi tantum cupiditatis inſtinctu. Facultates eius in fiſcum adſumuntur. Eo anno Theodobertus & Theodoricus exercitum contra Vuaſcones direxerunt, ipſóſque Deo auxiliante deiectos ſuæ dominationi redigunt, & tributarios faciunt. Ducem ſuper ipſos nomine Gemialem inſtituunt, qui eos feliciter dominauit.

Vuaſcones ſubiugãtur.

CAP. XXII. Eo anno corpus ſancti Victoris qui Salodero cum ſancto Vrſo paſſus fuerat, à beato Æconio pontifice Maurionenſe inuenitur. Quadam nocte in ſua ciuitate ei reuelatur per inſomnium vt ſurgens protinus iret ad eccleſiam, quam Sedeleuba regina ſuburbanum Genauenſe conſtruxerat, in medio eccleſiæ deſignatum locum, vbi ſanctum corpus adeſſet. Cumque Genauam feſtinus perrexiſſet, cum beatis Ruſtico & Patrico Epiſcopis, triduanum iciunium facientes lumen per noctem vbi illud glorioſum & ſplendidũ corpus erat apparuit, quo cũ ſilentio hi tres pontifices cum lachrymis & orationibus eleuato lapide in arca argentea inuenerunt ſepultum, cuius faciem rubentẽ quaſi viuam reperiunt. Ibíque princeps Theodoricus præſens aderat, multíſque rebus huius Eccleſię maximam partem facultatis Vuarnharij ibidem confirmauit. Ad ſepulchrum illud ſanctum miræ virtutes ex ipſa die, qua repertum eſt, præſtante domino, integra aſſiduitate oſtenduntur. Eo anno Ætherius epiſcopus Lugdunenſis obiit, ordinatur loco ipſius Secundinus epiſcopus.

Victoris corpus ſomnio reuelatum.

CAP. XXIII. Eo anno Focas dux & Patritius reipubl. Victor à Perſis rediens, Mauritium imperatorem interfecit, & loco ipſius imperium adſumpſit.

Focas Mauricium occidit.

CAP. XXIIII. Anno viij. regni Theodorici de concubina naſcitur ei filius, nomine Childebertus, & ſynodus Cabillono colligitur: Deſiderium Viennenſem epiſcopum deiiciunt, & inſtigante Aridio Lugdunenſi epiſcopo & Brunichilde ſubrogatus eſt loco ipſius ſacerdotali officio Domnolus, Deſiderius verò in inſulam quandam exilio retruditur. Eo anno ſol obſcuratus eſt. Eo quoque tempore Berthoaldus genere Francus maior domus palatij erat Theodorici, moribus modeſtus, ſapiens, & acutus, in prælio fortis, fidem cum omnibus ſeruans. Anno nono regni Theodorici naſcitur ei filius de cõcubina nomine Corbus. Cum iam Protadius genere Romanus vehementer ab omnibus in palatio veneraretur, & Brunichildis ſtupri gratia eum vellet honoribus exaltare. Defuncto Vuandalmaro duce in pago vltra Iuranum & Scotingorum Protadius patricius ordinatur inſtigatione Brunichildis, vt Bertoaldus potius interiret eum ripa Sigona vſque Oceanum mare per pagos & ciuitates fiſcum inquirendum dirigunt.

Deſiderius Epiſcopus exulat.

CAP. XXV. Berthoaldvs ad Theodoricum miſſus, cum ccc. tãtum viris illis partibus properauit, cúmque ad Arelaum villam veniſſet, & venationem inibi exerceret: hæc comperiens Chlotharius, filium ſuum Meroueum & Laudericum maiorem domus cum exercitu Berthoaldũ premẽdum direxit, & maximam partem inter Sigonam & Ligeræ pagos & ciuitates de regno Theodorici præſumpſit contra pactum peruadere. Berthoaldus hæc audiẽs cum ſuſtinere non prævaleret, terga vertẽs, Aurelianos ingreditur, ibíque à viro beatiſſimo Auſtrino Epiſcopo ſuſcipitur. Laudericus cum exercitu Aurelianos circundans vocabat Berthoaldum, vt exiret ad prælium, Berthoaldus de muro reſpondens, Nos duo ſingulare certamen, ſi me expectare deliberas, reliqua multitudine procul ſuſpenſa, iungamus, à domino iudicemur. Sed hæc Laudericus facere diſtulit. Addens Berthoaldus dixit, Dum facere non audes proximo tempore domini noſtri pro iis quæ facitis iungent ad prælium. Induamur vterque ego & tu veſtibus vermiclis, præcidamur cæteris, vbi congreſſus erit certaminis, ibíque & mea & tua apparebit vtilitas, promittentes ante dominum ab inuicem promiſſionis huius rei veritatem ſubſiſtere.

Bertoaldum obſidet Laudericus.

CAP. XXVI. Cvmqve hoc in die feſti ſancti Martini antiſtitis actum fuiſſet, Theodoricúſque hæc comperiſſet, quòd à Chlothario pars regni ſui cõtra pactum fuerat peruaſa natiuitate Domini protinus cum exercitu Stampas per fluuinm Loa, peruenit, eodémque obuiam Meroueus filius Chlotharij regis, cum Landrico & magno exercitu venit. Cum eſſet autem peruius ille locus, vbi Loa fluuius tranſmeat, vix tertia pars exercitus Theodorici tranſierũt. Initum eſt prælium, ibíque Berthoaldus ſecũdum

Theodoricus vicit Chlotharium.

dum placitum aggreditur vocitans Laudericum. Sed Laudericus non eſt auſus, vt promiſerat, tãtum huius certaminis congreſſionẽ adire. Ibiq; Berthoaldus cum nimis cæteris præceſſiſſet, ab exercitũ Chlotharij cum ſuis interficitur, nec vellens exindè euadere dum ſenſerat ſe de ſui gradus honore à Protadio degradandũ. Ibíque Meroueus filius Chlotharij capitur, Laudericus in fugã verſus eſt, nimia multitudine exercitus Chlotharij in eo prælio gladio trucidata eſt. Theodoricus victus Pariſios ingreditur, Theodobertus pacẽ cũ Chlothario Cõpendio villa iniuit, & vterque exercitus eorũ illæſus rediit ad propria. Anno X. regni Theodorici Protadius inſtigante Brunichilde Theodorico iubente maior domus ſubſtituitur.

CAP. XXVII. Cvm eſſet nimiũ argutiſſimus & ſtrenuus in cunctis, ſed ſęua illi fuit cõtra perſonas iniquitas, fiſco nimium tribuens de rebus perſonarum, ingenioſè fiſcum vellens implere, & ſe ipſum ditare. Quoſcunque genere nobiles totus humiliare conabatur, vt nullus reperiretur qui gradum quẽ adripuerat potuiſſet adſumere. His & aliis nimia ſagacitate vexatis maximè cũctos in regno Burgundiæ fecit ſibi inimicos. Cũ Brunichildis nepotẽ ſuũ Theodoricũ integra aſſiduitate moneret, vt cõtra Theodobertũ moueret exercitũ dicens: quaſi Theodobertus nõ eſſet filius Childeberti, niſi cuiuſdã hortulani. Et Protadius ipſi quoque conſilio adſiſtens, tandẽ iuſſu Theodorici mouetur exercitus. Quod cũ loco nomine Caraciato Theodoricus cũ exercitu caſtra metaſſet, hortabatur à Leudibus ſuis, vt cũ Theodoberto pacẽ iniret. Protadius ſingulos hortabatur vt prælиũ cõmitteretur. Theodobertº nec procul cũ exercitu exindè reſidebat. Tunc omnis exercitus Theodorici inuẽta occaſione ſupra Protadiũ irruũt, dicẽtes, Melius eſſe vnũ hominẽ mori, quã tantũ exercitũ in periculũ mitti. Protadij in tẽtorio Theodorici regis cũ Petro Archiatro ad tabulã ludens ſedebat, quẽ vndique cũ iã exercitus circũdaſſet, & Theodoricũ Leudes tenebãt ne illuc graderetur, miſit Vncilenũ, vt ſuæ iuſſionis verbum nuntiaret exercitui, vt ſe de inſidiis Protadiis remouerẽt. Vncilenus protinus ad exercitum nuntians dixit, Sic iubet dominus Theodoricus, vt interficiatur Protadius. Irruentes ſuper eum in tentorium regis gladio vndique incidentes Protadium interficiunt. Theodoberto pacem iniuit, & illæſus vterque exercitus reuertitur ad proprias ſedes poſt cædem Protadij.

Theodobertus negatur eſſe regia ſtirpe.

Protadius occiditur.

CAP. XXVIII. Anno xj. regni Theodorici ſubrogatur maior domus Docudius genere Romanus, homo prudens, iucundus in fabulis, ſtrenuus in cunctis, patientiæ deditus, plenitudine conſilij abundans, literarum ſtudiis eruditus, fide plenus, amicitiam cum omnibus ſectans, priora exempla metuens, lenem ſe & patientẽ huius gradus aſcenſus oſtẽdit. Sed hoc tantùm impedimentum habebat, quòd ſagina eſſet corporis adgrauatus. Anno xij. regni Theodorici Vncilænus qui ad mortem Protadij inſidioſè fuerat locutus inſtigante Brunichilde pede truncato de rebus expoliatus ad debilitatem perductus eſt.

Claudÿ aſſabilitas.

CAP. XXIX. Vvlfivs patricius idémq; Brunichilde inſtigante conſilio, qui in mortem Protadij conſenſerat, Fauriniaco villa iubente Theodorico occiditur, & in patriciatum eius Richomeris Romanus genere ſubrogatur. Eo anno natus eſt de cõcubina Theodorici filius nomine Meroueus, quẽ Chlotharius de ſancto lauacro ſuſcepit.

Vulfius necatur.

CAP. XXX. Eodem anno Theodoricus Aridium epiſcopum Lugdunenſem Rogonem & Aeborinum comeſtabulum ad Bethericum regem Hiſpaniæ direxit, qui exindè Ermenbergam filiam eius Theodorico matrimonio ſociandam adducerent. Ibíque datis ſacramentis, ne à Theodorico vnquam à regno degradaretur, ipſámque accipiunt, & Theodorico Cabillono præſentant, quam ille gaudens diligenter ſuſcepit. Eadem factione auiæ ſuæ Brunichildæ virilem coitum non cognouit. Inſtigantibus verbis Brunichildæ auiæ & Theudelindæ germanæ efficitur odioſa. Poſt anni circulum Theodoricus Ermenbergam expoliatam à theſauris Hiſpaniam retranſmittit. Bethericus hæc indignans legationem ad Chlotharium direxit: legatus Chlotharij cum Betherici legato ad Theodobertum perrexit. Iterum Theodoberti legati cum Chlothario & Betherico legatariis, ad Agonem regem Italiæ acceſſerunt, & vnanimiter hi quatuor reges cum exercitu vndique ſuper Theodoricum irruunt, vt regnum eius auferrent, & cum morte damnarent, eò quòd tantum de ipſo reuerentia ducebant. Legatus verò Gothorum naui de Italia per mare Hiſpaniam reuertitur. Sed hoc conſilium diuino nutu non ſortitur effectum, quod cum Theodorico compertum fuiſſet, fortiſſimè ab eodem deſpicitur.

Ermenberga Brunichildis aſtu mariti priuatur amplexibus.

CAP. XXXI. Eo anno Theodoricus conſilio Aridij epiſcopi Lugdunenſis perfidi vtens, & perſuaſu auiæ ſuæ Brunichildæ ſanctum Deſiderium de exilio egreſſum lapidare præcepit: ad cuius ſepulchrum miræ virtutes à die tranſitus ſui dominus integra aſſiduitate oſtendere dignatur, per quod credendum eſt per hoc malum geſtum regnum Theodorici & filiis ſuis fuiſſe deſtructum.

Martyrium Deſiderij.

CAP. XXXII. Eo anno mortuo Betherico Siſebutus ſucceſſit in Hiſpaniæ regnum, vir ſapiens & per totã Hiſpaniam laudabilis, valdè pietate plenus. Nam & aduerſus manum publicam dimicauit fortiter. Prouinciam Cantabriam Gothorum regno ſubegit, quam aliquando Franci poſſederant. Dux Francio nomine qui Cantabriam tempore Francorum rexerat, tributa Francorum regibus multo tempore impleuerat. Sed cũ à parte imperij fuerat Cantabria reuocatus, à Gothis vt ſupra legitur præoccupatur, & plures ciuitates ab imperio Romano Siſebutus littore maris abſtulit, & vſque fundamentũ deſtruxit. Cúmque Romani ab exercitu Siſebuti trucidarentur, Siſebutus dicebat pietate plenus: Heu me miſerum, cuius tẽpore tanti ſanguinis humani effuſio fiat. cuicũque poterat occur-

Betherico ſuccęſſit Siſebut.

rere de morte liberabat. Confirmatum est regnum Gothorum in Hispania per maris littora vsque montes Pirenęos. F

CAP. XXXIIII. *De Agone rege & Theudilinda.*

AGO rex Longobardorum accepit vxorem Grimoaldi & Gũdoaldi Germanam, nomine Theodilindam ex genere Francorum, quam Childebertus h buerat desponsatam. Cum eam consilio Brunichildæ postposuit, Gundoaldus cum omnibus rebus secum germanam Theodilindam in Italiam transtulit, & in matrimonium Agoni tradidit. Gundoaldus de gente nobili Longobardorum accepit vxorem, de qua duos filios accepit his nominibus, Gundobertum & Charibertum. Ago rex filius Autharij regis de Theudilinda habuit filium nomine Adoaldum, & filiam nomine Gundebergam. Dum Gũdoaldus à Longobardis nimium diligeretur, factione Agonis regis & Theudilindæ, cum ipsam iam zelo tenerent, vbi ad ventrem purgandum in faldeone sedebat, sagitta saucius moritur.

CAP. XXXV. *Belichildis cõtemnit Bruni childẽ ancilla dominam.*

ANNO xiij. regni Theodorici, cum Theodobertus Belichildem habebat vxorem, quam Brunichildis à negotiatoribus mercata fuerat. Cum esset Belichildis vtilis & à cunctis Austrasiis vehemẽter diligeretur, simplicitate Theodoberti honesti comportans nihil se minorem à Brunichilde esse G cerneret, sed sæpius per legatos Brunichildem despiceret, dum ab ipsa increpabatur, quod ancilla Brunichildæ fuisset: tandem his & aliis verbis legatis discurrentibus ab inuicem vexarentur, placitum est incolecensi & soznitensi fieri, vt has duas reginas pro pace inter Theodoricum & Theodobertum coniungerent ad colloquium. Sed Belichildis consiliis Austrasiorum inibi venire distulit.

CAP. XXXVI. *Columbani mores & vita.*

ANNO xiiij. regni Theodorici beatus Columbanus creuerat iam passim fama ciuitatis suæ in vniuersas Gallias, & Germaniæ Prouincias, erátque omnium rumore laudabilis, omnium cultu venerabilis, in tantum vt Theodoricus rex ad eum sæpè Luxouium veniret, & rationum suarum suffragio omni cum humilitate posceret. Ad quem sæpissimè cum veniret cœpit vir Dei eum increpare, cur concubinarum adulteriis misceretur, & non potius legitimi coniugij solaminibus frueretur, vt regalis proles ex honorabili regina procederet, & non potius ex lupanaribus videretur emergere. Cúmque iam ad viri Dei imperium regis sermo obtemperaret, & se ab omnibus illicitis segregare sponderet, mentem Brunichildis auiæ secũdum vetera & detestabilis antiquus anguis adiit, eámque contra virum Dei stimulatam superbiæ aculeo excitat, quia cerneret viro Dei Theodoricum H obedire. Verebatur enim ne si abiectis concubinis reginam aulæ præficeret, dignitatis atque honoris sui modum amputaret. Euenit ergo vt quadam die beatus Columbanus ad Brunichildem veniret (erat enim tunc apud Brucariacum villam) cúmq; illa eum in aula venire cerneret, filios Theodorici quos de adulterinis permixtionibus habebat ad virum Dei adducit: quos cum vidisset scisscitabatur quid sibi vellent. Brunichildis ait, Regis sunt filij, tu eos benedictione robora. Ait ille:

Columbanus adulterinos non vult benedicere.

Nequaquam, inquit, istos regalia sceptra susceпturos scias: de lupanaribus emersерunt. Illa furens paruulos adimi iubet. Egrediens vir Dei regiam aulam, dum limitem transiliret, fragor ex terrore incussit, nec tamen miseræ fœminæ furorem compescuit: parat quidem inde insidias moliri. Vicinis monasterij per nuntios imperat vt nulli eorum extra monasterij terminos iter pandatur, neque receptacula Monachis eius, vel cuilibet subsidia tribuantur. Cernens beatus Columbanus regios animos aduersum se permotos, ad eos properat, vt suis monitis miseræ pertinaciæ intantum frangat. Erant enim tunc temporis apud Spinsiam villam publicam, quò cum iam sole occumbente I venissет, regi nuntiant, virum Dei inibi esse, nec regis domibus metari velle. Tunc Theodoricus: Melius esse virum Dei opportunis subsidiis honorare, quàm dominum ex seruorum eius offensa ad iracundiam prouocare. Iubet ergo regio cultu opportunè parare, Dei famulo dirigere. Itaq; venerunt, & iuxta imperium regis oblata offerunt. Qui cum vidissет dapes & pocula cultu regio administrata, inquirit quid sibi ista vellent: dicunt illi, Tibi à Rege fuerunt directa. Abominatus ea ait: Scriptum est, Munera impiorum reprobat altissimus. Non enim dignum est vt famuli Dei muneribus eius polluantur, qui non solum suis, verum etiam aliorum habitaculis famulis Dei aditum denegat. His dictis vascula omnia in frusta disrupta sunt, vináque ac sicera solo diffusa, cæteráque seperatim dispersa. Pauefacti ministri rei gestæ casum regi nuntiant. Ille pauore perculsus cum auia diluculo ad virum Dei properat. Precantur de commisso veniam, se in posterum emendare pollicentur. His pacatus promissionibus monasterium rediit, sed polliciti vadimonij iurandum diu seruata violenter exercentur miseriarum incrementa, solitáque à rege adulteria patrantur. Quo audito beatus Columbanus literas ad eum obiurgationibus plenas direxit, comminatúrque excommunicationem, K si emendari dilatãdo non vellet. Ad hæc rursum permota Brunichildis regis animum aduersus Columbanũ excitat, omníque conatu perturbare intendit, orátque proceres aulicos, optimates omnes vt regis animum contra virum Dei perturbẽt: episcopósque sollicitare adgressa, vt de eius religione detrahendo, & statum regulæ quam suis custodiendam Monachis indiderat macularent. Obtemperantes igitur aulici regis contra virũ Dei perturbant, cogẽtes vt accederet, ac religionem probaret. Abactus itaque rex ad virũ Luxouium venit, conquestúsque cũ eo cur à cõprouincialibus moribus discesserit, & intra septa secretiora omnib. Christianis aditus nõ pateret. Beatus itaque Colũbanus, vt erat audax atq; animo vigẽs talibus obiicięti regi respondit, Se consuetudinẽ non habere vt secularių hominũ & religione alienis, famulorum Dei habitationis pãdat introitum: sed opportuna aptáque loca ad hoc habitare parata, quo omnium hospitũ aduentus suscipiatur. Ad hæc rex. Si inquit,

A inquit, largitatis nostræ munera, & solùm in his supplementum capere cupis, omnibus in locis omnium patebit introitus. Vir Dei respondit: Si quod nunc vsque sub regalis disciplinæ habenis constrictum fuit, violare conaris, nec tuis muneribus, nec quibuscunque subsidiis me fore à te sustentatum. Et si hanc ob causam tu hoc in loco venisti, vt seruorum Dei cœnobia destruas, & regularem disciplinam macules, scito tuum regnum funditus ruiturum, & cum omni propagine regia periturum, quod postea rei probauit euentus. Iam enim temerario conatu rex refectorium ingressus fuerat. His ergo territus dictis foras celer repedat. Duris post hæc vir Dei increpationibus à rege arguitur, contra quem Theodoricus ait: Martyrij coronam me tibi illaturum speras, non esse tantæ dementiæ vt hoc tantum patraret scelus, sed potioris consilij se agere vtilia patraturum, vt ab omnium sæcularium moribus discedat: qua venerit, ea via repedare studeat. Aulici simul consona voce vota prorumpunt, se habere in his locis nõ velle, qui omnibus nõ societur. Ad hæc beatus Columbanus se dicit de cœnobij septis non egressurum, nisi violenter abstrahatur. Discessit ergo rex, relinquens virũ quendã procerũ, nomine Adulfum. Is ergo cũ remãsisset, virũ Dei à monasterio pel-
B lit, & pœnis Vesoncione oppido ad exulandũ perducit, quoadusque ex eo regalis sentẽtia quod voluisset, decerneret. Post hæc vir Dei cernẽs quòd nullis custodiis angerẽtur, à nullóque molestiam ferret: videbant enim omnes in eo Dei virtutem flagrare, ideóque omnes eius ab iniuriis segregabantur, ne socij culparum forent. Ascendit ergo dominica die in verticem ardui cacuminis montis illius, ita enim situs vrbis habetur, cum domorum densitas in diffuso latere procliui montis sita sit, prorumpens ardua in sublimibus cacuminibus, qui vndique ei abscisi fluminis, Deme alueo vallante nullatenus commeantibus viam pendit, ibíque vsque ad mediam diem expectat, si aliquis iter ad monasterium reuertendi prohibeat. Et cum nullus contrarius existeret, ipse per mediam vrbem cum suis ad monasterium regreditur. Quo audito Brunichildis ac Theodoricus, quòd scilicet ab exilio reuertisset, atrocioribus iræ aculeis stimulantur, iubentes Bertharium comitem attentius perquirendum virum cum præsidio, simúlque & Baudulfum quem superius dixeram destinarunt: quò cum venissent, beatum Columbanum in ecclesia positum, psallentiúmque orationi
C deditum cum omni congregatione fratrum reperiunt, sicque virum Dei alloquuntur, Precamur vt non tam regiis, quàm etiam nostris obedias præceptis: gressúsque eo itinere quo primùm aduentasti in locis. At ille, Non enim (inquit) reor, placere conditori simul natale solum ob Christi timorem relictum denuò repedare. Cúmque nullatenus cerneret, sibi virum Dei obedire, relictis quibusdam Bertharius quibus ferox animus inerat, abscessit. Hi verò qui remanserant, virum Dei hortantur vt illis miserеatur, quòd tale opus patrandum infeliciter fuerant relicti, eorúmque periculo consuleret, qui si eum violenter non abstraherent, mortis eos periculum incurrere. At ille se ait iam sæpius testatum esse, nisi vi abstraheretur, non discessurum. Illi gemino vallati periculo, vndique vrgente formidine, pallium quo indutus erat attingunt: alij genibus prouoluti cũ lachrymis precãtur vt pro tãti sceleris culpa illis ignosceret, qui non suis desideriis, sed regiis obtemperarent præceptis. Videns itaque vir Dei, periculum fore si suæ veritati satisfaceret, cum omni eiulatu atque mœrore egreditur, deputatis custodibus, qui quò vsque ditionis suæ regno pelleretur, non eum reliquerant. Inter quos primus Ragumundus erat, qui eum Namnetis vsque
D perduxit. Sícque regno Theodorici expulsus, rectà Hyberniam insulam repedare disposuit. Sed vt nulli penitus inter gradiendum fit pontificium nisi permissu altissimi. Ipse verò sanctus Italiam expetens, monasterium in loco nomine Bobio construens, sanctæ conuersationis plenus dierum migrauit ad Christum.

Columbanus monasterium fundauit.

CAP. XXXVII.

ANNO duodecimo regni Theodorici cũ Alesationes vbi fuerat enutritus præcepto patris sui Childeberti tenebat, ad Theodobertum ritu barbaro peruaditur. Vnde placitum inter hos duos reges, vt Francorum iudicio finiretur, Saloissa castro instituunt. Ibíque Theodoricus cum Scarittis, vtrumque decem millia accessit. Theodobertus verò cum magno exercitu Austrasiorum inibi prælium volens committere aggreditur, quòd cum vndique Theodoricus timore perterritus per pactionis vinculum Alsacios ad partem Theodoberti firmauit, & iam surgerent in se & Turenses & Campanẽses, quod sæpius repetebat, idémque amississe visus est, regressus vterque ad sedes proprias. His diebus & Alemannii in pago Auenticẽsi vltra Iuranum hostiliter ingressi sunt, ipsúmque pagum *Alemanni vastant.*
E prædantes Abbelinus & Erpinus comites cum cæteris de ipso pago comitibus cum exercitu pergunt obuiam Alemannis: vterque phalangæ ordines iunguntad prælium. Alemanni trans Iuranos superant, plures tamen eorum trucidant, & prosternunt: maximam partem territorii Auenticensis incendio concremant, plurimorum nimium hominum exinde in captiuitatem duxerunt: reuersíque cum præda pergunt ad propria. Theodoricus ob has iniurias deinceps integra assiduitate consilium iniebat, quo pacto Theodobertum posset opprimere. Eo anno Belichildis à Theodoberto interficitur. Theodobertus puellam nomine Theudichildem accipit vxorem. Anno xv. *Belichildis necatur.*
Theodorici legationem ad Chlotharium direxit, indicans se contra Theodobertum eò quòd frater suus esset, hostiliter velle aggredi; si Chlotharius in solatium Theodoberti non esset, ducatum Dentelini quem contra Theodobertum cassauerat, si Theodoricus Theodobertũ superaret, Chlotharius supermemoratum Dentelini ducatum in suam ditionem reciperet. Hac conuentione inter Theodoricum & Chlotharium legatis intercurrentibus firmata, Theodoricus mouet exercitum;

ANNO XVII. Theodorici regis Lingonas de vniuersis regni sui prouinciis mense Maio exercitus adunatur, dirigénsque per Andelaum Nasio castro cœpto Tullum ciuitatem perrexit. Ibíque Theodobertus cum Austrasiorum exercitu obuiam pergens Tullensem Campaniam, confligunt. *Theodorici pugna & Theodoberti.* Theodoricus superat Theodobertum, eiúsque exercitum prosternit. Cæsa est de exercitu eodem prælio ingens multitudo virorum fortium. Theodobertus terga vertens per territorium Metensem veniens, transito Vosago Coloniam fugaciter peruenit. Theodoricus post tergum cum exercitu insequens, beatus & Apostolicus vir Leonysius Mogacensis vrbis episcopus, diligens vtilitatem Theodorici, odiens stultitiam Theodoberti, ad Theodoricum veniés dixit, Quod cœpisti perficito: satis te vtiliter oportet huius rei causam expetere. Rustica fabula dicitur, quòd cum Lupus ascendisset in montem, & cum filij sui iam venari cœpissent, eos ad se in monte vocat dicens, quàm longè oculi vestri in vnamquamque partem videre prævalent, non habetis amicos nisi paucos, qui de vestro genere sunt: perficite igitur quod cœpistis. Theodoricus cum exercitu Ardennam transiens Tholbiacum peruenit. Theodobertus cum Saxonibus, Thuringis, & cæteris gentibus, quod est vltra Rhenum, vel vndique potuerat adunare cõtra Theodoricum Tholbiam perre- G xit, ibíque denuò commissum est prælium. Fertur à Francis cæterísque gentibus ab antiquo tam nunquam fuisse prælium factum. Ibi enim tanta strages ab vtroque exercitu facta est, vt phalanges in ingressu certaminis contra se præliantes, cadauera virorũ occisorũ vndique non haberẽt vbi inclinata iacerẽt, sed stabãt mortui inter cæterorum cadauera stricti quasi viuentes. Sed domino præcedẽte iterum Theodoricus Theodobertũ superat, & à Tholbiaco vsque Coloniã exercitus Theodoberti gladio trucidatur. Per loca horũ terræ cooperuit, ipsóque die Coloniam perrexit, omnésque thesauros Theodoberti inibi recepit. Dirigénsque Theodoricus vltra Rhenũ post tergũ Theo- *Theodobertus capitur.* doberti Bertharium cubiculariũ, qui diligẽter Theodobertũ captũ Bertharius Coloniã conspectui Theodorici præsentat, exhibitũ veste regali. Theodobertus expoliatus, equúsque eius cũ ferratura rei totúmque Berthario à Theodorico cõceditur. Theodobertus vinctus Cabillono destinatur. filius eius nomine Meroueus paruulus iussu Theodorici apprehensus pede à quodã ad petrã percutitur, cerebrum eius capite eruptũ, amisit spiritum. Chlotharius ducatũ Dẽtelini, secundum conuentionem Theodorici, integrum suæ ditioni redigit. Ob quã rem Theodoricus cum iam toti Austriæ H dominaretur, nimia indignatione commotus contra Chlotharium exercitum mouet. Anno XVIII. regni sui de Austria & Burgundia mouere præcipit, legationem prius dirigens, vt se Chlotharius de iã dicto ducatu Dẽtelini omni modo remoueret, alioquin nouerit se exercitũ Theodorici vndique in regnũ Chlotharij impulsurum, quod verbum quemadmodũ legati nuntiarant probauit euẽtus.

IPSO quoque anno iã exercitus cõtra Chlothariũ egrediebatur, cum Theodoricus Metis profluuio ventris moritur. Exercitus protinus redit ad proprias sedes. Brunichildis cum filiis Theodorici CAP. XXXIX. *Theodoricus ventris profluuio moritur.* quatuor, Sigoberto, Corbo, & Merouco Metis residẽs, Sygobertũ in regno patris instituere nititur.

CHLOTHARIVS pactione Arnulfi & Pippini, vel cæteris proceribus Austriam ingreditur. Cúmque Captonacum accessisset, & Brunichildis cum filiis Theodorici Varmatiæ resideret, egatos his nominibus Chadoindo & Erpione ad Chlothariũ direxit, cõtestans ei, vt se de regno Theodorici Varmaciæ resideret, legatos his nominibus Chadoindo & Erpione ad Chlotharium direxit, CAP. XL. *Chlotharius Austriam ingreditur.* cõtestans ei vt se de regno Theodorici quod filiis reliquerat, remoueret. Chlotharius respondebat, I & per suos legatos Brunichilde mandauit, iudicio Francorum Electorum, quicquid procedente domino à Francis inter eosdem iudicabitur, pollicitum esse implere. Brunichildis Sygobertum seniorem filium Theodorici in Thoringiam direxit, cum quo Vuarnharium maiorem domus & Albienum cum cæteris proceribus destinauit, vt gentes quæ vltra Rhenum sunt attraherent, qualiter Chlothario possent resistere. Post tergum indiculum direxit, vt Alboinus cũ cæteris Vuarnharium interficeret, eò quòd se in regnum Chlotharij vellet transferre. quo indiculo relicto Alboinus disruptum proiecit in terram, inuentus est à puero Vuarnharij: super tabula cera linita denuo solidatur: quo indiculo relicto Vuarnharius cernens se vitæ periculum habere, deinceps cogitare cœpit, quo pacto filij Theodorici opprimerentur, & in regnum Chlotharius eligeretur, gentes quę illic attractæ fuerant consilio secreto de solatio Brunichildis & filiorum Theodorici procul fecit abesse: & inde regressi cum Brunichilde & filiis Theodorici Burgundias adpetunt, missis per vniuersam Austriam discurrentibus, exercitum mouere nitebantur.

BVRGVNDIÆ Barones verò tam episcopi quàm cæteri leudes timentes Brunichildem, & K CAP. XLI. odiũ in eam habentes, Vuarnharij consilium inientes tractabãt vt neque vnus ex filiis Theodorici euaderet, sed eis omnibus oppressis, & Brunichildem delerẽt, & regnũ Chlotharij expeterent, quod probauit euentus. Cúmque iussu Brunichilde & Sygoberti filij Theodorici, exercitus de Burgũdia & Austria cõtra Chlotharium egreditur, veniénsque Sygobertus in Campaniam Catalaunensem *De consilio proditionis filij Theodorici.* super fluuium Coxoniam, ibíque Chlotharius obuiã cum exercitu venit, multos iam de Austrasiis secum habens factione Vuarnharij maioris domus, sicut iam olim tractauerat, consentientibus Aletheo patritio, Roccone, Sigoaldo & Eudelane ducibus. Cúmque in cõgressu certaminis debuissent cum exercitu confligere, priusquam præliari cœpissent, signa dantes exercitus Sygoberti terga vertens redit ad proprias sedes. Chlotharius paulatim vt cõuenerat post tergum cum exercitu sequens vsque

A vsque Ararim Saogannam fluuium pertenit. Captis filiis Theodorici tribus, Sygoberto, Corbo & Merouco, quem ipse de fonte excepit. Childebertus fugaciter ascendens ne vnquam postea fuit reuersus. Austrasiorum exercitus redditur propriis sedibus factione Vuarnharij maioris domus, cum reliquis maximè proceribus de regno Burgundiæ. Brunichildis ab Erpone comestabulo de pago vltra Iuranos ex villa vrbana cũ Theudelane germana Theodorici producitur, & Chlothario in nouo vico super Vincenna fluuio præsentatur. Sygobertus & Corbus filij Theodorici iussu Chlotharij interfecti sunt. Merouеus secretius iussu Chlotharij in Neustriam perducitur, eundem amplectens amore, quòd ipsum de sancto exceperat lauacro, in Gobodo Graffioni commendatur, vbi plures post annos vixit. Chlotharius cum Brunichildis suo conspectui præsentaretur, & odium contra ipsam nimium haberet, reputans ei quòd x. reges Francorũm per ipsam interfecti fuissent, id est, Sygobertus, Merouеus, & genitor suus Chilpericus, Theodobertus & filius suus Chlotharius; item Merouеus filius Chlotharij, Theodoricus, eiusdémque tres qui ad præsens extincti fuerant, per triduum eam diuersis tormentis afflictam iubet prius camelo per omnem exercitum sedentem B perducere, post hæc comam capitis vno pede & brachio ad ferociſſimi equi caudam ligare, à quo calcibus & velocitate cursus mẽbratim disrumpitur. Vuarnharius in regno Burgundiæ substituitur maior domus, sacramẽto à Chlothario accepto, ne vnquam vitæ suæ temporibus degradaretur. In Austria rado idémque hunc gradum honoris adsumpsit. Firmatum est omne regnum Francorum, sicut à priore Chlothario dominatum fuerat, cum cunctis thesauris ditioni Chlotharij iunioris subiicitur, quod feliciter post XVI. annos tenuit, pacem habens cum omnibus gentibus vicinis. Iste *Chlotharij probitas.* Chlotharius patientiæ deditus, literis eruditus, timens Deum ecclesiarum, & sacerdotum magnus munerator, pauperibus eleemosynam tribuens, benignum se omnibus & pietate plenum ostendens: venatione ferarum nimia assiduitate vtens, & postremum mulierum & puellarum suggestionibus nimium annuens, ob hoc quidẽ blasphematur à Leudibus. Cum anno XXX. regni sui Burgundiã & Austriæ regnũ arripuisset, Herponẽ ducem genere Francum loco Eudelani in pago vltra Iuranos instituit, qui dum pacem in ipso pago vehementer arripuisset, sectari malorum nugacitatem, premens ab ipsis pagensibus instigante parte aduersa consilio Alethei patritij & Leudemundi C episcopi, & Herponis comitis per rebellionis audaciam interficitur. Chlotharius cum in Alsatia villam Aurolegiam cognomento cum Bertrude regina accesserat, pacem sectatus multos iniqua agentes gladio trucidat.

LEVDEMVNDVS quidem episcopus Sidonensis ad Bertrudem reginam veniens, consilio CAP. XLIII. Alethei patritij secretius verba ignominiosa dixit, quòd Chlotharius eodem anno omnino migraret de sæculo, vt thesauros quantum poterat secretissimè ad Sidonis suam ciuitatem transferret, eò quòd esset locus tutissimus, Aletheus esset paratus, suam relinquens vxorem, Berthrudem reginam *Leudemũdus episc. ob prognostica periclitatur.* accipere, eò quòd esset regio genere de Burgũdionibus, ipse sub Chlothario possit regnum adsumere. Regina Berthrudis cũ hæc audisset, verita ne veritas subsisteret, in lachrymas prorumpens abiit in cubiculũ: Leudemundus cernens se huiusce modi verbis habere periculum, fugaciter per noctem Sedanos perrexit: exinde latente fuga Luxouium ad domum Austasij Abbatis peruenit. Post hæc ab ipso Abbate cum domino Chlothario his culpis excusatur, ad suam reuersus est ciuitatem, Chlo- D tharius Massolaco villa cum proceribus residens, Aletheum ad se venire præcepit. Huius consilio iniquissimo comperto, gladio trucidare iussit. Anno XXXIIII. regni Chlotharij Vuarnharium maiorem domus cum vniuersis pontificibus Burgundiæ Faronis Bonogelo villa ad se venire præcepit, ibique cunctis illorum iustis petitionibus annuens, præceptionibus roborat.

LONGOBARDORVM gens quemadmodum tributa XII. millia solidorum ditioni Francorum CAP. XLV. annis singulis dissoluebant, referam, vel quo ordine duas ciuitates, Augustam & Siosium cum territoriis à parte Francorum cassauerant, non abscondam. Defuncto Cleopioso principe, duces Longobardorum XII. annos sine regibus transegerunt. Ipsóque tempore, sicut supra scriptum legitur, per loca in regnum Francorum proruperunt, pro ea præsumptione in compositione Augustam & Siusium ciuitates cum integro illorum territorio & populo partibus Guntheramni tradiderũt. Post hæc legationem ad Mauritium Imperatorem dirigunt: hi duodecim duces, singulos legatarios destinant, pacem & patrocinium Imperij petentes: iidémque & alios legatarios XII. ad Guntheramnum & Childebertum destinant, vt patrocinium & defensionem Francorum habentes XII. millia E solidorum annis singulis his duobus regibus in tributa implerent, vallem cognomento Ametigis partibus Guntheramni cedentes, his legatis vbi plus congruebat patrocinium sibi firmarent. Post hæc integra deuotione patrocinium eligunt Francorum. Nec mora, post permissum Guntheramni & Childeberti cum Chlothario, ducem super se Longobardi sublimant in regno. Alius Autharius, idémque dux cum integro suo ducatu se ditioni tradidit Imperij, ibíque permansit: & Autharius rex tributa quæ Longobardi ad partem Francorum spoponderant annis singulis reddidit. Post eius discessum filius eius Ago in regnum sublimatus, similiter impleſſe, dignoscitur. Anno XXXV. regni Chlotharij legati tres nobiles ex gente Longobardorum, Agiulfus, Pompeius & Guto ab Agone rege ad Chlotharium regem destinantur, petentes vt illa XII. millia solidorũ, quæ annis singulis Frãcorũ ærariis dissoluebant, deberent cassari, exhibentes ingeniosè secretius tria millia solidos, ex quibus Vuarnharius mille, Gundolandus mille, & Hunus mille acceperũt: Chlothario verò triginta sex *Tributa Longobardis laxantur.*

millia ſolidorum inſimul exhibebant. Quare conſilio ſupraſcriptorum qui occultè muneribus donati fuerant, Chlotharius ipſa tributa à parte Longobardorum caſſauit, & amicitiam perpetuam cum Longobardis ſacramentis & pactis firmauit. F

CA. XLVI.

Berethrudis obiit.

ANNO XXX. regni Chlotharij Berethrudis regina moritur, quam vnico amore dilexerat Chlotharius, & omnes Leudes bonitatem eius cernentes vehementer amauerant.

CA. XLVII

Dagobertus.

ANNO XXXVIII. regni Chlotharij Dagobertum filium ſuum conſortem regni facit, cúmque per Auſtraſios regem inſtituit, retinens ſibi quod Ardenna & Voſagus verſus Neuſtriam & Burgundiam excludebant.

CAP. XLVIII.

Samonis regni initium.

ANNO XL. regni Chlotharij homo quidam nomine Samo natione Francus, de pago Sennonagago plures ſecum negotiantes adduxit, exercendum negotium in Sclauos cognomento Vuinidos perrexit. Sclaui iam contra Auaros cognomento Hunos, & regem eorum Gaganum cœperãt rebellare. Vuinidi, Befulci, Huni fuerant iam antiquitus, vt cum Huni ab exercitu contra gentem quamlibet aggrediebantur, Huni pro caſtris adunatum illorum exercitum ſtabant, Vuinidi verò pugnabãt: ſi ad inuicem præualebant, ſin autem Vuinidi ſuperabantur, Hunorum auxilio fulti vires reſumebant. Ideò Befulci vocabantur ab Hunis, eò quòd duplici in congreſſione certamine vtebantur. Huni hyemandum annis ſingulis in Sclauos veniebant: vxores Sclauorum & filias eorum ſtratũ ſumebant, tributa ſuper alias oppreſſiones Sclaui Hunis ſoluebant. G

Filij Hunorum quos in vxores & filias generauerant, tandem non ſufferentes malitiam ferre, & oppreſſione Hunorũ dominationem negantes, vt ſupra memini, cœperant rebellare. Cum cũ exercitu Vuinidi cõtra Hunos fuiſſent progreſſi, Samo negotians, de quo memoraui ſuperius, cum ipſis in exercitu perrexit: ibique tanta eius fuerat vtilitas, vt de Hunis nimia multitudo gladio Vuinidorum trucidaretur. Vuinidi cernentes vtilitatem Samonis eum ſuper ſe eligũt regem, vbi XXXV. annos regnauit fœliciter: plura prælia contra Hunos ſuo regimine Vuinidi geſſerunt. Suo conſilio & vtilitate Vuinidi ſemper ſuperarunt. Samo XII. vxores ex genere Vuinidorum habebat, de quibus XXII. filios & XV. filias habuit.

CAP. XLIX

Adaloaldus Euſebij ſuaſu proceres cædit.

IPSOQVE anno XL. Chlotharij Adaloaldus rex Longobardorum filius Agonis regis cum patri ſuo ſucceſſiſſet in regno, legatum Mauritij imperatoris nomine Euſebium ingenioſè ad ſe venientem benignè ſuſcepit, inunctus in balneo neſcio quibus vnguentis ab ipſo Euſebio perſuadebatur: & poſt hanc vnctionem nec quidquã aliud, niſi quod ad Euſebio hortabatur, facere poterat. Perſuaſus ab ipſo vt primates & nobiliores cunctos in regno Longobardorum interficere ordinaret: illis extinctis ſe cum omni gente Longobardorum imperio Mauritij traderet. Qui cum iam xij. ex eis nullis culpis extantibus gladio trucidaſſet, reliqui cernentes eorum eſſe vitæ periculum: H

CAP. L.

Adaloaldus veneno perit.

CHAROALDVM ducem Taurienſem, qui germanam Adaloaldi habebat vxorẽ nomine Gundebertam, omnes ſeniores & nobiliſſimi Longobardorum conſpirantes conſilio in regnum eligunt ſublimandum. Adaloaldus veneno infectus interiit. Charoaldus ſtatim regnum arripuit. Taſo vnus ex ducibus Longobardorum cum teneret Tuſſicanam prouinciam ſuperbia elatus aduerſus Charoaldum regem cœperat rebellare.

CA. LI.

Gundeberga regina falſo veneni accuſatur.

GVNDEBERGA regina cum eſſet pulchra aſpectu, benigna in cunctis, & pietate pleniſſima Chriſtiana eleemoſynas larga præcellente bonitate eius, diligebatur à cunctis. Homo quidam nomine Adalulfus ex genere Longobardorum, cum in aula palatij aſſiduè ad obſequium regis conuerſaretur, quadam vice ad reginam veniens, cum in eius ſtaret conſpectu, Gundeberga eum ſicut & cæteros diligens, dixit, Honeſta ſtatura Adalulfum fuiſſe formatum. Ille hæc audiens ad Gundebergam ſecretius ait, Formam ſtatus mei laudare dignata es, ſtratui tuo iube me ſubiungere. Illa fortiter denegans, cúmque deſpiciens in faciem expuens. Adalulfus cernens ſe vitæ periculum habere, ad Charoaldum regem protinus cucurrit, petens vt quod ſecretius ad ſuggerendum habebat exponeret. Loco accepto dixit ad regem: Domina mea regina tua Gundeberga apud Taſonem ducem ſecretius tribus diebus locuta eſt, vt te veneno interficeret, ipſum ſibi coniugatum ſublimaret in regnum, Charoaldus rex his mendaciis auditis credens, Gundebergam in Çamello caſtro in turrem exilio trudit. Chlotharius legatos dirigens ad Charoaldum regem, inquirens qua de re Gundebergam reginam parentem Francorum humiliaſſet: Charoaldus his verbis mendacibus quaſi veritas ſubeſſet reſpondit. Tunc vnus ex legatariis nomine Anſoaldus, non quaſi iniunctum habuiſſet, ſed ex ſe ad Charoaldum dixit, Liberare poteras de blaſphemia hac cauſam: iube illum hominem qui huiuſcemodi verba tibi nuntiauit, armari, & procedat alius de parte reginæ Gundebergæ, quique armatus ad ſingulare certamen iudicio Dei his duobus confligentibus cognoſcetur verum, huius culpæ reputatione ſitne Gundeberga innoxia, an fortaſſe culpabilis. Cúmque hæc Charoaldo regi & omnibus primatibus Palatij ſui placuiſſent, iubet Adalulfum armatum conflictum adire certamen, & de parte Gundebergæ procurantibus conſobrinis Gundebergæ, Charibertus, homo nomine Pitto contra Adalulfum armatus egreditur. Cúmque confligerent certamine Adolalfus à Pittone interficitur. Gundeberga ſtatim de exilio poſt annos tres regreſſa ſublimatur in regnum. I K

Duellum.

CAP. LII.

ANNO XLI. Chlotharij regis, cum Dagobertus iam vtiliter regnaret in Auſtria, quidam ex proceribus de gente nobili Auglolfinga, nomine Rodoaldus, in offenſam Dagoberti cadens, inſtigantibus beatiſſimo viro atque pontifice Arnulfo & Pippino maiore domus, ſeu & cæteris prioribus ſublimatis in Auſtria, eò quòd eſſet ipſe Rodoaldus rebus plurimis ditatus, cæterum facultatis cupiditatis peruaſor, ſuperbiæ deditus, elatione plenus, nec quicquã boni in ipſo reperiebatur. Cũque Dagobertus ipſum vellet pro ſuis facinoribus interficere, Rodoaldus ad Chlothariũ terga vertit, vt ſuam cum filio vitam obtinere dignaretur. Chlotharius cum Dagobertum vidiſſet, inter cæteras collocutiones Rodoaldo vitam precatur. Dagobertus promittens, ſi id quod malè geſſerat emendaret, Rodoaldus vitæ periculum non haberet: ſed nulla extante mora cum Rodoaldus cum Dagoberto reuerſus acceſſiſſet, iuſſu Dagoberti interfectus eſt: quem Bertharius homo Scarpioneniſis euaginato gladio ad oſtium cubiculi capite truncauit.

A

Rodoaldus occiditur.

CA. LIII.

Clotarius & Dagobertus filius diſceptant.

ANNO XLII. regni Chlotharij Dagobertus cultu regio, ex iuſſu patris honeſtè cum Leudibus, de Piato procul Pariſios venit, ibique germanam Sichildæ reginæ nomine Gomatrudem in coniugium accipit. Tranſactis nuptiis die tertia inter Chlotharium & Dagobertum filium ſuum grauis orta fuit contentio. Petebat enim Dagobertus vt cuncta quæ ad regnum Auſtraſiorum pertinebant, ſuæ ditioni vellet tribuere: quod Chlotharius vehementer denegabat eidem, ex hoc nihil velle concedere, electis ab his duobus regibus XII. Francorum proceribus vt eorum diſceptatione hæc finiretur contentio: inter quos & domnus Arnulfus pontifex Metenſis cum reliquis epiſcopis eligitur, qui benigniſſimè, vt ſua erat ſanctitas, inter patrem & filium pro pacis loquebatur concordia. Tandem à pontificibus vel ſapientiſſimis viris proceribus pater pacificatur cum filio, reddénſque ei ſolidatum quod aſpexerat ad regnum Auſtraſiorum, hoc tantum exindè quod citra Ligerem vel in Prouinciæ partibus ſitum erat, ſuæ ditioni retinuit. B

CAP. LIIII.

Godinus nouercam duxit.

Godinus trucidatur.

ANNO XL. regni Chlotharij Vuarnharius maior domus moritur: filius Godinus animo leuitatis imbutus nouercam ſuam Bertanem eo anno accepit vxorem: vnde Chlotharius rex aduerſus eum nimio furore permotus, iubet Arnebertum ducem, qui Godini germanam vxorem habebat, eum cum exercitu interficere. Godinus cernens ſuæ vitæ periculum terga vertens cum vxore ad Dagobertum regem perrexit in Auſtriam & in eccleſia ſancti Apri regio timore perterritus fecit confugium. Dagobertus per legatos pro eius vita ſæpius Chlotharium regem deprecabatur: tandem à Chlothario promittitur Godini vita conceſſa, tamen vt Bertanem quam contra Canonum inſtituta vxorem acceperat, relinqueret. Cumque ipſe reliquiſſet, & reuerſus eſſet in regnum Burgundiæ, Berta continuò ad Chlotharium perrexit, dicens: Si Godinus conſpectui Chlotharij preſentatur, quòd ipſum regem vellet interficere: Godinus iuſſu Chlotharij præcipua loca ſanctorum domini Medardi Sueſſionas, & domini Dionyſii Pariſios ea præuentione ſacramenta daturus adduceretur, vt ſemper deberet Chlothario eſſe fidelis, vt congruè locus eſſet repertus, quo pacto à ſuis interficeretur. Chramnulfus vnus ex proceribus, & Vualdebertus domeſticus dicentes ad Godinum, vt Aurelianis in eccleſia ſancti Auiani, & Turonis ad limina ſancti Martini ipſum ſacramentum adhuc impleturus adiret. Quod cum in ſuburbano Carnotis Chramnulfo indicante & tranſmittente hora prandii in quandam villulam veniſſet, ibique Chramnulfus & Vualdibertus ſuper ipſos cum exercitu irruunt, eúmque interficiunt: & eos qui cum ipſo adhuc reſtiterant quoſdam interfecerunt, alióſque expoliatos in fugam vertentes relinquunt. Eo anno Palladius eius filius & Sedutius epiſcopus Tholoſanus incuſante Aighynane duce, quòd rebellionis Vuaſconorum fuiſſent conſcii, exilio retruduntur. Boſo filius Audelani de pago Stampinenſi iuſſu Chlotharij ab Arneberto duce interficitur, reputãs ei ſtuprum cum Sighildi regina. Eo anno Chlotharius cum proceribus & Leudibus Burgundiæ Trecaſinis coniungitur, cum eos ſollicitaſſet, ſi vellent mortuo iam Vuarnhario alium in eius honoris gradum ſublimare. Sed omnes vnanimiter denegãtes, ſe nequaquam velle maiorem domus eligere, regis gratiam obnixè petentes cum rege tranſigere. C D

CA. LV.

Ermenharius necatur.

ANNO XLIIII. regni Chlotharii, cum pontifices & vniuerſi proceres regni ſui tam de Auſtria quàm de Burgundia Clypiacum ad Chlotharium pro vtilitate regia & ſalute patriæ conueniſſent, ibique homo nomine Ermenharius, qui gubernator Palatii Chariberti filii Chlotharii erat, à pueris Æginanis genere Saxonũ optimatibus interficeretur, penè fuerat exinde nimia multorum ſtrages ſecuta, niſi præſentia Chlotharii interueniente ſimul & hæc curante fuiſſet depreſſum. Ægyna iubente Chlothario in monte Mercurii reſedit, plurimam ſecum habens hominum multitudinem pugnatorum: Produlfus auunculus Chariberti, exercitum vndique colligens, ſuper ipſum Chaibertum volebat irruere. Chlotharius Burgundiæ barones ſpecialius iubet vt cuius pars ſuum volebat defugere iudicium, eorum inſtantia & viribus opprimeretur, ea pactione atque iuſſione regia pacantur. E

CAP. LVI.

Clotarius moritur.

ANNO XLV. regni ſui Chlotharius moritur, & in ſuburbano Pariſiis in Eccleſia ſancti Vincentii ſepelitur. Dagobertus cernẽs genitorem ſuum fuiſſe defunctum, vniuerſos Leudes quos regebat in Auſtria iubet in exercitu promouere: miſſos in Burgundiã & Auſtriam direxit vt ſuum deberent regimen eligere. Cumque Remos veniſſet, Sueſsionas peraccedẽs, omnes pontifices & Leudes de regno Burgundiæ inibi ſe tradidiſſe noſcuntur. Sed & Auſtraſii pontifices & proceres plurima pars regnum Dagoberti viſi ſunt expetiſſe. Charibertus frater ſuus nitebatur, ſi potuiſſet regnum adſumere, ſed eius voluntas pro ſimplicitate parum ſortitur effectũ. Produlfus volens nepotẽ ſtabilire in

regnum aduersus Dagobertum muscipulare cœperat: sed huius rei vicissitudinẽ probauit euentus. F

CAP. LVII. CVM regnum Chlotharij tam Neptrico quàm Burgundiæ à Dagoberto fuisset præoccupatũ, captis thesauris & suæ ditioni redactis, tandẽ misericordia motus, consilio sapientium vsus, citra Ligerem & limitem Hispaniæ, qui ponitur partibus Vuasconiæ, seu & montes Pyrenæos pagos & ciuitates, quod fratri suo Chariberto ad transigendum ad instar priuato habitu ad viuendum potuisset sufficere, concessisse Pagum Tholosanum, Chatorcinum, Aganensem, Petrocorreũ, & Santonicum, vel quod ab his versus montes Pyrenæos excluditur, hoc tãtum Chariberto regendum cõcessit, quod & per pactionis vinculum strinxit, vt amplius Charibertus nullo tempore aduersus Dagobertum de regno patris repetere præsumeret. Charibertus sedem Tholosæ eligens regnat in parte

Dagobertus fratri partem statuit.

CA. LVIII. prouinciæ Aquitaniæ. Post annos tres, postquam regnare cœpisset, totam Vuasconiam cum exercitu superatam suæ ditioni redigit, aliquantulum largius regni sui spatium fecit.

Dagoberti æquabilitas.

DAGOBERTVS cum iam anno vij. regnaret maximam patris partem, regnum vt supra memini Burgundiæ ingreditur. Tanto timore pontifices proceres in regno Burgundiæ consistentes, seu & cæteros Leudes aduentus Dagoberti concusserat, vt à cunctis esset admirandum: pauperibus G iustitiam habentibus gaudium vehementer irrogauerat. Cumque Lingonas ciuitatem veniisset, tanta in vniuersis Leudibus suis, tam sublimibus quã pauperibus iudicabat iustitia, vt crederetur omninò fuisse Deo placibile, vbi nullum intercedebat præmium, nec personarum acceptio, nisi sola dominabatur iustitia, quã diligebat altissimus. Deindè aggressus Diuiona, imóque & Latona residens aliquantis diebus, tanta intensione ad vniuersum regni sui populum iustitiam iudicandi posuerat. Huius benignitatis desiderio plenus nec somnum capiebat oculis, nec cibis satiabatur, intentissimè cogitans, vt omnes cum iustitia recepta de conspectu suo læti remearent. Eodem die quo Badona ad Cabillonum deliberare properant, priusquam lucescret balneum ingrediens Brunulfum auunculum fratris Chariberti interficere iussit, qui ab Amalgario, & Arneperto ducibus & Vuillibaldo

Brunulfus interimitur.

patricio interfectus est, eumque Cabillono vbi iustitiæ amore quæ cœperat perficiẽdo Dagobertus dirigit intentius. Post per Augustodunum Anthisiodorum pergens per ciuitatem Senonas Parisios venit, ibique Gomatrudem reginam Romiliaco villa, vbi ipsam in matrimonium acceperat relinquens, Nanthildem, vnam ex puellis de monasterio accipiens reginam sublimauit. Vsque eodem H

Maniales in reginam assumitur.

tẽpore ab initio quo regnare cœperat cõsilio primitus beatissimi Arnulfi Metensis vrbis pontificis, & Pippini maioris domus vsus, tanta prosperitate regale regimen in Austria regebat, vt à cunctis gentibus immenso ordine laudem haberet. Timore verò sic forti sua concusserat vtilitas, vt iam deuotione arriperet suæ se tradere ditioni, vt etiam gentes quæ circa limitem Auarorum & Sclauorũ consistunt, cum promptè expeterent, vt ille post tergum eorum iret fœliciter, & Auaros & Sclauos cæteraque gentium nationes vsque manum publicã suæ ditioni subiiciendos fiducialiter spondebat. Post discessum beati Arnulfi adhuc consilio Pippini maioris domus, & Chumberti pontificis vrbis Coloniæ vsus, & ab ipso fortiter admonitus, tantæ prosperitatis & iustitiæ amore complexus vniuersas sibi subditas gentes vsque Parisios, vt supra memini, peruenit, regebat, vt nullus de Frãcorum regibus præcedentibus sua laude fuisset præcellentior.

CAP. LIX. ANNO IX. regni sui cum Austriam regio cultu circuiret, quandam puellam nomine Ragintrudam strato adsciuit suo, de qua eo anno habuit filium nomine Sygobertum. Reuertens in Neptricum, sedem patris sui Chlotharij deligens assiduè residere disponens. Cum omnis iustitiæ quã prius I dilexerat esset oblitus, cupiditatis instinctu super rebus ecclesiarũ & Leudibus sagaci desiderio vellet omnibus vndique spoliis nouos implere thesauros. Luxuriæ supra modum deditus tres habebat

Dagoberti luxuria.

ad insta: maximè reginas, & plurimas concubinas. Reginæ verò hæ erant, Nanthildis, Vulfigũdis, & Berthildis. Nomina concubinarum eo quòd plures fuissent, piguit huic Chronicæ inseri. Quòd cum auersum plurimum fuisset cor eius, sicut supra meminimus, & à Deo cogitatio eius recessisset, tamen postea atque vtinam ille mercedis veræ studio fuisset: nam eleemosynam pauperibus supra modum largiter erogabat. Si huius rei sagacitas cupiditatis instinctu non præpedisset, regnum meruisset æternum.

CAP. LX. Cum Leudes sui eius nequitiam gemerent: hæc cernens Pippinus, cum esset cautior cunctis, consilio valde plenissimus, fide ab omnibus dilectus pro iustitiæ amore qua Dagobertum consilio

Pippinus fuit prudens.

instruxerat, dum suo vsus fuerat consilio, sibi tamen nequicquam oblitus iusticiæ, neque recedens à via bonitatis, cum ad Dagobertum accederet, prudenter agebat in cunctis, & cautum se in omnibus ostendebat: zelum Austrasiorum aduersus eundem vehementer suggerebat, vt etiam ipsum cũ K Dagoberto conarentur facere odiosum, vt potius interficeretur. Sed iustitiæ amor & Dei timor, quem diligenter amplexus fuerat, ipsum liberauit à malis. Ipse verò eo anno cum Sigoberto filio Dagoberti ad Charibertum regem accessit.

CAP. LXI. CHARIBERTVS Aurelianos veniens, Sygobertum de sancto lauacro excepit. Ægа verò ac cæteri Austrasij consilio Dagoberti erant ad insidias. Eo anno legati Dagoberti, quos ad Heraclium

Pax cum Heraclio.

imperatorem direxerat, his nominibus Seruatius & Paternus ad eundem reuertuntur, nunciantes pacem perpetuam cum Heraclio firmasse. acta verò miraculi quæ ab Heraclio facta sunt non prætermittam.

CAP. LXII HERACLIVS cum esset patricius, vniuersas Africę prouincias, Focas qui tyrannico ordine Mauri-

A Mauritium imperatorem interfecerat, Imperiumque rapuerat, nequissimè regeret, & modo amentiæ thesauros in mare proiiceret, dicens quòd Neptuno munera daret: Senatores cernentes quòd vellet Imperium perstultitiam destruere, factione Heraclij Focatem adprehensum senatus manibus & pedibus truncatis lapide ad collum ligato in mare proiiciunt. Heraclius consensu senatus in Imperium sublimatur, cum infestatione Persarum Imperium temporibus Mauritij, & Focatis imperatorum, multæque prouinciæ fuissent vastatæ.

Focas detrun catus mergitur.

CA. LXIII. MORE solito denuò contra Heraclium imperatorem Persæ cum exercitu surgentes Chalcidonam ciuitatem nec procul à Constantinopoli vastantes Persę prouincię reipubl. peruenissent, eamque erumpentes incendio concremauerunt. Post hæc Constantinopoli sedi imperij propinquantes destruere conabantur. Egrediens cum exercitu Heraclius obuiam legatis discurrentibus, Heraclius imperatorem Persarum petiit nomine Construem, vt hi duo imperatores singulari certamine coniungerentur, suspensa procul vtriusque exercitus multitudine, cui victoria præstaretur ab altissimo, is imperium victi & populum illæsum reperiret. Imperator Persarum hac conuenientia

Heraclij expeditiones.

B se egressurũ ad prælium singularis certaminis spopondit. Heraclius imperator arma sumens telam prelij & phalangis suis post tergum pręparatam relinquens, singulari certamine, vt nouus Dauid, procedit ad bellum. Imperator Persarum Construes patricium quendam ex suis, quem fortissimum in prælio cernere potuerat, huius conuenientiæ ad instar pro se contra Heraclium ad pręliandum direxit. Cumque vterque cum equis hi duo congressione prelij in inuicem propinquarent, Heraclius ait ad patritium, quem imperatorem Persarum Construem æstimabat, dixit: Sic conuenerat vt singulare certamen prælиandum possimus confligere, quare post tergum tuum alij sequuntur? Patricius ille girans caput, vt conspiceret qui post tergum eius veniret, Heraclius equum calcaneo vehementer vrgens, extrahens gladium caput patritij Persarum truncauit, Construes Imperator cum Persis deuictus & confusus, terga vertens a suis propriis tyrannico ordine interficitur. Persę terga vertentes ad sedes remeant proprias. Heraclius auectus nauali cum exercitu Persas ingreditur, totamque Persidam suæ ditioni redigit, captis exindè multis thesauris, & Vuæltiarnitis tribus annis circiter Persida vastata eius ditioni subiicitur. Post hæc denuò Persas Imperator

C superat.

CA. LXIIII. HERACLIVS Imperator erat speciosus cõspectu, pulchra facie, statu, forma, digna mẽsura, fortissimus cæteris, pugnator egregius. Nam & sæpè Leones in arena, & inermis plures solus interfecit. Cum esset literis nimium eruditus, Astrologus efficitur, per quod cernens à circumcisis gentibus diuino nutu Imperium esse vastandum, ad Dagobertum regem Francorum dirigens, petit vt omnes Iudæos regni sui ad fidem Catholicam baptizandos præciperet. Quod protinus Dagobertus impleuit. Heraclius per omnes prouincias Imperij tale idemque facere decreuit: ignorabat enim vnde hæc calamitas contra Imperium surrectura esset.

Heraclius fortis & pulcher prouidit Iudæos orbẽ vastaturos.

CAP. LXV. AGARENI, qui & Sarraceni, sicut Orosij liber testatur, gens circumcisa à latere montis Caucasi, super mare Caspium terram Ercolrię cognomento iam olim concesserant, in nimia multitudine creuerant: tandem arma sumentes prouincias Heraclij Imperatoris ad vastandum inruunt: contra quos Heraclius milites ad resistendũ direxit. Cumque prælиari cœpissent, Sarraceni milites superant, eosque gladio grauiter trucidant. Fertur in eo prælio CL. millia militum à Sarracenis fuisse in-

Agareni & Sarraceni irruunt.

D terfecta: spolia eorũ Sarraceni per legatos Heraclio recipienda offerunt. Heraclius cupiens super Sarracenos vindictam, nihil ab his recipere voluit. Congregata vndique per vniuersas prouincias nimia multitudine militum, transmittens Heraclius legationem ad portas Caspias, quas Alexãder Magnus Macedo super mare Caspium æneas fieri & ferare iusserat, propter inundationem gentium sæuissimarum quę vltra mõtem Caucasi culminis habitabant, easdem portas Heraclius aperire præcepit: indeque CL. millia pugnatorum auro locatorum auxilio suo contra Sarracenos ad prælиandum mittit. Sarraceni duos habentes principes, cc. ferè millia erant. Cumque castra nec procul inter se exercitus vterque posuissent, ita vt in crastinum bellum inirent confligentes, eadem nocte gladio Dei Heraclij exercitus percutitur. In castris LII. millia ex militibus Heraclij in stratu mortui sunt: Cumque in crastino deberent ad prælium egredi, cernentes sui exercitus milites partem maximam, diuino iudicio interfectam, aduersus Sarracenos nec ausi sunt inire prelium. Regressus omnis exercitus Heraclij ad proprias sedes, Sarraceni more quo cœperant prouincias Heraclij Im-

Exercitus Heraclij diuinitus cæditur.

E peratoris assiduè vastare pergebant. Cum iam Hierosolymam propinquassent, Heraclius videns quòd eorum violentiæ non potuisset resistere, nimia amaritudine mœrore adreptus infelix Eutichianam hæresim iam sectans, Christi cultum iam relinquens, habens vxorem filiam sororis suæ, à febre vexatus crudeliter vitam finiuit. In cuius successit in Imperij gradum Constantinus filius eius, cuius tempore respublica à Sarracenis nimium vastatur.

Heraclius Eutichianus moritur.

ANNO IX. Dagoberti, Charibertus rex moritur relinquens filium parvulum nomine Chilpericum, qui nec post moram defunctus est. Fertur factione Dagoberti fuisse interfectum. Omne regnum Chariberti, vnà cum Vuasconia Dagobertus protinus suæ ditioni redigit: thesauros quoque Chariberti Baronto duce sibi præsentandos direxit. Vnde Barontus graue dispendium fecisse dignoscitur, vnà cum thesaurariis faciens, nimium exindè fraudulenter subtraxit.

CA. LXVI. *charibertus occidit.*

CAP. LXVII. Eo anno Sclaui cognomento Vuinidi in regno Samonis negotiantis Francorum, cum pluri-

bellorũ Dagoberti cum Sclauonibus exordium Regin. lib. chron. 1.

mam multitudinem interfecissent,& rebus expoliassent,(hoc fuit initium inter Dagobertum & Samonem regem Sclauorum) Dirigensque Dagobertus Sicharium legatarium ad Samonem, petens vt negotiantes quos sui interfecerant,& res quas illicitè vsurpauerant,cum iustitia faceret emendare. Samo nolens Sicharium videre,ad se eum venire nõ permittit. Sicharius vestem indutus ad instar Sclauorum cum suis ad conspectum peruenit: Samoni vniuersa quæ iniuncta habebat nunciauit: sed vt habet gentilitas & superbia prauorum, nihil à Samone quæ sui admiserant est emẽdatum,nisi tantũ placita vellent instituere de his & aliis intentionibus,quæ inter has partes ortæ fuerãt,vt iustitia redderetur inuicem. Sicharius sicut stultus legatus verba improperij,quæ iniũcta non habuerat, & minas aduersus Samonem loquitur,eò quòd Samo & populi regni sui Dagoberto deberent seruitium. Samo respondens iam saucius dixit,Et terram quam habemus Dagoberti est,& nos sui sumus, si tamen nobiscum disposuerit amicitias cõseruare. Sicharius dicens, Non est possibile vt Christiani Dei serui cum canibus amicitias colere possent. Samo è contrario dixit,Si vos estis Dei serui, & nos sumus dei canes, dum vos assiduè contra ipsum agitis, nos permissum accipimus vos morsibus lacerare: eiectus est Sicharius de conspectu Samonis. Cum hæc Dagoberto nuntiasset, Dagobertus superbiter iubet de vniuerso regno Austrasiorum contra Samonem & Vuinidos mouere exercitum: vbi tribus turmis phalangæ super Vuinidis exercitus ingreditur: etiam & Longobardi solicitatione Dagoberti hostiliter in Sclauos perrexerunt. Sclaui his & aliis locis è contrario præparantes, Alamannorum exercitus cum Chlodoberto duce in parte quam ingressas est victoriam obtinuit. Longobardi itidemque victoriam obtinuerũt, maximũ numerum captiuorum de Sclauis Alamanni & Longobardi secum duxerunt. Austrasij verò cum ad castrum Vocastinse, vbi plurima manus fortium Vuinidorum morabatur,circundantes triduo præliantes,pluréque de exercitu Dagoberti gladio trucidantur,& exindè fugaciter omnes tentoria & res quas habuerũt relinquentes, ad proprias sedes reuertuntur. Multis post hæc vicibus Vuinidi in Thoringia & reliquos vastando pagos in Francorum regnum irruunt. Etiam & Deruanus dux gentis Vrbium, qui ex genere Sclauinorum erant, & ad regnum Francorum iam olim aspexerant,se & regnum Samoni cum suis tradidit. Istámque victoriam quam Vuinidi contra Francos meruerunt, non tam Sclauinorum fortitudo obtinuit, quàm dementia Austrasiorum, dum se cernebant cum Dagoberto odium incurrisse,& assiduè expoliarentur.

Canes Dei.

CA. LXVIII

Eo anno Charoaldus rex Longobardorum legatos ad Hysacium Patricium secretius mittẽs,rogat vt Asonem ducem prouinciæ Tuscanæ,quo poterat ingenio interficeret. Huius beneficij vicissitudine tributa, quæ Longobardi de manu publica recipiebant tria centenaria auri annis singulis: Vnde vnum centenarium auri Charoaldus rex partibus Imperij de præsenti cassaret. Hysacius Patricius hæc audiens,tractabat quibus ingeniis hoc posset implere, Tasoni ingeniosè mandans,dũ in offensa Charoaldi erat, cum ipso amicitias obligaret, ipse verò contra Charoaldum regem ei auxiliaretur. Tali præuentus fraude, Rauennam pergit. Hysacius ei obuiam mandans,præ timore Imperatoris Tasonem cum suis infra muros Rauennæ vrbis armatum non audere recipere. Cúmque Taso credens arma suorum foris vrbem relinquens in Rauennam fuisset egressus, statim qui fuerant præparati super Tasonem irruunt, & ipsum & suos omnes qui cum ipso venerant,interficiunt. Charoaldus rex vnum centenarium auri, sicut promiserat partibus Hysacij & imperij remisit. Duo tantum centenaria auri deinceps Longobardis à Patricio Romanorum annis singulis numerantur, vnus centenarius centum libras auri capit. Post hæc contiuuò Charoaldus rex moritur.

Charoaldus Tasonem necat.

CAP. LXIX

GVNDEBERGA regina eò quòd omnes Longobardi eidem fidem cum sacramentis firmauerant,Chrotharium quendam,vnum ex ducibus de territorio Brixiæ ad se venire iubet: eum compellés vt vxorem quam habebat relinqueret,& eam matrimonio acciperet, per ipsam omnes Longobardi eum sublimabant in regno. Quod Chrotharius libenter consentiens, sacramentis per loca sanctorum firmans,ne vnquam Gundebergam postponeret,nec de honore gradus aliquid minueret ipsámque vnicè diligens in omnibus honorem præstaret condignum: Gundeberga attrahente, omnes Lõgobardorum primates Chrotharium sublimãt in regno. Chrotharius cum regnare cœpisset multos Longobardorum nobiles,quòd sibi sensérat contumaces,interfecit. Chrotharius fortissimam disciplinam & timorem in omne regnum Longobardorum pacẽ sectans fecit. Chrotharius oblitus sacramenti quod Gundebergæ dederat, eámque in vnum cubiculum Ticini in aula palatij retrudit, eamque priuato habitu viuere fecit: quinque annos sub ea retrusione finiuit: Chrotharius per Concubinas debacchabatur assiduè. Gundeberga eò quòd esset Christiana in hac tribulatione benedicebat Deum omnipotentem,iciuniis & orationibus assiduè vacans.

Gundeberga Chrotharium ab vxore anocat.

chrotharius tyrannisat.

CAP. LXX.

QVANDO Deo complacuit Aubedo legatarius directus à Chlothario rege, legationis vsque Chrotharium regem,Longobardorum Papiam cognomento Ticino ciuitatem Italiæ peruenisset, cernens reginã quam sæpius in legatione veniens viderat, & ab ipsa benignè semper susceptus fuerat,fuisse retrusam,quasi iniunctũ habens,exinde inter cætera Chrothario regi suggessit,quòd illam parentem Francorum quam reginam habuerat,per quam etiam regnum adsumpserat,nõ debuisset humiliare. Exinde reges Francorum & Franci essent ingrati,quam Chrotharius de præsenti reuerentiam Francorum habens,iubet egrèdi foras, & post quinque circiter annos per totam ciuitatem & foris Gundeberga regali ordine per loca sanctorum ad orationem egreditur, de villis & opibus fisci,

Gundeberga per Aubedonem honori restituitur.

bus fisci,quod habuerat Chrotharius ei restaurari præcepit, quod vsque diẽ obitus sui, & gradum dignitatis,& opibus pluribus ditata regio cultu post feliciter tenuit. Audebo verò à Gũdeberga regina fortiter remuneratur. Chrotharium cum exercitu Genauam maritima, Albinga, Nouaria, Cottiaonia, vbi Tergio & Lunæ ciuitates littoris maris de imperio auferens vastat, rumpit, incendio concremans,populum diripit,spoliat & captiuitate condemnat, murósque earum vsque ad fundamentum destruens,vicos has ciuitates nominare præcepit.

CA. LXXI.

Eo anno inter Habarorum cognomento Hunorum & regnum Hispaniæ surrexit vehemens contentio,eò quòd de regno certarẽt,cui deberetur successio. Vnus ex Habaris,& alius ex Bulgaris collecta multitudine inuicem pugnarunt. Tandem Habari Bulgaros superant: Bulgaris superatis, nouem millia virorum cũ vxoribus & liberis de Pannonia expulsi, ad Dagobertum expetunt,petentes vt eos in terra Francorum manendum reciperet. Dagobertus iubet eos hyemandum Baioarios recipere,dummodo pertractaret cum Frãcis quid exinde fieret. Cúmque dispersi per domus Baioariorum ad hyemandum fuissent cum consilio Francorum, Dagobertus Baioarios iubet, vt Bulgaros illos cũ vxoribus & liberis vnusquisque in domo sua in vna nocte Baioarij interficerẽt, quod protinùs à Baioariis est impletum: nec quisquam ex illis remansit ex Bulgaris, nisi tantum Alticeus cum septingentis viris,vxoribus & liberis, qui in Marchia Vuinidorum saluatus est. Post hæc cum Valduco duce Vuinidorum annis plurimis vixit cum suis.

Baioarij Bulgaros vna nocte interficiũt.

Eo anno quid partibus Hispaniæ vel eorum regibus contigerit non prætermittam. Defuncto Sysibudo rege clementissimo,cui Sintilla ante annum circiter successerat in regnum: cum esset Sintilla nimium in suis iniquus, & cum omnibus regni sui primatibus odium incurreret, cum consilio cæterorum Sisenandus quidam ex proceribus Dagobertum expetit, vt ei cum exercitu auxiliaretur,qualiter Sintillanem degradaret à regno: in huius beneficij repensionem missurum aurum nobilissimum ex thesauris Gothorum, quem Thorsemodus rex ab Eiicio patricio susceperat, Dagoberto dare promittit, pensante auri pondus quingentos. Quo audito Dagobertus,vt erat cupidus, exercitum in auxilium Sisenandi totum regnum Burgundiæ bannire præcepit. Cúmque in Hispania diuulgatum fuisset exercitum Francorum auxiliando Sisenando egredi, omnis Gothorum exercitus se ditioni Sisenandi subegit. Habundantius & Venerandus dum exercitu Tholosano tantum vsque Cæsaraugustam ciuitatem cum Sisenando accesserunt,ibique omnes Gotthi de regno Hispaniæ Sisenandum sublimant in regnum. Habundantius & Venerandus cum exercitu Tholosano muneribus honorati reuertuntur ad proprias sedes. Dagobertus legationem ad Sisenandum regem Amalgarium ducem & Venerandum dirigit, vt missurium illum quem promiserat eidem dirigeret: cúmque missurius ille legatariis fuisset traditus,à Gothis per viam tollitur, nec eum exindè exhibere permiserunt. Postea discurrentes legatos ducenta millia solidorum missurij huius pretij Dagobertus à Sisenando accipiens ipsum pensauit.

CA. LXXII. *Sintilla.*

Sisenandus per Dagob. rex ei creatur.

CAP. LXXIII.

ANNO X. regni Dagoberti, cum ei nuntiatum fuisset, exercitum Vuinidorum Thoringiam fuisse ingressum,de regno Austrasiorum de Metis vrbe promouens,transiit Ardenna, Moguntiámque magno cum exercitu aggreditur disponens Rhenum transire. Scaram de electis viris fortibus de Austria & Burgundia cum ducibus & Graffionibus,secum habens Saxones missos ad Dagobertum dirigunt,petentes vt eis tributa quæ fisci ditionibus dissoluebãt indulgeret: ipsi verò eorũ studio & vtilitate Vuinidis resistere spondent, & Francorum limitem de illis partibus custodire promittunt. Quod Dagobertus consilio Neustrasiorum adeptus præstitit Saxonibus, qui his petitionibus suggerendum venerant. Sacramentum, vt eorum mos erat, super arma placita pro vniuersis Saxonibus firmant. Sed parum hæc promissio fortitur effectum: tamen tributum Saxones quòd reddere consueuerant præceptione Dagoberti habent indultum, quingentas vaccas inferendas annis singulis à Chlothario seniore censiti reddebant, quod à Dagoberto cassatum est.

Dagobertus pergit in Vuinidos.

Vaccarũ tributum.

CAP. LXXIIII.

ANNO XI. regni Dagoberti cum Vuinidi iussu Samonis vehementer sæuirent, & sæpè transcenso suo limite regnum Francorum vastando, Thoringiam & reliquos pagos ingrederentur, Dagobertus Metis vrbem veniens, cum consilio pontificum seu & procerum, omnibusque primatibus regni sui cõsentientibus Sygobertũ filium suum in Austriæ regno sublimauit,sedẽque Metis ciuitatem habere permisit. Humbertum coloniæ vrbis pontificem, & Adagysilum ducem palatij,ad regnum gubernandum instituit. Thesaurum quod sufficeret filio tradidit, condignè vt decuit eum hoc culmine sublimauit, & quodcumque eidem largitus fuerat, singillatim præceptionibus roborauit. Deinceps Austrasij eorum studio limitem, & regnum Francorum contra Vuinidos vtiliter defendisse noscuntur.

Sygoberti statuitur regnũ in Austria.

CAP. LXXV

CVMQVE anno XII. regis Dagoberti eidem filius nomine Chlodoueus de Nanthilde regi natus fuisset,consilio Austrasiorum & eorum admonitione, per pactionis vinculum cum Sigiberto filio suo firmasse dignoscitur. Et Austrasiorum omnes primarij põtifices, cæterique Leudes Sygoberti manus eorum ponentes insuper sacramentis firmauerunt,vt Neptricum & Burgundia solidato ordine ad regnum Chlodouei post Dagoberti discessum aspiceret. Austria verò itidem ordine solidato,eo quòd de populo & de spatio terræ esset coæquans ad regnum Sygoberti,idémque in integritate deberet aspicere, & quicquid ad regnum Austrasiorum iam olim pertineret, hoc Sygo-

Pactio Austrasiorum.

bertus rex suæ ditioni gerendum acciperet, & perpetuò dominandum haberet, excepto ducatu Dentelini: quod ab Austrasiis iniquiter abstulerat, iterum ab Austrasiis seiungeretur, & Chlodouei regi subiiceretur. Sed has pactiones Austrasij terrore Dagoberti coacti vellent nollent firmasse visi sunt. Quod postea temporibus Sygoberti & Chlodouei regis conseruatum fuisse constat.

CAP. LXXVII. *Radulphus elatus victoria rebellat.*

RADVLFVS rex filius Chamari, quem Dagobertus Thoringiæ ducem instituit, pluribus vicibus cum exercitu Vuinidorum dimicans, eósque victos vertit in fugam. Huius victoriæ superbia elatus, & contra Adalgisilum ducem diuersis occasionibus inimicitias tẽdens, paulatim contra Sygobertum iam tunc occœperat rebellare. Sed vt dictum est sic agebat, diligit rixas, meditatur discordias.

CAP. LXXVIII. *Chadoinus referẽdarius.*

ANNO XIIII. regni Dagoberti, cum Vuascones fortiter rebellarent, & multas prædas in regno Francorum quod Charibertus tenuerat, facerent, Dagobertus de vniuerso regno Burgundiæ exercitum promouere iubet, statuens eis caput exercitus nomine Chadoinum referendarium, qui temporibus Theodorici regis quondam multis præliis probabatur strenuus: qui cum x. ducibus cum exercitibus, id est, Almagario, Aremberto, Leudeberto, Vuandalmaro, Vnalderico, G Ermenrico, Baranto, Hariardo ex genere Francorum, Ranleno ex genere Romano, Vuillibaldo patritio ex genere Burgundionum, Æghino ex genere Saxonum, exceptis comitibus plurimis, qui ducem super se non habebant, in Vuasconia cũ exercitu perrexissent, & totam Vuasconiæ patriam cum exercitu Burgundiæ repleuissent, Vuascones de intermontium rupe egressi ad bellum properant. Cúmque præliari cœpissent, vt eorum mos erat, terga vertentes, dum cernerent se cum paucis superandos, in paucis vallium montes Pyrenæos latebram dantes se locis tutissimis per rupes eorundem montium latitarunt, exercitus post tergum eorum cum ducibus insequens, plurimos numero captiuorum Vuascones superatos, seu & ex his multitudine interfectos, omnes domus eorum incensas peculiis & rebus expoliant. tandem Vuascones oppressi seu perdomiti veniam & pacem à superscriptis ducibus petentes, promittunt se gloriæ & conspectui Dagoberti regis præsentaturos, & suæ ditioni traditos cuncta ab eodem iniuncta impleturos, feliciter exercitus absque vlla læsione ad patriam repedarunt. Sed Aremberto duces maximi cum senioribus & nobilioribus exercitus sui per negligentiam à Vuasconibus in valle Subola fuerunt interfecti. Exercitus H verò Francorum qui de Burgundia in Vuasconia accesserat, patrata victoria redeunt ad proprias sedes. Dagobertus ad Clipsiaco residens mittit nuntios in Britanniam, quod Britones malè admiserant, velociter emendarent, & ditioni suæ se traderent: alioquin exercitus Burgundiæ, qui in Vuasconia fuerant, de præsenti in Britannias debere irruere. Quod audiens Iudacaile rex Britannorum cursu veloci Clippiacum cum multis muneribus ad Dagobertum perrexit, ibique veniam petens, cunctáque quæ sui regni Britanniæ pertinentes, Leudibus Francorum illicitè perpetrauerant, emẽdare spopondit, & semper se, & regnum quod regebat Britanniæ subiectum ditioni Dagoberti & Francorum regibus esse promisit. Sed tamen cum Dagoberto mensam vel ad prandium discumbere noluit, eò quòd esset Iudacaile religiosus & timens Deum valdè. Cúmque Dagobertus resedisset ad prandium, Iudacaile egrediens de palatio ad mansionem Dadonis referendarij, quem cognouerat sanctæ religionis sectantem, accessit ad prandium: indéque in crastino Iudacaile rex Dagoberto valedicens in Britannia repedauit: condignè tamen à Dagoberto muneribus honoratur. I

Exercitus Dagoberti in Vascones.

Iudacaile rex britannorum Dagoberti cum muneribus obuiam venit.

Vasconum deditio.

ANNO XV. regni Dagoberti Vuascones omnes seniores terræ illius cũ Ainãdo duce ad Dagobertũ Clippiacum venerũt, ibíque in ecclesia sancti Dionysij regio timore perterriti confugium fecerunt: Clementia Dagoberti vitam habent indultam: ibique sacramentis Vuascones firmantes, simul & promittentes se omni tempore Dagoberto & filiis suis, regnóque Francorum fideles fore, quod more solito, sicut semper fecerant, posthac probauit euentus. Permissu Dagoberti Vuasco-

CA. LXXIX. *Dagobertus ventris profluuio obiit.*

nes regressi sunt in terram Vuasconiæ.

ANNO XVI. regni sui Dagobertus profluuio ventris in Spinogelo villa super Sigona fluuio, nec procul à Parisiis ægrotare cœpit, exindè ad basilicam sancti Dionysij à suis defertur. Post paucos dies cum vitæ suæ sentiret periculum, Æganem sub celeritate ad se venire præcepit, reginam Nanthildem, & filium suum Clodoueum, eidem in manum commendans, se iam discessurum sciens, consilium Æganæ pergratum habens, quòd cum eius instantia regnum strenuè gubernare posposset. His gestis, post paucos dies Dagobertus emisit spiritum, sepultúsque est in ecclesia K sancti Dionysij, quam prius condignè ex auro & gemmis, & multis pretiosissimis speciebus ornauerat, & condignè in circuitu fabricari præceperat, patrocinium ipsius pretiosum expetens. Tantæ opes ab eodem in villas & possessiones multas per plurima loca ibi sunt collatæ, vt miraretur à plurimis. Psallentium ibidem ad instar monasterij sanctorum Agaunensium instituere iusserat, sed facilitas Abbatis Ægulfi eandem institutionem noscitur refragasse. Post Dagoberti discessum filius suus Chlodoueus sub tenera ætate regnum patris adciuit: omnésque Leudes de Austria & Burgun-

CA. LXXX. *Ægæ regiæ domus præfectus.*

dia eum Masolaco villa sublimant in regnum. Æga verò cum regina Nanthilde, quam Dagobertus reliquerat, regebat Palatium.

ANNO primo regni Chlodouei, secundo, & imminente regni eiusdem tertio condignè Palatium gubernat & regnum. Æga verò inter cæteros primates Neptrici prudentius agens, & plenitudinem

A tudinem patientiæ imbutus cunctis erat præcellentior. Erátque genere nobilis, opibus abundans, iustitiã sectans, eruditus in verbis, paratus in respõsis, tantummodo à plurimis blasphemabatur, eò quòd esset auaritiæ deditus. Facultates plurimorum quæ iussu Dagoberti in regno Burgundiæ & Neptrico illicitè fuerant vsurpatæ, & fisci ditionibus contra modum iustitiæ redactę, consilio Æganis omnibus restaurantur.

CAP. LXXXI. *Hierosolyma à Sarracenis capitur.*

EO anno Constantinus Imperator moritur. Constans filius eius sub tenera ætate consilio senatus in Imperio sublimatur, quod eius tempore grauissimè à Sarracenis vastatur. Hierosolyma à Sarracenis capta, cæteræque ciuitates euersæ: Ægyptus superior & inferior à Sarracenis peruaditur: Alexandria capitur & prædatur: Aphrica totà vastatur, & à Sarracenis possidetur. Paululum, ibíque Gregorius patritius à Sarracenis est interfectus. Constantinopolis tantùm cum Thraciana prouincia Imperij ditioni remanserat. Nam maximè totum Imperium à Sarracenis grauiter fuit adtritum etiam, & postremum Imperator Constãs contritus atque compulsus, effectus est Sarracenorum tributarius, vt vel Constantinopolis cum paucis prouinciis & insulæ suæ ditioni reseruaretur.

constãs Imp. tributarius Sarracenorũ.

B Tribus annis circiter (& fertur adhuc amplius) per vnumquemque diem mille solidos auri ærariis Sarracenorum Constans implebat. Tandem resumptis viribus Constans Imperium aliquantisper recuperans, tributa Sarracenis implenda refutat. Quemadmodum factum fuisset euentum anno in quo impletum est in ordine debito referam, & scribere non filebo, donec de his & aliis optata, si permiserit Deus, perficiam, huic libello cuncta mihi ex veritate cognita inseram.

CAP. LXXXII. *Tolgas rex Gothorũ tonsuratur.*

EO anno Sintilla rex Hispaniæ, qui Sisenando in regno successerat, defunctus est. Huius filius nomine Tolga sub tenera ætate Hispaniis petitione patris sublimatur in regno. Gotthorum gẽs impatiens est, quando super se forte iugum non habuerit. Huius Tolganis adolescentia omnis Hispania more solito vitiatur, diuersa committens insolentia. Tandem vnus ex primatibus, nomine Chyntasindus collectis plurimis senatoribus Gotthorum, cæteróque populo in regnum Hispaniæ sublimatur, qui Tolganum degradatum ad honorem clericatus tonsorari fecit, & omnem Hispaniam suæ ditioni firmauit. Cognito morbo Gotthorum, quem de regibus degradandis habebant, vnde sæpius cum ipsis in consilio fuerant, quoscunque ex eis huius vitij promptum contra reges,

Gothorum vitium de regibus mutandis crudeliter vlciscitur Chyntasind.

C qui à regno expulsi fuerant, cognouerat fuisse noxios, omnes singillatim iubet interfici, aliósque exilio condemnari, eorúmque vxores & filias suis fidelibus cum facultatibus tradit. Fertur de primatibus Gotthorum hoc vitio reprimendo CC. fuisse interfectos: de mediocribus quingentos interficere iussit, quoadusque hunc morbum Gotthorum Chyntasindus cognouisset perdomitum, non cessauit quos suspectos habebat gladio trucidare. Gotthi verò à Chyntasindo perdomiti nihil aduersus eundem ausi sunt, vt de regibus consueuerant inire consilium. Chytasindus cum esset plenus dierum, filium suum nomine Richysindum in omni regno Hispaniæ regem stabiliuit. Chyntasindus pœnitentiam agens, eleemosynam multam de rebus propriis faciens, plenus senectute fertur nonagenarius mortuus esse.

CAP. LXXXIII. *Ægæ mors.*

ANNO III. regni Chlodouei regis, Æga in Clipsiaco villa vexatus à febre moritur. Ante paucos dies Ermenfridus, qui filiam Æganis vxorem acceperat, Ænulfum comitem in Albiodere vico in mallo interfecit. Ob hanc rem grauissima strages de suis rebus iussione & permissu Nanthildæ à parentibus Ænulfi & populo plurimum fit. Ermenfridus in Austria ad basilicam sancti Re-

D medij fecit confugium: ibidem diebus plurimis hanc infestationem deuitando, & regium timorem, resedit.

CAP. LXXXIIII. *Erchenualdus creatur maior palatij.*

POST discessum Æganæ Erchenualdus maior domus, qui consanguineus fuerat de genitrice Dagoberti, maior domus palatij Chlodouei efficitur. Erat homo patiens, bonitate plenus, cum esset patiens & cautus, humilitate & benigna voluntate circa sacerdotes, patienter & benigna voluntate circa sacerdotes patienter & benignè respondens, nullámque timens superbiam, nec cupiditate sæuiebat: tantum in suo tempore pacem sectans fuit, vt Deo esset gratum. Erat sapiens, sed cum simplicitate, rebus mensuratim ditatus, ab omnibus erat dilectus. Igitur post discessum Dagoberti regis quo ordine eiusdem thesauri inter filios diuisi fuerant, non omittam. Sed dilucidato ordine huius voluminis inseri procurabo.

CAP. LXXXV. *Austrasiani Sygiberto per soluunt.*

CVM Pippinus maior domus post Dagoberti obitum, & cæteri duces Austrasiorum, qui vsque in transitu Dagoberti suæ fuerant ditionis, vetanti Rogoberto vnanimem conspirationem

E expetiissent, Pippinus cum Humberto, sicut & prius amicitiæ cultu in inuicem collocati fuerant, & nuper sicut & prius amicitia vehementer se firmiter perpetuò conseruanda obligant, omnésque Leudes Austrasiorum secum vtroque prudenter & cum dulcedine attrahentes, eos benignè gubernantes eorum amicitiam constringunt, sempérque seruant. Igitur discurrentibus legatis partem Sygoberto debitã de thesauris Dagoberti Nanthildæ reginæ & Chlodoueo regi à Sygoberto requiritur, quod reddendum placitè instituitur. Humbertus pontifex vrbis Coloniæ, & Pippinus maior domus cum aliquibus primatibus Austriæ à Sygoberto directi villam Compendium vsque perueniunt, ibíque thesaurus Dagoberti iubente Nanthilde & Chlodoueo instantia Æganis maioris domus præsentatur, æqua lance diuiditur: tertiam tamen partem, de qua Dagobertus adquisierat, Nanthildis regina recipit. Humbertus & Pippinus hunc thesaurum, quæ pars fuerat Sygoberti Metem faciũt perduci, Sygoberto præsentare & describere. Post verò anni circulum Pippinus mo-

Pippinus moritur.

ritur, nec paruum dolorem eiusdem transitus cunctis generauit in Austria, eò quòd ad ipsis pro iustitiæ cultu & bonitate eiusdem dilectus fuisset. Grimoaldus filius eius cum esset strenuus ad instar patris diligitur à plurimis.

CAP. LXXXVI. *Otto. Grimoaldus.*

OTTO quidam filius Vronis domestici, qui baiulus Sygoberti ab adolescentia fuerat, contra Grimoaldum superbia tumens, & zelum ducens, cùm eum despicere conaretur, Grimoaldus cum Humberto pontifice se in amicitiam constringens cœperat cogitare, quo ordine Otto de palatio eiiceretur, & gradum patris Grimoaldus adsumeret.

CAP. LXXXVII. *Sygoberti pugna cum Radulpho.*

CVMQVE anno VIII. Sygobertus regnaret, & Radulfus dux Thoringiæ vehementer Sygoberto rebellare dispositisset, iussu Sygoberti omnes Leudes Austrasiorum in exercitu gradientes banniti sunt: Sygobertus Rhenum cum exercitu transiens, gentes vndique de vniuersis regni sui pagis vltra Rhenum cum ipso adunatæ sunt. Primo in loco Farus filius Chroaldi nomine cum Rhadulfo vnitum habebat consilium, exercitum Sygoberti trucidans rupit, ipsúmque interfecit: omnem populum huius Fari qui gladium euasit in captiuitatem deputat. Omnésque primarij exercitus dextras inuicem dantes, vt nullus Radulfo vitam concederet: sed hæc promissio non sortitur G effectum. Sygobertus deindè Buchoniam cum exercitu transiens, Thoringiam properans: Radulfus hæc cernens signis monitus, in quodam monte super Vnstrade fluuio in Thoringiam constrúes exercitum, vndique quantum plus potuit colligens, cum vxore & liberis hoc castrum ad se defendendum stabiliuit: ibíque Sygobertus cum exercitu regni sui veniens, castrum vndique circundat exercitus: Radulfus verò intrinsecus ad prælium fortiter præparatus sedebat: sed hoc prælium sine consilio initum est. Hoc adolescentia Sygoberti regis patrauit, cum alij eodem die vellent procedere ad prælium, & alij in crastinum, nec vnitum habentes consilium. Grimoaldus & Adalgysilus duces hæc cernentes, Sygoberti periculum zelantes, eum vndique sine intermissione custodiunt. Bobo dux Aruernos cum parte exercitus Adalgysili & Enoualaus comes Sigiontisis cum pagensibus suis, & cætera exercitus manu plurima, contra Radulfum ad portam castri protinus pugnandum perrexerunt. Radulfus cum aliquibus ducibus exercitus Sygoberti fiduciam habens, quòd *super ipsum viribus non vellent irruere*, de castro per portam prorumpens super exercitum Sygoberti cum suis irruens, tanta strages à Radulfo cum suis de exercitu Sygoberti fit, vt mirum fuerit. H Maguncenses in hoc prælio non fuerunt fideles, fertúrque ibi plurima millia hominum fuisse trucidata gladio. Radulfus patrata victoria in castrum ingreditur. Sygobertus cum suis fidelibus graui amaritudine adreptus, super equum sedens, lachrymas oculis prorumpens, plangebat quos perdiderat: Et Bodo dux, & Anoualaus comes, & cæteri nobilium fortissimi pugnatores, seu & plurima manus exercitus Sygoberti regis, qui cum ipsis in congressione certaminis adgressi, conspiciente Sygoberto hoc prælio fuerũt trucidati. Nam & Fredulfus domesticus, qui & amicus Radulfi fuisse dicebatur, hoc prælio occubuit. Sygobertus eadem nocte procul ab ipso castro in tentoriis cum suis mansit. Exercitus in crastinum videntes quòd Radulfo nihil perualuissent, missis discurrentibus vt Rhenum pacificè iterum transmearent: cum Radulfi conuenientia Sygobertus & eiusdem exercitus ad proprias sedes remeant. Radulfus superbia elatus admodum, regem in Thoringia se esse censebat, amicitias cum Vuinidis firmans, cæterásque gentes quas vicinas habebat, cultu amicitiæ obligabat. In verbis tamen Sygoberto regimen non denegabat, sed in factis fortiter eiusdem resistebat dominationi. I

Maguncenses infideles.

CAP. LXXXVIII. *Ottonis interitus.*

ANNO X. regni Sygoberti Otto qui aduersus Grimoaldum inimicitias superbia tumebat, factione Grimoaldi à Leutherio duce Alemannorum interficitur. Gradus honoris maioris domus in palatio Sygoberti, & omne regnum Austrasiorum in manu Grimoaldi confirmatum est vehementer.

CAP. LXXXIX. *Flaochatus maior domus.*

ANNO IIII. regni Chlodouei, cum Nanthildis regina cum filio suo Chlodouco rege post discessum Ægane Aurelianis in Burgundiæ regnum venisset, ibíque omnes seniores pontifices, duces, & primates de regno Burgundiæ ad se venire præcepit, ibíque cunctos Nanthildis singillatim attrahens, Flaochatum genere Francum maiorem domus in regnum Burgundiæ electione pontificum & cunctorum ducum à Nanthilde regina in hunc gradum honoris stabiliunt, qui neptem suam nomine Ragimbertam Flaochato desponsauit: sponsalia hæc nescio qua factione fiunt. Nam aliud consilium secretè Flaochatus & Nanthildis regina machinantur, quod creditur Deo non fuisse placibile, ideóque non nactum est effectum. Cúmque Erchenualdus & Flaochatus maiores domus, quasi vnũ inter se iniissent consilium, consentientes ad inuicem, hunc gradum honoris alterutrum solatium præbentes, disponunt habere feliciter. Flaochatus cunctis ducibus de regno Burgundiæ seu & pontificibus per epistolam etiam & sacramentis firmauit, vniuscuiusque gradum honoris & dignitatem seu & amicitiam perpetuò conseruare. Hac dignitate sublimatus Flaochatus regnum Burgundiæ peruagatur, consilium assiduè iniens priorem inimicitiam quæ intra cordis arcana diu celauerat memorans, Vuillibaldum patritium interficere disponebat. K

CAP. XC.

VVILLIBALDVS cum esset opibus abundans, & plurimorum facultates ingeniis diuersis auferens, ditatus inclytè fuisset, & inter patritiatus gradum, & nimiarum facultatum elationem superbiæ esset deditus, aduersus Flaochatum tumebat, cúmque despicere conabatur: Flaochatus collectis

A collectis secum pontificibus & ducibus de regno Burgundiæ, Cabillono pro vtilitate patriæ tractandum mense Maio placitum instituit. Ibíque & Vuillibaldus multitudinem secum habens aduenit. Flaochatus ibidem Vuillibaldum interficere nitebatur: hæc cernens Vuillibaldus palatium noluit introire: Flaochatus foris contra Vuillibaldum præliandum aggreditur. Amalbertus verò germanus Flaochati ad pacandum intercurrens, vbi iam congressione certaminis confligi debuerat, Vuillibaldus Amalbertum secum retinens de hoc euasit periculo. Intercurrentes & cæteræ personæ separantur illęsæ. Flaochatus deinceps vehementer eliminabat consilium de interitu Vuillibaldi. Eo anno Nanthildis regina moritur. Ipso anno mense Septembri Flaochatus cum Chlodoueo rege, & Erchinoaldo itidémque maiore domus, & aliquibus primatibus Austrasiis de Parisiaco promouens per Senonas, & Antisiodorum Augustudunum accesserunt, ibíque Chlodoueus Vuillibaldum patritium ad se venire præcepit. Vuillibaldus cernens iniquum consilium Flaochati, & germani sui Amalberti, Amalgarium & Chramnelenum duces de suo interitu fuisse initum, colligens secum plurimam multitudinem de patritiatus sui termino, etiam B & pontifices, seu nobiles & fortes, quos congregare potuerat, Augustudunum gradiendo iter arripuit. Cui obuiam à Chlodoueo rege Erchinoaldus maior domus & Flaochatus & Ermentricus domesticus diriguntur, eò quòd Vuillibaldus trepidabat vtrum accederet, an suum deuitando periculum repedaret, vt ab Ermenci promissione præuentus vsque Augustudunum aggrederetur, quem ille credens, condignis muneribus honorauit. Post tergum eius Augustudunum accessit, ibíque tentoria cum suis nec procul ab vrbe posuit: eodem die quo eodem accesserat, Aigilulfum Valentiæ vrbis episcopum, & Ghysonem comitem ad præuidendum quæ agebantur Augustudunum direxerat, qui à Flaochato in vrbe tenti sunt. In crastinum Flaochatus, Amalgarius & Chramnelenus, qui consilium de interitu Vuillibaldi vnanimiter conspirauerant, de vrbe Augustuduno maturius promouentes, vtrique duces de regno Burgundiæ cum exercitu eius subiunguntur. Erchinoaldus cum Neustrasiis quos secum habebat, idemque arma sumens ad hoc bellum aggreditur. Vuillibaldus contra tela prælij construens quoscunque potuit adunare, phalanges vtræque in con- C gressione certaminis iunguntur ad prælium: in ea pugna Flaochatus, Amalgarius & Chrãnelenus, itemque Vualdebertus dux cum suis contra Vuillibaldum pugnandum confligunt. Nam cęteri duces vel Neustrasij, qui vndique eosdem debuerant circúndare, se tenentes aspiciebant, expectantes euentum noluerunt super Vuillibaldum irruere, ibíque *Vuillibaldus interficitur: plurimi* cum ipso de suis gladio trucidantur. Eo certamine cæteris primus Bertharius comes palatij Francus de pago vltra Iuranum contra Vuillibaldum confligit. Aduersus quem frendens Manaulfus Burgundio exiens de cæteris aduersus Bertharium præliandum, Bertharius eò quòd prius illi amicus fuisset, dicens, Veni sub clypeo meo, de hoc periculo te liberabo: cúmque ad eum liberandum, clypeum eleuasset, Manaulfus cum contra Bertharium in pectore percutiens, cæteri qui cum eo venerant ipsum circundantes, eò quòd Bertharius nimium reliquis præcessisset, vulneratur grauiter. Tunc Aubedo filius Bertharij cernens patrem in periculo mortis, cursu velocissimo patri auxiliando perrexit, Manaulfo conto percusso in pectore terram prostrauit: cæteros qui patrem percusserant omnes interfecit. Sic Bertharium suum genitorem, vt fidelis filius, præstante domino liberauit à D morte. Hi verò duces, qui cum eorum exercitu super Vuillibaldum irruere noluerant, tentoria Vuillibaldi, episcoporum, vel cæterorum qui cum eo venerant, deprædando, plurimùm inibi auri & argenti capiunt, reliquisque rebus equites qui præliare noluerant, percepti sunt. His ita gestis, Flaochatus in crastinum de Augustuduno promouens, Cabillonum perrexit. Ingressus in vrbem, nescio quo casu vrbs maximè tota incendio concrematur. Flaochatus iudicio Dei percussus, vexatus à febre collocatur in scafam, euecto nauali per Ararim fluuium, qui cognominatur Saugonna, Lautonam properans itinere, vndecimo die post Vuillibaldi interitum, emisit spiritum, sepultúsque est in ecclesia sancti Benigni in suburbano Diuionensi. Creditur à plurimis, hi duo Flaochatus & Vuillibaldus, eò quòd multa ad inuicem per loca sanctorum de amicitia obliganda sacramenta dederant, & vterque in populis sibi subiectis cupiditatis instinctu iniquo oppresserant, simul leta rebus nudauerãt, quòd iudicio Dei de eorum oppressione plurima multitudo liberata sit, & eorum perfidiam & mendacia vtrumque interire fecerit.

Vuillibaldi & Flaochati inimicitia.

Nanthildis moritur.

CAP. XCI. *Chlodouei filij.*

Igitur Chlodoueus filius Dagoberti ex genere alienigenarum reginam accipiens nomine Bald- E childem, prudentem atque elegantem, genuit ex ea filios tres, Chlotharium, Childericum & Theodoricum: habebátque maiorem domus palatij virum strenuum atque sapientem, nomine Erchualdum. Chlodoueus itaque in regno pacem habuit absque bello. In extremis verò vitæ annis amens effectus, vita caruit, regnauitque annos xviij.

CA. XCII.

FRANCI quoque Chlotharium filium eius maiorem in regno statuunt, cum præfata regina matre. Eodem quoque tempore mortuus est Erchanualdus maior domus palatij: Franci autem in incerto vacillantes, accepto consilio Ebruinum in huius honoris curam ac dignitatem statuunt.

CAP. XCIII. *Chlotharius febre obiit.*

HISCE diebus Chlotharius rex à valida febre correptus obiit in iuuentute, regnauitque annos quatuor. Theodoricus verò frater in Austria à Francis in regnum eleuatus est apud Vulfoaldum ducem.

CA. XCIIII. *Theodoricus tonſuratur.*

Eo tempore Franci aduerſus Ebruinum inſidias præparant: contra Theodoricum inſurgunt, eumque à regno deiiciunt: crines capitis eius abſcindentes totonderunt, Ebruinumque & ipſum tõdunt, & in Burgundiam Luxouium monaſterium inuitum dirigunt. Propter Childericum in Auſtriam legationem mittunt, vnà cum Vulfoaldo duce venientem, eumque ſuper cunctum regnum ſuſcipiunt. F

CAP. XCV.

Erat enim ipſe Childericus rex leuis atque citatus nimis, gentem Francorum in ſeditionem mittens, & in ſcandalum ac deriſum donec odium non modicum inter ipſos creuit vſque ad ſcandalum & ruinam. Quo ingraueſcente vnum Francum nobilem nomine Bodilonem ad ſtipitem tenſum cædere contra legem præcepit. Videntes hæc Franci ira magna commoti, Ingolbertus videlicet & Amalbertus, vel reliqui maiores natu Francorum ſeditionem contra ipſum Childericum concitauerunt. Memoratus Bodilo ſuper eum cum reliquis quamplurimis ſurrexit inſidiaturis in regem in Lauchonia ſylua, vnà cum regina eius prægnante, nomine Bilichilde, quod dici dolor eſt, interfecit. Vulfoaldus quoque per fugam lapſus euaſit, & in Auſtriam reuerſus eſt. Franci verò Leudeſium filium Erchonualdi nobilem in maioris domus dignitatem ſtatuunt, per conſilium beati Leudegarij & ſociorum eius. G

Seditio aduerſus Childericum.

CA. XCVI.

Ebrvinvs audiens has diſſenſiones, conſilio accepto Francos inuicem diſcordantes conuocatis in auxilium ſociis, perſonis quamplurimis, cum multo comitatu exercitum à Luxouio Cœnobio egreſſus in Franciam regreditur, vſque Iſſam fluuium veniens acceſſit, cuſtodes dormientes interfecit ad ſanctam Maxentiam, atque Iſſam fluuium tranſiens, quos ibi inuenit de inſidiatoribus ſuis occidit. Leudeſius maior domus vnà cum theſauris regis per fugam dilapſus euaſit: Abaciuo villa cuadens aufugit: ibique adueniente Ebruino theſauros quos ibi reperit adprehendit. Inde egreſſus Criſcæcum villam veniens in Pontio Leudeſium ſubdolè fidem promittit, ſimulans fefellit. Facto placito vt coniuratione facta cum pace diſcederet, ſed Ebruinus fallaciter agens, vt ſolebat, compatri ſuo inſidias præparans, ipſum Leudeſium occidit, regem Theodoricum in regnum reſtitutum ipſe ſuum principatum ſagaciter reſtaurauit. Sanctum Leudegarium epiſcopum crudeliſſimis tormentis cæſum gladio perimi iuſſit: Girenum germanum eius diuerſo tormento trucidauit. Reliqui viri Franci eorum ſocij per fugam lapſi, Ligerem tranſgreſſi, vſque Vuaſcones confugerunt: quàm plurimi verò exilio damnati vltra non comparuerunt. H

CA. XCVII. *Bellum aduerſus Theodoricum.*

In Auſtria quoque mortuo Vulfoaldo duce, Martinus dux & Pippinus filius Anſigiſili quõdam Franci nobilis dominabantur. Defunctis regibus commiſſis inuicem principibus Ebruino, Martino, atque Pippino aduerſus Theodoricum regem excitantur ad bellum. Commoto exercitu ad locum cui vocabulum eſt Locofico, interim commiſſi prælium incunt, ibique magno certamine dimicantes, plurima pars populi ex vtriſque partibus corruit. Deuicti cum ſociis Martinus atque Pippinus in fugam lapſi ſunt, perſecutúſque eos Ebruinus, maximam partem de illa regione vaſtauit. Martinus ideóque Laudunum Clauatum ingreſſus, ſe infra muros ipſius vrbis muniuit. Perſecutuſque eum Ebruinus veniens Ertreco villa ad Laudunum Clauatum nuntios dirigit, Ægilbertum ac Regulum Remenſis vrbis epiſcopum, vt fide promiſſa in incertum ſuper vacuas capſas ſacramenta falſa dederint. Qua in re ille credens eos à Lauduno Clauato egreſſos cum ſodalibus ac ſociis Aderchecum veniens, ille cum ſuis omnibus interfectus eſt. I

CA. XCVIII. *Ebruinus cadit.*

Ebrvinvs quoque magis atque profuſius crudeliter Francos opprimebat, donec tandem aliquando Ermenfrido Franco minas parat, rebus propriis tollere diſponit. Conſilio cum ſuis patrato, nocte collecta manu ſociorum, per noctem ſuper eum conſurgens, Ebruinum interfecit: quo perempto ad Pippinum ducem in Auſtriam cum muneribus ſuis peruenit: quo facto Franci accepto conſilio Vuaradonẽ illuſtrem virum loco eius in honorem maioris domus conſtituerunt. Idcirco præfatus Vuarado obſides à Pippino duce accipiens, pacem inuicem impetrauit. Erat id temporis memorato Vuaradoni filius valdè efficax atque induſtrius, eruditus in conſilio, qui vice patris curam palatij gerebat, nomine Ghyſlemarus, qui ob nimiam calliditatem ac ſagacitatem patrem ab honore proprio ſubplantauit, quem ſanctus Abdoinus epiſcopus ſæpius ob hoc increpabat, vt ad pacem vel patris indulgentiam remearet: qui audire renuit, & in duritia cordis permanſit. Fuerunt igitur inter Pippinum & præfatum Ghyſlemarum diſcordiæ multæ, bella ciuilia plurima. Nam ad caſtrum Manucum contra hoſtem Pippini ducis Ghyſlemarus conſurgens fraudulenter falſo iuramento dato, quamplurimos eorum nobiles viros occidit. Inde verò reuerſus ob ſubplantationem patris, vel aliam malitiam non modicam, quam fallaciter perpetrauerat à Deo percuſſus prædictus Ghyſlemarus, vt dignus erat, iniquiſſimum fudit ſpiritum, illoque mortuo pater eius Vuarado honorem priſtinum maioris domus recepit. K

Filius patrem ſupplantauit.

CAP. XCIX. *Vuaradus.*

Eo tempore beatus Audoinus epiſcopus plenus virtutibus migrauit ad dominum. In illo itidem tempore Vuarado præfatus maior domus obiit: eratque ei matrona nobilis & ſtrenua, nomine Anſſledis, cuius gener nomine Bertharius honorem maioris domus palatij ſuſcepit, erátque ſtatura paruus, intellectu modicus, leuis atque citatus, Francorum amicitiam atque conſilia ſæpè

A ſæpè contemnens. Hæc indignantes Franci, Andramnus, Reolus & alij multi relinquentes Bertharium ad Pippinum per obſides cõiunguntur, amicitias copulant, ſuper Bertharium vel reliquam partem Francorum concitant.

Pippinvs commoto exercitu hoſtiliter ab Auſtria conſurgens contra Theodoricum regem & Bertharium properat ad bellum. Coniuncti in oppido Vermandenſi in loco qui dicitur Textricio bellum mutuò geſſerunt. Prævalente Pippino cum Auſtraſiis, Theodoricus rex cum Berthario fugam iniit: Pippinus victor extitit, perſecutúſque eam regionem ſibi ſubiugauit. Sequenti tempore idem Bertharius ab adulatoribus falſis amicis interfectus eſt, inſtigante Anſſlede matrona ſocru ſua. Poſt hæc autem Pippinus Theodoricum regem accipiens cum theſauris, & domum palatij omnia peragens in Auſtriam remeauit. Erátque ei vxor nobilis & prudentiſſima, nomine Plithrudis, genuítque ex ea filios duos: nomen ſenioris, Droga: nomen verò iunioris, Grimoaldus. CAP. C.

Mortvvs eſt autem Theodoricus rex, regnauit autem annos xiiij. Chlodoueum filium eius paruulum elegerunt in regnum. Non poſt multos verò annos prædictus rex Chlodoueus ægrotans mortuus eſt, regnauit autem annos iiij. Childebertus frater eius in regnum reſedit. Drocus verò à Pippino genitore eruditus ducatum Campanenſem accepit. Grimoaldus iunior cum Childeberto rege maior domus palatij ſuper Francos electus eſt: fuitque vir mitiſſimus, omni bonitate & manſuetudine repletus, largus in eleemoſynis, in orationibus promptus. B CAP. CI. *Theodoricus moritur.* *Grimoaldus.*

Pippinvs contra Radbodum ducem gentilem Friſionum gentis aduerſus alterutrum bellum intulerunt, Caſtro Doreſtate illic belligerantes inuicem. Pippinus victor extitit, fugatoque Ratbodo duce cum Friſionibus qui euaſerant. Idem Pippinus cum multis ſpoliis & præda reuerſus eſt. Poſt hæc Drocus filius Pippini à valida febre correptus mortuus eſt, & ſepultus in baſilica beati Arnulfi Confenimetis vrbe. Grimoaldus quoque ex quadã concubina genuit filium nomine Theudoaldum. CAP. CII.

Igitvr præfatus Pippinus aliam duxit vxorem nobilem & elegantem, nomine Alpheidam, ex qua genuit filium, vocauitque nomen eius lingua propria Carolum, creuitque puer elegans, atque egregius effectus eſt. C CAP. CIII. *Pippinus nubit Alpheidæ.*

Mortvvs eſt his diebus Childebertus rex, & ſepultus Cauciaci in baſilica ſancti Stephani martyris. Regnauit autem annos xiij. Dagobertus filius eius ſedem regni patris ſui accepit. Igitur Grimoaldus filiam Radbodi ducis Friſionum duxit vxorem: ægrotante quoque Pippino Iobij villa ſuper Moſam fluuium, cum ad eum viſitandum idem Grimoaldus veniſſet, cum ad orationem in baſilica ſancti Landberti martyris proceſſiſſet, à crudeliſſimo viro impio Rantgario nomine interfectus eſt. Poſt hæc Theualdus filius eius paruulus in loco cum ipſius prædicto rege Dagoberto maior domus Palatij effectus eſt. Sequenti quoque tempore idem Pippinus dux ægrotans mortuus eſt: rexitque populum Francorum annos xxvij. Reliquit ſuperſtitem Carolum filium. Poſt obitum quoque eius Plichtrudis matrona præfata ſuo conſilio atque regimine cuncta agebat. Demum Franci mutuò in ſeditionem verſi, conſilio inutili, commiſſa acie in Coacia ſylua contra Theudoaldum & Leudes Pippini quondam atque Grimoaldum iniere certamen: corruítque ibi immodicus exercitus. Theudoaldus itaque à ſodalibus ſuis per fugam lapſus euaſit. Magna & valida perturbatio & perſecutio extitit apud gentem Francorum. CA. CIIII. D

Eo tempore elegerunt in honorem maioris domus quendam Francum nomine Raganfridum, commotóque exercitu hoſtili vſque Moſam fluuium properant, cuncta vaſtantes: cum Radbodo duce fœdus inierunt. His diebus Carolus dux à præfata fœmina Plichtrude ſub cuſtodia detentus Dei auxilio liberatus eſt. CAP. CV.

Eodem tempore Dagobertus rex obiit, regnauitque annos quinque: Franci verò Chilpericum quendam regem conſtituerunt. Iterato quidem tempore commoto exercitu contra memoratum Carolum dirigunt. Ex alia parte iidem cum hoſte Friſionum venturo Radbodum ducem inuitant: contra quem prædictus vir Carolus cum exercitu ſuo conſurgens, certamen inuicem iniere, ſed non modicum ibi perpeſſus eſt damnum de viris ſtrenuis atque nobilibus: cernénſque læſum exercitum, terga vertit. Chilpericus poſt hæc & Raganfridus adunata hoſtili plebe Arduennam ſyluam tranſeunt, ab alia parte præſtolante Radbodo duce, cum exercitu ſuo hactenus Coloniam vrbem ſuper Rhenum fluuium peruenerunt, regiones illas pariter vaſtantes, munera multa & theſauros à præfata Plichtrude accipientes reuerſi ſunt. Sed in via in loco qui dicitur Amblaua, ab exercitu Caroli grande perpeſſi ſunt damnum. Succedenti tempore Carolus commoto exercitu contra Chilpericum & Raganfridum direxit. Bellum iniere die dominica in quadrageſima xij. Cal. April. in loco nuncupato Vinciato in pago Cameracenſi nimia cæde inuicem colliſi. Chilpericus & Raganfridus deuicti, in fugam lapſi terga vertentes euaſerunt, quos Carolus perſecutus, Pariſios ciuitatem properauit. CAP. CVI. *Dagobertus obiit.* E

CAP. CVII. DEINDE Coloniam vrbem reuersus ipsam ciuitatem cœpit reseratã, præfata Plechtrudis thesauros patris sui ei reddidit,& cuncta suo dominio restituit, regem sibi constituit nomine Chlotharium. Chilpericus itaque & Raganfredus legationem ad Eudonem dirigũt, eius auxilium postulantes rogant, regnum & munera tradunt. Illi quoque hoste Vuasconorum commoto ad eos venientes pariter aduersus Carolum perrexerunt. At ille constanter & intrepidus eis occurrere properat. Eudo territus quòd resistere non valeret, aufugit. Carolus insecutus eum vsque Parisios, Sequanam fluuium transiit, vsque Aurelianensem vrbem accessit, & vix euadens, terminos regionis suæ penetrauit, Chilpericum regem secum cum thesauris sublatis auexit. Chlotharius itaque rex defunctus decessit. Carolus per missos suos ab Eudone duce, idemque prædictum Chilpericum regem recipit. Veniénsque vrbem Nouiomo post non multum tempus cursum vitæ & regnum amisit,& mortuus est, regnauitque annos sex. Quo mortuo Theodoricum regem statuerunt in sedem regni, qui nunc locum solij regalis obtinuit annis vitæ simul præstolatis. His ita euulsis, Carolus princeps insecutus idem Ragãfredum Andegauis ciuitatem obsedit, vastata eadem regione cum plurimis spoliis remeauit.

CA. CVIII. *Carolus Saxones debellauit.* PER idem tempus rebellantibus Saxonibus, Carolus princeps veniens eos præoccupauit ac debellauit, victorque reuertitur. Secutis diebus euoluto anni circulo coacta agminum multitudine Rhenum fluuium transiit, Alemannosque & Suauos lustrat, atque Danubium peracceſſit, illóque transmeatu fines Baiorenses occupauit. Subacta regione illa thesauris multis cum matrona quadam Bilitrude & nepte sua Sonichilde egreditur. Per idem tempus Eudone duce à iure fœderis recedente, eoque comperto per internuntios Carolus princeps commoto exercitu Ligerem fluuium transiens, ipso duce Eudone fugato præda multa sublata bis eo anno ab his hostibus populata, iterum remeatur ad propria. Eudo namque dux cernens se superatum atque derisum, gentem perfidam Sarracenorum ad auxilium contra Carolum principem, & gentem Francorum excitauit, egressíque cum rege suo Abdyrama nomine Garumnam transeunt, Burdegalensem vrbem peruenerunt, ecclesiis igne concrematis, populis consumptis vsque Pictauos progressus est, vbi basilica sancti Hilarij igne cremata(quod dici dolor est) ad domum beatissimi Martini euertendam destinant. Contra quos Carolus princeps audacter aciem instruit, super eósque belligerator irruit, Christo auxiliante tentoria eorum subuertit, ad prælium stragem conterendam accurrit, interfectoque rege eorum Abdirama, prostrauit exercitum, proterens dimicauit atque deuicit, sicque victor de hostibus triumphauit.

CAP. CIX. *Carolus Burgũdiam subiugauit.* PROCEDENTE alioquin anno sequente egregius bellator Carolus princeps regionem Burgundiæ sagaciter penetrauit, fines Leudibus suis probatissimis viris, industriis ad resistendum, gentibus rebellibus & infidelibus statuit, pace parta Lugdunum in Gallia suis fidelibus tradidit. Firmata fœdera iudiciaria, reuersus est victor fiducialiter agens. In illis quippè diebus Eudo dux mortuus est : hæc audiens præfatus princeps Carolus, inito consilio procerum suorum denuò Ligerem fluuium transiit vsque Garumnam vel vrbem Burdegalensem, vel castrum Blauium veniens occupauit, illamque regionem cœpit ac subiugauit cum vrbibus ac suburbano castrorum. Victor cum pace remeauit, opitulante Christo rege regum, & domino dominorum. Curricula annorum hactenus reperiuntur ab Adam vel initio sæculi vsque diluuium anni II. CCXLII. A diluuio vsque Abraam anni DCCCCXLII. Ab Abraam vsque ad Moysen anni DV. A Moyse ad Salomonem vsque anni CCCCLXXXIX. A Salomone vsque reædificationem templi temporibus Darij regis Persarum, anni DXII. A restauratione templi vsque aduentum domini nostri Iesu Christi anni DXLVIII. Certè ab initio mundi vsque ad passionem domini nostri Iesu Christi anni MMMMMDXXXVIII. & à passione domini vsque in istum annum præsentem in cyclo victoris anni CLXXVII. Cal. Ianu. die dominica anni DCCXXXV. & vt istud milenarium compleatur restant anni ducenti sexaginta quinque.

Itémque, quod superius prætermisimus, in gentem durissimam maritimã Frisionum nimis crudeliter rebellãtem, præfatus princeps audacter nauali euectione properat, certatim ad mare ingressus nauium copia adunata Anistrachiam & Austrachiam insulas Frisionũ penetrauit, super Burdine fluuium castra ponens: Poponẽ gentilem ducem illorum fraudulentum consularium interfecit, exercitum Frisionũ prostrauit: fana eorum idololatriæ contriuit, atque cõbussit igni, cum magnis spoliis & prædis victor reuersus est in regnum Francorũ. Itaque sagacissimus vir Carolus dux cõmoto exercitu ad partes Burgundiæ dirigit, Lugdunum Galliæ vrbem, maiores natu atque præfectos eiusdem prouinciæ suæ ditioni reipubl. subiugauit, vsque Massilienſem vrbem vel Arelatũ suis iudicibus cõstituit, cũ magnis thesauris & muneribus in Francorum regnũ remeauit in sedem principatus sui. Itemque rebellantibus Saxonibus, paganissimisque vltra Rhenum fluuium consistentibus, strenuus vir Carolus dux commoto exercitu Francorum in loco vbi Lippia fluuius Rhenum amnem ingreditur, sagaci intentione transmeauit, maxima ex parte regionem illam diriſſimam strauit, gentémque illam sæuissimam ex parte tributarios esse præcepit, atque quamplures obsides ab eis accepit, sicque opitulante domino victor remeauit ad propria. Denuò rebellãte gente valida Ismaelitarum,

Caroli expẽditiones in Sarracenos. Turpinus c.2. de vita caroli magni & Rolandi.

A tarum, quos modò Sarracenos vocabulo corrupto nuncupant, irrumpentesque Rodanum fluuium insidiantibus infidelibus hominibus sub dolo & fraude Mauronte quodam cum sociis suis, Auennionem vrbem munitissimam ac montuosam collecto hostili agmine ipsi Sarraceni ingrediuntur. Illisque rebellãtibus ea regione vastata. At contra vir egregius Carolus dux germanum suum virum industrium Hildebrãdum ducem, cum reliquis ducibus & comitibus, ad illas partes cum apparatu hostili dirigit, quique properè ad illam peruenientes tentoria instruunt, vndique ipsum oppidum & suburbana præoccupant, munitissimam ciuitatem obsident, aciem instruunt, donec insecutus vir belligerator Carolus prædictã vrbem aggreditur, muros circũdat, castra ponit, obsidionem coacerUat, in modum Hiericho cum strepitu hostium & sonitu tubarum cum machinis & restium funibus super muros & ædium mœnia irruunt, vrbem munitissimam ingredientes succendunt, hostes inimicos suos capiunt interficientes, trucidant atque prosternunt, & in suam ditionem efficaciter restituunt. Victor igitur atque bellator insignis intrepidus Carolus Rodanum fluuium cum exercitu suo transiit, Gothorum fines penetrauit, vsque Narbonensem Galliam accessit, ipsam vrbem

Idem de muris pampilonæ vrbis per semetipsos lapsis ad orationem Caroli magni, narrat Turpin. lib. de vita Caroli magni ca.3.

B celeberrimã atque metropolim eorum obsedit: super Adice fluuio munitionem in gyrum in modum arietum instruxit, regem Sarracenorum nomine Athima cum satellitibus suis ibidem recludit, castráque metatus est vndique. Hæc audientes maiores natu & principes Sarracenorum qui commorabãtur eo tempore in regione Hispaniarum, coadunato exercitu hostium cum alio rege Amor nomine machinis aduersus Carolum viriliter armati consurgunt, præparantur ad prælium, contra quos præfatus dux Carolus triumphator occurrit, super fluuio Birra, & valle Corbaria palatio. Illisque mutuò confligentibus, Sarraceni deuicti atque prostrati cernentes regem eorum interfectum, in fugam lapsi terga verterunt, qui euaserant cupientes nauali euectione euadere in stagno maris natantes. Namque sibimet mutuo conatu insiliunt. Mox Franci cum nauibus & iaculis armatoriis super eos insiliunt, suffocantesque in aquis interimunt. Sicque Franci triumphantes de hostibus prædam magnam & spolia capiunt, capta multitudine captiuorum cum duce victore regionem Gothicam depopulantur, vrbes famosissimas Nemausum, Agatem, his in terris funditus muros & mœnia

C Carolus destruens igne suppositò concremauit, suburbana & castra illius regionis vastauit. Deuicto aduersariorum agmine, Christo in omnibus præsule, & capite salutis victoriæ, salubriter remeauit in regionem suam, in terram Francorum ad solium principatus sui. Denuò curriculo anni illius mense secundo prædictum Germanum suum cum pluribus ducibus atque comitibus commoto exercitu ad partes Prouinciæ dirigit, Auennionem vrbem venientes. Carolus properans accessit, cunctamq; regionem vsque littus maris magnæ suæ dominationi restituit, fugato duce Mauronte impenetrabilibus tutissimis rupib. maritimis munitionibus præfatus princeps Carolus cuncta sibimet adquisita regna victor regressus est, nullo contra eum rebellante, reuersusque in regionem Francorum ægrotare cœpit in villa Vermbrea super Issara fluuio.

CAP. CX. *Papa ad Carolum mittit reliquias.*

Eo etenim tẽpore bis à Romana sede S. Petri Apostoli beatus Papa Gregorius claues veneran-
di sepulchri, cum vinculis S. Petri & muneribus magnis & infinitis legatione, quod antea, nullis auditis aut visis temporibus fuit, memorato principi destinauit. Eo pacto patrato, vt ad partes Imperatoris recederet, & Romanum consulatum præfato principi Carolo sanciret. Ipse itaque princeps
D mirifico ac magnifico honore ipsam legationem recepit, munera pretiosa contulit, atque cum magnis præmiis cum suis sodalibus missis Grimonem Abbatem Corbensis monasterij, & Sygobertum reclusum basilicæ S. Dionysij martyris, Romam ad limina S. Petri & S. Pauli destinauit. Igitur memoratus princeps consilio optimorum suorum expetito filiis suis regnum diuidit. Itaque primogenito suo Carolo Magno nomine, Austriam & Suauiam, quæ nunc Alemannia dicitur, atque Thoringiam tradidit. Alterum verò secundum filium Pippinum nomine Burgundiæ & Neustrasiæ prouinciæ præfecit. Eo anno Pippinus dux commoto exercitu cum auunculo suo Hildebrando duce, & multitudine primatũ & agminum & satellitum plurimorum ad Burgundiam dirigunt, fines regionum præoccupant. Interim, quod dici dolor & mœror sollicitat ruinam, in sole, luna & stellis noua signa apparuere, seu & paschalis ordo sacratissimus turbatus fuit. Carolus nempè princeps Parisiis basilicam S. Dionysij martyris multis muneribus ditauit, venienſque Carisiacũ villam Palatii super Issaram fluuium valida febre correptus obiit in pace, cunctis in gyro regnis acquisitis. Rexit autem
E vtraque regna annos xxv. transiit itaque xl. Cal. Nouembris, sepultusque est Parisiis in basilica S. Dionysii martyris.

Carolus inter filios regnum diuidit.

signa.

Caroli obitus.

FINIS.

EIVSDEM GREGORII TVRONENSIS DE GLORIA MARTYRVM LIBRI DVO.

PRÆFATIO AVCTORIS IN LIBRVM PRIMVM.

De se retulit in Epist. Hieronym. habetúrque in decret.

IERONYMVS preſbyter, & poſt apoſtolum Paulum bonus doctor Eccleſiæ, refert ſe ductum ante tribunal æterni iudicis, & extenſum in ſupplicio grauiter cęſum, eo quòd Ciceronis argutias, vel Virgilij fallacias ſæpius lectitaret: confeſúmque ſe coram angelis ſanctis ipſi dominatori omnium, nunquam ſe deinceps hæc lecturum, neque vltra tractaturum, niſi ea quæ deo digna & ad Eccleſiæ ædificationem opportuna iudicarentur. Sed & Paulus apoſtolus, *Quæ pacis ſunt, inquit, ſectemur, & quæ ad ædificationẽ inuicẽ cuſtodiamus:* & alibi, *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationẽ, vt det gratiã audiẽtibus.* Ergo hęc nos oportet ſequi, ſcribere atq; loqui, quæ Eccleſiã dei ædificẽt, & quę mẽtes inopes ad notitiã perfectæ fidei inſtructione ſancta fœcũdent: nõ enim oportet fallaces cõmemorare fabulas, neq; philoſophorũ inimicã deo ſapientiã ſequi, ne in iudiciũ ęternæ mortis domino diſcernẽte cadamus. Quod ego metuẽs, & aliqua de ſanctorũ miraculis quæ hactenus latuerũt, pãdere deſiderãs, non me iis retibus vel vinciri cupio vel inuolui. Nõ ego Saturni fugã, nõ Iunonis irã, non Iouis ſtupra, nõ Neptuni iniuriã, nõ Æoli ſceptra, non Æneadũ bella, naufragia, vel regna cõmemoro: tacco Cupidinis emiſſionẽ, non Aſcanij dilectionẽ, hymenæóſque, lachrymas, vel exitia ſæua Didonis: nõ Plutonis triſte veſtibulũ, non Proſerpinæ ſtuprũm raptũ, nõ Cerberi triforme caput: nõ reuoluã Anchiſæ colloquia, nõ Ithaci ingenia, non Achillis argutias, non Sinonis fallacias, nõ ego Laocoontis cõſilia, nõ Amphitryonidis robora, non Iani conflictus, fugas, vel obitũ exitialem proferã: non Eumenidũ variorúmq; monſtrorũ formas exponã: nõ reliquarũ fabularum cõmenta, quæ hic auctor ante finxit mẽdacio, aut verſu depinxit heroico: ſed iſta omnia tãquam ſuper arenã locata, & citò ruitura conſpiciẽs, ad diuina & euangelica potius miracula reuertamur: Vnde Ioannes euãgeliſta exorſus eſt dicens, *In principio erat verbũ, & verbũ erat apud deum, & deus erat verbũ, hoc erat in principio apud deũ. Omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factũ eſt nihil.* Et deinceps ait, *Et verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriã eius gloriã quaſi vnigeniti à patre plenũ gratia & veritate.* Quòd autẽ in Bethleẽ naſciturus erat, ita ait propheta, *Et tu Bethleem Eufrata, non es minima in milibus Iudæ. Ex te enim prodiet rex qui regat populũ meũ Iſrael.* Hoc enim & Nathanael ille à Chana Galileę dixit, *Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Iſrael:* ipſe eſt & ſalus mundi: de quo & ille Simeon ait, *Nunc dimittis domine ſeruum tuum in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.*

Euangelicæ veritati non poetarũ figmentis inſiſtendum.

Ioan. 1.

CAP. I. NATO ergo domino noſtro Ieſu Chriſto ſecundũ carnem in Bethleẽ oppido, in diebus Herodis regis, iuxta fidẽ euangelicã, Magi ab oriente venerũt Hieroſolymã dicentes, *Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorũ? vidimus enim ſtellã eius in oriente & venimus adorare eum,* & reliqua. Eſt autẽ in Bethleẽ puteus magnus, de quo Maria glorioſa aquã fertur hauſiſſe: vbi ſæpius aſpicientibus miraculũ inluſtre monſtratur, id eſt, ſtella ibi mundis corde quæ apparuit magis oſtenditur. Venientibus deuotis ac recũbentibus ſuper os putei, operiũtur linteo capita corũ. Tũc ille cuius meritũ obtinuerit, videt ſtellã ab vno pariete putei ſuper aquas trãſmigrari ad aliũ, in illo modo quo ſolẽt ſuper cælorũ circulo ſtellæ tranſferri. Et cũ multi aſpiciãt, ab illis tantũ videtur quibus eſt mens ſanior. Nõ nullos vidi qui eã adſerebãt ſe vidiſſe. Nuper autẽ diacon⁹ noſter retulit, quòd cũ quinque viris aſpexit, ſed duobus tãtũ apparuit.

Puteus B. Virginis.

Stella duxmagorum puris conſpicua.

CAP. II. DOMINVS igitur noſter Ieſus Chriſtus in aſſumpta carne de virgine, multa populis miracula eſt dignatus oſtẽdere. Hauſtos enim latices in vini ſaporẽ cõuertit: cæcorũ oculis depulſa nocte, lumen infudit: paralyticorũ greſſus ablata debilitate direxit: febres ægrotantiũ fugato ardore reſtinxit: hydropicũ cõpreſſo tumore ſanauit: leprã diſcedere ſacri oris virtute mãdauit, mulierẽ dæmonio inclinatã inuidẽtibus Iudęis erexit: ſuper aquas verò, non dehiſcentibus aquis inceſſit: profluuiũ mulieris tactu fimbriæ ſalutaris auertit. Multa quidẽ & alia fecit, quę ſacra Euangeliorũ narrat hiſtoria. Tamẽ cum multos ſalubri cæleſtique mandato reſtauraſſet ad vitam, tres ab infernali morte reductos, vitæ reſtituit: id eſt archiſynagogi filiam reſuſcitauit in domo: vnicum viduæ ſurgere iuſſit ad portę egreſſum: & Lazarũ vocauit ex monumento.

Saluatoris miracula.

CAP. III. IGITVR Iudæi furore ſuccẽſi, falſis accuſationibus circundãtes iuſtũ, tradiderũt morti, & crucis adfixione dãnauerunt: quẽ deus pater ſuſcitauit à mortuis tertia die, ſolutis doloribus mortis, quoniã impoſſibile erat eũ apud inferos retineri, ſicut ait apoſtolus Petrus. Poſt hæc promittens paracletũ, & imbuens cæleſtibus doctrinis apoſtolos, victor aſcendit ad cælos, venturúmq; ſe ad iudicandum angelis teſtantibus repromittens, dicente apoſtolici Actus hiſtoria, *Hic Ieſus qui receptus eſt à vobis, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.*

Chriſti paſſio & reſurrectio. Act. 1.

CAP. IIII. POST admirabilẽ igitur dominicæ aſcẽſionis gloriã, quæ contrito diabolicæ malignitatis capite, mentes

Miſſio apoſtolorum. Act. 2.

A mentes fideliũ ad contẽplanda cæleſtia animauit, ſancti apoſtoli domini & ſaluatoris noſtri cũ beata Maria matre eius in vna cõgregati domo, omnia ponebãt in medio, nec quiſquã ſuũ aliquid eſſe dicebat, ſed vnuſquiſq; cuncta poſſidebat in charitate, ſicut ſacer apoſtolicæ actionis narrat ſtylus. Poſt hæc diſperſi ſunt per regiones diuerſas ad prædicandũ verbũ dei. Deniq; impleto à beata Maria huius vitæ curſu, cum iam vocaretur à ſeculo, cõgregati ſunt omnes apoſtoli de ſingulis regionibus ad domũ eius. Cúmq; audiſsẽt quia eſſet adſumenda de mundo, vigilabãt cũ ea ſimul: & ecce dominus Ieſus aduenit cũ angelis ſuis, & accipiẽs animã eius, tradidit Michaeli angelo, & receſſit. Diluculo autẽ leuauerũt apoſtoli cũ lectulo corpus eius, poſuerúntq; illud in monumẽto, & cuſtodiebãt ipſum, aduentũ domini præſtolantes. Et ecce iterũ adſtitit eis dominus, ſuſceptúmq; corpus ſanctum in nube, deferri iuſſit in Paradiſum: vbi nunc reſumpta anima, cum electis eius exultans, æternitatis bonis nullo occaſuris fine perfruetur.

Niceph. cap. 22. lib. 2.

Aſſumptio virginis.

CAP. V. CRVX dominica quæ ab Helena Auguſta reperta eſt Hieroſólymis, ita quarta & ſexta feria adoratur. Huius reliquias & merito & fide Helenæ comparãda regina Radegũdis expetiit, ac deuotè in

B monaſteriũ Pictauẽſe, quod ſuo ſtudio cõſtituit, collocauit, miſitq; pueros iterũ Hieroſolyma ac per totã oriẽtis plagã, qui circũeuntes ſepulchra ſanctorũ martyrũ confeſſorumq; cunctorũ reliquias detulerũt: quibus in arca argẽtea cũ ipſa cruce ſancta locatis, multa exinde miracula cõſpicere meruit. De quibus illud primũ exponã, quod ibidem dominus in diebus paſſionis ſuæ dignatus eſt reuelare. Sexta feria ante ſanctũ Paſcha, cũ in vigiliis ſine lumine pernoctarẽt, circa horã tertiã noctis apparuit ante altare lumẽ paruulũ in modũ ſcintillæ: deinde ampliatũ, huc illúcque comas fulgoris ſpargens, cœpit gradatim in altũ cõſcendere: effectáque pharus magna, obſcuræ nocti vigilantíque plebiculæ lumen præbuit ſupplicãti: illuceſcẽte quoq; cœlo paulatim deficiẽs, data terris luce, ab oculis mirãtium euanuit. Ego autẽ audiebã ſæpius, quòd etiã lychni qui accẽdebantur ante hæc pignora, ebullientes virtute diuina, in tantũ exundarẽt oleũ, vt vas ſuppoſitũ plerunq; repleret: & tamẽ iuxta ſtultitiã mẽtis duræ, nunquã ad hæc credẽda mouebar, donec brutã ſegnitiẽ ipſa ad præſens quæ oſtẽſa eſt virtus argueret: ideóq; quæ oculis propriis viderim, explicabo. Cauſa deuotionis extitit vt ſepulchrũ ſancti Hilarij viſitãs, huius reginæ adirẽ colloquia: ingreſſúſque monaſteriũ, cõſalutata regina,

C corã adoranda cruce ac ſacris beatorũ proſternor pignoribus. Denique oratione facta ſurrexi. Erat enim ad dextrã lychnus accẽſus, quẽ cum ſtillis frequẽtibus defluere conſpexiſſem, teſtor deũ, quia putaui quaſi vas eſſet effractũ, quia erat ei cõcha ſuppoſita, in quã oleũ defluẽs decidebat. Tũc cõuerſus ad abbatiſſam, aio, Tãtane te retinet mẽtis ignauia, vt integrũ cicindile laborare nõ poſſis, in quo oleũ accẽdatur, niſi effractũ quo defluat ponas? & illa, Nec eſt ita domine mi, ſed virtus eſt crucis ſanctæ quã cernis. Tũc ego ad me reuerſus, & ad memoriã reuocãs quæ prius audierã, cõuerſus ad lychnũ, video in modũ ollæ feruẽtis magnis fluctibus exũdare, ac per orã ipſam vndis intumeſcẽtibus ſuperfluere, & vt credo ad incredulitatẽ meã arguendã, magis ac magis augeri, ita vt in vnius horæ ſpacio pluſquã vnum ſextariũ redderet vaſculũ, quod quartariũ non tenebat: admiratúſq; filui, ac virtutẽ adorãdæ crucis deinceps prædicaui. Puella quædã Chrodigildis nomine, dũ poſt mortẽ patris in vrbis Cenomanicæ territorio reſideret, oculorũ amiſſione multatur. Poſtquã autẽ ex iuſſione Chilperici regis, adhuc beata Radegũde regina ſuperſtite, ad antedicti monaſterij trãſmiſiſſet regulã, ipſa

D beatiſſima oſtendẽte, ante ſanctã proſternitur arcã: ibíque cum reliquis ſanctimonialibus vigilias explicãs, dato mane iiſdẽ diſcedẽtibus, proſtrata ſolo in eodẽ loco quieuit: apparuitq; ei per viſum quaſi aperiret aliquis oculos eius, & vnũ ſanitati redditum, dum cum alio laboraret, ſubito ad oſtij reſerati ſonũ expergefacta, vnius oculi lumen recepit. Quod non ambigitur hoc per crucis virtutem fuiſſe præſtitũ. Energumeni, claudi, & alij quoque infirmi perſæpe in hoc loco ſanantur. De his hactenus.

Lux cœleſtis.

Crucis virtute multi ſanantur.

CAP. VI. *Clauorum Chriſti inuẽtio.*

SPECIOSI autẽ omníque metallo nobiliores dominicę crucis claui, qui beata mẽbra tenuerunt, ab Helena regina poſt ipſius ſacræ crucis inuentionẽ reperti ſunt: & de duobus quidẽ, frænũ imperatoris muniuit, quò facilius ſi aduerſæ gẽtes reſtitiſsẽt principi, hac virtute fugarẽtur. De quibus nõ eſt ignotũ, Zachariã vaticinaſſe prophetã: *Erit, inquit, quod in os equi ponitur, ſanctũ domini.* Eo enim tẽpore Adriaticũ mare magnis fluctibus mouebatur, in quo tã frequẽtia erãt naufragia, ac demerſio hominũ, vt vorago nauigantiũ diceretur. Tũc prouida regina, cõdolens excidia miſerorũ, vnũ ex quatuor clauis deponi iubet in pelagus, cõſiſa de domini miſericordia, quòd ſæuas fluctuũ cõmotiones facilè poſſet obprimere. Quo facto redditur mare quietũ, trãquilláq; deinceps nauigãtibus ſtabra præſtãtur. Vnde vſque hodiẽ nautæ ſanctificatũ mare venerantur, cũ ingreſſi fuerint, iciuniis orationibúſque & pſallẽtio vacant. Clauorũ ergo dominicorum gratia, quòd quatuor fuerint, hæc eſt ratio: duo ſunt affixi in palmis, & duo in plãtis, & quæritur cur plãtæ affixæ ſint quæ in cruce ſancta depẽdere viſæ ſunt potius quàm ſtare: ſed in ſtipite erecto foramen factũ manifeſtũ eſt. Pes quoque paruulæ tabulæ in hoc foramẽ inſertus eſt: ſuper hãc verò tabulã, tanquã ſtantis hominis ſacræ affixæ ſunt plãtæ. Quæritur etiã quid de his clauis fuerit factũ. Duo ſunt quos ſuprà diximus aptatos in fræno, tertius proiectus in fretũ: quartũ adſerunt eſſe defixũ in capite ſtatuæ Cõſtantini, quæ ciuitate, vt aiunt, tota excelſior eſſe ſuſpicitur, ſcilicet vt tota cui eminet munitione ſalutis quodam modo galea coronata eſt. Magnam adſerunt virtutem eſſe huius fræni, quod ambigi nequaquã poteſt: quod Iuſtinus imperator publicè expertus eſt, ac ſuis omnibus patefecit. Illuſus enim à quodam mago propter pecuniam, emiſſas ſibi à dęmonis vmbra intolerabilis per duarum curricula noctium ſuſtinuit inſidias:

Claui Chriſti quatuor.

sed cum tertia nocte frænum capiti collocasset, locum insidiandi inimicus vltra non habuit, repertúmque auctorem insidiarum gladio perculit. Nobis verò quæ sit virtus ligni huius, hoc modo manifestum est. Aduenit quidam qui nobis pallulam holosericam valdè vetustam exhibuit, dicens, ab hac Hierosolymis crucem domini inuolutam fuisse. Quod cum apud rusticitatem nostram incredibile haberetur, ac rimaremur sollicitè vnde ei tanta ibidē fuisset gratia, vt ista meruisset, cum sciamus in tempore quo sacrum hoc lignū adoratur, non solum exinde nihil quenquam mereri, sed etiā importunius accedentem verberibus arceri, respondit, Quando, inquit, Hierosolyma abii: Futen abbatem reperi, qui magnam cum Sophia Augusta gratiam habuit: huic enim omnem orientē quasi præfecto commiserat: huic me subdidi, & cum ab oriente regrederer, ab hoc & sanctorum pignora, & hanc pallam, de qua eo tempore sancta crux inuoluebatur accepi. Postquam mihi vir ille retulit, & hāc mihi pallam tradidit, præsumpsi fateor eam abluere, & frigoriticis potum dare: sed mox opitulante virtute diuina, sanabātur. Scindebam etiam exindè plerunque particulas, & dabam religiosis pro benedictione. Vni verò abbati partem diuisi: qui post duos ad me annos rediens cum sacramento asseruit duodecim ab ea energumenos, tres cæcos, duósque paralyticos fuisse sanatos. Muto cuidam ipsam pallam in os posuit: sed cum dentes linguámque eius attigit, statim vocem eloquiūq; restituit: quod nos fideliter credere ipsa domini promissio inlicit, dicens, *Omnia quæcunque petieritis in nomine meo, credite quia accipietis, & venient vobis.*

Inuolucrum Crucis claret miraculis.

CAP. VII. *De lācea, arūdine, spongia, corona, & columna.*

DE lancea verò, arundine, spongia, corona spinea, columna ad quam verberatus est dominus & redemptor Hierosolymis: ad hanc verò columnam multi fide pleni accedentes, corrigias textiles faciunt, eámque circundant: quas rursum pro benedictione recipiunt, diuersis infirmitatibus profuturas. Ferunt etiam ipsas coronæ sentes quasi virides apparere: quæ tamen si videantur aruisse foliis, quotidiè tamen reuirescere virtute diuina. Prodit & ex monumento quo dominicum iacuit corpus, mira virtus, quod sæpius terra naturali candore radiante repletur, & exindè iterum ablata aquā cōspergitur, de qua tortulæ paruulæ formantur, ac per diuersas mundi partes transmittuntur: de quibus plerunque infirmi sanitates hauriunt. Illud est tribudiabile, quod sæpissimè accessus serpentium vitant. Sed quid ego temerarius de his loqui audeo, cum fides retineat, Omne quod sacrosanctum corpus attigit, esse sacratum?

CAP. VIII. *De tunica Christi.*

DE tunica verò beati corporis non consuta, desuper contexta per totum, quæ iuxta Dauiticum vaticinium sub sorte iacuerat, fides euangelica pandit. Ait enim, *Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortes.* De hac verò immaculati agni tunica, quæ à quibusdam audiui filere nequeo: Ferūt autem in ciuitate Galatheæ, in basilica quæ ad sanctos Archangelos vocitatur, retineri. Est enim hæc ciuitas, ab vrbe Constantinopolitana, quasi milibus centū quinquaginta, in qua basilica est crypta abditissima: ibique in arca lignea hoc vestimentum habetur inclusum, quæ arca à deuotis atque fidelibus cum summa diligentia adoratur, non immeritò digna, quæ hoc vestimentum retinet, quod dominicum corpus vel contingere meruit, vel velare.

CAP. IX. *De Basilica B. Virginis.*

MARIA verò gloriosa genitrix Christi, vt ante partum, ita virgo creditur & post partum, quæ vt supra diximus, angelicis choris canentibus, in paradisum domino præcedente translata est. Cuius basilica ab imperatore Constātino admirabili opere fabricata renidet: ad quam adductæ columnæ, cum præ magnitudine leuari non possent, eo quòd esset circuitus earum sedecim pedum, ac diebus singulis casso labore fatigarentur, apparuit artifici sancta virgo per visum dicens, Noli mœstus esse: ego enim tibi ostendam qualiter hæ queant eleuari columnæ. Et ostendit ei quæ aptarentur machinæ, qualiter suspenderentur trocleæ, atque funes extenderentur, illud addens, Coniunge tecum tres pueros de scholis, quorum hæc adiutorio possis explere. Quo cum ille euigilans quæ præcepta fuerant coaptasset, vocatis tribus pueris ab scholis, erexit summa velocitate columnas. Præstitū est populis spectare miraculum admirandum, vt quod multitudo virorum fortium leuare nequiuerat, tres pueruli absque virtute perfecti operis subleuarent. Huius festiuitas sacra mediante mense vndecimo celebratur. Nam in oratorio Marciacensis domus Aruerni territorii, eius reliquiæ continentur. Adueniente verò hac festiuitate, ego ad celebrandas vigilias ad eum accessi. Cúmque per obscuram noctem properarem ad oratorium, suspicio à longè per fenestras ita immensam claritatem effulgere, vt putaretur ibi multitudo lychnorum ac cereorum esse accensa. Credēs igitur quòd aliqui deuotorū iam nos ad celebrandas vigilias præcessissent, accedo ad ostium: pulso, nec quenquam inuenio, repertúmque ostium claue munitum, cuncta silentio data deprehendo. Quid plura? transmittimus ad custodem cui tunc erat obseruandi cura, vt scilicet ostium claue exhibita reseraret. Dum autem ille venit, nos accendimus à foris cereum: interea aperitur sponte & ostium: ingressíque nobis credo à caligine peccatorum meorum, claritas quam admirabamur à foris apparente cereo nostro discessit: nihil tamen præter virtutem gloriosæ virginis aliud penitus videre potuimus, vnde claritas illa fuisset exorta.

Lux diuinitus.

CAP. X. *Puer Iudæus Eucharistiæ perceptione seruatur in camino ignis Euagr. lib. 4. c. 36. Niceph. lib. 17. ca. 25.*

QVID igitur in oriente actum fuerit ad corroborandam fidem Catholicam, non silebo. Iudæi cuiusdam vitrarii filius cùm apud Christianos pueros ad studia literarum exerceretur, quadam die dum missarū festa in basilica beatæ Mariæ celebrarentur, ad participationē glorioſi corporis & sanguinis dominici cū aliis infantibus infans Iudæus accessit. Quo sancto assumpto, gaudens ad domū patris

patris reuertitur: illóque operante inter amplexus & oscula quæ acceperat cum gaudio refert. At ille Christo domino ac suis legibus inimicus ait, Si cum his infantibus communicasti, oblitus paternæ pietatis, ad vlciscendam Mosaicæ legis iniuriam, parricida in te durus existam. Et apprehensum puerum in os fornacis ardentis proiecit, adiectísque lignis quò vehementius exureretur, insistit. Sed non defuit illa misericordia quæ tres quondam Hebræos pueros Chaldaico in camino proiectos nube rorulenta respersérat: ipsa enim & hunc inter medios ignes, prunarum moles, iacentem prorsus consumi non patitur: licet cum audisset mater, quòd scilicet filium communem pater deliberasset exurere, cucurrit ad liberandum eum. Sed cum vidisset incendia ab ore fornacis patulo, huc & illuc flamma dominante respergi, ornatum capitis ad terram proiecit, diffusáque cæsarie se miseram clamitans, ciuitatem vocibus implet. Quod cum Christiani quod actum fuerat, didicissent, concurrunt omnes ad tam iniquum spectaculum, retractísque ignibus ab ore fornacis, inueniunt puerum quasi super plumas mollissimas decumbentem. Quo extracto, admirantur omnes illæsum: clamoribus locus ille repletur: & sic domino omnis populus benedicit. Conclamant etiam vt auctorem huius sceleris in ipsas proiicerent flammas. Proiectum autem ita totum ignis absorbuit, vt vix de ossibus eius paruum quodammodo relinqueretur indicium. Interrogantes autem infantulum Christiani quale ei inter ignes fuisset vmbraculum, ait, Mulier quæ in basilica illa, vbi panem de mensa accepi, in cathedra residens, paruulum in sinu gestat infantem: hæc me pallio suo ne ignis voraret, operuit. Vnde indubitatum est beatam ei Mariam apparuisse. Agnita ergo infans fide Catholica, credidit in nomine patris & filij & spiritus sancti, ac salutaribus aquis ablutus vnà cum genitrice sua, denuo sunt renati. Multi Iudæorum exemplo hoc in vrbe illa saluati sunt.

Eucharistia liberat incēdio.

Apparet B. Maria.

MONASTERIVM est valdè magnum in Hierusalem, non modicam habens congregationem in quodam loco. Deuotio populi sæpè plurima confert, verumetiam imperatoris iussu ibi non minima largiuntur. Accidit autem quodam tempore vt præ penuria egestatis valdè eis victus necessaria deficerent. Congregatio itaque garrula monachorum, cum vna atque alia die, refectionis alimoniam non caperet, vociferant ad abbatem, dicentes, Largire cibos, aut permitte discedere vnumquemque in locum quo vitam propagare possit: alioqui nec te consulto abscedimus, ne pereamus fame. Hæc iis dicentibus ait abbas, Oremus fratres dilectissimi, & dominus ministrabit nobis cibos: nec enim potest fieri vt deficiat triticum in eius monasterio, quæ frugem vitæ ex vtero pereunti intulit mūdo. Quibus vigilantibus nocte tota, ac psallentibus, mane orto ita reperiunt cuncta horreorum habitacula repleta tritico, vt vix vel referari ostium posset. Accepto autem cibo, gratias egerunt deo. Post multos verò annos iterum deficiente cibo, clamauerūt monachi ad abbatem: qui ait, Vigilemus ac deprecemur dominum, & forsitan transmittere dignabitur alimenta. Denique prosternuntur ad pauimentum templi: vigilantes itaque noctem in psalmis hymnísque & canticis spiritalibus, cum se post matutinas somno dedissent, venit angelus domini, & posuit super altare multitudinem innumeram auri. Erant enim ostia ædis obserata. Exurgente autem mane abbate cum monachis, ad celebrandum cursum, viderunt multitudinem auri super altare. Et ait abbas custodi æditui, Quis perfectorum huc ingressus est, qui hæc detulit? respondit, Post egressum vestrum nullus hic hominum accessum habuit, sed ostij clauem munitam retinui & mecum habui, donec surgeres ad commouendum signum. Tunc stupens abbas cum monachis, munus cæleste intellexit, gratiasque deo agens collegit, comparatísque victui necessāriis, plebem creditam affluenter refecit. Nec mirum si beata virgo sine labore suis protulit victum, quæ sine coitu viri concipiens virgo permansit, & post partum. Huius beatæ virginis reliquias cum sanctorum apostolorum vel beati Martini quadam vice super me in cruce aurea positas exhibebam. Cúmque per viam graderemur, conspicio haud procul à via hospitiolum cuiusdam pauperis incēdio concremari. Erat autem foliis, quæ ignibus maxima præstant fomenta, contectum. Currebat miser cum liberis & vxore aquam deportans: sed flammæ non mitigabantur. Tunc extractam à pectore crucem eleuo contra ignem: mox in aspectu sanctarum reliquiarum, ita cunctus ignis obstupuit, ac si non fuisset accensus.

CAP. XI. *Monasterium Hierosolym.*

Reliquiarum vis aduersus incendium.

IOHANNES verò Baptista astu Herodis per Herodiadem vxorem fratris, in carcerem colligatur. Tunc temporis à Galliis matrona quædam Hierosolyma abierat, pro deuotione tantum, vt domini & saluatoris nostri præsentiam mereretur: audiens autem quod beatus Iohannes decollaretur, cursu illuc rapido tendit, datísque muneribus supplicat percussori, vt eam sanguinem defluentem colligere permitteret. Illo autem percutiente, matrona concham argenteam præparat, truncatóque martyris capite cruorem deuota suscepit. Quem diligenter in ampulla positum, patriam detulit, & apud Vasatensem vrbem, ædificata in eius honore Ecclesia, in sancto altari collocauit.

CAP. XII. *Sanguis Io. Baptistæ.*

QVONIAM Vasatensis vrbis meminimus, operæpretium puto, miraculum quod in ea dominus largitus est, memorare. Tēpore quo diuturna obsidione vallabatur à Chunis, omni nocte sacerdos qui præerat, circuibat psallendo, & orabat, nec ab vllo auxilium, nisi à domini misericordia requirebat. Hortabatur omnes orare, & non deficere, asserens humiles preces, cælorum ianuas penetrare. Hostis verò in circuitu depopulabatur villas, domos tradebat incendio, agros vineásque pecoribus intromissis vastabat: sed sacerdoti bono operi insistenti, celeriter virtus diuina adfuit. Nam nocte visum est ipsi barbarorum regi, quasi psallentes homines in vestimentis albis

CAP. XIII.

accensis cereis circuire muros vrbis, & indignans, ait, Quæ est hæc peruersitas & securitas vana, F
vt obsessi quasi despectis nobis, canticis nescio quibus ac laudibus perstrepant? verè quia digni
sunt perditione. Et statim misit ad vrbem nuncios, interrogantes quid sibi ista velint. At illi negant
scire se quæ dicuntur, neque de iis aliqua persensisse. Alia verò nocte, vidit quasi globum magnum
ignis super vrbem descendere: & ait, Si contra nos hi obsessi contumaciter agunt, nec nos me-
tuunt, vel cœlestis eos ira consumit. Cúmque non videret vllum ab vrbe incendium consurgere,
misit iterum interrogare quæ essent quæ viderat. Similiter negauerunt nihil se omninò vidisse.
Tunc rex Gausericus ait, Si hæc isti nesciunt, manifestum est quòd Deus eorum adiuuat eos:
& statim discessit à loco illo. Sacerdos autem conuocatis ciuibus, vigilias celebrat, & missarum
agit festa pro liberatione populi sui. Dum autem hæc ageret, respiciens sursum vidit super altare
quasi de camera templi, cadere tres guttas, æquales magnitudine, claritate, candore crystallum
vincentes. Cúmque omnes cum admiratione & stupore vehementi intenderent, eáque nullus
auderet attingere, Petrus quidam presbyter, qui, vt res ipsa adserit, magni meriti erat, exhibita ar-
gentea patena guttas collegere nititur: quæ dum per altare vago cursu rotantur, defluentes in G
Trinitas miraculo confirmatur. ipsam patenam, statim in se coniunctæ, quasi vnam gemmam pulcherrimam effecerunt: patuit-
que euidenti ratione contra iniquam & deo odibilem Arrianam hæresim, quæ eo tempore pul-
lulabat, hæc acta: agnitúmque est, sanctam trinitatem in vna omnipotentiæ æqualitate connexam, nullis garrulationibus posse disiungi. Tunc gaudens populus, & intelligens munus sibi indul-
tum fuisse diuinitus, conferens aurum gemmásque pretiosas, crucem fecit in qua hanc gemmam
Crux discretiua bonorum & malorũ. statuit. Sed protenus omnes reliquæ gemmæ hac accedente ceciderunt. Tunc pontifex intelle-
gens non esse consortium cælestibus cum terrenis, fabricata cruce ex auro purissimo, eam gem-
mam media intercapedine locat, & populo adorandam præbet. Nec mora, fugato, vt diximus,
hoste, ciuitas liberata est. Iam ex hoc multi infirmi hausto vino vel aqua in qua gemma abluitur,
protenus sanitati redduntur. Denique cum adorata fuerit, si à peccato est homo immunis, & ipsa
apparet clara: cæterùm si, vt plerunque adsolet, humanæ fragilitati aliquid detulerit criminis, tota ei
videtur obscura: mirámque præbet discretionem inter innocentem & noxium, cum vni atra, alteri H
monstretur splendida.

CAP. XIIII. NAM quædam mulier à Maurienna vrbe progrediens, ipsius præcursoris reliquias expetiuit: &
ita se constrinxit vinculo iuramenti, vt non ante à loco discederet, nisi de membris eius mereretur
quicquam accipere: sed cum impossibile hoc incolæ loci narrarent, prosternebatur cotidiè ante se-
pulchrum, orans sibi, vt diximus, de sanctis artubus aliqua condonari. In qua intentione integrum
duxit annum: similiter & alterum, iugi semper oratione deposcens. Tertio verò ingrediente
anno, cum orationem suam peruenire cerneret ad effectum, proiecit se ante sepulchrum, & ob-
testatur, non se exindè surrecturam, priusquam hæc petitio obtineretur à sancto. Septima verò die
cum iam inedia deficeret, apparuit super altare pollex miri candoris ac lucis effulgens. Cognito
Mulier precibus obtinuit pollicẽ Ioann. Bapt. autem mulier dei dono, surrexit à pauimento, factáque capsula aurea, in ea recondidit quæ domi-
no largiente meruerat, & sic gaudens remeauit ad propria: impletúmque est in illa quod dominus
ait in Euangelio, *Amen dico vobis, quòd si perseuerauerit pulsare, & si non surgit pro eo quòd amicus sit, propter improbitatem tamen eius surget, & tribuet ei quotquot habet necessarios.* Post hæc tres episcopi aduenientes
de ciuitatibus suis, ad adorandum in hoc loco, voluerunt partem de hoc pignore elicere: positóque I
in medio, nihil omninò auferre potuerunt. Tunc vna vigilantes nocte, deprecati sunt vt aliquid
mererentur à pollice, positóque sub eo linteo, dum partem auferre conantur, vna ex eo gutta san-
guinis cecidit super linteum. Quod cernentes, duas deinceps noctes vigilant. Deindè prostrati
coram sancto altari, dum supplicant vt adhuc maius aliquid mereantur à pollice, duæ iterum ex eo
fluxerunt guttæ. At illi gauisi, collegentes deuotè quæ dominus dederat, iuxta numerum ser-
uorum suorum diuiserunt linteum cum guttis suis, quæ non sine grandi admiratione vrbibus intu-
lerunt: & quia locus ille Mauriennensis ad Taurinensem quondam vrbem pertinebat, tempore illo
quo Rufus erat episcopus, ait archidiaconus eius ad eum, Non est æquum vt hoc pignus in loco
viliori teneatur, sed surge & illud accipe, & defer ad Taurinensem ecclesiam, quæ plus popularis
habetur. Cui ille respondit, Quia hæc agere non audebat. Archidiaconus dixit, Ego hoc defe-
ram si permittis. Et episcopus, Fac quod libet. Tunc archidiaconus accedens ad locum, dum vi-
Sacra tractãs indignè punitur. gilias celebrat, mittit manum ad capsulam. Mox amens effectus, accensus febre, die tertio exspi- K
rauit, factúsque est timor magnus omnibus, nec quisquam vltra beata pignora ausus est mutare.

CAP. XV. *Ad reliquias D. Ioannis miracula.* APVD Turonicam verò vrbem, dum in oratorium atrij beati Martini, ipsius præcursoris re-
liquias collocaremus, cæcus quidam amminiculo deducente, lumen recepit. Energumenus ve-
rò obtestans virtutem beati Iohannis, Martiníque antistitis, expulso purgatus est dæmone. In hoc
oratorium vna puellarum cui officium erat, lychni fomenta componere, aduenies cum cereo vt
hæc ageret, est ingressa: compositóque lychno atque accenso, adtracto ad se fune, sublimauit in
altum, plerisque innexum laqueis ad parietis clauum, absceſſit. quæ dum redit, cereus quem ma-
nu gerebat extinguitur, regressáque velociter ad cicendilem, cereum non attingebat inlumina-
re, neque laqueum funis absoluere. Dum ambigua de hac causa penderet, subitò delapsa à cicen-
deli flamma, cereum in manu eius inluminauit: & sic officio luminis præeunte, quò voluit iuit.

Ferunt

A Ferunt autem in hoc oratorio à lychno oleum ebullire: habentur enim & ibi reliquiæ sanctæ
Crucis.

CAP. XVI. SVB huius vrbis territorio apud vicum Alangauiensem, mulier quædam ex incolis, conspersa
dominica die farina, panem formauit, quem segregatis prunis, cinere feruenti contexit decoquen-
dum. Quod cum feciſſet, protinus ei manus dextera diuino igne succensa, cœpit exuri. At illa vo-
Mulier violans dominicam punitur. ciferans ac plangens, basilicam huius vici, in qua reliquiæ beati Iohannis continentur, expetiit. Et
oratione fusa, vouit in hac die diuino nomini consecrata, nullam operam exercere, nisi tantùm ora-
tioni vacare. Nocte verò sequẽti, facit cereum in altitudinem status sui. Tunc in oratione pernoctãs,
tento tota nocte manu propria cereo, restinctis ardoribus incolumis est egressa.

CAP. XVII. ET quia Iohannis Baptistæ meminimus, dignum est vt de Iordane aliqua memoremus. Igitur
à monte Phanio duo consurgunt fontes, quorum vnus, Ior: alter, Dan vocitatur: qui ab vtraque
Fontes Ior & Dan. parte Phaniadæ vrbis, quæ prius Cęsarea Philippi vocabatur, descendentes, sub ipsa vrbe tam fluen-
tis coniuncti, quàm nomine vno, Iordanem efficiunt, qui vsque Hiericho ciuitatem, & vltra defluit.
B In eo habetur locus, in quo dominus baptizatus est. In vno etenim reflexu aqua ipsa reuoluitur,
Locus baptismatis christi. in qua nunc leprosi mundantur. Cum autem aduenerint, sæpius lauantur in flumine: donec ab in-
firmitate purgentur. De publico tamen dum ibi commorati fuerint, victum accipiunt: sanati autem,
ad propria discedunt. Ipse quoque Iordanis ab eo loco in quinto miliario, mari commixtus mor-
tuo, nomen amittit. Mare enim mortuum ab hoc dicitur, eo quòd ab incendio Sodomæ vel reliqua-
rum vrbium est versatum: & aqua ipsa asphalto permixta est: vnde à nonnullis mare Asphalti appel-
Asphaltis. latur: in quo qui natare nescit, super aquam fertur, & circa eum sulphur adhæret.

CA. XVIII. SVNT autem & ad Leuidam ciuitatem aquæ calidæ, in quibus Iesus Naue lauare solitus erat:
Fluuius Iesus Naue. vbi similiter leprosi mundantur: est autem ab Hiericho duodecim milibus. Prope autem Hiericho
habentur arbores quæ lanas gignunt. Exhibent enim poma in modum cucurbitarum, testas in cir-
cuitu habentes duras, intrinsecus autem plena sunt lanæ. Et de his enim ferunt ipsi Iesu Naue solere
fieri indumenta. Sed & hodiè tales exhibent lanas, ex quibus nos à quibusdam delatas vidimus, &
C admirati sumus vel candorem, vel subtilitatem earum.

CAP. XIX. NAM vidi ante hoc tempus hominem, Iohannem nomine, qui à Galliis leprosus abierat, & in
ipso loco quo dominum diximus baptizatum, aiebat se per annum integrum commoratum fuisse.
Qui assiduè abluebatur in amne, sed redditus pristinæ incolumitati, reformata in melius cute, sa-
natus est. Hic reliquias beatæ Mariæ ab Hierosolymis accipiens, reuertebatur in patriam: sed
Leprosus mũdatur ad locũ baptismatis christi. prius Romam abire disposuit. Verùm vbi altas Italiæ solitudines est ingressus, incidit in latrones.
Nec mora, spoliatur indumentis: & ipsa quoque capsa, in qua beata gestabat pignora, capitur.
Existimantes enim inimici, auri ibidem sestertias adgregatas, effracta clauc omne rimantur in-
tentè. Sed cum nihil in ea pecuniæ reperissent, extracta pignora in ignem proiiciunt, cæsóque
homine discesserunt. Tunc ille semiuiuus exsurgens, vt vel cineres exustorum collegeret pigno-
rum, inuenit super carbones accensos inlæsas iacere reliquias: ipsúmque linteum quo inuolutæ
Reliquiæ ignibus resistunt. erant, ita admiratur integrum, vt non putaretur pruuis iniectum, sed aquis absconditum. Colle-
gítque cuncta cum gaudio, & viam quam pergebat ingressus, vsque ad Gallias peruenit incolu-
D mis. Multos enim vidimus qui vel in Iordane, vel in aquis Leuidæ vrbis tincti, ab hoc fuerant mor-
bo mundati.

CAP. XX. IN vrbe autem Turonica, est ecclesia sanctæ Mariæ virginis, ac Iohannis Baptistæ nomine con-
secrata, in qua periuris vltio diuina adparuit. Quidam autem cum ad periurandum, in hanc eccle-
Periurij diuina vltio. siam fuisset ingressus, vbi manus ante altare stans, sursum extulit, vt sacramentum mendax pro-
ferret, statim resupinus ruens, ita caput in pauimentum conlisit, vt vix vel viuens erigi potuisset.
Ad se autem reuersus, dolum periurij quod occultabat, publicè patefecit. Vidimus enim & nos
quosdam de Turonicis in loco eodem periurasse, qui ita diuino iudicio condemnati sunt, vt in ipsius
anni curriculo finirentur à seculo.

CAP. XXI. IGITVR vt diximus, in ipso primo Iordanis egressu, Phaniada ciuitas sita est, in qua habetur
statua ex electro purissimo fabricata, in qua redemptoris nostri forma dicitur esse expressa. Nam vt
à plerisque audiui qui eam contemplati fuerant, mira claritas in eius facie continetur: sed ne cui vi-
deatur absurdum, narrare quæ de ea Cæsarienſis refert Eusebius, non pigebit. Ait enim, * *Mulierem*
E *quam sanguinis profluuio laborantem à saluatore curatam Euangelia tradiderunt, huius vrbis ciuem constat fuisse, domúsque eius in ea nunc ostenditur. Pro foribus verò domus ipsius, basis quædam in loco editiore collocata monstratur: in qua mulieris ipsius velut genibus prouolutæ, palmas suppliciter tendentis imago ærea videtur expressa. Adstat verò alia ærea nihilominus fusa statua, habitu viri stola comptè circundati, & dextram mulieri porrigentis. Huius ad pedem statuæ in basi herba quædam noua specie nascitur. Quæ cum exorta fuerit, excrescere vsque ad stolæ illius æreæ indumenti fimbriam solet. Quam cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoréque conquirit, ita vt quæcunque fuerit illa infirmitas corporis, haustu exiguo madefacta salutaris graminis depellatur: nihil omninò virium gerens, si antequam æreæ fimbriæ summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu tradebant: quæ permansit etiam ad nostra vsque tempora, sicut ipsi oculis nostris inspeximus. Et nihil mirum, si sibi qui ex gentibus crediderunt, pro be-*

* *Marcellam Marthæ anicillam eã vocat Pet. de voragine.*

Ad imaginẽ Christi miracula.

Euseb. *neficiis quæ à saluatore fuerant consecuti, huiusmodi velut munus videbantur offerre, cum videamus etiam* F *nunc & apostolorum Petri vel Pauli, & ipsius saluatoris imagines designari, tabulisque depingi.* Hæc Eusebius retulit.

CAP. XXII. NAM & isto nunc tempore, per credulitatem integram, tanto Christus amore diligitur, vt cuius legem in tabulis cordis credentes populi retinent, eius etiam imaginem ad commemorationem virtutis in tabulis visibilibus pictã, per ecclesias ac domos adfigant: sed & in hoc inimicus semper humani generis æmulus extat. Nam Iudæus quidam cum huiusmodi imaginem in tabula pictam ac parieti affixam in ecclesia sæpè vidisset, ait, Ecce seductorem illum qui nos genúsque nostrum humiliauit. Et sic nocte veniens, telo ipsam imaginem verberat, elisámque de pariete, opertam veste, ad domum portans, flammis parat exurere. Sed res mira apparuit, quæ quòd de

Transfixa Imago Christi fundit sanguinem. supra in vita S. Platonis an. do. 556. Sigib. virtute dei fuerit, non potest ambigi. Nam de vulnere vbi imago transfossa fuerat, sanguis efflu- xit. Quod ipse iniquus spiculator, obpletus furore non sensit. Cum autem per obscuræ noctis tenebras, domum suam fuisset ingressus, lumine adhibito cernit se totum sanguine cruentatum: timénsque ne scelus suum patefieret, abiectam à se tabulam abdidit in obscuris: nec ausus est vltra G contingere, quod iniquè præsumpsit auferre. Venientes autem Christiani diluculo ad domum dei, iconicam non inueniunt, stupentésque ac requirentes quod fuerat factum, cruoris vestigia deprehendunt. Quod sequentes, ad domum Iudæi accedunt. Denique scisciatí de tabula, nihil certi cognoscunt. Requirentes autem eam sollicitè, in angulo cellulæ Iudæi reperiunt: qua ecclesiæ reddita, furem lapidibus obruerunt.

CAP. XXIII. EST & apud Narbonensem vrbem in ecclesia seniore quæ beati Genisij martyris reliquiis plaudit, pictura quæ dominum nostrum quasi præcinctum linteo indicat crucifixum, quæ pictura dum

Visio. assiduè cerneretur à populis, apparuit cuidam Basileo presbytero per visum persona terribilis, dicens, Omnes vos obtecti estis variis indumentis, & me iugiter nudum aspicitis. Vade quantocius, cooperi me vestimento. Et presbyter non intelligens visionem, data die nequaquam ex ea rememoratus est. Rursúmque apparuit ei: sed & illud paruipendit. Post tertium autem diem secundæ visionis, grauibus excruciato eo verberibus, ait, Nónne dixeram tibi vt operires me vestimento, ne H cernerer nudus: & nihil ex hoc à te actum est? Vade, inquit, & tege linteo picturam illam, in qua crucifixus adpareo, ne tibi velox superueniat interitus. At ille commotus, & valdè metuens, narra-

Crucifixi miraculum. uit ea episcopo: qui protinus iussit desuper velum expandi: & sic obtecta nunc pictura suspicitur. Nam & si parumper detegatur ad contemplandum, mox demisso velo contegitur, ne detecta cernatur.

CA. XXIIII. EST & illud inlustre miraculum de fontibus Hispaniæ, quos Lusitania prouincia profert. Piscina nanque est apud Olen campum antiquitus sculpta, & ex marmore vario in modum cru-

Fontes Hispaniæ baptismatis die crescunt. cis, miro composita opere. Sed & ædes magnæ claritatis ac celsitudinis, desuper à Christianis constructa est. Igitur cum dies sacer post curriculum anni decedentis aduenerit, quo dominus confuso proditori mysticam discipulis præbuit cœnam, conueniunt in locum illum cum pontifice ciues, iam odorem sacri præsentientes aromatis. Tunc data oratione sacerdos, ostia templi iubet simúl muniri signaculis, aduentum virtutis dominicæ præstolantes. Die autem tertia, quod est sabbati, conuenientibus ad baptizandum populis, aduenies episcopus cum ciuibus suis, inspectis signaculis, ostia referat clausa. Ac mirum dictu, piscinam quam reliquerant vacuam, reperiunt plenam: sed ita cumulo altiore refertam, vt solet super ora modiorum triticum adgregari: videásque huc illúcque latices fluctuare, nec partem in diuersam defluere. Tunc cum exorcismo sanctificatum, conspersum desuper chrisma, omnis populus pro deuotione hauI rit, & vas plenum domi pro saluatione reportat, agros vincásque aspersione saluberrima tuturus. Et cum exinde multitudo amphorarum sine collecto numero hauriatur, nunquam tamen vel cumulum minuit, licet vbi infans primus intinctus fuerit, mox aqua reducitur, & baptizatis omnibus, lymphis in se reuersis vt initio produntur nescio, ita & fine claudantur ignaro.

CAP. XXV. QVIDAM verò ex hæreticis deum non metuens, neque venerationem præstans huic loco

Hæreticus impietatis luit. sancto, neque credens corde miraculum quod in eo dominus ad corroborandã suorum fidem præstare dignatus est, non filebo. Venit cum turba equorum, solutísque impedimentis iussit in basilicam poni, equitibúsque in ea præsepia præparari, inridens miser quæ de hoc loco narrabantur ab K incolis. Igitur media nocte prætereunte, à febre corripitur, ac penè exanimis, & tardius quàm debuerat pœnitens, exclamat, equites ab æde expelli: erat enim ei, sub rege licet, magna tamen in illa regione potestas. Expulsísque à basilica sancta equitibus, ad se reuersus, cœpit dentibus proprium lacerare corpusculum, nec prorsus retineri à suis ob nimiam poterat debacchationem. Tandémque oppressus, inter suorum manus spiritum exhalauit. Denique Theodegisilus huius rex regionis, cum vidisset hoc miraculum quod in his sacratis deo fontibus gerebatur, cogitauit intra se dicens, quia ingenium est Romanorum (Romanos enim vocitant homines nostræ religionis) vt ita accidat, & non est dei virtus. Veniens verò ad annum sequentem, ostium sigillis suis cum episcopi sigillo muniuit: posuítque custodes in circuitu templi, si fortè aliquem deprehendere possit

fraudis

A fraudis alicuius consciũ, per cuius ingenium in fontibus aqua succederet. Similiter & alio fecit anno. Tertio verò conuocata virorum multitudine, fossas in circuitu basilicæ fieri iussit, ne fortè dogis occultis lymphæ deducerentur in fontem. Fuerúntque fossæ in profundo, vicenumquinũm pedum: in latitudine verò, quindecenũm. Sed nihil abditum potuit reperiri. Tamen vitæ finem faciẽs, & credo pro huius inquisitionis temeritate, anni sequentis diem quo hoc mysterium celebrabatur, videre non meruit, eo quòd arcanum virtutis diuinæ inuestigare præsumpsit. Habentur autem in ea reliquiæ sancti Stephani Leuitæ. *Incredulus patitur.*

ERGO quia fons ille diuino nutu, vt suprà diximus, ad officium baptizandi repletur: & quia CAP. XXVI. cum completus fuerit, auidè ex hoc populus haurire festinat, quidam accepto vasculo, presbytero qui hanc aquam ministrabat, porrexit ad complendum. Quod dum complet senior, hic inter comprimentes turbas, manum alterius extendit ad balteum, cultrúmque furatus est: quo vagina recondito, manus extendit ad accipiendam hydriam quam tradiderat presbytero: qua accepta, amotus in partem aliam, neque vnam guttam aquæ in ea potuit reperire. Tunc confusus *Fur aquam benedictam haurire non potuit.*

B valdè & sibi ob furti causam hoc euenisse cognoscens, homini cultrum quem furatus fuerat, reddidit: & sic iterum porrecta lagena, plenam aquæ recepit. Est enim populus ille hæreticus, qui videns hæc magnalia, non compungitur ad credendum, sed semper callidè diuinarum præceptionum sacramenta nequissimis interpretationum garrulationibus non desinit impugnare: sed virtus domini diuersam partem destruit & confundit.

IACOBVS Apostolus, qui & frater domini vocitatus est, ab ipso domino nostro Iesu Chri- CAP. XXVII. sto episcopus dicitur ordinatus. Post cuius glorioſam ascensionem, dum viam iustitiæ Iudæis errantibus aperire conatur, de pinna templi præcipitatus, adliditur, effusóque fullonis fuste cerebro, *Iacobus Apostolus.* spiritum reddidit, sepultúsque est in monte Oliueti, in memoria quam sibi ipse prius fabricauerat, & in qua Zachariam ac Symeonem sepelierat. hæc de Iacobo apostolo.

PETRVS Apostolus, ad humilitatem docendam, caput desuper tundi instituit, qui ab apo- CAP. XXVIII. stolis cæteris episcopus ordinatus, Romæ cathedram locauit. Cuius oratione, vel Pauli, Simonis

C magi calliditas vel detecta est, vel obruta. Extant hodiéque apud vrbem Romanam duæ in lapide fossulæ, super quem beati apostoli deflexo poplite, orationem contra ipsum Simonem magum ad dominum effuderunt. In quibus cum de pluuiis lymphæ collectæ fuerint, à morbidis expetuntur, hausteque mox sanitatem tribuunt. Sanctus verò Petrus apostolus, vt præfati sumus, cum post Neroniana ac Simoniaca bella, ad crucem venisset, implero iam felicis trophæi certamine resupinis ad cœlum vestigiis se expetiit crucifigi, indignum se vociferans, vt dominum exaltari: sicque dirigens spiritum viuacem in astra, sepultus est in templo quod vocitabatur antiquitus Vatica- *D. Petri sepulcrum.* num, quatuor ordines columnarum valde admirabilium numero nonaginta sex, habens. Habet etiam quatuor in altari, quæ sunt simul centum, præter illas quæ ciborium sepulchri sustentant. Hoc enim sepulchrum sub altari collocatum, valde ratum habetur. Sed qui orare desiderat, reseratis cancellis quibus locus ille ambitur, accedit super sepulchrum: & sic fenestella paruula patefacta, immisso introrsum capite, quæ necessitas promit, efflagitat. Nec moratur effectus, si petitionis tantùm iusta proferatur oratio. Quòd si beata auferre desiderat pignora, pallio-

D lum aliquod momentana pensatum, iacit intrinsecus, deinde vigilans ac ieiunans, deuotissimè deprecatur vt deuotioni suæ virtus apostolica suffragetur. Mirum dictu, si fides hominis præualuerit, à tumulo palliolum eleuatum, ita imbuitur diuina virtute, vt multò amplius quàm prius pensauerat, ponderaret: & tunc scit qui leuauerit, cum eius gratia sumpsisse quod petiit. multi enim & claues aureas ad reserandos cancellos beati sepulchri faciunt, qui ferentes pro benedictione priores accipiunt, quibus infirmitates tribulantum medeantur. Omnia enim fides integra præstat. Sunt ibi & columnæ miræ elegantiæ candore niueo, quatuor numero quæ ciborium sepulchri sustinere dicuntur.

CAP. XXIX. PAVLVS verò apostolus, post reuolutum anni circulum, ipsa die, qua Petrus apostolus pas- *Hoc sumpsit ex lib. 2. Lini qui est de agone B. Pauli.* sus, apud vrbem Romam gladio percussus occubuit. E cuius sacro corpore lac defluxit & aqua: nec mirum si lac eius manauit ex corpore, qui gentes incredulas & parturiuit & peperit, ac lacte spirituali nutritas, ad cibum solidum scripturarũm sanctarum opaca referando, perduxit. De cuius

E virtutibus multa quidem audiuimus: sed de plurimis vnum tantùm miraculum studuimus declarare. Factum est autem in quodam loco, vt homo laqueum sibi ad extorquendam vitam, instigante diabolo præpararet. Cúmque secretum cellulæ in qua hæc ageret, reperisset, funem trabi transmissum, laqueum cœpit innectere, nomen tamen semper Pauli apostoli inuocabat, dicens, Adiuua me sancte Paule. Et ecce vmbra squalida atque funesta, quę nihil minus vultus quàm diabolum similabat, apparuit ei, hortans ac dicens, Eia age, ne moreris: expedi celerius quæ cœpisti. At ille cum opus hoc, id est vitæ extorquendæ pararet, semper aiebat, Beatissime Paule esto adiutor meus. Denique expedito iam laqueo, cum vehementius vrgeretur ab vmbra, vt collum immit- *Diabolicæ apparitiones.* teret, subitò adfuit alia vmbra huic similis, dicens ei quæ cum homine erat, Fuge miserrime: en *Suspendionẽ fecisse D. Paulus.* Paulum apostolum huc venientem: inuocatus enim ab hoc homine, ecce adest. Tunc euanescentibus vmbris, hic ad sensum suũ reuersus, & crucem virtutis dominicæ pectori nutanti depingens, pœnitentiam, genis lachrymarum imbre perfusis, agebat, cur ista tentasset. vnde manifestũ est, hunc

eundémque hominẽ per virtutẽ beati apoſtoli ab hoc ſæuæ mortis præcipitio fuiſſe ſaluatum. F

CAP. XXX. IOHANNES verò apoſtolus & euangeliſta dei, poſt peractum tam agonis legitimi, quàm prædicationis ſaluberrimæ curſum, viuus deſcendens in tumulo, operiri ſe humo præcepit. Cuius nunc ſepulchrum manna in modum farinæ hodiéque eructat, ex qua beatæ reliquiæ per vniuerſum delatæ mundum, ſalutem morbidis præſtant. Hic eſt Iohannes, quem dominus plus quàm cæteros dilexit apoſtolos, qui tantæ charitatis amore prælatus eſt, vt ſuper ipſum ſacri corporis pectus accumbens, myſteriorum cæleſtium hauriret arcana. Ipſe etiam dominus noſter glorioſam genitricem quaſi peculiari quodam modo diſcipulo, in ipſa paſſionis hora, in cruce pro mundi ſalute poſitus, commendauit. De hoc enim & poſt reſurrectionem dixit, *Si eum volo manere donec veniam*. In Epheſo autem habetur locus, in quo hic apoſtolus euangelium quod ex eius nomine in Eccleſia legitur, ſcripſit. Sunt autem in ſummitate montis illius, proximi quatuor ſine tecto parietes. In his enim orationi inſiſtens, dominum aſſiduè pro delictis populi deprecans, morabatur: obtinuítque ne in loco illo imber vllus deſcenderet, donec ille euangelium adimpleret. Sed & vſquè hodiè ita præſtatur à domino, vt nulla ibi deſcendat pluuia, neque imber violentus aduenia*t*. In ea G vrbe Maria Magdalenæ quieſcit, nullum ſuper ſe tegmen habens. In ea & ſeptem dormientes habentur, de quibus aliqua domino iubente, in poſterum narraturi ſumus. In hac & idolum Dianæ fuit, ab apoſtolo Paulo deſtructum. Sed ad cœpta redeamus.

Io. Apoſtoli oratione locus vacat imbribus.

CAP. XXXI. ANDREAS apoſtolus, magnum miraculum in die ſolennitatis ſuæ profert, hoc eſt, manna in modum farinæ, vel oleum cum odore nectareo, quod de tumulo eius exundat. Per id enim quæ ſit fertilitas anni ſequentis oſtenditur. Si exiguum profluxerit, exiguum terra profert fructum: ſi verò fuerit copioſum, magnum arua prouentum fructuum habere ſignificat. Nam ferunt in aliquibus annis, in tantum è tumulo oleum exundare, vt vſque medium baſilicæ profluat riuus ille. Hæc autem aguntur apud prouinciam Achaiam, in ciuitate Patras, in qua beatus apoſtolus, ſiue martyr, pro redemptoris nomine crucifixus, præſentem vitam glorioſa morte finiuit. Tamen cum oleum defluxerit, tantum odorem naribus præſtat, vt putes ibi multorum aromatum ſparſam eſſe congeriem. Quod non ſine miraculo ac beneficio habetur in populis. Nam ex hoc ſeu inunctiones factæ, ſiue potiones datæ, plerunque languentibus commodum præſtant. Poſt cuius glorioſam adſumptionem, multæ virtutes vel ad hoc ſepulchrum, vel per loca diuerſa, in quibus eius reliquiæ collocatæ ſunt, feruntur oſtenſæ. De quibus pauca memorari non putaui abſurdum, quia ædificatio eſt eccleſiæ, gloria martyrum, virtúſque ſanctorum. Tempore quo, interfecto Clodomiro rege Francorum, ſe exercitus reparans, Burgundiam deuaſtabat, in quadam baſilica reliquiæ iam dicti apoſtoli cum Saturnini martyris tenebantur. Accenſáque baſilica, cũ iam tignorum moles diueret, pauperes ac ſenes, quos barbaries reliquerat, flebant, dicentes, Væ nobis qui tantorum pignorum hodiè caremus auxilio: nec nobis vltrà ſpes præſentis vitæ manebit, ſi hæc deperierint. His ita flentibus, nutu dei aduenien*s* Turonicus homo, condolens his lamentis, & diſcens virtutem martyrum, non minus fide quàm parma protectus, per medias ingreditur flammas, adprehenſáſque ab altari ſanctas reliquias, nihil ab igne nocitus, extulit foras: ſed continuò ita conſtrictus eſt, vt greſſum in antea agere non valeret. Tunc indignum ſe iudicans qui ea ferret, vnam puellam paruulam impollutámque elegit à præda, cui capſulam ad collum poſuit, & I ſic in patriam proſperè acceſſit. Tunc conlocatis in altari Nouiuicenſis eccleſiæ, vbi nulla adhuc ſanctorum pignora habebantur, annis ſingulis deuotiſſimè eorum ſolennia celebrabat. Cuius filius, cum hæc poſt patris obitum non impleret, à febre quartana per annum integrum laborans, vouit vt nouam baſilicam in eorum honorem conſtrueret. Quo facto, amota febre ſanatus eſt. Sed nec hoc ſine diuinitatis prouidentia actum reor, quòd eadem die, qua beatæ reliquiæ in aliam ſunt tranſlatæ baſilicam, errantes homines à via, qui beati Vincentij reliquias deferebant, ad vicum ipſum delati ſunt. Tunc rogante preſbytero, diuiſerunt ei particulam pignorum, quam in ſancto altari, vnde alias abſtulerat, collocauit. Mummolus autem, cum Theodeberti regis tempore, ad Iuſtinianum imperatorem pergens, Conſtantinopolitani itineris viam nauali euectu ſulcaret, ad vrbem Patras, in qua idem habetur apoſtolus, eſt adpulſus. Ac dum ibi cum ſatellitibus moraretur, infirmata veſica calculoſus efficitur. Dehinc diuerſis doloribus artatus, febre conſumitur: ablatáque delectatione comedendi atque bibendi, aduentus mortis ſolus præſtolatur. Igitur dum ſe ita feſſum & ſine ſpe vitæ decernit, teſtamentum ſuum petit ſcribi, munitúmque ſubſcriptionibus ac ſigillis, inquiri præcepit, ſi forſitan aliquis reperiretur in ciuitate, qui peritus in arte medicinæ poſſit perituro ſuccurrere. Sed cum hoc epiſcopo qui tunc præerat, ſuggeritur, ait, Quouſque vos dilectiſſimi, caſſo fatigatis labore, & inter homines requiritis medicinam, cum habeatur hîc cæleſtis medicus, qui ſæpè infirmorum valitudines, ſine herbarum adminiculo, virtutis propriæ depellat effectu? Et quis, inquiunt, eſt ille? Andreas, ait, apoſtolus Chriſti. Hæc nunciantes infirmo, rogat ſe portari ad beati ſepulchrum. Cúmque pauimento proſtratus, quæ neceſſitas exigebat fideliter precaretur, medium ferè noctis, omnes qui aderant, ſopor obtinuit. Statímque infirmo conari eiiciendæ vrinæ imminet, tangénſque vnum puerorum, voce tenui vaſculum poſtulat exhiberi, inlatóque dum vrinam nititur eiicere, lapidem magnum emiſit: qui tam validus fuit, vt cadens, ſonum in ipſa quæ parata fuerat concha, proferret.

Oleum D. Andreæ.

Ædificatio Eccleſiæ gloria martyrũ.

Reliquiæ illatæ abigunbus.

Calculus.

Tunc

A Tunc ablata febre cum omni dolore, naui reſtauratur incolumis.

CAP. XXXII. THOMAS Apoſtolus ſecundũ paſſionis eius hiſtoriã, in India paſſus eſſe declaratur. Cuius beatum corpus poſt multum tempus adſumptum in ciuitate, quam Syriæ Diſſam vocant, tranſlatum eſt, ibíque ſepultum. Ergo in loco regionis Indiæ, quo prius quieuit, monaſterium habetur, & templum mirę magnitudinis, diligentérque exornatum atque compoſitum. In hac igitur æde, magnum miraculum Deus oſtẽdit. Lychnus etenim inibi poſitus atque inluminatus ante locum ſepulturæ ipſius, perpetualiter die noctúque, diuino nutu reſplendet, à nullo fomento olei ſcirpíque accipiens: neque vento extinguitur, neque caſu dilabitur, neque ardendo minuitur: habétque incremẽtum per Apoſtoli virtutem, quod neſcitur ab homine, cognitum tantùm habetur diuinæ potentiæ. Hoc Theodorus qui ad ipſum locũ acceſſit, nobis expoſuit. In ſupradicta igitur vrbe, in qua beatos artus diximus tumulatos, aduenie*n*te feſtiuitate magnus adgregatur populorum cœtus, ac de diuerſis regionibus cum votis, negociíſque venientibus vendendi comparandíque per triginta dies ſine vlla telonei exactione licentia datur. In his verò diebus qui in menſe habentur quinto, B magna & inuſitata populis præbentur beneficia. Non ſcandalum ſurgit in plebe, non muſca infidet mortificatæ carni, non latex deeſt ſitienti. Nam cum ibi reliquis diebus pluſquam centenũm pedum altitudine aqua hauriatur à puteis, nunc paululum fodias affatim lymphas exuberantes inuenies: quod non ambigitur virtute beati Apoſtoli impertiri. Decurſis igitur feſtiuitatis diebus, teloneum publico redditur, muſca quæ defuit, adeſt: propinquitas aquæ dehiſcit: dehinc emiſſa diuinitùs pluuia, ita omne atrium templi à ſordibus & diuerſis ſqualoribus, qui per ipſa ſolennia facti ſunt, mundat, vt putes eum nec fuiſſe calcatum.

Lychnus perẽnis.

Thomæ Apoſtoli munera.

CAP. XXXIII. STEPHANVS autem primus vel diaconus eccleſiæ ſanctæ, vel martyr apud Hieroſolymam, ſicut ſacra apoſtolorum narrat hiſtoria, pro nomine ſancto Chriſti, quem à dextris virtutis ſpiritali contemplatione cernebat, lapidibus eſt obrutus, pro perſecutoribus ipſam ſupplicans maieſtatem. Denique erat oratorium apud vrbem Turonicam ab antiquis eius nomine dedicatum, quod nos parumper iuſſimus prolongari. Quod cùm factum fuiſſet, altare vt erat integrum inante promouimus. Requirentes verò in loculo, nihil de pignoribus ſanctis quod fama ferebat, reperimus. Tunc miſi vnum ex abbatibus, vt ab oratorio domus eccleſiaſticæ nobis eius reliquias exhiberet, oblitus tamen clauem capſæ porrigere, quæ cingulo dependebat. Veniens verò abbas ablato ab armario ſigillo, capſam reperit obſeratam. Quid faceret, quid ageret, in ambiguo dependebat. Si ad me veniret, longum erat venire & reuerti: ſi ipſam capſam exhiberet, moleſtum mihi eſſe nouerat, quia multorum ibi ſanctorum pignora tenebantur: ſi non faceret, iuſſionem quam acceperat non implebat. Quid multa? dum capſam in manu dubitans retineret, reſilentibus cum ſonitu repagulis, capſam aſpicit reſeratam. Tunc cum gratiarum actione adſumptas reliquias, non ſine grandi admiratione nobis exhibuit, quas nos dictis miſſis, domino iubente plantauimus. Regreſſus autem poſt multos dies ad vrbem, capſam reperi, reducto peſſulo ſicut reliqueram, obſeratam. Pars enim beati ſanguinis ſacroſancti Leuitæ huius, ſicut celebre fertur, in altari Biturigæ eccleſiæ continetur. Quidam autem tempore Felicis epiſcopi, vicinos ſuos quodam pro crimine impetebat: quos cum plerunque verbis procacibus laceſſiret, ac iudicio publicè prouocaret, decretum eſt ſententia primorum vrbis, vt ſe ab hac noxa qui impetebantur, ſacramento purgarent. Ingreſſíque in huius memoratæ ædis altare, cum eleuatis manibus ſacramenta proferrent, proſecutor cauſæ periuraſſe eos clara voce teſtatur. Statímque eleuatis in ſublime pedibus, in aera excutitur: ac inliſo capite in pauimento, penè exanimis à circunſtanti turba conſpicitur. Poſt duarum ferè horarum ſpacium, cum ad liquidum putaretur ſpiritum exhalare, apertis oculis crimen fatetur, ſe iniuſtè fatigaſſe homines, vel proclamaſſe noxios, declarauit: ſicque laxatis inſontibus manifeſtato nocente, virtus beati perpatuit. Apud Burdegalenſem autem vrbem, anus quædam grauata ſenio, ſed fide mentis integræ ſubleuata cui mos erat in ſanctorum baſilicis, miſſo oleo lychnos accendere, vt hoc negocium ageret, nocte dominica, beati Petri apoſtoli baſilicam ingreſſa eſt. huius enim altare poſitis in altum pulpitis, locatum habetur: cuius pars inferior in modum cryptæ, oſtio clauditur, habens nihilominus & ipſa cum ſanctorum pignoribus altare ſuum. In hanc venerabilis mulier ad accendendum, vt diximus, lumen deuota deſcendit, vnam tantummodo habens puellulam in comitatu ſuo. Quod opus dum ageret, & nox E aduenie*n*s mundum tenebris operuiſſet, accedentes clerici, dictis pſalmorum capitulis, obſerato cryptæ oſtio, diſceſſerunt, ignorantes introrſum eſſe mulierem. At illa accenſo lumine, ad oſtium properat vt egrederetur. Quod cum clauſum eſſe ſenſiſſet, voces emittit, qui ei aperire debeat ex nomine vocat. Sed cum non eſſet vox præ ſenio ita valida quæ poſſet penetrare hæc clauſtra, at vbi ſe ſenſit à nullo audiri, proſtrata in pauimento quieuit, dicens, Deprecer pro peccatis meis & populi, dominum omnium creatorem, quoadu*s*que veniat qui reſerare debeat huius ædis ingreſſum. In qua oratione excubans, vidit circa medium ferè noctis, patefactis oſtiis, omnem baſilicam immenſo lumine effulgere. Et ecce chorus pſallentium qui ingreſſus baſilicam, poſtquam dicta Gloria trinitati, pſallentij modulatio conquieuit, audiuit viros conquerentes inter ſe, atque dicentes, Moram nobis ſanctus facit Leuita Stephanus. Iam enim alias debebamus adire baſilicas, & non poſſumus, niſi ille prius qui præſtolatur, aduenia*t*. Hæc enim crebrò repetentibus adue-

Capſula reliquiarum diuinitus clauditur & aperitur.

Delator impoſturam fatetur.

nit vir ſubitò in veſte alba : cuius perſonam omnis illa venerans multitudo, ſalutauit humiliter, F dicens, Benedic nobis ſacer ac ſancte Leuita Stephane. At ille iterum ſalutans, data oratione, interrogatus ab eis, cur à viſitatione locorum ſanctorum paululum retardaſſet, reſpondit, Nauis enim in mari periculum demerſionis incurrerat, ibique inuocatus adſtiti, erutáque ecce adſum. *D. Stephanus naufragantibus adest.* Et vt ipſi probetis eſſe vera quæ loquor, veſtimentum quod indutus ſum, adhuc guttis ſtillantibus marinis fluctibus cernitur humectatum. Hæc mulier cum tremore magno opprimens pauimentum, intentè ſuſpiciebat. Quibus diſcedentibus, rurſum oſtiis diuinitùs obſeratis, hæc ad locum in quo ſanctus ſteterat accedens, ſudario guttas quæ in pauimentum dilapſæ fuerant, diligenter collegit, & Bertchramno, qui tunc epiſcopatu vrbem regebat, manifeſtauit. Quod ille cum gaudio & admiratione magna ſuſcipiens, ſecum retinuit. De hoc enim ſudario multi infirmi ſanitatē experti ſunt, ac plerūque & ipſe pontifex de eo decerpēs pignora, vbi eccleſias conſecrabat fideliter conlocauit. Hæc autem ab ipſius epiſcopi relatu cognouimus.

CAP. XXXIIII. BARTHOLOMÆVM apoſtolum apud Aſiam paſſum, agonis ipſius narrat hiſtoria. Poſt multorum verò annorum ſpacia de paſſione eius cum iterum Chriſtianis perſecutio adueniſſet, & G viderent gentiles omnem populum ad eius ſepulchrum concurrere, eíque deprecationes aſſiduè, & incenſa deferre, inuidia inlecti, abſtulerunt corpùs eius, & ponentes in ſarcophagum plumbeū, proiecerunt illud in mare, dicentes, Quia non ſeduces amplius populum noſtrum. Sed prouidentia dei cooperante per ſecretum operis eius, ſarcophagum plumbeum à loco illo aquis ſubuehentibus ſubleuatum, delatum eſt ad inſulam vocabulo Liparis. Reuelatúmque eſt Chriſtianis, vt eum collegerent: collectúm que ac ſepultum, ædificauerunt ſuper eum templum magnum. In quo nunc inuocatus, prodeſſe populis multis virtutibus ac beneficiis manifeſtatur.

Bartholomæi ſarcophagum plumbeum natat.

CAP. XXXV. CLEMENS martyr, vt in paſſione eius legitur, anchora collo ſuſpenſa in mari præcipitatus eſt. Nunc autem in die ſolennitatis eius, recedit mare per tria millia, ſiccúmque gradientibus iter præbens vſque ad ſepulchrum martyris peruenitur. Ibíque vota reddentes, orantes populi regrediuntur ad litus.

Eadem antè in eius vita.

CAP. XXXVI. FACTVM eſt autem vt in vna ſolennitatum, mulier cum filio paruulo in locum accederet: H epulante autem ea poſt acta ſolennia, obdormiuit infans. Dum autem hæc agerentur, ecce ſonus ſubitò factus eſt accedentis pelagi. Dehinc oblita mulier ſobolis ſuæ, cœpit velociter cum reliquo populo petere ripam. Igitur in ſequenti maris acceſſu poſtquam ad litus venerat, meminit ſe filium reliquiſſe. Tunc cum fletu magno deiecta terris, miſeram ſe clamitans, litora vocibus replebat, atque diſcurrebat per circulum riparum, ſi fortè enecatam prolem eiectámque litori aliquis conſpicaſſet. Sed cum nihil inueniret indicij, tandem conſolata à propinquis, ad propria reducitur, totum annum in luctu ac lamentatione deducens. Recurrente autem anni circulo, venit iterum ad ſpectandam martyris ſolennitatem, fortaſſis de infantulo ſi aliqua inuenire poſſit indicia. Quid plura? recedente mari, anticipat omnes ad ingrediendū, & ipſa prima procedit ad tumulum. Cúmque proſtrata ſolo, orationem expleſſet, erecta ſurſum, genis vbertim fletuum imbribus madefactis, dum diuertit in parte altera vultum, aſpicit filium in eodem loco vbi eum dormientem reliquerat, in ipſo adhuc ſopore teneri. Æſtimans autem eum eſſe defunctum, accedit comminus, quaſi collectura cadauer exanime: ſed cum eum dormire cognouiſſet, excitatum velociter, expectantibus populis, incolumem leuauit in vlnis, interrogánſque inter oſcula, vbi per anni fuiſſet ſpacia: Neſcire ſe ait, ſi annus integer præteriſſet: tantùm dormiſſe ſe ſuaui ſopore in vnius noctis ſpacio æſtimabat. I

CAP. XXXVII. FONS erat inriguus ruri cuidam, infra territorium vrbis Lemouicinæ, cuius vnda tam hortorum ſata, quàm agrorum culta vel fouebat acceſſu, vel impetu fœcundabat. Deducebatur etiam factis decurſibus per loca neceſſaria, vt vbi eum natura non dabat, ſtudium prouocaret. Et erat tam dulcibus vena exuberante fluentis, vt gaudere cerneres olus ſiue virgultum, ſi fuiſſet ab eodem irrigatum; Opitulabatur etiam in eo gratia maieſtatis diuinæ, vt in quo fuiſſet fluentum emiſſum, velociter germina acciperent incrementum. Cúmque eum incolæ loci, quaſi ludum agentes, per ſingula quæque loca deducerent, inſidiatoris vt credo inuidia, ſub terra dehiſcit, ac velut in ſtadiis duodecim, in medium paludis, vbi nullum prorſus poſſet opus efficere, fluctibus ſparſis exoritur. Extemplo omnium mentes timor obſedit, & nouum quendam aduenire regioni, loci incolæ præſtolantur K interitum, ſimúlque & beneficium quod habere conſueuerant, iugi fletu deplorant. Curriculum igitur vnius atque alterius anni, in hac ariditate pertranſiit. Areſcunt ſiti loci illius omnia quæ inrigare conſueuerat. Tertio quoque anno accidit vt quidam iter agens, beati Clementis martyris, cuius iam ſuprà meminimus, reliquias exhiberet, quas Aridio ipſius vrbis presbytero, viro in omni ſanctitate religioſo, detulit. Ad quem cum die noctúque vicinia mœſta penderent, confiſi de eius oratione, quòd ſi peteret dominum, fontem poſſet ſuo reſtituere loco, ait, Eamus, inquit, dilectiſſimi, & ſi vera ſunt quæ portitor noſter adſeruit, hæc eſſe Clementis martyris pignora, nunc adparebit, cum eius fuerit virtus manifeſtata. Tunc cum pſallentio ad locum fontis accedit. Et dictis pſalmis, in oratione proſternitur. Poſitiſque ſanctis reliquiis in ipſo fontis aditu, petiit vt qui quondam in deſerto damnatis ad ſecanda marmora flumen inriguū patefecit, in hunc locū aquas quas prius pia indulſerat clemētia, Clementis iterū interceſſio reuocaret.

B. Clemens fontem excitauit.

A uocaret. Illico vena recurrit ad aditum, magnas euomens aquas, illūq; quem prius tenuerat alueum, decurrendo replēs, admirantibus populis, immenſæ gratię domino referuntur, qui & martyris virtutem prodidit, & fidelis ſui orationem implere dignatus eſt.

CAP. XXXVIII. CHRYSANTHVS martyr, vt hiſtoria paſſionis declarat, poſt acceptam martyrii coronam, cum Daria virgine multa populis ſanitatum beneficia tribuebat. Et ob hoc etiam crypta ſuper eos miro opere fabricata eſt, quæ in arcuum modo tranſoluta, firmiſſima ſtabilitate ſubſiſtit. Denique cum ad eius feſta populorum frequentatio confluxiſſet, iniquiſſimus imperator erectum in illius cryptæ introitu parietem, concluſa multitudine, iuſſit ædem harena ac lapidibus operiri: factúſque eſt deſuper mons magnus. Idque geſtum certiſſimè ipſius manifeſtant ſcripta certaminis. Quæ crypta diu ſub hoc velamento permanſit operta, donec vrbs Romana relictis idolis, Chriſto domino ſubderetur. Iam procedente tempore, iam nulli erat cognitus locus ipſius ſepulturæ, donec domino Ieſu reuelante patefactus eſt. cuius parte in vna loci, interpoſito pariete, ſepulchra martyrum Chryſanthi & Dariæ ſegregata parte: in alia, ſanctorum reliquorum cadauera in vnum B ſunt cōgregata. Veruntamen in pariete illo, qui eſt in medio poſitus, feneſtram ſtructor patefactam reliquit, vt ad contemplanda ſanctorum corpora aditus aſpicienti pateſceret. Ferunt etiam quòd eo tempore quo ad ſancta ſolennia accedentes incluſi ſunt, vrceos argenteos ex metallo formatos, cum vino quod ad oblationem ſacrificij diuini offertur, ſecum homines detuliſſent, argentúmque ibi remanſiſſe manifeſtum eſt, ídque hodiè à conſpicientibus cerni. Sed quia iugiter mens humana turpibus erubeſcendíſque cupiditatibus inhiat, ſubdiaconus quidam viſo per feneſtram argento, cogitat intra ſe quod poſtero die auaritia impellente compleuit. Nocte enim conſurgens, ingreſſus eſt baſilicam ſanctorum. Deinde per feneſtram ingrediens cellulam, ac per obſcuritatem noctis palpans manibus, aliquos de vrceis capit: deinde egredi cum præda cupiens, per totam noctem circumiens, nunquam potuit aditum vnde ingreſſus fuerat, reperire. *Auarus luit* Dato verò die, dum opera ſua obtegi conſcius ſceleris voluit, iuxta illud dominici oraculi dictum, quòd, *Omnis qui malè agit, odit lucem, vt non manifeſtentur opera eius*, occultauit ſe in angulo cellulæ tota die ne videretur. Sequenti verò nocte quæſiuit iterum aditum, ſed reperire non potuit: ſic C per trium noctium curricula fecit. Tertia verò die cum iam fame cruciaretur, acceſſit coram populo ad feneſtram, & relicto argento, confeſſus eſt opus ſuum, egreſſúſque eſt foras cum magna verecundia, nec latuit ſcelus quod geſſerat, populis qui aderant. Poſt multum verò temporis, cognoſcens hoc factum Damaſus antiſtes ſanctæ ſedis apoſtolicæ, iuſſit diligentius operire feneſtram, vbi & verſibus decorauit locum. Et ibi benedicitur dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad laudem nominis ſui vſque in hodiernum diem.

CAP. XXXIX. EST etiam haud procul ab huius vrbis muro & Pancratus martyr, valdè in periuris vltor. Ad cuius ſepulchrum, ſi cuiuſquam mens inſana iuramentū inane proferre voluerit prius quàm ſepulchrum eius ardeat, hoc eſt antequam vſque ad cancellos qui ſub arcu habētur, vbi clericorum pſallentium ſtare mos eſt, accedat, ſtatim aut arripitur à dæmone, aut cadens in pauimento amittit ſpiritum. Ex hoc enim quiſque fidem cuiuſcunque rei ab alio voluerit elicere, vt veram cognoſcat, non aliter niſi ad huius baſilicam deſtinat. Nam ferunt pleroſque iuxta baſilicas apoſtolorum ſiue aliorum martyrum commanentes, non alibi pro hac neceſſitate niſi templum expetere beati Pancrati, vt eius ſeueritatis cenſura publicè diſcernente, aut veritatem audientes credant, aut pro fallacia iudicium martyris beati experiantur. D

Periurij pœna.

CAP. XL. MVLTI quidem ſunt martyres apud vrbem Romam, quorum hiſtoriæ paſſionum nobis integræ non ſunt delatæ. De Iohanne tamen epiſcopo, quoniam agon eius ad nos vſque non acceſſit ſcriptus, quæ à fidelibus comperi, tacere nequiui. Hic cum ad epiſcopatum veniſſet, ſummo ſtudio hæreticos exſecrans, eccleſias eorum in catholicas dedicauit. Quod cum Theodoricus rex comperiſſet, furore ſuccenſus, quia eſſet ſectæ Arrianæ deditus, iuſſit gladiatores per Italiam dirigi, qui vniuerſum quotquot inueniſſent catholicum populum, iugularent. Hæc audiens beatus Iohannes, ad regem ne hæc fierent deprecaturus acceſſit. A quo cum dolo ſuſceptum alligauit eum, & poſuit in carcerem, dicens, Ego te faciam, ne audeas contra ſectam noſtram amplius muſitare. Poſitus verò ſanctus dei in carcere, tantis adtritus eſt iniuriis, vt non poſt multum tempus ſpiritum exhalaret, obiítque in carcere cum gloria, apud vrbem Rauennam. Domini autem miſe- E ricordia, ſtatim vltionem ſuper regem improbum inrogauit. nam ſubitò à deo percuſſus, plagis magnis exinanitus interiit, ſuſcepítque protinus perpetuum gehennæ flammantis incendium.

Iohannis Epiſcopi paſſio.

CAP. XLI. MAGNA eſt enim dignitas nominis Chriſtiani, ſi illa quæ confiteris fide, opere proſequaris. Nam ſicut ait apoſtolus, *Fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa*. Sicut enim filios Abraham non carnalis natiuitas, ſed fides facit: ita & Chriſtianos veros, non ſolùm nominis gratia, ſed opera præſtāt. Per hoc enim nomen inluminantur tenebræ, ſerpentes fugiunt, idola proſternuntur, ceſſat hariolus, tabeſcit ſortilegus, cultores dæmonum propelluntur, ſicut Prudentius noſter in libro contra Iudęos meminit: quod procedens imperator ad immolationem fœtidam dæmoniorum, adoratis diis, atque coram ſigillis proſtratus, expectabat ſacerdotes ſimulachrorū mactantes turbas pecudū, quorum frons reuincta lauro, ſecuribus cædebatur. Cúmque ſenex cruentis manibus internorū tractaret viſcerū partes, iocinoris fibras, atque inter præcordia, & exta animalium

Veritas fidei & dignitas chriſtiani nominis.

inuestigare aliquid tentaret diuinum, turbata omnia cernit, nec ea quæ cupiebat scire, poterat certus agnoscere. Exclamauit turbatus, & ait, Heu heu nescio quid hîc agitur, quod diis nostris cõtrarium esse putatur: video enim deos nostros à longè discedere, nec de præparatis sacrificiis aliqua prælibare. Est hîc vt res ipsa docet, de officiis quorumpiam deorum qui nobis aduersari sunt soliti. Et mirum, si ad hanc fugam non aliqui de cultoribus Dei Christi quem crucifixum adserunt, deos nostros impellant: thuribula thymiamatis refrigescunt, aræ tepescit ignis, & ipsum quoque ferrum iniectum victimis, hebetare conspicitur. Require nunc sacratissime Auguste, quis adstet ablutus, balsamo vnctus, & abscedat protinus, vt accedant dij quos inuocamus. Et hæc dicens, ac si ipsum cerneret de his Christum vltorem, procidens ad terram exanimis, offensa proclamat numina. Tunc & ipse imperator depositio diademate, ait, Quis est hic numinibus nostris contrarius, ac religionis Christianæ socius, qui frontem chrismatis inscriptione signatam ferat, lignúmq; crucis adoret? ne moretur edicere. Tunc vnus de armigeris Augusti in medio positus, proiecit arma solo, & ait, Ego sum cuius deus Christus est, & qui eius baptismo ablutus, & cruce redemptus sum, qui semper eius nomen inuocabam, dum sacerdotes vestri dæmoniis hæc quæ sunt adposita consecrarent. Eius nomen fugiunt dij vestri, nec possunt in loco illo stare, vbi tantæ maiestatis nomen fuerit inuocatum. Hæc dicente puero, obstupefactus imperator & tremens, reliquit templum dęmoniorum, tantúsque omnes adstãtes dei timor accendit, vt nullus Augustũ ad palatium sequeretur, sed cuncti erectis ad cælum palmis & oculis, dominum Christum vno ore, vnóque consensu laudabant, atque vt eisdem adiutor exsisteret, voce supplici inuocabant. Quæ relatio ne cui fortassis videatur incredula, paucos ex his subiiciam versus:

Principibus tamen è cunctis non defuit vnus,
Quem puero memini ductor fortissimus armis,
Conditor & legum celeberrimus, ore manúque
Consultor patriæ, sed non consultor habendæ
Religionis amans, ter centum milia diuûm
Augustum caput ante pedes curuare Mineruæ
Fictilis, & soleas Iunonis lambere, plantis
Herculis aduolui genua, incerare Dianæ
Fortè litans Achaten placabat sanguine multo:
Vittatus de more senex, manibúsque cruentis
Tractabat trepidas letali frigore fibras,
Postremósque animi pulsus in corde tepenti,
Callidus interpres, numeris & fine notabat:
Cum subitò exclamat media inter sacra sacerdos
Pallidus, En quid ago, maius rex optime, maius
Numen nescio quod nostris intervenit aris:
Accitas video longè dispergier vmbras.
Nescio quis certè subrepsit Christicolarum
Hic iuuenum: genus hoc hominum tremit insula, & omne
Puluinar diuûm: lotus procul absit & unctus,
Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris.
Dixit, & exsanguis conlabitur, ac velut ipsum
Cerneret exserto minitantem fulmine Christum,
Ipse quoque exanimis posito diademate princeps
Pallet, & adstantes circunspicit,, ecquis aluminus
Chrismatis inscripto signaret tempora ligno,
Qui zoroastræos turbasset fronte susurros.
Armiger è cuneo puerorum flauicomantum,
Purpureæ custos lateris, deprenditur vnus:
Nec negat, & gemino gemmata hastilia ferro
Proiicit, ac signum Christi se ferre fatetur.
Prosiluit pauido detecto antistite princeps,
Marmoreum fugiens nullo comitante sacellum,
Dum tremefacta cohors, dominique oblita, supinas
Erigit ad cœlum facies, atque inuocat Iesum.

Vexillum crucis.

Hos tantum versiculos ad hæc quæ narraui confirmanda, inserui lectioni, ostendens quid nomen Christianum, quid crucis vexillum prosit his qui fide credentes, opere perficiunt quæ crediderunt, sicut superius dictum est.

CAP. XLII. Templvm erat in quodam loco, beati Laurentij & reliquiis & nomine consecratum: quod per incuriam longinqui temporis valdè detectum erat. Quod cum renouare loci incolæ vellent, siluas adeunt, incisa leuigatáque ligna trabes efficiunt: impositásque plaustris ad locum exhibent. Quibus per humum ad ordiendum extensis, vna breuior est reperta: statímque sacerdotis animum qui hæc

hæc insistebat, dolor maximus attigit: & flens valdè, quid ageret, quò se verteret, ignorabat. Tunc intuens roborem breuiorem, ait, O Laurenti beatissime, appositus igni glorificate, semper pauperes fouens ac reficiens: cogita paupertatem meam, quia non est exiguitati nostræ facultas, qualiter hic alia exhibeatur. Ilico cunctis attonitis, trabes creuit in tanto spacio longitudinis, vt necesse esset partem magnam incidi. De qua, industria plebis beneficia perdere nefas putans, credens eam manu martyris tactam ac prolongatam, partem quæ superfuerat frustatim decerpens, diuersas infirmitates sæpè submouit. Quod Fortunatus presbyter his versibus prosecutus est,

B. Laurentij intercessione trabes extenditur.

Laurenti merito flammis vitalibus uste,
Qui feruente fide victor ab igne redis,
Dum tibi templa nouant breuiori robore plebes,
Creuerúntque trabes, creuit & alma fides:
Stipite contracto tua se mercede tetendit,
Quantum parua prius: postea cæsa fuit:
Crescere plus meruit succisa securibus arbor,
Et didicit sicca longior esse coma
Vnde recisa fuit: populis fert inde salutem,
Si venit intrepidus, lumina cæcus habet.

Multo plures exinde scripsit versiculos, quos ego prætermisi, hos tantùm pro testimonio veri scribens. Acta sunt autem hæc apud Brionas Italiæ castrum. Nam vidi ego hominem, qui grauiter dentium dolore laborans, accepta de hoc ligno à sacerdote particula, statim vt dentem attigit, dolore protinus caruit.

Sed nec illud silendum putaui, quòd reliquiæ eius ab incendio hostilitatis ereptæ, à quodam homine in Lemouicinum delatæ sunt. Qui eum sæpius admoneretur per visum, vt easdem Aridio abbati deferret, nec iussionem impleret, ipse cum cõiuge & omni familia ægrotare cœpit. Tunc necessitate compulsus, vt eas viro sancto detulit, mox sanitati restitutus abscessit.

CAP. XLIII. Cassianvs martyr, Italiæ puerorum magnificus doctor, aduenięte persecutione, ipse puerili ac tenero gregi persecutorum iudicio traditur. At illi magistri sanguinem sitientes, ceratas caput inlidunt tabellas, secantes latitudinibus stilorum, punctisque minutis transuerberantes membra magistri, dignum deo martyrem effecerunt: in cuius honore hodiéque tantus timor habetur, vt nullus penitus de eius rebus aliquid sit ausus attingere. Quod si fecerit, aut arripitur dæmonio, aut morte repentina consumitur, non tamen immunis ab vltione recedit.

Cassiani res impunè nemo tangit.

CAP. XLIIII. Agricola & Vitalis apud Bononiam Italiæ vrbem, pro Christi nomine crucifixi sunt: quorum sepulchra, vt per relationem fidelium cognouimus, quia nondum ad nos historia passionis aduenit, super terram sunt collocata. Quæ cũ à multis, vt fit, vel tangerentur manu, vel ore oscularentur, admonitus est ædituus templi, vt immundi ab his arcerentur. Quidam audax atque facinorosus, opertorium vnius tumuli remouet, vt scilicet aliquid de sacris auferret cineribus: missóque introrsum capite, obpressus ab eo, vix ab aliis liberatus, confusus abscessit: nec accipere meruit quod temerario ausu præsumpsit: sed cum maiori deinceps reuerentia sanctorum adiuit sepulchra. Alius quoque tributa publica deferens, sacculum pecuniæ dum iter ageret, negligenter amisit. Adpropinquans autem ciuitati, recognoscit se amisisse publicum quod ferebat. Tunc prostratus coram sepulchris beatorum, cum lachrymis deprecatur vt perditum eorum virtute reciperet, ne ipse coniúxque ac liberi ob id captiuitati subigerentur. Egressus autem foras in atrium, virum qui hanc pecuniam in via iacentem repererat, nactus est: scrutatúsque diligenter, illius horæ tempore hic sacculum inuenisse se dixit, quo iste martyrum auxilium flagitauit. Horum reliquias Namacius Aruennorum episcopus deuotè expetiit, vt scilicet eas in ecclesia quam ipse construxerat, collocaret: direxítque vnum illuc presbyterum, qui abiens cum dei gratia quæ petierat detulit. Regressúsque cum sociis, in quinto ab Aruenna vrbe miliario reuertentes, metatum accipiunt. Et ad episcopum missos dirigunt, vt eis quid agant iubeat ordinare. Mane autem facto, sacerdos admonitis ciuibus, cum crucibus & cereis ad occursum sanctarum reliquiarum deuotissimus properat. Cúmque ei presbyter offerret, vt beatas reliquias aspiceret si iuberet, & ille, Mihi, inquit, magis est hæc credere quàm videre. sic enim in scripturis legimus sanctis, quia ipse dominus eos beatos iudicat, qui eum cum non viderint credidissent. Hac itaque sacerdos fide pollente, dominus sanctos suos glorificat in virtute. Nam venientibus illis, subitò contenebratum est cælum: & ecce imber vmbrosus atque teterrimus super eos descendit: & tanta pluuia ibidem est diffusa, vt flumina per vias illas currere cernerentur. Veruntamen circa sancta pignora per vnum valdè iugerum neque vna gutta visa est cecidisse. Et abeuntibus illis, pluuia eos à longè quasi præbęs obsequium, sequebatur populum fouens, gestatores autem pignorum non attingens. Hæc videns pontifex, magnificauit dominum, qui fidei suæ sic fauens, talia ad sanctorum gloriam operari dignatus est. Congregatis verò ciuibus, cum magno gaudio atque deuotione, sanctam ecclesiam his inlustratam pignoribus dedicauit.

Fur reliquiarũ punitur.

Non pluit super reliquias.

CAP. XLV. Magnificatvr etiam apud Mediolanensium vrbem Victor inclitus martyr, quòd sæpius vinctos ab ergastulis dissoluat, captiuósque liberos abire permittat. Igitur quondam tempore

Victor.

Apollinaris cum Victorio duce Italiam petiit,quo(vt aiunt)apud vrbem Romam interfecto,Apol- F
linarem incolæ loci quasi captiuum retinebant,dicentes,Non videbis patriam tuam,sed dignas vt
satelles tuus pœnas exsolues.Hæc autem comminati, miserunt eum in exilium apud vrbem Me-
diolanensem.Factum est autem vt aduenientе festiuitate sancti Victoris, conuenientibus populis,
& hic vigiliis interesset(sub libera enim custodia absolutus adtendebatur) prostratúsque coram sa-
cro sepulchro sancti,cum semper,tum impensius orare cœpit,vt eum virtus martyris ab hoc exilio
liberaret.Circa medium verò noctis egressus ab æde,audiuit vnum de egenis loquentem ad alium,
atque dicentem,Quid putas ô compauper,quæ virtus sit huius martyris? Verum dico,nec fallor,
quia in hac nocte quisquis captiuus domino per fugam dilabitur,absolutus in patriam accedit, nec
prorsus vltrà reperitur.Hæc Apollinaris verba,quasi auspicium ex dei nutu missum accipiés,iterum
atque iterum prouolutus ad tumulum martyris,orat vt virtute eius adiutus, absque impedimento
possit abscedere.Móxque vocato puero, equum sterni præcepit,dicens, Hodiè absoluendi sumus
à vinculo isto custodiæ.Et ascendentes ita Alpiũ iuga,neque alium congeriorũ oppleta multitudine
Victoris merito euadit Apollinaris. pertransierunt,atque Aruennũ perlati sunt,virtute beati martyris pręeũte,vt à nullo interrogaren- G
tur,quò tenderent,vel vnde venirent:manifestúmque est eos præsidio beati martyris ab hac ærum-
na fuisse saluatos.

CAP. XLVI Est enim apud eandem vrbem basilica sancti Laurentij Leuitæ,cuius suprà meminimus,ibíque
admirabili pulchritudine calix crystallinus habebatur.Acta verò quadam solennitate dum per dia-
Calix comminutus restituitur. conum ad sanctum altare offerretur, elapsus manu in terram ruit, & in frusta comminutus est. At
diaconus pallidus & exsanguis,collecta diligenter fragmenta vasculi super altare posuit, non diffi-
sus quòd eum possit virtus martyris solidare.Denique in vigiliis,lachrymis atque oratione deducta
nocte,requisitum calicem reperit super altare solidatum.Quæ virtus cùm populis nunciata fuisset,
tanta animos deuotione succendit,vt à sacerdote peterent noua in honore eius deo solennia cele-
brari.Tunc pontifex loci suspenso super altare calice,ex tunc agens & in posterum per singulos an-
nos deuotissimè festa instituit celebrari.

CAP.XLVII. *Gerualij & Protasij reliquiæ.* In hac enim vrbe beatorum martyrum Geruasij Protasíque victricia corpora retinentur, quæ H
diu sicut ipsa passionis narrat historia,sub fossa latuerũt,quæ beato Ambrosio reuelata,atque ab eo-
dem reperta, in basilicam quam ipse proprio ædificauit studio ostensis miraculis sunt sepulta. De
quorum reliquiis quia maximè Turonica vrbs seniores ecclesias continet inlustratas,sed & per to-
tum Galliarum ambitum, deo propitio dilatatæ sunt.Sermo quadam vice de his quibusdam reli-
giosis est habitus,vel qua de causa antedictæ reliquiæ tam condensæ fuerint per loca singula di-
stributæ.Et quæ super his quodam referente audiui, absurdum non putaui inserere lectioni, quia
non continetur in historia passionis.Aiebat enim quòd,quando hæc gloriosa corpora translata in
Caput martyrum stillat sanguine. ecclesiam illam fuerunt,dum in honore ipsorum martyrum,missarum solennia celebrarentur, ce-
cidisse è camera tabulam vnam,quæ inlisa capitibus martyrum,riuum sanguinis elicuerit. De quo
infecta linteamina,vel pallulæ,siue vela ecclesiastica,beatus cruor collectus est:qui vsque adeò cõ-
fluxisse fertur,quoadusq; linteamina quæ susciperent sunt reperta. Ex hoc enim eorum reliquiæ af-
fatim collectæ per vniuersam Italiam vel Gallias sunt delatæ.Ex quibus & sanctus Martinus multa
S.Nazarius ac Celsus. susceptit,sicut Paulini beatissimi narrat epistola.De sancti verò Nazarij ac Celsi pueri artubus, quos I
apud Ebredunensem Galliarum vrbem passos lectio certaminis narrat, ipsa corpora,& ita clam,
propter paganorum insecutionem,sepulta sunt,vt in tempora secutura obliuioni darentur.Referre
Sepulchralis pinus sanationum operatrix. erat solitus vir ille qui de supradictis sanctis quæ præfati fuimus enarrauit, natam fuisse super hęc se-
pulchra pyrum arborem,& feciſse quendam pauperem hortellum in hoc loco, qui hanc arborem
concludebat.Verùm cum poma iuxta morem tempore debito ferret, quicunque exindè infirmus
qualibet ægritudine detentus,pomum mordicus decerpsisset,mox ablata infirmitate conualesce-
bat.Vnde magnum quæstum pauper ille habebat.Sed cum se reuelantes martyres, arborem incidi
iussissent,pauper ille in magnis fletibus prorumpens, incidi arborem non sinebat. Quo remoto,
succisa pyro,basilica miro opere ædificata est:in cuius etiam altari beati Genesij Arelatensis marty-
ris reliquiæ venerantur.Tantáque pauper ille fide prælatus est,vt sacerdotium in hac ecclesia dein-
ceps promereretur.

CAP. XLVIII. *Saturninus.* Satvrninvs verò martyr,vt fertur,ab Apostolorum discipulis ordinatus, in vrbem Tolo- K
satium est directus. Qui impulsu paganorum,bouis petulci religatus vestigiis, per gradus Capito-
lij præcipitatus,præsentem finiuit vitam,capitis compage dispersa. Cuius reliquiæ cum à quibus-
dam religiosis in regionem alteram transferrentur,itineris ordo contulit vt Briuatensis pagi situm
in Aruenno territorio terminum præterirent: sole quoque ruente,ad hospitium cuiusdam pau-
peris diuertunt, mansionis postulando necessitatem. Recepti quoque ab homine, quid exhi-
bęant narrant. At ille humanitatis intuitu,& dei timore commonitus,capsam cum reliquiis in cel-
lam penariam ponit,ac super annonam quæ erat in vase condita, locat. Mane quoque dato, viri
acceptis pignoribus gratias agentes homini, iter quod cœperant abierunt. Sequenti verò nocte
admonetur vir ille,per visum dicente sibi quodam, Sine, ne maneas in hoc loco: sanctificatus est
Visio neglecta. enim à pignoribus martyris Saturnini: ille quoque paruipendens visionem, nihil de his, vt habet
rusticitas,quæ admonitus fuerat, retractauit. Nec mora, inruit in tædium, ac paruitas facultatis
eius

A cius,cœpit paulatim minui:vxor verò illius ab alio languore tabescere.Quid plura? infra vnum an-
num in tantam redactus est exiguitatem,vt nihil ei vnde ali aut regi posset, sicut humana depoſcit
necessitas,remaneret. Tandem conuersus ad se dixit ad coniugem, Peccaui coram deo & sanctis
eius,qui ab hoc hospitiolo,sicut sum admonitus,non recessi. Et scio quòd ob hoc nobis mala quæ
patimur,accesserunt. Nunc autem pareamus visioni quam vidimus,& remoueamus hoc hospitio-
lum à loco isto,vt saluemur. Tunc amoto tugurio,oratorium ex ligneis formatum tabulis conlo-
cauit:in quo quotidiè orationem fundens, opem beati martyris flagitabat. Tandem cessantibus
plagis,aptanti manus ad operam, tanta fructuum consequentia fuit,vt in modico temporis spatio
amplius quàm perdiderat, repararet. Hæc infra nostrum territorium gesta sunt. Sed nec hoc si-
lebo ad compremendam malorum superbiam, quòd Plato quidam Chlotharij regis tempore, ad
Pauliacense monasterium accedens,in cuius oratorio huius sancti reliquiæ continentur, pro eo
quòd munus aliquod ab abbate non accepisset,dixisse fertur, Ego faciam de hac ecclesia domum
regis,in cuius vno angulo equites alantur.Et cum furore discedens, dum ad principem abire dis-
B ponit,comprehensus à febre die tertia spiritum exhalauit,descendénsque velociter ad infernũ do- *Templi violator punitur.*
mum dei reliquit ad cultum eius cuius prius fuerat nomine consecrata.

CAP. XLIX *Quadraginta martyres Lugdunenses.* Qvadraginta verò octo martyrum nomina,qui apud Lugdunum passi dicuntur,hęc sunt:
Vectius,Epagatus,Zacharias,Macarius,Alcibiades,Siluius, Primus, Vlpius, Vitalis, Comminius,
October,Philominus,Geminus,Iulia,Albina, Grata, Æmilia, Posthumiana, Pompeia, Rodone,
Biblis,Quarta,Materna,Elpenipsa,Stamas.hi autem bestiis traditi sunt:Sanctus, & Maturus, Ale-
xander,Ponticus,Blandina.hi sunt qui in carcere spiritum reddiderunt:Arescius,Photinus,Corne-
lius,Zotimus,Titus,Zoticus,Iulius, Æmilia,Gamnite,Pompeia,Alumna, Mamilia, Iusta, Trifime,
Antonia,& beatus Photinus episcopus.Quorum sancta corpora iudex iniquus igni tradi præcepit,
exustísque,in Rodanum pulueres iussit spargi.Sed postquam hæc gesta sunt,cum Christiani mœro-
rem maximum haberent,quasi deperissent beatæ reliquiæ, nocte apparuerunt viris fidelibus in eo *Apparitio.*
loco quo igni traditi sunt,stantes integri ac inlæsi.Et conuersi ad viros dixerunt eis, Reliquiæ no-
stræ ab hoc collegantur loco,quia nullus periit à nobis.ex hoc enim translati sumus ad requiem,
C quam nobis promisit rex cælorum Christus,pro cuius nomine passi sumus. Hæc renunciantes viri
illi reliquis Christianis,gratias egerunt deo,& confortati sunt in fide, collegentésque sacros cine-
res,ædificauerunt basilicam miræ magnitudinis in eorum honore.Et sepelierunt beata pignora sub
sancto altari,vbi se semper virtutibus manifestis cum deo habitare declarauerunt. Locus autem
ille in quo passi sunt, Athanaco vocatur,ideóque & ipsi martyres à quibusdam vocantur Athana-
censes.

CAP.L. *Photinus. Irenæus. Epipodius. Alexander.* Igitvr martyrio cõsummatus gloriosus Photinus episcopus,qui Lugdunensi præfuit vrbi sa-
cerdos,per certaminis nobilis meritum inuectus est cœlo.Cui & merito & sanctitate cõdignus Ire-
næus successit episcopus,per martyrium & ipse finitus.Hic in crypta basilicę beati Iohannis sub al-
tari est sepultus.Et ab vno quidem latere Epipodius,ab alio verò Alexander martyr est tumulatus.
De quorum monumentis si puluis cum fide collegatur,extemplo medetur infirmis. Magna enim
claritas in crypta illa contenetur,quæ vt credo,meritum martyrum signat.

CAP. LI. Benignvs autem dominici nominis testis,apud Diuionense castrum martyrio consum-
D matus est.Et quia in magno sarcophago post martyrium conditus fuit, putabant nostri temporis
homines,& præsertim beatus Gregorius episcopus,ibi aliquem positum fuisse gentilem.Nam rusti-
ci vota inibi dissoluebant,& quæ petebant,velociter impetrabant. Ad hoc ergo beati sepulchrum
quidam dum exindè multa beneficia perciperet,cereum detulit:quo accenso,domum rediit. Pue-
rulus enim paruulus hæc obseruans,illo abeunte descendit ad tumulum,vt ardentem cereum ex-
tingueret,& auferret.Quo descendente,ecce serpens miræ magnitudinis de alia parte veniens,ce-
reum circuncingit. Puer autem timens,sursum rediit, & bis aut tertiò cereum auferre tentans,ob-
sistente angue non potuit.Talia & his similia beato pontifici nunciata, nullo modo credebat, sed
magis ne ibidem adorarent fortiter testabatur. Tandem aliquando dei martyr beato se confessori
reuelat,& dicit,Quid(inquit)agis,non solùm quòd tu despicis,verumetiam honorantes me spernis? *S.Benignus innotescit.*
Ne facias quæso, sed tegmen super me velocius præpara. De qua ille visione concussus,beatum
sepulchrum adit,ibíque diutissimè pro ignorantia cum fletu veniam deprecatur. Et quia crypta il-
E la quæ ab antiquis inibi transuoluta fuerat, diruta erat, rursum eam beatus pontifex reædificauit,
eleganti transuoluens opere.Sed sanctum sepulchrum nescio qua causa faciente,foris euenit.Quod
ille intus transferre cupiens,conuocauit ad hoc obsequium abbates atque alios religiosos viros,in
quo conuentu grande miraculum beatus martyr & populis & suo præstitit confessori. Erat
quippè validum, vt suprà diximus,illud sarcophagum, vt tale in isto tempore nec tria paria boum
trahere possint. Cúmque diutissimè morarentur, nec inuenirent qualiter ipsum intus inferrent,
sanctus Gregorius inluminatis cereis cum grandi psallentio adprehensum à capite martyris sarco-
phagum,& duo presbyteri ad pedes mouentes,illud in cryptam habiliſſimè detulerunt, & vbi ipsis
fuit placitum,ẽpositum:quod non minimum populis spectaculum fuit. Post paucos autem
annos ab euntibus in Italiam passionis eius historiam adlatam beatus confessor accepit. Sed &
deinceps sanctus martyr multis se virtutibus manifestauit in populis. Nec moratus, super cryptam

illam basilicam magnam iussit ædificari. In proximo autem est & alia basilica, in qua Paschasia F quædam religiosa veneratur. Nam visum est eo tempore structoribus, quandam anum egressam fuisse ab ipsa basilica, nigra veste, cygneo capite, vultúque decoro, quæ sic effata est structores: Eia dilectissimi perficite opus bonum: eleuantur machinæ quibus erigitur hæc structura, & meritò accelleratur quæ talem habet exsecutorem. Nam si permitteretur vt vestrorum oculorum acies con-
Paschasia. templaretur, nempè videretis vobis operantibus sanctum præire Benignum. Hæc effata, basilicam de qua egressa fuerat ingrediens, nulli vltrà comparuit. Autumabant enim eius temporis homines, beatam ibi apparuisse Paschasiam. Super lapidem verò illum in quo cum plumbo remisso pedes eius confixi fuerunt, factis loculis vinum aut siceram multi infundunt: vnde si aut oculi lippitudine grauati, aut quælibet vulnera fuerint peruncta, protinus fugata infirmitate sanantur. Quod ego euidenter expertus sum. Nam cum mihi nimia lippitudine oculi grauarentur, ex hoc sacrato vnguine tactus, dolore protinus carui. Cum autem ad Aruennam regionem lues illa inguinaria adueniret, quæ sancti Galli episcopi oratione depulsa est, & in subita contemplatione parietes domorum atque ecclesiarum signarentur atque caraxarentur, matri meæ apparuit in visu noctis, G quasi vinum quod in apothecis nostris habebatur, sanguis esset effectus. Cui lamentanti, ac dicen-
Lues inguinaria Galli Episcopi oratione depulsa sup. lib. 4. hist. cap. 5. ti, Væ mihi, quia signata est plagæ domus mea, ait ei vir quidam, Nosti, inquit, quòd post pridiè quod erit in Kalendis Nouembris, passio Benigni martyris celebrabitur? Noui, ait. Vade, inquit, & vigila totam noctem in honore, ac reuoca missas, & liberaberis à plaga. Expergefacta autem à somno, impleuit quæ sibi fuerant imperata, signatísq; vicinorum domibus domus nostra inuiolata permansit.

CAP. LII. SYMPHORIANVS martyr apud Augustidunensem vrbem martyrium consummauit. De loco autem illo vbi gladio percussus est, & sanguis eius effluxit, quidam religiosus tres lapillos cum ipso sanguine leuauit, & in capsa argentea reconditos in ecclesiam ligneis constructam tabulis, apud Thigernum castrum, vrbis Aruennæ in altari sancto locauit. Tempore autem quo Theodoricus rex Francorum, regionem illam euertit, hoc castrum ab hostibus incendio concrematur. Cúmque ab aliarum domorum exustione, domus dei quæ, vt diximus, ligneis erat tabulis fabricata, igni adpre- H hensa consumeretur, populi plangentes dicebant, Vtinam vel beatæ reliquiæ non periissent. Interea cum prunarum magnus esset de incendio aceruus effectus, subitò aquilone flante, atque vrente, vehementer fauillæ ab incendio relictæ per diuersa iaciuntur, & ecce capsa illa argentea in medio copiosi ignis inlæsa refulgens, tanquam sidus præclarum apparuit. Collegentes autem eam qui tùc aderant clerici requirentes, nihil de beatis pignoribus deminutum reperientes, inter tam valida incendia speciem tam tenuem sic fuisse saluatam: in qua, vt ita dicam, non solum hæc, sed etiam mille
Reliquiæ seruantur ab incendio. libræ argenti aut ferri potuissent sine mora dissolui. Verè magna ibidem virtus apparuit, quæ populum ad dei cultum & honorem sui nominis roborauit, qui facta deinceps alia in eodem loco basilica, sanctas reliquias in altari posuerunt.

CAP. LIII. DE beati vero Marcelli Cauillonensis martyris virtutibus pauca ad nos mittenda memoriæ monimenta venerunt. Quæ quamlibet parua censeantur in dictis, ad eum tamen referenda sunt qui hæc operatur in singulis. Causa quædam extiterat, vt Fedamius Eunomi quondam Aruenni presbyteri filius Cauillonensem vrbem adiret, idémque apud basilicam sancti martyris Marcelli hospi- I talem habebat, ab abbate loci, victus stipendia capiens: ipse enim quæ loquor exposuit: Inter duos, inquit, viros orta fuit contentio: hísque litigantibus, in hoc lis ipsa subiit, vt eam sacramento dirimerent. Ingressíque basilicam sancti martyris, eleuatis homo manibus ad periurãdum, cum nomen
Periuri manus obriguit. sancti voluisset ore patulo nominare, hæsit vox in faucibus, nec lingua poterat ad officium reflecti. Sed ne hoc quidem parum videretur, ad beati athletæ gloriam, ipse cum eleuatis manibus quasi æneus totus inriguit. Tunc oratio facta pro eo, absolui diaboli arte vinctum obtenuit: ipse quoque post absolutionem sermone proprio opus suum confessus, quæ neglegenter egerat emendauit.

CAP. LIIII. HVIC martyri adiungitur & sanguine & agone propinquus beatus athleta Valerianus, qui apud castrum Trinorciense, quadragesimo à Cauillonensi vrbe miliario, consummato certamine tumulatus est. Igitur Gallus huius vrbis comes, cœliaci morbi dolore grauatus, qui totam aluum non modò tortura, verumetiam tumore ita conflauerat, vt hydropicus putaretur, nihil edere, nihílque potus capere posset, fiebátque iuxta hoc contagium vt inediæ morbo deficeret, qui propè exanimis, K cum se cerneret desperatum, rogat se deportari ad beati martyris tumulum. Vbi cum proiectus fuisset, accessit ad eum Epirechius presbyter, qui tunc ipsam regebat ecclesiam, vir virtutum, & puræ mentis homo, sicut ipsi oculis nostris inspeximus: dixítque ei, Si vis sanus fieri, confide in virtute martyris glorioso, & voue vt vnam trabem cum ligaturis suis ad huius templi tecta recuperanda trãs-
Largiens ecclesiæ coliacus sanatur. mittas. Erit enim tibi præsidium, si ea deuotè impleueris quæ promittis. At ille adtentius orans, vouit quæ presbyter indicauit: statímque sanus factus, trabem nullo commonente ad basilicam sancti exhiberi præcepit. Ecce quid præstat dominus Iesus Christus in terris martyribus sanctis, quos glorificatos adsciuit in cælestibus regnis. Nec immeritò, quia sacrum nomen eius corde credentes, in operibus inuocantes, in tentationibus confitentes, non modò vt fideles serui dominum sunt secuti: verumetiam & alios vt sequerentur suis exemplis incitauerunt.

Timo-

A TIMOTHEVS & Apollinaris apud Remensium vrbem consummato martyrio, cælestia regna CAP. LV. meruerunt: quorum reliquias quidam ædificata in eorum honore basilica, deuotus expetiit. Pontifex verò qui aderat cum honore per presbyterum dirigit. Cúmque iter ageret, mulier importuna, & credo indigna merito, in via procedit, salutatóque presbytero, deosculatur linteum quo sacræ tegebantur fauillæ, rogans sibi de iis aliquid condonari. Tunc presbyter diu dubitans, & tribuere differens, victus tandem ab improbitate eius, dimisit ei particulam. Ascendénsque sonipedem, iter expedire cœpit iniunctum, & percutiens vtraque equi latera, nequaquam poterat promoueri: ipse verò ita grauatus erat, vt vix caput valeret erigere. Intellegens autem martyrum se virtute teneri, pœ-
Equus, martyrum virtute tenetur. nitentia motus vtiliter recepit quod neglegentia intercedente largiri præsumpsit: restitutóque in capsa quod abstulerat, abire permissus est.

CAP. LVI. EVTROPIVS quoque martyr Sanctonicæ vrbis à beato Clemente episcopo fertur directus in Gallias, ab eodem etiam pontificalis ordinis gratia consecratus est, impletóque huius officij ordine peracta in incredulis prædicatione, insurgentibus paganis, quos auctor inuidiæ credere non permi-
B sit, inliso capite victor occubuit. Sed quia eo tempore instante persecutione, neque digno loco sepultus, neque à Christianis debito honore veneratus est, valdè datum est obliuioni eum martyrem fore. Quod hoc ordine traditur reuelatum: Post multa annorum spacia in eius honore basilica ædificata est. Expletóque opere Palladius qui tunc sacerdotalis ordinis cathedram regebat, conuocatísque abbatibus sacros cineres in locum quem præparauerat, transferri studuit. Quod cum factum fuisset, duo ex abbatibus reserato opertorio, sanctum corpus aspiciunt, contemplátúrq; cicatricem capitis qua in parte defixum fuerat securis acumẽ. Sed ne præsens visio duceretur in inritum, etiam spiritalis hæc doctrina commonuit, ilicet cum sequenti nocte strauissent sacerdotes membra quieti, apparuit per visum his duobus dicens, Cicatricem quam contemplati estis in capite, scitote me
Innotuit martyrium Eutropij. per eam martyrium consummasse: & ex hoc, quod martyr esset, innotuit populis, quia nõ aderat historia passionis.

CAP. LVII. AMARANDVS autem martyr apud Albigensem vrbem, exacto agonis fidelis cursu, sepultus, vi-
C uit in gloria. Cuius vt historia passionis declarat, sepulchrum diu vepribus sepibúsque contectum latuit, sed domino iubente Christianis populis reuelatum est, & crypta in qua quiescebat, patefacta resplenduit. Sed cum hostilitate impellente locus ille ab habitatoribus fuisset euacuatus, à longinquo venientes incolæ, honorem beato martyri quasi custodi proprio nitebantur impendere. Igitur cum cereos frequenter deuotio Christiana deferret, quadam die contigit vt quidam præ longinquitate itineris incrementum ignis quo accenderetur cereus, non exhiberet. Arreptámque filicem ferro verberat, quasi ignem eliciturus. quod dum ageret, & crebris ictibus lapidem quatiẽs, nihil foci posset excutere, cælesti lampade cereus qui iam beato sepulchro adfixus erat, inlumina-
cereus diuinitus accenditur. tur: sicque factum est vt quæ humanæ non expleuerant industriæ, peragerentur diuini numinis maiestate. Cessante humano studio cęlestia officia ministrantur, luminísque noui fulgore cereus clarificatur accensus. Quod cum populis manifestatum fuisset, incrementum foci vlterius ad accendendum lumen nullus exhibere præsumpsit. Postquam verò locus ille inhabitari ab hominibus assiduè cœpit, atque ibi domus in quibus ignis accenderetur, adessent, hoc miraculum non est vltrà præsti-
D tum plebi, cum aliis miraculis frequentius inlustretur.

CAP. LVIII *Eugenius.* HVIC cryptæ sociatur & ille Honorificianæ persecutionis martyr Eugenius, sacerdotalis infulæ maximum decus, quem in hac vrbe detrusum exilio vel ipsius vel sociorum eius passio narrat. Hic cum magnis in seculo polleret virtutibus, & iam victor de tormentis martyrialibus, exiliísset, tempus vocationis suæ quo arcessiretur ad gloriam domino reuelante cognouit, illud præcipuè quod populis occultabatur, manifestum noscens, se martyri Amarando socium esse futurum, ad eius sepulchrum diregitur, prostratúsque solo, diutissimè orationem fudit ad dominum: dehinc expansis per pauimentum brachiis, spiritum cælo direxit, qui à Christianis collectus in ipsa qua diximus crypta sepulturæ mandatus est. Ad cuius festiuitatem cum tempore quodam innumeri populi conuenirent, negocia multa in atrio protulerunt. Puella verò vna ex habitatoribus loci, stationem adit, quasi aliquid coemptura, speciémque sibi aptam adspiciens, à negociatore suscepit. Et statim dicto citius porrectam alteri, negat se accepisse. Negociator verò intentè aiebat, Mea eam tibi manu protuli, túque rimandam sollicitè suscepisti: illáque negante, ait negotiator: Si tibi
E tanta est pertinacia auaritia stimulante negandi, iudicet illud beatus martyr Eugenius. Ad cuius sepulchrum, si cum sacramenti interpositione edixeris te non accepisse, damni mihi nihil æstimo quod amisi. At illa pollicita se posse ex hoc exsui sacramento, vadit ocius ad sepulchrum, eleuatísque manibus vt iuraret, extemplò membris dissolutis inriguit, plantæque eius adfixæ sunt pauimento, vox hæsit in gutture, tantùm os patulum à sermone nudum hiabat. Quod negociator cum reliquo populo cernens, ait, Profit tibi (inquit) virgo, hæc species quam tulisti mihi: sufficit vltio data per martyrem. Et hæc dicens, à loco recessit. Illa verò in hoc tormen-
Periurans obriguit. to diutissimè detenta, tandem martyre iubente locuta, palam confessa est quod clam latere voluerat. Quid agis ô infelix auaritia? quid petendis rebus alienis succumbis mens fœminea, non virilis? Vt quid firmam loricam mentis modica transuerberas sagitta cupiditatis? Quid congregas ô homo auri rubiginosi talenta, cum iis arsurus in gehenna? Quid tibi prosunt peritura lu-

cra quæ æternæ vitæ pariunt detrimenta? iuxta illud domini verbum, *Quid prodeſt homini ſi totum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?*

CAP. LIX. ECCLESIA eſt vici Iciodorenſis, ſub termino Turonicæ vrbis, quæ plerunque ſacris miraculis inluſtratur, feneſtras ex more habens, quæ vitro lignis incluſo claudũtur, quò præclarius ædi ſacratæ lumen quod mundus meruerit, ſubminiſtrent. Quam eccleſiam fur importunus adgreditur, ingreſſúſque nocte, cum omnia cerneret cuſtodum cura tueri, & nihil de ſacris miniſteriis quid auferret, aduerteret et, ait intra ſe, Si aliud, inquit, inuenire non poſſum, vel has ipſas quas cerno vitreas auferam: fuſóque metallo aliquid auri conquiri ſibi. Ablatis igitur diſſipatiſque vitreis, metallum abſtulit, & in pagum Biturigi territorij contulit. Miſſúmque vitrum in fornace per triduum decoquẽs nullum exindè opus potuit expedire: victúſque crimine, diuinum ſuper ſe iudicium intuens, nequaquam motus perdurat in malis. Ablatum autem à cacabo vitrum, quod in pilulis neſcio quibus cõuerſum fuerat, aduenientibus negociatoribus, venumdedit, vt ſcilicèt accepta pecunia nouus Giezi lepram perpetuam compararet. Nam adueniente die poſt anni curriculum, quod hoc furtum fecerat, caput eius tumori datur. Oculi quoque inflantur, vt erui à ſuis locis autumentur. Hæc autem ei ſingulis annis eueniunt in die illa qua furtum admiſit: plangítque miſer vitrum, quod ex itinere quo tranſmiſit, non potuit reuocare.

Fur ſceleris luit.

CAP. LX. APVD vrbem verò Namneticam duo ſunt martyres pro Chriſti nomine iugulati. Quorum vnus Rogatianus, alter Donatus eſt vocitatus. Habetur ibi etiam & Similinus magnus confeſſor. Igitur cum ſupradicta ciuitas tempore Chlodouechi regis barbarica vallaretur obſidione, etiam ſexaginta dies in hac ærumna fluxiſſent, media ferè nocte apparuerũt populis viri cum albis veſtibus, radiantibus cereis à baſilica beatorum martyrum egredi: & ecce alius chorus huic ſimilis de baſilica procedere antiſtitis Similini. Cúmque coniungentes ſe, data ſalutatione, orationi incubuiſſent, receſſerunt vnuſquiſque ad locum vnde progreſſus fuerat, ac protinus omnis phalanga hoſtilis immẽſo pauore exterrita, ita ſubito impetu à loco diſceſſit, vt facta luce nullus ex his reperiri poſſet. Apparuit antedicta virtus Chilloni cuidam, qui tunc huic exercitui præerat: qui necdum erat ex aqua & ſpiritu ſancto renatus, qui ſtatim compunctus corde, conuerſus ad dominum, iterata natiuitate progenitus, Chriſtum eſſe filium dei viui clara voce teſtatus eſt.

Apparitio.

CAP. LXI. IN territorio quoque vrbis Namneticæ, in vico quodam ſupra alueum Ligeris, beati Nazarij reliquiæ contenentur. Igitur quodam tempore homo deuotus balteum ex auro puriſſimo cum omni apparatu ſtudioſiſſimè fabricatum, ſuper altare baſilicæ illius poſuit, orans vt in cauſis ſuis martyris virtus dignaretur adeſſe. Quo recedente, Britto quidam ex ſatellitibus Vuarochi Britannorum comitis, & primus cum eo adfuit, ablatóque violenter apparatu baltei, ipſum quoque balteum repetit. Renitente presbytero, ac dicente, Dei res hæ ſunt, & ad reficiendos pauperes ſancto martyri ſunt conlatæ, ne famem peſſimam patiantur, qui huic templo fideli deuotione deſeruiunt: vnde tu potius huc aliqua inferre, non auferre debebas. Non molliuit hominis auari animum, abbatis illius prædicatio: ſed potius ſuccenſus, minari ei cœpit, ac dicere, Niſi ſine mora refuderis balteũ, manu mea interimeris. Tunc victus abbas, ſpeciem ſuper altare quo ſancta teguntur pignora, conlocauit, dicens, En ipſam quam petis reculã: ſi metus de virtute martyris nullus eſt, aufer. Erit enim, vt confidimus, de veſtigio iudex, ſi ea offerre præſumpſeris. At ille nihil metuens abſtulit, iubens ſibi equum ante ipſam baſilicæ porticum præparari. Cui ait ſacerdos, Nullus vnquam in hoc loco equum præſumpſit aſcendere. Da quæſo gloriam deo, & honora martyrem, ne mali aliquid patiaris. Ille verò mandata neglegens ſacerdotis, aſcenſo in atrio ſancto equite, vbi egredi venit, percuſſo ad portæ limen ſuperius capite, ad humum teſta diſrupta, corruit, manibúſque ſuorum deportatus, vt tugurium cuiuſdam pauperculi quod erat proximum, eſt ingreſſus, protinus ſpiritum exhalauit. Quod Vuarochus audiens, & res quas hic abſtulit, reſtituit, & de ſuo proprio multa cõtulit, pauore perterritus.

Contemptus ſacrorum.

CAP. LXII. EST apud Agrippinenſem vrbem baſilica, in qua dicuntur quinquaginta viri ex illa legione ſacra Thebæorum pro Chriſti nomine martyrium conſummaſſe. Et quia admirabili opere ex muſiuo quodam modo deaurata reſplendet, Sanctos aureos ipſam baſilicam incolæ vocitare voluerunt. Quodam autem tempore Eberegiſili epiſcopi, qui tunc huius vrbis erat antiſtes, capitis medietas validis doloribus quatiebatur (erat autem tunc temporis in villa oppido proxima) quo dolore, vt diximus valdè attenuatus, miſit diaconum ſuum ad ſanctorum baſilicam. Et quia in ipſius templi medio puteus eſſe dicitur, in quo ſancti poſt martyrium pariter ſunt conjecti, collectum exindè puluerem detulit ſacerdoti. Verùm vbi exindè caput attigit, extemplo dolor omnis exemptus eſt.

Thebæi martyres.

Puluis ſepulchri medetur capiti.

CAP. LXIII. AB hoc enim ſacerdote ſancti Martyris Malloſi corpus repertum eſt hoc modo: Cum fama ferret hunc apud Bertunenſe oppidum martyrium conſummaſſe, occultum erat hominibus illis, quo in loco quieſceret, erat tamen oratorium inibi, in quo nomen eius inuocabatur. Supradictus verò pontifex, in honore eius baſilicam ædificauit, vt ſcilicet cum aliquid reuelationis de martyre acciperet, in ea beatos artus domino annuente transferret. Denique in latere baſilicæ, id eſt in pariete qui à parte erat oratorij in abſida collegit, præſtolans domini miſericordiam, quid iuberet de martyre

martyre reuelari. Poſt hæc diaconus quidam Metenſis, per viſum ductus vbi martyr quieſceret, eſt edoctus. Poſt paucum autem tempus, veniens ad Epiſcopum, & quaſi certa ſigna quæ per viſum viderat, relegens, cum prius ibidem non fuiſſet, ait Epiſcopo, Hic effode, & inuenies corpus ſancti, id eſt in medio apſidæ. At ille cùm fodiſſet quaſi in ſeptem pedes, attigit nares eius odor immenſi aromatis: & ait, Credo in Chriſto, quòd oſtendit mihi martyrem ſuum, quando me hæc ſuauitas circundedit. Et fodiens reperit ſanctum corpus inlæſum. Et emittens voce magna, Gloria in excelſis deo, omnem clerum pariter pſallere fecit. Dicto quoque hymno corpus ſanctum in baſilicam tranſtulit, & cum laude debita ſepeliuit. Ferunt ibidem & Victorem martyrem eſſe ſepultum, ſed non eum adhuc cognouimus reuelatum.

Martyris Malloſi corpus ſublatum.

PATROCLVS quoque martyr, qui apud vrbem Tricaſſinorum ſepultus habetur, ſæpius ſe amicum dei virtutibus multis oſtendit. Erat enim ſuper eum paruulum oratorium, in quo vnus tantùm clericus ſeruiebat. Loci enim homines paruum exhibebant martyri famulatum pro eo quòd hiſtoria paſſionis eius non haberetur in promptu. Mos nanque erat hominum ruſticorum, vt ſanctos dei quorum agones relegunt, attentius venerentur. Quidam igitur de longinquo itinere veniens, libellum huius certaminis detulit lectori, quem in ipſo loco ſeruire diximus, prodidit ad legendum. Ille verò poſt decurſam lectionem valdè gauiſus, nocturno ſub tempore famulante lumine, velociter exemplauit. Hominibus quidem digreſſis, hic Epiſcopo ſuo exhibet quæ repererat, putans ſe per hæc gratiam adſequi ſacerdotis. At ille non credens, niſi confictum æſtimans, cæſum increpatúmque clericum abſcedere iubet, dicens, Te hæc iuxta votum tuum dictaſſe manifeſtum eſt: nam nunquam ea cum vllo homine reperiſti. Poſt multum verò tempus, vt virtus martyris non eſſet occulta, abiit exercitus in Italiam: detulit paſſionis huius hiſtoriam, ſicut à clerico tenebatur ſcripta. Tunc confuſus valdè Epiſcopus, cognouit vera eſſe quæ à clerico dicebantur. Populus autem ex hoc magis honorare cœpit martyrem, conſtructáque ſuper eum baſilica, feſtiuitatem eius per ſingulos annos deuotè concelebrat.

CAP. LXIIII.

Patrocli ſepultura ſupra lib. 5. hiſt. cap. 10.

ANTOLIANVS autem martyr apud vrbem Aruernam martyrium conſummauit. In cuius honore Alchima ſoror Placidinæ coniux Apollinaris Epiſcopi, templum ædificare cupientes, multa ſanctorum corpora dum fundamenta iacerent, remouerunt, neſcientes cuius meriti eſſent, quorum ſepulchra repererant, quæ cum viritim ſepelire propter aliorum ſepulchrorum multitudinem quæ locum illum ab antiquo repleuerant, non haberent, congregatam oſſium maſſam in vnam proiicientes foſſam, humo operuerunt: idque quòd deo vel ſancto martyri acceptabile non fuiſſet, per viſum cuidam apparuit, viditque homo ille conquirentem beatum Antolianum cum reliquis ſanctis, atque dicentem, Væ mihi, quia propter me multi fratrum meorum iniuriati ſunt. Veruntamen dico, quia qui hæc cœperunt, ad effectum perducere non poſſunt. quod ita geſtum eſt: erectis tamen parietibus ſuper altare ædis illius, turrem à columnis, pharis, heraclíſque tranſuolutis arcubus erexerunt, miram cameræ fucorum diuerſitatibus imaginatam adhibentes picturam. Nam ita fuit hoc opus elegans & ſubtile, vt per longa tempora rimarum frequentatione diuiſum, penè in ruinam pendere videretur. Quod periculum Auitus pontifex cernens, anticipans futuram columnarum ſtragem, iuſſit tigna aſſeréſque vel tegulas amoueri: quibus ſubmotis nec adiutoriis columnis appoſitis, nutu dei diſcedentibus de machina ſtructoribus vt cibum caperent, recedentibúſque & reliquis à baſilica, dato columnæ immenſo pondere cum magno ſonitu ſuper altare & circa altare diruerunt: completáque eſt ædis nebula de effracti calcis puluere. At ſacerdos exſanguis, duorum damnorum detrimenta ſuſpirans, ne & marmora confregiſſent, & aliquis deperiſſet è populo, ſcire non poterat quid damni acceſſiſſet. Nullus enim propter nebulam puluueris illuc poterat accedere. Poſt duarum verò horarum ſpacium recedente nebula, ingreſſi ſunt vel defunctorum collegere corpora, vel columnarum fragmenta rimari. Nullum hominem periſſe cognoſcunt, altare quoque mirantur inlæſum, in quod è tanta altitudine impactæ columnæ nihil læſionis intulerint. Quid plura? inuenerunt omnia integra, cuncta contemplantur eſſe ſaluata: glorificant martyrem, conſpiciunt dei virtutem qui ſic altare columnáſque ſeruauit inlæſas. In huius vrbis territorio & Iulianus martyr agonis palmam legitimè decertando promeruit. De cuius virtutibus quæ ad nos vſque venerunt, in libro quem de eius miraculis propriè ſcribere præſumpſimus, declarauimus.

Ruinæ grauis & inoffenſæ.

IN ipſo quoque territorio, tempore quo Chramnus Aruernum abiit, cum diuerſa ſcelera ab eius gererentur miniſtris, quinque viri ſacroſanctum oratorium domus Iciacenſis furtim adpetunt. habentur autem in eo ſancti Saturnini reliquiæ. Interruptóque abbatis palliolis vel reliquis miniſterij ornamentis nocte tegente diſcedunt. Sed preſbyter recognoſcens furtum, ac inter vicinos ſcrutans, nullum potuit ex his quæ ablata fuerant, indicium reperire. Protinus verò latrones qui hæc admiſerant, in Aurelianenſe ſe territorium tranſtulerunt: diuiſíſque rebus, accepit vnuſquiſq; partem ſuam. Sed mox inſequente vltione diuina, quatuor in ſeditionibus interfecti ſunt. Quintus verò totam ſibi furti huius hæreditatem ſuperſtes remanens, vindicauit. Sed vbi hæc in domum ſuam contulit, ſtatim obtectis ſanguine oculis, excæcatus eſt. Tunc cõpunctus tam doloribus, quàm inſpiratione diuina vouit, dicens, Si reſpexerit deus miſeriam meã, & mihi viſum reddiderit, referam loco illi ſancto quæ abſtuli. Et hæc cum lachrymis orans, viſum recepit. Accedens verò ad oppidum Aurelianenſe, prouidente deo, diaconẽ Aruernum inuenit. Cui traditis rebus, ſuppliciter exorauit,

CAP. LXVI.

Sacrilegij præſentanea ſupplicium.

vt eaſdem oratorio reſtitueret. Quod diaconus deuotus impleuit. F

CAP. LXVII. NVPERRIMO autem tempore in huius vrbis Aruernæ territorio quod adiacet Tigernenſi caſtello, Geneſius eiuſdem loci ſanctus, ſe hoc modo reuelauit: Pauper quidam boues quos ad exercendam culturam habebat, caſu ab oculis dilapſos perdidit, eoſdémque ſollicita indage quæſitos, reperire non potuit. Conſequenti verò nocte apparuit ei vir quidam per viſum, dicens, Vade per viam quæ ad ſiluam ducit, & inuenies boues quos ſollicitè requiris iuxta lapidem marmoris, herbarum copiam decerpentes: iunctíſque ad plauſtrum, marmorem exhibe, & ſuper ſepulturam quæ viæ eſt propinqua, compone. Ego enim ſum qui tibi hæc loquor, Geneſius, cuius eſt tumulus ille, qui in albis poſitus, per martyrium ab hoc mundo migraui. Conſurgens autem homo ille diluculo, reperit boues iuxta lapidem, feciſtque ſicut ei præceptum fuerat per viſum. *Quo miraculo Geneſij ſtatuatur Eccleſia.* Sed nec in hoc defuit miraculum, cum immenſus lapis quem multa boum paria mouere vix poterant, à duobus tantùm delatus eſt bobus. Ex hoc enim multi infirmi ibidem venientes, votorum promiſſa ſoluentes, ſanitatem recipiunt. Audiens hæc Auitus Epiſcopus vrbis illius, baſilicam ſuper tumulum ſancti magnam ædificauit, dedicatámque feſtiuitatem in ea excoli præcepit, in qua nunc multa frequentia populorum cum votis, vt diximus, veniens, cum ſanitate regreditur. Hanc G etiam baſilicam ſancti Geneſij Arelatenſis reliquiis inluſtrauit.

CAP. LXVIII. HIC verò martyr Geneſius, deciſione ceruicis agonem pro Chriſti nomine apud eandem Arelatenſem ſcilicet vrbem, pollente feruore fidei conſummauit. Eſt autem ibi arbor, vdi dicitur decollatus fuiſſe, genere morus. *Geneſij morus.* Ex qua infirmis multa plerunque beneficia impertiente martyre, ſunt conceſſa. Sed decurſis temporibus cum rami cortéxque eius pro ſaluatione à multis detraherentur arefacta eſt. Veruntamen adhuc fideliter petentibus viuit, ſimilia præbens medicamina quod ſupereſt de columna.

CAP. LXIX. SED & pons quondam ſuper Rhodanum fluuium, vbi beatus martyr nataſſe fertur, in die ſolennitatis eius diſruptis cathenis, quia ſuper naues locatus erat, nutare cœpit, ac præ nimio pondere populorum, ipſæ naues dehiſcentes in alueo fluminis populum ſubmergebant. Tunc omnes ſimul in diſcrimine poſiti, vna voce clamauerunt, dicentes, Geneſi beatiſſime, eripe nos propriæ ſanctitatis virtute, ne pereat plebs quæ fideliter aduenit tua deuotè ſolennia celebrare. Mox ſtante vento H vulgus omne ad littus reductum, miratur ſe virtute martyris eſſe ſaluatum. *Geneſius ſeruat naufragantes.* Nam & cancelli beati ſepulchri ſæpius à Longobardis vel reliquis hoſtibus confracti ſunt. Sed arrepti à dæmone homines, aut comprehenſi rabie, debacchantes, aut propriis ſe dentibus lacerantes, nihil de iis quæ violenter cœperant, abſtulerunt. Ferunt etiam in hac vrbe fuiſſe mulierem, cui verò crimen impactum, nec omninò probatum, à iudice vt aquis immergeretur, diiudicata eſt. Cui cum ad collum lapis immenſus funibus colligatus fuiſſet, in Rhodanum de naui præcipitata eſt. Illa verò beati martyris auxilium precabatur, & nomen eius inuocans, aiebat, Sancte Geneſi glorioſe martyr, qui has aquas natandi pulſu ſanctificaſti, erue me iuxta innocentiam meam: & ſtatim ſuper aquas *Innocens mulier ſeruatur.* ferri cœpit. Quod videntes populi, ſuſceperunt eam in naui, & ad baſilicam ſancti deduxerunt incolumem, nec vlterius à viro vel à iudice eſt quæſita.

CAP. LXX. O QVANTVM innocentia præſtat, quantum mens pura meretur! Nam ſimili ſorte alia mulier à viro ſuo adulterij crimen accepit. Quod coram iudice diutiſſimè denegans, cùm propria confeſſione ſuperari non poſſet, diiudicatur immergi. Dehinc concurrente ad ſpectaculum populo, ad pontem ducitur amnis Araricí, connexóque cum func lapide molari collo eius, præcipitauerunt eam in flumen, increpante deſuper viro, atque dicente, Ablue nunc aquis abundantibus fornicationes immunditiáſque tuas, quibus ſæpè maculaſti ſtratum meum. Sed domini pietas quæ inſontes perire non patitur, prouidit ſtilum ſub aquis, quem videre homo non poterat: qui ſuſcipiens funem ſuſtinuit mulierem, ne ad fundum fluminis peruenirent. Et erant vtraque ſub aquis, mulier ſcilicet & petra ſtili illius lance librata. Cúmque iam ſol occubitum peteret, propinquí fœminæ illius depoſcunt à iudice, vt liceret per alueum torrentis cadauer parentis inquirere. Accepta itaque indulgentia, deſcenderunt ad locum in quo præcipitata fuerat mulier: viderúntque eam pendere cum lapide, miſſóque vnco abſtraxerunt illam: intelligentéſque eſſe viuam, velociter ad baſilicam, quæ erat flumini proxima, tranſtulerunt: timebant enim ne iterum mergi iuberetur à iudice. Interrogabant autem mulierem qualiter ſub pelago viuere potuiſſet, reſpondit; Non mihi *Innocens euadit naufragium.* aliter quàm ſomnium viſum eſt, nec amplius aquas ſenſi, niſi cum in his proiecta deſcendi, aut ab K his iterum ſum reſumpta, ſurrexi. Et mirabantur omnes, non potuiſſe eam mori in tali diſcrimine: ſaluauit enim eam propriæ conſcientiæ fides, & dominus quem iugiter imprecata eſt. Deinde parentibus indulta, nec à viro, nec à iudice eſt amplius inquiſita: ſed ad virtutes martyris redeamus.

CAP. LXXI. VISONTICORVM quoque ciuitas propriis inluſtrata martyribus, plerumque miraculis præſentibus gaudet. Huic in abdito cryptæ duo, vt paſſio declarat, martyres, Ferreolus atque Ferrucio ſunt ſepulti. Factum eſt autem quodam tempore, vt vir ſororis meæ inualeſcente febre grauiter ægrotaret. Cúmque iam quarti menſis ſpacio lectulo anhelus occumberet, vt nihil aliud coniux mœſta niſi quæ ſepulturæ erant neceſſaria cogitaret, ſanctorum baſilicam flens ac triſtis expetiit. Prouolutáq; coram ſepulchris, palmis ac facie rigente, opprimit pauimentum. Accidit autem

A rem fortuitu, vt extenſa dexteræ manus palma folium herbæ ſaluiæ, quod pro honore martyrum in crypta conſperſum fuerat, operiret. Poſtquam autem fuſa oratione cum lachrymis ſurrexit à tumulis, putans aliquid de linteaminibus quibus induta erat, manu prendiſſe, vt adſolet, volam contenuit clauſam. Egreſſáque baſilicam, patefacta manu, folium herbæ miratur: obſtupefacta verò quid *Febricitans curatur.* hoc eſſet, munus cæleſte indultum ſibi diuinitus recognoſcit, vt ſcilicet per eum virtus martyrum infirmo ſuccurreret. Domum igitur iam lætior rediés, folium dilutum aqua viro porrexit ad bibendum. Qui vt hauſit, plenus fide, protinus ſanitatem pleniſſimam meruit obtinere.

CAP. LXXII. DIONYSIVS verò Epiſcopus Pariſiorum, vbi datus eſt martyr: tempore verò quo Sygibertus rex cum exercitu ad vrbem illam venit, & maximam vicorum eius partem incendio concremauit, quidam de primoribus eius, ad baſilicam antedicti martyris properat, non orationis deuotione, ſed tãtùm vt aliquid fraudaret ab æde: illicet vbi reſerata oſtia ac vacuum templum à cuſtodibus reperiſſet, pallam holoſericam auróque exornatam ex gemmis, quæ ſanctum tegebat ſepulchrum, temerario auſu deripuit, ſecúmque ſuſtulit. Veniens autem ad caſtra fuit ei neceſſitas nauigandi. Cúm- *Sacrilegus luit.*
B que puer eius quem tunc creditum habebat, ſuſpenſis ad collum ducentis aureis, nauem cum eodem aſcendiſſet, ſubitò à nullo tactus de naui deruit, oppreſſúſque aquis, nunquam potuit inueniri. Ille quoque iudicium dei in ſe cernens per pueri amiſſionem & auri, velociter litori de quo digreſſus fuerat remeauit, pallámque ſepulchri ſumma velocitate reſtituit. Et licet hoc fecerit, tamen diem in quo hæc admiſerat, recurrente anni circulo non attigit. Alius autem ſuper ſepulchrum ſanctum calcare non metuens, dum columbam auream lancea quærit elidere, elapſíſque pedibus ab vtraque parte, quia turritum erat tumulum, compreſſis teſticulis, lancea in latere defixa exanimis eſt inuentus. Id non fortuitu contigiſſe, ſed iudicio dei geſtum, nullus ambigat.

CAP. LXXIII. APVD Virmandenſe verò oppidum Galliarum Quintinus martyr quieſcit, cuius beatum corpus à quadam religioſa quæ dudum fuerat cæcata, reperitur. Sed mox vt à fluminis fundo releuatum eſt, miraculum protulit cum mulieris facie, vbi primùm illuxit, lumina cæcata reſtituit. In hac igitur vrbe vnus ex latronibus equum presbyteri furtim abſtulit. Inuentus à presbytero, iudici manifeſtatur: nec mora, adprehenſus & in vincula compactus, ſupplicio ſubditur: opus ſuum ore proprio indicans, patibulo diiudicatur. Sed presbyter metuens ne ob ſui damni cauſam, anima hominis auferretur, iudicem deprecans vt conceſſa ille vita, hic culpa reus abſolueretur à pœna, dicens ſibi ſatis eſſe iam factum, quòd per tot tormentorum genera latro quæ geſſerat declaraſſet: ſed ſeueritas iudicis cum nullis precibus potuiſſet inflecti, reum patibulo condemnauit. Tunc presbyter cum lachrymis proſtratus ad beati martyris tumulum ſuppliciter deprecatur, dicens, Quæſó glorioſiſſime athleta Chriſti, vt eruas hunc pauperem de manu mortis iniquæ, ne mihi fiat in opprobrium, ſi per meam accuſationem moriatur hic homo. Oſtende deprecor virtutem tuam, vt *Damnatus mortis periculo liberatur.* quem aſperitas humana nequit abſoluere, lenis pietatis moderamine tu diſſoluas. Hæc ſacerdote cum lachrymis deprecante, diſruptis vinculis patibuli, reus ad terram ruit. Quod audiens iudex, timore perterritus, & diuinam admirans virtutem, nihil vltrà illi nocere præſumpſit.

CAP. LXXIIII. EST alius martyr infra terminum vrbis Beorritanæ presbyterij honore præditus, cuius paſſionis hiſtoria apud loci incolas legitur. Hic dum eſſet in corpore, caſtaneam diu aridam ſuis orationibus obtinuit in viriditatem redire. In cuius baſilica cum plerunque ſuper infirmos mirabilia
D oſtenduntur, illud præ cæteris eſt admirabile, quòd lilium dudum collectum & ſiccum in eius ſolennitate denuò reuireſcit, ita vt intueantur illa die populi flores nouo, quos pridem viderant are- *Arida virefacta.* factos. Ad huius enim ſepulchrum plerunque ſacramentum mendax prolatum à perfidis, virtute martyris confutatur, vt qui temeritate elatus aduenerat, emendatus abſcedat.

CAP. LXXV. SÆPE enim dominus arrogantiam contumacis mentis virga correctionis eneruat, vt eandem cultus ſui generatio reſtituat, ſicut quondam de Sigimundo rege manifeſta fides geſtum profert. Hic etenim poſt interemptum perinique conſilium coniugis filium, compunctus corde Agaunum dirigit, ibíque proſtratus coram ſepulchris beatiſſimorum martyrum legionis Felicis, pœnitentiam egit, deprecans vt quæcunque deliquerat, in hoc ei ſeculo vltio diuina retribueret, vt ſcilicet habeatur in iudicio abſolutus, ſi ei mala quæ geſſerat, priuſquam de mundo decedat, repententur. *Sigiſmundi pœnitentia.* Ibíque & pſallentium cotidianum inſtituit, locúmque tam in territoriis, quàm in reliquis rebus affluentiſſimè ditauit. Poſtea verò captus ab Chlodomere rege cum filiis, interfectúſque eius iuſſu,
E ad eundem locum delatus, ſepulturæ mandatus eſt, quem in conſortio ſanctorum adſcitum ipſa res quæ geritur, manifeſtat. nam ſi qui nunc frigoritici in eius honore miſſas deuotè celebrent, eiúſq; pro requie deo offerant oblationem, ſtatim compreſſis tremoribus, reſtinctis febribus, ſanitati priſtinæ reſtaurantur.

CAP. LXXVI. MAGNA eſt enim virtus ad antedictorum martyrum ſepulchra, de quibus relictis pluribus, pauca perſtringere libuit. Mulier quædam filium ſuum vnicum ad hoc monaſterium adducens, abbati tradidit erudiendum, videlicet vt factus clericus, ſanctis manciparetur officiis. Verùm cum iam ſpiritalibus eruditus eſſet in literis, & cum reliquis clericis in Choro canentium pſalleret, modica pulſatus febre ſpiritum exhalauit. Cucurrit mater orbata ad obſequium funeris plangens, ſepeliuítque filium. Verumtamen non ſuffecerunt hæ lachrymæ dolori, quæ in exequiis ſunt effuſæ: ſed per dies ſingulos veniebat, & ſuper ſepulchrum nati ſui emiſſis in altum vocibus eiulabat:

Cui tandem apparens per visum noctis beatus Mauritius, ait, Quid tu ô mulier inceſſanter filij obitum plangens, nunquam deſiſtis à luctu? cui illa, Dies, inquit, vitæ meæ hunc planctum non explent: ſed dum aduixero, ſemper deſleam vnicum meum, nec vnquam mitigabor à lachrymis, donec oculos corporis huius debita mors concludat. Cui ille, Noli ita, ait, quaſi mortuum flere, ſed æquanimiter age. nam ſcias eum nobiſcum habitare, & ſedentem vitæ perennis conſortio noſtro perfrui. Et vt veraciter credas certa eſſe quæ loquor, ſurge craſtina die ad matutinum, & audies vocem eius inter choros pſallentium monachorum. Et non ſolùm die craſtina, ſed etiam omnibus diebus vitæ tuæ, cum veneris, audies in pſallentio vocem eius, ideóque ne fleueris, eo quòd gaudere te oporteat potius quàm lugere. Surgit mulier, longáque ducit ſuſpiria, nec ob dormit in ſtratu ſuo, donec ſignum ad conſurgendum commoueatur à monachis: quo commoto accedit ad Eccleſiam, aliqua de viſione quam viderat probatura. nihil enim præteriit de pollicitatione ſancta, ſed quæ fuerant diuinitùs nunciata, mox impleta noſcuntur. Verùm vbi cantato reſponſo, antiphonam caterua ſuſcepit monachorum, audit genitrix paruuli vocem, cognoſcit, & gratias agit deo. Sed & illud quod martyris ore promiſſum habebatur, prorſus impletum eſt, vt omnibus diebus vitæ ſuæ cum acceſſiſſet mulier ad pſallentium, vocem audiret huius infantuli inter reliqua modulamina vocum. Cum autem Gũthchramnus rex ita ſe ſpiritalibus actionibus mancipaſſet, vt relictis ſeculi pompis theſauros ſuos Eccleſiis & pauperibus erogaret, accidit vt miſſo presbytero munera fratribus qui ſanctis Agaunenſibus deſeruiunt, ex voto tranſmitteret, præcipiens presbytero vt ad eum rediens, ſanctorum ſibi reliquias exhiberet. Igitur dum impleta regis præceptione, cum his regrederetur pignoribus, Limanni laci per quem Rodanus influit, nauigium petit. Extenditur autem lacus ille in longitudine quaſi ſtadiis quadringentis: latitudine autem, ſtadiis centum quinquaginta. Denique reuertens presbyter, vt diximus, cum nauigium hoc fuiſſet adgreſſus, ſubitò tempeſtas exorta fluctus tollit: ad ſydera ſurgunt vndarum montes, & nunc puppis nauiculæ prora dehiſcente fertur in altum, nunc iterum demerſa puppe prora tollitur in ſublime. Turbantur nautæ, & nihil aliud niſi ſola mors in hoc periculo præſtolatur. Tunc presbyter cum videret ſe his fluctibus obrui, & ſpumis vndarum ipſarum grauiter operiri, extracta à collo capſula quæ ſanctorum pignora contenebat, vndis tumentibus fidus obiecit, ac ſanctorum præſidium clara inuocat voce, dicens, Ne peream in his fluctibus, virtutem veſtram deprecor, martyres glorioſi, ſed potius qui iugiter percuntibus præbetis auxilium, mihi quæſo dextram ſalutis porrigere dignemini: fluctus opprimite, nóſque ad littus optatum veſtri adiutorij ope deducite. & hæc dicens, ceſſante vento, decedentibus vndis ad littus euecti ſunt. Hæc ab ipſo cognoui presbytero: in hoc enim ſtagno ferunt tructarum piſcium magnitudinem vſque ad centum librarum pondera trutinari.

Puer defuncti canit in choro.

CAP. LXXVII. Est & ad ſepulchrum ſancti Victoris Maſſilienſis martyris mira virtus. Nam cum ſæpius ad eum accedentes infirmi ſanentur, reliqui energumeni tamen multum ſe conlidentes, & martyrem declamantes, ciectis dæmonibus liberantur. Aureliani autem patritij ſeruus à dæmonio correptus, dolendo exitu cruciabatur, ita vt plerunque propriis ſe morſibus laceraret: ſed adductus ad baſilicam ſancti, cum ſe exuri eius virtute fateretur, debacchãs per totam ædem die tertia mundatus abſceſſit. Qui in tantum fidei merito roboratus eſt, vt deinceps humiliatis capillis, abbatis ſortitus ordinem, monaſterio vni præponeretur.

Dæmoniacus liberatur.

CAP. LXXVIII. Est apud Nemauſenſis vrbis oppidum Baudillij beati martyris glorioſum ſepulchrum, de quo ſæpius virtutes multæ manifeſtantur. Ex quo ſepulchro laurus orta, & per parietem egreſſa, arborem foris fecit ſalubri coma vernantem. Quod ſæpè loci incolæ in multis infirmitatibus habere cæleſte remedium ſunt experti. Pro quibus virtutum beneficiis, cum plerunque nudaretur à foliis, vel ipſa quodammodo cortice, arida eſt effecta. Vnde quia morbos ab ea multorum, infirmitatum diximus depelli, longum fuit ſingulos quoſque memorari: ideò hæc ſufficere putaui, quòd ea medicamenta largiendo aridam effectam dixi. Nam fertur celebre à negociatore quodam in oriente de his foliis deportatum pignus fuiſſe: ſed priuſquam portum negociator adtingeret, energumenus in Eccleſia adire Baudillium martyrem orientalem plagam ſtupentibus populis declamauit. Oſtendit autem beatus martyr & in aliis virtutem ſuam. Aram verò Theodorici regis Italici dux, dum in Arelatenſi vrbe reſideret, exſtetit ei quidam archipresbyter parochiæ Nemauſenſis inuiſus. Tunc feruens felle contra eum miſit pueros, dicens, Ite quantocius, & ligatis pedibus ac manibus, adducite eum cum vi, vt cognoſcat quòd ſim dominus regionis huius. At illi non intelligentes archipresbyterum, putauerunt quòd archidiaconum iuſſiſſet adduci. Et aſcenſis equitibus venerunt ad vrbem, interrogantéſque de archidiacono, digito eis oſtenſus eſt. Erat enim hic Ioannes nomine, valdè religioſus, & in archidiaconatu ſuo ſtudium docendi paruulos habens: adprehenſúmque pueri ducis ligatis manibus ac pedibus, ſub aluo equi adduxerunt eum. Sed non deſiit virtus martyris alumno proprio ſubuenire. Pueri verò iuxta ipſam portam cum eo manſionem habuerunt, quia iam obſeratis pro nocte portarum valuis, ingredi non potuerunt. In ipſa verò nocte, duce obdormiente, adſtitit ei archidiaconus per viſum, dicens, Quid tibi ô homo culpabilis exſteti, quòd me in hanc humilitatem redactum cum tali iuſſiſti iniuria accerſiri? verè dicam tibi, quia non effugies iudicium Dei. At ille expergefactus conſternatúſque metu, exclamat ſuis, Inquirite ſi pueri quos Nemauſum direximus, iam venerunt. Interrogantéſque de muro vrbis, reſponderunt

Laurus Baudillij.

Energumenus

A derunt ſe adeſſe cum homine. Renunciant nuncij quæ audierant. Confeſtimque dux ait, Exhibete ad me hominem quem adduxiſtis. Quod cum factum fuiſſet, aſpiciens eum dux, timore perterritus, ait, Archipresbyterum ego adduci præceperam, non archidiaconum. Et proſtratus ad pedes eius, ait, Indulge quæſo iniuriam delicti huius: quia non eſt in conſcientia mea, vt hæc paſſus fuiſſes. Et ſtatim dignis honoratum muneribus, remiſit ad vrbem, quem in tanto amore pro ipſa martyris reuerentia dilexit in poſterum, vt decedente vrbis illius ſacerdote, ipſum ſacerdotem mandaret inſtitui: ſed nec archipresbyterum amplius inquiri iuſſit. O magna virtus martyris, quæ per innocentis iniuriam noxium abſoluit à pœna: impletúmque eſt illud apoſtoli, quia *diligentibus deum omnia cooperantur in bonum*, cum hæc iniuria gradum huic conſtruxit quem ſcanderet ad regendam Eccleſiam dei.

CAP. LXXIX. Ecclesia quoque Agathenſis vrbis, quæ ſancti Andreæ Apoſtoli reliquiis plaudit, plerumque glorioſis inluſtratur miraculis, peruaſores rerum ſuarum ſæpius arguit. Denique Gomacharius
B comes agrum Eccleſiæ ipſius peruadit. Tunc Leo Epiſcopus huius Eccleſiæ valdè mœſtus concurrit ad eum, dicens, Relinque ô fili, res pauperum quas ordinationi noſtræ dominus commendauit, ne tibi ſit noxium, & à lachrymis egentium, qui de fructibus eius ali conſuerant, enecéris. Ille verò quia erat hæreticus, paruipendens de his quæ ab Epiſcopo dicebantur, rem in ſua dominatione retinuit. Interim procedente die, arripitur à febre. Cúmque non modò ardore corporeo, verumetiam animæ vexaretur incommodo, miſit ad Epiſcopum nuncios, dicens, Dignetur pro me ſacerdos orationem ad dominum fundere, & ego dimittam agrum eius. Quo orante, hic à valitudine qua grauabatur, conualuit, factúſque ſanus, ait ſuis, Quid putatis quid iſti nunc Romani dicant? Aiunt enim me ob hoc fuiſſe febre grauatum, quia tulerim agrum eorum, quod mihi iuxta conſuetudinem humani corporis accidit: veruntamen non habebunt eum me viuente. Et dicto citius miſit qui eum iterum auferret. Quod cum Epiſcopus comperiſſet, venit ad eum, dicens, Num pœnitet te prius feciſſe benè, quòd hoc iterum conaris euertere? ne facias quæſo, & vltioni diuinæ ſubiaceas. Qui ait ad Epiſcopum, Sile, ſile, decrepite: iam infrenatum te loris, circuire vrbem ſuper aſinum faciam, vt ſis in ridiculo omnibus qui te aſpexerint. At ille ſilens ad nota recurrit præſidia:
C proſternitur in oratione, celebrat vigilias, ac noctem totam in lachrymis & pſallentio ducit. Mane autem facto accedit ad lychnos qui de camera Eccleſiæ dependebant, extendénſque virgam quam tenebat in manu, effregit cunctos, dicens, Non hic accenditur lumen, donec vlciſcatur deus de inimicis, & reſtituat res domus ſuæ. Hæc eo dicente, protinus hæreticus ille in rediuiuam febrem corruit. Cúmque in extremis ageret, miſit ad Epiſcopum, dicens, Oret pro me ſacerdos ad dominum vt viuam, & reſtituam agrum, ac ſimilem eius cõferam dominationi. Quibus pontifex reſpondit, Iam orauí ad dominum, & exaudiuit me. Miſit & alios ac tertios ad eum nuncios. Sed ſacerdos in vno reſponſo perſiſtens, non mouebatur ad hæc, vt pro eo orationem daret ad dominum. Hæc ille hæreticus cernens, iuſſit ſe in plauſtro componi, atque ad eundem euehi, ac per ſe deprecari Epiſcopum, dicens, quia dupla ſatisfactione reſtituo agrum quem iniquè peruaſi, tantùm vt oret pro me ſanctitas tua. Illo quoque recuſante compulit eum vi vt abiret ad Eccleſiam: quo diſcedente, vt Eccleſiam eſt ingreſſus, & hic ſpiritum exhalauit, recepítq; confeſtim Eccleſia rem ſuam.

contemptus episcopi plectitur.

Huius moris circunduĉti infamiæ cauſa meminit Tyraquellus lib. de leg. cõnub.

Satisfactio.

CAP. LXXX. Semper enim catholicorum inimica eſt hæreſis, & vbicunque potuerit tendere inſidias, non
D obmittit: ſicut illud eſt, quod quodam loco factum celebre fama profert. Mulier quædam erat catholica, habens virum hæreticum: ad quam cum veniſſet presbyter noſtræ religionis valdè catholicus, ait mulier ad virum ſuum, Peto charitati tuæ, vt pro aduentu huius ſacerdotis qui me viſitare dignatus eſt, lætitia habeatur in domo noſtra, ac præparatum dignis impendiis prandium epulemur cum eo. Promittente autem viro eius, ſic ſe vt illa flagitabat facturum, aduenit & alius hæreticorum presbyter: dixítque vir mulieri, Duplicata eſt lætitia hodiè, eo quòd ſint ſacerdotes vtriuſque religionis in domo noſtra. Diſcumbentibus autem ad conuiuium vir ille cum presbytero dextræ partis cornu occupat, catholicum ad ſiniſtrum ſtatuens, poſitáque ad læuam eius ſellula in qua coniux eius reſederet: dixítque vir ad presbyterum hæreticum, Si conſenſeris dictionibus meis, exercemus hodiè cachinnum de hoc Romanorum presbytero, vt ſcilicet adpoſito ferculo, tu celerius ſignare feſtines. Cúmque ille manum non poſuerit, illo triſtante nos cum lætitia comedemus cibum. Cui ille, Faciam, inquit, quod præcipis. Denique veniente diſco cum oleribus, ſignauit
E hæreticus, poſuítque primus manum ſuam. Quod cernens mulier, ait, Ne feceris, quia ingratè fero iniuriam ſacerdotis. Et exhibito alio cibo ſumpſit catholicus. In ſecundo verò & tertio ferculo ſimiliter fecit hæreticus. Quarto autem exhibito, cuius in medium ſartago feruens aduenerat, in qua compoſitus erat cibus ille qui ex conliſis ouis parumper mixta farina, dactylorum partibus oliuarúmque rotunditatibus adſolet exornari. Feſtinãs hæreticus, priuſquam ferculum illud vel menſam tangeret, eleuata in obuiam manu, ſignat: ſtatímque poſitum cochlearium ſumit: non intelligens an caleret, feruentémque cibum velociter inglutiuit. Protinus accenſo pectore, æſtuare cœpit, emiſſóque cum ſuſpirio, immenſo ventris ſtrepitu, nequam ſpiritum exhalauit: ablatúſque de conuiuio, locatus in tumulo, terrenæ molis congerie eſt opertus. Tunc exultans presbyter noſtræ religionis, ait, Verè vltus eſt deus ſeruos ſuos. Et conuerſus ad virum cuius erat conuiuium, dixit, Periit huius memoria cum ſonitu, & dominus in æternum permanet. Tu verò adpo-

Hæreticimors horrenda.

ne quod comedam. Tunc homo ille perterritus, expleto conuiuio, prouolutus est ad pedes presbyteri, conuersúsque ad fidem catholicam, credidit cum domo sua qui in hac perfidia tenebatur, & multiplicata est lætitia, sicut prius mulier flagitauerat. F

CAP. LXXXI. ARRIANORVM presbyter cum diacono nostræ religionis, altercationem habebat, proferens contra dei filium ac spiritum sanctum, vt mos est genti, venenosas adsertiones. At ille cum diu multúmque nonnulla de fidei nostræ ratione disseruisset, & hæreticus perfidiæ obcæcatus caligine, quæ erant vera respueret, iuxta illud, quia *in maliuolam animam non introibit sapientia*, adiecit dicens, Quid longis sermocinationum intentionibus fatigamur? factis rei veritas adprobetur: succendatur igni æneus, & in feruenti aqua anulus cuiusdam proiiciatur. Qui verò eum ex feruenti vnda sustulerit, ille iustitiam consequi comprobatur: quo facto, pars diuersa ad cognitionem huius iustitiæ conuertatur. Intellige itaque & tu hæretice, si hæc pars nostra spiritu sancto adiuuante compleuerit, nihil in sancta Trinitate dissonum, nihil esse dissimile fatearis. Consensit hæreticus huic diffinitioni: & inito vsque manè placito, discesserunt: sed fidei feruor per quem hæc primùm diaconus protulerat, cœpit inimico insidiante tepescere. Diluculo autem surgens, brachium infundit oleo, vnguento conspergit. Sed tamen loca sancta circuit, & dominum deprecatur. Quid plura? circa horam tertiam in foro conueniunt: concurrit populus ad spectaculum. Accenditur ignis, æneus superponitur, feruet valdè: anulus in vnda feruenti proiicitur. Inuitat primùm diaconus hæreticum, vt ipse eum à calore auferat. Sed statim recusauit, dicens, Qui hanc sententiam protulisti, debes auferre. Diaconus verò, licet trepidus, tamen denudat brachium. Cúmque ipsum vidisset vnguentis hæreticus presbyter dilibutum, exclamauit dicens, Magicis artibus te elitandum putasti, vt hæc vnguenta diffunderes, nec valebunt ista quæ agis. His itaque litigantibus, superuenit diaconus ab vrbe Rauenna, Iacinctus nomine: scisciténsque quæ esset hæc altercatio, vt veritatem cognouit, nec moratus, extracto à vestimentis brachio, in æneum dexteram mergit. Anulus enim qui eiectus fuerat, erat valdè leuis ac paruulus, nec minus ferebatur ab vnda, quàm vento possit ferri vel palea. Quem diu multúmque quæsitum, infra vnius horæ spacium reperit. Accédebatur interea vehementer focus ille sub dolio, quo validius feruens non facilè adsequi possit anulus à manu quærentis. Extractúmque tandem, nihil diaconus sensit in carne sua, sed potius protestatur, in imo quidem frigidum esse æneum, in summitate verò calorem teporis modici continentem. Quod cernens hæreticus, valdè confusus, iniecit audax manum in æneo dicens, Præstabit mihi hæc fides mea. Iniecta manu, protinus vsque ad ipsa ossium internodia, omnis caro liquefacta defluxit: & sic altercatio finem fecit. G H

Arrianus miraculo resuscitatur.

CAP. LXXXII. SED & nostro tempore, cum incredulitas ac iniqua Arrianorum secta in locis Hispaniæ per malorum pessimas adsertiones disseminata fuisset, quidam clericus adprehensus, Christianum se esse confessus est, adserens æqualem patri filium & spiritum sanctum esse. Cui rex qui præerat, oblatis muneribus, tanquam maiorem se suppliciter deprecabatur, vt scilicet compressa confessione de sanctæ Trinitatis æqualitate, minorem patre filium cum sancto spiritu fateretur. Quod si faceret, & facultatibus ditaretur, & magnus haberetur in populis. Quod illo consilium, tanquam morsum viperæ fugiente, ac iniqui virus mortiferum respuente anguis, adiecit rex, Video, inquit, duram intentionem mentis insanæ, sed noui temperamentum tuum, vt quem munera non deflectunt, facilè tormenta subiiciant. At ille, Vtinam dignus habear, ait, in hac iugulari confessione. nam munera tua tanquam stercus exhorreo. Tunc iratus rex, iussit eum ad trochleas extendi, & fortiter cædi, interrogans, Quid credis? respondit, Iam dixi tibi: Credo deum patrem omnipotentem, & filium eius Iesum Christum. Post hæc cæsus est valdè, sed semper durabat in confessione: nec vnquam eum à fideli linea potuit hæc tortura deflectere. Nam in primordio cum cæderétur, tres tantum verberum ictus sensit: qui, vt ipse postea referebat, ipsam animam penetrarunt. Reliqua verò flagella, tanquam si aliquod velamentum dorso superpositum fuisset. Ita non sentiens, magis fidem quam cœperat inter tormenta positus, prædicabat. Itaque cum regi satisfactum de eius cæde fuisset, dimissus est, obtestante eo ne in terminis Hispaniæ vnquam inueniretur. At ille lætus discedens, in Gallias est regressus. Sed vt fides dictis adhibeatur, ego hominem vidi, qui hæc ab ipsius clerici ore audita narrauit. I

Confessoris constantia.

CAP. LXXXIII. PER hanc enim confessionem martyres glorioſi ineffabilia semper salutarium munerum beneficia meruerunt. Ac petentibus se hoc præstiterunt virtute, quod eisdem à domino impertitum est creatore, sicut nobis nuper à diacono nostro relatum, ita gestum esse cognouimus. Hic autem diaconus à papa vrbis Romæ Pelagio, quorundam martyrum confessoribúmque adsumpta pignora cum grandi psallentio vel clericorum officio ac populi immensi obsequio, vsque ad portum deductus est. Et ingressus nauem, erectis velis ac per illum antemnę quæ modulum crucis gestat apparatum, extensis flante vento, pelagus altum arripiunt. Qui dum nauigant vt Massilienſis vrbis portum adtingant, adpropinquare cœperunt ad locum quendam de quo à litore maris, lapideus mons exsurgens, ac mari paulatim decedens, summa tenus vnda, in mari distenditur. Cúmque impetu ferretur vento carina magno impellente in præceps, vt scilicet scopulo inlisa quassaretur, ac nautæ discrimen intuentes, exitu vociferarent, diaconus eleuata cum sanctis pignoribus capsa inuocare nomina singulorum cum gemitu & voce maxima cœpit, deprecans vt eorum virtute ab hoc K

Inuocatio sanctorum.

A hoc periculo perituri liberarentur. Iamiámque adpropinquabat nauis, vt præfati sumus, ad scopulum: & statim in sanctorum contemplatione reliquiarum, ab ipso loco commotus, cum violentia maiori ventus huic vento contrarius fluctum elisit, ventúmque diuersum repulit, ac naue in pelagus profundum reuocata, cũctis à mortis periculo liberauit: sicque gyrata mole periculi, portum quem desiderabant, cum Domini gratia ac sanctorum patrocinio contigerunt. Erant enim reliquiæ sanctorum, quorum sacra vestigia domini manibus sunt abluta, cum Pauli, Laurentiique, atque Pancratij, Chrysanthi, Dariæq; virginis, Iohannis, atque alterius Pauli fratris eius, quorum certamina ac palmæ victoriarum ipsa caput orbis vrbs Roma deuotè concelebrat.

QVID verò & de his reliquiis quas quondam genitor meus secum habuit, fuerit gestum edicam. Tempore quo Theodobertus Aruernorum filios in obsidatũ tolli præcepit, pater meus nuper iunctus cõiugio, voluit se sanctorum reliquiis communiri, petiuítque à quodam sacerdote vt ei aliquid de iisdem indulgeret, quo scilicet in viam lõginquam abiens, tali præsidio tutaretur. Tunc inclusos in lupino aureo sacros cineres circa eum posuit: sed igniarus vir nominum beatorum. Referre enim B erat solitus, se à multis tunc erutum periculis: nam & violentias latronum, & pericula fluminum, improbitates seditiosorum, & adsultus sensuum, sæpius se euasisse horum virtutibus testabatur. Quid tamen ego de his videram, non silebo. Post genitoris mei obitum, mater mea hæc pignora super se habebat. Igitur segetum aduenerat sectio, & congregati in areis frugum acerui fuerant magni. In illis autem diebus, cum iam semina triturarentur: & sicut lemmane vestitum segetibus nudum habetur, à siluis intercedẽte gelu, cum non esset vnde ignis accenderetur, ab ipsis paleis focos sibi adhibuerant excussores. Interea recedunt omnes ad capiendum cibum. Et ecce inter incrementa sua, cœpit per paleas paulatim ignis spargi. Nec mora, flante noto, acerui ab igne comprehenduntur: fit magnum incendium, insequitur clamor virorum, strepitúsque mulierum, vlulatus infantũ: hæc autem agebantur in agro nostro. Quod sentiens mater mea quæ hæc pignora collo adpensa gestabat, exsilit de conuiuio, eleuatísque sacris pignoribus contra ignium globos, ita omne cessit incendium de momento, vt vix inter moles exustarum palearum, vel semina ignis inuenirentur: nihil tamen fruges quas adprehenderat nocens. Post multos verò annos has reliquias à genitrice suscepi: cúmque iter de Burgundia ad Aruernum ageremus, oritur contra nos magna tempestas: cœpítque crebris ignibus micare cœlum, validíſque tonitruorum fragoribus resonare. Tunc extractis à sinu beatis reliquiis, manum eleuo contra nubem: quæ protinus diuisa in duas partes, dextra læuáque præteriens, neque nobis neque vlli deinceps nocuit. At ego vt iuuenilis feruor agere solet, vanæ gloriæ inflari supercilio cœpi, & tacitus cogitare, non hæc tam sanctorum meritis, quàm mihi propriè fuisse concessum, atque ad socios itineris iactans, ac proferre quæ innocentiæ meæ Deus præstiterit, vt hæc mererer. Nec mora, elapsus subitò sub me equus, ad terram elisit: in quo casu tam grauiter sum contractus, vt vix surgere possem. Intellexi enim mihi ista à vanitate euenisse, satísque fuit dehinc obseruare, ne me vltrà vanæ gloriæ stimularet aculeus. Nam si cuenit vt mererer deinceps aliqua de sanctorum virtutibus contemplari, Dei illa munere per sanctorum fidem præstita præconaui. C

Reliquiæ extinguũt incẽdium.

CAP. LXXXIIII.

IN nullo est enim temeritas vtilis, vt illud quisque adpetat quod exercere non licet. Sic & Britannorum comes cum grauiter à doloribus pedum adfligeretur, & per medicos expendens substãtiam suam, nihil commodius habuisset, dixit ei quidam de suis, Si enim ab ecclesia tibi aliquod vas ministerij quod in altari ponitur, deferatur, in quo pedes ablueres, poterat tibi hæc causa ferre medelã: stulti & inertes non cognoscentes, quòd sacrata Deo vasa non debent ad vsus humanos aptari. At ille celeriter ad ecclesiam mittit, & pateram argenteam sacrosanctæ altaris de sacrario susceptit: ibíque pedes abluit: sed statim doloribus additis, ad plenum debilitatus, nunquam postea gressum facere potuit. Sed & Longobardorum ducem fecisse similiter comperi. D

Vasis abutens Ecclesiæ punitur.

CAP. LXXXV.

DEFLEMVS enim scelera nostra & plangimus, cum nos mundos esse nescimus, & ad ipsum altare Domini accedentes, audenter sanctum corpus eius & sanguinem cum simus actu polluti, potius ad iudicium sumimus, quàm vt veniam consequamur. Nam recolo quod in adolescentia mea gestũ audiui. Dies passionis erat Polycarpi martyris magni, & in Ricomagensi vico ciuitatis Aruernę eius solennia celebrabantur. Lecta igitur passione cum reliquis lectionibus, quas canon sacerdotalis inuexit, tempus ad sacrificium offerendum aduenit, acceptáque turre diaconus in qua ministerium E dominici corporis habebatur, ferre cœpit ad ostium, ingressúsque templum vt eam altari superponeret, elapsa de manu eius ferebatur in aëra, & sic ad ipsam aram accedens, nunquam eam manus diaconi potuit adsequi: quod non alia credimus actum de causa, nisi quia pollutus erat in conscientia. Sæpius enim ab eodem adulteria ferebantur admissa. Vni tantum Presbytero & tribus mulieribus, ex quibus vna mater mea erat, hæc videre licitum fuit, cæteri non viderunt. Aderam fateor & ego tunc temporis huic festiuitati, sed hæc videre non merui.

CAP. LXXXVI.

Eucharistia refugit manus adulteri.

SIC & Epachius Presbyter dum temerè quæ indignus erat agere, præsumpsisset, diuino iudicio, solo proiectus occubuit. Hic enim dum dominici natalis vigilias celebrare ecclesiam expetisset, per singula horarum momenta egrediebatur è templo Dei, ac in domo sua pocula lasciua spumantibus pateris hauriebat, ita vt adfirmarẽt multi eum post galli cantum in ipsa nocte vidisse bibentem. Sed cum esset ex genere senatorio, & nullus in vico illo Ricomagẽsi superius memorato iuxta seculi di-

CAP. LXXXVII.

Vigilia natalis.

gnitatem haberetur nobilior, celebrare solennia Missarum expetitur. Nec dubit at miser vino ma- F
defactus, appetere quod ieiunus quisque non sine metu potest terrente conscien tia explicare. Ve-
rùm vbi explicitis verbis sacris, cõfracto corporis dominici sacramẽto, & ipse sumpsit & aliis distri-
buit ad edendum: mox equini hinnitus ad modum vocem emittens, ad terram ruit, ac spumas cum
Ebriosus in dignè cõmunicat. ipsa mysterij sacri particula quam dentibus comminuére non valuit, ab ore proiiciens, inter manus
suorum ab ecclesia deportatur. Nec caruit vltra hac epilepsiæ infirmitate, sed per singulos lunares
cursus incrementis decrementísque hæc semper pertulit, quia ab haustu nimio vini minimè infelix
abstinuit. Quo ergo honore quáve reuerentia hæc nox celebrari debeat, præsens exemplum docet.
Quodam tempore cum in hac solennitate de vigilia egressus, paululum obdormissem, venit ad me
vir quidam, dicens, Surge, & reuertere ad Ecclesiam. Et ego expergefactus signo crucis oppositò,
iterum obdormiui. Nec destitit, sed iterat priora verba, eadémque personat. Sed cum nec secunda
admonitus vice consurgerem, & iterum obdormissem, aduenit tertiò, & alapam imponens maxil- G
læ, ait, En tu reliquos ad vigilias admonere debes, & adhuc sopore opprimeris? Tunc pauore perter-
ritus cum grandi velocitate ad Ecclesiam sum regressus. Hæc de natalis dominici vigilia dicta suf-
ficiant. Sed ad temerarios reuertamur.

CAP. LXXXVIII. MVLIER erat adultera ab Hierico ciuitate, cuius hæc erat consuetudo teterrima, vt quoties à
scorto concipiens partum edidisset, statim suffocatum terræ reconderet, vt scilicet fieret occultum
hominibus quod Deum & eius angelos non latebat, ilicet cum dies sanctus Epiphaniorum adue-
nisset, & omnes in Iordanem descenderent abluere tam vulnera corporis quàm animæ cicatrices,
hæc cum reliquo populo ad littus accessit. Cúmque leuatis vsque ad geniculum vestimentis, vt am-
nem ingrederetur (mirum dictu) fugit aqua ante pedes eius: illa quoque insequẽte, fluuius ad ripam
aliam premebatur. Hæc videntes populi, mirati sunt tale factum in die celeberrimo contigisse, co-
gnoscentésque mulierem esse facinorosam, interrogant quid mali fecerit, vt hæc ei in tali confre-
quent atione populi euenissent. At illa conuersa ad populum crimen fatetur, dicens, Septem iam à
me paruulos editos interfeci, quos de incestu concipiens, metui publicare: octauum adhuc die præ-
Adulteræ siue abactiuis pœnitentia. terita suggillaui. Rogo ergo vt fundatis pro me orationem ad Dominum, quatenus remissa iniquita-
te, peccare iam desinam, ne me cœlestis ira consumat. Hæc ea loquente, omnis populus prostratus H
ad terram, precem fudit ad Dominum, vt ei misericorditer ignosceret quod adminiculante ignauia
deliquisset. Post orationem verò mulier extensis per terram brachiis, spiritum exhalauit. Quod ob
hoc contigisse reor, ne crimen indultum iteraretur vlterius. Cognouit autem populus delictum, cur
aquæ fluminis ante faciem mulieris recessissent. Impletúmque est illud Salomonis prouerbiũ, quia
Spiritus Domini fugit fictum. Miraculum hoc ab ore Ioannis diaconi factũ ita cognoui: adserebat enim
se tunc temporis fuisse præsentem.

CAP. LXXXIX. APVD vrbem enim Tolosatiũ ferunt fuisse quendam Antoninũ nomine, iniquum, Deo & omni-
bus hominibus odibilem, eo quòd multa perpetraret scelera. Factum est autem vt impletis diebus
migrans à seculo, in basilica beati Vincentij sepeliretur, in qua ipse sibi viuens vas deposuerat. Ve-
rùm vbi cunctos sub alta nocte silentia sopor adripuit, & omnes blandiente somno dedissent mem-
bra quieti, sarcophagus ille à sancta basilica per fenestram proiicitur, & in medio deponitur atrij.
Cadauer scelerati ab æde D. Vincentij proiicitur. Mane autem facto, ibi repertus est effractũ super se opertorium habẽs. Deniq; propinqui illius non I
intelligentes virtutem Dei, neque sentientes sancti iniuriam, in cuius templo indignum temerè se-
pelierant, iterum depositò sarcophago in loco in quo prius fuerat altius suffoderunt. Altera verò il-
luescente die inuenerunt cum iterum foris iectum in medio esse atrij, & sic intellexerunt magna-
lia Dei. Ex hoc enim à nullo tactus vsque hodiè in loco quo iectus est, in testimonium reseruatur.
Hæc de temerariis dicta sufficiant.

CAP. XC. VINCENTIVS autem vel Leuita, vel martyr, Hispaniis martyrium consummauit. Apud termi-
num verò Pictauum vicus est in Arbatilico nomine Becciaco, in quo eius habentur reliquiæ. Cuius
solennitas duodecimo Kalendas mensis vndecimi celebratur. Sed incolæ loci, & præcipuè archi-
presbyter errorem nescio quem passus, ante diem eam voluit celebrari. Dictis igitur Missis, cum ad
conuiuium resederent, ecce vnus ex energumenis clamare cœpit, ac dicere, Currite ciues, egredi-
Energumeni clamor. mini à vico, exite obuiam beato Vincentio: ecce ad vigilias venit, ecce festa eius crastino habituri
estis die. Hæc eo dicente, renouant solẽnia, & tota nocte in vigiliis excubãt. Mane autẽ facto dum
Missarum mysteria celebrarentur: & hic energumenus qui aduẽtum sancti prædixit, & alij cum eo- K
dem duo mundati sunt: sed & paralytici ipsa die directi sunt: & sic à festiuitate cum lætitia est discef-
sum. Cum autem reliquiæ eius à quibusdam peregrinis deferrentur ad Ceratensem Turonicæ vr-
bis vicum, accesserunt, ibíque ad tugurium cuiusdam pauperis deferentes, susceptí sunt: in crastino
Vincentij sanationes. autem duo paralytici super hæc pignora acceperunt gressum, vnúsque cæcus lumen recepit. Haud
procul autem ab illo vico est alius, quem Orbaniacum vocant, in cuius Ecclesia huius sancti ha-
bentur reliquiæ: quæ cum à furibus ablatæ fuissent, & ipse qui easdem abstulerat in Biturigo cui-
dam abbati accepto precio reliquisset, reuelatum est abbati vt eas loco vnde dimotæ fuerant
restauraret. Nihilominus & archipresbytero huic monasterio propinquo per visum manifestatũ est,
ne penitus moras innecteret ad restituendum. Quas acceptas cum psallendo deferret, homo qui-
dam qui per annum integrum oppressus graui ægritudine decubabat, inter suorum deportatus ma-

A nus, vt velum quo sanctæ tegebãtur fauillæ adorans suppliciter osculatus est: mox compressa infir-
mitate sanatus, exequiis martyrialibus cum reliquis est secutus.

EVLALIA gloriosa apud Emeritam vrbem passa, mágnum miraculum in die immolationis suæ CAP. XCI.
populis profert. Sunt igitur ante eius altare, quo sancta membra teguntur, tres arbores, sed ignarus
ego cuius sint generis. Cúmque iam medio mense decimo, quando eius passio celebratur, sint ab
omni foliorum decore nudatæ, ea die illucescente cælo, in modum columbæ alitis flores proferunt *Flores Eulc-*
suauitatis, scilicet quòd sanctus eius spiritus in columbæ specie penetrauerit cælos, & quòd beatũ *liæ columbæ*
eius corpusculum iam exanime vestibúsque nudatum, nix cælitus decidua molli vellere cõtexisset. *similes.*
Quod miraculum si solitæ arbores protulerint libertate, scit populus sibi annum vel pressuris va-
cuum vel frugibus plenum. Quòd si tardius flores ex more paruerint, cognoscit plebs sua hoc fieri
noxa: nam priusquam erumpant, querula ad sepulchrum martyris ac mœsta decumbit, deprecans
vt solitam promereatur conspicere gratiam: sed nec psallendo procedit, si hæc manifestata non fue-
rint: iam si placatur martyr à lachrymis plebis, emergunt protinus ex arboribus gemmei flores, qui
B odorem nectareum respirantes, animi mœstitiam & aduentu lætificent, & reficiant suauitate. De-
hinc diligenter collecti, & in basilicam sacerdoti delati, processio cum gaudio celebratur: nam &
hos flores sæpius infirmis prodesse cognouimus.

QVODAM tempore Felicis martyris basilica à furibus est effracta. Hic verò martyr in Gerun- CAP. XCII.
da Hispaniæ passus est vrbe. Fur verò adprehensis palliis sericis, textis auro monilibúsque exorna-
tis cum reliquis ornamentis abscessit. Quo eunte coniungitur ei homo ignotus, interrogans quò
pergeret. Cui ille respondit, Si fermo meus occuleretur tecum, ostenderem tibi thesaurum magnũ.
Et ille, Ostende, ait, quæ volueris: totis à me obtegitur viribus. At ille ostendit ei species illas, dicẽs,
Si in aliis hæc regionibus venundantur, vtrique nostrum magnum inferũt lucrum. Et ille, Ego sum,
inquit, homo cui in diuersis regionibus multi habentur amici, & est mihi domus magna atque se-
creta: si hæc in ea posueris, deinceps cum libuerit, venundabis. Et precedens sequebatur homo cum
sarcina, putans se ad aliam duci vrbem: cõcluserat enim Deus oculos eius, & non cognoscebat quia
per viam qua venerat, regrediebatur. Quid multa? Peruenitur ad basilicam sancti, & ait ad cum vir,
C Ecce domum de qua locutus sum tibi: ingredere & depone sarcinam tuam. Ille quoque ingressus *Apparitio.*
est: verum vbi deposita sarcina, cœpit adspicere, ad se reuersus, cognouit basilicam sancti, de qua res
illas abstulerat: vir autem iam recesserat ab eo. Et sic cũcta quæ cum viro illo gesserat, populis enar-
rauit: vnde indubitatum est ipsum ei martyrem beatum adparuisse. Huius reliquiæ apud Narbonẽ-
sem basilicam retenentur. Sed cum huius ædis altitudo ne Liguria, quod est locus amœnissimus, à
palatio regis cerneretur, arceret, contulit hæc cum Leone consiliario rex Alaricus. Qui ait, Depo-
natur ex hoc ædificio vna structuræ machina: & rex quæ placuerit, liberius contemplabitur. Et sta-
tim vocatis operariis, idem consiliarius humiliauit basilicam sancti ædificiis, non meritis. Sed ille
protinus lumine caruit oculorum.

CALAGVRRIS autem vrbs Hispaniæ Hemeterium, Chelidoniúmque martyres gestat, sæpè ab CAP. XCIII
eorum virtute miracula cernendo diuersarum ægritudinum medicamina capit. Hi etenim marty-
res à persecutore comprehensi, & ad supplicium rapti, dum diuersis pœnis afficerẽtur ob diuini no-
minis confessionem, excepta vltimæ damnationis sententia, deducuntur ad decollandum. Cúmq;
D eorum capita lictor incideret, miraculum populis magnum apparuit. Nam vnus anulus orariúmq; *Annulus & orarium.*
alterius nube susceptum est, & in cælis euectum. Viderunt hæc omnes qui aderãt, & vsquequò acies
oculorum intendere potuit, fulgorem auri, cãdorémque lintei suspectu sequebantur adtoniti. Præ- *Aurelius Cle-*
bet huius rei testimonium Aurelius Clemens in libro Coronarum, his versibus dicens, *mens.*

Illa laus occulta non est,
Nec senescit tempore.
Missa quæ sursum per auras
Euolarunt munera,
Quæ viam patere cæli
Præmicando ostenderent.
Illius fidem figurans
Nube fertur anulus:
Hic sui dat pignus oris
E *Vt ferunt orarium.*
Quæ superno rapta flatu
Lucis intrant intimum.
Per polis liquentis axem
Fulgor auri absconditur.
Ac diu visum sequacem
Textilis candor fugit,
Subuehuntur vsque in astra
Nec videntur amplius.

CYPRIANVS beatissimus Carthaginensis & antistes & martyr, salutem sæpius infirmis suppli- CAP. XCIIII.

cantibus præstat, in cuius basilica analogius in quo libro suprapositio cantatur aut legitur, mirabiliter compositus esse refertur. Nam ex vno lapide marmoris totus sculptus adscribitur: id est, mensa desuper ad quam per quatuor gradus adscenditur: cancelli in circuitu, subter columnæ, quia & pulpitum habet, sub quo octo personæ recipi possunt. Qui nunquam ibi vllo ingenio potuit exhiberi, nisi virtus martyris præstitisset. F

Analogius.

CAP. XCV.

SEPTEM verò germanorum qui apud vrbem Ephesum requiescunt, hæc est ratio: Tempore Decij imperatoris, cum persecutio in Christianos ageretur, septem viri comprehensi sunt ducti coram principe: horum nomina hæc sunt, Maximianus, Malchus, Martinianus, Constantinus, Dionysius, Ioannes, Serapion: qui diuersis verbis tentati vt cederẽt, nequaquam adquieuerũt. Imperator verò pro elegantia eorum ne in momento perirent, spacium tractandi indulget. At illi in vnam se spelunca condunt, ibique per multos dies habitauerunt: egrediebatur tamen vnus ex eis, & comparabat victus, & quæ necessaria erant exhibebat. Reuertente autem imperatore in eãdem ciuitatem, isti petierunt à Domino vt eos ab hoc periculo dignaretur eruere. Factáque oratione prostrati solo, obdormierunt. Cúmque imperator didicisset eos in hoc antro morari, nutu Dei iussit os spelunca magnis lapidibus oppilari, dicens, Ibi intereant qui diis nostris immolare noluerunt. Quod dum ageretur, quidam Christianus in tabula plumbea nomina & martyrium eorum scribens, clam in aditu cauernæ priusquam oppilaretur, inclusit. Post multorum verò annorum curricula, cum data Ecclesiis pace Theodosius Christianus obtinuisset imperium, surrexit hæresis immunda Sadducæorum, qui negant resurrectionem futuram. Tunc quidam ciuis Ephesius dum caulas ouibus secus mõtem ipsum facere destinat, ac lapides diuoluit, ad coaptanda earum septa, ignarus quæ agerentur introrsum, patefecit ingressum eius, non tamen cognouit arcanum quod habebatur intrinsecus. Dominus autem immisit septem viris spiritum vitæ, & surrexerunt. Putantésque quòd vna tantùm nocte dormissent, miserunt puerum vnum qui cibos emeret. Cúmque veniens suprà portam ciuitatis, vidisset crucis glorioſæ signaculum, audisétque per Christi nomen iurare populum, obstupuit: prolatísque nummis quos à tempore Decij habebat, à mercatore comprehenditur, dicente sibi, Quia absconditos antiquitus thesauros reperisti. At ille negans, deducitur ad Episcopum ac iudicem ciuitatis. Cúmque ab his argueretur, compellente necessitate absconditum mysterium reuelauit, & deduxit eos ad spelunca in qua viri erant. Cúmque ingrederetur Episcopus, inuenit tabulã plumbeam in qua omnia quæ pertulerant habebantur scripta, locutúsque cum eis, nunciauerũt hæc cursu rapido imperatori Theodosio. At ille veniens adorauit eos pronus in terra, qui tali conloquio cũ eodem vsi sunt principe: Surrexit glorioſe Auguste, hæresis, quæ populum Christianum à Dei promissionibus conatur auertere, vt dicant, non fieri resurrectionem mortuorum. Ergo vt scias quia omnes, iuxta Apostolum Paulum, repræsentandi erimus ante tribunal Christi, idcirco iussit nos Dominus suscitari, & tibi ista loqui. Vide ergo ne seducaris, & excludaris à regno Dei. Hæc audiens Theodosius imperator, glorificauit Dominũ, qui non permisit perire populũ suũ. Viri autẽ iterum prostrati in terram, obdormierunt. Quibus cum Theodosius imperator sepulchra ex auro fabricare vellet, per visum prohibitus est ne faceret. Viri vsque hodiè palliolis sericis aut carbasinis cooperti, in ipso loco requiescunt: quod passio eorum, quam Syro quodam interpretante, in Latinum transtulimus, plenius pandit. G H

Historia Septẽ dormientium, Niceph. li. 14. ca. 45. Simile quiddã Paul. Diaconus de septem quoq; dormientibus in Germania refert de gestis Longobard. lib. 1. cap. 3.

Hæresis Sadducæorum.

Pisto.

CAP. XCVI.

FERVNT autem fuisse apud Armeniam quadragintaocto viros, qui in ipsos montes Armeniæ, in quibus præ altitudine nimia magno frigore aquæ & terræ restringitur, passi sunt. Quorum montium celsitudinem non paruam esse Legislator exponit, cum super eos arcam à Noë fabricatam requieuisse ait. Ibi effossa persecutor terra, cisternam magnam efficiens, aqua repleri iubet: nudatósq; viros ligatis post tergum manibus, in lacum gelu concatenatum præcepit poni, succenso è regione balneo, dicens, Eligite è duobus vnum, aut in isto frigore Christum vestrum confessi deficite, aut negantes oblato diis sacrificio ad balneum conuolate, vt possitis viuere, & non malè propter crucifixum hominem mori. Negantibus quoque cunctis sacrificare dæmoniis, videt custos eorum quadraginta octo coronas preciosissimas è cælo dilapsas descendere super capita virorum, & vnam quoque earum reuocari (defecerat enim fides viri vnius) & protinus relictis satellitibus velociter ad balneum conuolauit: immolatísque victimis, honoratus à præside in balneo tepenti ablutus est, excepturus in posterum perpetui ignis supplicium. Hæc custos ille, vt diximus, cernens, voce magna proclamat se Christianum esse, dicens, Cum iisdem mori desidero. Nec mora, diuersis pœnis affectus, spoliatur veste, non fide: & in lacum ponitur, frigora cum reliquis perpessurus, sed adepturus coronam, quam miser ille perdiderat. Iam enim virorum emortua erant frigore corpuscula, & dentibus in se collisis, ipse quoque vocis sonitus claudebatur: vnum tantùm murmur orationis cœlo ab arcanis pectoris inlabebatur, notum soli Deo, qui nouit occulta cordis. Tremebant fessi artus tam inedia quàm pruina: erat spes cælo intenta, iam carne præmortua. Interea iudex iniquus, amotis lymphis balneum succendi septuplum iubet, vt scilicet quos algor non laxauerat, incẽdia sæua dissoluerent. Producuntur viri è lacu, confessi Christum, mittuntur inter æstuantes ignium vapores: sed sustinent patienter inlata supplicia, vt maiorem accipiant palmam. Denique in his relinquentes corpora, animas Christo tradentes, martyrium consummauerunt in pace. Tunc præses victum se eorum constantia cernens, putans vel mortuos posse vincere qui viuentes superare nequiuerat, I

Noë arca in mõtibus Armeniæ quieuit.

Quadraginta octo martyres Armeniæ.

K

A uerat, iussit ipsa deinceps exuti corpuscula, & in flumen propinquum iactari: quod cum factum fuisset, miraculi nouitas fletibus Christianis apparuit. Restetit igitur vnda, nec ossa semiusta absorbuit, sed super se tanquam commendata, sustenuit: & sic collecta à Christianis gaudentibus, cum honore dignissimo tumulata sunt.

CAP. XCVII.

SERGIVS quoque martyr multa signa in populis facit, curans infirmitates, sanánsque languores fideliter deprecantium. Vnde agitur vt ex hoc ingenti basilicæ vel promittantur vota vel munera deferãtur, ex quibus nihil omninò licet subtrahere aut auferre. Quod si quis fecerit, mox iudicium aut notæ aut mortis incurrit. Ob hanc verò deuotionem multi res suas sancto deuouent, scilicet vt eius virtute muniti non diripiantur à malis. Denique anus erat exigua, & credo Euangelicæ illius pauperculæ similis, quæ quondam duo minuta, cum nihil aliud haberet, in gazophylacium deuotè iactauit. Ergo hæc pauculos gallinarum pullos habebat, quos ex voto basilicari ditioni subdiderat, daturæ domo ipsius cum necessitas flagitasset. Igitur cum ad festiuitatem sancti, multi populi aduenissent, duo conuentione facta, qui hos pullos olim viderant, vnum furto subtrahunt, incisóque capite detractis plumis, truncatísque pedibus, positum in vase cum aqua super ignem leuant, instantérque succendunt. Feruet autem latex validissimè, sed cato furtiua non coquitur. Etiam feruendo aqua consumitur, nec prorsus pullus ille mollitur. Tentant crebrò manibus, & vnguem conãtur infigere, sed duriorem sentiunt quàm missent. Interim adsunt conuiuæ euocati ad epulum, nullatenus sumpturi de apparatu. Exstat mensa niueis velata mantilibus, opere plumario exornata. Conuersis cibis in nouam duritiã, catinus lymphis sæpè diluitur, sed nihil coctum quod in eo exhibeant; inuenitur, sicq; nouo miraculo epulis redactis in saxum, confusis inuitatoribus, verecundantibus inuitatis, à cœna cum pudore discessum est. B

Sergij virtus contra latrones.

CAP. XCVIII.

DVO verò gemini, Cosmas scilicet & Damianus, arte medici, postquam Christiani effecti sunt, solo virtutum merito & orationum interuentu, infirmitates languentium depellebant, qui diuersis cruciatibus consummati, cælestibus sunt coniuncti, multa miracula incolis ostendentes: nam si quis infirmus ad eorum sepulchrum fide plenus orauerit, statim adipiscitur medicinam. Referunt etiam plerique apparere eos per visum languentibus, & quid faciant indicare: quod cum fecerint, sani discedunt. Ex quibus multa audiui, quæ insequi longum putaui, hoc existimans posse sufficere quod dixi, Cuncti fideliter deprecantes sani discesserunt. C

cosmas & Damianus medici fideles. Apparitio salutaris.

CAP. XCIX.

FOCAS quoque martyr & ipse his martyribus regione coniunctus, apud Syriam requiescit, qui post multas quas pro nomine redemptoris est passus iniurias, qualiter de antiquo illo serpente triumphauerit, hodiéque populis declaratur. Denique si in quempiam in his locis coluber morsum stringens venena diffuderit, extemplò qui percussus est, vt ianuam atrij quo martyr quiescit, adtigerit, compresso tumore, euacuata virtute veneni, saluatur. Ex quibus nonnulli, vt celebre vulgatum est, iam tumidi malæ bestiæ ictu, iam toto corpore incrassante veneno, in hoc perflati vt spiritum exhalarent, inter manus delati, & in atrio positi, sunt sanati, nec vnquam ob hoc virus ebire hominem fas est, si sacrum limen fide plenus adtigerit.

Focas martyr venena depellit.

CAP. C.

DOMITIVS equidem alius martyr in hac habetur regione, qui cum multa beneficia incolis præster, ischiaticis tamen veloci virtute medetur. Nam fertur ab hoc sanctus fuisse, dum in corpore esset positus, dolore detentus: denique cum multis, vt diximus, in hac necessitate laborantibus mederetur, quidam Iudæus ab ipsa infirmitate correptus, sancti basilicam, quanquam Christo non crederet, deuotus tamen expetiit, seq; ad ianuam atrij deponi præcipiens, indignum se esse vociferans; qui sanctum limen ingrederetur: aiebat enim, Scio me quidem glorioſe martyr, legis velamine obcæcatum, cui tu imparciri misericordiam dedigneris: sed nunc ad te confugio, & supplex tuam misericordiam posco, vt aduersa prius infirmitate corporea, languorẽ incredulitatis auellas. Hæc cum ante portam aulæ fateretur, adueniẽte nocte obdormiuit: sed martyr beatus non longi spacio temporis distulit misereri. Igitur ea nocte visitans ægrotum per somnium, iussit recedere sanum. At ille expergefactus, sentit se redditum incolumitati, confestíque Christum Dei esse saluatorem mundi, sanus abscessit. Quod videntes Christiani, qui in ipsa tenebãtur infirmitate, querimonias sancto inferunt, dicentes, Ecce nos benè Deum confessi, necdum meruimus liberari, & incredulus hic in Christum regem circumcisus carne, non corde, sanus abscedit. Et hæc dicẽtes, cum ira lychnos basilicæ qui ex camera dependebant, comminuere cœperunt. Sed nec his defuit misericordia postulata: nam ipsa die sanati, ad propria sunt regressi. D E

Iudæus interpositione Pontij martyris sanatus, Christo credit.

CAP. CI.

MVETA de Georgio martyre miracula gesta cognouimus, de quibus pauca locuturus sum: huius enim reliquiæ cum reliquorũ sanctorum à quibusdam ferebantur. Sed cum portitores ad locum quendam Lemouicini termini aduenissent, vbi iam pauci clerici conserto ligneis tabulis oratorio, dominum assiduè precabantur, mansionem postulant. Susceptíque benignè, noctem cum cæteris fratribus psallendo deducunt. Mane autem facto, adprehensam capsulam leuare penitus non valebant. Denique cum iter agere sine pignore sancto nequirent, & eis maximus dolor animi insedisset, intelligunt inspirante Deo sibi aliquid ex his in loco relinquere oportere. Tunc inquisitis ligaturis, diuisíque partibus illis seniori qui cellulæ præerat, largiuntur, relinquentes partem patrocinij, sumentes facultatem quò voluerant abeundi. Habentur etiam eius reliquiæ in vico quodam Cenomannensi, vbi multa plerunque miracula ostenduntur. Nam cæci, claudi, frigoritici, vel reliqui infirmi,

Gregorius martyr.

ſæpius ibi ſanitatum gratia munerantur.

CAP. CII. *Energumeni aqua liberãtur. Iſidori cereus ardens.* ISIDORVS martyr in inſula Chio quieſcit, (ſic enim nomen eſt in ſulæ) puteum in baſilica ſancti habens, in quo & fertur iniectus, de cuius aqua energumeni febricitantéſque vel reliqui infirmi ſæpius potati, ſaluantur. Dicitur ibi etiam lumen, quaſi cereus ardens à fidelibus ſæpè videri. Sed & ego vidi Preſbyterum qui ſe affirmabat hoc lumen de ore putei crebrius contemplatum eſſe. In hac enim inſula & granum colligitur maſticis ab arboribus, quæ, vt ferunt celebre, aliis non inueniuntur in regionibus.

CAP. CIII. *Iuliana opes conuertit ad decorem domus Domini.* APVD Conſtantinopolim verò magno cultu Polyoctus martyr colitur, pro eo præcipuè quòd cum magnis virtutibus polleat, in periuris tamen præſens vltor exſiſtit. Nam quicunque vt adſolet, occultum ſcelus admiſerit, & data ſuſpicione ad hoc perductus fuerit templũ, aut ſtatim quod amiſit virtute martyris perterritus confitetur: aut ſi periurauerit, protinus vltione diuina percellitur. Huius baſilicæ cameram Iuliana quę vrbis illius matrona, auro puriſſimo texit, hoc modo: Cum ad imperatorem Iuſtinianum fama facultatis eius multis narrãtibus perueniſſet, ad occurſum illius properare celerius non tardauit, dicens, Latere te non puto, ô venerabilis mater, qualiter à ſpecie auri theſauri publici ſint exhauſti, dum vos quietos eſſe volumus, dum patrias defenſare ſtudemus, dum gentes nobis placamus, dum ſolatia diuerſorum dando conquirimus. Ergo quia tibi potentia maieſtatis diuinæ multum contulit auri, quæſo vt nobis manum porrigas, atque aliquid pecuniæ commodes, vt ſcilicet cum tributorum publicorum fuerit ſumma delata, ilicò tibi quæ commodaueris reformentur, ac in poſtero laudis tuæ titulo præcurrente, canatur, vrbem Conſtantinopolitanam à Iuliana matrona fuiſſe pecuniis ſubleuatam. At illa intelligens imperatoris ingenium, ſapienter obtegit quæ Deo deuouerat, dicens, Paruitas reddituum meorum tam de tributis quàm quod de fructibus ſperatur, per ipſas adhuc reſidet domos: ſi ergo gloria veſtrá recipiendi ſpacium tribuit, cum collectum fuerit, conſpectui veſtro repræſentatur. Cúmque oculis propriis cuncta cõtemplati eritis, quæ placuerint & relinquetis, & auferetis, erit mihi ratum quod voluntas cordis veſtri cenſuerit. His ita deluſus imperator verbis, ad palatium gaudens rediit, putans ſe hanc pecuniam iam in theſauris publicis retenere. At illa vocatis artificibus, quantum reperire auri in promptuariis potuit, tradidit occultè dicens, Ite, & factis iuxta menſuram tignorum tabulis, beati ex hoc Polyocti martyris cameram exornate, ne hæc auari imperatoris manus adtingat. Illi verò perfecta omnia quæ matrona præceperat, cameræ affixerunt, texerúntque ex auro mundiſſimo. Quo opere explicito, vocat mulier Imperatorem, dicens, Paruitas pecuniolæ quam coniungere potui, adeſt: veni ad contemplandum eam, & quod libuerit facito. Surrexit gauiſus imperator de ſolio, nihil percepturus ex auro: pergit ad domum mulieris, putans ſe copioſos theſauros palatio deportare. Cui cum mulier occurſum humiliter reddidiſſet, inuitat in templum martyris ad orationem: erat enim proximum domui eius, & hæc quæ habere potuerat, loco illi delegauerat ſancto. Adprehẽſa enim imperator manu mulieris, eo quòd eſſet ſenex, ingreditur ædem: proſternitur ad orationem, qua expleta, ait mulier, Suſpice, quæſo, cameram huius ædis glorioſiſſime Auguſte, & ſcito quia paupertas mea in hoc opere contenetur. Tu verò quod volueris, exindè facito, non aduerſor. Ille verò ſuſpiciens atque admirans, erubuit: & ne pudor eius manifeſtaretur, conlaudans opus, & gratias agens, abſcedere cœpit. Sed ne rediret vacuus à munere, extractum mulier anulum à digito, cuius gemmam vola concluſerat, qui non amplius auri pondus quàm vnius ſemiunciæ contenebat, obtulit, dicens, Accipe imperator ſacratiſſime, hoc munuſculum de manu mea, quod ſupra precium huius auri valere cenſetur. *Annulus valoris maximi.* Erat enim in eo lapis Neronianus, miræ viriditatis ac ſplendoris: qui cum fuiſſet oſtenſus, omne aurum quaſi in viriditatem viſum eſt conuertiſſe à pulchritudine gemmæ. At ille accipiens, & iterum atque iterum gratias agens, & collaudans matronam, in palatium eſt regreſſus. Vnde non eſt dubium etiam in hac re martyris huius interceſſiſſe virtutem, ne opes locis ſanctis & pauperibus delegatæ, in illius transferrentur dominationem, cuius non fuerant ſtudio congregatæ.

CAP. CIIII *Fælix perſecutionẽ fugit.* DE Felice Nolano martyre, quia hiſtoria paſſionis non eſt in promptu, iuxta id quod beatus Paulinus verſu conſcripſit, pauca huic lectioni oblectat inſerere. Hic enim à Maximo prædictæ vrbis pontifice, preſbyterij honore præditus, quantæ fuerit ſapiẽtiæ eruditioníſque, non modò Chriſtianis, verumetiam ipſis quoque paganis occuli non potuit. Cum autẽ imperatorũ decreta Chriſtianos inſequi præcepiſſent, Maximus pontifex iam ſenio prægrauatus, putans ſe non poſſe ferre ſupplicia, ſiluarum ſaltus adiuit, quos dum turbidus de hac perſecutione pererrat, affectus fame, gelu attritus, ſolo corruit ſemiuiuus. At Felix Preſbyter captus, cum multa de deorum portentis, quòd nihil fuerint, diſputaſſet, percurſis diuerſorum ſuppliciorum generibus carceri diiudicatur, in quo non mediocribus vinclis tenebatur adſtrictus. Nocte autem media venit ad eum Angelus Domini, & confractis cathenis, ſciſſáque trabe qua pedes eius concluſi erant, ait, Surge, & ſequere me. Qui ſurgens egreſſus eſt cum eo ianuam carceris, dixitque ei Angelus Domini, Conſcende ad montana, *Apparitio Angeli.* & require ſacerdotem tuum: inuentúmque ac refocillatum, reduc ad vrbem, & in loco abſcõde ſecreto, ne inedia ac rigore depereat, donec deſinat perſecutio à Chriſtianis. Accepto Felix mandato, pergit quò neſciebat, ſed prouidente Deo reperit ſacerdotem ſolo proſtratum, clauſis oculis, ſtrictíſque

ſtrictíſque dentibus, in quo nihil aliud quàm tenuis anhelitus inſpirabat: interpellatóque nullum ſermonem potuit elicere, tactóque, ſenſit eius membra hyeme rigida, & abſque vllo vitali tempore præmortua. Anxius autem eum nullum alimentum eſſet quod periclitanti porrigeret, neque quo ignis accenderetur haberet, dum ſtaret attonitus, quaſi de æthereis ſedibus dilapſum quod ita erat munus contemplatur angelicum. Ecce enim de ſente quæ erat proxima, vuam pendere admiratur, de qua granis in os confeſſoris expreſſis, paululum ſenior refocillatus, erectus eſt: quem humeris impoſitum tanta velocitate detulit, vt putaretur magis ille ferri quàm ferret: ſic tugurio cuiuſdam viduæ commendato alimentum præbuit, donec inſecutio Chriſtiana diſceſſit. Quo ſacerdote migrante, Felix electus à populo, vt cathedræ eccleſiaſticæ ſuperponeretur, noluit acquieſcere: Quintus nomine Presbyter, Epiſcopus ordinatur. Orta igitur perſecutione Catholicorum, cum Felix Preſbyter in platea populum moneret ne à recto itinere deuiaret, perſecutor miſſus adfuit, & ignotus Felici Preſbytero, ſollicitus ipſe cœpit eſſe quíſnam eſſet Felix: dextra ille innuens, ait, Hanc in partem abiit: quo diſcedente hic latebram petiit, ſéque inter parietes dirutos per modicum ingreſſus aditum, occuli voluit. Nec mora, perſecutor inſequitur, ſed Deus ſollicitudinem quærentis eluſit. Nam iuſſu diuinitatis, araneæ per aditum quo martyr ingreſſus fuerat, telarum prætendunt ſtamina. At illi per veſtigium perſequentes, dum locum explorare nituntur, exordia telæ conſpiciunt, dixerúntque ad ſemetipſos, Putáſne per hæc fila homo tranſiit, quæ ſæpius tenuitas muſcarum erumpit? Et illuſi prouidentia Dei, diſceſſerunt. *Aranea famulãtur martyri.* Beatus quoque Felix, data nocte, ſeceſſit ad alium locum, in quo per tres menſes, à muliere quadam ciborum alimenta ſuſcipiens, data pace, Eccleſiæ ſuæ ac populo reſtauratur: nunquam tamen mulieris miniſtrantis faciem vidit, aut ab ea ſuſpectus eſt, dum in latibulo moraretur. Igitur in pace quieſcens, ſepultus eſt iuxta vrbem, multis ſe declarans virtutibus in populis, de quibus pauca perſtringam. Erat enim quidam pauper habens duos boues ad exercendam culturam ſuam, nec ei erat alia poſſeſſio, niſi quod ab his potuiſſet tellurem ſcindens vomere laborare. Accidit autem vt die quadam laſſus de hoc opere, veniens, his dimiſſis ſe hoſpitiolo reconderet. Nec mora, fur rapax adfuit, qui eos clam capiens, ſecum abduxit: egreſſúſque pauper in craſtino, nihil inuenit. Deinde quærit per deuia, circuit ſiluas, ſcandit montium ardua: ſed nec veſtigium quidem deprehendere poteſt. Redit ad propria, dat voces in fletu, atque cum vxore ac liberis plãgit, dicens, Væ mihi, quia iuuencis defectis hoc anno fame moriemini. Quid plura? Accedit lamentans ad ſepulchrum beati Felicis martyris: dat cum fletu gemitum, exorat vt ei virtus eius quæ perdiderat reddi obtineret à Domino. Egreſſus autem à templo, ante ipſam atrij ianuam agnoſcit boues ſuos, & ait, O magna virtus martyris, quæ mihi perditum tam velociter reſtitui fecit! Ingreſſúſque iterum, proſternitur ad pauimentum, & gratias agens, cum rebus regreſſus eſt ſuis: oculúmque hominis huius quem cæcum habebat, martyris virtus inluminauit. Ad huius quoque cellulæ parietem, quo beatum corpus tumulo conditum requieſcit, adhæret adpendens porticus, in qua dependens fune lychnus lumen loco conſueuerat miniſtrare. Ille autem cui hoc erat officium, contueri ad eius compoſitionem, accedens, laxato fune diſceſſit, quaſi oleum petiturus. Cúmque omnia tenebris nocturnalibus tenerentur operta, & funis cum vncinulis in medio portici ſubmiſſiore dependeret, quidam de adſtantibus in vigilia ſancti, nebula cellulæ quæ de exuſta ſurrexerat papyro, fatigatus, foris egreditur. Cúmque per porticum illam præteriret, vnus de vncinulis funis faciem excepit hominis venientis inlato acumine transfigens oculum eius. At ille dolorem ſentiens, extenſis celeriter palmis, vultus periclitantes cum ipſis obtegit oculis, clamans non mediocri eiulatu, ac dicens, Succurre deprecor ſancte ſacerdos, & proximum te facito percunti, qui loco proximus adſtas. Emitte ſacras per occulta medicamina manus, & extrahe malum quod aduerſatur lumini, ne lumine viduatus abſcedam, qui lumen miraculorum tuorum cernere veni. Ad huius lamentabilem vociferationem exhibito qui aderant lumine, aduertunt hominem transfixo oculo de fune pendere. Cúmque profluente ſanguine, nullus manum ad eruendum auderet adponere, martyris virtus adfuit immenſa beati, quæ ſic vncum abſtraxit, vt nec oculum erueret, nec viſum penetraret, & ſanguinis decurrentis fluentum ſtringeret: ſic eruto ferro, de *Læſus oculo ſanatur.* oculo dolore palpebrarum reſedato, virtus martyris ſancti declaratur in populo. Energumenos autem ad hanc ſacratam athletæ Chriſti ædem probatos atque purgatos ſæpius ſcripſit hic auctor. Sed ad Galliarum martyres recurramus.

CAP. CV. VINCENTIVS autem Agenenſis vrbis & ipſe martyr, cuius paſsionis hiſtoria ab incolis retenetur, Leuiticæ ſtolæ candore in Eccleſia Chriſti micans, magnis ſæpiſsimè virtutibus fulget, in peruaſoribus rerum ſuarum plerumque vltor ſeuerus exſiſtit. Tempore autem illo quo contra Gundobaldum commotus exercitus, ad Conuenienſem vrbem directus eſt, ab huius hoſtilitatis multitudine baſilica eius vallatur tota. Erat enim in ea plebs omnia rerum ſuarum præſidia confidens de reuerentia martyris, quod nullus ea præſumptione temeraria auderet adtingere, & obſeratis oſtiis, ſe ab intus cum rebus incluſerat. Circundantes autem hoſtes, cum aditum per quem ingrederentur inuenire non poſſent, ignem oſtiis ædis ſubiiciunt, quem diu multúmque ſuccendentes, non adprehendebãt valuæ, donec impulſu ſecurium cõminutis ingreſsi ſunt, diripiẽtes res populúmq; incluſum in ore gladij trucidantes. Sed non diu hæc res remãſit inulta: nam alij à dæmo-

Dæmones abripiunt sacrilegos.

ne correpti, nonnulli in flumine Garumnæ necati, multi etiam à frigore occupati, diuersis in partibus diuersorum morborum genere vexabantur. Nam vidi ex eis multos in Turonico territorio, qui in hoc fuerant mixti scelere, grauiter trucidari, & vsque ad vitæ præsentis amissionẽ intolerabilium dolorum cruciatu torqueri: multi enim ex his confitebãtur se iudicio Dei ob iniuriam martyris fuisse morti pessimæ obstinatos. Ecce quãtum Deus præstat martyribus suis: ecce qualibus eosdem laudibus Christus Dominus bellorum fidelium inspector honorat: ecce quantum præstat ipsius nominis dignitas Christiani, si non gentilium more aut inhiemus cupiditati, aut luxuriæ seruiamus.

CAP. CVI. NAM audiui præteritis annis gestum in Galliis. Mulier quædam sub specie religionis vacabat ieiuniis, orationibus insistebat, vigilabat pertinaciter, ac loca sancta deuotione simulata circuibat assiduè. Cúmque in hoc colore iustæ vitæ duraret, immensas opes à multis suscipiebat, cõgregabat aurum quotidiè, & quod deuotio Christiana pro redemendis porrigebat captiuis, loculis abdebatur occultis: & quæ dabantur inopum necessitatibus profutura, iniquis marsupiis condebantur: nam effossa mulier humo in medio cellulæ ollam immẽsam imposuit: ibique cum aliquid datum fuisset, recondebat diligenter, & lapide superposito claudens, vt nulli pateret occultum. O térque quatérq; & obiter execrãda cupiditas, quæ luce fraudans, homines demergis in tenebras! Quid plura? Cum olla impleta fuisset nummis, huic mulieri tempus resolutionis aduenit. Mortua verò, Deo migrans, in inferno sepulta est. Post cuius exequias sacerdotes qui aderant, puellam eius familiarem interrogant quid de tanta fecisset pecunia, aut si ea eroganda temporis sui permisit spacium. At illa respondit, nunquam se vidisse quòd vlli inopum manum misericordiæ porrexisset: aut quid pecunia data deuenisset, ignorare se confitetur: vnum tantùm scio, ait, quòd in cellula deportatum, regressum foras vltrà non vidi. Hæc audientes clerici, stupent, & quid ex hoc factum fuisset diligenter inquirũt, totúmque crebris ictibus pauimentum tundentibus, locus in quo occultata iacebat pecunia, tinnitum dedit impulsus, cauóque resonans prodidit quæ latebant: & statim remoto lapide inuenitur auri congeries: & clerici stupentes tantæ subtilitatis peruersitatem, episcopo quid actum fuerat indicant. Ille verò commotus, iussit referato sepulchro pecuniam super corpus exanime proiici, dicens, *Sint tua tibi quæ congregasti*: pauperibus verò Christi non deerit vnde sustententur. Nec mora, cum prima quies nocturno tempore data fuisset, audiuntur voces à tumulo, fletus & vlulatus immensus: inter quas voces hoc maximè resonabat, se miseram, se infelicem, quæ auri consumebatur incendio. Denique cum per triduum hæ voces aduenientes nocte resonarent, populis non durantibus, ad sacerdotem venitur. At ille accedens, iubet tumuli opertorium amoueri: submotóque vidit aurum quasi in fornace resolutum, in os mulieris ingredi cum flamma sulphurea. Tunc sacerdos orauit ad Dominum, vt quia malitia eius populis fuerat declarata, tandem Dominus pœnam cessare iuberet à corpore, & operto tumulo discessit, vocésque mulieris ampliùs non sunt auditæ. Vides ergo quantum distat inter conuersationem cælestem & opulentiam secularem: quantum distat inter martyrum diuitias & seculi pompas: vides qualia martyribus sint collata præmia ad vitæ religiosæ compendia: & tu ó homo mortalis, non declinas à sceleribus, non cessas à vitiis, non agonizas cum concupiscentiis sæuis? te inlicit oculus, dum contemplaris aliena, cum sanctum martyrem non deflexit diuitiarum oblatio opulenta? Tu cogitationibus iniquis fluctuaris, & cedis, cum ille martyr non cessit flammis & vngulis? Te vnum desiderij pessimi iaculum sauciat, cum Christi martyrem exturbare à iustitiæ tramite nec turbo verberum præualuit nec cataста? hæc martyr sustenuit, visibili vt tu vsus corpore: & tu inuisibiles non refrenas corporis commotiones? & licet iuxta apostolum caro concupiscat aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, & hæc inuicem aduersentur sibi, vt non quod volumus illud geramus, tamen vide quid ait idem doctor, *Video legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati.* Ergo si te senseris captiuum abduci in lege peccati, tuta frontem tuam signo crucis insigni, quo propellas iaculum huius insidiæ, quia iuxta Prudentium,

Auara tunditur ad inferos.

Auara tormentum.

Crucis virtutes.

Crux pellit omne crimen:
Fugiunt crucem tenebræ.
Tali dicata signo
Mens, fluctuare nescit.

Nam qualis sit huius vexilli sacratissimi fortitudo, quid contigerit nuper, euoluam.

CAP. CVII. PANNICHIVS Pictauensis termini presbyter, dum ad conuiuium cum amicis quos euocauerat resederet, poculum poscit: quo accepto musca importunior circumuolans, inquinare poculum nitebatur. Quam cum sæpius manu presbyter abegisset, & illa paululum eleuans rursus reuerti niteretur, sensit esse insidiam inimici, susceptóque læua poculo de dextera signum crucis facit: mox in quatuor diuisus partes liquor qui inerat, eleuata in excelso vnda, terræ diffunditur. Patuit nanque manifestissimè hoc insidiam fuisse inimici. Ergo, & tu, si viriliter & non tepidè signum, vel fronti, vel pectori salutare superponas, tunc resistendo vitiis martyr habeberis, quia & ipsi martyres ea quæ vicerunt, non suis viribus, sed Dei hæc auxiliis per signaculum crucis gloriosissimè peregerunt, in quibus vt sæpè diximus, ipse Dominus, & dimicat, & triumphat: vnde oportet, & nos eorum patrocinia expetere, vt eorum mereamur suffragiis adiuuari, vel quod nostris

Gratia Dei virtute crucis martyres vicerunt.

A stris digni non sumus meritis obtenere, eorum possimus intercessionibus adipisci, vt adiutorio sacratæ Trinitatis vsi, effici mereamur martyres carnalibus desideriis abdicatis, vt ipse dicit. Qui pro se fideliter dimicãtes lapidibus preciosis coronat in cælo, alumnos cultoréque amicorum suorum, protegere dignetur in seculo, ac præstet vt adsistant martyres inuocati à suis, quos post victoriam paradisus beatitudinis retenet immortales, vt in illos gloria æterna circundat, nos aut excuset mediatrix venia, aut leuis pœna pertranseat: nec damnet reos pro criminis actione in perpetuum, quos preciosi sanguinis commercio reparauit.

B

GEORGII FLORENTIS GREGORII, EPISCOPI TVRONICI, MIRACVLORVM MARTYRVM, LIBER II.

De passione, virtutibus & gloria S. Iuliani Martyris.

CAP. I.

C MAGNVM in nobis quodammodo igniculum ad iustitiæ suæ adipiscendam semitam pietas diuina succendit, cum dicit, *Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum*, ostendens quòd qui iustitiam ex toto corde dilexerit, cum deprecatus fuerit, audiatur à Domino. Vtinam quisque nostrum cum hæc tentare cœperit, statim spretis mundi scandalis, neglectis concupiscentiis vanis, derelictísque semitis prauis, iustitiæ viam expeditus & sine impedimento secularium actionum conaretur inrepere. Per hanc enim viam Abel iustus suscipitur, Enoch beatus adsumitur, Noë reseruatur, Abraham eligitur, Isaac benedicitur, Iacob dilatatur, Ioseph custoditur, Moyses sanctificatur, Dauid prædestinatur, Salomon ditatur: tres pueri inter incendia rorulenta vaticinantur, Daniel inter innocuas bestias pascitur. Per hanc viam apostoli diriguntur, martyres beati glorificantur. Et qualiter? inquis. Scilicet dum infirma curant, mortua suscitant, præsentia cõtemnunt, futura desiderant, tortores despiciunt, pœnas non sentiunt, ad cælestia regna cõtendunt. Quod proculdubio virtute propria non obtenerent, nisi per viam iustitiæ rectissimè incedentes à Domino audirentur. Sic & inclytus martyr Iulianus, qui Viennensi ortus vrbe, Aruernis datus est martyr, ab hoc igne succensus, hæc concupiuit ac mente tota desiderauit. Quia cum esset apud beatissimum Ferreolum, iam tunc martyrij odore flagrabat, qui relictis diuitiis ac propinquis, tantùm ob solius amorem Martini, Aruernum aduenit. Sed nec hoc sine diuino mandato peregit, cum tũc persecutio in Viennensi vrbe ferueret. Legerat enim, Dominum prædixisse, *Si vos persecuti fuerint in ista ciuitate, fugite in aliam.* Contulit ergo se hic in Aruernum territorium, non metu mortis, sed vt relinquens propria, facilius peruenire ad palmam: metuebat enim ne ei parentes essent obuij, si inter eos hoc certamen inisset: & perderet miles Christi coronam gloriæ, si legitimè non certasset. Igitur instante persecutione ad Briuatensem vicum, in quo fanatici erroris næniæ colebantur, aduenit. Et cum insequi aduersarios nutu Dei sensisset, à vidua quadam se occuli deprecatur. Quem illa tegens, illicò martyre poscente, detexit, qui suis insecutoribus ita iussit, Nolo, inquit, diutius commorari in hoc seculo, quia sitio tota animi auiditate iam Christum. At illi, eductam vibranti dextera frameam, deciso capite, in tres, vt ita dicam, partes glorioſus diuiditur martyr. Nam caput Viennam defertur, artus Briuate reconduntur: felix anima à Christo conditore susciptur. Senes quoque qui sacrosanctum corpus mancipauerant sepulturæ, ita redintegrati sunt, vt in senectute summa positi tanquam iuuenes haberentur. Caput quoque eius Ferreolus martyr accepit, completóque certamine tam illius mẽbra quàm istius caput in vnius tumuli receptaculo conlocantur. Quod ne cuiquam fortassis videatur incredibilis esse narratio, quæ audiui gesta, fideliter prodam.

Iustitia Sanctorum.

Sepultores Iuliani repuerascunt.

CAP. II.

QVODAM autem tempore dum ad occursum beati Nicetij antistitis vsque Lugdunum processissem, libuit animo, non aliter nisi orationis causa, Viennam adire, & præcipuè sepulchrum visitare Ferreoli martyris glorioſi: inſederat enim menti propter antiquam dilectionem eorum, me sic esse eius alumnum vt Iuliani. Denique oratione facta, erigo oculorum aciem ad tribunal, conſpicióque in eo versiculos hoc modo conscriptos,

D *Heroas Christi geminos hæc continet aula:*
Iulianum capite, corpore Ferreolum.

Cúmque hæc legens, ædituum consulerem cur hæc scripta sic fuerint, respõdit, Basilica S. martyris

Ferreoli, ſuper ipſum Rodani littus ab antiquis fuerat collocata: denique cum impulſante violentia amnis, porticus quæ ab ea parte erat locata, conrueret, prouidens ſacerdos Mamertus nomine, F
qui tunc Viennenſem regebat Eccleſiam, ruinam futuram præueniens, aliam baſilicam eleganti opere, & in ipſa menſura ſagaci intentione conſtruxit, illuc ſancti martyris transferre cupiens corpus. Aduenit autem ad hoc opus abbatum atque monachorum magnus numerus, vigilatáque nocte accepto ſarculo, fodere cœperunt. Cúmque in profundo deſcenderent, tria ſepulchra reperiũt, ac confeſtim ſtupor mentes ſpectantium inuadit. Nec quiſquam erat certus quiſnam eſſet beati martyris tumulus. Igitur cum ſtarent omnes in hebitate mentis attoniti, inſpirante, vt credo, diuinitate, vnus ex circunſtantibus exclamat, dicens, Antiquitus referri ſolitum erat, & celebri per populos ſermone vulgatũ, caput Iuliani confeſſoris in ſepulchro reteneri martyris Ferreoli, ſi opertorio amoto vnuſquiſque conſideretur: & ſic poteſt quæ ſint membra Ferreoli martyris protenus inueniri. Hæc audiens ſacerdos, cunctos iubet in oratione proſterni: qua impleta, procedit ad tumulos, detectóſque duos ſingulos in iis quieſcentes inuenit viros. Cúmque aperuiſſet & tertium, inuenit in eo virum iacentem inlæſo corpore, integro veſtimento, qui deciſo capite, caput amG
Inuentio corporis Ferreoli & capitis Iuliani. plexus aliud brachio retenebat. Erat enim ac ſi nuper ſepultus, neque pallore faciei demutatus, neque capillorum deciſione turpatus, neque vlla putredine reſolutus, ſed ita integer inlæſus, vt putares eum adhuc ſopore corporeo deteneri. Tunc antiſtes gaudio magno repletus, ait, Hoc eſſe cadauer Ferreoli, hoc eſſe caput Iuliani martyris dubium non habetur. Tunc cum magno pſallentio plaudente populo, vbi nunc adoratur, domino annuente perducitur. Hæc autem vt ad ſepulchrum martyris ab ipſo ædituo cognoui, fideliter retuli. Præbet tamen huic operi teſtimonium Sollius noſter, ipſi Mamerto ſcribens his verbis, *Tibi ſoli conceſſa eſt in partibus orbis occidui, martyris Ferreoli ſolida tranſlatio, adiecto noſtri capite Iuliani: vnde pro compenſatione depoſcimus vt nobis inde veniat pars patrocinij, quia vobis hinc rediit pars patroni.*

CAP. III. *Fons D. Iuliani.* IN loco autem illo quo beatus martyr percuſſus eſt, fons habetur ſplendidus, lenis, dulcibus aquis vberrimus, in quo & à perſecutoribus caput amputatum ablutum eſt: de quibus aquis multæ ſanitates tribuuntur infirmis. Nam ſæpè cæcorum oculi ab his tacti, illuminati ſunt: tertianarum quartanarúmque febrium accenſi, vt potati qui patiuntur fuerint, conquieſcũt. Nam & ſi quis graH
ui laborans incommodo, inſpirante martyre deſiderium habuerit hauriendi, protinus vt hauſerit, conualeſcit: & ita velociter extinguitur vis febrium, ceu ſi videas ſuper immenſum rogum proiectis vndis incendia vniuerſa reſtingui.

CAP. IIII. POST paſſionem verò beati martyris, ac fama præcunte de ſenibus, qui dum ſanctos artus ſepulturæ mandarent, fortitudini priſtinæ fuerint reſtituti, multa ibi beneficia expetentes, credentéſque indulgente martyre conſequuntur. De quibus pauca perſtringenti deprecor veniam condonari, quod me minus vel idoneum vel peritum ad hæc narranda cognoſco, nec imbutum grammaticis artibus, nec literis liberalibus eruditum: ſed quid facio, quòd impellit me amor patronivt nequeam hæc ſilere? Vinctus quidam ab Hiſpanis, & carceri deditus apud imperatorem Treuericum, capitali diiudicatus ſententia tenebatur. Quo coniux illius cognito, dum tumulare viri membra feſtinat, ad Briuatenſem vicũ peruenit, repertóſque viros dum diuerſa ſtudio intẽto rimaretur, cognoſcit quid in eo loco vel de martyre, vel de ſenibus fuerit geſtũ, fidelique inſinuationi credens, ad ſepulchrum beati martyris deliberat properare, vt cauſas ſuggerat, caſus referet, vel cunctum laborem ſui doloI
Inuocatione S. Iuliani captiuus liberatur. ris exponat. Adſerentibus tum præterea hominibus, Abſque dubio pollicemur, domina, tibi à martyre reddi lætitiam, qui ſenum quondam decrepitæ ætatis membra rigẽtia, antiquo vigori reſtituit: impletáque hac oratione promittit, vt ſi ſoſpitem reciperet coniugem, martyris ſepulchrum in quo poſſit ſpatio, cimento contegeret, fide plena & de martyris pietate ſecura, Treuerim eſt ingreſſa, inuentúmque virum gratia imperiali receptum, lætaregreditur inquiſitúmque tempus quo vir relaxatus eſſet è carcere, hæc fuit abſolutionis hora qua illa martyris eſt auxilium precata: dehinc pollicitationem quam promiſerat, eum immenſis muneribus adimpleuit.

CAP. V. ERAT autem haud procul à cellula quam ſupra ſepulchrum martyris hæc matrona conſtruxerat, grande delubrum vbi in columnam altiſſimam ſimulachrum Martis Mercuriíque colebatur. Cúmque delubri illius feſta à gentilibus agerentur, ac mortui mortuis thura deferrent, medio è vulgo commouentur pueri duo in ſcandalum, nudatóque vnus gladio alterum appetit trucidandum. At ille cernens nihil veniæ reſeruari, cum à diis ſuis non defenſaretur, noſtræ religionis cuſtodiam, noK
Confugiẽtem ad ſe ſeruat Iulianus. ſtræ confeſſionis veniam, noſtræ cõtagionis medelam, cellulam expetiit martyris glorioſi. Tunc ille qui ſequebatur, cum in adſultu gladij eum non potuiſſet adtingere, & hic ſuper ſe oſtium reſeraſſet, atque ille adreptum vtrumque poſtem, oſtium conaretur infringere, ilicò adhærentes manus tabulis dolore maximo quatiuntur, & tanta afflictione miſer torquetur, vt vbertim fluentes lachrymæ qualis eſſet dolor intrinſecus nunciaret: interea ſtupente vulgo, incluſus qui fuerat, progreditur liber: parentes quoque illius qui virtute ſancti retenebãtur, cognoſcentes martyris ſepulturam, deuotis multis muneribus pro filio exorabant.

CAP. VI. FACTVM eſt autem dum hæc agerentur, vt Preſbyter quidam via illa deſcenderet. Qui cum didiciſſet quæ acta fuerãt, pollicetur parentibus, ſi à gentilitate diſcederent, filiũ reciperent ſanum.

Ipſe

A Ipſe quoque ſacerdos ſequenti nocte videt per ſomnium ſimulachra illa quæ à gentilibus colebantur, numine diuino comminui atque in puluerem redacta ſolo proſterni. Quarta autem die cum gentilitas vellet iterum diis exhibere libamina, mœſtus Preſbyter ad ſepulchrum ſancti proſternitur: & cum lachrymis exorat, vt tandem gentilitatem hanc quæ iacebat in tenebris, ſplendor diuinæ potentiæ viſitaret, nec ſineret vltra martyr beatus alumnos proprios iſta caligine deteneri, cum ille perennis claritatis gaudia poſſideret. Cõfeſtim ad eius orationem commouentur tonitrua, renident fulgura, deſcendit imber igne mixtus, & grandine turbantur omnia: concurrit vulgus ad cellulam, proſternitur coram ſacerdote omnis caterua gentilium, & mixto cum lachrymis vlulatu cuncti Domini miſericordiam deprecantur, pollicentúrque ſacerdoti, ſi grando recederet, & martyrem patronum expeterent, & ad Deum eius relictis ſimulachrorum cultibus integro corde tranſirent. Porro ille fuſa oratione, cuncta quæ petiit meruit obtenere. Recedente autem tempeſtate, puer cum parentibus credens, ipſa die à doloribus liberatur: gentiles in Trinitatis nomine baptizati, ſtatuas quas coluerant, confringentes, in lacum vico amníque proximum proiecerunt. *Somnium.* *conuerſio incolarum.*

B Ab eo enim tempore in loco illo, & fides Catholica, & martyris virtus eſt amplius declarata.

CAP. VII. POST hæc venientes quidam de Burgundionibus ad Briuatenſem vicum, cum cum armorum multitudine copioſa circumdant, captóque populo, direpto miniſterio ſacroſancto, vltra amnem tranſeunt, & viros gladio interficere, reliquum vulgus ſorte diuidere parant. Tunc Hillidius quidam à Vellauo veniens, &, vt aiunt, commonitione columbæ alitis incitatus, ſuper eos inruit: hortatúſque ſocios ita hoſtes ad internecionem cæcidit, vt captiuis laxatis triumphans in laudem martyris, amne tranſmiſſo, ad beatam cellulam tanquam nouus Moyſes cum omni populo canendo reuertitur: nec minor vt arbitror, exultatio fuit ereptis, quàm quondam Iſraelitis, demerſis fuit Ægyptiis: quod ne quis dubitet hanc beati martyris fuiſſe victoriam, ſed inſinuatio columbæ aliquod myſterium fuiſſe creditur virtutis diuinæ. Nam veniente Hillidio, hæc ei obuiam venit: cum vt ille adſolet, aliquid demoraretur, hæc in circuitu illius volitabat: illóque progrediente, iſta præcedebat, & reuertebatur in obuiam, quaſi accelerare deprecans iter. Dum hæc agerentur, adueniens puer, captiuitatem adnunciat: & ſic iſte viam accelerauit. Sed & ipſo pugnante columC
ba ſemper circa eum viſa eſt decurrere. Quod ne quis inuideat confictum de columba, & homini præſtitum Chriſtiano, cum Oroſius conſulem Romanorum, id eſt Marcum Valerium, à coruo alite ſcribat adiutum. *Hillidius populum ab hoſtilitate liberat.* *columba auxiliatrix.*

CAP. VIII. PROSTRATIS ergo Hillidio hoſtibus, quatuor ex his per fugam lapſi patenam & vrceum qui Anax dicitur, in patriam deferunt, & diuiſam in tãtis vt erant partibus patenam, vrceum regi Gundobaldo ob gratiam exhibent conquirendam. Reliquum verò argentum reginæ ſagacitas reperit, cui additis multis muneribus loco illi ſancto reſtituit, fideliter inſinuans regi, non oportere eum vt gratiam martyris ſancti propter argenti paruitatem amitteret. *Regina reſtituit Eccleſiæ.*

CAP. IX. PRO quibus ac talibus virtutum ornamentis magna ibi baſilica fabricata à fidelibus, virtutibus, vt præfati ſumus, martyris beati refulget, in qua paralyticorum, claudorum, cæcorum, & aliorum quoque morborum ſæpius petita remedia conquiruntur. Fedamia quædam mulier paralyſis humore conſtricta, cui nullum corporis membrum ſine dolore vigebat, exhibita eſt, deferentibus propinquis ad beatam baſilicam, vt vel ſtipem à largientibus mereretur. Quæ dum in porticu illa *Nox dominica.*
D quæ ſanctæ baſilicæ coniungitur, decubaret, noctem dominicam dum ſacroſanctis vigiliis populi fides deuota concelebrat, & illa quieſcens lectulo paululum obdormiſſet, à viro quodam per viſum correpta atque increpata eſt, dicente ſibi, cur reliquis excubias nocturnas Deo exhibentibus, illa deeſſet. Reſpondit ſe ab omni membrorum parte debilem, nec penitus greſſum agere poſſe. Tunc quaſi ſuſtentata à viro qui loquebatur ei, & ad ſepulchrum vſque deducta; dum in ſopore fundit orationem, viſum eſt ei quaſi multitudo cathenarum ab eius membris ſolo decidere, à quo etiam ſonitu expergefacta, ſenſit omnium artuum recepiſſe pleniſſimam ſanitatem. Protinus ſurre- *Paralytica ſanatur.*
xit à lectulo, & ſtupentibus cunctis, cum gratiarum actione vociferans, ſanctam eſt ingreſſa baſilicam. Ferunt etiam quidam, ſolitam fuiſſe eam referre habitum viri qui eam fuerat adlocutus: dicebat eum ſtatura eſſe procerum, veſte nitidum, elegantia eximium, vultu hilarem, flaua cæſarie immixtis canis, inceſſu expeditum, voce liberum, adlocutione blandiſſimum, candorémq; cutis illius vltra lilij nitorem fulgere, ita vt de multis milibus hominum quæ ſæpè vidiſſet, nullum ſimilem
E conſpicata eſſet: vnde multis non abſurdè videtur ei beatum martyrem adparuiſſe, quæ mulier poſt decem & octo annos ſanata eſt.

CAP. X. QVIDAM dum in ſeditione quam commouerat, oculum amiſiſſet, hominem qui ictum intulerat de baſilica conabatur extrahere: quod dum agit, non modò amiſſi oculi non recipit lumen, verumetiam ſentit alium quem ſanum habuerat, obcæcari. Porrò cum peccata ſua confiteretur, di- *Sanatur cæcus ad ſepulchrũ Iuliani.*
cens, Meritò mihi euenit iudicium ſine miſericordia, qui non feci miſericordiam: proſtratus coram ſancto ſepulchro cum populo qui tunc ad feſtiuitatem aduenerat, indulgens lædenti, & viſum recepit, & gratiam: ſicq; factum eſt vt is qui ſancti auxilium expetierat, tutaretur: ille verò qui non credebat, argueretur: & ſic vterque lætus emendatúſque diſceſſit.

CAP. XI. ALIVS quoque auſu temerario die dominica iungens boues agrum ſulcare cepit. Adprehenſaq;

secuti, vt aliquid emendaret in vomere, protinus contractis digitis manubrium in dextera eius adhæsit. Cúmque præ dolore nimio cruciaretur, post duos annos veniens ad beati martyris basilicam, F

Dominicæ cõtemptor luit.

vigilias fideliter celebrauit: statim in ipsa die dominica, referata manus lignum quod inuitus tenebat, amisit, magnam inferens populo disciplinam, vt quod die dominica fuerat perpetratum, ipsa quoque die dominica purgaretur. At ille magnificans gloriam martyris, recessit incolumis, nec vltrà die resurrectionis dominicæ quicquam ausus est operari.

CAP. XII.

SIC & Anagildus quidam mutus & surdus & cæcus vel omnium membrorum compage debilitatus, ad limina sacrosancta proiectus est, scilicet vt vel ab stipe pasceretur deuotorum, qui victus alimoniam propriis manibus laborare non poterat. Igitur cum per annum integrum ante sanctam ædem decubasset, tandem visitatus à virtute beati martyris ab omni infirmitate sanatus est. Videtur mihi vt sicut sancti virtute curata morbida retexuntur, ita & infidelium prauitates oratione illius confutatæ ad emendationem aliorum, ne similia appetant, declarentur, quia vtraque sancti gloria præstat, vt & hos sanitati reddat ne amplius crucientur, & illos arguat ne in futuro iudicio cõdemnentur. Et quia nullum latere credo, aliquid de hostilitate Theodorici regis, ac infirmitatibus Sigualdi, quæ ei in Aruerno posito contigerunt, propter virtutem tamen beati martyris, est diligentius exponendum, quo facilius fides dictis adhibeatur. Igitur cum ob direptionem Aruernorum rex antedictus festinaret, & ingrediens terminum vastationi cuncta subigeret, pars aliqua ab exercitu separata ad Briuatensem vicum in festa prorupit, fama vulgante quòd in basilica essent incolæ cum multis thesauris adunati. Cúmque peruenissent ad locum, inueniunt multitudinem promiscui sexus, obseratis ostiis in templo ipso cum propriis facultatibus residere. Cúmque intrare non possent, vnus effractam ceu fur, in altari sancto fenestram vitream, ingreditur, quia qui non intrat per ianuam, hic latro est: dehinc reseratis ædis illius valuis, exercitum intromittit. At illi direpta cuncta pauperum supellectilia cum ministris ipsius basilicæ, reliquúmque populum qui infra erat eductum, foris diuiserunt haud procul à vico. Quæ cum ad regem delata fuissent, comprehensos ex his aliquos diuersis mortibus condemnauit. Fugiens verò ille qui inrupta æde caput fuit huius sceleris, igne de cælo dilapso consumptus interiit: super quem cum multi aceruum lapidum congregassent, à tonitruis & coruscationibus detectus, terrena caruit sepultura. Qui verò de consentaneis latentes regem in patriam sunt regressi, correpti à dæmone, diuersis exitibus hanc vitam crudeliter finierunt. Hæc audiens rex, omnia quæ exinde sunt ablata, reddidit. Præceperat enim ne in septimo à basilica miliario quis vim inferret.

Surdus, mutus & cæcus sanatur.

G

Violator templi fulminatur.

H

CAP. XIIII.

TVNC Sigualdus cum rege præpotens cum omni familia sua in Aruernam regionem ex regis iussu migrauit: vbi dum multorum res iniustè competeret, villam quandam quam gloriosæ memoriæ Tetradius episcopus Biturigensis, basilicæ sancti Iuliani reliquerat, sub specie obumbratæ commutationis auidus peruasit: sed mense tertio postquam adgressus est, correptus à febre, & sine sensu effectus, declinauit caput ad lectulum. Cuius vxor dum de hoc exitu mœsta penderet, à quodam sacerdote commonita est, vt eum si videre vellet incolumem, auferret à villa. At illa hæc audiens, præparatis carrucis, compositóque plaustro, quo eum ueheret, mox vt prædium sunt egressi, protinus diuina sunt pariter gratia munerati: nam iste sospitate, illa meruit ex huius incolumitate lætitiam. Ferunt etiam in oratorium prædij illius sanctum Iulianum martyrem cum Tetradio Episcopo conloquentem, cuidam religioso reuelatum fuisse, promittentem se Episcopo villam quam pro animæ suæ remedio sibi reliquerat, recepturum. Sed & habitum beati martyris in eodem modo esse, vt quondam paralytica exposuerat, referebat.

Sigualdus inuasor luit.

I

CAP. XV.

PASTOR verò quidam non strenuitate, sed nomine Ingenuus, dum in multis rebus contra basilicam sancti martyris iniustè ageret, ad hoc leuitas eius inimico ingrassante conualuit, vt colonias basilicæ concupiscens, quæ agro eius erant proximæ, peruadere non timeret. Ad quem sacerdos loci, cum aliquos de clericis quasi legatos mitteret, vt accepta ratione quod malè peruaserat, relaxaret, ille quasi contra iniquum hostem telis correptis prosiluit, fugatísque sagittis clericis, res sancti in sua dominatione retinuit. Factum est autem vt in proximo aduenire dies passionis martyris glorioso: ad quam ille immemor peruasionis suæ atque iniuriæ quam intulerat clericis, ante quinque dies solennitatis ad vicum Briuatensem aduenit: qui cum in domo hospitalitatis suæ conuiuio cum lætitia & exultatione fungeretur, subitò coruscatione facta tonitruum sonuit. Rursúmque iterato, iaculo igneo de cælis elapso percussus est, nullo tamen de reliquis pereunte. Deinde ad exemplum omnium, tanquam rogus flammeus ardens, paulatim consumebatur. Ad quod miraculum populus qui ad beati festa conuenerat, hæc cernens cum admiratione, mẽtuebat, satísque illi fuit ne de rebus sancti aliquid vltra contingeret. Quod ne fortuitò actum quis putet, cernat inter multos innoxios vnum interisse sacrilegum.

Sacrilegus è multis interit.

K

CAP. XVI.

QVID etiam ad Becconis comitis confutandam superbiam beatus martyr sit operatus, euoluam. Hic cum actiones ageret publicas, & elatus iactantia multos contra iustitiam adgrauaret, casu contigit vt dimissum accipitrem diu per diuersa vagantem perderet. Similiter vt vnus de seruientibus basilicæ sancti Iuliani, accipitrem alium dum per viam ambularet, quasi vagum inuenit. Erat enim puer ille pincerna in domo basilicæ. Quod cum ad Becconem peruenisset, quòd scilicet puer repertum teneret accipitrem, calumniari cœpit, ac dicere, Meus ille erat, inquit, & hic

A & hic furto cum sustulit. Deinde succendente auaritia, misit illum vinctum in carcerem, deliberans eum in sequenti, patibulo condemnare. Tunc sacerdos mœstus valdè ad sepulchrum sancti properat, reseratísque cum gemitu causis, adprehensis decem aureis per fideles amicos Becconi obtulit. Quod ille pro nihilo respuens, cum iuramento adseruit, nunquam se puerum dimissurum, nisi exindè aureos triginta acciperet. Quod presbyter desuper sepulchro sancti accipiens, Becconi trãsmisit. quos acceptos satiata auri cupiditate, puerum restaurauit incolumẽ: sed deus omnipotens qui permanet ante solem, secundum bonitatis suæ diuitias, humiliauit calumniatorẽ. Nam ipsius anni transacto curriculo veniens ad sancti festiuitatem cum caterua satellitum, ingressus est limen sanctum. Procedente verò lectore qui beatæ passionis recenseret historiam, vt reuoluit librum, & in principio lectionis sancti Iuliani protulit nomen, confestim Becco voce nescio qua teterrima, ad terram corruit, cruentéque spumans dare voces diuersas cœpit: inde inter suorum manus sublatus à basilica, domum reducitur. Nec fuit dubium pueris eius hæc ob iniuriã basilicaris famuli euenisse: omnem quoque ornatum quod super se tunc habuit, tam in auro quàm in vestimentis, basilicæ contulit, &

Becco calumniator humiliatur.

B multa deinceps munera misit: sed vsque ad diem obitus sui sine sensu durauit.

FVIT etiam quidam diaconus, qui relictam Ecclesiam fisco se publicè iunxit, acceptáque à patronis potestate, tanta perpetrabat scelera, vt vix posset à vicinis circumpositis sustineri. Accidit autem quadam vice vt saltus montenses vbi ad æstiuandum oues abierant, circumiret, atque pascuaria quæ fisco debebantur, inquireret. Cúmque diuersos spoliaret iniustè, conspicit eminus greges qui tunc sub nomine martyris tuebantur: ad quos leui cursu euolans, tanquam lupus rapax diripit arietes. Contubarti atque exterriti pastores ouium, dicunt ei, Ne quæsumus contingas hos arietes, quia beati martyris Iuliani dominio subiugati sunt. quibus ille hæc inridens respondisse fertur, Putásne quia Iulianus comedit arietes? Dehinc ipsis verberibus affectis, quæ voluit abstulit, ignorans miser, quòd qui de domibus sanctorum aliquid aufert, ipsis sanctis iniuriam facit, ipso sic domino protestante, *Qui vos spernit, me spernit, & qui recipit iustum, mercedem iusti accipiet.* Contigit autem vt post dies multos, non religione, sed casu conferente, ad vicum Briuatensem properaret, proiectúsque humo ante sepulchrum mox à febre corripitur, & tanta vi caloris opprimitur, vt neque consurgere, neque puerum euocare posset: famuli verò cum vidissent eum extra solitum plus occumbere, accedentes, Quid tu, inquiunt, in tanta diuturnitate deprimeris? non enim tibi tam longus mos erat orandi, aut deuotio. Ferebant autem de eo, quòd quandoquidem in Ecclesia fuisset ingressus, parumper immurmurans, nec capite inclinato, regrediebatur. Tunc interpellantibus pueris, cum responsum reddere non valeret, ablatus manibus è loco, in sellam quæ erat proxima lectulo collocatur. Igitur inualescente febre, proclamat se miserum incendi per martyrem. Et quod primò filuerat, admotis animæ iudicij facibus, crimina confitetur, iactaríque super se aquam voce qua poterat deprecabatur. Delatis quoque cum vasculo lymphis, & in eum sæpè deiectis, tanquam de fornace ita fumus egrediebatur è corpore. Interea miseri artus ceu combusti, in nigredinem cõuertuntur. Vnde tantus procedebat fœtor, vt vix de adstantibus possent aliqui tolerare. Innuens enim dehinc manu, indicat se esse leuiorem: mox illis recedentibus, hic spiritum exhalauit: de quo haud dubium est qualem illic teneat locum, qui hinc cum tali discessit iudicio.

Torqueturqui gregem B. Iuliani diripuerat.

C

CAP. XVII.

ALIVS autem per vigiliam festiuitatis, equum alicuius qui tunc fortè ad eandem solennitatem venerat, furto comprehendit: ascensóque velociter properat, scilicet vt qui lumen perdiderat veritatis, non inueniretur à luce: & cuius pectus cupiditatis tenebræ obsederant, eius & furtiuam fraudulentiam nox celaret. De talibus enim dominus dicebat in euangelio, *Omnis qui malè agit, odit lucem.* Albescente igitur cælo dicebat, iam securus sum. Nam triginta leucas à sancti basilica, elongatus sum: iam secus propriam domum esse me credo. Dum hæc tacitus reuolueret intra se demotis ex axe tenebris, cognoscit se ipsi vico propinquum inter populos deuagari: timénsque ne scelus suum patefieret publico, cum cautela grandi caballum in loco vnde digressus fuerat, reformauit: sic miser virtute martyris tota nocte detentus in circuitu vici, & vt ego credo, ab auctore qui eum obsederat, est delusus, vt viam quam adprehendere voluit, nõ valeret. O scelerata cupiditas, quid agis? Semper amatores tuos in confusionem præcipitas.

Deierans irriguit.

Fur euadere nequit.

D

CAP. XVIII.

QVIDAM alteri trientem præstiterat, quem interpositis paucis diebus recepit. Post annum verò in atrio sancti conuento homine, rem suam quasi non recepisset, sibi reddi deposcebat. At ille de-

CAP. XIX.

E testans, adserebat se reddidisse susceptum. Cúmque diutissimè altercarentur, ille qui reddiderat, ait ad socium, Vsquequò vterque contendimus? sub iudicio hoc omnipotentis dei ponamus. Eamus ad tumulum martyris, & quod sub sacramenti interpositione dixeris, discernat virtus sancta patroni. At ille nec dubitãs, ingressúsque sepulchrum dum audacter eleuat manus, vt periuret, infeliciter miser intriguit. Hæret vox in gutture, lingua coarctatur in fauce, vibrant labia vacua à sermone: ipsa quoque brachia, quæ ad adiutorium frustrati sacramenti erexerat, prorsus retrahere nõ valebat. Ad hæc vulgo admirãte, publicato scelere, multitudo cuncta populi vna voce prorumpens, domini misericordiam ac beati martyris auxilium deprecatur. Post quatuor verò, aut eo amplius horas, ad sensum regressus, quod iniustè repetebat, publica confessione patefecit, & sic sanus abscessit.

CAP. XX.

SÆPE hæc ille audierat qui basilicæ sanctæ violentiam intulit, sed iniquam mentem semel obsessam vitio, bonitas mollire non potuit, Salomone obtestante, *In malinolam animam non ingreditur*

sapientia. Aduenerat festiuitas sancti, & ecce quidam è populo conspicatur ornamentis immensis F
beatam basilicam effulgere. Concupiscit iniqua mente, quod adipiscens non poterat occultare.
Igitur discedente populo à basilica, post gratiam vesperrinam, hic se in angulo basilicæ reprimens,
latitauit: ac dato cunctis nocturna quiete silentio, vel operiente vmbrosa caligine mundi consur-
git ab angulo, & nihil dubitans vtique qui à satellite Satana impellebatur, super cancellum beati se-
pulchri cursu prosiliit rapido, detractámque à summo vnam gemmis coruscantibus crucem ad ter-
ram deiecit, collectísque velulis ac palliolis de circuitu parietum pendentibus, vnum voluculum
facit, imposuítque humeris, ac eleuata cruce manu, ad locum vnde discesserat repetit, ac posita ca-
piti sarcina, peccati sopore compressus, obdormiuit. Media verò nocte circumeuntes custodes san-
Sacrilegus cõ-primitur. ctam basilicam, aspiciunt in angulo vnam gemmam crucis, tanquam iubar cæleste refulgere: obstu-
pefacti, accedunt comminus cum timore, admotóque cereo inueniunt personam cum rebus fu-
ratis, quas auferre non potuerat, inibi decubare. Denique sub custodia eum illa nocte detentum,
mane facto cuncta quæ fecerat patefecit, adserens se lassum obdormisse, eo quòd diutissimè cir-
cumiens cum fasce basilicam, ostium vnde egrederetur reperire non poterat. G

CAP. XXI. MVLTA quidem & alia in præuaricatoribus ostendit, sed satis sunt ista ad coërcendam desidiam
eorum: nunc verò ad gaudia prosperitatum quæ larga pietate præstat populis, reuertamur. Sed
prius illud non arbitror postponendum, quod expertum valdè cognouimus, quod in rebus perdi-
tis apud hunc patronum fidelis deprecatio consequatur: ex quibus vnum tantùm commemorare
studui. Ad festiuitatem beati martyris deuotus pauper aduenerat, laxatóque equite sacram ingres-
sus est ædem, ac vigiliis immobilis instans, noctem cum cæteris orando deduxit: inlucescente verò
cælo, ad metatum regressus, caballum quem reliquerat non inuenit: quæsitúmque diutissimè nec
signa quidem in quam partem discessisset, agnouit. Transacto igitur biduo recurrit iterum par sal-
tus, perscrutans à locorum incolis, si fortè aliquis aut teneret captum, aut capi vidisset ab aliquo.
Nullum dehinc indicij genus reperiens, anxius atque mœstus ad sepulchrum sancti regreditur, ibí-
Equus diu quæsitus reperitur. que causas doloris ac mœroris exponens aiebat, Ad tua sancte limina veni, nihil aliud quàm par-
uitatis meæ vota deferre: nihil iniustè abstuli, nihil gessi indignum tua solennitate, cur inquam
perdidi rem meam? rogo vt restituas amissum, vt necessarium reddas. Hæc fletu addito aiens, vt H
egressus est templum, conspicit eminus à quodam viro suum equum teneri. Ad quem accedens
dum discutit vnde sit aut vnde venerit, aut ex quo tempore hunc habeat equum, didicit ipsa hora
cum fuisse repertum, qua ille beati martyris implorauit auxilium.

CAP. XXII. CVM autem quidam ab eo loco per incursum diabolicum, oculum perdidisset, & ad hospitio-
lum suum viduatus lumine, infeliciter resederet, ac manibus propriis nihil laborare prævalens,
Diabolus quẽ-dam excæcauit. spem vllam alimonij non haberet, apparuit ei vir in visione noctis, commonens vt ad beati basili-
cam ambularet: ibíque si deuotè suggerat, promittit auxilium inueniri. At ille nihil moratus, ad-
repto baccello adminiculante puero, sanctum ingressus est locum: qui post completam orationem,
archipresbyterum qui tunc locum ipsum regebat, nomine Publianum, adiuit, supplicans vt oculis
cæcis Christi crucem imponeret: erat enim valdè religiosus. Quod ille dum iactantiam euadere
cupit cuitans, tenetur à cæco, nec omninò dimittitur, nisi quæ petebat adimpleret. Tunc ille pro-
stratus ante sepulchrum diutissimè martyris est suffragium imprecatus. Deinde admotam oculis
cæcis manum, protinus vt signum crucis imposuit, visum iste recepit. Admiramini quæso virtutem I
Crux visum restituit. martyris, cui cum parum sit per se exercere miracula, nunc etiam per manus discipulorum adsti-
pulante virtutis suæ fauore publicè operatur: sed nec meritum discipuli fuit exiguum, cui hæc præ-
stita esse cernuntur.

CAP. XXIII ERAT enim tunc temporis apud vrbem Aruernam patruus meus Gallus Episcopus, de quo
non videtur omitti, qualiter in adolescentia sua fuerit à sancti virtute iuuatus. Et quia sæpius com-
memoraui quale excidium Aruernæ regioni rex Theodoricus intulerit, cum neque maioribus ne-
que minoribus natu aliquid de rebus propriis est relictum, præter terram vacuam quam secum bar-
Patruus authoris Aruernorũ Episcopus. bari ferre non poterant. His ergo temporibus gloriosæ memoriæ patruus meus, qui postea, vt dixi,
sacerdotali fasce Aruernam rexit Ecclesiam, pupillus erat, cuius facultates ita direptæ sunt ab
exercitu, vt nihil prorsus remaneret. In promptu ipse quoque cum vno tantùm puerulo, vsque Bri-
uatensem vicum plerunque itinere pedestri discurrebat. Accedit autem quodam tempore, dum
hoc iter teneret, vt laxatis præ calore solis calciamentis, nuda incedens planta, sudem calcaret spi- K
neam: quæ tunc fortassis incisæ adhuc terræ hærens erepto acumine inter herbas virides latitabat.
Quæ defixa plantæ & supergressa effractáque deorsum extrahi nequibat. Igitur defluente sanguinis
riuo, cum gressum facere non valeret, beati martyris implorat auxilium, paululúmque dolore com-
presso, licet claudicando, iter quod cœperat, expediuit. Tertia verò nocte computrescente vulnere,
dolor maximus incitatur. Ille verò ad experta dudum præsidia confugiens, sepulchro glorioso pro-
Transfixionis curatio. sternitur: expletísque vigiliis regressus ad lectulum, dum virtutem martyris præstolatur, somno in-
cũbente deprimitur. Deinde consurgens, nullã doloris sentit iniuriã: aspectáq; planta, pars sudis quę
ingressa fuerat nõ videtur: euulsam tamen sentiebat à pede, quod lignũ diligenter inquirens in stra-
tu suo, reperit, admirans qualiter fuisset egressum: solitus nanq; erat in Episcopatu suo locũ vulne-
ris ostẽdere, in quo magna adhuc fossa cõspiciebatur, obtestans in hoc beati martyris fuisse virtutẽ.

POST

A POST multum verò tempus aduenerat festiuitas beati martyris, & pater meus cum omni do- CAP.
mo sua ad huius solennitatis gaudia properabat. Nobis verò iter agentibus, Petrus frater meus se- XXIIII.
nior, ab ardore febrium occupatur, & tam grauiter agit, vt neque vigere, neque cibum sumere pos-
set, totúmque illud iter cum grandi agitur mœrore, & in discrimine res vertitur, vtrum conuale-
scat, an pereat. Denique cum isto labore peruenitur ad locum: ingredimur basilicam, adoramus
sacrosancti martyris sepulturam: prosternitur, & ægrotus in pauimentum, deprecans medelam à
martyre glorioso. Post completam verò orationem, ad metatum regressus, febris paululum con- *Sepulturæ ve-neratio.*
quieuit: veniente autem nocte nobis ad vigilias properantibus, rogat se & ille deferri: incumbéns-
que ante sepulchrum tota nocte, martyris suffragium deprecatur. Exactis deinde nocturnis excu- *Puluis sepul-chri martyris*
biis, rogat vt de puluere qui circa beatum erat tumulũ, collecto vel potui darent vel collo suspende- *medetur fe-bribus.*
rent. Quo facto, ita omnis ardor febrium conquieuit, vt ipsa die & cibum caperet incolumis, & vbi
delectatio vertisset animum, ambularet.

SEQVENTI verò festiuitate, dum iterum cum magnò gaudio ad sanctam properaremus CAP. XXV.
B basilicam, mihi caput à sole percussum grauiter dolere cœpit: qui dolor adcrescens, febrem in-
trinsecus generabat, ita vt nec cibum me capere nec loqui permitteret. Cúmque per duos dies
ab hoc dolore consumerer, die tertia ad basilicam sancti Ferreoli, cui fons ille de quo superius me-
minimus, est contiguus, aduenimus. Distat autem basilica à Briuatensi vico quasi stadiis decem.
Cúmque in locum illum venissemus, libuit animo ad fontem vsque procedere, confidens de vir-
tute martyris, quòd si me exindè leuis vnda perfunderet, mox sanarer. Aduenies verò, ora-
tionem fundo, aquam haurio, os refrigero, caput infundo, statímque decedentibus lymphis, *Author do-lore capitis*
fugato dolore sanus abscedo, & vsque ad sepulchrum martyris glorioſi lætus ingredior, admirans *sanatur.*
& gratias agens martyri, quòd prius me virtute sua dignatus fuerit visitare, quàm ipsius mererer
cernere sepulchrum.

EST enim ad Hunoronem, quia ibidem martyr percussus est, virtus eximia. Quidam à febre CAP.
correptus dum in extremis ageret, desiderium habuit de aqua fontis haurire, ad quam etiam se de- XXVI.
portari fideliter exorauit: qui à suis inter manus adprehensus & in loco depositus, protinus vt aquæ *Febricitãs cu-ratur.*
C haustum accepit, & faciem capútque perfudit, recipere meruit sanitatem: & aliorum manibus in-
latus, propriis gressibus est regressus: fuit autem incola huius vici, sed excidit nomen eius.

QVADAM autem die orta tempestas cum magno venti impetu super vicum Briuatensem ra- CAP.
pidè descendebat: micabant enim de nubibus fulgura ac tonitrua terribilia: voces dabant, quati- XXVII.
tur terra fragore, & exuri à cotuscatione penè omnia putabantur: sola erat expectatio in virtute
martyris glorioſi. Nec mora, dato cum fulgore graui sono tonitrui, iaculum igneum per aditum
quo funis ille signi dependet, ingreditur, percussísque duabus columnis, frustrà excussit: inde re-
percutiens per fenestram, quæ super sanctum habetur tumulum, est egressum: nullum tamen per
beati custodiam de populo læsit. O quàm magnus circa alumnos proprios beatus martyr! Co- *Ignis turbine non læditur populus.*
lumnas sustulit, percuti non sinit phalangas: confringi passus est vitream, non cateruam: permisit
super sepulchrum proprium prætcrire coruscum, ne fieret multitudinis totius interitus. Igitur ex-
pulsum à basilica sancti martyris iaculum, aceruum fœni combussit, interfecit pecora, iumenta de-
D leuit. Quòd si hæc fortuitu quis putat, admiretur magis & stupeat inclyti potentiam martyris, quòd
præteriens ignis per medium populi, nemini nocuit, sed ibi tantùm expleuit vota, vbi se cogno-
uit habere licentiam.

CLERICVS autem Arcdij Lemouicini abbatis ad festiuitatem veniens, præ multitudine CAP.
populi non modò ad sanctum tumulum accedere, verumetiam nec in ipsam basilicam potuit in- XXVIII.
troire. Cúmque mœstus metu se reddidisset, recubans in lectulo obdormiuit. Protinùs adstitit ei *Somnium.*
vir in visu, dicens, Quid tu, inquit, sopore deprimeris? vade celerius ad templum martyris, & om-
nia inuenies reserata. At ille metu territus, exsurgens, credulus dictioni, properat velociter exper-
iri si vera essent quæ sibi fuerant indicata. Cúmque veniſſet ad ostium, reperit remotos vndi-
que populos vsque sanctum altare, vel ipsum tumulum via facta nullo obsistente: & sic sine vlla im-
pressione accedens, fusa oratione cum gaudio est regressus. Quod ne quis dubitet, testor omnipo-
tentem deum, quia ab ipsius abbatis hæc ore cognoui, apud cuius monachum gesta sunt.

HVIVS festiuitatis temporis ignara plebs, mœsta pendebat, nesciens diem in quo martyr bea- CAP.
E tus deberet pro virtutis ac passionis gloria honorari: & hæc ignorantia vsque ad beatum Germa- XXIX.
num Autisiodorensem antistitem est protracta. Factum est autem vt antedictus pontifex Briuatem
aduenirct, sciscitatúsque ab incolis, quo tempore huius sacra celebrarentur, se nescire respondent.
Tunc ille, Oremus, inquit, & fortassis nobis hæc domini potentia reuelabit. Quod cum feciſſent *Festiuus dies Iuliani.*
mane orto, conuocatis senioribus loci ait, quinto Kalendarum mensis septimi celebrandam esse
festiuitatem. Ex hoc nunc deuotus aduenies populus, vota præsuli reddens, refert & animæ &
corporis medicinam.

ENERGVMENI verò cum aduenerint, plerumque euomunt in sanctum dei conuitia, cur CAP.
sanctos alios ad sua conuocet festa, ipsósque nominatim confitentes eorum fatentur virtutes & XXX.
merita. Aiunt enim, Sufficiat tibi Iuliane, nos propria virtute torquere, vt quid reliquos prouocas? *Energumeni.*
quid inuitas extraneos? Ecce Martinum Pannonicum, inimicum iugiter nostrum, qui tres à no-

stris cauernis repulit mortuos. Adest Priuatus ex Gabalis, qui oues suas barbaris nostra instigatione commotis, tradere noluit. Aduenit Ferreolus collega tuus ex Viennensibus, qui nobis in te supplicium incolis præsidium misit: quid Symphorianum Æduum, quid Saturninum vocas Tolosanum? aggregasti concilium, vt nobis ingeras infernale tormentum. Hæc & his similia dicentibus, ita sanctos dei humanis mentibus repræsentant, vt nulli sit dubium eos inibi commorari: multi tamen ab his infirmi curantur, & sani recedunt.

Martinus suscitat mortuos

CAP. XXXI. SED & illud est memoratu dignissimum, quæ sit mansuetudo pecorum in hac basilica votiuorum: qualiter vituli petulantes, calcitrantes equi, grunnientes suillæ, cum limen sanctum ingressi fuerint, conquiescunt. Nam vidimus sæpè cothurnosos tauros, qui à quindecim, aut eò amplius viris alligati funibus ducebantur, talem in hominibus impetum dare, vt putares eos ipsos quoque disrumpere funes. Sed cum ædem sanctam ingressi sunt, ita quieuerunt vt arbitreris eos tanquam agnos mansuetos haberi. Vidimus etiam per medias turmas multos ingredi, inclynato capite populos amouentes rostro, non cornibus, & tanquam tribunal adirent judicis, aliquem sensum habere timoris: non calcem mittere, non aliquem cornu petere, non oculis toruis aspicere, non in omni mansuetudine vsque ad sanctum properantes altare, osculantésque rursus in ipsa qua ingressi fuerant, patientia repedare. Sic & reliquorum iumentorum petulantia cum illuc accesserit depositio cuncto furore, mitescit, vt ea in mansuetudine columbarum cum grandi admiratione conspicias. De his verò quæ votiua sunt, nulli penitus quæpiam subtrahere licet: nullus priusquam ad basilicam veniat, aut commutare præsumit, aut emere. Nam qui fecerint, sæpius vltione diuina grauiter quatiuntur. nam aut febris imminet, aut malum aliquod obrepit, aut damnum graue succedit, aut hoc quod abstulit, morbus aufert. Difficilè tamen sine præsenti vltione res præterit.

Ad basilicam B. Iuliani feræ mansuescunt.

CAP. XXXII. DE illis dixisse virtutibus sufficiat, quæ circa sanctam basilicam eius gesta sunt, aut geruntur: nunc pauca de locis illis in quibus eius habentur reliquiæ differentes, finem huius libelli facere placet, deuotione commonente. Quidam apud Belgicæ secundæ prouinciam, id est, suburbano Remensis vrbis, basilicam in honore beati martyris studiosè construxit, cuius reliquias post perfectam fabricam expetiit fideliter ac deuotè, quas acceptas dum viatim psallendo regreditur, Remensem est ingressus campaniam. Erat enim haud procul à vita ager cuiusdam diuitis Campanensis, ad quem scindendum magna multitudo conuenerat. Igitur adpropinquante viatore cum his pignoribus, cœpit quidam de aratoribus malè torqueri, & quasi in excessu mentis dicere, En, inquit, beatissimum Iulianum adpropinquantem: ecce virtutem eius, ecce gloriam eius: currite viri, relinquite boues, dimittite aratra: caterua omnis eat ei obuiam. Stupentes illi, & quid narraret ignari, dum hebetati admirantur tam voces quàm dicta personæ, protinus miser relicto aruis vomere, elidens se in terram, verberánsque palmas, in parte qua vir ille beati martyris veniebat, cursu celeri rapitur, clamans, Vt quid me sancte sic crucias? vt quid me glorioſe martyr incendis? cur regionem tibi non debitam aggrederis? cur habitacula nostra perlustras? Talia eo dicente ad locum vbi iam sacerdos tabernaculum erexerat, turbulentus aduenit, prostratúsque coram sanctis reliquiis, diutissimè homo incubuit: tunc presbyter capsulam illam sanctam super eum vt posuit, illicò erumpente ex ore eius sanguine, ab incursione diabolici erroris mundatus est, ac deinceps virtutem sancti prædicans, comes fuit huius itineris.

Iul. reliquiarum in Campaniã translatio.

CAP. XXXIII. QVID de eius reliquiis in oriente fidelium fratrum relatio signat, edicam. In quadam orientis ciuitate, dum in Ecclesia à dæmonio quidam torqueretur, in naui beati martyris prædixit esse reliquias. Cúmque nauis portum fuisset adepta, hic ad eam saltuatim prosiliit, ac prouolutus solo coram naui, erumpente ab ore & naribus tabe, persona purgata est. Quæ cum Episcopo nunciata fuissent, commouet populum, cum accensis cereis ad portum vsque procedere. Igitur nauclerus audiens, flénsque præ gaudio, in occursum Episcopi properat, nihil se aliud adferens de beati sustuliſſe basilica, nisi parumper puluetis qui circa sanctum iacebat tumulum: sed deus omnipotens comprobans fidem viri, occuli virtutem martyris non permisit. Dehinc Episcopus sublatas reliquias vsque ad sanctam Ecclesiam cum magno honore deportat. Negociator verò tanta cernens mirabilia, basilicam in honore martyris ædificauit, in qua beatas reliquias conlocans multa deinceps ibi miracula vidit operari.

Pulnis sepulchri Iul. medicabilis.

CAP. XXXIIII. HÆC ego dudum expertus sum. Contigit vt post ordinationem meam, Aruernos accederem: profectúsque beati basilicam adiui, expletáque festiuitate, disruptis à pala quæ sanctum tegit tumulum fimbriis, in his mihi præsidium ferre credens, impleta oratione discessi. Apud Turonicam verò vrbem monachi in honore ipsius martyris basilicam qualem possibilitas eorum habuit, ædificauerunt, cupientes eam eius virtutibus consecrari. Audientes autem hæc pignora à me fuisse delata, rogabant vt dedicata ædes iisdem augeretur exuuiis. At ego adprehensam secretius capsam, ad basilicam beati Martini incipiente nocte, propero. Referebat autem mihi vir fidelis qui tunc eminùs adstabat, cum nos basilicam sumus ingressi, vidisse se pharum immensi luminis è cælo dilapsam, super beatam basilicam descendisse, & deinceps quasi intro ingressa fuisset. Cùm enim nobis hæc in crastinum à fidelibus relata fuissent, coniicimus eam à virtute beati martyris processisse. Depositis ergo super altare sacrosanctis reliquiis, vigilata nocte cum grandi psallentio, ad antedictam

Lux cælestis.

ctam deferebantur basilicam: & ecce vnus ex energumenis, manibus in se conlisis, ore patulo, cruenta proiiciens sputa aiebat, Vt quid te Martine Iuliano iunxisti? Quid eum in his prouocas locis? satis nobis erat præsentia tua supplicium: similem tui ad augenda tormenta vocasti? cur hæc agis? Quare nos cum Iuliano sic crucias? Hæc & alia misero declamante, expletis missarum solennitatibus, dum se ante sanctum altare diutissimè conlidit, profluente sanie ex ore eius, ab infestatione furoris diabolici liberatus est.

Energumenus spumas agit.

CAP. XXXV. SED nec hoc silendum puto, quòd in nocte illa priusquam sanctæ reliquiæ ibidem conlocarentur, sit gestum. Monachus ipsius loci dum de aduentu solennitatis gauderet, & singulos quosque ad cellariolum basilicæ promptissimus inuitaret, hortans vt omnes in basilica fideliter vigilarent, extracto à vase vino, cœpit eis causa deuotionis cum gaudio propinare, dicens, Magnum nobis patrocinium in beatum martyrem pietas diuina largitur. Idcirco rogo charitatem vestram, vt vnanimiter vigiletis mecum: cras enim sanctæ eius reliquiæ in hoc loco sunt conlocandæ. Exacta quoque cum sacris hymnis modulísque cælestibus nocte, celebratis etiam missarum solennibus, festiuitate

Missarum celebratio.

B ouans clericus, cœpit eos iterum quos prius inuitauerat rogare ad refectionem, dicens, Gratias vobis ago, quòd sic ad vigilandum immobiles perstitistis: sed nec martyr diu distulit bonam voluntatem virtutis suæ gratia munerari. Nam ingressus promptuarium clericus, reperit cupellam quam penè mediam reliquerat, per superiorem aditum redundare, in tantum vt copia defluentis vini riuum per terram ad ostium vsque duceret. Quod ille admirans, posito deorsum vase, sæpius extulit plenum, sed & de ipso eum satis abundéque fundere expensum, nihil prorsus defuit, sed vsque in crastinum mirantibus cunctis semper stetit plenum. Erat autem III. Kalendas mensis quinti. O admirabilis virtus martyris, cum produxit de vase sine flore vindemiam, cum sit solitum vt collecta vina condantur in vascula, protulit dolium musta, in quo non vina, sed virtus sola defluxit: turgescit vasculum à liquore quo fructus non inlatus est, sed creatus. Agit hoc ille dominus ad glorificandum martyrem, qui implens vterum virginis sine semine permanere præstitit matrem in castitate: sed tamen hic nouo magis exuberat fructu, cum sine codicibus falerna porrigit ad bibenda. In aliis vineis vix adhuc erumpunt gemmæ: in hoc verò vase vinum defluit à virtute, æquatur maius Octo-

Sine torculari vindemia.

C bri, cum noua porrigit pocula: plus habet quàm ille, cum in promptu non ostenditur vinea, & in domo gignuntur falerna. Rudis etenim venit sine torculari vindemia, quæ non in palmitibus, sed in occultis est reperta: aceruus acinorum non premitur ab arbore, & vini defluunt vndæ: hauriuntur falerna, cum in torculari non cernuntur impressa: vitis ecce non aspicitur, & pocula largè complentur. Sed quid inquam? non enim deest fidelibus virtus illa cælestis. Nam qui quondam nuptiis de aquis præstitit vina, nunc suis eadem largè porrigit sine vllius elementi natura: & qui geminis piscibus quinque milia hominum satiauit, nunc bonæ voluntati multiplicata restituit. In ipsius enim ortus tempore angelica vox testata est, dicens, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: sed iam ad sequentia virtutum opera veniamus.

SERVIENS huius monasterij diu contractus, infeliciter trahebatur. Adueniens autem ad ipsam sancti basilicam vigilias celebrat: quibus expletis mane dum ad stratum suum regreditur, inter portantium manus resolutis sanatus est neruis. CAP. XXXVI.

PVELLA quædam lippis erat oculis & nimio imbre lachrymarum profluente penè cæcata: cu- CAP.

D ius pater, audita virtute martyris glorioſi, cum ea ad basilicam sanctam properat, celebratísque vigiliis, manè pauperibus qui ad matriculam illam erant, cibum potúmque protulit: epulantibus verò illis, subitò puella capitis dolore se torqueri proclamat, & vt modico sopori indulgeatur, implorat: qua quiescente cum conuiuæ epulum adplicarent, illa surrexit, & ad sanctum se altare duci deposcit, antequam solo prostrata fuisset, & adtentè domini misericordiam deprecaretur, restrictis lachrymis, purgatis lippitudine oculis, læta surrexit: tunc patre gaudente domi redditur sana. XXXVII.

Lippa curatur.

ALIVS quidam puerulus paruulus, cuius parentes haud procul ab ipsa basilica commanebant, in- CAP.

secundo ortus sui anno membris totis contractus sine spe alicuius boni nutriebatur: qui ita contra- XXXVIII.

ctus erat, vt genua ab eius ore penitùs separari non possent. Cuius parentes, cum ad sanctam basilicam vigilassent, & proiectum infantulum coram sacrosanctis reliquiis dimisissent, post paululum reperiunt eum sedentem, membris omnibus esse directum. Dehinc fusa oratione, gaudentes ad domum suam regressi sunt.

Sanatur puerulus ad rel. Iul.

E EST autem in Turonico vicus, cui Gaudiacum nomen est, in quo beati martyris reliquiæ con- CAP.

tenentur, qui cum magnis virtutibus crebrò inlustretur, in periuris tamen plerunque agitat vltionem. Nam cum ibidem quis inimico humani generis suadente periurauerit, ita vltio diuina prosequitur, vt protinus aut in successione damni, aut in amissione proximi, aut in consumptione morbi manifesta patescat: non tamen causam remanere inultam martyr prorsus indulget: sed nec inibi tam ausu temerario periurat barbarorum cruda rusticitas, de quo negocio ista sufficiant, quia longum est singula quæ de his acta sunt, per ordinem memorare. XXXIX.

Periurij vindicta.

CVM autem ad me Aridius presbyter ex Lemouicino venisset, vir valdè religioſus, cuius etiam CAP. XL.

in secundo virtutum beati Martini libro memini, dum sollicitè vitam eius perscrutarer, actionem inquirere cœpi, quæ ibidē beatissimus Iulianus in miraculis prodidisset. In honore enim beati martyris basilicam ædificauit, quam & eius reliquiis inluſtrauit. Sicut ergo est verecundissimus, diu cun-

ctatus,tandem hæc & valdè inuitus exposuit. Quando,inquit,primùm beati Iuliani adiui basilicam, parumper ceræ à sepulchro sustuli: indè veniens ad fontem in quo beati sanguis effusus est, abluta aquis facie, paruam ab his pro benedictione compleui ampullam. Testor omnipotentem deum, quia antequam ad domum accederem, colore, spissitudine atque odore in balsamum commutata est. Veniens verò sacerdos ad dedicandam ædem,cum hæc exposuissem, nihil aliud pro reliquiis in sanctum altare condere voluit, nisi vasculum,cuius aqua in balsamum commutata fuerat,dicens, Hæ sunt certæ reliquiæ quas martyr para diſiacis virtutibus inlustrauit.

CAP. XLI. MVLTA quidē & alia sunt, de quibus plurima prætermittens, aliqua pando. Infirmus quidā,omnibus membris debilis,plaustro impositus, ad eius monasterium est adductus. Qui cum ante ipsam basilicam in hoc vehiculo nocte iaceret,videt eam subitò magno splendore fulgentem, vocésque in ea psallentium tanquam multorum hominum audiebat. Dum hæc agerentur, & ille orationem
Infirmus sanatur. funderet,quasi stupefactus, nec memor dolorum, eo adpropinquante splendor quem viderat, præteriit ante oculos eius. At ille fulgore demoto,in se reuersus,sensit se pristinæ saluti recuperatum.

CAP. XLII. CAECVS quoque adminiculo deducente,ad sacrosanctum altare eius accedens,dum de operto- G
Energumeni. rio sanctarum reliquiarum oculos adtigit, lumen recepit: sed & energumeni ab hac palla cooperti, sæpè mundati sunt, & potestas iudicum, quotiescunque in eo loco superfluè egit, confusa discessit.

CAP. XLIII. PENDEBAT autem super ipsum altare crux holochrysa, eleganti opere facta: & erat tam præclara visu, vt eam putares ex auro esse mundissimo. Aduenientibus verò barbaris, à quodam esse aurea æstimata,direpta est & sinu recondita. At is qui eam sustulerat, tanto subitò pondere prægrauatur,vt eam penitus sustinere non posset,statímque cõpunctus virtute martyris,ac pœnitentia motus,de itinere transmissam loco sancto restituit.

CAP. XLIIII. QVAE postquam gesta sunt, misit clericum suum,dicens, Vade,inquit,ad beati Iuliani basilicam, & fundens orationem, supplica vt tibi aliquid ceræ vel puluеris de sepulchro iacētis largiri dignentur æditui, vt delatum à me cum benedictione suscipiatur. Ille verò veniens quæ sibi fuerant imperata flagitat,ac suscepit. Et cum suscepta ferre vellet,tanto grauatur pondere,vt vix ceruicem possit erigere: vnde tremore magno concussus, pauimento prosternitur,& iterum cum lachrymis orationem fundens,surrexit incolumis,& acceptam sensit abeundi habere se libertatem. Igitur arrepto H
itinere incalescente nimium sole siti corripitur. Veniens autem ad villam viæ proximam, vnam cāsulam adit,aquam deposcens: de qua egrediens iuuenis dare responsum,vt eos vidit, in terram corruit, factúsque est sicut mortuus. Concurrentes autem parentes eius calumniabantur hominem,ad-
Dæmoniacus adducitur. ferentes parentem suum eorum magicis artibus fuisse peremptum. Et adprehensum puerum eleuauerunt cum semiuiuum. At ille de manibus eorum elapsus, percussis palmis cœpit debacchando clamare vel dicere quòd martyris Iuliani virtute exureretur. Clericus verò hæc audiens, posita super caput eius capsula cum pignoribus sanctis, fide plenus orare cœpit attentius: ipse quoque cum vomitu sanguinem dæmoniúmque proiiciens, purgatus abscessit. Dehinc formatus in fide portitor iter totum cum psalmis & gratiarum actionibus carpens, ad locum præoptatum martyre ducente, peruenit. Iam exindè tempore præcedente quanti ibi energumeni,frigoritici, vel diuersis morbis oppressi,martyris virtute sanati sunt, nec nomina reteneri nec numerus potuit collegi.

CAP. XLV. INTER reliqua verò insignia susciendorum miraculorum, ponimus & istud, quòd insipientes
Luces inguinaria. corrigar, & roboret sapientes. Igitur Cautini Episcopi tempore, quo ingruentibus peccatis populi Aruerna regio ab excidio luis quam inguinariam vocant, deuastabatur, ego Briuatensem vicum experij, scilicet vt qui meritis tutari nequibam, beati martyris Iuliani saluarer præsidio:in quo dum commorarer vico, vnus puer ex nostris ab hoc morbo corripitur. Reclinatóque ad lectulum capite, grauiter ægrotare cœpit. Erat autem febris assidua cum stomachi pituita, ita vt si aliquid acciperet, confestim reiiceret. Nec erat ei cibus confortatio, sed magis exitus putabatur. Denique mei cum viderent eum in extrema vexari, ariolum quendam inuocant. Ille verò venire non
Ariolus vocatur ad mortuum. differens, accessit ad ægrotum,& artem suam exercere conatur. Incantationes immurmurat, sortes iactat, legaturas collo suspendit, promittit viuere quem ipse mancipauerat morti. Hæc autem me nescio agebantur: quæ cum mihi delata fuissent, amarissimus reddor, & cum graui suspirio illud commemoro, quod dominus per Heliam prophetam Oziæ regi pronuntiat,dicens, *Quia dereliquisti dominum Deum Israel, & consuluisti deum Acharon, ideo de lectulo in quo ascendisti non consurges, sed morte morieris.* Namiste post aduentum arioli validius febre succensus, spiritum exhalabat, cuius K
post obitum interpositis paucis diebus puer alius simili laborare cœpit incommodo: tunc ego eis inquio, Accedite ad martyris tumulum, & aliquid exindè ad ægrotum deportate, & videbitis magnalia dei, atque cognoscetis quid sit inter iustum & iniustum, & inter timentem deum & non seruientem illi. Accedentes autem, parumper puluеris circa sepulchrum iacentis sustulerunt. De quo vt hausit infirmus cum aqua, protinus adsecutus est medicinam, recuperatísque viribus ac re-
Cineres b. Iuliani medentur febribus. stincta febre conualuit. Intelligite ergo nunc ô omnes qui insipientes estis in populo, & postquam ita discusseritis, scitote quia nihil sunt quæ ad seducendum humanum genus diabolus operatur. Ideo moneo,vt si quis vexillo crucis signatus,si quis baptismi ablutione mundatus,si quis vetustate deposita in nouo nunc homine viget, talia postponat ac negligat: quærat autem patrocinia martyrum,per quos sanitatum mira cula celebrantur: postulet adiutoria confessorum, qui meritò amici sunt dominici nuncupati,& quæ voluerit obtinebit.

Eo tem-

A Eo tēpore cum post obitum Proserij martyrarij, Vrbanus diaconus,huius basilicæ ordinatur ædituus:mira res ad sepulchrum sancti adparuit. Nam vigilante diacono in lectulo suo, auditus est sonitus, quasi ostium basilicæ panderetur. Post multarum verò horarū spacium, audiuit ipsum iterum claudi. Post hęc surgens de stratu præcedente lumine accedit ad tumulum sancti. Mirum dictu, vidit pauimentum rosis rutilantibus esse respersum. Erant autem magnæ valdè,cum fragrantia odoris immensi. In ipsas quoque cancelli celaturas,mirabatur rosas intus:nonus enim erat mensis: & hæ ita erant virides,ac si eadem ipsius putares hora & momento ramis virentibus esse decerptas. Tunc cum grandi reuerentia collectas,secretius posuit:multis exindè infirmis medicamenta distribuēns. *Rosæ salutares.*
Energumenus. Nam energumenus quidam ex Turonico veniens, vt exinde delibuto potum sumpsit, ejecto dæmone purgatus abscessit.

MVLIER quædam à natiuitate cæca erat,quæ se exhiberi à parentibus ad beati Martini tumulum deprecata est:quò cum venisset, prostrata per triduum ad cancellos qui ante sepulchrū sancti antistitis habentur,extrinsecus responsum accepit per somniū,dicente sibi sancto viro,Si lumen CA. XLVII.
B recipere desideras,require basilicam sancti Iuliani,in qua dum præsidium martyris expetes,ille coniunctus Martino visum tibi necessarium simul orationum suarum suffragiis reuocabunt. Exurgens autem mulier, & ignorans quòd in Turonico huius martyris reliquiæ tenerentur, ad Sanctonicam vrbem dirigit. Victorina etenim materfamilias ex nobili stirpe progenita in villæ suæ territorio basilicam construxerat,reliquiásque beati martyris condiderat. Ad hanc ergo ædem mulier accedens orat per triduum. Die autem tertia aduenit natalis Baptistæ dominici: stante autem populo, & lectionum dogmata auscultante, subitò murmur magnum oritur. Presbyter verò qui solennia cele- *Natalis Baptistæ.*
brabat,comprimere voces cupiens,interrogat quid hoc esset. Cui vnus ex adstantibus ait,Murmur mitescere non potest, quia virtus domini miraculum prodidit. Ecce enim mulier illa quæ se cæcam testabatur ortam,erumpente ab oculis sanguine,visum recepit. Tunc omnes benedixerunt Deum, cognoscentes pariter quæ fuerant gesta.

NANNINVS igitur presbyter domus Vibriacēsis,martyris huius glorioſi reliquias expetiuit,quas CAP.
ex iussu beati Auiti pontificis adsumptas,cum psallentio vsque ad basilicam sancti Ferreoli,quę pro- XLVIII.
C cul ab ipso vico sita est peruenisset,vnus ex energumenis est mundatus. Procedens autem psallēdo, *Energumenus mundatur.*
cum ad medianam peruenisset, coram hoste improbo virtute sancti depulso puella, alia purgata discessit.

ACCEDENS autem ad locum vbi oratoriū quod in honorem sancti construxerat, posuit hæc CAP. XLIX
pignora in altari sancto. Accedens autem ad eum vnus cum amissis oculis,alius manu debilis impleta oratione,hic lucem recipit post tenebras, manus ille vsum post otia diuturna. Mulier etiam nomine Æterna cum filia ab hoste iniquo vexata,ad hoc altare curata, cum prole sospes abcessit. Frigoritici etiam in illo loco nonnulli sanati sunt. *Dæmoniaci curantur.*

SED quoniam non est absurdum, si beatus Iulianus cum Iohanne aut Martino dona sanitatum CAP. L.
impertiat,cum quibus victor seculi in cælo tripudiat,referam adhuc qualiter cum Nicetio Lugdunensi simili virtute floruerit. Igitur infra terminum territorij Turonici,Litomeris quidam in honore sancti martyris basilicam ædificauit: in qua nos ex more ad benedicendum euocati, sancti Iuliani martyris cum Nicetij Lugdunensis reliquias cõlocauimus. Sed non multo pòst tempore cæcus ad-
D ueniens,dum fideliter orationem fudit,visum recipere meruit. Memini huius cęci in libro vitæ sancti Nicetij,quia dignum est vt communis virtus vtriusque sancti scripta cõnectat. Ergo his miraculis lector intendens intelligat,non aliter nisi martyrum reliquorúmque amicorum Dei adiutoriis se *Sanctorum intercessio.*
posse saluari. Ego autem domini misericordiam per beati martyris Iuliani patrocinia deprecor vt aduocatus in causis alumni proprij coram domino adsistens,obteneat vt absque impedimento maculæ vllius, huius vitæ cursum peragam, atque illa quæ confessus sum in baptismo,inreprehensibiliter teneam,fideliter exerceam,ac viriliter vsque ad consummationē huius vitæ custodiam. Amen.

GEORGII FLORENTIS
GREGORII EPISCOPI TVRONICI,
DE GLORIA CONFESSORVM.

PRÆFATIO.

PVDET insipiẽtem reprobum imperitúmque atque inertem illud adgredi quod non possum adimplere: sed quid faciã? quod occuli non patior, quæ de beatorum virtutibus vel ipse sæpiùs inspexi, vel per relationem bonorum virorum & certæ fidei euidenter gesta cognoui: sed timeo ne cum scribere cœpero, quia sum sine literis rhetoricis & arte grammatica, dicat mihi aliquis, Ausu rustico & idiota, vt quid nomen tuum inter scriptores nudè æstimas? Aut opus hoc à peritis accipi putas, cui ingenium artis non suppeditat, nec vlla literarum scientia submini-
Authoris humilitas. strat? qui nullum argumentum vtile in literis habes: qui nomina discernere nescis: sæpius pro masculinis fœminina, pro fœmininis neutra, & pro neutris masculina commutas, qui ipsas quoque prępositiones quas nobilium dictatorum obseruari sanxit auctoritas, loco debito plerunque non locas. Nam pro ablatiuis accusatiua, & rursum pro accusatiuis ablatiua ponis. Putásne videbitur vt bos piger palæstræ ludum exerceat? aut asinus segnis intersphæ ristarum ordinem celeri volatu discurrat? aut certè nunquid poterit coruus nigredinem suam albentium columbarum pennis obtegere? aut obscuritas picis, liquoris lactei colorem imitari? Nempè vt ista fieri possibile non est, ita nec tu poteris inter scriptores alios haberi. Sed tamen respondebo illis, & dicã, Quia opus vestrum facio, & per meam rusticitatem vestram prudentiam exercebo: nam, vt opinor, vnum beneficium vobis hæc scriptura præbebit: scilicet vt quod nos inculte & breuiter stilo nigrante describimus, vos poteritis lucidè ac splẽdidè stante versu in paginis prolixioribus dilatare. Igitur in primo libello inseruimus aliqua de miraculis domini ac sanctorum apostolorum reliquorúmque martyrum, quæ hactenus latuerunt, quæ Deus ad corroborandam fidelium fidem quotidiè dignatur augere, quia valde molestũ erat, vt traderentur obliuioni. In secundo posuimus de virtutibus sancti Iuliani. Quatuor verò libellos de virtutibus sancti Martini. Septimum de quorundam felicioſorũ vita. Octauum hunc scribimus de miraculis cõfessorum, specialius legentem poscentes, vt quia nobis, vt sæpè testati sumus, nec artis ingenium suppeditat, nec sermonum facundia iuuat, veniam temeritati libenter indulgeat: quem non iactantia mundialis erigit vt scribat, sed deprimit pudor vt sileat, amor timórque Christi impellit vt referat. Et quoniam primum libellum de domini miraculis inchoaui, velim & huic libello de sanctorum angelorum virtutibus adhibere principium.

CAP. I. IGITVR dum in Aruerno territorio commorarer, vir mihi fidelis retulit, & scio quia vera narrauit, quia euidenter cognoui gesta fuisse quæ dixit. Iubet, inquit, fieri ex annonis aqua infusis atque decoctis, messoribus poculum præparari. hanc autem coctionem Orosius à coquendo coctiam vocari narrauit: quod cum præparatum fuisset, & in vase reconditum, atque ille apud vrbem moras necteret, vt mos seruorum est, maxima parte exhausta, exiguam dominicis vsibus reliquerunt. Ille quoque fidus de iussione, inuitare messores iubet vt eo ab vrbe redeũte hos segetem decidere reperiret. Quo facto iam operariis in segete conlocatis circiter septuaginta, aduenit dominus fundi, perscrutánsque qualitatem quantitatémque potus, perparũ reperit: tũc pudore confusus, & sibi factum ad verecundiam reputans ne potus deficeret operariis, quod vt ipse arbitrabatur, super quinque modiorũ mensuram non erat: quid ageret, quò se verteret, in ambiguo dependebat: tandem inspirante domino conuersus ad vasculũ, nomina angelorum sanctorũ quæ sacrę docent lectiones, super aditũ eius deuotè inuocat, orans vt virtus eorũ paruitatẽ hanc in abundantiã cõuertere dignaretur,
Potus indeficiens. ne operariis deficeret quod haurirent. Mirum dictu, tota die ab hoc extractum est, & nunquã defuit bibentibus: sed vsquequò nox finem operandi fecit, omnibus fuit in abundantia ministratum.

CAP. II. HILARIVS beatissimus quarto exilij anno ad vrbem propriã est regressus, impletóque operis boni cursũ, migrauit ad dominum. Ad cuius beatum sepulchrum multæ quidem virtutes ostenſæ narrantur, quas liber vitæ eius continet. Sed tamen duo leprosi in eodem loco mũdati sunt. Mõs
Leprosos mundat D. Hilarius. enim erat in Gabalitano territorio, cognomento Helanus, lacum habens magnum: ad quem certo tempore multitudo rusticorum quasi libamina lacui illi exhibens, linteamina proiiciebat, ac pannos qui ad vsum vestimenti virilis præbentur: nõnulli lanæ vellera, plurimi etiã formas casei ac ceræ vel panis

A vel panis, diuersásque species vnusquisque iuxta vires suas, quæ dinumerare per lõgum puto: veniebant autem cum plaustris potum cibúmque deferentes, mactantes animalia, & per triduum epulantes. Quarta autem die cum discedere deberent, anticipabat eos tempestas cum tonitruo & coruscatione valida: & in tantum imber ingens cum lapidum violentia descendebat, vt vix se quisquam eorum putaret euadere: sic fiebat per singulos annos, & inuoluebatur insipiens populus in errore. Post multa verò tempora, quidam sacerdos ex vrbe ipsa episcopatu adsumpto accessit ad locum, prædicauítque turbis vt absisterent ab his, ne cæleſti ira consumerentur: sed nequaquam eius prædicatio à cruda rusticitate recipiebatur: tunc inspirante diuinitate sacerdos Dei basilicam in honore beati Hilarij Pictauensis eminus ab ora stagni ædificauit, in qua reliquias eius locauit, dicẽs populo, Nolite filioli, nolite peccare ante dominum: nulla est enim religio in stagno. Nolite maculare animas vestras in his ritibus vanis, sed potius cognoscite Deum: & amicis eius venerationem impendite: adorate autem sanctum Hilarium Dei antistitem, cuius hic reliquiæ sunt conditæ: ipse enim potest *Hilarius intercessor.*
B pro vobis apud Dei misericordiam interceſſor adsistere. Tune homines compuncti corde, conuersi sunt, & relinquentes lacum, omnia quæ ibidem proiicere erant soliti, ad sanctã basilicã conferebant: & sic ab errore quo vincti fuerãt, relaxati sunt: sed & tẽpestas deinceps à loco illo prohibita est: nec vltra in hac solẽnitate quæ Dei erat, nocuit, postquã beati confessoris ibidẽ sunt reliquiæ collocatæ.

EVSEBIVS verò Vercellensis episcopus magnũ huic Hilario adiutorium contra hæreſes fuit, CAP. III.
qui viuere se post tumulos præsentibus virtutibus manifestat. Nam in die natalis sui cum multi in- *Energumeni.*
firmi saluentur, energumeni tamen roratu valido per totam ecclesiam debacchãtes, & nimio confitentes se torqueri cruciatu, eleuati in aëra, lychnos qui ad officium luminis succenduntur, manu verberantes, effrangunt: de quo perfusi liquore inlico discedente dæmone personæ purgantur: scítque tunc populus tot infirmos esse mundatos, quot viderit lychnos effractos. Sed & omnia quæ sub ditione basilicæ eius habentur, ita pia protectione conseruat, ne exindè quicquam auferatur ab aliquo: nam videres inter hostes iniquos greges pecorum iumẽtorúmque & ouiũ, nec penitus à quoquam adtingi, cum vox sonuerit, Confessoris sunt hæc Eusebij. Huius sancti reliquias mater mea in oratorio domus suæ locauit. Factum est autem quadam die per hyemẽ dum collocutione hilari pro
C lõginquitate noctis diutius ante focum, qui multa lignorum strue compositus fuerat, resideret, familia iam dormitante surrexit, & se lectulo haud procul ab ipso igne locauit. Dormientibus autem cunctis scintillæ flammarum ad trabes vsque conscendunt: de quibus adprehensa vna earum validè cœpit flammas spargere: sed credo virtute sancti illius cuius reliquiæ propinquæ erant, flamma *Incendium restinguitur.*
contra naturam desursum incuruata retorquetur. Nec ad tectum, vt mos est, extenditur, sed deorsum fluit, vt putares non flammam, sed vellera lanæ de trabe pendere: nec exurebat trabẽ, nisi tantùm ardens per ipsa vagabatur: donec expergefacta materfamilias vocatis seruientibus, aqua superposita restinxit incendium, quo facilè omnis domus cunctis dormientibus exuri potuisset, si virtus beati defuisset.

GATIANVM enim episcopum à Romanis episcopis ad vrbem Turonicam transmissum, pri- CAP. IIII.
múmque Turonicis pontificem datum, fama ferente cognouimus. Ad cuius tumulum beatus Martinus cum ad orationem venisset post effusas preces dicto etiam capitello, ait, Benedic, inquit, mihi
D vir Dei: hæc eo dicente vox ad eum dilapsa auditur, dicens, Te enim deprecor benedicas mihi seruc domini: & data iterum oratione discessit. Admirabantur autem qui aderant eo tempore, & dicebant eum habitare tunc in Martino, qui quondam Lazarum vocauit ex monumento.

SIMILE huic facto apud Arthonam Aruernensem vicum referre sæpius senes viros audiui: CAP. V.
Vitalina quædam religiosa in hoc loco quieſcit. Ad cuius beatus Martinus tumulum veniens dedit salutationem: & illa, vt sibi dignaretur benedicere, flagitauit. Postquam autem expleuerunt orationem, conuersus vir beatus, Dic, ait, sanctissima virgo, si iam domini præsentiam meruisti: quæ ait, Restitit mihi vna causa, quæ facilis in seculo videbatur. Sexta enim feria qua redemptorem mundi *offendiculũ salutis.*
passum nouimus, aquis ablui caput. Recedens autem beatus confessor à tumulo virginis, ait suis, Vę nobis qui in hoc mundo versamur, si hæc virgo Christo sacrata hinc offendiculum meruit, quòd sexta feria abluit caput: quid nos faciemus quos quotidiè fallax seculum peccare persuadet? Multa enim in eo vico vir beatus operatus est, quæ insequi longum putaui. Egressus autem vir Dei ab Arthonensi vico ad vrbem Aruernã gressum direxit. Audientes autem senatores vrbis qui tunc in loco
E illo nobilitatis Romanæ stemmate refulgebãt, quòd scilicet vir sanctus adpropinquaret vrbi, egressi sunt in occursum eius cum equitibus & carrucis cum curribus atque rhedis: at ille asello impositus, super stratum viliſſimum residens, cum aduenisset in cacumen montis Belenatensis, de quo vici Ricomagẽsis positio contemplatur, vidit hos cum his pompis ad se accedere, dixítque, Quid sibi volunt hi qui nobis cum hoc apparatu adpropinquant? Respondit vnus qui prior accesserat, Quia senatores Aruerni veniũt in occursum tui. Cui ille, Non est meum, inquit, vt cum hac iactantia ingrediar vrbem eorum: & confestim retorto retrorsum asselli freno, viam qua venerat regredi cœpit. At illi consequentes, eum suppliciter deprecabantur vt ad vrbem accederet, dicentes, Audiuimus famam sanctitatis tuæ: multi sunt enim infirmi quos te oporteat visitare: cúmque obtinere non possent, impositis manibus super infirmos qui aduenerãt, sanitati restituit: & ad vicũ Arthonẽsem regressus est. Erat autẽ in hoc loco cãcellus, in quo sanctus dicitur stetisse. Post hęc accedẽs ad tumulũ

Apparuit Vitalina quamplurimis.

virginis,ait,Gaude nunc Vitalina soror beatissima. post triduum enim maiestati dominicæ præsentaberis: & discessit ab eo loco. Post hęc multis per visum virgo ostensa est, & beneficia petita præbuit,& diem obitus sui in quo commemoratio eius celebraretur,edixit:quod non aliter sentiẽdum est,nisi quia beati antistitis obtentu,dominicæ maiestatis præsentiã meruisset,vt hæc deinceps ageret.Quodam autem tempore celebratis in eius honorem vigiliis, cum archipresbyter loci Eulalius clericos conuiuio inuitasset,Edatius verò alius presbyter, viduis ac pauperibus reliquis eduliũ præpararet:& vni pisces deessent,alteri vinum bonum,commonitus piscator quidam per visum à virgine est vt archipresbytero piscium copiam deferret. Surrexítque è lectulo, inuenitque immanem esocem in lapsum suum,quem vbi iussus fuit, exhibuit. Edatio autem presbytero adparuit similiter per visum, dicens, Vade & sub vna arbore atrij inuenies vnum trientem: ipsum donans, vinum dignum epulis pauperum comparabis. At ille nulli quæ viderat narrauit,abiit, inquisiuit, & reperit. Coemptóque vino pauperes Christi refecit:ficque virtus virginis vtrique adparens, de speciebus quæ minus erant vtroque loco plantauit. F

CAP.VI. PLVRIMA quidẽ fecit in hoc seculo, de quibus scriptores eius vitæ multa prætulerunt, dum fastidium arcere detrahentium adnisi sunt:ne non crederentur ab his qui bonorum sanctitatẽ linguis veneficis impugnare sæpius volunt:sed nos qui quotidiè indigni quidem eius miracula cernimus ad sepulchrum,quia non est opus sanis medicus,sed qui malè habent:absurdum duximus si ea quę euidenter ab eo prius gesta cognouimus,silearnus.Quia si quis est adhuc infidelis,& æmulus vt hæc non credat,accedat ad basilicam,& videbit quotidie & noua agi,& quæ facta dudum fuerant, iterari. Et quia tertium de eius operibus libellum scripsimus, ne & hic liber ab eius virtutibus sit immunis, scribere in eodem aliqua de his quæ nobis euidenter sunt comperta tractauimus: quia multa sunt,sicut sæpè testati sumus, quæ hactenus latuerunt.Extat nunc in ipsa superius memorata basilica, quam in eius honore fideles ædificauerunt, lapis super quem vir beatus dicitur resedisse. Post multum autẽ tempus Leo quidã presbyter, vt sibi sepulchrum deponeret, lapidem sanctum à loco dimouit:nec mora,ad domum suam cum tremore rediens, correptus à febre die tertia exspirauit.Cognitúmque est offensum antistitem habuisse:hoc igitur nostro tempore gestum recolimus. G

D. Martinus

CAP. VII. FVIT & in Nobiliacensi pago vrbis Turonicæ arbor quæ ab impulsu venti ruens, viam publicam impediebat: quòd iter cum vir beatus ageret, viantium motus misericordia, facto desuper signo crucis, erexit eam,quæ vsque nunc stare iuxta viam erecta visa est,etiã præmortua,quia spoliata cortice, viuebat tamen honore viridi: de quo cortice multi fideliter eradentes, vt dilutam aquam sumebant,mox medicamina capiebant.vidimus enim nos hanc arborem erectam. H

D. Martinus arborem erigit.

CAP.VIII. IGITVR Turonico oppido oratorium erat propinquum, situm in villa Martiniacensi, in quo celebre ferebatur, sæpius orasse Martinum. Denique Guntharus abbas dum gregi monasteriali præesset,& viam quæ haud procul ab oratorio inceditur, casu contingente tereret,oratione facta transibat.Post adsumptum verò episcopatum,aggerem ipsum præteriens venit ante oratorium: sed distulit ad orationem in loco descendere:illico equus conuersum habens caput ad oratorium, in media restat via. Dehinc verberatur calcibus,loris agitur,vrgetur stimulis:sed tanquam æneus nõ mouetur:tunc sacerdos sensit se virtute diuina teneri,& descendens facta oratione equo ascenso præteriit.Velim ó sonipes,si tibi os dominus,vti quõdam fecit asinæ, reseraret,diceres quid vidisti spectabile,vt non incederes:quid amabile vt ostium cellulæ contemplareris:quid formidabile,vt ascensorem orare compelleres:nempe altiore voce clamares,quia claritatem Martini cernens mouere non es ausus,nisi tuus occursum debitum præponeret dominus.

Equus erectatur.

I

CAP.IX. ARIDIVS autem presbyter ex Lemouicino, vir summæ bonitatis ac sanctitatis,quadam vice dum mecum resederet in cellula, sollicitus esse cœpit si aliqua in oratorio miracula, vbi reliquias beati antistitis conlocauerat, ostenderentur: qui ita retulit, quòd tempore quo beatus Eufronius erat episcopus,ad Turonicam vrbem venit,in qua diu commoratus, plenam ampullam olei desepulchro sancti antistitis abstulit. Regressúsque ad domũ,dũ fatigatus ex itinere resederet,& viæ labores matri referret,subitò ficta percutitur tam grauiter,vt nec anhelitũ resumere posset. Cõuersus verò ad oratorium in quo beati antistitis reliquiæ tenebantur,deductáque in vigiliis nocte,manè de oleo,quod adtulerat,locum infirmitatis inunxit,sedatóque dolore conualuit.Posthæc quidam manum inflatã ab spina percussam detulit, quæ protinus vt de oleo delibuta est,incolumitati donatur. Mulier quæ sensum perdiderat,& quibusdam horis dæmonium putabatur habere, de hoc oleo tacta,sanata est. Nam & alius abbas eiusdem cellulæ proximus, de hoc oleo cæci oculos adtigit, qui protinus visum recepit:sed & cum multos energumenos exindè restituisset sanitati,vni qui atrociorem vt credo dæmonem habebat,super caput de oleo posuit, illicò dæmonem per fluxum ventris egessit,& alteri in vngula policis dæmonium descendit:quo viso presbyter super digitum oleum infudit. Móxque disrupto corio,sanguine defluente discessit.hæc ille de oleo retulit. K

Oleum salutare D. Martini.

Dæmoniacus liberatur.

Dæmon insidet vngulæ.

CAP.X. DE vua quoque ex vite quam sanctus plantauerat,adiecit, quòd adsumptã eam in ampullulam recondidit,quam aqua compleuit.Non post multum verò tẽpus,venit ad eum homo cuius os à pusula mala tumefactũ,capútque & oculi inflati ob nimiũ venenũ præcludebãtur. Cui ille infusa in os aqua de ampullula,vuæ omnis tumor ac dolor gutta decedẽte discessit. Adserebat enim,grana vuæ illius in ipsa aqua post quattuor annos adhuc viridia perdurare. De cera verò quam de sepulchro tulerat,

Vua mirabilis plantatio D. Martini.

A lerat,adiecit,surda & muta quæ vt credo dæmonium habebat,ad eum accessit. In cuius aure de ipsa cera posuit: alia verò die veniens,gratias pro accepta sanitate retulit sacerdoti.

CAP.XI. INTRA terminum autem Ternodorensis castri Lingonicæ ciuitatis erat presbyter gressu debilis,cúmque per viam pergeret,quæ ad Dei Ecclesiam ducit,obuium habuit senem cum puero.Erat autem vterque clericus,datóque sibi inuicem salutationis occursu,dixit senex ad presbyterum,Vis sanus fieri?cui ille,Et quid humanum genus amplius concupiscit habere, nisi vt sospes viuat in cõpore?& senex facto beatæ crucis signaculo super poplitem,dixit presbytero,In nomine domini nostri Iesu Christi,extende pedem tuum:quem presbyter sine mora extendens,sanum ad se reduxit:& gratias agens, iter quò pergebat agere cœpit: vocatóque eo puer qui cum sene erat,ait, Et scis presbyter, quis est qui te reddidit sanitati?Ignoro,ait.cui ille,Sãctus Martinus Turonicę vrbis antistes, ipse te virtute sua sanitati restituit.Tu verò in loco in quo sanctum stare vidisti,oratorium sine mora ædifica:erit enim populis salubre,si quæ loquor expleueris. Nec moratus presbyter, oratoriũ in eodem situ cõstruxit.In quo nunc nuper multi paralytici gressum,cæcíque visum recipere meruerunt.

Claudus sanatur.

B CAP.XII. IN Hispaniis autem nuper factum cognoui, cum Leuuieldus rex contra filium suum ambularet,atque exercitus eius,vt adsolet, grauiter loca sancta concuteret, monasterium erat sancti Martini inter Sagunthum atque Carthaginem Spartariam. Audientes autem monachi quòd hic exercitus ad locum illum deberet accedere,fugam ineunt,& se,relicto abbate sene,in insulã maris abscondunt. Adueniẽtibus autẽ Gothis,ac diripiẽtibus res monasterij, quæ sine custode remanserant, abbatem senio incuruatum,sed sanctitate erectum offendunt.Extractóque vnus gladio,quasi amputaturus ceruicem eius, resupinus ruit,ac spiritum exhalauit.Reliqui verò hæc videntes,timore perterriti fugerunt.Quod cum regi nunciatum fuisset,cum testificatione præcepit omnia quæ ablata fuerant,monasterio restaurari.

Abbatis percussor examinatur.

C CAP. XIII. CERNENS autem præfatus rex tanta miracula per seruos dei qui nostræ religionis erant,fieri, vocauit vnum episcoporum suorum:dixítque secretius ad eum, Quamobrẽ vos vt isti qui se Christianos dicunt, non ostenditis signa in populos secundum fidem vestram? Dicit ei episcopus, Sæpius ego cæcis lumen reddidi,& surdis auditum: nunc autem hæc possum facere quæ dicis. Et vocato ad se vno de hæreticis, clanculo ait ad eum, Accipe quadraginta aureos, & clausis oculis reside in loco vnde nobis est transitus:& prætereunte me cum rege,exclama in virtute, vt perditum lumẽ mea tibi credulitate restituã.Cúmque hic accepta pecunia feciſſet quod sibi fuerat imperatum, procedit nouus Cirula regis ad dexteram, constipatus hæreticorum caterua: exclamat & iste cæcatus pecunia, vt fide episcopi reciperet oculos suos. At iste cum non minima arrogantia imponens manus super oculos eius,ait,Secundum fidem meam fiat tibi. Hæc eo dicẽte, ita obserati sunt oculi hominis cum dolore,vt non solùm visum perderet, verumetiam dolum quem auaritia impellente finxerat,publicaret.

Arrianus excæcauit quem illuminare promittebat. Supra lib.2. hist.cap.3.

CAP. XIIII. RETVLIT alius vir fidelis,spectasse se Christianum cum hæretico pro fide nostra certantem: altercantibúsque diu de diuinis scripturis, cum flecti non posset hæreticus vt agnosceret veritatem,ait,Si nostræ religionis,si scripturarũ sacrarum testimonia te ad credendum minimè mouent, vel virtutem indiuiduæ trinitatis miraculis experire.Est digito meo anulus aureus:ego eum in ignẽ iacio,tu cãdentem collige.Projectúmque inter prunas anulum, ita igniri permisit vt eis similis cerneretur. Conuersúsque ad hæreticum ait, Si vera est prosecutio tua, sume eum ab igne. Illo autem resistente,ait vir,Immensa trinitas Deus,si aliquid indignum te credo, ostende. Certè si recta est fides mea, nihil mihi prævalebunt hæc incendia sæua:& ablatum ab igne anulum diutissimè palma sustinuit,& nihil est nocitus: sed magis confuso hæretico catholicos reliquos feruore suæ fidei roborauit.hactenus hinc.

D

Contentio Catholicorum hæretico. sup. lib.2.hist. cap.3.

CAP.XV. HAVD procul verò à basilica beati Martini, Venantius abbas requieſcit, vir magnificæ sanctitatis, qui multis infirmis, in corpore positus, opem accommodauit: qui impleto tempore à seculo migrans,iugiter se in æternum viuere virtutibus propriis manifestat. Nam si qui typos frigoriticos incurrens, nocte vna ad eius tumulum deprecans vigilauerit, mox compresso accessu adipiscitur medicinam.Nam inter reliqua quæ ibidem gesta vel vidimus,vel audiuimus,mulierem quandam à quartano typo correptam,sanatam aspeximus.Quæ diuturno tempore ab hoc detẽta contagio,neque cibum,neque somnum capere poterat, sed ita omni corpore deciderat, vt vix in ea vel illud vitale spiraculum remaneret. Ad huius sepulchrum, in gemitibus & oratione pernoctans, vsque lucis aduentum perdurauit immobilis. Manè verò sopori se collocans, cum expergefacta fuisset, nihil mali sentiens,sanata discessit. Huius autem sancti vitam nos scripsimus.

Sanatur infirmus.

E

CAP.XVI. FVIT & beata Pappula valdè religiosa,quæ cum sæpius à parentibus flagitaret se in monasterio locari puellarũ, eo quòd in domo parentũ,curis seculi impediẽtibus,deo seruire nõ posset,& illi præ amore nollent eam à se separari, totondit comam capitis sui,indutáque virili habitu, Turonicã diœcesin adiẽs,in cõgregationẽ se contulit monachorũ,ibíque in iciuniis orationibúsque degẽs,virtutibus deinceps multis emicuit.erat enim tanquã vir inter viros, nec vlli erat cognitus sexus eius. parẽtes autẽ requirentes eã,nunquã enim reperire potuerũt. Interim abbate monasterij ad quod venerat defuncto,Monachi propter virtutes assiduas,hãc eligũt,ignorãtes sexũ:quod illa totis viribus renuit.Triginta autẽ annos in monasterio fuit à nullo agnita quid esset. Ante tertiũ autẽ diẽ quã ab

Pappula viri sub habitu monasticam professetur.

mundo migraret, id monachis patefecit: & sic defuncta ab aliis mulieribus abluta, sepulta est, F
multis se deinceps virtutibus manifestans esse ancillam dei. Nam & frigoritici, & aliis morbis op-
Frigoritici. pressi, sæpe ad eius tumulum sanitati redduntur.

CAP. XVII. IN alio autem pago Turonico, erat inter vepres & rubos sepulchrum positũ, in quo ferebatur episcopum quendam fuisse sepultum, nomen ignorabant. Contigit verò vt cuiusdam pauperis filius moreretur: quo sepulto, cum opertorium sarcophagi non inueniret, ad hunc locum accessit. Ablatóque de hoc sepulchro cooperculo, quod tam immane erat vt tribus duceretur paribus boũ, texit corpusculum filij fulto alterius sepulchri. Quod cum feciſſet, surdus, mutus, cæcus ac debilis est effectus: mansitque in hoc supplicio integrum ferè annum. Dehinc adparuit ei quidã sacerdos per visum, dicens, Quid, inquit, tibi tuisque vim intuli, ô vir, quia detexisti me, auferendo opertorium tumuli mei? Vade nunc, si vis sanus fieri, iube ipsum velociter reuocari: quòd si nolueris, protinus morieris. Ego enim sum Benignus episcopus, qui in hanc vrbẽ peregrinus aduenio. At ille suis innuens, accessit ad monumẽtum filij sui. Eleuatúmque lapidem plaustro imposuit, reportatúmque vt sarcophago redderet, illicò sanus effectus est: nam in redeundo ita lapis leuis erat, vt quem tria G
paria boum euexerant, boues deinceps duo reuocarent.

Benigni sepultura reperitur.

CAP. XVIII. INFERA ipsum autem terminum Turonicum erat mõs parũlus, sentibus, rubis, vitibúsque repletus agrestibus, & tanta dẽsitate labrùscæ contextus, vt vix aliquis intro posset inrumpere: ferebat enim fama, duas deo sacratas virgines in illo loco quiescere, scilicet cum vigiliis dierum festorum, luminibus accensum diuinitus à fidelibus sæpius cerneretur, vnus audacior & animi fretus auctoritate, ad locum accedere sub obscura nocte non metuit. Atque cereum miri candoris immenso lumine fulgurantem aspiciens, admiratúsque diu, discessit, aliisque quæ viderat nunciauit. Tunc vni de incolis loci se virgines per visum ostendunt: exponunt se ibidem esse sepultas, ac sine tecto,
Virgines reuelant sepulturam. imbrium iniuriam diutius ferre non posse. hic verò si sibi vellet esse consultum, incisis vepribus tegumen tumulis adhiberet. Expergefactus verò inruentibus aliis cogitationibus, tradidit oblivioni quæ viderat. Alia verò nocte adparuerunt ei iterum, vultu minaci terribiliter comminantes, nisi locum regeret, anno præsenti ab hoc seculo migraret. Territus igitur vir ille visu, accepta secure stirpe succisa tumulos detexit: inuenítque validas de cereis guttas in modum Libani odore nectareo effragare. tunc deputatis bobus & plaustro, lapides congregat, & data æstate oratorium superædificat: explicitóque opere beatum Eufronium, qui tunc Turonicam regebat ecclesiam, ad bene-
Eufronius. dicendum inuitat. Sed ille iam defessus senio, excusat abire, dicens, Vides (inquit) fili quòd senuerim, & hiems solito asperior ingruat: descendunt pluuiæ, ac venti cuncta turbine perflant: instantur flumina, & ipsæ quoque viæ à frequentatione imbrium effusæ penè in lutum sunt dissolutæ. Et nunc non conuenit ætati meæ, ista modò properare itinera. Hæc audiens vir ille, discessit à conspectu sacerdotis, abiens valdè mœrens. Verùm vbi sacerdos membra quieti laxauit, vidit duas virgines adstare sibi: quarum senior tristi vultu sic infit, Quid tibi ingratæ existimus, beatissime pontifex? quid molestæ intulimus regioni tibi à deo commissæ? Cur nos despicis? cur ad consecrandum locum, quem nobis vir fidelis ædificauit venire dissimulas? Veni nunc obsecramus per nomen omnipotentis Dei, cuius nos sumus ancillæ. Hæc effata, genas lachrymis rigabat obortis. Expergefactus verò senex, vocat ecclesiasticæ domus rectorem, dicens, Peccaui, non eundo cum homine. ecce enim vidi duas virgines me ob id increpantes, & vereor dei offensam incurrere, si illuc distulero ambulare: acceleránsque iter viam ingreditur. Igitur cunte illo quicuit pluuia, austrorúm que violen I
tia sæua succubuit. Ipse quoque feliciter conficiens iter, benedicto loco cum pace regressus est. Nam referebat plerunque vultum incessúmque virginum: & vnam quidem dicebat prolixiorem, alteram minorem statu, non merito: vtranque tamen niue candidiorem: quarum vnam Mauram,
Maura & Britta. Brittam alteram vocitabat', dicens se ab earum ore hæc nomina cognouisse.

CAP. XIX. *Eufronius prædicit regis obitum.* IPSE quoque pontifex cum à multis crebrius vrgeretur vt ad occursum Chariberthi regis deberet accedere, & innectens moras ire differret, tandem commotus à suis ait, Ite, præparate iter vt eamus ad occursum regis, quem visuri non sumus. Igitur imponens plaustris necessaria caballis ad iter præparatis, iámque in hoc stante ratione vt deberet viam incedere, ait, Reuertantur plaustra, laxentur equi: non modò hoc iter incedimus. Dicentibus autem suis, quæ esset hæc leuitas, vt quæ tam instanter parari iusserat, tam facilè deturbaret: ait secretius, Princeps ad quem nos ire compel- K
litis, obiit: nec viuentem si abierimus, inueniemus. Stupefacti audientes, diem notant, & sancti verba taciti seruant: aduenientibus autem ab vrbe Parisiaca hominibus ea hora regem transisse nuntiant, qua sacerdos plaustra de itinere iusserat reuocari.

CAP. XX. DE oratorio autem nostro in quo reliquię sancti Saturnini martyris ac Martini antistitis cum Illidio confessore, vel reliquorum sanctorum conlocatæ sunt, pro instructione credentium narrare aliqua non pigebit: qualiter se virtus beati Martini reuelatione reuelauit, ita vt adpareret multis ignitus globus ille terribilis, qui quondam solennia celebrante emersérat paucis visibilis, à capite arcæ prorumpens. Concepit enim inspirãte diuinæ pietatis instinctu animus, vt cellulam valdè elegantem quam sanctus Eufronius ad vsum promptuarij habuerat, ad opus orationis fideliter dedica-
Altaris sanctificatio. rem: qua diligenter compósita, & altari ex more locato, ad basilicam sanctam vigiliis noctem vnam ducentes: manè verò venientes ad cellulam, altare quod erexeramus, sanctificauimus. Regressíque ad basi-

A ad basilicam, sanctas eius reliquias cum Saturnini Iulianique martyrum vel etiam beati Illidij exindè solèniter radiãtibus cereis crucibúsque admouimus. Erat autem sacerdotum ac Leuitarum in albis vestibus non minimus chorus, & ciuium honoratorum ordo præclarus: sed & populi sequentis ordinis magnus conuentus. Cúmque sacrosancta pignora palliis ac mappis exornata in excelsum deferremus, peruenimus ad ostium oratorij. Ingredientibus autem nobis, subitò repleuit cellulam illam fulgor terribilis, ita vt præ timore & splendore nimio, adstantium oculi clauderentur. Discurrebat autem per totam cellulam tanquam fulgur, non paruum nobis ingerens metũ. Nec quisquam scire poterat quid hoc esset: nisi omnes pauore prostrati solo iacebant. Tunc ego, Nolite *Fulgor cæleſtis.* inquam, timere: virtus est enim sanctorum quam cernitis: & præsertim rememoramini librum vitæ beati Martini, & recolite qualiter verba sacrata promenti de capite globus ignis egressus vsque ad cælos visus est conscendisse: & ideò ne terreamini, sed ipsum nos cum sanctis reliquiis credite visitasse. Tunc timore postposito, magnificauimus deum, dicentes, Benedictus qui venit in nomine domini, Deus dominus, & inluxit nobis. Sed illud anterius miraculum visum est paucis: istud adparuit
B populis vniuersis. In illo fuit virtutis indicium, in isto gratiæ supplemẽtum: illud fuit tunc occultum propter iactantiam, istud manifestum est cunctis ad gloriam: ibi de more festiua fideliter acta domino nunciãtur, hic in nouitate oratorij quod ad laudem domini proficeret, inlustratione sanctorum pignorum consecratur. Ergo fideliter vt oportet, à nobis quærendus est & orandus vt ille visitet hũc populum, qui plerunque orationis vota per hunc sacrum ignem sustulit in excelsum. Hunc enim ignem vel cum de monacho orante narraui, vel cum Brachionem abbatem à pignoribus sanctorum vidisse egressum ignem exposui, mysticum esse puto, eo quòd non exurat, sed inluminet: sed nec diuinæ maiestatis vacare putem gratia, quæ vel se prodere vel adparere quibusdam potest. CA. XXI.

ET licet de Turonica vrbe aliqua iam scripserimus, tamen quoniam nuper sancti Solennis sepulchrũ aspeximus, filere nequiuimus quod apud Malliacense monasteriũ cõperimus, quod in cacumine montis est constitutum, ab antiquis vallatum ædificiis iam erutis. Nam ferunt quòd in eo loco cum crypta adhuc haberetur occulta, & nulli Christianorum locus ille esset reuelatus, per singulas dominicarum solemnitatum noctes ab habitatoribus lumen cernebatur accensum, sed nul-
C lus sciebat quid sibi hoc vellet mysterium: tantùm suspicio retenebat homines aliquid ibidem reteneri diuinum. Interea aduenerunt duo energumeni ex basilica sancti Martini, qui confisis in se *Energumeni ostendunt sepulchrum B. Solenſis.* palmis clamare cœperunt, dicentes, Hic requiescit Solennis beatissimus in crypta abdita. Referate igitur sepulchrum amici Dei. Quod cum repereritis, velis tegite, lumen accendite, cultúmque debitum ei exhibete. Erit regioni huic salubre, si quæ loquimur adimpleueritis: & hæc dicentes cum clamore magno, effodere tellurem vngulis nitebantur. Tunc videntes incolæ quæ gerebantur, accepto sarculo effodientes aperuerunt cryptam, in qua per seriem graduum descendentes, repererunt sepulchrum magnum de quo testabantur illi adhuc mente infirmi, hoc esse sepulchrum Solennis beatissimi, qui mox sensu discesserunt recepto. Post hæc autem cœperunt ad eum diuersorũ morborũ ægroti confluere, & accepta sanitate redire incolumes. Sed & Litthomerus vrbis Pictauensis indigena, cum ab quartani typi ægrotatione fatigaretur, acceptis ex hospitiolo suo cereis, *Cereorum opus ad pervigilia.* surrexit cum vno tantùm puero, acceſítque ad locum: fusa verò oratione, accensis cereis manique propria per totam noctem detẽtis, vigilias celebrauit. Dato igitur mane rediuit ad propria, nec
D vltrà ab hoc morbo frigoritionis vel confractionis vllius pertulit grauitatem.

FVIT autem quidam religiosus, & virtutibus & nomine Maximus, & vt liber vitæ eius docet, CAP. XXII. quam versu conscriptam legimus, nostri fuit Martini discipulus. Qui occulere quod erat cupiens, apud insulam Barbaram monasterij Lugdunensis peregrinari expetiit. Manifestatus autem & ibi ad patriam redire disposuit. Denique dum Ararim fluuium transire cuperet, naue impleta demergitur, *Codex euangeliorum ſeruatur naufragium.* ac ipse sacerdos pelago operitur, habens ad collum cum euangeliorum libro ministerium quotidianum, id est, patenulam paruam cum calice. Sed pietas diuina non pertulit perire quod suum est: ita de hoc periculo domino iubẽte restitutus est litori, vt nec vitæ dãna perferret, nec rerum detrimenta lugeret. Impletúmque est illud quod psalmographus spiritu sancto influẽte cantauit: *Cum ce-*
ciderit iuſtus, non conlidetur, quia dominus firmat manum eius. Et iterum, *Non negabit dominus animam iuſti.* Deinde ad castrum Cainonense vrbis Turonicæ veniens, monasterium cõlocauit: quod castrum cum ab Egidio obsideretur, & populus pagi illius ibidem esset inclusus, hostis aduersus effossum à
E latere montis puteum, quem obsessi ad vsum habebant bibendi, obturat. Quod cum antedictus Dei famulus, qui tunc cum reliquis intra castri munitionem conclusus erat, cerneret, videréque populum consumi iniuria, orationem nocte tota fudit ad dominum, vt respiciens populum, hostes improbos effugaret; & non pateretur eos sitis ardore consumi. Tunc reuelãte sibi spiritu sancto, ait ad plebem, Quisquis habeat vasculum, eiiciat foras in plateam, & deprecetur dominum. Dabit enim vobis hodiè largitas eius aquas in abundantia, vt non deficiatis vos & paruuli vestri. Hæc eo dicente, nubes subitò texerunt cælum, & descendit imber magnus de cælo cum tonitruis & coruscationibus super castrum, duplum populis beneficium præbens, pluuia arcens sitim, fragoribus effugans hostem. Completáque sunt vasa omnia, & satiati sunt cuncti: sicque obtentu sacerdotis fugatis ad uersariis, populus saluatus à castro discessit. In monasterio autem illius plenus dierum *Infirmi ſanãtur.* transiit, ibique sepultus est: ad cuius sepulchrum sæpius infirmi sanantur. Puerulus autem vnus ex

familia ecclesiæ Turonicæ in valitudinem corruit. Is cum anhelus occumberet, ac in extremis positus, putaretur spiritum exhalare, ad eius basilicam deportatus, protinus extincta febre sanitati est redditus. Sed & puellã de his mancipiis simili sorte febricitans, cum ante cancellos monumenti fuisset exposita, in ipsa die incolumitati est restituta. Ad nos verò cum horum notitia deuenisset, puerum humiliatis capillis huic monasterio cessimus. Puellam verò mutata veste cœtui sanctimonialium coniungi præcepimus, ad seruiendum deo. F

CA. XXIII. *Ioannes Britto.*

REQVIESCIT haud procul ab hac basilica Ioannes quidam presbyter natione Britto, in summa religione degens, per cuius manus dominus multa signa sanitatum dignatus est operari: qui ob amorem diuinum ab aspectibus se hominum cohibens, paruulam oratorij cellulam habebat ante ipsam Cainonẽsis vici ecclesiam: ibique in viridariolo quod manu propria excolebat, lauros arbores plantauerat, quæ nunc vastis columnarum fomitibus iocundarum frondium amœnitate tenduntur, sub quarum vmbraculo vir sanctus cõsedens aut legebat aliquid aut scribebat. Cuius post obitum cum arbores illæ, vt diximus, patulis diffusę ramis obumbrarent locum viridarij, vna ex his vetustate senescens exaruit. Tunc custos loci effossa cum radicibus columna, incisis ipsis cum ramis G suis scamnum adaptat, in quo interdum aut resideret lassus, aut aliquid securè decideret, cum necessitas exegisset. Quod cum per duos annos aut ferè amplius scamnum in hoc vsu habuisset, tactus vt credo inspiratione diuina, dolore cordis ait, Væ mihi quia peccaui, vt arborem quam talis sacerdos propria manu plantauit, ego ad diuersas necessitatum vtar sessiones: & hæc dicens accepto sarculo, effossa humo, & incisis scamni pedibus, posuit ipsum sub terra, repleuítque fossam humo. Mirũ dictu, adueniente verno tempore sicut reliquæ arbores florescunt, ita & hæc columna quæ viri manu, vt ita dixerim, sepulta fuerat, rediuiua in sospitate virescens, nouas frondes emisit. Extant de ea hodie quoque virgulta in quinũm senũmque aut ferè amplius pedum altitudine, quę annis singulis incrementum sumentia à domino sublcuantur.

Laurus arida frondescit.

CA. XXIIII. *Monegundis infirmis medetur. Aqua benedicta.*

APVD ipsam verò vrbem Turonicam beata Monegũdis obiit. Fuit autem ex Carnoteno territorio: quæ relinquens tam patriam quàm parentes, ad hoc tantùm Turonos expetiit, vt orationi vacaret: per quam deus crebrò miracula ostendere est dignatus. Nam si quis pusulam malam incurrisset, & ad eam veniens orationem precabatur, confestimque illa prosternebatur ad supplicandum H dominũ, & collegens folia cuiuslibet oleris aut pomi saliua inlinebat, faciénsque crucẽ super vlcus imponebat folium, cõfestímque ita omne venenum cuanescebat, vt nihil dignũ lethi ægrotus vltrà perferret. Quartanariis quoque & gulam dolentibus data benedicta aqua sæpius medebatur. Ad cuius nunc sepulchrum assiduè infirmi confluunt, & sanãtur. nam quanti frigora passi, quanti à pusulis malis veneno increscante præmortui, quanti dysenteria ibi sunt sanati, viritim non potest explicari. Sed quoniam multa ex his in libro quem de eius vita conscripsimus, memorauimus, quæ deinceps gesta sunt, tacere nequiuimus. Probati archidiaconi nostri famula grauiter à quartano typo quatiebatur, & iam propè annum in hac febre ægrotabat: quæ inter manus parentum deposita super tumulum sanctum, domum incolumis est relata.

CAP. XXV. *Cæcus restituitur.*

SENOCH abbatis vita dudum à nobis scripta fuit. In quo libello multis eiusdem virtutibus memoratis finem fecimus: sed quoniam ad eius tumulum virtus adparuit, silere à nobis absurdum fuit. Nantulfus autem puer nimia cæcitate detentus, & ipsam adhuc adolescentiam ætatis primæ ab hoc contagio deturpatam iugiter deflens, huius sancti expetiit tumulum, atque prostratus, & humili prece subnixus, flagitat sibi eius suffragio lucem perditam reuocari. Quatriduum in hoc precatu perdurans, reseratis oculis inluminatus abscessit: sed & nunc multi frigoriticorum aliorúmque morborum detenti incommodo, vt pallio eius aut decerpserint fimbrias, aut contigerint, mox sanantur. Hactenus de Turonicis. I

CAP. XXVI. *Simeon stelites mulieres abhorret. supra apud Pallad.*

SIMEON verò confessor qui in columna pagi Antiochensis dicitur stetisse, frequenter incolis tribuit sanitates. Et quia, vt legitur in eius vitæ libro, nullam vnquam mulierem post cõuersionem oculis attentis inspexit: postquam verò Columnæ editiori se sanctitate feruens inuexit, non modò extraneæ mulieri, verumetiam nec propriæ matri se videndum permisit. Et nunc ergo locum ipsum ab huius sexus defensat accessu. Nam ferunt quandam mulierem indutam fuisse veste virili, & in basilicam ingredi voluisse Columnæ. Tractauit secum misera agere posse per indumentum, quod latere posset altissimum, ignorãs illud Apostoli, quia *Deus non irridetur*. & licet ibi veniens ad templum erexit pedem vt sanctum ingrederetur limen, tamen protinus retrorsum ruens cecidit, & mortua K est: satísque fuit populis ne hæc vltra mulier vlla præsumeret, cum in istam cerneret vltionem pessimè inrogatam.

CAP. XXVII. *Veneratio sedalium.*

IGITVR sanctus Martialis episcopus à Romanis missus episcopus, in vrbe Lemouicina prędicare exorsus est. Euersísque simulachrorum ritibus, repleta iam credulitate Dei vrbe migrauit à seculo. Erant tunc temporis cum eo duo presbyteri, quos secum ab oriente adduxit in Galliam: verùm vbi completi sunt dies eorum, vt & ipsi vocarentur de hoc seculo, coniunctis sarcophagis in eadem crypta in qua sanctus episcopus, sunt sepulti: & vnus quidem parieti proximus, alter verò huic contiguus erat: super terram tamen vtrique stabant: sed non poterat alteri propter illum qui primus erat, honor impendi: hoc est non nisi palla expandi poterat, non lumen accendi. Quod cum incolæ loci molestè ferrent, quodã mane accedentes ad cryptã, inuenerunt sepulchra diuersis parietibus

A tibus esse locata: & sic accessus liber ad vtrumque sepulchrum patuit, & qualiter beatus antistes vt cultor Dei veneraretur, enituit.

CAP. XXVIII. *Puella sanatur.*

PVELLA quædam cui nescio quo existente peccato, manus vna diriguit, ac digiti palmæ defixæ erant, ad eius sepulchrum aduenit, confisa de virtute confessoris quòd posset eius intercessio manum aridam absoluere, cuius prædicatio populum vanis superstitionum ritibus interitum absoluit. Celebratis ergo vigiliis in ipsa nocte festiuitatis, dum adtẽtè iuxta sepulcrum orat, manum suam directis digitis populo teste sanatam miratur adtonita.

CAP XXIX. *Deierantis lingua obrigescit.*

QVIDAM eloquium emeruit hoc modo: hic etenim vt cruda operatur rusticitas populorum, iuramentum mendax in ecclesia protulit: mox rigente lingua, mutus effectus est, ita vt non vocis humanæ, sed bidentis mugitum simulare videretur. A dueniens autem ad huius confessoris tumulũ, prosternitur ad orationem, sensitque vt postea adserebat, tanquam si aliquis guttur eius tangeret: quod, vt credo, virtus erat dominici confessoris. Egressúsque, presbyterum qui aderat nutu deprecabatur, vt signum crucis faucibus clausis imponeret. Quod cum presbyter feciſſet, iterum prosterB nitur ad orationem: protinúsque eleuatus vocis officio reddito, omnia quæ pertulerat, proprio patefecit eloquio.

CAP. XXX. *Stremonius Aruernorum Episcopus.*

PER sanctum enim Stremonium, qui & ipse à Romanis episcopis cum Gatianò beatissimo & reliquis quos memorauimus, est directus, primũ Aruerna ciuitas verbum salutis accepit, eóque prædicante salutarem mundi redemptorémque omnium Christum Dei filium credere cœpit. Huius autem sepulchrum apud Iciodorensem vicum habetur, ad quod cruda rusticitas, licet sciẽs quò quiescret, nullum tamen ibi exhibebat honoris cultum: post longinqua verò annorum curricula, Cautinus, qui ipsius Aruernæ vrbis episcopus datus est, in diaconatu suo ecclesiam vici illius rexit. Igitur dum nocte quadam in lectulo cellulæ suæ, quę huic basilicę adhęrebat, decumberet, audiuit psallentium quasi parum resonantibus vocibus: & surgens vidit templum magno spendente lumine, & obstupefactus aspicit intrinsecus. Erat enim cellula illa in superiore contra fenestras templi: & vidit, & ecce circa tumulum multitudo albatorum tenentium cereos & psallentium. Quod diutissimè cernens cum discessissent, statim facto mane iussit tumulum cancello vallari, ac palliolis nitentiC bus obuelari, pręcepítque reuerentiam loco illi impendi. Ex hoc enim oratio super tumulum funditur, & auxilia antistitis impetrantur. Hęc ab ipsius episcopi ore audiui.

cautinus.

Chorus Angelorum.

CAP. XXXI. *Eulogia seruat a dæmone rusticum.*

MAGNA enim gratia est, si sacerdotium dignè custodiatur in actu: si enim homini iniquo ac persecutori iustitię tantum contulit sacerdotium, vt prophetiam mereretur, id est Caïphæ, qui prophetauit vnum oportere mori de populo, ne gens tota periret: quanto magis timentibus Deum, & sanctè ac purè sacerdotium custodientibus tribui potest à maiestate diuina? vt etiam iuxta Iacobum prosit infirmis cum oratione visitatio sacerdotis, & plerunque conferat præsidium sola tantùm eulogiarum porrectio eius ex manu: secundum illud quod apud Aruernos gestum in adolescẽtia mea in veritate cognoui. Quidam presbyter solitarius iter carpens, ad hospitiolum cuiusdam pauperis Limanici mansionem expetiit. Qua accepta iuxta morem sacerdotum, nocte ab stratu suo consurgens, orationi adstetit: sed & homo quem necessitas compellebat lignum ex siluis euchere, valdè maturè surrexit: & sicut mos rusticorum habet, nondum inchoante luce, postulat cibum à coniuge, quæ sine mora porrexit. Acceptum verò homo ille panem, non prius comedit quàm à sacerdote D benediceretur, aut ab eo eulogias acciperet: quibus acceptis, sumpsit & abiit. Cúmque ad amnem adhuc antelucanum veniſſet, impósito plaustro cum bobus, in ponte qui super nauem locatus erat, alterum transmeare cœpit in littus. verùm vbi in medium amnis deuenit, audiuit vocem dicentem, Merge merge, ne moreris. Cui respondens vox alia ait, Sine tua enim admonitione quæ proclamas feciſſem, si res sacra meis conatibus non obstaret. Nam scias eum eulogiis sacerdotis esse munitum: ideo ei nocere non possum. At ille voces audiens, & personam nullius cernens, ac de se verba iactari cognoscens, consignans se cruce dominica, gratias Deo egit, quòd ei pars aduersa prævalere non potuit. Tunc in litus vlterius progrediens, cum optato onere domum regressus est saluus.

CA. XXXII. *coniugati à copula abstinent.*

DVOS fuisse apud Aruernum, virum scilicet & puellam, refert antiquitas, qui coniuncti coniugio, non coitu, & in vno stratu quiescentes, non sunt ab alterutro polluti in voluptate carnali: post multos verò annos cum eis esset latenter vita castissima ex consensu pari vir tonsuratus ad clericatum, puella verò religiosum induit vestimentum. Factum est autem vt impletis diebus puella migraE ret à seculo: denique vir eius præparata sepultura, exhibuit corpusculum ad sepeliendum. Cúmque eam sepulchro reconderet, arcanum quod inter eos conuenerat, eleuatis manibus ad cælum pandit, dicens, Gratias tibi rerum omnium artifex ago, quòd sicut mihi eam commendare dignatus es, ita tibi reddidi ab omni voluptatis contagio impollutam. At illa subridens ait, Sile sile vir Dei, quia non est necesse fatearis nostrum nemine interrogante secretum. Post hæc obtecta operrorio recessit. Non post multum verò tempus & ipse migrauit à seculo, sepultúsque est in loco suo. Erat autem in vna quadam basilica, sed è diuersis parietibus vtrunque sepulchrum habebatur: & vnum quidem ad meridiem, alterum ad aquilonem. Mane autem facto, inuenta sunt pariter esse sepulchra, quæ vsque hodie sic perdurant: idcirco nunc incolæ duos amantes vocitant, & summo venerantur honore.

Sepulchra amantium.

CAP. XXXIII.

FVIT etiam in supradicta Aruerna vrbe admirabilis sanctitatis Amabilis quidam vici Rico-

magẽsis presbyter, qui virtutibus magnis præcellẽs, sæpè serpẽtibus dicitur imperasse. Nã ad huius F
tumulum cum dux Victorius despexisset orare, adfixo è regione equo nequaquam poterat amouere. Quem cũ flagris stimulisque vrgeret, & ille quasi æneus staret immobilis, tandem aliquãdo dux à suis commonitus, qui, vt ita dicam, ipsi pecudi similis erat factus, ad orationem descẽdit. Cúmque

Tyrans dirigitur. fideliter orasset, quò voluit iuit. Ad huius sepulchrum energumenum vidi mundatum, periurantem dirigui sse, vt ferrum: crimen confessum, illicò absolutum.

CAP. XXXIIII. FERTVR etiam fuisse in ea vrbe puella quædam religiosa atque deuota Deo, quæ in rure commanẽs, quò ab vrbica populatione summota liberius dignas Deo laudum hostias exhiberet. Quotidiè autem iciuniis & orationibus insistebat. Factum est igitur vt migrans ab hoc mundo, ad basilicam oppidi causa sepeliendi portaretur: verùm vbi leuato feretro corpus per viam ferri cœpisset, aduenies grex magnus columbarũ super eam volare cœpit: atque huc illuc volitãdo sequi quò hæc à proximis ferebatur. Qua in basilica delata, grex totus super tectum ædis ipsius visus est consedisse.

Columbæ virginis agũt exequias. Illáque sepulta, ad cælos euolauere columbæ: vnde non immeritò Georgia nuncupata est, quæ sic exercuit mentem cultura spiritali, vt adepto virginitatis sexagesimi fructus prouentu egrediens de G
seculo, cælestibus honoraretur exequiis.

CA. XXXV In basilica autem sancti Venerandi, quæ sancti Illidij est proxima, transuoluta cellula à parte occidentis fuit, in qua multa ex marmore Pario sepulchra sculpta sunt, in quibus nonnulli virorum sanctorum ac mulierum religiosarum quiescunt, vnde non ambigitur eos esse Christianos, quia ipsæ historiæ sepulchrorum de virtutibus domini & apostolorum eius expositæ sunt. Eo quoque tempore quo Georgius Valauorum ciuis Aruernæ vrbis comitatu potiebatur, pars transuolutionis illius quæ per longinquæ incuriæ negligentiam pluuiis erat infusa, super vnum eorundem sarcofagum ruit, opertoriúmque eius impulsum in frusta cõminuit: in quo adparuit puella iacens ita membris omnibus solidata, quasi nuper ab hoc seculo fuisset adsumpta. Nam facies manúsque eius cum

Cadauer incorruptum. reliquis artubus integrę erant cum ingenti cæsariei longitudine: sed credo eam aromatibus fuisse conditam: *vestimentum autem quod artus tegebat exanimes aquarum vi erat inlæsum, nulláque putredine resolutum, aut nigredine quacunque fuscatum. Quid plura?* ita adparebat integra, vt dormiens potius quàm mortua putaretur. Autumabant autem quidam nostrorum ob candorem ve- H
stimenti holoserici, in albis eam transisse. Aiebãt etiam annulos murænulásque aureas circa eam repertas, & clam ne episcopus sentiret, ablatas: nulla tamen ætas temporis nostri cuius meriti generisque aut nominis fuerit, aut opinione aut lectione cognouit. Dum autem hoc corpusculum per anni vnius spatium detectum iaceret, nec esset qui respectu humanitatis, huic adhiberet sepulchro tegumen, contigit vt vxor antedicti comitis viri post obitum grauiter ægrotaret, ac diuturna valitudine obtenta oculorum lumine mulctaretur. Quæ laxata à febre, vocat medicos, diuersa adhibet studia, largitur & præmia. Sed nullis potuit modis ab eisdem elicere medelam, donec tandem aliquando pietas domini commota respiceret. Adparuit enim ei persona quædam per visum noctis, dicens, Si vis visioni pristinæ restaurari, perge quantocius, & require lapidem mundum, ac sarcophagum puellæ quiescentis quod in basilica sancti Venerandi detectum habetur, citius tege: mox detectis visibus oculorum tuorum clarè cuncta prospicies. Quo facto, vt vas illud clausit opertorio,

Obsequiosa pietas. protinus apertis oculis lumen recepit ex integro: vnde non ambigitur esse eam nobilis meriti, quæ talia præstare potuit ægrotanti. I

CAP. XXXVI. SVNT autem in hoc loco multa sepulchra, quæ, vt diximus, fidelium esse probantur. habetur enim ibi tumulus huic à lęua contiguus, longitudine, latitudine, altitudine omníque positione consimilis: in huius fronte superiore habetur scriptum, Sanctæ memoriæ Gallę: est & illud nihilominus sepulchrũ sculpti meritis gloriosum, inter egressum basilicę sancti Illidij & ingressum templi beati Venerandi in edito positum, in quo ferunt Alexandrum quendam religiosum fuisse sepultum: de quo frequens infirmorum necessitas eraso puluere hausta dilutione, extemplò consequitur sospitatem. Vnde tam frequens exequitur medicamentum, vt pro assiduis beneficiorum commodis transforatum ab aspicientibus cernatur. E regione autem huius sepulchri si ingrediaris per ostium in basilicam sancti Venerandi, dextra de parte sepulchrum paruum contemplaberis super terram situm, rusticiori formatũ lapide: sed ignotũ est omnibus quis quiescat in eo: nã haberi in eo diuinũ aliquid, res ipsaquã dicturus sum pandit. Mendicus quidã, vt ipsi oculis nostris inspeximus, super ipsum erat solitus considere: sed credo, eum, vt fragilitas humana præbet, in aliquod indignum facinus obuo- K
lutum: quia virtute quiescentis cum sonitu magno excussus longè proiectus est, sepulchrúmque medium crepuit, quod vsque nunc ita cernitur: indignum quippè se hominem humatus existimauit,

Mendicus turpius sedens miraculo ostenditur. qui super hos artus deberet facere sessionem. In hac enim basilica & beatus martyr Liminius est sepultus: cuius agonis historia cum ab incolis teneatur, nullus tamen ei cultus venerationis impenditur. Sunt enim ibi, vt diximus, inlustrium meritorum viri, quorum nomina ignota incolis, scripta tamen, vt credimus, retinentur in cælis.

CAP. XXXVII. EST ibi & sepulchrũ ipsius sancti Venerandi episcopi, à quo hęc ędes nomen accepit, sub analogio compositum, super quod caput per feneſtellam quicunque vult, immittit, precãs quę necessitas cogit, obtinétque mox effectum, si iustè petierit. Ibi & sanctus Nepotianus episcopus requieſcit, qui fuit in

Inuocatio sanctorum efficax.

A fuit in seculo summæ vir sanctitatis, obtinens nunc cum domini potentia quæ ab eo fuerint imprecata. Sæpè enim super hæc sepulchra frigoriticorum oratio fusa desideratam retinet medicinam.

CAP. XXXVIII. MAGNA quondam fuerunt mundi luminaria, quæ vt sol radiis, ita mũdum virtutibus inlustrabant. Aiunt ergo in quodam monasterio fuisse monachum, qui cum apud alios iuxta regulas monasteriorum orationi & lectioni insisteret, secretius tamen atque peculiarius omnipotenti Deo sacrificia reddebat orationum. Nam post impletum in oratorio cursum, eleuabatur clã à præsentia fratrum: & abiens inter cõdensas rubos buxósque & ilices, vbi iam spes erat quòd à nullo nisi à solo inspiceretur Deo, prosternebat se in orationem. Verùm postquam decumbens, dominum diutissimè deprecatus fuisset, eleuans se ab humo, erectis ad cælum palmis atque luminibus, psalmorum tacitè seriem recitabat: & in tanta compunctione cælo erat intentus, vt riui lachrymarum ab eius oculis vehementer effluerent. Quod cum vnus fratrũ cautius prosequens, præuidisset, abbati non siluit. Ille verò adtentus quando ad hæc agenda properaret, prosecutus est à longè, & prostratus solo, expectabat quid fidelis discipulus exerceret. At verò adtentus à longe, vidit miraculum magnum: nam ab

Orationis simplex veritas.

B vtraque parte oris eius flamma processerat, & in longo paulatim deducta, quasi funiculus super eum ascendit: coniunctáque simul pharum magnam effecit, quæ vsque ad cælos videbantur scandere: & quanquã coma in sublimi producta excreuerit, non tamen erat noxia capiti. Stupens visu abbas, compressit se paululum. Ille verò completa oratione, ad monasterium rediit. Abbas autẽ per viam aliam est secutus, multis postmodum opprobriis monachum arguens ad vanam gloriam coercendam, non tamen indicans quæ vidisset.

CAP. XXXIX. MYSTICVM vt opinor hic ignis cõtinet sacramentũ, & tenebræ sensus mei eũ intelligere non queũt, qualiter adparẽs lumẽ tantũ præbet, nec quicquã adurit: vnũ tantùm scio quòd iustis aut super iustos adparẽt ista. Nã Moysi in rubo reliquísque patribus adparebat in holocausto. Beati quoque Martini prorumpẽs è capitis vertice, cælorum ardua penetrauit. Nã & Brachionem abbatẽ sæpius audiui referentem, sicut in libro vitæ eius scripsimus, dum in antedicti pontificis basilica nocturnas excubias celebraret, & reliquiæ sanctorum à peregrinis delatæ super altare haberentur, subitò globus ignis ab eisdem emergens vsque ad cameram templi visus est conscendisse, sed nõ mul-

Globus ignis.

C tis vt ipse aiebat ostensus est: sic & in dedicatione oratorij nostri adparuit, sicut supra memorauimus.

CAP. XL. SED nec illud absurdum est credere, quòd sæpius per visiones expertas dominus reuelare dignatur, qualiter aut honorẽtur sancti, aut infirmi medicamina consequantur. Nam recolo gestum in infantia, cum pater meus ab infirmitate humoris podagrici laboraret, & ardore febrium ac doloribus multis adtenuatus lectulo decubaret, vidisse me in visu noctis personam dicentem mihi, Legisti, ait, librum Iesu Naue? Cui ego, Nihil aliud literarum præter notas agnoui, in quarum nunc studio constrictus adfligor. Nam hic liber prorsus an sit ignoro: & ait, Vade, inquit, facitóque hastulam paruulam ex ligno quod hoc nomen recipere possit, scriptúmque ex atramento sub paterni capitis fulcrum conloca. erit enim ei præsidium, si quod loquor impleueris. Mane autem facto matri quæ videram indicaui: iubet impleri visionis præcepta. Quod cum feciſſem, statim genitor ab infirmitate conualuit. Decurso quoque alterius anni curriculo, iterum ab hoc incommodo capitur: accenditur febris, intumescunt pedes dolore pessimo, nerui intorquentur. Hæc perferẽte dum cum magno

Reuelatur authori paterni morbi remedium.

D gemitu in stratu decumberem, vidi iterum personam in visione interrogãtem me, si librum Thobiæ cognitum nunc haberem. Respondi quòd non legerim: qui ait, Noueris hunc fuisse cæcum, cuius filius angelo comite, dum iter ageret in flumine piscẽ cepit. Cuius indice angelo, cor iecúrque sustollens, patris subfumigat oculos, qui statim fugatis tenebris lumen recepit. Vade igitur tu, & fac similiter, & accipiet refrigerium dolorum genitor tuus. Hæc matri cum referrem, confestim pueros ad amnem dirigit: piscis capitur, subtracta sunt de extis quę iussa fuerant, & prunis imposita: at vbi primùm fumus odoris patrem adtigit protinus, tumor dolórque discessit.

CAP. XLI. GERMANVS autem gloriosus confessor in vrbe Roma obiit: indè verò leuatus post dies sexaginta ad ciuitatem Autisiodoram delatus, sepulturæ mandatus est. Tempore autem Teudechildæ reginæ, Nunninus quidam tribunus ex Aruerno de Francia post reddita reginæ tributa reuertens, Autisiodorensem vrbem adiuit, causa tantùm religionis: prouolutúsque ad beati sepulchrum, cum diutissimè orasset extracto de vagina tigre lapidem qui super venerabile sepulchrum habebatur, ne-

Irreuerens ad reliquias B. germani vbi guit.

E mine vidente percussit. De quo excussa particula modica, tanquam æneus diriguit, ita vt nullum membrum posset vllatenus iudicare, aut vocem emittere. Videntes autem eum pueri sic iacere, nesciebant quid ei euenisset: accedens verò vnus eorum cum eum interpellasset, & nullum ab eodem responsum accepisset, tunc ille, vt erat rigidus, in corde suo intelligens se damnatum, vouit dicens, Scio me præsumptuosum extitisse, beatissime confessor: sed deuotio exegit vt præsumerem: & ideo si me dignaris absoluere, & ad propria cum tua gratia redire permiseris, in basilica has reliquias condens, festiuitatem tuam deuotissimè annis singulis celebrare curabo. Cuius clausum murmur vir sanctus intelligens, eum absoluit, & abire cum permisit incolumem. Qui veniens reliquias illas in ecclesia posuit, & sancti festa per singulos annos fideliter celebrauit. Quodam autem tempore ad supradictam basilicam in qua reliquiæ conditæ sunt, cum Auito episcopo accessimus. Quo cum sanctus pontifex ieiunus ingressus fuisset hora quasi decima, omnes qui cum eo eramus, odo-

rem liliorum & rosarum naribus hausimus: quod nobis beati pontificis præstitum merito non ambigimus. erat enim mensis nonus. Actum in vico Musiacas.

CAP. XLII. APVD castrum Diuionense Hilarius quidam ex senatoribus habitauit, habens coniugem, ex qua & filios dicitur suscepisse: sed omnem domum suam ita in castitate atque omni puritate tanquam animi quàm corporis excolebat, vt nullus ibi adulteriū exercere præsumeret, essetque impletum in hac domo, quod dudum sancto repletus spiritu apostolus prædicauit, *Honorabile connubium & thorus immaculatus.* Hic itaque tam inter dominos quàm inter famulos castitate pollente, obiit vir ille: qui qualis quātúsque fuerit iuxta seculi dignitatem, sepulchrum eius hodiè patefacit, quod marmore Pario sculptum renitet. Quo defuncto & iuxta humanam consuetudinem sepulturæ mancipato, mulier deducto anni circulo ægrotauit, obiitque atque abluta est. Et quoniam sepulchrū illud tam immensum erat, vt ipsam iuxta imperium viri susciperet amoto opertorio dum locaretur in tumulo subitò eleuata vir dextera, coniugis ceruicem amplectitur: quod admirans populus, depositio secessit opertorio, cognouítque quæ eis castitas, qui timor in Deum, quæ etiam inter ipsos dilectio fuisset in seculo, qui se ita amplexi sunt in sepulchro.

Hilarius vxorem in sepulchro amplectitur.

G

CA. XLIIII. IN hac autem basilica & sancta Florida quiescit, quæ vt ferunt incolæ, veste mutata religiosa valdè fuit. Est haud procul & alia basilica in qua Paschasia sancta quiescit. Hæc fertur adparuisse structoribus basilicæ sancti Benigni martyris, qui secus habetur, hortās vt opus cœptum insisterent, sciréntque se martyris adiutorio adiuuari: quæ in basilicam suam regressa nusquam comparuit.

Florida. paschasia.

IN hoc loco & Tranquillus beatus confessor requiescit, super terram sepulchrum habens de quo magnum beneficium præstatur petentibus. Nam de mussulis supernatis medicamina populi promerentur: vnde ego valde experimentum tuli. Namque cum manus meæ minutis efferbuissent pusulis, & dolores pessimos ob hoc grauiter sustinerem, de hac mussula tactas quiescente humore protinus retuli sanas.

Tranquillus.

CAP. XLV. HABET & Burdegalensis vrbs patronos venerabiles qui sæpius se virtutibus manifestant, sanctum Seuerinum episcopum suburbano murorum summa excolens fide: & licet iam dixerimus in prologo libri huius, vt ea tantùm scriberemus quæ Deus post obitū sanctorum suorum eis obtinentibus est operari dignatus: tamen non puto absurdum duci, si de illorum vita memoremus aliqua de quibus nulla cognouimus esse conscripta. Sanctus igitur Seuerinus, vt ipsorum Burdegalensium clericorum fidelis relatio profert, de partibus orientis ad eandem destinatur vrbem. Dum autem iter ageret, & ecclesiam Burdegalensem Amandus episcopus regeret, adparuit ei dominus in visu noctis, dicens, Surge & egredere in occursum famulo meo Seuerino: & honora eum sicut honorari scriptura sancta docet amicum diuinitatis: melior est enim te meritísque sublimior. Exurgens autē Amandus episcopus accepto bacillo in manu sua, perrexit in occursum eius, nihil de viro sancto sciens nisi quæ dominus reuelasset. Et ecce, sanctus Seuerinus veniebat quasi obuiam ei. Tunc adpropinquantes sibi, ac propriis se nominibus salutantes, ruunt pariter in amplexus: deosculatíque fusa oratione, ecclesiam cum magno psallentio sunt ingressi. Quem deinceps intantum dilexit ac veneratus est Amandus episcopus, vt eum in locum suum substitueret, ac ipse quasi iunior habebatur. Denique post paucos annos, obiit beatissimus Seuerinus: quo sepulto Amādus episcopus recepit locum suum, quem ei non dubium est per obedientiam redditum, quam in dei sanctum exercuit. Ex hoc incolæ cognita eius sanctitate, patronū sibi adciscunt, certi quòd si quādoque vrbem, aut morbus obrepat, aut hostilitas obsideat, aut aliqua querela percellat, protinus cōcurrentes populi ad basilicam sancti indictis ieiuniis vigilias celebrant, deuotissimè orationem fundentes, & mox ab imminenti calamitate saluantur: vitam tamen huius post quam hæc scripsimus, à Fortunato presbytero conscriptam cognouimus.

Seuerino vt meliori sedem cesßit Amandus.

H

I

CAP. XLVI HABETVR in hoc territorio & sanctus Romanus presbyter, quem vt scripta vitæ eius edocent, Martinus noster sepulturæ locauit. Est autem sepulchrum eius contiguum Blauiensi castello, super littus amnis Garonnæ: in quo sæpius naufragio perituros virtutis suæ saluat occursu, proclamantes inter fluctus torrentis vndosi, Miserere nostri sancte Romane confessor Dei: sed mox sedata tempestate, optato littore potiuntur. Nec enim fas est vllum perire naufragio, qui eius basilicā amnis de medio contemplari meruerit. Quod & nos valdè in grandi necessitate experti sumus. Nam cum imber creberrimus per multos defluens dies, amnem Garonnam extra littora eiecisset, atque impellente vento validis fluctibus exundaret, eleuarentúrque fluctuum montes validi, qui non parK uum intuentibus ingererent metum, exoratus beatus confessor obtenuit, sicut credimus, virtutis suæ suffragio, vt compressis fragoribus, planum præberet fluminis alueum: & sic ingressi nauem, ad ripam alteram sine periculo sumus deuecti.

B. Romanus succurrit naufragis.

CA. XLVII. SVNT etiam sub eiusdem territorij vico sepulti duo presbyteri, vt res ipsa declarat, egregiæ sanctitatis viri. Nam eos post sepulchra viuere, ipsius rei miraculum quæ geritur manifestissimè docet. In vna quidem sunt sepulti basilica, sed è diuersis parietibus. Nam vnius eorum sepulchrum à parte austri, alterius habetur ad aquilonem. Igitur cum ad implendum officium clerici psallentium cœperunt exercere, & choris à se factis domino turba canora concinere, miscetur publica vox vtriusque psallentio: & vnus quidem chorus vnius vocis adiutorio adiuuatur, alius verò alterius vocis modulamine conualescit. Tantæque est suauitatis huius concentus, vt audientium sæpè mulceat

Mortui sacerdotes canunt in choro.

A mulceat adtentos auditus: probantur & cum his pleraque indulgeri beneficia, si fidelis oratio præmittatur. Agitur autem in vico Vodollacensi.

HAVD secus & Reontio villa est, in qua cum esset ecclesia catholica, aduenientibus Gothis ad suam sectæ immunditiam eam transtulerunt. est autem secùs eam domus magna. Cúmque aduenirent vigilia paschæ, hic cum hæreticorum sacerdotibus paruulos in ecclesia nostra tingebant, vt negato scilicet sacerdoti aditu baptizandi, faciliùs ad hac sectam populus implicaretur: sed ille sagaci intentione dum ij in ecclesia nostra essent, hic præparato ministerio, in domo eorum baptizare cœpit, illis in ecclesia baptizantibus, sed præcurrente diuina vltione de infantulis quos ibi hæretici tinxerant, id est bis denis, nullus ad clausum pertingere potuit viuens. Quod videntes hæretici, & domum suam ecclesiam fieri timentes, presbytero suam ecclesiam reddiderunt. De his verò quos ille baptizauit, nullus eo tempore est defunctus, nisi quem dominus post legitimam ætatem vocare dignatus est.

CAP. XLVIII.

Neophytæ hæreticorum.

INFERA terminū autem Beorretanæ vrbis in vico Sexciacensi sanctus Iustinus presbyter quieB scit. Qui cùm multis virtutibus polleat, sæpius ad sepulchrum eius energumeni declamantes mundantur. Huius meritis ac sanctitate propinquus est Misilinus, qui eiusdem ordinis officiū in ecclesia habuit: qui apud Taluam vicum huius territorij quiescit, similibus florens virtutibus.

CAP. XLIX.

Energumeni.

HIS vrbe & termino sociatus sanctus Seuerus, & ipse presbyter ordinatus, nobili stirpe progenitus. Nam in rure domus Sexciacensis, quod in eius sessione subsistebat, duas ecclesias ædificauit, templum dei sanctorum reliquiis communiuit. Cùm autem dies dominicus aduenisset, celebratis missis vno in loco, ad alium pergebat. Erat autem inter vtrasque ecclesias spatium quasi milium viginti. Hoc ei erat opus per singulos dominicos dies. Factum est autem quadam dominica, dum hoc iter tereret, & velocius cornipedem calce verberans properaret, caput eius ramus mespili arboris percuteret. At ille iniuriam sentiens ait, Arescere te iubeat deus cuius nutu de terra egressa es: & confestim aruit arbor vsque in ipsis virtutis suæ radicibus. Ille verò accedens quò ibat, celebratis solemniis, fuit in eodem loco tribus diebus. Quarta autem die regressus, cum vidisset arborem aridam, ait, Væ mihi qui in amaritudine cordis maledixi huic arbori: ecce enim qualiter aruit: & deC scendens prostrauit se ad radices eius, & ait ad dominum, Deus omnipotens, cuius nutu omnia gubernantur, cuius imperio nominata creantur, creata viuunt, mortua reformantur: cuius salubre præceptum tenētes, viuere nos post mortem corporis huius credimus per futuram resurrectionem: tu præcipe vt reuiresçat hæc arbor, & sit sicut antea. Et statim quasi per aliquam venarum dispositionem humor à terra consurgens, per totos arboris patulæ ramos vberi inrigatione diffunditur, laxánsque nodos arantes prorumpentibus foliis reuixisse ab astantibus est mirata. Magna enim illi fuit virtus ac eleemosyna: ita vt superius dictum est, de domibus suis ecclesias faceret, ac facultates suas in cibos pauperum erogaret. In vna verò earum sepulchrum suum deposuit, in qua & sepultus est. Solitus erat namque flores liliorum tempore quo nascuntur, conlegere, ac per parietes huius ædis adpendere.

Seueri ad imprecationem arbor exaruit.

Pietatis opera Seueri.

VNDE qualis fuerit vita eius in hoc seculo, ita domino cooperante claruit, vt euidentibus nūc prodigiis designetur. Igitur lilium quod diximus ab eo collectum, atque in basilica sepulchri eius positum, prætereūte tempore, laxatis deorsum florum foliis, arente coma emarcuit. Et ita siccatum videtur, vt si contingatur manu, putetur in puluerem extemplò resolui, totúmque annum in hac ariD ditate perdurat. Adueniente verò die quo confessor migrauit à corpore, in rediuiua viriditate resurgit: videásque foliis paulatim reuirentibus ipsos flores adtolli, & sine vllo aquæ ac telluris humore, in ea specie qua quondam fuerant, renouari: & sic beatus confessor profert nouos flores è tumulo, qui cum sanctorum reliquiis vt palma floret in cælo.

CAP. LI.

SVB termino quoque vici Iulienſis sunt tres presbyteri consepulti, vt fertur per antiquam relationem nullius consanguinitatis propinqui vinculo, nisi tantùm in amore dei socij, è cælo fratres effecti. qui vnius loci spacium sepulchris iuxta positis assiduitate miraculorum inlustrant. Qui cum multorum annorum curricula in his vbi sepulti sunt, loculis quiescerent, scissum nuper pauimentum quod calce atque comminuta testa, quasi silex durissima fusum erat, vnius sepulchri cacumen adparuit. Quo paululum eleuato, tellus scissa, apicem alterius patefecit. Illóque emicante secutus est tertius tumulus, qui nunc iuxta initium ostensionis suæ gradatim eleuantur super terE ram. Sed nūnciam primus, liber à mole terrena, liberum se visibus præstat humanis: duo adhuc sequuntur: sed annis singulis proficiunt ad egressum. O admirabile mysteriū deitatis, quod artuum sepultorum puritatem manifestat seculo, dum prodit è pauimento, & præparat ad resurrectionem non vermi morituros dandos, sed luci solis claritate æquandos, ac dominici corporis conformatione clarificandos: sunt autem hæc sepulchra infra terminum quem superius diximus, apud vicum Atroam.

CAP. LII.

Candidati resurrectionis.

THAVMASTVS quoque iuxta expositionem nominis sui, admirabilis sanctitate, Momociacensis vrbis fuisse fertur episcopus: de qua vrbe nescio quare demolitus, Pictauum oppidum petiit. Ibíque præsentem vitam in bona perdurans confessione, finiuit. Cui quæ sit merces in cœlo, ad eius ostenditur tumulum: cúmque inhabitare paradisum prodit virtus egredienS de sepulchro: illúdque in eo veraciter ostenditur, quod dominus Iesus Christus in euangelio Marthæ dicit, *Qui credit in*

CAP. LIII.

me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Hic ergo super terram sepulchrum habet ante ipsum atrium beati Hilarij: de quo tumulo erasus à multis puluis, & haustus, ita dolori dentium febriúmque medetur, vt qui hauserit, miretur effectum. Nam ita hæc benedictio assiduè expetitur, vt iam in vno loco sarcophagus adpareat transforatus.

Thaumasti virtutes & sepultura.

CAP. LIIII *Lupianus.*

INTRA ipsum Pictauorum terminum, qui adiacet ciuitati Namneticæ, id est in vico Ratiatensi, Lupianus quidam in albis transiens requiescit. Hic fertur à beato Hilario antistite donum baptismatis suscepisse: sed mox, vt diximus, migrauit à corpore. Cui à deo bonorum omnium largitore, tãta est gratia adtributa, vt ad eius sepulchrum cæcus visum, paralyticus gressum, mutus mereretur eloquium.

CAP. LV. MELANIVS autem Redonicæ vrbis episcopus, post innumerabilium signa virtutum, iugiter intentus cælo, emicuit seculo: super cuius sepulchrum miram Christiani fabricam celsitudine leuauerunt: sed instinctu maligni, qui semper bonis aduersatur operibus, quodam tempore ab igne comprehenditur. Palla etenim erat lignea quæ sanctum confessoris tegebat sepulchrum: ilicet, vbi tignorum congeries flamma dominante truncatur, ruunt tegulæ cum ligaturis, & reliquo tecti adparatu. Vna tamen è trabibus flammato capite impetu ruinæ propulsa, super tumulum sancti ruit. Quæ non modò succendere pallam, verumetiam conterere inter se & lapidem sepulchri potuerat. Ruit insuper & immensa multitudo carbonum. Alia quoque vela quæ vel parietibus vel ostiis dependebant, ad primum flammæ flatum exusta sunt. Hæc verò palla non solùm non vsta, verumetiam nec summo tenus ab igne dedecorata est. Igitur expleto incendio, ingrediũtur populi cum ciulatu magno, & vsque ad sepulchrum antistitis properant, inter fletus & lachrymas noua gaudia percepturi: remouent desuper tumulum ligna cum flammis, adprehensúmque tumuli velum, excussis prunis mirantur omnes inlæsum.

Melanij sepulchrum nõ læditur incẽdio.

CAP. LVI. VICTORIVS Cenomannorum episcopus, magnis se virtutibus sæpius declarauit. Nam ferunt quadam vice, dum ciuitas ipsa cremaretur incendio, & validis globis flammæ huc illúcque impellente vento propellerentur, hic quasi pastor bonus non perferens ecclesiasticas caulas ab insidiis Satanæ deuastari, obuiam se turbini obtulit. Eleuatáque manu, facto signo crucis ecõtrà, ilicò omne cessauit incendium, liberatáque ciuitas gratias pastori retulit, eo quòd non permiserit res suas ab imminenti igne vastari. & ad huius sepulchrum sæpius infirmi sanantur.

Victorius cruce extinguit incendium.

CAP. LVII. MARTINVS Sanctonicæ vrbis abbas, Martini vt ferunt, nostri discipulus, apud vicum vrbis ipsius, in monasterio quod ipse post magistri dogmata ædificauit, in pace quiescit, ad cuius tumulũ quædam è pagensibus manus contractas deferens, retulit sanas. Alius qui exultis humoris febre neruis, poplitibus intortis gressu caruerat, vt ad sepulchrum sanctum prostratus est, nouum robur sumens, ariditate sublata, incolumis relatus est, multos ipsi deinceps seruiẽs annos. Huius sepulchrũ Palladius episcopus cum non valuisset cum multis, opitulante adiutorio confessoris cum quinque abbatibus mouit, composuítque quò voluit.

Martini Sanctonici virtutes.

CAP. LVIII SVBVRBANO quoque vrbis huius Bibianus antistes quiescit: cuius virtutum moles, liber qui iam de eius vita scriptus tenetur, enarrat. nunc autem exoratus crebrò languentibus tribuit sospitatem. Vnde videtur vt de tantis miraculis vel vnum fari præsumam. Mulier enim cuius manus aruerant, vnguibúsque iam sauciatæ, contractis neruis, opus operandi perdiderant, ad beati sepulchrum devota prosternitur. Factáque oratione, manus redintegratas, laxatis digitorum filis, ad agendas domino gratias meruit eleuare.

CAP. LIX. TROIANVS item pontifex ipsius Sanctonicæ ciuitatis sancto Bibiano huic coniunctus cælo, vicinus est tumulo. Magnæ enim virtutis fuisse dicitur hic sacerdos. Quodam verò tempore, dum inter obscura noctium tempora, loca sancta quæ tunc in circuitu vrbis habebantur, vno tantùm subdiacono comite circuiret, adparuit ei globus magnus luminis quasi de cælo descendens. Cognita autem vir dei re, ait comiti, Ne sequaris penitus, donec ego te vocem: at ille terræ deuolutus, spectabat haud procul, quídnam miraculi ageret dei seruus. erat enim ager publicus, in quo constiterat. Adpropinquante verò lumine, cucurrit sacerdos ad occursum eius, & vsque ad terram se humilians, ait, Benedic quæso mihi beate pontifex. Cui ille qui aduenerat ait, Tu mihi benedic sacerdos dei Troiane: & dato sibi oscúlo, facta oratione locuti sunt diutissimè simul. Subdiaconus verò adtonitus, spectans vidit lumen quod adparuerat, eadem qua venerat via reuerti: vocans itaque ad se subdiaconum, ait, Accede nunc, vt explicemus cœptum iter ad visitanda sanctorum loca. Tremens vetò subdiaconus ait, Quæso domine ne despicias humilitatem meam: sed indica mihi quæ videris: animaduerti enim, nescio quid fuisse diuinum. Cui ille, Dico tibi: sed tu nemini dixeris. Nam scito quòd in quacunque die hæc publicaueris, ab hoc mũdo migrabis. Sanctum (inquit) Martinum Turonicum vidi, & ipse locutus est mihi: caue ergo ne cui vulgare audeas arcana dei. Igitur sacerdos impleto vitæ huius cursu obiit. Subdiaconus verò plenus dierum ægreferens quòd virtus sancti Troiani occuleretur, conuocato episcopo cum clericis, ac quibusdam senioribus, omnia quæ à sancto audierat, & qualiter mysterium luminis viderat, quod manifestissimè fidem Troiani Martinúsque gloriam patefecit, ex ordine reserauit: nec quicquam ex his occuluit, adiiciens hæc, Et vt probetis vera esse quæ loquor, finito sermone finem facio vitæ: & his dictis clausis oculis obiit, non sine admiratione adstantiũ. Magnæ enim, vt diximus, virtutis fuit beatus

Lux cælestis.

Visio & apparitio B. Martini.

A beatus Troianus antistes & honorabilis inter cunctos ciues vrbis suæ. Hic fertur dum esset in corpore, si nouum, vt adsolet, amphibolum induisset, cum quo processurus diœcesin circumiret, sim briæ huius vestimenti à diuersis diripiebantur: salubre omnis homo computans quicquid ab eo rapere potuisset. Qui sepultus in terris cœlo se viuere multis virtutibus manifestat. Nam energumeni, frigoritici, cæteríque infirmi, plerunque ad eius tumulum exorantes, accepta incolumitate recedunt.

Frigoritici.

HAVD procul ab huius confessoris æde, erat oratorium paruulum, & in angulo vnde arcus oriebatur, erat magnus sarcophagus, in quo ferebatur sepultos fuisse duos, sponsum scilicet & sponsam, qui post baptismum in albis positi, à seculo discesserant: hos etiam adfirmabat antiquitas fuisse ex genere sancti Pictauensis Hilarij. Hoc ergo sepulchrum tali in loco situm, non modò peruium arcebat ingredientium, verumetiam qualiter paries qui ab stillicidio infusus fuerat, emendaretur, quia esset contiguus, inhibebat. Qua de causa Palladius pontifex ciuitatis, qui ex genere quondam diuitis Palladij descenderat, remouere ipsum summo à loco nitebatur studio, ita vt coniunctis amB plius trecentis viris, cum funibus trahere & vectibus impellere conaretur. Positis iam lapidibus, super quos hic sarcophagus locaretur, denique impenduntur totæ vires trahentium, sed non valent mutilare sepulchrum. Frons cuncta sudore perfunditur, sed opus validum nõ impletur. Voces dantur hortantium atque dicẽtium, Eia age, trahe funem: sed non mouetur omninò sepulchrum. Quid plura? Lassantur omnes in opere, & intercedente nocte petunt cuncti dari quieti: ilicet vbi transactis nocturnis tenebris nouum influxit mane, anxius cogitatione sacerdos, rogat iterum procedere suos ad oratorium: ipse anticipans cunctos, ingrediénsque, inuenit ipsum super ipsos quos composuerat lapides, omni firmitate subsistere. Admiránsque dominum glorificat, qui potenti virtute perfecit quod manus humana nequiuerat: horum tamen nomina nulli sunt reuelata.

Palladius.

Sepultura immobilis.

CAP. LXI. NICETIVS quoque confessor in vrbe Lugdunensi, vir totius sanctitatis, conuersationis castissimæ, charitatis eximiæ, vita perfunctus est. Cuius eleemosynæ atque humilitas nec inuestigari tantùm, nec enarrari à nobis possunt: qui postquam beatum spiritum præmisit ad cælos, positus in feC retro ad basilicam in qua sepultus est, ferebatur. Et ecce vnus puerulus diuturna cæcitate grauatus, cum reliquis plangens adminiculo sustentante sequebatur. Factum est autem cum graderetur, perlata est vox in ore eius secretius, dicens, Adpropinquare feretro, & cum subter ingressus fueris, protinùs recipies visum. Ille verò interrogabat hominem qui eum trahebat, quis esset qui hæc verba auribus suis inferret. Negat ille quenquam videre qui ei loquatur. Cúmque bis & tertiò hæc vox aures illius verberasset, cognouit aliquid noui gerendum, & se ad feretrum postulat duci. Accedénsque, & inter albentium diaconorum turbam perlapsus, quò iussus fuit, ingreditur. Denique vt nomen sancti inuocare cœpit, ilicò reseratis oculis lumen recepit. Post hæc puer erat assiduus in basilica, ad sepulchrum sancti deseruiens, & lumen accendens: sed à quibusdam ciuitatis maioribus opprimebatur atque fatigabatur, vt nec victus alimoniam posset habere. Cúmque sæpius hæc ad beatum imploraret sepulchrum, adparuit ei sanctus per visum, dicens, Vade ad Guntchramnum regem, & ei quid patiaris diligenter enarra. Ipse enim tibi præbebit vestitum & alimentum, eripiétD que te de manu inimicorum. Denique hac admonitione firmatus puer, ad regem accedens, quæ suggessit obtinuit. Sed & nunc ad sepulchrum beati confessoris multa miracula Christo auspice tribuuntur. Nam & miserorum ibi cathenæ rumpuntur, cæci inluminantur, dæmones effugantur, sanitati redduntur paralytici, perferentes accessus febrium, liberantur. In quo loco tam frequenter ostenduntur miracula, vt ex ordine scribi longum sit. Tamen retulit mihi vir fidelis, quatuor ibi cæcos ante paucos dies fuisse inluminatos, & quòd hominem quẽ claudum olim nouerat, incolumem nuper aspexit.

Cæcus illuminatur.

confessoris Niceti virtutes.

DVM quadam vice ad occursum supradicti pontificis ambulassem, & loca sancta Lugdunensis oppidi circuirem, vir ille qui nos præcedebat, ad cryptam beati Helij inuitat ad orationem, dicens, Quia magnus sacerdos in hoc loco quiescit. Cúmque oratione facta sancti tumulum admirarer, & tacitus de meritis eius aliquid interrogare cogitarem, aspicio in ostio esse scriptum, qualiter sepulchri violator cadauer spoliarit exanime. Inquirens verò causam, si hæc vera essent quæ in ostio picta cernebantur, vir mihi talia retulit: Sanctus Helius tempore paganorum in hac vrbe fuit E episcopus: qui defunctus, sepultus est à fidelibus. Nocte autem sequenti veniens quidam paganus, lapidem qui sarcophagum tegebat, reuoluit: erectúmque contra se corpus sancti conatur spoliare at ille extensis lacertis constrictum ad se hominem fortiter amplexatur, & vsque mane populis expectantibus tanquam constipatum loris, ita miserum brachiis detenebat. Igitur iudex loci, violatorem sepulchri iubet abstrahi, ac legali pœnæ sententia condemnari: sed non laxabatur à sancto. Tũc intelligens voluntatem defuncti, facta iudex de vita promissione laxatur, & sic incolumis redditur. O verè sanctam vltionẽ pietate permixtam! retenuit hominem vt argueret, sed tradi non permisit supplicio, quem iam reddiderat emendatum.

s. Helius sepultura violatorem compre hendit.

CAP. LXII.

LEONIS autem Romani imperatoris filia, cum ab spiritu vexaretur immundo, & per loca sancta duceretur, assiduè clamabat nequam spiritus, Non hinc egredior, nisi archidiaconus Lugdunensis adueniat, & nisi ipse me de hoc vasculo quod acquisiui, eiiciat: nullatenus hinc fum egressu-

CAP. LXIII.

Dæmone corripitur Imp. filia.

rus. Audiens hæc imperator, dirigit ſuos in Gallias. Quem illi repertum ſuppliciter exorant vt cum F eis ad viſitandam puellam Romam dignaretur accedere. Ille verò contradicens, & ſe indignum per quem Chriſtus miracula oſtenderet, eſſe vociferans: admonitus epiſcopi ſui conſilio, cum eiſdem miſſis iter dirigit: & ad imperatorem veniens cum honore ſuſcipitur. Audiens autem de infirmitate puellæ, ſe ad baſilicam beati Petri apoſtoli confert: ibíque continuato cum vigiliis & orationibus triduano ieiunio, quarta die per inuocationem domini noſtri Ieſu Chriſti & crucis vexillum, immundum ſpiritum à corpore puellæ depellit. Qua ſanata, tria ei cẽtenaria auri imperator offert: ſed ille vir altioris ſpiritus, caducas diuitias pro nihilo reſpuit, dicens, Si me tuis muneribus locupletare deſideras, illud quod cunctæ proficiet ciuitati largire: tributum, ait, in tertio circa muros miliario

Merces epiſcopi liberatio populi.

populis cede: hoc vtríſque animabus ſalubre beneficium erit. Aurum verò tuum neceſſarium non habeo: pauperibus illud pro tua tuorúmque felicitate diſpenſa. Quod ille non abnuens, aurum pauperibus erogat, & tributum petitum ciuitati concedit. Vnde vſque hodiè circa muros vrbis illius in tertio miliario tributa non redduntur in publico. Poſt diſceſſum verò beati archidiaconi, ait imperator ſuis, Si iſte inquit, deum pluſquam pecuniam diligit, dignè eccleſia illa cuius nobis miniſter G obſequitur, noſtris muneribus inluſtratur. Tunc capſam ad ſancta euangelia recludenda, patenámque & calicem ex auro puro precioſiſque lapidibus præcepit fabricari. Quod miro perfectum opere, per hominem creditum dirigit eccleſiæ: ſed nuncius ille inter Alpes poſitus, qui hæc exhibebat, ad aurificis cuiuſdam domum diuertit. Cúmq; ab eo aurifex ſciſcitaretur quid negocij gereret, rem ſecretius ac ſimpliciter pandit: & ille, Si, inquit, meo conſilio conniuentiam præbueris, multa nobis hæc ratio poterit lucra deferre. Ad hæc ille diabolo inſtigante ſeductus, & vt fertur inter ruſticos ſermo vulgatus, quod inhianti auro ac circunuentionis fallacias inferenti, ſæpius animi coniũguntur, ſtatim huius conſilij effectus eſt conſentaneus. Tunc ille deceptor fecit ſimiles de argento ſpecies, vt nihil aliud quàm aurum puriſſimum putaretur: & ſic opera quæ cum gemmis foliíſque aureis fuerant ſuperpoſita, ſtudioſiſſimè cum clauis adfixit. Veruntamen calicem non comminuit, quia cataclyza in ipſo fuerant ſolidata. Denique portitor cum hac fraude Lugdunum aduenit: oblatíſque muneribus, ab *ipſo* muneratur: regreſſúſque ad ſocium, aurum de ſpeciebus figuratum recipere fla-

Fraudatores eccleſiæ puniuntur.

gitat: aurifex verò adhuc non eſſe totum paratum pronũciat: ſed ſub ipſa expliciturum ſe nocte pol- H licetur. Exacta igitur cœna, cum in cellula qua hæc operabãtur, pariter reſederent, concuſſa ſubitò à terræmotu ſuper eos diruit, diſruptáque terra ſub pedibus eorum, ipſos pariter cum pecunia deglutiuit, deſcenderúntque viuentes ac vociferãtes in tartarum. Vtrúſque eſt deus velociter de fraude eccleſiæ ſuæ. Ego verò has ſpecies in eccleſia Lugdunenſi ſæpiſſimè vidi. Sit hoc populis documentum, vt nullus res eccleſiæ aut adpetere, aut fraudare nitatur. Nam aliter videbit dei iudicium ſuper ſe velociter imminere.

CAP. LXIIII. *Frigoritici.*

REQVIESCIT ſuburbano murorum vrbis ipſius mulier quæ dicitur collegiſſe calciamentum beati martyris Epipodij, quod de pede eius cecidit, cum ad martyrium duceretur. Ad cuius tumulum ſæpius frigoritici cæteríque infirmi ſanantur. Eraſum de tumulo ipſo pulucrem hauriunt, incoluméſque diſcedunt.

CAP. LXV.

DVOS in hac vrbe fuiſſe ferunt, virum ſcilicet & coniugem eius, ſenatoria ex gente pollentes, qui abſque liberis functi, hæredem eccleſiam dereliquerunt: ſed vir prius obiens, in baſilica ſanctæ I Mariæ ſepultus eſt. Mulier verò per annum integrum ad hoc templum degens, aſſiduè orationi vacabat, celebrans quotidiè miſſarum ſolennia: & offerens oblationem pro memoria viri, non diffiſa de domini miſericordia, quòd haberet defunctus requiem: in die qua domino oblationem pro eius anima delibaſſet, ſemper ſextarium Gazeti vini præbuit in ſacrificium baſilicæ ſanctæ. Sed ſubdiaconus nequam reſeruans gulæ Gazetum, acetum vehementiſſimum offerebat in calice, muliere non ſemper ad communicandi gaatiam accedente. Igitur cum fraudem hanc deo placuit re-

Subdiaconus communioni ſupponit acetum.

uelare, adparuit vir mulieri, dicens, Heu heu dulciſſima coniux, defluxit labor meus in ſeculo, vt nũc acetum in oblatione delibem. Cui illa, Verum, inquit, quia charitatis tuæ nõ immemor, ſemper Gazetum potentiſſimum obtuli pro requie tua in ſacrario dei mei. Expergefacta autem admirans viſionem, eandémque obliuioni non tradens, ad matutinum ſecundum cõſuetudinem ſurrexit. Quibus expletis celebratíſque miſſis, accedit ad poculum ſalutare: quæ tam feruens acetum hauſit ex calice, vt putaret ſibi dentes excuti, quæ nequiter fuerat defraudata: ſed nec hoc miraculũ ſine operis boni merito geſtum puto. K

CAP. LXVI. *Memmius mortuum ſuſcitauit.*

CATALAVNENSIS verò vrbis proprius extat patronus Memmius antiſtes, qui cum adhuc maneret in corpore mortali, mortuum dicitur ſuſcitaſſe. Ad cuius nunc ſepulchrum ſæpius confractas miſerorum cathenas atque compedes vidimus: ſed & nos propriè virtutem eius experti ſumus. Quodam enim tempore, dum in vrbe illa commoraremur, puer vnus ex noſtris à febre corripitur, fatigatur vomitu, ac cibum potúmque ſimul exhorret. Nobis verò magna conſumptio generatur, quòd huius pueri infirmitas itineri noſtro moras innecteret. Nec mora, baſilicam ſancti adeo, ſepulchro proſternor pro puero, effuſis lachrymis deprecor vt qui laborantibus vinctis diſruptis cõpedibus reſpectu pietatis plerunque conſolationem exhibuit, huic febricitãti medelę refrigeria miniſtraret. Mirum dictu, in ipſa nocte à ſancti virtute viſitatus infirmus, mane facto incolumis ſurrexit à lectulo.

LVPVM

CAP. LXVII.

A LVPVM antiſtitem apud Tricaſſinorum Campaniæ vrbem ſepultum, nulli habetur incognitũ: ad cuius baſilicam Maurus cuiuſdam ſeruus, negligentia admiſſa confugit: frendens verò dominus eius de veſtigio proſecutus, ingreſſus baſilicam, nec oratione proſtratus, blaſphemias in ſanctũ euomere cœpit, ac dicere, En tu Lupe ſeruum meum auferes, & propter te non licebit mihi in eum vltionem debitam exercere? & iniecta manu ſeruum trahere cœpit, dicens, Non mittet hodiè hic Lupus manum ſuam de ſepulchro, vt eruat te de manibus meis. Hæc dicente miſero, extemplò lingua quæ in ſanctum blaſphemias effudit, diuinitus obligatur: atque mutatus homo, debacchare cœpit *Blaſphemus luit pœnas.* per totam ædem, dans mugitum vt pecus, ſermonem vt homo non proferens. Cúmque hæc ſuis nunciata fuiſſent, adprehenſum duxerũt ad domum ſuam. Vxor verò eius multa munera in baſilicam poſuit; ſed hic tertia die cum graui cruciatu vitam finiuit. Quo defuncto, mulier quæ dederat recepit: ſeruus tamen permanſit ingenuus.

CAP. LXVIII

HVIC antiſtiti famulabatur Auentinus quidam religioſus, ad quem poſt huius obitum captiui fecere confugium, quorum domino Auentinus precium obtulit: ſed ille obligans ſe ſacramento ait, B Nunquam hæc niſi in pago meo ſum accepturus. Dedítque dexteram ſuam quòd ſi illuc pecuniam tranſmitteret, iſte confeſtim captiuos à vinculo ſeruitutis abſolueret. Tranſmiſſo itaque precio oblitus dominus fidei ſuæ, dum captiuos abſoluere diſſimulat, ipſe ligatur. Nam ſtatim ſummitas digiti de manu quæ fidem fecerat, dolere grauiter cœpit. Deinde paulatim dolor adcreſcens, per manum brachiúmque totum extẽditur. quid plura? Truncatũ ad ipſam iuncturam cubiti brachium *periurus plectitur.* cum cecidit, & hic ſpiritum exhalauit. Vxor verò eius poſt hæc voluit eos iterum ad ſeruitium reuocare, ſed capitis dolore percuſſa, virum ſecuta eſt, & ſic hi in ingenuitate perpetua abſque vllius ſcripturæ munitione manſerunt.

CAP. LXIX

HABET & Ebredunenſis vrbs patronum proprium, Marcellinum antiſtitem, per quem dum adhuc in corpore moraretur, multa Chriſtus miracula operatus eſt. Hic enim feciſſe dicitur lauacrum ad baptizandum, in quo natale domini & dominicæ cœnæ aqua dicitur diuinitus exoriri. De quo etiam ad aliud lauacrum, in quo conſuetudo priſca baptizari inſtituit, aqua defertur. Non ta- *Lucerna Marcellini.* men cumulatur, vt de illis fontibus Hiſpaniæ ſupra retulimus. Ad huius ergo ſancti ſepulchrum ly- G chnus aſſiduè lumen præbet: ſed accenſus ſemel multis noctibus ſine vllo additamento perdurat, & plerunque contingit vt extinctus à vento, diuinitùs iterum accendatur. Ex quo oleo plerunque infirmi medicamenta ſuſcipiunt.

Baptiſmo aqua diuinitus exoritur.

CAP. LXX.

FVIT autem & Marcellus Deenſis vrbis epiſcopus magnificæ ſanctitatis, ad *cuius nihilominus* tumulum lychnus accenſus diuturno ſpacio lucere ſolet: præſtat ex eo oleo virtus domini medicinam infirmis.

CAP. LXXI.

AQVENSIBVS igitur eſt conceſſus inclytus athleta Metrias, vir in corpore iuxta hiſtoriam actionis magnificæ ſanctitatis: & licet ditione ſeruus, liber tamen iuſtitia: qui vt ferunt legentes cẽtaminis eius textum, peracto curſu boni operis à ſeculo victor abſceſſit, ſæpius ſe in cælis degere virtutibus manifeſtis oſtendens. Tempore igitur quodam cum Franco epiſcopus huius municipij eccleſiam gubernaret, Childericus qui tunc primus apud Sygibertum regem habebatur, villam eius competit, dicens, quia iniuſtè ab Aquenſi eccleſia reteneretur, & dicto citius cõuenitur epiſcopus. D Datíſque fideiuſſoribus in præſentia regis adſiſtit, clamans & obſecrans, vt rex ad *huius cauſæ* audientiam præſentiam ſuam auerteret, ne cæleſti iudicio condemnetur, addens, *Scio enim* virtutem Metriæ viri beati, quòd velociter in peruaſorem ſuum inrogat vltionem. Denique coniuncti adiutores cauſam diſcutiunt. Inſurgit Childericus, atque improperans criminibus exacerbatum epiſcopum, quòd res fiſci ditionibus debitas iniquo ordine retineret, extrahi eum vi à iudicio iubet. & tantùm ablata per iudicium præſentium villa, trecentis aureis condemnauit. Fauebant ei omnes, nec quiſquam contra voluntatem eius audebat decernere, niſi quod eidem libuiſſet. Denique cõdemnatus ſpoliatúſque ſacerdos, ad vrbem rediit, atque proſtratus in orationem coram ſepulchro ſancti, dicto pſalmi capitello ait, Non hic accendetur lumen, neque pſalmorum modulatio canetur gloriоſiſſime ſancte, niſi prius vlciſcaris ſeruos tuos de inimicis ſuis, réſque tibi violẽter ablatas eccleſię ſanctæ reſtituas. Hic cum lachrymis effatus, ſentes cum acutis aculeis ſuper tumulũ proiecit. Egreſſúſque clauſis oſtiis ſimiliter in ingreſſu alias conlocauit. Nec mora, corripitur peruaſor à febre, de- *Peruaſor febre corripitur.* E cumbit lectulo, exhorret cibum, faſtidit & potum, profert æſtuans iuge ſuſpirium. Cui etiam ſi ab ardore febris interdum ſitis accederet, aquam tãtùm, nihil aliud hauriebat. Quid pluraʒ in hac ægrotatione integrum ducit annum: ſed mens praua non flectitur. Interea labitur cæſaries cuncta cum barba, & ita omne caput remanſit nudum, vt putares eum olim ſepultum nuper eiectum fuiſſe poſt funera de ſepulchro. His & talibus miſer afflictus malis, ſerò recogitat dicens, Peccaui, eo quòd expoliauerim eccleſiam dei, atque epiſcopo ſancto intuletim iniuriam. Nunc autem ite quantocius, & reddita villa ſexcentos aureos ſuper tumulum ſancti deponite. Eſt enim mihi ſpes, quòd res reddita tribuat ægrotanti medelam. Quod audientes homines eius, accepta pecunia fecerunt ſicut eis fuerat imperatum. Reddiderunt agrum, ſolidóſque ſuper ſepulchrum ſerui dei poſuerunt: ſed cum hoc feciſſent, ſtatim ille in loco quo erat, ſpiritum exhalauit: lucratúſque eſt detrimentum animæ per adeptionem acquiſitionis iniquæ. Epiſcopus autem obtenuit vltionem de inimico eccleſiæ, quam promiſerat futuram per athletæ dei virtutem.

CAP. LXXII

ARVATIVS verò Triiectenſis epiſcopus, tempore Chunorum, cum ad inrumpendas prorumperent Gallias, fuiſſe memoratur: qui & ſepultus refertur iuxta ipſum pontem aggeris publici: circa cuius ſepulchrum quamuis nix defluxiſſet, nunquam tamen marmor quod ſuper erat poſitum humectabat: & cum loca illa nimij frigoris gelu ligentur, & nix vſque in trium & quatuor pedum craſſitudinem terram operiat, tumulum vllatenus non adtingit. Datur enim intelligi verum Iſraelitam hunc eſſe. Nam illis inter muros aquarum aquæ non ſunt perniciei, ſed ſaluti. Et circa huius iuſti tumulum nix decidens, non humoris cauſa eſt, ſed honoris. Videáſque in circuitu montes niueos eluari, nec tamen adtingere terminum monumenti, & non miramur ſi terra operiatur niue, ſed admiramur quòd adtingere auſa non eſt locum beati ſepulchri. Nam plerunque deuotio ſtudiúmque fidelium oratorium conſtruebant de tabulis ligneis leuigatíſque: ſed protinus aut rapiebantur à vento, aut ſponte ruebant. Et credo idcirco iſta fieri, donec veniret qui dignam ædificaret fabricam in honorem antiſtitis glorioſi. Procedente verò tẽpore aduenies in hanc vrbem Monulfus epiſcopus, templum magnum in eius honorem conſtruxit, compoſuit, ornauítque: in quod multo ſtudio & veneratione tranſlatum corpus, magnis nunc virtutibus pollet.

Arnatij tumulum nix non attingit.

CAP. LXXIII.

COEMITERIVM apud Auguſtidunenſem vrbem Gallica lingua vocitauit, eo quòd ibi fuerint multorum hominum cadauera funerata: inter quæ quòd ſint quorundam fidelium dignarúmque deo animarum ſepulchra, frequens occulti pſallentij myſterium docet, cum plerunque multis adpareant, in ipſo vocum præconio, reddentes omnipotenti deo gratiarum debitam actionem. Nam audiui quòd duo ex incolis loci, dum loca ſancta orandi gratia circumire diſponerent, audiunt in baſilica ſancti Stephani quæ huic coniungitur cœmiterio, pſallentium ſonum. Admirantéſque dulcedinem moduli, adpropinquant ad oſtium templi, autumantes à quibuſdam religioſis vigilias celebrari: ingredientes autem & orationi diutiſſimè incumbentes, conſurgunt, pſallentij chorum cõſpiciunt: nihilque lucere per templum, niſi propria claritate cuncta proſpiciunt ſplendere: de perſonis verò nullam prorſus agnoſcunt. Denique cum eſſent adtoniti & ſtupore perculſi, vnus de pſallentibus adeſſe præſumeretis: diſcedite ergo & ad domos veſtras abſcedite, alioquin ab hoc mundo migrabitis. Ex quibus vnus diſcedens abiit, alter verò qui in loco remanſit, poſt non multos dies à ſeculo commigrauit.

Pſallentium angelorum chorus in eccleſia.

CAP. LXXIIII.

IN hoc cœmiterio vidi beati Caſſiani ſacerdotis magni ſepulchrũ à multis infirmis eraſum, quod penè transforatum eo tempore putabatur. Abluuntur enim ex hoc puluere ægroti: ſed protinus virtutis magnitudinem ſentiunt. Ibi & Simplicius ipſius, vt aiunt, vrbis epiſcopus eſt ſepultus, cui crimen adulterij ſæua populorum obiecit inſania.

CAP. LXXV

SED quia de his aliquid proloqui iuuat, prius de ſancto Riticio, quia prior obiit, ſermo habendus eſt. Fuit autẽ nobiliſſimis parentibus & literarũ acumine clarus, qui tranſacta adoleſcentia vxorem ſimili morum honeſtate præclaram ſortitus eſt. Cum qua ſpiritalis dilectionis conhibẽtia, non luxuria copulatur. Concurrunt eleemoſynæ, vigiliæ celebrantur, & opus dei per eos inceſſabiliter exercetur. Igitur longa poſt tempora mulier declinans caput ad lectulum, beati viri auribus extrema profert verba, dicens, Deprecor piiſſimè frater, vt poſt diſceſſum meum percurſo æui tempore, in illo quo ego conlocor ſepulchro, ponaris, vt quos vnius caſtitatis dilectio vno conſeruauit in toro, vnius retineat ſepulchri conſortium. Hæc effata lachrymans ſpiritum emiſit ad cœlos. At Riticius epiſcopatum Auguſtidunenſis vrbis populo eligente ſortitur: qui talem ſe præbuit in religione, vt morum bonitas pontificatus gratiæ æquaretur, & ad diem obitus per diuerſos gratiarum ſpiritalium gradus plena perfectione conſummationéque veniret: quo abluto & ſuper feretrum poſito, mouere ipſum non queunt officia famulantium. Tunc in ſtupore mentis defixi, audiunt à quodam ſene, virũ dominam coniuraſſe, vt eos vnius ſepulchri amplitudo ſuſciperet: ſermone verò percuſſo, confeſtim ſuſtollitur feretrum, adlatóque eo propè ſepulchrum, reſumit ſacerdos ſpiritum. Adloquitur ſociam, dicens, Recordare dulciſſima coniux, quæ à me fueras deprecata. Nunc ſuſcipe expectatum diu fratrem, & coniungere artubus impollutis, quos non luxuria polluit, ſed caſtitas vera mundauit. Hæc eo dicente, mirum in modum commotum ſepulchrum vno in loco oſſa virginis conglobantur. Beatus verò ſacerdos receptus in pacis ſomno, huius ſepulchri tectus eſt opertorio. Huic Caſſianus, cuius ſupra meminimus, ſucceſſit. Poſt hunc Egemonius cathedram pontificatus adſumpſit.

Riticij coniugalis caſtitas.

CAP. LXXVI.

QVO decedente, beatus Simplicius eccleſiæ ipſi præponitur. fuit autem de ſtirpe nobili, valdè dives in opibus ſeculi, nobiliſſimæ coniugi ſociatus: his fuit caſtiſſima obtegente ſeculo vita, ſoli deo cognita, mortalibus tamen ignota. Erant enim ambo iuſti & in eleemoſynarum ſemina ac vigiliarum tolerantiam promptiſſimi. Interea propter illam, vt diximus, ſeculi dignitatem, Simplicius decedente Egemonio, à populis eligitur: ſed à deo pro caſtitatis & ſanctitatis gloria deſtinatur. Accepto quoque pontificatus ordine, beata ſoror quæ prius fuerat, non libidine, ſed caſtitate viro coniuncta, non paſſa eſt à ſtratu pontificis ſubmoueri, ſed in illa puritatis caſtitate qua prius viri caſtiſſimi thorum adibat, ſecura de conſcientia mentis ſanctæ, ſciens ſe vri non poſſe ab incentiui ignis ardore: ſed ſæua dæmonis inuidia contra ſanctos dei probroſa excitat bella, & quæ inſtinctu ſuo deſtruere non potuit, nititur verbis ſubdolis infamare. Quid plura? In illo dominici natalis

A natalis die, commouentur ciues in ſcandalum, & ad beatam virginem rapido curſu concurrunt dicentes, Incredibile eſt mulierem viro iunctam pollui non poſſe: ſed nec vir poterit artubus mulieris iunctus, à coitu abſtinere. Sic etenim Salomonis prouerbia proferunt: *Nemo* (ait) *tangens picem, mundus poterit eſſe.* neque enim in ſinu ignem quis geſtiens non cremabitur. Ergo videmus vos vno in thoro recumbere, & ſuſpicari aliud non poſſumus, niſi miſceamini ſimul. His commota virgo ſanctiſſima, adgreditur pontificem ſimili caſtitate pollentem, replicatíſque coram omni populo ſermonibus quos audierat, arculam puella tunc plenam, vt adſolet, pro iniuria hiemis cum carbonibus retenebat. Vocat puellam, expanſóque pallio, prunas ardentes ſuſcepit, & ferè horæ vnius ſpacio tenens, ſacerdotem euocat, dicens, Accipe mitiorem ſolito ignem, nequaquam tuis velaminibus nociturum, vt oſtendant in nobis hæ flammæ extinctas flammas eſſe luxuriæ. Suſcipiente verò pontifice, nihil nocitum eſt velamen eius ab igne. Hoc miraculo populus qui erat tunc incredulus, credidit deo. & inter ſeptem dies amplius quã mille homines ſacri innouatione lauacri ſunt renati. Quos ſuſcipiens eccleſia, gaudens cæleſti regno per hos milites copulauit.

Probatur igne coniugalis caſtitas.

B FERVNT etiam in hac vrbe ſimulachrum fuiſſe Berecynthiæ, ſicut ſancti martyris Symphoriani paſſionis declarat hiſtoria. Hanc cum in carpento pro ſaluatione agrorum ac vinearum ſuarum miſero gentilitatis more deferrent, adfuit ſupradictus Simplicius epiſcopus, haud procul aſpiciens cantantes atque pſallentes ante hoc ſimulachrum: gemitúmque pro ſtultitia plebis ad deum emittens, ait, Illumina quæſo domine oculos huius populi, vt cognoſcat quia ſimulachrum Berecynthię nihil eſt: & facto ſigno crucis contra protinus ſimulachrum in terram ruit: ac defixa ſolo animalia quæ plauſtrum quo hoc vehebatur, trahebant, moueri non poterant. Stupet vulgus innumerum, & deam læſam omnis caterua conclamat: immolantur victimæ, animalia verberantur: ſed moueri non poſſunt. Tunc quadringenti de illa ſtulta multitudine, viri coniuncti ſimul aiunt ad inuicem, Si virtus eſt vlla deitatis, erigatur ſpõte, iubeátque boues qui telluri ſunt ſtabiliti, procedere. Certè ſi moueri nequit, manifeſtũ eſt nihil eſſe diuinitatis in ea. tũc accedentes & immolãtes vnũ de pecoribus, cũ viderẽt deã ſuã nullatenus poſſe moueri, relicto gẽtilitatis errore, inquiſitóque antiſtite loci, conuerſi ad vnitatẽ eccleſiæ, cognoſcentes veri dei magnitudinem, ſancto ſunt baptiſmate conſecrati.

CAP. LXXVII.

Crucis ſigno Symphoriani idola euertit.

C SED quoniam ſuperiore capitello expoſuimus qualiter caſtitas diligentes deum ornauerit, venit in memoriam quæ Felicem Namneticum referentem, dum de his confabularemur, audiui. Aiebat anim fuiſſe antiſtitem in ciuitate ſua cum coniuge: ſed cum ad honorem ſacerdotij acceſſiſſet, lectulum iuxta ordinem inſtitutionis catholicæ ſequeſtrauit: quod mulier valdè moleſtum tulit. Cúmque diebus ſingulis cum eo ageret, vt in vno ſtratu quieſceret, nec adquieſceret pontifex, rem tam improbam quam canonum decreta non admittebant, quadam die accenſa furore ait intra ſe, Non puto eſſe abſque aliqua conſcientia viri mei, quod ab amplexu eius taliter ſum repulſa: ſed ibo & videbo, ne fortè alia mulier cum eo decumbat, pro cuius me amore deſpiciat. Et ſtatim adfuit in cubiculo epiſcopi, inuenítque eum poſt meridiem dormientem: accedénſque ante lectulum eius, vidit agnum immenſæ claritatis ſuper pectus eius quieſcentem. Tunc timore perterrita, velociter ſe à lectulo ſancti remouit: nec adiecit vltra quærere quid vir deo plenus ageret in occultis: ſed cognouit manifeſtiſſimè illud cũ ſeruis dei impleri, quod ipſe dominus ſuis fidelibus eſt polliceri dignatus, dicens, *Ecce enim vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.*

CAP. LXXVIII.

D REMIGIVS verò Rhemenſis vrbis epiſcopus, qui vt ferunt, ſeptuaginta, aut eo amplius in epiſcopatu annos expleuit, & oratione ſua defunctæ cadauer puellæ obtenuit ſuſcitare, plerumque infirmis ſanitatum gratiam porrigit, & in peruaſores ſæpiſſimè vltor exiſtit. Erat autem haud procul à baſilica, campus tellure fœcundus (tales enim incolæ olcas vocant) & hic datus baſilicæ ſanctæ fuerat: quem vnus ex ciuibus peruadit, deſpiciens hominem qui eum loco ſancto contulerat. Qui cum ab epiſcopo ac loci abbate crebrò conuentus fuiſſet, vt quem iniuſtè peruaſerat, redderet, paruipendens verba quæ audiebat, pertinaci direpta defenſabat intentione. Denique cauſa extitit, & non deuotio, vt Rhemenſem vrbem adiret. Properat ad ſancti baſilicam. Arguitur iterum ab abbate pro inuaſione campi: ſed nihil dignum ratione reſpondet. Explicitíſque negotiis aſcenſo equo, ad domum redire diſponit: ſed obſtat niſui eius ſacerdotis iniuria. Nam ſauciatus à ſanguine, diruit in terram: obligatur lingua quæ locuta fuerat campum tolli, clauduntur oculi qui concupierant: manus contrahuntur quæ adprehenderant. Tunc balbutiens, & vix ſermonem explicare potens, ait, Deferte me ad baſilicam ſancti, & quantumcunque ſuper me auri eſt, ad ſepulchrum eius proiicite. peccaui enim auferendo res eius. Aſpiciens autem dator campi hunc cum muneribus venientem, ait, Ne accipias quæſo, ſancte dei, munera eius quæ nunquam accipere conſueuiſti: ne ſis deprecor adiutor eius qui inflammante concupiſcentia, rerum tuarum nequam poſſeſſor exiſtit. Nec diſtulit ſanctus audire vocem pauperis ſui. Nam homo ille, licet dediſſet muneta, rediens tamen domum, emiſit ſpiritum, recepítque eccleſia res ſuas. Sed nec illud ſileri placuit, quod illo geſtũ eſt tempore cũ lues inguinaria populũ primæ Germaniæ deuaſtaret. Cũ autẽ omnes terrerẽtur huius cladis auditu, cõcurrit Rhemẽſiũ populus ad ſancti ſepulchrũ, congruũ huius cauſæ flagitare remediũ. Accẽſis cereis lychníſque nõ paucis, hymnis pſalmíſque cæleſtibus per totã excubat noctẽ. Mane autẽ facto quid adhuc precatui deſit in tractatu, rimatur, reperiũt: etenim reuelãte deo qualiter oratione præmiſſa adhuc maiori propugnaculo vrbis propugnacula muni-

Lues inguinaria.

rentur. Adsumpta igitur palla de beati sepulchro componunt in modum feretri. Accensisque super cruces cereis, atque ceroferalibus dant voces in canticis, circumeunt vrbem cum vtcis. Nec prætereunt vllum hospitium, quod non hac circuitione concludant. Quid plura? non post multos dies fines huius ciuitatis lues adgreditur memorata. Veruntamen vsque ad eum locum accedēs, quo beati pignus accessit, ac si constitutū cerneret terminum, intro ingredi non modò non est ausa, sed etiam quæ in principio peruaserat, huius virtutis repulsu reliquit. F

CAP. LXXX. BITVRIGA verò vrbs primùm à sancto Vrsino, qui à discipulis apostolorum episcopus ordinatus in Gallias destinatus est, verbum salutis accepit, atque ecclesiam Biturigensem primùm instituit rexítque, qui migrans à seculo in campo inter reliqua sepulchra populorum sepulturæ locatus est. Non enim adhuc populus ille intelligebat sacerdotes domini venerari, eósque reuerentiam debitam exhibere. Vnde factum est vt increscente terra, plantata desuper vinea omnem memoriam de primo vrbis sacerdote conuelleret. Et vsque ad tempus illud, quo Probianus episcopus vrbis eius est subrogatus, nullus de eo sermo haberetur. Fuit autem quidam Augustus nomine de domo Desiderati quondam episcopi: cuius manus ac pedes ita contracti erant, vt non aliter nisi G
Deuotio infirmi causa sanitatis. degeniculis atque cubitis sustentaretur, si aliquò processurus vellet incedere. Is inspirante deo de eleemosynis deuotorum apud Brias vicum in honore sancti ac beatissimi Martini antistitis oratorium ædificauit: cuius cum in ipsum reliquias detulisset, statim directis membris sanus effectus est. Deinde conlectis secum paucis monachis, sub regula monasterij degens, semper orationi vacabat. Vnde factum est vt in sequenti accersitus ab episcopo, abbas ordinaretur in basilica sancti Symphoriani, quam memoratus pontifex fabricauerat ante conspectum muri Biturigi. Nec tamen monachos quos prius congregauerat, relinquens, sed instituens eis præpositum, ipse vtraque cellulas gubernabat. Denique cum apud hanc basilicam moraretur, adparuit ei sanctus Vrsinus per visum noctis, dicens, Defossa humo inquire corpusculum meum. Ego enim sum Vrsinus huius vrbis primus episcopus. qui ait, Quò ibo, aut vbi quæram sepulchrum tuum, cum ignorem loeum vbi sis positus? At ille adprehendens eius manum, duxit ad locum, & ait, Sub harum vitium radicibus corpus meum habetur. Expergefactus abbas, narrauit hæc sacerdoti suo: sed ille paruipendens quæ à presbytero dicebantur, nullum inquirendi studium posuit. Interea beatus Germanus H
Apparitio Vrsini. Parisiacæ vrbis episcopus adfuit, susceptúsque ab episcopo, post cœnam domus ecclesiasticæ, cum se sopori dedisset, adparuit vtrique per visum episcopo simul scilicet & abblati: duxítque eos ad locum sepulchri, deprecans vt auferrent eum à loco illo: expergefacti simul ad vigilias conueniunt, in ipsam sancti Symphoriani basilicam. Explicitísque officiis matutinis, refert episcopis abbati quæ viderat, confessúsque est & ipse vidisse similiter. Igitur in sequenti nocte accedentes illuc cum vno tantùm clerico qui cereum ferret, venerunt ad indicatum locum: cúmque fodientes vsque in profundum, sepulchrum reperiunt: quo detecto amotóque opertorio, viderunt sanctum corpus tanquam dormientis hominis nulla putredine resolutum: quod admirantes, & iterum componentes indicarunt episcopo, data die quæ viderant. Tunc illi conuocatis abbatibus, & clero,
Vrsini corporis leuatio. cū honore atq; psallentio leuauerūt beatū sepulchrū: & quia vectes illi quibus ferebatur, valdè lōgi erant, cum venissent ad porticum, non poterant deflecti in ingressu eius, vt ad ostium ædis sine labore accederent. tunc beatus Germanus eleuata voce, ait, Sancte Dei sacerdos, si volūtas tua est in hāc basilicā ingredi, sentiamus leuamē adiutorij tui: & statim amisso pondere ita in sūma leuitate factus I
est sarcophagus, vt relictis vectibus pauci manibus ferrēt, quē vsque ad locū illū multi detulerāt: & sic celebratis missis gaudēte populo iuxta altare sepelitur, multis se deinceps virtutibus manifestans.

CAP. LXXXI. FVIT autē in ipso termino Marianus quidam heremita, cui non erat alter cibus nisi poma agrestia: & si ei aliquoties à quibusdam mel delatum fuisset, aut si ipse reperire potuisset in siluis, hoc ei erat cibus: qui cum plerunque visitaretur à plurimis, quodam tempore à quærentibus non poterat inueniri: inuestigantes denique eum viri qui venerant, deprehenso vestigio inuenerunt locum in quo flexo genu aquam hausit à fluuio: & exinde progressi reperiunt eum sub vna arbore malo iacentem mortuum: vnde celebre ferebatur in populo, eum elisum ex arbore spiritum exhalasse: sed euidenter non est cognitum, quoniam à nullo refertur visum: tunc viri qui aduenerant, eleuantes, adtulerunt ad vicum Euaunensem: quem ablutum, digníque indutum vestibus sepelierunt in ecclesia. Festa obitus eius per singulos celebrantes annos atque conuenientes populi crebrò ab infirmitatibus sanabantur. Quidam autem de vicinis annonas diu infectas aqua ac germine producto conflatas, facto igne super vimina contexta torrere parat ad pocula facienda. Accedens autem vnus vicinorum eius ait, Quid tu ô homo hoc deteneris in opere? An ignoras quòd solennitas est beati Mariani? qui cum furore respōdit, Putásne ô tu qui hæc loqueris, quòd homo elisus ex arbore propter compendia gulæ, angelorū sit relatus consortio, vt sanctus debeat adorari? Melius est enim opus necessariū in domo exercere, quàm talem sanctum excolere. quod ille audiens discessit, & cum reliquis ad basilicā sancti abiit, relicto domi vicino in opere laborāte. Nec mora, flante vento adprehenditur domus, incendio exuritur omnis, nec quicquam de substantia restat hominis. Exindè eleuati globi flammarum super hospitiola aliorum quæ circumlocata erant, huius hominis aream sæpes, tuguriola vel porcorum vel animalium, reliquáque quæ ad eum pertinebant, flamma peruasit. Nec quicquam remansit huic misero, quod non fuisset igni succensum: K

quod

A quod si euenisse quis fortuitu putat, admiretur quòd nulli vicinorum circummanentium nocuit. Quid nunc agis ô cruda rusticitas, quæ semper in deum & eius amicos murmuras, vt tibi exindè damnum adquiras? Alterius igitur hominis malitia furis boues abstulerat, qui adprehenso vestigio, & inter infusos aqua viarum tramites ad profundas luti voragines perdito, ad sancti recurrit sepulchrum, fusáque oratione dum de basilica fuisset egressus, aduertit hominē per aggerē publicū veniētē, qui boues illos ante se cū caballo ex itinere lassum prosequēs adducebat. Turbatus enim fuerat à *Boues reperiūtur.* via, & quasi amens factus in illam partem de qua egressus fuerat, mente turbata redibat. Cognoscítque vir ille boues, quos perdiderat, hos recipiens, hominem absque calumnia redire permisit, quia cognouit hoc sibi per virtutem sancti Mariani præstitum, cum in illa hora reperit perditum, qua eius adiuit plenus fide sepulchrū: quæ postquam gesta sunt, diligentiore cura confessorem dei plebs cœpit excolere Bituriga.

FVIT in hoc territorio & Eusychius multarum vir virtutum, qui tanquam eremita inter spinarum condensitatem, ab hominum se familiaritate remouerat, qui aurum vel diuitias mundi hu- CAP. LXXXII.
B ius tanquam stercora exhorrebat. Ad hunc cum diuersi propter diuersas infirmitates venirent, plerunque ei infantes quibus fauces intumuerant, deferebant: quos ille tactu blandissimo pertractans, aiebat, quasi spiritali ióco delectans, Meritò (inquit) hæc gula doloribus quatitur, quæ inglutire nō *Eusychius cruce sanat tumores.* finit: sed in trinitatis nomine signum crucis imponens, infirmas fauces à doloribus & tumoribus liberabat. Quartanariis verò tam præsens beneficium erat, vt aquam tantùm benedictam ad bibendum tribuens, continuò eos redderet sanitati. Habebant clerici eius duo vasa apum: cúmque vnus ex vicinis eius quartani typi vexaretur ardore, ad eum veniens, solitam ab eodem accipiens medicinam, sanus est redditus: & redire domum cupiens vasa illa eminus cernit in arbore, inflāmāte protinus cupiditate, quæ radix omnium malorum esse describitur, cogitat ea furtim auferre. Inuentóque simili sibi satellite, nocte arborem illam petit. Cúmque in eā ascendisset, vt socio porrigēs vasa deponeret, ecce ab alia parte senex aduenit: quo viso ille qui ad terram erat, fugā petiit, nec socio quid cauerat exposuit. Senex verò sub arbore stetit, & vas vnum quod fur porrexit mutuò accepit: cúmque & alterum vellet auferre, ait sacerdos, sufficiat nunc fili istud. Alterum
C verò ei qui ipsum laborauit reserua: qua ille voce perterritus, se deorsum iactat. At ille adprehensum eum ad cellulam deducens ait, Cur (inquit) fili, diabolo præcedente tu sequeris? Nónne hesterno die ad me veniēs, benedictionē domini accepisti? si (inquit) ex melle delectabaris, à me petisses, & ego sine vllo improperio, & tuo impedimento, vt tibi fuerat copia, tribuissem. Tunc & aliis multis verbis arguens eum, fauum ei mellis largitus est: & inlæsum abire permisit, dicens, Caue ne vltra repetas: quia furtum, Satanæ pecunia est. Ad hunc ergo senem Childebertus in Hispaniam abiens venit. Cúmque ei quinquaginta aureos obtulisset, ait senex, Quid mihi ista profers? illis qui *Furtum, Satanæ pecuniæ est.* ea pauperibus largiantur adtribue: mihi autem hæc necessaria non sunt. Sufficit mihi vt pro meis peccatis dominum merear deprecari: & adiecit, Vade & victoriam obtinebis, & quod volueris ages. Tunc rex aurum pauperibus erogans, vouit vt si eum dominus cū sua gratia de itinere illo reduceret, in honore dei basilicam in eo loco ædificaret, in qua senis membra quiescerent: quod postea adimpleuit.

D MAXIMVS Regensis episcopus atque confessor, sæpius se incolis in multis virtutibus manifestat. Ad cuius sepulchrum non solùm cæci inluminātur, sed etiam & alia morborum genera eius CAP. LXXXIII.
virtutibus depellūtur: nuper autem quæ gesta cognoui referam. Puerulus erat quasi annorum trium adhuc ad matris dependens vbera: hic à febre correptus, dum genitricis manibus baiulatur, taliter est adflictus, vt nec papillam nec alium cibum sumere posset: interea dum per triduum grauiter agens, amatorum baiularetur in vlnis, ait quidam ex famulis, Vtinam ad sepulchrum beati Maximi hic paruulus deferretur. Confidimus enim de eius meritis, quòd possit eum sanitati pristinæ restaurare: qui dum defertur inter amatorum manus, spiritum anhelus emisit: quod cernentes parentes eius, flētes ac clamantes, proiecerunt cum ante sepulchrum beati Maximi confessoris, clausíque ostiis reliquerunt corpus exanime. Nocte verò in lamentatione deducta, cū redditus terrę dies alius inluxisset, reseratis ædis sacratæ ostiis infantulum erectum super cāecllos sepulchri trahentem se atque ambulare conantem aspiciunt. Nondum enim ei erat ætas perfecta, vt rectè posset incedere. Quod admirantes parentes, gauisi sunt, suscepítque eum mater mœsta cum gau-
E dio, ac domui restituit sanum, ipsum autem iam puerum adultum vidi, qui nobis hęc retulit.

VALERIVS beatus confessor Consoranensis primus episcopus, hoc se reuclauit modo. Nam CAP. LXXXIIII.
oratorium super se constructum prius habuit: sed per incuriam ruens, obliuioni datum est quo in loco quiesceret: hoc tantùm ab incolis ferebatur, quòd fuisset ante sanctum altare sepultus. Adueniens autem Theodorus episcopus, oratorio ipso in maiori spacio ampliato, magnam effecit basilicam. Deindè sanctum venerabilis viri corpus inquirens, reperit duo sepulchra, sed nesciebat vtrum esset sacerdotis illius è duobus. Tūc cōuocato clero, vigilias tota celebrabat nocte: deprecās vt sibi beatus cōfessor quo in loco iaceret exponeret, impleuítque duas ampullas vino, & posuit super vtrumque tumulum, dicens, In quo falerna fuerint ampliata, ipsam manifestum sit esse Valerij *Valerij cognoscitur tumulus.* antistitis sepulturam: data verò luce egressus de basilica, & ostiis sigillis munitis, dedit mēbra sopori. Surgens autem ad horam tertiam, venit ad sanctam basilicam reseratis ostiis cum clero & populo,

reperit ampullam vnam parumper vini habentem. Alteram verò in tantum ore patulo exundare, vt totum beati pontificis ablueret monumentum. Per hoc itaque cognouit sacerdos quis esset Valerij episcopi tumulus: sed euidentius adhuc scire cupiens, detegit monumentum: amotóque opertorio reperit venerabile corpus valdè integrum: de quo non cæsaries deciderat, non barba fuerat diminuta: neque aliquid in cute corruptum aspiciebatur, aut tetrum: sed erant omnia inlæsa ac si nuper fuissent recondita: tantúsque odor suauitatis fragrabat è tumulo, vt non dubitaretur ibi quiescere dei amicum: lauri etiam folia sub se habebat strata, de quibus adsumens episcopus multis infirmis præbuit medicinam. De vestimentis igitur eius reliquias sumpsit: rursúmque operto tumulo venerandũ deinceps antistitem honorauit, multáque miracula de his pignoribus cernens in posterum.

CAP. LXXXV. BEATISSIMVS verò Siluester Cauillonensem rexit ecclesiam, qui quadraginta duobus annis, sacerdotio ministrato plenus dierum atque virtutum migrauit ad dominum. Habuit autem lectulum funibus subtilibus innexum: sub quo cum semel atque iterum infirmi, siue quartanarij, siue variis febribus oppressi subderentur, statim virtute diuinitus indita sanabantur: idcircò hic lectulus in ecclesiæ sacrarium deportatus simili virtute nitescit. Multi enim, sicut oculis propriis inspexi, abscisis de funibus illis particulis, in longinquum deferebant, ipsíque super infirmos locatis, sanitatis adesse beneficium contuebantur. Nam mater mea ab hoc decisa particula, vt puellę à frigoribus febricitanti collo dependi fecit, morbo extemplo depresso puellam sanam aspexit.

CAP. LXXXVI. IN hac vrbe fuit & Desideratus presbyter, quem ego apud monasterium Gurthonense vidi; virum sanctitate magnificum, qui sæpius frigoriticis, dolore dentium laborantibus, aliísque morbis, orando finem imposuit: nam vsquequaque reclausus erat, hoc est, nõ egrediebatur è cellula: sed qui voluisset, videbat eum in cellula: hic, vt diximus, eximiis inlustratus virtutibus emicuit seculo: quod audiens Benedictus Agricola episcopus, misit archidiaconum suum, vt beatum vrbis cœmiterio deferret: sed resistentibus monachis, quod iussus fuerat, non impleuit. Posthæc ædificato ex xenodochio leprosorum, sacerdos suburbano in eius basilicã, conlectis abbatibus & omni clero, beatum corpus transtulit, & in basilica superius memorata summo studio sepeliuit: qui se nunc viuere cum Christo magnis virtutibus manifestat.

CAP. LXXXVII. FVIT in Tornodorensi pago in parochia Lingonicensi vir sanctitate præcipuus, Ioannes abbas, iuxta sui nominis etymologiam diuina gratia præuentus. Denique fertur, quia cum monasterium ædificare vellet, quod Reomaus nuncupatur: & fratres nimiam aquæ penuriam paterentur, reperit puteum immani profunditate altum, vbi pessimus serpens basiliscus habitabat. Hic itaque diuina inuocatione perempto serpente, ac mundato puteo, puteum potabilem fratribus reddidit: de qua aqua & nos cum Lugdunum pergeremus à fratribus illius monasterii benignè susceptí, causa miraculi hausimus: cuius etiã haustu plurimi frigoritici curãtur. Fertur & de præfato viro tale miraculũ. Quidã fratricida pro enormitate criminis ferreis circulis alligatus, præceptũ habuit vt septem annis loca sanctorũ peragrãdo circuiret. Hic cũ Romã venisset, reuelatione diuina cõperit nõ aliter se posse absolui, nisi ad sancti corporis reliquias Ioãnis Reomaẽsis abbatis peruenirent. Hic ergo passim lustrando loca, tandẽ deuenit ad basilicã vbi haud lõgè à monasterio sacratissimũ corpus eius locatũ est. Ibíq; orationibus ac vigilis incubãs, vinculis omnibus absolutus est: vixit vir hic iustus & vir religiosus, sicut legislator Moyses, centũ viginti annis, cuius nec oculus caligauit, nec dẽs motus est: fuit autem institutor viri memorabilis, de quo in suo loco narrabimus.

Basiliscus.

Reliquiæ Io. Reomaensis.

CAP. LXXXVIII. MAGNÆ autem virtutis fuit & ille Sequanus Lingonici abbas territorij, qui viuens sæpè homines à vinculo diabolici nexus absoluit: & post obitum ad sepulchrum suum ergastulari cathena reuinctos, liberos meritis suis abire permisit. Deniq; Gunthchramnus rex cornu, cuius voce vel molossos conlegere, vel illa corneorum arboreorum armenta effugare consueuerat, furto ablatum perdidit: quæ res multos in vincula coniecit, nonnullos facultate priuauit. Ex quibus tres viri memorati confessoris monumentum petierunt: quo rex comperto, iussit eos cathenis atque compedibus necti. Factúmque est ita: media nocte verò, lux in basilica humanæ luci clarior oritur: dissiliunt ferrearum pedestrium repagula, cathenarúmque disruptis bacchis vincti laxantur, quo audito rex exterritus velocius eos liberi arbitrij potestate donauit.

Vincti soluũtur.

CAP. LXXXIX. MARCELLVS verò Parisiacæ vrbis episcopus, qui quondam, vt in eius vita legitur, serpentem immensum hoc depulit ab oppido, & nunc in ipsius ciuitatis vico quiescit. Ad cuius tumulum cum Ragnimodus presbyter, qui nunc eius municipii habetur sacerdos, quartano typo veniens decubasset, totáque die ieiunio & oratione vacasset, facto iam vespere obdormiuit. Expergefactus verò post paululum à somno incolumis surrexit à tumulo.

Marcellus Serpentem depulit.

CAP. XC. INGREDIENTE autem Chilperico rege in vrbem Parisiacam, postridiè quàm rex ingressus est ciuitatem, paralyticus qui in porticu basilicæ sancti Vincẽtij in qua beatus Germanus requieuit in corpore, residebat, dirigitur: mane autem facto expectante populo gratias beato antistiti referebat. Nam sæpe ibi & gressus paralyticorum & cæcorum visus virtute sancti restituuntur: & rarò aduenit eius solennitas, quin ibi eius virtus ostendatur.

CAP. XCI. *Genouefa mortuum restituit.* EST ibi & sancta Genouefa in basilica sanctorum sepulta Apostolorum, quæ in corpore posita tantum in virtute præualuit, vt mortuum suscitaret. Ad cuius tumulum sæpius petitiones datæ suffragium

fragium obtenent: sed & frigoriticorum febres eius virtute sæpissimè restinguuntur.

IN DOLENSI autem Biturigi termini vico beatus Luso Leucadi quondam senatoris filius, requiescit, qui fertur in albis migrasse à seculo: in crypta verò positus super pauimentum sepulchrum habens ex marmore Pario mirabiliter exculptum. Factum est autem vt quadam vice sanctus Germanus Parisiacæ vrbis episcopus, ad hunc tumulum vigilias celebraret, haud procul formulam habens in qua genua cum necessitas cogeret, deflectebat. Factum est autem in vna vigiliarum nocte dum psalmos lectionis Dauiticæ decantarent, stationis labore, lassi clerici quasi pro aliquo releuamine se super sepulchrum sancti defixis vlnarum compagibus sustentarent. Contremuit illicò beati tumulus confessoris, & sibi iniuriam inrogari præsenti vibratione fatetur. At Germanus pontifex terrore perterritus, amoueri desuper præcepit somnolentos, dicens, Abstistite ô segnes, procul à tumulo, ne sancto dei molestia inferatur: quibus amotis tremorem illum deinceps non senserunt. Sed nec illud placuit præteriri, quòd cuidam pauperi idem Luso beatus per visum adparuit, præcepítque cellulam emundari: in qua, vt ferunt, infantiæ vagitus exegerat: sed cum pauper ille bis commonitus agere iussa differret, adparuit ei tertiò, dicens, Si feceris quæ præcipio, vnum trientem pro obedientiæ famulatu recipies: ille verò consurgens cellula scopis mundata, abluta, & aqua herbísque respersa, stabat adtonitus, pollicitam promissionem operiẽs, donec nutu dei aduertit trientem in pauimento lucere, quem conlegens lætus abscessit.

CAP. CXII. *Germani confessoris tremit tumulus.*

EST & apud vrbem Treuericam suburbano sanctus Maximinus cum domino populi illius aduocatus. Ad cuius tumulum sæpè cernuntur miracula glorioſa. Tempore enim Theodoberthi regis Arboastes quidam presbyter cum Franco quodam cõtendebat rege præsente. Ac dum hæc agerentur rex loca sancta vrbis quæ sub vrbis illius vicis habentur, causa visitabat orationis. Cum autem videret rex persecutionem presbyteri esse callidam, conuersus ad eum, Si vera sunt, inquit, quæ prosequeris, hoc super tumulum Maximini antistitis sacramento confirma. Audeo, ait, hæc, presbyter, quæ præcipis adimplere: & statim manus ponens super sanctum sepulchrũ, dixit, Huius sancti virtute opprimar, si aliquid falsi loquor de his quæ persecutione mea contra hunc Francum insisto. Fremente autem barbaro, & quasi contra sanctum dei furibundo, egressi sunt de basilica: cúmque per viam pariter pergerent, subitò delapsus presbyter solo pessundedit, & mortuus est. Laudauítque deinceps barbarus virtutem sancti, cui prius detraxerat: sicque archidiaconum vrbis ipsius cum à Nicetio episcopo pro adulterii crimine pulsaretur, sacramento se ad huius sancti sepulchrum purificari expetiit: ingressúsque primum cryptæ limen restitit quasi stupens. Dehinc descendens per gradus, ad aliud ostium venit. cúmque ad tertium accedere vellet, protinus febre correptus, gressum amplius figere non audens, crimen quo imputabatur, in discrimine mortis positus, est confessus, deprecans populũ vt pro se vel sancti antistitis, vel episcopi sui suffragia flagitaret: sed statim vt cõfessus fuit, ab impulsu febris erutus, sui antistitis est in charitate receptus.

CAP. XCIII. *Confessio liberabat à morbo.*

NICETIVS autem, vt supra diximus, ipsius vrbis episcopus, eleemosynæ, charitatis sanctitatísque totius refulsit merito, dum in corpore commoratus est. Hic à seculo migrans, ad basilicam sancti Maximini præcessoris sui sepultus est. Ad cuius nunc tumulum vinctorum cathenæ franguntur, energiam incursionis diabolicæ patientes, extrusíque dæmonibus liberantur. Cæcorum oculi plerunq; remotis tenebris lumine infundũtur: nã de periuris quid dicã? Si quis enim ibi falsum iramentum proferre ausus fuerit, ilicò diuina vltione corrigitur: nec quisquam hæc vel loqui audet, si conscientia torquente, reum se esse cognouerit: quod ibi sacramentum præsumat exoluere.

CAP. XCIIII. *Niceij virtutes.*

MEDARDVS verò glorioſus confessor iuxta vrbem Suessionicam quiescit. Ad cuius sepulchrũ sæpe compedes miserorum confractas aspeximus: post scriptum de mirabilibus eius librum, mulier manu debilis, deuotè expetiit beati præsidia sacerdotis. Denique cum reliquis vigilias fide integra celebrat, confisa ab eius virtute manus humore ligatas posse dissolui: qui infelicium cathenas potentia virtutis eximeret. Factum est autem, dum missæ celebrarentur, resolutis neruorum arentibus ligaturis, gratias confessori referens, ad sanctum altare accedens, gratiam benedictionis accepit incolumis. Et quia priusquam templum ædificaretur, erat super sepulchrum sancti cellula minutis contexta virgultis, & dedicato templo hæc fuit amota, dignum est vt de ipsius ligni tenuitate magnum aliquid proferamus. Nam sæpius de eo hastulæ factæ parũper acutæ dolori dentium remedia contulerunt. Hæc audiens Charimeris, qui nunc referendarius Hildeberthi regis habetur, dum de hoc dolore laboraret, basilicam sancti expetiit, vt sumpturus ex ligno à virtute sancti medicinam mereretur accipere: sed veniens ostium reperit obseratum. Confisus ergo quia virtus beati vbique sit præsens, extracto cultro hastulã excutit ab ostio. Statímque vt dẽtes adtigit, noxius dolor abscessit. Habetur apud nos & baculus eius, de quo plerũque infirmi medicamina sũt experti.

CAP. XCV. *Medardi virtute.*

ALBINVS autem confessor, cuius nuper vitæ liber à Fortunato est conscriptus presbytero, obtinet & ipse impertiente merito suum ostendi miracula ad sepulchrum. Aderat igitur dies solennitatis, in quo paralyticus membris omnibus debilis, euectus plaustro, ante vitream absidem, qua sancta concluduntur membra sedebat. Datúsque sopori vidit virum ad se venientem, & dicentem sibi: Quousque dormitas, & sanus fieri nõ desideras? qui ait: Vtinam merear sanus fieri. Dixítque ei vir, Cum signum ad cursum horæ tertiæ audieris insonare, surge continuò, & ingredere basilicam ad quã venisti. Futurũ est enim vt ipsa hora beatus Martinus cũ Albino cõtribule ingrediatur basilicã,

CAP. XCVI. *Sanatur paralyticus.*

& oratione facta ad eius solennitatem Turonensem accedere debeat. Si enim eo momento presens F
fueris, sanus efficieris. Nec moratus ille, commoto signo accedit ad tumulum sancti: cúmq; Dauidici carminis laudationem clerici canere cœpissent: odor suauitatis in basilicam sancti aduenit: & hic directis pedibus incolumis est erectus. quod non à paucis, sed à plerisque visum regio testatur alumna. Sic apud Crouiensem vicum mulier à natiuitate cæca, inuocans nomen sancti, ipsa die inluminata est.

CAP. XCVII. FVIT in regione Nicensi Hospitius magnus dei famulus, qui multis virtutibus præditus ab hoc mundo migrauit. Cúmque sepeliretur quidam iuxta ipsum sepulchrum, manum ponens parũper pulueris eleuauit. Quod in linteo inuoluens rudi secum sustulit. Progressúsque postridiè nauem quæ Massiliam ire parabat, offendit in littore: sed hic Lirinense monasterium expetere cupiebat. Viri igitur quorum erat nauis, Iudaica erant à stirpe progeniti. Qua existente causa, noluit vir indicare naucleris quæ ferebat. Denique postquam progressi contra Lirinense monasterium deuenerunt, nauis in medio pelagi restitit: flantibúsque ventis nulla mouetur in parte: stupentibus verò Iudæis quid hoc esset, homo ille veritatem aperuit, dicens, Reliquias beati Hospitii mecum habeo: & nunc Lirinum adire desidero: quod vobis indicare metui. Nunc autem scio quia eius virtute retinetur nauis vestra. Nec hinc moueri prorsus poterit, nisi consensum illuc præbeatis quò ego ire disposui. Quod audientes viri, stupore permoti, mutatis velis flante vento secundo, iam viro in insula Lirinensi deposito, quò voluerunt liberè abierunt. G

CAP. XCVIII. ECCE quales quantásque suis congregat diuitias mundi paupertas, vt eis non solùm quæ voluerint, redemptor, qui cuncta ex nihilo condidit, tribuat: verumetiam ipsa eis elementa iubeat famulari. Nam recolo me audisse ante hos annos, extitisse quendam in eremo regionis cuiusdam. Ad quem requirendum cum frater è proximo prompta deuotione venisset, exceptus est ab eo plena animi charitate. Tunc ingressi paruulum quodammodo tugurium, oratione facta resederunt. Cõferentésque plurima de verbo dei, surgit senex à cellula, ingreditur hortulum, olera decerpit ad cibum. Accensóque foco ponit caldariam ligneam super ignem impletam aqua cùm oleribus, vrgénsque ignem ita vehementer feruere coegit, vt putaretur æneа esse. Hoc autem videns vir qui H
aduenerat, stupore commotus, interrogat quid hoc esset: respondit senex, Multis iam in hac eremo annis inhabito, sed semper in hac caldaria cibos domino iubente ab reficiendum fragile corpusculum præparaui. Coctísque cibis, redditis deo debitis hymnis, vterque ex huius vasculi ministerio sunt refecti. Hęc olim audiui. Nã nuper vidi abbatẽ qui eũ ingenuũ nominabat, adserẽs eũ intra Augustidunensem terminũ cõmoratũ fuisse, & sæpius in hoc vasculo vel olus vel crumelũ coctũ cũ illo sumpsisse. Confirmabat autẽ cũ iuramento vidisse se caldariã flammis superpositam validissimè feruere: & ita semper fundũ eius humidum extitisse, vt putaretur iugiter ab aliquo humectari.

CAP. XCIX. *Auitus obitum prædixit.* AVITVS abbas Carnoteni pagi, quem Pertensem vocant, sæpius imminere dissolutionem sui corporis spiritu sancto reuelante prædixit. qui recedens à corpore, honorificè apud Aurelianensem vrbem humatus est, super quem fideles Christiani ecclesiam construxerunt. Post cuius obitum cum anniuersarius adsumptionis eius dies cum summo coleretur honore, vnus è ciuibus aliis ad missarum spectanda solennia euntibus, accepto rastro vineam pastinare direxit. Increpitúsque à multis, cur huic festiuitati deesset, redire noluit, dicens, Et hic quem colitis, operarius fuit: verùm vbi ingressus vineam primo ictu terram aperuit, protinus retorta ceruice facies eius ad tergum conuersa est. Tunc tremens spectantibus populis cum fletu magno basilicam sancti ingreditur. Post paucos verò dies orans, in eodem loco adsiduè directa ceruice conualuit. I

CAP. C. CYPRIANVS abbas Petrocorici oppidi magnificæ sanctitatis vir fuit, per quem deus multa miracula in hoc mundo operari dignatus est. Nam manus debiles frequenter redintegrauit, paralyticis gressum, cæcis restituit visum. Trésque leprosos inunctos oleo, pristinæ reddidit sanitati: sed *Cyprianus leprosos sanat.* & nunc crebrò super infirmos sanitates ostendit, si fideliter eius tumulum expetant, aut exorent.

CAP. CI. SED & Adeparchi Equolenensis vrbis reclausi sepulchro sæpius infirmi sanantur. Nam & frigoriticorum febres & alia incommoda eius meritis restinguũtur. Cæcus verò de Petrocorico territorio vt se sepulturæ illi proiecit, fusa oratione lumen recipere meruit. Comes autem antedictæ vrbis Equolenensis fure inuento ac suppliciis dedito, patibulo condemnari præcepit. At ille cum duceretur ad mortem, inuocare huius sancti nomen cœpit, & adductus ad stipitem, fusa oratione super terram patibulo adpensus relictus est. quod cum monachi præsensissent, simul proiecti ad tumulum sancti, orare cœperunt, dicentes, O sancte confessor, si tibi vita superstes esset in seculo, cruere potueras hunc pauperem de manu mortis: sicut plerunque tali supplicio addictos liberasti: sed nec diffidimus de tua oratione, vt quod viuens feciſti in seculo, possis renouare sublimatus *Suspensus restituitur.* in cœlo. & data nocte misit abbas vsque ad furcam. Accedente autem monacho, statim disruptis ligaminibus terræ delapsus est: & sic sustentatus à monacho viuens adducitur ad monasterium, haustóque parumper vino, conualuit, vitáque ab iudice obtenta, liber abscessit. K

CAP. CII. POST transitum autem Fælicis Biturigi episcopi, cùm ad eius tumulum quod marmore exsculptũ Pario super terram erat positũ, cęcus quidam lumen oculorũ fugatis tenebris recepisset, cognoúissetq; plebs amicũ dei quem in corpore positũ obsistentibus mundanis caliginibus cognoscere ad plenum non meruit: cœpit in orationum assiduitate eius limina penetrare: sed quoniam, vt diximus,

A mus, sarcophagus marmoreus viliori lapide obtectus erat, sagacitas ciuiũ, & præsertim episcopi meliori sarcophagũ opertorio texit, id est ex marmore Heracleo. Amoto ergo viliore lapide post annum ferè duodecimum inuenerunt corpus beati confessoris ita inlæsum, vt nulla dissolutio in corpore, nulla putredo reperiretur in veste: sed ita erant cuncta integra, ac si, vt ita dixerim, ea hora tumulo putarentur ingesta. Sed nec ibi quidem misericordia domini defuit, vt lapis repulsus non remaneret inglorius. Ferunt enim quòd multi erasо potatóque ex eo pulueris modico, tam à quartanis quàm tertianis siue quotidianis febribus celeriter liberantur. *Fælicis corpus non corrumpitur.*

FVIT & Iunianus reclausus intra Lemouicinæ vrbis territorium, qui viuens multa populis ostendit miracula: sed & nunc ad sepulchrum eius sæpè morbi curantur. Nam vidi multos quos dinumerare putaui longum, qui cæcis oculis eò perducti lumen receperunt, paralyticique directi sunt. Testísque est ipse populus hodiéque, qui cum sanitatem recipiunt, statim se tributarios loco illi faciunt, ac recurrente circulo anni pro redditæ sanitatis gratia tributa dissoluunt. Ex quibus plurimi sunt qui ad basilicam sancti Martini nostri antistitis pertinere videntur. CAP. CIII.

B PELAGIA verò genitrix beati Aredij abbatis, cuius supra meminimus, valdè religiosa, cum CA. CIIII.
vrgeretur febribus, & esset in transitu, petiit filium, dicens, Quæso fili dulcissime, ne me ante diem quartum sepeliatis, vt venientes famuli famulæve omnes videant corpusculum meum, nec vllus frustretur ab exequiis meis de his quos studiosissimè enutriui. Et hæc dicens, emisit spiritum: abluta iuxta morem, conlocatur in feretro, atque in ecclesiam deportatur. Quarto verò die priusquam sepeliretur, tãtus odor suauitatis effragrauit à corpore, vt omnes admirarentur. De nocte verò globus ignis magnus adparuit, qui ab oriente consurgens ac per cæli circulum currens, super ecclesiã stetit, in qua corpus defunctæ iacebat. Ex hoc enim ita cũctam ædem subitus splendor obtexit, vt putarẽt se diem medium contemplari. Et statim energumeni multi exclamauerunt, dicẽtes, Quia Martinus venit ad transitum Pelagiæ. Succedẽte verò dominica die postquam sepulta est, posuerunt cereum *Energumeni clamant.* ad caput eius, dicẽtes, Parum nobis est ceræ, & iam nox prolixior habetur, cum ad matutinum consurgimus, tunc accendatur cereus iste, & clauso ostio abierunt. Expleto autem somno, ingressi basC licam, inuenerunt cereum ardentem quem extinctũ reliquerant: sed & sanitates infirmorum sæpius aguntur ad huius religiosæ sepulchrum.

TVMVLVS erat in vico Parisiorum haud procul à loco, in quo Senior (vt aiunt) ecclesia nuncupatur, nullo opertus tegmine. Ibíque in lapide habebatur scriptum, Hic requiescit Crescẽtia sacrata deo puella: sed nulla ætas recolere poterat quale ei fuerat meritum, vel quid egisset in seculo. Nuper autem à quodam clerico hoc epitaphium legitur. Instigante verò fide, suspecti sunt habiti homines, quòd aliquid cum diuina maiestate virgo potuerit obtenere. Dum verò in hac suspicione penderent, quidam quem ardor tertianæ febris cum graui tremore vexabat, erasi à tumulo parum pulueris haurit: moxque sedato tremore conualuit. Vulgatúmque verbum plerumque profuit multis in hac infirmitate detentis. Succedente deinde tempore, monetarius vrbis grauiter ægrotare cœpit: cui in visione puella adparuit, dicens, Vade (ait) quantocius, & tumulum Crescentiæ virginis *Crescẽtiæ virginis tumulus.* inquirit, oratorium desuper construit, protinúsque ab infirmitate laxatur. Sed vt virtus virginis in
D maioribus efferretur honoribus, cuidam ex vrbe dens indoluerat, ita vt intumescente maxilla vix vel tenuis cibi parum capere posset. Pergit fide plenus ad tumulum, factáque hastula vna de parte acuta, vt in humanis vsibus ad purgandos dentes fieri solet, super sepulchrum puellæ ponit: statímque vt exinde dentem qui dolebat, adtigit, omnis dolor obstupuit. Ex hoc autem accepto experimento quos hic dolor vexat, huius virtutis vt expetunt præsidia, mox sanantur. CAP. CV.

BEATA verò Radegundis, cuius in initio libri martyrum meminimus, post emeritos vitæ CAP. CVI.
labores ab hoc mundo migrauit: de cuius transitu accipientes nuncium, ad monasterium Pictauensis vrbis accessimus, quod ipsa instituerat: reperimus autem eam iacentem in feretro, cuius sancta facies ita fulgebat, vt liliorum rosarúmque sperneret pulchritudinem. Stabat enim circa feretrum multitudo immensa sanctimonialium ad numerum circiter ducentarum, quæ per illius prædicationem conuersæ vitam sanctam agebant, quæ secundum sæculi dignitatem, non modò de senatoribus, verumetiam nonnullæ de ipsa regali stirpe ac religionis *Radegundis. supra lib. 9. hist. cap. 2.* forma florebant. Stabant autem plangentes atque dicentes, Cui nos orphanas mater re-
E linquis? cui nos desolatas commendas? reliquimus parentes, facultatésque, ac patriam, & te secutæ sumus. Cui nos relinquis, nisi perpetuis lachrymis, & nunquam finiendo dolori? Ecce vsque nunc maius nobis erat hoc monasterium quàm villarum aut ciuitatum spatia: quæ quocunque loco accedebamus, contemplantes glorioſam faciem tuam, ibi inueniebamus aurum, ibi argentum: ibi suscipiebamus florentes vineas, segetésque comantes: ibi prata diuersorum florum varietate vernantia. A te carpebamus violas, tu nobis eras rosa rutilans, & lilium candens. Tua nobis verba quasi sol resplendebant, & quasi luna tenebris conscientiæ nostræ lucidam veritatis lampadem accendebant: nunc autem contenebrata est nobis omnis terra, angustatum est spatium huius loci, dum tuam faciem non meremur aspicere. Heu nos derelictas à sancta matre: felicésque illas quæ te superstite ab hoc seculo migrauerunt: & scimus quidem te choris sanctarum virginum & dei paradiso esse cõiunctam. Sed cum ex hoc consolamur,

illud nobis est lamentabile, quòd te corporeis oculis intueri non possumus. Hæc & alia inter lamenta dicentibus, cum à lachrymis temperare non valeremus, conuersus ad abbatissam aio, Sinite parumper ab his fletibus, & ea potius quæ sunt necessaria, tractate. Ecce frater noster *Maroueus.* Maroueus huius vrbis episcopus, non est coràm, eo quòd illum causa visendarum parœciarum elongauerit. Nunc autem habete consilium ne sanctum corpusculum iniuriam patiatur, & gratia quam deus beatis artubus præstitit, auferatur, dum tempus sepulturæ differtur: accelerate debitas exequias, vt sepulchro cum honore reddatur. Ad hæc abbatissa respondit, Et quid faciemus, si epi- *Sepulturæ benedictio.* scopus vrbis non aduenerit? quia locus ille quo sepeliri debet, non est sacerdotali benedictione sacratus. Tunc ciues & reliqui viri honorati, qui ad exequias beatæ reginæ conuenerant, imperant patuitati meæ dicentes, Præsume de charitate fratris tui, & benedic altare illud. Confidimus enim de eius beneuolentia, quòd molestum non ferat quæ feceris, sed magis gratiam referat. Præsume precamur, vt caro sancta supulturæ reddatur: & sic ab illis iniunctus altare in cellula ipsa sacrauit. Verùm vbi sanctum corpus mouentes, psallendo deducere cœpimus, mox energumeni decla- *Energumeni.* mantes, & sanctam dei confitentes, torqueri se ab ea fatebantur. Transeuntibus autem nobis sub G muro, iterum caterua virginum per fenestras turrium, & ipsa quoque muri propugnacula, voces proferre ac lamentari desuper cœpit, ita vt inter sonos fletuum atque conlisiones palmarum, nullus posset à lachrymis temperare, sed & ipsi quoque clerici, quorum erat psallendi officium, vix inter singultus & lachrymas antiphonam poterant explicare: dehinc accedimus ad sepulchrum. Nam prouidentia abbatissæ capsam ligneam fecerat, in qua corpus aromatibus conditum incluserat, & ob hoc fossa sepulturæ spaciosior erat: ita vt ablatis duorum sepulchrorum singulis spondis, ac de latere iuncta capsa cum sanctis artubus locaretur. Tunc facta oratione discessimus, reseruantes episcopo loci vt ab eo celebrata missa tegeretur operculo. Redeuntes verò ad monasterium, ducebat nos abbatissa cum virginibus per loca singula in qua sancta aut legere consueuerat, aut orare lugens, ac dicens, Ecce ingredimur in cellulam, & matrem amissam non reperimus. Ecce spartum in quo flectens genua cum lachrymis dei omnipotentis misericordiam precabatur, & à nobis non videtur. Ecce librum in quo legebat, & vox spiritali sale condita non verberat aures nostras. Ecce H fusos in queis per longa iciunia & profluas lachrymas nectere solita, & almi sanctitate digiti non cernuntur. Hæc illis dicentibus, renouantur lachrymæ, suspiria proferuntur, & ipsa quoque viscera ab affectu plorantium resoluuntur in fletum. Tantúsque mœror pectus meum obsederat, vt à lachrymis non desisterem, nisi scirem beatam Radegundem ablatam monasterio corpore, non virtute, & adsumptam à mundo, conlocatam in cælo.

CAP. CVII.

Fvit vir vitæ venerabilis Paulinus Nolanæ vrbis ex nobili stirpe ortus. Tarasiam similem sibi sortitus est coniugem, habens diuitias multas, & tam in fundorum possessione quàm in præsidio domorum valdè diues erat ac locuples. Sed cum primùm aures eius euangeliorum lectio illa penetrauit, in quo dominus adolescentem pro diuitiis arguit, dicens, *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me: facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem introire in regnum dei:* statim venditis omnibus quæ habebat pauperibus erogauit. Exoneratus à cunctis cupiditatibus migistrum liber sequitur, per hæc se putans paradisi diuitiis locupletari: si videretur nihil de transitoriis possidere. Cui magestas diuina tribuit vt quod impossibile dixerat I per euangelium, hic possibiliter adimplere mereretur per actum. Quadam verò die venit ad eum qui stipem peteret, & ait coniugi, Vade, & da ei quod habet necessarium: quæ respondit, Non est nobis amplius quàm vnus panis: cui ille, Vade, inquit, porrige eum: dominus enim dabit nobis victum: sed illa quasi strenua reseruari cupiens, ne aliquid deesset, porrigere noluit. Interea ad- *Paulinii eleemosynarium omnia sua & seipsum in captiuorũ liberationem expẽdisse scribit Greg. lib. 3. Dial.* uenerunt quidam dicentes, missos se à dominis suis, vt illi annonæ ac vini deferrent speciem: sed per hoc se moratos, quòd orta tempestas vnam eis cum tritico abstulerit nauem. Tunc vir dei conuersus ad mulierem ait, Intelligite nunc pauperi vnum panem fuisse furatum: & ideo hanc nauem esse mersam. Perrexit ergo cum coniuge quasi peregrinaturus in aliam regionem, nihil habens præter statum proprium. Post multum verò tempus, cum ab incolis regionis suæ requireretur, nec posset penitus reperiri, negotiator de ciuitate illa ad hanc vrbem aduenit, in qua vir beatus cælesti domino seruiebat. Cúmque vidisset eum, statim proiiciens se solo, & pedes sancti amplectens, ait, Hic est beatus Paulinus toto vulgatus orbe, qui multum à suis ciuibus quæsitus, prorsus non potuit inueniri. & narrante omnes actiones eius eo, obstupuerunt hæc audientes. Nec mora, decedente K sacerdote apud Nolanam vrbem, ipse in locum episcopi subrogatur: habebat autem ecclesia illa multas diuitias, impleuítque in eum dominus quæ per euangelium promittere est dignatus, quia *qui reliquerit omnia propter me, centuplum in hoc seculo accipiet, in futuro autem vitam æternam possidebit.* Verùm adsumpto episcopatu semper se humilem proferebat, quia sciebat se apud deum excelsum futurum, si humilitatem sectatus fuisset. Pecunia verò de redditibus ecclesiæ, quæ manus eius adtingebat, confestim pauperibus erogabatur. Castissima enim coniux eius non discedebat ab eo. Erat autem *Paulinus vxoratus.* vir sanctus miræ prudentiæ, & rhetoricis literis eruditus. Quod opus eius de quanto ad nos per- ** Horum libroru non meminit Trithemius.* uenit, valdè patefecit. Nam cum ad diuersos tam versu quàm prosa scriberet, de virtutibus beati Martini * sex versu conscripsit libros: scripsit & alios versiculos in laudem eius. Viditque eum in corpore positum, & oculum suum ab eo illuminatum recepit. Qui tantũ in virtute permultiplicata gratiarum

A gratiarum spiritualium charismata resplenduit, vt in obitum suum ipsum Martinum Ianuariúmque Italicum priusquam spiritum redderet, corporeis oculis contemplaretur. Prius enim eo de hoc mundo migrauerant: & quia de huius beati vita nihil legeramus, idcirco ea quæ per relationem fidelium cognouimus, dum de eleemosynis proloqui voluimus, memorauimus: de trãsitu autem eius est apud nos magna lectio, ideo eum ex ordine prosecuti non sumus. Ecce quid tribuit eleemosyna. Ecce quales thesauros sanctis suis qui se in pauperibus diligunt, deus indulget. E contrario auaritiæ malo inhiantibus quæ nequiter concupiscunt, aufert, iuxta illud euangelij sancti oraculum, quia *qui habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, quod videtur habere, auferetur ab eo.*

CA. CVIII.

Sic & quodam loco in portu maris gestum fuisse multorum confirmat relatio. Quidam pauper & senex, marsupiis oneratus, venit ad litus maris: & accedẽs ad portum petere eleemosynam à naucleris cœpit. Atque illi qui primus carinæ erat importunior, adsistebat, dicens, Da mihi aliquid. Tũc ille commotus ait, Absiste quæso decrepite, & noli à nobis quærere quicquam. nihil enim hic aliud præter lapides habemus. At ille ait, Si lapides dicis esse quæ in tuis ditionibus nauis hæc continet, B omnia vertantur in lapides: & statim cunctum nauis onus quod mandi potuit, in saxum conuersum est. Ego enim ex his & dactylos vidi, & oliuas aspexi marmore duriores. Nam cum in lapidis duritiã conuersa fuissent, nunquam tamen colorem quem habuerunt, perdiderunt, nisi eadem forma eadémque species erat. Dominus autem nauis pœnitentia motus, inquisitum senem nunquam potuit reperire: & sicut ferunt, per multas ciuitates de iis quæ in saxum mutata fuerant ad videndum direxit, vt scilicet exemplum esset omnibus, ne similia perpetrarent. Ecce quid agis impudens auaritia: feciſti hominem pauperem, qui non porrigendo pauperi putauit se posse fieri ditiorem.

Negãtis eleemosynam omnia vertũtur in lapides.

CAP. CIX.

Qvid etiam & alij contigerit, qui per adulteria multiplicare terrena studuit lucra, non fileam. Quidam apud Lugdunensem vrbem vix ita laborans, vt vnum trientem posset habere, accensus auri execrabilis sacra fame voluit per eum sacculi ora replere, iuxta illum Prudentij nostri versiculum,

Auri nanque fames parto conquiritur auro.

C Igitvr de hoc triente vinum comparat, admixtísque aquis, iterum per argenteos venundans duplat pecuniam. Hoc iterum atque iterum agit, & tam diu turpis lucri secutor est factus: vsquequò centum solidos de hoc triente lucraretur: sed iudicium dei confutauit lucra diaboli. Congerens enim auarus negotiator aurum in sacculum, possessurus pecuniam vnius horæ momento, alterius negotiatoris nundinas adit. Extractóque triente quasi aliquid negotiaturus, conloqui cum socio cœpit. Erat autem sacculus ex pelle phœnicia, sicut his manu gestare mos est. Et ecce subitò adueniens miluus, rapit eum pedibus, atque decerpere tentat, putans à colore partem aliquam carnis esse. Sed cum nihil pinguedinis sentiret in eo, euolans super alueum Araris, de quo hic aquas hauriens vino miscuerat, laxatum sacculum deiecit in flumen. At ille adprehensis capillis, elidens se ad terram, spargénsque puluerem super caput suum aiebat, Væ mihi qui iudicio dei oppressus, perdidi pecuniam, quæ iniquè fuerat adgregata. nam ex vno triente centum erexi solidos. Nunc perditis centum solidis, vnus mihi tantùm remansit triens. Væ mihi, sicut feci, sic recepi: & qui nihilo eos habui, ad nihilum rediisse conspicio. Talis pecunia diabole tua est, per tale lucrum de- D duxisti deo inobedientes in tartarum. Tale enim commercium & in præsenti damni notam ingerit, & in futuro diuersarum pœnarum genera parit. Absistite ab his quæso, qui hæc legitis, absistite & nolite talibus participes esse: sint lucra vestra diuinæ maiestatis gratia: sint exercitia vestra, scripturæ sanctæ doctrina. Fiat congregatio vestra in marsupiis pauperum, quæ æternæ gehennæ flagrans restinguat incendium: & hoc ipsum à domini est misericordia poscendum, non propria virtute quærendum, qui nobis præstare dignetur illorum intercessione sancta, quorum hic liber sacra prodit miracula, vt non solùm de terrenis diuitiis, sed etiam de talentis verbi sui bonam facientes rationem multiplicationis mercede recepta audire mereamur ab ipso, Euge serue bone, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.

Iudicium dei confutat lucra diaboli.

Miluus rapit pecunias malitiæ.

Inuocatio sanctorum.

VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ GENTIS ANglorum, Libri V.

Renatus Laurentius ad Lectorem.

BEDA monachus & presbyter monasterij Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum, quod est in Anglia ordinis Sancti Benedicti, vir in diuinis scripturis exercitatissimus, atque in secularibus peritissimus, Græci sermonis non ignarus fuit, sed philosophus, astronomus, calculator & poeta insignis, ingenio præstans, eloquio non curiosus, dulcis tamen & compositus: multa scripsit volumina in quibus acumen ingenij eius comprobatur. Hic cum esset septem annorum datur educandus Benedicto Abbati, & deinde Ceolfrido, sub quibus omnem meditandis scripturis operam dedit, atque inter obseruantiam disciplinæ regularis, & quotidianam cantandi in ecclesia solicitudinem, semper aut discere aut docere aut scribere dulce habuit. Nonodecimo autem ætatis anno diaconatum, tricesimo presbyteratus gradum suscepit: Anglis Euangelium interpretatus est, & tanta cum dignitate vt Venerabilis cognomen sit sortitus, & ex eius homeliis & concionibus addita sint multa sacris lectionibus. Opera item eius eo adhuc viuente tanto in pretio habita sunt vt ex ordinatione episcoporum publicè legerentur in Ecclesiis. In tantum sanè illis temporibus admirandus hic author extitit, vt apud eius seculi doctiores proverbium de eo dicerent: hominem in extremo orbis angulo vniuersum orbem suo ingenio perstrinxisse. Is ob ieiunia in asthma incidit, nec tamen à lectione aut prædicatione destitit: futurorum præterea cognitione valuit: Saracenorum irruptionem prædixit, Italiæ quoque vastationem, Regna ruent Romæ ferro, flammáque, faméque: obitus etiam sui reuelationem habuit. Doctoris verò scholastici functus est officio in Wermuthensi cœnobio vsque ad diem obitus, qui fuit anno Christi 734. ætatis suæ 72. Discipulos habuit celebres, Albinum, Ioannem, Claudium, Clementem, Rhabanum. Præferunt itaque quidam eius scripta Gregorij magni scriptis, vt author est Vincent. Bel. lib. 23. Eius viri sanctitatem lapides testatos memorat Cornus in Iustiniano, his verbis: Beda senio factus cæcus, cum in templum ingrederetur, quidam irridendi causa frequentem populum adesse dixit, qui eius concionem auidè expectaret: credidit ille, & sua gestum conscendens concionatus est, & cum nemine præsente, peroraret in nomine Trinitatis: lapides respondere, amen. Vt verò tandem veniamus ad id quod agitur, Hector Boethius lib. 9. hist. Scotorum: Nostrarij (inquit) rerum scriptores venerabilē Bedā haud diu post absolutam gentis Anglorum historiam in humanis egisse asseuerant. Quippè qui senio confectus vti pientissimus vixit in deum & homines, ita mediis discipulorum amplexibus felicissimum Dunelmiæ (est id oppidum in Northumbria, nunc episcopalis sedes) sortitus est exitum anno humanæ salutis quarto supra triceſimū & septingenteſimum. Italiæ autem cum Albione pro eius incunabulis contendit, asserentibus Italis virum Genuæ natum, ibidémque vltimam soluisse naturæ necessitatem, sepulchrúmque eius in rei fidem hactenus eadem in ciuitate cunctis haberi venerabile. Verum vndecunque traxerit originem, & vbicunque diem clauserit, satis constat & ex eius & aliorum scriptis, adolescentem eum in Italia, senem in Northumbria frequentius inter piorum cœtum Melros (abbatiæ monachorúmque cœnobij id nomen est in Scottorum agro, pientissimis viris & religioni deuotis semper insignis) habitasse diuersatúmq; esse: extinctum verò Ethfino Scottorum regnum administrante. Eiusdem encomio fauet etiam Polyd. Virg. lib. 1. hist. Angl. pag. 16, Bedæ (inquiens) homo Anglus, quo nihil castius, nihil melius, nihil verius, qui circiter annum salutis humanæ D C C. floruit Cleololulpho, qui fuit ab Ida decimusseptimus, inscripsit opus ecclesiasticæ historiæ gentis Anglorum, qui eodem tempore vitam cum morte commutauit. Epitaphium de eodem istud circunfertur: Continet hæc fossa Bedæ venerabilis ossa. Item aliud:

Paul. Æmil. lib. 2.

Beda Dei famulus, monachorum nobile sidus,
Finibus è terræ profuit Ecclesiæ.
Solers iste patrum scrutando per omnia sensum,
Eloquio viguit, plurima composuit.
Annos in hac vita ter duxit vitæ triginta,
Presbyter officio, vtilis ingenio.
Iunij septenis viduatus carne calendis
Angligena, angelicam commeruit patriam.

GLORIOSISSIMO REGI CEOLVVLPHO BEDA FAMVLVS CHRISTI ET PRESBYTER.

Historiæ vtilitas.

HISTORIAM gentis Anglorum Ecclesiasticam, quam nuper ediderам, libentissimè tibi desideranti Rex, & prius ad legendum ac probandum transmisi, & nunc ad transscribendū ac plenius ex tempore meditandum retransmitto. Satisque studium tuæ syncerитatis amplector, quo non solùm audiendis scripturæ sacræ verbis aurem sedulus accommodas, verumetiam noscēdis priorum gestis siue dictis, & maximè nostræ gentis, virorum illustrium curam vigilanter impendis. Siue enim historia de bonis bona referat, ad imitandum bonum auditor solicitus instigatur: seu mala commemoret de prauis, nihilominus religiosus ac pius auditor siue lector, vitādo quod noxium est ac peruersum, solertius ad exequenda ea quæ bona ac Deo digna esse cognouerit, accenditur. Quod ipsum tu quoque vigilantissimè deprehendens, historiam memoratam in notitiam tibi simul & eis quibus te regendis diuina præfecit authoritas, ob generalis curam salutis latius propagari desideras. Vt autem in his quæ scripsi vel tibi magnanime Rex, vel cæteris auditoribus siue lectoribus huius historiæ, occasionem dubitandi subtraham, quibus hæc magnimè autoribus didicerim, breuiter intimare curabo.

Adiutores historiæ.

Autor ante omnes atque adiutor opusculi huius Albinus abbas reuerendissimus vir per omnia doctissimus extitit. Qui in ecclesia Cantuariorum à beatæ memoriæ Theodoro archiepiscopo & Hadriano abbate, viris venerabilibus atque eruditissimis, institutus, diligenter omnia quæ in ipsa Cantuariorum prouincia vel etiam in contiguis eiusdem regionibus à discipulis beati Papæ Gregorij gesta fuere, vel monimentis literarum vel seniorum traditione cognouerat, ea mihi de his quæ memoria digna videbantur, per religiosum Londoniensis ecclesiæ presbyterum Nothelmum, siue literis mandata, siue ipsius Nothelmi viua voce referēda, transmisit. Qui videlicet Nothelmus postea Romam veniēs, nonnullas ibi beati Gregorij Papæ, simul & aliorum Pontificum epistolas, perscrutato eiusdem sanctæ ecclesiæ Romanæ scrinio, permissu eius qui nunc ipsi ecclesiæ præest Gregorij pontificis, inuenit. Reuersusque nobis nostræ historiæ inserendas cum consilio præfati Albini reuerendissimi patris attulit. A principio itaque voluminis huius vsque ad tempus quo gens Anglorum fidem Christi percepit, ex priorum maximè scriptis hinc inde collectis ea quæ promemus didicimus. Exinde autem vsque ad tempora præsentia, quæ in ecclesia Cantuariorum per discipulos beati Gregorij Papæ siue successores eorum, vel sub quibus Regibus gesta sint, memorati abbatis Albini industria, Nothelmo vt diximus perferente, cognouimus. Qui etiam prouinciæ Orientalium Saxonum simul & Occidentalium, necnon & Orientalium Anglorum atque Nordan Humbrorum à quibus præsulibus vel quorū tempore Regum gratiam euangelij perceperint, nonnulla mihi ex parte prodiderunt. Denique hortatu præcipuè ipsius Albini, vt hoc opus aggredi auderem, prouocatus sum. Daniel quoque reuerendissimus Occidentalium Saxonum episcopus, qui nunc vsque superest, nonnulla mihi de historia ecclesiastica prouinciæ ipsius, simul & proxima illi Australium Saxonum, necnon & Vectæ insulæ literis mandata declarauit. Qualiter verò per ministerium Ceddi & Ceadda religiosorum Christi sacerdotū, vel prouincia Merciorum ad fidē Christi quam non nouerat, peruenerit, vel prouincia Orientalium Saxonum fidem quam olim exufflauerat, recuperauerit, qualis etiam ipsorum patrum vita vel obitus extiterit, diligenter à fratribus monasterij, quod ab ipsis conditū Læstingen cognominatur, agnouimus. Porrò in prouincia Orientalium Anglorum quæ fuerint gesta ecclesiastica, partim ex scriptis, vel traditione priorum, partim reuerendissimi abbatis Esij relatione comperimus. At verò in prouincia Lindissig quæ sint gesta erga fidem Christi, quæve successio sacerdotalis extiterit, vel literis reuerēdissimi antistitis Cyneberthi vel aliorum fidelium virorum viua voce didicimus. Ad hæc quæ in Nordan Humborum prouincia, ex quo tempore fidem Christi perceperunt vsque ad præsens, per diuersas regiones in ecclesia sint acta, non vno quolibet auctore, sed fideli innumerorum testium, qui hæc scire vel meminisse potuerunt, assertione cognoui, exceptis his quæ per meipsum nosse poteram. Inter quæ notandum quòd ea quæ de sanctissimo patre nostro & antistite Cudberto vel in hoc volumine vel in libello gestorum ipsius conscripsi, partim ex eis quæ de illo prius à fratribus Lindis Farnensis ecclesiæ scripta reperi, assumpsi, simpliciter fidem historiæ quam legebam accommodans, partim verò ea quæ certissima fidelium virorum attestatione per meipsum cognoscere potui, solerter adiicere curaui. Lectorémque suppliciter obsecro, vt si qua in his quæ scripsimus aliter quàm se veritas habet, posita reperit, non hoc nobis imputet, qui (quæ vera lex historiæ est) simpliciter ea quæ fama vulgante collegimus, ad institutionem posteritatis litteris mandare studuimus.

Submissio authoris.

ECCLE-

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ GENTIS ANGLORVM,

LIBER PRIMVS.

De situ Britanniæ vel Hyberniæ, & priscis earum incolis. Caput I.

BRITANNIA Oceani insula, cui quondam Albion nomen fuit, inter Septentrionem & Occidentem locata est. Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, maximis Europæ partibus multo interuallo aduersa. Quæ per milia passuum octingenta in Boream longa, latitudinis habet milia ducenta, exceptis duntaxat prolixioribus diuersorum promontoriorum tractibus, quibus efficitur vt circuitus eius quadragies octies septuagintaquinque milia compleat. Habet à meridie Galliam Belgicam, cuius proximum littus transmeantibus aperit ciuitas, quæ dicitur Ruthubi portus, qui portus à gente Anglorum nunc corruptè Reptaceſtir vocatur, interpositio mari à Gessoriaco Morinorum gentis littore proximo traiectu, miliorum quinquaginta, siue, vt quidam scripsere, stadiorum quadringentorum quinquaginta. A tergo autem, vnde Oceano infinito patet, Orcadas insulas habet. Optima frugibus atque arboribus insula, & alendis apta pecoribus ac iumentis. Vineas etiam quibusdam in locis germinans: sed & auium ferax terra marique generis diuersi, fluuiis quoque multum piscosis, ac fontibus præclara copiosis. Et quidem præcipuè ifficio abundat & anguilla. Capiuntur autem sæpissimè & vituli marini, & delphines, necnon & balenæ. Exceptis autem variorum generibus conchiliorum. In quibus sunt & musculæ, quibus inclusam sæpe margaritam omnis quidem coloris optimam inueniunt, id est, rubicundi & purpurei & hyacinthini & prasini, sed maximè candidi. Sunt & cochleæ satis supérque abundantes, quibus tinctura coccinei coloris conficitur. Cuius rubor pulcherrimus nullo vnquam solis ardore, nulla valet pluuiarum iniuria pallescere: sed quo vetustior, eo solet esse venustior. Habet fontes salinarum, habet & fontes calidos, & ex eis fluuios balnearum calidarum, omni ętati & sexui per distincta loca iuxta suum cuique modum accommodos. A qua enim (vt sanctus Basilius dicit) feruidam qualitatem recipit, quum per certa quædam metalla transcurrit, & fit non solùm calida, sed & ardens. Quæ etiam venis metallorum, æris, ferri, plumbi, & argenti fœcunda, gignit & lapidem Gagatem plurimum optimúmque. Est autem nigrogemmeus, & ardens igni admotus, incensus serpentes fugat. Attritu calefactus adplicita detinet æquè vt succinum. Erat & viginti & octo ciuitatibus quondam nobilissimis insignita, præter castella innumera, quæ & ipsa muris, turribus, portis ac seris erant instructa firmissimis. Et quia propè sub ipso septentrionali vertice mundi iacet, lucidas æstate noctes habet, ita vt medio sæpè tempore noctis in quæstionem veniat intuentibus, vtrum crepusculum adhuc permaneat vespertinum, an iam aduenerit matutinum: vtpote nocturno sole non longè sub terris ad orientem Boreales per plagas redeunte. Vnde etiā plurimæ longitudinis habet dies æstate, sicut & noctes contrà in bruma, sole nimirum tunc in Lybicas partes secedente, id est, horarum decem & octo. Plurimæ item breuitatis noctes æstate, & dies habet in bruma, hoc est, sex solummodo æquinoctialium horarum, cum in Armenia, Macedonia, Italia, cæterisque eiusdem lineæ regionibus longissima dies siue nox quindecim, breuissima nouem compleat horas. Hæc in præsenti iuxta numerum librorum, quibus lex diuina scripta est, quinque gētium linguis vnam eandémque summæ veritatis & veræ sublimatis scientiam scrutatur & confitetur, Anglorum videlicet, Britonum, Scottorum, Pictorum & Latinorum, quæ meditatione scripturarum cæteris omnibus est facta communis. In primis hæc insula Britones solùm, à quibus nomen accepit, incolas habuit, qui de tractu Armoricano (vt fertur) Britanniā aduecti, australes sibi partes illius vindicarunt. Et cum plurimam insulæ partem (incipientes ab austro) possedissent, contigit gentem Pictorum de Scythia (vt perhibent) longis nauibus non multis Oceanum ingressam, circumagente flatu ventorū extra fines omnes Britanniæ Hiberniam peruenisse, eiúsque Septentrionales oras intrasse, atque inuenta ibi gente Scottorum sibi quoque in partibus illius sedes petisse, nec impetrare potuisse. Est autem Hibernia insula omnium post Britanniam maxima, ad occidentem quidem Britanniæ sita: sed sicut contra Aquilonem ea breuior, ita in meridiem se trans illius fines plurimum protendens, vsque contra Hispaniæ Septentrionalia, quamuis magno æquore interiacente, peruenit. Ad hanc ergo vsque peruenientes nauigio Picti (vt diximus)

Anglia olim Albion.

Angliæ latitudo & longitudo. vide Polyd. Virg. lib. 1. hist. Angl. & Hect. Boethiū in descript. Scott.

Quibus abūdet Anglia.

Gagates lapis

Dies Anglis longissimi.

Angli vnde oriundi. vide Polyd. hist. Ang. lib. 1.

Hibernia.

petierunt in ea sibi quoque sedes & habitationem donari. Responderunt Scotti, quòd non ambos F
eos caperet insula: sed possumus (inquiunt) salubre vobis dare consilium, quid agere valeatis.
Nouimus insulam aliam esse non procul à nostra contra ortum solis, quam sæpè lucidioribus die-
bus de longè aspicere solemus. Hanc adire si vultis, habitabilem vobis facere valeatis: vel si qui
restiterint, nobis auxiliariis vtimini. Itaque petentes Britanniam Picti habitare per Septentrio-
Anglicarum fœminarum priuilegium Polyd. lib. 2. hist. pag. 38. nales insulæ partes cœperunt: nam austrina Britones occupauerant. Cúmque vxores Picti non
habentes peterent à Scottis, ea solùm conditione dare consenserunt, vt vbi res veniret in du-
bium, magis de fœminea regum prosapia, quàm de masculina regem sibi eligerent: quod vsque
hodie apud Pictos constat esse seruatum. Procedente autem tempore Britannia post Britones &
Pictos tertiam Scottorum nationem in Pictorum parte recepit. Qui duce Reuda de Hibernia
egressi, vel amicitia vel ferro sibimet inter eos sedes, quas hactenus habent, vindicarunt. A quo
videlicet duce vsque hodie Dalreudini vocantur: nam lingua eorum dal partem significat. Hi-
bernia autem & latitudine sui status & salubritate ac serenitate aërum multum Britanniæ præstat,
ita vt rarò ibi nix plus quàm triduana remaneat: nemo propter hyemem aut fœna secet æstate, G
Hybernia serpẽtes nõ alit. Polyd. hist. Ang. lib. 1. aut stabula fabricet iumentis. Nullum ibi reptile videri soleat, nullus viuere serpẽs valeat. Nam sæpè
illò de Britannia allati serpentes, mox vt proximante terris nauigio, odore aeris illius adtacti fue-
rint, intereunt: quin potius omnia penè quæ de eadem insula sunt, contra venenum valent. De-
nique vidimus, quibusdam à serpente percussis, rasa folia codicum, qui de Hibernia fuerunt, &
ipsam rasuram aquæ immissam, ac potui datam, talibus protinus totam vim veneni grassantis,
totum inflati corporis absumpsisse ac sedasse tumorem. Diues lactis ac mellis insula, nec vinea-
rum expers, piscium volucrúmque: sed & ceruorum venatu insignis. Hæc autem propriè patria
Scottorum est. Ab hac egressi (vt diximus) tertiam in Britannia Britonibus & Pictis gentem
addiderunt. Est autem sinus maris permaximus, qui antiquitus gentem Britonum à Pictis se-
cernebat. Qui ab Occidente in terras longo spatio erumpit, vbi est ciuitas Britonum munitissi-
ma vsque hodie, quæ vocatur Alcuith. Ad cuius videlicet sinus partem septẽtrionalem Scotti (quos
diximus) aduenientes sibi locum patriæ fecerunt. H

Britanniam primus Romanorum Iulius Cæsar intrauit.

CAP. II. VERVM eadem Britannia Romanis vsque ad Caium Iulium Cæsarem inaccessa atque in-
Cæsaris ad Anglos aduẽtus. cognita fuit. Qui anno ab vrbe condita quingentesimo nonagesimo tertio, ante verò incarna-
tionis dominicæ tempus anno sexagesimo, functus gradu consulatus cum Lucio Bibulo, dum
contra Germanorum Gallorúmque gentes, qui Rheno tantùm flumine dirimebantur, bellum
Cæsar lib. 4. gereret, venit ad Morinos, vnde in Britanniam proximus & breuissimus transitus est. Et na-
uibus circiter onerariis atque actuariis octoginta præparatis, in Britanniam transuehitur, vbi
acerba primùm pugna fatigatus, deinde aduersa tempestate correptus, plurimam classis partem,
& non paruum numerum militum, equitum verò penè omnem disperdidit. Regressus in Galliam,
legiones in hyberna dimisit, ac sexcentas naues vtriusque commodi fieri imperauit. Quibus
iterum in Britanniam transuectus, dum ipse in hostem cum ingenti exercitu pergit, naues in an-
choris stantes, tempestate correptæ vel collisæ inter se, vel harenis illisæ ac dissolutæ sunt. Ex qui- I
bus quadraginta perierunt, cæteræ cum magna difficultate reparatæ sunt. Cæsaris equitatus
primo congressu à Britannis victus, ibidem Labienus tribunus occisus est. Secundo prælio
cum magno suorum discrimine victos Britannos in fugam vertit. Inde ad flumen Thamesin
profectus est, quem vno tantùm loco vadis transmeabilem ferunt. In huius vlteriore ripa,
Cæsar lib. 5. Polyd. lib. 1. hist. Boethius lib. 3. Annal. Scott. Bedam secutus. Cassibellauno duce, immensa hostium multitudo confederat, ripámque fluminis ac penè to-
tum sub aqua vadum acutissimis sudibus præstruxerat. Quarum vestigia sudium ibidem vsque
hodie visuntur, & videtur inspectantibus, quòd singulæ earum ad modum humani femoris gros-
sæ & circumfusæ plombo immobiliter hæreant, in profundum fluminis infixæ. Quod vbi à Ro-
manis deprehensum ac vitatum est, Barbari legionum impetum non ferentes, syluis sese abdide-
re, vnde crebris eruptionibus Romanos grauiter ac sæpe lacerabant. Interea Trinobantum fir-
missima ciuitas, cum Androgorio duce, datis quadraginta obsidibus Cæsari sese dedidit. Quod
exemplum secutæ vrbes aliæ complures, in fœdus Romanorum venerunt, iisdem demonstran- K
tibus, Cæsar oppidum Cassibellaum inter duas paludes situm, obtentu insuper syluarum mu-
nitum, omnibúsque rebus confertissimum, tandem graui bello cepit. Exin Cæsar à Britannis
reuersus in Galliam, postquam legiones in hyberna misit, repentinis bellorum tumultibus vndique
circumuentus & conflictatus est.

CAP. III. *Quòd Claudius Orcadas insulas Romano imperio, Vespasianus Vectam quoque adiecerit.*

Tranq. in Cl. Boethius Scott. hist. lib. 3. Polyd. lib. 2. post Gildam Annalistam. ANNO autem ab vrbe condita septingentesimo nonagesimo septimo Claudius Impera-
tor ab Augusto quartus, cupiens se vtilem reipublicæ ostentare principem, bellum vbique
& victoriam vndecunque quæsiuit. Itaque expeditionem in Britanniam mouit, quæ excitata
in tumultum propter non redditos transfugas videbatur. Transuectus in insulam est quam
neque

A neque ante Iulium Cæsarem, neque post eum quisquam adire ausus fuerat, ibíque sine vllo
prælio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partem in deditionem recepit. Or- *Orcades.*
cadas etiam insulas vltra Britanniam in Oceano positas, Romano adiecit imperio, ac sex-
to quàm profectus erat mense Romam rediit, filióque suo Britannici nomen imposuit. Hoc
autem bellum quarto imperij sui anno compleuit, qui est annus ab incarnatione domini qua-
drageſimusſextus. Quo etiam anno fames grauissima per Syriam facta est, quæ in actibus *Act. 11.*
Apostolorum per prophetam Agabum prædicta esse memoratur. Ab eodem Claudio Vespa- *Vecta insula.*
sianus, qui post Neronem imperauit, in Britanniam missus, etiam Vectam insulam Britan-
niæ proximam à meridie Romanorum ditioni subiugauit: quæ habet ab oriente in occasum
triginta circiter milia passuum, ab austro in boream duodecim: in Orientalibus suis parti-
bus mari sex milium, in Occidentalibus trium à meridiano Britanniæ littore distans. Suc-
cedens autem Claudio in imperium Nero, nil omninò in re militari ausus est. Vnde inter
alia Romani regni detrimenta innumera Britanniam penè amisit. Nam duo sub eo nobilissima
B oppida illic capta atque subuersa sunt.

Angli fidem accipiunt ann. dom. 187. ad prædicationem Fugatij & Damiani.

ANNO ab incarnatione domini centesimo quinquagesimo sexto Marcus Antonius Ve- CAP. IIII.
rus decimusquartus ab Augusto regnum cum Aurelio Commodo fratre susceپit. Quorum *Polyd. lib. 2. & Boeth. lib. 5. hist.*
temporibus cum Eleutherius vir sanctus pontificatui Romanæ ecclesiæ præesset, misit ad eum
Lucius Britannorum rex epistolam, obsecrans vt per eius mandatum Christianus efficeretur. Et
mox effectum piæ postulationis consecutus est, susceptamque fidem Britanni vsque in tempora
Diocletiani principis inuiolatam integramque quieta pace seruabant.

Seuerus Britanniæ partem vallo à cæteris distinxit.

ANNO ab incarnatione domini centesimo octagesimonono, Seuerus genere Apher- CAP. V.
C tripolitanus ab oppido Lepti decimusseptimus ab Augusto imperium adeptus, decem & se- *Polyd. lib. 2. hist. Angl.*
ptem annis tenuit. Hic natura sæuus, multis semper bellis lacessitus, fortissimè quidem
rempublicam, sed laboriosissimè rexit. Victor ergo ciuilium bellorum, quæ ei grauissima
occurrerunt, in Britanniam defectu penè omnium sociorum trahitur, vbi magnis grauibús-
que prælijs sæpe gestis, receptam partem insulæ, à cæteris indomitis gentibus non muro
(vt quidam æstimant) sed vallo distinguendam putauit. Murus etenim de lapidibus, val-
lum verò (quo ad repellendam vim hostium castra muniuntur) fit de cespitibus, quibus cir-
cumcisis è terra, velut murus extruitur altus super terram, ita vt in ante fiat fossa, de qua *Britãnia vallo cingitur.*
leuati sunt cespites, supra quam sudes de lignis fortissimis præfiguntur. Itaque Seuerus ma-
gnam fossam firmissimúmque vallum, crebris insuper turribus communitum, à mari ad mare
duxit. Ibíque apud Eboracum oppidum morbo obiit, relinquens duos filios, Bassianum &
Getam, quorum Geta hostis publicus iudicatus interiit, Bassianus verò Antonini cognomine
assumpto regno potitus est.

De imperio Diocletiani.

D

ANNO incarnationis dominicæ ducentesimo octagesimosexto Diocletianus tricesimus- CAP. VI.
tertius ab Augusto Imperator ab exercitu electus annis viginti fuit, Maximianúmque co- *Hæc eadem Gildas Boeth. & Polyd.*
gnomento Herculium socium creauit imperij. Quorum tempore Carausius quidam genere
quidem infimus, sed consilio & manu promptus, cum ad obseruanda Oceani littora (quæ
tunc Franci & Saxones infestabant) positus, plus in perniciem quàm in prouentum reipu-
blicæ ageret, ereptam prædonibus prædam, nulla ex parte restituendo dominis, sed sibi
soli vendicando, accedens suspicionem, quia ipsos quoque hostes ad incursandos fines ar-
tificij negligentia permitteret. Quamobrem à Maximiano iussus occidi purpuram sumpsit, ac
Britannias occupauit, quibus sibi per septem annos fortissimè vindicatis ac retentis, tandem
fraude Allecti socij sui interfectus est. Allectus vero posteà ereptam Carausio insulam per
triennium tenuit, quem Asclepiodotus præfectus prætorio oppressit, Britanniámque post *Persecutio Christianorũ sub Diocletiano grauissima.*
E decem annos recepit. Interea Diocletianus in Oriente, Maximianus Herculius in Occidente
vastari ecclesias, affligi, interficique Christianos decimo post Neronem loco præceperunt,
quæ persecutio omnibus ferè anteactis diuturnior atque immanior fuit. Nam per decem
annos incendiis ecclesiarum, proscriptionibus innocentum, cædibus Martyrum incessabili-
ter acta est. Denique etiam Britanniam cùm plurima confessionis Deo deuotè gloria subli-
mauit.

Passio S. Albani & sociorum eius.

CAP. VII.
S. Albanus de cuius martyrio Gildas & Polyd. hist. Ang. lib. 2. 4. & 16.

SIQVIDEM in ea passus est sanctus Albanus, de quo presbyter Fortunatus in laude vir-
ginum, cum beatorum martyrum, qui de toto orbe ad dominum venirent, mentionem fa-
ceret, ait: *Albanum egregium fœcunda Britannia profert.* Qui videlicet Albanus paganus adhuc,
cum perfidorum Principum mandata aduersum Christianos sæuirent, clericum quendam per-

secutores fugientem hospitio recepit. Quem dum orationibus continuis ac vigiliis diu noctúque F
studere conspiceret, subitò diuina gratia respectus exemplum fidei ac pietatis illius cœpit æmulari, ac salutaribus eius exhortationibus paulatim edoctus, relictis idololatriæ tenebris, Christianus integro ex corde factus est. Cúmque præfatus clericus aliquot diebus apud eum hospitaretur, peruenit ad aures nefandi Principis, confessorem Christi, cui necdum fuerat locus martyrij deputatus, penes Albanum latere. Vnde statim iussit, milites eum diligentius inquirere. Qui cum ad tugurium martyris peruenissent, mox se sanctus Albanus pro hospite ac magistro suo ipsius habitu, id est, caracalla, qua vestiebatur indutus, militibus exhibuit, atque ad iudicem vinctus perductus est. Contigit autem iudicem ea hora qua ad eum Albanus adducebatur, aris assistere, ac dæmonibus hostias offerre. Cumque vidisset Albanum, mox ira succensus nimia, quòd se ille vltro pro hospite quem susceperat, militibus offerre ac discrimini dare præsumpsisset, ad simulachra dæmonum quibus assistebat, eum iussit pertrahi. Quia rebellem, inquiens, ac sacrilegum celare, quàm militibus reddere maluisti, vt contemptor diuûm meritam blasphemiæ suæ pœnam lueret, quæcunque illi debebantur supplicia, tu soluere habes, si à cultu nostratæ reli- G
gionis discedere tentas. At sanctus Albanus, qui se vltrò persecutoribus fidei Christianum esse prodiderat, nequaquam minas Principis metuit, sed accinctus armis militiæ spiritualis palam se iussis illius parere nolle pronunciabat. Tum iudex: Cuius, inquit, familiæ vel generis es? Albanus respondit: Quid ad te pertinet, qua sim stirpe genitus? sed si veritatem religionis audire desideras, Christianum iam me esse, Christianisque officiis vacare cognosce. Ait iudex: Nomen tuum quæro, quod sine mora mihi insinua. At ille: Albanus, inquit, à parentibus vocor, & Deum verum ac viuum, qui vniuersa creauit, adoro semper & colo. Tum iudex repletus iracundia dixit: Si vis perennis vitæ fœlicitate perfrui, diis magnis sacrificare ne differas. Albanus respondit: Sacrificia hæc quæ à vobis redduntur dæmonibus, nec auxiliari subiectis possunt, nec supplicantium sibi desideria vel vota complere. Quinimò quicunque his sacrificia simulachris obtulerit, æternas inferni pœnas pro mercede recipiet. His auditis iudex nimio furore commotus, cædi sanctum Dei confessorem à tortoribus præcepit: autumans se verberibus, quam verbis non poterat, cor- H
dis eius emolliri constantiam. Qui cum tormẽtis afficeretur acerrimis, patienter hæc pro domino,
Cæditur Albanus. imò gaudenter ferebat. At vbi iudex illum tormentis superari, vel à cultu Christianæ religionis reuocari non posse persensit, capite eum plecti iussit. Cúmque ad mortem duceretur, peruenit ad flumen quod muro & arena, vbi feriendus erat, meatu rapidissimo diuidebatur. Viditque ibi non paruam hominum multitudinem vtriusque sexus, conditionis diuersæ & ætatis, quæ sine dubio diuinitatis instinctu ad obsequium beatissimi confessoris ac martyris vocabatur, & ita fluminis ipsius occupabat pontem, vt intra vesperam transire vix posset. Denique cunctis penè egressis, iudex sine obsequio in ciuitate substiterat. Igitur sanctus Albanus, cui ardens inerat deuotio mentis
Exsiccatur torrens. ad martyrium ocius peruenire, accessit ad torrentem, & dirigens ad cœlum oculos ilico siccato alueo, vidit vndam suis cessisse ac viam dedisse vestigiis. Quod cum inter alios etiam ipse carnifex, qui eum percussurus erat, vidisset, festinauit ei, vbi ad locum destinatum morti venerat, occurrere: diuino nimirum admonitus instinctu: proiectóque ense, quem strictum tenuerat, pedibus eius advoluitur, multum desiderans vt cum martyre, vel pro martyre, quem percutere iubebatur, ipse potius mereretur percuti. Dum ergo is ex persecutore factus esset collega veritatis & fidei, ac iacente I
ferro esset inter carnifices iusta cunctatio, mõtem cum turbis reuerẽdissimus Dei confessor ascendit: qui opportunè lætus gratia decentissima quingentis ferè passibus ad arenam situs est, variis herbarum floribus depictus, imò vsquequaque vestitus, in quo nihil repentè arduum, nihil præceps, nihil abruptum, quem lateribus longè latéque deductum in modum æquoris natura complanat. Dignum videlicet eum pro insita sibi specie venustatis iam olim reddẽs, qui beati martyris cruore dicaretur. In huius ergo vertice sanctus Albanus dari sibi à Deo aquam rogauit, statímque incluso meatu ante pedes eius fons perennis exortus est, vt omnes agnoscerent, etiam torrentem martyri
Fons D. Albani. obsequium detulisse. Neque enim fieri poterat vt in arduo montis cacumine martyr aquam quam in fluuio non reliquerat, peteret, si hoc opportunum esse nõ videret. Qui videlicet fluuius ministerio persoluto, deuotione completa, officij testimonium relinquens, reuersus est ad naturam. Decollatus itaque martyr fortissimus, ibidem accepit coronam vitæ, quã repromisit Deus diligentibus se. K
Sed ille qui piis ceruicibus impias intulit manus, gaudere super mortuum non est permissus. Nam oculi eius in terram vna cum beati martyris capite deciderunt. Decollatus est ibi etiam tum miles ille qui antea superno nutu correptus, sanctum Dei confessorem ferire recusauit. De quo nimirum constat, quia etsi fonte baptismatis non est ablutus: sui tamen est sanguinis lauacro mundatus, ac regni cœlestis dignus factus ingressu. Tunc iudex tanta miraculorũ cœlestium nouitate perculsus, cessari mox à persecutione præcepit, honorem referre incipiẽs cædi sanctorum, per quam eos opinabatur prius à Christianę fidei posse deuotione cessare. Passus est autem beatus Albanus die decimo Kalendarum Iuliarum iuxta ciuitatem Verolamium, quæ nunc à gente Anglorum Vuerlamacestir siue Vuarlinguacestir appellatur, vbi postea redeunte temporum Christianorum serenitate,
Ecclesia D. Albani. Polyd. lib. 4. hist. ecclesia est mirandi operis, atque eius martyrio condigna extructa. In quo videlicet loco vsque ad hanc diem curatio infirmorum, & frequentium operatio virtutum celebrari non desinit. Passi sunt ea

ea tempestate Aaron & Iulius Legionum vrbis ciues, aliíque vtriusque sexus diuersis in locis per- *Anglic. scribit Albani reliquias magno stu-*
A plures: qui diuersis cruciatibus torti, & inaudita mẽbrorum discerptione lacerati, animas ad superne ciuitatis gaudia perfecto agone miserunt.
dio inuctas, auro & gemmis inclusas esse: & lib. 16. in vita Henrici 3. an. 1257. apertũ D. Albani sepulchrũ, vbi solito plura & maiora ederentur miracula.

Cessante Diocletiani persecutione, ecclesia in Britannis vsque ad tempora Arrianæ vesaniæ pacem habuit.

CAP. VIII.

AT vbi turbo persecutionis quieuit, progressi in publicum fideles Christi, qui se tempore discriminis syluis ac desertis ab ditísve spelũcis occultauerãt, renouãt Ecclesias ad solũ vsque destructas: basilicas sanctorum Martyrum fundant, construunt, perficiunt, ac veluti victricia signa passim propalant, dies festos celebrant, sacra mundo corde atque ore conficiunt. Mansítque hæc in ecclesiis Christi quæ erant in Britannia, pax, vsque ad tempora Arrianæ vesaniæ, quæ, corrupto orbe toto, hanc etiam insulam, extra orbem tam longè remotam, veneno sui infecit erroris. Et hac quasi via pestilentiæ trans Oceanum patefacta, non mora, omnis se lues hęreseos cuiusque, insulę noui semper
B aliquid audire gaudenti, & nihil certi firmiter obtinenti infudit. His temporibus Constantius, qui viuente Diocletiano Galliam Hispaniámque regebat, vir summæ mansuetudinis & ciuilitatis, in Britannia mortem obiit. Hic Constantinum filium ex concubina Helena creatum imperatorẽ Galliarũ reliquit. Scribit autẽ Eutropius, quòd Cõstãtinus in Britannia creatus imperator patri in regnũ successerit. Cuius tẽporibus Arriana hæresis exorta, & in Nicena synodo detecta atque dãnata, nihilominus exitiabile perfidię suę virus (vt diximus) nõ solũ orbis totius, sed & insularũ ecclesiis aspersit. *Arriana hæresis.*

Regnante Gratiano Maximus in Britannia Imperator creatus, cum exercitu in Galliam rediit.

CAP. IX.

ANNO ab incarnatione Domini trecentesimo septuagesimo septimo Gratianus quadragesimus ab Augusto post mortem Valentis sex annis imperium tenuit: quamuis iam dudũ antea cum patruo Valẽte & cum Valẽtiniano fratre regnaret. Qui cum afflictum & penè collapsum reipublicæ statum videret, Theodosium Hispanum virum restituendæ reipublicæ necessitate apud Sirmium purpuram induit, orientísque & Thraciæ simul præfecit imperio. Qua tẽpestate Maximus vir quidem strenuus
C & probus, atque Augusto dignus: nisi contra sacramenti fidem per tyrannidẽ emersisset in Britãnia: inuitus propemodum ab exercitu creatus Imperator, in Galliam transiit, vbi Gratianum Augustum subita incursione perterritum, atque in Italiam trãsire meditantem, dolis circumuentum interfecit, fratremque eius Valentinianum Augustũ Italia expulit. Valentinianus in Orientẽ refugiens, à Theodosio paterna pietate susceptus, mox etiã imperio restitutus est: clauso videlicet intra muros Aquilegiæ, & capto atque occiso ab eis Maximo tyranno. *Polyd. hist. Angl. lib. 3.* *Maximus Gratianum interfecit.*

Sub Arcadio, Pelagius Brito contra gratiam Dei pugnauit.

CAP. X.

ANNO ab incarnatione Domini trecentesimo nonagesimoquarto Arcadius filius Theodosij cum fratre Honorio quadragesimus tertius ab Augusto regnum suscipiens, tenuit annos tredecim. Cuius tẽporibus Pelagius Brito contra auxilium gratiæ supernæ venena suæ perfidiæ longè latéque dispersit, vtens cooperatore Iuliano de Campania, quem dudum amissi Episcopatus intemperans cupido exagitabat. Quibus sanctus Augustinus, sicut & cæteri patres orthodoxi, multis sententiarũ catholicarum milibus responderunt, nec eorum tantùm dementiam corrigere valebant: sed quod
D grauius est, correpta eorum vasania, magis augescere contradicendo, quàm fauendo veritati, voluit emendari. Quod pulchrè versibus heroicis Prosper rhetor insinuat cùm ait: *Pelagius de quo pl. Polyd. lib. 3. hist. Ang.*

Contra Augustinum narratur serpere quidam,
Qui caput obscuris contectum vtcunque cauernis,
Aut hunc fruge sua æquorei pauere Britanni,
Scriptor, quem dudum liuor aburit edax.
Tollere humo miserum propulit anguiculum.
Aut huic Campano gramine corda tument.

Regnante Honorio Gratianus & Constantinus sunt interempti.

CAP. XI.

ANNO ab incarnatione Domini quadringentesimo septimo, tenẽte imperiũ Honorio Augusto filio Theodosij iunioris loco ab Augusto quadragesimoquarto, ante bienniũ Romanæ irruptionis, quæ per Alaricum regem Gotthorum facta est, cùm gentes Alanorum, Sueuorum, Vandalorum, multæque cum his aliæ, protritis Francis, transito Rheno, totas per Gallias seuirent, apud Britannias Gratianus municeps tyrãnus creatur & occiditur. Huius loco Cõstantinus ex infima militia, propter solam spem nominis sine merito virtutis eligitur, qui continuò vt inuasit imperium, in Gallias trãsiit,
E vbi sæpè à Barbaris incertis fœderibus illusus, detrimento magis reipublicæ fuit. Vnde mox iubente Honorio Constãtius comes in Galliam cum exercitu profectus, Constantinum imperatorem apud Arelatem ciuitatẽ clausit, cepit, & occidit: Cõstantemque filium eius, quem ex monacho Cæsarem fecerat, Gerontius comes suus apud Viennam interfecit. Fracta est autem à Gotthis anno millesimo cẽtesimo sexagesimo quarto suæ cõditionis, ex quo tempore Romani in Britannia regnare cessarũt, post annos fermè quadringentos septuaginta ex quo Caius Iulius Cæsar eandem insulam adiit. Habitabant autem intra vallum, quod Seuerum trans insulam feciſſe commemorauimus, ad plagam meridianam: quod ciuitates, fana, pontes, & stratæ ibidem factæ vsque hodiè testantur, & cæterùm vlteriores Britãniæ partes vel eas etiam quæ vltra Britanniam sunt insulas, iure dominãdi possidebãt. *Honorius.* *Gratianus & Constantinus tyranni occiduntur.*

Britones à Scottis vastati, Pictísque, Romanorum auxilia quærunt.

CAP. XII.

EXIN Britãnia omni armato milite, militaribus copiis vniuersis, tota floridę iuuẽtutis alacritate

Scotti & Picti. vide Boethium in descrip. Scott.

spoliata, quæ tyrannorum temeritate abducta, nusquam vltra domum rediit, prædæ tantùm patuit, F vtpotè omnis bellici vsus prorsus ignara. Denique subitò duabus gentibus transmarinis vehemẽtes sæuis, Scottorum à Circio, Pictorum ab Aquilone multos stupet gemitúque per annos. Transmarinas autem dicimus has gentes, non quòd extra Britanniam essent positæ, sed quia à parte Britonum erant remotæ, duobus sinibus mari interiacentibus, quorum vnus ab Orientali mari, alter ab Occidentali, Britanniæ terras longè latéque irrumpit, quámuis ad se inuicem pertingere possint. Orientalis habet in medio sui vrbem Guidi. Occidentalis supra se, hoc est, ad dexteram sui, habet vrbem Alcluith, quod lingua eorum significat Petram Cluith: est enim iuxta fluuium nominis illius. Ob harum ergo infestationem gentium, Britones legatos Romam cum epistolis mittentes, lachrymosis precibus auxilia flagitabant, subiectionémque continuam, dummodò hostis imminens, longius arceretur, promittebant. Quibus mox legio destinatur armata, quæ vbi in insulam aduecta,

Britannia denuò vallatur. Poly. hist. lib. 3.

& congressa est cum hostibus, magnam eorum multitudinem sternens, cæteros sociorum finibus expulit, eósque interim à diriſſima depressione liberatos, hortata est, instruere inter duo maria trans insulam murum qui arcendis hostibus posset esse præsidio: sicque domum cum triumpho magno G reuersa est. At insulani murum, quem iussi fuerant, non tam lapidibus quàm cespitibus construentes, vtpotè nullum tanti operis artificem habentes, ad nihil vtilem statuunt. Fecerunt autem eum inter duo freta, vel sinus (de quibus diximus) maris per milia passuum plurima, vt vbi aquarum munitio deerat, ibi præsidio valli fines suos ab hostium irruptione defenderent. Cuius operis ibidem facti, id est, valli latissimi & altissimi vsque hodiè certissima vestigia cernere licet. Incipit autem duorum

Vallis termini.

fermè milium spacio à monasterio Aebercurnig ad Occidentem, in loco qui sermone Pictorum Peanuahel, lingua autem Anglorum Penueltum appellatur, & tendens contra Occidentem terminatur iuxta vrbem Alcluith. Verùm priores inimici vt Romanum militem abiisse conspexerant, mox aduecti nauibus irrumpunt terminos, cæduntque omnia, & quasi maturam segetem obuia quæque metunt, calcant, transeunt. Vnde rursum mittuntur Romam legati, flebili voce auxilium implorantes, ne penitus misera patria deleretur, ne nomen Romanæ prouinciæ, quod apud eos tamdiu claruerat, exterarum gentium improbitate obrutum vilesceret. Rursum mittitur legio, H quæ inopinata tempore autumni adueniens magnas hostium strages dedit, eósque qui euadere poterant omnes trans maria fugauit, qui prius anniuersarias prædas trans maria, milite nullo obsistente, cogere solebant. Tum Romani denunciauere Britonibus, nõ se vltrà ob eorũ defensionem tam laboriosis expeditionibus posse fatigari: ipsos potius monent arma corripere, & certandi cum hostibus studium subire, qui non ob aliam causam, quàm si ipsi inertia soluerentur, eis possent esse fortiores: quin etiam quia & hoc sociis quos derelinquere cogebantur, aliquid commodi allaturum putabant, murum à mari ad mare recto tramite inter vrbes, quæ ibidem ob metum hostium factæ fuerant (vbi & Seuerus quondam vallum fecerat) firmo de lapide locarunt. Quem videlicet murum hactenus famosum atque conspicuum, sumptu publico priuatóque adiuncta secum Britannorum manu constituebant, octo pedes latum, & duodecim altum, recta ab Oriente in Occasum linea, vt vsque hodiè intuentibus clarum est. Quo mox condito, dant fortia signi populo monita, præbent instruendorum exemplaria armorum. Sed & in littore Oceani ad meridiem, quo naues eorum habebantur, quia & inde Barbarorum irruptio timebatur, turres per interualla I ad prospectum maris collocant, & valedicunt sociis tanquam vltra non reuersuri. Quibus ad sua remeantibus, cognita Scotti Pictíque reditus denegatione, redeunt confestim ipsi, & solito confidentiores facti, omnem aquilonarem extremámque insulæ partem pro indigenis ad murum vsque capessunt. Statuitur ad hæc in edito arcis acies segnis, vbi trementi corde stupida diu noctúque marcebat. At contra non cessant vncinata hostium tela. Ignaui propugnatores miserrimè de muris tracti, solo allidebantur. Quid plura? relictis ciuitatibus ac muro, fugiunt, dis-

Angli opprimuntur.

sperguntur. Insequitur hostis, accelerantur strages, cunctis crudeliores prioribus. Sicut enim agni à feris, ita miseri ciues discerpuntur ab hostibus. Vnde à mansionibus ac possessiunculis suis electi, imminens sibi famis periculum, latrocinio ac rapacitate mutua temperabant, augentes externas domesticis motibus clades, donec omnis regio totius cibi sustentaculo, excepto venandi solatio, vacuaretur.

Palladius ad Scottos iam credentes venit. K

CAP. XIII.

Hæc totidem verbis altero loco Beda, lib. de temp. & Boethius in calce lib. 7. et Polyd. lib. 3. hist. Boëtius & Symmach. III. Consl. Bleda, Attila.

ANNO dominicæ incarnationis quadringẽtesimo vigesimotertio Theodosius iunior post Honorium quadragesimus quintus ab Augusto, regnum suscipiens viginti & septem annis tenuit, cuius anno imperij octauo Palladius ad Scottos in Christum credentes à Pontifice Romanæ ecclesiæ Cœlestino primus mittitur episcopus. Anno autem regni eius vigesimotertio Boëtius vir illustris, qui & patritius fuit, tertium cum Symmacho gessit consulatum. Ad hunc pauperculæ Britonũ reliquiæ mittũt epistolam, cuius hoc principium est: Boetio ter consuli gemitus Britannorum. Et in processu epistolæ ita suas calamitates explicant: Repellunt Barbari ad mare, repellit mare ad Barbaros: inter hæc oriũtur duo genera funerum, aut iugulamur, aut mergimur. Neque hæc tamẽ agẽtes quicquam ab illo auxilij impetrare quiuerunt, vtpotè qui grauissimis eo tempore bellis cum Bleda & Attila regibus Hunnorum erat occupatus. Et quamuis anno ante hunc proximo Bleda Attilæ fratris sui

A sit interemptus insidiis: Attila tamen ipse adeò intolerabilis reipublicæ remãsit hostis, vt totam penè Europam exciſis inuasisque ciuitatibus atque castellis corroderet. Quin & iisdem temporibus fames Constantinopolim inuasit: nec mora, pestis secuta est: sed & plurimi eiusdem vrbis muri cum quinquaginta septem turribus corruerunt, multis quoque ciuitatibus collapsis, fames & aerum pestifer odor plura hominum milia iumentorúmque deleuit.

Fames & pestis Constantinopoli.

Britones fame coacti pellunt Barbaros suis finibus.

CAP. XIIII.

INTEREA Britones fames illa præfata magis magísque afficiens, ac famam suæ malitiæ posteris diuturnam relinquens, multos eorum coegit victas infestis prædonibus dare manus, alios verò nunquã: quin potius confidentes in diuinum (vbi humanum cessauit) auxiliũ, de ipsis montibus, spelũcis ac saltibus continuè rebellabant, & tum primùm inimicis, qui per multos annos prædas in terra agebãt, strages dare cœperunt. Reuertuntur ergo impudentes grassatores Hyberni domum, post non longũ tempus reuersuri. Picti in extrema parte insulæ tunc primùm & deinceps quieuerunt, prædas tamẽ nonnunquã exindè & contritiones de Britonũ gente agere non cessarunt. Cessante autẽ vasta-

Post sterilitatem vbertas.

B tione hostili, tantis frugũ copiis insula quantis nulla retrò ætas meminit, affluere cœpit, cum quibus & luxuria crescere, & hanc continuò omniũ lues scelerũ comitari accelerauit. Crudelitas præcipuè, & odiũ veritatis amórq; mẽdacij, ita vt si quis eorũ mitior & veritati aliquatenus propior videretur, in hunc quasi Britanniæ subuersorẽ, omniũ odia teláque sine respectu contorquerentur. Et non solũ hæc sæculares viri, sed etiam ipse grex domini, eiúsq; pastores egerunt, ebrietati, animositati, litigio, contentioni, inuidiæ, cæterísq; huiusmodi facinoribus sua colla, abiecto leui iugo Christi subdentes. Interea subitò corruptæ mẽtis homines acerba pestis corripuit, quæ in breui tantã eius multitudinem strauit, vt ne sepeliendis quidem mortuis viui sufficerent, sed ne morte quidem suorum, nec timor mortis, hi qui supererant, à morte animæ, qua peccando sternebantur, reuocari poterãt. Vnde non multò post acrior gentem peccatricem, vltio diri sceleris secuta est. Initum nãque est cõcilium, quid agendũ, vbi quærendum esset præsidium, ad euitandas vel repellendas tam feras, támque creberrimas gentiũ aquilonariũ irruptiones, placuítq; omnibus cũ suo rege Vortigerio, vt Saxonem gentem de transmarinis partibus in auxiliũ vocarẽt, quod domini nutu disposítum esse con-

Veritatis odium.

Pestis feralis.

C stat, vt veniret contra improbos malum, sicut euidentius rerum exitus probauit.

Inuitati in Britanniam Angli aduersarios primò eiiciũt: mox iuncto cum his fœdere in socios arma vertunt.

CAP. XV.

ANNO ab incarnatione domini quadringentesimo nono, Martianus cũ Valentiniano quadragesimusextus ab Augusto regnum adeptus septem annis tenuit. Tunc Anglorum siue Saxonum gens inuitata à rege præfato Britanniam tribus longis nauibus aduehitur, & in orientali parte insulæ iubente eodẽ Rege, locũ manendi, quasi pro patria pugnatura, re autẽ vera hãc expugnatura suscepit. Inito ergo certamine cũ hostibus, qui ab Aquilone ad aciem venerant, victoriã sumpsere Saxones. Quod vbi domi nũciatũ est, simul & insulæ fertilitas, ac segnitia Britonũ, mittitur confestim illò classis prolixior armatorũ, ferẽs manũ fortiorẽ, quæ præmissæ adiũcta cohorti, inuincibilẽ fecit exercitũ. Susceperunt ergo qui aduenerant, donantibus Britannis locũ habitationis inter eos, ea conditione, vt hi pro patriæ pace & salute contra aduersarios militarent, illi militantibus debita stipendia conferrent. Aduenerant autẽ de tribus Germaniæ populis fortioribus, id est, Saxonibus, Anglis, Vi-

Boeth. hist. Scot. li. 8. Polyd. lib. 3. Angl.

Angli siue Saxones morantur in Britannia. Poly. hist. li. 1. & 3.

D tis. De Vitarũ origine sunt Cantuarij & Vectuarij, hoc est, ea gẽs quæ Vectã tenet insulam, & ea quæ vsque hodiè in prouincia Occidentalium Saxonũ, Vitarũ natio nominatur: posita cõtra ipsam insulã Vectã. De Saxonibus, id est, ea regione quę nũc antiquorũ Saxonũ cognominatur, venere Oriẽtales Saxones, Meridiani Saxones, Occidui Saxones. Porrò de Anglis, hoc est, de illa patria, quæ Anglia dicitur, & ab eo tẽpore vsq; hodie manere deserta inter prouincias Vitarũ & Saxonũ perhibetur, Orientales Angli, Mediterranei Angli, Mercij tota Nord Hũbrorũ progenies, id est, illarũ gentium, quæ ad Boreã Hũbri fluminis inhabitãt, cæteríque Anglorũ populi sunt orti. Duces fuisse perhibẽtur eorum primi duo fratres Hengistus & Horsus. E quibus Horsus postea occisus in bello à Britonibus, hactenus in Orientalibus Cantij partibus monumentum habet suo nomine insigne. Erant autem filij Vuetgisli, cuius pater Vecta, cuius pater Voden. De cuius stirpe multarum prouinciarum regium genus originem duxit. Non mora ergo, confluentibus certatim in insulam gentium memoratarum cateruis grãdescere populus cœpit aduenarum, ita vt ipsis quoque, qui eos aduocauerãt

E indigenis essent terrori. Tum subitò inito ad tempus fœdere cum Pictis, quos longius iam bellando pepulerant, in socios arma vertere incipiunt. Et primùm quidem annonas sibi eos affluentius ministrare cogunt, quærentésque occasionem diuortij protestantur, nisi profusior sibi alimentorũ copia daret, se cuncta insulæ rupto fœdere, loca vastaturos. neq; aliquãdo segnius minas effectibus prosequũtur. Siquidẽ, vt breuiter dicã, accensus manibus paganorũ ignis, iustas de sceleribus populi Dei vltiones expetiit: nõ illius impar, qui quõdam à Chaldæis succensus, Hierosolymorũ mœnia, imò & ædificia cũcta cõsumpsit. Sic enim & hic agente impio victore, imò disponente iusto iudice, proximas quasque ciuitates agrósque depopulãs, ab Orientali mari vsque ad Occidentale, nullo perhibente suũ cõtinuauit incendiũ, totámque prope insulę pereũtis superficiem obtexit. Ruebãt ædificia publica simul & priuata, passim sacerdotes inter altaria trucidabantur, præsules cum populis sine vllo respectu honoris ferro pariter ac flãmis absumebantur, nec erat qui crudeliter interẽptos sepulturæ traderet. Itaq; nõnulli de miserandis reliquiis in montibus comprehensi aceruatim iugulabãtur. Alij

fame cõfecti procedẽtes, manus hostibus dabãt, pro accipiẽdis alimẽtorũ subsidiis, æternũ subituri F
seruitiũ: si tamẽ nõ cõtinuò trucidarẽtur. Alii trãsmarinas regiones dolẽtes petebãt. Alij perstãtes in
patria trepidi pauperem vitã in mõtibus, syluis, vel rupibus arduis, suspecta semper mente agebant.

Britones primam de gente Anglorum victoriam duce Ambrosio Romano homine reportant.

Idem ipse Beda li. de ratione temp. & Polyd. hist. lib. 3.

At vbi hostilis exercitus, exterminatis dispersisque insulæ indigenis, domum reuersus est, cœpe-
rũt & illi paulatim vires animósque resumere, emergẽtes de latibulis, quibus abditi fuerãt, & vnani-
mo cõsensu auxiliũ cœleste precãtes, ne vsque ad internecionẽ vsquequaque delerẽtur. Vtebantur
eo tẽpore duce Ambrosio Aureliano, viro modesto, qui solus fortè Romanæ gẽtis præfatę tẽpestati
superfuerat, occisis in eadẽ parẽtibus regiũ nomẽ & insigne ferẽtibus. Hoc ergo duce vires capessũt
Britones, & victores prouocãtes ad præliũ, victoriã ipsi (Deo fauẽte) suscipiũt. Et ex eo tẽpore nũc ci-
ues, nũc hostes vincebãt, vsq; ad annũ obsessionis Badonici mõtis, quãdo nõ minimas eisdẽ hostibus
strages dabãt quadragesimo circiter & quarto anno aduẽtus eorũ in Britanniã. Sed hæc postmodũ.

Germanus Altisiodorensis primò maris, postea Pelagianorum tempestatem sedauit.

Cap. XVII. *Hæresis Pelagianæ autor Agricola. Nothim l. 8. hist. Polyd. li. 3. Annal.*

Ante paucos sanè aduentus eorum annos, hæresis Pelagiana per Agricolã illata, Seueriani epi- G
scopi Pelagiani filium, fidem Britãnorum fœda peste commaculauerat. Verũ Britanni cum neq; sus-
cipere dogma peruersum, gratiã Christi blasphemando nullatenus vellent, neque versutiã nefariæ
persuasionis refutare verbis certãdo sufficerẽt, inueniunt salubre consiliũ vt à Gallicanis antistitibus
auxilium belli spiritalis inquirant. Quã ob causam collecta magna synodo quærebatur in cõmune,
qui illuc ad succurrendum fidei mitti deberent, atque omnium iudicio eligebãtur Apostolici sacer-
dotes Germanus Altisiodorẽsis, & Lupus Trecasenæ ciuitatis episcopi, qui ad confirmandã fidem
gratiæ cœlestis Britãnias venirent. Qui cũ prõpta deuotione preces & iussa sanctæ ecclesiæ suscepis-
sent, intrant Oceanũ, & vsque ad mediũ itineris, quo à Gallico sinu Britannias vsque tenditur, secun-
dis flatibus nauis tuta volabat. Tum subitò occurrit pergẽtibus inimica vis dæmonũ, qui tantos ta-
lésq; viros ad recuperandã tendere populis salutẽ inuiderẽt. Coeunt procellas, cælum diémq; nu-
bibus ante tugurium pauperis vulgus sine numero: hi animas curare cupiẽtes, hi corpora. Referri ne-
bãtur nauigiũ oratione, non viribus, & casu dux ipse vel põtifex fractus corpore, lassitudine ac sopore H
resolutus est. Tunc verò quasi repugnatore cessante tẽpestas excitata conualuit, & iam nauigium su-
perfusis fluctibus mergebatur. Tũ beatus Lupus omnésq; turbati excitant seniorem, elemẽtis furen-
tibus opponendũ, qui periculi immanitate constãtior Christum inuocat, & assumpto in nomine san
ctæ Trinitatis leui aquæ aspergine, fluctus sæuientes opprimit, collegam commonet, hortatur vni-
uersos, oratio vno ore & clamore profunditur. Adest diuinitas, fugantur inimici, trãquillitas serena
subsequitur, vẽti è cõtrario ad itineris ministeria reuertũtur, decurrísque breui spaciis pelagi, optati
littoris quiete potiũtur. Ibi cõueniẽs ex diuersis partib⁹ multitudo, excepit sacerdotes, quos vẽturos
etiã vaticinatio aduersa prædixerat. Nunciabant enim sinistri spiritus, quod timebant, qui imperio
sacerdotum dum ab obsessis corporibus detrudũtur, & tempestatis ordinem & pericula quæ intule-
rant saeuabantur, victósque se eorum meritis & imperio non negabant. Interea Britãniarum insulam
apostolici sacerdotes raptim opinione, prædicatione, virtutibus impleuerunt: diuinúsque per eos
sermo quotidiè non solũ in ecclesiis, verùm etiã per triuia & per rura prædicabatur, ita vt passim &
fideles catholici firmarentur, & deprauati viam correctionis agnoscerent. Erat illis Apostolorum I
instar & gloria & auctoritas per conscientiã, doctrina per litteras, virtutes ex meritis. Itaque regionis
vniuersitas in eorũ sententiam prompta transierat. Latebant abditi sinistræ persuasionis auctores,
& more maligni spiritus gemebãt perire sibi populos euadentes, ad extremũ diuturna meditatione
cõcepta, præsumũt inire conflictum, procedunt conspicui diuitiis, veste fulgẽtes, circundati assenta-
tione multorum. Discrimẽque certaminis subire maluerũt, quàm in populo quem subuerterãt, pu-
dorem taciturnitatis incurrere, ne viderentur se ipsi silentio damnauisse. Illic planè immẽsa multitu-
do etiam cum coniugibus ac liberis excitata conuenerat. Aderat populus & spectator futurus & iu-
dex, astabant partes dispari conditione dissimiles: hinc diuina fides, inde humana præsumptio: hinc
pietas, inde superbia: inde Pelagi⁹ auctor, hinc Christus. Primo in loco beatissimi sacerdotes Germa
nus atque Lupus præbuerũt aduersariis copiã disputandi, quæ sola nuditate verborũ diu inaniter &
aures occupauit & tempora: deinde antistites venerandi torrentes eloquij sui cũ apostolicis & euan-
gelicis imbribus profuderũt. Miscebatur sermo proprius cũ diuino, & assertiones molestissimas lc-
ctionũ testimonia sequebãtur. Cõuincitur vanitas, perfidia cõfutatur, ita vt ad singulas verborũ ob- K
iectiones errare se, dũ respondere nequit, fateretur, populus arbiter vix maximus cõtinet, iudicium
tamen clamore testatur.

Disputatio cũ Pelagianis.

Cæca illuminatur, reliquiæ conduntur.

Cap. XVIII. *Reliquiarum attactu cæca illuminatur.*

Tum subitò quidã tribuniciæ potestatis cũ coniuge procedit in mediũ, filiã decẽ annorũ cæcam
curandã sacerdotibus offerẽs, quã illi aduersariis offerri præceperũt: sed ii cõscientia puniẽte deterri-
ti, iungũt cũ parẽtibus preces, & curationẽ paruulæ à sacerdotibus deprecantur. Qui inclinatos ani-
mo aduersarios intuẽtes, orationẽ breuiter fundunt. Ac deinde Germanus plenus spiritu sancto in-
uocat trinitatẽ: nec mora, adhærentẽ lateri suo capsulã cũ sanctorum reliquiis collo auulsam mani-
bus cõprehendit, eámque in conspectu omniũ puellæ oculis applicuit. Quos statim euacuatis tene-
bris, lumẽ veritatis impleuit. Exultant parentes, miraculũ populus contremiscit, post quem diem ità
ex animis omniũ suasio iniqua deleta est, vt sacerdotum doctrinã sitientibus desideriis sectarentur.

Compressa

A Compressa itaque peruersitate damnabili, eiúsque autoribus confutatis, atque animis omniũ fidei
puritate compositis, sacerdotes beatum Albanum martyrẽ auctori Deo per ipsum gratias petierũt.
Vbi Germanus omnium Apostolorum diuersorúmque martyrum secum reliquias habẽs, facta ora-
tione iussit reuelli sepulchrum, preciosa ibidem munera cõditurus: arbitrans opportunum vt mem-
bra sanctorũ ex diuersis regionibus collecto, quos pares meritis receperat cœlum, sepulchri quoque
vnius teneret hospitium. Quibus depositis honorificè, atque sociatis de loco ipso vbi beati mar-
tyris effusus erat sanguis, massam puluis secum portaturus abstulit, in qua apparebat cruore ser-
uato, rubuisse martyrum cædem, persecutore pallente. Quibus ita gestis innumera hominum eo-
dem die ad dominum turba conuersa est.

Conuersio multorum.

Germanus infirmatur & restinguit oratione incendium.

Cap. XIX.

Vnde dum redeunt, insidiator inimicus casualibus laqueis præparatis, Germani pedem lapsus
occasione contriuit, ignorans merita illius, sicut Iob beatissimi, afflictione corporis propaganda. Et
dũ aliquãdiu vno in loco infirmitatis necessitate teneretur, in vicina qua manebat casula exarsit in-
B cendium: quod consumptis domibus, quæ illic palustri arundine tegebantur, ad illud habitaculũ in
quo idem iacebat flagris stimulãtibus ferebatur. Cõcursus omnium ad antistitem conuolauit, vt cla-
tis manibus, periculũ quod imminebat, euaderet. Quibus increpatis mouere se, fidei præsumptione,
non passus est. At multitudo omnis desperatione perterrita obuiam currit incendio. Sed vt Dei po-
tentia manifestior appareret, quicquid custodire tẽtauerat turba, cõsumitur: quod verò iacẽs & in-
firmus defenderat, reserato hospitio sancti viri expauescẽs flamma trãsiliuit, vltra citráque desęuiẽs,
& inter globos flammantis incẽdij, incolume tabernaculum, quod habitator inclusus seruabat, emi-
cuit. Exultat turba miraculo, & victam se diuinis virtutibus gratulatur. Excubabat diebus ac nocti-
bus ante tugurium pauperis vulgus sine numero: hi animas curare cupiẽtes, hi corpora. Referri ne-
queunt quæ Christus operabatur in famulo, qui virtutes faciebat infirmus. Et cùm debilitati suæ ni-
hil remedij pateretur adhiberi, quadam nocte candẽtem niueis vestibus vidit sibi adesse personam,
quę manu extensa iacentẽ videretur attollere, eúmque cõsistere firmis vestigiis imperabat. Post quã
C horã ita fugatis doloribus recepit pristinã sanitatẽ, vt die reddito itineris laborẽ subiret intrepidus.

Oratio restinguit incẽdiũ. simile est quod de Daniele scribit Niceph. li. 15. cap. 22.

Germanus vi sione sanatur.

Episcopi Britonibus in pugna cœleste tulerunt auxilium.

Cap. XX.

Interea Saxones Pictíque bellum aduersum Britones iunctis viribus susceperũt, quos eadem
necessitas in castra contraxerat: & cum trepidi partes suas penè impares iudicarent, sanctorum anti-
stitum auxilium petierunt. Qui promissum maturantes aduentum, tantum pauentibus fiduciæ con-
tulerũt, vt accessisse maximus crederetur exercitus. Itaque apostolicis ducibus Christus militabat in
castris. Aderant etiam quadragesimæ venerabiles dies, quos religiosiores reddebat præsentia sacer-
dotum, in tantum vt quotidianis prædicationibus instituti, certatim populi ad gratiam baptismatis
conuolarent. Nam maxima exercitus multitudo vndã lauacri salutaris expetiit, & ecclesia ad diem
resurrectionis dominicę frondibus contexa componitur, atq; in expeditione cãpestri instar ciuitatis
aptatur. Madidus baptismate procedit exercitus, fides feruet in populo, & conterrito armatorũ prę-
sidio, diuinitatis expectatur auxilium. Institutio, vel forma castitatis hostibus nunciatur, qui victo-
riam quasi de inermi exercitu prę sumentes assumpta alacritate festinant, quorũ tamen aduentus ex-
D ploratione cognoscitur. Cúmque emensa solemnitate Paschali, recẽs de lauacro pars maior exerci-
tus arma capere ac bellũ parare tẽtaret, Germanus se ducẽ prælij profitetur. Eligit expeditos, circũ-
iecta percurrit, & è regione qua hostiũ sperabatur aduẽtus, vallẽ circũdatam mediis mõtibus intue-
tur. Quo in loco nouũ cõponit exercitũ ipse dux agminis. Et iã aderat ferox hostiũ multitudo, quam
appropinquare intuebãtur in insidiis cõstituti. Tũc subitò Germanus signifer vniuersos admonet &
prædicat vt voci suæ vno clamore respondeant, securísque hostibus qui se inspiratos adesse confi-
derent, Alleluia tertiò repetitum sacerdotes exclamabant. Sequitur vna vox omniũ, & elatum cla-
more repercusso aere montiũ cõclusa multiplicãt, hostile agmẽ terrore prosternitur, & super se non
solùm rupes circundatas, sed etiã cœli machinam contremiscunt: trepidationíque iniectæ vix suffi-
cere pedum pernicitas credebatur. Passim fugiunt, arma proiiciunt, gaudentes vel nuda corpora eri-
puisse diserimini, plures etiam timore præcipites flumẽ quod transierant, deuorauit. Vltionẽ suam
innocens exercitus intuetur, & victoriæ concessæ ociosus spectator efficitur. Spolia colliguntur ex-
posita, & cœlestis palmæ gaudia miles religiosus amplectitur. Triũphant Põtifices hostibus fusis sine
E sanguine, triũphant victoria fide obtenta, non viribus. Cõposita itaque insula, securitate multiplici,
superatísq; hostibus vel inuisibilibus vel carne conspicuis, reditũ moliuntur pontifices. Quibus tran-
quillam nauigationem, & merita propria, & interces sio beati martyris Albani parauerunt, quietós-
que eos suorum desideriis fœlix carina restituit.

Hoc retulit Sigibertus in annum Christi 433. Gildas verò in 492. ab aduentu autem Anglorum 44. Victoria obtenta precibus.

Pelagiani repullulant.

Cap. XXI. *Huius meminit Boeth. lib. 9. Hist. Scot.*

Nec multò pòst interposito tempore nunciatur ex eadem insula, Pelagianã peruersitatem iteratò
paucis authoribus dilatari. Rursúsque ad beatissimum virum preces sacerdotum omnium deferũtur
vt causam Dei quam prius obtinuerat, tueretur. Quorum petitioni festinus obtemperat. Nam ad-
iuncto sibi Seuero totius sanctitatis viro (qui erat discipulus beatissimi patris Lupi Trecasenorum
Episcopi, & tunc Treueris ordinatus Episcopus, gentibus primæ Germaniæ verbum Dei prædica-
bat) mare conscendit, & consentientibus elementis tranquillo nauigio Britannias petiit. Interea

siniſtri ſpiritus prouolantes totam inſulam Germanam venire inuitis vaticinationibus nunciabãt, F
in tãtum vt Elaſius quidam religionis illius primus in occurſum ſanctorum ſine vlla manifeſti nun-
tij relatione properaret, exhibens ſecum filium, quem in ipſo flore adoleſcentiæ debilitas dolenda
damnauerat. Erat enim areſcentibus neruis contracto poplite, cui per ſiccitatem cruris vſus ve-
ſtigij negabatur. Hunc Elaſium prouincia tota ſubſequitur. Veniunt ſacerdotes, occurrit inſcia
multitudo, confeſtim benedictio & ſermonis diuini doctrina profunditur. Recognoſcunt populum
in ea qua illum reliquerant credulitate, durantẽ intelligũt culpam eſſe paucorum, inquirũt auctores,
inuentóſque condemnant. Tum ſubitò Elaſius pedibus aduoluitur ſacerdotum, offerens filium, cu-
ius neceſſitatem ipſa debilitas etiam ſine precibus allegabat. Fit communis omnium dolor, & præ-
cipuè ſacerdotum, qui conceptam miſericordiam ad diuinam clementiam contulerunt, ſtatúmque
adoleſcentem beatus Germanus ſedere compulit, adtrectat poplitem debilitate curuatum, & per
tota infirmitatis ſpatia medicabilis dextera percurrit, ſalubrémque tactum ſanitas feſtina ſubſequi-
Claudus ſanatur. tur, ariditas ſuccum, nerui officia receperunt, & in conſpectu omnium incolumis patri filius reſtitui-
tur. Implentur populi ſtupore miraculi, & in pectoribus omnium fides catholica inculcata firma- G
tur, prædicatio deinde ad plebem de præuaricationis emendatione conuertitur. Omniúmque
ſententia prauitatis auctores qui erant expulſi inſula, ſacerdotibus adducũtur ad mediterranea defe-
rendi, vt & regio abſolutione, & illi emendatione fruerentur. Factúmque eſt vt illis locis multo
ex eo tempore fides intemerata perduraret. Itaque compoſitis omnibus, beati ſacerdotes ea qua
Germanus moritur. venerant proſperitate redierunt. Porrò Germanus poſt hęc ad Rauennã pro pace Armoricanę gen-
tis ſupplicaturus aduenit, ibſque à Valẽtiniano & Placidia matre ipſius ſumma reuerentia ſuſceptus,
migrauit ad Chriſtum. Cuius corpus honorifico agmine comitantibus virtutum operibus ſuam de-
fertur ad vrbem. Nec multo poſt Valentinianus ab Etij patritij, quem occiderat, ſatellitibus interi-
mitur: anno imperij Marciani ſexto, cum quo ſimul Heſperium concidit regnum.

Britones à bellis quieti exteris, domeſticis ſeſe conficiunt.

CAP. XXII. INTERIM in Britãnia ceſſatum quidem eſt parumper ab externis, ſed non à ciuilibus bellis. Ma-
nebant exterminia ciuitatum ab hoſte dirutarum ac deſertarum, pugnabant contra inuicem qui ho- H
ſtem euaſerãt ciues. Attamen recenti adhuc memoria calamitatis & cladis inflictæ ſeruabãt vtcũque
Reges, Sacerdotes priuati & optimates ſuũ quiq; ordinem. At illis decedẽtibus quũ ſucceſſiſſet ętas
tempeſtatis illius neſcia, & præſentis ſolum ſerenitatis ſtatum experta, ita cuncta veritatis ac iuſtitiæ
moderamina confuſa ac ſubuerſa ſunt, vt nullũ earum non dicam veſtigiũ, ſed ne memoria quidem
præter in paucis & valde paucis vlla appareret. Quin inter alia inenarrabilium ſcelerum facta, quæ
hiſtoricus eorum Gildas flebili ſermone deſcribit, & hoc addebat, vt nunquam genti Saxonum ſi-
ue Anglorum ſecum Britanniam incolenti, verbum fidei prædicandum committerent. Sed non ta-
men diuina pietas plebem ſuam quam præſciuit deſeruit, quin multo digniores genti memoratæ
præcones veritatis per quos crederet, deſtinauit.

Auguſtinus monachus ad prædicandum mittitur.

CAP. XXIII. *Boeth. 9. hiſt. volyd. 4.* SIQVIDEM anno ab incarnatione domini quingenteſimo octogeſimoſecundo Mauritius ab
Auguſto quinquageſimuſquartus imperium ſuſcipiens, vno & viginti annis tenuit. Cuius anno re-
gni decimo Gregorius vir doctrina & actione præcipuus Põtificatũ Romanæ & apoſtolicę ſedis ſor- I
titus, rexit annos tredecim, menſes ſex, & dies decem. Qui diuino admonitus inſtinctu anno deci-
moquarto eiuſdẽ principis, aductus verò Anglorũ in Britanniã anno circiter cẽteſimo quinquage-
Auguſtinus aduerſus Pelag. venit in Angliam. ſimo miſit ſeruum Dei Auguſtinum, & alios plures cum eo monachos timentes dominum, præ-
dicare verbum Dei genti Anglorum. Qui cum iuſſis Pontificalibus obtemperantes, memoratum
opus aggredi cœpiſſent, iámque aliquantum itineris confeciſſent, perculſi timore inerti redire do-
mum potius quàm barbaram, feram, incredulámque gentem, cuius nec linguam quidem noſſent,
adire, cogitabant, & hoc eſſe tutius communi conſilio decernebãt. Nec mora, Auguſtinum, quẽ eis
epiſcopum ordinandum (ſi ab Anglis ſuſciperentur) diſpoſuerat, domum remittunt, qui à beato
Gregorio humili ſupplicatu obtineret, ne tam periculoſam, tam laborioſam, tam incertam perigri-
nationem adire deberent. Quibus ille exhortatorias mittens literas, in opus eos verbi, diuino cõfi-
ſos auxilio, proficiſci ſuadet. Quarum videlicet litterarum iſta eſt forma. *Gregorius ſeruus ſeruorum Dei.*
Quia melius fuerat bona non incipere quàm ab his quæ cœpta ſunt cogitatione retrorſum redire, K
ſummo ſtudio dilectiſſimi filij oportet, vt opus bonũ, quod auxiliante domino cœpiſtis, impleatis.
Nec ergo labor vos itineris, nec maledicorum hominum linguæ deterreant: ſed omni inſtantia,
omníque feruore quæ inchoaſtis Deo autore peragite, ſcientes quòd laborem magnum æternæ
retributionis gloria ſequitur. Remeanti autem Auguſtino præpoſito veſtro, quem & abbatem vo-
Obediendum præpoſito. bis conſtituimus, in omnibus humiliter obedite. Scientes hoc veſtris animabus per omnia profu-
turum quicquid à vobis fuerit in eius admonitione completum. Omnipotens Deus ſua vos gratia
protegat, & veſtri laboris fructum in æterna me patria videre concedat. Quatenus & ſi vobiſcum
laborare nequeo, ſimul in gaudio retributionis inueniat, quia laborare ſcilicet volo. Deus vos incо-
lumes cuſtodiat dilectiſſimi filij. Data die decima Kalendarũ Auguſtarum, imperante Domino no-
ſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimo quarto, poſt Conſulatum eiuſdem domini
noſtri anno decimotertio, indictione decimaquarta.

Pro

Pro ſuſceptione Auguſtini ſcribit Papa Gregorius.

A MISIT etiã tunc iiſdẽ venerandus pontifex ad Etheriũ Arelatenſem Archiepiſcopũ (vt Auguſti- CAP. XXIIII.
num Britanniam peragentem benignè ſuſciperet) litteras, quarũ iſte eſt textus. *Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo fratri Aetherio coepiſcopo Gregorius ſeruus ſeruorum Dei.* Licet apud ſacerdotes habẽtes Deo placi-
tam charitatem religioſi viri nullius commendatione indigeant, quia tamen aptum tempus ſcri-
bendi ſe ingeſſit, fraternitati veſtræ noſtra mittere ſcripta curauimus, inſinuantes latorem præ-
ſentium Auguſtinum ſeruum Dei, de cuius certi ſumus ſtudio cum aliis ſeruis Dei, illuc nos pro
vtilitate animarum auxiliante Domino direxiſſe. Quem neceſſe eſt vt ſacerdotali ſtudio ſanctи-
tas veſtra adiuuare, & ſua ei ſolatia præbere feſtinet. Cui etiã vt promptiores ad ſuffragandum poſſi-
tis exiſtere, cauſam vobis iniunximus ſubtiliter indicare: Scientes quòd ea cognita tota vos propter
Deũ deuotione ad ſolandum, quia res exigit, commoderis. Candidum præterea preſbyterum com-
munem filium, quem ad gubernationẽ patrimoniali eccleſiæ noſtræ tranſmiſimus, charitatis veſtræ
in omnibus cõmendamus. Deus te incolumẽ cuſtodiat reuerendiſſime frater. Data die decima ka-
B lẽdarum Auguſtarum, imperãte Domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto. Anno decimo-
quarto poſt cõſulatum eiuſdem domini noſtri. Anno decimotertio, indictione decimaquarta.

Auguſtinus primò in inſula Taneto Regi Cantuariorum prædicauit.

ROBORATVS ergo cõfirmatione beati patris Gregorij Auguſtinus, cũ famulis Chriſti qui erant CAP. XXV.
cũ eo, rediit in opus verbi, peruenítque Britanniã. Erat eo tempore Rex Edilberthus in Cantio po-
tentiſſimus, qui ad confiniũ vſque Hũbri fluminis maximi, quo meridiani & ſeptẽtrionales Anglorũ
populi dirimũtur, fines imperii tetẽderat. Eſt autẽ ad Orientalẽ Cantii plagã Tanetos inſula nõ mo-
dica, id eſt, magnitudinis iuxta conſuetudinẽ eſtimationis Anglorũ miliariũ ſexcẽtorũ, quã à cõtinẽti *Tanetos inſula.*
terra ſecernit fluuius Vãtſumu, qui eſt latitudinis circiter triũ ſtadiorũ, & duobus tantùm in locis eſt
tranſmeabilis. Vtrũque enim caput protẽdit in mare. In hac ergo applicuit ſeruus domini Auguſti-
nus, & ſocij eius viri (vt fertur) fermè quadraginta. Acceperũt autẽ præcipiente beato Papa Grego-
rio de gente Francorũ interpretes, & mittens ad Edilberthum mãdauit ſe veniſſe de Roma, ac nun-
cium ferre optimum, qui ſibi obtemperantibus æterna in cœlis gaudia, & regnum ſine fine cum
C Deo viuo & vero futurũ, ſine vlla dubietate promitteret. Qui hæc audiens, manere illos in ea quam
audierant inſula, & eis neceſſaria miniſtrari, donec videret quid eis faceret, iuſſit. Nam & antea fa-
ma ad eum Chriſtianæ religionis peruenerat, vtpotè qui & vxorem habebat Chriſtianam de gen-
te Francorum regia, nomine Bertham: quam ea conditione à parentibus acceperat, vt ritum fidei
ac religionis ſuæ cum epiſcopo, quem ei adiutorem fidei dederant nomine Luidhardo, inuiolatam
ſeruare licentiam habęret. Poſt dies ergo venit ad inſulam Rex, & recidens ſub diuo iuſſit Auguſti- *Fidelis nupta gentili.*
num cum ſoeiis ad ſuum ibidem aduenire colloquium. Cauerat autem ne in aliquam domum ad
ſe introirent veteri vſus augurio, ne ſuperuentu ſuo, ſi quid maleficæ artis habuiſſent, cum ſupe-
rando deciperent. At illi non dæmoniaca, ſed diuina virtute prædити veniebant, crucẽ pro vexillo
ferentes argenteam, & imaginem Domini ſaluatoris in tabula depictam, letaniáſque canentes pro
ſua ſimul & eorũ propter quos & ad quos venerãt ſalute æterna, Domino ſupplicabãt. Cúque ad iuſ
ſionẽ Regis reſidẽtes, verbũ ei vitæ vnà cũ omnibus qui aderãt eius comitibus prædicarẽt: reſpondit
D ille dicens, Pulchra ſunt quidem verba & promiſſa quæ affertis, ſed quia noua ſunt & incerta, non
his poſſum aſſenſum tribuere, relictis eis quæ tanto tempore cum omni Anglorum gẽte ſeruaui. Ve-
rùm quia de longè huc peregrini veniſtis, & vt ego mihi videor perſpexiſſe ea, quæ vos vera & opti-
tima credebatis, nobis quoque cõmunicare deſideratis: nolumus moleſti eſſe vobis, quin potius be-
nigno vos hoſpitio recipere, & quæ victui veſtro ſunt neceſſaria, miniſtrare curamus, nec prohibe-
mus quin omnes quos poteſtis, fidei veſtræ religionis prædicãdo ſocietis. Dedit ergo eis manſionẽ
in ciuitate Dorouernẽſi, quæ imperij ſui totius erat Metropolis) eíſq; vt promiſerat, cum adminiſtra-
tione victus tẽporalis: licentiã quoque prædicãdi nõ abſtulit. Fertur autẽ quòd appropinquãtes ciui
tati, more ſuo cũ cruce ſancta & imagine magni regis domini noſtri Ieſu Chriſti, hãc letaniã cõſona
voce modularẽtur: Deprecamur te domine in omni miſericordia tua, vt auferatur furor tuus & ira
tua à ciuitate iſta, & de domo ſancta tua, quoniam peccauimus, alleluya.

Auguſtinus fit epiſcopus, primitiuæ eccleſiæ doctrinam imitatur & vitam.

E AT vbi ſibi datã manſionem intrauerunt, cœperunt Apoſtolicam primitiuæ eccleſiæ vitã imitari, CAP. XXVI.
orationibus videlicet aſſiduis, vigiliis, ac ieiuniis ſeruiendo, verbũ vitæ, quibus poterant, prædicãdo,
cuncta huius mundi velut aliena ſpernẽdo, ea tantùm quæ victui neceſſaria videbantur, ab eis quos
docebãt, accipiẽdo, ſecundum ea quæ docebãt ipſi per omnia viuẽdo, & paratum ad patiendum ad-
uerſa quæq;, vel etiã ad moriendũ pro ea quã prædicabãt veritate, animũ habẽdo. Quid? Crediderũt
nõnulli, & baptizabãtur, mirãtes ſimplicitatẽ innocẽtis vitæ, ac dulcedinẽ doctrinæ eorum cœleſtis.
Erat autẽ propè ipſam ciuitatẽ ad Orientem eccleſia in honorem ſancti Martini antiquitus facta, *Eccleſia S. Martini.*
dum adhuc Romani Britanniam incolerent, in qua regina, quã Chriſtianã fuiſſe prædiximus, ora-
re cõſueuerat. In hac ergo & ipſi primò cõuenire, pſallere, orare, miſſas facere, prędicare, & baptizare
cœperũt, donec Rege ad fidem conuerſo, maiorem prædicandi per omnia, & eccleſias fabricandi,
vel reſtaurandi, licentiã acciperent. At vbi ipſe etiã inter alios delectatus vita mũdiſſima ſanctorum,
& promiſſis eorum ſuauiſſimis, quæ vera eſſe miraculorum quoque multorum oſtenſione firma-

Edilbertus baptizatur. idem Beda li. de ratione temp.

uerunt, credens, baptizatus est, cœpere plures quotidiè ad audiendum verbum confluere, ac relicto gentilitatis ritu, vnitati se sanctæ Christi ecclesiæ credendo sociare. Quorum fidei & cõuersioni ita congratulatus esse Rex perhibetur, vt nullũ tamen cogeret ad Christianismum, sed tãtummodo credẽtes arctiori dilectione quasi cõcives sibi regni cœlestis amplecteretur. Didicerat enim & à doctoribus auctoribúsque suæ salutis, seruitium Christi voluntarium, non coactitium debere esse. Nec distulit, quin etiam ipsis doctoribus suis locum sedis, eorum gradui congruum, in Dorouernia Metropoli sua donaret, simul & necessarias in diuersis speciebus possessiones conferret.

Augustinus Gregorio Papæ quæ sint Britanniæ gesta mandauit.

CAP. XXVII.

INTEREA vir domini Augustinus venit Arelas, & ab archiepiscopo eiusdẽ ciuitatis Ætherio, iuxta quod iussa sancti patris Gregorij acceperãt, Archiepiscopus genti Anglorum ordinatus est. Reuer súsque Britanniam misit continuò Romam Laurentium presbyterum, & Petrũ monachũ, qui beato pontifici Gregorio gentem Anglorum fidem Christi accepisse, ac se episcopum factum esse referrent. Simul & de eis quæ necessaria videbantur, quęstionibus eius consulta flagitans. Nec mora, cõgrua quæstionibus responsa recepit, quæ etiam huic historiæ nostræ commodum duximus indere. G

Interrogatio Augustini episcopi Cantuariorum ecclesiæ. De episcopis, qualiter cum suis clericis conuersentur, vel de his quæ fidelium oblationibus accedunt altari, quantæ debeant fieri portiones, & qualiter episcopus agere in ecclesia debeat.

Resp. 1.

Respondit Gregorius Papa vrbis Romæ, Sacra scriptura testatur (quam te benè nosse dubiũ non est) & specialiter beati Pauli ad Tim. epistolæ, in quibus eũ erudire studuit, qualiter in domo Dei cõuersari debuisset. Mos autẽ sedis apostolicæ est, ordinatis episcopis, præcepta tradere, vt in omni stipẽdio quod accedit, quatuor debeãt fieri portiones. Vna videlicet episcopo & familiæ propter hospitalitatẽ atque susceptionẽ: alia clero: tertia pauperibus: quarta ecclesiis reparãdis. Sed quia fraternitas tua monasterij regulis erudita, seorsũ viuere nõ debet à clericis suis in ecclesia Anglorũ, quę au

Quorum sint Episcopalia bona.

thore Deo nuper adhuc ad fidẽ perducta est, hãc debet conuersationẽ instituere, quæ initio nascẽtis ecclesiæ fuit patribus nostris, in quibus nullus eorum ex his quæ possidebãt aliquid suũ esse dicebat,

Resp. 2.

sed erãt eis omnia cõmunia. Si qui verò sunt clerici extra sacros ordines cõstituti, qui se cõtinere nõ possunt, sortiri vxores debẽt, & stipendia sua exterius accipere. Quia & de iisdem partibus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum quod diuidebatur singulis prout cuique opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum atque prouidendum est, & sub ecclesiastica regula sunt tenẽdi, vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis & cor & linguam & corpus Deo auctore conseruent. Cõmuni autẽ vita viuentibus, iam de faciendis portionibus, vel exhibenda hospitalitate, & adimplẽda misericordia, nobis quid erit loquendum? Cùm omne quod superest, in causis piis ac religiosis erogandũ est: Domino magistro omniũ docente: Quod superest, date elee-

Luc. 11.

mosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

Interr. de vario ritu celebrandi.

Interrogatio Augustini. Cùm vna sit fides, cur sunt ecclesiarũ diuersæ consuetudines, & altera consuetudo missarũ in sancta Romana ecclesia, atque altera in Galliarum tenetur?

Resp. 3.

Respõdit Gregorius Papa, Nouit fraternitas tua Romanæ ecclesiæ consuetudinẽ, in qua se meminit nutritam. Sed mihi placet, vt siue in Romana, siue in Galliarum, seu in qualibet ecclesia, aliquid inueniſti quod plus omnipotẽti Deo possit placere, sollicitè eligas, & in Anglorũ ecclesia quę adhuc I ad fidẽ noua est, institutione præcipua, quę de multis ecclesiis colligere potuisti, infundas. Nõ enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt elige, & hæc quasi in fasciculum collecta, apud Anglorum mentes in

de Sacrilegis.

consuetudinem depone.

Interrogatio Augustini. Obsecro quid pati debeat, siquis aliquid de ecclesia furto abstulit.

Resp. 4.

Respondit Gregorius, Hoc tua fraternitas ex persona furis pẽsare potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam qui habentes subsidia furtum perpetrant, & sunt alij, qui hac in re ex inopia delinquũt. Vnde necesse est, vt quidã dãnis, quidã verò verberibus: & quidam districtius, quidã autem

Correctio.

lenius corrigantur. Et cùm paulò districtius agitur, ex charitate agendum est, non ex furore, quia ipsi hoc præstatur qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. Sic enim nos fidelibus tenere disciplinam debemus, sicut boni patres carnalibus filiis solent, quos & pro culpis verberibus feriunt, & tamen ipsos, quos doloribus affligũt, habere hæredes quærunt: & quæ possident ipsis seruant, quos K irati insequi videntur. Hæc ergo charitas in mente tenẽda est, & ipsa modũ correptionis distet, ita vt mẽs extra rationis regulam omninò nihil faciat. Addes etiã, quomodo ea quæ furto de ecclesiis abstulerunt, reddere debeant. Sed absit vt ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra de vanis quærere.

Resp. 5.

Interrogatio Augustini. Si debeant duo germani fratres singulas sorores accipere, quæ sunt ab illis longa progenie generatæ.

Gradus matrimonij. Resp. 6.

Respondit Gregorius, Hoc fieri modis omnibus licet. Nequaquã enim in sacris eloquiis inuenitur, quod huic capitulo cõtradicere videatur. *Interrogatio Augustini.* Vsq; ad quotam generationẽ debeãt fideles cũ propinquis sibi coniugio copulari. Respõdit Gregorius, Quædã terrena lex in Rom. republica permittit, vt siue frater & soror, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus, ex tali cõiugio sobolem non posse succrescere.

Et

A Et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est, vt iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda, quam diximus, à se omni modo debet abstinere. Cum nouerca autem misceri graue est facinus: quia & in lege scriptum est, Turpitudinem patris tui non reuelabis. Neque enim patris turpitudinem filius reuelare potest: sed quia scriptum est, Erunt duo in carne vna, qui turpitudinem nouercæ, quæ vna caro cum patre fuit, reuelare præsumpserit, profectò patris turpitudinem reuelauit. Cum cognata quoque misceri prohibitũ est, quia per iunctionem priorem càro fratris fuerit facta. Pro qua re etiam Ioannes Baptista capite trũcatus est, & sancto martyrio consummatus. Cui non est dictum, vt Christum negaret, & tamen pro Christi confessione occisus est: sed quia iisdem Dominus noster Iesus Christus dixerat, Ego sum veritas, quia pro veritate Ioannes occisus est, videlicet & pro Christo sanguinem fudit. Quia verò sunt multi in Anglorum gente, qui dum adhuc in infidelitate essent, huic nefando cõiugio dicuntur admixti, ad fidem venientes admonendi sunt vt se abstineant, & graue hoc esse peccatum cognoscant. Tremendum Dei iudicium timeant, ne pro carnali dilectione tormẽta æterni cruciatus incurrant.

Leu. 18.

Gen. 2.

Ioan. 14.

Resp. 7.

Ecclesia multa tolerat vt omnes lucrifaciat.

B Non tamen pro hac re corporis & sanguinis domini communione priuandi sunt, ne in eis illa vlcisci videantur, in quibus se per ignorantiam ante lauacrum baptismatis astrinxerũt. In hoc enim tempore sancta ecclesia quædam per feruorem corrigit, quædam per mansuetudinem tolerat, quædam per considerationem dissimulat, atque ita portat & dissimulat, vt sæpè malum quod aduersatur portando & dissimulando compescat. Omnes autem qui ad fidem veniunt admonendi sunt, ne tale aliquid audeant perpetrare. Si qui autem perpetrauerint, corporis & sanguinis Domini communione priuandi sunt. Quia sicut in his qui per ignorantiam fecerunt, culpa aliquatenus toleranda est, ita in his fortiter insequenda, qui non metuunt sciendo peccare.

Interrogatio Augustini. Si longinquitas itineris magna interiaceat, vt episcopi non facilè valeant cõuenire, an debeat sine aliorum episcoporum præsentia episcopus ordinari?

Resp. 8. Ordinatio episcoporum.

Respondit Gregorius, Et quidem in Anglorum ecclesia, in qua adhuc solus tu episcopus inueniris, ordinare episcopũ nõ aliter, nisi sine episcopis potes. Nam quando de Galliis episcopi veniũt, illi in ordinatione episcopi testes tibi assistant. Sed fraternitatem tuam ita volumus episcopos ordi- C nare, vt ipsi sibi episcopi longo interuallo minimè disiungantur, quatenus nulla sit necessitas, vt in ordinatione episcopi, alij conuenire non possint. Pastores quoque quorum præsentia valdè est vtilis, facilè debeant conuenire. Cum igitur auctore Deo ita fuerint episcopi in propinquis sibi locis ordinati per omnia, episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus vel quatuor episcopis fieri nõ debet. Nam in ipsis rebus spiritalibus, vt sapienter & maturè disponantur, exemplum trahere à rebus etiam carnalibus possumus. Certè enim dũ coniugia in mundo celebrantur, coniugati quique conuocantur, vt qui in via iam coniugij præcesserunt, in subsequentis quoque copulæ gaudio misceantur. Cur non ergo & in hac spiritali ordinatione, qua per sacrum ministerium homo Deo coniũgitur, tales conueniant, qui vel in profectu ordinati episcopi gaudeant, vel pro eius custodia omnipotenti Deo preces pariter fundant?

Interrogatio Augustini. Qualiter debemus cum Galliarum & Britanniarum episcopis agere?

Resp. 9. Arelatensis episcopus.

Respõdit Gregorius, In Galliarũ episcopos nullã tibi auctoritatẽ tribuimus: quia ab antiquis prędecessorũ meorum temporibus pallium Arelatensis episcopus accepit, quem non priuare auctori- D tate percepta minimè debemus. Si igitur contingat vt fraternitas tua ad Galliarũ prouinciã transeat, cũ eodẽ Arelatensi episcopo debet agere, qualiter (si qua sunt vitia in episcopis) corrigãtur. Quia si fortè in disciplinæ vigore tepidus existat, tuæ fraternitatis zelo accẽdendus est. Cui etiã epistolas fecimus, vt cũ tuæ sanctitatis præsentia in Galliis fuerit, ei ipse tota mẽte subueniat, & quæ sunt creatoris nostri iussioni cõtraria, ab episcoporũ moribus cõpescat. Ipse autẽ ex auctoritate propria episcopos Galliarum iudicare non poteris, sed suadendo, blãdiendo, bona quoque opera eorum imitationi monstrando, prauorum mentes ad sanctitatis studia reforma. Quia scriptum est in lege: Per

Deu. 23.

alienam messem transiens, falcem mittere non debet: sed manu spicas conterere & manducare. Falcem enim iudicij mittere non potes in ea segete, quæ alteri videtur esse commissa: sed per effectum boni operis frumenta dominica vitiorum suorum paleis expolia, & in ecclesiæ corpus monendo & persuadendo, quasi mandendo conuerte. Quicquid verò ex auctoritate agendum est, cũ prædicto Arelatensi episcopo agatur, ne prætermitti possit hoc, quod antiqua patrum institutio inuenit. Bri- E tanniarum verò omnes episcopos tuæ fraternitati committimus, vt indocti doceantur, infirmi persuasione roborentur, peruersi auctoritate corrigantur.

prægnans debeat ne baptizari. Zari. Polyd. hist. lib. 4. pag. 64.

Interrogatio Augustini. Si prægnans mulier debeat baptizari? Aut postquam genuerit, post quantum tempus possit ecclesiam intrare? Aut etiam ne morte præoccupetur quod genuerit, post quot dies hoc licet sacri baptismatis sacramenta percipere? Aut post quantum temporis, huic vir suus possit in carnis copulatione coniungi? Aut si menstrua consuetudine tenetur, an ecclesiã intrare ei liceat? Aut sacræ communionis sacramenta percipere? Aut vir suæ coniugi permixtus priusquam lauetur aqua, si ecclesiam possit intrare? Vel etiam ad mysterium communionis sacræ accedere? Quæ omnia rudi Anglorum genti oportet habere comperta.

Resp. 10.

Respondit Gregorius, Hoc non ambigo fraternitatem tuam esse requisitam, cui iam & respõsum reddidisse me arbitror. Sed hoc quod ipse dicere & sentire potuisti, credo quòd mea apud te vo-

luetis responsione firmari. Mulier etenim prægnans cur non debeat baptizari, cùm non sit ante om F
nipotentis Dei oculos culpa aliqua fœcunditas carnis? Nam cùm primi parentes nostri in paradiso
protoparentũ immortalitas peccando perdita. deliquissent, immortalitatem quam acceperant, recto Dei iudicio perdiderũt. Quia itaque iisdem
omnipotens Deus humanũ genus pro culpa sua funditus extinguere noluit, immortalitatẽ homini
pro peccato suo abstulit: & tamen pro benignitate suæ pietatis, fœcunditatem ei sobolis reseruauit.
Quod ergo naturæ humanæ ex omnipotentis Dei dono seruatũ est, qua ratione poterit à sacri ba-
ptismatis gratia prohiberi? In illo quippe mysterio, in quo omnis culpa funditus extinguitur, valdè
stultum est, si donum gratiæ *ei* cõtradicere posse videatur. Cum verò enixa fuerit mulier, post quot
Leu. 12. dies debeat ecclesiam intrare, Testamenti veteris præcepto manifestum est, quod ita habet: Mulier
si suscepto semine pepererit masculũ, triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ.
Omne sanctũ non tangit, nec ingredietur in sanctuariũ, donec impleantur dies purgationis suæ. Sin
autẽ fœminã pepererit, sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Quod tamen
Enixa quando possit ecclesiam intrare dist. 5. can. Si mulier. sciendũ est, quia in mysterio accipitur. Nam si hora eadem qua genuerit actura gratias intret eccle- G
siã, nullo peccati pondere grauatur. Voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem
commixtione voluptas est: nam in prolis prolatione gemitus. Vnde & ipsi primæ matri omniũ Dei
præceptum transgressæ dictum est: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, & in doloribus
Gen. 3. paries. Si itaque enixam mulierem prohibemus ecclesiam intrare, ipsam ei pœnam suam in culpam
deputamus. Baptizare autem vel enixã mulierem, vel hoc quod genuerit, si mortis periculo vrgetur
vel *ipsa* hora eadẽ qua gignit, vel hoc quod gignitur eadẽ qua natũ est, nullo modo prohibetur: quia
sancti mysterij gratia sicut viuẽtibus atque discernẽtibus cũ magna discretione prouidenda est. Ita
his quibus mors imminet, sine vlla dilatione offerenda, ne dũ adhuc tẽpus ad præbendũ redẽptio-
Mater ablactet filiam. Incontinentia nutrices reperit. nis mysterium quæritur, interueniente paululum mora inueniri non valeat qui redimatur. Ad eius
ergo concubitum vir suus accedere nõ debet, quoadusque qui gignitur ablactetur. Praua autẽ con-
suetudo in coniugatorum moribus effecit vt mulieres filios quos gignunt nutrire contẽnant, eósq;
aliis mulieribus ad nutriendum tradant, quod videlicet ex sola causa incontinentiæ videtur inuen-
tum : quia dum *se continere nolunt, delpiciunt lactare quos gignunt*. Hæ itaque quæ filios suos H
praua ex consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus transierit, viris suis non
debent admiscerì. Quippè & sine partus causa, quum in consuetis suis menstruis detinentur, viris
suis miscerì prohibentur, ita vt morte lex sacra feriat si quis vir ad menstruatam mulierem accedat.
Leuit. 18. 20. Quæ tamen mulier dum consuetudinem menstruam patitur, prohiberi ecclesiam intrare non de-
bet: quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet reputari, & per hoc quod inuita patitur, iustum
Matth. 9. non est vt ingressu ecclesiæ priuetur. Nouimus namq; quòd mulier quæ fluxũ patiebatur sanguinis,
post tergum Domini humiliter veniens, vestimenti eius fimbriam tetigit, atque ab ea statim sua in-
firmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit Domini vestimentũ tãgere, cur
quæ menstruũ sanguinis patitur, ei non liceat Domini ecclesiã intrare? Sed dicis, Illã infirmitas com-
pulit, has verò de quibus loquimur, consuetudo constringit. Perpende autẽ frater charissime : quia
Infirmitates & passiones ex peccato & post peccatum omne quod in hac mortali carne patimur ex infirmitate naturæ, est digno Dei iudicio post culpam
ordinatũ. Esurire namq;, sitire, æstuare, algere, lacessere, ex infirmitate naturę est. Et quid est aliud cõ
tra famẽ alimenta, contra sitim potũ, contra æstũ auras, contra frigus vestẽ, contra lassitudinem re- I
quiẽ quærere, nisi medicamentum quoddã contra ægritudines explorare? Fœminæ itaque & men-
struus sui sanguinis fluxus ægritudo est. Si igitur bene præsumpsit quæ vestimentum Domini in
lãguore posita tetigit, quod vni personæ infirmãti cõceditur, cur nõ concedatur cunctis mulieribus
quæ naturæ suæ vitio infirmantur? Sanctæ autẽ communionis mysterium in iisdem diebus percipe-
re non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere nõ præsumit, laudãda est: sed si
Sine culpa agitur, quod venit ex culpa. perceperit, nõ iudicãda. Bonarum quippe mentiũ est, & ibi aliquo modo culpas suas agnoscere, vbi
culpa non est: quia sæpè sine culpa agitur, quod venit ex culpa. Vnde etiam cũ esurimus sine culpa,
comedimus autẽ ex culpa primi hominis, qua factum est vt esuriamus. Menstrua enim consuetudo
mulieribus non aliqua culpa est, videlicet quia naturaliter accidit: sed tamen quia natura ipsa ita vi-
tiata est, vt etiã sine volũtatis studio videatur esse polluta, ex culpa venit vitium, in quo se ipsa, qualis
per iudiciũ facta sit, humana natura cognoscat. Et homo qui culpã sponte perpetrauit, reatum culpę
portet inuitus. Atque ideò fœminæ cum semetipsas considerant, si in menstrua consuetudine ad K
sacramentum dominici corporis & sanguinis accedere nõ præsumunt, de sua recta consideratione
Menstruatas communicare vel non communicare, indifferens. Mat. 15. laudãdæ sunt. Dũ verò percipiẽdo ex religiosæ vitæ cõsuetudine eiusdẽ mysterij amore rapiũtur, re-
primẽdæ (sicut prædiximus) nõ sunt. Sicut enim in Testamẽto veteri exteriora opera obseruãtur, ita
in Testamẽto nouo non tam quod exterius agitur, quàm id quod interius cogitatur, sollicita inten-
tione attenditur, vt subtili sententia puniatur. Nam cùm multa lex velut immunda manducare pro
hibeat, in Euangelio tamen dominus dicit: Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quæ
exeunt de ore, illa sunt quæ coinquinant. Atque paulò pòst subiecit exponens: Ex corde exeũt co-
gitationes malæ. Vbi vbertim indicatum est, quòd illud ab omnipotẽti Deo pollutum esse in opere
Tit. 1. ostenditur, quod ex pollutæ cogitationis radice generatur. Vnde Paulus quoq; apostolus dicit: Om-
nia mũda mundis, coinquinatis autẽ & infidelibus nihil est mundũ. Atque mox eiusdẽ causam coin
quinationis annuncians subiungit: Coinquinata sunt enim & mens eorum & conscientia. *Si ergo*
ei

A ei cibus immundus non est, cui mens immunda non fuerit, cur quòd munda mente mulier ex na-
tura patitur, ei in immunditiam reputetur? Vir autem cũ propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua
intrare ecclesiam non debet, sed neque lotus statim intrare debet. Lex autẽ veteri populo præcipit, *Leu. 15.*
vt mixtus vir mulieri & lauari aqua debeat, & ante solis Occasum ecclesiã non intrare. Quod tamen
intelligi spiritaliter potest, quia mulieri vir miscetur, quando illicitæ cõcupiscẽtiæ animus in cogita
tione per delectationem coniungitur. Quia nisi prius ignis concupiscentiæ à mente defecerit, di-
gnum se congregationi fratrum æstimare non debet, qui se grauari per nequitiam prauæ voluntatis
videt. Quamuis enim de hac re diuersæ hominũ nationes diuersa sentiãt, atq; alia custodire videan-
tur: Romanorum tamen semper ab antiquioribus vsus fuit, post admixtionem propriæ coniugis, &
lauacri purificationem quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum reuerenter abstinere. Nec hæc di-
centes culpam deputamus esse coniugium, sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate *Vir mixtus mulieri lauat & abstinet ab ecclesia.*
carnis fieri non potest, à sacri loci ingressu abstinendum est: quia voluptas ipsa esse sine culpa nulla-
B tenus potest. Non enim de adulterio, vel fornicatione, sed de legitimo coniugio natus fuerat, qui
dicebat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Qui enim
in iniquitatibus conceptum se nouerat, in delicto se natũ gemebat, quia portat arbor in ramo humo
rẽ vitij, quem traxit ex radice. In quibus tamẽ verbis non admixtionẽ coniugũ iniquitatem nomi-
nat, sed ipsam videlicet voluptatẽ admixtionis. Sunt etenim multa quæ licita esse probãtur ac legi-
tima, & tamẽ in eorũ actu aliquatenus fœdamur. Sicut sæpè ira scẽdo culpas insequimur, & trãquil-
litatem in nobis animi perturbamus: & cum rectũ sit quod agitur, non est tamen approbabile, quòd
in eo animus perturbatur. Contra vitia quippè delinquentium iratus fuerat, qui dicebat: Turbatus
est præ ira oculus meus. Quia enim non valet, nisi tranquilla, mens in cõtemplationis se lucem sus-
pendere, in ira suum oculum turbatum dolebat. Quia dum malè acta deorsum insequitur, confundi
atque turbari à summorum contemplatione cogebatur. Est ergo laudabilis ira contra vitium, & ta-
men molesta, quia turbatum se aliquem reatum incurrisse æstimat. Oportet itaque legitima carnis
copula vt causa prolis sit, nõ voluptatis: & carnis commixtio, creandorum liberorum sit gratia, non *Quorsum copula carnis.*
C satisfactio vitiorum. Si quis verò sua cõiuge, non cupidine voluptatis raptus, sed solummodo crean-
dorum liberorũ gratia vtitur, iste profectò siue de ingressu ecclesiæ, siue de sumendo dominici cor-
poris sanguinisque mysterio, suo est relinquẽdus iudicio, quia à nobis prohiberi non debet accipe-
re, qui in igne positus nescit ardere. Cùm verò non amor procreandæ sobolis, sed voluptas domina-
tur in opere commixtionis, habent coniuges etiam de sua commixtione quod defleant. Hoc enim
eis concedit sancta prædicatio, & tamen de ipsa cõcessione metu animum concutit. Nam cũ Paulus *1. Corinth. 7*
apostolus Corinthiis scribens diceret, Qui se cõtinere nõ potest, habeat vxorem suã, statim subiun-
gere curauit, Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Nõ enim indul-
getur quod licet, quia iustum est. Quod igitur indulgere dixit, culpã esse demõstrauit. Vigilanti verò
mente pensandũ est, quòd in Sina mõte Dominus locuturus ad populum, prius eundem populũ ab- *Exo. 19.*
stinere à mulieribus præcepit. Et si illic vbi dominus per creaturã subditã hominibus loquebatur,
tanta prouisione est munditia corporis requisita, vt qui verba Dei perciperẽt, mulieribus mixti non
essent: quãto magis mulieres quæ corpus Domini omnipotentis accipiũt, custodire in se mũditiam
D carnis debent, ne ipsa inæstimabilis mysterii magnitudine grauentur. Hinc etenim ad Dauid de *1. Re. 21.*
pueris suis per sacerdotẽ dicitur, vt si à mulieribus mũdi essent, panes *propositionis* acciperent quos
omnino nõ acciperent, nisi prius mũdos eos Dauid à mulieribus fateretur. Tũc autem vir qui post
admixtionem coniugis lotus aqua fuerit, etiam sacræ communionis mysterium valet accipere, cùm
ei iuxta præfinitam sententiam etiam ecclesiam licuerit intrare.

Interrogatio Augustini. Si post illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel corpus Domini qui-
libet accipere valeat, vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare?

Responsio Gregorius, Hunc quidem testamentum veteris legis, sicut & in superiori capitulo iam *Resp. 11.*
diximus, pollutum dicit, & nisi lotum aqua ei vsque ad vesperã intrare ecclesiã non cõcedit. Quod *Somnia turpia arcent à mensa dominica Iust. martyr. quæst. gent. 21 in decret. dist. 6. c. quia verò*
tamẽ aliter populus spiritalis intelligens, sub eodẽ intellectu accipiet quo præfati sumus, quia quasi
per somnium illuditur, qui tentatus immunditia veris imaginibus in cogitatione inquinatur, sed la-
uãdus est aqua, vt culpas cogitationis lachrymis abluat. Et nisi prius ignis tentationis recesserit, reũ
E se quasi vsq; ad vesperũ cognoscat. Sed est in eadem illusione valdè necessaria discretio, quæ subtili-
ter pensari debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex
naturæ superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione cõtingit. Ita & quidam cũ ex naturæ
superfluitate vel infirmitate euenerit, omnimodo hæc illusio nõ est timenda: quia hanc animus ne-
sciẽs pertulisse magis dolendũ est, quàm fecisse. Cũ verò vltra modũ appetitus gulæ in sumendis ali
mentis rapitur, atque idcirco humorũ receptacula grauãtur, habet exindè animus aliquem reatum,
non tamen vsque ad prohibitionem percipiendi sancti mysterij, vel missarum solemnia celebrandi,
cum fortasse aut festus dies exigit, aut exhiberi mysterium (pro eo quòd sacerdos alius in loco deest)
ipsa necessitas cõpellit. Nam si adsunt alij, qui implere mysterium valeant, illusio per crapulã facta à
perceptione sacri mysterij prohibere nõ debet: sed ab immolatione sacri mysterij abstinere (vt arbi-
tror) humiliter debet, si tamen dormientis mentẽ turpi imaginatione nõ cõcusserit. Nã sunt quibus
ita plerunq; illusio nascitur, vt eorũ animus etiã *in sõno corporis* positus turpibus imaginationibus

non fœdetur. Qua in re vnum ibi oſtenditur ipſa mens rea, non tamen vel ſuo iudicio libera, cũ ſe, F etſi dormienti corpore nihil meminit vidiſſe, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluuiem cecidiſſe. Si verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio dormientis, patet animo ſuus reatus. Vidit enim à qua radice inquinatio illa proceſſerit, quia quod cogitauit ſciẽs, hoc protulit neſciẽs. Sed penſandũ eſt, ipſa cogitatio vtrũ ſuggeſtione, an delectatione, vel, quod maius eſt, peccati cõſenſu ac ciderit. Tribus etenim modis impletur omne peccatum, videlicet ſuggeſtione, delectatione, cõſenſu. Suggeſtio quippè fit per diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritũ. Quia & primam culpam ſerpens ſuggeſſit, Eua velut caro delectata eſt, Adam verò velut ſpiritus conſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio, vt inter ſuggeſtionem atque delectationem, inter delectationem & cõſenſum, iudex ſui animus præſideat. Cum enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente, ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omnimodo perpetratum non eſt. Cùm verò delectari caro cœperit, tunc peccatum incipit naſci. Si autẽ ex deliberatione conſentit, tunc peccatum cognoſcitur perfici. In ſuggeſtione igitur peccati initium eſt, in delectatione fit nutrimentum, in conſenſu perfectio. Et ſæpè cõtingit vt hoc quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro in delectatio- G nem trahat, nec tamen anima eidem delectationi conſentiat. Et cum caro delectari ſine anima nequeat, ipſe tamẽ animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquomodo ligatur inuitus, vt ei ex ratione contradicat, nec conſentiat, & tamen delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe vehemẽter ingemiſcat. Vnde & ille cœleſtis exercitus præcipuus miles gemebat, dicẽs: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Si autem captiuus erat, minimè pugnabat, ſed & ſi pugnabat, quare captiuus erat? Repugnabat igitur legi mẽtis, cui lex quæ in membris eſt repugnabat. Si autem pugnabat, captiuus non erat. Ecce itaque, homo eſt (vt ita dixerim) captiuus & liber. Liber ex iuſtitia quam diligit: captiuus ex delectatione quam portat inuitus.

Tribus modis peccatum impletur.

Roman. 7.

Hucuſque reſponſiones beati Papæ Gregorij ad cõſulta reuerendiſſimi antiſtitis Auguſtini. Epiſtolam verò quam ſe Arelatenſi epiſcopo feciſſe commemorat, ad Vergilium Ætherij ſucceſſorem dederat: cuius hæc forma eſt. H

Gregorij epiſtola Arelatenſi epiſcopo pro adiuuando in opere Dei Auguſtino.

CAP. XXVIII.

REVERENDISSIMO & ſanctiſſimo fratri Vergilio coepiſcopo Gregorius ſeruus ſeruorum Dei. Quantus ſit affectus venientibus ſpontè fratribus impendendus, ex eo quòd plerunque ſolent charitatis cauſa inuitari, cognoſcitur. Et ideo ſi communem fratrem Auguſtinum epiſcopum ad vos venire contigerit, ita illũ dilectio veſtra ſicut decet affectuosè dulcitérque ſuſcipiat, vt & ipſum conſolationis ſuæ honore foueat, & alios qualiter fraterna charitas dolenda ſit, doceat. Et quoniã ſæpius cueI nit vt hi qui lõgè ſunt poſiti, prius ab aliis quæ ſunt emẽdata cognoſcãt: ſi quas fortaſſe fraternitati veſtræ ſacerdotum vel aliorum culpas intulerint, vna cum eo reſidẽtes ſubtili cũcta inueſtigatione perquirite. Et ita vos in ea quæ Deũ offendunt, & ad iracundiam prouocant, diſtrictos ac ſollicitos exhibete, vt ad aliorum emendationẽ & vindicta culpabilem feriat, & innocẽtem falſa opinio non affligat. Deus te incolumẽ cuſtodiat, reuerẽdiſſime frater. Data die decimo kalendarum Iuliarũ, imperante Domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimooctauo, poſt cõſulatum ciuſdem domini noſtri anno decimonono, indictione quarta.

Gregorius Auguſtino pallium, epiſtolam cooperatoréſque verbi miniſtrat.

CAP. XXIX. *Cooperatores Auguſtini.*

PRÆTEREA idem papa Gregorius Auguſtino epiſcopo (quia ſuggeſſerat ei multam quidẽ ſibi eſſe meſſem, ſed operarios paucos) miſit cũ præfatis legatariis ſuis plures cooperatores ac verbi miniſtros, in quibus primi & præcipui erãt Mellitus, Iuſtus, Paulinus, Rufinianus, & per eos generaliter vniuerſa, quæ ad cultum erant ac miniſterium Eccleſiæ neceſſaria, vaſa videlicet ſacra & veſtimẽta altarium, ornamenta quoque eccleſiarum, & ſacerdotalia vel clericalia indumẽta, ſanctorum etiam apoſtolorum ac martyrum reliquias: necnon & codices plurimos. Miſit etiam literas, in quibus ſignificat, ſe ei pallium direxiſſe, ſimul & inſinuat qualiter epiſcopos in Britannia cõſtituere debuiſſet, quarum literarum iſte eſt textus.

Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo fratri Auguſtino coèpiſcopo Gregorius ſeruus ſeruorum Dei. Cum certum ſit, pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reſeruari, nobis tamen eis neceſſe eſt honorum beneficia tribuere, vt in ſpiritalis operis ſtudio ex remuneratione valeant multiplicius inſudare. Et quia noua Anglorum eccleſia ad omnipotentis Dei gratiã, eodẽ domino largiẽte, & te laborante perducta eſt, vſum tibi pallij in ea ad ſola miſſarum ſolennia agẽda cõcedimus, ita vt per loca ſingula duodecim epiſcopos ordines, qui tuæ ſubiacẽt ditioni, quatenus Lundonienſis ciuitatis epiſcopus ſemper in poſterum à ſynodo propria debeat conſecrari, atque honoris palliũ ab hac ſancta & apoſtolica (cui Deo auctore deſeruio) ſede percipiat. Ad Eboracũ verò ciuitatẽ te volumus Epiſcopũ mittere, quem ipſe iudicaueris ordinare, ita dũtaxat vt ſi eadem ciuitas cum finitimis locis verbũ Dei receperit, ipſe quoque duodecim epiſcopos ordinet, & Metropolitani honore perfruatur: quia ei quoq; (ſi vita comes fuerit palliũ tribuere domino faucẽte diſponimus, quem tamen tuæ fraternitatis volumus diſpoſitioni ſubiacere. Poſt obitum verò tuum ita epiſcopis quos ordinauerit præſit, vt Londonienſis epiſcopis nullo modo ditioni ſubiaceat. Sit verò inter Lundonienſis & Eboracenſis ciuitatis epiſcopos in poſterũ honoris iſta diſtinctio, vt ipſe prior habeatur, qui prius fuerit

Ordinatio epiſcoporum Anglia.

A fuerit ordinatus. Communi autem conſilio, concordi actione quæque ſunt pro Chriſti zelo agenda, diſponãt vnanimiter, rectè ſentiant, & ea quæ ſenſerint, non ſibimet diſcrepando perficiant. Tua verò fraternitas nõ ſolũ eos epiſcopos quos ordinauerit, neq; hos tantũmodo qui Eboraci per epiſcopũ fuerint ordinati, ſed etiã omnes Britanniæ ſacerdotes habeat Deo Domino noſtro Ieſu Chriſto auctore ſubiectos. Quatenus ex lingua & vita tuæ ſanctitatis & rectè credẽdi, & benè viuẽdi normã percipiant, atque officiũ ſuum fide ac moribus exequentes ad cœlèſtia quum Dominus voluerit regna pertingant. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. Data die decima kalendarũ Iuliarum, imperante domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimonono, poſt conſulatum eiuſdem domini anno decimooctauo, indictione quarta.

Exemplar epiſtolæ B. Greg. ad Mellitum Abb.

CAP. XXX. AB EVNTIBVS autem præfatis legatariis, miſit poſt eos beatus pater Gregorius literas memoratu dignas: in quibus apertè, quàm ſtudioſè erga ſaluationẽ noſtræ gentis inuigilauerit, oſtẽdit, ita ſcribens: *Dilectiſſimo filio Mellito Abbati Gregorius ſeruus ſeruorum Dei.* Poſt diſceſſum congregationis no- B ſtræ quæ tecum eſt, valdè ſumus ſuſpenſi redditi: quia nihil de proſperitate veſtri itineris audiſſe nos contigit. Quum ergo Deus omnipotens vos ad reuerendiſſimum virum fratrem noſtrum Auguſtinum epiſcopum perduxerit, dicite ei quid diu mecum de cauſa Anglorum cogitans tractaui, videlicet quòd fana idolorum deſtrui in eadem gente minimè debeant: ſed ipſa quę in eis ſunt idola deſtruantur: aqua benedicta fiat, in eiſdem fanis aſpergatur, altaria conſtruãtur, reliquiæ componãtur. Quia ſi fana eadem benè conſtructa ſunt, neceſſe eſt vt à cultu dæmonum in obſequia veri Dei debeant cõmutari, vt dum gens ipſa eadẽ fana ſua nõ videt deſtrui, de corde errorẽ deponat, & Deum verũ cognoſcens ac adoràs ad loca quæ conſueuit, familiariùs concurrat. Et quia boues ſolent in ſacrificio dæmonũ multos occidere, debet eis etiam hac de re aliqua ſolẽnitas immutari. Vt die dedicationis vel natalitiis ſanctorũ martyrum, quorũ illic reliquiæ ponũtur tabernacula ſibi circa caſdẽ eccleſias, quæ ex fanis cõmutatę ſunt, de ramis arborũ faciant, & religioſis conuiuiis ſolẽnitatem celebret, nec diabolo iam animalia immolẽt, ſed ad laudem Dei in eſu ſuo animalia occidant, & do- C natori omniũ de ſatietate ſua gratias referant, vt dum eis aliqua exterius gaudia reſeruantur ad interiora gaudia conſentire facilius valeant. Nã duris mẽtibus ſimul omnia abſcindere impoſſibile eſſe non dubiũ eſt: quia & is qui ſummũ locum aſcendere nititur, gradibus vel paſſibus, nõ autẽ ſaltibus eleuatur. Sic Iſraëlitico populo dominus in Ægypto quidem innotuit, ſed tamen eis ſacrificiorum vſus, quæ diabolo ſolebat exhibere in cultu proprio reſeruauit, vt eis in ſuo ſacrificio animalia immolare præciperet, quatenus cor mutãtes, aliud de ſacrificio amitterẽt, aliud retinerẽt, vt & ipſa eſſent animalia, quæ offerre conſueuerant, vero tamen Deo hæc & non idolis immolantes, iam ſacrificia ipſa nõ eſſent. Hæc igitur dilectionẽ tuã prædicto fratri neceſſe eſt dicere, vt ipſe in præſẽti illic poſitus perpẽdat qualiter omnia debeat diſpẽſare. Deus te incolumẽ cuſtodiat dilectiſſime fili. Data die decima quinta kalendarũ Iuliarum, imperãte domino noſtro Mauricio Tiberio piiſſimo Auguſto anno decimonono, poſt conſulatum eiuſdem domini anno decimooctauo, indictione quarta.

Aqua benedicta.

Dedicationis iucunditas.

Gregorius hortatur Auguſt. ne miraculorum gratia ſuperbiat.

CAP. XXXI. *Elationis periculum.*

D Quo in tempore miſit etiam Auguſtino epiſtolam ſuper miraculis, quæ per eũ facta eſſe cognouerat, in qua eum ne per illorum copiã periculũ elationis incurreret, his verbis hortatur: Scio frater chariſſime, quia omnipotens Deus per dilectionem tuam in gentem quam eligi voluit magna miracula oſtendit. Vnde neceſſe eſt vt de eodem dono cœlſti & timendo gaudeas, & gaudẽdo pertimeſcas. Gaudeas videlicet, quia Anglorũ animæ per exteriora miracula ad interiorẽ gratiã pertrahuntur: pertimeſcas verò, ne inter ſigna quæ fiunt infirmus animus in ſua præſumptione ſe eleuet, & vnde foris in honorẽ tollitur, inde per inanẽ gloriã intus cadat. Meminiſſe etenim debemus, quòd diſcipuli cũ gaudio à prædicatione redeũtes, dum cœleſti magiſtro dicerent: Domine in nomine tuo etiã dæmonia nobis ſubiecta ſunt, protinus audierunt: Nolite gaudere ſuper hoc, ſed potius gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo. In priuata enim & tẽporali lætitia mentem poſuerant, qui de miraculis gaudebãt. Sed de priuato ad communẽ & de temporali ad æternã lætitiam reuocãtur, quibus dicitur: In hoc gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo. Nõ enim omnes electi miracula faciunt, ſed tamẽ eorũ nomina omniũ in cœlo tenẽtur adſcripta. Veritatis etenim diſcipulis eſſe gaudiũ nõ debet, niſi de eo bono quod cõmune cũ omnibus habẽt, & in quo finem lætitiæ non E habẽt. Reſtat itaque frater chariſſime, vt inter ea quæ operante domino exterius facis ſemper te interius ſubtiliter iudices, ac ſubtiliter intelligas, & temeipſum quis ſis, & quanta ſit in eadẽ gente gratia, pro cuius cõuerſione etiã faciendorũ ſignorũ dona percepiſti. Et ſi quando te creatori noſtro ſeu per linguã ſeu per opera reminiſceris deliquiſſe, ſemper hæc ad memoriã reuoces, vt ſurgentẽ cordis gloriã memoria reatus premat. Et quicquid de faciendis ſignis acceperis vel accepiſti, hæc non tibi, ſed eis deputes donata pro quorum tibi ſalute collata ſunt.

Faſtum deprimit delicti recordatio.

B. Gregorius Edilberto Regi literas & dona mittit.

CAP. XXXII MISIT & idẽ beatus Papa Gregorius eodem tempore etiam Regi Edilbertho epiſtolam, ſimul & dona in diuerſis ſpeciebus perpulchra, temporalibus quoque honoribus Regem glorificare ſatagens, cui gloriæ cœleſtis ſuo labore & induſtria notitiam proueniſſe gaudebat. Exemplar autem præfatæ epiſtolæ hoc eſt.

Reges bonos cur deus promoueat.

Domino gloriosissimo atque præcellentissimo filio Edilbertho Regi Anglorum Gregorius episcopus. Propter hoc F omnipotens Deus bonos quosque ad regimina populorum perducit, vt per eos omnibus quibus prælati fuerint dona suæ pietatis impendat. Quod in Anglorum gente factum cognouimus, cui vestra gloria est id circo præposita, vt per bona quæ vobis concessa sunt, etiam subiectæ vobis gẽti superna beneficia præstarentur. Et ideò glorioſe fili eam quam accepisti diuinitus gratiã sollicita mente custodi, Christianámque fidem in populis tibi subditis extendere festina, zelũ rectitudinis tuę in eorum multiplica conuersione, idolorum cultus insequere, fanorũ ędificia euerte, subditorũ mores ex magna vitæ mũditia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigẽdo, & boni operis exẽpla monstrando ædificia, vt illum retributorem inuenias in cœlo, cuius nomen atque cognitionem dilataueris in terra. Ipse enim vestræ quoque glorię, nomen etiã posteris gloriosius reddet, cuius vos honorẽ quæritis & seruatis in gentibus. Sic etenim Constantinus quondã piissimus Imperator Romanã rempublicam à peruersis idolorum cultibus reuocans, omnipotenti Deo domino nostro Iesu Christo secum subdidit, sęque cum subiectis populis tota ad Deũ mente cõuertit. Vnde factum est vt antiquorum principum nomen suis vir ille laudibus vinceret, & tanto in opinione præcessores G suos quanto & in bono opere superaret. Et nunc itaque vestra gloria cognitionem vnius Dei patris & filij & spiritussancti Regibus ac populis sibimet subiectis festinet infundere, vt & antiquos gentis suæ Reges laudibus ac meritis transeat, & quãto in subiectis suis etiã aliena peccata deterserit, tanto etiam de peccatis propriis ante omnipotentis Dei terribile examen securior fiat. Reuerendissimus

Augustini laus.

frater noster Augustinus Episcopus in monasterij regula doctus, sacræ scripturæ scientia repletus, bonis auctore Deo operibus præditus, quæque vos admonet libẽter audite, deuotè peragite, studio sè in memoria reseruate. Quia si vos eum in eo quod pro omnipotẽti Deo loquitur auditis, idẽ omnipotẽs Deus hũc pro vobis exorantẽ celerius exaudiet. Si enim (quod absit) verba eius postponitis, quomodo eum omnipotens Deus poterit audire pro vobis, quem vos negligitis audire pro Deo? Tota igitur mente cum eo vos in feruore fidei stringite, atquę ad nisum illius virtute quam vobis diuinitus tribuit adiuuãte, vt regni sui vos ipse faciat participes, cuius vos fidẽ in regno vestro recipi facitis & custodiri. Præterea scire vestrã gloriã volumus, quòd sicut in scriptura sacra ex verbis H *domini omnipotẽtis* agnoscimus, præsentis mundi iam terminus iuxta est, & sanctorum regnũ venturum est, quod nullo vnquam poterit fine terminari. Appropinquante autẽ eodem mundi termino, multa imminent quæ antea non fuerunt, videlicet immutationes aëris, terroréque de cœlo, & cõtra ordinem temporũ tempestates, bella, fames, pestilentiæ, terręmotus, per loca, quæ tamen non omnia nostris diebus ventura sunt, sed post nostros dies omnia subsequentur. Vos itaque si qua ex his euenire in terra vestra cognoscitis, nullo modo animum vestrum perturbetis: quia idcirco hæc

De his est legẽdus Ephrẽ.

signa de fine seculi præmittuntur, vt de animabus nostris debeamus esse solliciti, de mortis hora suspecti, & vẽturo iudici in bonis actibus inueniamur esse præparati. Hæc nunc glorioſe fili paucis locutus sum, vt cũ Christiana fides in regno vestro excreuerit, nostra quoq; locutio apud vos latior excrescat, & tanto plus loqui libeat, quanto se in mente nostra gaudia de gentis vestræ perfecta cõuersione multiplicant. Parua autem xenia transmisi, quæ vobis parua non erunt, quũ à vobis exbeati Petri apostoli fuerint benedictione suscepta. Omnipotẽs itaque Deus in vobis gratiam suã quam cœpit perficiat, atque vitam vestram & hic per multorum annorum curricula extendat, & post lõga tempora in cœlestis vos patriæ congregatione recipiat. Incolumem excellentiã vestram gratia superna custodiat, domine fili. Data die decima kalendarum Iuliarum, imperãte domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto, anno decimonono, post consulatum eiusdem anno decimooctauo, indictione quarta.

Augustinus ecclesiam saluatoris instaurat, & monasterium fundat B. Petri Apostoli.

CAP. XXXIII. *Ecclesia S. Saluatoris.*

AT Augustinus vbi in regia ciuitate sedem episcopalem (vt prædiximus) accepit, recuperauit in ea, regio fultus adminiculo, ecclesiam quam ibi Romanorum antiquorũ fidelium opere factã fuisse didicerat, & eã in nomine sancti Saluatoris Dei & domini nostri Iesu Christi sacrauit, atque ibidẽ sibi habitationem statuit & cunctis successoribus suis. Fecit autem & monasterium non longè ab ipsa ciuitate ad Oriẽtem, in quo eius hortatu Edelbert ecclesiã beatorũ Apostolorum Petri & Pauli à fundamentis constr uxit, ac diuersis donis ditauit, in qua & ipsius Augustini & omnium episcoporum Dorouernien sium, simul & Regum Cantij poni corpora possent. Quam tamen ecclesiam non K ipse Augustinus, sed successor eius Laurentius consecrauit. Primus autem eiusdem monasterij abbas Petrus presbyter fuit, qui legatus Galliam missus, demersus est in sinu maris, qui vocatur Ampleat, & ab incolis loci ignobili traditur sepulturæ: sed omnipotens Deus vt qualis meriti vir fuerit demonstraret, omni nocte supra sepulchrum eius lux cœlestis apparuit, donec animaduertentes

Deus honorat sepulturam sanctorum.

vicini qui videbant sanctum fuisse virum, qui ibi esset sepultus, & inuestigantes vnde & quis esset, abstulerunt corpus, & in Bononia ciuitate iuxta honorem tanto viro congruũ in ecclesia posuerunt.

Edelfridus rex Nord Humbrorum, Scottos oppugnans Anglia pellitur.

CAP. XXXIIII. *Edelfridi regis laus.*

HIS temporibus Norda Humbrorum regno præfuit rex fortissimus & gloriæ cupidissimus Edelfridus, qui plus omnibus Anglorũ primatibus gentẽ vastabat Britonum, ita vt Sauli quondam Rẽgi Israeliticæ gentis cõparandus videretur, excepto dũtaxat hoc, quòd diuinæ erat religionis ignarus. Nemo enim in tribunis, nemo in regibus plures eorũ terras, exterminatis vel subiugatis indigenis, aut tributarias genti Anglorũ, aut habitabiles fecit. Cui meritò poterat illud, quod benedicens filium

A filium Patriarcha in persona Saulis dicebat, aptari: Beniamin lupus rapax, mane cõmedet prædam, & vespere diuidet spolia. Vnde motus eius profectibus Edan Rex Scottorum qui Britanniam inhabitant, venit contra eum cum immenso ac forti exercitu, sed cum paucis victus aufugit. Siquidem in loco celeberrimo, qui dicitur Degsaſten, id est, degsa lapis, omnis penè eius est cæsus exercitus. In qua etiam pugna Theodbaldus frater Edilfridi cum omni illo quem ipse ducebat exercitu peremptus est. Quod videlicet bellum Edilfridus anno ab incarnatione domini sexcentesimotertio, regni autem sui, quod vigintiquatuor annis tenuit, anno vndecimo perfecit. Porrò anno Focatis, qui tum regni Romani apicem tenebat, primo. Neque ex eo tempore quisquam regum Scottorum in Britanniam aduersus gentem Anglorum vsque ad hanc diem in prælium venire audebat.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
GENTIS ANGLORVM,
LIBER II.

B *De obitu beati Papæ Gregorij.*

CAP. I.

IS tẽporibus, id est, anno dominicæ incarnationis sexcentesimoquinto B. Papa Gregorius postquã sedẽ Romanæ & apostolicæ Ecclesiæ tredecim annos, menses sex, & dies decem glorioſissimè rexit, defunctus est, atq; ad æternã regni cœlestis sedem translatus. De quo nos conuenit (quia nostram, id est, Anglorũ gentem de potestate Satanæ ad fidem Christi sua industria cõuertit) latiorẽ in nostra historia Ecclesiastica facere sermonem, quem rectè nostrum appellare possumus & debemus Apostolum. Quia cum primum in toto orbe gereret Pontificatum, & conuersis iãdudum ad fidẽ veritatis esset prælatus Ecclesiis, nostram gentem eatenus idolis mancipatam Christi fecit Ecclesiã, ita vt apostolicum illum de eo liceat nobis proferre sermonem. Quia etsi aliis non est apostolus, sed tamen nobis est. Nam signaculum apostolatus eius nos sumus in domino. Erat autẽ natione Romanus, ex patre Gordiano, genus à proauis non solùm nobile, sed & re-

Gregorij Papæ beneficio Angli fidẽ susceperunt.

C ligiosum ducẽs. Deinde Felix eiusdẽ sedis apostolicæ quondã episcopus, vir magnæ gloriæ in Christo & Ecclesia eius fuit atauus. Sed & ipse nobilitatẽ religionis nõ minore quam parentes & cognati virtute deuotionis exercuit. Nobilitatẽ verò illã, quã ad seculũ videbatur habere, totã ad nanciscendam supernæ gloriã dignitatis diuina gratia largiẽte cõuertit. Nam mutato repentè seculari habitu,

Greg. mathur fuit.

monasteriũ petiit, in quo tãta perfectionis gratia cœpit cõuersari, vt (sicut ipse postea flendo attestari solebat) animo illius labẽtia cuncta subtereſſent, vt rebus omnibus quæ voluũtur eminere t, vt nulla nisi cœlestia cogitare soleret, vt etiã retentus corpore, ipsa iam carnis claustra contẽplatione trãsiret, vt mortẽ quoq;, quæ penè cunctis pœna est, videlicet vt ingressum vitæ & laboris sui præmiũ amaret. Hoc autẽ ipse de se non profectũ iactando virtutũ, sed defiendo potius defectũ, quẽ (vt referre cõsueuerat) sibi per curã pastoralem incurrisse videbatur. Deniq; tempore quodam secreto, cum diacono suo Petro colloquens, enumeratis animi sui virtutibus priscis, mox dolendo subiunxit. At nunc ex occasione curæ pastoralis seculariũ hominũ negotia patitur, & post tam pulchram quietis suæ speciẽ terreni actus puluere fœdatur. Cúm q; se pro cõdescensione multorũ ad exteriora sparserit, etiã cum

D interiora appetit, ad hæc proculdubio minor rediit. Perpẽdo itaq; quid tolero, perpendo quid amisi, dúmq; intueor illud quod perdidi, sit hoc grauius quod porto. Hæc quidem sanctus vir ex magna humilitatis intẽtione dicebat. Sed nos credere decet, nihil eũ monasticæ perfectionis perdidisse occasione curæ pastoralis, imò potiorẽ tunc sumpsisse profectũ de labore cõuersationis multorum, quã de propria quondã quiete conuersationis habuerat, maximè, quia & põtificali functus officio domũ suã monasteriũ facere curauit. Et dum primũ de monasterio abstractus, ad ministerium altaris ordinatus, atq; Constantinopolim apocrisarius ab apostolica sede directus est, non tamẽ in terreno conuersatus palatio propositũ vitæ cœlestis intermisit. Nam quoſdã fratrum ex monasterio suo, qui eum gratia germanæ charitatis ad regiã vrbẽ secuti sunt, in tutamentũ cœpit obseruãtiæ regularis habere, videlicet vt eorũ semper exẽplo (sicut ipse scribit) ad orationis placidũ littus, quasi anchoræ sune restringeretur, cũ incessabili causarũ secularium impulsu fluctuaret, concussámq; seculi actibus mẽtem

Gregorij honores no mutarũt mores.

inter eos quotidiè per studiosæ lectionis roboraret alloquiũ. Horũ ergo consortio non solùm à ter-

E renis est munitus incursibus, verumetiã ad cœlestis exercitia vitæ magis magísq; succẽsus. Nam hortati sunt eũ vt librũ B. Iob magnis inuolutũ obscuritatibus mystica interpretatione discuteret, neq; negare potuit opus, quod sibi fraternus amor multis vtile futurum imponebat. Sed eũdem librum, quomodo iuxta litterã intelligendus, qualiter ad Christi & Ecclesiæ sacramenta referẽdus, quo sensu vnicuiq; fidelium sit aptãdus, per triginta quinq; libros expositionis, miranda ratione perdocuit. Quod videlicet opus in regia quidẽ vrbe apocrisarius inchoauit, Romæ autem iam factus Pontifex impleuit. Qui cum esset adhuc Regia in vrbe positus, nascentem ibi nouam hæresim de statu nostræ resurrectionis, cũ ipso quo exorta est initio, iuuãte se gratia catholicæ veritatis attriuit. Siquidẽ Eutychi eiusdẽ vrbis episcopus dogmatizabat corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile, vẽtis aëríq; subtilius esse futurũ. Quod ille audiẽs, & ratione veritatis, & exẽplo dominicę resurrectionis probauit hoc dogma orthodoxæ fidei omnibus modis esse cõtrariũ. Catholica etenim fides habet quòd corpus nostrum in illa immortalitatis gloria sublimatũ, subtile quidem sit per effectum spi-

Gregorij cõmentaria in lib. Iob.

Eutychiana hæresis.

ritalis potentiæ, sed palpabile per veritatem naturæ, iuxta exemplum dominici corporis, de quo à mortuis suscitato, dicit ipse discipulis: Palpate, & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. In cuius assertione fidei venerabilis pater Gregorius in tantũ contra nascentem hæresim nouã laborare contendit, tanta hac instantia iuuante etiam piissimo imperatore Tiberio Constãtino cõminuit, vt nullus exinde sit inuẽtus qui eius resuscitator existeret. Aliũ quoq; librum composuit egregium, qui vocatur Pastoralis, in quo manifesta luce patefecit qualis ad Ecclesiæ regimen assumi, qualiter ipsi rectores viuere qua discretione singulas quasq; audientiũ instruere personas, & quanta consideratione propriã quotidiè debeant fragilitatẽ pensare. Sed & Homilias euangelij numero quadraginta composuit, quas in duobus codicibus æqua sorte distinxit. Libros etiam dialogorum quatuor fecit, in quibus rogatu Petri diaconi sui virtutes sanctorum, quos in Italia clariores nosse vel audire poterat, ad exemplũ viuendi posteris collegit, vt (sicut in libris Expositionum suarum quibus sit virtutibus insudandũ edocuit) ita etiam descriptis sanctoruũ miraculis, quæ virtutum earundem sit claritas ostenderet. Primam quoq; & vltimã Ezechielis prophetæ partem, quæ videbantur obscuriores, per homilias vigintiduas, quantum lucis intus habeant, demonstrauit. Excepto libello Responsionũ, quem ad interrogationes sancti Augustini primi Anglorum gentis Episcopi scripsit, vt supra docuimus, totum ipsum libellum his inserentes historiis: libello quoq; Synodico quem cum episcopis Italiæ de necessariis Ecclesiæ causis vtilissimum composuit: & familiaribus ad quosdam literis. Quod eo magis mirum est, tot eum ac tanta condere volumina potuisse, quòd penè omni iuuentutis suæ tẽpore (vt verbis ipsius loquar) crebris viscerum doloribus cruciabatur, horis momentisque omnibus fracta stomachi virtute lacessebat, lentis quidẽ, sed tamen continuis febribus anhelabat. Verùm inter hæc dum sollicitus pensaret, quia scriptura teste, omnis filius qui recipitur, flagellatur, quò malis præsentibus durius deprimebatur, eò de æterna certius præsumptione respirabat. Hæc quidem de immortali eius dicta sint ingenio, quod nec tanto corporis potuit dolore restringi. Nam alij quidem pontifices construendis ornandisq; auro vel argento Ecclesiis operam dabãt, hic autem totus erga animarum lucra vacabat. Quicquid pecuniæ habuerat, hoc sedulus dispergere ac dare pauperibus curabat, vt iustitia eius maneret in seculũ seculi, & cornu eius exaltaretur in gloria, ita vt illud Beati Iob veraciter dicere posset: Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quòd liberassem pauperẽ vociferantem, & pupillum cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ cõsolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperũ, & causam quam nesciebã diligẽtissimè inuestigabam. Cõterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædã. Et paulò pòst: Si negaui, inquit, quid volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellã meam solus, & non comedit pupillus ex ea: Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecũ. Ad cuius pietatis & iustitiæ opus pertinet etiam hoc, quòd nostram gentem per prædicatores quos huc direxit, de dentibus antiqui hostis eripiens, æternæ libertatis fecit esse participẽ. Cuius fidei & saluti congaudens, quámque digna laude cõmendans, ipse dicit in expositione B. Iob. Ecce lingua Britanniæ, quæ nihil aliud nouerat quàm barbarũ frendere, iam dudum in diuinis laudibus Hebræũ cœpit Alleluya resonare. Ecce quondam timidus, iam substratus sanctorum pedibus, seruit Oceanus, eiúsq; barbaros motus, quos terreni principes edomare ferro nequiuerant, hos pro diuina formidine sacerdotum ora simplicibus verbis ligant: & qui cateruas pugnantium infideles nequaquã metuerat, iam nũc fideles humilium linguas timet. Quia enim præceptis, cœlestibus verbis, claresc̃tibus quoq; miraculis, virtus ei diuinæ cognitionis infunditur, eiusdem diuinitatis terrore refrænatur, vt prauè agere metuat, ac totis desideriis ad æternitatis gloriã venire concupiscat. Quibus verbis beatus Gregorius hoc quoque declarat, quòd sanctus Augustinus & socij eius non sola prædicatione verborum, sed etiã cœlestium ostẽsione signorum gentem Anglorum ad agnitionem veritatis perducebãt. † Fecit inter alia beatus Papa Gregorius, vt in Ecclesiis beatorum Apostolorũ Petri & Pauli super corpora corũ missæ celebrarentur. Sed & in ipsa missarum celebratione tria verba maximæ perfectionis plena superadiecit, diésq; nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari.

Greg. lib. pastoralis.

Greg. homiliæ & dialogi.

Greg. malè sanus natura.

† *Missa super B. Pet. & Pauli corpora celebratur. Hyeronym. aduersus vigil. malè facit ergo Romanus episcopus, qui sit per mortuorũ hominũ Petri & Pauli secundũ nos ossa veneranda, secundũ te vtilem puluisculum offert domino sacrificia: & tumulos eorũ Christi arbitratur altaria.*

Rexit autem Ecclesiam temporibus imperatorum Mauricij & Focatis. Secundo autẽ eiusdem Focatis anno transiens ex hac vita migrauit ad veram quæ in cœlis est vitam. Sepultus verò est corpore in Ecclesia beati Petri apostoli ante secretarium, die quarto iduum Martiarum: quandoq; in ipso cum cæteris sanctæ Ecclesiæ pastoribus resurrecturus in gloria. Scriptúmque est in tumba ipsius Epitaphium huiusmodi:

Greg. obitus.

Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum,
Reddere quod valeas viuificante Deo.
Spiritus astra petit, lethi nil iura nocebunt,
Cui vitæ alterius mors magis ipsa via est.
Pontificis summi hoc clauduntur membra sepulchro,
Qui innumeris semper viuit vbique bonis.
Esuriem dapibus superauit, frigora veste:
Atque animas monitis texit ab hoste sacris.

Imple-

Implebátque actu, quicquid sermone docebat,
Esset vt exemplum, mystica verba loquens.
Ad Christum Anglos conuertit pietate magistra,
Acquirens fidei agmina gente noua.
Hic labor, hoc studium, hæc tibi cura, hoc pastor agebas,
Vt domino offerres plurima lucra gregis.
Hisque Dei consul factus lætare triumphis.
Nam mercedem operum iam sine fine tenes.

Nec silentio prætereunda opinio quæ de beato Gregorio, traditione maiorum, ad nos vsq; perlata est, qua videlicet ex causa admonitus tam sedulam erga salutem nostræ gẽtis curam gesserit. Dicunt, quia die quadam cum aduenientibus nuper mercatoribus multa venalia in forum fuissent collata, multíque ad emendum confluxissent, & ipsum Gregorium inter alios aduenisse, ac vidisse inter alia pueros venales positos, cãdidi corporis, ac venusti vultus, capillorũ quoq; forma egregia. Quos cum aspiceret, interrogauit (vt aiunt) de qua regione vel terra essent allati: dictúmq; est quòd de Britannia insula, cuius incolæ tales essent aspectu. Rursus interrogauit, vtrum iidẽ insulani Christiani, an paganis adhuc erroribus essent implicati. Dictúmq; est quòd essent pagani. At ille intimo ex corde longa trahens suspiria: Heu proh dolor, inquit, quòd tam lucidi vultus homines tenebrarũ auctor possidet, tantáq; gratia frontis conspicui mentem ab interna gratia vacuã gestant. Rursus ergo interrogauit quod esset vocabulum gentis illius. Responsum est quòd Angli vocarentur. At ille, Benè, inquit. Nam & angeli eam habent faciẽ, & tales angelorum in cœlis decet esse cohæredes. Quod (ait) habet nomen ipsa prouincia, de qua isti sunt allati? Responsum est quòd Deiri vocarentur iidem prouinciales. At ille, Benè, inquit, Deiri de ira eruti, & ad misericordiam Christi vocati. Rex prouinciæ illius quomodo vocatur? Responsum est quòd Elle diceretur. At ille alludens ad nomen, ait, Alleluya, laudem Dei creatoris illis in partibus oportet cantari. Accedénsque ad Pontificem Romanæ & apostolicæ sedis (nondũ enim erat ipse pontifex factus) rogauit vt genti Anglorũ in Britãniam aliquos verbi ministros, per quos ad Christũ conuerteretur, mitteret, seipsum, paratum esse in hoc opus domino cooperãte perficiendum, si tamen apostolico Papæ hoc vt fieret placeret. Quod dum perficere non posset, quia etsi pontifex concedere illi quod petierat voluit: non tamen ciues Romani vt tam longè ab vrbe secederet, potuere permittere. Mox vt ipse pontificatus officio functus est, perfecit opus diu desideratum. Alios quidem prædicatores mittens, sed ipse prædicationem vt fructificaret, suis exhortationibus ac precibus adiuuans. Hæc iuxta opinionem quam ab antiquis accepimus, historiæ nostræ Ecclesiasticæ inserere optimum duximus.

Anglos vt vidit B. Gregor. formosos doluit esse infideles.

Retinẽt Romani Gregorium.

Augustinus Britonum Episcopos pro pace catholica miraculo monet.

Cap. II.

Interea Augustinus adiutorio vsus Edilberthi Regis, conuocauit ad suum colloquium episcopos siue doctores maximæ & proximæ Britonũ prouinciæ, in loco vbi vsq; hodiè lingua Anglorum Augustinezat, id est, robur Augustini, in confinio Vectiorum & Occidẽtalium Saxonum appellatur: cœpítq; eis fraterna admonitione suadere vt pace catholica secum habita, communem euangelizandi gentibus pro domino laborẽ susciperent. Non enim paschæ diẽ dominicũ suo tempore, sed à decimaquarta vsq; ad vigesimam lunam obseruabant. Quæ cõputatio octoginta quatuor annorum circulo continetur. Sed & alia plurima vnitati Ecclesiæ contraria faciebant. Qui cum longa disputatione habita, neq; precibus, neq; hortamentis, neq; increpationibus Augustini ac sociorum eius assensum præbere voluissent, sed suas potius traditiones vniuersis quæ per orbem sibi in Christo concordant Ecclesiis præferrent, sanctus pater Augustinus hũc laborioſi ac longi certaminis finẽ fecit, vt diceret: Obsecremus Deum, qui habitare facit vnanimes in domo patris sui, vt ipse nobis insinuare cœlestibus signis dignetur, quæ sequẽda traditio, quibus sit viis ad ingressum regni illius properandum. Adducatur aliquis æger, & per cuius preces fuerit curatus, huius fides & operatio Deo deuota atq; omnibus sequenda credatur. Quòd cum aduersarij, inuiti licet, concederẽt, allatus est quidam de genere Anglorum, oculorum luce priuatus, qui cum oblatus Britonum sacerdotibus nil curationis vel sanationis horum ministerio perciperet, tandem Augustinus iusta necessitate compulsus flectit genua sua ad patrẽ Domini nostri Iesu Christi, deprecans vt visum cæco quem amiserat, restitueret, & per illuminationẽ vnius hominis corporalem in plurimorum cordibus fidelium spiritalis gratia lucẽ accenderet. Nec mora, illuminatur cæcus, ac verus summæ lucis præco ab omnibus prædicatur Augustinus. Tum Britones cõfitentur quidẽ intellexisse se, verã esse viam iustitiæ quam prædicaret Augustinus, sed non se posse ab/q; suorum cõsensu ac licentia priscis abdicare moribus. Vnde postulabant vt secundò synodus pluribus aduenientibus fieret. Quod cum esset statutum, venerunt (vt perhibent) septem Britonũ Episcopi, & plures viri doctissimi maximè de nobilissimo eorum monasterio, quod vocatur lingua Anglorũ Bancornaburg, cui tẽpore illo Dinooth abbas præfuisse narratur, qui ad prefatum ituri concilíũ, venerunt primò ad quẽdam virum sanctum ac prudentem, qui apud eos anachoreticam ducere solebat vitam, consulentes an ad prædicationẽ Augustini suas deserere traditiones deberent: Qui respondebat: Si homo Dei est, sequimini illũ. Dixerunt: Et vnde hoc possumus probare? Et ille. Dominus, inquit, ait: Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde. Si ergo Augustinus ille mitis est & humilis corde, credibile est quia

Paschæ celebrãdi tempus miraculo ostẽditur apud Bedam lib. de temp. cap. 43.

Cæcus illuminatur.

Humilitas probatio fidelis.

iugum Christi & ipse portet, & vobis portandum offerat. Sin autem immitis ac superbus est, cōstat F
quia non est de Deo, neque nobis eius sermo curandus est. Qui rursus aiebant: Et vnde vel hoc di-
noscere valemus? Procurate, inquit, vt ipse prior cum suis ad locum synodi adueniat, & si vobis ap-
propinquantibus assurrexerit, scientes quia famulus Christi est, obtemperanter illum audite. Sin au-
tem vos spreuerit, nec coram vobis assurgere voluerit, cum sitis numero plures, & ipse spernatur à
vobis. Fecerunt vt dixerat. Factúmq; est vt venientibus illis sederet Augustinus in sella. Quod illi
videntes, mox in iram conuersi sunt, eúmq; notantes superbiæ, cunctis quæ dicebat cōtradicere la-
borabant. Dicebat autem eis, quòd in multis quidem nostræ consuetudini, imò vniuersalis Ecclesiæ
contraria geritis: & tamen si in tribus his mihi obtemperare vultis, vt pascha suo tempore celebretis,
Episcopi discordes quos per epistolam Honorius Papa redarguit. Idem ipse Beda lib. de rat. temp.
vt ministerium baptizādi, quo Deo renascimur, iuxta morem Romanæ sanctæ Ecclesiæ & Apostolicæ Ecclesiæ compleatis, vt genti Anglorum vnà nobiscum prædicetis verbū Domini, cætera quæ
agitis, quamuis moribus nostris contraria, æquanimiter cuncta tolerabimus. At illi nihil horum se
facturos neque illum pro Archiepiscopo habituros esse respondebant. Conferentes ad inuicē, quia
si modò nobis assurgere noluit, quanto magis si ei subdi cœperimus iam nos pro nihilo contemnet? G
Quibus vir domini Augustinus fertur minitās prædixisse, quòd si pacem cum fratribus accipere nol-
lent, bellum ab hostibus forēt accepturi. Et si nationi anglorum noluissent viam vitæ prædicare, per
horum manus vltionem essent mortis passuri. Quod ita per omnia (vt prædixerat) diuino agente iu-
dicio patratū est. Siquidem post hæc ipse, de quo diximus, Rex Anglorum fortissimus Edilfridus col-
lecto grādi exercitu ad ciuitatem Legionum, quæ à gente Anglorum Legacestir, à Britonibus autem
rectius Carlegion appellatur, maximā gentis perfidæ stragem dedit. Cúmq; bellū acturus videret sa-
cerdotes eorū, qui ad exorandū Deū pro milite bellum agente cōuenerant, seorsum in tutiore loco
cōsistere: scilicet abatur qui essent ij, quidve acturi illò cōuenissent? Erant autem plurimi eorū de mo-
nasterio Bancor, in quo tātus fertur fuisse numerus monachorum, vt cum in septē portiones esset cū
præpositis sibi rectoribus monasterium diuisum, nulla harū portio minus quàm trecentos homines
haberet, qui omnes de labore manuum suarū viuere solebant. Horum ergo plurimi ad memoratam
aciem, peracto ieiunio triduano, cum alijs orandi causa conuenerunt, habentes defensorem nomine
Brocmailū, qui eos intentos precibus à Barbarorū gladiis protegeret. Quorum causam aductus cum H
intellexisset rex Edilfridus ait: Ergo si aduersum nos ad Deum suum clamant, profectò & ipsi, quāuis
arma non ferant, contra nos pugnant, qui aduersis nos imprecationibus persequuntur. Itaq; in hos
primùm arma verti iubet, & sic cæteras nefandæ militiæ copias, nō sine magno exercitus sui damno
deleuit. Extinctos in ea pugna ferunt, de his qui ad orandū venerunt, viros circiter mille ducentos,
& solùm quinquaginta fuga esse lapsos. Brocmalius ad primum hostiū aduentum cum suis terga ver-
tēs, eos quos defendere debuerat, inermes ac nudos ferientibus gladiis reliquit. Sicque cōpletum est
præsagium sancti pontificis Augustini, quamuis ipso iam multo ante tempore ad cœlestia regna su-
blato, vt etiam temporalis interitus vltionem sentirent perfidi, quòd oblata sibi perpetuæ salutis
cōsilia spreuerant.

Augustinus Mellitum ac Iustum Episcopos ordinat.

CAP. III. ANNO dominicæ incarnationis sexcentesimoquarto Augustinus Britanniarū Archiepiscopus or-
dinauit duos Episcopos, Mellitum videlicet & Iustum. Mellitum quidem ad prædicandum prouin-
Bœthius lib. 9. hist. Polyd. lib. 4.
ciæ Orientalium Saxonū, qui Thamesi fluuio dirimuntur à Cantio, & ipse Orientali mari contigui, I
Londonia.
quorum Metropolis Londonia ciuitas est, super ripam præfati fluminis posita, & ipsa multorum
emporium populorū terra mariq; venientium. In qua videlicet gēte tunc temporis Saberethus ne-
pos Edelberti ex sorore Ricula regnauit, quamuis sub potestate positus eiusdem Edelberti, qui om-
nibus (vt supra dictum est) vsq; ad terminum Humbri fluminis Anglorum gentibus imperabat. Vbi
verò & hæc prouincia verbum veritatis prædicante Mellito accepit, fecit rex Edelbertus in ciuitate
Londonienſis Ecclesia Sancti Pauli.
Londona Ecclesiā sancti Pauli Apostoli in qua locū sedis episcopalis & ipse & successores eius habe-
rent. Iustū verò in ipso Cantio Augustinus ordinauit episcopū in ciuitate Dorouerni, quam gens An-
glorum à primario quendā illius qui dicebatur Rotſchestes cognominat. Distat autē à Dorouerni
milibus passuū fermè vigintiquatuor ad Occidētem, in qua rex Edelbertus Ecclesiā B. Andreæ Apo-
stoli fecit, qui etiā episcopis vtriusq; huius Ecclesiæ dona multa sicut & Dorouernēsis obtulit, sed &
territoria ac possessiones in vsum eorū qui erant cum Episcopis adiecit. Defūctus autē Deo dilectus
Augustinus moritur.
pater Augustinus, & positū corpus eius foras iuxta Ecclesiā beatorum Apostolorū Petri & Pauli, cu- K
ius supra meminimus, quòd ea necdum fuerat perfecta nec dedicata: mox verò vt dedicata est, intrò
illata in porticu illius aquilonari decenter sepultum est. In qua etiam sequentiū Archiepiscoporu m
omnium sunt corpora tumulata, præter duorum tantūmodo, id est, Theodori & Berthvvaldi, quo-
rum corpora in ipsa Ecclesia posita sunt, eo quòd prædicta porticus plura capere nequiuit. Habet
hæc in medio sui penè altare in honorem beati Gregorij Papæ dedicatum, in quo per omne sabba-
tum à presbytero loci illius agendæ eorum solenniter celebrantur. Scriptum verò est in tumba eiusdem Augustini epitaphium huiusmodi: *Hic requiescit dominus Augustinus Dorouernensis Archiepiscopus primus: qui olim huc a beato Gregorio Romanæ vrbis pontifice directus, & a Deo operatione miraculorum suffultus, & Edelberthum regem ac gentem illius ab idolorum cultu ad fidem Christi perduxit, & completis in pace diebus officij sui defunctus est septimo Kalendas Iunias eodem Rege regnante.*

Laurentius

Laurentius Scottis vnitatem sanctæ Ecclesiæ & maximè in Pascha obseruando sequi suadet.

A SVCCESSIT autem Augustino in episcopatū Laurentius, quem ipse idcirco adhuc viuens ordi- CAP. III.
nauerat, ne se defuncto status Ecclesiæ tam rudis vel ad horā pastore destitutus vacillare inciperet.
In quo & exēplum sequebatur primi pastoris Ecclesiæ, hoc est beatissimi Apostorū principis Petri,
qui fundata Romæ Ecclesia Christi Clementem sibi adiutorem euangelizādi, simul & succēssorem *Clemens Petri adiutor.*
consecrasse perhibetur. Laurentius Archiepiscopatus gradu potitus, strenuissimè fundamenta Ec-
clesiæ, quæ nobiliter iacta, vidit augmentare, atq; ad perfectum debiti culminis, & crebra voce san-
ctæ exhortationis, & continuis piæ operationis exemplis proueherе curauit. Deniq; non solùm no-
uæ, quæ de Anglis erat collecta, Ecclesiæ curā gerebat, sed & veterum Britāniæ incolarum, necnon
& Scottorū, qui Hyberniam insulam Britanniæ proximā incolunt, populis pastoralem impendere
solicitudinem curabat. Siquidem vbi Scottorum in præfata ipsorum patria, quomodo & Britonum
in ipsa Britānia vitam ac professionem minus Ecclesiasticam in multis esse cognouit, maximè quòd
paschæ solēnitatem non suo tempore celebrarent, sed vt supra docuimus à decimaquarta luna vsq;
ad vicesimā dominicæ resurrectionis diē obseruandum esse putarent, scripsit cum coepiscopis suis
B exhortatoriā ad eos epistolam, obsecrans eos & contestans, vnitatē pacis & catholicæ obseruationis
cum ea quæ toto orbe diffusa est Christi Ecclesia tenere, cuius videlicet epistolæ principium hoc est:
Dominis charissimis fratribus Episcopis vel Abbatibus per vniuersam Scottiam Laurētius, Mellitus, & Iustus Episcopi serui seruorum Dei. Dum nos sedes apostolica more suo, sicut in vniuerso orbe terrarum, in his oc-
ciduis partibus ad prædicandū gentibus paganis dirigeret, atq; in hanc insulam, quæ Britannia nun-
cupatur, contigit introisse antequam cognoscerемus credentes, quòd iuxta morem vniuersalis Ec-
clesiæ ingrederentur, in magna reuerentia sanctitatis tam Britones quàm Scottos venerati sumus.
Sed cognoscentes Britones, Scottos meliores putauimus: Scottos verò per Dagamum Episcopum *Scotti Britonibus meliores.*
in hanc quam superius memorauimus insulam, & Colūbanum abbatem in Galliis venientem, nihil
discrepare à Britonibus in eorum conuersatione didicimus. Nam Dagamus Episcopus ad nos ve-
niens non solùm cibum nobiscum, sed nec in eodem hospitio quo vescebamur sumere voluit. Misit
idem Laurentius cum coepiscopis suis etiam Britonum sacerdotibus litteras sui gradui condignas,
C quibus eas in vnitate catholica confirmare sategit. Sed quantum hæc agendo profecerit, adhuc
præsentia tempora declarant.

HIS temporibus venit Mellitus Lundoniæ Episcopus Romā de necessariis Ecclesiæ Anglorum
causis cum apostolico Papa Bonifacio tractaturus. Et cum idē Papa reuerendissimus cogeret syno-
dum Episcoporū Italiæ, de vita monachorū & quiete ordinaturus, & ipse Mellitus inter eos assedit
anno octauo imperij Phocatis principis, indictione decimatertia, tertia die Kalendarū Martiarum,
vt quæq; erāt regulariter decreta, sua quo q; auctoritate subscribens cōfirmaret, ac Britāniam rediēs,
secum Anglorum Ecclesiæ mandata atq; obseruanda deferret, vna cum epistolis, quas idem ponti- *Pantheon sis templū martyrum. Idem ipse Beda lib. de ratione temp. Boethius Scotticæ hist. lib. 9.*
fex Deo dilecto Archiepiscopo Laurentio, & clero vniuerso similiter & Edilbertho Regi atq; genti
Anglorum direxit. Hic est Bonifacius quartus à beato Gregorio Romanæ vrbis Episcopo, qui im-
petrauit à Phocate principe donari Ecclesiæ Christi templum Romæ, quod Pātheon vocabatur ab
antiquis, quasi simulachrum esset omnium Deorum. In quo ipse eliminata omni spurcitia, fecit Ec-
clesiam sanctæ Dei genitricis atque omnium martyrum Christi, vt exclusa multitudine dæmonum,
D multitudo ibi sanctorum memoriam haberet.

Defunctis Edelbertho & Sebertho regibus successores eorum idololatriam resuscitarunt.

ANNO ab incarnatione dominica sexcentesimo decimotertio (qui est annus vicesimusprimus CAP. V.
ex quo Augustinus Episcopus cum sociis ad prædicandum genti Anglorum missus est) Edelberthus
rex Cantuariorum post regnum temporale, quod quinquaginta & sex annis gloriosissimè tenuerat,
æterna cælestis regni gaudia subiit. Qui tertius quidem in Regibus gentis Anglorum cunctis Aus-
tralibus eorum prouinciis, qui Humbro fluuio & contiguis ei terminis sequestrantur à Borealibus, im-
perauit: sed primus omnium cœli regna conscendit. Nam primus imperium huiusmodi Elli rex
Australium Saxonum: secundus Celin Rex Occidentalium Saxonum, qui lingua ipsorum Ceulin
vocabatur: tertius, vt diximus, Edelberthus Rex Cantuariorū: quartus Redualt Rex Orientalium
Anglorum, qui etiā viuente Edelbertho eidem suæ gēti ducatum præbebat, obtinuit: quintus Eduinus Rex Nord Hūbrorum gentis, id est, eius quæ ad Borealem Hūbri fluminis plagam inhabitat, ma-
E iore potentia cunctis qui Britanniā incolunt, Anglorum pariter & Britonum populis præfuit, præter
Cantuarias tantùm, necnō & Meuanias Britonum insulas, quæ inter Hyberniam & Britanniam sitæ
sunt, Anglorū subiecit imperio. Sextus Osvvaldus & ipse Nord Hūbrorum Rex Christianissimus iis-
dem finibus regnum tenuit. Septimus Osvvi frater eius æqualibus penè terminis regnum nonnul-
lo tēpore coērcens, Pictorum quoq; ac Scottorum gentes, quæ Septentrionales Britanniæ fines te-
nent, maxima ex parte perdomuit, ac tributarias fecit: sed hæc postmodum. Defunctus verò est Rex *Edelberthus moritur.*
Edelberthus die vigesimaquarta mensis Februarij post viginti & vnum annos acceptæ fidei, atque
in porticu Sancti Martini intra Ecclesiam beatorum Apostolorum Petri & Pauli sepultus, vbi &
Bertha regina condita est. Qui inter cætera bona, quæ genti suæ consulendo conferebat, etiam
decreta illi iudiciorum iuxta exempla Romanorum cum consilio sapientium constituit. Quæ
conscripta Anglorum sermone hactenus habentur & obseruantur ab ea. In quibus primitus

Edelberti genus.

posuit, qualiter id emendare deberet, qui aliquid rerum vel Ecclesiæ, vel Episcopi, vel reliquo- F
rum ordinum furto auferret, volens scilicet tuitionem eis, quos & quorum doctrinam susceperat, præstare. Erat autem idem Edelbertus filius Irminrici, cuius pater Octa, cuius pater Orrich, cognomento Oisc, à quo Reges Cantuariorum solent Oiscingas cognominari. Cuius pater Hengist, qui cum filio suo Oisc inuitatus à Vortigerio Britanniam primus intrauit, vt supra retulimus. At verò post mortem Edelberti cum filius eius Eadbaldus regni gubernacula suscepisset, magno tenellis adhuc ibi Ecclesiæ crementis detrimento fuit. Siquidem non solùm Christi fidem recipere

Eadbaldus nouercæ miscetur.

noluerat, sed & fornicatione pollutus est tali, qualem nec inter gentes auditam Apostolus testatur, ita vt vxorẽ patris haberet. Quo vtroq; scelere occasionẽ dedit ad priorem vomitum reuertendi iis qui sub imperio sui parentis, vel fauore vel timore regio fidei & castimoniæ iura susceperant. Nec

Eadbaldus agitur dæmone.

supernæ flagella districtionis perfido regi castigando vel corrigendo defuere. Nam crebra mentis vesania & spiritus immundi inuasione premebatur. Auxit autem procellam huiusmodi perturbationis etiã mors Saberethi Regis Orientalium Saxonum, qui vbi regna perẽnia petens, tres filios suos, qui pagani perduranerant, regni temporalis hæredes reliquit: cœperunt illi mox idololatriæ, quam G
viuente eo aliquantulum intermisisse videbantur, palam seruire, subiectisque populis idola colendi liberam dare licentiam. Cúmque viderent pontificem celebratis in Ecclesia missarum solenniis eucharistiam populo dare, dicebant (vt vulgò fertur) ad eum barbara inflati stultitia: Quare non & nobis porrigis panem nitidum, quem & patri nostro Saba (sic namque eum appellare consueuerant) dabas, & populo adhuc in Ecclesia dare non desistis? Quibus ille respondebat: Si vultis ablui fonte illo salutari, quo pater vester ablutus est, potestis etiam panis sancti, cui ille participabat, esse participes. Sin autẽ lauacrum vitæ cõtemnitis, nullatenus valetis panẽ vitæ percipere. At illi, Nolumus, inquiunt, fontem illum intrare, qui nec illo opus nos habere noluimus, sed tamen pane illo refici volumus. Cúmque diligenter ac sæpè ab illo essent admoniti, nequaquam fieri posse vt absque purgatione sacrosancta quis oblationi sacrosanctæ cõmunicet, ad vltimum furore commoti aiebant: Si non vis assentire nobis in tam facili causa quam petimus, nõ poteris iam in nostra prouincia demorari. Et expulerunt eum, ac de suo regno cum suis abire iusserunt. Qui expulsus inde venit Cantium H
tractaturus cum Laurentio & Iusto coepiscopis, quid in his esset agendum. Decretúmq; est commu-
ni consilio, quia satius esset vt omnes patriam redeuntes libera ibi mente domino deseruirent, quàm

Mellitus ac Iustus Episcopi eiiciuntur.

inter rebelles fidei Barbaros sine fructu residerent. Discessere itaque primo Mellitus ac Iustus, atq; ad partes Galliæ secessere, ibi rerum finem expectare disponentes. Sed non multo tempore reges, qui præconem à se veritatis expulerant, dæmoniacis cultibus impunè seruiebant. Nam egressi cõtra gentem Genissorum in prælium, omnes pariter cum sua militia corruerunt, nec sic (licet auctoribus perditis) excitatum ad scelera vulgus potuit corrigi, atque ad simplicitatem fidei & charitatis quæ est in Christo reuocari.

Correptus ab Apostolo Petro Laurentius Eadbaldum Regem ad Christum conuertit, qui mox Mellitum & Iustum ad prædicandum reuocat.

CAP. VI.

Visio.

C v m verò Laurentius Mellitum Iustúmque secuturus, ac Britanniam esset relicturus, iussit ipsa sibi nocte in Ecclesia beatorum Apostolorum Petri & Pauli, de qua frequẽter iam diximus, stratum parari. In quo quum post multas preces ac lachrymas ad Deũ pro statu Ecclesiæ fusas ad quiescen- I
dum membra posuisset atque obdormisset, apparuit ei beatissimus Apostolorum princeps, & multo

Fugiens Episcopus verbo & verbere castigatur.

illum tempore secretæ noctis flagellis acrioribus afficiens, sciscitabatur apostolica districtione, qua regregem quem sibi ipse crediderat, relinqueret, vel cui pastorum oues Christi, in medio luporum positas fugiens ipse dimitteret? An mei, inquit, oblitus es exempli, qui pro paruulis Christi, quos mihi in iudicium suæ dilectionis commendauerat, vincula, verbera, carceres, afflictiones, ipsam postremò mortem, mortem autem crucis, ab infidelibus & inimicis Christi ipse cum Christo coronandus pertuli? His beati Petri flagellis simul & exhortationibus animatus famulus Christi Laurentius, mox mane facto ad Regem, & retecto vestimento quantis esset verberibus laceratus ei ostẽdit. Qui multum miratus, & inquirens quis tanto viro tales ausus esset plagas infligere. Vt audiuit, quia causa suæ

Eadbaldus baptizatur.

salutis Episcopus ab apostolo Christi tanta esset tormẽta plagásq; perpessus, extimuit multum: atq; anathematizato omni idololatriæ cultu, abdicato connubio non legitimo, suscepit fidem Christi, & baptizatus Ecclesiæ rebus quãtum valuit in omnibus cõsulere ac fauere curauit. Misit etiam in Gal- K
liam, & reuocauit Mellitum & Iustum, eósq; ad suas Ecclesias liberè instituendas redire præcepit,

Mellitus & Iustus reuertuntur.

qui post annũ ex quo abierant, reuersi sunt. Et Iustus quidem ad ciuitatem Rhosi, cui præfuerat, rediit. Mellitum verò Lundonienses Episcopum recipere noluerunt, idololatris pontificibus magis seruire gaudentes. Non enim tanta erat ei quanta patri ipsius regni potestas, vt etiam nolentibus ac cõtradicentibus paganis antistitem suæ posset Ecclesiæ reddere. Veruntamen ipse cum sua gente, ex quo ad Dominũ cõuersus est, diuinis se studuit mãcipare præceptis. Deniq; & in monasterio beatissi-

Ecclesia B. virgin.

mi Apostolorũ Principis Ecclesiã sanctæ Dei genitricis fecit, quã cõsecrauit archiepiscopus Mellitus.

CAP. VII.

Laurentius moritur.

H o c enim regnante Rege beatus archiepiscopus Laurentius regnum cœleste conscendit, atque in Ecclesias & monasterio sancti Apostoli Petri iuxta prædecessorem suum Augustinũ sepultus est, die quarto nonarum Februariarũ. Post quem Mellitus, qui erat Londoniæ Episcopus, sedem Dorouernensis Ecclesiæ tertius ab Augustino susceptt. Iustus autem adhuc superstes Rhofensem regebat Ecclesiam.

A Ecclesiã. Qui cũ magna Ecclesiã Anglorũ cura ac labore gubernarẽt, susceperũt scripta exhortatoria à Põtifice Romanæ & apostolicæ sedis Bonifacio. Iustus pòst Deusdedit Ecclesiæ præfuit anno incarnationis dominicę sexcẽtesimo decimooctauo. Erat autẽ Mellitus quidẽ corporis infirmitate, id est, podagra grauatus, sed mẽtis gressibus sanus alacriter terrena quæq; transiliẽs, atq; ad cœlestia regna semper amanda, petẽda, & quærenda peruolans. Erat carnis origine nobilis, sed culmine mẽtis nobilior. Deniq; vt vnum virtutis eius (vnde cætera intelligi possint) testimonium referam. Tempore quodã ciuitas Dorouernensis per culpam incuriæ igne correpta crebrescentibus cœpit flãmis cõsumi, quibus cum nullo aquarũ iniectu posset aliquis obsistere, iámque ciuitatis esset pars vastata non minima, atque ad Episcopum furens se flamma dilataret, confidens Episcopus in diuinum, vbi humanum deerat auxilium, iussit se obuiam sæuientibus & huc illúcque volantibus ignium globis efferri. Erat autem eo loci, vt flammarum impetus maximè incumbebat, martyrium beatorum quatuor coronatorum. Ibi ergo perlatus obsequentum manibus Episcopus, cœpit orando periculum infirmus abigere, quod firma fortium manus multum laborando nequiuerat. Nec mora, vẽtus qui

Mellitus mitigando restinxit incendium.

B à meridie flans, vbi incendia sparserat, contra meridiem reflexus, primò vim furoris sui à læsione locorum quæ contra erant abstraxit, ac mox funditus quiescẽdo flammis pariter sopitis atque extinctis compescuit. Et quia vir Dei igne diuinę charitatis fortiter ardebat, qui tempestates potestatum aëriarum à sua suorúmque læsione crebris orationibus vel exhortationibus repellere consueuerat, meritò ventis flammísque mundialibus prævalere, & ne sibi suísque nocerent obtinere poterat. Et

Mellitus moritur.

hic ergo postquàm annis quinque rexit Ecclesiam Eadbaldo regnante migrauit ad cœlos. Sepultúsque est cum patribus suis in sæpe dicto monasterio & ecclesia beatissimi principis Apostolorum, anno ab Incarnatione Domini sexcentesimo vigesimoquarto, die octauo Kalendarum Maiarum.

Bonifacius Papa Iusto mittit pallium.

C v i statim succedit in pontificatum Iustus, qui erat Rhofensis Ecclesiæ Episcopus. Illi autem CAP. VIII.
Ecclesiæ Romanum pro se cõsecrauit episcopum, data sibi ordinandi episcopos auctoritate à pontifice Bonifacio quem successorem fuisse Deusdedit, supra meminimus. Cuius auctoritatis ista est forma.

C *Dilectissimo fratri Iusto Bonifacius.* Quàm deuotè, quámque etiam vigilanter pro Christi Euangelio *Bonif. Papæ Epist.*
elaborauerit vestra fraternitas, non solùm epistolæ à vobis directæ tenor, imò indulta desuper operi vestro perfectio indicauit. Nec enim omnipotens Deus aut sui nominis sacramentũ, aut fructum vestri laboris deseruit, dum ipse prædicatoribus Euangelij fideliter repromisit: Ecce, ego vobiscum *Matth. 28.*
sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Quod specialiter, iniuncto vobis ministerio, eius clementia demonstrauit, aperiens corda gentium ad suscipiendum prædicationis vestræ singulare mysterium. Magno enim præmio fastigiorum vestrorum delectabilem cursum bonitatis suæ suffragiis illustrauit, dum creditorum vobis talentorum fideliſſimæ negociationis officiis, vberem fructum impendens ei, quod signare posſitis multiplicatis generibus præparauit. Hócque etiam illa vobis repensatione collatum est, qui iniuncto ministerio iugiter perſistentes laudabili patientia redemptionem gentis illius expectatis, & vestris vt proficerent meritis eorum est saluatio propinata, dicente Domino: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Saluati ergo estis spe

Matth. 10. & 24.

D patientiæ & tolerãtiæ virtute, vt infidelium corda naturali ac superstitioso morbo purgata, sui consequerentur misericordiam Saluatoris. Susceptis namque apicibus filij nostri Adelualdi Regis, reperimus quanta sacri eloquij eruditione eius animum ad veræ conuersionis & indubitatæ fidei credulitatem fraternitas vestra perduxerit. Qua ex re de longanimitate clementiæ cœlestis certam assumentes fiduciam, non solùm suppositarum ei gentium pleniſſimam salutem, imò quoque vicinarum, vestræ quoque prædicationis ministerio credimus subsequẽdum, quatenus, sicut scriptum est, Consummati operis vobis merces à retributore omnium bonorum Domino tribuatur. Et verè per omnem terram exisse sonum eorum, & in fines orbis terræ verba ipsorum vniuersalis gentium confessio (suscepto Christianæ sacramento fidei) præstetur. Pallium præterea per latorem præsentium fraternitati tuæ benignitatis studiis inuitati, direximus, quo videlicet tantum in sacrosanctis

Ius pallij.

mysteriis celebrandis licentiam vtendi imperauimus. Concedentes etiam ibi ordinationes episcoporum, exigente opportunitate, Domini præueniente misericordia, celebrare, ita vt Christi Euangelium plurimorum annunciatione in omnibus gentibus quæ necdum conuersæ sunt, dilatetur.

E Studeat ergo tua fraternitas hoc, quod sedis Apostolicæ humanitate percepit, intemerata mentis synceritate seruare intendens, cuius rei similitudine tam præcipuum indumentum humeris tuis baiulandum susceperis. Talémque te Domini implorata clementia exhibendum stude, vt indulti muneris præmia non cum reatitudine, sed cum commodis animarum ante tribunal summi & venturi iudicis repræsentes. Deus te incolumem custodiat dilectiſsime frater.

Q v o tempore etiam gens Nordan Humbrorum, hoc est, ea natio Anglorum, quæ ad Aquilo- CAP. IX.
narem Humbri fluminis plagam habitat, cum Rege suo Eduino, verbum fidei, prædicante Paulino *Eduini filiã baptizat Paulinus.*
(cuius supra meminimus) susceperit. Cui videlicet Regi in auspicium susciplendæ fidei, & regni cœlestis potestas, & terreni creuerat imperij, ita vt (quod nemo Anglorum ante eum fecit) omnes Britan- *Mouania insula.*
niæ fines, qua vel ipsorum vel Britonum prouinciæ habitabãtur, sub ditione acceperit. Quin & Meuanias insulas, sicut & supra docuimus, imperio subiugauit Anglorum. Quarum prior, quæ ad Au-

strum est,& situ amplior,& frugum prouentu atque vbertate fœlicior, nongentarum sexaginta familiarum mensuram, iuxta æstimationem Anglorum,secunda trecentorum & vltra spatium tenet. F
Huic autem genti occasio fuit percipiendæ fidei, quòd præfatus Rex eius cognatione iunctus est regibus Cantuariorum, accepta in coniugem Edelburga filia Edelberthi Regis, quæ alio nomine Tate vocabatur. Huius consortium cum primò ipse, missis procis à fratre eius Eadbaldo, qui tunc regno Cantuariorum præerat,peteret:responsum est, Non esse licitum, Christianam virginem pagano in coniugium dari,ne fides & sacramenta cœlestis Regis consortio profanarentur regis qui veri Dei cultus esset,prorsus ignarus. Quæ dum Eduino verba nuntij referrent,promisit se nihil omnibus modis contrarium Christianæ fidei quam virgo colebat esse facturum: quin potius permissurum vt fidem cultúmque suæ religionis cum omnibus qui secum venissent viris siue fœminis, sacerdotibus seu ministris more Christiano seruaret. Neque abnegauit se etiam eandem subiturũ esse religionem, si tamen examinata à prudentibus sanctior ac Deo dignior posset inueniri. Itaque promittitur virgo,atq; Eduino mittitur,& iuxta quod dispositum fuerat ordinatur Episcopus vir Deo dilectus Paulinus, qui cum illa veniret, eámque & comites eius, ne paganorum possent societate G
pollui,quotidiana exhortatione,& sacramentorum cœlestium celebratione confirmauit. Ordinatus est autem Paulinus Episcopus à Iusto Archiepiscopo sub die duodecima Kalendarum Augustarum,anno ab Incarnatione Domini quingentesimo viceſimoquinto. Et sic cum præfata virgine ad Regem Eduinũ quasi comes copulæ carnalis aduenit. Sed ipse potius toto animo intendẽs vt gentẽ quam adibat,ad agnitionem veritatis aduocans, iuxta vocem Apostoli, vni viro virginem castam exhiberet Christo. Cúmque in prouinciã venisset,laborauit multum vt & eos qui secum venerant, ne à fide deficerent,domino adiuuante contineret,& aliquos,si fortè posset,de paganis ad fidei gratiam prædicando conuerteret. Sed sicut Apostolus ait, quamuis multo tempore illo laborante in verbo, Deus seculi huius excæcauit mentes infidelium,ne eis fulgeret illuminatio euangelij gloriæ Christi. Anno autem sequenti venit in prouinciam quidam sicarius, vocabulo Eumerus, missus à Rege Occidentalium Saxonum,nomine Guichelmo,sperans se regem Eduinum regno simul & vita priuaturum,qui habebat sicam bicipitem toxicatam, vt si ferri vulnus minus ad mortem Regis sufficeret,peste iuuaretur veneni. Peruenit autem ad Regem primo die Paschæ, iuxta amnem Do- H
rouentionem, vbi tunc erat villa regalis. Intrauítque quasi nuncium domini sui referens,& cum simulatam legationem ore astuto volueret, exurrexit repentè, & euaginata sub veste sica impetum fecit in Regem. Quod cum videret Lilla minister regis amicissimus, non habẽs scutum ad manum, quo Regem à nece defenderet, mox interposuit corpus suum ante ictum pungentis. Sed tanta vi hostis ferrum infixit,vt per corpus militis occisi etiam Regem vulneraret. Qui cum mox vndique gladiis impeteretur,in ipso tumultu etiam alium de militibus, cui nomen erat Fordherio sica nefanda peremit. Eadem autem nocte sacrosancta dominicæ Paschæ pepererat Regina filiam Regi, cui nomen Eanfled. Cúmque idem Rex præsente Paulino Episcopo gratias ageret diis suis pro nata sibi filia:contrà Episcopus gratias cœpit agere domino Christo, Regíque astruere quòd ipse precibus suis apud illum obtinuerit,vt Regina sospes & absque dolore graui sobolem procrearet. Cuius verbis delectatus Rex promisit se abrenunciatis idolis Christo seruiturum,si vitam sibi & victoriam donaret pugnanti aduersus Regem,à quo homicida ille,qui eum vulnerauerat,missus est,& in pignus promissionis implendæ,eandem filiam suam Christo consecrandam Paulino Episcopo adsI
gnauit: quæ baptizata est die sancto Pentecostes prima de gente Nord Humbrorum cum duodecim aliis de familia eius. Quo tempore curatus à vulnere sibi pridem inflicto, Rex,collecto exercitu venit aduersus gentem Occidẽtalium Saxonum,ac bello inito, vniuersos quos in necem suam conspirasse didicerat,aut occidit,aut in deditionem recepit. Sícque victor in patriam reuersus,non statim & inconsultè sacramenta fidei Christianæ percipere voluit,quamuis nec idolis vltra seruiuit, ex quo se Christo seruiturum esse promiserat:verùm primò diligentius ex eo tempore & ab ipso venerabili viro Paulino rationem fidei ediscere, & cum suis primatibus, quos sapientiores nouerat, curauit conferre quid de iis agendum arbitrarentur. Sed & ipse, cum esset vir natura sagaciſſimus, sæpè diu solus residens,ore quidem tacito,sed in intimis cordis multa secum colloquens, quid sibi esset faciendum,quæ religio seruanda,tractabat.

Christiana nubit infideli.

Paulinus ordinatur Episcopus.

2. Cor. 11.

2. Cor. 4.

Eumerus sicarius.

Fidelis Lilla pro domino occiditur, polyd. li. 4. hist. pag. 78.

Eduinus sub spe victoriæ Christianismum pollicetur.

Bonifacius Eduinum literis ad fidem hortatur.

CAP. X. QVo tempore exhortatorias ad fidem literas à pontifice sedis apostolicæ Bonifacio accepit, K
quarum ista est forma.

Viro glorioso Eduino Regi Anglorum Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei. Licet summæ diuinitatis potentia humanæ locutionis officiis explanari non valeat, quippè quæ sui magnitudine ita inuisibili atque inuestigabili æternitate consistit, vt eam nulla ingenij sagacitas quanta sit comprehendere differeréque sufficiat: quia tamen eius humanitas ad insinuationem sui reseratis cordis ianuis, quæ de semetipsa proferentur, secreta humanis mentibus inspiratione clementer infundit ad annunciandam vobis plenitudinem fidei Christianæ, sacerdotalem curauimus solicitudinem prærogare, vt perinde Christi Euangelium quod Saluator noster omnibus præcepit gentibus prædicari, vestris quoque sensibus inserentes,salutis vestræ remedia propinentur. Supernæ igitur maiestatis clementia,quæ cuncta solo verbo præceptionis suæ condidit & creauit,cœlum videlicet

A videlicet & terram,mare,& omnia quæ in eis sunt (dispositis ordinibus quibus subsisterent) coæterni verbi sui consilio,& sancti Spiritus vnitate dispensans,hominem ad imaginem & similitudinem suam ex limo terræ plasmatum constituit,eíque tantam præmij prærogatiuam indulsit,vt eum cunctis præponeret,atque seruato termino præceptionis æternitatis subsistentia præmuniret. Hunc ergo Deum Patrem,Filium,& Spiritum sanctum, quod est individua Trinitas, ab ortu solis vsque ad occasum humanum genus,quippè vt creatorem omnium atque factorem suum salutifera cõfessione fidei veneratur & colit. Cui etiam summitates imperij,rerúmque potestates submissæ sunt: quia eius dispositione omnium prælatio regnorum conceditur. Eius ergo bonitatis misericordia totius creaturæ suæ dilatandæ subsidiis etiam in extremitate terræ positarum gentium corda frigida sancti Spiritus feruore in sui quoque agnitione mirabiliter est dignata succendere. Quæ enim in glorioſi filij nostri Audubaldi Regis gentibúsque ei suppositis illustratione clemẽtia redemptoris fuerit operata,plenius ex vicinitate locorum vestram gloriam coniicimus cognouisse. Eius ergo mirabile donũ & in vobis certa spei cœlesti longanimitate conferri confidimus. Cùm profecto glorioB
sam coniugem vestram,quæ vestri corporis,pars esse dignoscitur, æternitatis præmio per sacri baptismatis regenerationem illuminatam agnouimus. Vnde præsenti stylo glorioſius vos adhortãdos cum omni affectu intimæ charitatis curauimus,quatenus abominatis idolis,eorúmque cultu, spretísque fanorum fatuitatibus,& augutiorum deceptibilibus blandimẽtis, credatis in Deum patrem omnipotentem,eiúsque filium Iesum Christum, & Spiritum sanctum, vt credentes à diabolicæ captiuitatis nexibus,sanctæ & individuæ Trinitatis cooperãte potentia, absoluti, æternæ vitæ possitis esse participes. Quanta autem reatitudinis culpa teneantur astricti hi qui idololatriarum pernicioſiſſimã superstitionẽ colentes amplectuntur, eorũ quos colunt exempla perditionis insinuãt. Vnde de eis per Psalmistam dicitur: Omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit. Et iterum: Oculos habent,& non vident: aures habent,& non audiunt: nares habent,& non odorabunt: manus habent,& non palpabunt: pedes habent,& non ambulabunt. Similes ergo efficiuntur his qui spem suæ confidentiæ ponunt in eis. Quomodo enim iuuandi quemlibet possunt habere virtutem hi qui ex corruptibili materia inferiorũ etiam suppositorúmq; tibi manibus construuntur:
C quibus videlicet artificium humanum accommodans,eis inanimatam membrorum similitudinem contuliſti: qui nisi à te moti fuerint,ambulare non poterunt,sed tanquam lapis in vno loco positus, ita constructi,nihilque intelligentiæ habentes,ipsáque insensibilitate obruti, nullam neque lædendi neque iuuãdi facultatem adepti sunt? Qua ergo mentis deceptione eos deos, quibus vosipsi imaginem corporis tradidistis,colentes sequimini,iudicio discreto reperire non possumus? Vnde oportet vos suscepto signo sanctæ crucis,per quod humanum genus redemptum est, execrando diabolicæ versutiæ supplantationem,qui diuinæ bonitatis operibus inuidus à mulúsque consistit,à cordibus vestris abiicere. Iniectíſque manibus hos quos eatenus materiæ compage vobis deos fabricastis, confringendos diminuedóque summopere procurate: Ipsa enim eorum dissolutio corrupque, quæ nunquam viuentem spiritum habuit, nec sensibilitate à suis factoribus potuit quolibet modo suscipere, vobis patẽter insinuet quòd nihil erat quod eatenus colebatis, dum profectò meliores vos,qui spiritum viuentem à domino percepistis,eorum constructioni nihilominus exiſtatis: quippè quos Deus omnipotens ex primi hominis quem plasmauit cognatione deductos per secuD
la innumerabilibus propaginibus pullulare constituit. Accedite ergo ad agnitionem eius qui vos creauit, qui in vobis vitæ insufflauit spiritum,qui pro vestra redemptione Filiũ suum vnigenitũ misit,vt vos ab originali peccato eriperet,& ereptos de potestate diabolicæ nequitiæ cœlestibus præmiis muneraret. Suscipite verba prædicatorum & Euangelium Dei quod vobis annunciant,quatenus credentes (sicut sæpius dictum est) in Deum patrem omnipotentem,& in Iesum Christum eius filium,& Spiritum sanctum,& inseparabilem Trinitatem,fugatis dæmoniorum sensibus, expulsáq; à vobis solicitatione venenosi & deceptibilis hostis per aquam & Spiritum sanctum renati, ei cui crediderit is in splendore gloriæ sempiternæ cohabitare eius opitulatione & munificentia valeatis. Præterea benedictionem protectoris vestri beati Petri Apostolorum principis vobis direximus, id est,camisiam cum ornatura in auro vna,& lena anciriana vna,quod petimus vt eo benignitatis animo gloria vestra suscipiat,quo à nobis noscitur destinatum.

Trinitas.

contra idololatriam. Psal. 95.

Psal. 113.

Christi agnitio.

Scribit Bonifacius ad Edelburgam de salute regis.

E AD coniugem quoque eius Edelburgam huiusmodi literas idem pontifex misit. Exemplar epi- CAP. XI.
stolæ beatissimi & apostolici Bonifacij Papæ vrbis Romæ directæ Edelburgi Reginæ Eduini Regis.

Dominæ gloriosæ filiæ Edelburgæ Reginæ, Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei. Redemptoris nostri benignitas humano generi,quod precioſi sanguinis sui effusione à vinculis diabolicæ captiuitatis eripuit,multa prouidẽtia quibus saluaretur propinauit remedia,quatenus sui nominis agnitionem diuerso modo gentibus innotescens,creatorem suum suscepto christianæ fidei agnoscerẽt sacramento,quod quidem in vestræ gloriæ sensibus cœlesti collatũ munere mystica regeneratio vestræ purgationis,patẽter innuit. Magno ergo largitatis dominicæ beneficio mens nostra gaudio exultauit, quòd scintillam orthodoxæ religionis in vestri dignatus est conuersione succendere. Ex qua re non solùm gloriosi coniugis vestri, imò totius gentis suppositæ vobis intelligentiam in amorem sui facilius inflammaret. Didicimus namque referentibus his qui ad nos glorioſi filij nostri Audubaldi

regis laudabilem conuersionem nunciantes peruenerunt, quòd etiam vestra gloria Christianæ fi- F
dei susceptо mirabili sacramento piis & Deo placitis iugiter operibus eniteſcat. Ab idolorum etiam
Auguria damnat. cultu, seu fanorum auguriorúmque illecebris se diligenter abstineat, & ita in amore redemptoris sui
immutata deuotione perſistens inuigilet, vt ad dilatandam Christianam fidem incessabiliter non
desistat operam commodare. Cúmque de glorioſa coniuge vestra paterna charitas sollicitè per-
quisisset, cognouimus quòd eatenus abominandis idolis seruiens, ad susciпiendam vocem prædica-
torum suam distulerit obedientiam exhibere. Qua ex re non modica nobis amaritudo congesta est,
ab eo quòd pars corporis vestri ab agnitione summæ & indiuiduæ Trinitatis remansit extranea.
Vnde paternis officiis vestræ glorioſæ Christianitati nostram commonitionem nõ distulimus con-
ferre, adhortantes quatenus diuinæ inspirationis imbuta subsidiis importunè & opportunè agen-
dum non differas, vt & ipse Saluatoris nostri Domini Iesu Christi cooperante potentia Christianо-
rum numero copuletur, vt perindè intemerato societatis fœdere iura teneas maritalis consortij.
Scriptum namque est: Erunt duo in carne vna. Quomodo namque vnitas vobis coniunctionis in-
esse dici poterit, si à vestræ fidei splendore interpositis deteſtabilis erroris tenebris remanserit ille G
alienus? Vnde orationi continuò insistens, à longanimitate cœlestis clementiæ illuminationis illius
beneficia impetrare non desinas. Vt videlicet quos copulatio carnalis affectus vnum quodammo-
do corpus exhibuisse monstratur, hos quoque vnitas fidei etiam post huius vitæ transitum in per-
petua societate conseruet. Insiste ergo glorioſa filia, & summis conatibus duriciam cordis ipsius re-
ligioſa diuinorum præceptorum insinuatione mollire summoperè dematura, infundens sensibus
eius, quantum sit præclarum, quod credendo susceпisti mysterium, quantúmve sit admirabile quod
renata præmium consequi meruisti. Frigiditatem cordis ipsius sancti Spiritus annunciatione suc-
cende, quatenus amoto corpore pernicioſissimi cultus, diuinæ fidei calor eius intelligentiã tuarum
exhortationum frequentatione succendat. Vt profectò sacræ scripturæ teſtimonium per te exple-
1. *Cor.* 7. tum indubitanter præclareat. Saluabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Ad hoc enim miseri-
cordiam dominicæ pietatis consecuta es, vt fructum fidei creditorúmque tibi beneficiorum re-
demptori tuo *multiplicem* resignares. Quod equidem suffragante præsidio benignitatis ipsius, vt
explere valeas, assiduis non desistimus precibus postulare. His ergo præmiſſis, paternæ vobis dile- H
ctionis exhibentes officia, hortamur vt nos (reperta portitoris occasione) de his quæ per vos supe-
na potentia mirabiliter in conuersatione coniugis vestri submissa quę vobis gentis dignatus fuerit
operari, prosperis quantocyus nuntiis reuceletis, quatenus sollicitudo noſtra, quæ de vestri vestro-
rúmque omnium animæ salute optabilia desiderãter expectat, vobis nuntiantibus reueletur, illu-
strationémque diuinæ propitiationis in vobis diffusam opulentius agnoscentes, hilari confeſſione
largitori omnium bonorum Deo, & beato Petro Apoſtolorũ principi vberes meritò gratias exol-
uamus. Præterea benedictionem protectoris vestri beati Petri Apoſtolorum principis vobis dire-
Munera pontificis. ximus, id est, speculum argenteum & pictinem eburneum inauratum, quod petimus vt eo benignи-
tatis animo gloria vestra susciрiat, quo à nobis noscitur destinatum.

Eduinus exul visione ad credendum prouocatur.

CAP. XII. HÆc quidem memoratus Papa Bonifacius, de salute regis Eduini ac gentis ipsius literis agebat.
Sed & oraculum cœleſte, quod illi quondam exulanti apud Redualdum Regem Anglorum pietas I
diuina reuelare dignata est, non minimum ad susciрienda vel intelligenda doctrinæ monita salutа-
ris sensum illius iuuit. Cùm ergo videret Paulinus difficulter posse sublimitatem animi Regalis ad
humilitatem viæ salutaris, & susciрiendum mysterium viuificæ crucis inclinari, ac pro salute illius
simul & gentis cui præerat, & verbo exhortationis apud homines, & apud diuinam pietatem verbo
deprecationis ageret, tãdem (vt verisimile videtur) didicit in spiritu, quod vel quale esset oraculum
Regi quondam cœlitus ostensum. Nec exinde distulit, quin continuò Regem admoneret explere
votum quod in oraculo sibi exhibito se facturum promiserat, si temporis illius ærumnis exemptus
ad regni fastigia peruenirет. Erat autem oraculum huiusmodi. Cùm persequẽte illum Edelfrido, qui
ante eum regnauit, per diuersa occultus loca vel regna multo annorum tempore profugus vagare-
tur, tandem venit ad Regem Redualdum, obsecrans vt vitam suam à tanti persecutoris insidiis tu-
tando seruaret. Qui libenter eum excipiens, promisit se quæ petebat esse facturum. At postquam
Edelfridus in hac eum prouincia apparuisse, & apud Regem illius familiariter cum sociis habitare
cognouit, misit nuntios qui Redualdo pecuniam multam pro nece eius offerrent, neq; aliquid pro- K
Pactum de morte Eduini fecit, misit secundò, misit tertiò, & copioſiora auri & argenti dona offerens, & bellum insuper illi, si
contemneretur, indicens. Qui vel minis fractus, vel corruptus muneribus cessit deprecanti, & siue
occidere se Eduinum, seu legatariis tradere promisit. Quod vbi fidelissimus quidam amicus illius
animaduertit, intrauit cubiculum quo dormire disponebat. Erat enim prima hora noctis. Et euoca-
tum foras quid erga eum agere Rex promisisset, edocuit, & insuper adiecit: Si ergo vis hac ipsa hora
educam te de hac prouincia, & ea in loca te introducam, vbi nunquam te vel Redualdus vel Edel-
fridus inuenire valeant. Qui ait: Gratias quidem ago beneuolentiæ tuæ, non tamen hoc facere
possum quod suggeris, vt pactum quod cum tanto Rege inij, ipse primus irritum faciam, cum ille
mihi nihil mali fecerit, nihil adhuc inimicitiarum intulerit, quin potius si moriturus sum, ille me
magis quàm ignobilior quisquam morti tradat. Quò enim nunc fugiam, qui per omnes Britanniæ
prouin-

A prouincias tot annorum temporúmque curriculis vagabundus hoſtium vitabam insidias? Abeunte
igitur amico remansit Eduinus solus foris, resídénsque mœstus ante palatium multis cœpit cogita-
tionum æstibus affici, quid ageret, quóve pedem verteret nescius. Cúmque diu tacitis mentis ango-
ribus, & cæco carperetur igne, vidit subitò intempestæ noctis silentio appropinquantem sibi homi-
nem vultus habitúsque incogniti, quem videns, vt ignotum & inopinatum, non parum expauit. At *Piſio salutа-*
ille accedens salutauit eum, & interrogauit quare illa hora cæteris quiescẽtibus & alto sopore pres- *tur.*
sis solus ipse mœstus in lapide peruigil sederet. At ille viciſſim sciscitabatur quid ad eum pertine-
ret, vtrum ipse intus an foris noctem transigeret. Qui respondens ait: Ne me æstimes tuæ mœstitiæ,
& insomniorum, & forinsecæ ac solitariæ sessionis causam nescire. Scio enim certiſſimè qui es, &
quare mœres, & quæ ventura tibi in proximo mala formidas. Sed dicito mihi quid mercedis dare
velis ei, si quis sit, qui his te mœroribus absoluat, & Redualdo suadeat vt nec ipse tibi aliquid mali
faciat, nec tuis te hoſtibus perimendum tradat. Qui cum se omnia quæ posset huic tali pro merce-
de beneficij daturum esse respõderet: adiecit ille, Quid si etiam te regem futurum extinctis hoſtia-
B bus in veritate promittat, ita vt non solùm omnes progenitores tuos, sed & omnes qui ante te Re-
ges in gente Anglorum poteſtate fuerant, transcendas? At Eduinus constantior interrogando fa-
ctus, non dubitauit promittere, quin etiam ei qui tanta sibi beneficia donaret, dignis ipse gratiarum
actionibus responderet. Tum ille tertiò: Si autem, inquit, is qui tibi tãta taliáque dona veraciter ad-
uentura prædixerit, etiam consilium tibi tuæ salutis ac vitæ melius atque vtilius quàm aliquis de
tuis parentibus aut cognatis vnquam audiuit, oſtendere potuerit, num ei obtemperare, & monita
eius salutaria susciрere consentis? Nec distulit Eduinus quin continuò polliceretur, se in omnibus
secuturum doctrinam illius, qui se tot ac tantis calamitatibus ereptum, ad regni apicem prouehe-
ret. Quo accepto responſo, confestim is qui loquebatur cum eo imposuit dexteram suam capiti
eius, dicens: Cùm hoc ergo tibi aduenerit, memento huius temporis ac loquelæ noſtræ, & ea quæ
nunc promittis, ad implere ne differas. Et his dictis, vt ferunt, repentè disparuit, vt intelligeret non
hominem esse, qui sibi apparuisset, sed spiritum. Et cùm regius iuuenis solus adhuc ibidem sederet,
gauisus quidem de collata sibi pia ac benigna consolatione: sed multum solicitus ac mente sedula
C cogitans quis esset ille, vel vnde veniſſet, qui hæc sibi loqueretur: venit ad eum præfatus amicus
illius, lætóque vultu salutans eum: Surge, inquit, intra, & sopitis ac relictis curarũ anxietatibus quie-
ti membra simul & animum compone: quia immutatum est cor Regis, nec tibi aliquid mali facere,
sed fidem potius pollicitam seruare disponit. Postquam enim cogitationem suam, de qua tibi ante
dixi, Regina in secreto reuelauit, reuocauit eum illa ab intentione, admonens quia nulla ratione
cõueniat tanto Regi amicum suum optimum in neceſſitate positum auro vendere, imò fidem suam,
quæ omnibus ornamentis pretioſior est, amore pecuniæ, perdere. Quid plura? Fecit Rex, *Fides omni*
vt dictum est, nec solùm exulem nuntiis hoſtibus non tradidit, sed etiam eum, vt in regnum perue- *pretioſior auro.*
niret, adiuuit. Nam mox redeuntibus domum nuntiis, exercitum ad debellandum Edelfridum col-
legit copioſum, eúmque sibi occurrentem cum exercitu multum impari (non enim dederat illi spa-
tium, quo totum suum congregaret atque adunaret exercitum) occidit in finibus gẽtis Merciorum
ad Orientalem plagam amnis, qui vocatur Idle. In quo certamine & filius Redualdi vocabulo
Regnheri occiſus est, ac sic Eduinus iuxta oraculum quod acceperat, non tantum Regis sibi infesti
D insidias vitauit, verùm etiam eidem perempto in regni gloriam succeſſit. Cùm ergo prædicãte ver-
bum Dei Paulino Rex credere differret, & per aliquod tempus, vt diximus, horis competentibus
solitarius sederet, & quid agendum sibi esset, quæ religio sequenda sedulus secum ipse scrutari con-
sueſſet, ingrediens ad eum quadam die vir Dei, imposuit dexteram capiti eius, & an hoc signum
agnoscеret, requisiuit. Qui cùm tremens ad pedes eius procidere vellet, leuauit eum, & quasi fami-
liari voce affatus: Ecce, inquit, hoſtium manus quos timuisti, domino donante euasisti. Ecce re-
gnum quod desideraſti, ipso largiente percepisti. Memento vt tertium quod promisisti facere non
differas, susciрiendo fidem eius, & præcepta seruando, qui te & à temporalibus aduersis eripiens,
temporalis regni honore sublimauit, & si deinceps voluntati eius, quam per me tibi prædicat, ob-
secundare volueris, etiam à perpetuis malorum tormentis te liberabit, & æterni secum regni in cœ-
lis faciet esse participem.

Eduinus consilium de percipienda Christi fide habuit.

E QVIBVS auditis Rex susciрere quidem se fidem, quam docebat, & velle & debere respondebat. CAP. XIII.
Verùm adhuc cum amicis principatibus & consiliariis suis sese de hoc collaturum esse dicebat, vt si
& illi eadem cum eo sentire vellent, omnes pariter in fonte vitæ Christo consecrarẽtur. Et annuẽte
Paulino fecit, vt dixerat. Habito enim cum sapientibus consilio, sciscitabatur singillatim ab omni-
bus, qualis sibi doctrina hæc eatenus inaudita, & nouus diuinitatis qui prædicabatur, cultus videre-
tur. Cui primus pontificum ipsius Coifi continuò respondit: Tu vide Rex quale sit hoc, quo nobis *Idololatriæ*
modò prædicatur: ego tibi veriſſimè quod certum didici profiteor, quia nihil omnino virtutis ha- *vanitas.*
bet, religio illa, quam hucusque tenuimus. Nullus enim tuorũ studioſius quàm ego culturæ deorum
noſtrorum se subdidit, & nihilominus multi sunt, qui ampliora à te beneficia quàm ego & maiores
accipiunt dignitates, magísque prosperantur in omnibus quæ agenda vel acquirenda disponunt. Si
autem dij aliquid valerent, me potius iuuare vellent, qui illis impensius seruire curaui. Vnde reſtat,

vt ſi ea quæ nunc nobis noua prædicantur, meliora eſſe & fortiora habita examinatione perſpexeris, abſque vllo cunctamine ſuſcipere illa feſtinemus. Cuius ſuaſioni verbiſque prudentibus alius optimatum regis tribuens aſſenſum continuò ſubdidit: Talis, inquiens, mihi videtur Rex vita hominum præſens in terris, ad comparationem eius quod nobis incertum eſt temporis, quale cum te reſidente ad cœnam cum ducibus ac miniſtris tuis tempore brumali, accenſo quidem foco in mẽdio, & calido effecto cœnaculo, furentibus autem foris per omnia turbinibus hyemaliũ pluuiarum, adueniẽſque vnus paſſerum domum citiſſimè peruolarit, qui cum per vnum oſtium ingrediens, mox per aliud exierit, ipſo quidem tempore quo intus eſt hyemis tempeſtate non tangitur: ſed tamen minimo ſpatio ſerenitatis ad momentum excurſo, mox de hyeme in hyemem regrediens tuis oculis elabitur. Ita hæc vita hominum ad modicum apparet: quid autem ſequatur quidve præceſſerit, prorſus ignoramus. Vnde ſi hæc noua doctrinò certius aliquid attulerit, meritò ſequenda eſſe videtur. His ſimilia & cæteri maiores natu ac Regis conſiliarij diuinitus admoniti proſequebantur. Adiecit autem Coifi, quia vellet ipſum Paulinum diligentius audire de Deo quem prædicabat verbum faciẽtem. Quod cum iubente Rege faceret, exclamauit auditis eius ſermonibus, dicens: Iam olim intellexeram nihil eſſe quod colebamus, quia videlicet quãto ſtudioſius in eo cultu veritatem quærebam, tanto minus inueniebam. Nunc autem apertè profiteor, quia in hac prædicatione veritas claret illa, quæ nobis vitæ ſalutis & beatitudinis æternæ dona valet tribuere. Vnde ſuggero Rex, vt templa & altaria quæ ſine fructu vtilitate ſacrauimus, ocyus anathemati & igni tradamus. Quid plura? Præbuit palam aſſenſum Euangelizandi beato Paulino rex, & abrenunciata idololatria fidem ſe Chriſti ſuſcipere confeſſus eſt. Cũmque à præfato pontifice ſacrorum ſuorum quæreret quis aras & fana idolorum cum ſeptis quibus erant circumdata primus profanare deberet: ille reſpondit: Ego. quis enim ea quæ per ſtultitiam colui, nunc ad exemplum omnium aptius quàm ipſe per ſapientiam mihi à Deo vero donatam, deſtruam? Statimque abiecta ſuperſtitione vanitatis rogauit ſibi Regem arma dare, & equum emiſſarium, quem aſcendens ad idola deſtruẽda venit. Non enim licuerat pontificem ſacrorum, vel arma ferre, vel præterquam equitare. Accinctus ergo gladio accepit lanceam in manu, & aſcendens emiſſarium regis pergebat ad idola. Quod aſpiciens vulgus æſtimabat eum inſanire. Nec diſtulit ille, mox vt appropiabat ad fanum, profanare illud, iniecta in eo lancea quam tenebat, multúmque gauiſus de agnitione veri Dei cultus, iuſſit ſociis ſuis deſtruere ac ſuccendere fanum cum omnibus ſeptis ſuis. Oſtenditur autem locus ille quondam idolorum non longè ab Eboraco ad Orientem amnem Dorventionem, & vocatur hodie Gotmundin Gaham, vbi pontifex ille, inſpirante Deo vero, polluit ac deſtruxit eas, quas ipſe ſacrauerat, aras.

Chriſtianæ fidei veritas.

Gentilis pontifex idola comminuit.

Eduinus cum gente fidelis factus à Paulino baptizatur.

CAP. XIIII. IGITVR accepit rex Eduinus cum cunctis gentis ſuæ nobilibus ac plebe per plurima fidem & lauacrum ſanctæ regenerationis, anno regni ſui vndecimo, qui eſt annus dominicæ incarnationis ſexcenteſimus viceſimuſſeptimus: ab aduentu verò Anglorum in Britanniam annus circiter centeſimus octogeſimus. Baptizatus eſt autem Eboraci die ſancto Paſchæ pridie Iduum Aprilium in Eccleſia ſancti Petri Apoſtoli, quam ibidem ipſe de ligno cum catechizaretur, atque ad percipiendum baptiſma imbueretur, citato opere conſtruxit. In qua etiam ciuitate ipſi doctori atque antiſtiti ſuo Paulino ſedem epiſcopatus donauit. Mox autem vt baptiſma conſecutus eſt, curauit docente eodem Paulino maiorem ipſo in loco & anguſtiorem de lapide fabricare Baſilicam, in cuius medio ipſum quod prius fecerat oratorium includeretur. Præparatis ergo fundamentis in gyro prioris oratorij per quadrum cœpit ædificare Baſilicam. Sed priuſquam altitudo parietis eſſet conſummata, Rex ipſe impia nece occiſus, opus idem ſucceſſori ſuo Oſvvado perficiendum reliquit. Paulinus autem ex eo tempore ſex annis continuis, id eſt, vſque ad finem imperij Regis illius, verbum Dei (annuente ac fauente ipſo) in ea prouincia prædicabat. Credebántque & baptizabantur quotquot erãt præordinati ad vitam æternam, in quibus erant Oſfridus & Eadfridus filij Regis Eduini, qui ambo ei exuli nati ſunt de Quenburga filia Cearli Regis Mercioru m. Baptizati ſunt tempore ſequenti & alij liberi eius de Edelburga regina progeniti Edilhimus & Ediltridis filia, & alter filius Buſcfrea, quorum primi albati adhuc, rapti ſunt de hac vita, & Eboraci in Eccleſia ſepulti. Baptizatus eſt & Iffi filius Oſſridi, necnon & alij nobiles & egregij viri non pauci. Tantus autẽ fertur tunc fuiſſe feruor fidei ac deſiderium lauacri ſalutaris genti Nord Humbrorum, vt quodam tempore Paulinus veniens cum Rege & Regina in villam regiam, quæ vocatur Adregin, triginta ſex diebus ibidẽ cum iis cathechizandi & baptizãdi officio deditus moraretur, quibus diebus cũctis à manè vſque ad veſperam nil aliud ageret, quàm confluentem eò de cunctis viculis ac locis plebem, Chriſti verbo ſalutis inſtruere, atq; inſtructam in fluuio Gleni, qui proximus erat lauacro remiſſionis, abluere. Hæc villa tempore ſequentium regum deſerta, & alia pro illa eſt facta in loco, qui vocatur Melmin.

Eduinus baptizatur. Polyd. li. 4. hiſt.

Eduini familia baptiſmũ ſuſcipit.

Hæc quidem in prouincia Berniciorum, ſed & in prouincia Deirorum, vbi ſæpius manere cum rege ſolebat, baptizabat in fluuio Sualua, qui vicum iuxta Cataractam præterfluit. Nondum enim oratoria vel baptiſteria in ipſo exordio naſcentis, ibi Eccleſiæ poterant ædificari. Attamen in campo Dono (vbi tũc etiam villa Regia erat) fecit Baſilicam, quam poſtmodum pagani, à quibus Eduinus Rex occiſus eſt, cum tota eadem villa ſuccenderũt. Pro qua reges poſteriores fecere ſibi villam in regione quæ vocatur Loidis. Euaſit autem ignem altare, quia lapideum erat, & ſeruatur adhuc in monaſterio reuerendiſſimi abbatis & preſbyteri Trumvvlfi quod in ſylua Elmete eſt.

Baptiſteria nõ erant in primitiua Eccleſia.

Prouincia

Prouincia Orientalium Anglorum fidem Chriſti ſuſcepit.

TANTAM autem (vt fertur) deuotionem Eduinus erga cultum veritatis habuit, vt etiam regi Orientalium Anglorum, Carpualdo filio Reduali perſuaderet, relictis idolorum ſuperſtitionibus, fidem & ſacramenta Chriſti cum ſua prouincia ſuſcipere. Et quidem pater eius Redualt, iamdudum in Cantio ſacramentis Chriſtianę fidei imbutus eſt, ſed fruſtra: nam rediens domum, ab vxore ſua, & à quibuſdam peruerſis doctoribus ſeductus eſt, atque à ſyncericate fidei deprauatus, habuit poſteriora peiora prioribus, ita vt in morem antiquorum Samaritanorũ & Chriſto ſeruire videretur, & diis quibus antea ſeruiebat. Atque in eodem fano & altare haberet ad ſacrificium Chriſti, & arulam ad victimas dæmoniorum: quod videlicet fanum Rex eiuſdem prouincię Aldulf (qui noſtra ætate fuit) vſque ad ſuum tẽpus perduraſſe & ſe in pueritia vidiſſe teſtabatur. Erat autem præfatus Rex Redualdus natu nobilis, quãlibet actu ignobilis, filius Tytili, cuius pater fuit Vuffa, à quo reges Anglorum Orientalium Vuffingas appellantur. Verùm Carpualdus non multo poſtquam fidem accepit tẽpore occiſus eſt à viro gentili, nomine Richberto, & exinde tribus annis prouincia in errore verſata eſt, donec accepit regnum eiuſdem frater Carpualdi Sibertus, vir per omnia doctiſſimus atque Chriſtianiſſimus. Qui viuente adhuc fratre, cum exularet in Gallia, fidei ſacramentis imbutus eſt: quorum participem, mox vbi regnare cœpit, totam ſuam prouinciam facere curauit. Cuius ſtudiis glorioſiſſimè fauit Fœlix epiſcopus, qui de Burgundiorũ partibus, vbi ortus & ordinatus eſt, cum veniſſet ad Honorium Archiepiſcopum, eíque indicaſſet deſiderium ſuum, miſit eum ad prædicandum verbum vitæ præfatæ nationi Anglorum. Nec vota ipſius incaſſum cecidere, quin potius fructum in ea multiplicem credentium populorum pius agri ſpiritalis cultor inuenit. Siquidem totam illam prouinciam iuxta ſui nominis ſacramentum à longa iniquitate atque infœlicitate liberatam, ad fidem & opera iuſtitiæ ac perpetuæ fœlicitatis dona perduxit, accepítque ſedem epiſcopatus in ciuitate Dummock, & cum ſeptendecim annos eidem prouinciæ pontificali regimine præfuiſſet, ibidem in pace vitam finiuit.

CAP. XVI. *Carpualdus conuertitur.* *Polyd. lib. 4. hiſt. pag. 80.*

Lindenſi Prouinciæ Paulinus prædicat.

PRÆDICABAT autem Paulinus verbũ eitam prouinciæ Lindiſi, quæ eſt prima ad meridianam Humbri fluminis ripã pertingens vſque ad mare. Præfectúmque Lindicolinæ ciuitatis, cui nomen erat Blecca, primum cum domo ſua conuertit ad dominum. In qua videlicet ciuitate, & eccleſiam operis egregij de lapide fecit, cuius tecto vel longa incuria vel hoſtili manu deiecto parietes hactenus ſtare videntur, & omnibus annis aliqua miracula ſanitatum in eodem loco ſolent ad vtilitatem eorum qui fideliter quærunt, oſtendi. In qua eccleſia Paulinus tranſeunte ad Chriſtum Iuſto, Honorium pro eo conſecrauit epiſcopum, vt in ſequentibus ſuo loco dicemus. De huius fide prouinciæ narrauit mihi preſbyter & abbas quidam vir veraciſſimus de monaſterio Peartan, vocabulo Deda, retuliſſe ſibi quendam ſeniorum, baptizatum ſe fuiſſe die media à Paulino epiſcopo præſente rege Eduino, & multam populi turbam in fluuio Trehenta iuxta ciuitatem quæ lingua Anglorum Tiouulfingaceſtir vocatur. Qui etiam effigiem eiuſdem Paulini referre eſſet ſolitus, quòd eſſet longæ ſtaturæ, paululum incuruus, nigro capillo, facie macilenta, naſo adunco, pertenui, venerabilis ſimul & terribilis aſpectu. Habuit autem ſecum in miniſterio & Iacobum diaconum, virum vtique induſtrium ac nobilem in Chriſto & in eccleſia, qui ad noſtra vſque tempora permanſit. Tanta autem eo tempore pax in Britannia, quoquouerſum imperium regis Eduini peruenerat, fuiſſe perhibetur, vt (ſicut vſque hodie in prouerbio dicitur) etiam ſi mulier vnà cum recens nato paruulo vellet totam perambulare inſulam à mari ad mare, nullo ſe lædente, valeret. Tantum quoque rex idem vtilitati ſuæ gentis cõſuluit, vt pleriſque in locis vbi fontes lucidos iuxta publicos viarum tranſitus conſpexit, ibi ob refrigerium viãtium erectis ſtipitibus & æreos caucos ſuſpendi iuberet, neque hos quiſquam niſi ad vſum neceſſarium contingere præ magnitudine vel timoris eius auderet vel amoris vellet. Tantum verò excellentiæ in regno habuit, vt non ſolùm in pugna ante illum vexilla geſtarentur, ſed & tempore pacis equitantem inter ciuitates ſiue villas aut prouincias ſuas cum miniſtris ſemper antecedere ſignifer conſueuiſſet. Necnon & incedente illo vbilibet per plateas, illud genus vexilli, quod Romani Tufam, Angli verò appellant Thuuf, ante eum ferri ſolebat.

CAP. XVII. *Eccleſia clara miraculis.* *Paulini ſymmetria.*

Honorius papa Eduino ſcribit, & pallium Paulino mittit.

QVO tempore præſulatum ſedis apoſtolicæ Honorius Bonifacij ſucceſſor habebat, qui vbi gentem Nord Humbrorum cum ſuo rege ad fidem confeſſionémque Chriſti Paulino euangelizante conuerſam eſſe didicit miſit eidẽ Paulino palliũ, miſit & regi Eduino litteras exhortatorias, paterna illũ charitate accẽdẽs, vt in fide veritatis quã acceperãt, perſiſtere ſemper ac proficere curarẽt. Quarum videlicet literarum iſte eſt ordo: *Domino excellentiſſimo atque præcellentiſſimo filio Eduino regi Anglorum Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ſalutem.* Ita chriſtianitatis veſtræ integritas circa conditoris ſui cultũ fidei eſt ardore ſuccenſa, vt longè latéque reſplendeat, & in omni mũdo annũciata veſtri operis multipliciter referat fructũ. Sic enim vos reges eſſe cognoſcitis, dũ regẽ & creatorem veſtrũ orthodoxa prędicatione edocti deũ venerãdo creditis, eiq; quod humana valet cõditio men-

CAP. XVII. *Polyd. lib. 4. hiſt.*

tes veſtræ ſyncerã deuotionẽ exoluitis. Quid Deo noſtro aliud offerre valebimus, niſi vt in bonis F
actibus perſiſtẽtes, ipſúmque tutorẽ humani generis cõfitentes, eũ colere, eíque vota noſtra reddere feſtinemus? Et ideo excellentiſſime fili paterna vos charitate qua cõuenit exhortamur vt hoc quod vos diuina miſericordia ad ſuam gratiã vocare dignata eſt, ſolicita intẽtione & aſſiduis orationibus ſeruare omnimodo feſtinetis, vt qui vos in præſenti ſeculo ex omni errore abſolutos ad agnitionem ſui nominis eſt dignatus perducere, cœleſtis patrię vobis præparet manſionẽ. Prędicatoris igitur veſtri domini mei apoſtolicæ memoriæ Gregorii lectione frequẽter occupati, præ oculis affectum doctrinæ ipſius, quẽ pro veſtris animabus libẽter exercuit, habeto te, quatenus eius oratio & regnũ veſtrũ populũque augeat, & vos omnipotẽti Deo irreprehẽſibiles repręſentet. Ea verò quę à nobis pro veſtris ſacerdotibus ordinanda ſperaſtis, hæc pro fidei veſtræ ſynceritate, quæ nobis multimoda relatione per pręſentiũ portitores laudabiliter inſinuata eſt gratuito animo attribuere illis ſine vlla dilatione præuidemus. Et duo pallia vtrorũque Metropolitanorũ, id eſt, Honorio & Paulino direximus, vt dum quis eorum de hoc ſeculo ad autorẽ ſuum fuerit accerſitus, in loco ipſius alterum epiſcopum ex hac noſtra auctoritate debeat ſubrogare: quod quidem tã pro veſtræ charitatis affectu, G
quàm pro tantarum prouinciarum ſpatio, quæ inter nos & vos eſſe noſcuntur, ſumus inuitati concedere, vt in omnibus deuotioni veſtræ noſtrum concurſum & iuxta veſtra deſideria præberemus. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

CA. XVIII. INTER hæc Iuſtus archiepiſcopus ad cœleſtia regna ſublatus eſt quarto Iduum Nouembrium die, & Honorius pro illo eſt in præſulatum electus. Qui ordinandus venit ad Paulinũ, & occurrente ſibi illo in Lindocolino, quintus ab Auguſtino Dorouernẽſis eccleſię cõſecratus eſt antiſtes. Cui etiam præfatus papa Honorius miſit pallium & literas, in quibus decreuit hoc ipſum quod in epiſtola ad Eduinum regem miſſa decreuerat, ſcilicet vt cum Dorouernenſis vel Eboracenſis antiſtes de hac vita tranſierit, is qui ſupereſt conſors eiuſdem gradus habeat poteſtatem alterum ordinandi in loco eius qui tranſierat ſacerdotem, ne ſit neceſſe ad Romanam vſque ciuitatẽ per tam prolixa terrarum & maris ſpatia pro ordinando Archiepiſcopo ſemper fatigari. Quarum etiam textum literarum in noſtra hac hiſtoria ponere commodum duximus. *Dilectiſſimo fratri Honorio Honorius.* Inter plurima quæ redẽptoris noſtri miſericordia ſuis famulis dignatur bonorum munera prorogare, H
illud etiam clementer collata ſuæ pietatis munificentia tribuit, quotiens per fraternos affatus vnanimam dilectionẽ quadam contemplatione alternis aſpectibus repræſentat, pro quibus maieſtati eius gratia indeſinenter exoluimus, eúmque votis ſupplicibus exoramus vt veſtram dilectionem in prædicatione euangelij elaborantem & fructificantem, ſectantémque magiſtri veſtri & capitis ſui ſancti Gregorij regulam perpeti ſtabilitate confirmet, & ad augmentum eccleſiæ ſuæ potiora per vos ſuſcitet incrementa, vt fide & opere in timore dei & charitate veſtra acquiſitio deceſſorúmque veſtrorum, quæ per Domini Gregorij exordium pullulat, conualeſcendo amplius extẽdatur, vt ipſa vos dominici eloquij promiſſa in futuro reſpiciant. Vóſque vox iſta ad æternam feſtiuitatem euo-
Matth. 11. Matth. 24. cet: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Et iterũ: Euge ſerue bone & fidele, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudiũ domini tui. Et nos equidem fratres chariſſimi, hæc vobis pro æterna charitate exhortationis verba præmittentes, quæ rurſus pro eccleſiarum veſtrarum priuilegiis congruere poſſe conſpicimus, non deſiſtimus impartire. Et iam iuxta veſtram petitionem, quam filiorum noſtrorum regum vobis præſenti noſtra I
præceptione, vice beati Petri apoſtolorum principis, autoritatem tribuimus, vt quãdo vnum ex vo-
Dorouernenſis & Eboracenſis eccleſiæ priuilegium. bis diuina ad ſe iuſſerit gratia vocari, is qui ſuperſtes fuerit alteri alterũ in loco defuncti debeat epiſcopũ ordinare. Pro qua etiã re ſingula veſtræ dilectioni pallia pro cadẽ ordinatione celebrãda direximus, vt per noſtrę pręceptionis auctoritatem poſſitis Deo placitam ordinationem efficere: quia vt hæc vobis concederemus, longa terrarum mariſque interualla, quæ inter nos ac vos obſiſtunt, ad hæc nos condeſcendere coegerunt, vt nulla poſſit eccleſiarũ veſtrarum iactura per cuiuſlibet occaſionis obtentum quoquo modo peruenire, ſed potius commiſſi vobis populi deuotionem plenius propagare. Deus te incolumẽ cuſtodiat, dilectiſſime frater. Data die tertia Idus Iunias, imperãtibus dominis noſtris piiſſimis Auguſtis, Heraclio, anno viceſimo quarto, procõſulatus eiuſdẽ anno viceſimo tertio, & cõſulatus eius anno tertio. Sed & Heraclio fœliciſſimo Cæſare, id eſt, filio eius anno tertio, indictione ſeptima, id eſt, anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo triceſimotertio.

Honorius & Ioannes pontifices Scottos admonent à Pelagiana & quatuordecimanis. K

CAP. XIX. MISIT idem papa Honorius literas etiam genti Scottorũ, quos in obſeruatione ſancti paſchę errare compererat, iuxta quod ſupra docuimus, ſolerter exhortãs, ne paucitatem ſuam in extremis terræ finibus conſtitutam, ſapientiorem antiquis ſiue modernis, quæ per orbem terræ erant, Chriſti eccleſiis æſtimarent, néve contra paſchales computos & decreta ſynodalium totius orbis pontificum aliud paſcha celebrarent. Sed & Iohannes, qui & ſucceſſori eiuſdem Honorij Seuerino ſucceſſit, cum adhuc eſſet electus in pontificatum, pro eodem errore corrigendo literas eis magna authoritate atque eruditione plenas direxit, euidenter aſtruens, quia dominicum paſchæ diem à quintadecima luna vſque ad viceſimam primam lunam (quod in Nicena ſynodo probatum eſt) oporteret inquiri. Nec non & pro Pelagiana hæreſi (quam apud eos reuiuiſcere didicerat) cauẽda ac repellenda in

Cap. 2. huius libri.

A *Dilectiſſimis & ſanctiſſimis Thomiano, Columbano, Chromano, Dimanò, & Bathanò epiſcopis: Chromanò, Hermannóque, Lauſtrano, Stellano, & Segiano presbyteris: Sarano cæteriſque doctoribus ſeu abbatibus Scottis, Hilarius archipresbyter & ſeruans locum ſanctæ ſedis apoſtolicæ, Ioannes diaconus & in Dei nomine electus. Item Ioannes primicerius & ſeruans locum ſanctæ ſedis apoſtolicæ, & Ioannes ſeruus Dei, conſiliarius eiuſdem apoſtolicæ ſedis.*
Scripta quæ per latores ad ſanctæ memoriæ Seuerinum papam adduxerunt, eo de hac luce migrante, reciproca reſponſa ad ea quæ poſtulata fuerãt, ſiluerunt. Quibus reſeratis, ne diu tantæ quæſtionis caligo indiſcuſſa remaneret, reperimus quoſdã prouinciæ veſtræ contra orthodoxã fidẽ nouam ex veteri hæreſim renouare conãtes, paſcha noſtrũ in quo immolatus eſt Chriſtus nebuloſa caligi- *Paſchatis obſeruatio.*
ne refutãtes, & quartadecima luna cũ Hebræis celebrare nitentes. Quo epiſtolæ principio manifeſtè declaratur, & nuperrimè tẽporibus illis hãc apud eos hęreſim exortam, & nõ totã eorum gẽtem, ſed quoſdã ex eis hac fuiſſe implicitos. Expoſita autẽ ratione paſchalis obſeruãtiæ, ita de Pelagianis in eadẽ epiſtola ſubdũt: Et hoc quoque cognouimus, quòd virus Pelagianæ hæreſeos apud vos denuo reuiuiſcit, quod omninò hortamur vt à veſtris mẽtibus huiuſmodi venenatũ ſuperſtitionis fa-
B cinus auferatur. Nã qualiter ipſa quoque execrãda hæreſis dãnata eſt, latere vos nõ debet: quia non ſolũ per iſtos ducẽtos annos abolita eſt, ſed & quotidie à nobis perpetuo anathemate ſepulta dãnatur: & hortamur, ne quorũ arma cõbuſta ſunt, apud vos eorum cineres ſuſcitẽtur. Nã quis nõ execretur ſuperbũ eorũ conamẽ & impiũ, dicentium, poſſe ſine peccato hominẽ exiſtere ex propria volun- *Pelagianorum ſtultiloquium.*
tate, & non ex gratia Dei? Et primùm quidẽ blaſphemiæ & ſtultiloquiũ eſt dicere, eſſe hominem ſine peccato, quod omnino non poteſt, niſi vnus mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus, qui ſine peccato eſt conceptus & partus. Nã cæteri homines cum peccato originali naſcentes, teſtimonium prænarricationis Adæ (etiam ſine peccato actuali exiſtentes) portare noſcuntur, ſecundũ Prophetam dicentem: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.

Occiſo Eduino Paulinus Rhofenſis eccleſiæ præſulatum ſuſcipit.

AT verò Eduinus cũ decẽ & ſeptẽ annis genti Anglorũ, ſimul & Brittonũ glorioſiſſimè præeſſet, CAP. XX.
è quibus etiã rex ipſe (vt diximus) Chriſti regno militauit, rebellauit aduerſus eũ Carduella rex Bri-
C tonũ, auxiliũ præbente illi Penda viro ſtrenuiſſimo de regio genere Merciorũ, qui & ipſe ex eo tempore gentis eiuſdẽ regno annis viginti & duobus varia ſorte præfuit. Et cõſerto graui prælio in campo qui vocatur Hethfelth, occiſus eſt Eduinus die quarta Iduũ Octobris, anno dominicæ incarna- *Eduinus occiditur.*
tionis ſexcenteſimo triceſimotertio, cùm eſſet annorum quadraginta & ſeptem, ciúſque totus vel interemptus vel diſperſus eſt exercitus. In quo etiam bello ante illum vnus filius eius Oſfrid iuuenis bellicoſus cecidit, alter Ecfrid neceſſitate cogente ad Pendam Regẽ tràſgugit, & ab eo poſtmodum regnante Oſwualdo cõtra fidem iuriſiurandi perẽptus eſt. Quo tempore maxima eſt facta ſtrages in eccleſia vel gente Nord Humbrorum, maximè quòd vnus ex ducibus (à quibus acta eſt) paganus, alter quia barbarus erat, pagano ſæuior. Siquidem Penda cum omni Merciorum gente idolis deditus, & Chriſtiani erat nominis ignarus. At verò Carduella quamuis nomẽ & profeſſionem haberet Chriſtiani, adeò tamẽ erat animo ac moribus barbarus, vt nec ſexui quidem muliebri vel innocuæ *Carduella regis Britonum feritas.*
paruulorũ parceret ætati: quin vniuerſos atrocitate ferina morti per torméta cõtraderet, multo tem-
D pore totas eorũ prouincias debacchãdo peruagatus, ac totũ genus Anglorũ Britanniæ finibus eraſurum ſe eſſe deliberãs. Sed nec religioni Chriſtianæ, quæ apud eos exorta erat, aliquid impẽdebat honoris. Quippe cũ vſque hodie moris ſit Britonũ, fidẽ religionémque Anglorũ pro nihilo habere, *Britones & Angli malè conueniunt.*
neque in aliquo eis magis cõmunicare quàm paganis. Allatũ eſt autẽ caput Eduini regis Eboracum, & illatũ poſtea in eccleſiã beati Petri apoſtoli quã ipſe cœpit, ſed ſucceſſor eius Oſwualdus perfecit, vt ſupra docuimus. Poſitũ eſt autẽ in porticu ſancti papæ Gregorij, à cuius ipſe diſcipulis verbũ vitæ *Bæda lib. 10. hiſt. Scot. pag. 181.*
ſuſceperat. Turbatis itaque rebus Nord Hũbrorũ huius articulo cladis, cũ nihil alicubi præſidij niſi in fuga eſſe videretur, Paulinus aſſumpta ſecũ Edelburga regina, quã pridẽ adduxerat, rediit Cantiũ nauigio, atque ab Honorio archiepiſcopo & Rege Edulbaldo multũ honorificè ſuſceptus eſt. Venit autem illuc duce Baſſo milite regis Eduini fortiſſimo, habens ſecum Heanfredã filiã & Vulfreã filiũ Eduini, necnõ & Iffi filiũ Oſfridi filij eius, quos poſtea mater metu Edboldi & Oſwualdi regum miſit in Galliam, nutriendos Regi Decberto, ibíque ambo in infantia defuncti, & iuxta honorẽ vel regiis pueris vel innocentibus Chriſti cõgruum in eccleſia ſepulti ſunt. Attulit quoque ſecum vaſã
E preciоſa Eduini regis perplura, in quibus & crucẽ magnã aureã, & calicẽ aureũ conſecratũ ad mini- *Crux & calix aurea.*
ſteriũ altaris, quæ hactenus in eccleſia Cãtij cõſeruata monſtrantur. Quo in tẽpore Rhofenſis eccleſia paſtorẽ minimè habebat, eo quòd Romanus præſul illius ad Honoriũ papam à Iuſto Archiepiſcopo legatarius miſſus, abſorptus fuerat fluctibus Italici maris, ac per hoc curam illius præfatus Paulinus inuitatione Honorij antiſtitis & Eadbaldi regis ſuſcepit, ac tenuit vſque dũ & ipſe ſuo tempore ad cœleſtia regna, cum glorioſi fructu laboris aſcendit, in qua eccleſia moriens palliũ quoque quod à Romano Papa acceperat, reliquit. Reliquerat autẽ in eccleſia ſua Eborati Iacobũ Diaconũ virtum *Iacobus Diaconus.*
vtique eccleſiaſticum & ſanctum, qui multo exhinc tẽpore in eccleſia manẽs, magnas antiquo hoſti prędas docẽdo & baptizãdo eripuit. Cuius nomine vicus in quo maximè ſolebat habitare iuxta Cataractam vſque hodiè cognominatur. Qui quoniam cantandi in eccleſia erat peritiſſimus, recuperata poſtmodum pace in prouincia creſcente numero fidelium etiam magiſter eccleſiaſticæ cantionis iuxta morem Romanorum ſeu Cantuariorum multis cœpit exiſtere. Et ipſe ſenex & plenus dierum, iuxta ſcripturas, patrum viam ſecutus eſt.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ GENTIS ANGLORVM LIBER III.

Successores Euidi regnum & fidem amittunt: porro Osvvaldus vtrumque restituit.

CAP. I. *Osrichus Edueni successor.* AT interfecto in pugna Eduino, suscepit pro illo regnum Deirorum (de qua prouincia ille generis prosapiam & primordia regni habuerat) filius patrui eius Elfrici, vocabulo Osrichus, qui ad prædicationem Paulini fidei erat sacramētis imbutus. Porrò regnum Berniciorum (nam in has duas prouincias gens Nord Humbrorum antiquitus diuisa erat) suscepit filius Edelfridi, qui de illa prouincia generis & regni originem duxerat, nomine Eanfridus. Siquidem tempore toto quo regnauit Eduinus, filij præfati regis Edelfridi, qui ante eum regnauerat, cum magna nobilium iuuentute apud Scottos siue Pictos exulabant: ibíque ad doctrinam Scottorum catechizati, & baptismatis gratia sunt recreati. Qui vt mortuo Rege inimico patriā sunt redire permissi, accipiens primus eorum quem diximus, Osrichus regnum Deirorum, secundus verò Eanfridus regnum Berniciorum. *Eanfridus rex Berniciorum.* Vterque autem vt terreni regni infulas sortitus est, ita sacramēta regni cælestis, quibus initiatus erat anathematizando perdidit, ac se priscis idololatriæ sordibus polluendum perdendúmque restituit. Nec mora, vtrumque Rex Britonum Ceduallà impia manu, sed iusta vltione peremit. Et primò quidem proxima æstate Osrichum, dū se in oppidi municipio temerariè obsedisset, erumpēs subitò cum suis omnibus, imparatum cum toto exercitu deleuit. Deinde cum anno integro prouincias Nord Hūbrorum non vt Rex victor possideret, sed quasi tyrannus sæuiens disperderet, ac tragica cæde dilaceraret, Eanfridum inconsultè ad secum duodecim electis militibus postulandæ pacis gratia venientem, simili sorte damnauit. Infaustus ille annus, & omnibus bonis exosus vsque hodiè permanet, tam propter apostasiam Regum Anglorū, qua fidei sacramentis se exuerant, quàm propter vesanam Britonici Regis tyrannidem. *Perditorū memoria deletur.* Vnde cunctis placuit, regum tēpora computantibus, vt ablata de medio Regum perfidorum memoria, idem annus sequentis Regis, id est, Osvvaldi viri Deo dilecti regno assignaretur. Quo, post occisionem fratris Eanfridi, superueniente cum paruo exercitu, sed fide Christi munito, infandus Britonum dux cum immēsis illis copiis, quibus nihil resistere posse iactabat, interemptus est in loco qui lingua Anglorum Denisses burna, id est, riuus Denisi vocatur.

Osuualdus Rex contra barbaros pugnaturus crucem erigit miraculorum operatricem.

CAP. II. *Boethius lib. 9. hist. Scot. Polyd. libr. 4. Angl.* OSTENDITVR autē vsque hodiè, & in magna veneratione habetur locus ille vbi venturus ad hāc pugnā Osvvaldus signū sanctæ crucis erexit, ac flexis genibus Deū deprecatus est vt in tāta rerū necessitate suis cultoribus cœlesti sucurreret auxilio. Denique fertur, quia facta citato opere cruce, ac fouea pręparata in qua statui deberet, ipse fide feruēs hanc arripuerit, ac foueæ imposuerit, atque vtraque manu erectā tenuerit, donec adgesto à militibus puluere terræ figeretur. Et hoc facto elata in altum voce, cuncto exercitui proclamauerit: Flectamus omnes genua, & Deum omnipotentē viuum ac verum in communi deprecemur, vti nos ab hoste superbo ac feroce sua miseratione defendat: sic enim ipse, quia iusta pro salute gentis nostræ bella suscepimus. Fecerunt omnes vt iusserat. Et sic incipiente diluculo in hostem progressi, iuxta meritum suæ fidei victoria potiti sunt. In cuius loco orationis innumeræ virtutes sanitatum noscuntur esse patratæ, ad indicium videlicet ac memoriam fidei Regis. *Crucis miracula.* Nam & vsque hodiè multi de ipso ligno sacro sanctæ crucis astulas excidere solent, quas cum in aquas miserint, eísque languentes homines ac pecudes potauerint siue asperserint, mox sanitati restituuntur. Vocatur locus ille lingua Anglorum Heofonfeld, quod dici potest Latinè, cœlestis Campus, quod certo vtique præsagio futurorū antiquitus nomē accepit, significans nimirum quòd cœleste ibidem erigendum trophæum, cœlestis inchoanda victoria, cœlestia vsque hodiè forent miracula celebranda. Est autem locus ille iuxta murum illum ad aquilonē, quo Romani quondam ob arcendos barbarorum impetus totam à mari vsque ad mare præcinxere Britanniam, vt supra docuimus. In quo videlicet loco cōsuetudinem multo iam tempore fecerant fratres Hagustaldensis ecclesiæ (quæ nō longè abest) aduenientes omni anno, pridiè quàm postea idem Rex Osvvaldus occisus est, vigilias pro salute animæ eius facere, plurimáque psalmorum laude celebrata, victimam pro eo manè sacræ oblationis efferre. *Vigiliæ.* Qui etiam crescente bona consuetudine, nuper ibidem ecclesia constructa atque dedicata, sacratiorem & cunctis honorabiliorem omnibus locum fecerunt. Nec immeritò, quia nullum, vt comperimus, fidei Christianæ signum, nulla ecclesia, nullum altare in tota Berniciorum gente erectum est, prius quàm hoc sacræ crucis vexillum nouus militiæ eductor dictante fidei deuotione, cōtra hostē immanissimum pugnaturus statueret. Nec abs re est, vnū è pluribus, quæ ad hanc crucē patrata sunt, virtutis miraculū narrare. Quidā è fratribus eiusdem Hagustal-

Hagustaldēsis ecclesiæ, nomine Bothelmus, qui nūc vsque superest, ante paucos annos dū incautus fortè noctu in glacie incederet, repentè corruēs brachiū cōtriuit, ac grauissima fracturæ ipsius cœpit molestia fatigari, ita vt ne ad os quidē adducere ipsum brachiū nullatenus dolore arcēte valeret. *Crucis contactu Bothelmus sanatus.* Qui cū die quadā manè audiret vnū de fratribus ad locum eiusdē sanctæ crucis ascēdere disposuisse, rogauit vt aliquā sibi partē de illo ligno venerabili rediēs afferret: credere se dicens, quia per hoc donāte domino salutē posset cōsequi. Fecit ille vt rogatus est, & reuersus ad vesperā, sedentibus iam ad mensam fratribus obtulit ei aliquid de veteri musco, quo superficies ligni erat obsita. Qui cū sedens ad mensam non haberet ad manum vbi oblatum sibi munus reponeret, misit hoc in sinum suum. Et dum iret cubitum, oblitus hoc alicubi deponere, permisit suo in sinu permanere. At medio noctis tempore cum euigilaret, sensit nescio quid frigidi suo lateri adiacere, admotáque manu requirere quid esset, ita sanum brachium manúmque reperit, ac si nil vnquam tanti languoris habuisset.

Osvvaldus Aidano Lindisfarnensem donat episcopatum.

CAP. III. IDEM ergo Osvvaldus mox, vbi regnum suscepit, desiderans, totam cui præesse cœpit gentem fidei Christianæ gratia imbui, cuius experimenta permaxima in expugnandis Barbaris iam ceperat, misit ad maiores natu Scottorum, inter quos exulās ipse baptismatis sacramenta cum his qui secum erant militibus consecutus erat, petens vt sibi mitteretur antistes, cuius doctrina ac ministerio gens quā regebat Anglorum dominicæ fidei & dona disceret, & susciperet sacramenta. Neque aliquāto tardius quod petiit impetrauit: accepit nāque pōtificem Aidanum summæ mansuetudinis & pietatis ac moderaminis virum, habentémque zelum Dei, quāuis non plenè secundum scientiam. Nāque diem paschæ dominicum, more suæ gentis, cuius sæpius mentionem fecimus, à quartadecima luna vsque ad vicesimā obseruare solebat. *Cap. 2. lib. 2. & 19.* Hoc etenim ordine septentrionalis Scottorum prouincia, & omnis natio Pictorum illo adhuc tempore paschæ dominicum celebrabat, æstimans se in hac obseruantia sancti ac laude digni patris Anatolij scripta secutum. Quod quidem an verum sit, peritus quisque facilimè cognoscit. Porrò gentes Scottorum, quæ in australibus Hyberniæ insulæ partibus morabātur, iā dudum ad admonitionem apostolicæ sedis antistitis pascha canonico ritu obseruare didicerūt. Veniēte igitur ad se episcopo Rex locū sedis episcopalis in insula Lindisfarnēsi vbi ipse petebat, tribuit. Qui videlicet locus accedēte & recedēte †reumate, bis quotidiè instar insulæ maris circūluitur vndis, bis renudato littore cōtiguus terræ redditur: atque eius admonitionibus humiliter ac libenter in omnibus auscultās, ecclesiam Christi in regno suo multum diligenter ædificare ac dilatare curauit. *† Id est fluxu. Græcum est à ῥέω.* Vbi pulcherrimo sæpè spectaculo contigit vt euangelizante antistite, qui Anglorum linguam perfectè nō nouerat, ipse Rex suis ducibus ac ministris interpres verbi existeret cœlestis: quia nimirum tā lōgo exilij sui tempore linguā Scottorum iā plenè didicerat. Exinde cœpere plures per dies de Scottorum regione venire Britanniā, atque illis Anglorum prouinciis quibus regnauit Rex Osvvaldus magna deuotione verbum fidei prædicare, & credētibus gratiam baptismi quicunque sacerdotali erant gradu præditi, ministrare. Costruebātur ergo ecclesiæ per loca, confluebāt ad audiendum verbum Dei populi gaudentes, donabātur munere regio possessiones & territoria ad instituēda monasteria, imbuebātur præceptoribus Scottis aruuli Anglorum vnà cum maioribus, studiis & obseruatione disciplinæ regularis. *Monachi Scotos ad fidem erudiunt.* Nā monachi erāt maximè qui ad prædicandum venerant. Monachus ipse episcopus Aidanus, vtpotè de insula quæ vocatur Hydestinatus. Cuius monasterium in cunctis penè septentrionalium Scottorum & omnium Pictorum monasteriis nō paruo tempore arcem tenebat, regendísque eorum populis præerat. Quæ videlicet insula ad ius quidem Britanniæ pertinet, non magno ab ea freto discreta, sed donatione Pictorum qui illas Britanniæ plagas incolunt, iamdudum monachis Scottorum tradita, eo quòd illis prædicantibus fidem Christi perceperunt.

Picti fiunt Christiani.

CAP. IIII. *Columbanus.* SI quidem anno incarnationis dominicæ quingentesimo sexagesimoquinto (quo tempore gubernaculum Romani imperij post Iustinianum Iustinus minor accepit) venit de Hybernia presbyter & abbas habitu & vita monachi insignis, nomine Columbanus, Britanniā, prędicaturus verbum Dei prouinciis Septentrionalium Pictorum, hoc est, eis qui arduis atque horrentibus mōtium iugis ab australibus eorū sunt regionibus sequestrati. Nāque ipsi australes Picti, qui intra eosdē mōtes habent sedes, multo ante tēpore (vt perhibent) relicto errore idololatriæ fidem veritatis acceperāt, prędicāte eis verbum Nynia episcopo reuerendissimo & sanctissimo viro de natione Britonum, qui erat Romæ regulariter fidem & mysteria veritatis edoctus, cuius sedem episcopatus, sancti Martini episcopi nomine & ecclesia insignē (vbi ipse etiam corpore vnà cum pluribus sanctis requiescit) iā nunc Anglorum gens obtinet. qui locus ad prouinciā Berniciorum pertinens, vulgo vocatur Ad candidam casam, eo quòd ibi ecclesiam de lapide insolito Britonibus more fecerit. Venit autē Britanniā Columbanus regnāte Pictis Bridio filio Meilochō rege potētissimo, nono anno regni eius, gentémque illam verbo & exemplo ad fidem Christi conuertit. *Columbanus Pictos conuertit.* Vnde & præfatam insulam ab eis in possessionem monasterij faciendi accepit. Neque enim magna est, sed quasi familiarum quinque iuxta æstimationem Anglorum, quam successores eius vsque hodiè tenent, vbi & ipse sepultus est, cum esset annorum septuaginta septem, post annos circiter triginta & duos ex quo ipse Britanniam prædicaturus adiit. Fecerat autem prius quàm Britanniam veniret mona-

sterium nobile in Hybernia, quod à copia roborũ Dearmach lingua Scottorũ, hoc est, cãpus roborũ F
cognominatur. Ex quo vtroq; monasterio perplurima exinde monasteria per discipulos eius & in
Britãnia & in Hybernia propagata sunt. In quibus omnibus idẽ monasteriũ insulanũ, in quo ipse re-
quieſcit corpore, principatũ tenet. Habere autẽ solet ipsa insula rectorẽ semper abbatẽ presbyterũ,
cuius iuri & omnis prouincia & ipsi etiã episcopi ordine inusitato debeãt esse subiecti, iuxta exẽplũ
primi doctoris illius, qui non episcopus, sed presbyter extitit & monachus. De cuius vita & verbis
nonnulla à discipulis eius feruntur scripta haberi. Verùm qualiscunque fuerit ipse, nos hoc de illo
certum tenemus, quòd reliquit successores magna continentia ac diuino amore regularíque insti-
tutione insignes. In tempore quidẽ summæ festiuitatis dubios † circulos sequentes, vtpote quibus
† *Quatuordecimanorum videlicet.* lõgè vltra orbem positis, nemo synodalia Paschalis obseruantiæ decreta porrexerat, tantùm ea quæ
in propheticis, euangelicis & apostolicis literis discere poterant, pietatis & castitatis opera diligen-
ter obseruantes. Permansit autem huiusmodi obseruantia Paschalis apud eos tempore non pauco,
hoc est, vsque ad annũ dominicæ incarnationis septingentesimum decimũ sextum per annos cen-
tum quinquaginta. At tũc veniẽte ad eos reuerẽdissimo & sanctissimo patre, & sacerdote Egbertho G
de natione Anglorum, qui in Hybernia diutius exulauerat pro Christo, erátque doctissimus in scri-
pturis, & longæua vitæ perfectione eximius, correcti sunt per eum, & ad verum canonicúmque pa-
schę diem translati: quem tamen & antea non semper in luna quartadecima cum Iudæis, vt quidam
rebantur, sed in die quidem dominica, alia tamen quàm decebat hebdomada celebrabãt. Sciebant
enim (vt Christiani) resurrectionem dominicam, quæ prima Sabbati facta est, prima Sabbati semper
esse celebrandam. Sed vt barbari & rustici, quando eadem prima Sabbati, quæ nunc Dominica dies
cognominatur, veniret, minimè didicerant. Verũ quia gratia charitatis feruere non omiserãt, huius
Phil.3. quoque noticiã rei ad perfectũ percipere meruerunt, iuxta promissum Apostoli dicentis: Et si quid
aliter sapitis, & hoc quoque vobis Deus reuelauit, de quo plenius in sequẽtibus suo loco dicendum.

De Aidano.

CAP.V. AB hac ergo insula ab horum collegio monachorum ad prouinciam Anglorum instituendam
Bœth. lib. 9. Polyb. lib. 4. hist. Segenius. Aidanus vixit vt dicit in Christo missus est Aidanus accepto gradu episcopatus, quo tempore eidem monasterio Segenius H
abbas & presbyter præfuit. Vnde inter alia viuendi documenta saluberrimum abstinentiæ vel cõti-
nentiæ clericis exemplum reliquit. Cuius doctrinam id maximè commẽdabat omnibus, quòd non
aliter quàm viuebat cum suis, ipse docebat. Nihil enim huius mundi quærere, nil amare curabat.
Cuncta quæ sibi à regibus vel diuitibus seculi donabantur, mox pauperibus qui occurrerent eroga-
re gaudebat. Discurrere per cuncta & vrbana & rustica loca non equorum dorso, sed pedum inces-
su vectus, nisi si maior fortè necessitas compulisset, solebat. Quatenus vbicunque aliquos vel diuites
vel pauperes incedens aspexisset, confestim ad hos diuertens, vel ad fidei suscipiendæ sacramẽtum,
si infideles essent, inuitaret, vel si fideles, in ipsa eos fide cõfortaret, atque ad eleemosynas bonorúm-
que operum executionem & verbis excitaret & factis. In tantum autem vita illius à nostri temporis
segnitia distabat, vt omnes qui cum eo incedebant, siue adtõsi siue laici meditari deberẽt, id est, aut
legendis scripturis, aut psalmis discendis operam dare. Hoc erat quotidianũ opus illius, & omnium
qui cum eo erant fratrum, vbicunque locorum deuenissent. Et si fortè euenisset (quod tamen rarò
euenit) vt ad Regis conuiuium vocaretur, intrabat cũ vno clerico aut duobus, & vbi paululũ refici- I
batur, accelerabat ocyus ad legendũ cum suis siue ad orandum egredi. Cum exẽplis informati, tem
pore illo, religiosi quique viri ac fœminæ, consuetudinem fecerunt per totum annum, excepta re-
missione quinquagesimæ paschalis, quarta & sexta Sabbati iciunium ad nonã vsque horã protelare.
Nunquam diuitibus honoris siue timoris gratia si qua deliquissent reticebat, sed aspera illos inuc-
tione corrigebat. Nullam potentibus seculi pecuniam, excepta solummodo esca, si quos hospitio
suscepisset, vnquam dare solebat. Sed ea potius quæ sibi à diuitibus donaria pecuniarũ largiebãtur,
Eleemosyna & captiuorũ redemptio. vel in vsus pauperum (vt diximus) dispergebat, vel ad redemptionem eorum qui iniustè fuerãt ven-
diti, dispensabat. Denique multos quos precio dato redemerat, redemptos postmodum suos disci-
pulos fecit, atque ad sacerdotalem vsque gradũ erudiendo atque instituẽdo prouexit. Ferũt autem
quia cum de prouincia Scottorum Rex Osvvaldus postulasset antistitem, qui sibi suæque genti ver-
bum fidei ministraret, missus fuerit primò alius austerioris animi vir: qui cũ aliquandiu genti Anglo
rum prædicans nil proficeret, nec libenter à populo audiretur, redierit patriam, atque in conuentu
seniorum retulerit, quia nihil prodesse docendo genti ad quam missus erat potuisset, eo quòd essent K
homines indomabiles & duræ ac barbaræ mentis. At illi, vt perhibent, tractatum magnum in con-
cilio quid esset agendum habere cœperunt, desiderantes quidem gẽti quam petebant salutem esse,
sed non recepto quem miserant prædicatore dolentes. Tunc ait Aidanus (nam & ipse cõcilio inter-
erat) ad eum de quo agebatur sacerdotẽ: Videtur mihi frater, quia durior iusto in doctis auditoribus
1. Corinth.3. fusti, & non eis iuxta apostolicam disciplinam primò lac doctrinæ mollioris porrexisti, donec pau-
latim enutriti verbo Dei ad capienda perfectiora, & ad faciẽda sublimiora Dei præcepta sufficerent.
Quo audito omnium qui conſedebant ad ipsum ora & oculi conuersi diligenter quid diceret discu-
tiebãt, & ipsum esse dignum episcopatu, ipsum ad erudiendos incredulos & indoctos mitti debere
decernunt. Qui gratia discretionis, quæ virtutum mater est, ante omnia probatur imbutus, sicque
Discretio mater virtutis. illum ordinantes ad prædicandum miserunt. Qui vbi tempus accepit sicut prius moderamine di-
scretionis, ita postmodum & cæteris virtutibus ornatus apparuit.

HVIVS

De pietate Osualdi. CAP.VI.

A HVIVS igitur reuerendissimi antistitis doctrina Rex Osvvaldus cũ ea cui præerat gẽte Anglo- *Bœth. hist. 9. Polyb. 4.*
rum institutus, nõ solùm incognita progenitoribus suis regna cœlorum sperare didicit: sed & regna *Britonum linguæ quatuor.*
terrarum plusquam vlli maiorum suorum ab eodem vno omnipotenti Deo qui fecit cœlum & terrã consecutus est. Denique omnes nationes & prouincias Britãnię quæ in quatuor linguas (id est, Britonum, Pictorum, Scottorũ, Anglorũ) diuisæ sunt, in ditione accepit. Quo regni culmine sublima tus, nihilominus (quod mirũ dictu est) pauperibus & peregrinis semper hũmilis, benignus, & largus fuit. Denique fertur quòd tẽpore quodã cùm die sancto Paschæ cum præfato episcopo consedisset ad prandium, positúsque esset in mensa chorã eo discus argenteus regalibus epulis refertus, iámque essent manus ad panem benedicendum missuri, intrasse subitò ministrũ ipsius, cui suscipiendorum inopũ erat cura delegata, & indicasse Regi quia multitudo pauperũ vndecunque aduenięs maxima per plateas sederet, postulans aliquid eleemosynæ à Rege. Qui mox dapes sibimet appositas deferri pauperibus, & discũ confringi, atque eisdẽ minutatim diuidi præcepit. Quo viso põtifex qui assidebat, delectatus tali facto pietatis, apprehẽdit dexteram eius, & ait: Nũquam inueterascat hęc manus. *Osvvaldi manus eleemosynaria non corrumpitur.*
B Quod & ita iuxta votum benedictionis eius prouenit. Nam cũ interfecto illo in pugna manus cum brachio à cætero essent corpore resecatæ, contigit vt hactenus incorruptæ perdurent. Denique in vrbe regia quæ à regina quondã vocabulo Bebba cognominatur, loculo inclusæ argẽteo in ecclesia S. Petri seruãtur, ac digno à cũctis honore venerãtur. Huius industria regis Deirorũ & Berniciorum prouinciæ, quæ catenus abinuicem discordabant, in vnã sunt pacem, & velut vnum compaginatæ in populum. Erat autem nepos Eduini regis ex sorore Acha, dignúmque fuit vt tantus præcessor talem haberet de sua consanguinitate & religionis hæredem & regni.

Verbum Dei prædicante Byrino Saxones suscipiunt. CAP.VII.

Eo tempore gens occidentaliũ Saxonum qui antiquitus Geuisse vocabantur, regnante Cyni- *Saxones occid. olim Geuisse.*
gilso fidem Christi suscepit, prædicante illis verbum Byrino episcopo, qui cum cõsilio papæ Hono-
C rij venerat Britanniam, promittens quidem se illo præsente in intimis vltra Anglorum partibus, quò
nullus doctor præcessisset, sanctæ fidei semina esse sparsurũ. Vnde & iussu eiusdẽ pontificis per Aste-
riũ Genuensem episcopũ in episcopatus consecratus est gradũ. Sed Britanniã peruenięs, ac primùm
Geuissorum gentem ingrediens, cùm omnes ibidẽ paganissimos inueniret, vtilius esse ratus est, ibi *Byrinus Geuissos ad fidẽ adducit.*
potius verbũ Dei prædicare, quàm vltra progrediens eos quibus prædicare deberet, inquirere. Ita-
que euangelizante illo in præfata prouincia, cùm Rex ipse cathechisatus fonte baptismi cũ sua gẽte
ablueretur, contigit tunc temporis sanctissimũ ac victoriosissimũ Regem Nord Hũbrorum Osvval-
dum affuisse, cúmque de lauacro exeuntẽ suscepisse, ac pulcherrimo prorsus & Deo dignus cõsortio
cuius erat filiã accepturus in coniugem, ipsum prius secũda generatione Deo dedicatum sibi acce-
pit filium. Donauerunt ergo ambo reges eidẽ episcopo ciuitatẽ quę vocatur Dorcinca ad faciẽdam
inibi sedem episcopalem, vbi factis dedicatísque ecclesiis, multísque ad dominũ pro eius labore po-
pulis aduocatis, migrauit ad dominum: sepultúsque in eadem ciuitate, & post annos multos Hed-
de episcopatum agente, translatus inde in Vẽtam ciuitatem, atque in ecclesia beatorũ apostolorum *Cenvvalch, renuit fidem.*
Petri & Pauli positus est. Defuncto autẽ & Rege successit in regnũ filius eius Cenvvalch, qui & fi-
D dẽ & sacramenta regni cœlestis susçipere renuit, & non multo post etiam regni terrestris potẽtiam
perdidit. Repudiata enim sorore Pendam regis Merciorum, quam duxerat, aliam accepit vxorem.
Ideóque bello petitus, ac regno priuatus ab illo, secessit ad regem Orientalium Anglorũ, cui nomẽ
erat Anna, apud quem triẽnio exulans fidem cognouit, ac susçepit veritatẽ. Nam & ipse apud quem
exulabat rex erat vir bonus, & bona ac sancta sobole fœlix, vt in sequentibus docebimus. Cum verò
restitutus esset in regnum Cenvvalch, venit in prouinciam de Hybernia Pontifex quidam, nomine *Agilbertus.*
Agilbertus, natione quidem Gallus, sed tamen legẽdarum gratia scripturarũ in Hybernia non par-
uo tempore demoratus. Coniunxítque se regi spontè ministerium prædicandi assumens, cuius eru-
ditionem atque industriam videns rex rogauit eum, accepta ibi sede episcopali, suæ gentis manere
pontificem. Qui precibus eius annuens multis annis eidem genti sacerdotali iure præfuit. Tandem
rex, qui Saxonum linguam tãtùm nouerat, pertæsus barbaræ loquelæ subintroduxit in prouinciam
alium suæ linguæ episcopum, vocabulo VVini, & ipsum in Gallia ordinatũ. Diuidénsque in duas pa-
rœcias prouinciam, huic in ciuitate Venta, quæ à gente Saxonũ Vintancestir appellatur, sedẽ epi-
E scopalem tribuit. Vnde offensus grauiter Agilbertus, quòd hoc ipso inconsulto ageret Rex, rediit
Galliam, & accepto episcopatu Parisiacæ ciuitatis, ibidẽ senex & plenus dierum obiit. Non multis
autẽ annis post abscessum eius à Britãnia transactis, pulsus est VVini ab eodẽ rege de episcopatu, qui *VVinus Simoniacus.*
secedens ad regem Merciorum, vocabulo Vulsheri, emit pretio ab eodem sedem Lõdoniæ ciuitatis
ciúsque episcopus vsque ad vitæ suæ terminum mansit. Sícque prouincia Occidentalium Saxonum
tempore non pauco absque præsule fuit. Quo etiam tempore rex præfatus ipsius gentis grauissimis
regni sui damnis sæpissimè ab hostibus afflictus, tandem ad memoriã reduxit, quòd eum quem pri-
dem perfidia regno depulerit, fide agnita Christi in regnũ reuocauerit. Intellexítque quòd etiã tunc
destituta pontifice prouincia, rectè pariter diuino fuerit destituta præsidio. Misit ergo legatarios in
Galliam ad Agilbertum, submissa illum satisfactione deprecãs ad episcopatum suę gentis redire. At
ille se excusans, & eò venire non posse contestans, quia episcopatu propriæ ciuitatis ac parœcię te-

neretur astrictus. Ne tamẽ obnixè petenti nil ferret auxilij, misit pro se illò presbyterũ Eleutherium F
nomine nepotem suum, qui ei si vellet ordinaretur episcopus, dicẽs quòd ipse eum dignum esse episcopatu iudicaret. Quo honorificè à populo & à rege suscepto, rogauerunt Theodorum tunc Archiepiscopum Dorouernensis ecclesiæ ipsum sibi antistitem consecrari. Qui cõsecratus in ipsa ciuitate, multis annis episcopatum Geuissorum ex synodica sanctione solus sedulo moderamine gessit.

Earconbertus idola destruit: Eartongatha, & Edelburg sacrantur deo virgines.

CAP. VIII. *Polyd. Hist. Angl. lib. 4. pag 65.*

ANNO dominicæ incarnationis sexcẽtesimo quadragesimo Eadbaldus rex Cantuariorũ transiẽs ex hac vita, Earcõberto filio regni gubernacula reliquit. Quæ ille susceptа vigintiquatuor annis & aliquot mensibus nobilissimè tenuit. Hic primus regum Anglorũ in toto regno suo idola relinqui ac destrui, simul & ieiunium quadraginta dierum obseruari principali auctoritate præcepit: quæ ne facilè à quopiam posset contemni, in transgressores dignas & competentes punitiones proposuit. Cuius filia Eartongatha, vt condigna parenti soboles, magnarum fuit virgo virtutũ, indefinẽter semper seruiens Deo in monasterio, quod in regione Francorũ cõstructum est ab abbatissa nobilissima, vocabulo Fara, in loco qui dicitur Brige. Nã eo tempore necdum multis in regione Anglorum monasteriis constructis, multi de Britannia monasticæ conuersationis gratia Francorum vel Galliarum monasteria adire solebant, & filias suas eisdem erudiendas, ac sponso cœlesti copulãdas mittebant. Maximè in Brige & in Cale & in Andilegum monasterio. Inter quas erat Sedrido filia vxoris Annæ regis orientaliũ Anglorũ, cuius supra meminimus, & filia naturalis eiusdẽ Regis Edelburg: vtraque cũ esset peregrina præ merito virtutũ eiusdem monasterij Brigẽsis est abbatissa cõstituta. Cuius regis filia maior Sexburg vxor Earconberti Regis Cantuariorum habuit filiam Eartongatham, de qua sumus dicturi. Huius autem virginis Deo dedicatæ multa quidẽ ab incolis loci illius solent opera virtutum & signa miraculorum vsque hodie narrari. Verùm nos de transitu tantùm illius, quo cælestia regna petiit, aliquid breuiter dicere sufficiat. Imminente ergo die suę vocationis, cœpit circumire in monasterio cæsulas infirmarum Christi famularum, earúmque maximè quæ vel ætate prouecta vel probitate erant morum insigniores, quarum se omnium precibus humiliter commendans, obitum proximè suum, quem reuelatione didicerat, nõ celabat esse futurum. Quam videlicet reuelationem H
huiusmodi esse perhibebat: Vidisse sese albatorum cateruam hominum idem monasterium intrare, hósque à se interrogatos quid quærerent, aut quid ibi vellent, respondisse quòd ob hoc illò fuerint destinati, vt aureum illud numisma, quod eò de Cantio venerat, secum assumerent. Ipsa autẽ nocte in cuius vltima parte, id est, incipiente aurora, præsentis mundi tenebras transiens, supernam migrauit ad lucem. Multi de fratribus eiusdem monasterij, qui aliis erant in ædibus, iam manifestè se concentus angelorum psallentium audisse referebant, & sonitum quasi plurimæ multitudinis monasteriũ ingredientis. Vnde mox egressi dignoscere quid esset, viderũt lucem cœlitus emissam fuisse permaximam, quæ sanctã illam animã carnis vinculis absolutã ad æterna patriæ cœlestis gaudia deducebat. Addunt & alia quæ in ipsa nocte in monasterio eodem diuinitus fuerint ostensa miracula. Sed hęc nos ad alia tendentes suis narrare permittimus. Sepultũ est autem corpus venerabile virginis & spõsæ Christi in ecclesia beati protomartyris Stephani. Placuítque post diem tertiũ vt lapis quo monumentum tegebatur, amoueretur, & altius in ipso loco reponeretur: quod dum fieret, tãta fragrantiæ suauitas ab imis ebulliuit, vt cunctis qui astabant fratribus & sororibus quasi opobalsami cellaria esse viderentur aperta. Sed & matertera eius, de qua diximus, Edelburga, & ipsa Deo dilectã I
perpetuæ virginitatis gloriam in magna corporis cõtinentia seruauit, quæ cuius esset virtutis, magis post mortem claruit. Cũ enim esset abbatissa, cœpit facere in monasterio suo ecclesiã in honorem omniũ Apostolorũ, in qua suum corpus sepeliri cupiebat. Sed cũ opus idẽ ad mediũ fermè esset perductum, illa ne hoc perficeret morte prærepta est, & in ipso ecclesiæ loco vbi desiderabat, condita. Post cuius mortem fratribus alia magis curãtibus intermissum est hoc ædificium annis septem, quibus cõpletis statuerunt ob nimietatem laboris structuram funditus relinquere, ossa verò abbatissæ illo de loco eleuata in ecclesiam quæ esset perfecta ac dedicata transferre. Et aperiẽtes sepulchrum eius, ita intemeratum corpus inuenere, vt à corruptione cõcupiscentiæ carnalis erat immune, & ita denuò totum, atque aliis vestibus indutum, trãstulerunt illud in ecclesiam beati Stephani martyris: cuius videlicet natalis ibi in magna gloria solet celebrari, die Nonarum Iuliarum.

Angeli psallentes Eartongathæ deferunt animam.

Edelburgæ corpus septennio non corruptum.

Locus occisionis Osvvaldi claret miraculis.

CA. IX. *Apostatarum nomen abominabile.*

REGNAVIT autem Osvvaldus rex Christianissimus Nord Humbrorũ nouẽ annos, annumerato etiã illo anno, quem & feralis impietas Regis Britonum & apostasia demens regũ Anglorum K
detestabilem fecerat. Si quidem (vt supra docuimus) vno animo omnium cõsensu firmatũ est, vt nomen & memoria apostatarum de catalogo regũ Christianorum prorsus aboleri deberet, neque aliquis regno eorum annus adnotari. Quo cõpleto annorũ curriculo occisus est, cõmisso graui prælio, ab eadem gente pagana, paganóque rege Merciorũ, à quo & prædecessor eius Eduinus peremptus fuerat, in loco qui lingua Anglorum nuncupatur Maserfelth, anno ætatis suæ trigesimo octauo, die quinto mensis Augusti. Cuius quanta fides in Deum, quę deuotio mentis fuerit, id post mortem virtutum miraculis claruit. Namque in loco vbi pro patria dimicans à paganis interfectus est, vsque hodiè sanitates infirmorũ & hominũ & pecorum celebrari nõ desinunt. Vnde cõtigit vt puluerem ipsum, vbi corpus eius in terram corruit, multi auferentes, & in aquã mittentes, suis per hoc infirmis multum

Osvvaldi sanguis sanat infirmos.

A multũ cõmodi afferrẽt. Qui videlicet mos adeò increbuit, vt paulatim ablata exinde terra, fossam ad mensuram staturæ virilis altam reddiderit. Nec mirandum, in loco mortis illius infirmos sanari, qui semper dum viueret in firmis & pauperibus cõsulere, & eleemosynas dare, opem ferre nõ cessabat. Et multa quidem in loco illo, vel de puluere loci illius facta virtutum miracula narrãtur: sed nos duo tantũ quæ à maioribus audiuimus, referre satis duximus. Nõ multo post interfectionẽ eius exacto tẽpore contigit vt quidam equo sedens iter iuxta locũ ageret illum, cuius equus subitò lassescere, consistere, caput in terram declinare, spumas ex ore dimittere, & augescente dolore nimio in terram cœpit ruere: desiliuit eques, & stramine substrato cœpit expectare horam qua aut melioratum reciperet iumentum, aut relinqueret mortuum. At ipsum diu graui dolore vexatũ, cũ diuersas in partes se torqueret, repentè volutando deuenit in illud loci, vbi rex memorabilis obcubuit. Nec mora, quiescente dolore cessabat ab insanis membrorũ motibus, & cõsueto equorũ more, quasi post lassitudinẽ in diuersum latus vicissim sese voluere, statímque exurgẽs quasi sanus per omnia vireta herbarum auidius carpere cœpit: quo ille viso, vt vir sagacis ingenij, intellexit aliquid miræ sanctitatis huic
B loco, quo equus est curatus inesse. Et posito ibi signo, nõ multo post ascendit equũ, atque hospitium quò proposuerat accessit: quò dum aduenirẽt, inuenit puellam ibi neptem patris familias lõgo paralysis morbo grauatã. Et cùm familiares domus illius, de acerba puellæ infirmitate ipso præsente quererentur, cœpit dicere ille de loco vbi caballus suus esset curatus. Quid multa? imponentes carro duxerunt ad locum, ibidémque deposuerunt. At illa posita in loco obdormiuit parumper, & vbi cui gilauit, sanatam se ab illa corporis dissolutione sentiens, postulata aqua, ipsa lauit faciẽ, crines cõposuit, caput linteo cooperuit, & cum his qui se adduxerant, sana pedibus incedendo reuersa est.

iumentum curatur.

E o tempore venit alius quidam de natione Britonum (vt ferunt) iter faciẽs iuxta ipsum locum, CAP. X.
in quo præfata erat pugna completa. Et vidit vnius loci spatium cætero campo viridius ac venustius cœpítque sagaci animo cõiicere quòd nulla esset alia causa insolitæ illo in loco viriditatis, nisi quòd ibidem sanctior cætero exercitu viralíquis fuisset interfectus. Tulit itaque de puluere terræ illius secum, illigans in linteo, cogitans quod futurum erat, quia ad medelam infirmantium idẽ puluis proficeret: & pergens itinere suo peruenit ad vicum quendam vespere, intrauítque in domum in qua vi
C cini cœnantes epulabantur, & susceptus à dominis domus, resedit & ipse cum eis ad conuiuium, appendens linteolũ cũ puluere quẽ attulerat in vno poste parietis. Cúmque diutius epulis atque ebrietati vacarent, accenso grandi igne in medio, contigit volantibus in altum scintillis, culmen domus quod erat virgis contextum atque fœno tectum, subitaneis flammis impleri. Quod cùm repentè conuiuæ terrore confusi conspicerent, fugerunt foras, nihil ardenti domui iamiámque perituræ prodesse valentes. Consumpta ergo domo flammis, postis solummodo, in quo puluis ille inclusus pendebat, tutus ab ignibus & intactus remansit. Qua visa virtute mirati sunt valdè, & perquirentes subtilius inuenerunt quòd de illo loco adsumptus erat puluis, vbi regis Osvvaldi sanguis erat effusus. Quibus patefactis ac diffamatis longè latéque miraculis, multi locum frequentare illum, & sanitatum ibi gratiam capere sibi suísque cœperunt.

Osvvaldi cineres igni resistunt.

INTER quæ nequaquam silentio prætereundum reor, quid virtutis ac miraculi cœlestis fuerit CAP. XI.
ostensum, cùm ossa eius inuenta, atque ad ecclesiam in qua nunc seruãtur, translata sunt. Factum est autem hoc per industriam reginæ Merciorum Offridæ, quæ erat filia fratris eius Osvvini, qui post
D illum regni apicẽ tenebat, vt in sequentibus dicemus. Est monasteriũ nobile in prouincia Lindissi, nomine Beardanam, quod eadem regina cũ viro suo Adilredo multũ diligebat, venerabatur, excolebat, in quo defiderabat honoranda patrui sui ossa recõdere. Cúmque veniſſet carrũ, in quo eadem ossa ducebantur, incumbente vespera, in monasterium præfatum noluerunt ea qui erant in monasterio, libenter excipere: quia etsi sanctum eum nouerant, tamẽ quia de alia prouincia ortus fuerat, & super eos regnum acceperat, veteranis eum odiis etiam mortuum insequebantur. Vnde factum est vt ipsa nocte reliquiæ allatæ foris permanerent, tentorio tamẽ maiore supra carrum in quo inerãt extenso: sed miraculi cœlestis ostensio, quàm reuerenter ea susciपienda à cũctis fidelibus essent, patefecit. Nam tota à nocte columna lucis à carro illo ad cœlũ vsque porrecta, omnibus pene eiusdem Lindisfarę prouinciæ locis conspicua stabat. Vnde mane facto fratres monasterij illius, qui pri die abnuerant, diligenter ipsi petere cœperũt, vt apud se eædẽ sanctæ ac Deo dilectæ reliquiæ conderentur. Tota igitur ossa intulerunt in thecam, quam in hoc præparauerant, atque in ecclesia, iuxta
E honorem congruum, posuerunt: & vt regia viri sancti persona memoriã haberet æternam, vexillum eius super tumbam ex auro & purpura compositum apposuerunt, ipsámque aquam in qua lauerunt ossa in angulum sacrarij fuderunt. Ex quo tempore factum est vt ipsa terra quæ lauacrum venerabile susceपit, ad abigendos ex obsessis corporibus dæmones gratiæ salutaris haberet effectũ. Denique tempore sequente cùm præfata regina in eodem monasterio moraretur, venit ad salutandam eam abbatissa quædam venerabilis, quæ vsque hodie superest vocabulo Edilhit, soror virorũ sanctorum Edelvvini & Aldevvini, quorum prior episcopus in Lindissi prouincia, secundus erat abbas in monasterio quod vocatur Pertaneeu, à quo non longè & illa monasterium habebat. Quum ergo veniens illuc loqueretur cum regina, atque inter alia sermone de Osvvaldo exorto diceret, quòd & ipsa lucem illa ipsa nocte supra reliquias eius ad cœlum vsque altam vidisset, adiecit regina, quòd de puluere pauimenti in quo aqua lauacri illius effusa est, multi iam sanati essent infirmi. At illa petit sibi portionem puluerís salutiferi dari, & accipiens illigatum panno condidit

Osvvaldi reliquiis affulget lux cœlestis.

in capsella, & rediit. Trãsacto autem tẽpore aliquanto, cũ esset in suo monasterio, venit illuc quidam F
hospes, qui solebat nocturnis sæpius horis repẽtè ab immundo spiritu grauissimè vexari. Qui quum
benignè susceptus post cœnã in lecto mẽbra posuisset, subitò à diabolo arreptus, inclamare, dẽtibus
frendere, spumare, & diuersis motibus cœpit mẽbra torquere. Cúmque à nullo vel teneri vel ligari
potuisset, cucurrit minister, & pulsans ad ostium, nunciauit abbatissæ. At illa aperiens ianuam mona-
sterij, exiuit ipsa cũ vna sanctimonialiũ fœminarũ ad locũ virorũ, & euocãs presbyterum, rogauit se-
cum venire ad patientem. Vbi cùm veniẽtes viderent multos affuisse qui vexatum tenere, & motus
eius insanos cõprimere conati nequaquã valebãt, dicebat presbyter exorcismũ, & quæcũque pote-
rat, pro sedãdo miseri furore agebat: sed nec ipse quãuis multum laborãs, proficere aliquid valebat.
Cũque nil salutis furenti superesse videretur, repentè venit in mentẽ abbatissæ puluis ille præfatus.
Statimque iussit ire ministrã, & capsellã in qua erat adducere. Et cũ illa afferens quæ iussa est, intraret
atriũ domus, in cuius interioribus dæmoniosus torquebatur, cõticuit ille subitò, & quasi in somnum
laxatus deposuit caput, mẽbra in quietẽ omnia cõposuit: cõticuere omnes, intẽtíque ora tenebant,
Dæmoniacus curatur. quẽ res exitũ haberet, soliciti expectãtes. Et post aliquantum horæ spatium resedit qui vexabatur, & G
grauiter suspirãs, Modò, inquit, sanũ sapio: recepi enim sensum animi mei. At illi sedulò sciscitaban-
tur quomodo hoc contigisset. Qui ait: Mox vt virgo hæc cum capsella quam portabat appropinqua
uit atrio domus huius, discessere omnes qui me premebant spiritus maligni, & me relicto nusquam
comparuerunt. Tunc dedit ei abbatissa portiunculã de puluere illo, & sic data oratione à presbytero
noctem illam quietissimam duxit: neque aliquid ex toto nocturni timoris aut vexationis ab anti-
quo hoste pertulit.

CAP. XII. SEQVENTE dehinc tempore fuit in eodem monasterio puerulus quidã lõgo febriũ incom-
modo grauiter vexatus: qui cùm die quadã solicitus horã accessionis expectaret, ingressus ad eum
quidam de fratribus: Vis, inquit, mi nate doceam te quomodo cureris ab huius molestia languoris?
Surge, inquit, ingredere ecclesiam, & accedens ad sepulchrum Osvvaldi, ibi reside, & quietus manẽs
adhæreas tumbæ: vide ne exeas inde, nec de loco mouearis, donec hora recessionis febriũ transierit,
tunc ipse intrabo, & educam te inde. Fecit vt ille suaserat: sedentémque eum ad tumbã sancti, infir-
mitas tangere nequaquam præsumpsit, quoniam in tantum timens aufugit, vt nec secunda die, nec H
tertia, nec vnquã exinde eum auderet cõtingere. Quod ita esse gestum, qui referebat mihi frater in-
de aduenies, adiecit quòd eo adhuc tempore quo mecum loquebatur, supereſſet in eodem mo-
nasterio iam iuuenis ille in quo tunc puero factum erat hoc miraculum sanitatis. Nec mirandum,
Sanctorum oratio. preces Regis illius iam cum domino regnantis multum valere apud eum, qui tẽporalis regni quon-
dam gubernacula tenẽs, magis pro æterno regno semper laborare ac deprecari solebat. Denique fe
runt, quia à tẽpore matutinæ laudis sæpius ad diem vsque in orationibus perstiterit, atque ob cre-
brum morẽ orandi, siue gratias agendi domino, semper vbicunque sedens supinas super genua sua
manus habere solitus sit. Vulgatum est autem & in cõsuetudinem prouerbij versum, quòd etiam in-
Osvvaldus orando moritur. ter verba orationis vitam finierit. Namque cum armis & hostibus circunseptus, iamiámque videret
se esse perimendum, orauit ad dominũ pro animabus exercitus sui. Vnde dicũt in prouerbio: Deus
miserere animabus, dixit Osvvaldus cadẽs in terrã. Ossa illius translata & condita sunt in monastẽ-
rio quod diximus. Porrò caput & manus cum brachiis à corpore præscisas iussit rex qui occiderat in
stipitibus suspendi. Quò post annũ deueniẽs cũ exercitu successor regni eius Osvvinus abstulit ea, & I
caput quidẽ in cœmiterio Lindisfarnẽsis ecclesiæ: in regia verò ciuitate manus cũ brachiis cõdidit.

CAP. XIII. NEC solùm inclyti fama viri Britanniæ fines lustrauit vniuersos, sed etiam trans Oceanum
longè radios salutiferæ lucis spargens Germaniæ simul & Hyberniæ partes attigit. Denique reue-
rendissimus antistes Acca solet referre, quia cum Romam vadẽs apud sanctissimum Frisonum gẽtis
episcopum VVillibrordum cum suo antistite VVilfrido moraretur, crebrò eum audiret quæ de mi-
randis reliquiis eiusdem reuerendissimi Regis in illa prouincia gesta fuerint narrare. Et in Hybernia
cum presbyter adhuc peregrinam pro æterna patria duceret vitã, rumorẽ sanctitatis eius in ea quo-
que insula longè latéque iam percrebuisse ferebat. E quibus vnũ quod inter alia retulit miraculum
præsenti nostræ historiæ inserendum credidimus. Tẽpore, inquit, mortalitatis quæ Britanniã Hy-
berniámque lata strage vastauit, percussus est eiusdem clade pestis inter alios scholasticus quidã de
genere Scottorum, doctus quidem vir studio literarum, sed erga curam perpetuæ suæ saluationis nil
omninò studij & industriæ gerens: qui cùm se morti proximum videret, timere cœpit & pauere, ne K
mox mortuus ob merita scelerum ad inferna claustra raperetur. Clamauítque quum essem in vicino
positus, & inter ægra tremens suspiria, flebili voce talia mecum querebatur: Vides, inquit, quia iam
crescente corporis molestia ad articulum subeũdæ mortis compellor: nec dubito me post mortem
corporis statim ad perpetuam animæ mortem rapiendum, ac infernalibus subdendum esse tormen
tis, qui tempore non pauco inter studia diuinæ lectionis vitiorum potius implicamentis quàm diui-
nis solebam seruire mandatis. Ineſt autem animo (si mihi pietas diuina aliqua viuendi spatia dona-
uerit) vitiosos mores corrigere, & ad imperium diuinæ voluntatis totam ex integro mentem vitám-
que transferre. Verùm noui, non hoc esse meriti mei, vt inducias viuendi vel accipiam, vel me acce-
pturum esse cõfidam, nisi fortè misero mihi & indigno veniam per auxilium eorum qui illi fideliter
seruierunt, propitiari dignatus fuerit. Audiuimus enim, & fama est celeberrima, quòd fuerit in gẽte
vestra

A vestra rex mirandæ sanctitatis, vocabulo Osvvaldus, cuius excellentia fidei & virtutis etiã post mor-
tem virtutum frequentium operatione claruerit. Precórq; si aliquid reliquiarum illius penes te de-
positum habeas, afferas mihi, si fortè mihi dominus per eius merita misereri voluerit. At ego respõ-
di: Habeo quidem de ligno in quo caput eius occisi à paganis infixum est, & si firmo corde credi-
deris, potest diuina pietas per tanti meritum viri & huius vitæ spatia longiora concedere, & ingressu *Ad Osvvaldi reliquias moriturus suscitatur.*
te vitæ perennis dignum reddere. Nec moratus illi integram se in hoc habere fidem respondebat.
Tunc benedixi aquam, & astulam roboris præfati immittens, obtuli ægro potãdum. Nec mora, me-
lius habere cœpit, & conualescens ab infirmitate multo deinceps tempore vixit, totóque ad Deum
corde & opere conuersus, omnibus vbicunque perueniebat clementiam pij conditoris, & fidelibus
eius famuli gloriam prædicabat.

Paulino Ithamar succeſsit, Osvvin occiditur.

TRANSLATO ergo ad cœlestia regna Osvvaldo susceptt regni terrestris sedẽ pro eo frater eius CAP. XIIII.
Osvvin iuuenis triginta circiter annorum, & per annos vigintiocto laboriosissimè tenuit. Impugna-
B tus videlicet à pagano rege Penda, & ab ea quæ fratrem eius occiderat pagana gente Merciorum, & *Osvvin regnat, polyd. lib. 4. hist.*
à filio quoq; suo Alcfrido, necnon & à fratruo, id est, fratris sui qui ante eum regnauit filio Adilual- AN. DO. 644.
do, cuius anno secundo, hoc est, ab incarnatione dominica anno sexcẽtesimo quadragesimoquarto,
reuerendissimus pater Paulinus quondam quidem Eboracensis, sed tunc episcopus Rhofensis ciui-
tatis, transiit ad Dominum sexto Iduum Octobrium die. Qui decẽ & nouem annos & menses duos
& viginti vnum dies episcopatum tenuit. Sepultúsque est in secretario beati apostoli Andreæ, quod
rex Edilbertus à fundamentis in eadem Rhofi ciuitate construxit. In cuius locum Honorius archie-
piscopus ordinauit Ithamar, oriundum quidem de gente Cantuariorum, sed vita & eruditione an-
tecessoribus suis æquandum. Habuit autem Osvvin primus regni sui tẽporibus consortem regiæ di- *Osvvinus Regni consors.*
gnitatis vocabulo Osvvini, de stirpe regis Eduini, hoc est, filiũ Osrici, de quo supra retulimus, virum
eximiæ pietatis & religionis, qui prouinciæ Deirorum septem annis in maxima omnium rerum af-
fluentia, & ipse amabilis omnibus præfuit. Sed nec cum eo ille qui cæteram transhumbranæ gentis
C partem ab Aquilone, id est, Berniciorum prouinciam regebat, habere pacem potuit, quinpotius in-
grauescentibus causis dissensionum miserrima hunc cæde peremit. Siquidem congregato cõtra in-
uicem exercitu, cùm videret se Osvvinus cum illo qui plures habebat auxiliarios, nõ posse bello con-
fligere, ratus est vtilius tunc dimissa intentione bellandi seruare se ad tempora meliora. Remisit er-
go exercitum quem congregauerat, ac singulos domum redire præcepit à loco qui vocatur Vvilfa-
res Duun, id est, mons Vvilfari, & est à vico Cataractone decem fermè milia passuum contra solsti-
tialem occasum secretus. Diuertítque ipse cum vno tantùm milite suo fidelissimo, nomine Condhe-
ri celandus in domo comitis Hunualdi, quem etiam ipsum sibi amicissimum autumabat. Sed heu
proh dolor, longè aliter erat. Nam ab eodem comite proditum cum Osvvino cum præfato ipsius *Osvvinus proditorie interimitur.*
milite per præfectum suum Ediluinum detestanda omnibus morte interfecit. Quod factum est die
tertiadecima Kalendarum Septembrium, anno regni eius nono, in loco qui dicitur Ingethlingum,
vbi postmodum castigandi huius facinoris gratia monasterium constructum est, in quo pro vtriusq;
regis, & occisi videlicet, & eius qui occidere iussit, animæ redemptione quotidiè domino preces of-
ferri deberent. Erat autem rex Osvvinus & aspectu venustus, & statura sublimis, & affatu iucundus,
D & moribus ciuilis, & manu omnibus nobilibus simul atque ignobilibus largus. Vnde contigit vt ob
regiam eius & animi & vultus & meritorum dignitatem ab omnibus diligeretur, & vndique ad eius
ministerium de cunctis propè prouinciis viri etiam nobilissimi concurrerent. Cuius inter cæteras
virtutis & modestiæ, & (vt ita dicam) specialis benedictionis glorias etiam maxima fuisse fertur hu-
militas, vt vno probare sat erit exemplo. Donauerat equum optimum antistiti Aidano in quo ille
quamuis ambulare solitus vel amnium fluenta transire, vel si alia quælibet necessitas insisteret, viam
peragere posset, cui cùm paruo interiecto tempore pauper quidam occurreret, eleemosynam petẽs, *Aidanus equitis donat pauperi.*
desiliens ille præcepit equum ita vt erat stratus regaliter pauperi dari. Erat enim multum misericors
& cultor pauperum, ac velut pater miserorum. Hoc cùm regi esset relatum, dicebat episcopo, cùm
fortè ingressuri essent ad prandium: Quid voluisti domine antistes equum regium quem te conue-
niebat proprium habere, pauperi dare? Nunquid nõ habuimus equos viliores plurimos, & alias spe-
cies quæ ad pauperum dona sufficerent, quamuis illum eis equum non dares, quem tibi specialiter
E possidendum elegi? Cui statim episcopus: Quid loqueris, inquit, rex? Num tibi carior est ille filius
æquè quàm ille filius Dei? Quibus dictis intrabant ad prandendum, & episcopus quidem residebat
in suo loco. Porrò rex venerat de venatu, & cœpit consistens ad focum calefieri cum ministris. Et re-
pentè inter calefaciendum recordans verbi quod dixerat illi antistes, discinxit se gladio suo, & de-
dit illum ministro, festinúsque accedens, ante pedes episcopi corruit, postulans vt sibi placatus esset,
Quia nunquam, inquit, deinceps aliquid loquar de hoc, aut iudicabo quid vel quantum de pecunia
nostra filiis Dei tribuas. Quod videns episcopus multum pertimuit, ac statim exurgens leuauit eum,
promittens se multum illi esse placatum, dummodo illi residens ad epulas tristitiã deponeret. Dúm-
que rex iubente ac postulante episcopo lætitiam reciperet, cœpit contra episcopus tristis vsque ad
lachrymarum profusionem effici. Quem dum presbyter suus lingua patria, quam rex & domestici *Aidanus præ- nides regis obi*
eius nõ nouerant, quare lachrymaretur interrogasset: Scio, inquit, quòd non multo tempore victu-

tum. Reges si boni, muneris est Dei: si mali, sunt flagella populi. Gregor.

rus est rex. Nunquam enim vidi antehac humilem regem. Vnde animaduerto citius illum ex hac vita rapiendum. Non enim digna est hæc gens talem habere rectorem. Nec multo pòst dira antistitis præsagia tristi regis funere, de quo supra diximus, impleta sunt. Sed & ipse antistes Aidan nõ plus quàm duodecimo post occisionem regis quem amabat die, id est, pridie Kalendarum Sptembrium, de seculo sublatus perpetua laborum suorum à domino præmia recepit. F

CAP. XV.

Aidani episcopi virtutes & miracula.

QVI cuius meriti fuerit etiam miraculorum signis internus arbiter edocuit. E quibus tria memoriæ causa ponere satis sit. Presbyter quidam nomine Vtta, multæ grauitatis ac veritatis vir, & ob id omnibus, etiam ipsis principibus seculi, honorabilis, cum mitteret Cantiam ob adducendam coniugem regi Osvvini, filiam videlicet Eduini regis Eanfledã, quæ occiso patre illuc fuerat adducta: qui terrestri quidẽ itinere illò venire, sed nauigio cum virgine redire disponebat: accessit ad episcopum Aidanum, obsecrans eum pro se suisque qui tunc iter erant aggressuri domino supplicare. Qui benedicens illos, ac Domino commendans, dedit etiam oleum sanctificatum. Scio, inquiẽs, quia vbi nauem ascenderitis, tempestas vobis & ventus contrarius superueniet. Sed tu memento vt hoc oleum quod tibi do, mittas in mare, & statim quiescentibus ventis, serenitas maris vos læta prosequetur, & cupito itinere domum remittet. Quæ cuncta vt prædixerat antistes, ex ordine completa sunt. Equidem imprimis furentibus vndis pelagi tentabant nautæ anchoris in mare missis nauem retinere, neque hoc agentes aliquid proficiebant. Cúmq; mergentibus vndique & implere incipiẽtibus nauem fluctibus, mortem sibi omnes imminere, iamiámque adesse viderent, tandem presbyter reminiscẽs verba antistitis, assumpta ampulla misit de oleo in pontum, & statim vt prædictum erat suo quieuit à feruore. Sicque factum est vt vir Dei per prophetiæ spiritum tempestatẽ prædixerit futuram, & per virtutem eiusdem spiritus hanc exortam, quãuis corporaliter absens, sopiuerit. Cuius ordinẽ miraculi non quilibet dubius relator, sed fidissimus mihi nostrę Ecclesiæ presbyter Cynimund vocabulo narrauit, qui se hoc ab ipso Vtta presbytero, in quo & per quem completum est, audisse perhibebat. G

Aidanus tempestatem prædicit.

Oleo sacro sedatur maris tempestas.

CAP. XVI.

Pelbæ oppidũ siue Delbe. Polyd. lib. 4. histor.

ALIVD eiusdem patris memorabile miraculum ferunt multi, qui nosse potuerunt. Nam cùm tempore episcopatus eius hostilis Merciorum exercitus Penda duce Nord Humbrorum regiones impia clade longè latéque deuastans, peruenit ad vrbem vsque regiam, quæ ex Bebbæ quondam reginæ vocabulo cognominatur, eámque cum neque armis, neque obsidione capere poterat, flammis absumere conatus est, discissísque vinculis quæ in vicinia vrbis inuenit, aduexit illò plurimam congeriem trabium, tignorum, parietum, virgeorum, aliarúmque rerum, & his vrbem in magna altitudine circundedit à parte quæ terræ est contigua. Et dum ventum opportunum cerneret illato igne comburere vrbem nisus est. Quo tempore reuerẽdissimus antistes Aidan in insula Farne quæ duobus ferme milibus passuum ab vrbe procul abest, morabatur. Illò enim sæpius secretè orationis & silentij causa secedere consueuerat. Denique vsque hodie locum sedis illius solitariè in eadem insula solent ostẽdere. Qui cùm ventis furẽtibus globos ignis ac fumum supra muros vrbis exhalare conspiceret, fertur eleuatis ad cœlum oculis manibúsque cum lachrymis dixisse: Vide Domine quanta mala facit Penda. Quo dicto statim mutati ab vrbe venti, in eos qui accenderent flammarum incendia retorserunt, ita vt aliqui læsi, omnes territi impugnare vltra vrbem cessarent, quam diuinitus iuuari cognouerant. H

Aidanus incendium orãdo depellit, vt & Melitus cap. 7. lib. 2.

CAP. XVII.

HVNC cum dies mortis egredi è corpore cogeret, completis annis episcopatus sui septemdecim erat in villa regia non longè ab vrbe de qua præfati sumus: in hac enim habens Ecclesiam & cubiculum, sæpius ibidem diuerti ac manere, atq; inde ad prædicandum circumquaque cõsueuerat exire, quod ipsum & in aliis villis regiis facere solebat, vtpotè nihil propriæ possessionis excepta Ecclesia sua & adiacentibus agellis habens. Tetenderunt ergo ei ægrotanti tentorium ad Occidentalem Ecclesiæ partem, ita vt ipsum tentorium parieti hæreret Ecclesiæ. Vnde factum est vt adcliuis destinæ, quæ extrinsecus Ecclesiæ pro munimine erat apposita, spiritum vitæ exhalaret vltimum. Obiit autem decimoseptimo episcopatus sui anno, pridie Kalendarum Septembrium. Cuius corpus mox inde translatum ad insulam Lindisfarnensium atque in cœmiterio fratrum sepultum est. At interiecto tempore aliquanto, cum fabricata esset ibi Basilica maior, atque in honorem beatissimi apostolorum principis dedicata, illò ossa eius translata, atque ad dexteram eius altaris iuxta venerationem tanto pontifice dignam condita sunt. Successit verò ei in episcopatum Sinan, & ipse illo ab Hij Scottorum insula ac monasterio destinatus, ac tempore non pauco in episcopatu permãsit. Contigit autem post aliquot annos vt Penda Merciorum rex cum hostili exercitu hæc in loca perueniens, cum cuncta quæ poterat ferro flammáque perderet, vicúsque ille in quo antistes obiit vnà cum Ecclesia memorata flammis absumeretur. Sed mirum in modum sola illa destina cui incumbens obiit, ab ignibus circuncincta vorantibus, absumi non potuit. Quo clarescente miraculo mox ibidem Ecclesia restaurata, & hæc eadem destina in munimentum est parietis, vt antè fuerat, forinsecus apposita. Rursúmque peracto tempore aliquanto euenit per culpam incuriæ vicum eundem & ipsam pariter Ecclesiam ignibus consumi, sed nec tunc quidem eandem tangere flãma destinam valebat. Et cum magno vtique miraculo ipsa eius foramina ingrediẽs quibus ædificio erat affixa perderet, ipsam tamen lædere nullatenus sinebatur. Vnde tertia ædificata ibi Ecclesia destinã illam nõ vt antea de foris in fulcimentũ domus apposuerunt, sed intro ipsam Ecclesiam in memoriam miraculi posuerunt, vbi in- I K

Aidani dies obitus.

Sina Aidano succedit.

Sedes obitus Aidani flãmis resistit.

A vbi intrantes genu flectere ac misericordiæ cœlesti supplicare deberẽt. Cõstátq; multos ex eo tẽpore gratiam sanitatis in eodem loco consecutos, quinetiam astulis ex ipsa destina excisis, & in aquam missis plures sibi suísque languorũ remedia conquisiere. Scripsi hæc de persona & operibus viri præfati, nequaquam in eo laudans, aut eligens hoc quod de obseruatione Paschæ minus perfectè sapiebat, imò hoc multum detestans, sicut in libro quem de tẽporibus composui, manifestissimè probaui. Sed quasi verax historicus simpliciter ea quæ de illo siue per illum sunt gesta describẽs, & quæ laude sunt digna in eius actibus laudans, atque ad vtilitatem legentium memoriæ cõmendans: studiũ videlicet pacis & charitatis, cõtinentiæ & humilitatis, animũ iræ & auaritiæ victorem, superbiæ simul & vanæ gloriæ contemptorem: industriam faciendi simul & docendi mandata cœlestia, solertiam & vigiliarum, auctoritatem sacerdote dignam, redarguendi superbos, ac potentes pariter & infirmos consolandi, ac pauperes recreandi, vel defendendi clementiam: qui (vt breuiter multa comprehendã) quantũ ab eis qui illũ nouere didicimus, nil ex omnibus quæ in euãgelicis, siue apostolicis, siue propheticis literis facienda cognouerat, prætermittere, sed cuncta pro suis viribus operibus B explere curabat. Hæc in præfato antistite multũ cõplector & amo, quia nimirũ hæc Deo placuisse non ambigo. Quòd autem pascha non suo tempore obseruabat, vel canonicum eius tempus ignorans, vel suæ gentis autoritate, ne agnitum sequeretur, deuictus, non approbo, nec laudo. In quo tamen hoc approbo, quia in celebratione sui paschæ non aliud corde tenebat, venerabatur, & prædicabat, quàm quod nos, id est redemptionem generis humani per passionem, resurrectionem, ascensionem in cœlos mediatori Dei & hominum hominis Iesu Christi. Vnde & hanc non, vt quidã falsò opinantur, quartadecima luna in qualibet feria cum Iudæis, sed die dominica semper agebat à luna quartadecima vsque ad vicesimam, propter fidem videlicet dominicæ resurrectionis quam vna sabbati factam, propter spem nostræ resurrectionis, quam eandem vnam sabbati, quæ nunc dominica dies dicitur, veraciter futuram sancta ecclesia credebat.

Eius libri ca. 43. celebratio Paschæ miraculo ostenditur.

Aidani episcopi encomiũ

De Sigberti vita & obitu.

CAP. XVIII

Polyd. lib. 4. hist. Angl.

HIS temporibus regni Orientalium Anglorum post Eorpvvaldũ Redualdi successorẽ Sigbertus C frater eius præfuit, homo bonus ac religiosus, qui dudũ in Gallia dum inimicitias Redualdi fugiens exularet lauacrum baptismi percepit, & patriam reuersus, vbi regno potitus est, mox ea quæ in Galliis bene disposita vidit, imitari cupiens, instituit scholam in qua pueri literis erudirentur, iuuante se episcopo Felice, quem de Cantia acceperat, eísque pædagogos ac magistros iuxta morem Cantuariorum præbente: tantúmque Rex ille cœlestis regni amator factus est, vt ad vltimum relictis regni negociis, & cognato suo Egrico commendatis, qui & antea partem eiusdem regni tenebat, intraret monasterium quod sibi fecerat, atque accepta tõsura, pro æterno magis regno militare curaret. Quod dũ multo tempore faceret, cõtigit gentẽ Merciorũ duce rege Pẽda aduersus Orientales Anglos in bello procedere. Qui dũ se inferiores in bello hostibus conspicerent, rogauerunt Sigbertum ad confirmandũ milites secum venire in præliũ. Illo nolente ac cõtradicente, inuitũ de monasterio eruentes duxerũt in certamen, sperãtes minus animos militũ trepidare, minus præsente duce quondã strenuissimo & eximio posse de fuga meditari. Sed ipse professionis suę nõ immemor, dũ opimo esset vallatus exercitu, nõ nisi virgã tamẽ habere in manu voluit: occisúsq; est vnà cũ rege Egrico, D & cunctus eorũ, insistentibus paganis, cæsus siue dispersus exercitus. Successor autem regni illorum factus est Anna filius Eni de regio genere vir optimus atque optimæ genitor sobolis: de quibus in sequentibus suo tempore dicendum est. Qui & ipse postea ab eodem pagano Merciorum duce, à quo & prædecessores eius, occisus est.

Sigbertus scholam instituit.

Sigbertus fit monachus an. do. 630. secũdum Polyd.

De S. Furseo.

CAP. XIX.

VERVM dũ adhuc Sigbertus regni insulas teneret, superuenit de Hybernia vir sanctus nomine Furseus, verbo & actibus clarus, sed egregiis insignis virtutibus, cupiens pro domino, vbicunq; sibi opportunũ inueniret, peregrinam ducere vitam. Qui cùm ad prouinciam Orientalium peruenisset Anglorũ, susceptus est honorificè à rege præfato, & solitum sibi opus euangelizandi exequens, multos & exemplo virtutis & incitamento sermonis vel incredulos ad Christum conuertit, vel etiã credentes amplius in fide atque amore Christi confirmauit. Vbi quadam infirmitate corporis arreptus, angelica meruit visione perfrui, in qua admonitus est, cœpto verbi ministerio sedulus insistere, vigiliísque cõsuetis & orationibus indefessus incũbere: eo quòd certus sibi exitus esset, sed incerta eiusdẽ exitus hora futura, dicente Domino: Vigilate itaque, quia nescitis diẽ neque horam. Qua visione E cõfirmatus, curauit locũ monasterij, quem à præfato rege Sigberto acceperat, velocissimè cõstruere ac regularibus instituere disciplinis. Erat autem monasterium syluarum & maris vicinitate amœnũ, constructum in castro quodam, quod lingua Anglorum Cnobhersburg, id est vrbs Cnobheri vocatur: quod deinde rex prouinciæ illius Anna, ac nobiles quique augustioribus ædificiis ac donariis adornauerunt. Erat autẽ vir iste de nobilissimo genere Scottorum: sed longè animo nobilior, quàm carne. Ab ipso tempore pueritiæ suæ curam non modicam lectionibus sacris simul & monasticis exhibebat disciplinis, & quod maximè sanctos decet, cuncta quæ agenda didicerat, solicitus agere curabat. Quid multa? procedente tẽpore & ipse sibi monasterium, in quo liberius cœlestibus studiis vacaret, cõstruxit. Vbi correptus infirmitate (sicut libellus de vita eius cõscriptus sufficiẽter edocet) raptus est è corpore. Et à vespera vsque ad Galli cantum corpore exutus, angelicorũ agminũ & aspe-

Visio angelica.

Furseus extruit monast.

ctus intueri & laudes beatas meruit audire. Referre autẽ erat solitus, quòd apertè eos inter alia reso- F
Psal.83. 1 nare audiret: Ibunt sancti de virtute in virtutem. Et iterum: Videbitur Deus Deorum in Syõ. Qui re-
Ibidem. ductus in corpore, & die tertia rursum eductus, vidit nõ solùm maiora beatorum gaudia, sed & maxima malignorum spirituum certamina, qui crebris accusationibus improbi iter illi cœleste intercludere cõtendebant: nec tamen protegentibus eum angelis, quicquã proficiebãt. De quibus omnibus si quis plenius scire vult, id est, quãta fraudis solertia dæmones & actus eius, & verba superflua, & ipsas etiã cogitationes, quasi in libro descriptas replicauerint, quæ ab angelis sanctisq; ac viris iustis sibi inter angelos apparentibus læta vel tristia cognouerit, legat ipsum de quo dixi libellum vitę eius, & multum ex illo (vt reor) profectus spiritalis accipiet. In quibus tamen vnum est, quod & nos in hac historia ponere, multis cõmodum duximus. Cùm ergo in altum esset elatus, iussus est ab angelis qui eum ducebant respicere in mundum. At ille oculos in inferiora deflectens, vidit quasi vallem tenebrosam subtus se in imo positam. Vidit & quatuor ignes in aëre non multo abinuicẽ spatio
Ignes mundũ consumpturi. distantes. Et interrogãs angelos qui essent hi ignes, audiuit hos esse ignes qui mundũ succendentes esse consumpturi. Primũ mendacij, cùm hoc quod in baptismo abrenunciare nos Sathanæ & om- G
nibus operibus eius promisimus, minimè implemus. Secũdum cupiditatis, cũ mundi diuitias amori cælestiũ præponimus. Tertiũ dissensionis, cum animas proximorum etiã in superuacuis rebus offendere nõ formidamus. Quartũ impietatis, cum infirmiores spoliare & eis fraudem facere pro nihilo ducimus. Crescentes verò paulatim ignes vsque adinuicẽ sese extenderunt, atque in immẽsam adunatæ sunt flãmam. Cúmq; appropinquassent, pertimescens ille dicit Angelo, Domine ecce ignis
Purgatorius ignis. mihi appropinquat. At ille, Quod nõ incẽdisti, inquit, nõ ardebit te. Nã etsi terribilis iste & grandis esse rogus videtur, tamen iuxta merita operum singulos examinat, quia vniusciuiusque cupiditas in hoc igne ardebit. Sicut enim quis ardet in corpore per illicitam voluptatem, ita solutus corpore ardebit per debitam pœnã. Tũc vidit vnũ de tribus angelis, qui sibi in tota vtraq; visione ductores affuerunt, præcedentem ignis flammas diuidere, & duos ab vtroque latere circũuolantes, ab ignium se periculo defendere. Vidit autem & dæmones per ignem volãtes, incendia bellorũ constra iustos struere, sequuntur aduersus ipsum accusationes malignorum, defensiones spirituum, bonorũ copio- H
sior cœlestium agminum visio. Sed & virorum de sua natione Scottorũ, quos olim sacerdotali gradu non ignobiliter potitos fama iam vulgante compererat, à quibus non pauca quæ vel ipsi vel omnibus qui audire vellent, multum salubria essent, audiuit. Qui cum verba finissent, & cum angelicis spiritibus ipsi quoque ad cœlos redirent, remanserunt cum beato Furseo tres angeli de quibus dixi-
Angeli reducunt ad vitã Furseum. mus, qui eum ad corpus referrent. Cúmq; præfato igni maximo appropiaret, diuisit quidem Angelus sicut prius ignem flammæ, sed vir Dei vbi ad patefactã vsque inter flammas ianuam peruenit, arripientes immũdi spiritus vnum de eis quos in ignibus torrebãt, iactauerunt in eũ, & contingentes humerũ, maxillámque eius incenderunt. Cognouítq; hominem, & quòd vestimentũ eius moriẽtis acceperit, ad memoriam reduxit, quem angelus sanctus statim apprehendens in ignem reiecit. Dicebátque hostis malignus: Nolite repellere quem ante suscepistis. Nam sicut bona eius peccatoris susceptis, ita & de pœnis eius participes esse debetis. Contradicens angelus: Non (inquit) hoc propter auaritiam, sed propter saluandam eius animam susceperit. Cessauítq; ignis: & conuersus ad eum angelus, Quod incendisti, inquit, hoc arsit in te. Si enim huius viri in peccatis suis mortui pecuniam I
non accepisses, nec pœna eius in te arderet. Et plura locutus, quid erga salutem eorum qui pœnitere-
Adustionis signũ in corpore mansit quod anima pertulit. rent esset agendum, salubri sermone edocuit. Qui postmodum in corpore restitutus, omni vitæ suæ tempore signum incendij quod in anima pertulit, visibile cunctis in humero maxillaque portauit. Mirúmq; in modum quòd anima in occulto passa sit, caro palam præmonstrabat. Curabat autẽ semper, sicut & antea consueuerat, omnibus opus virtutum & exemplis ostendere, & prædicare sermonibus. Ordinẽ autẽ visionum suarũ illis solummodo, qui propter desideriũ compunctionis interrogabãt, exponere volebat. Supereſt adhuc quidã frater senior monasterij nostri, qui narrare solet, dixisse sibi quendã multum veracem ac religiosum hominem, quòd ipsum Furseũ viderit in prouincia Orientaliũ Anglorum, illáſque visiones ex ipsius ore audierit: adiiciénsq;, quòd tẽpus hyemis fuerit acerrimum & glacie constrictũ, cùm sedẽs in tenui veste vir iste inter dicendũ propter magnitudinẽ memorati timoris vel suauitatis quasi in mediæ ætatis caumate sudauerit. Cùm ergo, vt ad superiora redeamus, multis annis in Scottia verbum Deo omnibus annunciãs, tumultus irruentium tur- K
barum nõ facilè ferret, relictis omnibus quæ habere videbatur, ab ipsa quoque insula patria discessit: & paucis cũ fratribus per Britones in prouinciã Anglorum deuenit, ibíq; prædicãs verbũ dei, vt diximus, monasteriũ nobile cõstruxit. Quibus ritè gestis, cupiẽs se ab omnibus seculi huius & ipsius quoque monasterij negotiis alienare, reliquit monasterium, & animarum curã fratri suo Fullano & presbyteris Gobbano & Dicullo, & ipse ab omnibus mũdi rebus liber in anachoretica cõuersatione vitã finire disposuit. Habuit alterum fratrem vocabulo Vltanum, qui de monasterij probatione diuturna ad eremiticam vitam peruenerat. Hunc ergo solus petens, annum totũ cum eo in continentia & orationibus, in quotidianis manuum vixit laboribus. Dein turbatã incursione gentilium prouinciam videns, & monasteriis quoque periculum imminere præuidens, dimissis ordinatè omnibus nauigauit Galliam, ibíque à Rege Francorum Lothovvio vel patricio Helconualdo honorificè susceptus, monasteriũ cõstruxit in loco Latiniaco nominato. Ac nõ multo pòst infirmitate correptus

A reptus diem clausit vltimum. Cuius corpus idem Herconualdus patritius accipiẽs, seruauit in porticu quodam ecclesiæ, quam in villa sua, cui nomen erat Perroma, faciebat, donec ipsa ecclesia dedicaretur. Quòd cùm post dies viginti sex esset factũ, & corpus ipsum de porticu ablatũ, prope altare esset recondendũ, inuentum est ita illæsum, ac si eadẽ hora de hac luce fuisset egressus. Sed & post *Fursei corpus*
annos quatuor cõstructa domũcula cultiore receptui corporis eiusdem, ad Orientem altaris adhuc *non corrumpitur.*
sine macula corruptionis inuentũ ibidem digno cũ honore translatum est. Vbi merita illius multis sæpè cõ stat Deo operante claruisse virtutibus. Hæc & de corporis eius incorruptione breuiter attigimus, vt quanta esset viri sublimitas legentibus notius existeret. Quę cũcta in libello eius sufficientius, & de aliis commilitonibus ipsius quisquis legerit, inueniet.

Successio aliquorum episcoporum.

INTEREA defuncto Felice Orientaliũ Anglorũ episcopo, post decẽ & septẽ annos accepti epi- CAP. XX.
scopatus Honorius loco eius ordinauit Thomã diaconũ eius de prouincia Giruiorũ, & post annos
sui episcopatus quinque de hac vita subtracto Beretgilsum cognomine Bonifacium de prouincia *Honorij obitus.*
B Cãtuariorũ loco eius substituit. Et ipse quoque Honorius postquam metas sui cursus impleuit, migrauit ex hac luce anno ab incarnatione Domini septingentesimo quinquagesimo tertio, pridiè kalendarũ Octobrium, & cessante episcopatu per annũ & sex menses electus est archiepiscopus cathedræ Dorou ernensis sextus Deusdedit de gente Occidentalium Saxonum. Quẽ ordinaturus venit *Deusdedit.*
illuc Ithamar antistes ecclesiæ Rhofensis. Ordinatus est autem die septimo kalendarũ Aprilium, & rexit ecclesiam annos nouem, menses quatuor, duos dies, & ipso defuncto Ithamar consecrauit pro eo Damianum, qui de genere Australium Saxonum erat oriundus.

Angli mediterranei fiunt Christiani.

HIS temporibus Middelẽgli, id est, mediterranei Angli sub principe Penda filio Pendan regis fi- CAP. XXI.
dem & sacramenta veritatis perceperunt. Qui cùm esset iuuenis optimus, ac regis nomine ac perso- *Polyd.lib.4.*
na dignissimus, prælatus est à patre regno gentis illius. Venítque ad regẽ Nord Hũbrorum Osvvi,
postulãs filiam eius Alchsledan sibi coniugẽ dari, neq; aliter quod petebat impetrare potuit, nisi fi-
C dem Christi ac baptismatis cum gente cui præerat acciperet. At ille audita prædicatione veritatis, &
promissione regni cœlestis, spéq; resurrectionis ac futuræ immortalitatis, libenter se Christianũ fieri velle confessus est, etiam si virginẽ non acciperet, persuasus maximè ad percipiendã fidem à filio Regis Osvvi nomine Alchfrido, qui erat cognatus & amicus eius, habens sororẽ ipsius coniugẽ, vocabulo Cymburgã, filiam Pendan regis. Baptizatus est ergo à Finano episcopo cum omnibus qui se- *penda rex baptizatur.*
cum venerant comitibus ac militibus, eorúmque famulis vniuersis, in vico regis illustri qui vocatur
Admurum. Et acceptis quatuor presbyteris, qui ad docendam baptizandámque gentẽ illius & eruditione & vita videbantur idonei, multo cum gaudio reuersus est. Erant autẽ presbyteri Cedda & Adda & Betti & Diuna, quorum vltimus natione Scottus, cæteri fuere Angli. Adda autẽ erat frater Vttan presbyteri illustris, & abbatis monasterij quod vocatur ad Capreæ caput, cuius suprà meminimus. Venientes igitur in prouinciã memorati sacerdotes cũ principe prædicabãt verbũ, & libẽter auditi sunt: multíq; quotidiè & nobiliũ & infimorũ abrenũciata sorde idololatriæ, fidei sunt fonte abluti. Nec prohibuit Pẽda rex quin etiã in sua, hoc est, Merciorũ natione verbum (si qui vellent au- *penda odiens*
D dire) prædicaretur. Quin potius odio habebat & despiciebat eos, quos fide Christi imbutos opera *in fide extollit.*
fidei non habere deprehendit, dicens contemnendos & miseros esse eos qui Deo suo in quem crederent, obedire contemnerent. Cœpta sunt hæc biennio ante mortẽ Pendæ regis. Ipso autẽ occiso, cũ Osvvi Rex Christianissimus regnum eius acciperet (vt in sequentibus dicemus) factus est Diuma vnus ex præfatis quatuor sacerdotibus episcopus mediterraneorũ Anglorũ simul & Merciorũ ordinatus à Finano episcopo. Paucitas enim sacerdotũ cogebat vnũ antistitẽ duobus populis præfici. Qui cũ pauco sub tẽpore non paucã domino plebem acquisisset, defunctus est apud mediterraneos Anglos in regione quę vocatur in Feppingũ. Suscepitq; pro illo episcopatũ Ceollach, & ipse de natione Scottorũ: qui non multo post episcopatu relicto reuersus est ad insulam Hij, vbi plurimorum caput, & arcem Scotti habuere cœnobiorum. Succedente illo in episcopatum Trumhere viro religioso & monachica vita instituto, natione quidẽ Anglo, sed à Scottis ordinato episcopo, quòd temporibus Vulfheri regis (de quo in sequentibus dicemus) factum est.

Anglosaxones fidem recuperant.

E EO tempore etiam Orientales Saxones fidem quam olim expulso Mellito antistite abiecerant in- CAP. XXII.
stãtia regis Osvvi receperunt. Erat enim rex eiusdem gentis Sigbert, qui post Sigbertũ cognomento *Polyd.hist.*
paruũ regnauit amicus eiusdem Osvvi regis qui cum frequenter ad eum in prouinciã Nord Hum- *Angl.lib.4.*
brorum veniret, solebat eũ hortari, ad intelligendum deos esse non posse, qui hominum manibus fa- *Contra idola.*
cti essent, Dei creandi materiam viuã lignum vel lapidem esse non posse, quorũ reciſuræ vel igni absumerẽtur, vel in vasa quælibet humani vsus formarentur, vel certè despectui habita, foras proiicerentur, & pedibus cõculcata in terrã verterentur: Deũ potius intelligendũ maiestate incõprehensibilem, humanis oculis inuisibilem, omnipotentem & æternũ, qui cœlum, & terrã, & humanum genus creasset, regeret & iudicaturus esset orbẽ in æquitate, cuius sedes æterna meritóq; intelligendũ, *Sigbertus sacro fonte tingitur.*
quia omnes qui volũtatẽ eius à quo creati sunt, discerẽt & facerẽt, æterna ab illo præmia essent percepturi. Hæc & huiusmodi multa cũ rex Osvvi regi Sigberto amicabili & quasi fraterno consilio,

sępè inculcaret, tandẽ iuuante amicorum consensu credidit, & facto cũ suis consilio, cum exhortatione fauentibus cunctis & annuentibus fidei, baptizatus est cũ eis à Finano episcopo in villa regia cuius supra meminimus, quæ cognominatur Ad murũ: est enim iuxta murũ quo olim Romani Britanniã insulã præcinxere, duodecim milibus passuũ à mari Oriẽtali secreta. Igitur rex Sigbert æterni regni iã ciuis effectus, tẽporalis sui regni sedẽ repetiit, postulans ab Osvvi rege vt aliquos sibi doctores daret qui gẽtẽ suã ad fidẽ Christi cõuerterẽt, ac fonte salutari abluerẽt. At ille mittẽs ad prouinciã mediterraneorum Anglorũ clamauit ad se virũ Dei Cedd, & dato illi socio altero quodã presbytero, misit prædicare verbũ genti Orientalium Saxonum. Vbi cùm omnia perambulantes multam domino ecclesiam congregassent, contigit quodam tempore eundem Cedd redire domum, ac peruenire ad ecclesiam Lindisfarnensem propter colloquiũ Finani episcopi, qui vbi proiperatũ ei opus euangelij comperit, fecit eum episcopum in gente Orientalium Saxonum, vocatis ad se in ministerium ordinationis aliis duobus episcopis. Qui accepto gradu episcopatus rediit ad prouinciam, & maiore auctoritate cœptum opus explens, fecit per loca ecclesias, presbyteros & diaconos ordinauit, qui se in verbo fidei & ministerio baptizandi adiuuarent, maximè in ciuitate quæ lingua Saxonũ Ithancestir appellatur. Sed & in illa quæ Tilaburg cognominatur, quorum prior locus est in ripa Pente amnis, secundus in ripa Tamensis in quibus collecto examine famulorũ Christi disciplinam vitæ regularis, in quantum rudes adhuc capere poterant, erudiri docuit. Cúmq; tempore non pauco in præfata prouincia gaudente rege, congaudente vniuerso populo, vitæ cœlestis institutio quotidianũ sumeret augmentũ, contigit ipsum regẽ instigante omnium bonorũ inimico propinquorum suorum manu interfici. Erant autẽ duo germani fratres qui hoc facinus patrarũt: qui cùm interrogarentur cur hoc facerẽt, nihil aliud respõdere potuerunt nisi ob hoc se iratos fuisse & inimicos regi quòd ille nimium suis parcere soleret inimicis, & factas ab eis iniurias mox obtecrantibus placida mẽte dimitteret. Talis erat culpa regis pro qua occideretur, quòd euangelica præcepta deuoto corde seruaret, in qua tamen morte eius innoxia, iuxta prædictum viri Dei, vera est eius culpa punita. Habuerat enim vnus ex his qui eum occiderant comitibus illicitum coniugiũ, quod cùm episcopus prohibere & corrigere non posset, excommunicauit eum, atque omnibus qui se audire vellẽt, præcepit ne domum eius intrarẽt, neque de cibis illius acciperẽt. Contẽpsit hoc rex præceptũ, & rogatus à comite intrauit epulaturus domũ eius, qui cũ abisset, obuiauit ei antistes. At rex intuẽs eũ, mox tremefactus desiliuit de equo, cecidítq; ante pedes eius veniã reatus sui postulans. Nã & episcopus pariter desiliuit, sederat enim & ipse in equo: iratus autem tetigit regem iacentem virga quam tenebat manu, & pontificali auctoritate protestans: Dico tibi, inquit, quia noluisti te cõtinere à domo perditi & damnati illius, tu in ipsa domo mori habes. Sed credendum est, quia talis mors viri religiosi non solùm talem culpam dilucrit, sed etiã meritum eius auxerit. Quia nimirum ob causam pietatis, quæ propter obseruantiam mãdatorum Christi contigit. Successit autẽ Sigberto in regnũ Suidhelmus filius Sexbaldi, qui baptizatus est ab ipso Cedde in prouincia Orientaliũ Anglorum, in vico regio qui dicitur Rendlesham, id est, mansio Rendili. Susceptúque eum ascendẽtem de fonte sancto Edelwaldus rex ipsius gentis Orientalium Anglorum, frater Annæ regis eorundem.

Cedd creatur episcopus.

Rex quòd liberim parcret occiditur.

Suidhelmus.

Cedd episcopus locum monasterij consecrat.

CAP. XXIII. SOLEBAT autem idem vir Domini, cùm apud Oriẽtales Saxones episcopatus officio fungeretur, sæpius etiam suam, id est, Nord Humbrorum prouinciam exhortandi gratia reuisere. Quẽ cũ Edilwaldus filius Osvvaldi regis, qui in Deirorũ partibus regnũ habebat, virũ sanctum & sapientẽ probúmque moribus videret, postulauit eum possessionẽ terræ aliquam à se, ad construẽdum monasterium, in quo ipse rex & frequentius ad deprecandũ Dominum, verbúmque audiendum aduenire, & defunctos sepelire deberet. Nã & ipsum fideliter credidit, multum iuuari eorum orationibus quotidianis, qui illo in loco Domino seruirẽt. Habuerat autem idem rex secum fratrẽ germanũ eiusdem episcopi vocabulo Celin, virum æquè Deo deuotũ, qui & ipsi ac familiæ ipsius verbũ & sacramẽta fidei (erat enim presbyter) ministrare solebat, per cuius notitiam maximè ad diligendum noscẽdúmque episcopum peruenit. Fauens ergo votis regis antistes, elegit sibi locum monasterij construendi in montibus arduis ac remotis. In quibus latronum magis latibula ac lustra ferarum quàm habitacula fuisse videbantur hominum, vt iuxta prophetiam Esaiæ, in cubilibus in quibus prius dracones habitabãt, orirentur viro calami & iunci, id est, quòd fructus bonorum operum ibi nascerẽtur, vbi prius vel bestiæ cõmorari, vel homines bestialiter viuere cõsueuerãt. Studens autẽ vir domini acceptũ monasterij locũ primò precibus ac ieiuniis à pristina flagitiorũ sorde purgare, & sic in eo monasterij fundamenta iacere postulauit à rege, vt sibi per totum quadragesimæ tẽpus quod instabat facultatem ac licẽtiam ibidem orationis causa demorãdi cõcederet. Quibus diebus cunctis, excepta dominica, ieiunium ad vesperam iuxta morem protelans, nec tunc nisi panis permodicum & vnum ouum gallinaceum cũ paruo lacte aqua mixto percipiebat. Dicebat enim hãc esse cõsuetudinẽ eorũ à quibus normam disciplinæ regularis didicerat, vt accepta nuper loca ad faciendũ monasterium vel ecclesiam, prius orationibus ac ieiuniis Domino consecrẽt. Cúmque decẽ dies quadragesimæ restarent, venit qui clamaret eum ad regem. At ille ne opus religiosum negotiorum regalium causa intermitteretur, petiit presbyterum suum Cymbellũ, qui etiã frater germanus erat ipsius pia cœpta complere. Cui cùm ille libenter acquiesceret, expleto studio ieiuniorũ & orationis, fecit ibi monasterium,

Esaiæ 35.

Consecratio monasterij.

A sterium, quod nunc Lestinghen vocatur, & religiosis moribus iuxta ritum Lindisfarnensium, vbi educatus erat, instituit. Qui cùm annis multis & in præfata prouincia episcopatũ administraret, & huius quoque monasterij statutis præpositis curam gereret, casu contigit vt ad ipsum monasterium tẽpore mortalitatis aduenies tactus ibidem infirmitate corporis obiret. Qui primò quidem foris sepultus est: tẽpore autem procedente in monasterio ecclesia est in honorem beatæ Dei genitricis, de lapide facta, & in illa corpus ipsius ad dexteram altaris reconditũ. Dedit autem episcopus regendum post se monasterium fratri suo Ceadda, qui postea episcopus factus est, vt in sequentibus dicemus. Quatuor siquidem quos diximus germani fratres Cedd & Cymbil & Ceulin & Ceadda (quod rarò inuenitur) omnes sacerdotes domini fuere præclari, & duo ex eis etiã summi sacerdotij gradu functi sunt. Cum ergo episcopũ defunctum ac sepultũ in prouincia Nord Humbrorum audirẽtur, fratres qui in monasterio eius erant in prouincia Orientalium Saxonũ, venerũt illo de suo monasterio homines circiter triginta, cupiẽtes ad corpus sui patris aut viuere (si sic Deo placeret) aut moriẽtes ibi sepeliri. Qui libenter à suis fratribus & cõmilitonibus susceptí, omnes ibidem superueniẽte præ-
B fatæ pestilẽtiæ clade defuncti sunt, excepto vno puerulo quẽ orationibus patris sui à morte cõstat esse seruatũ. Nã cum multo post hęc tempore viueret, & scripturis legendis operã daret, tandẽ didicit se aqua baptismatis non esse regeneratũ, & mox fonte lauacri salutaris ablutus, etiã postmodum ad ordinem presbyterij promotus est, multísque in ecclesia vtilis fuit. De quo dubitandum nõ crediderim, quin intercessionibus (vt dixi) sui patris, ad cuius corpus dilectionis ipsius gratia venerat, sit ab articulo mortis retentus, vt & ipse sic mortem euaderet æternam, & aliis quoque fratribus ministerium vitæ ac salutis docendo exhiberet.

Lestinghen monasterium.

Puer diuinitus seruatur ad baptismũ.

Mercij Penda rege occiso fidem suscipiunt.

HIS temporibus rex Osvvi cum acerbas & intolerabiles pateretur irruptiones sæpè dicti regis Merciorũ, qui fratrẽ eius occiderat, ac vltimum necessitate cogente, promisit se ei innumera & maiora quàm credi potest, ornamenta regia, vel donaria in pretium pacis largiturum, dũmodo ille domũ rediret, & prouincias regni eius vsque ad internecionem vastare desineret. Cúmq; rex perfidus,
C nullatenus precibus illius assensum præberet, qui totã eius gentem à paruo vsq; ad magnũ delere atque exterminare decreuerat, respexit ille ad diuinæ auxilium pietatis, quo ab impietate barbarica posset eripi: votóq; se obligãs, Si paganus (inquit) nescit accipere nostra donaria, offeramus ei qui nouit, domino Deo nostro. Vouit ergo quòd si victor existeret, filiã suã domino sacra virginitate dicãdã offerret, simúlq; duodecim possessiones prædiorum ad cõstruenda monasteria donaret, & sic cũ paucissimo exercitu se certamini dedit. Denique fertur quòd tricies maiorem pagani habuerint exercitum: siquidem ipsi triginta legiones ducibus nobilissimis instructas in bello habuere. Quibus Osvvi rex cum Alchfrido filio perparuum (vt dixi) habens exercitũ, sed Christo duce cõfisus accurrit. Nam alius filius eius Ecfrid eo tempore in prouincia Merciorum apud reginã Cinuisse obses tenebatur. Filius autem Osvvaldi regis Edelvvad, qui eis auxilio esse debuerat, in parte erat aduersariorũ, eisdémque contra patriam & patruum suum pugnaturis ductor extiterat, quamuis ipso tẽpore pugnãdi sese pugna subtraxerat, euentúmq; discriminis tuto in loco expectabat. Inito ergo certamine fugati sunt & cæsi pagani duces regis triginta, & qui ad auxiliũ venerant, penè omnes interfecti, in quibus Edilhere, frater Annæ regis Orientalium Anglorum, qui post eum regnauit auctor
D ipse belli, perditis militibus sine auxiliis interemptus est. Et à propè fluuium Iuvvet pugnatum est, qui tunc præ inundantia pluuiarum latè alueum suum, imò omnes ripas suas transierat, contigit vt multo plures aqua fugientes quàm bellantes perderet ensis. Tunc rex Osvvi iuxta quod domino vouerat, pro collata sibi victoria gratias Deo referens, dedit filiam suam Elfledam, quæ vixdũ vnius anni ætatem impleuerat, perpetua ei virginitate cõsecrandã, donatis insuper duodecim possessiunculis terrarũ, in quibus ablato studio militiæ terrestris, ad exercendã militiam cœlestem, supplicandúmque pro pace gentis eius æterna deuotioni sedulæ monachorum locus facultásq; suppeteret: è quibus videlicet possessiunculis sex in prouincia Deirorum, sex in Berniciorum dedit. Singulæ verò possessiones decem erant familiarum, id est, simul omnes cẽtum viginti. Intrauit autẽ præfata regis Osvvi filia Deo dicanda monasterium quod nuncupatur Herutheu, id est, insula cerui, cui tunc Hilda abbatissa præfuit. Quæ post biennium comparata possessione decẽ familiarũ in loco qui dicitur Streaneshalch, ibi monasterium construxit: in quo memorata regis filia primò discipula vitæ regularis,
E deindè etiã magistra extitit, donec cõpleto sexaginta annorũ numero ad cõplexum & nuptias spõsi cœlestis virgo beata intraret. In quo monasterio & ipsa, & pater eius Osvvi, & mater eius Eanfled, & pater matris eius Eduinus, & multi alij nobiles in ecclesia S. Petri Apostoli sepulti sunt. Hoc autem bellũ rex Osvvi in regione Loidis certiodecimo regni sui anno decimoseptimo die kalẽdarũ Decẽbriũ, cũ magna vtriusq; populi vtilitate cõfecit. Nã & suã gentẽ ab hostili paganorũ depopulatione liberauit, & ipsam gentem Merciorum finitimarúmque prouinciarum defecto capite perfido, ad fidei Christianæ gratiam cõuertit. Primus autem in prouincia Merciorum simul & Lindisfarorum ac mediterraneorum Anglorũ factus est episcopus Diuma (vt supra diximus) qui apud mediterraneos Anglos defunctus est. Secundus Cellach, qui relicto episcopatus officio viuens ad Scottiam rediit, vterque de genere Scottorũ. Tertius Trumhere de natione quidẽ Anglorũ, sed doctus & ordinatus à Scottis, qui erat abbas in monasterio quod dicitur Ingethlingũ, ipse est locus in quo occisus est rex

CAP. XXIIII. *volyd. lib. 4. hist.*

Osvvi filiam vouet Deo.

Pagani vincuntur numero potiores.

Dona Osvvi monast.

Osvvi, vt supra meminimus. Nam regina Eanfled propinqua eius, ob castigationem necis eius iniu- F
stæ, postulauit à rege Osvvi, vt donaret ibi locũ monasterio construendæ præfato Dei famulo Tun-
Monasteriorũ preces. here: quia propinquus & ipse erat regis occisi. In quo videlicet monasterio orationes assiduæ pro
vtriusque regis, id est, & occisi, & eius qui occidere iussit, æterna salute fierent. Idem autem rex Osv-
vin tribus annis post occisionem Pendan Regis Merciorum gentis, necnon & cæteris australium
prouinciarum populis præfuit, qui etiam gentem Pictorum maxima ex parte regno Anglorum sub-
iecit. Quo tempore donauit præfato Penda filio regis Pendam, eo quòd esset cognatus suus, regnũ
australium Merciorum, qui sunt (vt dicũt) familiarũ quinque miliũ discreti fluuio Treanta ab aqui-
Pendam regem vxor occidit. Polyd. lib 4. lonaribus Merciis, quorum terra est familiarum septem miliũ: sed idem Penda proximo vere mul-
tum nefariè peremptus est, proditione (vt dicunt) cõiugis suæ, in ipso tempore festi Paschalis. Com-
pletis autem tribus annis *post* interfectionem Penda regis, rebellauerunt aduersus regem Osvvi du-
ces gentis Merciorum Immin & Eaba & Eadbert, leuato in regem Vulfhere filio eiusdem Pendan
adolescente, *quem occultum* seruauerant. Et electis principibus regis, nõ proprij fines suos fortiter
simul & *libertatem* receperunt. Sicque cum suo rege liberi, Christo vero regi pro sempiterno in cœ- G
lis regno *seruire* gaudebant. Præfuit autem rex idem genti Merciorum annis decem & septem. Ha-
buítque *primum* episcopum Trumhere, de quo supra diximus, secũdum Iaromã, tertium Ceaddan,
quartum VVinfridum. Omnes hi per ordinem sibimet succedentes sub rege Vulfhere gẽtis Mer-
ciorum Episcopatu sunt functi.

Quæstio paschalis obseruantiæ.

CAP. XXV. INTEREA Aidano episcopo de hac vita sublato Finan pro illo gradum episcopatus à Scottis or-
dinatus ac missus acceperat, qui in insula Lindisfarnensi fecit ecclesiã episcopali sede congruã. Quã
tamen more Scottorum non de lapide, sed de robore secto totam composuit atque arundine texit.
Dedicatur ecclesia. Quam tempore sequente reuerendissimus archiepiscopus Theodorus in honorẽ beati Petri apo-
stoli dedicauit. Sed episcopus loci illius Eadbert ablata arundine plumbi laminis eam totã, hoc est,
& tectum & ipsos quoque parietes eius cooperire curauit. His tẽporibus quæstio facta est frequens
& magna de obseruatione paschæ, confirmantibus eis qui de Cantia vel de Galliis aduenerãt, quòd H
Scotti dominicum paschæ diem cõtra vniuersalis ecclesiæ morẽ celebrarent. Erat in his acerrimus
veri paschæ defensor nomine Ronã, natione quidẽ Scottus, sed in Galliæ vel Italiæ partibus regula
ecclesiasticæ veritatis edoctus, qui cum Finano conligens multos eius correxit, vel ad solertio-
rem veritatis inquisitionem accẽdit, nequaquam tamen Finanũ emẽdare potuit, quin potius quòd
Paschatis obseruationem lib. 2. cap. 19. post. lib. 5. cap. 22. esset homo ferocis animi, acerbiorẽ castigando, & apertũ veritatis aduersariũ reddidit. Obseruabat
autẽ Iacob diaconus quõdã (vt supra docuimus) venerabilis archiepiscopi Paulini, verũ & catholicũ
paschа cũ omnibus quos ad correctionis viã erudire poterat. Obseruabat & regina Eanfeld cũ suis,
Dies palmarum. iuxta quod in Cãtia fieri viderat, habens secũ de Cãtia presbyterũ catholicæ obseruationis nomine
Romanũ. Vnde nonnunquã cõtigisse fertur illis tẽporibus, vt bis in anno vno pascha celebraretur.
Et cũ rex pascha dominicũ solutis ieiuniis faceret, tunc regina cũ suis persistens adhuc in ieiunio diẽ
palmarũ celebraret. Hæc autẽ dissonantia paschalis obseruantiæ viuente Aidano patienter ab om-
nibus tolerabatur, *qui patenter intellexerat, quia* etsi pascha contra morẽ eorũ qui ipsum miserant
facere nõ potuit, opera tamen fidei, pietatis & dilectionis, iuxta morẽ omnibus sanctis consuetũ di- I
ligenter exequi curauit. Vnde ab omnibus, etiam his qui de pascha aliter sentiebant, meritò diligebatur, nec solũ à mediocribus, verùm ab ipsis quoque episcopis Honorio Cantuariorum, & Felice Orientaliũ Anglorũ veneratione habitus est. Defuncto autem Finano, qui post illum fuit, cum Col-
manus in episcopatu succederet, & ipse missus à Scottia grauior de obseruatione paschæ, necnon &
de aliis ecclesiasticæ vitæ disciplinis cõtrouersia nata est. Vnde meritò mouit hæc quæstio sensus &
corda multorum timentiũ, ne fortè accepto Christianitatis vocabulo, in vacuum currerent aut cu-
An. dñi. 664. currissent. Peruenit & ad ipsas principũ aures, Osvvi videlicet regis & filij eius Alchfridi, quia nimi-
rum Osvvi à Scottis edoctus ac baptizatus, illorum etiam lingua optimè imbutus, nil melius quàm
quod illi docuissent antumabat. Porrò Alchfrid magistrum habuit eruditionis Christianæ Vilfri-
dum virum doctissimum. Nam & Romam prius propter doctrinam Ecclesiasticam adierat, & apud
Dalphinum Archiepiscopum Galliarum Lugduni multum temporis egerat, à quo etiam tonsuræ
Tonsura Ecclesiastica, postea lib. 5. cap. 23. Ecclesiasticæ coronam susceperat. Huius doctrinam omnibus Scottorum traditionibus iure præfe- K
rendam sciebat. Vnde ei etiam donauerat monasterium quadraginta familiarum, in loco qui dici-
tur Humpum. Quem videlicet locum paulò antè eis qui Scottos sequebantur in possessionem
monasterij dederat. Sed quia illi postmodum, data sibi optione, magis loco cedere, quàm suam
mutare consuetudinem volebant, dedit eum illi qui dignam loco & doctrinam haberet & vitam.
Venerat eo tempore Agilbertus Occidẽtalium Saxonum Episcopus, cuius supra meminimus, ami-
cus Alchfridi Regis & VVilfridi abbatis ad prouinciã Nordan Humbrorum, & apud eos aliquan-
diu demorabatur, qui etiam Vuilfridum rogatu Alchfridi in præfato suo monasterio presbyterum
fecit: habebat autem secum ipse presbyterorum nomine Agathonẽ. Mota ergo ibi quæstione de pa-
schа, vel tonsura, vel aliis rebus Ecclesiasticis, dispositum est, vt in monasterio, quod dicitur Strenaes-
halch, quod interpretatur sinus fari, cui tũc Hilda abbatissa Deo deuota fœmina præfuit, synodus
fieret, & hęc quęstio terminari deberet. Venerũtq; illò reges ambo, pater scilicet & filius, episcopi Col-
man

A mã cũ clericis suis de Scotio. Agilbertus cum Agathone & Vuifrido presbyteris Iacobus & Roma-
nus in horum parte erãt. Hilda abbatissa cum suis in parte Scottorum, in qua erat etiam venerabilis
episcopus Cedda iamdudum ordinatus à Scottis, vt suprà docuimus, qui & interpres in eo concilio *Cedda episcopus interpres.*
vigilantissimus vtriusque partis extitit. Primúsque rex Osvvi, præmissa præfatione, quòd oporteret
cos qui vni Deo seruirent, vnam viuendi regulam tenere, nec discrepare in celebratione sacramen-
torum cœlestium, qui vnum omnes in cœlis regnum expectarent, inquirendum potius quæ esset
verior traditio, & hanc ab omnibus communiter esse sequendam. Iussit primò dicere Episcopum
suum Colmanum qui esset ritus, & vnde originem ducens ille quem ipse sequeretur. Tunc Colma-
nus, Pascha, inquit, hoc quod agere soleo à maioribus meis accepi, qui me huc episcopum miserunt,
quod omnes patres nostri viri Deo dilecti eodẽ modo celebrasse noscuntur. Quod ne cui contem-
nendum & reprobandum esse videatur, & ipsum est quod beatus euangelista Ioãnes, discipulus spe- *Ioan. Euang. pascha celebrat.*
cialiter domino dilectus, cum omnibus quibus præerat ecclesiis celebrasse legitur. Quo hæc &
B his similia dicente, iussit rex & Agilbertum proferre in medium, morem suę obseruationis, vnde ini-
tium haberet, vel qua hunc auctoritate sequeretur: respondit Agilbertus: Loquatur obsecro vice
mea discipulus meus Vilfrid presbyter, quia vnum ambo sapimus cum cæteris qui hic assident ec-
clesiasticæ traditionis cultoribus, & ille melius ac manifestius ipsa lingua Anglorum, quàm ego per
interprẽtem, potest explanare quæ sentimus. Tunc Vilfrid iubente rege vt diceret, ita exorsus est:
Pascha quod facimus, inquit, vidimꝰ Romæ vbi beati apostoli Petrus & Paulus vixere, docuere, passi *Nicepb. lib.*
sunt, & sepulti, ab omnibus celebrari, hoc in Italia, hoc in Gallia quas discendi vel orandi pertransi- *12. cap. 34.*
uimus, ab omnibus agi conspeximus. Hoc Africam, Asiam, & Aegyptum, Græciam, & omnem or-
bem quacunque Christi ecclesia diffusa est, per diuersas nationes ac linguas, vno ac non diuerso
temporis ordine geri comperimus, præter hos tantùm & obstinationis eorum complices, Pictos
dico, & Britones, cum quibus de duabus vltimis Oceani insulis, his non totis, contra totum orbem
stulto labore pugnant. Cui hæc dicenti respondit Colmanus: Mirum quare stultum appellare veli-
tis laborem nostrum, in quo tanti apostoli qui super pectus domini recumbere dignus fuit exempla
C sectamur, cum ipsum sapientissimè vixisse omnis mundus nouerit. At Vilfridus: Absit, inquit, vt Io-
hannem stultitiæ reprehendamus, cum scita legis Moysaicæ iuxta literam seruaret, iudaizante ad-
huc in multis ecclesia, nec subitò valentibus apostolis, omnem legis obseruantiam, quæ à Deo insti-
tuta est, abdicare: quomodo simulachra, quæ à dæmonibus inuenta sunt, repudiare omnes qui ad
fidem veniunt necesse est, videlicet ne scandalum facerent eis qui inter gentes erant Iudæis. Hinc
est enim quòd Paulus Timotheum circumcidit, quòd hostias in templo immolauit, quòd cũ Aquila
& Priscilla caput Corinthi totondit: ad nihil videlicet vtile nisi ad scandalum vitandum Iudæorum.
Hinc quod eidem Paulo Iacobus ait: Vides frater, quot milia sunt in Iudæis, qui crediderunt, & *Act. 21.*
omnes ij æmulatores sunt legis: nec tamen hodiè clarescente per mundum euangelio necesse est,
imò nec licitum fidelibus vel circuncidi, vel hostias Deo victimarum offerre carnaliũ. Itaque Ioan-
nes secundum legis consuetudinem decimaquarta die mensis primi, ad vesperam incipiebat cele-
brationem festi paschalis, nil curans vtrum hæc sabbato, an alia qualibet feria proueniret. At verò
cùm Romæ prædicaret, memor quia dominus prima sabbati resurrexit à mortuis, ac mundo spem
D resurrectionis contulit, ita pascha faciẽdum intellexit, vt secundum consuetudinem ac præcepta le-
gis, decimamquartam lunam primi mensis, æquè sicut Ioannis Orientem ad vesperam semper ex-
pectaret. Et hac exorta, si dominica dies (quæ tunc prima sabbati vocabatur) erat mane ventura, in
ipsa vespera pascha dominicum celebrare incipiebat, quomodo & nos omnes hodiè facere solemus: sin autem dominicam non proximo mane post lunam decimamquartam, sed sextadecima, aut
septimadecima, aut alia qualibet luna, vsque ad vicesimamprimam esset ventura, expectabat eam, &
præcedente sabbato vespere sacrosancta paschæ solennia inchoabat. Sicque fiebat vt dominica pa-
schæ dies, non nisi à quintadecima luna vsque ad vicesimamprimam seruaretur. Neque hæc euange-
lica & apostolica traditio legem soluit, sed potius adimplet, in qua obseruandum pascha à quartade-
cima luna primi mensis ad vesperam, vsque ad vicesimamprimam lunam eiusdem mensis ad vespe-
ram præceptum est, in quam obseruantiam imitandam, omnes sancti Iohannis successores in Asia
post obitum eius, & omnis per orbem ecclesia cõuersa est, & hoc esse verum pascha hoc solum fide-
libus celebrandum Niceno concilio, non statutum nouiter, sed confirmatum est, vt ecclesiastica do- *Euseb. lib. 5. cap. 24. & 25.*
E cet historia. Vnde constat vos Colmane neque Iohannis (vt autumatis) exempla sectari, neque Pe-
tri, cuius traditioni scientes contradicitis, neque legi, neque euãgelio, in obseruatione vestri paschę
congruere. Ioannes enim ad legis Moysaicæ decreta tempus paschale custodiens, nil de prima sab-
bati curabat, quod vos non facitis, qui non nisi prima sabbati pascha celebratis. Petrus à decima
quinta luna vsque ad vicesimam primam diem paschæ dominicum celebrabat, quod vos non facitis, qui à decimaquarta vsque ad vicesimam lunam diem dominicum paschæ obseruatis, ita vt ter-
tiadecima luna ad vesperam sæpius pascha incipiatis, cuius neque lex vllam fecit mentionem, ne-
que auctor ac dator euangelii Dominus in ea, sed in quartadecima luna vel vetus pascha manduca-
uit ad vesperam, vel noui Testamenti sacramenta in commemorationem suæ passionis ecclesiæ ce-
lebranda tradidit. Itémque lunam vigesimamprimam, quam lex maximè celebrandam commen-
dauit, à celebratione vestri paschæ funditus eliminatis. Sicque vt dixi in celebratione summæ festi-

Euseb. lib. 7. c.26. Sed pluribus idē ipse Beda lib. de temp. cap.14. 34. 41. 47. 51. & opere peculiari ad Wicred. am presbyt.

uitatis, neque Ioanni, neque Petro, neque legi, neque euangelio concordatis. His cõtra Colmanus: F
Nunquid, ait, Anatolius vir sanctus, & in præfata historia ecclesiastica multũ laudatus, legi vel euãgelio contraria sapuit, qui à quartadecima vsque ad vicesimam pascha celebrandum scripsit? Nunquid reuerendissimum patrem nostrum Columbam & successores eius viros Deo dilectos qui eodem modo pascha fecerunt, diuinis paginis contraria sapuisse vel egisse credendum est? Cùm plurimi fuerint in eis quorũ sanctitati cœlesti signa, & virtutum quæ fecerunt miracula testimoniũ præbuerunt, quos vt ipse sanctos esse non dubitans, semper eorum vitam, mores, & disciplinã sequi non desisto. At Vvilfridus: Constat, inquit, Anatolium virum sanctissimum, doctissimum ac laude esse dignissimũ: sed quid vobis *cum illo*, cum nec eius decreta seruetis? Ille enim in pascha suo regulã vtique veritatis sequens, *circulum* nouendecim annorum posuit, quẽ vos aut ignoratis, aut agnitum à tota Christi *ecclesia custoditum*, pro nihilo contemnitis. Ille sic in Paschæ dominicam decimamquartam lunam computauit, vt hac eadẽ ipsa die, more Ægyptiorum, decimamquintam lunam ad vesperam esse fateretur. Sic idem vicesimam diem dominico paschæ annotauit, vt hanc declinata eadem *die esse* vicesimamprimam crederet. Cuius regulam distinctionis vos ignorasse probat, quòd G
aliquo*tiens* pascha manifestissimè ante plenilunium, id est, in tertiadecima luna facitis. De patre autẽ vestro Columba & sequacibus eius, quorum sanctitatem vos imitari, & regulam ac præcepta cœ*lestibus* signis confirmata sequi perhibetis, possum respõdere, quia multis in iudicio dicentibus do*mino*, quòd in nomine eius prophetauerint, & dæmonia ecicerint, & virtutes multas fecerint, re*sponsurus* sit Dominus, quia nunquã eos nouerit. Sed absit vt de patribus vestris hoc dicã, quia iustius multo est de incognitis bonũ credere quã malũ. Vnde & illos Dei famulos ac Deo dilectos esse non nego, qui simplicitate rustica, sed intentione pia, Deũ dilexerũt. Neque illis multũ obesse paschæ talẽ reor obseruantiã, quãdiu nullus aduenerat qui eis instituti perfectioris decreta, quę sequerẽtur ostẽderet. Quos vtique credo, si qui tũc ad eos catholicus calculator aduenisset, sic eius monita fuisse secuturos, quomodo ea quæ nouerũt ac didicerãt Dei mãdata probãtur fuisse secuti. Tu autẽ & socii tui si audita decreta sedis apostolicæ, imò vniuersalis ecclesiæ, & hæc literis sacris confirmata sequi contẽnitis, absque vlla dubietate peccatis. Etsi enim patres tui sancti fuerũt, nũquid vniuersali quæ per orbẽ est Christi ecclesiæ, horũ est paucitas vna de angulo extremæ insulæ præferenda? Et si sanctus erat ac potẽs virtutibus ille Colũba vester (imò & noster, si Christi erat) num præferri potuit beatissimo apostolorũ principi? Cui Dominus ait: Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiã meã, & portæ inferi nõ præualebũt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Hæc perorãte Vvilfrido dixit rex, Veréne Colmane hæc illi Petro dicta sunt à domino? qui ait, Verè rex. At ille, Habetis (inquit) vos proferre aliquid tantę potestatis vestro Columbæ datum? At ille ait, Nihil. Rursum autem rex: Si vtriq; vestrum (inquit) in hoc sine vlla controuersia cõsentiunt, quòd hæc principaliter Petro dicta, & ei claues regni cælorum sint datæ à domino? Responderunt etiam, Vtri- H
que. At ille ita conclusit, Et ego vobis dico, quia hic est ostiarius ille, cui ego contradicere nolo, sed
Petrus claui-ger cœlorum, cui contradi-cere pericu-losum. inquantum noui vel valeo, huius cupio in omnibus obedire statutis, ne fortè me adueniente ad fores regni cœlorum, non sit qui referat, auerso illo qui claues tenere probatur. Hæc dicente rege fauerunt assidentes quique siue astantes maiores vnà cum mediocribus, & abdicata minus perfecta institutione, ad ea quæ meliora cognouerant sese transferre festinabant.

Colman schismaticus recedit contemptus. I

CAP. XXVI. *Quæstio de paschate.*

FINITOQVE cõflictu ac soluta cõcione Agilbertus domũ rediit: Colmã videns spretã suã doctrinã, sectãque esse despectã, assumptis his qui se sequi voluerũt, id est, qui pascha catholicũ & tonsuram coronæ (nam & de hoc quæstio nõ minima erat) recipere nolebant, Scottiã regressus est, tractaturus cum suis quid de his facere deberet. Cedd relictis Scottorum vestigiis ad suam sedem rediit, vtpotè agnita obseruatione catholici Paschæ. Facta est autem hæc quæstio anno dominicæ incarnationis sexcentesimo sexagesimo quarto, qui fuit annus Osvvini regis vicesimussecundus, Episcopatus autem Scottorum, quem gesserunt in prouincia Anglorum, annus tricesimus. Siquidẽ Aidan decem & septem annis, Finan decẽ, Colman tribus, episcopatus tenuere. Reuerso autem patriam Colmano, suscepit pro illo episcopatum Nord Humbrorũ famulus Christi Tuda, qui erat apud Scottos austrinos eruditus atque ordinatus episcopus, habens iuxta morem prouinciæ illius coronam tonsuræ
Corona tonsuralis. ecclesiasticæ, & catholicam temporis paschalis regulam obseruans. Vir quidẽ bonus ac religiosus, K
sed permodico tẽpore ecclesiam regẽs. Venerat enim de Scottia tenẽre adhuc põtificatum Colmano, & diligenter ea quæ ad fidem ac veritatem pertinent, & verbo cunctos docebat & opere. Porrò fratribus qui in Lindisfarnẽsi ecclesia Scottis abeũtibus remanere maluerũt, præpositus est abbatis iure vir reuerẽdissimus ac mansuetissimus Eata, qui erat abbas in monasterio quod vocatur Mailros, quod aiunt Colmanum abeuntem petisse & impetrasse à rege Osvvin, eò quòd esset idẽ Eata vnus de duodecim pueris Aidani, quos primò episcopatus sui tempore de natione Anglorũ erudiẽdos in Christo accepit. Multum namque eundem episcopum Colmanum rex pro insita illi prudentia diligebat. Ipse est Eata, qui non multo post eidem ecclesiæ Lindisfarnensis episcopus factus est. Abiens autẽ domũ Colmã assumpsit secum partem ossium reuerendissimi patris Aidani. Partem verò in ecclesia cui præerat reliquit, & in secretario eius condi præcepit. Quantæ autem parcimoniæ, cuiusque continentiæ fuerit ipse, cũ prædecessoribus suis testabatur etiam locus ille quem regebat,

vbi

A vbi abeuntibus eis excepta ecclesia pauciſſimæ domus repertæ ſunt. Hoc eſt illæ ſolummodo ſine quibus conuerſatio ciuilis eſſe nullatenus poterat, nil pecuniarum abſque pecoribus habebant. Si quid enim pecuniæ à diuitibus accipiebãt, mox pauperibus dabant. Nã neque ad ſuſceptionem potentium ſeculi, vel pecunias colligi, vel domos præuidere neceſſe fuit. Qui nunquã ad eccleſiã, niſi *Oſwin Rex cibo vtitur monaſtico.* orationis tantùm & audiendi verbũ Dei cauſa veniebant, Rex ipſe cũ opportunitas exegiſſet, cum quinque tantũ aut ſex veniebat, & expleta in eccleſia oratione diſcedebat. Quòd ſi fortè eo ſibi refici cõtingeret, ſimplici tantũ & quotidiano fratrum cibo contenti, nil vltra quærebant. Tota enim tunc fuit ſollicitudo, doctoribus illis Deo ſeruiẽdi, nõ ſeculo, tota cura cordis excolendi, non vẽtris. Vnde & in magna erat veneratione tẽpore illo religionis habitus, ita vt vbicũque clericus aliquis, *Eccleſiaſticis quanta reuerentia.* aut monachus adueniret, gaudenter ab omnibus tanquam Dei famulus exciperetur. Et iam ſi in itinere pergens inueniretur, accurrebant, & flexo ceruice vel manu ſignari, vel ore illius ſe benedici
B gaudebant: verbis quoq; horũ exhortatoriis diligenter auditũ præbebant. Sed & diebus dominicis ad eccleſiã ſiue ad monaſteria certatim, non reficiendi corporis, ſed erudiendi ſermonis Dei gratia cõfluebant, & ſi quis ſacerdotũ in vicũ fortè deueniret, mox cõgregati in vnũ vicani verbum vitę ab illo expetere curabant. Nã neque alia ipſis ſacerdotibus aut clericis vicos adeundi, quàm prædicandi, baptizandi, infirmos viſitandi, & vt breuiter dicã, animas curãdi cauſa fuit, qui in tantũ erant ab omni auaritiæ peſte caſtigati vt ne territoria ac poſſeſſiones ad conſtruenda monaſteria, niſi à poteſtatibus ſeculi cogacti acciperent. Quę cõſuetudo per omnia aliquanto poſt hæc tempore in eccleſiis Nord Humbrorum ſeruata eſt. Sed de his ſatis dictum.

Eclipſis ſolaris.

EODEM anno dominicæ incarnationis ſexcenteſimo quarto facta eſt eclipſis Solis die tertio mẽſis Maii hora circiter decima diei. Quo etiã anno ſubita peſtilẽtiæ lues, depopulatis prius auſtralibus Britanniæ plagis, Nord Humbrorũ quoque prouinciã corripiẽs, atq; acerba clade diutius longè latéque deſæuiẽs, magnam hominum multitudinem ſtrauit. Qua plaga præfatus domini ſacerdos Tuda raptus eſt de mundo, & in monaſterio quod vocatur Pegnalech, honorificè ſepultus. Hæc autem *Peſtis.*
C plaga Hyberniam quoque inſulam pari clade premebat. Erant ibidem eo tempore multi nobilium ſimul & mediocrium de gente Anglorum, qui tempore Finani & Colmani epiſcoporũ, relicta inſula patria, vel diuinæ lectionis, vel cõtinentioris vitæ gratia illò ſeceſſerant. Et quidam quidem mox ſe monaſticæ conuerſationi fideliter mãcipauerunt, alij magis circumeũdo per cellas magiſtrorũ lectioni operã dare gaudebãt. Quos omnes Scotti libentiſſimè ſuſcipientes, victum eis quotidianum ſine precio, libros quoque ad legendum, & magiſterium gratuitum præbere curabant. Erant inter hos duo iuuenes magnæ indolis de nobilibus Anglorum Edelhun & Ecbert, quorum prior frater fuit Edilhum, viri æquè Deo dilecti, qui & ipſe æuo ſequente Hyberniam gratia legendi adiit, & *Polyd. lib. 4. hiſt. Angl.* benè inſtructus patriam rediit, atque epiſcopus in prouincia Lindiſſe factus, multo eccleſiam tempore nobiliſſimè rexit. Hi ergo quum eſſent in monaſterio, quod lingua Scottorum Rathmelſigi appellatur, & omnes ſocij ipſorũ vel mortalitate de ſeculo rapti, vel per alia eſſent loca diſperſi, correpti ſunt am bo morbo eiuſdem mortalitatis, & grauiſſimè afflicti. E quibus Fegbert (ſicut mihi referebat quidam veraciſſimus & venerandæ canitiei presbyter, qui ſe hæc ab ipſo audiſſe perhibebat) cùm ſe æſtimaret eſſe moriturum, egreſſus eſt tẽpore matutino de cubiculo, in quo infirmi
D quieſcebãt, & reſidẽs ſolus in loco opportuno, cœpit ſedulus cogitare de actibus ſuis, & cõpunctus memoria peccatorũ ſuorum faciẽ lachrymis abluebat, atque intimo ex corde Deũ precabatur, ne *Fegbertus cõfeſſione præcatur.* adhuc morideberet, priuſquã vel præteritas negligẽtias, quas in pueritia ſiue infantia cõmiſerat, perfectius ex tẽpore caſtigaret, vel in bonis ſe operibus abũdãtius exerceret. Venit etiã votũ, quia adeò peregrinus viuere vellet, vt nunquã in inſulã, in qua natus eſt, id eſt Britãniã, rediret, quòd præter ſolennẽ canonici tẽporis pſalmodiã (ſi nõ valitudo corporis obſiſteret, quotidiè pſalteriũ totũ in memoriã diuinæ laudis decãtaret, quòd in omni ſeptimana diẽ cũ nocte ieiunus trãſiret. Cũque ſuperis lachrymis precibus & votis domum rediret, inuenit ſodalem dormientem, & ipſe quoque lectulũ conſcendẽs, cœpit in quietem membra laxare, & quum paululum quieſceret, expergefactus ſodalis reſpexit eum, & ait: O frater Ecberte, ô quid feciſti? Sperabã quia pariter ad vitã æternã intraremus. Veruntamen ſcito quia quæ poſtulaſti accipies. Didicerat enim per viſionẽ & quid ille petiſſet, & quia petita impetraſſet. Quid multa? Ipſe Edilhun proxima nocte defunctus eſt. At verò Ecgbert *Ecgberti infirmum.*
E decuſſa moleſtia ægritudinis conualuit, ac multò poſt tempore viuens, acceptúmque ſacerdotij gradum condignis ornans actibus poſt multa virtutum bona, vt ipſe deſiderabat nuper, id eſt, anno dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo viceſimonono, cum eſſet ipſe annorũ nonaginta, migrauit ad regna cœleſtia. Duxit autẽ vitã in magna humilitatis, manſuetudinis, cõtinentiæ, ſimplicitatis, & iuſtitiæ perfectione. Vnde & genti ſuæ, & illis in quibus exulabat, nationibus Scottorum ſiue Pictorum, & exemplo viuendi, & inſtantia docendi, & auctoritate corripiendi, & pietate largiendi de his quæ à diuitibus acceperat multũ profuit. Addidit autẽ votis quæ diximus, vt in quadrageſima ſemper nõ plus quã ſemel in die reficeretur, nõ aliud quã panẽ ac lac tenuiſſimũ, & hoc cũ mẽſura guſtaret: quod videlicet lac pridie nouũ in phiala ponere ſolebat, & poſt noctẽ ablata ſuperficie craſſiore ipſe reſiduũ cũ modico (vt diximus) pane bibebat. Cuius modũ cõtinẽtiæ etiã quadraginta diebus ante natiuitatẽ domini, totidẽ quoque poſt peracta ſolẽnia Pẽtecoſtes, hoc eſt quinquageſimæ ſem-

per obſeruare curabat. F

CAP. XXVIII. *Succeſſores Epiſcopales. Agilbertus Pariſienſis Epiſcopus. Cedda.*

INTEREA rex Alchfrid miſit Vvilfridum preſbyterũ ad regem Galliarũ, qui eum ſibi ſuiſque cõſecrari faceret epiſcopum. At ille miſit illum ordinãdum ad Agilbertum, de quo ſupra diximus, qui relicta Britãnia Pariſiacæ ciuitatis factus erat epiſcopus, & conſecratus eſt magno cũ honore ab ipſo conuenientibus plurimis epiſcopis in vico regio qui vocatur in compendio. Quo adhuc in tranſmarinis partibus poſt ordinationem demorante, imitatus induſtriam filij regis Oſvvi, miſit Cãtiam virum ſanctum, modeſtum moribus, ſcripturarum lectione ſufficienter inſtructum, & ea quæ agenda in ſcripturis didicerat operibus ſolerter exequentem, qui Eboracenſis eccleſiæ ordinaretur epiſcopus. Erat autem presbyter vocabulo Cedda, frater reuerendiſſimi antiſtitis Ceaddi, cuius ſæpius meminimus, & abbas monaſterij illius, quod vocatur Leſtingaheu. Miſitq; rex cũ eo presbyterum ſuũ vocabulo Eadhedum, *qui* poſtea regnãte Ecgfrido Rhyfenſis eccleſiæ prælul factus eſt. Verũ illi Cantiã peruenientes *inuenerunt* Archiepiſcopum Deuſdedit iã migraſſe de ſæculo, & necdũ alium pro eo conſtitutum *fuiſſe* põtificem. Vnde diuerterunt ad prouinciam Occidentalium Saxonũ, vbi erat Vvini *epiſcopus*, & ab illo eſt vir præfatus conſecratus antiſtes, aſſumptis in ſocietatem ordinationis *duobus de* Britonum gente epiſcopis, qui dominicum paſchæ diem, vt ſæpius dictũ eſt, ſecus morem *canonicũ* à quartadecima vſque ad viceſimamprimam lunam celebrant. Non enim erat tũc vllus, *excepto* illo Vvini, in tota Britannia canonicè ordinatus epiſcopus. Conſecratus ergo in epiſcopatum Ceadda, maximam mox cœpit eccleſiaſticæ veritati & caſtitati curam impendere, humilitati, cõtinentiæ, lectioni operam dare, oppida, rura, caſas, vicos, caſtella propter euangelizandũ non equitãdo, ſed apoſtolorũ more pedibus incedẽdo peragrare. Erat enim diſcipulus Aidani, eiſdémq; actibus ac moribus iuxta exẽplum eius ac fratris ſui Ceddi ſuos inſtituere curauit auditores. Veniens quoq; Britanniã Vvilfrid' iã epiſcopus factus, & ipſe perplura catholicę obſeruationis moderamina eccleſiis Anglorũ ſua doctrina cõtulit. Vnde factum eſt vt creſcẽte per dies inſtitutione catholica, Scotti omnes qui inter Anglos morabantur, aut his manus darent, aut ſuam redirent ad patriam.

Deuſdedit moritur.

CAP. XXIX. *Vvighardus ordinandus Romam mittitur.*

HIS temporibus reges Anglorum nobiliſſimi, Oſvvi prouinciæ Nordan Humbrorũ, & Ecgbert Cantuariorũ, habito inter ſe conſilio, quid de ſtatu eccleſiæ Anglorũ eſſet agendũ: intellexerat enim veraciter Oſvvi, quamuis educatus à Scottis, quid Romana eſſet-catholica & apoſtolica eccleſia. Aſſumpſerunt cũ electione & conſenſu ſanctæ eccleſiæ gentis Anglorũ virum bonũ & aptum epiſcopatui presbyterũ, nomine Vvighardũ, de clero Deuſdedit archiepiſcopi, & hũc antiſtitẽ ordinãdum Romã miſerunt, quatenus accepto ipſe gradu archiepiſcopatus, catholicis per oẽm Britanniam eccleſiis Anglorum ordinari poſſet antiſtes. Verũ Vvighardus Romã peruenies, priuſquã conſecrari in epiſcopum poſſet, morte præreptus eſt, & huiuſmodi literæ regi Oſvvi Britanniam remiſſæ ſunt.

Domino excellentiſſimo filio Oſvvio regi Saxonum Vitalianus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Deſiderabiles literas excellentiæ veſtræ ſuſcepimus, quas relegentes, cognouimus eius piiſſimam deuotionem, ferueniiſſimúmque amorem, quem habet propter beatam vitam. Et quia dextera Domini protegẽte, ad veram & Apoſtolicam fidem ſit conuerſus, ſperans vt ſicut in ſua gente regnat, ita & cum Chriſto in futuro cõregnare. Benedicta igitur gens quæ talem ſapiẽtiſſimum & Dei cultorem promeruit habere regem: quia non ſolùm ipſe Dei cultor exiſtit, ſed etiam omnes ſubiectos ſuos meditatur dio ac nocte ad fidem catholicam atque apoſtolicam pro ſuæ animæ redemptione conuerti. Quis enim audiens hæc ſuauia non lætetur? Quis nõ exultet & gaudeat in his piis operibus? Quia & gens veſtra Chriſto omnipotenti Deo credidit, ſecundum diuinorum prophetarum voces, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia: In die illa radix Ieſſe qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur. Et iterum: Audite inſulę, & attẽdite populi de longè. Et poſt paululũ: Parũ, inquit, eſt vt mihi ſis ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſraël conuertendas. Dedi te in lucem gentiũ, vt ſis ſalus mea vſque ad extremũ terræ. Et rurſum: Reges videbunt, & conſurgent principes, & adorabunt. Et poſt puſillum: Dedi te in fœdus populi vt ſuſcitares terram, & poſſideres hæreditates diſſipatas, & diceres his qui vincti ſunt, Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini. Et rurſum: Ego dominus vocaui te in iuſtitia, & apprehendi manũ tuam, & ſeruaui, & dedi te in lucem gentiũ, & in fœdus populi, vt aperires oculos cæcorũ, & educeres de concluſione vinctũ, de domo carceris ſedentem in tenebris. Ecce excellentiſſime fili, quàm luce clarius eſt, nõ ſolùm de vobis, ſed etiã de omnibus prophetarũ gentibus, quòd ſint crediturę in Chriſto omniũ conditore. Quamobrẽ oportet veſtram celſitudinem, vtpotè membrum exiſtens Chriſti, in omnibus piã regulam ſequi perenniter principis Apoſtolorũ, ſiue in paſcha celebrãdo, ſiue in omnibus quæ tradiderunt ſancti Apoſtoli Petrus & Paulus, qui vt duo luminaria cœli illuminant mundum, ſic doctrina eorũ corda hominum quotidiè illuſtrat credentium. Et poſt nõnulla quibus de celebrando per orbem totum vno vero paſcha loquitur: Hominem denique, inquit, docibilem, & in omnibus ornatum antiſtitem ſecundũ veſtrorũ ſcriptorũ tenorem minimè valuimus nũc reperire, pro lõginquitate itineris. Profectò enim dũ huiuſmodi apta repertáq; perſona fuerit, eũ inſtructũ ad veſtrã dirigemus patriã, vt ipſe & viua voce & per diuina oracula omnẽ inimici zizaniã ex omni veſtra inſula cũ diuino nutu eradicet. Munuſcula à veſtra celſitudine beato principi apoſtolorum directa, pro æterna eius memoria ſuſcepimus, gratiáſque eiagimus, ac pro eius incolumitate iugiter Deũ deprecamur eũ Chriſti clero. Itaque qui hæc obtulit munera de hac ſubtractus eſt luce, ſitúſque ad limina apoſtolorũ, pro quo valdè ſumus cõtriſtati cũ hic eſſet defunctus. Verũtamen

Eſa. 11. Eſa. 49. Ibidem.

Ibidem. Ibidem. Eſa. 42.

B. Petri ſequendam regulam.

Munuſcula D. Petri.

A men gerulis harũ noſtrarũ literarũ veſtris miſſis, & beneficia ſanctorũ martyrũ, hoc eſt, reliquias beatorũ apoſtolorũ Petri & Pauli & ſanctorũ martyrũ Laurẽtii, Iohãnis, & Pauli, & Gregorij, atque Pãcratij eis fecimus dari, veſtræ excellentiæ profectò omnes cõtradẽdas. Nã & coniugi veſtræ, noſtræ ſpirituali filiæ, direximus per præfatos gerulos crucẽ clauẽ aureã habẽtem, de ſacratiſſimis vinculis beatorũ apoſtolorũ Petri & Pauli. De cuius pio ſtudio cognoſcẽtes tantũ cũcta ſedes apoſtolica vnà nobiſcum lætatur, quantũ eius pia opera coram Deo flagrant & vernant. Feſtinet igitur quæſumus veſtra celſitudo (vt optamus) totã inſulã ſuã Deo Chriſto dicare. Habet enim profectò protectorem humani generis redẽptorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui ei cũcta proſpera impartiet, vti nouum Chriſti populũ coaceruet, catholicam ibi & apoſtolicam conſtituens fidẽ. Scriptũ eſt enim: Quærite primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Nimirũ enim quærit & impetrabit, & ei omnes ſuæ inſulæ (vt optamus) ſubdentur. Paterno itaque affectu ſalutantes veſtram excellentiam, diuinam iugiter precamur clementiã, quæ vos veſtróſque omnes in omnibus bonis operibus auxiliari dignetur, vt cum Chriſto in futuro regnetis ſeculo. Incolumem excellẽtiam

Dat pontifex reliquias regi Anglorum.

Matth. 6.

B veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. Quis ſanè pro Vvighardo repertus ac dedicatus ſit antiſtes, libro ſequente opportunius dicetur.

Saxones denuò ab idololatria conuertuntur.

EODEM tẽpore prouincię Orientalium Saxonũ poſt Gvvidhelmũ (de quo ſupra diximus) præfuere reges Sighere & Sebbi, quãuis ipſi regi Merciorũ Vulfhere ſubiecti. Quæ videlicet prouincia cũ præfatę mortalitatis clade premeretur, Sighere cũ ſua parte populi relictis Chriſtianæ fidei ſacramẽtis ad apoſtaſiã cõuerſus eſt. Nã & ipſe rex & plurimi de plebe ſiue optimatibus diligẽtes hãc vitam, & futurã nõ quærẽtes, ſiue etiã non eſſe credẽtes, cœperũt fana quæ dereliẽta erat reſtaurare, & adorare ſimulachra, quaſi per hæc poſſent à mortalitate defendi. Porrò ſocius eius & cohęres regni eiuſdẽ Sebbi magna fidem perceptã cum ſuis omnibus deuotione ſeruauit, & magna (vt in ſequentibus dicemus) vitam fidelem fœlicitate compleuit. Quod vbi rex Vulfhere comperit, fidẽ videlicet prouinciæ ex parte profanatã, miſit ad corrigendum errorẽ, reuocandámque ad fidem veritatis prouin-

CAP. XXII.

Apoſtaſia.

C ciam Iarumannum epiſcopũ, qui ſucceſſor erat Trũhere, qui multa agens ſolertia, iuxta quod mihi presbyter, qui comes itineris illi & cooperator verbi extiterat, referebat. Erat enim religioſus & bonus vir lõgè latéque omnia peruagatus, & populũ & regem præfatum ad viam iuſtitiæ reduxit, adeò vt relictis ſiue deſtructis fanis ariſque quas fecerant, aperirent eccleſias, ac nomen Chriſti cui cõtradixerant, confiteri gauderent, magis cum fide reſurrectionis in illo mori, quàm in perfidiæ ſordibus inter idola viuere cupientes: quibus ita geſtis, & ipſi ſacerdotes, doctoréſque eorum domum rediere lætantes.

Iarumãnus populum reduxit.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ GENTIS ANGLORVM LIBER IIII.

D *Theodorus Archiepiſcopus ordinatur, & cum Adriano abbate in Britanniam proficiſcitur.*

CAP. I.

ANNO memorato præfatæ eclipſis, & mox ſequẽtis peſtilẽtiæ, quo & Colman epiſcopus vnanima catholicorũ intẽtione ſuperatus, ad ſuos reuerſus eſt, Deuſdedit ſextus eccleſiæ Dorouernenſis epiſcopus, obiit pridiè iduum Iuliarum. Sed & Erconbert rex Cantuariorum eodem menſe ac die defunctus Ecgberto filio ſedem regni reliquit, quam ille ſuſceptam per nouem annos tenuit. Tunc ceſſante non pauco tempore epiſcopatu, miſſus eſt Romam ab ipſo ſimul & à rege Nordan Humbrorũ Oſvvi (vt in præcedenti libro diximus) Vvighart presbyter, vir in eccleſiaſticis diſciplinis doctiſſimus de genere Anglorũ, petentibus eccleſię Anglorum epiſcopũ ordinari: miſſis pariter apoſtolico papæ donariis & aureis atque argenteis vaſis nõ paucis. Qui vbi Romã peruenit, cui ſedi

Deuſdedit moritur.

E apoſtolicæ tẽpore illo Vitalianus præerat, poſtquã itineris ſui cauſam præfato papæ apoſtolico patefecit, nõ multò poſt & ipſe & omnes penè qui cũ eo aduenerãt ſocij, peſtilentia ſuperueniente, deleti ſunt. At apoſtolicus papa habito de his cõſilio quæſiuit ſedulus quem eccleſiis Anglorũ Archiepiſcopũ mitteret. Erat autẽ in monaſterio Niridano, quod eſt nõ lõgè à Neapoli Cãpaniæ abbas Adrianus vir natione Afer, ſacris literis diligẽter imbutus, monaſterialibus ſimul & eccleſiaſticis diſciplinis inſtitutus, Græcæ pariter & Latinæ linguæ peritiſſimus. Hunc ad ſe accitũ Papa iuſſit, epiſcopatu accepto, Britanniam venire. Qui indignum ſe tanto gradui reſpõdens, oſtẽdere poſſe ſe dixit alium, cuius magis ad ſuſcipiendũ epiſcopatũ & eruditio cõueniret & ætas. Cũmque monachũ quendam de vicino virginũ monaſterio nomine Andreã põtifici offerret, hic ab omnibus qui eum nouere, dignus epiſcopatu iudicatus eſt: verũ põdus corporeæ infirmitatis, ne epiſcopus fieri poſſet, obſtitit. Et rurſum Adrianus ad ſuſcipiendum epiſcopatum actus eſt. Qui petiit inducias, ſi fortè aliũ, qui epiſcopus ordinaretur, extẽpore poſſet inuenire. Erat ipſo tẽpore Romæ monachus Adriano notus, no-

Adrianus abbas recuſat epiſcopatum.

Theodorus qua cautione fiat episcopus.

mine Theodorus, natus ex Tharso Ciliciæ, vir & sæculari & diuina literatura, Græcè & Latinè in- F
structus, probus moribus, & ætate venerandus, id est, annos habens ætatis 66. Hunc offerens Adria-
nus pontifici, vt episcopus ordinaretur, obtinuit, his tamen conditionibus interpositis, vt ipse eum
perduceret Britanniam, eo quòd iam bis partes Galliarum diuersis ex causis adiisset, & ob id maio-
rem huius itineris peragendi notitiam haberet, sufficiénsque esset in possessione hominum propriorum. Et vt ei doctrinæ cooperator existens diligenter attenderet, ne quid ille contrarium veritati fidei Græcorũ more in ecclesiam cui præesset introduceret. Qui subdiaconus ordinatus, quatuor ex-
pectauit menses, donec illi coma cresceret, quò in coronã tonderi posset. Habuerat enim tonsuram

Corona sacerdotalis.

more Orientalium sancti Pauli apostoli: qui ordinatus est à Vitaliano Papa, anno dominicæ incar-
nationis 666. sub die 7. kalendarũ Aprilium dominica, & ita vt cum Adriano 6. kalendas Iunias Britanniam missus est. Qui cum pariter per mare ad Massiliam, & deinde per terram Arelatem perue-
nissent, & tradidissent Ioanni archiepiscopo ciuitatis illius scripta commendatitia Vitaliani pontifi-
cis, retenti sunt ab eo, quousq; Ebroinus maior domus regiæ copiam pergendi quoquò vellent tri-

Agilbertus.

buit eis. Qua accepta Theodorus profectus est ad Agilbertum Parisiorum episcopum, de quo supe- G
rius diximus, & ab eo benignè susceptus, & multo tempore habitus est. Adrianus verò perrexit pri-

Faronem.

mùm ad Emmesenonũ, & postea ad Faronem Meldorum episcopos, & benè cũ eis diutius fuit. Coe-
gerat enim eos imminens hyems, vt vbicunque potuissent, quieti manerent. Quod cùm nuntij certi
narrassent regi Eegberto, adesse scilicet episcopũ, quem petierãt à Romano antistite, in regno Frãco
rum, misit illò cõtinuò Redfridum præfectum suũ ad adducendum eũ. Quò cũ peruenisset, assumpsit
Theodorum cũ Ebroini licẽtia, & perduxit eum ad portũ, cui nomen est Quentavvic, vbi fatigatus
infirmitate, aliquãtisper moratus est: & cum eõualescere cœpisset, nauigauit Britãniam. Adrianum
autẽ Ebroinus retinuit, quoniã suspicabatur eũ habere aliquã legationem imperatoris ad Britanniæ
reges aduersus regnum, cuius tunc ipse maximã curã gerebat. Sed cum tale nihil illũ habere vel ha-
buisse veraciter cõperisset, absoluit eũ, & post Theodorum ire permisit. Qui statim vt ad illũ peru-
enit, dedit ei monasterium beati Petri Apostoli, vbi archiepiscopi Cantiæ sepeliri, vt præfatus sum,
solent. Præceperat enim Theodoro abeunti dominus Papa apostolicus, vt in dicœcesi sua prouide-
ret & daret ei locum, in quo cum suis aptè degere potuisset. H

CAP. II.

Prædicando Theodorus diœcesim lustrat.

PERVENIT autẽ Theodorus ad ecclesiam suam secundo postquã consecratus est anno, sub die
sexto kalendarum Iuniarum dominica, & fecit in ea annos viginti & vnum, menses tres, dies viginti
sex. Móxque peragrata insula tota quaquauersum Anglorum gentes morabãtur (nã & libentissimè
ab omnibus suscipiebatur atq; audiebatur) rectum viuendi ordinem, ritum celebrãdi paschæ cano-
nicum, per omnia comitante & cooperãte Adriano disseminabat. Isque erat primus archiepiscopus,
cui omnis Anglorum ecclesia manus dare consentiret. Et quia literis sacris simul & secularibus, vt
diximus, abundanter ambo erant instructi, congregata discipulorum caterua, sciẽtiæ salutaris quo-
tidiè flumina in rigandis eorum cordibus emanabant. Ita vt etiam metricæ artis, astronomicæ, &
arithmeticæ, ecclesiasticæ disciplinam inter sacrorum apicum volumina suis auditoribus contrade-

Peritia linguarum & scientiarum Christiano non inutilis.

rent. Indicio est quòd vsque hodiè supersunt de eorum discipulis, qui Latinam, Græcámq; linguam
æquè vt propriam in qua nati sunt, norunt. Neque vnquam prorsus ex quo Britanniã petierunt An-
gli fœliciora fuêre tempora, dum & fortissimos Christianósque habentes reges cunctis barbaris na- I
tionibus essent terrori, & omniũ vota ad nuper audita cœlestis regni gaudia pẽderent; & quicũq; le-
ctionibus sacris cuperẽt erudiri, haberẽt in prõptu magistros qui docerẽt. Et sonos cãtandi in eccle-

Cantus ecclesiastici.

sia, quos eatenus in Cãtia tantũ nouerãt, ab hoc tẽpore per oẽs Anglorũ ecclesias discere cœperunt.
Primúsque excepto Iacobo (de quo suprà diximus) cantandi magister Nordan Humbrorum ec-
clesiis Eddi cognomẽto Stephan⁹ fuit inuitatus de Cãtia à reuerẽdissimo viro Vvilfrido, qui primus
inter episcopos, qui de Anglorũ gẽte essent, catholicũ viuẽdi morẽ ecclesiis Anglorũ tradere didi-
cit. Itaq; Theodorus perlustrãs vniuersa, ordinabat locis opportunis episcopos, & ea quæ minus per-
fecta reperit, his quoq; iuuãtibus corrigebat. In quibus & Ceadda episcopũ cũ argueret, nõ fuisse ritè
cõsecratum, respõdens ipse voce humillima, dixit: Si me, inquit, nosti episcopatũ non ritè susce-

Theodori episcopi humilitas.

pisse, libenter ab officio discedo. Quippè qui neq; me vnquã hoc esse dignum arbitrabar, sed obedientiæ
causa iussus subire hoc quamuis indignus consensi. At ille audiens humilitatem respõsionis eius di-
xit, non eum episcopatum dimittere debere, sed ipse ordinationem eius denuò catholica ratione
consummauit. Eo autem tempore quo defuncto Deusdedit, Dorouernẽsis ecclesiæ episcopus quæ- K
rebatur, ordinabatur, mittebatur: Vvilfridus quoque de Britannia Galliam ordinandus est missus.
Et quoniam ante Theodorum rediit, ipse etiam in Cantia, presbyteros & diaconos vsque dum ar-
chiepiscopus ad sedem suam perueniret, ordinabat. At ipse veniens mox in ciuitate Rhosi, vbi de-

Putta fit episcopus.

functo Damiano, episcopatus iam diu cessabat, ordinauit virum magis ecclesiasticis disciplinis in-
stitutum, & vitæ simplicitate contentum, quàm in sæculi rebus strenuũ, cui nomen erat Putta: ma-
ximè autẽ modulãdi in ecclesia more Romanorũ, quẽ à discipulis Papæ Gregorij didicerat, peritũ.

CAP. III.

Ceadda ex monacho episcopus volyd. lib. 4. hist.

EO tempore prouinciæ Merciorum rex Vvlfhere præfuit, qui cum mortuo Iarumanno sibi qui-
que suisque à Theodoro episcopum dari peteret, non eis nouum voluit ordinare episcopum, sed
postulauit à rege Osvvio, vt illis episcopus Ceadda daretur. Qui tunc in monasterio suo, quod est in
Lestingahe, quietam vitã agebat, Vvilfrido administrante episcopatũ Eboracẽsis ecclesiæ, necnon
& omnium

A & omnium Nordan Humbrorum, sed & Pictorum, quousque rex Osvvi imperium protendere po-
terat. Et quia moris erat eidem reuerendissimo antistiti opus euangelij magis ambulando per loca
quàm equitando perficere, iussit eum Theodorus, vbicunque lõgius iter instaret equitare, multúm-
que renitentem studio & amore pij laboris, ipse cum manu sua leuauit in equum, quia nimirùm san-
ctum esse virum comperit, atque equo vehi quò esset necesse compulit. Susceptum itaque episcopa-
tum gentis Merciorum simul & Lindisfarorum Ceadda iuxta exempla patrum antiquorum in ma-
gna vitæ perfectione administrare curauit. Cui etiam rex Vulfhere donauit terram quinquaginta

Donatur locus monasterio.

familiarum ad construendum monasterium in loco qui dicitur Etbearue, id est, ad nemus, in prouin-
cia Lindissi, in quo vsque hodiè instituta ab ipso regularis vitæ vestigia permanẽt. Habuit autem se-
dem episcopalem in loco qui vocatur Licidfeld, in quo & defunctus ac sepultus est, vbi vsque ho-
diè sequentium quoque prouinciæ illius episcoporum sedes est. Fecerat verò sibi mansionem non
longè ab Ecclesia remotiorem, in qua secretius cum paucis, id est, septem siue octo fratribus quoties
B à labore & ministerio verbi vacabat, orare ac legere solebat. Qui cum in illa prouincia duobus annis
ac dimidio Ecclesiam gloriosissimè rexisset, adfuit superno dispensante iudicio, tempus de quo lo-
quitur Ecclesiastes. Quia tempus mittendi lapides & tempus colligendi. Superuenit namque cla-
des diuinitus missa, quæ per mortem carnis viuos Ecclesiæ lapides, de terrenis sedibus ad ædificium
cœleste transferret. Cúmque plurimis de Ecclesia eiusdem reuerendissimi antistitis de carne subtra-
ctis veniret hora ipsius vt transiret ex hoc mundo ad dominum, contigit die quadam, vt in præfata
mansione fortè ipse cum vno tantùm fratre, cui vocabulum erat Ovvinus, commoraretur, cæteris
eius sociis pro causa opportuna ad Ecclesiam reuersis. Erat autem idem Ovvinus monachus magni

Ovvinus magni meritimonachus.

meriti & pura intentione supernæ retributionis mundum derelinquens, dignúsque per omnia, cui
dominus specialiter sua reuelaret arcana, digus cui fidem narranti audientes accommodarent. Ve-
nerat enim cum regina Edildride de prouincia Orientalium Anglorũ, erátque primus ministrorum,
& princeps domus eius. Qui cum crescente fidei feruore seculo abrenunciare disponeret, non hoc
C segniter fecit, sed adeò se mundi rebus exuit, vt relictis omnibus quæ habebat, simplici tantùm ha-
bitu indutus, securim atque asciam in manu ferens, veniret ad monasterium eiusdem reuerendissi-
mi patris, quod vocatur Lestinghen. Non enim ad otium, vt quidam, sed ad laborem se monaste-
rium intrare signabat, quod ipsum etiam facto monstrauit: nam quo minus sufficiebat meditationi
scripturarum, eo amplius operi manuum studium impendebat. Denique cum episcopo in præfata
mansione pro suæ reuerentia deuotionis inter fratres habitus, cùm illi intus lectioni vacabant, ipse
foris, quæ opus esse videbantur, operabatur. Qui cùm die quadam tale aliquid foris ageret, digres-
sis ad Ecclesiam sociis, vt dicere cœperam, & episcopus solus in oratorio loci lectioni vel orationi
operam daret, audiuit repentè, vt postea referebat, vocem suauissimam cantantiũ atque lætantium
de cælo ad terras vsque descendere: quam videlicet vocem ab Euro austro, id est, ab alto brumalis
exortam, primò se audisse dicebat, ac inde paulatim eam sibi appropinquare, donec ad tectum vsque
oratorij in quo erat episcopus peruenirent, quod ingressa totum impleuit, atq; in gyro circundedit.
At ille dum solicitus in ea quæ audiebat animum intẽderet, audiuit denuò transacto quasi horæ spa-
tio ascendere de tecto eiusdem oratorij idem lætitiæ canticum, & ipsa qua venerat via ad cœlos vs-
que cum ineffabili dulcedine reuerti. Qui cùm aliquantulum horæ quasi attonitus maneret, & quid

Symphoniæ cælestis.

D hoc esset solerti animo scrutaretur, aperuit episcopus fenestram oratorij, & sonitum manu faciens, vt
sæpius consueuit, si quis foris esset, ad se intrare præcepit. Introiuit ille concitus: cui dixit antistes:
Vade citò ad Ecclesiam, & hos septem fratres huc venire facito, tu quoque simul adesto. Qui cùm
venissent, primò admonuit eos vt virtutem dilectionis & pacis adinuicem & ad omnes fideles ser-
uarent. Instituta quoque disciplinæ regularis, quæ vel ab ipso didicissent, & in ipso vidissent, vel in

Reuelatur dies obitus.

patrum præcedentium factis siue dictis inuenissent, indefessa instantia sequerentur. Deinde subiun-
xit diem sui obitus iam proximè instare. Namque hospes, inquit, ille amabilis, qui fratres nostros vi-
sitare solebat, ad me quoque hodiè venire, méque de seculo euocare dignatus est. Propter quod re-
uertentes ad Ecclesiam, dicite fratribus vt & meum exitum Domino precibus cõmendent, & suum
quoque exitum (cuius hora incerta est) vigiliis, orationibus, bonis operibus præuenire meminerint.
Cúmque hæc & huiusmodi plura loqueretur, atque illi percepta eius benedictione iam multum
tristes exissent, rediit ipse solus qui carmen cœleste audierat, & prosternẽs se in terram, Obsecro, in-
E quit, pater, licétne aliquid interrogare? Interroga, inquit, quod vis. At ille: Obsecro, inquit, vt dicas
quod erat canticum illud lætantium, quod audiui venientium de cœlis super oratorium hoc, & post
tempus redeuntium ad cœlos. Respondit ille, Si vocem carminis audiuisti, & cœlestes superuenire
cœtus cognouisti, præcipio tibi in nomine Domini ne hoc cuiquam ante meum obitum dicas. Re-
uera autem Angelorum fuere spiritus, qui me ad cœlestia, quæ semper amabã ac desiderabam præ-
mia vocare venerunt, & post dies septem se redituros, ac me secum adducturos esse promiserunt.
Quod quidem ita vt ei prædictum erat, opere completum est. Nam confestim languore corporis ta-
ctus est, & hoc per dies ingraueſcente, septimo (vt promissum ei fuerat) die postquam obitum suum

Eucharistia munireobitũ.

dominici corporis, vt sanguinis perceptione muniuit, soluta ab ergastulo corporis anima sancta, du-
centibus, vt credi fas est, angelis comitibus æterna gaudia petiuit. Non autẽ mirum, si diẽ mortis vel
potius diẽ Domini lætus aspexit, quem semper vsq; dum viueiret solicitus expectare curauit. Namq;

inter plura continentiæ,humilitatis,doctrinæ,orationis,voluntariæ paupertatis,& cæterarum virtutum merita,in tantum erat timori Domini ſubditus, in tantum nouiſſimorum ſuorum in omnibus operibus ſuis memor,vt ſicut mihi quidam frater,de iis qui me in ſcripturis diuinis erudiebant, & erat in monaſterio ac magiſterio illius educatus,vocabulo Trumbert, referre ſolebat, ſi fortè legente eo,vel aliud quid agente,repentè flatus venti maior aſſurgeret, continuò miſericordiam Domini inuocaret,& eã generi humano propiciari rogaret. Si autem violẽtior aura inſiſteret, iam clauſo codice procideret in faciem,atque obnixius orationi incumberet. At ſi procella fortior aut nimbus perurgeret,vel etiam coruſci ac tonitrua terras & aëra terrerent, tunc veniens ad eccleſiam ſollicitus orationibus ac pſalmis,donec ſerenitas aëris rediret,fixa mente vacaret. Cúmque interrogaretur à ſuis,quare hoc faceret:reſpõdebat,Non legiſtis: Quia intonuit de cœlo Dominus,& Altiſſimus dedit vocem ſuam. Miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos? Mouet enim aëra Dominus, ventos excitat, iaculatur fulgura, de cœlo intonat, vt terrigenas ad timendum ſe ſuſcitet,vt corda eorum in memoriam futuri iudicij reuocet, vt ſuperbiam eorum diſſipet, & *conturbet* audaciam, reducto ad mentem tremendo illo tempore, quando ipſe cœlis ac terris *ardentibus* venturus eſt in nubibus cum poteſtate magna ac maieſtate, ad iudicandos viuos ac *mortuos*. Propter quod, inquit, *oportet* nos admonitioni eius cœleſti debito cum timore & amore reſpondere,vt quotiens aëre commoto, manum quaſi ad feriendum minitans erexerit, nec adhuc tamen percutit,mox imploremus eius miſericordiam,& diſcuſſis penetralibus cordis noſtri, atque expurgatis vitiorum ruderibus,ſolliciti ne vnquam percuti mereamur,agamus. Conuenit autem reuelationi & relatio ni præfati fratris de obitu huius antiſtitis etiam ſermo reuerendiſſimi patris Ecgberti,de quo ſupra diximus,qui dudum cum eodem Ceadda adoleſcente & ipſe adoleſcẽs in Hybernia monachicam in orationibus & continentia & meditatione diuinarum ſcripturarũ vitam ſedulus agebat. Sed illo poſtmodum patriam reuerſo,ipſe peregrinus pro Domino vſque ad finem vitæ permanſit. Cùm ergo veniret ad eum longo poſt tempore gratia viſitationis de Britannia vir ſanctiſſimus & continentiſſimus vocabulo Higbald, qui erat abbas in prouincia Lindiſſi, & vt ſanctos decebat,de vita patrum priorum ſermonem facerent,atque hanc æmulari gauderẽt, interuenit mentio reuerendiſſimi antiſtitis Ceadda. Dixírq; Ecgbert: Scio hominem in hac inſula adhuc in carne manentem,qui quum vir ille de mundo tranſiret, vidit animam Ceddi fratris ipſius cum agmine angelorum deſcendentium de cœlo,& aſſumpta ſecum anima eius ad cœleſtia regna redire. Quod vtrum de ſe,an de alio aliquo diceret, nobis manet incertum: dum tamen hoc tantus vir dixit,quia verum ſit,eſſe non poſſit incertum. Obiit autem Ceadda ſexto die nonarum Martiarum, & ſepultus eſt quidem primò iuxta eccleſiam ſanctæ Mariæ,ſed poſtmodum ibidem conſtructa eccleſia beatiſſimi principis Apoſtolorum Petri, in eãdem ſunt eius oſſa tranſlata. In quo vtroq; loco ad indicium virtutis illius ſolent crebra ſanitatum miracula operari. Deniq; nuper phreneticus quidam dum per cuncta errando diſcurreret,deuenit ibi veſpere, neſcientibus ſiue nõ curantibus loci cuſtodibus,& ibi tota nocte requieſcẽs,mane ſanato ſenſu egreſſus,mirantibus, & gaudẽtibus cunctis,quòd idem ibi ſanitatem domino largiente conſequeretur,oſtendit. Eſt autem locus ſepulchri tumba lignea in modum domunculi facta coopertus, habens foramen in pariete, per quod ſolent hi qui cauſa deuotionis illò aduenĩunt,manum ſuam immittere, ac partem pulueris inde aſſumere. Quam cùm in aquas miſerint,atque has infirmantibus iumentis ſiue hominibus guſtãdas dederint, mox infirmitatis ablata moleſtia ad cupitæ ſoſpitatis gaudia redeunt. In cuius locũ ordinauit Theodorus Vvinfridum virum bonum & modeſtum,qui ſicut prędeceſſores eius prouinciis Merciorum & Mediterrancorum Anglorum & Lindisfarorum epiſcopatus officio præeſſet. In quibus cunctis Vulfhere(qui adhuc ſupererat)ſceptrum regni tenebat. Erat autẽ Vvinfridus de clero eius cui ipſe ſucceſſerat antiſtitis,& diaconatus officio ſub eo non pauco tempore fungebatur.

Ceadda precibus impetrat ſerenitatem. Pſal.17.

Ceddi animã chori Angelorum aſſumpſerunt.

Sanationes ad ceddi ſepulchrum.

Colmanus Scottis & Anglis monaſteria exſtruit.

CAP. IIII. *Boeth. lib. 9. hiſt. Scot.*

INTEREA Colmanus qui de Scottia erat epiſcopus, relinquens Britanniam tulit ſecum omnes quos in Lindisfarorum inſula congregauerat Scottos: ſed & de gente Anglorum viros circiter triginta,qui vtrique monachicæ conuerſationis erant ſtudiis imbuti. Et relictis in eccleſia ſua aliquot fratribus,primò venit ad inſulam Hu,vnde erat ad prædicandum verbum Dei Anglorum genti deſtinatus. Deinde ſeceſſit ad inſulam quandam paruam,quæ ad Occidentalem plagam ab Hybernia procul ſecreta ſermone Scottico,In his bouinde, id eſt, inſula vitulæ albæ nuncupatur. In hãc ergo perueniens,conſtruxit monaſterium,& monachos inibi,quos de vtraque natione collectos adduxerat,collocauit. Qui cum inuicem concordare non poſſent, eo quòd Scotti tempore æſtatis quo fruges erant colligendæ, relicto monaſterio per nota ſibi loca diſperſi vagarentur: at verò hyeme ſuccedente redirent,& his quæ Angli præparauerant, communiter vti deſiderabant,quæſiuit Colmanuus huic diſſenſioni remedium, & circumiens omnia propè vel longè, inuenit locum in Hybernia inſula aptum monaſterio conſtruendo, qui lingua Scotorum Magio nominatur. Emítque partem eius non grandem ad conſtruendum ibi monaſterium à comite ad cuius poſſeſſionem pertinebat, eá conditione addita, vt pro ipſo etiam, qui eis locum commodaret,conſiſtentes ibi monachi, Domino preces offerrent. Et conſtructo ſtatim monaſterio, iuuante etiam comite & vicinis

Monachi nationis diuerſæ nõ conueniũt.

vicinis omnibus, Anglos ibidẽ collocauit, relictis in præfata inſula Scottis. Quod videlicet monaſterium vſq; hodie ab Anglis tenetur incolis: ipſum nanq; eſt quod nunc grãde de modico effectũ, Iniugeo conſuetè vocatur. Et cõuerſis iamdudũ ad meliora inſtituta omnibus, egregiũ examẽ continet monachorũ, qui de prouincia Anglorum ibidem collecti, ad exemplũ venerabilium patrum ſub regula & abbate canonico in magna cõtinentia & ſynceritate proprio labore manuum viuunt.

Iniugeo mõnaſter.

De morte Oſwi & Ecgberti regum, & de ſynodo Herudfordenſi.

ANNŌ dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo ſeptuageſimo, qui eſt annus ſecundus ex quo Britanniam venit Theodorus, Oſwi rex Nordan Humbrorum preſſus eſt infirmitate,qua & mortuus eſt,anno ætatis ſuæ 58. Qui in tantum eo tempore tenebatur amore Romanæ & apoſtolicæ inſtitutionis,vt ſi ab infirmitate ſaluaretur,etiam Romam venire,ibíque ad loca ſancta vitam finire diſponeret,Vvilfridúmque epiſcopum ducem ſibi itineris fieri,promiſſa nõ parua pecuniarum donatione rogaret. Qui defunctus die decimaquinta Kalendarum Martiarum Ecgfridum filium regni hæredem reliquit. Cuius anno regni tertio Theodorus cogit concilium epiſcoporum,vnà cum eis,qui canonica patrum ſtatuta diligerent & noſſent, magiſtris eccleſiæ pluribus. Quibus pariter congregatis, diligenter ea quæ vnitati pacis eccleſiaſticæ congruerent,eo quo pontificem decebat animo, cœpit obſeruanda docere. Cuius ſynodicæ actionis huiuſmodi textus eſt:

Obitus Oſwi

Polyd.lib.7. hiſt.

In nomine Domini Dei,& Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti regnante in perpetuum ac gubernante eccleſiam ſuam eodem domino noſtro Ieſu Chriſto,placuit conuenire nos iuxta morem canonum venerabilium tractaturos de neceſſariis eccleſiæ negotiis. Conuenimus autem die 24. menſis Septembris,indictione prima,in loco qui dicitur Herudford. Ego quidem Theodorus quamuis indignus ab apoſtolica ſede deſtinatus Dorouernenſis eccleſiæ epiſcopus, & conſacerdos ac frater noſter reuerendiſſimus Biſi Orientalium Anglorum epiſcopus, quibus etiam frater & cõſacerdos noſter Vvilfridus Nordan Humbrorum gentis epiſcopus per proprios legatarios affuit. Affuerunt & fratres ac conſacerdotes noſtri Putta epiſcopus Caſtelli Cãtuariorum, quod dicitur Rothſcheſter, Leutherius epiſcopus Occidentalium Saxonum, Vvinfridus epiſcopus prouinciæ Merciorũ. Cúmque in vnum conuenientes iuxta ordinem quique ſuum reſediſſemus: Rogo, inquam, dilectiſſimi fratres propter timorem & amorem redemptoris noſtri, vt in commune omnes pro noſtra fide tractemus,vt quæ que decreta ac diffinita ſunt à ſanctis ac probabilibus patribus incorruptè ab omnibus nobis ſeruentur. Hæc & alia quàmplura, quæ ad charitatem pertinebant vnitatémque eccleſiæ conſeruandam, proſecutus ſum. Cúmque expleſſem prolocutionem, interrogaui vnumquemque eorum per ordinem,ſi conſentirent,ea quæ à patribus canonicè ſunt antiquitus decreta, cuſtodire, Ad quod omnes conſacerdotes noſtri reſpondentes dixerunt: Optimè omnibus placet, quæq; definierunt ſanctorum canones patrum,nos quoque omnes alacri animo libentiſſimè ſeruare. Quibus ſtatim protuli eundem librum canonum, & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaueram: quia maximè nobis neceſſaria ſciebam, illis coram oſtendi, & vt hæc diligentius ab omnibus ſuſciperentur, rogaui.

Summa ſynodi.

Primum capitulum, vt ſanctum diem Paſchæ in commune omnes ſeruemus dominica poſt decimamquartam lunam primi menſis. Secundum, vt nullus epiſcoporum parrochiam alterius inuadat, ſed contentus ſit gubernatione creditæ ſibi plebis. Tertium, vt quæq; monaſteria Deo conſecrata nulli epiſcoporũ liceat ea in aliquo inquietare, nec quicquam de eorum rebus violenter abſtrahere. Quartum, vt epiſcopi monachi non migrent de loco ad locum, hoc eſt, de monaſterio ad monaſteriũ, niſi per dimiſſionem proprij abbatis, ſed in ea permaneãt obedientia, quam tempore ſuæ cõuerſionis promiſerunt. Quintum, vt nullus clericorum relinquens proprium epiſcopum paſſim quolibet diſcurrat, neque alicubi veniens abſque commendatitiis literis ſui præſulis ſuſcipiatur. Quòd ſi ſemel ſuſceptus eſt, & noluerit inuitatus redire, & ſuſceptor & is qui ſuſceptus eſt excommunicationi ſubiacebit. Sextum, vt epiſcopi atque clerici peregrini contenti ſint hoſpitalitatis munere oblato, nullíque eorum liceat vllum officium ſacerdotale abſque permiſſu epiſcopi, in cuius parrochia eſſe cognoſcitur, agere. Septimum, vt bis in anno ſynodus congregetur: ſed quia diuerſæ cauſæ impediunt, placuit omnibus in commune, vt Kalendis Auguſti in loco qui appellatur Cloſeshooh ſemel in anno congregetur. Octauum, vt nullus epiſcoporum ſe præferat alteri per ambitionem, ſed omnes agnoſcant tempus & ordinem conſecrationis ſuæ. Nonum capitulum in commune tractatum eſt, vt plures epiſcopi creſcente numero fidelium augerentur, ſed de hac re ad præſens ſilemus. Decimum pro coniugiis, vt nulli liceat niſi legitimum habere connubium: Nullus inceſtum faciat, nullus coniugẽ propriã, niſi vt ſanctũ euãgelium docet, fornicationis cauſa relinquat. Quòd ſi quiſquã propriã expulerit coniugẽ legitimo ſibi matrimonio cõiunctã, ſi Chriſtianus eſſe recũſe voluerit, nulli alteri copuletur: ſed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur cõiugi. His itaq; capitulis in commune tractatis ac diffinitis, vt nullũ deinceps ab aliquo noſtrũ oriatur cõtentionis ſcandalũ, aut alia præ aliis diuulgarẽtur, placuit vt quæq; diffinita ſunt, vnuſquiſq; noſtrũ manº propriæ ſubſcriptione confirmaret: quam ſententiã diffinitionis noſtræ Titillo notario ſcribendã dictaui. Actum in menſe & indictione ſupraſcriptis. Quiſquis igitur contra hãc ſententiã iuxta decreta canonũ, noſtra etiam conſenſione ac ſubſcriptione manus noſtræ confirmatam, quoquo modo venire, eámq; infringere tẽtauerit, nouerit ſe ab omni officio ſacerdotali & noſtra ſocietate ſeparatum. Diuina nos gratia in

vnitate sanctæ Ecclesiæ suæ viuētes custodiat incolumes. Facta autem est hæc synodus anno ab In- F
carnatione Domini sexcentesimo septuagesimotertio, quo anno rex Cantuariorum Ecgbert mense Iulio obierat, succedente in regnum fratre Lothere, quod ipse annos vndecim & menses septem tenuit. Bisi autem Episcopus Orientalium Anglorum, qui in præfata synodo fuisse perhibetur, ipse erat successor Bonifacij, cuius supra meminimus, vir multæ sanctitatis & religionis. Nam Bonifacio post decem & septem annos episcopatus sui defuncto, episcopus pro eo Theodoro ordinātē factus

Duo simul Episcopi in ciuitate.

est. Quo adhuc superstite, sed grauissima infirmitate ab administrando episcopatu prohibito, duo sunt pro illo Aecci & Badvvine electi & consecrati episcopi: ex quo vsque hodiè prouincia illa duos habere solet episcopos.

CAP. VI.

Episcopus Vinfridus deponitur.

NON multo post hæc elapso tempore offensus à Vinfrido Merciorum episcopo per meritum cuiusdam inobedientiæ Theodorus archiepiscopus deposuit eum de episcopatu, post annos accepti episcopatus non multos, & in loco eius ordinauit episcopum Sexvvlfum, qui erat constructor & abbas monasterij, quod dicitur Medeshanstedi in regione Geruiorum. Depositus verò Vinfridus rediit ad monasterium suum, quod dicitur Ætbearne, ibique in optima conuersatione vitam finiuit. Tunc etiam Orientalibus Saxonibus, quibus eo tempore præfuerunt Sebbe & Sighere, quorum supra meminimus, Earcon vvaldum constituit episcopum in ciuitate Londonia. Cuius videlicet viri in episcopatu & ante episcopatum vita & conuersatio fertur fuisse sanctissima, sicut etiam nunc

Curantur febricitantes.

cœlestium signa virtutum indicio sunt. Etenim vsque hodiè feretrum eius caballarium, quo infirmus vehi solebat, seruatum à discipulis eius, multos febricitantes, vel alio quolibet incommodo fessos sanare non desistit. Non solùm autem suppositi eidem feretro vel appositi curātur ægroti, sed & astulæ de illo abscisæ atque ad infirmos allatæ, citam illis solent afferre medelam. Hic sanè priusquàm episcopus factus esset, duo præclara monasteria, vnū sibi, alterū sorori suæ Edilburgæ cōstruxerat, quod vtrumque regularibus disciplinis optimè instituerat. Sibi quidē in regione Suthriona iuxta fluuium Tamysam, in loco qui vocatur Ceoroteséi, id est, Ceoroti insula: sorori autē in Orientalium Saxonum prouincia, in loco qui nuncupatur in Berecingum, in quo ipsa Deo deuotarū mater ac nutrix posset existere fœminarum. Quæ susceptо regimine monasterij condignam se in G
omnibus episcopo fratre & ipsa rectè viuēdo & subiectis regulariter ac piè cōsulendo præbuit, vt etiam H
cœlestia indicio fuere miracula.

CAP. VII.

Berecingum Monasterium.

IN hoc etenim monasterio plura virtutum sunt signa patrata, quæ & ad memoriam ædificationémque sequentium ab his qui nouere descripta habentur à multis. E quibus & nos aliqua historiæ nostræ ecclesiasticæ inserere curauimus. Cum tempestas sæpè dictæ cladis latè cuncta depopulans, etiam partem monasterij huius illam qua viri tenebantur, inuasisset, & passim quotidiè raperentur ad Dominum, solicita mater congregationis, qua hora etiam monasterij partem, qua ancillarum Dei caterua à virorum erat secreta contubernio, eadem plaga tangeret, crebrius in conuentu sororum perquirere cœpit, quo loco in monasterio corpora sua poni, & cœmiterium fieri vellent, cùm eas eodem quo cæteros exterminio raptari è mundo contingeret. Cúmque nil certi responsi, tamen si sæpius inquirens à fororibus accepisset, accepit ipsa cum omnibus certissimum supernæ prouisionis responsum. Cùm enim nocte quadam, expletis matutinæ laudis psalmodiis, egressæ de oratorio famulæ Christi ad sepulchra fratrum, qui eas ex hac luce præcesserant, solitas Domino laudes decātarent, ecce subito lux emissa cælitùs, veluti linteum magnum, venit super omnes, tantóq; eas stupore perculit, vt etiam canticum quod canebant tremefactæ intermitterent. Ipse autē splendor emissæ lucis, in cuius comparatione sol meridianus videri posset obscurus, non multò post illo eleuatus de loco in meridianam monasterij partem, hoc est, ad Occidētem oratorij secessit, ibique aliquandiu remoratus, & ea loca operiens, sic videntibus cunctis ad cœli se alta subduxit, vt nulli esset dubium quin ipsa lux quæ animas famularū Christi esset ductura vel susceptura in cœlis, etiam corporibus earum locum, in quo requietura, & diem resurrectionis essent expectatura, monstraret. Cuius radius lucis tantus extitit, vt quidam de fratribus senior, qui in ipsa hora in oratorio eorum cum alio iuniore positus fuerat, referret, quod mane ingressi per rimas ostiorum vel fenestrarum radij lucis, omnem diurni luminis viderentur superare fulgorem.

Nocturnæ monachorum preces.

Lux à Deo sepulturā commonstrauit.

CAP. VIII.

Moribundus puer virginē mortis citauit

ERAT in eodem monasterio puer trium circiter non amplius annorū, Esica nomine, qui propter infantilem adhuc ætatem in virginum Deo dedicatarum solebat cella nutriri, ibique meditari. Hic præfata pestilentia tactus, vbi ad extrema peruenit, clamauit ter, vnā de consecratis Christi virgini- K
bus proprio eam nomine quasi præsentem alloquēs, Eadgit, Eadgit, Eadgit, & sic terminans tēporalē vitā, intrauit æternā. At virgo illa quā moriēs vocabat, mox in loco quo erat eadē attacta infirmitate, ipso quo vocata est die de hac luce subtracta, & illū qui se vocauit ad regnū cœleste secuta est.

ITEM quædam ex eisdem ancillis Dei cum præfato tacta morbo atque ad extrema esset perducta, cœpit subitò circa mediam nōctem clamare his qui sibi ministrabant, petens vt lucernam quæ inibi accensa erat extingueret. Quod cum frequenti voce repeteret, nec tamen ei aliquis obtemperaret, ad extremum intulit: Scio quòd me hæc insana mente loqui arbitramini, sed iam nunc non ita esse cognoscite. Nam verè dico vobis, quòd domum hanc tanta luce impletam esse perspicio, vt vestra illa lucerna mihi omnibus modis esse videatur obscura. Et quum ne adhuc quidem illi talia loquenti quisquam responderet, vel assensum præberet, iterum dixit, Accendite

A dite ergo lucernam illam quamdiu vultis. Attamen scitote quia non est mea lux: nam mea lux, incipiente aurora mihi aduentura est. Cœpitq; narrare quia apparuerit sibi vir Dei quidam, qui eodem anno fuerat defunctus, dicens, quòd adueniente diluculo perennem esset exitura ad lucem. Cuius veritas visionis ita circa exortum dici puellæ morte probata est.

Visio ante mortem.

CAP. IX.

CVM autem & ipsa mater pia Deo deuotæ congregationis Edilburga esset rapienda de mundo, apparuit viso miranda cuidam de sororibus, cui nomen erat Thorithgid, quæ multis iam annis in eodem monasterio commorata, & ipsa semper in omni humilitate ac synceritate Deo seruire satagebat, & adiutrix disciplinæ regularis eidem matri existere, minores docendo vel castigando, curabat. Cuius vt virtus iuxta apostolum in infirmitate perficeretur, tacta est repentè grauissimo corporis morbo, & per annos nouem pia redemptoris nostri prouisione multum fatigata, videlicet vt quicquid in ea vitij sordidantis inter virtutes per ignorantiam vel incuriam diutinè resedisset, totum hoc caminus diutinæ tribulationis excoqueret. Hæc autem quadam nocte, incipiente crepusculo, egressa de cubiculo quo manebat, vidit manifestè quasi corpus hominis, quod esset sole
B clarius sindone inuolutum, in sublime ferri, elatum videlicet de domo in qua sorores pausare solebant. Cúmque diligentius intueretur quo trahente leuaretur sursum, hæc quam contemplabatur species corporis glorioſi, vidit quòd quasi funibus auro clarioribus in superna tolleretur, donec cœlis patentibus introducta amplius ab illa videri non potuit. Nec dubium remansit cogitanti de visione, quin aliquis de illa congregatione citius esset moriturus, cuius anima per bona quæ fecisset opera quasi per fines aureos leuanda esset ad cœlos. Quod reuera ita contigit. Nam non multis interpositis diebus Deo dilecta mater congregationis ipsius ergastulo carnis educta est, cuius talem fuisse constat vitam, vt nemo qui eam nouerit, dubitare debeat quin ei exeunti de hac vita, cœlestis patriæ patuerit ingressus.

Visio gloriosi corporis.

In eodem quoque monasterio quædā erat fœmina sanctimonialis, & ad seculi huius dignitatem nobilis, & in amore futuri seculi nobilior, quæ ita multis iam annis omni corporis fuerat officio destituta, vt ne vnum quidem mouere ipsa membrum valeret. Hæc vbi corpus abbatissæ venerabilis in ecclesiam delatum, donec sepulturæ daretur, cognouit, postulauit se afferri illò, & in modū oran-
C tium ad illud adinclinari. Quod dum fieret, quasi viuētem allocuta rogauit vt apud misericordiam pij conditoris impetraret se à tantis támque diurnis cruciatibus absolui, nec multo tardius exaudita est: nam post dies duodecim & ipsa educta ex carne temporales afflictiones æterna mercede mutauit. Cum verò præfata Christi famula Thorithgid tres adhuc annos post obitum Domini in hac vita teneretur in tantum ea quam prædiximus, infirmitate decocta est, vt vix ossibus hæreret, & ad vltimum cum tempus iam resolutionis eius instaret, non solùm membrorum cæterorum, sed & linguæ motu caruit. Quod dum tribus diebus ac totidem noctibus ageretur, subitò visione spiritali recreata os & oculos aperuit, aspiciénsque in cœlum sic ad eam quam intuebatur visionem cœpit loqui: Gratus est mihi multū aduētus tuus, & benè venisti. Et hoc dicto parumper reticuit, quasi respōsum eius quem videbat, & cui loquebatur, expectans. Rursumque quasi leuiter indignata subiunxit: Nequaquam hoc læta ferre queo. Rursumque modicum silens tertiò dixit: Si nullatenus hodiè fieri potest, obsecro ne sit longum spatium in medio. Et sicut antea parum silens, ita sermonem concluſit: Si omnimodis ita definitum est, neq; hanc sententiam licet immutari, obsecro ne amplius quàm
D hæc solummodo proxima nox intersit. Quibus dictis interrogata à circumsedentibus, cum quo loqueretur: Cum charissima, inquit, mea matre Edilburga. Ex quo intellexere quòd ipsa ei tempus transmigrationis suæ proximum nuntiare venisset. Nam & ita vt rogabat transacta vna die ac nocte soluta carnis simul & infirmitatis vinculis ad æterna gaudia salutis intrauit.

Reuelatio obitus.

CAP. X.

SVCCESSIT autem Edelburgæ in officio abbatissæ deuota Deo famula nomine Hildilhid, multísque annis, id est, vsque ad vltimam senectutem, eidem monasterio strenuissimè, & in obseruantia disciplinæ regularis, & in earum quæ ad communes vsus pertinent, rerum prouidentia, præfuit. Cui quum propter angustiam loci, in quo monasterium constructum est, placuisset vt ossa famulorum famularúmque Christi, quæ ibidem fuerant tumulata, tollerentur, & transferrētur omnia in eccle-
E siam beatæ Dei genitricis, vnóque conderentur in loco. Quotiens ibi claritas lúminis cœlestis, quanta sæpè fragrantia mirandi apparuerit odoris, quæ alia sint signa ostensa, in ipso libro de quo excerpsimus hæc, quisquis legerit, inueniet. Sanè nullatenus prætereundum arbitror miraculum sanitatis, quod ad ipsum cœmiterium Deo dicatæ congregationis factum idem libellus refert. Erat quippè in proximo comes quidam, cuius vxor ingruente oculis caligine subitò tantùm per dies eadem molestia crebrescente grauata est, vt ne minimam quidem lucis alicuius posset particulam videre. Cui dum aliquandiu cæcitatis huius nocte clausa maneret, repentè venit in mentem, quia si ad monasterium delata virginum sanctimonialium ad reliquias sanctorum peteret, perditam posset recipere lucem. Nec distulit quin continuò quod mēte conceperat, expleret. Perducta namq; à puellis suis in monasterium (quia in proximo erat) vbi fidem suæ sanationis integram se habere professa est, introducta est in cœmiterium. Et cùm ibidem diutius flexis genibus oraret, nihilo tardius meruit exaudiri. Nam exurgens ab oratione priusquam exiret de loco, petitæ lucis gratiam recepit, & quæ famularum manibus adducta fuerat, ipsa libero pedum incessu domum læta reuersa est: quasi ad hoc solummodo lucem amitteret temporalem, vt quanta sanctos Christi lux in cœlis, quæ gratia virtutis possideret, sua sanatione demonstraret.

Translatio sepulturæ.

In cœmiterio comitissa oūdo visum recuperauit.

CAP. XI. Eo tempore præerat regno Oriẽtalium Saxonum, vt idem etiam libellus docet, vir multum Deo deuotus, nomine Sebbi, cuius supra meminimus. Erat enim religiosis actibus, crebris precibus, piis eleemosynarum fructibus plurimum intentus, vitam priuatam & monachicam cunctis regni diuitiis & honoribus præferens, quam & olim iam, si non obstinatus coniugis animus diuortium negaret, relicto regno subiisset. Vnde & multis visum (vt sæpè dictum est) quia talis animi virum episcopum magis quàm regem ordinari deceret. Cùmque annos triginta in regno, miles regni cœlestis exegisset, correptus est corporis infirmitate permaxima, qua & mortuus est. Admonuitque coniugem, vt vel tunc diuino se seruitio pariter manciparent: cùm amplius pariter mundum amplecti, vel potius mundo seruire non possent. Quod dum ægrè impetraret ab ea, venit ad antistitem Londoniæ ciuitatis vocabulo Valdhere, qui Ercõualdo successerat, & per eius benedictionem habitum religionis, quem diu desiderata, accepit. Attulit autem eidem & summam pecuniæ nõ paruam pauperibus eroganda̅m, nil omnimodis sibi reseruans, sed pauper spiritu magis propter regnum cœlorum manere desiderans. Qui cum ingraueſcẽte præfata ægritudine diem sibi mortis imminere sensisset, timere cœpit homo animi regalis ne ad mortem veniens tanto affectus dolore aliquid indignum suæ personæ vel ore proferret, vel aliorum motu gereret membrorum. Vnde accito ad se præfatæ vrbis Londoniæ in qua tunc ipse manebat episcopo, rogauit ne plures eo moriente quàm ipse episcopus & duo sui ministri adessent. Quod dum Episcopus libentissimè se facturum promitteret, non multò pòst idem vir Dei, cùm membra sopori dedisset, vidit visionem consolatoriam, quæ omnem ei anxietatem memoratæ solicitudinis auferret: insuper & qua die esset hanc vitam terminaturus ostenderet. Vidit (vt pòst ipse referebat) tres ad se venisse viros claro indutos habitu, quorum vnus residens ante lectulum eius, stantibus his qui secum aduenerunt comitibus, & interrogantibus de statu eius quem languentem visitare venerunt, dixit, quòd anima eius, & sine vllo dolore, & cum magno lucis splendore esset egressura de corpore. Sed & tertium exinde diem quo esset moriturus insinuauit. Quod ita vtrũque (vt ex visione didicit) completum est. Nam die dehinc tertio completa hora nona subitò quasi leuiter obdormiens sine vllo sensu dolotis emisit spiritum. Cuius corpori tumulando præparauerant sarcophagum lapideum: sed cùm huic corpus imponere cœpissent, inuenerunt hoc mensura palmi longius esse sarcophago. Dolantes ergo lapidem inquantum valebant, addiderunt longitudini sarcophagi quasi duorum mensuram digitorum, sed nec sic quidem corpus capiebat. Vnde facta difficultate tumulandi cogitabant aut alium quærere loculum, aut ipsum corpus si possent in genibus inflectendo breuiare, donec ipso loculo caperetur. Sed mira res, & non nisi cælitus facta, ne aliquid horum fieri deberet, prohibuit. Nam subitò astante episcopo & filio regis eiusdem ac monacho Sighardo, qui post illum cum fratre suo Fredo regnauit, & turba hominum non modica, inuentum est sarcophagum illud congruæ longitudinis ad mensuram corporis, adeò vt à parte capitis etiam ceruical posset interponi: à parte verò pedum mensura quatuor digitorum in sarcophago corpus excederet. Conditus est autẽ in ecclesia beati doctoris gentiũ, cuius edoctus monitis cælestia spirare didicerat.

Sebbi rex monasterium ingreditur. Polyd. li. 4. hist.

Visio morienti consolatoria.

Sepulturæ miraculum.

CAP. XII. QVARTVS Occidentalium Saxonum antistes Eleutherius fuit, siquidem primus Birinus, secundus Agilbertus, tertius extitit Vini. Cúmque mortuus esset Conwvalch, quo regnante idem Eleutherius episcopus factus est, acceperunt subreguli regnum gentis, & diuisum inter se tenuerunt annis circiter decem. Ipsisq; regnantibus defunctus est ille, & episcopatu functus Hæddi pro eo consecratus est à Theodoro in ciuitate Londonia. Cuius episcopatus tempore deuictis atque amotis subregulis Ceadualla susceþit imperium. Et cùm duobus annis hoc tenuisset, tandem superni regni amore compunctus reliquit, eodem adhuc præsule ecclesiam gubernante, ac Romam abiens ibi vitam finiuit, vt in sequentibus latius dicendum est.

Successiones Episcoporum.

Anno autẽ dominicæ incarnationis sexcẽtesimo septuagesimo septimo, cũ Edilred rex Merciorũ adducto maligno exercitu Cantiã vastaret, & ecclesias ac monasteria sine respectu pietatis vel diuini timoris fœdaret, ciuitatem quoque Rhofi, in qua erat Putta episcopus, quamuis eo tempore absens cõmuni clade absumpsit. Quod ille vbi comperit, ecclesiam videlicet suam rebus ablatis omnibus depopulatam, diuertit ad Sexvvlfum Merciorum antistitem, & accepta ab eo possessione ecclesiæ cuiusdam, & agelli non grandis, ibidem in pace vitam finiuit. Nil omninò de restaurando episcopatu suo agens, quia (sicut & suprà diximus) magis in Ecclesiasticis quàm in mundanis rebus erat industrius: sed in illa solùm ecclesia Deo seruiens, & vbicumque rogabatur ad docenda ecclesiastica carmina diuertens. Pro quo Theodorus in ciuitate Rhofi Quichelmum consecrauit episcopum, sed illo post non multum temporis præ inopia rerum ab episcopatu decedente, atque ad alia loca secedente, Gebmundum pro eo substituit antistitem. Anno dominicæ incarnationis sexcentesimo septuagesimo octauo, qui est annus imperij regis Ecgfridi octauus, apparuit mense Augusto stella quæ dicitur Cometa, & tribus mensibus permanens, matutinis horis oriebatur, excelsam radiantis flãmę quasi columnã præferẽs. Quo etiã anno orta inter ipsum regẽ Ecgfridũ & reuerendissimũ antistitem Vvilfridũ dissẽsione, pulsus est idẽ antistes à sede sui episcopatus, & duo in locũ eius substituti episcopi, qui Nordan Humbrorũ gẽti præessent, Bosa videlicet qui Deirorũ, & Eata qui Berniciorũ prouinciã gubernaret. Hic in ciuitate Eboraci, ille in Haguſtaldensi siue Lindisfarnensi ecclesia cathedram habens episcopalẽ: ambo de monachorũ collegio in episcopatus gradũ adsciti. Cũ quibus & Eadhedus

Cometes trimestris.

Bosa & Eata Episcopi.

A Eadhedus in prouincia Lindisfarorum, quam nuperrimè rex Ecgfridus superato in bello & fugato Vvlf here obtinuerat, ordinatur episcopus: & hunc primum eadem prouincia accepit propriũ præsulem, secundum Ediluinum, tertium Eadgarum, quartum Cimberthum quem in præsenti habet. Habebat enim ante Eadhedum antistitem Sexvvlfum, qui etiam Merciorum & Mediterraneorum Anglorum simul episcopus fuit. Vnde & expulsus de Lindissi, in illarum prouinciarũ regimine permansit. Ordinati sunt autẽ Eadhedus, Bosa, & Eata Eboraci ab archiepiscopo Theodoro, qui etiam post tres absessionis Vvilfridi annos, horum numero duos addidit antistites, Tumbertum ad Ecclesiam Haguſtaldensem, remanente Eata ad Lindisfarnensem, & Trumuini ad prouinciam Pictorum, quæ tunc tẽporis Anglorum erat imperio subiecta. Eadhedum de Lindissi reuersum, eo quòd Edilredus prouinciam recepisset, Rhipensi Ecclesiæ præfecit.

CAP. XIII. PVLSVS est autem ab episcopatu suo Vvilfridus, & multa diu loca peruagatus Romam adiit, Britanniam rediit. Et si propter inimicitias memorati regis in patriam siue parochiam suam recipi non potuit, non tamen ab euangelizãdi potuit ministerio cohiberi. Siquidem diuertens ad prouinciam

Polyd. lib. 4. hist.

Vuilfridus Saxones ad Christum cõuertit.

B Australium Saxonum, quæ pòst Cantuarios ad Austrum & ad Occidentem vsque ad Occidentales Saxones pertingit, habẽs terram familiarum septem milium, & eo adhuc tempore paganis cultibus seruiebat, huic verbum fidei & lauacrum salutis ministrabat. Erat autem rex gentis illius Edilvalch non multo antè baptizatus in prouincia Merciorum, præsente ac suggerente rege Vvlf here. A quo etiam egressus de fonte loco filij susceptus est, in cuius signum adoptionis duas illi prouincias donauit, Vectam videlicet insulam, & Meanuarorum prouinciam in gente Occidentalium Saxonum. Itaque Episcopus concedente, imò multum gaudente rege, primos prouinciæ duces ac milites sacrosancto fonte abluebat. Verùm presbyteri Eappa & Padda & Bruchelin & Oidda cæteram plebem vel tunc vel tempore sequenti baptizabant. Porrò regina nomine Ebba in sua insula, id est, Viciorum prouincia fuerat baptizata. Erat autem filia Eanfridi frattis Eanheri, qui ambo cum suo populo Christiani fuere. Cæterùm tota prouincia Australium Saxonum diuini nominis & fidei erat ignara. Erat autem ibi monachus quidam de natione Scottorum vocabulo Dicul, habens monasteriolum permodicum in loco qui vocatur Bosanham syluis & mari circũdatum, & in eo fratres quin-

Susceptor regis Edilualch

C que siue sex in humili & paupere vita Domino famulantes. Sed prouincialium nullus eorum vel vitam æmulari vel prædicationem curabat audire. Euangelizans autem genti Episcopus Vvilfridus, non solùm eam ab ærumna perpetuæ damnationis, verùm & à clade infanda tẽporalis interitus eripuit. Siquidem tribus annis ante aduentum eius in prouinciam nulla illis in locis pluuia ceciderat. Vnde & fames acerbissima plebem inuadens, impia nece prostrauit. Denique fertur, quia sæpè quadraginta simul aut quinquaginta homines inedia macerati procederent ad præcipitium aliquod siue ripam maris, & iunctis miserè manibus pariter omnes aut ruina perituri, aut fluctibus absorbendi decíderent. Verùm ipsa die quo baptisma fidei gens susceþit, illa descendit pluuia serena & copiosa: refloruit terra, rediit que viridantibus aruis annus lætus & frugifer. Sícque abiecta prisca superstitione, exsufflata idololatria, cor omnium & caro omnium exultauerunt in Deum viuum, intelligentes eum qui verus est Deus, & interioribus se bonis & exterioribus cœlesti gratia ditasse. Nam & antistes cum venisset in prouinciam, tantámque ibi famis pœnam videret, docuit eos piscando victum quærere. Namque mare & flumina eorum piscibus abundabant: sed piscandi peritia genti nulla nisi ad anguillas tãtùm inerat. Collectis ergo vndecũque retibus anguillaribus homines antistites mi-

Baptisma salutiferum.

D serunt in mare, & diuina se iuuante gratia mox cepere pisces diuersi generis trecentos. Quibus trifariam diuisis, centum pauperibus dederunt, centum his à quibus retia acceperunt, centum in suos vsus habebant. Quo beneficio multum antistes cor omnium in suum diuertit amorem, & libentius eo prædicante cœlestia sperare cœperunt, cuius ministerio tẽporalia bona sumpserunt. Quo tempore rex Edilvvach donauit reuerẽdissimo antistiti Vvilfrido terram octoginta septem familiarum,

Piscatura Episcopalis.

Donatur insula ad monast.

vbi suos homines qui exules vagabantur recipere posset, vocabulo Scoleseu, quod dicitur Latinè Insula vituli marini. Est autem locus ille vndique mari circundatus, præter ab Occidente, vnde habet ingressum amplitudinis quasi iactus fundæ: qualis locus à Latinis peninsula, à Græcis solet Cherroneſos vocari. Hunc ergo locum cum accepisset Episcopus Vvilfridus, fundauit ibi monasterium, ac regulari vita instituit, maximè ex his quos secum adduxerat fratribus, quod vsque hodiè successores eius tenere noscuntur. Nam ipse illis in pártibus annos quinque, id est, vsque ad mortem Ecgfri-

E di regis meritò omnibus honorabilis, officiũ episcopatus & verbo exercebat & opere. Et quoniam illi rex cum præfata loci possessione omnes quæ ibidem erãt facultates cum agris & hominibus donauit, omnes fide Christi institutos vnda baptismatis abluit. Inter quos seruos & ancillas ducentos quinquaginta, quos omnes non solùm baptizando à seruitute dæmonica saluauit, sed etiam libertatem donando, humanæ iugo seruitutis absoluit.

CAP. XIIII. IN quo tunc monasterio nonnulla cœlestis gratiæ dona spiritualiter ostensa fuisse perhibent, vtpotè vbi nuper expulsa diaboli tyrannide Christus iam regnare cœperat. E quibus vnum quod mihi reuerendissimus antistes Acca sæpius referre, & à fidelissimis eiusdem monasterij fratribus sibi reuelatum asserere solebat, memoriæ mandare commodum duximus. Eodem fermè tempore quo ipsa prouincia nomen Christi susceperat, multas Britanniæ prouincias mortalitas sæua corripiebat. Quæ cum præfatum quoque monasterium, cui tunc regendo reuerendissimus ac religiosissimus Christi

sacerdos vocabulo Eappa præfuit, nutu diuinæ dispensationis attingeret: multíque siue de his qui F
cum antistite illò venerant, siue de illis qui de eadem prouincia Saxonum nuper ad fidem fuerant
vocati, passim de hac vita raperẽtur, visum est fratribus triduanũ ieiunium agere, & diuinam suppli-
Ieiunium ob pestilentiam. citer obsecrare clementiam, vt misericordiam sibi dignaretur impendere, siue periclitantes hoc
morbo à præsenti morte liberaret, seu raptos è mundo à perpetua animæ damnatione seruaret. Erat
tunc temporis in eodẽ monasterio puerulus quidam de natione Saxonum nuper vocatus ad fidem,
qui eadem tactus infirmitate non pauco tempore recubans in lectulo iacebat. Cùm ergo secunda
memorati ieiunij ac supplicationum dies ageretur, contigit fortè ipsum puerum hora fermè secun-
da diei in loco in quo æger iacebat solum inueniri, cui diuina dispensatione subitò beatissimi apo-
Visio Petri & Pauli apostolorum. stolorum principes dignati sunt apparere. Erat enim puer multum simplicis ac mansueti animi, syn-
ceráque deuotione sacramenta fidei quæ susceperat seruans. Salutantes ergo illum verbis piissimis
Apostoli dicebant: Noli timere fili mortem pro qua sollicitus es: nos enim te hodierna die ad cœ-
Missæ viaticũ salutis. lestia regna sumus perducturi. Sed primùm expectare habes donec missæ celebrẽtur, ac viatico do-
mini corporis ac sanguinis accepto, sic infirmitate simul & morte absolutus ad æterna in cœlis gau- G
dia subleueris. Clama ergo ad te presbyterum Eappã, & dicito illi, quia Dominus exaudiuit preces
vestras & deuotionem, ac ieiunia propitius aspexit, neq; aliquis de hoc monasterio siue de adiacen-
tibus ei possessiunculis hac clade vltra moriturus est. Sed omnes qui alicubi de vestris hac ægritu-
dine laborant, resurrecturi à languore ad pristinam sunt sospitatem recuperandi, præter te solum, qui
hodierna es die liberandus à morte, & ad visionem domini Christi, cui fideliter seruisti, perducẽdus
in cœlum. Quod diuina vobis misericordia, per intercessionẽ religiosi ac Deo dilecti regis Osvval-
Osualdi precibus quiescit pestilentia. di, qui quondam genti Nordan Humbrorum, & regni tẽporalis auctoritate, & Christianæ pietatis
quæ ad regnum perenne ducit, deuotione sublimiter præfuit, conferre dignata est. Hac etenim die
idem rex ab infidelibus in bello corporaliter extinctus, mox ad sempiterna animarũ gaudia assum-
ptus in cœlum, & electorum est sociatus agminibus. Quærant in suis codicibus in quibus defunc-
torum est adnotata depositio, & inuenient illum hac (vt diximus) die raptum esse de seculo. Celebrẽt
Missæ communio. ergo missas per cuncta monasterij oratoria huius, siue pro gratiarum actione exauditæ suæ deprecа- H
tionis, siue etiam in memoriam præfati regis Osvvaldi, qui quondam ipsorum genti præerat. Ideóq;
pro eis quasi pro suæ gentis aduenis supplex orabat ad Dominum, & cunctis conuenientibus ad
Ecclesiam fratribus communicent omnes sacrificiis cœlestibus, & ita soluto ieiunio corpus quoque
suis reficiant alimentis. Quæ verba cùm omnia vocato ad se presbytero puer narrasset, interrogauit
eum solicitus, quales essent habitu vel specie viri, qui sibi apparuissent: respondit, Præclari omnino
habitu & vultu erant, lætissimi ac pulcherrimi quales nunquàm antè videram, neque aliquos homi-
Species B. Petri & Pauli Apost. num tanti decoris ac venustatis esse posse credebam. Vnus quidem attonsus erat vt clericus, alius
barbam habebat prolixam. Dicebántque quòd vnus eorum, Petrus, alius vocaretur Paulus, & ipsi
essent ministri Domini & saluatoris nostri Iesu Christi, ad tuitionem nostri monasterij missi ab ipso
de cœlis. Credidit ergo verbis pueri presbyter, ac statim egressus requisiuit in Annali suo, & inuenit
eadem ipsa die Osvvaldum regem fuisse peremptum: vocatísque fratribus parare prandium, missas
fieri, atque omnes communicare more solito præcepit, simul & infirmanti puero de eodem sacrifi-
cio dominicæ oblationis particulam deferri mandauit. Quibus ita gestis, nõ multo pòst eadem ipsa
die puer defunctus est, suáque morte probauit vera fuisse verba quæ ab apostolis Christi audierat. I
Sed & hoc verbis eius testimonium perhibuit, quòd nemo præter ipsum tempore illo ex eodem est
monasterio raptus de mundo. Ex qua nimirum visione multi, qui hæc audire potuerunt, & ad exo-
randam in aduersis diuinam clementiam, & ad salutaria ieiuniorum remedia subeunda, sunt mira-
biliter accensi. Et ex eo tempore non solùm in eodem monasterio, sed & in plerisque locis aliis cœ-
pit annuatim eiusdem regis ac militis Christi natalitius dies missarum celebratione venerari.

Interfecto rege Geuissorum populatur Ceadualla.

CAP. XV. INTEREA superueniens cum exercitu Ceadualla iuuenis strenuissimus de regio genere Geuisso-
rum, cùm exularet à patria sua, interfecit regem Edilvvalch, ac prouinciam illam sæua cæde ac de-
Polyd. lib. 4. histor. Angl. Boeth. lib. 9. Scott. populatione attriuit. Sed mox expulsus est à ducibus regis Bertthuno & Authuno, qui deinceps re-
gnum prouinciæ tenuerunt. Quorum prior postea ab eodem Ceadualla, cùm esset rex Geuissorum,
occisus est, & prouincia grauiori est seruitio subacta. Sed is qui post Ceadualla regnauit: simili pro-
uinciam illam afflictione plurimo annorum tempore mancipauit. Quare factũ est vt toto illo tem- K
pore Episcopum proprium habere nequiuerit: sed reuocato domum Vvilfrido primo suo antistite,
ipsi Episcopo Geuissorũ, id est, Occidentalium Saxonum, qui essent inuenti in ciuitate, subiacerent.

CAP. XVI. POSTQVAM ergo Ceadualla regno potitus est Geuissorum, cepit & insulam Vectam, quæ ea-
tenus erat tota idololatriæ dedita, ac tragica cæde omnes indigenas exterminare, ac suæ prouinciæ
Christo vouet prædam gentilis. homines pro his substituere contendit: voto se obligans, quamuis nondum regeneratus (vt fertur)
in Christo, quia si cepisset insulam, quartam partem eius simul & prædæ Domino daret. Quod ita
soluit, vt hanc Vvilfrido Episcopo, qui tunc fortè de gente sua superueniens aderat, vtendam pro
Vectæ mensura. Domino offerret. Est autem mensura eiusdem insulæ iuxta æstimationem Anglorum mille du-
centarum familiarum. Vnde data est Episcopo possessio terræ trecentarum familiarum. At ipse par-
tem quam accepit commendauit cuidam de clericis suis, cui nomen Bernvvini, & erat filius sororis
eius,

A eius, dans illi presbyterum nomine Hildila, qui omnibus qui saluari vellẽt verbum ac lauacrum vitæ
ministraret. Vbi silentio prætereundum non esse reor, quod in primitias eorum qui de eadem insula
credendo saluati sunt, duo regij pueri fratres, videlicet Arualdi regis insulæ, speciali sunt Dei gratia
coronati. Si quidem imminentibus insulæ hostibus fuga lapsi sunt de insula, & in proximã Vitorum
prouinciam translati. Vbi cùm delati in locum qui vocatur Ad lapidem occultandos se à facie regis
victoris credidissent, proditi sunt, atque occidi iussi. Quod cùm audisset abbas quidam & presbyter,
vocabulo Cimberth, habens non longè abinde monasterium in loco qui vocatur Reodford, id est,
vadum arundinis, venit ad regem qui tunc eisdem in partibus occultus curabatur à vulneribus, quæ
Reguli baptizantur interficiendi. ei inflicta fuerant prælianti in insula Vecta, postulauitq; ab eo vt si necesse esset pueros interfici, prius
eos liceret fidei christianæ sacramentis imbui. Concessit rex, & ipse instructos eos verbo veritatis,
ac fonte salutari ablutos, de ingressu regni æterni certos reddidit. Móxque illi instante carnifice
mortem læti subiere temporalem, per quam se ad vitam animæ perpetuam non dubitabãt esse tran-
situros. Hoc ergo ordine postquam omnes Britanniarum prouinciæ fidem Christi susceperant, su-
Christũ Vecta insula suscipit. B scepit & insula Vecta: in qua tamen ob ærumnam externæ subiectionis, nemo gradum ministerij
ac sedis Episcopalis ante Danielem, qui nunc Occidentalium Saxonum & Geuissorum est Episco-
pus, accepit. Sita est autem hæc insula contra medium Australium Saxonum & Geuissorum, inter-
posito pelago latitudinis trium milium, quod vocatur Solente: in quo videlicet pelago bini æstus
Oceani, qui circum Britanniam ex infinito Occano Septẽtrionali erumpunt, sibimet inuicem quo-
tidie compugnantes occurrunt, vltra ostium fluminis Homelea, quod per terras viarum, quæ ad re-
gionem Geuissorum pertinent, præfatus pelagus intrat. Finitóque conflictu in Oceanum refusi vn-
de venerant redeunt.

De synodo Hedfeltensi aduersus Eutychetem.

HIS temporibus audiens Theodorus fidem Ecclesiæ Constantinopoli per hæresim Eutychetis CAP. XVII.
multum esse turbatam, & Ecclesias Anglorum quibus præerat ab huiusmodi labe immunes perdu-
rare desiderãs, collecto venerabilium sacerdotum doctorúmque pluriimorum cœtu, cuius essent fi-
dei singuli sedulus inquirebat, omniúmque vnanimem in fide catholica reperit consensum. Et hunc
C synodalibus litteris ad institutionem memoriámque sequentium commendare curauit, quarum
videlicet litterarum istud exordium est:

IN nomine Domini Iesu Christi saluatoris, imperantibus dominis piissimis nostris Ecgfrido rege
Humbronensium, anno decimo regni eius, sub die quinta decima Kalend. Octobris, indict. octaua,
& Edilredo rege Mercinensium, anno sexto regni eius, & Alduulfo rege Estranglorum, anno deci-
moseptimo regni eius, & Lodthario rege Cantuariorum, regni eius anno septimo, præsidente ipso
Theodoro gratia Dei archiepiscopo Britanniæ insulæ, & ciuitatis Dorouernis, vnà cum eo sedenti-
bus cæteris Episcopis Britanniæ insulæ, viris venerabilibus, præpositis sacrosanctis euangeliis in lo-
co qui Saxonico vocabulo Hedtfeld nominatur, pariter tractãtes fidem rectam & orthodoxam ex-
posuimus, sicut Dominus noster Iesus incarnatus tradidit discipulis suis, qui præsentialiter viderunt
Fidei traditio. & audierunt sermones eius, atque sanctorum patrum tradidit symbolum, & generaliter omnes san-
cti & vniuersales synodi, & omnes probabilium catholicæ Ecclesiæ doctorũ chorus. Hos itaque se-
quentes nos piè atque orthodoxè, iuxta diuinitùs inspiratam doctrinam eorum, professi credimus,
D constanter & confitemur secũdum sanctos patres, propriè & veraciter patrem & filium & spiritum
sanctum, trinitatem in vnitate consubstantialem, & vnitatem in trinitate, hoc est, vnum Deum in
tribus subsistentiis vel personis consubstantialibus æqualis gloriæ & honoris. Et post multa huius-
modi quæ ad rectæ fidei confessionem pertinebant, hæc quoque sancta synodus suis literis addidit.
Suscepimus sanctas & vniuersales quinque synodos beatorum & Deo acceptabilium patrum, id est,
Vniuersales Synodi. qui in Nicena congregati fuerunt trecẽtorum decem & octo, contra Arrium impiissimum & eius-
dem dogmata. Et in Constantinopoli centum quinquaginta contra vesaniam Macedonij & Eu-
doxi, & eorum dogmata. Et in Epheso primo ducentorum contra nequissimum Nestorium & eius-
dem dogmata. Et in Chalcedone ducẽtorum & triginta contra Eutychem & Nestorium & eorum
dogmata. Et iterum in Constantinopoli quinto congregati sunt concilio, in tempore Iustiniani mi-
noris contra Theodorum & Theodoretum & Ibe epistolas & eorum dogmata. Contra Cyrillum
paulò post: & synodũ quæ facta est in vrbe Roma in tempore Martini Papæ beatissimi, indict. octa-
E ua, imperante Constantino piissimo, anno nono. Suscipimus & glorificamus Dominum nostrum
Iesum Christum, sicut isti glorificauerunt, nihil addentes vel subtrahẽtes, & anathematizamus cor-
de & ore quos anathematizauerunt, & quos susceperunt suscipimus, glorificantes Deum patrem si-
ne initio, & filium eius vnigenitum ex patre generatum ante secula, & spiritum sanctum procedẽ-
tẽ ex patre & filio inenarrabiliter, sicut prædicauerunt hi quos memorauimus suprà, sancti Aposto-
li, & Prophetæ, & Doctores. Et nos omnes subscribimus, qui cum Theodoro archiepiscopo fidem
catholicam exposuimus.

INTERERAT huic synodo; paritérque catholicæ fidei decreta firmabat vir venerabilis Ioannes CAP. XVIII.
archicantor Ecclesiæ sancti Petri, & abbas monasterij beati Martini, qui nuper venerat à Roma per
iussionem Papæ Agathonis, duce reuerendissimo abbate Biscopo cognomine Benedicto, cuius su-
Monasteriũ. prà meminimus. Cùm autem idem Benedictus construxisset monasterium Britanniæ, in honorem

beatiſsimi Apoſtolorum principis iuxta oſtium fluminis Vviri, venit Romã cum cooperatore ac ſocio eiuſdem operis Ceolfrido, qui poſt ipſum eiuſdem monaſterij abbas fuit (quod & ante ſæpius facere conſueuerat) atq; honorificè à beatæ memoriæ papa Agathone ſuſceptus eſt: petiítq; & accepit ab eo in munimentum libertatis monaſterij quod fecerat epiſtolã priuilegij ex auctoritate Apoſtolica firmatam, iuxta quod Ecgfridum regem voluiſſe ac licentiam dediſſe nouerat, quo concedente & poſſeſſionem terræ largiente ipſum monaſterium fecerat, accepit & præfatum Ioannem abbatem Britanniam perducendum, quatenus in monaſterio ſuo curſum canendi annuum, ſicut ad ſanctum Petrum Romæ agebatur, edoceret. Egitq; abbas Ioannes vt iuſſionem acceperat pontificis, & ordinem videlicet ritúmque canendi ac legendi viua voce præfati monaſterij cantores edocendo, & ea quæ totius anni circulus in celebratione dierum feſtorum poſcebat etiam litteris mandando: quæ hactenus in eodem monaſterio ſeruata, & à multis iam ſunt circumquaque trãſſcripta. Non ſolùm autem idem Ioãnes ipſius monaſterij fratres docebat, verùm de omnibus penè eiuſdem prouinciæ monaſteriis ad audiendum eum, qui cantandi erant periti confluebant. Sed & ipſum per loca in quibus doceret, multi inuitare curabant. Ipſe autem, excepto cantandi vel legendi munere, & aliud in mandatis ab apoſtolico Papa acceperat, vt cuius eſſet fidei Anglorum Eccleſia diligenter ediſceret, Romámq; rediens referret. Nam & ſynodum beati Papæ Martini centum quinq; epiſcoporum conſenſum, non multo antè Romæ celebratam, contra eos maximè qui vnam in Chriſto operationem & voluntatem prædicabant, ſecum veniens attulit, atq; in præfato religioſiſſimi abbatis Benedicti monaſterio tranſſcribendã commodauit. Tales namq; eo tempore Conſtãtinopolitanæ Eccleſiæ fidem multum turbauerant, ſed Domino donante proditi iam tunc & victi ſunt. Vnde volens Agatho Papa, ſicut in aliis prouinciis, ita etiam in Britannia, qualis eſſet ſtatus Eccleſiæ, quomodo ab hæreticorũ contagiis caſtus, ediſcere, hoc negotium reuerendiſſimo abbati Ioãni Britanniam deſtinato iniunxit. Quamobrem collecta pro hoc in Britãnia ſynodo, quam diximus, inuenta eſt in omnibus fides catholica inuiolata: datúm q; illi exemplar eius Romam perferendũ: verùm ille patriam reuertens, nõ multo poſtquã Oceanum tranſiit, arreptus infirmitate, ac defunctus eſt: corpúſq; eius ab amicis propter amorem ſancti Martini, cuius monaſterio præerat, Turonis delatũ, atq; honorificè ſepultum eſt. Nam & benigno Eccleſiæ illius hoſpitio cùm Britanniam iret, exceptus eſt, rogatúſque multum à fratribus vt Romam reuertens illo itinere reuerteretur, atque ad eam diuerteret Eccleſiam. Denique ibidem adiutores itineris & iniuncti operis accepit. Qui etſi in itinere defunctus eſt, nihilominus exemplum catholicæ fidei Anglorum Romam perlatum eſt, atque ab apoſtolico Papa omnibúſque qui audiére vel legére gratantiſſimè ſuſceptum.

priuilegium monaſt.

Ioãnes Cãtor tradit Anglis faſtos & graduale.

Monothelitas intelligit.

Ad papam refertur de veritate fidei Angl.

CAP. XIX.

ACCEPIT autem rex Ecgfridus coniugem nomine Edildridam, filiam Annæ regis Orientalium Anglorum, cuius ſæpius mentionem fecimus, viri benè religioſi ac per omnia mente & opere egregij: quam & alter ante illum vir habuerat vxorem, princeps videlicet Auſtralium Giruiorum, vocabulo Tombert. Sed illo poſt modicum temporis ex quo eam accepit defuncto, data eſt regi præfato. Cuius conſortio cùm vteretur duodecim annis, perpetua tamen manſit virginitatis integritate gloriоſa, ſicut mihimet ſciſcitanti (cum hoc an ita eſſet quibuſdam veniſſet in dubium) beatæ memoriæ Vvilfridus epiſcopus referebat, dicens ſe teſtem virginitatis eius eſſe certiſſimum, adeò vt Ecgfridus promiſerit ſe ei terras ac pecunias multas eſſe donaturũ, ſi reginæ poſſet perſuadere eius vti connubio, quia ſciebat illã nullum virorum plus illo diligere. Nec diffidendum eſt noſtra etiam ætate fieri potuiſſe, quod æuo præcedente aliquotiens factum fideles hiſtoriæ narrant, donante vno eodémq; Domino, qui ſe nobiſcum vſq; in finem ſæculi manere pollicetur. Nam etiã ſignum diuini miraculi, quo eiuſdẽ fœminæ ſepulta caro corrũpi nõ potuit, indicio eſt quòd à viri contactu incorrupta perduranerit: quæ multum diu regem poſtulans, vt ſæculi curas relinquere, atq; in monaſterio tantùm vero regi Chriſto ſeruire permitteretur: quod vbi vix aliquando impetrauit, intrauit monaſterium Ebbe abbatiſſæ, quæ erat amica Ecgfridi regis, poſitũ in loco quem Coludi vrbem nominant, accepto velamine ſanctimonialis habitus à præfato antiſtite Vvilfrido. Poſt annum verò ipſa facta eſt abbatiſſa in regione quæ vocatur Elge, vbi conſtructo monaſterio virginum Deo deuotarum perplurimum mater virgo & exemplis vitæ cœleſtis eſſe cœpit & monitis. De qua ferunt, quia ex quo monaſterium petiit, nunquam lineis, ſed ſolùm laneis veſtimentis vti voluerit, raróq; in calidis balneis præter imminentibus ſolenniis maioribus, verbi gratia, Paſchæ, Pentecoſtes, Epiphaniæ, lauari voluerit, & tũc nouiſſima omniũ lotis prius ſuo ſuarũmq; miniſtrarum obſequio cæteris quæ ibi eſſent famulabus Chriſti. Rarò etiam præter maiora ſolennia vel arctiorem neceſſitatem, pluſquàm ſemel per diem manducauerit ſemper, ſi nõ infirmitas grauior prohibuiſſet. Ex tẽpore matutinæ ſynaxeos vſq; ad ortum diei in Eccleſia precibus intenta perſtiterit. Sunt etiam qui dicunt quòd per prophetiæ ſpiritum, & peſtilentiam qua ipſa eſſet moritura, prædixerit, & numerum quoque eorum qui de ſuo monaſterio hoc eſſent de mundo rapiendi, palam cunctis præſentibus intimauerit: Rapta eſt autem ad Dominum in medio ſuorum poſt annos ſeptem, ex quo abbatiſſæ gradum ſuſceperat. Et æquè vt ipſa iuſſerat, non alibi quàm in medio eorum iuxta ordinem quo tranſierat ligneo in locello ſepulta. Cui ſucceſſit in miniſterium abbatiſſæ ſoror eius Sexburga, quam habuerat in coniugẽ Earcõbertus rex Cantuariorũ. Et cùm ſedecim annos eſſet ſepulta, placuit eidẽ ſorori abbatiſſæ leuari oſſa eius, & in locello nouo poſita in Eccleſiam transferri. Iuſſítq; quoſdam è fratribus quærere lapidem de quo

Cõiunx virgo remanſit. Polyd. lib. 4. hiſt. pag. 85.

Virginis caro non corrumpitur.

Edildridæ ſanctitas.

locellũ in hoc facere poſſent. Qui aſcenſa naui (ipſa enim regio Elgie vndiq; eſt aquis & paludibus circũdata, neq; lapides maiores habet) venerunt ad ciuitatulã quandam deſolatam non procul inde ſitã, quæ lingua Anglorũ Grandaceſtir vocatur, & mox inuenerũt iuxta muros ciuitatis locellũ de marmore albo pulcherrimè factum, operculo quoq; ſimilis lapidis aptiſſimè tectum. Vnde intelligẽtes à Domino ſuum iter eſſe proſperatũ, gratias agẽtes retulerunt ad monaſterium. Cúmq; corpus ſacræ virginis ac ſponſæ Chriſti aperto ſepulchro eſſet prolatũ in lucem, ita incorruptum inuẽtum eſt, ac ſi eodem die fuiſſet defuncta, ſiue humo cõdita, ſicut & præfatus antiſtes Vvilfridus, & multialij, qui nouere teſtãtur. Sed certiori notitia medicus Cinfridus, qui & morienti illi & eleuatæ de tumulo affuit, referre erat ſolitus, quòd illa infirmata habuerat tumorem maximum ſub axilla, & iuſſerunt me, inquit, incidere tumorẽ illum, vt effluereт noxius humor qui inerat. Quod dum facerem, videbatur illa per biduum aliquanto leuius habere, ita vt multi putarent quòd ſanari poſſet à languore. Tertia autem die prioribus aggrauata doloribus, & rapta confeſtim de mundo, dolorem omnem ac mortem perpetua ſalute ac vita mitauit. Cúmq; poſt tam multos annos eleuanda eſſent oſſa de ſepulchro, & extento deſuper papilione omnis cõgregatio hinc fratrum inde ſororum pſallens circunſtaret, ipſa autem abbatiſſa intus cum paucis oſſa eleuatura & delatura intraſſet, repentè audiuimus abbatiſſam intus clara voce proclamare: Sit gloria nomini domini. Nec multo pòſt clamauerunt me intro, referato oſtio papilionis, vndiq; eleuatum de tumulo & poſitum in lectulo corpus ſacræ Deo virginis quaſi dormientis ſimile. Sed & diſcooperto vultus indumento monſtrauerunt mihi etiam vulnus inciſuræ quod fecerã, curatum, ita vt mirum in modum pro aperto & hiante vulnere cum quo ſepulta erat, tenuiſſima tunc cicatricis veſtigia apparerent. Sed & linteamina omnia, quibus inuolutum erat corpus, integra apparuerunt, & ita noua, vt ipſo die viderentur caſtis eius membris eſſe circundata. Ferunt autem quia cum præfato tumore ac dolore maxillæ ſiue colli premeretur, multum delectata ſit hoc genere infirmitatis, ac ſolita dicere: Scio certiſſimè, quia meritò in collo pondus languoris porto, in quo iuuenculam memini me ſuperuacua moniliũ pondera portare: & credo quòd ideo me ſuperna pietas dolore colli voluit grauari, vt ſic abſoluat reatu à ſuperuacuæ leuitatis, dum mihi nunc pro auro & margaritis de collo rubor tumoris ardórque promineat. Contigit autem tactu indumẽtorum eorundem & dæmonia ab obſeſſis fugata corporibus, & infirmitates alias aliquotiens eſſe curatas: & loculum in quo primò ſepulta eſt nonnullis oculos dolentibus ſaluti fuiſſe perhibent. Qui cùm ſuum caput eidem loculo apponentes oraſſent, mox doloris ſiue caliginis incommodum ab oculis amouerunt. Lauerunt igitur virginis corpus, & nouis indutum veſtibus intulerunt in Eccleſiam, atque in eo quod allatum erat ſarcophago poſuerunt, vbi vſq; hodiè in magna veneratione habetur. Mirum verò in modum ita aptum corpori virginis ſarcophagum inuentũ eſt, ac ſi ei ſpecialiter præparatum fuiſſet, & locus quoque capitis ſurſum fabrefactus, ad mẽſuram capitis illius aptiſſimè figuratus apparuit. Eſt autem Elge in prouincia Orientalium Anglorum regio familiarum circiter ſexcentarum, in ſimilitudinem inſulæ vel paludibus (vt diximus) circundata, vel aquis, vnde & à copia anguillarum, quæ in eiſdem paludibus capiuntur, nomen accepit, vbi monaſterium habere deſiderauit memorata Chriſti famula, quoniam de prouincia eorundem Orientalium Anglorum ipſa, vt præfati ſumus, carnis originem duxerat.

Corpus virginis nõ putreſcit.

Ornatus nimij punitio.

VIDETVR opportunum huic hiſtoriæ etiam Hymnum virginitatis inſerere, quẽ ante annos plurimos in laudẽ ac prẽconium eiuſdem reginæ ac ſponſæ Chriſti (& ideò veraciter reginæ quia ſponſa Chriſti) Elegiaco metro conſuimus: & imitari morem ſacræ ſcripturæ, cuius hiſtoriæ carmina plurima indita, & hæc metro ac verſibus conſtat eſſet compoſita.

CAP. XX.

Hymnus in laudem Edildridæ.

Alma Deus trinitas, qui ſecula cuncta gubernas,
Annue iam cœptis alma Deus trinitas.
Bella Maro reſonet, nos pacis dona canamus,
Munera nos Chriſti, bella Maro reſonet.
Carmina caſta mihi, fœdæ non raptus Helenæ,
Luxus erit lubricis, carmina caſta mihi.
Dona ſuperna loquar, miſeræ non prælia Troiæ,
Terra quibus gaudet, dona ſuperna loquar.
En Deus altus adit venerandæ virginis aluum,
Liberet vt homines in Deus altus adit.
Fœmina virgo parit mundi deuota parentem,
Porta Maria Dei fœmina virgo parit.
Gaudet amica cohors de virgine matre tonantis:
Virginitate micans gaudet amica cohors.
Huius honor genuit caſto de germine plures,
Virgineos flores huius honor genuit.
Ignibus vſta feris virgo non ceſſat Agathe, *Agatha.*
Eulalia perfert ignibus vſta feris.
Caſta feras ſuperat mentis pro culmine Tecla, *Tecla.*
Euſemia ſacra caſta feras ſuperat.

Agnes. *Læta videt gladios ferro robustior Agnes,*
Cæcilia. *Cæcilia infestos læta videt gladios.*
Multus in vrbe viget per sobria corda triumphus,
Sobrietatis amor multus in orbe viget.
Edildrida. *Nostra quoque egregia iam tempora virgo beauit,*
Edildrida nitet nostra quoque egregia.
Orta patre eximio, regali & stemmate clara,
Nobilior domino est, orta patre eximio.
Percipit inde decus reginæ & sceptra sub astris,
Plus supra astra manens, percipit inde decus.
Quid petis alma virum, sponso iam dedita summo?
Sponsus adest Christus, quid petis alma virum?
Regis vt ætherei matrem iam credo sequaris,
Tu quoque sis mater regis vt ætherei.
Sponsa dicata Deo bis sex regnauerat annis,
Inque monasterio est sponsa dicata Deo.
Tota sacrata polo celsis vbi floruit actis,
Reddidit atque animam tota sacrata polo.
Virginis alma caro est tumulata bis octo Nouembres.
Nec putet in tumulo virginis alma caro.
Christe tui est operis, quia vestis in ipsa sepulchro
Inuiolata nitet, Christe tui est operis.
Hydros & ater abiit sacræ pro vestis honore,
Morbi diffugiunt, hydros & ater abiit.
Zelus in hoste furit quondam qui vicerat Euam,
Virgo triumphat ouans, zelus in hoste furit.
Aspice nupta Deo, quæ sit tibi gloria terris,
Quæ maneat cœlis, aspice nupta Deo.
Munera læta capis festiuis fulgida tædis:
Ecce venit sponsus, munera læta capis.
Et noua dulcisono modularis carmina plectro,
Sponsa hymno exultas & noua dulcisono.
Nullus ab altithroni comitatu segregat agni,
Quam affectu tulerat, nullus alti throni.

CAP. XXI. ANNO regni Ecgfridi nono conserto graui prælio inter ipsum & Edilredum regem Merciorum iuxta fluuium Treanta, occisus est Elbuini frater regis Ecgfridi iuuenis circiter decem & octo annorum, vtique prouinciæ multum amabilis. Nam sororem eius, quæ dicebatur Ostridi, rex Edilred habebat vxorem. Cúmque materies belli acrioris & inimicitiæ longioris inter reges populósque feroces videretur exorta, Theodorus Deo dilectus antistes diuino fretus auxilio salutifera exhortatione cœptum tanti periculi funditus extinguit incendium, adeò vt pacatis alterutrum regibus ac populis nullius anima hominis pro interfecto regis fratre, sed debita solummodo multa pecuniæ regi vltori daretur. Cuius fœdera pacis multo exinde tempore inter eosdem reges eorúmque regna durarunt.

Theodorus reges conciliat.

CAP. XXII. IN præfato autem prælio quo occisus est rex Elbuini memorabile quoddam factum esse constat, quod nequaquam silentio prætereundum arbitror, sed multorum saluti si referatur fore proficuum. Occisus est ibi inter alios de militia eius iuuenis vocabulo Imma, qui cum die illo & nocte sequente inter cadauera occisorum similis mortuo iaceret, tandem recepto spiritu reuixit, ac residens sua vulnera prout potuit ipse alligauit. Deinde modicum requietus leuauit se, & cœpit abire sic, vbi amicos qui sui curam agerent, posset inuenire. Quod dum faceret, inuētus est & captus à viris hostilis exercitus, & ad dominum ipsorum, comitem videlicet Edilredi regis adductus. A quo interrogatus quis esset, innuit se militem fuisse confiteri, rusticum se potius & pauperem, atque vxorio vinculo colligatum fuisse respondit, & propter victum militibus adferendum in expeditionem secum sui similibus venisse testatus est. At ille susciens eum, curam vulneribus egit, & vbi sanari cœpit, noctu eum ne aufugeret vinciri præcepit, nec tamen vinciri potuit. Nam mox, vt abiere qui vincierant, eadem sunt eius vincula soluta. Habebat enim germanum fratrẽ, cui nomen erat Tunna, presbyterum & abbatem monasterij in ciuitate quæ hactenus ab eius nomine Tunnacestir cognominatur. Qui cũ eum in pugna peremptum audiret, venit quærere, si fortè corpus eius inuenire posset, inuentúmque alium illi per omnia similimum putauit ipsum esse, quem ad monasterium suum deferens honorificè sepeliuit, & pro absolutione animæ eius sæ pius missas facere curauit. Quarum celebratione factum est quod dixi, vt nullus eum posset vincire quin cõtinuò solueretur. Interea comes qui eum tenebat, mirari & interrogare cœpit, quare ligari non posset: an fortè literas solutorias, de quibus fabulæ ferunt, apud se haberet, propter quas ligari non posset. At ille respondit, nihil se taliũ artium nosse: sed, Habeo fratrem, inquit, presbyterũ in mea prouincia: & scio quia ille me interfectum putans, pro me missas

Missa relaxat vincula.

Missarum celebratio vincula soluit.

Literæ solutoriæ.

A missas crebras facit, & si nunc in alia vita essem; ibi anima mea per intercessiones eius solueretur à pœnis. Dúmque aliquanto tempore apud comitem teneretur, animaduerterunt qui eum diligẽtius considerabant ex vultu & habitu & sermonibus eius, quia non erat de paupere vulgo (vt dixerat) sed de nobilibus. Tũ secretè aduocans eum comes interrogauit intentius vnde esset, promittens se nihil ei malè futurum pro eo, si simpliciter sibi quis esset proderet. Quod dũ ille faceret, ministrum se regis fuisse manifestans, respondit, Et ego per singula tua responsa cognoueram quòd rusticus non eras, & nunc quidẽ dignus es morte, quia omnes fratres & cognati mei in illa sunt pugna interempti: nec te tamẽ occidam, ne fidem mei promissi præuaricem. Vt ergo cõualuit, vendidit eum Lũdoniam Fresoni cuidam, sed nec ab illo, nec cùm illuc duceretur vllatenùs potuit alligari. Verùm cùm alia atque alia vinculorum genera ei hostes imponerẽt, dissoluta sunt. Cúmque videret qui emerat, eũ vinculis non posse cohiberi, donauit ei facultatem sese redimendi, si posset. A tertia enim hora quando missæ fieri solebant, sæpissimè vincula soluebantur. At ille dato iureiurãdo vt rediret, vel pecuniam illi pro se mitteret, venit Cantiam ad regem Lodhere, qui erat filius sororis Edilsridæ reginæ, de qua supra
B dictum est, qui & ipse quõdam eiusdẽ reginæ minister fuerat, petiitque & accepit ab eo pretium suæ redẽptionis, ac suo Domino pro se (vt promiserat) misit. Qui post hæc in patriã reuersus, atque ad suũ fratrem peruenies, replicauit ex ordine cuncta quæ sibi aduersa, quæve in aduersis solatia prouenissent: cognouítque referente eo illis maximè temporibus sua fuisse vincula soluta, quibus pro se missarũ fuerant celebrata solennia. Sed & alia quæ periclitanti ei cõmoda cõtigissent & prospera, per intercessionẽ fraternã & oblationem hostiæ salutaris cœlitus sibi fuisse donata, intellexit. Multíq; hæc à præfato viro audientes, accẽsi sunt in fide ac deuotione pietatis ad orandum, vel ad eleemosynas faciendas, vel ad offerendas Domino victimas sacræ oblationis, pro ereptione suorũ, qui de sæculo migrauerunt. Intellexerunt enim quòd sacrificium salutare ad redemptionem valeret & animæ & corporis sempiternam. Hãc mihi historiam etiam quidam eorũ qui ab ipso viro in quo facta est audiere, narrarũt, vnde eam quam liquidò cõperi, indubitãter historiæ nostræ ecclesiasticæ inserẽdã credidi.

Orationes pro defunctis.

C ANNO post hunc sequente, hoc est, anno dominicæ incarnationis sexcentesimo octogesimo regiosissima Christi famula Hilda abbatissa monasterij quod dicitur Streaneshalch (vt supra retulimus) post multa quæ fecit in terris opera cœlestia, ad percipienda præmia vitæ cœlestis de terris ablata transiuit, die quintadecima kalend. Decembrium, cùm esset annorum sexaginta sex, quibus æqua portione diuisis, triginta tres primos in seculari habitu nobilissimè conuersata compleuit, & totidem sequentes nobilius in monachica vita domino consecrauit. Nam & nobilis natu erat, hoc est, filia nepotis Eduini regis, vocabulo Hereric, cum quo etiam rege ad prædicationem beatæ memoriæ Paulini primi Nordan Humbrorum episcopi fidem & sacramenta Christi suscepit, atque hæc vsque dũ ad eius visionẽ peruenire meruit, intemerata seruauit. Quæ cùm relicto habitu seculari illi soli seruire decreuisset, secessit ad prouinciam Orientalium Anglorum. Erat nãque propinqua regis illius, desiderãs exinde, si quo modo posset, derelicta patria, & omnibus quæcũque habuerat, Galliã peruenire, atque in monasterio Cale peregrinã pro Domino vitã ducere, quò facilius perpetuam in cœlis patriam posset mereri. Nam & in eodẽ monasterio soror ipsius Hæresuid mater Aldulfi regis Orientalium Anglorum regularibus subdita disciplinis ipso tempore coronam expe-
D ctabat æternam. Cuius æmulata exemplum & ipsa proposito peregrinandi annum totum in præfata prouincia retenta est. Deinde ab Aidano episcopo in patriam reuocata, accepit locum vnius familiæ ad Septentrionalem plagam Vviri fluminis, vbi æquè anno vno monachicam cum perpaucis sociis vitã agebat. Post hæc facta est abbatissa in monasterio quod vocatur Heortheu, quod videlicet monasterium factum erat non multo antè à religiosa Christi famula Heiu: quæ prima fœminarũ fertur in prouincia Nordan Humbrorum propositum vestémque sanctimonialis habitus consecrante Aidano episcopo suscepisse. Sed illa post non multum tempus facti monasterij secessit ad ciuitatem Calcariam, quæ à gente Anglorum Kalcacestir appellatur, ibíque mansionem sibi instituit. Prælata autem regimini monasterij illius famula Christi Hilda, mox hoc regulari vita per omnia, prout à doctis viris discere poterat, ordinate curabat. Nam & episcopus Aidan, & quique nouerant eam religiosi, pro insita ei sapientia & amore diuini famulatus, sedulò eam visitare, obnixè amare, diligenter erudire solebant. Cùm ergo aliquot annos huic monasterio regularis vitæ institutioni multum intenta præesset, contigit eam suscipere etiam construendum siue ordinandum monasterium
E in loco qui vocatur Streaneshalch, quod opus sibi iniunctum non segniter impleuit. Nam iisdem quibus prius monasterium etiam hoc disciplinis vitæ regularis instituit. Et quidem multam inibi quoque iustitiæ, pietatis, & castimonij, cæterarúmque virtutum, sed maximè pacis & caritatis custodiam docuit, ita vt in exemplum primitiuæ ecclesiæ nullus ibi dies, nullus esset egens, omnibus essent omnia communia, cùm nihil cuiusquam esse videretur proprium. Tantæ enim erat ipsa prudentiæ, vt non solùm mediocres quique in necessitatibus suis, sed etiam reges ac principes nonnunquam ab ea consilium quærerent & inuenirent. Tantum lectioni diuinarum scripturarum suos vacare subditos, tantum operibus iustitiæ se exercere faciebat, vt facillimè viderentur ibidem, qui ecclesiasticum gradum, hoc est, altaris officium aptè subirent, plurimi posse reperiri. Denique quinque ex eodem monasterio postea episcopos vidimus, & hos omnes singularis meriti ac sanctitatis viros, quorum hæc sunt nomina, Bosa, Aeda, Ostfor, Iohannes & Vvilfridus. De primo

Monast. Heortheu Heiu cõdidit.

communio primitiuæ ecclesiæ.

supra diximus, quòd Eboraci fuerit consecratus antistes. De secundo breuiter intimandum, quòd in episcopatũ Dorcicestre fuerit ordinatus. De vltimis infra dicendũ est, quòd eorũ primus Hagustaldensis, secũdus Eboracẽsis ecclesię ordinatus sit episcopus. De medio nũc dicamus, quia cũ in vtroq; Hildę abbatissæ monasterio lectioni & obseruationi scripturarum operã dedisset, tãdem perfectiora desiderans, venit Cantiam ad archiepiscopum beatæ recordationis Theodorum, vbi posteaquam aliquãdiu lectionibus sacris vacauit, etiam Romam adire curauit, quod eo temporis magnæ virtutis æstimabatur. Et inde cum rediens, Britanniam adiisset, diuertit ad prouinciam Victiorũ, cui tunc rex Ofric præfuit, ibíque verbum fidei prædicans, simul & exemplum viuendi sese videtibus atque audientibus exhibẽs, multo tẽpore mansit. Quo tempore antistes prouinciæ illius vocabulo Boselus tãta erat corporis infirmitate depressus, vt officium episcopatus per se implere non posset. Propter quod omnium iudicio præfatus vir in episcopatũ pro eo electus, ac iubente Edilredo rege per Vvilfridum beatæ memoriæ antistitẽ, qui tunc tẽporis Mediterraneorũ Anglorũ episcopatũ gerebat, ordinatus est, pro eo quòd archiepiscopus Theodorus iã defunctus erat, & nõdum alius pro eo ordinatus episcopus. In qua videlicet prouincia paulò antè, hoc est, ante prędictũ virũ Dei Boselũ vir strenuissimus & doctissimus atque excellẽtis ingenij vocabulo Tatfrid de eiusdẽ abbatissæ monasterio electus est antistes: sed priusquã ordinari posset, morte immatura præreptus est. Non solùm autẽ præfata Christi ancilla & abbatissa Hilda, quã omnes qui nouerant ob insigne pietatis & gratiæ, matrem vocare consueuerãt, in suo monasterio vitæ exemplo præsentibus extitit, sed etiam in plurimis longius manentibus, ad quos fœlix industriæ ac virtutis eius rumor peruenit, occasionem salutis & correctionis ministrauit. Oportebat nãque impleri somnium quod mater eius Bregosuid in infantia eius vidit. Quę, cùm vir eius Heiric exularet sub rege Britonũ Cerdice, vbi & veneno periit, vidit per somniũ, quasi subitò sublatũ eum quæsierit cũ omni diligentia, nullúmque eius vspiam vestigiũ apparuerit. Verùm cùm solertissimè illum quæsisset, extemplò se reperire sub veste sua monile pretiosissimum, quod dũ attentius cõsideraret, tãti fulgore luminis refulgere videbatur, vt omnes Britanniæ fines illius gratia splẽdoris impleret. Quod nimirũ somnium veraciter in filia eius, de qua loquimur, impletũ est: cuius vita nõ sibi solũmodo, sed multis benè viuere volẽtibus, exẽpla operũ lucis præbuit. Verùm illa cùm multis annis huic monasterio præesset, placuit pio prouisori salutis nostræ sanctam eius animam lõga etiam infirmitate carnis examinari, vt iuxta exemplũ apostoli virtus eius in infirmitate perficeretur. Percussa etenim febribus acri cœpit ardore fatigari, & per sex cõtinuos annos eadẽ molestia laborare non cessabat, in quo toto tẽpore nũquam ipsa vel cõditori suo gratias agere, vel cõmissum sibi gregẽ & publicè & priuatim docere prætermittebat. Nam suo prædocta oxẽplo monebat omnes, & in salute accepta corporis Domino obtẽperanter seruiendũ, & in aduersis rerũ siue in infirmitatibus mẽbrotũ fideliter Domino esse gratias semper agẽdas. Septimo ergo suæ infirmitatis anno, cõuerso ad intranea dolore, ad diem peruenit vltimũ, & circa galli cantum percepto viatico sacrosanctæ cõmunionis, cùm accersitis ancillis Christi quæ erant in eodem monasterio, de seruanda eas inuicẽ, imò cũ omni pace euangelica admoneret, inter verba exhortationis læta mortẽ vidit, imò (vt verbis domini loquar) de morte transiuit ad vitam. Qua videlicet nocte Dominus omnipotẽs obitum ipsius in alio lõgius posito monasterio (quod ipsa eodẽ anno cõstruxerat, & appellatur Hacanes) manifesta visione reuelare dignatus est. Erat in eodẽ monasterio quædam sanctimonialis fœmina, nomine Begu, quæ triginta & amplius annos dedicata Domino virginitate in monachica conuersatione seruiebat. Hęc tũc in dormitorio sororum pausans, audiuit subitò in aëre notum campanæ sonum, quo ad orationes excitari vel conuocari solebant, cùm quis eorum de seculo fuisset euocatus, apertíque (vt sibi videbatur) oculis aspexit detecto domus culmine fusam desuper lucẽ omnia repleuisse. Cui videlicet luci cùm solicita intenderet, vidit animam præfatæ Dei famulæ in ipsa luce comitantibus ac ducẽtibus eam angelis ad cœlũ ferri. Cũque somno excussa videret cæteras pausantes circa se sorores, intellexit vel in somnio vel in visione mentis ostẽsum sibi esse quod viderat. Statímque exurgẽs nimio timore perterrita cucurrit ad virginem, quæ tũc monasterio abbatissæ vice præfuit, cui nomen erat Frigit, fletuq; ac lachrymis multũ perfusa, ac suspiria lõga trahens, nunciauit matrem illarũ omniũ Hildam abbatissam iam migrasse de seculo, & se aspectante cum luce immensa ducibus angelis ad æternæ limina lucis & supernorum cõsortia ciuium ascendisse. Quod cùm illa audisset, suscitauit cunctas sorores, & in ecclesiam conuocatas, orationibus ac psalmis pro anima matris operam dare monuit. Quod cùm residuo noctis tẽpore diligenter agerẽt, venerũt primo diluculo fratres qui eius obitum nunciarent à loco vbi defuncta est. At illi respondentes dixerunt se prius eadem cognouisse, & cùm exponerent per ordinem quomodo hæc vel quando didicissent, inuentum est eadem hora trãsitum eius illis ostensum esse per visionẽ, qua illam referebant exisse de mundo. Pulchráque rerũ cõcordia procuratum est diuinitus, vt cùm illi exitum eius de hac vita viderent, tunc isti introitum eius in perpetuã animarũ vitam cognoscerent. Distant autem inter se monasteria hæc tredecim fermè milibus passuum. Ferũt autem quòd eadem nocte in ipso quoque monasterio vbi præfata Dei famula obiit, cuidam virginum Deo deuotarum quæ illam immenso amore diligebat, obitus illius in visione apparuerit, quæ animam eius cum angelis ad cœlum ire cõspexerit, atque hoc ipsa qua factum est hora his quæ secũ erant famulabus Christi manifestè narrauerit, eásque ad orandũ pro anima eius, etiam priusquam cætera congregatio eius obitum cognouisset, excitauerit. Quod ita fuisse factum mox congre-

Hilda Romã vadit.

Tatfrid.

Somnium.

Infirmitas.

Viaticum salutis.

Sanctarũ animarum ductores Angeli.

congregationi mane facto innotuit. Erat enim hæc ipsa hora cum aliis nonnullis Christi ancillis in extremis monasterij locis seorsum posita, vbi nuper venientes ad conuersionem fœminæ solebant probari, donec regulariter institutæ in societatem congregationis susciperentur.

IN huius monasterio abbatissæ fuit frater quidam diuina gratia specialiter insignis, qui carmina religioni & pietati apta facere solebat, ita vt quicquid ex diuinis literis per interpretes disceret, hoc ipse post pusillũ verbis poëticis maxima suauitate & compunctione cõpositis in sua, id est, Anglorum lingua proferret: cuius carminibus multorum sæpe animi ad cõtemptum seculi, & ad appetitũ sunt vitæ cœlestis accensi. Et quidem & alij post illum in gente Anglorum religiosa poëmata facere tentabant, sed nullus ei æquiparari potuit. Nãque ipse non ab hominibus, neque per hominẽ institutus canendi artem didicit, sed diuinitus adiutus, gratis canendi donum accepit. Vnde nihil vnquam friuoli & superuacui poëmatis facere potuit, sed ea tantummodo quæ ad religionem pertinent, religiosam eius linguam decebãt. Siquidem in habitu seculari vsque ad tempora prouectioris ætatis cõstitutus, nil carminũm aliquando didicerat. Vnde nonnunquam in conuiuio cùm esset lætitiæ causa decretum vt omnes per ordinem cantare deberent, ille vbi appropinquare sibi citharam cernebat, surgebat à media cœna, & egressus ad suam domum repedabat. Quod dum tẽpore quodam faceret, & relicta domo cõuiuij egressus esset ad stabula iumẽtorũ, quorũ ei custodia nocte illa erat delegata, ibíque hora iam competenti membra dedisset sopori, astitit ei quidam per somnium, eúmque salutãs ac suo appellans nomine, Cedmõ, inquit, canta mihi aliquid. At ille respondit, Nescio, inquit, cãtare. Nam & ideo de conuiuio egressus, huc recessi, quia cantare non poteram. Rursum ille qui cum eo loquebatur, Attamen, ait, cantare mihi habes. Quid, inquit, debeo cantare? At ille: Canta, inquit, principium creaturarum. Quo accepto respõso, statim ipse cœpit cãtare in laudem Dei cõditoris, versus quos nũquam audierat, quorũ iste est sensus. Nũc laudare debemus auctorẽ regni cœlestis, potẽtiam creatoris, & cõsiliũ illius, facta patris gloriæ. Quomodo ille cum sit æternus Deus omniũ miraculorũ auctor extitit, qui primò filiis hominũ cœlũ pro culmine tecti, dehinc terrã custos humani generis omnipotens creauit: hic est sensus, non autẽ ordo ipse verborum quæ dormiens ille canebat. Neque enim possunt carmina quamuis optimè cõposita ex alia in aliam linguam ad verbũ sine detrimento sui decoris ac dignitatis trãsferri. Exurgẽs autẽ à somno cũcta quę dormiens cantauerat, memoriter retinuit, & his mox plura in cũdem modũ verba Deo digni carminis adiunxit. Veniénsque mane ad villicum qui sibi præerat, quid doni percepisset indicauit, atque ad abbatissam perductus, iussus est multis doctioribus viris præsentibus indicare somnium, & dicere carmẽ, vt vniuersorũ iudicio quid vel vnde esset quod referebat, probaretur. Visúmque est omnibus cœlestem ei à Domino cõcessam esse gratiam. Exponebãtque illi quendam sacræ historiæ siue doctrinæ sermonem, præcipientes ei si posset hunc in modulationem carminis transferre. At ille suscepto negotio abiit, & mane rediens optimo carmine quod iubebatur cõpositum reddidit, vnde mox abbatissa amplexata gratiã Dei in viro secularem, illum habitũ relinquere & monachicũ suscipere proposítum docuit. Susceptúmque in monasterium cum omnibus suis fratrum cohorti associauit, iussítque illum seriem sacræ historiæ doceri. At ipse cuncta quæ audiendo discere poterat, rememorando secum & quasi mũdum animal ruminando in carmen dulcissimũ cõuertebat, suauiúsque resonãdo doctores suos vicissim auditores faciebat suos. Canebat autẽ de creatione mundi, & origine humani generis, & tota Genesis historia, de egressu Israël ex AEgypto, & ingressu in terrã repromissionis. De aliis plurimis sacræ scripturæ historiis, de incarnatione domini, ac passione, & resurrectione, & ascensione in cœlum, de aduentu spiritussancti, & apostolorum doctrina. Item de terrore futuri iudicij, & horrorẽ pœnæ gehennalis, ac dulcedine regni cœlestis multa carmina faciebat. Sed & alia perplura, de beneficiis & iudiciis diuinis, in quibus cũctis homines ab amore scelerum abstrahere, ad dilectionẽ verò & solertiam bonæ actionis excitare curabat. Erat enim vir multum religiosus, & regularibus disciplinis humiliter subditus, aduersum verò illos qui aliter facere volebant, zelo magni feruoris accensus: vnde & pulchro vitam suam fine concluſit. Nam propinquãte hora sui discessus, quatuordecim diebus præueniente corporea infirmitate pressus est, adeò tamẽ moderatè, vt & loqui toto eo tempore posset & ingredi. Erat autẽ in proxima casa, in qua infirmiores & qui prope morituri esse videbantur, induci solebant. Rogauit ergo ministrum suũ vespere incũbente nocte qua de seculo erat exiturus, vt in ea sibi locum quiescẽdi præpararet. Qui miratus cur hoc rogaret, qui nequaquã adhuc moriturus esse videbatur, fecit tamen quod dixerat. Cúmque ibidem positi vicissim aliqua gaudente animo vnà cum eis qui ibidem ante inerant, loquerentur ac iocarentur, & iam mediæ noctis tempus esset transcensum, interrogauit omnes si Eucharistiam intus habrent: respondebant, Quid opus est Eucharistia? neque enim mori adhuc habes, qui tam hilariter nobiscum velut sospes loqueris. Rursus ille: Et tamen, ait, afferte mihi Eucharistiam. Qua accepta in manu, interrogauit si omnes placidum erga se animum & sine querela controuersiæ ac rancoris haberent. Respondebant omnes, placidissimam se mentem ad illum & ab omni ira remotam habere: eúmque vicissim rogabant, an placidam erga ipsos mentem haberet: qui confestim respondit: Placidam ego mentem, filioli, erga omnes famulos Dei gero. Sícque se cœlesti muniens viatico vitæ alterius ingressui parauit, & interrogauit quàm prope esset hora qua fratres ad dicendas Domino laudes nocturnas excitari deberent: respondebant: Non longè est. At ille: Benè ergo, expectemus horam illam. Er signans se signo

Cap. XIIII.

Cantandi donum conceditur diuinitus.

Christianæ Cantiones.

communicat moriturus.

sanctæ crucis reclinauit caput ad ceruical, modicúmque obdormiens ita cum silentio vitam finiuit. F
Sícque factum est vt quomodo simplici ac pura mente tranquilláque deuotione Domino seruierat, ita & iam tranquilla morte mundum relinquens ad eius visionem veniret. Illáque lingua quæ tot salutaria verba in laudem conditoris composuerat, vltima quæque verba in laudem ipsius signando sese & spiritum suum in manus eius commendando clauderet: qui etiam præscius sui obitus extitisse ex his quæ narrauimus videtur.

Præmisso mortis.

CAP. XXV. *Visio monast. Colodanæ ruinã significans.*

HIS temporibus monasterium virginum, quod Coludiurbem cognominant, cuius & supra meminimus, per culpam incuriæ flammis absumptum est. Quod tamen à malitia inhabitantium in eo, & præcipuè illorum qui maiores esse videbantur, contigisse omnes qui nouere, facilimè potuerunt aduertere. Sed nõ *defuit puniendis* admonitio diuinæ pietatis, qua correcti per ieiunia, fletus & preces iram à se instar *Niniuitarũ* iusti iudicis auerterent. Erat nanque in eodẽ monasterio vir de genere Scottorum, *Adamanus* vocabulo, ducens vitam in continentia & orationibus multũ Deo deuotam, ita vt nil vnquã *cibi* vel potus, excepta die Dominica & quinta Sabbati, percipęret: sæpè autẽ noctes integras *peruigil* in oratione trãsigeret. Quæ quidem illi districtio vitæ arctioris primò ex necessitate G emendãdæ suæ prauitatis obuenerat: sed procedẽte tempore necessitatem in consuetudinẽ verterat. Siquidem in adolescentia sua sceleris aliquid commiserat, quod commissum vbi ad cor suum rediit, grauissimè exhorruit, & se pro illo puniendum à districto iudice timebat. Accedens ergo ad sacerdotem à quo sibi sperabat iter salutis posse demonstrari, confessus est reatũ suũ, petiítque vt cõsilium *sibi* daret, quo posset fugere à ventura Dei ira. Qui audito eius commisso, dixit: Grande vulnus grandioris curam medelæ desiderat, & ideo ieiuniis, psalmis, & orationibus quantum vales insiste, quò

Adamanus.

Confessio.

præoccupando faciem Domini in confessione propitiũ eum inuenire mereris. At ille quem nimius reæ conscientiæ tenebat dolor, & internis peccatorũ vinculis quibus grauabatur ocyus desiderabat absolui: A dolescentior sum (inquit) ætate & vegetus corpore, quicquid mihi imposueris agendum, dummodo saluus fiam in die Domini, totum facilè feram, etiam si totam noctem stando in precibus peragere, & integrã septimanam iubeas abstinendo trãsigere. Qui dixit: Multũ est vt tota septimana absque alimento corporis perdures, sed biduanum vel triduanum satis est obseruare ieiunium. Hoc facito donec post modicum tempus rediens ad te, quid facere debeas, & quãdiu pœnitẽtiæ insistere H tibi plenius ostendam. Quibus dictis, & descripta illi mensura pœnitẽdi, abiit sacerdos. Et ingruente causa subita secessit Hyberniam, vnde originẽ duxerat, neque vltra ad eũ iuxta suum condictũ rediit.

Ieiunium.

At ipse memor præcepti eius simul & promissi sui, totum se lachrymis, pœnitentiæ, vigiliis sanctis, & continentiæ mancipauit, ita vt quinta solùm Sabbati & Dominica (sicut prædixi) reficeretur, cæteris septimanę diebus ieiunus permaneret. Cúmque sacerdotem suũ Hyberniam secessisse, ibique defunctum esse audisset, semper ex eo tempore, iuxta condictum eius memoratum, continentiæ modum obseruabat. Et quod causa diuini timoris semel ob reatũ cõpunctus cœperat, iã causa diuini amoris delectatus præmiis indefessus agebat. Quod dum multo tempore sedulus exequeretur, cõtigit eum die quadam de monasterio illo longius egressum, comitante secum vno de fratribus, peracto itinere redire. Qui cùm monasterio propinquarent, & ædificia illius sublimiter erecta aspicerent, solutus est in lachrymas vir Dei, & tristitiam cordis vultu indice prodebat. Quod intuens comes, quare faceret *inquisiuit*. At ille: Cuncta, inquit, hæc quæ cernis ædificia publica vel priuata, in proximo est vt ignis I absumens, in cinerem conuertat. Quod ille audiens, mox vt intrauerunt monasterium matri congregationis vocabulo Ebbæ curauit indicare. At illa meritò turbata de tali præsagio, vocauit ad se virũ,

Visio.

& diligentius ab eo rem vel vnde hoc ipse nosset, inquirebat. Qui ait: Nuper præoccupatus noctu vigiliis & psalmis, vidi astantem mihi subitò quendam incogniti vultus, cuius præsentia cum essem exterritus, dixit mihi, ne timerem, & quasi familiari me voce alloquens: Benefacis, inquit, qui tẽpore isto nocturno quietis, nõ somno indulgere, sed vigiliis & orationibus insistere valuisti. At ego: Noui, inquam, multũ mihi esse necesse vigiliis salutaribus insistere, & pro meis erratibus sedulò Dominum deprecari. Qui adiiciens: Verum, inquit, dicis, quia tibi & multis opus est peccata sua bonis operibus redimere, & cùm cessant à laboribus rerum temporalium, tunc pro appetitu æternorum bonorum liberius laborare: sed hoc tamen pauciſſimi faciunt. Siquidem modò totum hoc monasterium ex ordine perlustrans, singulorũ casas ac lectos inspexi, & neminẽ ex omnibus præter te erga sanitatem animæ suæ occupatum reperi: sed omnes prorsus & viri & fœminæ aut somno torpent inerti, aut ad peccata vigilant. Nam & domunculæ quæ ad orandum vel legendum factæ erant, nunc in comessationum, potationum, fabulationum, & cæterarum sunt illecebrarum cubilia cõuersæ. Virgines

Abusus monasteriorum.

quoque Deo dicatæ, contempta reuerentia suæ professionis, quotiescunque vacant, texendis subtilioribus indumentis operam dant, quibus aut se ipsas ad vicem sponsarum in periculum sui status adornent, aut externorũ sibi virorum amicitiam cõparent. Vnde meritò loco huic & habitatoribus eius grauis de cœlo vindicta flammis sæuientibus præparata est. Dixit autem abbatissa: Et quare nõ citius hoc cõpertum mihi reuelare voluisti? Qui respõdit: Timui propter reuerentiã tuam ne fortè nimiũ cõturbareris: & tamen hanc consolationem habeas, quod in diebus tuis hæc plaga non superueniet. Qua diuulgata visione aliquãtulũ loci accolę paucis diebus timere, & se ipsos intermissis facinoribus castigare cœperũt. Verùm post obitũ ipsius abbatissæ redierũt ad pristinas sordes, imò sceleratiora fecerũt. Et cũ dicerẽt. Pax & securitas, extẽplo præfatæ vltionis sunt pœna multati. Quę mihi cuncta

A cuncta sic esse facta reuerẽdissimus meus compresbyter Edgils referebat: qui tũc in illo monasterio degebat. Postea autem discedẽtibus inde ob desolationem plurimis incolarũ, in nostro monasterio plurimo tempore conuersatus, ibidémque defunctus est. Hæc ideo nostræ historiæ inserenda credidimus, vt admoneremus lectorem operum Domini, quàm terribilis sit in consiliis super filios hominum, ne fortè nos tempore aliquo carnis illecebris seruientes, minúsque Dei iudiciũ formidãtes, repentina ira eius corripiat, & vel temporalibus damnis iustè sæuiens affligat, vel ad perpetuam perditionem districtius exanimans tollat.

CAP. XXVI. *Ecgfridus & Lotherius reges moriuntur. Polyd. lib. 4. hist. Angl.*

ANNO dominicæ incarnationis sexcentesimo octogesimo quarto Ecgfridus rex Nordan Humbrorum misso Hyberniam cum exercitu duce Berto vastauit miserè gentem innoxiam, & nationi Anglorum semper amicissimam, ita vt nec ecclesiis quidem aut monasteriis manus parceret hostilis. At insulani & quãtum valuere armis arma repellebant, & inuocãtes diuinæ auxilium pietatis cælitus se vindicari continuis diu imprecationibus postulabãt. Et quamuis maledici regnum Dei possidere non possint, creditum tamen est quòd hi qui merito impietatis suæ maledicebantur, ocyus Domino B vindice pœnas sui reatus luerent. Siquidem anno post hunc proximo idem rex cũ temerè exercitum ad vastandam Pictorum prouinciam duxisset, multum prohibentibus amicis, & maximè beatæ memorię Cudberto, qui nuper fuerat ordinatus episcopus, introductus est (simulantibus fugã hostibus) in angustias inaccessorum montium, & cum maxima parte copiarũ quas secum adduxerat extinctus, anno ætatis suæ quadragesimo, regni autem 15. die 13. kalendarum Iuniarum. Et quidem (vt dixi) prohibuerunt amici ne hoc bellum iniret, sed quomodo anno præcedente noluerat audire reuerendissimum patrem Ecgbertum, ne Scottiam nil se lędẽtem impugnaret, datum est illi ex pœna peccati illius, ne nunc eos qui ipsum ab interitu reuocare cupiebant, audiret. Ex quo tempore spes cœpit & virtus regni Anglorum fluere, ac retrò sublapsa referri. Nam & Picti terram possessionis suæ quam tenuerunt Angli & Scotti, qui erant in Britannia, & Britonum quoque pars nonnulla libertatem receperunt, quam & hactenus habent per annos circiter quadraginta sex. Vbi inter plurimas gentes Anglorum vel interemptos gladio, vel seruitio addictos, vel de terra Pictorum fuga lapsos, etiam reuerendissimus vir domini Trumwini, qui in eos episcopatum acceperat, recessit cum suis qui erant C in monasterio Ebbercurni, posito quidem in regione Anglorũ, sed in vicinia freti, quod Anglorum terras Pictorúmque disterminat. Eósque vbicumque poterat amicis per monasteria commendans, ipse in sæpè dicto famulorum famularúmque Dei monasterio, quod vocatur Streaneshalch, locum mãsionis elegit: ibíque cum paucis suorum in monachica districtione vitã non sibi solummodò, sed & multis vtilem plurimo annorum tẽpore duxit. Vbi etiã defunctus, in ecclesia beati Petri apostoli iuxta honorem & vita & gradu eius condignum conditus est. Præerat quidem tunc idem monasterio regia virgo Elflet, vna cum matre Eanflede, quarum suprà fecimus mẽtionem. Sed aduenientę illuc episcopo maximum regendi auxilium simul & suæ vitæ solatium deuota Deo dotrix inuenit. Successit autem Ecgfrido in regnum Altfrit, vir in scripturis doctissimus, qui frater eius & filius Osuini regis esse dicebatur. Destructúmque regni statum, quamuis intra fines angustiores, nobiliter recuperauit. Quo videlicet anno, qui est ab incarnatione dominica sexcentesimus octogesimus quintus, Lothere Cantuariorum rex cùm post Ecgbertum fratrem suum, qui nouem annis regnauerat, ipse duodecim annis regnasset, mortuus erat octauo Idus Februarij. Vulneratus nãque est D in pugna Australium Saxonum, quã contra eum Edric filius Ecgberti aggregarat, & *inter* medẽdum defunctus est. Ac post eum idem Edric anno vno ac dimidio regnauit. Quo defuncto regnum illud per aliquod temporis spatium reges dubij vel externi disperdiderunt, donec legitimus rex Victred, id est, filius Ecgberti confortatus in regno, religione simul & industria gentem suam ab extranea inuasione liberaret.

CA. XXVII. *Cudberti sanctitas. Boeth. lib. 9. hist. Scot. & polyd. 4. Angl. Æda in Chron.*

IPSO etiam anno quo finem vitæ accepit rex Ecgfridus episcopum (vt diximus) fecit ordinari Lindisfarnẽsium ecclesiæ virum sanctum & venerabilem Cudbertum, qui in insula permodica, quæ appellatur Farne, & ab eadem ecclesia nouẽ fermè milibus passuum in Oceano procul abest, vitam solitariã per annos plures in magna corporis & mentis cõtinentia duxerat. Qui quidẽ à prima ętate pueritiæ studio religiosæ vitæ semper ardebat: sed ab ineunte adolescentia monachicum & nomen assumpsit & habitum. Intrauit enim primò monasterium Mailros, quod in ripa Tindi fluminis positũ, tunc abbas Eata vir omnium mãsuetissimus regebat. Qui postea episcopus Hagustaldensis siue E Lindisfarnensis ecclesiæ factus est, vt suprà memorauimus. Cui tempore illo præpositus Boisil, magnarum virtutum & prophetici spiritus sacerdos fuit. Huius discipulatui Cudbertus humiliter subditus, & scientiam ab eo sanctarum scripturarum, & bonorum operum sumpsit exempla. Qui postquam migrauit ad dominum, Cudbertus eidem monasterio factus præpositus, plures & auctoritate magistri & exemplo suæ actionis regularem instituebat ad vitam. Nec solùm ipsi monasterio regularis vitæ monita simul & exempla præbebat, sed & vulgus circumpositum longè latéque à vita stultæ consuetudinis ad cœlestium gaudiorum conuertere curabat amorem. Nam & multi fidem quam habebant iniquis profanabant operibus, & aliqui etiam tempore mortalitatis neglectis fidei sacramentis (quibus erant imbuti) ad erratica idololatriæ medicamina concurrebant, quasi missam à Deo conditore plagam per incantationes vel filacteria, vel alia quælibet dæmoniacæ artis arcana cohibere valerent. Ad vtrorumque ergo corrigendum errorem crebrò ipse de

monasterio egressus,aliquotiens equo sedens,sed sæpius pedibus incedens, circumpositas veniebat F
ad villas,& viam veritatis prædicabat errantibus,quod ipsum etiam Boisil suo tẽpore facere consue-
uerat. Erat quippè moris eo tẽpore populis Anglorum, vt veniente in villam clerico vel presbytero
cuncti ad eius imperium verbum auditurí conflluerent,libenter ea quæ dicerentur audirent, libẽtius
ea quæ audire & intelligere poterant,operando sequerentur. Porrò Cudberto tanta erat dicendi
confessio. peritia, tantus amor persuadendi quæ docuerat, tale vultus angelici lumen, vt nullus præsentium
latebras ei sui cordis celare præsumeret, quin omnes palam quæ gesserant confitendo proferrent:
pœnitentia. quia nimirum hæc eadem illum latere nullo modo putarent, & confessa dignis (vt imperabat) pœ-
nitẽtiæ fructibus abstergerẽt. Solebat autem ea maximè loca peragrare,& illis prædicare in viculis,
qui in arduis asperíssque montibus procul positi aliis horrori erãt ad visendum, & paupertate pariter
ac rusticitate sua doctorũ arcebant accessum. Quos tamen ille libenter pio mancipatus labori tanta
doctrinæ solertis excolebat industria, vt de monasterio egressus sæpè hebdomada integra,aliquãdo
duabus vel tribus, nonnunquam etiam mense pleno domum non rediret. Sed demoratus in mon-
tanis plebem rusticam verbo prædicationis simul & opere virtutis ad cœlestia vocaret. Cùm ergo G
venerabilis Domini famulus multos in Mailrosensi monasterio degens annos, magnis virtutum
signis effulgeret, transtulit eum reuerendissimus abbas ipsius Eata ad insulam Lindisfarnensium, vt
ibi quoque fratribus custodiam disciplinæ regularis & auctoritate præpositi intimaret, & propria
actione prẽmonstraret. Nam & ipsum locum tunc idem reuerendissimus pater abbatis iure regebat.
Siquidem à temporibus antiquis ibidem & episcopus cum clero, & abbas solebat manere cum mo-
Morabatur olim cũ clero episcopus & Abbas cum monachis. nachis, qui tamen & ipsi ad curam episcopi familiariter pertinerent. Quia nimirum Aidan,qui pri-
mus eius loci episcopus fuit, cum monachis illuc & ipse monachus aduenies, monachicam in eo
conuersationem instituit. Quomodo & prius beatus pater Augustinus in Cantia feciſſe noscitur,
scribente ei reuerendissimo papa Gregorio,quod & supra posuimus. Sed quia tua fraternitas,inquit,
monasterij regulis erudita seorsum fieri non debet à clericis suis in ecclesia Anglorum, quæ nuper
auctore Deo ad fidem perducta est, hanc debet conuersationem instituere, quæ in initio nascentis
ecclesiæ fuit patribus nostris, in quibus nullus eorum ex his quæ possidebant aliquid suum esse di-
cebat: sed erant eis omnia communia. H

CAP. XXVIII. EXIN Cudbertus crescentibus meritis religiosæ intentionis,ad anachoreticę quoque contem-
plationis (quæ diximus) silentia secreta peruenit. Verùm quia de vita illius & virtutibus ante annos
plures sufficienter & versibus heroicis & simplici oratione conscripsimus, hoc tantùm in præsenti
commemorare satis sit, quòd aduturus insulam protestatus est fratribus,dicens: Si mihi diuina gratia
in loco illo donauerit vt de opere manuum mearum viuere queam, libens ibi morabor: sin aliàs,ad
vos citissimè Deo volente reuertar. Erat autem locus & aquæ prorsus & frugis & arboris inops, sed
Cudberti aduentus fugat dæmones. & spirituũ malignorum frequẽtia humanæ habitationi minus accommodus: sed ad votum viri Dei
habitabilis per omnia factus est: siquidem ad aduentũ eius spiritus recesserunt maligni. Cum autem
ipse sibi ibidem expulsis hostibus mansionem angustam circumuallante aggere & domos in ea ne-
cessarias iuuante fratrum manu, id est, oratorium & habitaculum commune constructisset, iussit
fratres in eiusdem habitaculi pauimento foueam facere: erat autem tellus durissima & saxosa, cui
nulla omnino species venæ fontanæ videretur inesse. Quod dum facerent ad fidem & preces famuli
Fons oratione producitur. Dei,alio die aqua plena inuenta est, quæ vsque ad hanc diem sufficientem cunctis illò aduenientibus I
gratiæ suæ cœlestis copiam ministrat. Sed & ferramenta sibi ruralia cum frumento afferri rogauit,
quod dum prẽparata terra tempore cõgruo seminaret,nil omninò non dico spicarum,sed ne herbæ
quidem ex eo germinari vsque ad æstatis tempora contigit. Vnde visitantibus se ex more fratribus
hordeum iussit afferri, si fortè vel natura soli illius, vel voluntas esset superni largitoris, vt illius fru-
gis ibi potius seges oriretur. Quod dum sibi allatum vltra omne tempus serendi, vltra omnem spem
Seges extra tempus. fructificandi eodem in agro seroret, mox copiosa seges exorta desideratam proprij laboris viro Dei
refectionem præbebat. Cum ergo ibidem multis annis Deo solitarius seruiret (tanta autem erat
altitudo aggeris quo mansio eius erat vallata, vt cœlum tantùm ex ea, cuius introitum sitiebat,
aspicere posset) contigit vt congregata synodo non parua sub præsentia regis Ecgfridi iuxta fluuium
Alnæ,in loco qui dicitur Adtvviforda,quod significat ad duplex vadum,cui beatæ memoriæ Theo-
dorus archiepiscopus præsidebat, vno animo omniumque consensu ad episcopatum ecclesiæ Lin-
disfarnensis eligeretur. Qui cùm multis legatariis,ac litteris ad se præmissis nequaquam suo mona- K
sterio posset erui,tandem rex ipse præfatus vnà cum sanctissimo antistite Trumvvini,necnon & aliis
religiosis ac potentibus viris in insulam nauigauit. Conueniunt & de ipsa insula Lindisfarnensi in
hoc ipsum multi de fratribus, genu flectunt, omnes adiurant per Dominum, lachrymas fundunt,
obsecrant, donec ipsum quoque lachrymis dulcibus plenum extrahunt latebris, atque in synodum
pertrahunt. Quò dum peruenirent, quamuis multum renitens, vnanima cunctorum voluntate supe-
ratur, atque ad suscipiendum episcopatus officium collum submittere compellitur. Eo maximè
victus sermone, quo famulus Dei Boisil (cùm mente prophetica cuncta quæ ei essent superuẽtura
patefaceret) antistitem quoque eum futurum esse prædixerat. Non tamen statim ordinatio decreta,
Cudbertus episcopatur. sed peracta hyeme quæ imminebat in ipsa solennitate Paschali completa est Eboraci, sub præsentia
præfati regis Ecgfridi, conuenientibus ad consecrationem eius septem episcopis, in quibus beatæ
memoriæ

A memoriæ Theodorus primatum tenebat. Electus est autem primò in episcopatum Haguſtaldensis
ecclesiæ pro Trumberto, qui ab episcopatu fuerat depositus. Sed quoniam ipse plus Lindisfarnensi
ecclesiæ in qua conuersatus fuerat, dilexit præfici, placuit vt Eata reuerso ad sedem ecclesiæ Hagu-
stãldensis, cui regendæ primò fuerat ordinatus, Cudbertus ecclesiæ Lindisfarnẽsis gubernacula
susciperet. Qui susceptum episcopatus gradum, ad imitationem beatorum apostolorum, virtutum
ornabat operibus. Commissam namque sibi plebem & orationibus protegebat assiduis,& admoni-
tionibus saluberrimis ad cœlestia vocabat. Et (quod maximè doctores iuuare solet) ea quæ agenda
docebat,ipse prius agendo præmonstrabat. Erat quippè ante omnia diuinæ charitatis igne feruidus,
patientiæ virtute modestus, orationum deuotioni solertissimè intentus, affabilis omnibus, qui ad
se consolationis gratia veniebant. Hoc ipsum quoque orationis loco ducens, si infirmis fratribus
opem suæ exhortationis tribueret, sciens quia qui dixit: Diliges dominum Deum tuum, dixit &:
Diliges proximum tuum sicut teipsum. Erat & abstinentiæ castigatione insignis, erat gratia com-
punctionis semper ad cœlestia suspensus. Denique cum sacrificium Deo victimæ salutaris offerret,
B non eleuata in altum voce, sed profusis eximo pectore lachrymis, Domino sua vota cõmendabat.
Duobus autem annis in episcopatu peractis, repetiit insulam ac monasterium suum diuino admo-
nitus oraculo, quia dies sibi mortis, vel vitæ magis illius quæ sola vita dicenda est, iam appropiaret
introitus: sicut ipse quoque tempore eodem nonnullis, sed verbis obscurioribus, quæ tamen post-
modum manifestè intelligerentur, solita sibi simplicitate pandebat: quibusdam autem hoc idem
etiam manifestè reuelabat.

ERAT enim quidam presbyter vitæ & morum probitate venerabilis,nomine Herebertus,iam CAP. XXIX.
dudum viro Dei spiritalis amicitiæ fœdere copulatus: qui in insula stagni illius pergrandis, de quo *Cudbertus diem obitus prædicit.*
Dervventionis fluuij primordia erumpunt, vitam ducens solitariam, annis singulis eum visitare,&
monita perpetuę ab eo salutis audire solebat. Hic cum audiret eum ad ciuitatem Lugubaliam deue-
nisse, venit ex more cupiens salutaribus eius exhortationibus ad superna desideria magis magísque
accendi. Qui dum sese alterutrum cœlestis vitæ poculis debriarent, dixit inter alia antistes: Me-
C mento, frater Hereberte, vt modò quicquid opus habes me interroges, mecúmque loquaris:
postquam enim abinuicem digressi fuerimus, non vltra nos in hoc seculo carnis obtutibus inuicem
aspiciemus. Certus sum namque, quia tempus meæ resolutionis instat, & velox est depositio taber-
naculi mei. Qui hæc audiens, prouolutus est eius vestigiis, & fusis cum gemitu lachrymis: Obsecro
(inquit) per Dominum ne me deseras: sed tui memor sis fidelissimi sodalis, rogésque supernam pie-
tatem,vt cui simul in terris seruiuimus,ad eius videndam gratiam simul transeamus ad cœlos. Nosti
enim quia ad tui oris imperium semper viuere studui, & quicquid ignorantia vel fragilitate deliqui,
æquè ad tuæ voluntatis examen mox emendare curaui. Incubuit precibus Antistes, statímque *Cudbertus*
edoctus in spiritu impetrasse se quod petebat à Domino: Surge(inquit)frater mi,& noli plorare,sed *et Herebertus à Deo simul mori impetrarunt.*
gaudio gaude,quia quod rogauimus, superna nobis clementia donauit. Cuius promissi & prophetię
veritatem sequens rerum astruxit euentus, quia & digredientes abinuicem non se vltra corporaliter
viderunt,sed vno eodémque die,hoc est, calendarum Aprilium tertiadecima egredientes è corpore
spiritus eorũ,mox beata inuicem visione cõiuncti sunt,atque angelico ministerio pariter ad regnum
D cœleste translati. Sed Herebertus diutina prius infirmitate decoquitur, illa vt credibile est dispen-
satione dominicæ pietatis,vt si quid minus haberet meriti à beato Cudberto,suppleret hoc castigans
longæ ægritudinis dolor, quatenus æquatus gratia suo intercessori, sicut vno eodémque tempore
cum eo de corpore egredi, ita etiã vna atque indissimili sede perpetuæ beatitudinis meruisset recipi.
Obiit autem pater reuerendissimus in insula Farne, multum deprecatus fratres vt ibi quoque sepe-
liretur, vbi non paruo tempore pro Domino militarat. At tamen tandem eorum precibus victus,
assensum dedit vt ad insulam Lindisfarnensium relatus, in ecclesia deponeretur. Quod dum factum
esset, episcopatum ecclesiæ illius anno vno seruabat venerabilis antistes VVilfridus, donec eligeretur qui pro Cudberto antistes ordinari deberet. Ordinatus est autem post hæc Eadbertus vir, sci-
entia scripturarum diuinarum, simul & præceptorum cœlestium obseruantia, ac maximè eleemo- *Cudbertus decimas bonorum dedit pauperibus.*
synarum operatione insignis, ita vt iuxta legem omnibus annis decimam non solùm quadru-
pedum, verumetiam frugum omnium atque pomorum, necnon & vestimentorum partem pau-
peribus daret.

E VOLENS autem latius demonstrare diuina dispensatio quanta in gloria vir Domini Cudbertus CAP. XXX.
post mortem viueret, cuius ante mortem vita sublimis crebris etiam miraculorum patebat indiciis,
transactis sepulturæ eius annis vndecim, immisit in animo fratrum vt tollerent ossa illius. Qui more *Cudberti corpus non corrumpitur.*
mortuorum cõsumpto iam & in puluerẽ redacto corpore,reliqua sicca inuenienda putabant,atque
in nouo recondita loculo in eodem quidem loco, sed supra pauimentum dignæ venerationis gratia
locarent. Quod dum sibi placuisse Eadberto antistiti suo referrent, annuit consilio eorum,iussitque
vt die depositionis eius hoc facere meminissent. Fecerunt autem ita: & aperientes sepulchrum inue- *Leuantur reliquiæ die depositionis.*
nerunt corpus totum quasi adhuc viueret integrum,& flexibilibus artuum compagibus multo dor-
mienti quàm mortuo similius. Sed & vestimenta omnia quibus indutum erat nõ solùm intemerata,
verumetiam prisca nouitate & claritudine miranda apparebant. Quod vbi videre fratres,nimio mox
timore perculsi festinauerunt referre antistiti quę inuenerant, qui tum fortè in remotiori ab ecclesia

Edmentus. Quadrag. loco refluis vndique pelagi fluctibus cincto, solitarius manebat. In hoc etenim semper Quadrage- F
simæ tempus agere, in hoc quadraginta ante dominicũ natale dies in magna cõtinentiæ, orationis, & lachrymarum deuotione trãsigere solebat. In quo etiam venerabilis prædecessor eius Cudbertus priusquam insulam Farne peteret, aliquamdiu secretius Domino militabat. Attulerunt autem ei & partem indumentorum, quæ corpus sanctum ambierant, quæ cum ille & munera gratanter acciperet, & miracula libenter audiret: nã & ipsa indumenta quasi patris adhuc corpori circundata miro deosculabatur affectu. Noua, inquit, indumenta corpori pro his quæ tulistis circundate, & sic reponite in arcam quam parastis. Scio autem certissimè, quòd non diu vacuus remanebit locus ille, qui tanta miraculi cœlestis gratia sacratus est. Et quàm beatus est, cui in eo facultatem quiescendi dominus totius beatitudinis auctor atque largitor præstare dignabitur? Hęc & huiusmodi plura vbi multis cum lachrymis & magna compunctione antistes lingua etiam tremente compleuit, fecerunt fratres vt iusserat, & inuolutum nouo amictu corpus, nouáque in theca reconditum supra pauimentũ sanctuarij posuerũt. Nec mora, Deo dilectus antistes Eadbertus morbo correptus est acerbo, *Eadbertus meritor.* ac per dies crescente multúmque ingraueſcẽte ardore languoris, non multo post, id est, pridie nonas G
Maias etiã ipse migrauit ad dominum. Cuius etiam corpus in sepulchro benedicti patris Cudberti ponentes, posuerunt desuper arcam in qua incorrupta eiusdem patris membra locauerant. In quo etiam loco signa sanitatum aliquoties facta meritis amborum testimonium ferũt. E quibus aliqua in libro vitæ illius olim memoriæ mandauimus. Sed & in hac historia quædam quæ nos nuper audisse contigit, superadiicere commodum duximus.

CA. XXXI. Erat in eodem monasterio frater quidam nomine Beadvvegen tempore nõ pauco hospitum ministerio deseruiens, qui nunc vsque supereſt, testimonium habens ab vniuersis fratribus cũctisque superuenientibus hospitibus, quòd vir esset multæ pietatis ac religionis, iniunctóque sibi officio supernæ tantùm mercedis gratia subditus. Hic cùm quadam die lænas siue saga quibus in hospitali vtebatur, in mare lauisset, rediens domum repentinã medio itinere molestia corporali tactus est, ita vt corruens in terram, & aliquandiu pronus iacens, vix tandem resurgeret. Resurgens autem sensit dimidiam corporis sui partem à capite vsque ad pedes paralysis lãguore depressam, & maximo cum H
labore baculo innitens, domum peruenit. Crescebat morbus paulatim, & nocte superueniente grauior effectus est, ita vt die redeunte vix ipse per se exurgere aut incedere valeret. Quo affectus incommodo concepit vtile mente consilium, vt ad ecclesiam quoquo modo posset, perueniens, *Ad sepulchrũ cudberti sanatur paralyticus.* intraret ad tumbam reuerendissimi patris Cudberti, ibíque genibus flexis supplex supernam pietatem rogaret, vt vel ab huiusceemodi languore, si hoc sibi vtile esset, liberaretur: vel si se tali molestia diutius castigari diuina prouidẽte gratia oporteret, patienter dolorem ac placida mẽte sustineret illatum. Fecit igitur vt animo disposuerat, & imbecilles artus baculo sustentans intrauit ecclesiam, ac prosternens se ad corpus viri Dei, pia intentione per eius auxilium Dominum sibi fieri propitium precabatur. Atque inter preces velut in soporẽ solutus, sensit (vt ipse postea referre erat solitus) quasi magnam latámque manum caput sibi in parte qua dolebat tetigisse, eodémque tactu totam illã, quæ languore pressa fuerat, corporis sui partẽ paulatim fugiente dolore ac sanitate subsequente ad pedes vsque pertransisse. Quo facto mox euigilans saniſſimus surrexit, ac pro sua sanitate Domino gratias denuò referens, quid erga se actum esset fratribus indicauit. Cunctísque congaudentibus, ad ministerium quod solicitus exhibere solebat, quasi flagello probante castigatior rediit. Sed & indumẽta I
quibus Deo dicatum corpus Cudberti vel viuum antea vel postea defunctum vestierant, etiam ipsa à gratia curandi non vacarunt: sicut in volumine vitæ & virtutum eius, quisque legerit, inueniet.

CA. XXXII. *Ad Cudberti reliquias sanatur oculis ager.* Nec silentio prætereundum quod ante triennium per reliquias eius factum, nuper mihi per ipsum in quo factum est fratrem innotuit. Est autem factum in monasterio, quod iuxta amnem Dacore constructũ ab eo cognomen accepit, cui tunc vir religiosus Suidbertus abbatis iure præfuit. Erat namque in eo quidam adolescens, cui tumor deformis palpebram oculi fœdauerat, qui cum per dies crescens oculo interitũ minaretur, curabant medici hunc appositis pigmentorum fomẽtis emollire, nec valebant: quidam abscindendum esse dicebant, alij hoc fieri metu maioris periculi vetabant. Cúmque tempore non pauco frater præfatus tali incommodo laboraret, neque imminẽs oculo exitium humana manus curare valeret, quin potius per dies augescеret, contigit eum subitò diuinæ pietatis gratia per sanctissimi patris Cudberti reliquias sanari. Nam quãdo fratres sui corpus K
ipsius post multos sepulturæ annos incorruptum repererant, tulerunt partem de capillis, quam more reliquiarum rogantibus amicis dare vel ostendere in signum miraculi possent. Harum particulam reliquiarum eo tempore habebat penes se quidam de presbyteris eiusdem monasterij nomine Thridredus, qui nunc ipsius monasterij abbas est. Qui cùm die quadam ingressus ecclesiam apparuisset thecam reliquiarum, vt portionem earum roganti amico præstaret, contigit & ipsum adolescentem, cui oculis languebat, in eadem tunc ecclesia adesse. Cúmque presbyter portionem (quantam voluit) amico dedisset, residuum dedit adolescenti, vt suo in loco reponeret. At ille salubri instinctu admonitus, cùm accepisset capillos sancti capitis, apposuit palpebræ languenti, & aliquandiu tumorem illum infestum horum appositione comprimere ac mollire curabat. Quo facto reliquias vt iusserat sua in theca recondidit, credens suum oculum capillis viri Dei, quibus attactus erat, ocyus esse sanandum. Neque enim eum sua fides fefellit. Erat enim, vt referre est solitus, tunc circiter horam secundam

A secundã diei. Sed cùm alia quæque dies illa exigebat cogitaret & faceret, imminente hora ipsius diei sexta, repentè contingens oculum ita sanum cum palpebra inuenit, ac si nihil vnquam in eo deformitatis ac tumoris apparuisset.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ GENTIS ANGLORVM LIBER V.

Ædilvvaldus successor Cudberti tempestatem orando sedauit.

B Svccessit autem viro Domini Cudberto in exercẽda vita solitaria, quam in CAP. I.
insula Farne ante episcopatus sui tẽpora gerebat, vir venerabilis Aedilvvaldus, qui multis annis in monasterio quod dicitur Inripum acceptũ presbyteratus officium condignis gradu ipso consecrabat actibus. Cuius vt meritum vel vita qualis fuerit, clarescat certius, vnum eius narro miraculum, quod mihi vnus è fratribus, propter quos & in quibus patratũ est, ipse narrauit: videlicet Gudfridus venerabilis Christi famulus & presbyter, qui etiam postea fratribus eiusdem ecclesiæ Lindisfarnensis, in qua educatus est, abbatis iure præfuit. Veni, inquit, cum duobus fratribus aliis ad insulam Farne, loqui desiderans cũ reuerendissimo patre Aedilvvaldo. Cúmq; allocutione eius refecti & benedictione petita domũ rediremus, ecce subitò positis nobis in medio mari interrupta est serenitas qua vehebamur, & tanta ingruit támque fera tẽpestas hyemis, vt neque velo neque remigio quicquam proficere, neque aliud quàm mortẽ sperare valeremus. Cúmque diu multum cum vento pelagóque frustra certãtes, tandẽ
C post terga respiceremus, si fortè vel ipsam de qua egressi eramus insulam aliquo conamine repetere possemus, inuenimus nos vndiqueuersum pari tempestate præclusos, nullámque spem nobis restare salutis. Vbi autem longius visum leuauimus, vidimus in ipsa insula Farne egressum de latibulis suis amãtissimum Deo patrẽ Aedilvvaldum iter nostrum inspicere. Audito etenim fragore procellarum ac feruẽtis Oceani, exierat videre quid nobis accideret: cũque nos in labore ac desperatione positos cerneret, flectebat genua sua ad patrem domini nostri Iesu Christi, pro nostra vita & salute deprecaturus. Et cum orationem compleret, simul tumida æquora placauit, adeò vt cessante per omnia sæ- *Oratione sedatur tẽpestas* uitia tẽpestatis, secũdi nos venti ad terrã vsque per plana maris terga comitarẽtur. Cúmque cuadẽtes ad terram, nauiculã quoque nostram ab vndis exportaremus, mox eadẽ quæ nostri gratia modicum siluerat, tempestas rediit, & toto illo die multum furere non cessauit, vt palam daretur intelligi, quòd modica illa quæ prouenerat intercapedo quietis ad viri Dei preces nostræ cuasionis gratia cœlitus donata esset. Mansit itaque idẽ vir Dei in insula Farne duodecim annis, ibidémque defunctus est: sed in insula Lindisfarnẽsi iuxta prędatorum corpora episcoporũ in ecclesia sancti Petri apostoli sepultus
D est. Gesta verò sunt hæc temporibus Alfridi regis, qui pòst fratrem suum Ecgfridum genti Nordan Humbrorum decem & octo annis præfuit.

Hvivs regni principio, defuncto Eata episcopo, Ioannes vir sanctus Haguſtaldensis Ecclesiæ CAP. II.
præsulatum susceپit, de quo plura virtutum miracula, qui eum familiariter nouerunt, dicere solent, & maximè vir reuerendissimus ac veracissimus Berethun, diaconus quondã eius, nunc autem abbas monasterij quod vocatur Inderauuda, id est, in sylua Deirorum. E quibus aliqua memoriæ tradere *Inderauuda.* commodum duximus. Est autem mansio quædã secretior nemore raro & vallo circũdata, nõ longè ab Haguſtaldensi ecclesia, id est, vnius fermè miliarij & dimidij spatio interfluente Thino amne separata, habens cœmiterium sancti Michaelis archangeli, in qua vir Dei sæpius, vbi opportunitas arridebat temporis, & maximè in Quadragesima manere cum paucis, atque orationibus ac lectioni quietus operam darè consueuerat. Cúmque tempore quodam incipiente Quadragesima, ibidem mansurus adueniret, iussit suis quærere pauperem aliquem maiore infirmitate vel inopia grauatum,
E quem secum habere illis diebus ad faciendam eleemosynam posset. Sic enim semper facere solebat. Erat autem in villa non lõgè posita quidam adolescens mutus episcopo notus (nã sæpius ante illum percipiendæ eleemosynæ gratia venire consueuerat) qui ne vnum quidem sermonem vnquam profari poterat. Sed & scabiem tantam & furfures habebat in capite, vt nil vnquam capillorum ei in superiori parte capitis nasci valeret, tantùm in circuitu horridi crines stare videbantur. Hunc ergo adduci præcipit episcopus, & ei in conceptis eiusdem mansionis paruum tugurium fieri, in quo manens quotidianam ab eo stipem acciperet. Cúmque vna Quadragesimæ esset impleta septimana, sequenti dominica iussit ad se intrare pauperem. Ingresso linguam proferre ex ore, ac sibi ostendere *Ioannes Episcopus sancta cruce mutum* iussit, & apprehendens eum de mento, signum sanctæ crucis linguæ eius impressit, quam si- *sanauit.*
gnatam reuocare in os, & loqui illum præcepit: Dicito (inquiens) aliquod verbum, dicito gea gea, quod est, lingua Anglorum verbum affirmandi & consentiendi, id est, etiam. Dixit ille

ſtatim ſoluto vinculo linguæ quod iuſſus erat. Addidit epiſcopus nomina litterarum. Dicito a: dixit F
ille a: Dicito b: dixit ille b. Cúmque ſingula litterarum nomina dicente epiſcopo reſpõderet, addidit
& ſyllabas ac verba illi dicenda proponere. Et cum in omnibus conſequenter reſponderet, præcepit
eũ ſententias longiores dicere, & fecit. Neque vltrà ceſſauit tota die illa & nocte ſequente, quantum
vigilare potuit (vt ferunt qui præſentes fuere) loqui aliquid, & arcana ſuæ cogitationis ac voluntatis,
quod nunquam antea potuit, aliis oſtẽdere, in ſimilitudinẽ illius diu claudi, qui curatus ab apoſtolis
Act. 3. Petro & Iohanne, exiliens ſtetit & ambulabat, & intrauit cum illis in templum, ambulans & exiliens
& laudans dominum: gaudens nimirum vti officio pedum, quo tanto tempore erat deſtitutus. Cuius
ſanitati congaudens epiſcopus, præcepit medico etiam ſanandæ ſcabredini capitis eius curam adhi-
Benedictione curatur ſcabies. bere. Fecit vt iuſſerat, & iuuãte benedictione ac precibus antiſtitis, nata eſt cũ ſanitate cutis venuſta
ſpecies capillorum. Factúſque eſt iuuenis limpidus vultu, & loquela promptus, capillis pulcherrimè
criſpis, qui ante fuerat deformis, pauper & mutus: ſícque de percepta lætatus ſoſpitate, offerente ei
etiam epiſcopo, vt in ſua familia manendi locum acciperet, magis domum reuerſus eſt.

CAP. III. NARRAVIT idem Berechtus & aliud de præfato antiſtite miraculum. Quia cum reuerendiſ- G
ſimus vir *VVilfridus* poſt longum exilium in epiſcopatum eſſet Haguſtaldenſis eccleſiæ receptus, &
idem *Ioannes* defuncto Boſa viro multæ ſanctitatis & humilitatis epiſcopus pro eo Eboraci ſubſti-
tutus, venerit ipſe tempore quodam ad monaſterium virginum, in loco qui vocatur Vetadun, cui
tunc Hereburg abbatiſſa præfuit. Vbi cùm veniſſemus, inquit, & magno vniuerſorum gaudio ſuſ-
cepti eſſemus, indicauit nobis abbatiſſa, quòd quædam de numero virginum, quæ erat filia ipſius
carnalis, grauiſſimo languore teneretur, quia phlebotomata eſt nuper in brachio, & cum adhuc
eſſet in ſtudio, tacta eſt infirmitate repentini doloris. Quo mox increſcente magis grauatum eſt bra-
chium illud vulneratum, ac verſum in tumorem, adeò vt vix duabus manibus circumplecti poſſet,
ipſáque iacens in lecto præ nimietate doloris iam moritura videretur. Rogauit ergo epiſcopum ab-
batiſſa, vt intrare ad eam ac benedicere illam dignaretur, quia crederet eam ad benedictionem vel
tactum illius mox melius habituram. Interrogans autem ille quãdo phlebotomata eſſet puella, & vt
Phlebotomia quartæ lunæ periculoſa. cognouit quia in luna quarta, Dixit: Multum inſipienter & indoctè feciſtis, in luna quarta phlebото- H
mando. Memini enim beatæ memoriæ Theodorum archiepiſcopum dicere, quia periculoſa ſit ſatis
illius tẽporis phlebotomia, quãdo & lumẽ lunę & reuma Oceani incremẽto eſt. Et quid ego poſſum
puellæ ſi moritura eſt, facere? At illa inſtantius obſecrãs pro filia quam oppido diligebat (nam & ab-
batiſſam eam pro ſe facere diſpoſuerat) tandem obtinuit vt ad lãguentem intraret. Intrauit ergo me
ſecum aſſumpto ad virginem quæ iacebat multo, vt dixi, dolore cõſtricta, & brachio intantũ groſſe-
Ioannis Epiſcopi oratione ſanatur phlebotoma. ſcente, vt nihil prorſus in cubitu flexionis haberet. Et aſtans dixit orationẽ ſuper illam, ac benedicẽs
egreſſus eſt. Cúmque poſt hæc hora competẽte cõſederemus ad menſam, adueniens quidã clamauit
me, ducẽs foras & ait: Poſtulat Coenburg (hoc enim erat nomen virginis) vt ocyus regrediaris ad eã.
Quod dum facerẽ reperi illam ingrediens vultu hilariorẽ, & velut ſoſpiti ſimilem. Et dum aſſiderem
illi dixit: Vis petamus bibere? Et ego: Volo, inquã, & multũ delector ſi potes. Cúmque oblato poculo
biberemus ambo, cœpit mihi dicere, quòd ex quo epiſcop⁹ orationẽ pro me (benedictione cõpleta)
fecit, & egreſſus eſt, ſtatim melius habere incipio: & ſi necdum vires priſtinas recepi, dolor tamen
omnis & de brachio vbi ardentior inerat, & de toto meo corpore, velut ipſo epiſcopo foras eum ex- I
portante, funditus ablatus eſt, tametſi tumor adhuc in brachio manere videatur. Abeuntibus autem
nobis inde, continuo fugatũ dolorem mẽbrorum, fuga quoque tumoris horrẽdi ſecuta eſt, & erepta
morti ac doloribus virgo laudes Domino ſaluatori vnà cũ cæteris qui ibi erãt ſeruis illius referebat.

CAP. IIII. ALTVD quoque nõ multum huic diſſimile miraculum de præfato antiſtite narrauit idem abbas,
dicens: Villa erat comitis cuiuſdam, qui vocabatur Puch, non longè à monaſterio noſtro, id eſt,
Dedicatio Eccleſiæ. duorum fermè milium ſpatio ſeparata, cuius coniunx quadraginta fermè diebus erat acerbiſſimo
languore detenta, ita vt tribus ſeptimanis nõ poſſet de cubiculo in quo iacebat foras efferri. Cõtigit
autem eo tempore virum Dei illò ad dedicandam eccleſiam ab eodem comite vocari. Cúmque de-
dicata eſſet eccleſia, rogauit comes eum ad prandẽdum domũ ſuam ingredi, renuit epiſcopus dicẽs,
ſe ad monaſteriũ ad quod proximè erat reuerti debere. At ille obnixius precibus inſtãs, vouit etiam
ſe eleemoſynas pauperibus daturũ, dũmodo ille dignaretur ea die domũ ſuam ingrediens, ieiunium
ſoluere. Rogaui & ego vnà cùm illo, promittẽs etiã me eleemoſynas in alimoniã inopum dare, dum K
ille domum comitis pranſurus ac benedictionem daturus intraret. Cúmque hoc tardè ac difficulter
impetraremus, intrauimus ad reficiẽdum. Miſerat autem epiſcopus mulieri, quæ infirma iacebat, de
aqua benedicta quam in dedicationẽ eccleſiæ conſecrauerat, per vnum de his qui mecum venerant
Aqua benedicta mulier ſanatur. Matth. 8. fratribus, præcipiens vt guſtãdam illi daret, & vbicunque maximum ei dolorem ineſſe didiciſſet, de
ipſa eam aqua lauaret. Quod vt factũ eſt, ſurrexit ſtatim mulier ſana, & non ſolùm ſe infirmitate lõga
carere, ſed & perditas dudũ vires recepiſſe ſentiens, obtulit poculum epiſcopo, ac nobis: Cœptũque
miniſterium nobis omnibus propinandi vſque ad prandium completum nõ omiſit, imitata ſocrum
beati Petri, quæ cùm febrium fuiſſet ardoribus fatigata, ad tactum manus dominicæ ſurrexit, &
ſanitate ſimul ac virtute recepta miniſtrabat eis.

CAP. V. ALIO item tempore vocatus ad dedicandam eccleſiã comitis vocabulo Addi, cùm poſtulatum
compleſſet miniſterium, rogatus eſt ab eodem comite, intrare ad vnum de pueris eius qui acerrima

ægritudine

A ægritudine premebatur, ita vt deficiente penitus omnium mẽbrorum officio iamiamque moriturus *Ioannis Haguſtadenſis epiſcopi precibus reuocatur à morte puer.*
eſſe videretur. Cui etiam loculus iam tũc erat præparatus in quo defunctus condi deberet. Addidit
autem vir etiam lachrymas precibus, diligẽter obſecrans vt intraret oraturus pro illo, quia multum
neceſſaria ſibi eſſet vita ipſius. Crederet verò quia ſi ille ei manũ imponeret, atque eum benedicere
voluiſſet, ſtatim melius haberet. Intrauit ergo illò epiſcopus, & vidit eum mœſtis omnibus iã morti
proximum, poſitúmque loculum iuxta eum in quo ſepeliendus poni deberet: dixítque orationem,
ac benedixit eum, & egrediens dixit ſolito conſolantiũ ſermone: Bene conualeſcas, & citò. Cúmque
poſt hæc ſederent ad menſam, miſit puer ad Dominum ſuum, rogans ſibi poculum vini mittere quia
ſitiret. Gauiſus ille multum quòd bibere poſſet, miſit ei calicem vini benedictũ ab epiſcopo. Quem *Benedictionis efficacia.*
vt bibit, ſurrexit continuò, & veterno infirmitatis diſcuſſo, induit ſe ipſe veſtimentis ſuis, & egreſſus
inde intrauit, & ſalutauit epiſcopũ & cõuiuas, dicẽs quòd ipſe quoq; delectaretur mãducare & bibere
cum eis. Iuſſerunt eum ſedere ſecum ad epulas, multum gaudentes de ſoſpitate illius. Reſidebat, ve-
ſcebatur, bibebat, lætabatur, quaſi vnus è cõuiuis agebat, & multis poſt hæc annis viuens, in eadẽ quã
B acceperat ſalute permãſit. Hoc autem miraculum memoratus abbas non ſe præſente factum, ſed ab
his qui præſentes fuerunt ſibi perhibet eſſe relatum.

NEQVE hoc ſilentio prętereundum arbitror, quod famulus Chriſti Herebaldus in ſe ipſo ab eo CAP. VI.
factum ſolet narrare miraculum: qui tunc quidem in clero illius conuerſatus, nunc in monaſterio
quod eſt iuxta hoſtium Vinri fluminis abbatis iure præeſt. Vitam, inquit, illius (quãtum hominibus
æſtimare fas eſt) quam præſens optimè cognoui, per omnia epiſcopo dignã eſſe cõperi. Sed & cuius
meriti apud internum iudicẽ habitus ſit, & in multis aliis & in meipſo maximè expertus ſum: quippè
quem ab ipſo (vt ita dicam) mortis limine reuocans, ad viam vitæ ſua oratione ac benedictione re- *Moriturus ad vitam Ioãnis benedictione reuocatur.*
duxit. Nam cum primæuo adoleſcentiæ meæ tempore in clero illius degerem, legendi quidem ca-
nendíque ſtudiis traditus, ſed non adhuc animum perfectè à iuuenilibus cohibens illecebris, cõtigit
die quadam nos iter agentes cum illo deueniſſe in viam planam & amplam, atque curſui equorum
aptam: cœperúntque iuuenes qui cum ipſo erãt, maximè laici, poſtulare epiſcopum vt curſu maiore
equos ſuos inuicem probare liceret. At ille primò negauit, otioſum dicens eſſe quod deſiderabant.
C Sed ad vltimũ multorũ vnanima intẽtione deuictus, Facite, inquit, ſi vultis, ita tamen vt Herebaldus
ab illo ſe certamine abſtineat. Porrò ipſe diligentius obſecrans vt & mihi certandi cum illis copia
daretur (fidebam namque equo, quem mihi ipſe optimũ donauerat) nequaquam impetrare potui. At
cùm ſæpius huc atque illuc, ſpectante me & epiſcopo, concitatis in curſum equis reuerterẽtur, & ipſe
laſciuo ſuperatus animo, non me potui cohibere, ſed (prohibente licet illo) ludentibus me miſcui, &
ſimul curſu equi contendere cœpi. Quod dum agerem audiui illum poſt tergum mihi cum gemitu
dicentem: O quàm magnum væ facis mihi ſic equitando! Et ego audiens nihilominus cœptis inſtiti
vetitis. Nec mora, dũ feruens equus quoddam itineris concauum valentiore impetu trãſiliret, lapſus
decidi, & mox velut emoriens ſenſum penitus motúmque omnẽ perdidi. Erat namque in loco illo
lapis terræ æqualis obtectus ceſpite tenui, neque vllus alter in tota illa campi planitie lapis inueniri
poterat. Caſúque euenit, vel potius diuina prouiſione ad puniendã inobediẽtiæ meæ culpam, vt hũc
capite ac manu quam capiti ruens ſuppoſuerã, tangerẽ, atque infracto pollice, capitis quoque iũctura
ſolueretur, & ego, vt dixi, ſimillimus mortuo fierem. Et quia moueri nõ poteram, tetenderũt ibidem
D papilionẽ in quo iacerem. Erat autem circiter horam diei ſeptimã, à qua ad veſperã vſque quietus &
quaſi mortuus permanẽs, tũc paululũ reuiuiſco, ferórq; domũ à ſociis, ac tacitus tota nocte perduro.
Vomebam autem ſanguinẽ, eo quòd & interanea eſſent ruendo cõuulſa. At epiſcopus grauiſſimè de
caſu & interitu meo dolebat, eo quòd me ſpeciali diligeret affectu. Nec voluit nocte illa iuxta morẽ
cũ clericis ſuis manere, verùm ſolus in oratione perſiſtens noctẽ ducebat peruigilẽ, pro mea (vt reor)
ſoſpitate ſupernæ pietati ſupplicans. Et mane primo ingreſſus ad me, & dicta ſuper me oratione, vo-
cauit me nomine meo, & quaſi de graui ſomno excitatũ interrogauit, ſi noſſem quis eſſet qui loque-
retur ad me. At ego aperiens oculos aio, Etiam: Tu es antiſtes meus amatus. Potes, inquit, viuere? Et
ego: Poſſum (inquam) per orationes veſtras, ſi voluerit Dominus. Qui imponens capiti meo manum
cum verbis benedictionis rediit ad orandum: & poſt puſillum me reuiſens inuenit ſedentem & iam *Benedictio.*
loqui valentem, cœpítque me interrogare (diuino vt mox patuit admonitus inſtinctu) an me eſſe ba-
ptizatum abſque ſcrupulo noſſem. Cui ego abſque vlla me hoc dubietate ſcire reſpõdi, quòd ſalutari
E fonte in remiſſionem peccatorum eſſem ablutus, & nomẽ presbyteri à quo me baptizatũ noueram, *presbyter qui baptizare poterat, catechizare debebat. Exufflatio.*
dixi. At ille: Si ab hoc, inquit, ſacerdote baptizatus es, non es rectè baptizatus. Noui namque eum, &
quia cum eſſet presbyter ordinatus, nullatenus propter ingenij tarditatem potuit catechizandi vel
baptizandi miniſterium diſcere. Propter quod & ipſe illum ab huius præſumptione miniſterij, quod
regulariter implere nequibat, omninò ceſſare præcepi. Quibus dictis eadem hora me catechizare
ipſe curauit. Factúmque eſt vt exufflãte illo in faciem meam, confeſtim me melius habere ſentirem.
Vocauit autem medicum, & diſſolutam mei cranij iuncturam componere atque alligare iuſſit: tan-
túmque mox accepta eius benedictione cõualui, vt in craſtinum aſcendens equum cum ipſo iter in
alium locum facerem. Nec multo poſt plenè curatus, vitali etiam vnda perfuſus ſum. Mãſit autem in
epiſcopatu annis triginta tribus, & ſic cœleſtia regna conſcendens, ſepultus eſt in porticu S. Petri, in
monaſterio ſuo quod dicitur in ſylua Deirorum, anno ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo vi-

cesimoprimo. Nam cùm præ maiore senectute minus episcopatui administrãdo sufficeret, ordinato F in episcopum Eboracensis ecclesiæ Vvilfrido presbytero suo, secessit ad monasterium præfatum, ibíque vita in Deo digna conuersatione compleuit.

CAP. VII. *Ceadualla rex baptizãd⁹ Romã venit. Polyd. lib. 4. hist. Ang. pag. 89.*

ANNO autem regni Aldfridi tertio Ceadualla rex occidentalium Saxonum cùm genti suæ duobus annis strenuissimè præesset, relicto imperio propter Dominum regnúmque perpetuũ venit Romam, hoc sibi gloriæ singularis desiderans adipisci, vt ad limina beatorum apostolorum fonte baptismatis ablueretur, in quo solo didicerat generi humano patere vitæ cœlestis introitum. Simul etiam sperans, quia mox baptizatus carne solutus ad æterna gaudia iam mundus transiret. Quod vtrumque vt mente disposuerat Domino adiuuante completum est. Etenim illò perueniens pontificatum agente Sergio, baptizatus est die sancto sabbati Paschalis, anno ab incarnatione Domini sexcentesimo octogesimonono, & in albis adhuc positus, languore correptus duodecimo kalendarum Maiarum die solutus est à carne, & beatorum est consortio sociatus in cœlis. Cui etiam tempore baptismatis Papa memoratus Petri nomen imposuerat, vt beatissimi apostolorum principis (ad cuius sacratissimum corpus per longa locorum interualla pio G ductus amore venerat) etiam sanctissimum nomen referret: qui in eius quoque ecclesia sepultus est. Et iubente pontifice Epitaphium in eius monumento scriptum est, vt & memoria deuotionis ipsius fixa per secula maneret, & legentes quoque vel audientes exemplum facti ad studium religionis accenderet. Scriptum est ergo hoc modo:

Culmen, opus, sobolem, pollentia regna, triumphos,
Exuuias, proceres, mœnia, castra, lares:
Quæque patrum virtus, & quæ congesserat ipse
Ceadualla armipotens liquit amore Dei:
Vt Petrum sedémque Petri rex cerneret hospes,
Cuius fonte meras sumeret almus aquas.
Splendificúmque iubar radianti carperet hausto, H
Ex quo viuificus fulgor vbique fluit.
Percipiénsque alacer rediuiuæ præmia vitæ,
Barbaricam rabiem, nomen & inde suum
Conuersus conuertit ouans, Petrúmque vocari
Sergius antistes iussit, vt ipse pater
Fonte renascentis, quem Christi gratia purgans,
Protinus ablatum vexit in arce poli.
Mira fides regis, clementia maxima Christi,
Cuius consilium nullus adire potest.
Sospes enim veniens supremo ex orbe Britanni, I
Per varias gentes, per freta, pérue vias,
Vrbem Romuleam vidit, templúmque verendum
Aspexit, Petri mystica dona gerens.
Candidus inter oues Christi sociabilis ibit,
Corpore nam tumulum mente superna tenet.
Commutasse magis sceptrorum insignia credas,
Quem regnum Christi promeruisse vides.

Ceadualla obitus. HIC depositus est Ceadualla, qui & Petrus, rex Saxonum sub die duodecimo calendarum Maiarum, indictione secũda, qui vixit annos plus minus triginta, imperante domino Iustiniano piissimo K Augusto, anno eius consulatus quarto, pontificatũ tenẽte apostolico viro domino Sergio Papa anno secũdo. Abeũte autem Romam Ceadualla successit in regnum Huu, de stirpe regia, qui cùm triginta & septem annis imperium tenuisset gentis illius, & ipse relicto regno ac iunioribus commendato, ad limina beatorum Apostolorum Gregorio pontificatum tenente profectus est, cupiens in vicinia locorum sanctorum ad tempus peregrinari in terris, quò familiarius à sanctis recipi mereretur in cœlis. Quod his temporibus plures de gente Anglorum nobiles ignobiléque, laici & clerici, viri ac fœminæ certatim facere consueuerunt.

CAP. VIII. ANNO autẽ post hũc quo Ceadualla Romę defunctus est proximo, id est, sexcentesimo nonagesimo incarnationis dominicæ, Theodorus beatæ memoriæ archiepiscopus senex & plenus dierum, id est, annorum octoginta & octo, defunctus est. Quem se numerum annorum fuisse habiturum, ipse iamdudum somnij relatione edoctus, suis prædicere solebat. Manſit autem in episcopatu annis viginti

Somnium.

A viginti duobus, sepultúsque est in ecclesia sancti Petri, in qua omnium episcoporum Dorouernensium sunt corpora deposita. De quo vnà cum consortibus eiusdem sui gradus rectè & veraciter dici potest, quia corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuet in generatione & generationes. Vt enim breuiter dicam, tantùm profectus spiritalis tempore præsulatus illius Anglorum ecclesiæ, quantum nunquam antea potuere, ceperunt: cuius personam, vitam, ætatem, & obitum epitaphium quoque monumenti ipsius versibus Heroïcis triginta & quatuor palam ac lucidè cunctis illo venientibus pandit. Quorum primi sunt hi:

Hic sacer in tumba pausat cum corpore præsul,
Quem tunc Theodorum lingua Pelasga vocat.
Princeps pontificum, felix summúsque sacerdos,
Limpida discipulis dogmata disserit.

Vltimi autem hi:

Namque diem nonamdecimam September habebat,
B *Cùm carnis claustra spiritus egreditur.*
Alma nouæ scandens fœlix consortia vitæ,
Ciuibus angelicis iunctus in arce poli.

Theodoro succesit Berechtvvaldus.

CAP. IX. SVCCESSIT autem Theodoro in episcopatu Berechtvvaldus, qui erat abbas in monasterio quodã iuxta ostium aquilonare fluminis Genlade positum, quod Racvvlf nuncupatur. Vir & ipse scientia scripturarum imbutus, & ecclesiasticis simul ac monasterialibus disciplinis summè instructus, tametsi prædecessori suo minimè comparandus. Qui electus est quidem in episcopatum anno dominicæ incarnationis sexcentesimo nonagesimosecundo, die primo mensis Iulij, regnantibus in Cantia Vvichtredo & Suebhardo. Ordinatus autem anno sequente, tertio die kalendarum Iuliarum dominica, à Godvvino Metropolitano episcopo Galliarum, & sedit in sede sua pridie kalẽdarum Septembrium dominica. Qui inter multos quos ordinauit antistites, etiam Gebmundo Rhofensis ecclesiæ præsule defuncto, Tobiã pro illo consecrauit, virum Latina, Græca, & C Saxonica lingua, atque eruditione multiplici instructum.

Gebmundi successor Tobias.

CAP. X. Eo tempore venerabilis & cum omni honorificentia nominandus famulus Christi & sacerdos Ecgbertus, quem in Hybernia insula peregrinam ducere vitam pro adipiscenda in cœlis patria retulimus, proposuit animo pluribus prodesse, id est, inito opere apostolico verbum Dei aliquibus earum quæ nondum audierant gentibus euangelizãdo committere. Quarum in Germania plurimas nouerat esse nationes, à quibus Angli, vel Saxones, qui nunc Britanniam incolunt, genus & originem duxisse noscuntur. Vnde hactenus à vicina gente Britonum corruptè Germani nuncupantur. Sunt autem Fresones, Rugini, Dani, Huni, antiqui Saxones, Boruchtuarij. Sunt etiam alij perplures iisdem in partibus populi, paganis adhuc ritibus seruientes, ad quos venire præfatus Christi miles circumnauigata Britannia disposuit, si quos fortè ex illis ereptos sathanæ ad Christum transferre valeret. Vel si hoc fieri non posset, Romam venire ad videnda atque adoranda beatorum Apostolorum ac martyrum Christi limina cogitauit. Sed ne aliquid horum perficeret, superna illi oracula simul & opera restiterunt. Siquidem electis sociis strenuis- D simis, & ad prædicandum verbum idoneis, vtpote actione simul & eruditione præclaris, præparatísque omnibus quæ nauigantibus esse necessaria videbantur, venit die quadam mane primo ad eum vnus de fratribus, discipulus quondam in Britannia, & minister Deo dilecti sacerdotis Boisili. Cùm esset idem Boisil præpositus monasterij Mailroensis sub abbate Eata, vt supra narrauimus, referens ei visionem quæ sibi eadem nocte apparuisset. Cùm expletis (inquiens) hymnis matutinalibus in lecto membra deposuissem, ac leuis mihi somnus obrepsisset, apparuit magister quondam meus & nutritor amantissimus Boisil, interrogauítque me an eum cognoscere possem, aio, Etiam: tu es enim Boisil. At ille: Ad hoc, inquit, veni vt responsum Domini saluatoris Ecgberto afferam, quod te tamen referente oportet ad illum venire. Dic ergo illi, quia non valet iter quod proposuit implere. Dei enim voluntas est, vt ad Columbæ monasteria magis docenda pergat. Erat autem Columba primus doctor fidei Christianæ transmontanis Pictis ad Aquilonem, primúsque fundator monasterij quod in Hu insula multis diu Scottorum Pictorúmque populis venerabile manſit. Qui videlicet Columba nunc à nonnullis, composito à cella & E Columba nomine, Columcelli vocatur. Audiens autem verba visionis Ecgbertus, præcepit fratri qui retulerat, ne cuiquam hæc alteri referret, ne fortè illusoria esset visio. Ipse autem tacitus rem considerans veracem esse timebat. Nec tamen à parando itinere, quo ad gentes docendas iret, cessare volebat. At post paucos dies rursum venit ad eum præfatus frater dicens, quia & ea nocte sibi post expletas matutinas Boisil per visum apparuerit, dicens: Quare tam negligenter ac tepidè dixisti Ecgberto quæ tibi dicenda præcepi? At nũc vade, & dic illi: Quia velit nolit debet ad monasteria Columbæ venire, quia aratra eorum non rectè incedunt. Oportet autem eum ad rectum hæc tramitem reuocare. Qui hæc audiens, denuò præcepit fratri ne hæc cuiquam patefaceret. Ipse verò tametsi certus est factus de visione, nihilominus tentauit iter dispositum cum fratribus memoratis incipere. Cúmque iam naui imposuissent quæ tanti itineris necessitas poscebat, atque oppor-

Pisio.

Boethius lib. 9. hist. Scott. Columba fũdator monasterij Hu.

tunos aliquot diebus ventos expectarent, facta est nocte quadam tam sæua tempestas, quæ perditis nonnulla ex parte his quæ in naui erant rebus, ipsam in latus iacentem inter vndas relinqueret. Saluata sunt tamen omnia quæ erant Ecgberti & sociorum eius. Tum ille quasi propheticum illud dicens, quia propter me est tempestas hæc, subtraxit se illi profectioni, & remanere domi passus est. At verò vnus de sociis eius vocabulo Victbertus, cùm esset & ipse contemptu mundi, ac doctrinæ scientia insignis (nam multos annos in Hybernia peregrinus anachoreticam in magna perfectione vitam egerat) ascendit nauem, & Fresiam perueniens, duobus annis continuis genti illi ac regi illius Radbedo verbum salutis prædicabat. Neque aliquem tanti laboris fructum apud Barbaros inuenit auditores. Tunc reuersus ad dilectæ locum peregrinationis, solito in silentio Domino vacare cœpit. Et quoniam externis prodesse ad fidem non poterat, suis amplius ex virtutum exemplis prodesse curabat.

Victbertus Anachoreta.

CAP. XI. VT autem vidit vir Domini Ecgbertus, quia nec ipse ad prædicandum gentibus venire permittebatur, *retentus* ob aliam sanctæ ecclesiæ vtilitatem, de qua oraculo fuerat prænonitus, nec Vvictbertus *illas* deueniens in partes quicquam proficiebat, tentauit adhuc in opus verbi mittere *viros sanctos* & industrios, in quibus eximius Vvilbrordus presbyterij gradu & merito præfulgebat. Qui cùm illò aduenissent (erant autem numero duodecim) diuertentes ad Pipinum ducem Francorum gratanter ab illo susceptí sunt. Et quia nuper citeriorem Fresiam, expulso inde Radbedo rege, ceperat, illò eos ad prædicandum misit. Ipse quoque imperiali autoritate iubens, ne quis prædicantibus quicquam molestiæ inferret, multisque eos qui fidem suscipere vellent, beneficiis attollens. Vnde factum est opitulante gratia diuina, vt multos in breui ab idololatria ad fidem conuerterent Christi. Horum secuti exempla duo quidam presbyteri de natione Anglorum, qui in Hybernia multo tempore pro æterna patria exulauerant, venerunt ad prouinciam antiquorum Saxonum, si fortè aliquos ibidem prædicando Christo acquirere possent. Erant autem vnius ambo sicut deuotionis, sic etiam vocabuli, Nam vterque eorum appellabatur Hevvaldus: ea tamen distinctione, vt pro diuersa capillorum specie, vnus niger, alter albus Hevvaldus diceretur. Quorum vterque pietate religionis imbutus, sed niger Hevvaldus magis sacrarum literarum erat scientia instructus. Qui venientes in prouinciam intrauerunt hospitium cuiusdam villici, petierúntque ab eo vt transmitterentur ad satrapam, qui super eos erat, eò quòd haberent aliquid legationis & causæ vtilitatis, quod deberent ad illum perferre. Non enim habent regem iidem antiqui Saxones, sed satrapas plurimos suæ genti propositos, qui ingruente belli articulo mittunt æqualiter sortes, & quemcunque sors ostenderit, hunc tempore belli ducem omnes sequuntur, & huic obtemperant. Peracto autem bello, rursum æqualis potentiæ omnes fiunt satrapæ. Suscepit ergo eos villicus, & promittens se mittere eos ad satrapam qui super se erat (vt petebant) aliquot diebus secum retinuit. Qui cum cogniti essent à barbaris, quòd essent alterius religionis (nam hymnis & psalmis semper & orationibus vacabant, & quotidiè sacrificium Deo victimæ salutaris offerebant, habentes secum vascula sacra, & tabulam altaris vice dedicatam) suspecti sunt habiti, quia si peruenirent ad satrapam, & loquerentur cum illo, auerterent illum à diis suis, & ad nouam Christianæ fidei religionem transferrent, sicque paulatim omnis eorum prouincia veterem cogeretur in nouam mutare culturam. Itaque rapuerunt eos subitò, & interemerunt, album quidem Hevvaldum veloci occisione gladij: Nigellum autem longo supplicíorum cruciatu, & horrenda membrorum omnium discerptione, quos interemptos in Rhenum proiecerunt. Quod cùm satrapa ille quem videre volebant, audisset, iratus est valdè, quòd ad se venire volentes peregrini non permitterentur. Et mittens occidit vicanos illos omnes, vicúmque incendio consumpsit. Passi sunt autem præfati sacerdotes & famuli Christi quinto nonarum Octobrium die. Nec martyrio eorum cœlestia defuere miracula. Nam cùm perempta eorum corpora, amni (vt diximus) à paganis essent iniecta, contigit vt hæc contra impetum fluuij decurrentis per quadraginta ferè milia passuum ad ea vsque loca vbi illorum essent socij, transferrentur. Sed & radius lucis permaximus, atque ad cœlum vsque altus, omni nocte suprà locũ fulgebat illum, vbicũque ea peruenisse contingeret, & hoc etiam paganis qui eos occiderãt intuentibus. Sed & vnus ex eis in visione nocturna apparuit cuidam de sociis suis, cui nomen erat Tilmon, viro illustri, & ad seculum quoque nobili, qui de milite factus fuerat monachus, indicans quòd eo loci corpora eorum posset inuenire, vbi lucem de cœlo terris radiasse conspiceret. Quod ita completum est. Inuenta namque eorum corpora iuxta honorem martyribus condignum, recond ita sunt. Et dies passionis vel inuentionis eorũ congrua illis in locis veneratione celebratur. Deniq; gloriosissimus dux Francorũ Pipinus vbi hæc comperit, adducta ad se eorum corpora condidit cum multa gloria in ecclesia Coloniæ ciuitatis iuxta Rhenũ. Fertur autem quia in loco in quo occisi sunt, fons ebullierit, qui in eodem loco vsque hodiè copiosa fluenti sui dona perfundat.

Pipinus ad Fresios mittit prædicatores.

Satrapæ Saxonum.

Tabula altaris.

Hewaldi prædicatores interficiuntur.

Lux cœlestis irradiat beatorum corporibus.

Vvilbrordus Romæ ordinatur in Fresiam Episcopus.

CAP. XII. PRIMIS sanè temporibus aduentus eorum in Fresiam, mox vt comperit Vvilbrordus datam sibi à principe licentiam ibidem prædicandi, accelerauit venire Romam, cuius sedi apostolicæ tunc Sergius papa præerat, vt cum eius licentia & benedictione desideratum euangelizãdi gentibus opus iniret: simul & reliquias beatorum Apostolorum ac Martyrum Christi ab eo se

se sperans accipere, vt dum in gente cui prædicaret destructis idolis ecclesias institueret, haberet in promptu reliquias sanctorum quas ibi introduceret, quibúsque ibidem depositis consequenter in eorum honorem quorum essent illa singula quæque loca dedicaret. Sed & alia perplura quæ tanti operis negotium quærebat vel ibi discere, vel inde accipere cupiebat. In quibus omnibus cùm sui voti compos esset effectus, ad prædicandum rediit. Quo tempore fratres qui erant in Fresia verbi ministerio mancipati, elegerunt ex suo numero virum modestum moribus & mansueto corde, Suidbertum, qui eis ordinaretur antistes. Quem Britanniam destinatum ad petitionem eorum ordinauit reuerendissimus Vvilfridus episcopus, qui tunc fortè patria pulsus, in Merciorum regionibus exulabat. Non enim eo tempore habebat episcopum Cantia. Defuncto quidem Theodoro, sed necdum Berthvvaldo successore eius, qui trans mare ordinandus ierat, ad sedem episcopatus sui reuerso. Qui videlicet Suidbertus accepto episcopatu de Britannia regressus, non multo post ad gentem Boruchtuariorum secessit, ac multos eorum prædicando ad vitam veritatis perduxit. Sed expugnatis non longo post tempore Boruchtuariis, à gente antiquorum Saxonum, dispersi sunt quolibet hi qui verbum receperant. Ipséque antistes cum quibusdam Pipinum petiit, qui interpellante Slichildedrideconiuge sua, dedit ei locum mansionis in insula quadam Rheni, quæ lingua eorum vocatur in littore. In qua ipse constructo monasterio, quod hactenus hæredes eius possident, aliquandiu continentissimam gessit vitam, ibíque diem clausit vltimum. Postquam verò per annos aliquot in Fresia qui aduenerant docuerunt, misit Pipinus, fauente omnium consensu, virum venerabilem Vvilbrordum Romam, cuius adhuc pontificatum Sergius habebat, postulans vt eidem Fresonum genti archiepiscopus ordinaretur. Quod ita vt petierat impletum est, anno ab incarnatione Domini sexcentesimo nonagesimosexto. Ordinatus est autem in ecclesia sanctæ martyris Cæciliæ die natalis eius, impósito sibi à Papa memorato nomine Clementis, ac mox remissus ad sedem episcopatus sui, id est, post dies quatuordecim, ex quo in vrbem venerat. Donauit autem ei Pipinus locum cathedræ episcopalis in castello suo illustri, quod antiquo gentium illarum vocabulo Vviltaburg, id est, oppidum Vviltorum, lingua autem Gallica Traiectum vocatur. In quo ędificata ecclesia, reuerendissimus pontifex longè latéque verbum fidei prædicans, multósque ab errore reuocans, plures per illas regiones ecclesias & monasteria nonnulla construxit. Nam nõ multo post alios quoque illis in regionibus constituit ipse antistes, ex eorum numero fratrum, qui vel secum vel post se illò ad prædicandum venerant, ex quibus aliquanti iam dormierunt in Domino. Ipse autem Vvilbrordus cognomento Clemens adhuc supereſt, lõga iam venerabilis ætate, vtpotè tricesimum & sextum in episcopatu habens annum, & post multiplices militiæ cœlestis agones, ad præmia remunerationis supernæ tota mente suspirans.

Fidem Boruchtuarii accipiunt.

Traiectum olim Vviltaburg.

Drithelmus resurgit mira de purgatorio & inferno recensens, cui simile habet Alex. Neap. cap. 21. lib. vlt.

CAP. XIII. HIS temporibus miraculum memorabile & antiquorum simile in Britannia factum est. Namque ad excitationem viuentium de morte animæ, quidam aliquandiu mortuus ad vitam resurrexit corporis, & multa memoratu digna quæ viderat, narrauit, è quibus hic aliqua breuiter perstringenda esse putaui. Erat autem paterfamilias in regione Nordan Humbrorum, quæ vocatur Incuningum, religiosam cum domo sua gerens vitam. Qui infirmitate corporis tactus, & hac crescente per dies, ad extrema perductus, primo tempore noctis defunctus est. Sed diluculo reuiuiscens ac repentè resídens, omnes qui corpori flentes assederant timore immenso perculsos in fugam conuertit, vxor tantùm quæ eum amplius amabat (quamuis multum tremens & pauida) remansit: quam ille consolatus: Noli, inquit, timere, quia iam verè resurrexi à morte qua tenebar, & apud homines sum iterum viuere permissus: non tamen ea mihi qua ante consueueram conuersatione, sed multum dissimili ex hoc tempore viuendum est. Statímque surgens abiit ad villulæ oratorium, & vsque ad diem in oratione persistens, mox omnem quam possederat substantiam in tres diuisit portiones. E quibus vnam coniugi, alteram filiis tradidit, tertiam sibiipsi retentans, statim pauperibus distribuit. Nec multo pòst seculi curis absolutus ad monasterium Mailros, quod Tuidi fluminis circumflexu maxima ex parte clauditur, peruenit. Acceptáque tonsura, locum secretæ mansionis quam præuiderat abbas intrauit, & ibi vsque ad diem mortis in tanta mentis & corporis contritione durauit, vt multa illum quæ alios laterent vel horrenda vel desideranda vidisse (etiam si lingua sileret) vita loqueretur. Narrabat enim hoc modo quod viderat: Lucidus, inquit, aspectu & clarus erat indumento, qui me ducebat: incedebamus autem tacentes (vt videbatur mihi) contra ortum solis solstitialem: cúmque ambularemus, deuenimus ad vallem multæ latitudinis ac profunditatis, infinitæ autem longitudinis, quæ ad læuam nobis sita vnum latus flammis feruentibus nimium terribile, alterum furenti grandine ac frigore niuium omnia perflante atque verrente non minus intolerabile præferebat. Vtrumque autem erat animabus hominum plenum, quæ vicissim hincinde videbantur quasi tempestatis impetu iactari. Cum enim vim feruoris immensi tolerare non possent, prosiliebant miseræ in medium frigoris infesti. Et cum neque ibi quippiam requiri inuenire valerent, resiliebant rursus vrendæ in medium flammarũ inextinguibilium. Cúmque hac infœlici vicissitudine longè latéque, prout aspicere poterant, sine vlla quietis intercapedine innumerabilis spirituũ deformiũ multitudo torqueretur, cogitare cœpi quòd hic fortasse esset infernus, de cuius tormẽtis intolerabilibus

Narratio visionis.

Purgatorij locus.

narrare sæpius audiui. Respondit cogitationi meæ ductor qui me præcedebat: Non hoc, inquiens, suspiceris: non enim hic infernus est ille quem putas. At cùm me hoc spectaculo tam horrendo perterritum paulatim in vlteriora produceret, vidi subitò ante nos obscurari incipere loca, & tenebris omnia repleri. Quas cùm intraremus, intantum paulisper condensatæ sunt, vt nihil præter ipsas aspicerem, excepta dumtaxat specie & veste eius qui me ducebat. Et cùm progrederemur sola sub nocte per vmbras, ecce subitò apparent ante nos crebri flammarum terrearum globi ascendentes quasi de puteo magno, rursúmque decidentes in eundem. Quò cum perductus essem, repentè ductor meus disparuit, ac me solum reliquit in medio tenebrarum & horrendæ visionis. *Pœnæ damnatorum.* At cùm eidem globi ignium sine intermissione modò alta peterent, modò ima barathri repeterent, cerno omnia quæ ascendebant fastigia flammarum plena esse spiritibus hominum, qui instar fauillarum cum fumo ascendentium nunc ad sublimiora proiicerentur, nunc retractis ignium vaporibus relaberentur in profundum. Sed & fœtor incomparabilis cum eisdem vaporibus ebulliens, omnia illa tenebrarum loca replebat. Et cùm diutius ibi pauidus consisterem, vtpotè incertus quid agerem, quò verterem gressum, quíve mihi finis maneret, audio subitò post terga sonitum immanissimi fletus ac miserrimi, simul & cachinnum crepitantem, quasi vulgi indocti captis hostibus insultantis. Vt autem sonitus idem clarior redditus ad me vsque peruenit, considero turbam malignorum spirituum, quæ animas hominum mœrentes eiulantésque, ipsa verò multum exultans & cachinnans, medias illas trahebat in tenebras. E quibus videlicet hominibus, vt dignoscere potui, quidam erat attonsus vt clericus, quidam laicus, quædam fœmina. Trahentes autem eos maligni spiritus descenderunt in medium barathri illius ardentis: factúmque est vt cùm longius subeuntibus eis, fletum hominum & risum dæmoniorum clarè discernere nequirem, sonum tamen adhuc promiscuum in auribus haberem. Interea ascenderunt quidam spirituum obscurorum de abysso illa flammiuoma, & accurrentes circumdederunt me, atque oculis flammantibus, & de ore ac naribus ignem putidum afflantes, angebant. Forcipibus quoque igneis quos tenebant in manibus, minitabantur me comprehendere, nec tamen me vllatenus contingere, tametsi terrere præsumebant. Qui cum vndique versum hostibus & cæcitate tenebrarum conclusus, huc illúcque oculos circumferrem, si fortè alicunde quid auxilij quo saluarer aduenire, apparuit retro viam qua veneram quasi fulgor stellæ micantis inter tenebras, qui paulatim crescens & ad me ocyus festinans, vbi appropinquauit, dispersi sunt, & aufugerunt omnes qui me forcipibus rapere quærebant spiritus infesti. Ille autem qui adueniens eos fugauit, erat ipse qui me antè ducebat. Qui mox conuersus ad dexterum iter quasi contra ortum solis brumalem me ducere cœpit. Nec mora, exemptum tenebris in auras me serenæ lucis eduxit. Cúmque me in luce aperta duceret, vidi ante nos murum permaximum, cuius neque longitudini hinc vel inde neque altitudini vllus esse terminus videretur. Cœpi autem mirari quare ad murum accederemus, cum in eo nullam ianuam vel fenestram vel ascensum alicubi conspicerem. Cùm ergo peruenissemus ad murum, statim nescio quo ordine fuimus in summitate eius. Et ecce ibi erat campus latissimus ac lætissimus, tantáque fragrantia vernantium flosculorum plenus, vt omnem mox fœtorem tenebrosi fornacis qui me peruaserat, effugaret admirandi huius *Lymbus patrum.* suauitas odoris. Tanta autem lux cuncta ea loca perfuderat, vt omni splendore diei siue solis meridiani radiis videretur esse præclarior. Erántque in hoc campo innumera hominum albatorum conuenticula, sedésque plurimæ agminum lætantium. Cúmque inter choros fœlicium incolarum medios me duceret, cogitare cœpi quòd hoc fortasse esset regnum cœlorum, de quo prædicari sæpius audiui. Respondit ille cogitatui meo: Non, inquiens, hoc est regnum cœlorum quod autumas. Cúmque procedentes transissemus & has beatorum mansiones spirituum, aspicio ante nos multo maiorem luminis gratiam quàm prius, in qua etiam vocem cantantium dulcissimam audiui, & odoris fragrantia miri tanta de loco effundebatur, vt is quem antea degustans quasi maximum rebar, iam permodicus mihi odor videretur. Sicut etiam lux illa campi florentis eximia, in comparatione eius quæ nunc apparuit lucis, tenuissima prorsus videbatur & parua. In cuius amœnitatem loci cùm nos intraturos sperarem, repentè ductor subtitit: nec mora, gressum retorquens, ipsa me via qua venimus reduxit. Cúmque reuersi peruenieremus ad mansiones illas lætas spirituum candidatorum, dixit mihi: Scis quæ sint ista omnia quæ vidisti? Respondi ego, Non: & ait: Vallis illa quam aspexisti, flammis feruentibus & frigoribus horrenda rigidis, ipse est locus in quo examinandæ & castigandæ sunt animæ illorum, qui differentes confiteri & emendare scelera sua quæ fecerunt, in ipso tandem mortis articulo ad pœnitentiam confugiunt, & sic de corpore exeunt, qui tamen quia confessionem & pœnitentiam vel in morte habuerunt, omnes in die iudicij ad regnum cœlorum perueńient. *Purgatorio liberant orationes.* Multos autem preces viuentium, & eleemosynæ, & ieiunia, & maximè celebratio missarum, vt etiam antè diem iudicij liberentur, adiuuant. Porrò puteus ille flammiuomus ac putidus quem vidisti, ipsum est os gehennæ, in quo quicunque semel inciderit, nunquam inde liberabitur in æuum. Locus verò ille florifer, in quo pulcherrimam hanc iuuentutem iucundari ac fulgere conspicis, ipse est in quo recipiuntur animæ eorum qui in bonis quidem operibus de corpore exeunt, non tamen sunt tantæ perfectionis, vt in regnum cœlorum statim mereantur introduci: qui tamen omnes in die

iudicij ad visionem Christi, & gaudia regni cœlestis intrabunt. Nam quicunque in omni verbo, & opere, & cogitatione perfecti sunt, mox de corpore egressi ad regnum cœleste perueniunt. Ad cuius vicinia pertinet locus ille, vbi sonum cantilenæ dulcis cum odore suauitatis ac splendore lucis audisti. Tu autem quia nunc ad corpus reuerti, & rursum inter homines viuere debes, si actus tuos curiosius discutere, & mores sermonésque tuos in rectitudine ac simplicitate seruare studueris, accipies & ipse post mortem locum mansionis inter hæc quæ cernis agmina lætabunda spirituum beatorum. Namque ego cùm ad tempus abscessissem abs te, ad hoc feci, vt quid de te fieri deberet, agnoscerem. Hæc mihi cum dixisset, multum detestatus sum reuerti ad corpus, delectatus mirum suauitate ac decore loci illius quem intuebar, simul & consortio eorum quos in illo esse videbam: nec tamen ductorem meum aliquid rogare audebam. Sed inter hæc nescio quo ordine repentè inter homines me viuere cerno. Hæc & alia quæ viderat idem vir Domini non omnibus passim desidiosis ac vitæ suæ incuriosis referre volebat, sed illis solummodò qui vel tormentorum metu perterriti, vel spe gaudiorum perennium delectati, profectum pietatis ex eius verbis haurire volebant. Denique in vicinia cellæ illius habitabat quidam monachus nomine Genigils presbyteratus etiam (quem bonis operibus adornabat) gradu præeminens, qui adhuc superest, & in Hybernia insula solitarius vltimam vitæ ætatem pane cibario & frigida aqua sustentat. Hic sæpius ad eundem virum ingrediés, audiuit ab eo repetita interrogatione, quæ & qualia essent quæ exutus corpore viderat. Per cuius relationem ad nostram quoque agnitionem peruenere quæ de his pauca perstrinximus. Narrabat autem visiones suas etiam regi Alfrido viro vndecumque doctissimo, & tam libenter támque studiosè ab illo auditus est, vt eius rogatu in monasterio suprà memorato inditus, ac monachica sit tonsura coronatus, atque ad eum audiendum sæpissimè cum illas in partes deueniisset, accederet. Cui videlicet monasterio tempore illo religiosæ ac molestæ vitæ abbas & presbyter Edilvvaldus præerat, qui nunc episcopalem Lindisfarnensis ecclesiæ cathedram condignis gradu actibus tenet. Accepit autem in eodem monasterio locum mansionis secretiorem, vbi liberius continuis in orationibus famulatui sui conditoris vacaret. Et quia locus ipse super ripam fluminis erat situs, solebat hunc creber ob magnum castigandi corporis affectum ingredi, ac sæpius in eo supermeantibus vndis immergi, sicque ibidem quamdiu sustinere posse videbatur, psalmis vel precibus insistere fixúsque manere, ascendente aqua fluminis, vsque ad lumbos, aliquando & vsque ad collum, atque inde egrediens ad terram, nunquam ipsa vestimenta vda vel algida deponere curabat, donec ex suo corpore calefierent & siccarentur. Cúmque tempore hyemali defluentibus circa eum semifractarum crustis glacierum, quas & ipse aliquando contriuerat, quò haberet locum stándi siue immergendi se in fluuio, dicerétque qui videbant: Mirũ frater Drithelme (hoc enim erat viro nomen) quòd tantam frigoris asperitatem vlla ratione tolerare prævales: respondebat ille simpliciter (erat namque homo simplicis ingenij ac moderatæ naturæ) Frigidiora ego vidi. Et cùm dicerent, Mirum quòd tam austeram tenere continentiam velis: respondebat: Austeriora ego vidi. Sícque vsque ad diem suę vocationis infatigabili cælestium bonorum desiderio corpus senile inter quotidiana ieiunia domabat, multísque & verbo & conuersatione saluti fuit.

Suscitatus intrat monast.

CAP. XIIII.

AT contra fuit quidam in prouincia Merciorum, cuius visiones ac verba & conuersatio plurimis, sed non sibimetipsi profuit. Fuit autem quidam temporibus Coenredi, qui post Edilredum regnauit, vir in laico habitu atque officio militari positus, sed quantum pro industria exteriori regi placens, tantum pro interna suimet negligentia displicens. Admonebat ergo illum sedulò, vt confiteretur & emendaret ac relinqueret scelera sua, priusquam subitò mortis superuentu tempus omne pœnitendi & emendandi perderet. Verùm ille licet frequenter admonitus spernebat verba salutis, seséque tempore sequenti pœnitentiam acturum esse promittebat. Inter hæc tactus infirmitate decidit in lectum, atque acri cœpit dolore torqueri. Ad quem ingressus rex (diligebat enim eum) multum hortabatur vt vel tunc antequam moreretur, pœnitentiam ageret commissorum. At ille respondebat: Non se tunc velle confiteri peccata sua, sed cùm ab infirmitate resurgeret, ne fortè exprobrarent sibi sodales, quod timore mortis faceret ea quæ sospes facere noluerat. Fortiter quidem, vt sibi videbatur, locutus, sed miserabiliter, vt postèà patuit, dæmoniaca fraude seductus est. Cúmque morbo ingraueścente denuò ad visitandum ac docendum rex intraret, clamauit statim miserabili voce: Quid vis modò? Quid huc veniśti? Nõ enim mihi aliquid vtilitatis aut salutis potes vltra conferre. At ille, Noli, inquit, ita loqui: vide vt sanum sapias. Non, inquit, insanio, sed pessimam mihi conscientiam certus præ oculis habeo. Et quid, inquit, hoc est? Paulo ante, inquit, intrauerunt domum hanc duo pulcherrimi iuuenes, & resederunt circa me, vnus ad caput, & vnus ad pedes: protulítque vnus libellum perpulchrum, sed vehementer modicum, ac mihi ad legendum dedit, in quo omnia quæ vnquam bona feceram intuens scripta reperi, & hæc erant nimium pauca & modica. Receperunt codicem, neque aliquid mihi dicebant. Tunc subitò superuenit exercitus malignorum & horrendorum vultu spirituum, domúmque hanc & exterius obsedit, & intus maxima ex parte residens implenit. Tunc ille, qui & obscuritate tenebrosæ faciei & primatu sedis maior esse videbatur eorum, proferens codicem horrendæ visionis, & magnitudinis enormis, & ponderis penè importabilis,

Dilatio confessionis.

Morienti actionum bonarũ & malarum offertur breuiarium.

iussit vni ex satellitibus suis mihi ad legendum deferri. Quem cùm legissem, inueni omnia scelera, F
non solùm quę opere vel verbo, sed etiam quæ tenuissima cogitatione peccaui, manifestissimè in eo
Reuelatio dãnationis. tetris esse descripta litteris. Dicebátque ad illos qui mihi assederãt viros albatos & præclaros: Quid
hic sedetis, scientes certissimè quia noster est iste? Responderunt: Verum dicitis, accipite & in cu-
mulum damnationis vestræ ducite. Quo dicto, statim disparuerunt. Surgentésque duo nequissimi
spiritus habentes in manibus furcas, percusserunt me, vnus in capite, & alius in pede: qui vide-
licet modò cum magno tormento irrepunt mea viscera in interiora corporis mei, móxque vt
ad inuicem perueniẽt, moriar, & paratis ad rapiendum me dæmonibus, in inferni claustra
pertrahar. Sic loquebatur miser desperans, & non multo pòst defunctus pœnitentiam quam
ad breue tempus cum fructu veniæ facere superfedit, in æternum sine fructu pœnis subditus facit.
De quo constat, quia (sicut beatus papa Gregorius de quibusdam scribit) non pro se ista, cui non
profuere, sed pro aliis viderit, qui eius interitum cognoscentes, differre tempus pœnitentiæ
dum vacat timerent, ne improuiso mortis articulo præuenti, impœnitentes perirent. Quod
autem codices diuersos per bonos siue malos spiritus sibi vidit offerri, ob id superna dispensatio- G
ne factum est, vt meminerimus facta & cogitationes nostras non in ventum diffluere, sed ad exa-
men summi iudicis cuncta seruari, & siue per amicos angelos in fine nobis ostendenda, siue per
Cogitationũ reddenda ratio. hostes. Quòd verò prius candidum codicem protulerunt angeli, deinde atrum dæmones, illi per-
paruum, isti enormem, animaduertendum est quòd in prima ætate bona aliqua fecit, quæ tamen
vniuersa prauè agendo iuuenis obnubilauit. Qui si contrario errores pueritiæ corrigere in ado-
lescentia ac benefaciendo à Dei oculis abscondere curasset, posset eorum numero sociari, de qui-
bus ait Psalmus: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Hanc histo-
riam sicut à venerabili antistite Pechtelmo didici, simpliciter ob salutem legentium siue audiẽtium,
narrandum esse putaui.

Videt nequam locum damnationis.

CAP. XV. Novi autem ipse fratrem, quem vtinam non nossem, cuius etiam nomen, si hoc aliquid
prodesset, dicere possem, positum in monasterio nobili, sed ipsum ignobiliter viuentem. Cor- H
ripiebatur quidem sedulò à fratribus ac maioribus loci, atque ad castigatiorem vitam conuerti
admonebatur. Et quamuis eos audire noluisset, tolerabatur tamen ab eis longanimiter ob ne-
cessitatem operum ipsius exteriorum: erat enim fabrili arte singularis. Seruiebat autem multum
ebrietati, & cæteris vitæ remissioris illecebris, magisque in officina sua die noctúque residere,
quàm ad psallendum atque orandum in ecclesia audiendúmque cum fratribus verbum vitæ con-
currere consueuerat. Vnde accidit illi (quod solent dicere quidam) quia qui non vult ecclesiæ
ianuam spontè humiliatus ingredi, necesse habet in ianuam inferni non spontè damnatus intro-
contemptus Ecclesiæ. duci. Percussus enim languore, atque ad extrema perductus, vocauit fratres, & multum mœ-
rens ac damnato similis cœpit narrare, quia videret inferos apertos, & satanam immersum in
profundum tartari. Caipham quoque cum cæteris qui occiderunt Dominum iuxta eum flammis
vltricibus contraditum: in quorum vicinia, inquit, heu misero mihi locum aspicio æternæ per-
ditionis esse præparatum. Audientes hæc fratres, cœperunt diligenter exhortari vt vel tunc
positus adhuc in corpore pœnitentiam ageret. Respondebat ille desperans: Non est mihi modò I
tempus vitam mutandi, cum ipse viderim iudicium meum iam esse completum. Talia dicens sine
viatico salutis obiit, & corpus eius in vltimis est monasterii locis humatum, neque aliquis pro eo vel
missas facere, vel psalmos cantare, vel saltem orare præsumebat. O quàm grãdi distantia diuisit Do-
Non oratur pro damnato. minus lucem & tenebras! Beatus protomartyr Stephanus passurus mortem pro veritate, vidit
cœlos apertos, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei. Et vbi erat futurus ipse post mor-
tem, ibi oculos mentis ante mortem, quò lætior occumberet, misit. At contra faber ille tenebrosæ
mentis & actionis imminente morte vidit aperta tartara, vidit damnationẽ diaboli & sequaciũ eius.
Vidit etiã suum infœlix inter tales carcerem, quo miserabilius ipse desperata salute periret, sed viuẽ-
tibus qui hæc cognouissent, causam salutis sua perditione relinqueret. Factum est hoc nuper in pro-
uincia Berniciorum, ac longè latéque diffamatum, multósque ad agendam & non differendam sce-
lerum suorum pœnitudinem prouocauit. Quod vtinam exhinc etiam nostrarum fiat lectione lit-
terarum.

Catholicum paſcha Scotti ſuſcipiunt. K

CAP. XVI. Quo tempore plurima pars Scottorum in Hybernia & nonnulla etiam de Britonibus in Bri-
tannia rationabile & ecclesiasticum paschalis obseruantiæ tempus, Domino donante susceperit. Si-
quidem Adamnanus, presbyter & abbas monachorum qui erant in insula Hu, cùm legationis
gratia missus à sua gente venisset ad Alfridum regem Anglorum, & aliquamdiu in ea prouin-
cia moratus videret ritus ecclesiæ canonicos, & à pluribus qui erant eruditiores, esset solerter ad-
monitus ne contra vniuersalem ecclesiæ morem, vel in obseruantia paschali, vel in aliis quibusque
decretis cum suis paucissimis & in extremo mundi angulo positis viuere præsumeret, mutatus
mente est: ita vt ea quæ viderat & audierat in ecclesiis Anglorum, suæ suorúmque consue-
tudini libentissimè præferret. Erat enim vir bonus, & sapiens, & scientia scripturarum nobi-
lissimè instructus. Qui cùm domum rediisset, curauit suos qui erant in Hu, quive eidem
erant

A erant subditi monasterio, ad eum quem cognouerat, quémque ipse ex toto corde susceperat, veritatis callem perducere, nec valuit. Nauigauit itaque Hyberniam, & prædicans eis ac modesta exhortatione declarans legitimum paschæ tempus, plurimos eorum & penè omnes qui ab Hiiensiũ erant dominio liberi, ab errore correctos, ad vnitatem reduxit catholicam, ac legitimum paschæ tempus obseruare perdocuit. Qui cùm celebrato in Hybernia canonico pascha, ad suam insulam reuertisset, susque in monasterio catholicam temporis paschalis obseruantiam instãtissimè prædicaret, nec tamen perficere quod conabatur posset, contigit eum ante expletum anni circulum migrasse de seculo, diuina vtique gratia disponente, vt vir vnitatis & pacis studiosissimus antè ad vitam raperetur æternam, quàm redeunte tempore paschali grauiorem cum eis, qui eum ad veritatem sequi nolebant, cogeretur habere discordiam. Scripsit idem vir de locis sanctis librum legentibus multum vti- *Adamnani liber de locis sanctis.*
B limum, cuius auctor erat docendo ac dictando Galliarum episcopus Arcuulfus, qui locorum gratia sanctorum venerat Hierosolymam. Et lustrata omni terra repromissionis, Damascũ quoque, Constantinopolim, Alexandriam, multásque maris in sulas adierat, patriámque nauigio reuertẽs vi tempestatis in Occidentalia Britanniæ litora delatus est. Ac post multa ad memoratum Christi famulum Adamnanum perueniens, vbi doctus in scripturis sanctorúmque locorum gnarus esse cõpertus est, libentissimè est ab illo susceptus, libentius auditus, adeò vt quæque ille se in locis sanctis memoratu digna vidisse testabatur, cuncta mox ille literis mãdare curauerit. Fecítque opus (vt dixi) multis vtile, & maximè illis qui longius ab eis locis in quibus Patriarchæ & Apostoli erant, secreti, ea tantùm de his quæ lectione didicerint, norunt. Porrexit autem librum hunc Adamnanus Alfrido regi, ac per eius est largitionem etiam minoribus ad legendũ contraditus. Scriptor quòque ipse multis ab eo muneribus donatus, in patriam remissus est. De cuius scriptis aliqua decerpere, ac nostræ huic historiæ inserere commodum fore legentibus reor.

De loco dominicæ natiuitatis, paſsionis, reſurrectionis ex libro Adamnani.

SCRIPSIT ergo de loco dominicæ natiuitatis in hunc modum: Bethleem ciuitas Dauid in CAP. XVII.
dorso sita est angusto, ex omni parte vallibus circundata, ab occidente in orientem mille passibus
C longa, humilis sine turribus, muro per extrema plani verticis instructo. In cuius orientali angulo
quasi quoddam naturale semiantrum est, cuius exterior pars natiuitatis dominicæ fuisse dicitur lo-
cus, interior præsepe Domini nominatur. Hæc spelunca tota interius pretioso marmore tecta, su-
pra locum vbi Dominus natus specialius traditur, sanctæ Mariæ grandem gestat ecclesiam. Scripsit
item hoc modo de loco passionis & resurrectionis illius: Ingressus à septentrionali parte vrbem Hie-
rosolymam, primum de locis sanctis pro conditione platearum diuertendum est ad ecclesiam Cõ-
stantinianam, quæ Martyrium appellatur. Hanc Constãtinus imperator, eo quòd ibi crux Domini
ab Helena eius matre reperta sit, magnifico & regio cultu construxit. Dehinc ab oriente Golgotha
videtur ecclesia, in qua etiam rupis illa apparet, quæ quondam ipsa infixo Domini corpore crucem
Domini tulit, argenteammodò pergrandem sustinens crucem, pendente magna desuper ærea rota
cum lampadibus. Infra ipsum verò locum dominicæ crucis excisa in petra crypta est, in qua super
altare pro defunctis honoratis sacrificium solet offerri, positis interim in platea corporibus. Huius *Sacrificiũ pro defunctis.*
quoque ad occasum ecclesiæ anastasis, hoc est, resurrectionis dominicæ rotunda ecclesia tribus cin-
D cta parietibus, duodecim columnis sustentatur, inter parietes singulos latum habens spatium viæ,
quę tria altaria in tribus locis parietis medij continet, hoc est, australi, aquilonari, & occidentali.
Hæc bis quaternas portas, id est, introitus per tres eregione parietes habet, è quibus quatuor ad
Vulturnum, & quatuor ad Eurum spectant. Huius in medio monumentum Domini rotundum pe-
tra excisum est, cuius culmen intrinsecus stans homo manu contingere potest, ab oriente habẽs in-
troitum, cui lapis ille magnus appositus est, quod intrinsecus ferramentorum vestigia vsque in præ-
sens ostendit. Nam extrinsecus vsque ad culminis summitatem totum marmore tectum est: sum-
mum verò culmen auro ornatum, auream magnam gestat crucem. In huius ergo monumenti aqui-
lonari parte sepulchrum Domini in eadem petra excisum est, longitudinis septem pedum, triũ men
sura palmarum pauimento altius eminet, introitum habens à latere meridiano, vbi die noctúque
duodecim lampades ardent, quatuor intra sepulchrum, octo supra in margine dextro. Lapis qui ad
ostium monumenti positus erat, nunc fissus est, cuius pars minor quadratum altare ante oltium ni-
hilominus eiusdem monumenti stat, maior verò pars, in orientali eiusdem ecclesiæ loco, quadrãgu-
E lum aliud altare sub linteaminibus extat. Color autem eiusdem monumẽti & sepulchri, albo & ru-
bicundo permixtus videtur.

De loco aſcenſionis, & ſepulchris patriarcharum.

DE loco quoque ascensionis dominicæ præfatus auctor hoc modo refert: Mons Oliuarum al- CA. XVIII.
titudine monti Sion par est: sed latitudine & longitudine præstat, exceptis vitibus & oliuis, raræ fe-
rax arboris, frumẽti quoque & hordei fertilis. Neque enim brucosa, sed herbosa & florida soli illius
est qualitas. In cuius summo vertice, vbi Dominus ad cœlos ascendit, ecclesia rotunda grandis ter-
nas per circuitum cameratas habet porticus desuper tectas. Interior namque domus propter
dominici corporis meatum camerari & tegi non potuit, altare ad Orientem habens augusto cul-
mine protectum. In cuius medio vltima domini vestigia cœlo desuper patente vbi ascendit, visun- *Veſtigia Chriſti aſcedentis.*
tur. Quæ cum quotidiè à credentibus terra tollatur, nihilominus manet, eãdémque adhuc speciem

veluti impressis signatam vestigiis seruat. Hæc circa ærea rota iacet, vsque ad ceruicem alta, ab Occasu habens introitum, pendente desuper in trochleis magna lãpade, totáque die ac nocte lucente. In Occidentali eiusdem ecclesiæ parte sunt fenestræ octo, totidémque è regione lampades in funibus pendentes, vsque Hierosolymam per vitrum fulgent, quarum lux corda intuentium cum quadam alacritate & cõpunctione pauefacere dicitur. In die ascensionis dominicæ per annos singulos missa peracta validi flaminis procella desursum venire cõsueuit, & omnes qui in ecclesia adfuerint, terræ prosternere. De situ etiam Hebron & monumentis patrum ita scribit: Hebron quondam ciuitas & Metropolis regni Dauid, nunc ruinis tantùm quid tunc fuerit ostendens, vno ad Orientem stadio speluncam duplicem in valle habet, vbi sepulchra patriarcharum quadrato muro circundantur, capitibus versis ad Aquilonem. Et hæc singula singulis tecta lapidibus instar basilicæ dolatis trium patriarcharum candidis, Adam obscurioris & vilioris operis, qui haud lõgè ab illis ad Boream extremámque muri illius partem pausat: trium quoque fœminarum viliores & minores memoriæ cernuntur. Mambre etiam collis mille passibus est à monumentis his ad Boream herbosus valdè & floridus, campestrem habens in vertice planiciẽ. In cuius Aquilonari parte quercus Abrahæ duorum hominum altitudinis truncus, ecclesia circundata est. Hæc de opusculis excerpta præfati scriptoris ad sensum quidem verborum illius, sed breuioribus strictísque comprehensa sermonibus nostris, ad vtilitatem legentium historiis indere placuit. Plura voluminis illius, si quem scire delectat, vel in ipso illo volumine, vel in eo quod de illo dudum strictim excerpsimus, epitomate requirat.

Ascensionis miracula.

Abrahæ quercus.

CAP. XIX. ANNO dominicæ incarnationis septingentesimoquinto Alfridus rex Nordan Humbrorum defunctus est, anno regni sui vicesimo necdũ impleto. Cui succedens in imperium filius suus Osredus puer octo circiter annorum, regnauit annis vndecim. Huius regni principio antistes occidentalium Saxonum Heddi cœlestem migrauit ad vitam. Bonus quippè erat vir ac iustus, & episcopalem vitam siue doctrinam magis insito sibi virtutum amore, quàm lectionibus institutus exercebat. Denique reuerendissimus antistes Pecthelmus, de quo in sequentibus loco suo dicendum est, qui cum successore eius Aldhelmo multo tempore adhuc diaconus siue monachus fuit, referre est solitus, quòd in loco quo defunctus est, ob meritũ sanctitatis eius, multa sanitatum sint patrata miracula, hominésque prouinciæ illius solitos, ablatum inde puluerem propter languentes in aquam mittere, atque huius gustum siue aspersionem multis sanitatem ægrotis & hominibus & pecoribus cõferre: propter quod, frequenti ablatione pulueris sacri, fossa sit ibidem facta non minima. Quo defuncto episcopatus prouinciæ illius, in duas parrochias diuisus est: vna data est Danieli, quam vsque hodiè regit: altera Aldhelmo, cui annis quatuor strenuissimè præfuit: ambo & in rebus ecclesiasticis & in scientia scripturarum sufficienter instructi. Denique Aldhelmus cùm esset adhuc presbyter & abbas monasterij quod Mailduiurbem nominant, scripsit iubente synodo suæ gentis librũ egregium aduersus errorem Britonum, quo vel Pascha non suo tempore celebrant, vel alia perplura ecclesiasticæ castitati & paci contraria gerunt: multósque eorum qui occidentalibus Saxonibus subditi erant Britones, ad catholicam dominici paschæ celebrationem huius lectione perduxit. Scripsit & de virginitate librum eximium, quem in exemplũ Sedulij geminato opere & versibus hexametris & prosa composuit. Scripsit & alia nonnulla, vtpotè vir vndecunque doctissimus. nam & sermone nitidus, & scripturarum (vt dixi) tam liberalium quàm ecclesiasticarum erat eruditione mirandus. Quo defuncto pontificatum pro eo suscepit Forthere, qui vsque hodiè superest, vir & ipse in scripturis sanctis multum eruditus. Quibus episcopatum administrantibus statutum est synodali decreto, vt prouincia Australium Saxonum, quæ eatenus ad ciuitatis Ventanæ, cui tunc Daniel præerat, parrochiam pertinebat, & ipsa sedem episcopalem ac proprium haberet episcopum. Cõsecratúsque est eis primus antistes Eadbertus, qui erat abbas in monasterio beatæ memoriæ VVilfridi episcopi, quod dicitur Seleseu. Quo defuncto Ceolla suscepit officium pontificatus. Ipso autem ante aliquot annos ex hac luce subtracto, episcopatus vsque hodiè cessauit.

Saxonum episcopi.

Aldhelmi scripta.

Coenredus & Offa reges fiunt monachi.

CAP. XX. *Polydor. li. 4. hist pag. 73.* ANNO autem imperij Hosredi quarto Coenredus, qui regno Merciorum nobilissimè tempore aliquanto præfuerat, nobilius multò sceptra regni reliquit. Nam venit Romam, ibique attonsus, pontificatum habente Constantino, ac monachus factus ad limina Apostolorum in precibus, ieiuniis, & eleemosynis vsque ad diem permansit vltimum. Succedente in regnum Coenredo filio Edilredi, qui ante ipsum Coẽredum idem regnum tenebat. Venit autem cum illo & filius Sigheri regis Orientalium Saxonum, cuius supra meminimus, vocabulo Offa, iuuenis amantissimæ ætatis & venustatis, totæque suæ genti ad tenenda seruandáque regni sceptra exoptatissimus. Qui pari ductus deuotione mentis reliquit vxorem, agros, cognatos, & patriam propter Christum & propter Euangelium, vt in hac vita centuplum acciperet, & in seculo venturo vitam æternam. Et ipse ergo, vbi ad loca sancta Romam peruenerunt, attonsus, & in monachico vitam habitu complens, ad visionem beatorum Apostolorum in cœlis diu desideratam peruenit. Eodem sanè anno quo hi Britanniã reliquere, antistes eximius VVilfridus post quadraginta & quinque annos accepti episcopatus diem clausit extremum, in prouincia quę vocatur Inundalum, corpúsque eius loculo inditum perlatum est in monasterium ipsius, quod dicitur Inrhypum, & iuxta honorem tanto pontifici congruum in ecclesia

De his regibus qui voti causa Romam ierant meminit Platina in vita Constantini pontificis.

A ecclesia beati apostoli Petri sepultum: De cuius statu vitæ (vt ad priora repedantes) paucis quæ sunt gesta memoremus. Cùm esset puer bonæ indolis, atque vitam in probis moribus transigens, ita se modestè & circunspectè in omnibus gerebat, vt meritò à maioribus quasi vnus ex ipsis amaretur & veneraretur. Vbi quartumdecimum ætatis contigit annum, monasticam seculari vitam prætulit. Quod vbi patri suo narrauit (iã enim mater obierat) libẽter eius votis ac desideriis cœlestib⁹ annuit, eúmque cœptis insistere salutaribus iussit. Venit ergo ad insulam Lindisfarnensem, ibíque monachorum famulatui se contradens, diligenter ea quæ monasticæ castitatis ac pietatis erant, & discere curabat & agere. Et quia acris erat ingenij, didicit citissimè psalmos & aliquot codices, necdum quidem attonsus: verùm his quæ tonsura maiores sunt virtutibus, id est, humilitate & obedientia, non mediocriter insignitus: propter quod & à senioribus & coætaneis suis iusto colebatur affectu. In quo videlicet monasterio cum aliquot annos Deo seruiret, animaduertit paulatim adolescens animi sagacis, minimè perfectam esse virtutis viam quæ tradebatur à Scottis, proposuítq; animo venire Romam, & qui ad sedem apostolicam ritus ecclesiastici siue monasteriales seruarentur, videre. Quod
B cùm fratribus referret, laudauerunt eius propositum, eumque id quod mente disposuit, perficere suadebant. At ille confestim veniens ad reginam Eanfledam, cui notus erat, eiúsque consilio & suffragiis præfato fuerat monasterio sociatus, indicauit ei desiderium sibi inesse beatorũ apostolorum limina visitã di. Quæ delectata bono adolescentis proposito, misit eum Cantiam ad regem Erconbertum, qui erat filius auunculi sui, postulans vt eum honorificè Romam transmitteret. Quo tempore ibi gradum archiepiscopatus Honorius vnus ex discipulis beati papæ Gregorij, vir in rebus ecclesiasticis sublimiter institutus, seruabat. Vbi cùm aliquamdiu demoratus adolescẽs animi viuacis diligenter his quæ incipiebat discendis operam daret, superuenit illò alius adolescens nomine Biscop, cognomento Benedictus, de nobilibus Anglorum, cupiens & ipse Romam venire, cuius supra meminimus. Huius ergo comitatui rex sociauit VVilfridum, atque illum secum Romam perducere iussit. Qui cum Lugdunum peruenissent, VVilfridus à Dalfino ciuitatis episcopo ibi retẽtus est, Benedictus cœptum iter gnauiter Romam vsque compleuit. Delectabatur enim antistes prudentia verborum iuuenis, gratia venusti vultus, alacritate actionis, & constãtia ac maturitate cogitationis.
C Vnde & omnia quæ necesse habebat, abundanter ipsi cum sociis suis (quamdiu secum erant) donabat: & insuper offerebat, vt si vellet partem Galliarum non minimam illi regendam committeret, ac filiam fratris sui virginem illi coniugem daret, eúmque ipse loco adoptiui haberet. At ille gratias agens pietati quam erga eum (cum esset peregrinus) habere dignaretur, respondit, propositum se magis alterius conuersationis habere, & ideo patria relicta Romam iter agere cœpisse. Quibus auditis antistes misit eum Romam, dato duce itineris, & cunctis simul quæ necessitas poscebat itineris largiter subministratis, obsecrans sedulò vt cum in patriam reuerteretur, per se iter facere meminisset. Veniens verò VVilfridus Romam, & orationibus ac meditationi rerum ecclesiasticarum (vt animo proposuerat) quotidiana mancipatus instantia, peruenit ad amicitiam viri sanctissimi ac doctissimi, Bonifacij videlicet archidiaconi, qui etiam consiliarius erat apostolici Papæ: cuius magisterio quatuor Euangeliorum libros ex ordine didicit, computum Paschę rationabilem, & alia multa quæ in patria nequiuerat, ecclesiasticis disciplinis accõmoda eodem magistro tradente percepit. Et
D cum menses aliquot ibi studiis occupatus fœlicibus exegisset, rediit ad Dalfinum in Galliam, & tres annos apud ipsum commoratus, attonsus est ab eo, & in tanto habitus amore, vt hæredem sibi illum facere cogitaret. Sed ne hoc fieri posset, antistes crudeli morte præreptus est, & VVilfridus ad suæ potius, hoc est, Anglorum gentis episcopatum reseruatus. Nam Brunechilda regina missis militibus episcopum iussit interfici, quem ad locum quidem quo decollandus erat, secutus est VVilfridus clericus illius, desiderans cum eo (tametsi ipso multum prohibente) pariter occumbere. Sed hunc vbi peregrinum atque oriũdum de natione Anglorum cognouere, carnifices pepercere illi, neque eum trucidare cum suo voluere pontifice. At ille Britanniam veniens, coniunctus est amicitiis Aldfridi regis, qui catholicas ecclesiæ regulas sequi semper & amare didicerat. Vnde & illi, quia catholicum eum esse comperit, mox donauit terram decem familiarum, in loco qui dicitur Stanford: & non multò post monasterium triginta familiarum, in loco qui vocatur Inrhypum. Quem videlicet locum dederat pridem ad construendum inibi monasteriũ his qui Scottos sequebantur. Verùm quia illi postmodum optione data maluerunt loco cedere, quàm Pascha catholicum, cæterósque ritus
E canonicos iuxta Romanæ & Apostolicæ ecclesiæ consuetudinem recipere, dedit hoc illi quẽ melioribus imbutum disciplinis ac moribus vidit. Quo in tempore ad iussionem præfati regis presbyter ordinatus est in eodem monasterio ab Agilberto episcopo Geuissorum, cuius suprà meminimus, desiderante rege, vt vir tantæ eruditionis ac religionis sibi specialiter indiuiduo comitatu sacerdos esset ac doctor. Quem non multò post, detecta & eliminata (vt supra docuimus) Scottorum secta, Galliam mittens cum consilio atque consensu patris sui Osvvi, episcopũ sibi rogauit ordinari, cum esset annorum circiter triginta, eodem Agilberto tunc episcopatum agente Parisiacæ ciuitatis, cum quo & alij vndecim episcopi ad dedicationem antistitis conuenientes, multum honorificè ministerium impleuerunt. Quo adhuc in transmarinis partibus demorante, cõsecratus est in episcopatum Eboraci iubente rege Osvvi Ceadda, vir sanctus, vt supra memoratum est, & tribus annis ecclesiam sublimiter regens, dehinc ad monasterij sui quod in Læstingari curam secessit, accipiente VVilfrido

Honorius.

Romana & Apostolica ecclesia.

Agilbertus Parisiensis episcopus.

episcopatum totius Nordan Humbrorum prouinciæ. Qui deinde regnante Ecgfrido pulsus est F
episcopatu, & alij pro illo consecrati antistites, quorum supra meminimus, Romámque iturus, & co-
ram apostolico Papa causam dicturus, vbi nauem conscendit, flante Fauonio pulsus est Fresiam, &
honorificè susceptus à Barbaris ac rege illorum Aldgisso, prædicabat eis Christum, & multa eorum
milia verbo veritatis instituens, à peccatorum suorum sordibus fonte saluatoris abluit. Et quod
postmodum VVilbrordus reuerendissimus Christi pontifex in magna deuotione compleuit, ipse
primus ibi opus Euangelicum cœpit. Ibi ergo hyemem cum noua Dei plebe fœliciter exigens, sic
Romam veniendi iter repetiit, & vbi causa eius ventilata est præsente Agathone papa & pluribus
episcopis, vniuersorum iudicio absque crimine accusatus fuisset, episcopatu esse dignus inuentus
Synodus aduersum monothelitas. est. Quo in tempore idem papa Agatho cùm synodum congregaret Romæ centum vigintiquinque
episcoporum aduersus eos qui vnã in domino saluatore voluntatẽ atque operationem dogmatiza-
bant, vocari iussit & VVilfridũ, atque inter episcopos consedentẽ diecre fidem suã simul & prouin-
ciæ suæ insulæ de qua venerat. Cũque catholicus fide cũ suis esset inuentus, placuit hoc inter cætera
eiusdem synodi gestis inseri, scriptũque est hoc modo: VVilfridus Deo amabilis episcopus Ebora- G
cẽsis ciuitatis Apostolicam sedem de sua causa appellans, & ab hac potestate de certis incertísque re
bus absolutus, & cum aliis cẽtũ vigintiquinque coëpiscopis in synodo in iudicij sede constitutus, &
pro omni aquilonari parte Britãniæ & Hyberniæ insulis, quæ ab Anglorũ & Britonũ necnõ Scotto-
rũ & Pictorũ gẽtibus incoluntur, veram & catholicam fidem cõfessus est, & cõscriptione sua corro-
borauit. Post hæc reuersus Britanniã, prouinciã Australiũ Saxonũ ab idololatriæ ritibus ad Christi
fidem conuertit. Vectæ quoque insulæ verbi ministros destinauit, & secũdo anno Aldfridi, qui post
Ecfridum regnauit, sedem suam & episcopatum ipso rege inuitante recepit. Sed post quinque annos
denuò accusatus ab eodem ipso rege & plurimis episcopis, præsulatu pulsus est: veniénsque Romã
cum præsentibus accusatoribus acciperet locũ se defendendi, consedẽtibus episcopis pluribus cum
apostolico papa Ioanne, omniũ iudicio probatum est, accusatores eius nonnulla in parte falsas con-
Vilfridus absoluitur. tra eum machinasse calumnias. Scriptúmque est à præfato papa regibus Anglorum Edilredo & Al-
dfrido, vt eum in episcopatum suum (eo quòd iniustè fuerit condemnatus) facerẽt recipi. Iuuit au- H
tem causam absolutionis eius lectio synodi beatæ memoriæ papæ Agathonis, quæ quondam ipso
præsente in vrbe, atq; in eodẽ cõcilio inter episcopos residente, vt prædiximus, acta est. Cũ ergo cau
sa exigente synodus eadem coram nobilibus & frequentia populi iubente apostolico Papa diebus
aliquot legeretur, ventum est ad locũ vbi scriptum erat: VVilfridus Deo amabilis episcopus Ebora-
censis ciuitatis Apostolicam sedem de sua causa appellans, & ab hac potestate de certis incertísque
rebus absolutus, &c. quæ supra posuimus. Quod vbi lectum est, stupor apprehendit audiẽtes, & silẽte
lectore cœperũt alterutrum requirere quis esset ille VVilfridus episcopus. Tũ Bonifacius cõsiliarius
apostolici papæ, & alij perplures qui eum temporibus Agathonis papæ ibi viderunt, dicebãt ip sum
esse episcopũ, qui nuper Romã accusatus à suis, atq; ab apostolica sede iudicãdus, aduenerat. Qui iã
dudũ, inquiũt, æquè accusatus huc aduenies, mox audita ac diiudicata causa & cõtrouersa vtriusq;
partis, à beatæ memoriæ papa Agathone probatus est, contra fas à suo episcopatu repulsus: & tanto
apud eũ habitus est honore, vt ipsum *in cõcilio quod* cõgregarat episcoporũ, quasi virum incorru-
ptæ fidei & animi probi residere præciperet. Quibus auditis, dicebant omnes vnà cum ipso pontifi- I
ce, virũ tãtæ authoritatis, qui per quadraginta propè annos episcopatu fungebatur, nequaquã dam-
nari debere: sed ad integrum culpis accusationum absolutũ, patriam cum honore reuerti. Qui cum
Britanniã remeãs in Galliarũ partes deuenisset, tactus est infirmitate repentina, & ea crescẽte adeò
pressus, vt neq; equo vehi posset, sed manibus ministrorum portaretur in grabato. Sic delatus in ci-
uitatẽ Meldũ Galliæ quatuor diebus ac noctibus quasi mortuus iacebat, halitu tantũ pertenui quia
viueret demonstrãs. Cúmq; ita fine cibo & potu, sine voce & auditu quatriduo perseueràret, quinta
demũ illucescente die quasi de graui experrectus sõno exurgens resedit, apertísque oculis vidit circa
se choros psallentiũ simul & flentium fratrũ, ac modicum suspirans interrogauit vbi esset Acca pre-
sbyter: qui statim vocatus intrauit, & videns eum melius habentem ac loqui iam valentem, flexis ge-
nibus gratias egit Deo cum omnibus qui aderãt fratribus. Et cũ parum consedissent, ac de supernis
iudiciis trepidi aliquantũ fabulari cœpissent, iussit pontifex cæteros ad horã egredi, & ad Accan pre
sbyterũ ita loqui exorsus est: Visio mihi modò tremenda apparuit, quã te aure ac silẽtio tegere volo, K
donec sciã quid de me fieri velit Deus. Astitit enim mihi quidã candido præclarus habitu, dicens se
Apparitio B. Michaelis. Vilfridus precibus ad vitam reuocatus. Michaëlem esse archangelũ, &, Ob hoc, inquit, missus sum, vt te à morte reuocẽ. Donauit enim tibi
Dominus vitam per orationes ac lachrymas discipulorum & fratrum tuorum, & per intercessionem
suæ beatæ genitricis sempérque virginis Mariæ. Quapropter dico tibi, quia modò quidẽ ab infir-
mitate hac sanaberis: sed paratus esto, quia post quadrienniũ reuertẽs visitabo te. Patriã verò perue-
niens maximã possessionũ tuarum quæ tibi ablatæ sunt portionẽ recipies, atque in pace tranquilla
vitã terminabis. Conualuit igitur episcopus cunctis gaudentibus & Deo gratias agentibus, cœptóq;
itinere Britanniã venit. Lectis autẽ epistolis quas ab apostolico Papa aduexerat, Bertvvaldus archie-
piscopus & Edilredus quondã rex, tunc autẽ abbas, libentissimè fauerunt. Qui videlicet Edilredus
accitũ ad se Conredũ, quem pro se regem fecerat, amicum episcopo fieri petiit, & impetrauit. Sed
Aldfridus Nordan Hũbrorũ rex eũ susciperе contẽpsit, nec longo tempore superfuit. Vnde factum
est

A est vt regnante Osredo filio eius, mox synodo facta iuxta fluuium Nidd, post aliquantum vtriusque
partis conflictum, tandem cunctis fauentibus in præsulatum sit suæ receptus ecclesiæ. Sícque qua-
tuor annis, id est, vsque ad diem obitus sui vitã duxit in pace. Defunctus est autẽ quarto Idus Octo-
bris in monasterio suo, quod habebat in prouincia Vndalum, sub regimine Cudbaldi abbatis, & mi-
nisterio fratrum perlatus in primum suum monasterium, quod dicitur Inrhipum, positúsque est in
ecclesia beati Apostoli Petri iuxta altare ad Austrũ, vt & supra docuimus, & hoc de illo Epitaphium
est scriptum.

Vilfridi Epitaphium.

Vvilfridus hic magnus requiescit corpore præsul,
Hanc Domino qui aulam ductus pietatis amore
Fecit, & eximio sacrauit nomine Petri,
Cui claues cæli Christus dedit arbiter orbis,
Atque auro ac Tyrio deuotus vestiit ostro:
Quinetiam sublime crucis radiante metallo,
B *Hic posuit trophæum, necnon & quatuor auro*
Scribi euangelij præcepit in ordine libros,
Ac thecam è rutilo his condignam condidit auro.
Paschalis qui etiam solennia tempora cursus,
Catholici ad iustum correxit dogma canonis
Quem statuere patres, dubióque errore remoto
Certa suæ genti ostendit moderamina ritus.
Inque locis istis monachorum examina crebra
Colligit, ac monitis cauit quæ regula patrum
Sedulus instituit, multísque domique forísque
Iactatus nimium per tempora longa periclis,
Quindecies ternos postquam egit episcopus annos,
Transiit, & gaudens cœlestia regna petiuit,
C *Dona Iesu vt grex pastoris calle sequatur.*

ANNO post obitum præfati patris proximo, id est, quinto Osredi regis, reuerendissimus pater CAP. XXI.
Adrianus abbas cooperator in verbo Dei Theodori beatæ memoriæ episcopi defunctus est, & in
monasterio suo in ecclesia beatæ Dei genitricis sepultus: qui est annus quadragesimusprimus, ex
quo à Vitaliano papa directus est cũ Theodoro: ex quo autẽ Britanniã venit, tricesimusnonus. Cuius
doctrinæ simul & Theodori inter alia testimonium perhibet, quòd Albinus discipulus eius, qui mo- *Adriano Albinus & Vvilfrido Acca succedunt.*
nasterio ipsius in regimine successit, in tantum studiis scripturarum institutus est, vt Græcã quidem
linguã nõ parua ex parte, Latinã verò nõ minus quàm Anglorũ, quæ sibi naturalis est, nouerit. Suc-
cepit verò pro VVilfrido episcopatũ Hagustaldẽsis ecclesiæ Acca presbyter eius, vir & ipse strenuis-
simus, & corã Deo & hominib⁹ magnificus, qui & ipsius ecclesiæ suæ, quæ in beati Andreæ Apostoli
honorẽ consecrata est, ædificiũ multifario decore ac mirificis ampliauit operibus. Dedit nãq; ope-
rũ (quod & hodiè facit) vt acquisitis vndecunque reliquiis beatorum Apostolorũ & martyrũ Christi, *Reliquiis altaria consecrantur.*
D in venerationem illorum poneret altaria, distinctis porticibus in hoc ipsum intra muros eiusdẽ ec-
clesiæ. Sed & historias passionum eorum vnà cum cæteris ecclesiasticis voluminibus summa indu-
stria cõgregans, amplissimã ibi ac nobilissimam bibliothecam fecit. Necnõ & vasa sancta & lumina-
ria aliáq; huiusmodi quæ ad ornatum domus Dei pertinent, studiosissimè parauit. Cantorẽ quoque
egregium, nomine Maban, qui à successoribus discipulorum beati papæ Gregorij in Cantia fuerat *Maban cãtor.*
cantandi sonos edoctus, ad se suósq; instituendos accersiit, ac per annos duodecim tenuit, quatenus
& ea quæ illi nõ nouerant, carmina ecclesiastica doceret, & ea quæ quondam cognita longo vsu vel
negligentia inueterare cœperant, huius doctrina in priscum renouarentur statum. Nam & ipse epi-
scopus Acca cantator erat peritissimus, quomodo etiam in literis sanctis doctissimus, & in catholicę
fidei confessione castissimus, in ecclesiasticæ quoque institutionis regulis solertissimus extiterat, &
vsque dum sua præmia piæ deuotionis acciperet, existere non destitit: vtpote qui à pueritia in clero
sanctissimi ac deo dilecti Bosa Eboracensis episcopi nutritus atque eruditus est. Deinde ad VVilfri-
dum episcopum spe melioris propositi aduenies, omnem in eius obsequio vsque ad obitum illius
E expleuit ætatem. Cum quo etiam Romã veniens, multa illic quæ in patria nequiuerat ecclesiæ san-
ctæ institutionis, vtilia didicit.

Ceolfridus abbas regis Pictorum postulatis respondet.

EO tempore Naitanus rex Pictorũ (qui Septentrionales Britanniæ plagas inhabitant) admonitus CAP. XXII.
ecclesiasticarum frequenti meditatione scripturarum, abrenunciauit errori quo catenus in obser- *Paschacatholicam Picti suscipiunt.*
uatione Paschæ cum sua gente tenebatur, & se suósque omnes ad catholicam obseruantiã, domini-
cæ resurrectionis tẽpus celebrandũ perduxit. Quod vt facilius & maiori autoritate perficeret, quæsi
uit auxiliũ de gente Anglorũ, quos iamdudum ad exemplum sanctæ Romanæ & Apostolicæ eccle-
siæ suam religionem instituisse cognouit. Siquidem misit legatarios ad virum venerabilem Ceolfri- *Veritas fidei petitur à Romanis.*
dum abbatem monasterij beatorum Apostolorum Petri & Pauli, quod est ad ostium Vvyri amnis,
& iuxta amnem Tinam, in loco qui vocatur Ingriuum, cui ipse post Benedictum (de quo supra dixi-

mus)glorioſiſſimè præfuit,poſtulans vt exhortatorias ſibi litteras mitteret, quibus potentius confutare poſſet eos qui Paſcha non ſuo tempore obſeruare præſumerent,ſimul & de tonſuræ modo vel ratione qua clericos inſigniri deceret.Excepto quòd etiam ipſe in his non parua ex parte eſſet imbutus.Et architectos ſibi mitti petiit,qui iuxta morem Romanorum eccleſiam de lapide ingente ipſius facerent,promittens hanc in honorem beati apoſtolorum principis dedicandam: ſe quoq; ipſum cum ſuis omnibus morem ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ eccleſiæ ſemper imitaturum, inquantum duntaxat tã longè à Romanorũ loquela & natione ſegregati hunc ediſcere poſſent. Cuius religioſis votis ac precibus fauens reuerendiſſimus abbas Ceolfridus,miſit architectos quos petebat & literas ſcriptas in hunc modum:

Architecti ad fabricam Eccleſiæ.

Domino excellentiſſimo & glorioſiſſimo regi Naitano Ceolfridus abbas in domino ſalutem. Catholicam ſancti Paſchæ obſeruantiam,quã à nobis rex Deo deuote religioſo ſtudio quæſiſti, promptiſſimè ac libentiſſimè tuo deſiderio,iuxta quod ab apoſtolica ſede didicimus,patefacere ſatagimus. Scimus namq; cælitus ſanctæ eccleſiæ donatũ,quotiens ipſi rerum Domini diſcendæ,docẽdę,cuſtodiẽdæ veritati operam impendũt. Nam & verè omnino dixit quidam ſecularium ſcriptorũ,quòd fœliciſſimo mũdi ſtatu ageretur,ſi vel reges philoſopharẽtur,vel regnarent philoſophi. Quòd ſi de philoſophia huius mundi,verè intelligere de ſtatu huius mundi,merito diligere potuit homo hunc mundum: quanto magis ciuibus patriæ cœleſtis in hoc mundo peregrinantibus optandum eſt, & totis animi viribus ſupplicandum,vt quo plus in mundo quique valent, eò amplius eius qui ſuper omnia eſt, iudicis mãdatis auſcultare contẽdant,atque ad hæc obſeruanda ſecum eos quoque qui ſibi commiſſi ſunt, & exemplis ſimul & authoritate inſtituãt? Tres ſunt ergo regulæ ſacris inditæ literis,quibus Paſchæ celebrandi tempus nobis præfinitum nulla prorſus humana licet authoritate mutari:è quibus duæ in lege Moyſi diuinitus ſtatutæ,tertia in Euangelio per effectum dominicæ paſſionis & reſurrectionis adiuncta eſt.Præcepit enim lex,vt Paſcha primo menſe anni & tertia eiuſdem mẽſis ſeptimana, id eſt,à quintadecima die vſque ad viceſimam primam fieri deberet. Additúmque eſt per inſtitutionem apoſtolicam ex Euangelio,vt in ipſa tertia ſeptimana diem dominicam expectare, atque in ea tẽporis Paſchalis initium tenere debeamus. Quam videlicet regulam triformem ſi quis ritè cuſtodierit,nunquam in adnotatione feſti paſchalis errabit. Verùm ſi de his ſingulis enucleatius ac latius audire deſideras,ſcriptũ eſt in Exodo,vbi liberãdus de Ægypto populus Iſrael primũ Paſcha facere iubetur:quia dixerit Dominus ad Moyſen & Aarõ: Menſis iſte vobis principiũ menſium primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael,& dicite eis: Decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias & domos ſuas. Et paulò poſt: Et ſeruabitis eum vſque ad quartamdecimam diem menſis huius. Immolabítque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. Quibus verbis manifeſtiſſimè conſtat,quod ita in obſeruatione Paſchali mentio ſit diei quartædecimæ,vt non tamen in ipſa die quartadecima Paſcha fieri præcipiatur,ſed aduenięte tandem veſperã diei quartædecimę,id eſt,quintãdecima luna quæ initium tertiæ ſeptimanæ faciat, in cœli faciem prodeunte,agnus immolari iubeatur. Et quòd ipſa ſit nox quintædecimæ lunæ,in qua percuſſis Ægyptiis,Iſrael eſt à longa ſeruitute redemptus: Septem,inquit,diebus azyma comedetis. Quibus iterũ verbis tota tertia ſeptimana eiuſdẽ primi menſis decernitur ſolennis eſſe debere. Sed ne putaremus eaſdem ſeptem dies à quartadecima vſque ad viceſimam eſſe computandas, cõtinuò ſubiecit: In die primo nõ erit fermentũ in domibus veſtris. Quicunque comederit fermentũ in domibus veſtris,peribit anima illa de Iſrael. A die primo vſque ad diẽ ſeptimũ,& cætera, vſque dũ ait: In eadem enim ipſa die educam exercitum veſtrum de terra Ægypti. Primũ ergo diem azymorum appellat eũ,in quo exercitũ eorũ eſſet educturus de Ægypto. Conſtat autẽ quia nõ quartadecima die,in cuius veſpera agnus eſt immolatus,& quæ propriè Paſcha ſiue phaſe dicitur,ſed quintadecima ſunt educti ex Ægypto,ſicut in libro Numerorũ apertiſſimè ſcribitur. Profecti igitur de Rameſſe quintadecima die menſis primi,altera die fecerunt Phaſe filij Iſrael in manu excelſa. Septẽ ergo dies azymorũ,in quarũ prima eductus eſt populus Domini ex Aegypto,ab initio(vt diximus)tertiæ ſeptimanę,hoc eſt,à quintadecima die menſis primi vſq; ad viceſimã primã eiuſdẽ menſis diẽ completam cõputari oportet. Porrò dies quartuſdecimus extra hũc numerũ ſeparatum,ſub Paſchæ titulo prænotatur,ſicut Exodi ſequentia patenter edocent. Vbi cùm dictum eſſet: In eadẽ enim ipſa die educam exercitum veſtrum de terra Aegypti,protinus additum eſt: Et cuſtodietis diem iſtũ in generationes veſtras ritu perpetuo. Primo menſe quartadecima die menſis comedetis azyma vſq; ad diem viceſimam primam eiuſdem menſis ad veſperam. Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus veſtris. Quis enim nõ videat,à quartadecima vſque ad viceſimam primam,non ſeptem ſolummodo,ſed octo potius eſſe dies,ſi & ipſa quartadecima annumeretur? Sin autem(vt diligentius explorata ſcripturæ veritas docet)à veſpera diei quartædecimæ vſque ad veſperam viceſimæ primæ computauerimus, videbimus profectò quòd iſta dies quartamdecimam veſperam ſuam feſti Paſchalis initium porrigat, vt non ampliùs tota ſacra ſolennitas quàm ſeptem tantummodo noctes cum totidem diebus cõprehendat. Vnde vera eſſe probatur noſtra diffinitio,qua tempus Paſchale primo menſe anni & tertia eius hebdomada celebrandũ eſſe diximus. Veraciter enim tertia agitur hebdomada,quod à veſpera quartædecimæ diei incipit,& in veſpera viceſimæ primæ cõpletur. Poſtquam verò Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus,diemque nobis dominicam,quæ apud

Plato.

Supra lib. 2. cap. 2. & 19. li. 3. cap. 25.

Exo. 12.

Dies exitus Iſraelitarũ.

apud antiquos vnà vel prima Sabbati ſiue Sabbatorum vocatur, gaudio ſuæ reſurrectionis fecit eſſe ſolennem, ita hanc nunc apoſtolica traditio feſtis Paſchalibus inſeruit, vt nihil omninò tempore Paſchæ legalis præoccupandum, nihil minuendum eſſe decerneret: quin potius ſtatuit vt expectaretur iuxta præceptum legis idẽ primus anni menſis, expectaretur quartadecima dies illius, expectaretur veſpera eiuſdẽ. Et cùm hęc dies in ſabbatum fortè incideret, tolleret vnuſquiſq; agnum per familias & domos ſuas, & immolarent eũ ad veſperam, id eſt, præpararent omnes Eccleſiæ per orbem quæ vnã catholicã faciunt, panem & vinum in myſterium carnis & ſanguinis agni immaculati, qui abſtulit peccata, mundi, & præcedente congrua lectionũ, orationum & ceremoniarũ Paſchalium ſolẽnitate, offerrent hæc Domino in ſpem futuræ ſuæ redemptionis. Ipſa eſt enim eadem nox in qua de Ægypto per ſanguinem agni Iſraëlitica plebs erepta eſt, ipſa eſt in qua per reſurrectionem Chriſti liberatus eſt à morte æterna omnis Dei populus: mane autem illuceſcẽte die dominica, primam Paſchalis feſti diem celebrarẽt. Ipſa eſt enim dies, in qua reſurrectionis ſuæ gloriã Dominus multifario piæ reuelationis gaudio diſcipulis patefecit. Ipſa prima dies azymorum, de qua multum diſtinctè in Leuitico ſcriptum eſt: Menſe primo quartadecima die menſis huius ad veſperam Phaſe Domini eſt, & quintadecima die menſis huius ſolennitas azymorum Domini eſt. Septem diebus azyma comedetis, dies primus erit celeberrimus ſanctúſque. Si ergo fieri poſſet vt ſemper in diem quintumdecimum primi menſis, id eſt, in lunam quintamdecimam dominica dies incurreret, vno ſemper eodémque tempore cum antiquo Dei populo, quanquam ſacramẽtorum genere diſcreto, ſicut vnà eadémque fide Paſcha celebrare poſſemus. Quia verò dies ſeptimanæ non æquali cum luna tramite procurrit, decreuit apoſtolica traditio, quæ per beatum Petrum Romæ prædicata, per Marcum Euangeliſtam & interpretem ipſius Alexandriæ confirmata eſt, vt adueniente primo menſe, adueniente in eo veſpera diei quartædecimæ, expectaretur etiam dies dominica à quintadecima vſq; ad viceſimam primam diem eiuſdem menſis. In quacunque enim harum inuenta fuerit, meritò in ea Paſcha celebrabitur: quia nimirum hæc ad numerum pertinet illarum ſeptem dierum, quibus azyma celebrari iubetur. Itaque fit vt nunquam Paſcha noſtrum à ſeptimana menſis primi tertia in vtramuis partem declinet, ſed vel totam eam, id eſt, omnes ſeptem legalium azymorum dies, vel certè aliquos de illis teneat. Nam & ſi ſaltem vnum ex eis, hoc eſt, ipſum ſeptimum apprehenderit, quem tam excellenter ſcriptura commendat: *Dies autem, inquiens, ſeptimus erit celebrior & ſanctior, nullúmque ſeruile opus fiet in eo, nullus arguere nos poterit, quòd non rectè dominicum Paſchæ diem, quem de euangelio ſuſcepimus, in ipſa quam lex ſtatuit tertia primi menſis hebdomada celebremus.* Cuius obſeruantiæ catholica ratione patefacta patet è contrario error irrationabilis eorum qui præfixos in lege terminos nulla cogente neceſſitate vel anticipare vel tranſcendere præſumunt. Namque ſine ratione neceſſitatis alicuius anticipant illi tempus in lege præſcriptum, qui dominicum Paſchæ diem à quartadecima menſis primi vſque ad viceſimam putant lunam eſſe ſeruandum. Cùm enim à veſpera diei tertiædecimæ vigilias ſanctæ noctis celebrare incipiunt, claret quod illum in exordio ſui Paſchæ diem ſtatuunt, cuius nullam omninò mentionem in decreto legis inueniunt. Et cùm viceſimaprima die menſis Paſcha dominicum celebrare refugiunt, patet profectò quòd illam per omnia diem à ſua ſolennitate ſecernunt, quam lex maiore præ cæteris feſtiuitate memorabilem ſæpenumero commendat. Sícque diem Paſchę ordine peruerſo & aliquando in ſecunda hebdomada totam compleant, & nunquam in hebdomadæ tertiæ die ſeptimo ponant. Rurſúmque qui à ſextadecima die menſis ſæpè dicti vſque ad viceſimam ſecundam Paſcha celebrandum magis autumant, non minore vtique errore (tametſi altero latere) à recto veritatis tramite diuertunt, & veluti naufragia Scyllæ fugientes, in Charybdis voraginem ſubmergendi decidunt. Nam cùm à luna decimaſexta primi menſis oriente, id eſt, à veſpera diei quintędecimæ Paſcha incipiendum doceant, nimirum conſtat quòd quartámdecimam diem menſis eiuſdem, quam lex primitus & præcipuè commendat, ſua prorſus ſolennitate ſecludunt, ita vt quintędecimæ, in qua populus Dei ab Ægyptiaca ſeruitute redemptus eſt, & in qua Dominus ſuo mundum ſanguine à peccatorum tenebris liberauit, in qua etiam ſepultus ſpem nobis poſt mortem beatæ quietis tribuit, vix veſperam tangant. Iidémque pœnam erroris ſui in ſemetipſos recipientes, cùm in viceſimaſecunda die menſis Paſchæ diem ſtatuunt dominicum, legitimos vtique terminos Paſchę aperta tranſgreſſione violant, vtpotè qui ab illius diei veſpera Paſcha incipiunt, in qua hoc lex conſummari & perfici debere decreuit. Illam in Paſcha diem aſſignent primam, cuius in lege mentio nulla vſquam reperitur, id eſt, quartæ primam ſeptimanæ. Qui vtique non ſolùm in diffinitione & computo lunaris ætatis, ſed & in menſis primi nonnunquam inuctione falluntur. Quæ diſputatio maior eſt quàm epiſtola hac vel valeat comprehendi vel debeat. Tantùm hoc dicam, quòd per æquinoctium vernale ſemper in enarrabiliter poſſet inueniri, qui menſis iuxta ſententiam omnium Orientalium, & maximè Ægyptiorũ, qui præ cæteris doctoribus calculandi palmam tenent, duodecimo Kalend. Aprilium die prouenire conſueuit, vt etiam ipſi horologica inſpectione probauimus. Quæcunque ergo luna ante æquinoctium plena eſt, quartadecima videlicet vel quintadecima exiſtens, hæc ad præcedentis anni nouiſſimum pertinet menſem, ideóque Paſchæ celebrando habilis non eſt. Quæ verò, poſt æquinoctium vel in ipſo æquinoctio ſuum plenilunium habet, in hac abſque

Dominica Sabbato ſuceſſit.

Leuit. 23.

Hæc de re cõſule libel. Bedæ de temp. cap. 14. 34. 41. 47. 51. & opus peculiare ad Victerẽdam presbyt.

vlla dubietate, quia primi menſis eſt, & antiquos Paſcha celebrare ſolitos, & nos vbi dominica F
dies aduenerit, celebrare debere noſcendum eſt. Quod ita fieri oportere illa nimirum ratio cogit,
quia in Geneſi ſcriptum eſt, quòd Deus fecit duo magna luminaria, luminare maius vt præeſſet diei,
& luminare minus vt præeſſet nocti. Vel ſicut alia dicit editio, luminare maius in inchoationem diei,
& luminare minus in inchoationem *noctis*. Sicut ergo prius ſol à medio procedens oriẽtis æquino-
ctiũ vernale ſuo præfixit exortu, deinde luna ſole ad veſperã occidẽte, & ipſa plena à medio ſecuta eſt
oriẽtis, ita omnibus annis idẽ primus lunæ mẽſis eodẽ neceſſe eſt ordine reſeruari, vt non ante æqui-
noctiũ, ſed vel ipſo æquinoctij die (ſicut in principio factũ eſt) vel eo tranſcenſo plenilunium habere
debeat. At ſi vno ſaltẽ *die plenilunium* tẽpus æquinoctij præceſſerit, non hanc primo menſe anni in-
cipiẽtis, ſed vltimo *potius* præteriti, lunam eſſe aſſcribendam, & ideo feſtis Paſchalibus inhabilẽ, me-
morata ſratio probat. Quòd ſi myſticã quoq; vos in his rationem audire delectat, primo menſe anni,
qui etiam *menſis nouorum* dictus eſt, Paſcha facere iubemur: quia renouato ad amorem cœleſtium
Menſis nouorum. ſpiritu *mentis* noſtræ ſacramenta dominicæ reſurrectionis & ereptionis noſtræ celebrare debemus.
Tertia *eiuſdẽ* menſis ſeptimana facere præcipimur, quia ante legẽ & ſub lege promiſſus tertio tem- G
pore *ſeculi* cum gratia venit ipſe, qui Paſcha noſtrum immolaretur Chriſtus: quia tertia poſt immo-
lationem ſuæ paſſionis die reſurgens à mortuis, hanc dominicam vocari, & in ea nos annuatim Pa-
ſchalia eiuſdem reſurrectionis voluit feſta celebrare. Quia nos quoque ita ſolùm veraciter eius ſo-
lennia celebramus, ſi per fidem, ſpem, & charitatem Paſcha, id eſt, tranſitum de hoc mundo ad pa-
trem cum illo facere curamus. Poſt æquinoctium veris plenilunium menſis præcipimur obſeruare
Paſchalis, vt videlicet primò ſol longiorem nocte faciat diem, deinde luna plenum ſuæ lucis orbem
mundo præſentet: quia primò quidem ſol iuſtitiæ, in cuius pennis eſt ſanitas, id eſt, Dominus Ieſus
per reſurrectionis ſuæ triũphum cunctas mortis tenebras ſuperauit, ac ſic aſcendens in cœlos, miſſo
deſuper ſpiritu, Eccleſiam ſuam, quæ ſæpè lunæ vocabulo deſignatur, internæ gloriæ luce repleuit.
Quem videlicet ordinem noſtræ ſalutis propheta contemplatus aiebat: Eleuatus eſt ſol, & luna ſte-
tit in ordine ſuo. Qui ergo plenitudinem lunæ Paſchalis ante æquinoctium prouenire poſſe cõten-
derit, talis in myſteriorum celebratione maximorum à ſanctorum quidem ſcripturarum doctrina
diſcordat, concordat autem eis qui ſine præueniente gratia Chriſti ſe ſaluari poſſe confidunt. Qui et- H
ſi vera lux tenebras mundi moriendo ac reſurgendo nunquam viciſſet, perfectam ſe habere poſſe
iuſtitiam dogmatizare præſumunt. Itaq; per æquinoctialem ſolis exortum poſt plenilunium primi
menſis hunc ex ordine ſubſequens, id eſt, poſt completam diem eiuſdem menſis quartamdecimam
quæ cuncta ex lege obſeruanda accepimus, expectamus adhuc monente Euangelio, in ipſa hebdo-
Paſchalis Chriſtianorum obſeruatio. mada tertia tempus dici dominicæ, & ſic demum votiua Paſchæ noſtri feſta celebramus, vt indice-
mus nos non cum antiquis excuſſum Ægyptiæ ſeruitutis iugum venerari, ſed redemptionem totius
mundi, quæ in antiqui Dei populi liberatione præfigurata, in Chriſti autem reſurrectione comple-
ta eſt, deuota fide ac dilectione colere, vt de reſurrectionis etiam noſtræ, quam eadem die dominica
futuram credimus, ſpe nos certiſſima gaudere ſignemus. Hic autem, quem vobis ſequendum mon-
ſtramus, computus Paſchæ decennouenali circulo continetur, qui dudũ quidem, hoc eſt, ipſis Apo-
ſtolorum tẽporibus iam ſeruari in Eccleſia cœpit, maximè Romæ & Ægypti, vt ſuprà iam diximus.
Sed per induſtriam Euſebij, qui à beato martyre Pamphilo cognomen habet, diſtinctius in ordinem
compoſitus eſt, vt quod catenus per Alexandriæ põtificem ſingulis annis per omnes Eccleſias man- I
dari conſueuerat, iam deinde congeſta in ordinẽ ſerie lunæ quartædecimæ, facillimè poſſet ab om-
nibus ſciri. Cuius computum Paſchalis Theophilus Alexandriæ præſul in centum annorum tem-
Hæc fuſius author ipſe lib. de temp. pus Theodoſio imperatori compoſuit. Item ſucceſſor eius Cyrillus ſeriem nonaginta & quinque
annorum in quinque decennouenalibus circulis comprehendit. Poſt quem Dionyſius exiguus to-
tidem alios ex ordine pari ſchemate ſubnexuit, qui ad noſtra vſque tempora pertingebant. Quibus
termino appropinquantibus tanta hodiè calculatorum exuberat copia, vt etiam in noſtris per Bri-
tanniam Eccleſiis plures ſint, qui mandatis memoriæ veteribus illis Ægyptiorum argumentis, facil-
limè poſſint in quotlibet ſpatia temporum Paſchalis protendere circulos, etiãſi ad quingentos vſq;
& triginta duos voluerint annos. Quibus expletis, omnia quę ad ſolis & lunæ menſis & ſeptimanæ
conſequentiã ſpectant, eodem quo prius ordine recurrunt. Ideo autem circulos eoſdem temporum
inſtantium vobis mittere ſupерſedimus, quia de ratione tantùm temporis Paſchalis inſtrui quæren-
tes ipſos vobis circulos Paſchæ catholicos abundare probaſtis. Verùm his de Paſcha ſuccinctè, vt K
petiſtis, ſtrictímque commemoratis, tonſuram quoque (de qua pariter vobis literas fieri voluiſtis)
hortor vt Eccleſiaſticam & Chriſtianæ fidei congruam habere curetis. Et quidem ſcimus, quia neq;
Apoſtoli omnes vno eodémque ſunt modo attonſi, neque nunc Eccleſia catholica ſicut vna fide,
ſpe, & charitate in Deũ conſentit, ita & iam vna atq; indiſſimili totum per orbẽ tonſuræ ſibi forma
Tonſura Iob. congruit. Denique vt ſuperiora, id eſt, patriarcharum tempora reſpiciamus, Iob exemplar patien-
tiæ ingruente tribulationũ articulo caput totundit: probauit vtiq;, quia tẽpore fœlicitatis capillos
nutrire cõſueuerat. At Ioſeph & ipſe caſtitatis, humilitatis, pietatis, cæterarúmq; virtutũ executor ac
doctor eximius, cum eſſet ſeruitio abſoluẽdus, attõſus eſſe legitur: patet profectò quia tẽpore ſerui-
tutis intonſis in carcere crinibus manere ſolebat. Ecce vterq; vir Dei diuerſum ab altero vultus ha-

bitum

A bitum foris præmonſtrabat, quorum tamen intus conſcientia in parili virtutum ſibi gratia concor-
dabat. Verùm ſi profiteri nobis liberũ eſt, quia tonſuræ diſcrimen non noceat quibus pura in Deum
fides & charitas in proximum ſyncera eſt, maximè cùm nunquam patribus catholicis ſicut de Pa-
ſchæ vel fidei diuerſitate conflictus, ita etiam de tonſuræ differentia legatur aliqua fuiſſe controuer-
ſia. Inter omnes tamen quas vel in Eccleſia vel in vniuerſo hominum genere reperimus tonſuras,
nullam magis ſequẽdam nobis amplectendámque iure dixerim ea quam in capite ſuo geſtabat ille,
cui ſe confitenti Dominus ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &
portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Nullam verò ma-
gis abominandam deteſtandámque meritò cunctis fidelibus crediderim ea quam habebat ille cui
gratiam ſanctiſpiritus comparare volenti dicit idem Petrus: Pecunia tua tecum ſit in perditionem:
quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Non enim eſt tibi pars neque ſors in ſermone
hoc. Neque verò ob id tantùm in coronam attondimur, quia Petrus ita attonſus eſt: ſed quia Petrus
in memoriam dominicæ paſſionis ita attonſus eſt, id circo & nos, qui per eandem paſſionem ſaluari
B deſideramus, ipſius paſſionis ſignum cum illo in vertice, ſumma videlicet corporis noſtri parte, ge-
ſtamus. Sicut enim omnis Eccleſia, quæ per mortem ſui viuificatoris Eccleſia facta eſt, ſignum ſan-
ctæ crucis eius in fronte portare conſueuit, vt crebro vexilli huius munimine à malignorũ ſpirituum
defendatur incurſibus, crebra huius admonitione doceatur, ſe quoque carnem ſuam cum vitiis &
concupiſcentiis crucifigere debere, ita etiam oportet eos qui vel monachi votum, vel gradum cle-
ricatus habentes, artioribus ſe neceſſe habent pro Domino continentiæ frænis aſtringere. Formam
quoque coronę, quam ipſe in paſſione ſua ſpineam portauit in capite, vt ſpinas ac tribulos peccato-
rum noſtrorum portaret, id eſt, exportaret & auferret à nobis, ſuo quemque in capite per tonſuram
præferre: vt ſe etiam irriſiones & opprobria pro illo libenter ac prompto animo ſufferre ipſo etiam
frontiſpitio doceant, vt coronam vitæ æternæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, ſe ſemper ex-
pectare, próque huius perceptione & aduerſa ſe mundi & proſpera cõtemnere deſignent. Cæterùm
tonſuram eam quam Magum ferunt habuiſſe Simonem, quis rogo fidelium non ſtatim cum ipſa
magia primò deteſtetur & meritò exufflet? Quæ aſpectu in frontis quidem ſuperficie coronæ vide-
C tur ſpeciem præferre, ſed vbi ad ceruicem conſiderando peruenеris, decurtatam eã quam te videre
putabas inuenies coronam. Vt meritò talem ſimoniacis & non Chriſtianis habitum conuenire co-
gnoſcas, qui in præſenti quidem vita à deceptis hominibus putabantur digni perpetuæ gloria co-
ronæ, ſed in ea quæ hanc ſequitur vitam nõ ſolùm omni ſpe coronæ priuati, ſed æterna inſuper ſunt
pœna damnati. Neque verò me hæc ita proſecutum æſtimes, quaſi eos qui hanc tonſuram habent,
condemnandos iudicem, ſi fide & operibus vnitati catholicæ fauerint, imò confidenter profiteor
plurimos ex eis ſanctos ac Deo dignos extitiſſe. Ex quibus eſt Adamnanus abbas & ſacerdos Co-
lumbienſium egregius, qui cum legatus ſuæ gẽtis ad Alfridum regem miſſus, noſtrum quoque mo-
naſterium videre voluiſſet, mirámque in moribus ac verbis prudentiam, humilitatem, religionem
oſtenderet, dixi illi inter alia colloquens: Obſecro ſancte frater, qui ad coronam te vitę quæ termi-
num neſciat tendere credis, quid contrario tuę fidei habitu terminatam in capite coronę imaginem
portas? Et ſi conſortium beati Petri quęris, cur eius quem ille anathematizauit tonſuræ imaginem
imitaris, & non potius eius cum quo in æternum beatus viuere cupis, etiam nunc habitum te, quan-
D tum potes, diligere monſtras? Reſpõdit ille: Scias pro certo frater mi dilecte, quia etſi Simonis ton-
ſuram ex conſuetudine patriæ habeam, ſimoniacam tamen perfidiã tota mente deteſtor ac reſpuo:
beatiſſimi autem Apoſtolorum principis, quantum mea paruitas ſufficit, veſtigia ſequi deſidero. At
ego: Credo, inquã, verè quòd ita ſit, ſed tamen indicio ſit, quòd ea quæ Apoſtoli ſunt Petri, in abdito
cordis amplectimini, ſi quæ eius eſſe noſtis, etiam in facie tenetis. Namq; prudentiam tuam facilimè
diiudicare reor, quòd aptius multo ſit eius quem toto corde abominaris, cuiúſq; horrendam faciem
videre refugis, habitum vultus à tuo vultu Deo iam dicato ſeparare: & econtra eius quẽ apud Deum
patrem habere patronum quæris, ſicut facta vel monita cupis ſequi, ſic etiam morẽ habitus te imi-
tari condeceat. Hæc tunc Adamnano dixi, qui quidem quantũ conſpectis Eccleſiarum noſtrarum
ſtatutis profeciſſet, probauit, cum reuerſus ad Scottiã multas poſtea gentis eiuſdem turbas ad catho-
licam temporis Paſchalis obſeruãtiam ſua prædicatione correxit: tametſi eos qui in Hij inſula mo-
rabantur monachos, quibũſq; ſpeciali rectoris iure præerat, necdum ad viã ſtatuti melioris reduce-
E re valebat. Tonſuram quoq; ſi tantũ ſibi autoritatis ſubeſſet, emẽdare meminiſſet. Sed & nunc tuam
prudentiam rex admoneo, vt ea quæ vnitati catholicę & Apoſtolicæ Eccleſiæ concinunt, vnà cum
gente cui te Rex regum & Dominus dominorũ præfecit, in omnibus ſeruare cõtendas. Sic enim fit
vt poſt acceptam tẽporalis regni potentiã ipſe beatiſſimus Apoſtolorum princeps cœleſtia quoque
regni tibi tuiſq; cum cæteris electis libens pẽdat introitũ. Gratia te regis ęterni longiori tempore re-
gnantem ad noſtram omnium pacem cuſtodiat incolumem, dilectiſſime in Chriſto fili. Hæc epi-
ſtola cum præſente rege Naitano multíſque viris doctioribus eſſet lecta, ac *diligenter* ab his qui in-
telligere poterant in linguam eius propriam interpretata, multum de eius exhortatione gauiſus eſſe
perhibetur, ita vt ſurgens de medio optimatum ſuorum confeſſu genua flecteret in terram, Deo gra-
tias agens, quòd tale munuſculum de terra Anglorum mereretur accipere. Et quidẽ & antea noui,
inquit, quia hæc erat vera Paſchæ celebratio, ſed in tantum modò rationem huius temporis obſer-

Tonſura catholicorum. Hector Boeth. lib. 9. hiſtor. Scot. hunc locum pro ſe citat & illuſtrat Soto 4. Sent. diſt. 24. q. 2. artic. 4. con. 1.

Tonſura Simonis magi deteſtanda.

uandam cognoscò, vt parum mihi omninò videar de his antea intellexisse. Vnde palam profiteor, F vobisque qui assidetis præsentibus protestor, quia hoc obseruare tempus Paschæ cum vniuersa mea gente perpetuò volo, & hanc accipere debere tonsuram, quam plenam esse rationis audiuimus, omnes qui in meo regno sunt clericos decerno. Nec mora, quæ dixerat regia auctoritate perfecit. Statim namque iussu publico mittebantur ad transscribendum, discendum, obseruandum per vniuersas Pictorum prouincias circuli Paschæ decennouenales, obliteratis per omnia erroneis octoginta & quatuor annorum circulis. Attondebantur omnes in coronam ministri altaris ac monachi. Et quasi nouo se discipulatui beatissimi apostolorum principis Petri subditam eiúsque tutandam patrocinio gens correcta gaudebat.

Tondẽtur altarium ministri.

Nec multò pòst illi quoque qui insulam Hij incolebant monachi Scotticæ nationis, cum his
CA. XXIII. quæ sibi erant subdita monasteriis ad ritum Paschæ ac tonsuræ canonicum, Domino procurante,
Hij monachi catholicum Paschæ suscipiunt. perducti sunt. *Siquidem* anno ab incarnatione domini septingentesimosexto, decimo quo Ofredo occiso Coenredus gubernacula regni Nordan Hũbrorum susceperit: cùm venisset ad eos de Hybernia Deo amabilis & cum omni honorificentia nominandus pater ac sacerdos Ecgbertus (cuius superius memoriam sæpius fecimus) honorificè ab eis & multo cum gaudio susceptus est. Qui quoniam & doctor suauissimus, & eorum quæ agenda docebat erat executor deuotissimus, libenter auditus ab vniuersis, immutauit piis ac sedulis exhortationibus inueteratam illam traditionem parentum eorum, de quibus apostolicum illum licet proferre sermonem, Quòd æmulationem Dei habebant, sed non secundum scientiam: catholicóque illos atque apostolico more celebrationem (vt diximus) præcipuæ solennitatis sub figura coronæ perpetuæ agere perdocuit. Quod mira diuinæ constat factum dispensatione pietatis, vt quoniam gens illa quæ nouerat sciẽtiam diuinæ cognitionis, libenter ac sine inuidia populis Anglorum communicare curauit: ipsa quoque postmodum per gentem Anglorum in eis, quam minus habuerat, ad perfectam viuendi normam perueniret. Sicut è contra Britones, qui nolebant Anglis eam quam habebant fidei Christianæ notitiam pandere, credentibus iam populis Anglorum & in regula fidei catholicæ per omnia instructis, ipsi adhuc inueterari, & claudicantes à semitis suis, & capita fieri sine corona prætendunt, & solennia Christi sine Ecclesiæ Christi societate venerantur. Suscepérunt autem Hyenses monachi docente Ecgberto ritus viuendi catholicos, sub abbate Duumchado post annos circiter octoginta, ex quo ad prædicationem gentis Anglorum Aidanum miserant antistitem. Mansit autem vir Domini Ecgbertus annos tredecim in præfata insula, quam ipse velut noua quadam relucẽte gratia Ecclesiasticæ societatis & pacis Christo consecrauerat. Annóque incarnationis dominicæ septingentesimo viceſimooctauo, quo Pascha dominicum octauo Kalendarum Maiarum die celebrabatur, cùm missarum solennia in memoriam eiusdem dominicæ resurrectionis celebrasset, eodem die & ipse migrauit ad Dominum, ac gaudium summę festiuitatis quod cum fratribus quos ad vnitatis gratiam conuerterat, inchoauit, cum Domino & apostolis cæterísque cœli ciuibus compleuit, imò idipsum celebrare sine fine non definit. Mira autem diuinæ dispensatio prouisionis erat, quòd venerabilis vir non solùm in Pascha transiuit de hoc mundo ad patrem, verùm etiam cùm eo die Pascha celebraretur, quo nunquam prius in eis locis celebrari solebat. Gaudebant ergo fratres de cognitione certa & catholica temporis Paschalis, lætabantur de patrocinio pergentis ad Dominum patris, per quem fuerant correcti. Gratulabatur ille quòd catenus in carne seruatus est, donec illum in Pascha diem suos auditores, quem semper antea vitabant, suscipere ac secum agere videret. Sicque certus de illorum correctione reuerendissimus pater exultauit vt videret diem Domini, vidit, & gauisus est.

Alludit ad id quod de Simeone dicitur. I

Quis sit in præsenti status gentis Anglorum, cum recapitulatione chronica totius operis.

CAP. XXIIII.

Anno dominicæ incarnationis septingentesimo viceſimoquinto (qui erat annus septimus Ofrici regis Nordan Humbrorum, qui Coenredo successerat) Victredus filius Ecgberti rex Cantuariorum defunctus est, nono die Kalendarum Maiarum: & regni quod per triginta quatuor & semis annos tenebat, filios tres, Edilbertum, Eadbertum, & Aldricum reliquit hæredes: anno post quem proximo Tobias Rhofensis Ecclesiæ præsul defunctus est, vir (vt suprà meminimus) doctissimus. Erat enim discipulus beatæ memoriæ magistrorum Theodori archiepiscopi & abbatis Adriani, vnde (vt dictum est) cum eruditione literarum vel ecclesiasticarum vel generalium, ita Græcam quoque cum Latina didicit linguam, vt tam notas & familiares sibi eas quàm natiuitatis suæ loquelam haberet. Sepultus verò est in porticu sancti Pauli apostoli, quam intro Ecclesiam sancti Andreæ sibiipsi in locum sepulchri fecerat. Post quem episcopatus officium Aduulf Bertvvaldo archiepiscopo consecrante suscepit. Anno dominicæ incarnationis septingentesimo viceſimonono apparuerunt cometę duæ circa solem, multum intuentibus terrorem incutientes. Vna quippè solem præcedebat mane Orientem, altera vesperè sequebatur Occidentem, quasi Orienti simul & Occidẽti diræ cladis præsagæ: vel certè vna diei, altera noctis præcurrebat exortũ, vt vtroque tempore mala mortalibus imminere signarent. Portabãt autem faciem ignis contra aquilonem quasi ad accẽdendum accliuem. Apparebántque mense Ianuario, & duabus fermè septimanis permanebant. Quo tẽpore grauissima Sarracenorũ lues Gallias misera cæde vastabat, & ipsi nõ multo pòst in eadem prouincia dignas suæ perfidiæ pœnas luebãt. Quo anno sanctus vir Domini Ecgbertus, vt suprà cõmemorauimus, ipso die Paschæ migrauit ad Dominũ: & mox peracto Pascha, hoc est, septimo Iduum Maiarũ die Ofric rex Nordan

Tobias Rhofensis. K

Cometæ circa Solem.

Ecgberti interitus Poly. lib. 4. hist. Boeth. lib. 9.

A Nordan Humbrorum vita decessit, cùm ipse regni, quod vndecim annis gubernarat, successorem fore Ceolvvlfum decreuisset, fratrem illius qui ante se regnauerat Coenredi regis. Cuius regni & principia & processus tot ac tantis redundauere rerum aduersantium motibus, vt quid de his scribi debeat, quémve habitura sint finem singula necdum sciri valeat. Anno dominicæ incarnationis septingentesimo tricesimoprimo Bertvvaldus archiepiscopus longa consumptus ætate defunctus *Bertvvaldus.* est, die quinto Iduum Ianuariarum, qui sedit annos triginta septem, menses sex, dies quatuordecim. Pro quo anno eodem factus est archiepiscopus vocabulo Tacuine de prouincia Merciorum, cùm fuisset presbyter in monasterio quod vocatur Bruidum. Consecratus est autem in Dorouernensi ciuitate à viris venerabilibus Daniele Ventano, & Ingualdo Londoniensi, & Alduino Lucidfeldensi, & Alduulfo Rhofensi antistitibus, die decima Iunij mensis dominica, vir religione & prudẽtia insignis, sacris quoque literis nobiliter instructus. Itaque in præsenti Ecclesiis Cantuariorum Tacuine & Aldvvlfus episcopi præsunt. Porrò prouinciæ Orientalium Saxonum Ingualdus episcopus, prouinciæ Orientalium Anglorum Eadbertus & Hadulacus episcopi, prouinciæ Occidentalium Saxonum Da-
B niel & Forthere episcopi, prouinciæ Merciorũ Alduinus episcopus: & eis populis qui vltra amnem Sabrinam ad Occidentem habitant, Vvalstodus episcopus: Prouinciæ Huicciorum Vvilfridus episcopus, prouinciæ Lindisfarorum Cymbertus episcopus præest, episcopatus Vectæ insulæ ad Danielem pertinet episcopum Ventæ ciuitatis. Prouincia Australium Saxonum iam aliquot annis absque episcopo manens, ministerium sibi episcopale ab Occidentalium Saxonum antistite quærit. Et hæ omnes prouinciæ cæteræque australes ad confinium vsque Humbre fluminis cum suis quoque regibus Merciorum regi Edilbaldo subiectæ sunt. At verò prouinciæ Nordan Humbrorum, cui rex Ceoluuf præest, quatuor nunc episcopi præsulatum tenent, Vvilfridus in Eboracensi Ecclesia, Edilvvaldus in Lindisfaronensi Ecclesia, Acca in Hagustaldensi Ecclesia, Pecthelmus in ea quæ Candida casa vocatur, quæ nuper multiplicatis fidelium plebibus, in sedem pontificatus addita, ipsum primum habet antistitem. Pictorum quoque natio tempore hoc & fœdus pacis cum gente habet *victi.* Anglorum & catholicæ pacis & veritatis cum vniuersali Ecclesia particeps existere gaudet. Scotti qui Britanniam incolunt suis contenti finibus, nihil contra gentem Anglorum insidiarum moliun-
C tur aut fraudium. Britones quamuis & maxima ex parte domestico sibi odio gentem Anglorum, & totius catholicæ Ecclesiæ statutum Pascha, minus rectè moribúsque improbis impugnent, tamen & diuina sibi & humana prorsus resistente virtute in neutro cupitum possunt obtinere propositum. Quippè qui quamuis ex parte sui sint iuris, nonnulla tamen ex parte Anglorum sunt seruitio mancipati. Et arridente pace ac serenitate temporum, plures in gente Nordan Humbrorum tam nobiles *Monastica studium.* quàm priuati se suósque liberos depositis armis satagunt magis accepta tonsura monasterialibus adscribere votis, quàm bellicis exercere studiis. Quæ res quem sit habitura finem posterior ætas videbit. Hic est in præsentiarum vniuersæ status Britanniæ, anno aduentus Anglorum in Britanniam circiter ducentesimo octogesimoquinto, dominicæ autem incarnationis anno septingentesimo tricesimoprimo. In cuius regnò perpetuò exultet terra, & congratulante in fide eius Britannia, lætentur insulæ multæ, & confiteantur memoriæ sanctitatis eius.

Ecclesiasticæ historiæ gentis Anglorum finis.

D

EPITOME SIVE BREVIARIVM TOTIVS PRÆCEDENTIS HISTORIÆ ANGLORVM PER EVNDEM VENERABILEM BEDAM ANGLOSAXONEM, CVM Auctario cuiusdam alterius.

E VERVM ea quæ temporum distinctione latius digesta sunt, ob memoriam conseruandam breuiter recapitulari placuit.

Anno igitur ante incarnationem dominicam sexagesimo Caius Cæsar primus Romanorum Britanniam bello pulsauit, & vicit, nec tamen ibi potuit regnum obtinere.

Anno ab incarnatione Domini quadragesimosexto Claudius secundus Romanorum Britannias adiens, plurimam insulæ partem in dicitionem recepit, & Orchadas quoque insulas Romano adiecit imperio.

Anno ab incarnatione Domini centesimo sexagesimoseptimo Eleutherius Romæ præsul factus quindecim annos Ecclesiam gloriosissimè rexit, cui literas rex Britanniæ Lucius mittens, vt Christianus efficeretur petiit, & impetrauit.

Anno ab incarnatione Domini centesimo octogesimonono Seuerus imperator factus decem & septem annis regnauit, qui Britanniam vallo à mari vsque ad mare præcinxit.

Anno 381. Maximus in Britannia creatus Imp. in Galliam transiit, & Gratianum interfecit.

Anno quadringentesimonono Roma à Gotthis fracta est, ex quo tempore Romani in Britannia
F regare cessarunt.

Anno quadringentesimo tricesimo Palladius ad Scottos in Christum credentes à Cælestino Papa primus mittitur episcopus.

Anno quadringentesimonono Martinus cum Valentiniano imperium susciens, septem annis tenuit. Quorum tempore Angli à Britonibus accersiti, Britanniam adierunt.

Anno quingentesimo vicesimooctauo eclipsis solis facta est decimoquarto Calendarum Martiarum ab hora prima vsque ad tertiam.

Anno quingentesimo quadragesimo eclipsis solis facta est duodecimo kalendas Iulij, & apparuerunt stellæ penè hora dimidia ab hora diei tertia.

Anno quingentesimo quadragesimoseptimo Ida regnare cœpit, à quo regalis Nordan Humbrorum prosapia originem tenet, & duodecim annis in regno permansit.

Anno quingentesimo sexagesimoquinto Columba presbyter de Scottia venit Britãniam ad docendos Pictos, & in insula Hij monasterium fecit.
G

Anno quingentesimo nonagesimosexto Gregorius Papa misit Britãniam Augustinum cum monachis, qui verbum Dei genti Anglorum euangelizarent.

Anno quingentesimo nonagesimoseptimo venere Britanniam præfati doctores, qui fuit annus plus minus centesimus quinquagesimus aducntus Anglorum in Britanniam.

Anno sexcentesimoprimo misit Papa Gregorius pallium Britanniam Augustino episcopo iam facto, & plures verbi ministros, cum quibus & Paulinum.

Anno sexcentesimotertio pugnatum est Addeglastane

Anno sexcentesimoquarto Orientales Saxones fidem Christi perceperunt sub rege Geberto & antistite Mellito.

Anno sexcentesimoquinto Gregorius Papa obiit.

Anno sexcentesimo decimosexto Edilbertus rex Cantuariorum defunctus est.

Anno sexcentesimo vicesimosecundo Paulinus à Iusto archiepiscopo ordinatur genti Nordan Humbrorum antistes.
H

Anno sexcentesimo vicesimosexto Eanfleda filia Eduini regis baptizata est cum duodecim in sabbato Pentecostes.

Anno sexcentesimo vicesimoseptimo Eduinus rex baptizatus est cum sua gente in Pascha.

Anno sexcentesimo tricesimotertio Eduino rege perempto Paulinus Cantiam rediit.

Anno sexcentesimo quadragesimo Eadbaldus rex Cantuariorum obiit.

Anno sexcentesimo quadragesimosecundo Osvvaldus rex occisus est.

Anno sexcentesimo quadragesimoquarto Paulinus quondam Eboraci, sed nunc Rhofensis ciuitatis episcopus migrauit ad Dominum.

Anno sexcẽtesimo quinquagesimoprimo Osvvine rex occisus, & Aidan episcopus defunctus est.

Anno sexcẽtesimo quinquagesimotertio Middilãgli sub principePẽda fidei mysteriis sunt imbuti.

Anno sexcentesimo quinquagesimoquinto periit Penda, & Mercij facti sunt Christiani.

Anno sexcentesimo sexagesimoquarto eclipsis solis facta: Earconbertus rex Cantuariorum defunctus, & Colmanus cum suis ad Scottos reuersus est, & pestilentia venit. Et Ceadda ac Vvilfridus
I Nordan Humbrorum ordinantur episcopi.

Anno sexcentesimo sexagesimooctauo Theodorus ordinatur episcopus.

Anno sexcentesimo septuagesimo Osvvi rex Nordan Humbrorum obiit.

Anno sexcentesimo septuagesimotertio, Ecgbertus rex Cantuariorum obiit, & synodus facta est ad Herudforda præsente Ecgfrido rege, præsidente verò Theodoro archiepiscopo, vtilima decem capitulorum.

Anno sexcẽtesimo septuagesimoquinto Vvlfhere rex Merciorum postquam septendecim annis regnauerat defunctus, Edilredo fratri reliquit imperium.

Anno sexcentesimo septuagesimosexto Edilredus vastauit Cantiam.

Anno sexcentesimo septuagesimooctauo cometa apparuit, Vvilfridus episcopus à sede sua pulsus est ab Ecgfrido rege, & pro eo Bosa, Eata & Eadhedus consecrati antistites.

Anno sexcentesimo septuagesimonono Elfuuini occisus est.
K

Anno sexcentesimo octogesimo facta est synodus in campo Hedfelda de fide catholica, præsidente archiepiscopo Theodoro, in quo adfuit Ioannes abbas Romanus, quo anno Hilda abbatissa in Streaneshale obiit.

Anno sexcentesimo octogesimoquinto Ecgfridus rex Nordan Humbrorum occisus est.

Anno eodem Lotheri rex Cantuariorum obiit.

Anno sexcentesimo octogesimooctauo Ceadualla rex Occidentalium Saxonum Romam de Britannia pergit.

Anno sexcentesimo nonagesimo Theodorus archiepiscopus obiit.

Anno sexcentesimo nonagesimoseptimo Ostrida regina à suis, id est, Merciorum primatibus interempta est.

Anno

A Anno sexcentesimo nonagesimooctauo Berthredus dux regius Nordan Humbrorum à Pictis interfectus est.

Anno septingentesimoquarto Edilredus postquam triginta & vnum annos genti Merciorum præfuit, monachus factus, Conredo regnum dedit.

Anno septingentesimoquinto Aldfridus rex Nordan Humbrorum defunctus est.

Anno septingentesimonono Conredus rex Merciorum postquam sex annos regnauit, Romam pergit.

Anno septingentesimo vndecimo Berthfridus præfectus cum Pictis pugnauit.

Anno septingentesimo decimosexto Osredus rex Nordan Humbrorũ interfectus est, & rex Merciorum Ceolredus defunctus est. Et vir Domini Ecgbertus Hiienses monachos ad catholicum Pascha, & ecclesiasticam correxit tonsuram.

Anno septingentesimo vicesimoquinto VVichtrebus rex Cantuariorum obiit.

Anno septingentesimo vicesimonono cometæ apparuerunt, sanctus Ecgbertus transiit, Ofrichus
B mortuus est.

Anno septingentesimo tricesimoprimo Berthvvaldus archiepiscopus obiit. *Eclipsis horrenda.*

Anno eodem Tarvvini consecratus est archiepiscopus.

Anno ab incarnatione Domini septingentesimo tricesimo secundo Ecgbertus pro VVilfrido Eboraci episcopus factus, Cymbertus episcopus Lindisfarorum obiit.

Anno septingentesimo tricesimotertio eclipsis facta est solis decimooctauo kalendas Septembris circa horam diei tertiam, ita vt penè totus orbis solis quasi nigerrimo & horrendo scuto videretur esse coopertus.

Anno ab incarnatione Domini septingentesimo tricesimotertio Tarvvini archiepiscopus, accepto ab apostolica autoritate pallio, ordinauit Alvvich & Sigfridum episcopos.

Anno septingentesimo tricesimoquarto luna sanguineo rubore perfusa quasi hora integra secunda kalendarum Februariarũ circa galli cantũ, dehinc nigredine subsequente ad lucẽ propriã reuersa.

Anno ab incarnatione Christi septingentesimo tricesimoquarto Tarvvini episcopus obiit. *Bedæ obitus.*

C Anno ab incarnatione Domini septingentesimo tricesimoquinto Nothelmus archiepiscopus ordinatur, & Ecgbertus episcopus, accepto ab apostolica sede pallio, primus post Paulinum in archiepiscopatum confirmatus est, ordinauitque Fruidbertum & Fruidvvaldum episcopos, & Beda presbyter obiit.

Anno septingentesimo tricesimoseptimo nimia siccitas terram fecit infœcundam, & Ceoluulfus sua voluntate attonsus regnum Eadberto reliquit.

Anno ab incarnatione Christi septingentesimo tricesimonono Edilhartus Occidentalium Saxonum rex obiit, & Nothelmus archiepiscopus.

Anno ab incarnatione Domini septingentesimoquadragesimo Cudbertus pro Nothelmo cõsecratus est. Edilvvaldus rex Merciorũ per impiam fraudem vastabat partem Nordan Humbrorum, cũtque rex eorum Eadbertus occupatus cum suo exercitu contra Pictos. Edilvvaldus quoque episcopus obiit, & pro eo Convvaldus ordinatur antistes. Arvvini & Eadbertus interempti.

Anno septingentesimo quadragesimoprimo siccitas magna terram occupauit. Carolus rex Fran-
D corum obiit, & pro eo filij Carolomam & Pipin regnum acceperunt.

Anno septingentesimo quadragesimoquinto VVilfridus episcopus & Ingualdus Lundoniæ episcopus migrauerunt ad Dominum.

Anno septingentesimo quadragesimoseptimo Herefridus vir Dei obiit.

Anno septingentesimo quinquagesimo Cudretus rex occidentalium Saxonum surrexit contra Edilvvaldum regem Oengusum. Theneorus atque Eanredus: obiit. Eadbertus campum Cyil cum aliis regionibus suo regno addidit. *Eclipsis Lunaris.*

Anno septingentesimo quinquagesimosexto, anno regis Eadberti quinto Idus Ianuarias eclipsis solis facta est. Postea eodem anno & mense, hoc est, nono Kalendarum Februariarum, luna eclipsim pertulit horrendo & nigerrimo scuto.

Anno septingentesimo quinquagesimoquarto Bonifacius, qui & VVinfridus Francorum episcopus, cum quinquaginta tribus martyrio coronatus est, & pro eo Redgerus consecratur archiepisco-
E pus à Stephano papa.

Anno septingentesimo quinquagesimoseptimo Edilbaldus rex Merciorum à suis tutoribus noctu morte fraudulenta miserabiliter peremptus occubuit, Beonredus regnare cœpit, Cymvvlfus rex Occidentalium Saxonum obiit. Eodem etiam anno Offa fugato Beonredo Merciorum regnum sanguinolento quæsiuit gladio.

Anno septingentesimo quinquagesimooctauo Eadbertus rex Nordan Humbrorum Dei amoris causa & cœlestis patriæ, violentia accepta sancti Petri tonsura, filio suo Osvvulfo regnum reliquit.

Anno septingentesimo quinquagesimonono Osvvulfus à suis ministris facinorosè occisus est. Et Edilvvaldus anno eodem à sua plebe electus intrauit in regnum: cuius secundo anno magna tribulatio mortalitatis venit, & duobus fermè annis permansit, populantibus duris ac diuersis ægritudinibus, maximè tamen dysenteriæ languore.

Anno ſeptingẽteſimono ſexageſimoprimo Oengus Pictorum rex obiit: qui regni ſui principium F
vſque ad finem facinore cruento tyrannus perduxit carnifex, & Osvvini occiſus eſt.

Anno ſeptingenteſimo ſexageſimoquinto Aluchredus rex ſuſceptus eſt in regnum.

Anno ſeptingenteſimo ſexageſimoſexto Ecgbertus archiepiſcopus proſapia regali ditatus, ac diuina ſcientia imbutus, & Erithubertus verè fideles epiſcopi ad Dominum migrauerunt.

HÆC de hiſtoria eccleſiaſtica Britannorum, & maximè gentis Anglorum, prout vel ex literis antiquorũ, vel ex traditione maiorũ, vel ex mea ipſe cognitione ſcire potui, Domino adiuuãte, digeſſi Beda Dei famulus & preſbyter monaſterij beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ad VVirimudam & Ingiruum: qui natus in territorio eiuſdem monaſterij, cum eſſem annorum ſeptem, cura propinquorũ datus ſum educandus reuer ẽdiſſimo abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido, cunctúmque ex eo tempus vitæ in eiuſdem monaſterij habitatione peragens, omnem meditandis ſcripturis operam dedi, atque inter obſeruantiam diſciplinæ regularis & quotidianam cantandi in eccleſia curam ſemper aut diſcere, aut docere, aut ſcribere dulce habui. Decimonono autem vitæ G
meæ anno diaconatum, triceſimo gradum preſbyteratus, vtrumque per miniſterium reuerendiſſimi epiſcopi Iohannis, iubente Ceolfrido abbate, ſuſcepi. Ex quo tẽpore accepti preſbyteratus vſque ad annum ætatis meæ quinquageſimum nonum hæc in ſcripturam ſanctam meæ meorúmque neceſſitatis ex opuſculis venerabilium patrum breuiter annotare ſiue etiam ad formam ſenſus & interpretationis eorum ſuperadiicere curaui.

In principium Geneſis vſque ad natiuitatem Iſaac, & electionem Iſraelis, & Iſmahelis reprobationem libros tres.

De tabernaculo & vaſis eius ac veſtibus ſacerdotum libros tres.

Item in primam partem Samuhelis, id eſt, vſque ad mortem Saulis, libros quatuor.

De ædificatione templi allegoricæ expoſitionis, ſicut & cætera, libros duos.

Item in Regum librum triginta quæſtionum.

In Prouerbia Salomonis libros tres.

In Cantica Canticorum libros ſex. H

In Iſaiam, Danielem, duodecim prophetas, & partem Hieremiæ, diſtinctiones capitulorum ex tractatu Beati Hieronymi exceptas.

In Eſdram & Neemiam libros tres.

In canticum Abacuch librum vnum.

In librum beati patris Tobie explanationis allegoricæ de Chriſto & eccleſia, librum vnum.

Item capitula lectionum in pentateuchum Moyſi, Ioſue, Iudicum.

In libros Regum & verba dierum.

In librum beati patris Iob.

In parabolas, Eccleſiaſten, & Cantica Canticorum.

In Iſaiam prophetam.

In Eſdram quoque & Neemiam.

In euangelium Marci libros quatuor.

In euangelium Lucæ libros ſex. I

Homiliarum euangelij libros duos.

In apoſtolum, quæcunque in opuſculis ſancti Auguſtini expoſita inueni, cũcta per ordinem tranſſcribere curaui.

In actus Apoſtolorum libros duos.

In Epiſtolas ſeptem canonicas libros ſingulos.

In Apocalypſim ſancti Ioannis libros tres.

Item capitula lectionum in totum nouum teſtamentum, excepto Euangelio.

Item librum Epiſtolarum ad diuerſos: videlicet, De ſex ætatibus ſeculi vna eſt: De manſionibus filiorum Iſrael, vna: De eo quod ait Iſaias, Et claudentur ibi in carcere, & poſt dies multos viſitabuntur, vna: De ratione biſexti, & de æquinoctio iuxta Anatolium, vna.

Item de hiſtoriis ſanctorum. Librum vitæ & paſſionis ſancti Fœlicis confeſſoris, de metrico Paulini opere, in proſam tranſtuli. K

Librum vitæ & paſſionis ſancti Anaſtaſij, malè de Græco tranſlatum, & peius à quodam imperito emendatum, prout ad ſenſum correxi.

Vitam ſancti patris monachi ſimul & antiſtitis Cudberti, & prius heroico metro, & poſtmodum plano ſermone deſcripſi.

Hiſtoriam abbatum monaſterij huius, in quo ſupernæ pietati deſeruire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi, & VVerberti, in libellis duobus.

Hiſtoriam quoque Eccleſiaſticam gentis noſtræ, in quinque libros.

Martyrologium de natalitiis ſanctorum martyrum diebus, in quo omnes quos inuenire potui, non ſolùm qua die, verumetiam quo genere certaminis, vel ſub quo iudice mundum vicerint, diligenter annotare ſtudui.

Librum

A Librum Hymnorum diuerſo metro ſiue rhythmo.
Librum Epigrammatum heroico metro ſiue elegiaco.
De natura rerum & de temporibus, libros ſingulos.
Item de temporibus librum vnum maiorem.
Librum etiam de orthographia alphabeti ordine diſtinctum.
Item librum de metrica arte, & huic adiunctum alium.
De ſchematibus & tropis libellum, hoc eſt de figuris modiſque locutionum, quibus ſcriptura ſancta contexta eſt.

ORATIO BEDÆ AD CHRISTVM.

B *TE deprecor bone IESV, vt cui propitius donaſti verbá tuæ ſapientiæ vel ſcientiæ dulciter haurire, dones etiam benignus aliquando ad te omnis ſapientiæ fontem peruenire, & apparere ſemper ante faciem tuam, qui viuis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum, amen.*

BEDA AD LECTOREM.

OMNES ad quos hæc hiſtoria peruenire poterit noſtræ nationis legentes ſiue audientes ſuppliciter precor vt pro meis infirmitatibus & mentis & corporis apud ſupernam clementiam ſæpius interuenire meminerint: & in ſuis quique prouinciis hanc mihi ſuæ remunerationis vicem rependant, vt qui de ſingulis prouinciis ſiue locis ſublimioribus, quæ memoratu digna atque incolis grata crediderim, diligenter adnotare curaui, apud omnes fructum piæ interceſſionis inueniam. Vale.

TRITTHEMIVS DE SCRI-
PTORIBVS ECCLESIASTICIS.

SIGIBERTVS monachus Gemblacensis, ordinis S. Benedicti, natione Gallicus, vir in diuinis scripturis à iuuentute sua studiosissimus, & multum eruditus, atque in secularibus literis nulli suo tempore in Leodiensium territorio secundus, carmine exercitatus & prosa, scripsit vtroque stylo multa volumina, quibus nomen suum transmisit ad posteros. Reprehenditur autem in eo quòd Henrico Imperatori Romanæ Ecclesiæ persecutori & rebelli adhærens, contra Hildebrandum Gregorium septimum Papam literas & opuscula scripsit, quæ suum propositum non decebant. Quid verò scripserit, in fine illustrium virorum apertè declarauit. Cū in cœnobio Sancti Vincentij Metensis ad instruendos pueros esset positus, scripsit heroico metro vitam S. Theodorici Episcopi, lib. 1. Passionem 5. Luciæ metricè, lib. 1. de translatione eiusdem lib. 1. vitam Sigiberti regis, lib. 1. vitam S. Guiberti, lib. 1. vitā S. Maclouij, lib. 1. vitam S. Theobardi, lib. 1. Passionem Thebæorum, lib. 1. Gesta abbatum Gemblacens. lib. 1. Apologiam ad Imperatorem, lib. 1. Contra papam Gregorium, lib. 1. Contra Epistolam Paschalis Papæ, lib. 1. In Ecclesiastem heroico metro, lib. vnum. Historiarum post Eusebium lib. 1. de viris illustribus lib. 1. cuius initium, Marcellus Marci vr. de computo Ecclesiastico lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Sermonum quoque lib. 1. Alia etiam post hæc edidit, quæ cum supra scriptis opusculis non signauit. Volaterranus historias Pontificum ad annum vsque 1131. conscripsisse ait. Claruit autem temporibus Henrici imperatoris III. regis quarti Anno domini 1110. Chronicam suam perduxit vsque ad annum 1111. suppleuit verò vsque in annum 1210. cum insertionibus ex historia Galfridi. Robertus abbas montis D. Michaelis scriptor temporum qui temporibus Rogerij Abbatis Becci, ipsius maximè qui nosocomia pauperibus & totius Normaniæ pulcherrimum templum ædificauit, assumptus est an. nimirum 1180. cum aliis duodecim quorum se dicit secundum ad reginam ecclesiarē in titulum Abbatis. Ille autem pergēs in Angliam permeruit chartam & sigillum omnium elecmosynarum ecclesiæ montis: quæ datæ fuerunt prædictæ Ecclesiæ vsque ad præsens tempus, & dabuntur in futurum. Is Robertus interfuit an. 1177. cum Rollandus decanus Abrincensis in Archiepiscopum Dolensem creatus est. Ad eúmque Stephanus Episcopus Rhedonensis, qui ob poetices vehemens studium visione quadam castigatus est, scripsit quinquaginta versus de senectute: in quorum vltimo prædictorum versuum clausulam posuit. Cui etiam Mater misericordiæ apparuit in obitu suo quod ei in vita deuotius seruisset: ad se conuentum factum abbatis Clusini & Stephani Cluniacensis docet anno 1173.

SIGIBERTI GEMBLACEN-
SIS COENOBITÆ CHRO-
NOGRAPHIA.

DICTVRI aliquid iuuante Deo de contemporalitate regnorum, primùm pauca dicamus de origine singularum gentium, quatenus sequi poterimus vestigia maiorum, ducti per semitas historiarum. Ponemus igitur in prima linea regnum Romanorum, in secunda Persarum, in tertia Francorum, in quarta Anglorum, in quinta Vuandalorum, in sexta Longobardorum, in septima Vuisigothorum, in octaua Ostrogothorum, in nona Hunnorum.

DE REGNO ROMANORVM.

Romanorum monarchia.

DE regno Romanorum non aliud dicendum puto nisi quod Propheta Daniel interpretatus est de quarto regno, quod sicut ferrum comminuit, domat & conterit omnia, sic ab origine sui tutuderit, domuerit & contriuerit omnia pene mundi regna. Nouissimo verò tempore, regnum illud quod in tibiis suis ferreis diutissimè & firmissimè sine aliqua lassitudine steterat: tandem ferro suæ fortitudinis commixto cum testa humanæ imbecillitatis ex alto dominationis suæ gradu cum fragore terribili labare cœperit. Hoc regnum primi Persæ impulerunt, qui semper cum Romanis penè ex æquo se habuerunt: modò verò vacillante reipublicæ statu eos vltrò impetere

A tere non timuerunt, & insuper eos suis finibus mutilare potuerunt, quando Iuliano apostata cæso & exercitu miserabiliter subiugato, nimis fortunati facti sunt ex eorum infortunio. Ita regnum illud quod tanto tempore omnes penè mundi gentes prædæ & dominationi habuit, modò Dei omnipotentia miscente ei duplum in poculo, quo cæteris miscuit, cunctis penè gentibus prædæ & ludibrio patuit, & qui olim cum aliis gentibus pro sola gloria certabant, modò saluti suæ vix satis consulere poterant. Nam quæcunque gentes aut minuendæ domo multitudinis causa, aut amore exercendæ suæ feritatis à patria sua exulabant, Romanum imperium incessabant: & de eius latissimo corpore velut partes quasdam sibi exscindebant, & in eius sibi regnandi locum statuebant. Hoc in sequentibus clarè apparebit.

DE REGNO PERSARVM.

POrrò regni Persarum originem altius repetere modò non videtur vtile, quia quæ huius regni fuerit antiquitas, quanta & quàm potens huius antiquitatis nobilitas, satis recolet lector per antiquorum historias. Hoc tantùm notabo, quia sæpè victoria abusi de Romanis, nunc autem re-
B cens cæso Iuliano & exercitu Romanorum profligato, & finibus suis Romano imperio mutilato, & sic pro suo libitu pacis fœdere in vigintinouem annos composito fœlicitatem suam non temperanter ferebant: & Sapore rege eorum insolentius agente, Christianis & Romanis omnibus modis infesti erant.

DE REGNO FRANCORVM.

Francorum origo.

ORiginem gentis nostræ, regni scilicet Francorum, notificemus aliis ex relatu fideli maiorum. Post illud famosum & cunctis seculis & gentibus notum Troianæ ciuitatis excidium, victoribus Græcis cedentes reliquiæ Troianorum: pars eorum cum Æneа ad fundandum Romanum imperium ad Italiā perrexit, pars vna, scilicet duodecim millia duce Antenore in finitimas Pannoniæ partes secus Mæotidas paludes peruenit, ibique ciuitatem ædificauerunt, quam ob sui memoriam Sicambriam vocauerunt: in qua multis annis habitauerunt, & in magnā partem coaluerunt, & à crebris incursibus Romanum solū incessentes, vsque ad Gallias ferocitatis suæ vestigia dilatauerunt.
C Hos adeò Romanis infestos Cōstans Cæsar filius Magni Constantini bello oppressit, & tandē Romano imperio subiectos aliquantulum à sua feritate mansuefieri coegit. Post aliquot annos rebellantibus Alanis contra Valentinianum Imperatorem, cum eos non posset Imperator penitus debellare, ei quòd eos intransibiles Mæotides paludes tutarētur: proposuit Valentinianus, quòd si quā gēs has paludes intrare, & rebelles Alanos posset conterere, decē annis eos à tributis liberos redderet. Hac pactione Troiani illecti, & fortitudine & prudentia confisi, duce Priamo Mæotidas paludes Romanis in vias ingressi, Alanorū gentē exterminauerunt, & ita Valentiniano satisfecerunt. Valentinianus eorum virtute delectatus, eos qui prius vocati erant Troiani, deindè Antenoridæ, postea etiam Sicambri: Francos Attica lingua appellauit, quod Latina lingua interpretatur feroces.

Franci vnde dicti.

Alij Francos cognominatos dicunt à quodam eorum rege Francione, qui in bello fortissimus,
D dum cum multis gentibus dimicasset: in Europam iter direxit, & inter Danubium & Rhenum consedit, ibique progenies eius coaluit, nulliúsque iugū vsque ad id tēpus suscipere voluit. Vndecunque ergo denominati sunt Franci, quātum altius colligere potuerunt historiographi, hic Priamus regnabat super eos tempore prioris Valentiniani. Nam ex ipso regis nomine recolētes nobilitatem illius Priami sub quo euersa est Troia: inde gloriabantur gentis suæ manasse primordia. Exacto decennio cum exactores repeterent tributa à Francis, Franci pro superiori victoria insolescentes, & de viribus suis præsumentes, non solùm tributa negare, sed etiam Romanis presumunt rebellare: Romani collecto exercitu super Francos irruunt, & victos vsque ad internecionem proterunt.

DE REGNO BRITANNORVM.

Britannorum origo.

NArrat antiqua Britannorū historia, quòd Ascanius Æneæ Troiani filius de filio suo Syluio nepotem habuerit, nomine Brutum. Hic matrem suam nascendo, patrem verò venando, casu interfecit. Cuius parricidij causa, tam exosum eum parentibus suis reddidit, vt de Italia pulsus, in Græ-
E ciam fugeret. Vbi exul cū esset, tanta cœpit probitate pollere vt confluentibus ad eum Troianis, qui ibi captiui habebantur, ducatum eorum sortiretur. Quorum fretus multitudine & animatus consilio, petiit à Pandraso rege Græcorum libertatem eundi ad alias nationes. Rex autem ira permotus, bello eos cōterere voluit, sed nequaquam potuit. Nā victoria Bruto adeò prospera prouenit, vt plurimos de exercitu regis perimeret, ipsúmque ex improuiso caperet. Regi autem mortem interminatus nisi rogatis annueret, exegit ab eo filiam suam in coniugium, auri & argenti copiam multam, naues, frumentum, cæteráque marino itineri necessaria. Quæsitis igitur ex regis imperio plusquam tre cētis nauibus, & omni genere sarcis oneratis Troianis, auro & argento plurimo ditatis, Brutus filiam regis accepit, & salutato rege æquoreum iter aggressus est. Transierunt autem Africani & Mauritaniā, venerúntque ad littora Tyrrheni maris, vbi quatuor generationes gentis suæ exules inuenerunt cum Duce eorum Corineo, quibus secum assumptis direxerunt iter ad fines Aquitaniæ: ibique cis exortum est cum Gallis grauissimum prælium, quibus eo tempore decem reges præsidebant. In quo congressu apparuit miranda fortitudo Corinei ducis, qui tam validè percussit consulem vnum in summo capite, vt eum dissecaret in duas partes toto corpore diuiso.

Corineus consulem dissecat in duas partes.

Nepos autem Brúti Turonis, & ipse fortissimus miles, qui solo gladio sexcētos viros ibi peremit,

Turones vnde hostium gladiis occisus est, deditque nomen Turoni ciuitati, quia illo in loco inhumatus fuit. Hanc F
ciuitatem Brutus dicitur postmodum cõstruxisse (vt Homerus testatur) finito illo certamine vbi ex
vtraque parte multi sunt interfecti. Brutus cum suis ad naues transiit, cœptúmque iter aggressus, tan
dem ad Insulam destinatam peruenit. Erat autem nomen Insulæ illius Albion, & à solis gigantibus
inhabitabatur, cum quibus certamen persæpè habuerunt.

Brutus verò de suo nomine Insulam appellauit Britanniam, hominésque suos, Britones vel
Cornubia. Britannos. Dux autem Corineus terram quæ sorti suæ cesserat, Corineam vocauit, quæ modò Cor-
nubia velà cornu Britãnię, vel per corruptionẽ prędicti nominis appellatur. Porrò exactis vigintiqua
tuor annis, ex quo Insulam ingressi sunt, mortuus est Brutus, relictis tribus filiis regni sui hæredibus.
Qui sepulto patre distribuerunt inter se regnum patris, singuli partem suam de nomine proprio ap-
pellantes. Primus, *cui* nomen erat Locrinus, mediam partem insulæ possedit: quæ postmodum Leo-
gria est appellata. Secũdus, qui Camber dicebatur, accepit partem illam quæ postea Cambria dicta
est, & modò Guallia vocatur. Tertius, cui nomen erat Albanacius, possedit terram quæ nunc Scotia
Albania. dicitur, eíque indidit nomen de nomine suo, Albaniam. Regnauit autem Locrinus decem annis, & G
mortuus est. Et ita vsque ad Iulium Cæsarem Britanni libera dignitate regnauerunt, sub cuius im-
perio Romani tributarij facti sunt. Porrò tempore Marci Antonij Veri instantia Lucij Britãniarum
regis per legatos Eleutherij papæ mysteria Christianitatis perceperunt, in qua aliqui eorum vsque
Anglifidem suscipiunt. ad martyrij coronã prouecti sunt. Orta enim persecutione sub Diocletiano Cæsare, licet fides in plu
ribus deficeret, in aliis tamen nec frangi, nec mori potuit. Sed postquam Maximus tyrannus insu-
lam Britanniæ militum præsidio euacuauit, irruerũt Picti cæteraéque barbaræ nationes cum eis, po-
pulúmque imbellẽ & terrã totã in cæde & præda vastare cœperũt. Accessit huic malo & aliud, quòd
rex Vuortigernus ad tutamen sui hostiúmque expugnationẽ inuitauit gentem Saxonum adhuc Pa-
ganorum. Nam cùm aliquandiu strenuè ac fortiter eos tutati fuissent, dominandi cupiditate illecti,
dignitates ciuium à rege petierunt, vt non iam opem ferre ciuibus: sed potius tyrannidem exercere
in eos liberius possent. Quod Britanni præcauentes expulerunt eos, sed illi repulsi multiplicius re-
dierunt, pacémque simulantes penè vniuersos principes eorum fraudulenter occiderunt. Prævalen-
tes igitur, ad tempus ciuitates & castella occupauerunt, donec surgeret rex Aurelius Ambrosius, qui H
eorum ducem interfecit, ciuitates eis abstulit, & reliquias eorum effugauit. Post quẽ surrexit Vther-
Arturus. pendragon Aurelij frater, qui genuit Arturum regem inuictum atque magnificum. Post hos sex re-
ges de gente eorum regnauerunt, & tunc prævalentibus Anglis auxilio Africanorum aliarúmque
gentium Britones monarchiam insulæ & diadema regni amiserunt, & alij quidem in minorem Bri-
tanniam, vbi eorum & genus, & nomen permanet, alij verò in Gualliam transfugerunt: denuò cum
redirent, regnum obtinuerunt, sed non multò post vrgente eos diuina vltione per famem & morta-
litatem Insulam alienigenis gentibus inuadendam reliquerunt, & ab illo tempore Saxones, id est,
Angli Angliam de nomine eorum nuncupatam, sub iugo tenuerunt.

DE REGNO VVANDALORVM.

VVandalo-rum origo. VVandali quoque de Scythia oriundi, à Gothis victi, alienas terras inuadere cœperunt, qui suas
retinere non potuerunt. Hos circa Danubium commorantes, rursum post multum tempus
Giberich Gothorum rex bello victus inde exturbauit, & ad hoc perpulit vt quas quoquo modo ha-
bere videbantur, relictis sedibus Romano imperio se subderent, & à Constantino Magno locum ha I
bitandi sibi dari suppliciter peterent: quod & impetrauerunt, & Pannonias ab eo sibi delegatas pe
sexaginta annos pacificè inhabitauerunt. Vnde anno Arcadij tertiodecimo & Honorij euocati in-
stinctu Stiliconis rebellionem contra rempublicam meditantis, infuderunt se per Gallias, iunctis se
cum Alanis, eásque alquandiu miserrimè dilacerauerunt. Etiam inde eos expellebant Gothi, non
quidem prospicientes Galliarum quieti, sed vacuè facientes patriam suæ rapacitati. Vvandali His-
panias aggressi, nunc Hispanias nunc Gallias multo tempore depopulati sunt, sed nec ibi à Gothis
tuti esse potuerunt: quippè quia Gothi nimis Italiam inquietabant. Honorius deliberato cum suis
consilio Hispanias & Gallias, quas sibi à Vuandalis & aliis gentibus præreptas dolebat, Gothis rata
confirmatione donauit. Cùm ergo Gothi à finibus sibi deputatis Vvandalos aliósque hostes
effugare maturarent, & Vvandali vndique concluſi timore Gothorum æstuarent, populi pec-
catis facientibus, inopina & grata occurrit eis fœlicitatis opportunitas. Nam inter Bonifacium &
Etium Romanos duces per inuidiam orta simultate, Bonifacius factus inferior cum dolorem suæ K
iniuriæ nollet vlcisci, nisi damno & periculo reipublicæ, ad Hispanias transiuit, & Vvandalos ad
occupandam Lybiam & Africam inuitauit: quò cum peruolassent, ibi regnum suum multo tempo-
re confirmauerunt, & diuina & humana sine aliquo respectu humanitatis vel diuinitatis per-
turbauerunt.

DE REGNO VVINILORVM.

Longobardi à longis barbis dicti. VVinilorum, qui postea patria lingua Longobardi à longis barbis vocati sunt, certam quidem
originem legimus: sed certum originis eorum tempus non inuenimus. Nam reges regnasse su-
per eos legimus, quorum etiam nomina didicimus, sed annos regni eorum per tempora distinctos
non inuenimus. Hi in Scandinauia Scythiæ insula degentes, cum ita multiplicati essent, vt eos terra
sua

A sua capere non posset, egressione tertiæ partis minuere multitudinem, consilium habuerũt, & qui-
nã exire deberent missa sorte quæsiuerunt. Ergo tertia pars Vvinilorum prout eos missa sors elege-
rat, ducibus Agion & Ibor de Scandinauia egressi, de loco in locum incerti & vagabundi, & à multis
sæpè bellis impetiti, viriliter, quia pro anima res erat illis, salutem & libertatem suam defendebant.
Porrò Agion & Ibor mortuis, regnauit primus super eos Agelmundus trigintatribus annis, qui dũ
ageret se iustò securius, à Bulgaribus cum multis suorum est extinctus. Lamissio regnauit secundus,
& post eum quadraginta annis regnauit Lethu tertius, Ildehoc quartus, Gudeoch quintus: eo tem-
pore quo Odoacer regnabat in Italia, sextus Longobardorum rex fuit Claffo, septimus Tato, octa-
uus Vvaltharidus, nonus Audobin, qui Longobardos in Pannoniã duxit, decimus Alboin, qui trans-
ductis in Italiam Longobardis, regnum eorum ibi firmissimè stabiliuit.

DE REGNO GOTHORVM.

Gothi iidem qui Getha. B AT Gothorum, qui apud antiquos Gethæ dicti sunt, quíq; postea diuisi duo ex se regna, id est
Ostrogothorum & Vvisigothorum fecerunt: talem originem fuisse cognouimus ex historia
Iordanis. Isti Scandinauiam Scythiæ insulam primò incoluerunt, cuius possessione non contenti
cũ rege eorum Berich inde exierũt: & vicinas Scythiæ insulas & terras peragrantes, vicinas gentes
bellis lacessebant, & terrore nominis sui finitimas gentes sibi subigebant. Post sub Filimere quinto
rege suo ad vlterioraScythiæ progressi, ad citeriores vsque ripas Danubij, terras Thraciæ, Daciæ,
Mœsiæque diu longè latéq; sunt peruagati. Ibi per multa tempora, imò per multa secula in gentem
magnã coaluerunt, & multas gentes victoriis suis applicantes, nomẽ & fortitudinem suam amplifi-
cauerunt, viribus vigentes, ingenio callẽtes, philosophiæ quoque studiis eruditi, natiuã barbariem
exuentes, humanitate & honestate aliis barbaricis gentibus præminebant. Tempore autem Decij
imperatoris transito Danubio cum Gniua rege suo grauiter incubabant Romano imperio: qui à
Decio impetiti bello, exercitu Romano protrito, ipsum Deciũ peremerunt cum filio Decio. Hac
C fœlicitate elati, & sæpè postea in congressu Romanis ducibus superiores effecti, toti orbi Romano
erant terrori. Isti adhuc trans Danubium constituti, tempore Valentis imperatoris cœperunt ciuili *Gothi fraude Valentis filij Arriani.*
bello inter se collidi: Athalaricus dux vnius partis, cum prævaluisset Fritigerno duci alterius partis,
Fritigernus à Valente auxiliũ petit, Christianum se fieri promittit. Valens auxilium mittit, eósq; in
sectam Arrianorum Arrianus ipse induci fecit. Anno tertiodecimo Valentis Hunni, qui & ipsi in
Scythia potenter debacchabãtur, atque ferociter, nacti opportunitatem ex intestina Gothorum si-
multate fines eorum ex improuiso inuadũt, eósq; bello victos aut sibi subiugãt, aut captiuitate ex-
cruciant, aut patria eliminant. Ita Gothi, qui multas gentes subdiderant suo seruitio: Hunnorum
subduntur dominio, & nimis eorum potentiam adaugent, dum omnes qui Gothis seruie-
bant, per Gothos Hunnorum parent principatui. Taliter Hunni in omni penè Scythia principa-
tu & fortitudine cunctis præminebant. Gothi victi, partim se Danubio transito ingesserunt finibus
Romani imperij, & à Valente petierunt terram ad inhabitandum sibi dari. Qua re impetrata cũ ali-
quandiu se continuissent ab omni armorum insolentia: tandem Romanorum auaritia coacti, & dei *Valens comburitur.*
D familiaris inopia, in ipso imperij sui sinu grauia concitauerunt prælia. Quibus Valens Imperator oc
currens, bello victus ab eis & igni crematus, iusto dei iudicio reipublicæ nimiam intulit incommo-
ditatem, hostibus verò auxit elationem. Hi ergo Gothi qui Romano imperio incubabant, Vvisigo- *Vvisigothi.*
thos, id est, se occidentales Gothos nominabãt, & per multos annos occidentales Romanorum fi-
nes vsque ad ipsas vlteriores Hispanias infestabant, vbi etiam postmodum in regnum coaluerunt.

Porrò Gothi qui in patrio solo trans Danubium sub Hunnorum dominio remanere passi sunt,
regulos quidẽ suæ gentis habuerũt, & sese Ostrogothos, id est, Orientales Gothos appellauerũt, qui *Ostrogothi.*
& ipsi postea per Theodoricum regem suum à Zenone Imperatore Italiæ regnum dono acceptum
per multos annos tenuerunt. Ita Gothi quasi duobus capitis sui cornibus Oriẽtem & Occidentem
ventilantes acerrimè duo ex se regna creauere, scilicet Vvisigothorum in Hispania, & Ostrogotho-
rum in Italia.

DE REGNO HVNNORVM.

E

Hunnorum origo. DE regno Hunnorum, quod in omni penè Scythia tenebat principatum, ipsa gentis barbaries
me silere faceret, nisi illud famosum Galliarum & Italiæ excidium me loqui cogeret, quando
per Attilam eorum regem iudicium Dei se longè latéque effudit, quem quasi gladium limatum &
exacutum de vagina suæ indignationis super peccatrices gentes Deus destrinxit.

Ista sunt Dio-nis lib. XII. De eorum ergo origine, quæ in antiquorũ leguntur historiis aperiam paucis. Filimer Getharum
rex Gandarici Magni filius, qui post egressum Scandiæ insulæ iã quinto loco tenens principatum
Getharum, cum terras Scythiæ cum sua gente introiit, reperit in populo suo quasdam magas mu-
lieres, quas Gethico sermone Alrũnas dicũt, easque habens suspectas, de medio suo proturbat, lon-
géq; ab exercitu suo fugatas in solitudine coegit errare. Quas syluestres homines, quos nõnulli Fau-
nos Ficarios vocant, per desertũ vagantes dũ vidissent, & earum cõplexibus se in coitũ miscuissent,

genus hoc ferociſſimum ediderunt. Quod fuit primùm inter Mæotidas paludes minutum, tetrum F
atque exile, quaſi hominum genus, nec alia voce notum niſi quòd humani ſermonis imaginem aſſignabat, & quos bello forſitan minimè ſuperabant, vultus ſui terrore nimium pauorem ingerentes, terribilitate fugabant, eo quòd erat eis ſpecies pauendæ nigredinis, & velut quædam (ſi dici fas eſt) deformia oſſa, non facies, habénſque puncta magis quàm lumina. Quorum animi fiduciam torus
Faunorum & magarum coitu Hũni naſcuntur. prodit aſpectus. Qui etiam in pignora ſua primo die nata deſæuiunt. Nam maribus ferro genas ſecant, vt antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur ſubire tolerantiam. Hinc imberbes ſeneſcunt & ſine venuſtate ephebi ſunt, quia facies ferro ſulcata, tempeſtiuam pilorum gratiam cicatrice abſumit. Exigui quidem forma, ſed arguti, moribus expediti, & ad equitandum promptiſſimi, ſcapulis latis, & ad arcus ſagittáſque parati, ceruicibus firmi, & ſuperbia ſemper erecti. Hi verò ſub hominum figura *viuunt* beluina ſæuitia. Tali ergo ſtirpe procreati Hunni, cunctis vicinis gentibus erant horrori & formidini. Horum potentiam auxit victoria de Gothis manentibus trans ripas Mæotidis *paludis*, qui in Scythia pollebant gloria ſingularis potentiæ & fortitudinis. Quam victoriam hoc modo adepti ſunt: Venatores Hunnorum ſequentes veſtigia ceruæ Mæotidas paludes G
tranſeuntis, quas imperuias hactenus eſſe putabant, Scythicam regionem diligenter explorant, explorata omnia Hunnis nuntiant, ad tranſeundum eos animant. Horum ducatu paludibus tranſitis velut quidã turbo, ſubitò incubuerunt gentibus Scythicis, eáſque omnes ſubiugauerunt ſibi, ipſóſque Gothos cæteris imperitantes aut præeminẽtes expulerunt ſedibus ſuis. Hoc fœlicitatis ſucceſſu Hunni inter cæteras Scythiæ gentes elati, per victoriam de Gothis per annos ferè octoginta la-
Hunni caſu vincunt Gothos. borauerunt ad concuſſionem & ruinam mundi. Ab hac ergo eorum victoria vſque ad mortem Attilæ regnum eorum in hoc opere annotabimus.

DE CÆTERIS REGNIS.

EXtra has & aliæ gentes fuerunt, quæ Romanum imperium dilacerauerunt, id eſt, Gepidæ, Turcæ, Alani, Bulgari, & aliæ plures, quæ omnes ab Aquilonis plaga exierunt, vt ſuper hoc fortaſſe H
videatur dictum per Prophetam, ab Aquilone pandetur malum ſuper vniuerſam terram.

ORdiamur ergo telã narrationis noſtræ ab anno Domini tricenteſimo octogeſimoprimo, quo anno poſt mortem Valentis, Valentinianus minor & Gratianus filij maioris Valentiniani incipientes ſimul regnare, regnauerunt annis ſex. Ab hoc anno Sapor, qui diu imperauerat Perſis, imperauit annis vigintiocto. Ab hoc anno Britanni ſub imperio Romano fuerunt annis triginta-tribus, ſuper quos regnabat Maximus tyrannus. Ab hoc anno Vvandali cum rege ſuo Modigiſilo, per Gallias crudeliter debacchati ſunt, annis triginta rebus. Super Francos in Sycambria commorantes regnabat Priamus. Alij ſcribunt periiſſe eum in bello, quo (vt diximus) Franci nimis attriti ſunt ab exercitu prioris Valentiniani, & de Sycambria exire compulſi. Fritigernus, qui ſuper Vviſigothos aliquandiu regnauerat, ab hoc anno tribus annis regnauit. Oſtrogothis in patrio ſolo ſub Hunnorum dominio remorantibus præerat Vvinitharius, eiſque ab hoc anno vſq; ad mortem Attilæ per annos plus minus octoginta præfuerunt reguli gentis ſuæ. Balamber Hunnis imperabat, qui & poſt eum Mundzuch pater Attilæ, Octar & Rugila fratres eius, Bleda & Attila frater eius, ab hoc anno vſque ad mortem Martiani Imperatoris regnauerunt annis plus minus octoginta. I

Anno ab Adam 5576. ſecundum Dionyſium, anno verò Domini 381. ſecundum Dionyſium, Olympiade 289. Anno quarto poſt mortem impij Valentis, imperant Gratianus & Valentinianus, Sapor, Priamus, Britanni, Modigiſilus, Fritigernus, Vvinitharius, Balamber.

THEO-

K

13633
13621
279.62

A

Roman.	*perſar.*	*Francor.*	*Britann.*	*Vuandal.*	*Vuiſigoth.*	*Oſtrogoth.*	*Hunnor.*	*Anni domini.*
Gratian.	*Sapor.*	*Priamus.*	*Britan.*	*Podigiſil.*	*Fritiger.*	*Vvinith.*	*Balamber.*	
1	1	1	1	1	1	1	1	381

HEodoſius à Gratiano magiſter militum ordinatus, incredibili celeritate & mira fœlicitate deuictis multis barbaris gentibus, laſſam rempublicam in orientis partibus reparauit. *Theodoſius.*

Clarebant eo tempore Damaſus Romæ 13. pápatus ánnum agens: Didymus Alexandrinus, qui à quinto ætatis anno lumine captus, quamuis eſſet elementorum ignarus: tamen in literarum ſciẽtia etiã philoſophus mirabilis: Hieronymus totus diuinæ ſcripturæ incũbẽs: Gregorius Nicenus, *Damaſus. Didymus. Hieronymus. Gre. Nicenus. Nazian. Z. D. Martinus. Ambroſ. Ruffinus Miletius. Pachoniſius.*
Gregorius Nazianzenus, Martinus Turonenſis archiepiſcopus, Ambroſius Mediolanenſis,
B Ruſinus Aquileienſis presbyter, Miletius Antiochenus epiſcopus: per hoc clarior, quod Theodoſius in ſomnis præuidit ſe ab eo indui chlamyde Imperiali, & diademate coronari. In Ægypto Pachoniſius abbas.

2	2	2	2	2	2	2	2	382

Gratianus valdè religioni fauet, & per omnia reipublicæ promptus Theodoſium cõſortem imperij facit.

Paula inter nobiles Romanorum matronas prænobilis abrenunciat mundo. *Paula.*

Ciuitatem quam Antonius pius cum filio Aurelio condidit, & Sommonobriam ab adiacente flumine appellauit, Gratianus Imperator ſuo dominio mancipatam, mutato nomine Ambianis ab ambitu fluminum fecit vocari.

Pſalterium quod ſecundum Septuaginta interpretes in omnibus eccleſiis cantabatur, *Pſalterij reſtitutio.*
Hieronymus correxit. Quo iterum viciato pſalterium nouum compoſuit, quod à ſeptuagin-
C ta interpretum editione non multum diſcordaret, & cum Hebraico multum concordaret. Quod vt omnibus clarum fieret, pſalterium diſtinxit per aſteriſcum, id eſt ſtellã *, & per obelum, id eſt virgam iacentem, docens eaquæ continentur ſub aſteriſco vſquè ad duo puncta in Hebræo haberi, & à Septuaginta prætermiſſa eſſe: ea verò quæ continẽtur ſub obelo vſq; ad duo puncta, in Hebraico non haberi, ſed à Septuaginta addita eſſe, iuxta Theodonis duntaxat tranſlationem. Hoc Pſalterium Damaſus Papa rogatu Hieronymi in Gallicanis eccleſiis cantari inſtituit, & propter hoc Gallicanum vocatur: Romanis pſalterium ſecundum Septuaginta retinentibus ſibi, propter quod Romanũ vocatur. Hæc duo pſalteria cũ non ſufficerent ad proponenda teſtimonia de Chriſto contra Iudæos, qui non recipiunt niſi ea quæ habentur in Hebræo, addidit & tertiũ quod vocatur Hebraicũ, pro eo quòd rogatu Sophonij viri ſapientis tranſtulit illud de Hebraica veritate in Latinum, verbo ad verbũ. Quod pſalterium & alia Hieronymi opuſcula idem Sophronius de Latino in Græcum tranſtulit. *Sophronius quædã Hieronymi græcè tranſtulit.*

Eo tempore præfecturam gallicã miniſtrabat vir illuſtris Fauſtinianus, qui genuit filium,
D quem ob amorem & memoriam beati Firmini martyris Firminũ vocauit, Ambianenſis tempore poſteriori epiſcopum.

Theophilus Alexandriæ epiſcopus cyclum de obſeruatione paſchę per centum annos digeſtum, quem laterculũ vocauit, ab hoc anno inchoauit, hoc eſt, à primo cõſulatu Theodoſij. *Theophili laterculus. vide cuiacij obſer.*

Damaſus Papa inſtituit rogatu Hieronymi dicere in eccleſia in fine pſalmorũ, gloria patri, &c. Sicut erat, &c. Et inſtituit etiam in eccleſia pſalmos nocte diéque cantari. *Gloria patri inſtituitur vt & nocturnæ preces. Pſalmodia.*

Vt autem chori in duas partes diuiſi, ipſos pſalmos alternatim cantarẽt, iam tempore Conſtantij Imperatoris in eccleſia Antiochena inſtituerãt primi Flauianus & Diodorus viri probatæ vitæ & doctrinæ, quod inde ad terminos totius orbis vſque peruenit.

3	3	3	3	3	3	3	3	383

Maximus in Britannia per tyrannidem imperium inuadit. *Maximus tyrannizat.*

Maximus iſte ex imperatorio genere deſcenderat, & Magni Conſtantini cõſanguineus
E fuit, vnde & partem imperij ſibi competere calumniabatur. Qui cum Britanniæ factus fuiſſet rex, cœpit ſubire, atque tyrannidem contra Romanum imperium exercere.

Baſilius Cæſarienſis, qui gemina philoſophia & ſanctitate claruerat, cui Deus apparens ad preces eius eum docuit vt propriis verbis ſanctum ſacrificium conſecraret. Cui reuelatum eſt quòd Mercurius miles & martyr Iulianum Imperatorem peremerit, qui iuuenem qui ob amorem virginis ſibi per diabolum conciliatæ negauerat Chriſtum, Chriſto reconciliauit, palam alter cauſas cum diabolo, qui impetrauit à Deo vt ſanctus Effrem Syrus Græcè loqueretur, qui peccata peccatricis ſcripta & ſignata orando obliterauit. His & multis aliis clarus dum medicus Hebræus imminere ſibi mortem per tactum venæ reuera pronunciaret, mortem orando in craſtinum diſtulit, & ita medicum cum ſuis ad Chriſtum conuertens fœliciter moritur. *Baſilius Iuliani necem præuidit, Ephraim græciſmum medico fidem obtinuit.*

Anni domini.	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunnor.

Damasus Papa inuidiosè de adulterio accusatus, purgatur à 44. episcopis: accusatores verò eius de ecclesia expelluntur.

Apollinaris damnatur. Apollinaris Laodiciæ episcopus conuersus in hæresim sui nominis à Damaso Papa damnatur, quia dicebat quòd Christus *natus* solam carnem non animam susce[pe]perit, non rationalem, sed tantùm viuificalem animam susceperit, sed po[r]tia deitatis susceptæ carni pro anima *fuerit*, & ipsa caro nō de Maria susceptа sit, scilicet [ca]caro & verbum vnius substantiæ fuerint.

Athanaricus. Post Fritigernum secundus apud Vvisigothos regnat Athanaricus anno vno, qui consecratus Theodosio, & ab eo Cōstantinopoli inuitatus, mox quintodecimo die ex quo venerat, ibidem obiit.

384	4	4	4	4	4	1	4	4

Damasus Papa decreuit ne quid contra episcopos præsumant archidiaconi, qui dicūtur G
chorepiscopi, id est, regionum vel villarum episcopi.

Maximus Pictos & Scotos Britanniam incursantes, superat.

Vvisigothi sub Theodosio Imperatore sine rege fuerunt annis 14.

Vvinitharius rex Ostrogothorum pro libertate contra Hunnos rebellat in Gothia.

Ambrosius episcopus libros de spiritu sancto ad Gratianum imperatorem scribit.

Theodosius. Corpus Pauli Constantinopolitani episcopi sub Constantio in exilio ab hæreticis pro Christo suffocati, Constantinopoli refertur cum gloria à Theodosio imperatore.

385	5	5	5	5	5	1	5	5

In Gallia sanctus Romanus Blauiensis obiit.

Arcadius. Iustina. Theodosius Arcadium filium Augustum facit.

Iustina mater Valentiniani Arrhiana, in Ambrosium & omnem sanctam ecclesiam catholicam execrabili odio desæuit. H

Franci. Marcomirus. Francis post Priamum Priami filius Marcomirus, & Somno filius Antenoris, principantur annis 34. Quorum ducatu Franci Sycambria egressi, consedere secus Rhenum in oppidis Germaniæ.

Vvinitharius Hunnos in bello superat.

386	6	6	1	6	6	2	6	6

Maximus in Gallias transit, partem Galliæ sibi subditam Britonibus tradidit, vnde vsque ad hunc diem minor Britannia appellatur. Maximus quoque apud Treuerim sedem imperij sui statuit, & Gratianum imperatorem Lugduni perimit, fratrem verò eius Valentinianum simulato pacis fœdore per triennium Italia expellit.

Gratianum Maximus occidit. Secunda synodus vniuersalis 150. patrum congregatur Constantinopoli, iubente Theodosio & annuente Damaso Papa, quæ Macedonium negantem spiritum sanctum deum esse, condemnans, consubstantialem patri & filio spiritum sanctū esse docuit, dans symboli formam, quam tota Græcorum & Latinorum confessio in ecclesia ad missas solennibus diebus decantat. Hic decretum est vt Constantinopolitanus, tanquam nouæ Romæ episcopus, post Romanum pontificem habeat priuilegium. I

Priscilianus hæreticatur. Priscilianus in Hispania episcopus, condens hæresim sui nominis, ecclesiam perturbat. Hic personas sanctæ trinitatis confundebat, dicens, eundem esse patrem quem filium & spiritum sanctum: carnium escas pro immundis habebat, coniuges viros à nolentibus fœminis, fœminas à nolentibus viris separabat. Opificiū omnis carnis non deo bono & vero, sed malis angelis assignabat. Animas eiusdē naturæ & substantiæ, cuius est Deus esse dicebat, & eas ad agonem quendam spontaneum, non tamen in terris exercendū per septem cœlos, & per quosdam principatus gradatim descendere, & in malignum principem incurrere, à quo mundum istum factū esse dicebat, atque ab hoc principe per diuersa carnis corpora seminari: homines verò fatalibus stellis colligatos, corpúsque nostrum secūdum duodecim signa cœli compositum esse dicebat, constituens Arietē in capite, Taurum in ceruice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, Leonē in manibus, Virginem in ventre, Librā in vmbilico, Scorpiū in coxis, Sagittarium in virili, Aquarium in vesica, Capricornúmq; in tibiis, Pisces in plātis. Super his auditus, in cōciliis episcoporum Romam petit, ibíque à sanctis Damaso & Ambrosio repudiatus, in Galliis quoque in synodo Burdegalensi à sancto Martino aliísque hæreticus iudicatus, vbi se damnādum intellexit, ad imperatorē Maximū appellat, à quo auditus & episcopatu pulsus Treueris ab Euodio præfecto perimitur, cum multis suis sequacibus, edicente Imperatore vt sectæ huius complices in Hispania perimerentur. K

Fatum Priscilianistarū.

Eustochium. Paula Romæ præponens Bethlehem, ibi cum filia Eustochio ancillatur Christo, & sanctè viuendo multas ad æmulationem *sanctitatis* inuitat.

Itachius & Vrsatius episcopi accusatores Priscciliani concione ecclesiæ priuantur ab

A	Roman.	Persar.	Francor.	Britan.	Vuandal.	Vuisigoth.	Ostrogoth.	Hunn.	Anni d. mi. ni.

ab episcopis nephas esse dicentibus, cuiuscumque modi hominem episcoporum accusatione necari, maximè Imperatores & aliquibus episcopis Ithacium & Vrsatium defendentibus. & hac de causa sanctus Martinus à Maximo molestatur, quia nolebat communicare Itachianis, vix tamen obtinuit vt Priscillianistæ non occiderentur.

Accusatio Episcopi illicita. Theodosius solus annis 11. imperat.

Theodosius. Humundus. Balamber rex Hunnorum Vuinitharium in bello perimit, post quem secundus apud Ostrogothas regnauit Hummundus annis duobus.

	1	7	2	7	7	3	1	7	387

Syricius papa. Syricius Romanæ eccl[e]siæ 36. præsidet.

Hic constituit hæreticum pœnitentem per impositionem manus sacerdotalis ab ecclesia esse recipiendum.

Antiphonæ introductæ. B Hic Manichæos Romæ inuentos exiliauit.

Ambrosius episcopus ritum canendi antiphonas in ecclesia primus apud Latinos transtulit à Græcis, apud quos hic ritus iam inoleuerat ex institutо Ignatij Antiocheni episcopi & Apostolorum discipuli, qui per visionem in cœlum raptus, vidit & audiuit quomodo angeli per antiphonarum reciprocationem hymnos sanctæ Trinitati canebant.

Franci Quintinum & Heraclium Romanorum duces, cum omnibus penè suis iuxta Treuerim delent.

Io. Anach. In Ægypto Ioannes Anachorita sanctitate & prophetiæ spiritu claret.

	2	8	3	8	8	4	2	8	388

Ger. et Vroth. corp. Corpora Gerualij & Prothasij martyrum, Mediolani ab Ambrosio reperta sunt.

Horisinuth. Ostrogothis regnat Horisinuth annis duobus.

	3	9	4	9	9	5	1	6	389

C Valentinianus Imperator Maximum fugiens, Constantinopolim venit, & à Theodosio paternè susciptur.

Pictorum & Hunnorum ducibus Gnamo & Melga regnum Britanniæ incursantibus ac deuastantibus, quia rectore & defensore carebat, ex quo Maximus omnes bellicosos viros secum abduxerat, nunciata est Maximo regni sui tanta calamitas. At ille misit Gratianum municipem cum duabus legionibus, vt Britonibus ferret auxilium, qui cum hostibus præliati, fugauerunt eos in Hyberniam.

Augustinus conuertitur. Augustinus cùm esset Manichæus, per Ambrosium ad rectam fidem conuertitur, & relictis scholis baptizatur.

	4	10	5	10	10	6	2	10	390

Max. occiditur. Maximus tyrannus ab Ambrosio excommunicatus, quia corrigi noluit, à Theodosio Aquileiæ in bello perimitur, & Valentinianus Imperio restituitur. Alia historia dicit Maximum Romæ ab amicis Gratiani esse interfectum. D

Gratianus municeps, audita nece Maximi, cœpit diadema regni. Exindè tantam tyrannidem exercuit in populo, vt cateruatim irruentes in eum, interficerent illum.

Ostrogothi sine rege fuerunt annis 40.

	5	11	6	11	11	7	1	11	391

Theodosij pœnitentia. Theodosius Imperator immane facinus quod commisit, quando Thessalonicæ septem millia ciuium fecit occidi in vltionem iudicum, in seditione occisorum imitabili publicæ pœnitentiæ exēplo diluit, ab Ambrosio ecclesia expulsus, & humili satisfactione recōciliatus.

Hymnos Ambrosius instituit. Gregorius Nazianzenus episcopus obiit.

Claudianus. Ambrosius post Hilarium Pictauensem hymnos in ecclesia canēdos primus composuit.

Claudianus gentilis poëta Romæ claret.

E	6	12	7	12	12	8	2	12	392

Io. Baptistæ caput. Caput Ioannis Baptistæ à Theodosio Imperatore Constantinopolim trāslatum est, quod cum Valens Imperator olim illuc voluisset transferre, vehiculum in quo sanctum caput ferebatur, nullo modo moueri potuit.

	7	13	8	13	13	9	3	13	393

Terribile in cœlo signum columnæ per omnia simile apparuit.

Prudentius. In Hispania Prudentius Lyricus poeta claruit.

	8	14	9	14	14	10	4	14	394

Hieronymus librum illustrium virorum hic finit: Gennadius abhinc incepit.

Alexandriæ iussu Theodosij, templa idolorum à Theophilo episcopo destruuntur,

Anni domini.	Roman.	Persar.	Francor.	Britan.	Vuandal.	Vuisigoth.	Ostrogoth.	Hunnor.

Idola Alexãdriæ destruitur.

& euerso famoso Serapis Fano martyrium ibi consecratur,& in eo ossa Ioannis Baptistæ reconduntur,quæ hoc modo Alexandriam translata fuerunt.

Apostata Iuliano imperante,& contra Christum furente,pagani,ossa Ioannis Baptistæ in vrbe Samaria sepulti,effracto sepulchro,extrahentes,dispergebant per agros , eáque rursus collecta igni cremabant,& sanctos cineres pulueri immixtos,per aëra dispergebant.Sed quidam monachi ex Hierosolymis immixti furentibus paganis,quotquot potuerunt ossa collegerunt,& ad abbatem suum *Philippum* Hierusalem detulerũt: Philippus ea Athanasio episcopo misit Alexandriæ.

Patritius Angelorum fruitur alloquio.

Sanctus Patritius *Scotus* in Hybernia cum suis sororibus venditur: vbi cum esset regis portarius,*angeli* sæpè alloquio fruitur.

395	9	15	10	15	15	11	[illegible]	15

Versio inualuit Hieronymi.

Hieronymus sacras scripturas veteris testamenti de Hebraica veritate in Latinã linguam G
vertente,editio 70.interpretum,quæ tenebatur à cunctis,& Græcis & Latinis ,cœpit in secundis haberi,quod cùm contra inueteratum vsum ecclesię fieri,quamuis sancti & docti viri ægrè ferrent,prævaluit tamen authoritas Hebraicæ veritatis,postquam patuit quantum ab ea discrepent 70.interpretes.

Arsenius.

Arsenius Romę claret,qui vsque ad quadragesimum ætatis annum in aula Imperatorum gloriosè militans , ex senatore fit monachus , & per annos quinquaginta quinque in eremo sanctitatis exemplo omnibus mirabilis enituit.

396	10	16	11	16	16	12	6	16

Monstrum biforme.

Hoc tempore in castello Iudææ Emaus natus est puer perfectus,ab vmbilico & sursum diuisus,ita vt haberet duo pectora & duo capita,& vnusquisque proprios sensus,& vnus edebat & non alter,vnus dormiebat & alter vigilabat:nonnunquam insimul dormiebant, insimul ludebant ad alterutrum,& flebat vterque,& percutiebant se inuicem.Porrò vixerunt annis H
fermè duobus,& vnus quidem mortuus est,alter verò superuixit diebus quatuor.

Valentinianus Imperator nimia austeritate Arbogastis magistri militum ad vitæ tædium perductus,laqueo vitam finiuit. Eugenius auxilio Arbogastis tyrannizat.

Valentin. strangulatur

Corpora Abacuck & Micheæ prophetarum reuelantur.

Didymus absque oculis,anno ætatis 85. Alexandriæ obiit.

397	11	17	12	17	17	13	7	17

Eugen.& Arbogastes perimuntur.

Theodosius Eugenium & Arbogastem in bello perimit,&ipse non multò post obiit,post quem filij eius Arcadius & Honorius imperant annis 13.

Nazarij & celsi corpora leuantur.

Corpora Nazarij & Celsi martyrum Mediolani ab Ambrosio reperta & leuata sunt.

398	1	18	13	18	18	14	8	18

Constantinopolis iram Dei formidans,igne super nubem terribiliter fulgente,ad pœnitentiam conuersa euasit. I

Rufinus præf. Gildo.

Rufinus magister militiæ orientalis rebellans,à Stilicone magistro militiæ occidentalis perimitur.

Gildo comes Africæ rebellans consueta stipendia Romanis subtraxit, quem non multo pòst Stilico interficiens, Africam ad ius pristinum redegit.

Alaricus.

Vuisigothi rupto cum Romanis fœdere,Alaricum super se regem creant, qui regnauit annis 15.

399	2	19	14	19	19	1	9	19

Anastasius p.

Anastasius Romanæ ecclesiæ 37.præsidet.

Sanctus Martinus secundum quosdam obiit hoc anno.

Chrysostomus Donatus spuo serpentem occidit.

Florebant in ecclesia hoc tempore sancti & docti viri Ioannes Chrysostomus Constantinopoli episcopus,sanctitate quidem & scientia clarus,sed in facundia sua seuerior & liberior iusto,Donatus Epiri episcopus,qui ingentem Draconem,expuens in ore eius,interfecit, K
quem octo iuga boum vix trahere potuerunt ad cremandum.

Orosius.

In Hispania Orosius historiographus clarus habetur.

Seuerus.

In Aquitania Seuerus , qui vitã sancti Martini & multa alia scripsit,qui in senecta à Pelagianis seductus,silentium vsque ad mortẽ tenuit,tacẽdo corrigens quod loquẽdo peccauit.

Seuerinus.

In Gallia Seuerinus Agrippinensis agnoscitur.

Seruatius.

Seruatius quoque decimus Tungrensis episcopus,Domini nostri Iesu Christi cõsanguineus,non solùm ex eo quòd voluntatem Dei patris faciebat,sed etiam secundum carnẽ,qui natus quidem in Persida filius fuit Eminiu,cuius pater fuit Eliud,frater Elizabeth,quæ peperit Ioannem Baptistam. Mater verò Eliud & Elizabeth Esmeria soror fuit Annæ, quæ genuit Mariam matrem Domini.

Romanorum

A	Roman.	Persar.	Francor.	Britan.	Vuandal.	Vuisigoth.	Ostrogoth.	Hunn.	Anni domini.
	3	20	15	20	2	20	10	20	

Hunnorum incursiones.

Romanorum prouincias hinc Vuisigothi,inde Hunni grauiter incursant. 400

Gladiatoria spectacula rolluntur.

Romæ celebrato gladiatorio ludo Thelematius monachus increpans populum attentius spectaculo inhiantem, lapidatur à populo, vnde offensus Honorius Imperator , gladiatorium ludum edicto suo in perpetuum remouit.

	4	21	16	21	21	3	11	21	401

Rufinus & Hieronymus altercantur.

Imperatores zelum patris Theodosij secuti,in toto orbe Romano templa idolorum destrui iubent.

Hieronymus & Rufinus presbyter Aquileienses orta inter se simultate, pro quæstionibus scripturarum, libros inuectiuarum satis quidem luculento , sed nimis mordaci sermone in alterutrum scribunt.

B	5	22	17	22	22	4	12	22	402

B. Martini obitus.

Sanctus Martinus ætatis anno octogesimoprimo, episcopatus verò vicesimosexto obiit hoc anno secundum Prosperũ,qui scripsit eum obiisse anno quinto Arcadij & Honorij, imò secundum Seuerum,qui scribit in vita eius, eum post mortem Priscilliani 16. annos vixisse.

	6	23	18	23	23	5	13	23	403

Ambrosij obitus.

Ambrosius Mediolanensis obiit, cuius vitam Paulinus Nolanus episcopus ad Augustinum episcopum describit.

Paulinus se pro captiuis vendidit.

Hic Paulinus Nolæ postmodum episcopus cùm esset innumerabilium prædiorum dominus , admirabili exemplo venditis omnibus, religionem expeditus elegit, cui Thesaria ex coniuge soror facta, æquatur beatæ vitæ testimonio & merito,hic se episcopum pro captiuo filio pauperis viduæ in seruitutem barbari addixit, sed diuinitus proditus quis esset, multos
C captiuos libertati restituit.

Sisinnius. Martyrius. Alexander.

Hoc tempore in Italia Sisinnius , Martyrius & Alexander à gentilibus martyrizantur. Quorum corpora cum Mediolanum deferrentur, cæcus per ea illuminatur, dicens, se illuc per visum directum esse ab Ambrosio episcopo, dicente se in horum martyrum cõsortio deputatum esse.

Stilico pacem fratrum Imperatorum interturbare volens , Alaricum regem Gothorum fecit ordinari magistrum militum.

	7	24	19	24	24	6	14	24	404

Innocẽtius pacis osculũ ad missas instituit.

Innocentius Romanæ ecclesiæ 38. præsidet. Hic decreuit pacis osculum ad missas dari, sabbatho ieiunium celebrari, oleo ad vsus infirmorum ab episcopo consecrato licere vti, non solùm presbyteris,sed omnibus etiã Christianis in suam suorúmq; necessitatẽ vngendo.

Pelagiana hæresis.

In Britannia Pelagius execrabili doctrina ecclesiam Christi maculare nititur, dicens,hominem sine gratia posse saluari suis meritis, vnumquenque ad iustitiam propria volũtate re-
D gi, infantes sine peccato originali nasci, & tam insontes esse quàm insons fuit Adã ante præuaricationem , nec ideo baptizandos esse vt à peccato soluantur , sed vt per adoptionem in regnum Dei admittantur, qui etsi non baptizentur, esse tamen eos extra regnum Dei æternam & beatam vitam: Adam solo suo peccato læsum esse, eum mortuum esse non ex culpæ merito, sed ex cõditione naturæ,qui moriturus fuisset, etiamsi non peccasset. Dicebat etiam irritas esse orationes quæ fiunt ab ecclesia, siue pro fidelibus, siue pro infidelibus. Hunc & Celestium & Iulianũ complices eius, Innocentius Papa damnauit, Hieronymus quoque & Augustinus & alij ,eos vt fidei hostes armis veritatis impugnabant.

Anthropomorphitæ.

Orientales etiam grauiter exagitat mota de Deo quæstio, vtrum Deus sit corpus, & humanum schema habeat: an sit incorporeus, & ab humano schemate omninò alienus, simplicioribus Deũ corporeum & ab humano schemate esse astruentibus,aliis hoc destruentibus.

E	8	25	20	25	25	7	15	25	405

Alexis sponsã pro Christo reliquit.

Romæ Alexis nobilissimi Romanorum vita mirabilis declarata est,qui prima nuptiarum nocte sponsam relinquens pro Christo peregrinatus est per decẽ & septem annos,& tandem apud Edissam Syriæ vrbem imagine sanctæ genitricis Mariæ cum diuulgante, inde quoque fugit, & ad portum Romanum non sponte appulsus,à patre suo vt pauper accipitur : ibique nulli cognitus decem & septem annos agens , tenore vitæ suæ in charta descripto , obiit,& diuina voce manifestatus , totam Romam stupore & gaudio affecit.

chrysostom. exulat.

Ioannes Chrysostomus Eudoxiam vxorem Arcadij Imperatoris multósque sacerdotum infestos habens , episcopatu pellitur & exiliatur , sed populo pro hoc tumultuante reuocatur, secundò exiliatur:sed terræmotu regiam vrbẽ grauiter concutiente,à ciuibus reuocatur.

	9	26	21	26	26	8	16	26	406

Anni domini.	Roman.	Persar.	Francor.	Britan.	Vvandal.	Ostrogoth.	Vvisigoth.	Hunn.

Pachomius moritur.

Pachomius abbas centesimumdecimum annum agens, in virtutibus consumatur.

Arcadius Imperator ossa Samuelis prophetæ à Iudæa Constantinopolim transtulit, tam hilariter occurrentibus populis ac si eum viuentem cernerent.

Paula Bethlehem obiit, cuius vitam Hieronymus scribit.

Augustinus philosophatur.

Augustinus in ecclesia philosophatur: cuius librorum, tractatuum & epistolarum numerus plus quàm ad mille triginta extenditur, multis numero non comprehensis.

	10	27	22	27	27	9	17	27

407

Ragadaisus. Symmachus.

Ragadaisus Scytha cum ducentis millibus Gothorum à Scythia veniens, Italiam inuadit. Ex hoc murmur multum blasphemantium infremit in Christum, Christianitatis tempora culpantes: fœlicitatē gentiū attollūt, inter quos præcipuè Symmachus orator furebat, quietiā scriptis epistolis suis aiebat de Idololatria, & de repetēda ara Victoriæ: Quorū latrantiū ora iniecto eis veritatis osse obstruxerūt: Augustin⁹ libro de ciuitate Dei, & Orosius historia G sua, Prudētius quoq. poëta, luculēto metrici operis libello blasphemias Symmachi refellit.

	11	28	23	28	28	10	18	28

408

Augustini & Hieronymi cōtentiones.

Augustinus apud Yponem Africæ, & Hieronymus apud Bethlehem Iudææ per epistolas inter se vsque ad simultatem disceptāt de quibusdā scripturæ capitulis: maximè de eo quod dicit Paulus, se Petro in faciem restitisse, quia reprehensibilis erat, de quo Hieronymus scripserat, quia Paulus Petrum non reuera, sed simulatè reprehenderit: Augustinus cōtra dicebat, quòd eum reuera, non simulatè reprehenderit.

Multis viribus vastatis, Radagaisus à Romanis concluſus, interiit cum omnibus suis.

Sdigerdis imperat Persis, annis 34.

	12	1	24	29	29	11	19	29

409

Sdigerdis.

Ioannes Chrysostomus vrgentibus inimicis episcopatu abdicatus, ab Arcadio exilio relegatur, ibique non multo pòst moritur. H

Innocentius Papa & occidentales episcopi, pro Ioannis præiudicio ab orientalium se cōmunione suspendunt.

Iram Dei pro morte Ioannis nimia grandinis tempestas Constantinopoli incumbens, & mors Eudoxiæ Augustæ subsecuta intentat.

	13	2	25	30	30	12	20	30

410

Arcadius moriens filio tutorem deligit. Maruthas.

Arcadius orientalis Imperator timens filio suo octenni puero Theodosio, eique tutorem Sdigerdem Persarum regem testamento designans, morte obiit. Sdigerdes tutelā pueri benignè suscepit, & pacem firmissimam cum Romanis fecit, mediante Marutha Mesopotamiæ episcopo. Is Maruthas & apud Persas, & apud Romanos, omnibus modis clarissimus habebatur.

Terramugit.

Vticæ terra septem diebus mugitum dedit.

Vtilico.

Vtilico regnum Honorij affectans filio suo Eucherio reipublicæ pernicios⁹ efficitur, I barbaras gentes ipse alias regno immittēs, alias consensu suo fouens, vnde modo solito grauis earum & maximè Vuandalorum rabies per Gallias exarsit.

Honorius.

Honorius post Arcadij mortem cum fratruele suo Theodosio regnauit annis quatuordecim.

	1	3	26	31	31	13	21	31

411

Atticus.

Atticus Constantinopolites episcopus claret.

Crescus.

Vuandali duce Croco Gallias peruagati, multas vrbes & ecclesias subuertunt. Crocus tandem à Mariano præside Arelati captus, & per victas vrbes ignominioſè retractus, ad mortem tormentatur.

Sub hoc turbine inter multos martyrizantur, Sedunensis Florentinus & Hylarius, Desiderius Lingonensis cum Vincentio archidiacono, Antidius Vesontiensis episcopus.

Antidius vectatur à dæmone.

De hoc Antidio legitur, quòd aliquando tertia feria post palmas transiens pontem Duuij fluminis, vidit agmen dæmonum gesta sua principi suo referentium, & inter eos Æthiopem in manu sandalium præferentem ad iudicium, quòd Romanum præsulem, cuius hoc erat per septem annos impugnatum, tandem ad lapsum traxerit, qui vocans ad se Æthiopē, & in virtute Dei & sanctæ crucis super eum ascendens, eo vectante Romam venit feria quinta, hora celebrandi officij, & dæmone pro foribus expectante, Papę rem retulit, negantem per Sandalium ad pœnitentiam mouit, & missa vice eius celebrata, & parte chrismatis à se consecrati assumpta, dæmone reuectante ad ecclesiam suam rediit sabbatho sancto, hora celebrandi officij. K

Gygantea fœmina.

Romæ fœmina giganteæ magnitudinis de parentibus mediocris staturæ, nata multis stupori erat.

Alaricus

A	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunn.	Anni domini.
	2	4	27	32	32	14	22	32	412

Alaricus rex Vvisigothorum per Italiam debacchatus, mandat Honorio Imperatori, vt aut secum bello congrediatur, aut Gothis in regno suo locum ad habitandum largiatur: Honorius Gallias furori gentium vndique expositas eis concessit.

	3	5	28	33	33	15	23	33	413

Vvandali Gallias, quas per tot annos lacerauerunt, relinquentes timore Gothorum, cum Alanis & Sueriis Hispanias occupant, ibique ferè 30. annis habitauerunt.

Alaricus facto fœdere cū Honorio, cū ad Gallias sibi datas tēderet, Stilico ipso sancto die paschę ex improuiso super eū irruit, & primo impetu victor, postea à Gothis turpiter vincitur.

Stilico occidi tur.

Honorius cognito Stiliconem esse tantorum malorum incensorem, & vitæ suæ insidiatorem, eum cum filio eius Eucherio occidit.

B Alaricus rupto fœdere Italiam repetit, ipsam Romam accipit, & in ea multa incēdit, multos affligit: à sanguine tamen & cæde temperat, & ad sanctorum limina confugientibus indulget, tertia die sponte Roma egreditur, ad Siciliam nauigare contendens, naufragium patitur, & non multo pòst apud Consentiam vrbem subita morte defungitur.

Capta est autem Roma 9. Calendas Septembris, anno 1164. conditionis suæ.

Romacapitur. Gigantis dēs mirę magnit. August. l. de Ciu. Dei.

His diebus apud Africam in Vticensi littore, dens Gigantis inuentus est tam ingens, vt si minutatim in modulos nostrorum dentiū concideretur, centum dentes inde fieri possent.

Interim Vvandalis Gallias incursantibus cōgressi Franci Modigisilum regem cum viginti millibus Vvandalorum extinguūt, & suprema fortè interitio Vvandalorum fuisset, nisi reliquis eorum Alanorum Resplendial subsidio venisset.

Britannorum vires hac tempestate nimiis hostium irruptionibus, nimis erant attenuatæ, & quia à Romanis vndique bello laborantibus, nihil subsidij habere poterant, subtrahunt se C ab eorum dominatione, & per annos circiter 78. multùm calamitatibus laborauerunt. Inito autem consilio, duxerunt Lundonienſem archiepiscopum ad regem minoris Britanniæ Aldroenum, vt eis succurreret: at ille tradidit eis fratrem suum Constantinum cum armata militum manu, sicq; Constantinus erectus est in regem, regnauitque decem annis, habuit autem tres filios, Constantē qui monachus factus est, Aureliū Ambrosiū, & Vtherpendragon.

Treuerū conditor Treber.

Vvandalis pòst Modigisilum, Modigisili filius Gundericus regnat in Hispaniis, annis 16.

Vvisigothorum tertius regnat Athanulphus, annis 3.

Franci sæpè Gallias incessantes, diripiunt primò, & secunda irruptione incendunt vrbem Treuerim, quam cōdidit Treber filius Nini Assyriorum regis profugus, à facie nouercæ suæ Semiramidis, & à suo nomine Treuerim nominauit.

	4	6	29	1	1	1	24	24	414

Athanulphus Romam redit, quod reliquum erat abradit: inter cæteros Placidiam quo- Athanulphus placidiam ducit.

D que sororem Honorij imperatoris captiuam abducit, eámque sibi vxorem ducit.

Honorius Imperator, quia in Deo sperauit, affectu optimæ religionis, liberauit eum Deo à multis in se vndique insurgentibus tyrannis.

Siquidem in Britanniis, Gratianus in Galliis, Constantinus & Constans filius eius ex monacho Cæsar factus. Item post eos in Galliis, Gerontius & Maximus Salustius, Iouinus Sebastianus in Africa, Heraclianus Romæ, Tertullus & Attalus ille, quem Gothi capta Roma Imperatorem ludicrò creatum vno die imperiali schemate sibi ministrare fecerunt: hic inquam non iam ludicro, sed serio Imperatore affectās, & hi omnes in tyrannidem inuaserunt, diuersis locis, diuersis temporibus à militibus Honorij capti aut extincti perierunt.

Notandū verò quòd tres primi reges quidē Britāniæ fuerūt sibi succedētes, Gratianus videlicet, Constantinus & Constans: sed ideo tyranni, vt arbitror, appellantur, quia Romano imperio subiectionem minimè exhibebant, vel quia ipsum Imperium inuadere nitebātur.

E	5	7	30	2	2	2	25	35	415

Maximus Taurinensis Episcopus claret, qui in homiliis componendis & in Ecclesia declamandis studuit eleganter. Maximus Taurin.

Hispaniæ Vvandalorum ferro, fame, pestilentia, morsibus bestiarum grauiter laborant.

Valentia Galliarum ciuitas à Gothis capta est.

Prædestinatoru hæresis.

Prædestinatorū hæresis hoc tēpore cœpit serpere, qui ideò prędestinati vocātur: quia de prædestinatione & diuina gratia disputantes, asserebant quòd nec piè viuētibus prosit bonorū operū labor, si à Deo ad mortē prædestinati fuerint, nec impiis obsit quòd improbè viuant, si à Deo prædestinati fuerint ad vitam: quæ assertio & bonos à bonis auocabat, & malos ad mala prouocabat. Hæc hæresis ex libris Augustini malè intellectis initiū sūpsisse dicitur.

	6	8	31	3	3	3	26	36	416

Anni domini.	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunn.	
									F

Honorius Imperator, sopitis in Africa hæreticis, pacem reddit Ecclesiis.

Sigericus. Perempto à suis Athanulpho Vvisigothorum rege Sigericus regnat anno vno.

Iudæus illudit baptismo. Iudæus quidam cùm quæstus causa sæpè in multis hæreticorum Ecclesiis baptizatus fuisset, venit etiam ad Ecclesiam orthodoxorum sub eadem intentione baptizãdus, & cum baptizari deberet, aqua fontis subitò disparuit, & iterũ allata aqua & fonte repleto, iterum atq; iterum aqua disparens virtutem dei & Iudæi perfidiam ostendit.

417	7	9	32	4	4	1	27	37	

Zosimus P. Cereibenedicto. Zosimus Romanæ Ecclesiæ 39. præsidet. Hic decreuit cereum sabbato sancto Paschæ per Ecclesias benedici.

Quidam occidentales vltimo anno cycli decennoualis pro Embolismo communem annum tenentes, ac per hoc in Pascha celebrando aberrantes, diuino miraculo ad veritatem reuocantur. In vna enim Italiæ Ecclesia vbi annuatim sabbato sancto Paschæ hora baptizandi G
solebat aqua diuinitus manare, & statim ex sese redire nullo deductorio penitus apparente, nunc temperius iusto, id est 8. Kalendas Aprilis Pascha celebrantes, aqua non emanans expectatione totius diei ac noctis sefellit, legitimo autem die Paschæ hora baptizandi aqua solito emanans 10. Kalendas Maij Pascha debere celebrari ostendit.

Paschatis tẽpus docetur miraculo.

Corpora sanctorum Stephani protomartyris, Nicodemi, Gamalielis & Abibon, Luciano presbytero reuelata sunt, & corpus quidem protomartyris Stephani Ioannes Episcopus à Caphargamala Hierusalem transtulit, quod post aliquot annos inde leuatum, à Iuliana matrona, quæ corpus Alexandri viri sui sepulti, iuxta corpus protomartyris leuare volens, pro corpore viri sui corpus protomartyris leuauit, & multa miraculorũ gloria illustratum Constantinopolim detulit.

Reliquiæ S. Steph. Nicod. Gamal.

Perempto à Vuisigothis Sigerico, regnat Vvallia annis duobus.

418	8	10	33	5	5	1	28	38	H

Orosius fert Steph. reliq. Orosius presbyter rediẽs à Hieronymo, ad quem missus fuerat, ab Augustino pro discenda quæstione de origine animæ, reliquias protomartyris Stephani ad Africam detulit cum historia inuentionis eius, quam gratia miraculorum prosequente vbique Deus mirificauit. Vnde plura Augustinus, multo plura scripsit Euodius.

Honorius pacto fœdere cum Gothis, Aquitaniam tradit eis.

Vvallia Placidiam ab Athanulpho captã reddit Honorio fratri: Honorius eam dat vxorem Constãtino comiti, ex quo Placidia Valentinianum genuit, qui post Honoriũ regnauit.

419	9	11	34	6	6	2	29	39	

Pharamundus. Simone & Marcomiro Francorum ducibus defunctis, Franci in commune deliberant, vt & ipsi sicut aliæ gentes regnum habeant: & filium Marcomiri ducis Pharamundum sibi regem ordinant, qui regnauit annis 11.

420	10	12	1	7	7	3	30	40	I

Bonifacius pp. Bonifacius Romanæ Ecclesiæ 40. præsidet. Contra hunc Bonifacium ordinato Eulalio, & pro hoc diffidente Ecclesia: ambo iussu Honorij Augusti vrbe egrediuntur, & sic reprobato Eulalio iussu Augusti Bonifacius, quia prior ordinatus fuerat, sedi Apostolicæ restituitur. Hic decreuit vt nulla mulier aut monacha pallam sacratam altaris contingeret, aut lauaret, aut incensum poneret: & vt seruus, vel obnoxius curiæ, aut cuiuslibet rei nõ fiat clericus.

421	11	13	2	8	8	4	31	41	

Hieronymus obiit. Hieronymus per quinquaginta sex annos libris suis confectis, ita pectore præ laboribus deiecto, vt lecto surgere nequiret, nisi apprehenso manibus fune, qui ad hoc de trabe pendebat, obiit apud Bethlehem, anno ætatis suæ 98.

422	12	14	3	9	9	5	32	42	

Salica lex Francorum. Franci vti cœperunt legibus, & legem Salicam dictauerunt, per quatuor gentis suæ proceres electos de pluribus his appellatos nominibus, Vsogast, Bosogast, Salagast, Vuidigast. In K
villis Germaniæ Salechaim, Bodochaim, Vvingchaim: hi quatuor proceres per tres mallos causarum origines conuenientes solicitè tractantes, de singulis discutiendo sicut lex Salica declarat, iudicare decreuerunt. Vuandali, Alani, Sueui, regiones Hispaniarum ad habitandum inter se trifariam cõpartiti, & in tribus regnis diuisi, collidũtur inter se intestino bello.

423	13	15	4	10	10	6	33	43	

Honorius Constantiũ virũ sororis suæ Placidiæ in imperium asciscit: qui octauo imperij mense obiit. Æstimo hunc esse Constãtinum quem Beda dicit in Galliã ab Honorio missum.

Britannis subiectionem Romano imperio repromittentibus, subsidium mittit Honorius, & Hispanis Vvandalorum bello laborantibus, sed id frustra fuit.

	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Ostrogoth.	Vvisigoth.	Hunn.	Anni domini.
A	14	16	5	11	11	7	34	44	

Honorius tricennalibus suis de pompa capti Maximi tyranni Rauennæ celebratis, obiit. 424 *Theodosius.*

Theodosius vtrique regno imperat annis tribus.

Vvallia rex Vvisigothorum Vvandalos in Hispaniis prosequutus debellat.

Constantino rege Britonum Vvortegirnus consul Gemuficorum Constantem ex monacho in regem sublimauit, & vice Episcopi ipse capiti eius diadema imposuit: affectabat enim regnum sibi vsurpare, sed Constans qui legitimè non poterat regnare quolibet modo, aut depositus, aut peremptus fuisset. Nam fratres illius adhuc pueri erant, Ambrosius & Vtherpendragon, & ad regni gubernaculum nondum idonei, Romam autem ad opem ferendam
B Britonibus vltrà non reuersuri, suaserunt ei murum construere ab oriente in occidentem, inter Deiram & Albaniam, vt hostium accessus detineret, peritiámque armorum tradiderunt, eo quòd patria militibus esset euacuata.

	1	17	6	12	12	8	35	45	425

Ioannes Hunnos regno immittit, & eorum auxilio ad tyrannidem intendit.

Vvandali Mauritaniam inuadunt.

Hoc tempore Theonistus Episcopus ab hæreticis pulsus est vrbe sua Philippis cum discipulis suis, Albano, Yrso, Tabraham, ex quibus Albanus apud Moguntiam Galliæ ciuitatem, reliqui verò in diuersis locis Italiæ pro Christo martyrizantur. *Theonistus.*

	2	18	7	13	13	9	36	46	426

Celestinus Romanæ Ecclesiæ 41. præsidet. Hic constituit vt psalmi Dauid 150. ante sacrificium canerentur antiphonatim ex omnibus, quod antè non fiebat, nisi tantùm Epistola beati Pauli, & sanctum Euangelium recitabatur. Ex hoc instituto excerpti de psalmis Introi-
C tus, Gradalia, Offertoria, ante sacrificium communionis, inter communicandum cum modulatione ad missam in Ecclesia Romana cantari cœperunt. *Celestinus instituit gradalia & breuiarium.*

Theodosius per Ardaburium ductu angeli Ioannem tyrannum opprimit.

Romæ inter Etium & Bonifacium ex rei militaris gratia orta inuidia, reipublicæ parturit dispendia.

	3	19	8	14	14	10	37	47	427

Theodosius Valentinianum Placidiæ amitæ suæ ex Constantio filium imperatorem facit, eúmque cum Placidia matre Romam ad imperandum mittit, & regnauerunt simul annis 24. *Theodosius & Valentinianus.*

Carthago permissa est muro circundari.

Cassianus de Ecclesia Constantinopolitana à Ioanno Chrysostomo electus, & in Massiliam Galliæ presbyter ordinatus, multa scripsit. Inter quæ etiam compertas in Ægypto vitas patrum, doctrinásque & regulas datis ad plurimos libris, exponit. *Cassianus eiusdem.*

D	1	20	9	15	15	11	38	48	428

In Britãnia Timotheus quidã continẽtiæ & religionis imagine multis illudens, eosin erroré suæ hæresis induxit, dicens: Christum verum quidem Deum & verum hominem de virgine Maria natũ fuisse, sed mẽtiẽs dicẽdo quòd diuina natura conuersa sit in humanã naturã. *Timotheus hæreticatur.*

Romani Hunnos à Pannonia fugant, quam per quinquaginta tenuerant annos. 429

	2	21	10	16	16	12	39	49	

Bonifacius Africam cui præerat, solicitat ad rebellionem.

Gundericus rex Vvandalorum capta Hispali cum impiè elatus manus in Ecclesiam ipsius ciuitatis extèndisset, mox Dei iudicio à dæmone correptus interiit, cui Gensericus frater in regno succedens, regnauit annis 48. Hic, vt fertur, de fide catholica in Arrhianam sectam apostatauit. *Gundericus à dæmone occiditur. Genserico.*

E	3	22	11	17	1	13	40	50	430

Clodius filius Pharamundi rex crinitus, regnat super Francos annis decem & octo. Ex hoc Franci crinitos reges habere cœperunt. *Francicriniti.*

Augustinus in Episcopatu Yponensi Heraclium sibi substitui fecit.

Vvalamer Ostrogothorum regnum suscipiens, regnauit annis 31. Huius frater fuit Theudemet, de quo ortus est Theodoricus rex Italiæ. *Vvalamer.*

	4	23	1	18	2	14	1	51	431

Clodius Thoringiam inuadit, & in Dispargo castello Thuringorum aliquãdiu habitauit.

Peremptõ Cõstante rege Britonum factione, vt putatur, Vvortegirni consulis, inuasit regnum ipse Vvortegirnus, cum patem sibi nullum videret.

Interea Saxones cum tribus nauibus exeũtes à Germania, applicuerũt in partibus Cautiæ

Anni domini.	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunn.	
									F

regíque aduentus sui causam aperiẽtes, cum gaudio susceptí sunt ab eo: irruẽtibus verò more solito ab Albuna hostibus, pugnámque acerrimam ex vtraque parte committentibus, rex victoriam obtinuit auxilio Saxonum, strenuè dimicantium. Quorum probitatem in armis cùm rex expertus fuisset, dedit eis possessiones in terra sua, magnámque familiaritatem & confidentiam apud eum adepti sunt.

5	24	2	19	3	15	2	52	

432 *Scoti fidem suscipiunt.*

Celestinus Papa ad *Scotos* in Christum credentes Palladium mittit primum Episcopum. Post quem ad *eosdem ab eodem* Celestino missus est sanctus Patricius, genere Brito filius Conches sororis sancti Martini Turonensis, qui in baptismo quidẽ dictus est Suchat, à sancto Germano Magonius, à Celestino verò Patricius, à quo Archiepiscopus Scotorũ ordinatus per *60. annos* signis, sanctitate, doctrina excellẽs, totã insulã Hyberniã cõuertit ad Christum.

Nestorius. Nestorius Constantinopolis Episcopus factus, fit auctor hæresis separantis in Christo ho- G minem à Deo, dicẽs, purum hominem, non Deum, de Maria natum, & à Iudæis crucifixum.

Vvandalos, qui olim timore Athanulphi excesserant à Galliis, Vvallia rex Gothorum expellere parat etiam ab Hispaniis.

6	25	3	20	4	16	3	53	

433 *Synodus tertia general.*

Tertia synodus vniuersalis Ephesina prima ducentorum Episcoporum iussu Theodosij iunioris Augusti edita est, quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem iusto anathemate cõdẽnauit, ostẽdẽs manere in duas naturas vnã Domini nostri IESV Christi personam.

In Hispaniis 20. milia fermè militum contra Vvandalos pugnantium cæsa.

Gensericus odia Gothorum veritus, & simul à Bonifacio inuitatus, cum Vvandalis & omnibus eorum familiis ad Africam transtretauit, eámque inuadens & dilacerãs, multam multo tempore cladem Romanis intulit.

Burgundiones pacta Deo fide Hunnos vincunt. In Gallia cum Supthar rex Hunnorum Burgundiones nimis opprimeret, illi in Deũ Chri- H stianorum spẽ suam ponentes, se baptizari petierunt. Et statim Hunnis congressi, pauci multa millia eorum peremerunt, & sic rabiem ipsorum refrænauerunt.

7	26	4	21	5	17	4	54	

434 *Sixtus Papa.*

Sixtus Romanæ Ecclesiæ 42. præsidet.

Romani in Africa Vvandalis congressi, superantur.

Bonifacius conflictu cum Etio habito, victor quidem, sed moriturus discedit.

In Britannia dux Saxonum Hengistus considerans animum regis ad amorem sui suæque gentis inclinatum, dedit ei hoc consilium tanquam salutiferum, vt legatos dirigerent in Germaniam, & legiones militum inuitarent, quatenus multiplicato exercitu suo facilius inimicis superuenientibus resistere possent. Quòd cùm rex gratanter accepisset, petiit ab eo Hengistus dignitatem sublimioris ordinis consulatum, scilicet aut principatum aut alterius dignitatis officium, sed minimè impetrauit. Deniq; postulauit tantum terræ spacium sibi dari I quantum vna corrigia posset ambiri, vt ibi promontorium ædificaret. Cui cum rex acquieuisset, accepto ille corio tauri incidit illud in longissimam corrigiam, & loco quem præuiderat circũdens, intra ambitũ illius constructit castellũ, appellauítque illud Castellum corrigiæ.

Castellũ corrigia Hengisti.

8	27	5	22	6	18	5	55	

435

Etius conferẽs se ad Rugilã regem Hunnorum, eius auxilio regreditur ad Romanũ solum.

Sixtus Papa à Basso criminatur, & iussu Valentiniani Imperatoris Romæ congregata Synodo coram 56. Episcopis synodico iudicio purgatur: Bassus verò damnatus proscribitur, & non multo pòst à Deo percussus, ipsius Sixti manibus honorificè sepelitur.

Germanus. Lupus. Eucherius. Hilarius. Germanus Antissiodorensis, Lupus Trecassinus, Eucherius Lugdunensis, Hilarius Arelatensis Episcopi, in Galliis clarent.

9	28	6	23	7	19	6	56	

436 K

Etius in gratiam recipitur.

Rugila rex Hunnorum fœderatus Romanorum moritur, eíque Bleda succedit.

Rex Britonum Vvortegirnus accepit vxorem filiam Hengisti ducis Saxonum, pulcherrimam quidem, sed paganam, patríque illius dedit prouinciam Cautiæ. Cuius rei causa exosum reddidit proceribus & filiis suis.

Hengistus autem cum voluntate & consilio regis iterum misit in Germaniam, tantámque multitudinem inuitauit, vt ipsis Britonibus terrori essent & suspicioni. Qui cum regi dissuaderent retinere gentem paganam, rex autem nollet eos audire, deseruerunt ilicò Vvortegirnum, filiúmque Vvortunerum regem fecerunt.

Tẽpore hoc Germanus Antissiodorensis & Lupus Trecassinus petentibus Britãnis in Britanniam diriguntur, vt hæresim Pelagianã quæ ibi ante aliquot annos pullurarat, cõfutarẽt, &

A	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunn.	Anni domini.

& rectam fidem Apostolica auctoritate solidarent, atque vt Christianitatem, quæ ibi per societatem paganorum corrupta fuerat, restaurarent.

Germanus cantans alleluya vicit hostes. Interim hostibus insulam ex more incursantibus, animans omnes ad resistendum, Germanus & ipse dux factus, iam in procinctu positis hostibus, elato clamore Alleluya incipiens, & suis secum clamantibus idem, hostes vertit in fugam, & incruentam obtinens victoriam, ab imminenti periculo eripuit patriam.

10	29	7	24	8	20	7	1	

437

Gallia citeriore ab Attone principe in rebellationem cõmota, conspirauere in Bagaudam omnia penè Gallorum seruitia.

Cyrillus. Cyrillus Alexandrinus Episcopus ab hoc anno ordinatus, cyclum de ordinatione Paschæ per nonaginta quinque annos summa breuitate collegit, infra quem omnes Paschalis ob- B uationis varietates comprehendi notauit.

Nouerca insticit priuignũ. Filius Vvortegirni Vvortunerus sublimatus in regno, commisit prælia multa cum paganis quipatrem eius adiuuabãt, victoriámque obtinuit, adeò vt cogeret eos insulam hospitem deserere, & ad natale solum redire. Deindè renouabat Ecclesias, possessiones ciuibus ereptas restituebat, imperante sancto Germano & adiuuante. Cuius bonitati Diabolus inuidens incitauit animum nouercæ illius, vt per aliquem familiarem suum donis corruptum, daret ei venenum mortiferum, quo hausto cùm mortem sibi sentiret imminere, diuisit thesauros suos, hortãsque milites pro patria fortiter cõtra hostes præliari, iussit pyramidem æream fieri, & in portu quo Saxones applicare solebant, locari, & super eam corpus suum sepeliri, vt viso tanti viri sepulchro, territi hostes ad propria redirent. Sed aliter actum est, quia sepultus est in vrbe Trinouantum, quæ modò Lundonia appellatur. Post obitum verò illius, restitutus est in regnum Vvortegirnus.

438

C									
	11	30	8	25	9	21	8	2	

Persæ Christo nomen tradunt. Eudoxia. Apud Persas hoc tempore Christianitas dilatata est: nam Maruthas Episcopus legatione ad eos functus, filium Sdigerdis regis orando à dæmonio liberauit, per quod maior quidem gloria fidei accreuit, at contra ab inimicis Dei grauior in Christianos persecutio exarsit.

Eudoxia Augusta vxor Theodosij Hierosolymam ex voto properauit, & indè reliquias protomartyris Stephani, & duas catenas, quas angelus de manibus Petri Apostoli diffecit Dei nutu attulit, eísque adiuncta catena, qua etiam Romæ Petrus vinctus fuit, triadem fecit, & indè cum consilio Romani præsulis solennitatem sancti Petri, quæ dicitur ad vincula Romæ instituit kalendis Augusti, ideò maximè vt populum reuocaret à gentilis superstitionis pompa, quam adhuc solennizabat in hac die ciuitas ex ritu gentili pro victoria Octauiani Augusti de Antonio, & Cleopatra kalendis Augusti collata.

Petri festiuitas ad vincula post an. 869.

Diabolus Mosis specie Iudæos illudit. Diabolus Iudæos in specie pseudoprophetæ Mosen se esse mentientis seduxit, & promittens se in terrã promissionis eos reducturũ, ad mare transfretãdũ adduxit, ibíq; eorũ multos D multis modis perire fecit, quę res multis eorũ hoc periculoerutis, credẽti in christũ causa fuit.

12	31	9	26	10	22	9	3	

439

Rex Vvortegirnus coniugis suæ precibus deuictus, mandauit Saxonibus vt redirẽt in Britanniam, priuatim tamen & cum paucis. At illi congregato maximo armatorum exercitu, reuersi sunt, paucísque cum fœdere condicto, frudulenta proditione peremerunt quadringentos, & eo amplius barones siue consules, qui inermes conuenerant ad colloquium nominatim. Quo facto regem ligatum compulerunt iurare, quicquid ab eo exigebant, eóque secedente in Cambriam, ipsi ciuitates & castella obtinuerunt.

Theodericus. Vvallia rex Gothorum Vvandalos infectans, etiam in Africa eos persequi disponit, sed morte præuentus obiit, eíque in regnum Theodericus successit, & 14. annis regnauit.

13	32	10	27	11	1	10	4	

440

Augustinus moritur. E Vvandali inuasam Africam deuastant omnibus modis.

Sub hoc turbine tribulationis, sanctus Augustinus migrauit ad Dominum 13. mense obsidionis suæ vrbis, an. ætatis suæ 73. clericatus vel Episcopatus 40. qui tanta scripsit, vt nullus libros eius omni tempore vitæ suæ non solùm scribere, sed nec legere quidem valeat.

14	33	11	28	12	2	11	5	

441

Leo Papa. Leo Romanæ Ecclesiæ 43. præsidet. Hic in homiliis declamandis multum valuit: hic in canone missæ addidit sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Hic quoties rogabatur ab aliquibus, vt eis aliquorum Apostolorum vel martyrum reliquias daret, consueuit ad corpora vel memorias Apostolorum vel martyrum, quorum reliquiæ petebantur, missas celebrare in ipsorum honore, & sic brandeum altaris quo consecratum corpus Domini inuoluerat, particulatim diuidebat, & pro reliquiis Apostolorum vel Martyrum dabat. Vnde

Anni domini.	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Ostrogoth.	Vvisigoth.	Hunn.

si ab aliquibus dubitabatur, cultello pannos illos pungens, sanguinem eliciebat. Sic palam cunctis faciens, quod in consecratione mysteriorum Christi sanguis, Apostolorum vel Martyrum, qui pro illo effusus est, intret per diuinam virtutem in pannos illos, & ideo meritò illos dari pro reliquiis sanctorum, in quorum honore consecrati sunt. F

Bellum contra Burgundiones memorabile exarsit, quo tota penè gens cum rege suo per Ethium victa concidit.

Reliquiæ Prisci. Corpora Prisci, aliorúmque cum eo apud Antissiodorum passorum, Germano Episcopo diuinitus reuelantur.

442	15	34	12	29	13	3	12	6

Defuncto Sdigerde, Gauraranes filius eius Persis imperat annis 38.

In Galliis principibus seditionis attritis, & Battone capto, quieuit Bagaudarum commotio. G

443	16	1	13	30	14	4	13	7

Gauraranes. Gauraranes fœdus cum Romanis à patre initum dissoluit, & prouincias Romanorum incursat.

Portione Africæ concessa ad habitandum Genserico à Romanis, conuenit inter Vvandalos & Romanos pax magis necessaria quàm vtilis.

444	17	2	14	31	15	5	14	8

Chrysostomi corpus Constantinop. refertur. Corpus Ioannis Chrysostomi in exilio defuncti, tandem Constantinopolim refertur instantia Proculi Episcopi, & iussu Theodosij imperatoris, cum lachrymis orantis vt veniam daret Archadio patri suo & Eudoxiæ matri, qui eum exiliauerant, & per hoc finita est dissensio, quæ adhuc erat in Ecclesia pro eiusdem Ioannis damnatione.

Litaniæ terræ motum comprimunt. Constãtinopoli per quatuor mẽses terræmotu terra fluctuãte, quidã corã omnibus orantibus sublatus in aera à diuina virtute, admonitus est à diuina voce vt factis Ieraniis canerent omnes, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis, nihil aliud apponentes, quo facto cessauit terræmotus. H

Romani duce Littorio, cum Vvisigothis pugnant miserabiliter.

445	18	3	15	32	16	6	15	9

Clodius rex Francorum missis exploratoribus de Dispargo castello vsque ad vrbem Cameracum transiit Rhenum, & protrito multo Romanorum populo circa Rhenum vsq; Ligerim fluuium habitãtium, Carponariam syluam ingressus vrbem Tornacum obtinuit, & inde vsque ad vrbem Cameracum properauit, vbi pauco tempore residens, Romanos si quos ibi inuenit, peremit, & exindè ad Somenam fluuium perueniens omnia occupauit.

Theodericus rex Vvisigothorum Hispanias occupat.

Rex Vvortegirnus con ilio inito cum sapientibus quid agere deberet, ad tutamen sui iussit conuenire artifices vt ei turrim fortissimam construerent, sed cum opera eorum tellus absorberet, suasum est ei vt hominem sine patre quæreret, & eius sanguine lapides & cemẽtum aspergi præciperet, quasi hoc facto fundamentum stare potuisset. Inuentus igitur adolescens, cui nomen erat Merlinus, cum matre sua adducitur coram rege, quæ professa de spiritu in specie hominis se illum concepisse, Merlinus autem multa obscura reuelauit, multa prædixit ventura. Aperuit enim sub fundamento, lacum, sub lacu duos latere dracones, quorum vnus rubeus populum Britonum, alter verò albus gentem Saxonum designaret, & quis in conflictu suo alteri præualeret. Prædixit Aurelium Ambrosium deuicto Hengisto & combusto Vvortegirno regnaturum, fratrémque eius Vtherpendragon in regno ei succeſſurum, & vtrumque veneno periturum. Arturum verò quem aprum Cornubiæ vocat, prophetauit quòd Ecclesiæ Dei succurreret, quòd insulas occidentales sibi subiugaret, quòd Gallicanas prouincias possideret, quòd Romano exercitui terribilem se exhiberet, & quòd exitum dubium haberet. Prænunciauit quòd Archiepiscopatus Lundoniarum transferendus esset in Doroberniam, quæ modò Cantuaria nominatur, & quòd Eboracensis Archiepiscopus beatus Samson cum septem Episcopis ad Armoricanam transierit regionem, quæ modò minor Britannia nominatur. Prophetauit etiam quòd sub Normannorum dominio redigenda esset Anglia, & alia plura quæ vix intelligi possunt donec apparere incipiant. Solet enim spiritus Dei, per quos voluerit mysteria sua loqui, sicut per Sybillam, sicut per Balaam, cæteróſque huiusmodi. I

Merlini ortus & vaticinia.

446	19	4	16	33	17	7	16	10

Gauraranes Christianos vexat. Gauraranes in Perside persecutionem in Christianos excitauit, quam per 30. annos grauiter exercuit. Porrò Theodosius quamuis sæpè fœliciter Persas vicisset, pacem tamen amplecti voluit, vt persecutio cessaret à Christianis.

Genſericus

A	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunn.	Anni domini.

Genſericus carthaginem capit. Genſericus dolo Carthaginem capit, & omnem Africam sibi subiiciens, lachrymabili clade potentiam Romani regni deiecit. Hic nihil pensi neque sancti habẽs, & infestus cunctis, maximè nobilitati & religioni, omnia diuina & humana exinaniuit, Episcopum & omnem clerum Ecclesiæ Carthaginensis expulit: loca sancta, aut suorum habitacula fecit, aut Arrhianis tradidit, & Catholicos vbique persequi iussit.

Ambroſius. Hoc loco ponunt quidam Anglos venisse Britanniam, & Ambrosium Aurelium abhinc regnare cœpisse, sed verius videtur eos multò ante venisse quàm ille regnaret, cùm ipse rex Vuortegirnus eos inuitatos receperit, tantóque tempore secum detinuerit, vt de eorum societate Christianitas correpta fuerit, & pro eorum odio ipse de regni solio depositus fuerit, filiúsque illius subrogatus ei fuerit, illóque mortuo ipse in regno restitutus est.

20	5	17	1	18	8	17	11	447

B Bledæ Hunnorum regi cum fratre Attila peruaganti orientale imperium dat, Theodosius pro recessu sex millia librarum, pollicitus ei annuum mille librarum tributum.

Septem dormientium historia. Apud Ephesum 7. fratres à Decio Imperatore pro Christo tormẽtati, in spelunca se clauserunt, & facta oratione ibi obdormierunt, & post annos suæ dormitionis circiter * 192. ore speluncæ quod in suo tempore Decius obstruxerat patefacto, diuinitus à somno surgunt, & asserta fide nostræ resurrectionis coram Theodosio imperatore, de qua multũ dubitabatur, iterum dormiunt in Christo. Nomina autem eorum hæc sunt quæ in baptismo acceperunt, Malchus, Maximianus, Martinianus, Dionysius, Ioannes, Serapion, Constantinus. * al. 92.

Ambrosius Aurelius Vvortegirno incenso prælium cum Saxonibus cõmittit: Hengistum ducem captum perimit, cæteros intra ciuitates includit, misericordiam poscentibus donat, & terra eis iuxta Scotiam delegata, fœdus pacis cum eis confirmat. Deinde reuocat ciues, regnum disponit, leges sopitas renouat, Ecclesias reformat, præsules statuit, atque sepulturam consulum qui in proditione ceciderant, per industriam Merlini miris lapidibus construit.

C

21	6	18	2	19	9	18	12	448

Franci Merouingi. Merouæus filius Clodij super Francos regnat annis 10. à quo nimis vtili rege Franci Merouingi cognominati sunt.

Germanus Antissiodorensis cum Seuero Treuerensi Episcopo iterum ad Britanniam missus, renascentem Pelagianam hæresim confutat.

22	7	1	3	20	10	19	13	449

Attila. Bleda rex Hunnorum fraude fratris Attilæ perimitur, eique succedens ipse Attila totus in excidium orbis animo fertur.

Remigius. Mõtanus lactẽ nutricis B. Remigij illuminatur. Remigius Remensis nascitur, prænuntiatus ex nomine per Mõtanũ Monachũ, quo nato idẽ Montanus, quia cæcus erat, de lacte Cilinię matris eius oculos suos liniẽs illuminatus est.

23	8	2	4	21	11	20	1

D Noua iterum orienti consurgit ruina, quia septuaginta non minus ciuitates deprædatione Hunnorum vastantur. 450

Germanus Antissiodorensis in Italiam profectus, Rauennę moritur, corpúsque eius cum multa miraculorum gratia Antissiodorum refertur.

24	9	3	5	22	12	21	2	451

Vvandalorũ sacrilegia. In Africa exardescẽtibus Vvãdalis cũ ita libros diuinos exurerent, & de sacris palliis ac vestibus vestes sibi facerent, Valerianus Episcopus octogenarius nolens diuina sacramẽta profanis tradere, à rege Gẽserico omni vrbe & domo exclusus, reliquum vitæ vsque ad mortem nudus sub nudo aere exegit.

Martianus. Placidia mater Valentiniani Romæ defuncta est.

Theodosius Imperator obiit, cui succedens Marcianus, imperat annis sex, cũ quo Valentinianus annis quinque.

E

1	10	4	6	23	13	22	3	452

Synodus IIII. vniuersal. aduersus Eutichem. Instantia Leonis Papæ iubente Imperatore Martiano, congregata & habita est quarta vniuersalis synodus sexcentorum & triginta Episcoporum apud Calcedonẽ, in qua Eutichem Constantinopolitanum abbatem pronunciantem verbi Dei & carnis vnam esse naturam, eiúsque defensorem Dioscorum Alexandrinum quondam Episcopum vna patrum sententia præiudicauit. Nestorium etiam Cõstantinopolitanum quõdam Episcopum olim in Ephesina synodo dãnatũ, iterũ anathematizãs cũ reliquis hæreticis dãnauit, prædicãs eadẽ synodus Christũ Deũ sic de virgine natũ vt in eo & diuinæ & humanæ naturæ subsistãtiã esse fateamur. Hic decretũ est, vt mater dñi Maria nõ solũ Christotocos, sed etiã Theotocos credatur & appelletur, propter blasphemias Nestorij, mẽtiẽtis eã non Deum, sed hominẽ purũ genuisse.

Anni domini.	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunn.

Ostenta.

Terræmotus penè assidui & signa plurima in cœlo ostenduntur. Vespere ab aquilone cœlum efficitur rubens vt ignis, intermixtis per igneum ruborem clarioribus lineis, in hastarum speciem deformatis. Luna obfuscatur, cometes apparet, & multa alia quæ non esse ociosa ostendit instans rerum consequentia.

2	11	5	7	24	14	23	4

453 *Attila occidentem inuadit.*

Attila Hunnorum rex Vvalameris Ostrogothorum regis & Ardarici Gepidarum regis, & multarum aquilonarium gentiũ sibi subiectarum auxilio fultus, à Pannoniis egressus occidentale imperium inuadit, cum quingentis millibus armatorum. Et primò per totas Gallias per eos tãta efferbuit Dei indignatio, vt nullam omninò ciuitatem, castellum vel oppidum aliqua à furore eorum potuerit tutari munitio. Postremò Aurelianis vrbem eis obsidẽtibus, ad subsidium Galliarum aduolauit Patritius Romanorũ. Etius fultus & ipse Theoderici Vvisigothorum regis & Merouei Francorum regis, aliarúmq; gentium copiis militaribus, conserto prælio in campis Gathalaunicis pugnatum est vsque ad diremptionem noctis. G
Etius superior quidem recessit, Attilam tamen non vsque ad internecionem deleuit. Cæsa sunt ibi centum octoginta milia pugnatorum, inter quos etiam cecidit Theodericus rex Vvisigothorum.

Nicasius patitur.

Attila resumpta spe rex Etij discessu repatriauit, maturè redditurus suppleto exercitu.

Nicasius Remensis Episcopus cum Eutropia sorore ab Hunnis martyrizatur.

Auctor Metẽsis Episcopus captiuatur, sed Hunnis cæcitate percussis, cum captiuis suæ vrbis relaxatur.

Hoc excidium Galliis impendere Seruatius Tungrensis longè ante in spiritu præuiderat, & Romæ à Petro Apostolo hoc iudicium Dei ineuitabile fore didicerat, ideóque relicta Tungrensi vrbe quæ euertenda erat, ad Traiectum sedem Episcopalem transposuit.

Pullulante intra Gallias Arriana hæresi, quæ inæquales credens esse personas sanctæ Trinitatis, dicebat filium minorem esse patre, spiritum verò sanctum minorem patre & filio, dominus errantes corrigit, ostendens plano miraculo Deum in tribus Personis vnius & æqualis esse substantiæ, nec debere ab indignis de diuinitate tractari. Nasatensi vrbe ab Hunnorum obsidione liberata per diuinum auxilium, cum Episcopus pro gratiarum actione missam populo celebraret, respiciens sursum, vidit desuper altare, quasi de camera tẽpli cadere æqualiter tres guttas æqualis magnitudinis crystallo clariores, quæ simul defluentes & in vnum coniunctæ quasi vnam gẽmam pulcherrimam effecerunt, quam cum in medio crucis aureæ & gemmatæ posuissent, aliæ gemmæ cecidерunt, seorsum verò posita, infirmis dabat sanitatem. Adorantibus verò imaginem sanctæ crucis, augebat deuotionem, quia piis & mundis clara & immundis obscura videbatur. H

Omnibus bellis famosius fuit bellum, quod candidatus sanctarum vndecim millium virginum exercitus bellauit, duce sancta virgine Vrsula, quæ filia vnica Nothi nobilissimi Britannorum principis, cùm nondum nubilis à filio cuiusdam ferissimi tyranni ad nuptias expeteretur, & patrem suum super hoc anxiari videret, qui Deum metuebat, si filiam Deo iam deuotam nubere cogeret, & tyrannum timebat si ei filiam denegaret, diuinitus inspirata nutanti patri suasit vt & tyranno assentiretur, ea tamen illi proposita conditione, vt ipse & tyrannus decẽ virgines genere, forma & ætate electas sibi traderent, & tam sibi quàm singulis illarum mille virgines subscriberent, & comparatis ad numerum ipsarum vndecim trieribus inducias triennij sibi darent ad exercitum virginitatis suæ, nouo vsa consilio, vt aut difficultate propositæ cõditionis animum eius à se auerteret, aut hac opportunitate omnes coæuas suas secũ Deo dicaret. Et ex hoc condicto, virginibus trieribus & sumptibus cõparatis, per triennium belli præludia cunctis mirantibus, tandem sub vno die agente vento ad portum Galliæ qui Ticla dicitur, & inde Coloniam appulsæ sunt, ibíque ex angeli monitu Romam tendentes, ad vrbem Basiliam nauibus, à Basilia Romam vsque pedibus profectæ, eodem eundi tenore Coloniam sanguine & sepultura sua clariorem reddiderunt. I

Vrsulæ & 11000. virg. constantia.

Thurismodus Thurismodus filius Theoderici regnum Vvisigothorum suscepit, & annis tribus regnauit. K

454	3	12	6	8	25	1	24	5

Attila visione territus ignoscit Rom. pontifici.

Attila Italiam aggressus, omnes penè eius ciuitates aut diruit, aut diripuit, aut incendit. Ad eum Leo Papa venit, & non solùm salutem, sed etiam vt rediret obtinuit.

Rex Attila requisitus à suis cur ei fuisset tam placabilis, respondit se non eum fuisse reuersum, sed senem quendam venerabilem euaginato gladio sibi mortem minitantem, nisi eius in omnibus expleret voluntatem.

455	4	13	7	9	26	2	25	6

Attila Vuisigothos debellare aggressus, à Thurismodo victus, rediit inglorius.

Martiano Imperatori apparens dominus in somnis, arcum Attilæ fractum esse ostendit, nec

Anni domini.	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Ostrogoth.	Vvisigoth.	Hunn.

A

nec id vanum fuit. Eadem quippè nocte Attila in nuptiis suis crapulatus, erumpente per apoplexiam sanguine de naribus in lecto est suffocatus.

Attila moritur.

Hernac filius eius post eum regnat annis sex. *Hernac.*

Valentinianus Imperator Etium Patritium interfecit.

5	14	8	10	27	3	26	1	456

Etius occiditur.

Thurismodus rex Vvisigothorum à fratribus suis Friderico & Theoderico iugulatur.

Theodericus.

Theodericus frater eius in regnum ei succedens, regnauit annis 13.

Filij Attilæ dũ cõtendunt de regno, subiectæ Hũnis gentes, ab Hunnorũ se excutiũt iugo.

Cõsilio Maximi tyrãnidẽ meditãtis, Valẽtinian. Imperat. à Trãsilla milite Etij perimitur.

6	15	9	11	28	1	27	2	457

Genouefa.

B Genouefa virgo Parisiensis multa sanctitate claret per Gallias.

Maximus tyrannidem arripuit, Eudoxiam relictam Valentiniano vi rapuit. Illa Genserico cum ex Africa inuitat, vt se à Maximo eripiat.

Genserico Romam capit, omnia diripit: vt tamen ab igne, cæde & suppliciis hominum abstineret, Leo papa ab eo obtinuit.

Roma capitur

Per quatuordecim dies Roma despoliata, Genserico Eudoxiam cum duabus filiabus & multo populo captiuat, & Campaniæ vrbes omni vastationis genere exterminat. Inter hæc Paulinus Nolanus Episcopus dum pro captiuo filio viduæ se vicariũm in seruitutem barbari subiicit, omnes captiuos suæ vrbis recepit.

Maximus tyrannus à populo membratim discerpitur.

Auitus à Romanis Imperator constituitur.

Theodericus rex Vvisigothorum Sueuos in Hispania vicit, & regno eorum destructo, regnum suum eò vsque extendit.

C His Martiani temporibus, Ioannem Baptistam caput suum duobus Monachis reuelasse quidam scribunt.

Ardarico regi Gepidarum, qui primus à seruitio Hunnorum resiliuit, Hernac filius Attilæ bellum indixit, cum quo Ardaricus conflixit, eóque cum triginta Hunnorũ milibus perempto, Hunnos grauiter afflixit. Sicque recepta libertate gentis suæ & terris eorum, inuasis cæteris gentibus, exemplum dedit repetendæ libertatis.

Stella miræ magnitudinis.

Super insulam Britanniæ stella miræ magnitudinis apparuit: cuius radio globus igneus draconi similis adhærebat. Ex cuius ore duo radij procedebãt, quorum vnus vltra Galliam se extendebat, alter verò versus Hyberniam tendens in septem minores radios terminabatur.

Eo tempore occiso Aurelio Ambrosio rege, interrogatus Merlinus vates à fratre regis Vther de stellæ significatione, dixit eum illo sydere & igneo dracone signatum, per radium verò de ore draconis procedentem & Gallias respicientem, figurari filium ei potentissimum nasciturum. Altero autem radio portendi filiam: cuius filij & nepotes regnum Britãniæ succedenter essent habituri. Vther autem audita morte fratris sui, cepit diadema insulæ, duósque dracones ex auro iubẽs fabricari ad instar ignei draconis: obtulit vnum in Ecclesia, altero autem in præliis pro signo vtebatur, & ex eo tempore cognomentum accepit Vtherpendragon, id est caput draconis. Saxones verò post mortem Aurelij, à pactione fœderis soluti inuaserunt ciuitates & promontoria, & ab Albania vsque Eboracum omnia vastabant. Cùm quibus rex præliatus fugam cum suis iniit, sed nocturno tempore illos aggressus superauit, captísque eorum ducibus Octa & Cosa cæteros Saxones dissipauit. Post hæc amauit rex vxorem cuiusdam ducis: habuítque rem cum ea, de qua genuit celeberrimum illum Arturum & filiam nomine Annam. D

Arturus nascitur.

Mortuo Martiano, succedens Leo regnauit annis 16. Hic super synodo Chalcedonensi singulorum patrum singulas sententias requisiuit, & quia omnium vnam cognouit, eam fideliter tenuit, hic cum Vvalamere Ostrogothorũ rege fœdus pepigit, & Theodericum fratrueE lem eius puerum octennem obsidem accepit.

Leo.

Hucusque Prosper Chronicam suam perduxit.

1	16	10	12	29	2	28	3	458

Merouco Francorum rege mortuo, Hildericus filius eius regnauit annis 26.

Hernac filius Attilæ Hunnorum rex Ostrogothos quasi refugas dãnationis suæ bello repẽtes, super Vvalamerẽ irruit, à quo victi Hũni, in vltimas Scythiæ partes fugere sunt cõpulsi.

Mortuo Auito, Maiorianus imperat annis 4.

Simeon Stelites.

Simeon qui 40. annis inclusus in Columna stetit, mira sanctitate Antiochiæ claruit, qui inter cætera monebat, ne quis per dei aut sancti alicuius nomen, imò per nomen Simeonis iuraret, promittens impunitatem in se peieranti se à Deo postulaturum.

Anni domini.	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunn.	
	Ostrogothi duce Theudemere Sueuos bello vincunt, & Hunnimundum regem eorum capiunt, sed eum liberum remittunt.								F
460	3	18	2	14	31	4	30	5	
	Romani Biorgum Alanorum regem cum exercitu suo in Venetia extinguunt. Dinzich filius Attilæ Hunnorum rex Ostrogothos iterum bello prouocat, à quibus Hunni ita sunt deuicti, vt eis postea semper Ostrogothi fuerint terrori.								
461	4	19	3	15	32	5	31	6	
	Occiso Maioriano, Seuerus imperat annis quatuor. Hildericum insolenter & luxuriosè se agentem, Franci regno deturbant, qui data aurei medietate amico suo Vvidiomaro, quòd esset signum renouationis suæ, si aliquando intercederet reconciliatio, apud Basinum regem Thuringorum latuit annis 8. Franci verò Egidium								G
	ducem Romanorum regem sibi præficiunt. Hunnimundus rex Sueuorum fultus Scyrorum auxilio, Ostrogothos aggreditur, in quo bello rex Vvalanier perimitur. Cui succedens frater eius Theudemer, regnat annis 11.								
Theudemer	Hunni regno suo diminuto, tum ex gentium subiectarum dissensione, tum ex pugnandi infœlicitate, regnauerunt quidem, sed non priori fortitudine, donec longo post tempore à Carolo Magno victi, cum ipso suo nomine disperiere. His abhinc filij Attilæ, & post eos Zeliobes regnauerunt annis 58.								
Hunni à Carolo magno deuicti dispereunt.	Apud Tholosam vrbem Galliæ ex eius medio tota die sanguis largissimo fluxit riuo, quod Gothi pro portento suæ perditionis acceperunt.								
Zeliobes.									
462	5	20	4	16	33	6	1	1	
Hilarius Papa.	Hilarius Romanæ ecclesiæ 44. præsidet. Hoc iubente Victorius cyclũ magni anni scribit. Theudemer Sueuos & Scyros in vltionẽ fratris occisi, vsque ad internecionem debellat.								H
463	6	21	5	17	34	7	2	2	
	Theudemer glaciali vita transito Danubio, etiam ibi Sueuos proterit.								
Pictoris sacrilegi manus exaruit.	Pictor quidam cùm Saluatorem secundum similitudinẽ Iouis pingere voluisset, aruit manus eius, quem culpam confessum sanauit Gennadius episcopus Constantinopolitanus.								
464	7	22	6	18	35	8	3	3	
	Theudemer filium suum Theodericum à Leone Augusto sibi remitti gratulatur.								
Eliæi corpus Alexand. transfertur.	Eliseus propheta qui duplici Heliæ spiritu plenus, multis in vita claruit virtutibus, & mortuus mortuum hominem supra corpus suum casu iactatum solo corporis sui attactu resuscitauit, & multò tempore in Samaria, vbi sepultus est, multis claruerat miraculis, vt præteream cætera, etiam dæmones ibi frementes variarum ferarum vocibus ab inuasis fugarentur corporibus, Alexandriam transfertur.								
465	8	23	7	19	36	9	4	4	I
	Seuero mortuo, Antemius imperat annis 4. Theodericus adolescens annorum 18. transito Danubio super Sarmatas irruit, & regem eorum Barbach perimit, & cum bellicis manubiis victor ad patrem rediit.								
467	9	24	8	20	37	10	5	5	
	Seruandus tyrannidem meditans ab Antemio perimitur. Vtherpẽdagron rex Britonum diuturna infirmitate vexatur, & principes Saxonum Octa & Cosa, quos tenebat in vinculis, cum custodibus carceris fugerũt in Germaniam, commouerúntque innumerabilem armatorum manum, & reuersi sunt insulam vastaturi. Rex autem								
Saxones irridentes sperantur à Britannis.	infirmitate decubans, ducem belli posuerat generum suum, sed ignauia ciuium atque superbia plurimum quidem eis nocebat, hostibus autem maiorem audaciam atque fortitudinem ministrabat. Cúmque dubia inter eos alternaret victoria, vt rex hostes sua pugna deterreret,								K
	se deferri ad prælium iussit, qui positus in vehiculo & ad bellum delatus, suos quidem animauit, sed hostibus risum fecit, quòd semimortuus homo ad pugnam veniisset. Congressu inito Britones victoriam obtinuerunt, Saxonúmque duces Octam & Cosam interfecerũt. Tunc								
	rex hilaris effectus tanquam sanitatem recepisset, erexit se, & ait: Vocabant me semimortuum Ambrones isti, sed malo semimortuus eos superasse, quàm incolumis superari. Præstantius est enim mori cum honore, quàm cum pudore viuere.								
Simplicius Papa.									
467	10	25	9	21	38	11	6	6	
	Simplicius Romanæ ecclesiæ 45. præsidet. Hic damnauit Petrum Alexandrinum episcopum Eutychianæ hæresis accusatum. Romanus tyrannidem meditans ab Antemio perimitur.								

Genscericus

	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunnor.	Anni domini.
A	Genscericus rex Italiam aggressus nauali bello à Romanis vincitur.								
	11	26	10	22	39	12	7	7	468
	Antemio & genero suo Ricimere Patricio Romæ contendentibus de Imperio, interim Olibrio ad imperandum à Leone Augusto transmisso, Recimer Antemium perimit. Mamertus episcopus Viennensis claruit, qui letanias ante Ascensionem Domini instituit, hac de causa quòd terræmotus in vrbe Vienna ecclesias domósque euertebat, & feritas luporum aliarúmque syluaticarum bestiarum toto anno per vrbem vagantium homines deuorabat, adhuc palatium regis die sancto paschæ cœlesti igne consumptum, ad cladem multum terroris addebat: qui litaniarum ritus, à Viennense ecclesia in omnes Galliarum ecclesias decurrit.								*Litanias Mamertus instituit.*
B	12	27	11	23	40	13	8	8	469
	Olibrio imperij sui mense 7. mortuo, Lucerius imperat. Egidius cum Francos opprimeret grauius iusto perpendens Vvidiomarus Francos pœnitere super electo Hilderico, reuocat eum, clam misso diuisi aurei signo, egitque vt electo Egidio ille restitueretur in regno. Basina vxor Basini regis Thuringorum relicto viro suo ad Hildericum venit, quam ille vxorem ducit, & ex ea Chlodoueum genuit. Theodorico Vvisigothorum rege à fratribus suis iugulato, Eoricus regnauit annis 19.								
	13	26	12	24	41	1	9	9	470
	Nepos Patricius Lucerio expulso, & episcopo Salonis eo ordinato, imperium arripuit Eoricus rex Vvisigothorum Gallias occupare nisus, Riothimum regem Britonum ad defensionem Galliarum Romanis auxilio venientem, bello contriuit. Quis autem fuerit Riothimus iste historia Britonum minimè dicit, quæ regum suorum nomina & gesta per ordinem pãdit. Nam si fidem narrationi illius historiæ præbeamus, huic loco inserendi actus Arturi celeberrimi regis, qui post patrem suum Vtherpendagron regnum Britanniæ								*Eoricus. Riothimus.*
C	adeptus est. Sed quia in aliis historiis nullam de eo mentionem inuenimus, & hæc ipsa Britonum historia supputationem annorum, quibus Arturus & multi alij regnauerunt, vel apertè nõ dicit, vel omnino tacet: nec dubia pro veris affirmamus, nec historicã narrationem, quæ nuper de Britannico in Latinum translata est, lectori subtrahimus. Multa enim inter historicos variare considero, diuersitatem non solùm in annis, sed etiam in gestis atque nominibus personarum, vt quod iste fecerit, alius fecisse vel dixisse asseratur, & quod hoc anno euenerit, in alio anno euenisse dicatur, & res gesta quæ hoc modo ab vno historico describitur, ab alio multum dissona ratione narretur.								
	Mortuo igitur Vtherpendragon rege, sublimatus est in regno filius eius Arturus, cuius mirabiles actus etiam linguæ personant populorum, licet plura esse fabulosa videantur, qui								*Arturus.*
D	multa probitate pollens cunctis se amabilem exhibebat, quia cùm virtute animi, etiam mira liberalitate affluebat. Porrò aduersus Saxones, Scotos & Pictos vario conflictu decertans, tandem concluſit eos quodam in saltu, sed illi arboribus pro munimento contra Britonum tela vtebantur. Quod videns Arturus iussit arbores per multa loca incidi, & in circuitu nemoris poni, vt liberos exitus nõ habentes, fame ibi deficerent. Vnde cogẽte necessitate ad hoc cõpulsi sunt, vt licentiã peterent redeundi in patriam, sua omnia relicturi, & tributa cum obsidibus reddituri. Sed in reditu positi pactionem ruperunt, & retroactis velis Insulam depopulari cœperunt. Arturus verò congregato exercitu processit contra hostes, in prælium ac-								
	cinctus, gladio nomine Caleburno, & aureã galeam simulachro draconis insculptam capiti supponens, clypeúmque, in quo imago sanctæ Dei genitricis erat impicta, humeris imponens, lanceam quoque, quæ Ron vocabatur, assumens. Cúmq; pugna valida vtrinque fieret,								*Caleburnus Arturi gladius.*
E	Arturus impetu facto in hostes occidit ex eis solo Caliburno gladio 470. viros, cæteros autem in fugam conuertit, principibus eorum prostratis.								
	14	29	13	25	42	2	10	10	471
	Eoricus Burgũdiones victos sibi subegit, Auernis etiam Arelatum & Massiliam Galliarum vrbes, inuasit, ad occupandas prouincias Romanorum animatus consilio Genserici: qui versutè agebat, vt orientem Ostrogothi, occidentem Vvisigothi vastarent, vt occupatis aliis Imperatoribus, ipse in Africa regnaret securus. Remigius fit Remorum episcopus. Sarracenis Ægyptum incursantibus hoc tempore, negociatores Venetiæ corpus sancti Marci Euangelistæ ab Alexandria transtulerunt Venetiam.								*D. Marci corpus Venetias deportatur.*
	15	30	14	26	43	3	11	11	472
	His diebus sanctus Perpetuus Turonensis episcopus, cernens ad sepulchrum sancti Mar-								

Anni domini.	Roman.	Perſar.	Francor.	Britann.	Vuandal.	Vuiſigoth.	Oſtrogoth.	Hunnor.	

Perpetuus B. Martino baſiliam ſacrauit.

tini fieri miracula multa, fecit magnam Baſilicam fabricari iuxta cellulam, in qua corpus ipſius quieſcebat, eámque in eius nomine dedicans, tranſtulit in illam ſanctum corpus ipſius, præmonente pariter & adiuuante quodam veneranda canitie formoſo, qui nec prius viſus fuerat, nec poſtea comparuit.

Oreſtes Patritius nepotem regno expulit.

Theodericus.

Theudemer rex Oſtrogothorũ moritur, & Theodericus filius eius regno ſubſtituitur.

Rex Arturus *Scotos & Pictos* obſidet & fame affligit, ſed epiſcopis cùm clero & reliquiis ſanctorum miſericordiam poſcentibus veniam donat. Deindè ciuitates ſibi ſubditas viſitans, eccleſias à *paganis* deſtructas renouat, præſules ſtatuit, ac religioſos cœtus virorũ ac mulierum exornat, proceres quoque ſuis honoribus reſtituit.

473	16	31	15	27	44	4	1	12	

Oreſtes Auguſtulum filium ſuum regnare conſtituit, & fœdus cùm Genſerico rege facit: G

Odeacer.

interim Odeacer cum multa multarum gentium multitudine ab extremis Pannoniæ finibus Italiam petit, qui per Noreiam iter faciens, beati Seuerini, cuius nomen tunc ibi celebrabatur, benedictionem petiit, & ab eo ventura ſibi didicit.

Odeacer Oreſte victo, apud Papiam obſeſſo, capto & occiſo, Italiam ſubdit iuri proprio.

Leone Imperatore mortuo, Zenon imperat annis 19.

Arturus parata claſſe Hiberniam petit, illato bello regem captum deditioni cogit, & ſubiugata Hibernia, Iſlandiam Inſulam debellatis habitatoribus ſuo dominio ſubiicit, quo audito rex Godlandiæ & rex Orcadum vltrò venerunt, & Arturo ſponteam deditionem fecerunt.

474	1	32	16	28	45	5	2	13	

Auguſtulus Imperium deponit, quòd Odeacer arripiens 14. annis nullo inquietante obtinuit. H

Zenon.

Zenon Imperator Theodericum regem Oſtrogothorum conſulem ordinarium facit, quæ *poſt imperialem* dignitatem prima eſt dignitas, & equeſtrem ſtatuam auream ante regiam illi collocat.

475	2	33	17	29	46	6	3	14	

Franci Gallias occupant

Franci poſt Vvandalos & Alanos poſt Gothos & Hunnos inceſſunt Gallias, non tãtùm vt eas habeant direptioni, ſed vt ſibi ſint perpetuæ habitationi, qui capta Colonia Agrippina fugato de bello duce Egidio, multos Romanorum occidunt.

476	3	34	18	30	47	7	4	15	

Acephali.

Franci Treuerim ciuitatem ſuper Moſellam capiunt.

Hæreſis Acephalorum exorta eſt, impugnãtium tria capitula ſynodi Chalcedonẽſis, ſine nomine authoris, ob quod *Acephali*, id eſt ſine capite, vocati ſunt.

477	4	35	19	31	48	8	5	16	I

Genſericus rex Vvandalorum ſucceſſione regnandi inter filios ſuos ordinata, vt fratri morienti frater ſuperſtes ſine controuerſia filiorum ſuccederet, moritur, cui ſuccedens Honoricus filius eius, regnauit annis octo.

Honoricus.

478	5	36	20	32	1	9	6	17	

Eugenius Chartaginenſis epiſcopus, & omnis clerus eius, contra Arthianam hæreſim Vvandalorum fortiter pro Chriſto agonizant.

479	6	37	21	33	2	10	7	18	

Odoacer rex Italiæ Pheletum regem Rugorum bello oppreſſum extinguit.

Huic Pheleto & vxori eius Giſæ ſanctus Seuerinus hæc ventura prædixerat, quia eos à malis compeſcere non poterat.

In Africa rex Vvãdalorum Honoricus multos orthodoxos diuerſi ordinis, diuerſæ ætatis K
vſque ad quatuor millia nongentos, ſeptuaginta ſex in exilium truſos diuerſis in locis, diuerſis temporibus, diuerſis pœnis, ad mortem excruciauit.

Exterminatis Rugis Longobardi Rugilam, id eſt Rugorum patriam, inuadunt, quibus tũc temporis quintus rex Gudeoch principabatur. quia ergo Longobardorum mentionem fecimus, quorum tempora propter ignoratam hiſtoricæ narrationis diſtinctionem nondum attigimus, iam nunc narrationem eorum ordiamur, & paulatim ad plenam & diſtinctam eorum hiſtoriam aſcendere nitamur.

Longobardorum reges.

Horum, vt diximus, poſt Ibor & Agion primus fuit rex Agelmundus, ſecundus Lamiſſio ſic dictus, quòd à lama, id eſt voragine fuit extractus. Nam mater eius ſeptem vno partu enixa, cùm eos in piſcinã proiecíſſet, & rex Agelmũdus iter faciens eos haſta reuolueret, is haſtã eius

	Roman.	Perſar.	Francor.	Britann.	Vuandal.	Vuiſigoth.	Oſtrogoth.	Hunn.	Anni domini.

A eius firmiter tenuit, & ab eo nutritus, eò virtutis proceſſit, vt in regno ei ſuccederet, & necem eius in Bulgaros vltus ſit. Lethu tertius, Hildeoch quartus, Gudeoch quintus fuit. Ex quo ergo in Rugilam profecti ſunt vſque ad annos 40. talis fuit rerum geſtarum eorum cõſequentia. Sub Gudeoch & filio eius Claſſone ſexto rege, in Rugilã habitauere: ſub Tattone ſeptimo rege in cãpis Affeld habitauere, vbi tertio anno Rhodulpho Herulorum rege à Tattone perempto, & regno Herulorum deſtructo, Longobardorum potentia creuit. Tattonem Vvaccho perimit, & ipſe octauus regnauit, filiúmque ſuum Vvaltharith ſucceſſorem regni reliquit.

Vvaccho.

7	38	22	1	34	3	11	8	19	480

Audouachrius dux Saxonum nauali hoſtico Andegauis populatur.

Carthagine liberatus abbas cum fratribus ſex à rege Honorico carcere, catenis, igni, &
B vectibus martyrizantur.

Perſis imperat Euades annis 41.

Euades.

8	1	23	2	35	4	12	9	20	481

Egidius dux in Galliis moritur, Siagrius filius eius ſubſtituitur.

Audouachrius Andegauis & alias vrbes ſibi ſubigens, obſides accipit.

Hildericus rex & Audouachrius confœderati, Alemannos ſibi ſubiugant.

Hildericus rex Andegauis incendit, & Paulum comitem vrbis perimit.

Famis tempore in Burgundia, ſenator Eclicius quatuor millia pauperes ſuſtentans, cœleſtis promiſſionis vocem audiuit.

Eclicius 4000. pauperum pauit.

9	2	24	3	36	5	13	10	21	482

Felix Romanæ eccleſiæ 46. præſidet. Hic Achatium epiſcopum Conſtantinopolitanum damnauit, aſſentientem Petro Alexandrino damnato.

C Arturus rex Norguegiam & Daciam ſuæ ditioni ſubegit, deindè tranſiit ad Galliam. Porrò hiſtoria illius dicit hoc factum fuiſſe ſub Leone Imperatore, & quẽdam Follonem tribunum Galliarum cum Arturo ſingulare certamen habuiſſe, hoc pacto, vt cui victoria proueniret, ipſe alterius regnũ obtineret, victóque illo Follone cæteríſque ducibus Galliarum ſubactis, Pariſiis curiam Arturum tenuiſſe, ſtatúmque regni pace & lege confirmaſſe, viriſque nobilibus prouinciarum dignitates legaſſe, & ita poſt nouem annos in Britanniam rediiſſe.

Arturus duello Gallias acquirit.

10	3	25	4	37	6	14	11	22	483

In Africa Honorius rex Vvandalorum in eccleſiam Dei grauius ſolito efferatus, omnes Africæ epiſcopos quaſi ad ſynodum conuocat, & fugatis & exiliatis 444. epiſcopis catholicis, eccleſias clauſit, aut Arrianis dedit, plebémque variis ſuppliciis affligit. Lætum verò epiſcopum incendio concremauit. Eugenium quoque Carthaginis epiſcopum cùm clericis ſuis pluſquam quingentis cruciatos multis modis exiliauit.

Honorii Vvand. regis perſecutio.

D

11	4	26	5	38	7	15	12	23	484

Hilderico rege mortuo, Clodoueus filius eius regnat annis triginta. Hic duxit vxorem Clotildem filiam Chilperici regis Burgundionum, quem Gundobaldus rex eius frater peremerat, vxorémq; eius, matrem ſcilicet Clotildis, ligato ad collũ eius ſaxo, aquis immerſerat.

Clodoueus.

12	5	1	6	39	8	16	13	24	485

Honoricus rex Vvandalorum iudicio Dei percuſſus, ſcatens vermibus mirabiliter expirauit, poſt quem Gunthamundus annis nouem regnat.

13	6	2	7	40	1	17	14	25	486

Gũthamundus. patritius. Vedaſtus. Fulgentius.

Clarent in Galliis Remigius Remenſis, & Patricius frater eius Sueſſonenſis epiſcopus, & Vedaſtus poſt Atrebatenſis epiſcopus, in Africa Fulgentius epiſcopus Ruſpenſis, in Italia Germanus Capuanus, & Epiphanius Ticinenſis.

E

14	7	3	8	41	2	18	15	26	487

Gelaſius Romanæ eccleſiæ 47. præſidet. Hic Manichæos Romæ inuentos in exilium deportari fecit, & codices eorum incendit. Hic tractatus & hymnos compoſuit: hic inter cætera ſacramentorum præfationes & orationes cauto & limato ſermone fecit.

Gelaſius hymnos compoſuit.

Zenon Imperator regnum Italiæ donat Theodorico Oſtrogothorum regi. Hic Theodoricus Trapſilam Gepidarum regem & Buſam Bulgarorum regem bello victos extinguit.

Gunthamundus rex ab exilio reuocat Eugenium epiſcopum.

15	8	4	9	42	3	19	16	27	488

Theodericus cum iam ſedecim annis Oſtrogothorum regnum tenuiſſet, à Meſia

Anni domini.	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunnor.

egressus Italiam petiit,& Odoacem Italiæ regem bis sibi congressum bis in fugam vertit, & Papiæ inclusum obsedit triennio.

Michaelis crypta in Gargano reperitur.

Hoc tempore facta est inuentio cryptæ sancti Michaëlis archangeli in mõte Gargano,vnde & eius memoria singulis annis celebri festiuitate in ecclesiis Dei recolitur.

Alaricus.

Eorico Vvisigothorum rege mortuo, regnat post eum filius eius Alaricus viginti annis.

16	9	5	10	43	4	1	17	28

489

Barnabas *Apostolus*,qui apud Salaminam Cypri à Barieu mago & à Iudæis pro Christo igne crematus *est*,corpus suum quod à Ioanne Marco consobrino suo in crypta occultatum adhuc *latebat*,reuelatione sua inueniri fecit,cum quo etiam enangeliũ Matthæi,ipsius Matthæi *manibus* Hebraicè scriptum,quod erat simul reconditum,inuenitur,quod euangelium ipse Barnabas ex doctrina Apostolorum secum semper ferre solebat,& vbicunque inueniebat infirmos, ponebat illud super illos,& tam fide Barnabæ quàm merito Matthæi omnes sanabantur. G

Euangelij tactu sanantur infirmi.

Clodoueus rex Francorum Suessionis Siagrio duci Romanorum congreditur, Siagrius Tolosam ad Alaricũ fugit,à quo Chlodoueo reposcenti remissus occiditur. Clodoueus verò quicquid Galliarum sub iure erat Romanorum ad ius Francorum transfert.

17	10	6	11	44	5	2	18	29

490

Auitus Viẽnensis episcopus claruit,qui Gallias ab Arrhiana hæresi defendit. Hic metricè de conditione mundi libros composuit.

Auitus.

Solennis Carnotensis episcopus claret,qui in prædicando Francis Christum non segniter instituit.

Idacius Lemicæ Hispaniarum vrbis episcopus, Chronica sua à primo Theodosij consulatu inchoata hucusque perduxit. H

Gennadius episcopus librum suum de illustribus viris hucusque perduxit.

In Mineo Hispaniæ fluuio pisces capti sunt, in quorum squamis videbatur inscripta æra præsentis anni.

Pisces Arithmetici.

18	11	7	12	45	6	3	19	30

491

Anastasius Romanæ ecclesiæ 48. præsidet. Huic Achatium damnatum reuocare volenti,multi Romanorum non communicabant.

Anastasius papa.

Hoc loco quidam ponunt initium regni Anglorum,sed in hac re multum dissonant ecclesiæ, cum secundum præfatum libellum de regibus Britonum adhuc regnaret, Arturus totius Britanniæ monarchiam tenens vsque ad Dominicæ incarnationis annum 542.quando vltimum ei bellum fuit contra Modredum nepotem suũ,vbi & letaliter vulneratus fuisse dicitur. I

Britanni non valentes amplius virtutem ferre Anglorum,vt victi concessere in ius & nomen eorum. Et primus de genere Anglorum,Elli,& secũdus, Celim,alter alteri mortuo succedendo,regnauerunt apud eos per annos 70.

Elli et celim.

Sanctus Patritius secundus Hyberniæ archiepiscopus,anno ætatis suæ 122. in Christo quieuit.

Odoacer à Theoderico in fide susceptus,ab eo perimitur,& Theodericus Italia potitur, & depositio priuato induitur regali schemate,& regnat in Italia annis 32.

Theodoricus.

19	12	8	13	1	7	4	1	31

492

Gunthamundus rex in Africa ecclesias catholicorũ à patruo suo Hunerico vel auo Genserico clausas,aperuit,& omnes Dei sacerdotes petente Eugenio Carthaginensi episcopo ab exilio reuocauit. K

Achatius episcopus Constantinopolitanus,diuino nutu percutitur.

Zenone Imperatore mortuo,Anastasius imperat annis 25.vel(vt quidam volunt)27.

Anastasius, Symmachus pp.

1	13	9	14	2	8	5	2	32

493

Symmachus Romanæ ecclesiæ 49. præsidet, ordinato contra eum per contentionem Laurentio: quæ res graue dissidium ecclesiæ diu vsque ad ipsa protraxit homicidia, donec tandem hanc altercationem compressi Theoderici regis, quamuis Arrhiani potentia, hoc æquitatis iudicio obtinente, vt Symmachus Papa esset, quia prior ordinatus fuerat,eique pars maxima faueret. Pro cuius dissensionis culpa animam Paschalij diaconi, qui pertinacius Laurentio fauerat, aliàs magnæ sanctitatis vir Germanus Capuanus episcopus, inuenit in thermis in igne purgatorio positam. Hic Symmachus consti-

A	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunnor.	Anni domini.

constituit omni die dominico vel natalitio martyrum, Gloria in excelsis Deo admissas cantari,quem Hymnum Theleforus septimus à Petro Papa nocte tantùm natalis Domini admissas à se in ipsa nocte institutas cantari instituit,& in eo ad angelorum verba, quæ sequuntur adiecit.

Symmachus. Gloria in excelsis cani instituit Thelesorus ad missas natiuitatis.

2	14	10	15	3	9	6	3	33	494

Gunthamundo Vuãdalorum rege defuncto, Thrasamundus frater eius regnauit post eum annis 26.

Thrasamundus.

3	15	11	16	4	1	7	4	34	495

Clodoueus Thuringiam sibi subiugat.

Theodericus rex omnes vicinarum gentium reges & principes aut amicitia aut affinitate sibi conciliat,& pacificè agens,in locis celeberrimis regalia habitacula ædificat. B

Florebant hoc tempore Launomatus Cartonensis,fundator cœnobij Curbionensis,& Maximus Aurelianensis,fundator cœnobij Miriacensis,cuius discipuli fuerunt Carilefus & Auitus abbates.

4	16	12	17	5	2	8	5	35	496

Clodoueus rex regnum Francorum vsque Sequanam dilatauit.

Aliqui Romanorum subornatis falsis testibus incrimināt*es* Symmachum Papam latẽter Laurentium in papatum subintroduxerunt,pro quo schismate dirimendo rex Theodericus episcopum Petrum contra Canones visitatorem sedis Apostolicæ instituit.

5	17	13	18	6	3	9	6	36	497

Clodoueus regnum Francorum vsque Ligerim amplificat.

Symmachus pp.calumniatur.

Symmachus Papa in consilio 115.episcoporum se purgat de obiecto crimine,& damnatis Petro & Laurentio,ipse quidem sedi suæ restituitur,contentio autem vsque ad cædes & homicidia intra & extra ecclesiam diu protrahitur. C

6	18	14	19	7	4	10	7	37	498

Clodoueus rex Castrum Meledunum capit.

Thrasamũdus rex Vvandalorum in Africa clausis catholicorum ecclesiis,ducentos viginti episcopos exiliauit,erga quos Symmachus Papa manum suæ liberalitatis exercuit beneuolè.

Fulgentius exulat.

Hac persecutione Fulgentius episcopus,sanctitate,sapientia, & scientia,stilo & facundia præclarus,multa ab Arrhianis pro vera fide perpessus, diutino in Sardiniam exilio maceratur.

Clotildis regina orthodoxa Clodoueum regem à gẽtilitatis errore auocare conabatur, sed frustrà conari videbatur.

D										
	7	19	15	20	8	5	11	8	38	499

Clodoueus rex Alemannis bello congreditur,ibique laborante exercitu *voto* suscipiẽdi Christianismi se obligare cogitur,sicque peremptо Alemannorum rege,& Alemannia sub tributo redacta,baptizatus à sancto Remigio Remorum episcopo, exemplo & edicto suo perduxit ad fidem Christi populum Francorum.

8	20	16	21	9	6	12	9	39	500

Laudunensis episcopatus erigitur.

Collatis à Clodoueo rege multis prædiis ecclesiæ Remesi,Remigius multa eorum parte data ecclesiæ Laudunensi sedem episcopatus ibi esse constituit:primúmque illic episcopum Genebaudum constituit,& eundem in fornicationem cum sua quondam vxore prolapsum, sed septennali pœnitentia purgatum,& de reclusione diuino iussu eductum, sedi suæ restituit.

9	21	17	22	10	7	13	10	40	501

Clodoueus rex Gundebaudo regi Burgundionum congressus,eo victo Burgundiam redegit sub tributo. E

10	22	18	23	11	8	14	11	41	502

Boetius.

Symmachus Patritius rempublicam illustrat,& cum eo gener eius Boetius vir cõsularis, conspicuus in vtraque lingua, eruditione omnium liberalium artium, quas penè omnes à Græco in Latinum transtulit & exposuit.

11	23	19	24	12	9	15	12	42	503

Trinitati illudens fulmi natur.

In Africa Olympus quidam dum in balneis sanctam trinitatem blasphemaret,ignito iaculo cœlitus veniente,visibiliter combustus est.

12	24	20	25	13	10	16	13	43	504

Anni domini.	Roman.	Persar.	Francor.	Britann.	Vuandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunn.	
	Constantinopoli dum Deuterus Arrhianus episcopus Barbam quendam baptizaret,& malè distinguens trinitatem,diceret: Baptizo te,Barba,in nomine patris per filium in spiritu sancto,aqua disparuit.								F
505	13	25	21	26	14	11	17	14	44
	Alamindarus rex Frãcorum ab Orthodoxis baptizatus,cùm eum vellent Eutychiani seducere,refellit eos hac fabulosa inductione,dicens quòd literas accepit,Michaëlem archangelum mortuum esse:illisque respondentibus,hoc impossibile esse,quòd Angeli sint impassibilis naturæ,quomodo ergo,inquit,secũdum vos nudus crucifixus est Christus: nisi duarum naturarum esset,quandoquidem nec Angelus mortuus est?								
506	14	26	22	27	15	12	18	15	45
	Clodoueus & Alaricus reges confœderantur.								
Quintianus.	*Quintianus* Rutenensis episcopus,& Maxentius Pictauiensis abbas clarent in Gallia.								G
507	15	27	23	28	16	13	19	16	46
	Vitalianus instinctu populi insurgit in Imperatorẽ Anastasium,propter Eutychianã hæresim,Deo & hominibus exosam.								
508	16	28	24	29	17	14	20	17	47
Hormisda clerum composuit.	Hormisda Romanæ ecclesiæ 50. præfidet. Hic clerum composuit,& psalmis erudiuit. Hic respectu apostolicæ humanitatis Græcos cõuictu hæreticorum maculatos absoluit per suos nuntios.								
	Alaricus rex Clodoueo. regi insidias molitus,fœdus violat.								
509	17	29	25	30	18	51	21	18	48
Clodoueus equũ B. Martino donauit.	Clodoueus rex signis diuini auxilij, animatus ad bellandum,Turonis quippè transiens equum suum sancto Martino misit,quem centum solidis redemptum recipere non potuit. Missis aliis centum solidis,recepit credens illum bonum esse in auxilio,qui tam charus erat in negotio. Insuper acceptovictoriæ præsagio à clericis cãtantibus: Præcinxisti me virtute,ad bellum Alarico Vvisigothorum regi congreditur,eóque perempto,quicquid Galliarũ Vvisigothi possidebant,ad partes Francorum transtulit,& inuadens Tolosam sedem regni Gothorum vsque ad Pyrenæos montes,regnum Francorum dilatauit. Fertur autem muros Ecolesinę vrbis ante faciem eius corruisse.								H
	Amalaricus filius Alarici fugiens in Hispaniam,regnat ibi annis 16.								
	Sigismundus mortuo patre suo Gundebaudo regnat in Burgundia.								
Gibrianus.	Gibrianus Scotus cum fratribus & sororibus in Galliam peregrinatus, vrbem Remẽsem vita & morte sua illustrat.								
Faustus.	Faustus,sancti Benedicti discipulus,& ab eo cum Mauro in Gallias hoc anno transmissus,								
Benedicti obitus.	scribit in vita illius Mauri,sanctum Benedictum claruisse temporibus Iustini senioris,& Hilderici Vvandalorum regis,addens quòd eo tempore rex Theodericus Symmachum Patritium & Ioannem Papam occiderit. Scribit quoque eundem Benedictum hoc eodem anno quo Maurus ad Gallias tendebat,obiisse 12. Calendas Aprilis,hora dici quasi tertia, quòd eo anno in sabbatho paschæ proueniens,primum pascha fuisse demonstrat, se quoque dicit in Gallias veniſſe tempore regis Theodeberti nepotis Clodouei regis: quia ergò ille scripsit quę viderat,quomodo hoc consequentiæ historiarum conueniat,qui valet aduertat: qui aduerterit,exponat.								I
510	18	30	26	31	19	16	1	19	49
Anastasius Imp. munera.	Clodoueus rex ab Anastasio Imperatore codicillos de consulatu & coronam auream cum gemmis,& tunicam blacteam accepit; & ex ea die Consul & Augustus est appellatus. Ipse verò rex misit Romã sancto Petro coronam auream cum gemmis,quæ regnum appellari solet.								
511	19	31	27	32	20	17	2	20	50
	Theodericus rex Italiæ Ibba comite suo contra Francos misso,30. millia occidit eorum, in vindictam necis Alarici generis sui.								K
512	20	32	28	33	21	18	3	21	51
Synodus Aurelıana.	Prima synodus à Francis iussu Clodouei regis Aurelianis habita est, in qua decernuntur multa ecclesiæ vtilia.								
	Genouefa virgo Parisiensis octogenaria transiit ad Dominum.								
513	21	33	29	34	22	19	4	22	52
	Sanctus Arnulphus sancti Remigij baptismo filius in Gallia claret, qui post multos in prædicando Christum agones martyrizatur in sylua Parisiorum Aquilina, & à Scariberga coniuge								

	Romanor.	Persar.	Francor.	Longobard.	Britann.	Vvandal.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	Hunnor.	Anni domini.	
A	coniuge quondam sua tumulatus est.										
	22	34	30	35	23	20	5	23	53	514	*Clodouei obitus.*
	Clodoueus rex regno Francorum per omnes Gallias dilatato,& legitimè & pacificè cõfirmato,moritur & sepelitur Parisiis in basilica sancti Petri Apostoli, quam ipse & regina Clotildis ædificauerant.										
	Lotharius verò filius eius compartito regno cum fratribus suis Theoderico,Clodomire & Hildeberto,regnauit annis 50. Sororem eius Clotildem Amalaricus rex Vvisigothorum duxit vxorem.										*Lotharius.*
	23	35	1	36	24	21	6	24	54	515	
B	Rex Burgundiæ Sigismundus,qui monasterium Agaunensium construxerat, filium suum Sigericum perimit,malo nouercæ illius vsus consilio, qui competenti pœnitentiæ se adiacens,& martyribus Agaunensibus se totum deuouẽs,quòd dignus fuerit venia,testatur crebra post mortem eius per eum multis concessa sanitatum gratia,& per eum febricitantibus indulta curatio.										
	Hoc tempore in Alexandria multi vtriusque sexus arrepti à dæmone, repentè quasi canes latrabant.										*Dæmoniaci latrant.*
	24	36	2	37	25	22	7	25	55	516	
	Theodericus rex frater Lotharij Clochilã cũ rege Danorum Gallias vastantem perimit.										
	25	37	3	38	26	23	8	26	56	517	
	Anastasius Imperator fulmine à Deo percussus,interiit,post quem Iustinus senior annis 10. regnauit.										*Anast. Imp. fulmine interiit. Iustinus.*
C	Boëtius annitente sibi Symmacho cum authoritatem Romani senatus contra Theodericum regem Italiæ tueri nititur,ab ipso exiliatur,ibíque librum de consolatione philosophiæ edidit.										
	1	38	4	39	27	24	9	27	57	518	
	Theodericus rex frater Lotharij,ab Ermenfrido rege Thuringorum ad perimendũ fratrẽ illius Baldericum pactione medietatis regni illius inuitatus,Baldericum regem perimit.										
	Virgo Dei Brigida obiit in Scotia.										*Brigida.*
	2	39	5	40	28	25	10	28	58	519	
	Ioannes Papa Romanæ ecclesiæ 51. præsidet.										
	Vvatheone Lõgobardorum rege defuncto,filius eius Vvalthari regnauit annis septẽ.										*Ioannes Papa. Vvalthari.*
	3	40	6	1	29	26	11	29	59	520	
D	Clodomeris frater Lotharij regis & fratres eius instinctu Clotildis matris suæ insurgunt in Sigismundum & Godemarum filios Gundebaudi regis ad vindicandam necem auię suæ & aui sui Chilperici regis: in congressu Sigismundus capitur, Godemarus fuga elabitur.										
	Trasamundus rex Vvandalorum Hildericum filium suum ex Eudoxia filia Valentini Imperatoris à Genserico captiuata,astringit sacramento ne catholicis in regno suo consuleret, qui patre mortuo antequam regnum susciperet,omnes catholicos ab exiliis iussit reuocari, & episcopis ecclesias reformari. Sícque susceptо regno regnauit annis octo euolutis 74. annis. Ex quo Genſericus auus eius statum ecclesiæ in Africa prophanauit.										
	Bello orto inter Romanos & Persas Chuades rex Persarum Zeliobem regem Hunnorum veniẽtem cum 20. millibus auxiliari sibi,contra Romanos immisso exercitu occidit, & totum penè eius exercitum deleuit,suspectum eum habens quòd vtrinque munera acceperit,& à se contra Romanos,& à Romanis contra se.										
	Abhinc regnum Hunnorum annotare cessabo,quia omnes gentis illius reges Kaganos vocatos lego,& nullam distinguendi proprietatem inuenio.										
E	*Regnum Hunnorum finitur.*										
	4	41	7	2	30	1	12	30		521	*Kabades.*
	Chuade Persarum rege mortuo,Kabades post eum regnauit annis 16.										
	Clodomiris rex Sigismundo rege cũ vxore & filiis perempto,iterum congressus cũ fratre Godemaro,perimitur ab eo.										
	Boëtius longo exilio fatigatus,à Theoderico Gothorum rege Italiæ perimitur.										
	5	1	8	3	31	2	13	31		522	
	Vt scribit Faustus,hac ætate,scilicet tempore Iustini senioris & Hilderici Vvandalorum regis,reuera floruit sanctus Benedictus. Sed nec de vita nec de morte eius procedit ratio secundum Dionysij cyclum.										

Anni domini.	Romanor.	Persar.	Francor.	Longobardor.	Anglorum.	Vvandal.	Vuisigoth.	Ostrogoth.
	3	9	16	4	39	2	5	7

Ioannes Romanæ ecclesiæ 54. præsidet. *Ioannes Papa.*

Franci extorquent de manu Athalarici quicquid Galliarum auus eius Theodericus rex Italię tenuerat.

In Africa quidam orthodoxi Episcopi linguis sibi excisis radicitus à Vvandalis, postmodum clarè loquendo multis miraculo fuere, quod miraculum vnus eorum auxit, qui in elationem versus, statim priuatus diuino dono obmutuit. *Martyres eiusdem linguæ loquuntur.*

530	4	10	17	5	40	3	6	8

Athalarico rege Italiæ & Ostrogothorum mortuo, Amalsiunda mater eius Theodatum Theodorici patris sui ex sorore nepotem, ascisit secum in regnum. *Theodatus.*

Clodoaldus filius Clodomiris regis fratribus suis impiè à patruo suo Lothario olim extinctis, mundanam nobilitatem transferens ad nobilitatem diuinæ seruitutis in clericale gradu præeminet exemplo sanctitatis.

Sanctus Vedastus primus Atrebatensis Episcopus ordinatur à sancto Remigio.

531	5	11	18	6	41	4	7	1

Hoc anno expletus est à Christi natiuitate magnus annus annorum quingentorum triginta duorum. Ab hoc etiam anno Dionysius abbas orditur cyclum suum cyclorum quinq; decennouenalium. Et quia secundus annus operis huius concordare debet in ratione computus primo anno natiuitatis Christi, debet tricesimusquintus cyclus Dionysij concordare in ratione computus tricesimotertio anno natiuitatis Christi: scilicet vt 14. luna Aprilis occurrat 9. Kalen. Aprilis in quinta feria, passio Christi octauo Kalen. Aprilis in sexta feria, resurrectio sexto Kalendis Aprilis in Dominica die, sed quia non ita occurrit, sed luna 14. Aprilis occurrit eo anno 12. Kalẽdis Aprilis in prima feria: Dominica verò dies Paschæ in quinto Kalendis Aprilis, ideo improbatur, quia repugnat Euangelicæ veritati. *Magnus annus.*

Iustinianus Imperator libros legum Romanorũ abbreuiauit in vno volumine, quod Iustinianum vocatur.

532	6	12	19	7	42	5	8	2

Agapitus Romanæ Ecclesiæ 55. præsidet. *Agapitus papa.*

Theodatus rex reginam Amalsiundam Imperatoriæ tutelæ cõmissam exiliat, eaque non multò post in balneo strangulata immisso Theodati, solus super Ostrogothos anno vno regnat. Qui sciens pro hoc se iram Imperatoris incurrisse, Agapitum Papam Constantinopolim misit pro impetranda huius facti impunitate. Agapitus inueniens ibi Anthemium Cõstantinopolitanum Episcopum Eutychianæ esse hæresis, excõmunicato eo & exiliato, Menam fecit ibi substitui: Agapitus ibi moritur, Romámque refertur. *Amalsiunda strangulatur.*

Iustinianus Imperator Constantinopoli Ecclesiam sanctæ Sophiæ incomparabili opere ædificat. *Sophiæ templum.*

Bilisarius Patritius à Iustiniano Imperatore ex iussu dei ad Africam liberandam de manu Vvandalorum missus, noctu cum plaustris rusticorum vrbem introeuntibus ingressus, Carthaginẽ cepit, pecunias infinitas recepit: Gilimerem ex fuga ad deditionem reductum Imperatori Constantinopolim duxit. Sic regnum Vvandalorum destructum est: sic tandem illa Vvandalica rabies cum ipso nomine funditus extincta est. *Bilisarius.*

Regnum Vvandalorum finitur.

533	7	13	20	8	43	9	1

SYluerius 56. Romanæ Ecclesiæ, à Theodato substituitur. *Theodatus.*

Bilisarius contra Theodatum mittitur: Theodatus à Gothis extinguitur. Vvitigis in regno substituitur. Bilisarius Neapolim exterminat, Romam fugientibus Gothis intrat. Vvitigis Romam obsidet, fames Italiam vrget. Vvitigis capitur, & Imperatori dirigitur. *Syluerius. Eldepadus.*

Syluerius quia Anthemium reuocare noluit, exiliatus defecit.

Eldepadus ab Ostrogothis rex ordinatus regnat anno vno.

Theodoricus abbas discipulus sancti Remigij & Theodulphus abbas discipulus ipsius Theoderici in Francia clarent.

534	8	14	21	9	44	10	1

Vigilius Papa Romanæ ecclesiæ 57. præsidet. *Vigilius papa.*

In Galliis clarent fratres vterini, vno & eodem die nati & pontifices cõsecrati, Medardus ad titulum Nouiomensem, Gildardus ad Rothomagensem, & vno die absoluti à seculo, & assumpti à Christo. *Medardi & Gildardi fors vna.*

Germanus quoque Parisiensis. Porrò sanctus Medardus sedem Episcopalem quæ prius

Anni domini.	Romanor.	Persar.	Francor.	Longobardor.	Anglorum.	Vvandal.	Vuisigoth.	Ostrogoth.

Zatus. Zatus rex Lazorum Constantinopoli baptizatur, & à Iustino Imperatore susceptus muneratur.

Symmachus ex consule à Theoderico rege Italiæ perimitur.

523	6	2	9	4	32	3	14	32

Felix Papa. Felix Romanæ ecclesiæ 52. præsidet. Hic Gregorij Papæ atauus fuit.

Iustinus Arrhianos vbique exterminari edicit, ad quod edictum deducendum Ioannes Papa à rege Italiæ Theoderico Arrhiano & Arrhianorum defensore Constantinopolim missus ante portam vrbis cæcum illuminauit, & compos petitionis ad Theodericum reuersus, Rauennæ ab eo in carcere excruciatus fame defecit, cui successit prædictus Felix. Post dies autem nonaginta Theodericus subitò defunctus, à quondam sancto eremita visus est nudus & discalceatus, à Ioanne Papa & Symmacho Patritio in olla Vulcani esse detrusus. *Theodericus trahitur ad ollas Vulcani.* G

Athalaricus Theoderici ex filia nepos, in regno Italiæ & Ostrogothorum succedens, regnat annis 8. *Athalaricus.*

524	7	3	10	5	33	4	15	1

Theodoricus rex reposcens ab Ermenfrido rege pactum cum fratre Lothario, insurgit in eũ, eóque post nimiam stragem suorum de bello fugato & non multò post mortuo, totam Thuringiam sibi subdunt. Captiuatam inter alios Radegundem filiam Bertharij regis olim à fratre Ermenfrido perempti, Lotharius rex suo sociauit matrimonio.

525	8	4	11	6	34	5	16	2

Almaricus rex Vvisigothorum cùm vxorem suam Clotildem tractaret indignè, eo quòd Arrhianæ sectæ secum inseruire nollet, perimitur in Hispania à fratre Clotildis Childeberto. H

Theuda. Theuda regnat post eum annis 17.

526	9	5	12	7	35	6	1	3

Lotharius cum fratre Childeberto Augustidunum Burgundiæ vrbem obsidens, cunctam fugato Godemaro Burgundiam occupat.

Acephali. Acephalorum hæresis abdicatur, qui dicunt Paulum Apostolum in epistolis præcepisse fœminas diaconas debere fieri, quia eas commemorat post diaconos, & dicuntur Acephali sine capite, quia author huius erroris nescitur.

Manichæi occiduntur. Kabades rex Persarum dolens filium suum Pharsuasan in Manichæorũ sectam inductum, omnibus Manichæis quasi à se munerandis, tractis in vnum, immisso exercitu occidit multa millia eorum.

Inter Thurismodum regem Gepidarum & Audohin regem Longobardorum conserto prælio, Albuinus filius Audohin Thurisindum filium Thurismodi extinguit, & victoria Longobardis cedit. Thurismodus præponens fidem iræ & dolori, eidem Albuino postea ad se sub fide venienti dedit arma filii sui Thurisindi ab eo perempti. Vvalt arith Longobardorum rege mortuo, Audohin regnat annis 17. I

Audohin.

527	10	6	13	1	36	7	2	4

Bonifacius Papa. Iustinianus. Cassiodorus. Arator. Priscianus. Bonifacius Papa Romanæ Ecclesiæ 53. præsidet.

Iustinus Iustiniano suo ex sorore nepote in regno substituto moritur. Hic Iustinianus imperat annis 38.

Hic Persas ab irruptionibus in partes Romanorum per Bilisarium repressit.

Audohin Longobardos in Pannoniam duxit, in qua habitauerunt annis 42.

528	1	7	14	2	37	8	3	5

Cassiodorus senator, post Monachus, Arator Poeta, Priscianus Grammaticus, Victor Capuanus Episcopus, qui cyclos Paschales scribens Victorij errores redarguit. K

Gregorius Lingonensis, Nicetius Treuerensis, Domitianus Tungrensis florent.

Gilemer. Reliquiæ B. Antonij. Gilemer perimens Hildericum regem annis quinque regnat post eum super Vvandalos, qui tantæ crudelitatis fuit, vt nec parentibus parceret.

529	2	8	15	3	38	1	4	6

Corpus Antonij Monachi diuina reuelatione inuentum, & Alexandriam est delatum.

Benedictus. Sanctus Benedictus cùm de loco, cui Sublacus vocabulum erat, ad montem Cassinum transmigraret, ad omne biuium duo ei Angeli occurrebant, viam qua ire deberet præmonstrantes. Huius admirabilem vitam virtutibus plenã sanctus Papa Gregorius scribit in libro Dialogorum tertio, vbi etiam testatur eum non aliter vixisse quàm docuit.

Ioannes

Anni domini.	Romanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobardorum.	Anglorum.	Vvisigoth.	Ostrogoth.

F erat Liermandus, propter eiusdem subuersionem transtulit Nouiomum. Ipse etiam post decessum sancti Eleutherij Tornacensis Episcopi regendam suscepit Tornacensem ecclesiam, & post eum successores eius annis multis vsque ad tempus Eugenij Papæ tertij & domni Simonis Episcopi, qui obiit anno domini 1148.

In Italia clarent Episcopi, Sabinus Canusinus, Cassius Narnienſis, Fulgentius Vtricolēſis, Cerbonius Populonij.

Eldepado mortuo Erarius regnat anno vno.

536	9	15	22	10	45	11	1

Erarius.

Erario perempto, Totila, qui & Balduilla, super Ostrogothos regnat annis decem, qui mox Italiam inuadit, & a sancto Benedicto Cassinensi futura sibi audit. Multa, inquit, mala facis, multa mala fecisti, iam aliquando ab iniquitate compescere. Et quidem mare transiturus es, Romam ingressurus, nouem annis regnabis, decimo morieris. Hoc anno quidem G dicunt eundem sanctum Benedictum obiisse, & Maurum discipulum eius in Galliam venisse.

Benedicti ad Totilam vaticinia.

537	10	16	23	11	46	12	1

Totila.

Theodericus rex frater Lotharij obiit, Theodebertus filius eius ei succedit.

Hoc tempore in vna vrbium Ciliciæ quidam Theophilos vicedominus tam prudenter & vtiliter secundas partes Ecclesiasticæ dispensationis sub Episcopo agebat, vt mortuo Episcopo omniū ore dignus Episcopatu esse acclamaretur. Qui contentus vicedominatu alium ordinari maluit Episcopum, à quo à vicedominatu iniustè admotus ad tantam impatiētiam est delapsus, vt conducto sibi Hebræo quodam Mago per eum opem ad dignitatem suam recuperandam expeteret à principe dæmoniorū, & ab eo iussus abnegare Christum filiū Dei, eiúsque matrem Mariam, cum omni Christianismi proposito, & ipsam abnegationem scripto firmare, & scriptam signare, & signatam sibi tradere, eius se seruitio addixit. Qui in cra- H stinum recuperato vicedamnatus honore non multo post ad se reuersus per dies 40. omni pœnitendi modo se affligens, primò piam Dei matrem Mariam sibi reconciliauit, eáque sibi apparente abrenuncians Diabolo, Christúmque verum Dei filium, verúmque Deum & hominem, ex Maria virgine natum, & omne Christianismi propositum confitens, per eā etiam Christi filii eius gratiam recepit, & ad indicium indultæ sibi veniæ rursum ei dormienti apparens Christi mater, etiam scriptum abrenunciationis quod signatum Diabolo dederat, reposuit super eius. Quo Theophilus recepto, in crastinum, Dominica scilicet die, coram Episcopo & omni Ecclesia pandens ordinem rei, omnes ad stuporem & laudem Dei & genitricis suæ Mariæ commouit, & in eodem loco, quo sibi pia Christi mater apparuit, perstans, ibidem post triduum mortuus & sepultus est.

Dæmonum ope quærit ambitiosus honores.

Apud Persas regnat Cosdroë annis 37.

538	11	1	24	12	47	13	2

Cosdroe.

I Cosdroë fines Romanorum incursat.

In Campania Italiæ Benedictum iuniorem sanctitate clarum rex Totila pro Christo persequens, cùm eum cum cella sua comburere voluisset, nec valuisset, in clibanum ardentē eum proiecit. Qui inde die altero illęsus, etiam vestibus illæsis, exiuit.

Benedictus in clibanum conijcitur.

539	12	2	25	13	48	14	3

Iustinianus Imperator duos Bulgarorum reges Thraciam depopulantes occidit, cum multis milibus Bulgarorum.

540	13	3	26	14	49	15	4

Cosdroë Antiochiam capit.

Childebertus rex cum fratruele Theodeberto in fratrem Lotharium insurgit, sed matre eorum satis agente Clotilde apud Deum, ne inter fratres fieret ciuile bellum, horrenda tem pestate coerciti cum super Lotharium ne signum quidem apparuerit horroris huiuscemodi, K reddunt se fraternæ paci.

541	14	4	27	15	50	16	5

Cosdroë iam quartò Romanos infestantem, Belisarius compellit redire inefficacem.

Prodigia.

In diuersis Galliarum locis diuersa signa visa sunt. Cometes apparuit die sancto Paschæ. Cœlum ardere visum est, verus sanguis ex nube defluxit in vestimētis hominum. Domus cuiusdam ab intus sanguine respersa apparuit, & secutæ variæ clades & malæ valetudines cum pustulis & veſicis, populos afflixerunt.

542	15	5	28	16	51	17	6

Purificationis festum.

Constantinopoli mortalitate magna insurgente, statuta est solennitas purificationis beatæ

A | Romanorum. | Persarum. | Francorum. | Longobardorum. | Anglorum. | Vvisigoth. | Ostrogoth. | Anni domini.

beatæ Mariæ, quæ Græcè Ypabanti, id est, obuiatio dicitur, eò quòd die illo Symeon obuiauerit oblato in templum Domino, & ita mortalitas illa cessauit.

Bilisarius ad Africam remissus, Guntharith super reliquias Vvandalorum regnantē cum suis extinguit.

Lotharius & Childebertus fratres, obsessa in Hispaniis Cæsaraugusta, ciuibus Deum adorantibus, & circumlata Vincentij martyris tunica, accepta ab eis pro munere ipsius martyris stola, redeunt, acquisita Hispaniæ parte maxima.

Maurus in Gallia claret, sancti Benedicti discipulus. *Maurus.*

Vsque ad hoc tempus historia Britonum perducit narrationem suam de rege Arturo.

Refert enim eum post celebertimam illam curiam in vrbe legionum habitā, in qua omnes reges insularum occidentalium & duces Galliarum fuerūt, maximum duxisse exercitum in fines Burgundiæ aduersus Lucium principem Hispaniarum, sub Leone Imperatore reipu B blicæ procuratorem, & in eundo quendam immensum Gigantem singulari pugna deuicisse. Deindè vtrarumque partium legiones in pago Lingonensi ad præliandum conueniſſe. Postea narrat quòd Arturus iuga Alpium transcendere & Romam inuadere voluerit. Sed interim audiens Modredum nepotem suum diadema Britanniæ per tyrannidem corripuisse, Britanniam remeauerit, atque in vltimo prælio quod cum illo habuit, post neces ferè omnium ducum, ipse letaliter vulneratus fuerit, & in insulam quandam ad sanandum deportatus relicto regni successore cognato suo Constantino. Ipse verò Arturus iuxta Merlini vaticinium, dubium habet exitum, quia vtrum viuat an mortuus fuerit, nemini certum esse æstimatur. Porrò hæc omnia, vt supradiximus, nullum fidei authorem videntur habere, si cū cæteris historiis conferantur. *Arturi mors dubia.*

Theuda Vvisigothorum rege à suis perempto, Theudegisilus regnat post eum annis duobus. *Theudegisilus.*

C 16	6	29	17	52	1	7	543

Vigilius Papa, quia secundum suam promissionem noluit Anthemium reuocare, Constantinopolim mittitur ignominios è.

Totila rex Ostrogothorum capta Roma habitauit aliquandiu cum Romanis, quasi pater cum filiis, mansuefactus, vt creditur, sancti Benedicti monitis.

Audohin mortuo, Albuinus filius eius regnauit super Longobardos in Pannonia annis 25. *Albuinus.*

17	7	30	1	53	2	8	544

Herculanus Perusinus Episcopus à Totila rege fecto capite martyrizatur, post mortem verò corpori caput eius vnitum inuenitur. *Herculani caput abscissum coaluit.*

Totila Siciliam inuadit, Narses verò eunuchus Romanorum Patritius ordinatur, & contra Totilam destinatur.

D Theudegisilo inter conuiuandum à suis perempto, Agilan regnat super Vvisigothos annis nouem. *Agilan.*

18	8	31	2	54	1	9	545

Narses Albuino regi Longobardorum confœderatur.

Obiit sanctus Remigius Remorum episcopus.

19	9	32	3	55	2	10	546

Vigilius Papa exiliatur. Narses Patritius auxiliantibus sibi Longobardis Totilam regem perimit.

Ostrogothorum gente vsque ad internecionem deleta, regnum Ostrogothorum penitus destruitur. Ita illud regnum Gothorum, quod, vt ait Iordanis, per annos circiter duo millia quadringentos durauerat, defecit in Ostrogothis, sed Vvisigothis in Hispania regnantibus, E incolume remansit.

Theias tamen regnum Ostrogothorum resuscitare nisus, regnat annis duobus. *Theias.*

20	10	33	4	56	3	1	547

Conserto prælio inter Chunimundum regem Gepidarum & Albuinum regem Longobardorum, corruerunt vtrinque 60. millia eorum: vbi Albuinus Chunimundum peremit, & ex testa capitis eius poculum sibi ad bibendum fecit, filiámque eius captiuam, vxorem sibi accepit.

Hunnis verò terras Gepidarum inuadentibus, destructum est regnum Gepidarum penitus. *Gepidarum regnum.*

21	11	34	5	57	4	2	548

Anni domini.	Romanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobard.	Anglorum.	Vvisigoth.	Ostrogoth.	

Theodebertus rex per se & per ducem suum Bucellinum Italiam belli vario euentu inquietare non desistit, & ab Italia & à Sicilia aut spolia aut tributa accepit.

Theias. Theias rex à Narsete perimitur, & cum eo Gothorum reliquiæ extirpantur.

Ostrogothorum regnum finit.

549	22	12	35	6	58	5	

Narses. NArses Patritius Sindual regem Britonum ex amico sibi rebellem bello victum & captum suspendit, sed de hoc rege historia Britonum nihil refert, nisi fortè eadem persona diuerso nomine nuncupatur, & ibi taceat quod hic habetur. Post Constantinum quippè qui Arturo successit, regnasse dicitur Aurelius Cunanus, & post eum Vvortiporius.

Agericus Virdunensis Episcopus claret. G

550	23	13	36	7	59	6	

Theodebertus rex obiit, cui Theobaldus filius eius succedit.

Sambucus racemos produxit. Arboris quæ dicitur Sambucus, flores, grana, & fructus, in flores grana & fructus vitis transformantur.

551	24	14	37	8	60	7	

Synodus 5. vniuersal. Quinta synodus vniuersalis Constantinopoli celebratur, in qua Epistola quæ ibi dicitur erroris plena, reprobatur, & Theodorus personam mediatoris Dei & hominũ in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur.

Hucusque Iordanis Episcopus historiam contexuit. H

552	25	15	38	9	61	8	

Pelagius papa. Pelagius Romanæ ecclesiæ 58. præsidet. Hic insimulatus de morte Vigilij Papæ tenens sancta Euangelia & crucem, iureiurando publicè satisfecit.

Eucharistia illæsum reddit ignib. Hoc tempore in oriente puer quidam Iudæorum filius, cum à coæuis suis Christianorum filiis ad hoc adductus fuisset vt in Ecclesia sanctæ matris Domini nostri IESV Christi corpus & sanguinem Christi perciperet, propter hoc à patre suo proiectus in fornacem ardẽtem, illæsus inde à Christianis extractus est, asserens quòd mulier quæ in ecclesia puerum tenens depicta erat, pallio suo flammas ignis à se euentilasset.

553	26	16	39	10	62	9	

Athanagildus. Agilan cum insolenter in suos ageret, Athanagildus auxiliantibus sibi Romanis, eo percmpto, regnauit annis 22.

554	27	17	40	11	63	1	I

Clotildis regina moritur.

Hyems solito grauior. Hyems, niue & glacie ita exasperatur, vt volucres & feræ indomitæ manu capi possent.

555	28	18	41	12	64	2	

Bucellinus & Amingus duces Francorum, à Narsete perimuntur.

Quasi species lanceæ in cœlo apparuit à septentrione in occidentem.

556	29	19	42	13	65	3	

Theodebaldus rex obiit.

Lotharius rex Francorum rebellantes contra se Saxones & auxiliantes eis Turingos graui pugna & excidio perdomuit.

Medardi obitus. Obiit sanctus Medardus Nouiomensis & Tornacensis, in cuius transitu cœlum apertum est, & diuina ante eum micuerunt luminaria spatio duarum horarum. Cuius corpus rex Lotharius transferri fecit ad vrbem Suessionensem, promittens quòd super eum decentissimam Basilicam ædificaret, & inibi religiosorum virorum conuentum statueret. Quod opus ipse quidem cœpit, sed filius eius Sigibertus adimpleuit. K

557	30	20	43	14	66	4	

Radegundis. Radegundis regina vxor quondam Lotharij regis, mutata veste claret sanctitatis nobilitate.

558	31	21	44	15	67	5	

Gregorius filius Gordiani senatoris Romæ adolescit, qui sex monasteriis in Sicilia fundatis,

A | Romanorum. | Persarum. | Francorum. | Longobard. | Anglorum. | Vvisigoth. | Anni domini.

tis, & septimo Romæ in domo sua, ex prætore vrbano factus Monachus, sapientia & scientia, doctrina & sanctitate claruit.

Terræmotus. Terræmotus terribilis nimis per decem dies factus est.

	32	22	45	16	68	6	559

Childebertho rege mortuo, Monarchia regni Francorum cedit fratri eius Lothario.

	33	23	46	17	69	7	560

Imaginis passio post an. 765. Hoc tempore Iudæus quidam imaginem saluatoris de Ecclesia furtim deponens, eam telo transfixit, & eam clam ad domum suam deferens cùm eam vellet flammis exurere, se sanguine imaginis cruentatum videns, præstupore eam abscondit, quam Christiani requirentes & per vestigia sanguinis inuenientes, eã sanguinolentã receperunt, Iudæũ verò lapidauerunt.

B Miserabilis in Italia mortalitatis pestilentia.

	34	24	47	18	70	8	561

Brendanus. Hoc tempore in Scotia Brendanus claruit: qui fortunatas insulas septemnali nauigatione perquirens, multa miraculo digna vidit, à quo Machutes, qui & Maclouus regulariter educatus, & ipsius nauigationis socius in Britannia sanctitate & miraculis claruit, qui à Britannis exacerbatus eorum maledictis transiuit ad Gallias, & sub Leuntio Saxonũ Episcopo multo tempore virtutibus claruit. Britannos verò propter suã maledictionẽ variis cladibus ad dictos data rursum benedictione absoluit & sanauit.

Anglorum in Britannia Edilbertus tertius regnat annis quinquaginta quinque.

Super Britones autem post Vvortiporiũ regnauit in Algo, qui iuxta historiam eorum sex insularum comprouincialium Monarchiam bellãdo conquisiuit. Post quem regnauit Cathericus, in cuius tempore dispersi sunt Britones, & regni diadema perdiderunt multis annis. 562 *Edilbertus.*

C

	35	25	48	19	1	9	

Constantinopoli quidam Imperatorem extinguere moliti, extinguuntur: cuius criminis Bilisarius quoque accusatus, ab imperatore absoluitur.

Montes concurrunt. In Gallia mons super Rhodanum fluuium multis diebus dans mugitum, tandem ab alio monte sibi vicino discissus, cum Ecclesiis & domibus, hominibus & bestiis, in Rhodanum præcipitatus est.

	36	26	49	20	2	10	563

Chramnus. Lotharius rex Chramnum filium suum diu contra se rebellantem, & multa mala in regno suo facientem, in Britannia persequutus, ei eiúsque auxiliario duci Britonum Chonobro bello occurrit, & Chonobrum quidem peremit: Chramnum verò captum, igni cum vxore & filiabus consumi fecit.

D	37	27	50	21	3	11	564

Ioannes papa. Ioannes Romanæ Ecclesiæ 59. præsidet.

Chilpericus. Lothario rege Francorum mortuo, Chilpericus filius eius compartito regno cum fratribus suis Heriberto, Guntrãno, & Sigiberto, regnat annis 23. Et ipse quidem Chilpericus Suessionis sedem regni habuit, Heribertus Parisios, Guntrannus Aureliã, Sigibertus verò Metas.

	38	28	1	22	4	12	565

Iustiniano Imperatore mortuo, Iustinus iunior imperat annis 12.

Multa signa in sole & luna apparuerunt.

	1	29	2	23	5	13	566

Narses deponitur. Narses Patritius accusatione Romanorum Patritiatu degradatus, & quia eunuchus erat exprobrante sibi Sophia Augusta vt iret in Gynæcium, diuidere pensa cum puellis, respõdens talem se eidem orditurum telam, qualem ipsa dum viueret deponere non posset, inuitat Longobardos ad possidendam Italiam.

E Sanctus Columbanus presbyter veniens de Scotia, clarus habetur in Britannia.

Columbanus. Samson Dolẽsis. Samson Dolensis Archiepiscopus, consanguineus sancti Maclouii, & successor Samsonis Maglorius, qui de transmarina Britannia ad cismarinam transierant Britanniam, clarent sanctitate & doctrina.

	2	30	3	24	6	14	567

Sigibertus rex Hunnos partes Francorum depopulantes in Thuringia bello deuincit.

Chilpericus frater eius interim terminos incursat, & Remos vrbem occupat.

Basolus & Sindulphus. Hastæ igneæ in cœlo visæ sunt, portendentes itruptionem Longobardorum in Italiam. Basolus abbas & Sindulphus presbyter & reclusus, in Francia clarent.

Anni domini.	Romanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobard.	Anglorum.	Vvisigothorum.
	3	31	4	25	7	15

Albuinus. 568 Albuinus rex Saxonibus aliisque gentibus sibi ascitis, & Pannonia ex condicto commendata amicis Longobardorum Hunnis, ad Italiam contendit cum omnibus Longobardorum familiis, ibique regnat sex annis.

Sigibertus rex desertas Saxonum terras peruadit, eásque Sueuis ad habitandum tradit. Hanc mali nouitatem noua in cœlo signa multo ante tempore portenderant.

4	32	5	1	8	16

569 Sigibertus rex fratri suo Chilperico repugnat, & Suessionis sedē regni eius occupat. Theodebertū filium eius ibi captum exiliat, ipsum Chilpericum prælio victum fugat, & terminos suos ab eius insolentia liberat. Ipse vxorem ducit Brumam filiam Athanagildi regis Vvisigothorum, quæ & Brunichildis dicta est. G

5	33	6	2	9	17

570 Sanctus Vedastus obiit. *Vedasti obitus.*

Italia à Lōgobardis nullo subsistēte peruasa atteritur, insuper fama & pestilētia cōsumitur. *Armenij credunt.* Armenij fidem Christi suscipiunt.

6	34	7	3	10	18

571 Sanctus Amandus nascitur. *Amandus.*

Hunni iterum Sigiberto congressi, & magicis artibus penè victoriam adepti recedunt, Sigiberto in omni vita sua confœderati.

7	35	8	4	11	19

572 Gregorius Turonensium Episcopus ordinatur, clarus habetur in omnibus. *Greg. Turon.*

Longobardi Papia post triennij obsidionem per deditionem accepta, & præter Romam & Rauennam penè tota potiti Italia dominantur ibi cum potentia. H

8	36	9	5	12	20

573 Inter Romanos & Persas pugna commissa, Romanis cedit victoria.

Heribertus rex moritur.

Hispani & Franci de Pascha celebrando dissentiunt, Hispanis 12. Kalendas Aprilis, Francis vero 14. Kalendas Maij Pascha celebrantibus. Sed Francos rectè celebrasse per hoc diuinitus claruit, quòd fontes in Hispania qui in sabbato sancto Paschæ ad baptizandum spōte diuinitus repleri solent, non in Hispanorum, sed in Francorum Pascha repleti sunt. *Paschatis celebrandi contentio.*

9	37	10	6	13	21

574 Apud Persas Hormisda regnat annis 17. *Hormisda.*

Albuinus rex Lōgobardorum ab Armigero suo perimitur fraude vxoris suæ: cuius patrem Chunimundum Gepidarum regem ipse olim in bello peremerat, & ex testa capitis eius sibi pateram ad bibendum fecerat, quam cum vno die ei porrigeret, dicens, Bibe cum patre tuo: illa fœmineo furore accensa, illum ab Armigero ipsius in lecto perimi fecit. I

Cleb subrogatus regno Longobardorum regnat annis 2. *Cleb.*

10	1	11	1	14	22

575 Benedictus Romanæ Ecclesiæ 60. præsidet. Ab hoc Gregorius ad prædicandum Anglis abire permissus, sed populo tumultuante retractus, septimus Leuita est ordinatus. *Benedictus Papa.*

Athanagildo rege Vvisigothorum mortuo, Leuuigildus cum fratre suo Leuua, & post solus, regnat annis 16. *Leuuigildus.*

Fortunatus poeta veniens ab Italia, claret in Gallia. *Fortunatus.*

11	2	12	2	15	1

576 Cleb mortuo, Longobardi sub ducibus fuerunt annis 10. Fame Romam vrgente, multi Romanorum se Longobardis dederunt. K *Longob. ducatus.*

12	3	13	1	16	2

577 Iustino Imperatore mortuo, Tyberius regnat annis 6. Hic missa ab Aegypto frumēti copia, Romam liberat ab inedia. *Tyberius Romā fame liberat.*

Chilpericus rex Francorum fratrem suum Sigibertum, nimis & per se & per filium suum Theodebertum vrget, plusquam ciuili bello.

1	4	14	2	17	3

578 Sigibertus rex fratri suo Chilperico pugna cōgreditur, ibique Theodebertus filius Chilperici perimitur. Frācis verò pro Chilperico sibi exoso, Sigibertū super se regē leuare volētibus, à duobus pueris à Fredegūde Chilperici vxore immissis, Sigibertus perimitur. Brunichildis vxor

A	Anni domini.	Romanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobard.	Anglorum.	Vvisigothorum.
		2	5	15	3	18	4

vxor eius cum filio Childeberto vel Childeberti filiis, regnum gubernans propter insolentiam morum adeò intolerabilis erat Francis, vt meritò crederetur Sybillam de ea vaticinatam esse. Veniet (ait) Bruma de partibus Hispaniæ, ante cuius conspectum gentes vel gentium reges peribunt, ipsa verò calcibus equorum dirupta peribit. Quæ quamuis ita esset insolens, tamen Dei Ecclesias honorabat. Plura etiam sanctorum cœnobia fundauit, & ædificia admirandi operis construxit, vt miraculo fuerit tanta ab ea fieri potuisse.

Sanctus Germanus Parisiensis obiit.

Duces Longobardorum vrbes & Ecclesias exterminantes indiscretè, subiugāt sibi quod supererat Italiæ.

2	5	15	3	18	4

579 Tyberius quia liberalis in pauperes fuit, liberalitatem eius Deus iuuit, dū multos thesau-
B ros ei inuenire fecit.

Chilpericus rex Brunichildem relictam Sigiberti cum filiis exiliat.

Menas solitarius in Italia claret.

3	6	16	4	19	5

580 Hormisda rex Persarum incursans prouincias Romanorum, ignominiosè victus à Romanis proposuit edictum, ne rex Persarum per se vltra exeat ad prælium. *Rex apud Persas bello abstinet.*

Ignis per cœlum discurrere visus est.

4	7	17	5	20	6

581 Pelagius Romanæ Ecclesiæ 61. præsidet. Hic obsidentibus Romam Longobardis, ordinatur absque iussione principis. Hic decreuit quotidianam sacramentorum præfationem ad missas, nouem tantummodo præfationibus secundum antiquum Romanorum ordinem esse commutandam, scilicet in natali Domini, in apparitione, in Pascha, in ascensione, in
C pentecoste, de sancta trinitate, de Apostolis, de sancta cruce, de ieiunio quadragesimali. Ab hoc Gregorius Constantinopolim apocrisarius directus, hortatu Leandri Hispalensis Episcopi libros Moralium in Iob composuit, & ibidem Eutychium Cōstantinopolitanum Episcopum malè de resurrectione dogmatizantem, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile, ventis aeréque subtilius esse futurum in præsentia Imperatoris Tyberij confutauit, & illo non multo post mortuo, penitus extinxit. *Pelagius missales præfationes decreuit.* *Eutychij hæresis.*

Duces Longobardorū Gallias aggrediuntur, & vario bellandi genere, nunc Franci, nunc Longobardi, inter se colliduntur.

Hospitius famulus Dei in Gallia claret, qui etiam aduētum Longobardorū prædixerat.

5	8	18	6	21	7

582 Saxones in Italia à Longobardis recedentes, & terras suas in Germania repetere nitētes, gētibus à Sigiberto illuc immissis, vsque ad viginti millia eorū cæsis ferò destiterunt à bellis. *Hospitius.*

D Vvinnochus Brito veniens de Britannia, sanctitate claret in Gallia.

Lupi Burdegalam vrbem ingressi, neminem meruentes, deuorauerunt canes. *Lupi Burdegalæ feruciūt.*

6	9	19	7	22	8

583 Ermiuigildus Leuuigildi regis Vvisigothorum filius, filiam Sigiberti regis in vxorem duxit, per quam ad orthodoxam fidem conuersus, iram patris sui Leuuigildi Arrhiani incomparabiliter incurrit.

Turonis verus de fracto pane sanguis effluxit.

Tyberio Imperatore in amentiam incurrente, & non multo post mortuo, Mauricius imperat annis 21. *Mauricius.*

1	10	20	8	23	9

584 Persæ Armeniam prædiis, incendiis, captiuitate Episcoporum ac populorum perturbāt,
E Ecclesiam tamen 48. martyrum apud Armeniam sub Licinio passorum, nullo modo incendere potuerunt.

Chaianus rex Anarorum, id est Hunnorum, pacem cum Mauricio Imperatore soluit.

2	11	21	9	24	10

585 Mauricius Imperator per prætorem suum contra Persas fortiter agit.

Antiochia diuinitus subuertitur, hoc modo: Quidam ciuis illius adeò eleemosynis & hospitalitati deditus, vt nullo vnquam die sine paupere aut hospite comederet, cum vno die vsque ad vesperam vrbem circuisset, vt pauperem vel hospitem inueniret, offendit virum senio rem in veste alba cum duobus sociis stantem in medio ciuitatis, & inuitans eū ad hospitium, hoc responsum accepit ab eo: Non poteras ô homo dei cum nostro Symeone hanc vrbem saluare, ne subuerteretur? Et hoc dicto, sudariū quod in manu tenebat, excussit super vnam *Eleemosynarius videt clade Antiochiæ.*

Anni domini.	Romanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobard.	Anglorum.	Vvisigoth.	

medietatẽ vrbis, ſtatimq; ipſa medietas cũ habitaculis & habitatoribus ſubuerſa eſt. Et volens adhuc excutere ſuper aliã medietatẽ vrbis, vix ab illis duobus ſociis ſuis multa prece flexus eſt, vt parceret reſiduæ vrbis medietati. Sícque virum qui hoc aſpiciebat attonitum cõſolatus, ex ſaluatione domus ſuæ diſceſſit, & vltra non comparuit.

Somnium mirabile.

Guntrannus Francorum rex in venando feſſus, dum in gremio armigeri ſui dormiret iuxta riuum aquæ, vidit armiger de ore regis paruum animal exire, cui volenti riuũ tranſire nec valenti, armiger gladio trans riuum poſito, viam ei eundi & redeundi parauit. Quo iterum in os eius intrãte, rex experrectus eſt, & ſtupefactus dicit ſe per ſomniũ per pontem ferreum tranſiſſe, & ſub quodam monte multos theſauros vidiſſe. Vbi cũ perrexiſſet, ſecũdum fidem ſomnij theſauros magnos inuenit, eósque acceptos ſanctæ Eccleſiæ vſibus delegauit.

586	3	12	22	10	25	11	

Leuuigildus rex Vviſigothorum, filium ſuum Ermiuigildum hoſtili perſequens animo, G
eum damnat exilio. Hoc tempore etiam Miro rex Galliciæ moritur.

Longob. Flauij appellati.

Longobardi Aucthari regem ſibi ſtatuerunt, eúmque ob dignitatem Flauium appellauerunt, à quo omnes Longobardorum reges Flauij ſunt appellati.

587	4	13	23	1	26	12

Lotharius.

Chilpericus rex Francorum immiſſu ſuæ vxoris Fredegundis perimitur. Lotharius filius eius infans quatuor menſium in regno ſublimatus, regnauit annis 44.

588	5	14	1	2	27	13

Childebertus rex à Mauricio Imperatore pro expellendis ab Italia Longobardis, pecuniam accepit, ſed id fruſtra fuit, quia nunc confœderatus eis rediit, nũc eis congreſſus inferior eis ceſſit, nunc etſi ſuperior eis fuit, ab expulſione tamen eorum munimen ciuitatum cum prohibuit. H

589	6	15	2	3	28	14

Leuuigildus rex Vviſigothorum Ermiuigildum filium ſuum quia Arrhianæ communioni participare noluit, nocte ſanctæ Paſchæ in carcere ſecuri occidit.

Childebertus Lotharij exercitui congreſſus, victus euaſit.

7	16	3	4	29	15

Rex Longobardorũ Aucthari vxorẽ ducit Theudelindã filiã Garibaldi regis Boiariorum.

Pluuia graues.

Nimiæ pluuiæ inundant, vt omnes dicerent quia aquæ diluuij ſuperinundarent & tanta clades fuit, vt nullus grauiorem à ſeculo fuiſſe meminerit. Magnus etiã draco in modum validæ trabis, cum innumerabili ſerpentium multitudine per Tyberim in mare deſcendit, à quibus ſuffocatæ beſtiæ maris & ad littus proiectæ, putredine aerem corruperunt.

Draco pisces suffocauit.

590	8	17	4	5	30	16	

Hormiſdam regem Perſarum à Perſis excæcatũ, filius eius Coſdroe occidit, & ad Mau- I
ricium Imperatorem confugit, ciúſque virtute Perſas debellans, regnum Perſarum accepit, & annis 38. regnauit.

Inguinaria clades.

Leuuigildo rege Vviſigothorum mortuo, Recharedus filius eius regnat annis 15. In Italia facto vltra fidem penè diluuio omnium, poſt multam confuſionem rerum ſubſecuta eſt per cladem inguinariam immedicabilis mortalitas hominum, quæ primùm percuſſit Papam Pelagium: poſt quem Gregorius ad papatum electus, interim dum Imperatoris aſſenſus expectatur, inſtituit per ſeptiformem letaniam placare iram Dei, & in procedendo octoginta hominibus hac plaga percuſſis, tandem ira quieuit.

Litania.

591	9	1	5	6	31	1

Anima Traiani liberatur ab inferis.

Gregorius Romanæ eccleſiæ 62. præſidet. Hic inter cætera pietatis opera, animam Traiani Romanorum quondam imperatoris, quamuis pagani, à pœnis inferni liberari miſerando & plorando à Deo obtinuit. K

Hic inter multa quæ vtilia eccleſiæ fecit & inſtituit, antiphonarium regulariter centonizauit & vtiliter compilauit. Kyrie eleiſon à clero ad miſſas cantari præcepit, Alleluya ad miſſas extra quadrageſimã dici fecit. In canone hoſtiæ tria verba ſuperaddidit: Diéſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab externa damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Orationẽ quoque Dominicam poſt canonem ſuper hoſtiã cenſuit recitari.

Agilulfus.

592 Aucthari rege Longobardorum mortuo, Longobardi permiſſa Theudelindæ reginæ optione ſibi virũ & Italię regẽ eligẽdi, præfecerũt ſibi regẽ Agilulfum, qui regnauit annis 25.

10	2	6	1	32	2

In Gallia quidam in ſylua cædens ligna, adeo à muſcis infeſtatus eſt, vt per bienniũ amẽs fieret.

A	Romanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobard.	Anglorum.	Vvisigothorum.	Anni domini.

fieret. Deindè ſub religionis habitu exhibebat ſe pſeudoprophetã, deindè magũ, deindè etiã ſanitates deſuper infirmos faciens, Chriſtum ſe eſſe dicebat, & pro Chriſto ſe adorari iubebat: nolentes ſe adorare cum populo, qui ei multus adhærebat, impetebat hoſtiliter. Qui poſtea à quodam fideli occiſus eſt, & ita ſequaces eius diſperſi ſunt. *Pseudochriſtus.*

Recharedus rex Vviſigothorum terminos Romanorum inquietat.

Hoc tempore regnabat in Hibernia Inſula Philtanus, & in Scotia regnabat Brendinus, cui frater erat nomine Adelphius, de cuius Adelphij filia, quæ vocata eſt Gelgehes genuit rex Hyberniæ Philtanus ſanctum Furſæum, & fratres eius Foillanum & Vltanum.

Hucuſque Gregorius Turonenſis hiſtoriam Francorum digeſſit.

11	3	7	2	33	3	594

Christi tunica.

Tunica Domini noſtri IESV Chriſti in ciuitate Zaphat, non longè Hieroſolyma, con- B
feſſione Simeonis Iudęi inuẽta, & ab epiſcopis Gregorio Antiocheno, & Thoma Hieroſolymitano, & Ioãne Cõſtãtinopolitano, Hieruſalẽ in loco vbi crux Chriſti veneratur, eſt poſita.

Gaugericus Cameracenſis epiſcopus claruit.

12	4	8	3	34	4	595

Reuharedꝰ rex Vviſigothorũ ſynodo 62. epiſcoporũ apud Toletũ cõgregata, ibíq; Arrhiana hæreſi abdicata, & anathematizata, ſẽ cũ tota Vviſigothorũ gẽte cõfirmat in fide catholica.

Thaſſilo à Childeberto ordinatus rex Baioariorũ, deuictis Sclauis obtinuit triũphum.

Puer quadrupes.

Conſtantinopoli puer naſcitur quadrupes, & alter duos vertices habens, quæ prodigia portendunt aduerſa locis, in quibus naſcuntur.

13	5	9	4	35	5	596

Agilulphus rex Longobardorum in Romanos inſurgit, ſed agente Theudelinda regina C
non multò poſt cum eis fœdus iniit. Huic reginæ Gregorius Papa libros dialogi ſui miſit.

His diebus irruentes Longobardi in Caſſinum montem, diripuerunt omnia quæ in monaſterio ſancti Benedicti inuenire potuerũt, neminem verò tenere valuerunt, ſicut idem famulo ſuo dominus promiſerat, vt ſi res gentibus traderet, animas ſeruaret. Monachi autem fugientes Romam, petierunt codicem regulæ à beato Benedicto editum, & pondus panis atque menſuram vini ſecum deferentes.

Solis defectus.

Sol à mane vſque ad meridiem minoratus eſt vſque ad tertiam ſui partem.

14	6	10	5	36	6	597

Gregorius Papa quòd ipſe olim facere intenderat, Auguſtinum cum aliis ad prædicandum deſtinat in Angliam.

Gũtrãnus rex sãctitate clarus dormit in Chriſto, regnũ eiꝰ ceſſit fratrueli eius Childeberto.

15	7	11	6	37	7	598

D Recharedus rex Vviſigothorum regibus Francorum confœderatur, eíque ſoror Childeberti regis vxor datur.

Sanctus Columbanus abbas & preſbyter doctor Scotorum & pictorum obiit, qui poſteris ſuis multa ſanctitatis monumenta reliquit, præterquam quòd ruſtica ſimplicitate paſcha dominico die debere celebrari, neque didicit neque docuit.

Marculfus.

Marculfus abbas Baiocenſis ſanctitate claret in Gallia.

16	8	12	7	38	8	599

Edilbertus rex Anglorum, qui Cantuarij vocantur, prædicante Auguſtino cum gente ſua baptizatur. Porrò gens Anglorum, qui Mercij dicuntur, & gens Nordanimbrorum, qui quòd ad aquilonarem partem Humbri fluminis habitent, ita vocantur, ſub regibus Edilfrido & Elle nondum audierant verbum vitæ.

E	17	9	13	8	39	9	600

S. Goar.

Sanctus Goar veniens ex Aquitania claret in Gallia.

Auguſtinus ab Etherio Arelatenſi epiſcopo conſecratur Anglorum epiſcopus.

Childebertus rex Frãcorũ moritur, cui Theodebertus & Theodericus filij eius ſubrogãtur.

18	10	14	9	40	10	601

Contentio inter Romanam eccleſiam & arrogantiam Ioannis epiſcopi Conſtantinopolitani vniuerſalis patriarchę nomẽ ſibi vſurpãtis ſub Pelagio Papa cõcepta, & à Gregorio iam indè non leniter exagitata, non antea quieſcere potuit quàm Ioãnes ipſe ſubita morte obiit.

Hũni cũ Francis fortiter bellãt in Thuringia, Fredegũdis regina moritur, Agiluſus Theoderico cõfœderatur. In Nilo Ægypti flumine viſa ſunt animalia humanæ formæ, vir ſcilicet & mulier vſque ad lumbos ſuper aquam extantes, qui ab hominibus per Deum adiurati, à

	Romanorum.	*Persarum.*	*Francorum.*	*Longobard.*	*Anglorum.*	*Vvisigothorum.*	
	manè vsque ad nonam se videndos præbuerunt.						F
602	19	11	15	10	41	11	

Augustinus episcopus Anglorum habita synodo cum Britonum & Scotorum episcopis, quia sacerdotes & monachos inuenit aduersarios æquitatis, quos voluit habere socios prædicationis, terruit eos vaticinio futuræ super eos calamitatis.

Columbanus Luxonium monast. ædificauit.

Sanctus Columbanus ex Hibernia in Burgundiam venit, ibique permissu Theoderici regis, cœnobium Luxonium ædificare cœpit.

603	20	12	16	11	42	12	

Mauricius Imperator se cum suis à Foca interficiendum diuinitus prædixit, & malorum penitus ea sibi retaliari per se & per seruos Dei instanter exposcit.

Mauricius occiditur.

Theodericus rex auiam suam Brunichildem ab Austrasij electam recepit.

604	21	13	17	12	43	13	G

Mauricius Imperator cum vxore & filiis à Foca perimitur, & imperat Focas annis 8.

Orientales Angli cũ rege suo Sigiberto, per Mellitum episcopũ cõuertũtur ad Christum.

Per Augustinum archiepiscopum translata est dignitas archiepiscopatus, quæ prius Londini erat, ad Cantuariensem ecclesiam.

605	1	14	18	13	44	14	

Gregorius Dialogus obiit.

Cognita morte Mauricij, grassantur per Romanorũ prouincias hinc Persæ & inde Hũni.

Lotharius & Theodericus prælio inter se colliduntur, in quo plusquam 30. millia cæsa referuntur, Theodericus tamen victoria potitur. In hoc prælio angelus Domini euaginatum gladium super populum tenens visus est.

Angelus cum gladio.

606	2	15	19	14	45	15	H

Sabinianus papa.

Sabinianus Romanæ ecclesiæ 63. præsidet.

Hoc tempore pauper quidam cùm à nautis eleemosynam peteret, nec acciperet, dicente Nauclero, Desiste eleemosynam petere à nobis, qui nihil præter lapides habemus: cũ subiecisset pauper, Omnia ergò vertantur in lapides: quicquid mãducabile in naui erat, in lapides cõuersum est, colore & forma rerũ carundẽ permanente. Fame Romam aggrauante, Romani Gregorio Papæ iã defuncto derogãtes, quòd thesauros ecclesiæ sua nimia liberalitate dissipasset, cũ nõ adesset persona in quã exardescerẽt, memoriã nominis illius in libris eius delere volebãt, ac per hoc libros Gregorij Papæ Romanis exurere volentibus, obstitit Petrus diaconus, prodẽs se spiritũ sanctũ in colũbæ specie super caput Gregorij tractãtis sedẽtẽ vidisse sæpi⁹, idq; cõfirmãs iurisiurãdi sacramẽto, mox moriens ex cõdicto fidẽ fecit suo testimonio.

Pauperis imprecatione omnia lapides fiunt.

Post Recharedum apud Vvisigothos regnauit Bethericus annis 7.

Bethericus.

607	3	16	20	15	46	1	I

Sabinianus papa, cùm & ipse liberalitati Gregorij prædecessoris sui derogaret, & sub hoc obtentu manum egenis subtraheret, Gregorius cum per visum ter pro culpa tenaciæ & huius derogationis increpatum, quòd non resipisceret etiam quartò horribiliter increpans, & comminans in capite percussit: quo ille dolore vexatus non multo post mortem obiit, post quem Bonifacius Romanæ ecclesiæ 64. præsidet. Hic obtinuit apud Focam Imperatorem, vt ecclesia Romana caput esset omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana scribebat se esse primam omnium ecclesiarum. Hic in concilio 62. episcoporum decreuit sub anathemate, vt nullus viuente episcopo ciuitatis suæ de altero eligẽdo audeat loqui, aut partes sibi facere. Sed tertio die depositionis eius fiat licenter à clero & populo electio sacerdotis.

Pauperib. denegans diuitias luit.

Roma caput Ecclesiarum.

Theodericus & Theodebertus fratres & reges Vvascones sibi subiugant.

608	4	17	21	16	47	2	K

Corpus sancti Victoris Thebæi apud Solodorum cum sancto Vrso passi inuenitur.

Secundus famulus Dei in Italia claret.

Desiderius Viennensis episcopus à Theoderico exiliatur.

609	5	18	22	17	48	3	

Augustinus Anglorum primus episcopus moritur, eique Laurentius substituitur.

Bonifacius Rom. ecclesiæ 65. præsidet. Hic Pãtheõ Romę à Foca Imp. impetratũ vertit in ecclesiã sanctæ Mariæ, & omniũ martyrũ, & in Cal. Nouẽb. instituit ibi solẽnitatẽ oĩm martyrum, quæ postea crescente religione Christiana, decreta est fieri in honore oĩm sanctorũ.

Pantheon fit tẽplũ omniũ Sanctorum.

610	6	19	23	18	49	4	

persæ

	Romanorum.	*Persarum.*	*Francorum.*	*Longobard.*	*Anglorum.*	*Vvisigoth.*		*Anni domini.*
A	Persæ Romanorum prouinciis grauiter incubant. Agilulphus Longobardorum rex Mantuam, Cremonam, & aliqua Italiæ castella capit.							
	7	20	24	19	50	5		611

Alexandriæ Ioãnes episcopus claruit, qui ob eximiam in Christum liberalitatem nomen eleemosynarij habere metuit.

Post Cathericum regem, quem rex Africanorum Guermundus expugnauit, & in Vvallias fugere compulit, postquam Britones diuina desolatione dispersi, alij quidem in minorem Britanniam, alij in occidentales Insulæ partes, id est in Gallias, cum ecclesiasticis personis & sanctorum reliquiis secessissent, tandem resumptis viribus leuauerunt super se regem Caduanum, qui cùm in terram regis Edelfridi pugnaturus intraret, & ille ei ad bellum occurreret, vtriusque exercitus consilio pax inter eos facta est.

B	8	21	25	20	51	6		612

Heraclius. Desiderius.

Heraclius ad Imperatorem electus, Foca perempto & cremato ignibus regnauit annis 30.

Desiderius Viennensis episcopus, consilio Bruniehildis à Theoderico rege lapidibus obrutus martyrizatur.

	1	22	26	21	52	7	613

Reliquiæ Io. Baptistæ.

Virtus & nomen sancti Ioannis Baptistæ miraculis declaratur apud vrbem Galliæ Mauriennam, de reliquiis corporis ipsius diuinitùs illustrata, hoc modo in ea olim mulier sancto Baptistæ nimis deuota expetebat ab eo donari sibi aliquid de membris eius, & in hac orandi instantia per triennium persistens, cùm alter quiuis iam posset desperare, ipsa spem in Deo ponens iurauit se non manducaturam, donec quod petebat, acciperet, & sic septem diebus ieiunans, septima tandem die desuper altari pollicem miri cãdoris apparêre videns, læta donum Dei accepit, ad quod adorandum tres episcopi venientes, cùm de hoc sancto pignore
C partem elicere vellent, tres sanguinis guttas ex eo stillare in lintheo suppositò stupuerunt, & singuli singulas se meruisse lætati sunt.

Persæ à Romanorum insecutione non desistunt.

Bethcrico Vvisigothorum rege mortuo, Sisebodus regnat annis vigintinouem.

Sisebodus.

	2	23	27	22	53	1		614

Deus dedit Romanæ ecclesiæ 66. præsidet. Hic constituit secundam missam in clero, hic etiam secundum instituta maiorum suorum decreuit vt si qui viri vel mulieres suos ipsi filios quocunque modo de sancto lauacro susciperent, separentur abinuicem, vel si quis vir commatrem suam, vel si qua mulier cõpatrem suum à primo dono spiritussancti, quod est pabulum salis sacrati vsque ad septimum donum spiritussancti id coniugium duxerit, separentur: mulier tamen maritalem dotem recipiat, & post expletum annum alteri, si vult, nubat.

Cõpatres & commatres inuicem non maritantur.

Sanctus Columbanus à Theoderico rege instinctu Brunichildis auiæ, expellitur Francia,
D qui post relicto Gallo discipulo suo in Alemannia cœnobium Bobium constituit in Italia.

Sanctus Amandus Elnonensis per Gallias miraculorũ & prædicationis gratia claresccbat.

Allouuinus etiam, qui & Bauo, per eum ex prædone conuersus & Gandaui solitariè reclusus, sanctitatis exemplum erat omnibus.

	3	24	28	23	54	2		615

Edilfredus rex Nordanimbrorũ, regẽ Scotorũ Ean cum omnibus penè suis in bello extinguit. Hæc calamitas Scotis contigit secũdum vaticinium Augustini episcopi, qui interminatus Scotos ab Anglis fore perimẽdos, qui Anglos ad vitam æternam conuerti ægrè ferebant: in monachos quoque Scotorum ira Dei sæuiente, qui cum rege suo ad bellum hoc ex more
E exeuntes, vt rege armis pugnante ipsi orando pro eo pugnarent, perempti sunt ab Anglis, mille ducenti, tantùm quinquaginta per fugam elapsis.

Clodesindis Metensis claret, quæ sponsum fugiens, velamine capitis misso sibi à Deo per angelum, se & sua Deo delegauit.

	4	25	29	25	55	3		616

Persæ Syriam incursantes Damascum capiunt.

Edilbertus rex Cantuariorum obiit, post quem Cabaldus filius eius regnat annis 22. Radualdus autem rex orientalium Anglorum Edilberto mortuo illam super Anglos regnandi potentiã quartus accepit, vt sub nutu eius alij Anglorũ reges regnarẽt, Edilfrido quoq; Nordanimbrorũ rege à Radualdo rege perempto, Eduinus Nordanimbrorum regnum susccpit. Refert autem historia Britonũ, quòd Eduinus fuerit filius Edilfridi regis, & coætaneus Caduallonis filij Caduam regis Britonum, & cum eo nutritus in minori Britannia apud regem Salomonem: deindè mortuis parentibus vterque iam adultus redierit, pacémque inter se

Anni domini.	Romanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobard.	Anglorum.	Vvisigothor.	
	aliquādiu habuerint: postmodum pro regno discordia inter eos exorta, pugnam inierint, & Eduinus quidem victor Caduallo in minorem Britanniam fugere compulsus fuerit.						F
Eucharistia.	Hūni Longobardos in Italia debellāt, & forū Iulij proditione captū dissipāt. S. Lupus Senonēsis episcopus claret, cui aliquādo eucharistiā cōsecranti gēma à Deo in calice descēdit.						
617	5	26	30	25	1	4	
	A Persis Palestina bello premitur, sancta quoque ciuitas capitur, in ea vsq; nonaginta millia virorū perimūtur. Zacharias patriarcha captiuatur, crux ipsa Dominica sancta asportatur. Inter fratres Theodericū & Theodebertū reges instinctu auiæ eorū Brunichildis plusquā ciuile bellū oritur, pugnáque commissa, post inæstimabilem stragem Theodebertus capitur.						
Angli redeūt ad idololatr. Adaloaldus.	Per Ealdbaldum & filios Sigiberti ad idololatriam Angli reuoluuntur.						
	Agilulfus Longobardorum rege mortuo, Adaloaldus filius eius regnauit annis 13.						
618	6	27	31	1	2	5	G
Ecclesiasticū Asylum.	*Bonifacius* Rom. ecclesiæ 67. præsidet. Hic decreuit vt null⁹ trahatur violēter de ecclesia. *Hic cōstituit* vt monachi in officio sacerdotalis gradus, vtātur potestate ligandi atq; soluēdi.						
	Theodericus rex Francorum moritur.						
	Ealdbaldus rex Anglorum idololatriæ renunciat.						
Brunichildis discerpitur.	Lotharius rex filius Theoderici regis in bello captos occidit, Brunichildem quoq; reginam vno pede & brachio mutilatam ad caudam equæ indomitæ religatam, membratim discerpi fecit, imputans ei, quòd decem reges per eam fuissent extincti, & sic monarchia regni Francorum ad eum rediit.						
	Ioannes eleemosynarius obiit.						
	Eleutherius Patritius affectans Romanorum Imperium, Romæ perimitur.						
	Persæ Ægyptum incursantes, Alexandriam capiunt.						
Terræmotus. Scabies.	HOC tempore terræmotus maior mense Augusto fuit, & sequuta est clades in populo, percussio scilicet scabierum, ita vt nullus posset agnoscere mortuum suum.						H
619	7	28	32	2	3	6	
	Persæ Libyam incursantes Carthaginem capiunt.						
	Lotharius rex tributum 12. milium solidorum, quod Longobardi Francis soluerant, relaxat Longobardis perpetuò sibi confœderatis.						
	Laurentius secundus Anglorum episcopus obiit.						
620	8	29	33	3	4	7	
	Cosdroe rex Persarum pacem cum Romanis facere nullo modo admittit.						
	Anastasius Persa ex Mago Christianus & monachus, à Persis captus post verbera, vincula & carceres, post diutinam appensionem per vnam manū, tandem abscisō capite cum aliis 70. martyrizatur.						
Fara.	Virgo Christi Fara in Francia, cuius sanctitatem imitatus fuerat frater eius Faro, ex Conite clericus, & ex clerico factus Meldensium episcopus claret.						I
621	9	30	34	4	5	8	
	Sigebodus rex Vvisigothorum contra Romanos fortiter agit, prouinciam aliásque ciuitates à Francis exortas, ad Vvisigothorum ius redegit.						
622	10	31	35	5	6	9	
Honorius pp.	Honorius Romanæ ecclesiæ 64. præsidet.						
	Sanctus Columbanus obiit, discipulus eius Gallus in Alemannia claret.						
623	11	32	36	6	7	10	
	Cosdroe successu elatus in effusione humani sanguinis, & maximè Christianorum, vltra modum grassatur.						
	Heraclius Imperator Hunnis confœderatur.						K
624	12	33	37	7	8	11	
	Heraclius ad Persas debellandos proficiscens, virilem Dei figuram in manibus accipiēs, quam manus non depinxerat, sed in Iconia verbum quod omnia format atque cōponit, sine pictura formam, velut sine semine partum eduxit, Persidem aggreditur, eámque per sex cōtinuos annos potenter depopulatur.						
	Eustasius abbas Luxouiensis, & Attila Bobiensis post Columbanum clarent.						
	Mellitus tertius Anglorum episcopus obiit.						
625	13	34	38	8	9	12	
Pippinus.	Pippinus filius Caroli Magni maior domus regis Lotharij principabatur, Pippino verò in disponenda						

	Romanorum.	Sarracen.	Francorum.	Longobard.	Anglorum.	Vvisigoth.	Anni domini.
A	disponēda republica comparabatur sanctus Arnulphus, filius Arnoldi filij Amberti, ex Blitilde filia primi Lotharij regis.						
	14	35	39	9	10	13	626
	Heraclius Imperator Persas leuibus præliis frequenter fundit.						
	15	36	40	10	11	14	627
	Florebant in Galliis Austregisillus Bituricensis episcopus, & sub eo Sulpicius, Chunibertus Colonienſis, & Ioannes Tungrensis. In Hispaniis Isidorus Hispalensis tum sanctitate tum doctrina clarebat.						*Isidorus Hisp.*
	16	37	41	11	12	15	628
B	Heraclius Persas graui bello contriuit, in quo prætorem Persarum omnésque penè principes peremit, & Persidem peruagatus, miranda Persarum palatia combussit & deiecit.						
	Lotharius rex filium suum Dagobertum in regno ascitum, Pippino & Arnulpho committit ad regnandum Austrasiis.						
	Eduinus rex Nordanimbrorum à Paulino episcopo baptizatur, & post Radoaldum potētius cæteris super Anglos principatur.						
	17	38	42	12	13	16	629
	Dagobertus iram patris sui Lotharij regis meritus, quia consiliarium eius cæsum & detonsum dehonestauerat, Parisios ad ecclesiam sancti Dionysij confugit, & quia inde nullomodo extrahi potuit, locum illum semper cordi habuit.						*Dagobertus.*
	Syrohis cum Persarum principibus contra patrem suum Cosdroen insurrexit, & pace cū Heraclio Imperatore confirmata, patrē suū cū filiis ipsius peremit, & anno vno regnauit.						*Syrohis.*
	18	1	43	13	14	17	630
C	Heraclitus Persida deuicta, & pace inter Romanos & Persas confirmata, rediit cū gloria.						
	Syrohi rege mortuo, Adesir regnauit anno vno.						*Adesir.*
	Adaloaldo Longobardorum rege mortuo, Rotharith regnauit post eum annis 16.						*Rotharith.*
	Etpualdus rex qui cum patre suo Rodoaldo à fide Christi apostatauerat, suasu Eduini regis, cum gente sua idololatriæ abrenunciat.						
	Dagobertus rex Saxonibus bello concurrit, cui pater Lotharius rex accurrens auxilio, interfecto Berthoaldo duce Saxonum, victoriam obtinuit, & peruagans omnem Saxoniam, nullum omnino Saxonum mensuram gladij sui excedentem dimisit viuentem.						
	Hoc tempore Arabum siue Sarracenorum princeps erat Muhanmad, qui pseudopropheta ex orphano & inope per hæresis suæ præstigia ad regnum euectus est. Hic de progenie Hismaelis ortus, cum esset pauper & orphanus ad quandam cognatam suam prædiuitem nomine Chadigam, primò vt mercenarius, deinde vt sponsus se coniungens, per eam ditatus est. Quæ cùm ægrè ferret epilentico, id est caduco illum morbo vexari, *ille dicebat*						*Mahumeth grassatur.*
D	hoc non esse morbum, sed visionem archāgeli Gabrielis, *se interim videre, & quia aspectum* eius ferre non posset, mente defecta cadere. Hic communicabat Christianis & Iudæis, ex eorum scripturis suam pseudoprophetiā in aliquibus cōfirmans. HIC dicebat, quia hi qui inimicum occidunt, vel qui ab inimico occiduntur, paradisum ingrediantur: paradisum verò esse carnalis cibi & potus, ibíque esse fluuium vini, lactis & mellis, & mixturam fœminarum non præsentium, sed aliarum multo tempore futuram & affluentem voluptatem, & multa huiusmodi. HIC est Muhanmad, cui gentiles adhuc cultum deitatis exhibent. HIC in regno Sarracenorum quatuor prætores statuit, qui Amiræi vocabantur, ipse verò Ammiras dicebatur, vel Protosymbulus.						
	Obiit sanctus Bauo.						
	19	1	44	1	15	18	631
E	Heraclius Imperator deuicta Perside Zachariam patriarcham cum captiuorum populo HIERUSALEM reducit, & sanctam crucem Domini reportans, cum regio schemate ornatus portam vellet intrare, per quam IESVS ad crucem subeundam exiuit, porta diuinitus clausa est, eíque rursum admonitu angeli humiliato & discalciato, porta vltrò aperta est, & ita cruce celata, celebriatem exaltationis eius annuatim dedicauit.						
	Apud Persas HORMISDA regnat anno vno sub Sarracenis.						*Hormisda.*
	Lothario mediano Francorum rege mortuo, Dagobertus filius eius regnat annis XVIII.						*Dagobertus.*
	20	1	1	2	16	19	632
	Sarraceni qui hactenus fuerant sub Persarum regno, eos bello victos versutè sub suo redigunt dominio.						
	Abhinc pro rege Persarum titulandum est regnum Sarracenorum.						

Anni domini.	Romanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobard.	Anglorum.	Vvisigothorum.	
							F

Terræmotus. Terræmotus factus est per triginta dies, apparuit in cœlo signum in modum gladij, portendens imminentem Sarracenorum principatum.

Adunallo rex Britonum reuersus de minori Britannia cum multitudine militum, commisit prælium cum Peanda rege Merciorum, eúmque deuictum cepit, & suæ ditioni subdidit, subditúmque duxit ad bellandum contra Eduinum regem Nordanimbrorum. Quem etiam cùm superasset atque occidisset, occupauit prouincias & depopulatus est, & multam cædem fecit in terra.

Tunc etiam fides Christi in Anglia concussa est adeò vt multi Christianitatem suam desererent, & *idololatriam* repeterent.

Ebubeher. Muhammad Sarracenorũ Ammiras moritur, post quẽ Ebubeher principatur annis tribus.

633	21	1	2	3	17	20	G

Seuerinus p. Seuerinus Romanæ ecclesiæ 69. præsidet.

Heraclius Imperator incidens in hæresim Monothelitarum, id est, vnam operationem in Christo credentium, confundit ecclesiam & Imperium, contra malitiam eius pugnante perturbatione omnium rerum.

Inter Romanos & Sarracenos bellum implacabile oritur hac de causa, quia cùm quidam spado Imperatoris Heraclij distribueret rogas militibus, cum inter alios etiam Sarraceni sub Imperatore militantes ad accipiendam venirent, spadone indignanter eis dicente, Vix sufficit Imperator dare militibus rogas, quantò magis canibus istis? Illi dolore & pudore incitati, totam Sarracenorum gentem ad rebellandum incitant. Ammiræi autem Sarracenorum Romanos aggrediuntur, & cum multis tres Ammiræi à Romanis perimuntur.

Sarracenorũ & Romanorum bellum. Infans 40. dierum loquitur. Sigebertus infans filius Dagoberti, à sancto Amando baptizatur, vbi tacentibus cunctis, ipse infans 40. dierum Amen respondit, & Amandus Traiectensis episcopus ordinatur.

634	22	2	3	4	18	21	H

Romani & Sarraceni vario euentu confligunt.

Successores Eduini regis ad idololatriam reuoluti, mox sunt à Cedualla rege perempti.

Dagobertus rex Sclauos bello deuicit.

635	23	3	4	5	19	22	

Ioannes p. Haumar. Ioannes Romanæ ecclesię 70. præsidet.

Ebubeher Ammiras moritur, post quem Haumar annis 12. principatur.

Sarracenis Syriam infestantibus, Heraclius crucem sanctam Domini ab Hierusalem Constantinopolim transtulit. Hic dicit Beda in historia Anglorum, quòd Osuualdus filius Edilfrid regis regno Nordanimbrorum post Eduinum susceptо, Ceduallam siue Caduuallonem regem Britonum peremerit, & quia fidem Christi tenebat, super omnes Britanniæ reges eminuerit, & quatuor linguarum gentes, scilicet Pictos, Scotos, Britones & Anglos sub ditione acceperit. Sed aliter se habet historia Britonum. Refert enim quòd Caduualdo iste rex Britonum Osvualdum regem & præliando superatum fugauerit, & post occisionẽ ipsius Osvualdi diu regnauerit, sicque completis 48. annis, in pace obierit, & à Britonibus in imagine æneа ad mẽsuram corporis illius fusa positus fuerit, & eadem imago super equũ æneum erecta fuerit, atque super portam Londoniarum ad deterrendos Saxones constituta, ecclesia quoque subtus ædificata. I

Aidam. Aidam episcopus, sancti Columbani discipulus, à Scotia veniens apud Anglos clarebat sanctitate & doctrina.

Dagobertus rex Vvascones bello deuincit.

636	24	1	5	6	20	23	

Theodorus Papa. Theodorus Romanæ ecclesiæ 71. præsidet.

Sarraceni capta Damasco, Phœnicem & Ægyptum occupant. K

637	25	2	6	7	21	24	

Ado. Rado. Dado. Florebant in Francia hoc tempore tres fratres, Ado, Rado, Dado, qui & Audoenus dictus est, qui suam erga Deum deuotionem ostenderunt, singuli singula cœnobia fundando, ex quibus Dado fuit referendarius Dagoberti regis. Referendarius autem dicebatur, ad quẽ publicæ conscriptiones referebãtur, vt per eum anulo seu sigillo regis confirmarentur.

Eligius. Hos ad hoc animarat Eligius aurifex, iam dudum in aula regis Lotharij clarus, qui etiam ex dono Dagoberti regis Sollemniacum monasterium construxit, vbi sanctus Remaclus ex Aquitania veniens, se in Christi tyronicio sub eo exercendum dedit. Sanctus verò Dado, qui & Audoenus, intra Brigensem saltum cœnobium

A	Romanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobard.	Anglorum.	Vvisigothor.	Anni domini.

constructit, quod Rasbacis dicitur, in quo sanctum Agillum primum abbatem præfecit.

Sancta Aurea claruit, quam Eligius monasterio virginum à se Parisiis constructo præfecit. *Eligius.*

	26	3	7	8	22	25	638

Sarraceni Hierusalem biennio obsessam capiunt. *Sarraceni Hierosolymã capiunt.*

Sanctus Amandus Tungrensis episcopatu posthabito verbi instat officio, sub hoc sanctus Laudoaldus floruit, qui filium Apri viri illustris Lambertum pòst episcopum & martyrẽ futurum à puero imbuens in viam Dei induxit.

Remaricus abbas & Georicus Metensium episcopus clarent.

	27	4	8	9	23	26	639

B Sarraceni Syriam occupant.

Iudæi in Hispania Christiani efficiuntur. Sisebodus enim Gothorum rex gloriosissimus plurimas in Hispaniis prouincias Romanæ militiæ sibi bellando subiecit, & Iudæos in suo regno ad fidem Christi conuertit. *Sisebodus.*

	28	5	9	10	24	27	660

Sarraceni Antiochiam capiunt.

Dagobertus rex Sigibertum filium suum Austrasiis regem mittit, sub tutela Pipini & Cuniberti episcopi.

Sanctus Arnulfus ex maiore domus Metensium episcopus, & ex episcopo solitarius dormit in Christo. Clodulfus filius eius post Metensis episcopus, sanctitatem patris imitatur.

Doda mater ipsius Clodulfi, Treueris inclusa Christo ancillatur, & Albado Anglorum rege mortuo, Carcombertus filius eius post eum regnauit annis 25. *Carcõbertus.*

C Hic in Anglia primus idola deorum destruxit, & fidem Christi dilatauit, & ieiunium quadragesimale in Anglia legaliter obseruari edixit.

	29	6	10	11	1	28	641

Sarraceni Persis iterũ bello victis fugato rege eorum Hormisca, totam Persidẽ sibi subiugant.

	30	7	11	12	2	29	642

Heraclius Imperator moritur, Constantinus filius eius substituitur, & quarto mense imperij sui à nouerca sua Martiana & Pyrrho patriarcha veneno extinguitur, & Martiana cum filio suo Heraclona Imperium arripuit. *Nouerca.*

Sisebodo Vvisigothorum rege mortuo, Suitilan succedẽs regnauit annis duobus.

Dagobertus Saxonibus contra Vvinidos sibi auxiliantibus, annum quingentarum vaccarum tributum eis indulget.

D	1	8	12	13	3	1	643

Heraclonas abscisо sibi naso, & Martiana mater abscisa sibi lingua exiliantur. Et Constans, qui & Constantinus dicitur, filius Constantini, regnauit annis vigintiquinque. *Constãtinus.*

Osuualdus rex Nordanimbrorum à Peanda Merciorum rege perimitur, cuius filius Osuuij regnat post eum annis 27.

Dagobertus Vvascones subigit.

Iudacail rex Britonum gratiam Dagoberti sibi redimit.

Virgo Christi Reginulfa sanctitate claret in Gallia.

	1	9	13	14	4	2	644

Haumar Ammiras templum sibi Hierusalem ædificat. Et quia nullo modo structura consistere poterat, suggestione Iudæorum crucẽ desuper mõtem Olineti tolli imperat, & sic structura templi stare potuit.

E In Hispaniis Suintilane ob crudelitatem suam à Vvisigothis reprobato, Sisenandus per auxilium Dagoberti sublimatus in regnum, regnat annis 20. *Sisenandus.*

	2	10	14	15	3	1	645

Dagobertus rex Francorum moritur, de quo per visionem cuidam reuelatum est, quòd anima eius ad iudicium rapta sit, & multis sanctis cõtra eam pro expoliatione suarum ecclesiarum reclamantibus, cùm eam iam mali angeli vellent ad pœnas inferni rapere, interuentu sancti martyris Parisiensis Dionysij, cui ipse maximè deuotus fuerat, à pœnis liberata est.

Clodouæus filius Dagoberti, regnauit post eum annis 17. Sigiberto fratre eius iam regnante in Austria: huius Clodouæi maior domus fuit Erchanoaldus. *Clodouæus.*

Anni domini.	Romanorum.	Sarracen.	Francorum.	Longobard.	Anglorum.	Vvisigoth.	
	3	11	1	16	6	2	F

Sanctus Remaclus ordinatur Traiectensis episcopus.

Rodoaldus. Rodoaldus frater Ittæ, & auunculus sanctæ Gertrudis, archiepiscopatum Treuerensem, doctrina sanctitate sua illustrat: & soror quoque eius Seuera abbatissa in vrbe eadē à fratre sanctitate non degenerat.

Rotharith Longobardorum rege mortuo, Rodoaldus filius eius regnat annis quinque.

647	4	12	2	1	7	3	

Pipinus maior domus moritur, Grimoaldus filius eius in aula Sigiberti regis potenter principatur.

Haumar occiditur. Hothmen. Persa quidam simulans se velle adorare Haumar Ammiram Sarracenorum, infixo in ventrem eius gladio peremit eum, cui Hothmen substitutus, annis decem principatur.

648	5	1	3	2	8	4	G

Martinus Romanæ ecclesiæ 72. præsidet.

Sarraceni Africam occupant.

Sigibertus rex Radulpho Turingorum duci bello concurrit.

Fursæus. Sanctus Fursæus in Hybernia claruit, qui peregrinationem pro Christo aggressus, ad Gallias vsq; peruenit, & à Clodouæo rege honorificè susceptus, Latiniacum cœnobium fundauit, quem non multo pòst fratres sui *Foillanus* & Vltanus pari peregrinandi voto secuti, per Gallias claruerunt. ex quibus Foillanus dono Gertrudis virginis Fossense monasterium postea fundauit, vbi etiam martyrio coronatus quiescit.

649	6	2	4	3	9	5	

Eligius Nouiomi, Audoenus qui & Dado Rothomagi, clarent episcopi, & Philibertus de Herio Insula, & Richarius Pontinensis, & Geremarus Flauiacensis abbates, Angadrisma quoque sacra virgo secus Beluacum, Ansegisus etiam filius sancti Arnulphi clarebat, cui Begga soror Grimoaldi, nupserat. H

650	7	3	5	4	10	6	

Itta relicta Pipini, instinctu Amandi se & sua Deo deuouens, monasterium Niualense fundauit, eique filiam suam Gertrudem Deo dignam virginem præfecit.

Aubertus. Aubertus Cameracensis episcopus claret.

651	8	4	6	5	11	7	

Monasteria certatim ædificantur. Rex Sigibertus de posteritate prolis desperans, duodecim monasteria hinc inde construxit Deo. In quibus Stabulaus & Malmudarium eminebant, cooperante sibi in his maiore domus Grimoaldo & Traiectensium Episcopo Remaclo, qui Remaclus nō multo pòst pertæsus secularium tumultuum in ipsa Stabulaus monachicæ vitæ assumpsit habitum.

His diebus multi vtriusque sexus in Galliis claruerunt, qui ad testimonium sanctitatis suæ I *in ædificandis Deo monasteriis operam suam impenderunt. Ex his in nostra vicinia tūc florebat sanctus Landelinus confessor Christi, qui & Morosus ab Auberto Cameracensi Episcopo ex prædone ad Christum retractus, & à beato Papa Martino ad prædicandum ordinatus, fundator cœnobiorū Lobiēsis Aluei, Vvaslaris, atq; Crispiniensis, vbi corpore requiescit cum discipulis suis Adoleno & Domitiano. Gissenus Cellensis, Madelgarius dux, qui & Vincentius Altimontēsis & Sonegensis, eiúsque cōiunx Vvaldetrudis Castrilocēsis, sorórq; Vvaldetrudis Aldegundis Melbodiensis, & Trudo etiam Hispaniēsis in tyronē Christi adolescebat. Præter hos & alij multi de Anglia vel Scotia in Galliis peregrinantes, verbum Dei seminabant, multúmque fructum Deo faciebant, scilicet Etto, Bertuinus, Eloquius.*

Cœnobium Floriacense à Leodebaldo abbate fundatur, & non multo pòst corpus sancti Benedicti abbatis ab Agilulfo Monacho à castro Cassino delatū, illuc transportatur. Corpus verò sororis eius sanctæ Scholasticæ, Cynoniannis transfertur.

Ariperth. Rodoaldo Longobardorum rege perempto, Ariperth regnat annis nouem. K

652	9	5	7	1	12	8	

Monothelitis fauet Const. Constantinus Imperator à Paulo Constantinopolitano deceptus, exposuit typum contra fidem Catholicam, nec vnam nec duas voluntates aut operationes in Christo diffiniens esse confitendas, quasi nihil velle vel operari credēdus sit Christus. Ob hoc Martinus papa cōgregata Romæ 105. Episcoporum synodo, anathematizauit hæreticos Episcopos, Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum quoque præsentis persecutionis incentorem Ecclesiam operta & occulta infestatione vexantem.

Sigibertus rex Hildebertū filiū Grimoaldi maioris domus adoptat in filium & in regnum.

653	10	6	8	2	13	9	

Constantinus

A	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Longobardorum.	Anglorum.	Vvisigothorum.	Anni domini.

Constantinus Imperator missō Exarcho ad Italiam, impugnat Dei Ecclesiam. Iudocus regis Britonum filius spreto regno & mundo peregrinus & heremita in pago Pontiuo requieuit in Christo.

	11	7	9	3	14	10	654

Ignis de cœlo cecidit, & timor magnus super homines venit, pestilentiáque grauissima tribus æstiuis mensibus grassata est, cunctis visibiliter apparēte, bonum & malum Angelum noctu ciuitatem circuire, & quotiēs iussu boni Angeli malus Angelus venabulo quod manu ferre videbatur, ostium cuiusque domus percussisset, tot ex eadem domo sequenti die interibant. *Dæmon pestē immittit.*

Hoc tempore sanctus Foillanus Fossensis martyrizatur.

B	12	8	10	4	15	11	655

Sarraceni capta Rhodo famosum eius Colossum euerterunt, ex cuius ære nongenti cameli onerati sunt. *Colossus decutitur.*

	13	9	11	5	16	12	656

Constantinus Imperator Sarracenis nauali pugna congressus, ignominiosè vincitur. Sigibertus rex Austrasiorum moritur, Dagoberto filio suo admodum paruulo fidei Grimoaldi commendato, vt in regnum eius auxilio promoueatur.

Osuuij rex Nordanimbrorum facto Deo cœli voto, Peandæ Merciorum regi concurrit cum exercitu non multo, & inter nimiam Merciorum stragem ipsum regem Peandem perimit, gentémque Merciorum ad Christum cōuerti fecit, Pictósque regno Anglorū subdidit.

	14	10	12	6	17	13	657

C Olympius Exarchus ad regendam Italiam ab Imperatore Constantino missus, & Martinum Papam occidere iussus, cùm aliter non posset, tractauit vt inter missarum solennia cùm sibi ipse Papa sanctam communionem porrigeret, illum spatarius suus perimeret: sed spatarius hora sanctæ communionis Papam nullo modo videre potuit. Exarchus verò paulo pòst in Sicilia à Sarracenis turpiter victus, turpius periit.

Grimoaldus maior domus, Domino suo Dagoberto Sigiberti filio attonso per Didonem Pictauensem Episcopum in Scotiam directo, Hildebertum filium suum facit Austrasiorum regem.

Hothmen Ammira Sarracenorum perempto, Muhamas ex Ammireo Ammiras factus principatur annis 25. *Muhamas.*

	15	1	13	7	18	14	658

Franci dolentes super infidelitate Grimoaldi contra filium Sigiberti, captum eum præsentāt Parisiis iudicio Clodouæi, quem Clodouæus vinculatum amara in carcere fecit morD te consumi, filiúmque suum iuniorem Hildericum regem fecit Austrasiorum.

Obiit Itta mater sanctæ Gertrudis.

Theodardo Episcopo martyrizato, sanctus Lambertus filius Apri comitis Episcopatum Traiectensem illustrat gloria nobilitatis & gratia sanctitatis.

Atrebatis dū corpus sancti Vedasti transfertur ab Auberto Episcopo, præsentibus Lamberto Tumgrensi, & Audomaro Teruanensi, aliisque sanctis Episcopis & abbatibus, Audomarus qui præsenio cæcus erat, dum precibus præsentium Episcoporum & meritis sancti Vedasti illuminatus esset, ægrè ferens se liberatum esse à cæcitate quam pro salute sua sibi à Deo immissam esse gaudebat, rursus ad votum suum excæcatus est. *Cæcus Audomarus illuminari non vult.*

	16	2	14	8	19	15	659

Martino Papa pro confessione fidei iussu Constātini exiliato, ibíque defuncto, Eugenius 73. Romanæ Ecclesiæ præsidet. *Eugenius p.*

E Constantinus Sclauiam sibi subiicit.

	17	3	15	9	20	16	660

Muhamas Sarracenorum Ammiras cum Constantino Imperatore firmat pactum, vt Saraceni Romanis soluant tributum, scilicet per singulos dies numismata mille & seruum & equum. *Sarraceni Romanorum tributarij.*

Clodouæus rex corpus sancti Dionysij Parisiensis discooperiens, minus religiosè, licet cupidè, os brachii eius fregit, & rapuit, móxque in amentiam perpetuam incidit. *Reliquiarum violator Clodouæus luit.*

Ariperth Longobardorum rege defuncto, Godebertus & Bertarith filij eius annū agunt, non tam in regno componendo quàm de regno contendendo.

	18	4	16	1	21	17	661

Anni domini.	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Longobardorum.	Anglorum.	Vuisigothorum.	
Vitalianus P.							F

Vitalianus 74. Romanæ Ecclesiæ præsidet.

Obiit sanctus Amandus Elnonensis.

Constantinus Imperator Theodosium fratrem suum occidit.

Grimoaldus dux Taurinacium Godebertum filium Ariperth regis Longobardorum dolo perimit, & eius regnum arripit, sororémq; Godeberti vxorem ducit, regnauítque nouem annis.

Niuardus. Bertha. Sanctus Niuardus Remensis Archiepiscopus, & Reolus successor eius, Bercharius quoque martyr, qui fuit abbas primus Autiuillarensium: Sancta etiam Bertha martyr & abbatissa sanctitate clarent *in Gallia.*

662	19	5	17	2	22	18	

Constantinus Imperator Italiam petit, multásque Longobardorum vrbes capit. Beneuentum obsidet, ibíque Grimoaldus rex exercitum eius grauiter atterit. G

Clodouæus rex Francorũ obiit, & Lotharius filius eius succedit, & quatuor annis regnat. *Huius* maior domus post Erchanoaldum fuit Ebroinus.

Abhinc Francorum regibus à solita fortitudine & scientia degenerantibus, regni potẽtia disponebatur per maiores domus, regibus solo nomine regnantibus, quibus moris erat principari quidem secundum genus, & nil agere vel disponere quàm irrationabiliter edere & bibere, domíq; morari, & Kalendis Maij præsidere coram tota gente, & salutare, & salutari, obsequia & dona accipere, & rependere, & sic secum vsque ad alium Maium permanere.

Baltildis regina mater Lotharij Corbeiæ & Calæ monasteria Deo construxit.

663	20	6	1	3	23	19	

Constantinus Imperator imperium in vrbem Romam transferre nititur, sed à Constantinopolitanis ei resistitur.

664	21	7	2	4	24	20	H

Constantinus Imperator Romam venit, de qua omnibus penè quæ ad ornatũ vrbis erant ablatis, ad Siciliam vadit.

In Anglia inter Anglos & Scotos magna de obseruatione Paschę fit disceptatio, mediãte Osuuij rege glorioso, qui etiam assensit Anglis Pascha celebrantibus more Romano.

Obiit sancta Gertrudis Niuellensis.

Chiutilan. Sisenando Vuisigothorum rege mortuo, regnat Chiutilan annis sedecim.

665	22	8	3	5	25	1	

Obiit sanctus Eligius Nouiomensis Episcopus.

Egbertus. Carconbertus rex Anglorum obiit, & filius eius Egbertus regnat post eum annis octo.

666	23	9	4	6	1	2	

Lotharius rex Frãcorum moritur, & Theodericus frater eius ab Ebroino maiore domus in regnum sublimatur. I

667	24	10	1	7	2	3	

Theodericus. Hildericus. Theodericus rex propter insolentiam Ebroini à Francis repudiatur, & frater eius Hildericus qui in Austria regnabat, à cunctis ad regnandum euocatur. Porrò Theodericus & Ebroinus tonsurantur, & Theodericus Parisiis in cœnobio sancti Dionysii Ebroinus in Luxouio relegantur. Hilderici maior domus erat Vvlfradus. Hic in Parochia Vvirdunensi super Mosam cœnobium sancti Michaelis archangeli fundauit.

668	25	11	1	8	3	4	

Theodorus Archiepiscopus & Adrianus abbas à Vitaliano Papa in Angliã diriguntur.

669	26	12	2	9	4	5	

constãtinus. Constantinus Imperator, qui & Constans, omnibus suis exosus, Syracusis à suis in balneo est occisus. K

Constantis filius Constantinus post patrem imperat annis 17.

Mirius quidam in Sicilia tyrannidem meditatus mox extinguitur.

670	1	13	3	10	5	6	

Adeodatus p. Adeodatus 75. Romanæ ecclesiæ præsidet.

Osuui Nordanimbrorum rege defuncto, Egfridus filius eius regnat annis 15.

Medicorum perfidia. Grimoaldus rex Longobardorum cùm nono die post phlebotomiam accepto arcu colũbam percutere nisus esset, vena brachij eius dirupta est, & supra ponẽtibus ei medicis venenata medicamina, defunctus est. Apertharith filius Ariperth regis diuinitus à peregrinatione reuocatus, & à Longobardis in regno relocatus, regnat annis decem & septem.

Hoc

A	Romanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobardorum.	Anglorum.	Vvisigothorum.	Anni domini.

Hoc tempore claruit sanctus Præiectus Auernensis ciuis & Episcopus, qui etiam martyrizatus est ab ipsius vrbis primoribus in vltionem Hectoris Massilienſium patritij ab Hilderico Francorum rege perempti, propter iniustitias Auernensi Ecclesiæ ab eo illatas.

Maxelendis ab amatore martyr. In territorio Cameracensi virgo Dei Maxelendis pro voto virginitatis Harduinum amatorem suum fugiens, ab eo martyrizatur, qui mox excæcatus, post triennium ab ea illuminatur.

	2	14	4	1	6	7	671

Resurgens mira narrat. Constantinus Imperator fratres suos habens suspectos, ne conregnarent, nasos eorum abscidit.

Hoc tempore quidam in Britannia à morte resurgẽs multa quæ vidit de locis pœnarum & purgatorij ignis loco enarrauit.

B								
	3	15	5	2	7	8	672	

Sarraceni Siciliam inuadunt, & omnibus direptis Alexandriam redeunt. Amatus Episcopus Senonensis à rege Theoderico graui & irreuocabili diu exilio tribulatur.

	4	16	6	3	8	9	673

Lothere. tris stupenda. Egberth rex Anglorum obiit, cui Lothere frater eius succedens regnauit annis 12.

Iris apparuit in cœlo mense Martio, & tremuit omnis caro, ita vt omnes dicerent, quòd consummatio esset.

	5	17	7	4	1	10	674

Theodorus in Anglia synodo habita constituit multa Ecclesiæ vtilia. Hic Theodorus scripsit pœnitentialem librum mirabili & cauta discretione, distinguens modum singularum culparum.

C								
	6	18	8	5	2	11	675	

Stolus Sarracenorum contra Constantinopolim applicuit, qui dum per aliquot annos Christianis inaniter concurrissent, in redeundo ex multa parte dimersi interierunt.

Caduuallone Britonum rege mortuo, successit Cadualadrus, qui cum 12. annis regnasset, infirmatus est, & regibus Anglorum resistere non sufficiens, secessit in minorem Britãniam. Sed & cæteri Britones inter se discordantes, cum etiam mortalitas eorum gentem consumeret, necessitate compulsi, in diuersas terrarum partes migrauerunt.

	7	19	9	6	3	12	676

Leodegarius. Pluuiæ grauiss. Sarracenis & Arabibus cum Romanorum exercitu congressis occidũtur Sarracenorum 30. millia. Hildericus rex leuitate morum suorum accendit in se odia Francorum.

Sanctus Leodegarius Augustidunensis Episcopus, ab eo in Luxouio retruditur.

In Italia tantæ pluuiæ & tonitrua fuerũt, quales nulla ætas hominum memorat, vt etiam D homines & peculia fulgure interirent. Et nisi per letanias quas quotidiè faciebãt, Dominus esset propitiatus, non potuissent homines triturare, vel in horreis frumenta retundere, intantum vt ex ipsis pluuiis denuo legumina renascerentur, & ad maturitatem deuenirent.

	8	20	10	7	4	13	677

Donus Papa. Donus Romanæ ecclesiæ 76. præsidet.

Ab Augusto per tres menses stella radiis cœlos penetrans, à parte orientis à Galli cantu vsque in mane apparebat, & maxima mortalitas à parte orientis subsequuta est.

	9	21	11	8	5	14	678

Balinicus Architectus ab Heliopoli Syriæ ad Romanos confugit, ignémque marinum adinuenit, quo vsi Romani naues Sarracenorum exusserunt, & vnà cum animabus prorsus incenderunt, & ita victoria potiti sunt.

E								
	10	22	12	9	6	15	679	

Agatho Papa. Sarraceni Ro. tributarij. Agatho Romanæ Ecclesiæ 77. præsidet.

Inter Romanos & Sarracenos in 30. annos pax est confirmata, vt Sarraceni Romanis auri libras tria millia, & viros captiuos quinquaginta, & equos nobiles quinquaginta annuatim soluerent.

Bodilo Francus, quem Hildericus ligatum ad stipitem cædi præceperat, Hildericum in venatione exceptum cum Blitilde vxore eius prægnante interficit, & Theodericus regno restituitur.

Leudesius filius Erchonoaldi consilio Leodegari Episcopi à Luxouio reuocati, aliorúmque principum maior domus constituitur.

Anni domini.	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Longobardorum.	Anglorum.	Vvisigothorum.
	11	23	1	10	7	16

680 Ebroinus à Luxouio egressus vires resumit, in sidiatores suos perimit, super Theodericum regem irruit: thesauros eus, & Ecclesiæ diripit, Leudesium maiorem domus perimit. Clodouæum quendam fingens esse filium Lotharij regis, regem sibi facit, ad eius sacramẽtum, quos potest pœnis, minis & blandimentis impellit. *Theodericus.*

Agatho Papa suscepit diuinam iussionem principum, vt suggessit, per quam releuata est quantitas, quæ erat solita dari pro ordinatione pontificis facienda, sic tamen vt si contigerit post eius transitũ electionem fieri, non debeat ordinari qui electus fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in regiam vrbem, secundum antiquam consuetudinem, vt cũ eorum scientia & iussione debeat ordinatio prouenire.

Chintilano rege defuncto Tolgan filius eius adhuc puer in regno Vvisigothorum succedens, regnauit annis 4. *Tolgan.* G

Gens Bulgarorum, quæ & ipsa à Scythia egrediens passim debacchabatur, per Thraciam Bathaia duce grassatur, quibus Constantini Imperatoris occurrens exercitus ab eis turpiter fugatus grauiter est attritus, & adeò per Romanam rempublicam eorum inualuit excursus, vt imperator facta pace annua pacta eis præbere sit coactus. *Bathaiæ.*

Abhinc igitur regnum Bulgarorum annotandum est, quorum rex Bathaias erat.

Regnum Bulgarorum.

12	24	2	11	8	1	1

681 SExta synodus vniuersalis Constantinopoli congregatur, in qua Georgius Constantinopolitanus Episcopus ab errore Monothelitarum reuocatur. *Synodus VI.*

Macarius verò Antiochenus & cuncti duas voluntates & operationes in vna Christi persona negantes, anathematizantur. H

In hac synodo fuerunt Episcopi 289.

13	25	3	12	9	2	2

682 Sanctus Leodegarius Augustodunensis Episcopus ab Ebroino capitur, & cum fratre suo Gerino grauiter affligitur: Gerinus non multo pòst lapidibus obruitur. *Leodegarius.*

In Italia tribus æstatis mensibus grauissima hominum mortalitas facta est.

Muhamas Sarracenorum Ammiras moritur, post quem Birith filius eius tribus annis principatur. *Birith.*

14	1	4	13	10	3	3

683 In Anglia claret Ediltrudis regina, quæ tribus nupta viris virgo permansit, cuius mortuæ corpus post vndecim sepulturæ suæ annos incorruptum inuentum est. *Ediltrudis nupta tribus virgo manet.*

15	2	5	14	11	4	4

684 Leo iunior 78. Romanæ Ecclesiæ præsidet. *Leo Papa.* I

Rauenna Ecclesia censura Imperatoris sub ordinatione sedis Apostolicæ restituta est, scilicet vt qui in ea electus fuerit Episcopus, in vrbem Romanam veniat ordinandus.

Egfridus rex innoxiam Hyberniæ gentem grauiter depopulatur.

Tolgane à Vvisigothis propter pueritiæ leuitatem reprobato, & in clericum tonsorato Thintasindus regnat post eum annis 20. *Thintasindus.*

16	3	6	15	12	1	5

685 Benedictus Romanæ Ecclesiæ 79. præsidet. *Benedictus p.*

Girith mortuo, Marhuam principatur Sarracenis anno vno.

Theodericus rex Ebroinum in gratiam recipit, eiúsque consilio synodum Episcoporum cogit, & in hac multos eorum ex sententia Ebroini Episcopatu priuat, aliquos etiam eorum irreuocabili exilio damnat, sub tam procelloso domesticæ persecutionis tumultu.

Lambertus. Sanctus etiam Lambertus à Traiectẽsi amotus Episcopatu in cœnobio Stabulaus Monachicę quietis expetit portum, ibíque per septem annos habitauit secum. K

Leodegarij martyrium. Sanctus Leodegarius diu ab Ebroino tormentatus, post famem & carceris squalorem, post oculorum euulsionem, post plantarum concisionem, post linguæ & labiorum excisionem, tandem cõsummauit martyrium per capitis absciſionem.

Ansegisus pater Pippini à Gunduino perimitur, quem inuẽtũ & nutritum de sacro fonte susceperat, & ad maximos militiæ honores prouexerat.

Lothere rex Anglorum moritur, & Egfridus rex Nordanimbrorum à Pictis perimitur.

Picti, Scoti, & Britones, Anglos nimis perimunt, & libertate quã olim per Anglos perdiderant recepta, multam Angliæ partem inuadunt.

Post Lothere, regnauit Edriach annis duobus.

Egfrido

Anni domini.	Romanor.	Sarracenor.	Francorum.	Longobardor.	Anglorum.	Vvisigothorum.	Bulgarorum.
	17	1	7	16	1	2	6

Egfrido verò succedens frater eius Alfridus, regnauit annis 19. *Alfridus.*

Sanctus Amatus à Theoderico rege consilio Ebroini exiliatur.

Sanctus Quilianus Scotus Vvitiburgensis Episcopus claret.

686 Ioannes Romanæ Ecclesiæ 80. præsidet. *Ioãnes papa. Iustinianus. Habdalan.*

Begga relicta Ansegisi se & sua Deo mancipat, & monasterium Andennense fundat.

Constantino Imperatore mortuo, Iustinianus filius eius imperat annis 10.

Sarracenis principatur Habdalan anno vno.

1	1	8	17	2	3	7

687 Conon Romanæ Ecclesiæ 81. præsidet. *Conon Papa.*

Sanctus Cuthbertus Anglorum Episcopus obiit. B

Habdimelech Ammiras principatur Sarracenis annis 22. *Habdimelech*

Inter Iustinianum & Habdimelech pax conuenit, vt soluant Sarraceni Romanis mille numismata, & seruum & equum singulis diebus.

Vulfrado maiore domus mortuo Pippinus filius Ansegisi principatur in Austria cum duce Martino, quibus congressus Ebroinus victoria potitur, Martinus fugiens, ab Ebroino perimitur.

Pertharith Longobardorum rege mortuo, Cuniperth filius eius regnat annis 12. *cuniperth. Sergius Papa.*

Edrich Anglorum rege mortuo externi reges gentium regnum Angliæ diſperdunt & discindunt annis 4.

2	1	9	1	1	4	8

688 Sergius Romanæ Ecclesiæ 82. præsidet. Hic in sacrario sancti Petri portionem magnam Dominicæ crucis inuenit. Consequentia missam celebrãdi iam ad integrum composita ab C Apostolis & Apostolicis viris. Epistolas quippè & Euangelia recitabat Ecclesia ex antiquorũ traditione, quæ digesta sunt in libro qui appellatur Comes, quem ad Constantinum Hieronymus scripsisse dicitur. *Missæ adiectiones.*

Alexander autem sextus Papa, qui instituit aquam benedici & aspergi, qui & instituit oleum singulis annis benedici ab Episcopo, & vetus propter nouitatem sacramenti incendi, hic inseruit memoriam Dominicæ passionis ad consecrationem Eucharistiæ. Et sicut de latere crũcifixi Christi I E S V effluxit sanguis & aqua, ita aquam vino misceri in ipsa consecratione instituit, nec vinum sine aqua, nec aquam sine vino offerri debere decernens. *Aquæ benedicta instituitur.*

Sixtus primus, Papa 7. hymnum Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus sabbaoth: Thelesphorus octauus Papa, qui quadragesimæ ieiunium septem hebdomadibus ante Pascha instituit, hymnum Angelicum, Gloria in excelsis addidit. *Quadragesimæ instituitur.*

Damasus 15. Papa, Credo in vnum Deum, solennibus diebus cantari instituit, ex decreto D sanctæ secundæ vniuersalis synodi à centum quinquaginta episcopis Constantinopoli celebratæ.

Celestinus 41. Papa, introitus, gradalia, offertoria & communiones, ex Psalmis modulari antiphonatim instituit.

Gelasius 47. Papa, collectas & præfationes composuit.

Gregorius 42. Papa, Kyrie eleison, & Alleluya extra quinquagesimam, & orationem Dominicam, per quam solam Apostoli consecrabant, post canonem consecrationis addidit.

Ad hæc omnia hic Sergius hoc vltimum addidit, vt inter communicandum Agnus Dei à clero cantetur. Constituit etiam vt in annunciatione Domini, in festiuitate, quæ dicitur hypapanthi Domini, in natiuitate, & assumptione sanctæ Mariæ, exeant litaniæ. Hic corpus primi Leonis Papæ diuina reuelatione transposuit. *purificationis dies festus.*

Innocentia & meritum sancti Leodegarij multis miraculis declarantur.

E Imperator pacem cum Sarracenis factam soluens, mala eis intulit, & peiora ab eis pertulit.

Ebroinum maiorem domus Neustriæ Francos insolenter opprimentem Ermenfridus peremit, & ad Pippinum confugit.

Vvaratho pro Ebroino maior domus statuitur.

3	2	10	2	2	5	9

689 Iustinianus pacem cum Bulgaris pactam soluit, eísque concurrens primò vicit, pòst ab eis exceptus vix euasit.

Cadualadrus rex Britonum diuiso instinctu & suorum consilio reuocatus ab eo proposito, quo Angliam repetere disponebat, Romam adiit, ibíque non multo pòst vitam finiuit, *Cadualadrus*

Anni domini.	Romanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobardorum.	Anglorum.	Vvisigothorum.	Bulgaror.	

cuius successores postmodum regibus Anglorum multis annis multa prælia intulerunt, sed tamen Monarchiam Angliæ recuperare sibi non potuerunt. F

Inter Pipinum & Gissemarum filium Vvarathonis apud Nauinucum castrũ pugna committitur. Nec multo pòst Gissemaro diuinitùs punito, Vvarathone quoquemortuo, Bertharius gener Vvarathonis fit maior domus regię.

690	4	3	11	3	3	6	10

Franci Berthario auersi affectant per obsides amicitiam Pipini, eúmque instigant contra principatum Bertharij.

Audoenus. *Amatus.* Sanctus Audoenus Rothomagensis Episcopus, sanctus Amatus Theodorus Archiepiscopus Anglorum obierunt.

691	5	4	12	4	4	7	11

Theodericus rex cum Berthario & Pipino congressus vincitur, Bertharius à suis perimitur. Theodericus rex à Pipino capitur. G

Neustriam Pipinus subiugat. Pipinus sibi Neustriam subiugat, & sub Theoderico solus toti regno principando statum rerum meliorat. Sanctum quoque Lambertum in Traiectensi præsulatu relocat.

Vvicred. Vvicred filius Egberti regis religione & industria confortatus gẽtem Anglorum ab oppressione exterorum liberat, & 36. annis regnat.

Sanctus Remaclus obiit.

692	6	5	13	5	1	8	12

Alahis dux fatigato Cuniperth regnum Longobardorum arripit, cui Cuniperth bello congressus eum perimit, regnúmque recipit.

Vvilebrodus cum sociis 12. veniens ab Anglia, sanctitate claret in Gallia.

Fiscanum & Fontinella monast. fundantur. Sanctus Vvandregisillus, qui & Vvando Ansegisi maioris domus ex Vvalchiso fratre nepos hoc tempore claruit, qui cœnobia Fiscannum & Fontinellam Deo construxit. H

693	7	6	14	6	2	9	13

Theodericus rex Francorum obiit.

Clodouæus. Clodouæus filius eius regnat post eum annis 4.

Sarraceni Romanos grauissimo bello atterunt.

Eualdus albus & Eualdus niger presbyteri venientes ab Anglia martyrizantur in Gallia, & iussu Pipini sepeliuntur in Agrippinensi Colonia.

694	8	7	1	7	3	10	14

Pipinus Radbodum ducem Frisonum bello vicit, & Vvilebrodum genti illi ad prædicandum dirigit.

Quilliani Vvitiburgensis Episcopi discipulus, Arnual Adananus abbas, Adelinus & Vvilfridus Episcopi, clarent in Gallia. I

695	9	8	2	8	4	11	15

Iustinianus Imperator sanctam sextam synodum infirmare nititur, & Sergium Papam in hoc sibi resistentem, ecclesia deturbare frustra molitur.

Solis Eclipsis. Defectio solis facta est hora diei tertia, ita vt quędam stellæ clarè paterent.

696	10	9	3	9	5	12	16

Leo. Leo Patritius Iustinianum regno priuat, eúmque naso & lingua truncatum exilio relegat.

Beda claret. Beda venerabilis presbyter & monachus clarens in Anglia, tricesimum ætatis annum agit, & reliquum tempus vitæ legendo, tractando & exponendo sanctam scripturam vtiliter exigit.

697	1	10	4	10	6	13	17

Mortuo Clodouæo, Hildebertus frater eius regnat post eum annis 18. K

Vvilebrodus à Sergio Papa Clemens agnominatus, & ad prædicandum genti Frisonum Episcopus consecratus, ex dono Pipini principis sedem Episcopalem statuit in loco Vvltabuch dicto, qui nunc Vvltraiectum dicitur, à nomine gentis Vvltarum & traiecto compositum, quasi Vvltarum oppidum. Nam traiectum lingua Gallica oppidum dicitur.

Dæmoniaci percussores martyrum. Apud Vvirzibuch castrum Ostrofranciæ sanctus Quillianus cum discipulis suis Dolomanno & Tholmanno clàm martyrizatur à Geilana vxore Gothberti principis Vvirziburgensium, quæ timebat separari à viro suo, arguente eum Quilliano quòd eam vxorem haberet, quorum mors cùm diu omnes lateret, Geillana & percussoribus martyrum à dæmonio arreptis, eorum confessione diuulgata est.

Sanctus

A	Romanor.	Sarracenor.	Francorum.	Longobardor.	Anglorum.	Vvisigothorum.	Bulgar.	Anni domini.	
	2	11	1	11	7	14	18	698	*Hildulphus.*

Sanctus Vrsinarius per interuentum Hildulphi principis Lobiense cœnobium à Pipino principe ad regendum susceptt.

Synodus Aquileg. Synodus Aquileiæ facta, quintam vniuersalem synodum à Iustiniano Imperatore & Vigilio Papa Constantinopoli celebratam suscipere diffidit, quam Sergius Papa salubriter redarguit, & ad concordiam reducit.

Sanctus Lambertus Pipinum principem increpare ausus, quòd pellicem Alpiadem Plectrudi legitimè vxori suæ superduxerit, à Dodone fratre ipsius Alpiadis Leodij martyrizatur & Traiecti tumulatur, eíque sanctus Hucbertus Episcopus subrogatur.

Sancta Berga mater Pipini ad Dominum transit.

Absimarus. Absimarus, qui & Tyberius, Leone ab imperio pulso, eíque naso abscisso & in custodia re-
B truso, imperat annis septem.

	1	12	2	12	8	15	19	699	

Drogo filius Pipini dux Campanienstum moritur.

Grimoaldus frater eius à Patre Pipino in aula Hildeberti regis maior domus statuitur, eíque filia Rhatodi Frisonum ducis in vxorem despondetur.

Mortuo Cuniperth Longobardorum rege, Linthperth filius eius puer in regnum succedit, Ansprandum habens tutorem.

Lamberti percussor vermibus cõsumitur. Dodo interfector sancti Lamberti pessimo languore cruciatur, à vermibus consumitur, & ob intolerantiam fœtoris in Mosam fluuium dimergitur, omnésque huius culpæ complices infra annum diuinitus puniuntur. Percussor verò sancti martyris fratri suo congressus, alter ab altero perimitur.

	2	13	3	1	9	16	20	700	

C Romani peruagantes Syriam perimunt ducenta millia Sarracenorum.

Linthperth. Regunbertus. Regunbertus dux Taurinensium Ansprandum tutorem regis Linthperthi bello superat, & anno vno regnat.

Therbellis. Therbellis Bulgaribus dominatur.

	3	14	4	1	10	17	1	701	*Ariperth.*

Mortuo Regunberto, Ariperth filius eius Ansprando in congressu victo Linthperthum regem capit & perimit. Ansprandum in Baioariam fugere compellit, filiúmque eius iuniorem Linthprandum ad patrem fugere permittit, & annis nouem regnat.

Chintasindus Flauius Chinthasindus senio confectus regnum Vvisigothorum dimittit, regnátq; post eum filius eius Flauius Recinsundus.

	4	15	5	1	11	1	2	702	*Ioãnes Papa.*

D Ioannes Romanæ Ecclesiæ 83. præsidet.

Iustinianus de exilio fugiens, ad Caianum regem Auarorum se contulit.

	5	16	6	2	12	2	3	703	

Sanctus Benedictus abbas Anglorum obiit.

Caianus pecunia correptus à Leone Imperatore, cùm vellet Iustinianum ei prodere, Iustinianus ab eo ad Therbellem regem Bulgarorum fugit.

	6	17	7	3	13	3	4	704	

Ioannes Romanæ Ecclesiæ 84. præsidet.

Alfrido Nordanimbrorum rege mortuo, Osredus regnat annis 12.

	7	18	8	4	14	4	5	705	

Iustinianus auxilio Therbellis Bulgarorum regis imperium recipit, Leonémque & Ty-
E berium vsurpatores imperij in medio circi iugulat. Callinicum Patriarcham excæcatũ exiliat, & in aduersarios tantam vltionem exercet, vt quotiens à naso sibi absciso defluentem reumatis guttam detergeret, penè totiens aliquem ex his, qui contra eum conspirauerant, iugulari præciperet. Imperauit ergo secundò annis 7.

	1	19	9	5	15	5	6	706	*Sisinnius papa.*

Sisinnius Romanæ Ecclesiæ 85. præsidet.

Sclaui Italiam infestant.

Constantinus papa. Constantinus Romanæ Ecclesiæ 86. præsidet.

	2	20	10	6	16	6	7	707	

Choreth & Opha reges Anglorum Romam veniunt, ibíque in Monachis attonsi regi regum militauerunt.

Anni domini.	Romanorum.	Sarracenor.	Francorum.	Longobardor.	Anglorum.	Vvisigothorum.	Bulgaror.	
	3	21	11	7	17	7	8	F
708	Iustinianus Imperator pacem cum Bulgaribus factam soluit, eisque cõgressus vix euasit.							
	4	22	12	8	18	8	9	
709	Picti & Scoti Catholicum Paschalis obseruantiæ ritum suscipiunt. Habdimelech Ammiras Sarracenorũ moritur, post quem Vlid annis septẽ principatur. Childeberto Monarchiam regni Francorum tenente Archangelus Michael apparens Autberto Abricatensi Episcopo, monuit semel & iterum vt in loco maris qui propter eminentiã sui tumba vocatur, fundaret Ecclesiam in memoriam sui, volentis talẽ venerationem exhiberi sibi in pelago, qualis exhibetur sibi in monte Gargano. Interim taurus à Leone furtim raptus, *in illo* loco religatur. Vnde Episcopus tertiò admonitus vt illo in loco fundamẽtum iaceret, vbi taurum religatũ inueniret, & sicut eum terram pedibus protriuisse videret, sic Ecclesiæ ambitum duceret. Ecclesiã in honore sancti Michaelis constituit, & ex illo tempore sicut in monte Gargano, ita etiam illo in loco quod modò dicitur in periculo maris, veneratio Archangeli frequentari cœpit. Adrianus abbas Anglorum obiit.							G
	5	1	13	9	19	9	10	
710	Iustinianus Imperator fidem orthodoxam amplexus, Constantinum Papam ad se Constantinopoli inuitat, eúmque venientem & redeuntem gloria Apostolico digna honorat. Sanctus Hubertus cœlitus admonitus corpus sancti Lamberti à Traiecto Leodium cum magna miraculorum gloria refert, sedémque Episcopalem in eandem vrbem transfert. Ansprandus cum Baioariis Italiam repetit, cum Ariperth conflligit, eóque fugiente & in fluuium demerso regnum Longobardorum recipit.							
	6	2	14	1	20	10	11	H
711	Ansprando post tres menses mortuo Linthprandus filius eius regnat annis 32. Sancta Oda vxor Boggis ducis Aquitanorũ, sanctitate claret in Gallia, quæ Ecclesias Dei sua ditauit munificentia, & moriens in Leodicensi quicuit parochia.							
	7	3	15	2	21	11	12	
712	Philippicus, qui & Bardanius Iustinianum Imperatorem iugulat, & post eum annis duobus regnat. Constantinus Papa, populúsque Romanus, nomen, litteras & figuram Philippici hæretici Imperatoris suscipere respuit.							
	1	4	16	3	22	12	13	
713	Grimoaldus maior domus Leodij ante altare sancti Lamberti orans à Ranigario satellite Ratbodi ducis Frisonum perimitur, & Theodoaldus filius Drogonis ab auo suo Pipino, maior domus statuitur. Sanctus Vrsinarus Episcopus & abbas Lobiensis cœnobij obiit, eique sanctus Erminus succedit.							I
	2	5	17	4	23	13	14	
714	Gregorius Romanæ Ecclesiæ 87. præsidet. Hic constituit vt tẽpore quadragesimę, quintaferia, ieiunium & celebritas missarum fieret in Ecclesia, quod non fiebat antea. Arthemius, qui & Anastasius, Philippicum priuans imperio & oculis, imperat annis duobus. Petronax ciuis Brixianus diuino instinctu & Gregorij Papæ animatus hortatu, cœnobiũ sancti Benedicti apud Castrum Casinum nobiliter seruiendum Deo aggregat, expletis plus centum decem annis, ex quo à Longobardis desolatum fuerat. Pipinus Princeps obiit, & filium suum ex Alpiade Carolum, Tutidem siue Martellum cognomento, principatus sui hæredem reliquit,							K
	1	6	18	5	24	14	15	
715	Plectrudis relicta Pipini, Carolum priuignum suum captum in Colonia mancipat, & cum nepote suo Theodealdo maiore domus principatum regni vsurpat. Mortuo Hildeberto Francorum rege, Clodouæus filius eius regnat annis 4. Franci contra Theodoaldum damnoso bello vtrinque cõfligunt, eóque victo Raginfredum maiorem domus Chilpericum regem statuunt. Carolus de custodia nouercæ diuino nutu eripitur, móxq; principatum suum de manu Raginfredi extorquere nititur, primóque Ratbodum ducem Frisonũ Raginfredo solatiantem aggressus, multum exercitus damnum consequitur.							

Vlid.

Montis tũba dedicatio.

Linthprãdus.

Odda.

Philippicus.

Gregorius Papa.

Anastasius.

C. Martellus.

Clodouæus.

Sanctus

	Romanor.	Sarracen.	Francor.	Longobardor.	Anglor.	Vvisigothor.	Bulgarorum.	Anni domini.
A	Sanctus Egidius veniens à Græcia sanctitate claret in Prouincia.							
	2	7	1	6	25	15	16	716
	Theodosius Anastasium de Imperio deponens, eúmque presbyterum ordinans, imperat anno vno, qui cùm fuisset iners & idiota, & publicorum negotiorum exactor, vi compulsus est ab exercitu imperium assumere. Vlid Ammiras moritur, post quem Zuleymen annis tribus Sarracenis principatur. Osted Nordanimbrorum rege mortuo Conred regnat annis tribus. Egbert veniens ab Hibernia, sanctitate & doctrina claret in Gallia. Sanctus Germanus à Cirico transfertur ad episcopatum Constantinopolitanum.							
	1	1	2	7	26	16	17	717
B	Theodosius Imperium deponit, post quem Leo 24. annis imperauit. Gregorius Papa Bonifacium à Britannia venientem ipsum consecrat, & per ipsum in Germania verbum Dei prædicat. Romæ inundatio aquarum nimia, nimis calamitosa facta est, sed Gregorio Papa crebris letaniis Deum deprecante, post nouem dies repressa est.							
	1	2	3	8	27	17	18	718
C	Zuleymen Ammiras cum Ammiræis suis & stolo nauium penè trium millium Constantinopolim triennio obsidet. Bulgares Sarracenorum 32. millia perimunt. Carolus in pago Cameracensi apud Vinciacum dominico ante pascha, quod erat tertio Calendis Aprilis, Chilperico & Raginfredo congreditur: Raginfredus victus in fugã conuertitur, Carolus eos vsque Parisios persequitur. Ratholdus dux Frisonum prædicatione Vvlfranni episcopi ad hoc adductus, vt baptizari deberet, cùm vnum pedem in lauacro intrauisset, alterum pedem retrahens, interrogauit, vbínam plures suorum maiorum essent, in inferno, an in Paradiso: & audiens plures esse in inferno, intinctum pedem extrahens, Satius est (inquit) vt plures quàm pauciores sequar. Et ita ludificatus à dæmone promittente, quòd ei tertia die abhinc incomparabilia ei bona daret, ipsa tertia die subita & æterna morte periit.							
	2	3	4	9	28	18	19	719
	Zuleymen Ammiras moritur, post quem Haumar principatur Sarracenis annis duobus. Constantinopolitani instantia orandi & constantia præliandi fortiter resistunt Sarracenis. Sarraceni fame, frigore, bello, pestilentia, sine numero pereunt. Mortuo Clodouæo, Lotharius regnat annis duobus. Post Cõred regnat Nordanimbris Osrith annis vndecim.							
D	Constantinus filius Leonis Imperatoris dum baptizatur à patriarcha Germano, cacans in sancto lauacro, magnum dat præsagium, quòd futurus esset ecclesiæ Dei in scandalum.							
	3	1	1	10	29	19	20	720
E	Sarraceni obsidione Constantinopolis confusi desistunt, ipsis cùm nauibus suis partim marino igne consumptis, partim demersis, partim igneæ grandinis tempestate vastatis, & ex tanta copia nauium vix quinque residuis, potentia Dei cunctis innotuit populis. Infra ciuitatem verò trecenta hominum millia perierunt pestilentia. Haumar Christianos persequens, multos eorum Christi martyres fecit. Chilpericus & Raginfredus Eudonem ducem Aquitaniæ auxilio sibi adsciscunt. Qui in congressu à Carolo victi, vix fuga euadunt. Eudo rediens Chilpericum secum abducit. Sarraceni ex Africa duce Habdirama filio Muhamæ Ammiræi in Hispaniam transfretãt, cámque sibi vendicant. Ita regnum Vvisigothorum & Sueuorũ destructũ est, & redactum sub Sarracenis, annus plus minus trecẽtis quadraginta sex euolutis, ex quo à Scythia expulsi ab Hunnis, ex quo verò cedentibus Vvandalis & deuictis Sueuis, cœperunt regnare *in* Hispaniis, annis circiter ducentis quinquaginta sex euolutis. Regnum verò tertiæ *partis* Hispaniarum, quod dicitur Galliciensium, quod nec tunc Vvisigothi, nec postea Sarraceni potuerunt subigere, adhuc viget incolume, & Dei protegente fide manet inexpugnabile.							
	Regnum Vvisigothorum finitum est.							
	4	2	2	11	30	21		721.
	HAumar Ammiras moritur, post quem Gizid Sarracenis principatur annis 3. Mortuo Lothario rege, Carolus Chilpericum ab Eudone per legatos recipit, eúmq; sibi regem facit.							

Theodosius. Leo.

Zuleymen.

Ratholdus damnari cum plurib. quàm saluari cum paucis maluit

Const. copronymus.

Haumar.

Gizid. Chilpericus.

Anni domini.	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Longobardorum.	Anglorum.	Vvisigothorum.	
	Ossa sancti Augustini Hipponensis episcopi olim translata ad Sardiniam, vastata modò à Sarracenis & Sardinia, Linthprandus rex Longobardorum dato magno pretio transfert Papiam.						F
722	5	1	1	12	31	22	
	Leo Imperator sæpè & multum laborauit, vt Gregorius Papa perimeretur, sed frustrà, Italis & Longobardis pro defendendo Papa instanter Imperatori resistentibus. In Campania Italiæ frumentum combustum, & ordeum & legumina quasi pluuia de cœlo ceciderunt. Carolus Raginfredum persequens Andegauis obsidet, eámque captam victo Raginfredo ad habitandum concedit, & totius regni principatum recipit. Linthprandus rex Rauennam obsidet, classe Rauennatium captam ciuitatem destruit.						
723	6	2	2	13	32	23	G
	Carolus Saxones debellat. Rigobertus episcopus Remensis à Carolo suo in baptismate filio ab episcopatu deponitur, pro eo quòd illi contra Raginfredum eunti vrbem Remensem præ timore Raginfredi aperire noluit. Eucherius quoque Aurelianensis episcopus, pro simili causa episcopatu priuatus, & apud Sarcinium vicum Hispaniæ epulatus, in cœnobio sancti Trudonis in sanctitate consummatus est.						
724	7	3	3	14	33	24	
	Carolus Baioarios armis subiugat. Iudæus quidam maleficus promittens Gizid eum 40. annis principaturum, suadet vt in toto regno suo Dei sanctorúmque imagines deponi edicat: Qui spe diu regnandi seductus, edictum quidem proponit, ipse tamen mox obiit, post quem Eluelid principatur Sarracenis annis viginti.						H
725	8	1	4	15	34	25	
	Leo Imperator à quodam Beser refuga fidei seductus, contra imagines Christi, & Sãctorum eius, bellum indicit, eásque vbique deponi & incendi edicit: pro quo errore eum Gregorius Papa scriptis multum quidem, sed in vanum redarguit. Carolus contra Lanfridum Alemannorum ducem dimicat, eóque victo Alemanniam sibi subiugat.						
726	9	2	5	16	35	26	
	Mortuo Chilperico, Carolus Theodericum sibi regem facit, qui regnat annis 15.						
727	10	3	1	17	36	27	I
	Carolus Saxones debellat. Constantinopolitani contra Leonem Imperatorem pro depositione imaginum Dei tumultuantur, aliqui etiam pro hoc martyrizantur. Carolus Sueuos & Baioarios debellat. Vvirech rex Anglorum obiit, filiúmque suum Hildebertum hæredem regni relinquit. Cormesius Bulgaribus dominatur.						
728	11	4	2	18	1	1	
	Carolus Ligeri trãsito Eudonem ducem Aquitaniæ bello victum fugat, & Aquitaniam grauiter deuastat. Gregorius Papa quia Leonem Imperatorem incorrigibilem vidit, Romam & Italiam & Hesperiam totam ab eius iure descire facit, & vectigália interdicit.						
729	12	5	3	19	2	2	K
	Eudo dux Carolo per omnia inferior, Sarracenos contra eum inuitat ab Hispania. Sanctus Germanus Leoni Imperatori pro impietate sua auersus, à sede episcopali est dejectus. Cóctus Theberth Anglorum presbyter obiit, qui mira sanctitate claruit.						
730	13	6	4	20	3	3	
	Sarraceni cũ omnibus famulis suis quasi in Galliis habitaturi, Garunnã transeunt, omnia deuastant, ecclesias Dei cremant, quibus Carolus Dei auxilio fretus bello cõcurrit, & ex eis trecẽta octogintáq; millia cũ rege suo Abdirama peremit, & mille quingentos suorũ amisit. Eudo quoque Carolo reconciliatus, castra Sarracenorum irrupit, & reliquias eorũ contriuit.						

Reliquiæ Augustini.

Vluit frumẽto

Eucherius.

Imagines Iudæi magi factione deponuntur. Eluelid.

Theodericus.

Hildebertus. Cormesius.

Cœtus.

Mortuo

	Romanorum.	Sarracenor.	Francorum.	Longobardor.	Anglorum.	Bulgarorum.	Anni domini.
A	Mortuo Ostrich rege Nordanimbrorum Cednulfus ei succedit.						
	14	7	5	21	4	4	731
	Gregorius Romanę ecclesiæ 89. præsidet, qui & ipse Leonem Imperatorem erroris redarguit, & populum Romanum & vectigalia Hesperiæ ab eo auertit. Hic constituit post primam commemorationem sanctorum in canone missæ, à sacerdote ita dicẽdum: Et eorum quorum solennitas hodiè in conspectu tuæ maiestatis celebratur, Domine Deus noster toto orbe terrarum: quam institutionem in oratorio Romæ tabulis lapideis conscribi fecit. Ragnifredus rex moritur in Anglia. Beda venerabilis presbyter, & monachus, sanctitate & scientia clarus, obiit. Carolus Lugduno, aliisque ciuitatibus captis, Burgundiam sibi subiugat.						
	15	8	6	22	5	5	732
B	Constantinus filius Leonis Imperatoris Hyrenam filiam Caiam Auarorum ducis vxorem ducit, quæ baptizata viro suo apostatante rectam fidem tenuit. Carolus in Vvasconia cum Eudone pugnat, eúmque principatu & vita priuat. Linthprandus rex de iure Romano pontificis multas vrbes & castella tulit. Cednulfus Nordanimbrorum rex capitur, & in clericum tondetur, & post in regnum remittitur.						
	16	9	7	23	6	6	733
	Gregorius Papa synodum nongentorum trium episcoporum Romæ congregat, & venerationem sanctarum imaginum confirmat, carúmque violatores generali sententia anathematizat. Carolus Vvaifero & Huualdo filiis Eudonis dimicando victis, Aquitaniam sibi subiugat.						
C	17	10	8	24	7	7	734
	Carolus Frisiam aggressus, Poponem ducem Frisonum cum multis perimit, & Frisiam sibi subiugat.						
	18	11	9	25	8	8	735
	Carolus Auennionem Galliæ vrbem à Sarracenis dolo & consensu Maruntij prouinciæ ducis captam obsidet, eáque fortiter recepta, Sarracenos vsque ad internecionem delet. Obiit sanctus Hubertus episcopus.						
	Abhinc regnum Anglorum annotare supersedeo, quia historias maiorum, quas sequar non habeo.						
	19	12	10	26	9		736
D	Sarracenorum rege Athima obsesso intra Galliæ vrbem Narbonam à Caralo, Sarraceni ex Hispania cum alio rege Amoræi occurrunt subsidio, qui congressi Carolo ambobus regibus peremptis, & ciuitate recepta ab eo, vltimo penè attriti sunt exterminio, eúmque insequentem fugientes residui, dimersi sunt in profundo.						
	20	13	11	27	10		737
	Carolus Nemausum Agathem, aliásque Gothicæ regionis vrbes à Sarracenis inuisas capit, & solotenus destruit. Sanctus Firminus episcopus & abbas Lobiensis cœnobij obiit.						
	21	14	12	28	11		738
E	Arclato vrbe Galliarum capta à Sarracenis, & omnibus circumquaque demolitis, Carolus ascito sibi ad auxilium Linthprando rege Longobardorum eius occurrit, eósque terrore nominis sui in fugam vertit. Sic Sarracenis, qui totam penè Asiam, totam Lybiam, multámque partem Europæ inuaserant, Carolus Dei auxilio, sua industria Francorúmque fortitudine, omnem spem inuadendi Gallias abstulit. Trasamundus dux Spoleti contra Linthprandum rebellans, ad Romanos confugit.						
	22	15	13	29	12		739
	Carolus Mauritium prouinciæ ducem, qui inuitauerat Sarracenos, debellat, & prouinciam sibi subiugat. Linthprandus rex pro refugio Trasamundi Romam grauiter vexat.						
	23	16	14	30	13		740
	Carolus Saxones tributarios sibi facit. Signa in sole & luna & stellis apparent.						

Gregorius p.

Sanctorum commemoratio in canone.

Imaginum veneratio decreta synodo.

Firminus obiit.

Anni domini.	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Longobardorum.	Bulgarorum.	
	24	17	15	31	14	F

Post Theodericum regem Francorum, regnat Hildericus annis nouem.

Hildericus.

741 Leone Imperatore mortuo, Constantinus filius eius imperat annis 35.

Constantinus

Pacato & dilatato regno Francorũ Carolus bellicosus princeps obiit, & filios suos Carlomannum, & Pippinum, principatus sui successores reliquit.

Constantinopolis terræmotu per integrum annum nimis grauatur.

1	18	1	32	15	

742 Zacharias Romanæ ecclesiæ 89. præsidet. Hic quia rẽpublicam à Longobardis perturbatam inuenit, statim beneuolentia sua benè omnia composuit, & cum Longobardis in 20. annos pacem firmauit. Hic libros dialogorum Gregorij de Latino in Græcum vertit.

Zacharias pontif.

Linthprandus rex Lõgobardorũ moritur. Hildebrando quem ipse regem designauerat à Longobardis reprobato, Rachis regnat post eum annis septem. G

Rachis.

Pippinus princeps Hunaldo duci Aquitaniæ sibi rebellanti obuiat, Carlomannus verò Alemanniam deuastat.

Artabasdus contra Constantinum Imperium arripuit.

Sanctus Bonifacius Archiepiscopus Moguntiæ, cœnobium Fundense in Bachonia silua fundat.

Fundense monast.

2	19	2	1	16	

743 Carlomannus Saxoniam petit, castrum Hoscoburch capit, Theodericum Saxonem pacis obsidem accipit.

Ogdilo dux Baioariæ rapta sorore Pippini contra eum rebellat, quem Pippinus pugna quamuis damnosa superat.

3	20	3	2	17	

744 Constantinus Artabasdum capit, & ei multisque amicorum eius oculos eruit. H

Eluelid Ammiras moritur, Girid Sarracenis anno vno principatur.

Cinis de cœlo cecidit.

4	1	4	3	18	

745 Pippinus Theodoaldum filium Godefridi ducis debellat.

Girid.

Girid perempto, Hiscens principatur Sarracenis anno vno.

Hiscens.

Petrus Damascenus episcopus, & Petrus Mauimenus in Syria martyrizantur à Sarracenis.

Persecutione post lapidationem Stephani protomartyris mota, Maximinus vnus de 70. Christi discipulis ad Gallias transiens Mariam Magdalenam secum abduxit, & eam apud Aquensem vrbem, cui præsidebat, sepeliuit defunctam, Aquensi verò vrbe à Sarracenis desolata, corpus ipsius Mariæ à Girando comite Burgundiæ ad cœnobiũ Viceliacũ à se cõstructum transfertur, quanquam aliqui scribant, quòd hoc apud Ephesum quiescat, nullum super se tegimen habens. I

Magdalenæ reliquiæ & sepultura.

5	1	5	4	19	

746 Carlomannus frater Pippini regis, Romæ à Zacharia Papa in monachum attonsus, primo in Sarepti monte in cœnobio quod ipse fundauit, deindè apud castrum Cassinum laudabili vita enituit.

Athalongus presbyter per illatã sibi cæcitatem admonitus quærere corpora sanctorum Quilliani sociorúmque eius, inuentis sanctorum corporibus visum recepit, eáque re sanctus Bonifacius Moguntiæ episcopus ab Athalongo ad se relata, castrum Visiburch ad honorem Quilliani martyris, qui ad prædicandum ibi à Papa Conone episcopus ordinatus fuerat, ibíque mortis & quietis locũ acceperat, episcopalis sedis priuilegio insigniri decreuit, primúmque ibi episcopum sanctum Burchardum ordinauit.

Ad reliquias Quilliani cæcus illuminatus.

Muruhan principatur Sarracenis annis sex. K

Muruhan.

747

6	1	6	5	20	

Pippinus Grifonem fratrem suum contra se rebellantem persequitur.

Sarraceni intestino bello colliduntur.

748

7	2	7	6	21	

Pippinus Grifonem in Saxonia & eius complices Thassilonem, Lanfridum, & Sindiger bello victos capit, & Thassilonem quidem Baioariæ ducem facit, Grifoni verò in Neustria 12. comitatus concedit, quod illi non sufficit, sed ad Vvaiferum in Aquitaniam fugit.

Pestilentia.

In Calabria & Sicilia fit pestilentia & mortalitas hominum nimia.

In

	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Longobardor.	Bulgarorum.	Anni domini.
A	In vestibus hominum & in velis ecclesiarum apparent cruciculæ, quasi oleo designatæ.					
	8	3	8	7	22	749

Rachis Longobardorum rex, dum rupto fœdere Romam inquietare nititur, à Zacharia Papa non solùm à malo reprimitur, sed etiam eius instinctu cum vxore & filiis Romam veniens monachus efficitur, cui Aistulfus frater eius substitutus, regnauit annis 7.

Aistulfus.

9	4	9	1	23	750

Hildericus rex Francorum in monachum tonsuratur, Pippinus verò princeps auctoritate apostolica & Francorum electione à sancto Bonifacio Moguntiæ Archiepiscopo in regem vngitur & consecratur, & regnat annis 18. post annos circiter octoginta octo, postquam maiores domus cœperunt principari super reges Francorum.

B 10	5	1	2	24	751

Pippinus rex contra Saxones pugnat. Idem Pippinus rex Galliarum ecclesias cantibus Romanæ auctoritatis suo studio meliorauit.

Pippinus à Bonifacio coronatur.

Grifo frater Pippini perimitur, & Remigius eiusdem Pippini regis frater Rodomensis archiepiscopus in Gallia claret.

11	6	2	3	25	752

Stephanus Romanæ ecclesiæ 90. præsidet.

Stephanus p.

Muruha Ammira perempto, Muhamad principatur Sarracenis annis quinque.

Muhamad.

Aistulfo Longobardorum rege contra Romanos adeò exardescente, vt tributum exigeret ab vniuscuiusq; capite, Stephanus Papa ad expetendum Pippini regis auxilium cogitur in Franciam venire, cui in veniendo in vna noctium apparuit magnum signum in cœlo, globus scilicet igneus à parte Australi, declinans à Galliæ finibus in partes Longobardorũ. Mittitur etiam Carlomannus monachus ab Aistulfo ad fratrem suum Pippinum regem, ad perturbandam apostolicam petitionem, Pippinus à Stephano Papa cum filiis suis Carlomãno & Carolo in regẽ vngitur, & per eos generatio eorũ in hæreditatẽ regalis successionis in perpetuũ benedicitur, & omnis alienigena ab eiꝰ inuasione apostolico anathemate interdicitur. C

Pontifici Rꝰ. auxiliatur Pippinus.

Anselmus vir illustris, cuius soror erat vxor Aistulfi regis, transfert corpus sancti Siluestri Papæ ad cœnobium Monantulam à se fundatum.

12	1	3	4	26	753

Pippinus rex Italiam aggreditur, exercitus Aistulfi à Francis vincitur. Aistulfus pacem facere cum Romanis ad nutum Francorum compellitur.

Carlomannus monachus ossa sancti Benedicti abbatis ab ecclesia Floriacensi, vbi olim translata fuerant, tollere nititur, vt ea ad castrum Cassinum referret, sed miraculis à Deo ostensis, & Francis obsistentibus, ab incepto prohibetur.

Terræmotus.

Hoc tempore terræmotus terribilis factus est, quo vrbes, aliæ quidem ex toto, aliæ ex parte subuersæ sunt, aliæ autem à montanis ab subiecta campestria cum muris & habitationibus suis integræ & saluæ, plusquam sex miliaria transmigrauerunt. D

Mulus terra natus loquitur.

In Mesopotamia etiam terra dirupta vsque ad duo milliaria, aliáque terra minus alba & harenosa de profundo ascendit, & ex ea animal mulinum ascendit incontaminatum humana voce loquens, pronuncians incursionem gentis ab eremo aduersus Arabes.

13	2	4	5	27	754

Carlomannus monachus Viennæ moritur.

Sanctus Bonifacius Mogũtiæ archiepiscopus cũ sociis suis in Frisia ab inimicis fidei martyrizatur, & in Fulda cœnobio, quod ipse in Thuringia fundauerat, honorificè tumulatur.

14	3	5	6	28	755

Constantinus Imperator Constantinopoli synodum trecentorum triginta episcoporum congregat, in qua edicto promulgato de imaginibus Dei & sanctorum eius deponendis ecclesiam Dei nimis scandalizat, & contra orthodoxos tyrannizat. E

Imagines deponuntur.

Aistulfus rex rupto pacis fœdere, Romam obsidet. Pippinus rex Italiam repetens, eum Papiæ inclusum obsidet, & inuitum ad fœdus pacis repetendum compellit, & sancto Petro quicunque sui iuris erant, restitui integrè fecit.

Fulradus abbas S. Dionysij Parisiensis corpus sancti Viti martyris à Roma Parisios trãstulit.

Reliquiæ Viti n artyris.

15	4	6	7	29	756

Thassilo dux auunculo suo Pippino regi reconciliatur.

Aistulfus rex Longobardorum iudicio Dei percussus moritur, cui Desyderius substituitur, & regnat annis 18.

Anni domini.	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Longobardorum.	Bulgarorum.	
	16	5	7	1	30	F

Paulum papa. Habdalas.

Paulus Romanæ eccleſiæ 91. præſidet.
Habdalas principatur Sarracenis annis 19.
Pipinus fortiter Saxonũ munitiones irrũpit, & poſt multã ſtragẽ eos ſub tributo redigit.

757	17	1	8	2	31	

Vvaiferus filius Eudonis dux Aquitaniæ, res Francorum iniuſtè vexando iram Pipini incurrit, eóque Aquitaniam aggreſſo, fœdus fictæ pacis init.
Vvalpertus abbas in Italia, Crodogandus Metenſium epiſcopus, Pipini regis ex Lãdrada ſorore nepos, *clarent in* Gallia, qui Gorziam cœnobium fundauit in Metenſi parochia.
Corpus ſanctæ Petronillę Petri apoſtoli filię, à Paulo Papa trãſponitur, in cuius marmoreo ſarcophago *ipſi*ꝰ apoſtoli Petri manu ſculptũ legebatur: Aureę Petronillę dilectiſſimæ filiæ.

Petronillæ ſepultura.

758	18	2	9	3	32	G

Habdala perſequente, eccleſia Dei grauiter perturbatur.
Vvaifero à pacis fœdere auerſo, Pipinus rex Aruernicum pagum depopulando premit, & multa caſtella ipſámq; vrbẽ Aruernis capit, & Blandinũ vrbis comitẽ cum multis abducit.
Sanctus Gendulphus claret in Burgundia, qui etiam martyrij claruit gloria.

759	19	3	10	4	33	

Pipinus Biturícas vrbem capit, & captam munit.

Theleſis.

Theleſis Bulgaribus dominatur.

760	20	4	11	5	1	

Chilpingus Aruernenſis & Amingus Pictauenſis comites congreſſi militibus Pipini perimuntur cum multis.
Caput Ioannis Baptiſtæ in Ediſſeam ciuitatem transfertur. H

761	21	5	12	6	2	

A Conſtantino Imperatore multi martyrizantur.
Theleſis Conſtantino Imperatori congreſſus cum multo Bulgarorum damno & opprobrio vincitur, & ob hoc à Bulgaribus reprobatus, cum principibus gentis ab eis perimitur.
Sabinus poſt eum Bulgaribus dominatur.
Thaſſilo dux à rege Pipino omninò auertitur.

Crux Turcas ſeruat à peſtilentia.

Turci à Caſpiis portis erumpentes, Armeniam infeſtant. In quorum patria cùm antiquo tempore peſtilentia fuiſſet, ſuaſu Chriſtianorum in modum crucis ſe totonderunt, & quia per hoc ſignum ſalus patriæ reddita eſt, hunc tondendi ritum tenuerunt.
Vvaiferus diffidens ſuis rebus, muros vrbium Aquitaniæ ſubuertit ſolo tenus, quos reſtaurans Pipinus, ad ſuorum tutelam fidis commiſit principibus.

762	22	6	13	7	1	I

Sabinus.

Pipinus rex Lemouicinam regionem cæde & incendio depopulatur.
Sabinus Bulgar cum Romanis fœdus iniit, pro quo à ſuis repudiatus, ad Imperatorẽ fugit.
Paganus Bulgaribus dominatur.

Gelu maximum. Stellæ cælo lapſæ.

Gelu magnum à calendis Octobris vſque ad Februarium.
Stellę ſubitò vię de cœlo cecidiſſe, ita vt oẽs exterruerint, vt putarent finẽ mũdi imminere.

763	23	7	14	8	1	

Chrodogandus epiſcopus corpora martyrum, Gorgonij, Naboris, Nazarij, Roma ad Gallias tranſtulit, & Gorgonium quidem in Gorzia, Naborem in Hilliriaco, Nazarium autem repoſuit *in* cœnobio Lorisham, quod Canthur Comes illuſtris à ſe fundatum Metẽſi eccleſiæ priori anno tradiderat.

764	24	8	15	9	2	K

Pipinus rex Agennum, Petragoram, & Engoliſmam vrbes Aquitaniæ deuaſtat, multámque partem ſibi ſubiugat.
Chrodogandus Metenſium epiſcopus obiit.
Tẽpore Conſtãtini Imperat. & Hyrenæ vxoris eius *in* Syria ciuitate Beritho, quæ ſubiacet Antiochię, Iudęi imaginẽ ſaluatoris Domini noſtri IESV Chriſti inueniẽtes in domo cuiuſdã Iudæi, ibi relictã à quodã Chriſtiano, eã iniurioſè depoſuerũt, & omnia opprobria quę Iudæi Chriſto IESV intulerũt, eius imagini inferebãt, illudẽtes ei, in facię cõſpuẽtes, criminoſè conuitiantes, eámque percutientes, manus & pedes eius clauis configentes, acetum & fel ei porrigentes, tandem latere eius aperto exiuit de eo ſanguis & aqua, quod illi ſuppoſita ampulla ſuſcipientes ad experimentum, vtrum fuerint vera miracula, quæ IESVM feciſſe audierant,

A	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Longobardorum.	Bulgarorum.	Anni domini.

audierant, omnes infirmos in ſynagoga ſua collectos, hoc ſanguine aſpergebãt, & à quocunque languore detinebantur, omnes ſanabantur. Vnde tandem Iudæi compuncti, ad Adeodatum ciuitatis epiſcopum omnes concurrerunt, eíque re enarrata, imaginem cũ ſanguine ei dederunt. Quibus baptiſatis, epiſcopus ſanguinem per ampullas diuiſum longè latéq; dirigens, prędicabat magnalia Dei, obteſtatus omnes, vt ſingulis annis † quinto Idus Nouembris, celebretur paſſio Dominicæ imaginis.

† 9. Nouemb. apud Iſuard.

	25	9	16	10	3	766

Conſtantinus Imperator & Habdalas Ammiras pari veſania in orthodoxos deſæuiũt, multóſque eorum pro Chriſto perimunt.
Conſtantinus inſuper ægrè ferens gloriam ſanctorum miraculis coruſcantium, etiam ipſana eorum vbique iubet effodi, & iactari in profundum.
B In præſentia Pipini regis inter Græcos & Romanos celebratur ſynodus de ſancta Trinitate, & ſanctorum imaginibus.
Pipinus rex Remiſtanium fratrem Eudonis, patruum ſcilicet Vvaiferi, quia Vvaifero ad ſe & à ſe ad Vvaiferum transfugerat, captum à ſuis in bello ſuſpendit in patibulo.
Rex Sarracenorum Amirmonon ab Hiſpania miſſis legatis & muneribus datis & acceptis, affectat gratiam & amicitiam Pipini regis.

	26	10	17	11	4	767

Pipinus vltimo exterminio Aquitaniam atterit, Santonas capit: ibíque Vvaiferi matrem, ſorores & neptes captas ſecum abducit.
Romæ Paulo Papa mortuo, Conſtantinus quidem ſubitò ordinatur ſacerdos ex laico, & tyrannica ambitione papatu inuaſo eccleſiæ Dei magno fuit ſcandalo.
Contra hunc Philippus à quibuſdam Romanorum Papa conſtituitur, & non multo pòſt
C deponitur.

	27	11	18	12	5	768

Longa contẽtio inter Pipinum & Vvaiferum finitur, quia Vvaiferus à ſuis malorum pertæſis, in gratiam Pipini perimitur, & non multo pòſt Pipinus moritur. Carolus filius eius pro felicitatis magnitudine agnominatus eſt Magnus, compartito cùm fratre ſuo Carlomanno regno, regnat poſt eum annis 47. Et Carolus quidem Nouiomi regiam accepit coronam, Carlomannus verò in vrbe Sueſſonica.
Conſtantino pſeudodapa per zelum fideliũ ab eccleſia deturbato, oculíſque priuato, Stephanus Romanæ eccleſiæ 92. præſidet. Hic tam à Gallia quàm ab Italia epiſcoporum ſynodum Romæ congregat, in qua omnia à Conſtantino ordinata reordinat, præter baptiſmũ & chriſma. Decernente ſynodo vt epiſcopi ab illo conſecrati, ad gradum quem ante hanc conſecrationem habebãt, redirent, & ſi digni iudicarentur, iterum electi, iterum conſecrarẽtur.
D Preſbyteri verò ac diaconi ab illo conſecrati, ſimiliter ad priorem gradum redirent, & ipſi ſi digni eſſent, iterum quidem conſecrarentur, ſed ad altiorem gradum vel ordinem nunquam aſcenderent. Laici verò ab illo in diaconos vel preſbyteros ordinati, omninò degradarẽtur, & in religioſo habitu perſeuerarent. Venerationem etiam ſanctarum imaginum confirmat, earúmque prophanatores anathematizat. Conſtituit etiam vt in omni die Dominico ad miſſam, Gloria in excelſis Deo, cantetur.

Ordinantur rurſus malè ordinati.

	28	12	1	13	6	769

Hunaldo in Aquitania rebellionem meditante, Carolus Aquitaniam petit, omnéſque Aquitanios & Vvaſcones in deditionem accipit. Hunaldum, qui ad Lupum Vvaſconũ ducem fugerat, à Lupo ſibi cum vxore remiſſum abducit, & ſic Aquitanicum bellum finit.

Carolus Magnus.

Deſyderius rex Longobardorum ſub obtentu orandi Romam ingreſſus, aliquos nobilium Romanorum captos excæcauit.

Deſyderius dolo Rę. inuadit.

E							
		29	13	2	14	7	770

Conſtantinus Imperator omninò à Deo auerſus, virum ſanctum Stephanum per quadraginta annos incluſum, etiam gentilibus reuerendum, amara morte martyrizauit, omnes ſibi ſubiectos iurare coegit ſuper ſanctæ crucis lignum, ne aliquam Dei ſanctorúmque eius imaginem venerarentur, eos qui vigilias Deo agebant, eos qui eccleſiis aſſueti religioſè viuebãt, eos qui Dei genitricem inuocabant, eos qui à iuramentis & immunditiis abſtinebant, eos qui reliquias ſanctorum penes ſe habebant, hos & huiuſmodi damnans patrimoniis priuabat, & omnibus modis cruciabat, qui reuerentiores erant eorum, barbis cera & pice illitis eos amburebat: monachos, & vxores monachas, vt viros ducerent cogebat: quod multi vitantes, martyrium meruerunt, nec ſub alicuius gentilis perſecutione plures quàm ſub hoc martyrizati ſunt.

Sanctos coli eorum imag. aut reliq. venerari prohibet Conſtãt.

Anni domini.	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Longobardorum.	Bulgarorum.	
	Thelerigus Bulgaribus dominatur.					F
Thelerigus. 771	30	14	3	15	1	

Carlomannus rex regis Caroli frater obiit, pars regni eius partibus Caroli se vnit, vxor eius cum filiis & Anthario Franco ad Desyderium regem Italiæ confugit.

Hunaldus dux Aquitaniæ Romam, quasi ibi perseueraturus venit, qui ad Longobardos fugiens, apostatauit, ibíque non multo pòst lapidibus obrutus, malè periit.

Constantinus Imperator contra Bulgares nauali prælio pugnaturus, nauibus suis ferè duobus millibus impetu Aquilonis contritis totum penè amisit exercitum.

772	31	15	4	16	2	

Adrianus p. Adrianus Papa Romanæ ecclesiæ 93. præsidet. Hic ád reprimendã rabiem hæreticorum, imagines Dei sanctorúmque execrantium nimis laborauit, & libro aduersus eos edito, multis scripturarum inductionibus roborato, eorum errores infirmauit, fidémque rectam solidauit. Hic in offertoriis & offertoriorum versibus, quod geminatum est geminauit. G

Carolus rex ad Saxonicũ bellum animũ intendit, Heresburch castrum Saxonum capit, Hormensul fanũ destruit, ibíque siti laborante exercitu, subitò in torrente largissimæ aquæ effusæ sunt diuino nutu, votíque compos Carolus, obsides pacis accepit à Saxonibus.

773	32	16	5	17	3	

Adrianus Papa ad tuendas res ecclesię Carolum Romam accersit. Quò pergens Papiam obsidet, ibíque relicto exercitu Romam peruenit, sanctam resurrectionem ibi peregit, postea rediens Papiam cepit. Iterúmque Romam rediit, synodum constituit cum Adriano Papa, aliísque 153. religiosis episcopis & abbatibus, in qua Adrianus Papa cum vniuersali synodo dedit ei ius eligendi Pontificem, & ordinãdi apostolicam sedem, dignitatem quoque principatus. Insuper archiepiscopos & episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere definiuit, & vt nisi à rege laudetur, & inuestiatur episcopus, à nemine consecretur, omnésq; huic decreto rebelles anathematizauit, & nisi resipiscerẽt, bona eorum publicari. *Nominationis sus Regũ & Imp.* H

774	33	17	6	18	4	

Saxones rupto pacis fœdere, Francorum fines premunt igne & cæde, sed tamen ecclesiam in Fritislar non queunt incendere, quam sanctus Bonifacius benedixit, eámq; nunquam cremandam prædixit.

Carolus Saxoniam repetens, tripartito exercitu concurrit Saxonibus, eíque victoria prouenit in omnibus.

Carolus rex offensus dissonantia ecclesiastici cantus inter Romanos & Gallos, & iudicans iustius esse de puro fonte, quàm de turbato riuo bibere, duos clericos Romam misit, vt authẽticum cantum à Romanis discerent, & Gallos docerent, & primò per hos Metensis ecclesia, & per illam omnis Gallia ad auctoritatem Romani cantus reuocata est. *Antiphonarium Romanorum Galli recipiunt post an. 790.*

Inter obsidendum rex Carolus diuiso exercitu, multas vrbes vltra Padum comprehendit, inter quas Veronam capit, in qua Antharius Francus cum vxore Corlomanni & filius eius latens se cum eis regi dedit. Adelgisus verò Desyderij regis filius, qui illuc fugerat, inde elapsus Constantinopolim fugit. I

Obsidionem Papiensiũ pestilentia mortalitatis aggrauante, ciuitas regi Carolo aperitur.

Desyderius rex cum vxore & filia & cunctis principibus capitur, & perpetuo exilio ad Gallias à Gilfredo Laodicensium episcopo dirigitur. Quicquid per multa tempora Longobardi Romanis abstulerant, Carolus eis restituit, regno verò Longobardorum destructo, totam Italiam sub iure regni Francorum redigit. Taliter Longobardi victi regnare destiterunt, post annos ducentos quatuor, ex quo in Italia regnare cœperunt.

Regnum Longobardorum finitur.

775	34	18	7	5		K

Constantinus Imperator contra Bulgares vadit, sed pax inter eos conuenit. Non multò pòst autem rupto à Bulgaribus pacto, Imperator eos ex improuiso aggressus, nobiliter de eis triumphauit.

Carolus rex Segeburch castrum Saxonum capit, ter cum eis confligit, & victor obsides pacis ab eis accepit.

776	35	16	8	6		

Copronymus plaga incẽdij percutitur. Constantinus Imperator plaga pessimi incendij diuinitus percutitur, & clamans: Adhuc viuus igni sum inextinguibili traditus, miserabiliter moritur. post quem filius eius Leo imperat annis quinque.

Habdalas etiam Ammiras moritur, post quem Mady Sarracenis imperat annis nouem.

In

	Anni domini.	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Bulgarorum.	
A		In Italia quibusdam rebellionem meditantibus, Italiam repetit. Potens rex Carolus vrbem Forum Iulij capit, & ducem eius Rotgandum rebellionis incentorem decollari præcipit, captáque Tarnisio vrbe cæteris maiestate sui nominis terrorem incutit.				
		Saxonibus Hæresburch castrum obsidentibus gloria Dei super Ecclesiam apparuit omnibus, duobus scilicet scutis sanguineo colore flammantibus, quosdam motus vt in bello per aera dantibus.				
		Carolus Saxoniam velut tempestas proterit, munitiones irrumpit, & ad hoc eos impellit, vt se & patriam ei dedant, & datis obsidibus se Christianos futuros spondeant.				
		1	1	9	7	
	777	Vvinthichindus dux Saxonum in Normanniam fugit. Saxones baptizati paciscuntur, vt ingenuitatem suam & omnia sua perdant, si vnquam à fidelitate Christi & regis desistant.				*Saxonũ sponsio fidelitatis.*
B		2	2	10	8	
	778	Carolus in Hispania Cæsaraugustam vastando delet, Pampilanam obsidet, eiúsque captæ muris destructis Vvascones, duósque Sarracenorum regulos sibi subiicit, aliásque vrbes in deditionem accipit.				
		Saxones suasu Vvintichindi Franciam atterunt, sed à Carolo victi fuga sibi consulunt.				
		Thelericus Bulgar ad Leonem Imperatorẽ fugit, quẽ baptizatũ, Imperator patritiũ facit.				
		Tardamus Bulgaribus dominatur.				*Tardamus.*
		3	3	11	1	
	779	Leo Imperator Syriam incursat.				
		Carolus rex in Saxonia Vvestphalos sibi subiugat.				
		Hilterãdus dux Spoleti Carolo regi se subdit, eiúsque gratiam multis muneribus redimit.				
C		4	4	12	2	
	780	Carolus rex Albiam fluuium transgreditur, ibíque in eius gratiã Bardogauenses & Norduitæ baptizantur.				*Bardog. & Norduitæ baptizantur.*
		Thassilo dux Baioariæ contra Carolum regem rebellat, hortatu vxoris suæ, quæ filia erat Desyderij regis, & exilium patris sui, per maritum suum vindicare tentabat.				
		Obiit sanctus Sturmi primus abbas Fuldensis.				
		5	5	13	3	
	781	Leo Imperator cum insaniret cupiditate circa pretiosos lapides, adamauit magnam Ecclesiæ coronam, & accipiens, portauit eam, & exierunt carbunculi in capite eius: & captus à febre mortuus est. Post quem vxor eius Hyrene cum filio eius Constantino imperat annis decem.				*Sacrilegus fuit.*
		Mady Ammiras multos vtriusque sexus pro Christo martyrizat.				*Mady.*
D		Carolus rex orationis causa Romam vadit, ibíque filij eius vnguntur in reges: Pipinus super Italiam, & Ludouicus super Aquitaniam.				
		Thassilo dux Baioariæ ab Adriano Papa Carolo regi reconciliatur.				
		1	6	14	4	
	782	Constantinopoli quidam laminam auream inuenit, & in ea virum iacentem cum hac scriptura: Christus nascetur ex virgine Maria, & credo in eum. Sub Constantino & Hyrene Imperatoribus, ô sol iterum me videbis.				*Hyrene.*
		Saxones rebellant, & à Carolo bello victi, seditiosos vsque ad quatuor millia quingentos ei tradunt, & obsides ei tribuunt.				
		2	7	15	5	
	783	Item Saxones rebellant, & à Carolo rege victi, penè vsque ad internecionem delentur.				
		3	8	16	6	
E	784	Saxones & Frisones rebellant & vincuntur.				*Natiuitatis Christi sepulchralis prædictio.*
		Vvestphali à Carolo Caroli regis filio debellantur.				
		4	9	17	7	
	785	Mady Ammiras moritur, post quem Moyses Sarracenis annis 2. principatur.				*Moyses Sar.*
		Carolus Saxoniam depopulatur.				
		Vvinthichindus & Albion duces Saxonum Carolo reconciliati baptizantur, & motus Saxonum reprimuntur.				
		5	1	18	8	
	786	Carolus rex Adulphum Senescalcum suum contra Britones mittit, & per eum multa				

Anni domini.	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Bulgarorum.	
	Britonum caſtra & principes eorum capit.				F
	Signum crucis in veſtibus hominum apparebat.				
787	6	2	19	9	
	Moyſes Ammiras moritur, poſt quem Aaron frater eius Sarracenis annis 21. principatur.				
	Carolus rex Romam venit, & contra Hæregiſum Beneuenti ducem vadit. Hæregiſus muneribus & obſidibus datis gratiam eius redimit.				
	Bellum inter Francos & Auaros oritur.				
	Sanguis de cœlo & terra profluxit.				
788	7	1	20	10	
	Thaſſilo dux Baioariæ contra Carolum regem reus maieſtatis adiudicatur, vndè à Carolo attonſus, cum filio eius Theodone in monaſterium relegatur.				G
	In Italia inter Græcos & Romanos pugnatur.				
	Secundò in Italia inter Francos & Auaros pugnatur.				
	Tertiò, inter Auaros & Baioarios pugnatur.				
	Quartò, inter Auaros & Frãcos pugnatur, & in omnibus Carolus ſuis proueniſſe victoriam lætatur.				
	Inſtantia Tharaſij patriarchæ Conſtantinopolitani & Adriani Papæ, ſecũdò apud Niceam vniuerſalis ſynodus 350. Epiſcoporum congregatur, in qua fides Catholica in præſentia Hyrenes, & filij eius Conſtantini, cunctorum ſubſcriptione roboratur, & hæreſis execrantium imagines Dei in perpetuum abdicatur.				
	Coniuratio valida facta eſt ab Auſtraſiis contra Carolum, auctore Harderico, qua detecta, multi aut membris truncantur aut exiliantur.				
789	8	2	21	11	H
	Carolus Coloniæ ſuper Rhenum pontes duos conſtruit & munit, & Sclauiam ingreſſus, eam ſibi ſubigit.				
	Adelgiſus filius Deſyderij regis, qui victo patre ſuo ad Græcos confugerat, animatus auxilio Græcorum, ad Italiam venit, aut ad repetendum regnum, aut ad inferendã vltionem, qui inito bello cum Francis, detentus ab eis amara morte peremptus eſt.				
790	9	3	22	12	
	Carolus rex honeſtati Eccleſiaſticæ omnino intentus, legendi & pſallendi diſciplinam diligenter correxit. Perpendens enim iterum Gallos à Romanis in cantando diſcrepare, Metenſes verò ſola natura leuitate paululum quid diſſonare, per cãtores rurſus ſibi ab Adriano Papa à Roma directos, diſſonantiam cantus correxit. Circa pauperes etiam ſollicitus, non ſolùm in regno ſuo, verùm etiam trans maria. In Ægypto, in Syria, in Africa, præcipuè in Hieroſolymis, liberalitate eleemoſynarum Chriſtianis pauperibus ſolatiabatur, tranſmarinorum regum amicitias ob hoc expetens, maximè vt Chriſtianis ſub eis degentibus eſſet releuatio.				I
	*Alchnius de Britannia oriundus, magiſter delicioſus regis Caroli ſcientia literarum præpollet in Gallia, cuius præcipuè magiſterio ipſe rex omnes artes liberales didicit. Hic multa ſcripſit, inter quæ eminent libri de ſancta Trinitate ſcripti ad ipſum regem. Hic etiam iuſſu ipſius regis diuinam correxit hiſtoriam.				
791	10	4	23	13	
	Conſtantinus matrem ſuam Hyrenem imperio priuat, ſolúſque annis 7. imperat.				
	Carolus rex regnũ Auarorũ terra mariſque impetit, eiſq; in ſola fuga ſpẽ euadẽdi relinquit.				
792	1	5	24	14	
	Hoc tempore in Flandria principabatur Lidericus Harledecenſis pater Ingerranni, qui genuit Andracum patrem Balduini ferrei, qui duxit Indithem filiam Caroli calui.				K
	Conſtantinus Imperator congreſſus Chardamo Bulgari, turpiter victus dehoneſtatur. Chardamus ſublato regio omni apparatu, ditatur.				
	Pipinus Caroli regis ex concubina filius gibbo deformis, à quibuſdam Francorum primoribus promiſſione regni illectus, contra patrem coniurauit. Vnde conuictus tonſuratur, & in Prumia cœnobio retruſus, vſque ad finem vitæ Deo militauit.				
	Complices verò coniurationis alij exiliantur, pauci perimuntur.				
793	2	6	25	15	
	Feliciana hæreſis cõdẽnatur, & in præſẽtia Adriani Papę ab ipſo Felice auctore abdicatur. Hæc hæreſis aſſerebat, Filiũ Dei in diuina natura verũ Deũ eſſe, in humana verò natura nuncupatiuũ. Itẽ in diuina natura verũ eſſe filiũ Dei, in humana verò adoptiuũ, vnam perſonam Dei				

Crux in veſtibus. *pluit ſanguine.* *Iconoclaſtæ damnantur.* *Adelgiſus permittitur.* *Pſalmodia Gall. reſtituitur.* ** al. Alcuinus.* *Conſtãtinus.* *Feliciana hæreſis.*

	Anni domini.	Romanorum.	Sarracenorum.	Francorum.	Bulgarorum.	
A		Dei & hominis diuidens in duas perſonas, ſcilicet veri filij, & adoptiui.				
		Saxones in fide Dei & fidelitate regis vacillant.				
	794	3	7	26	16	
		Conſtantinus Imperator multos principum ſibi ſuſpectos oculis priuat.				
		Carolus rex non ſolùm patria lingua, ſed etiam peregrinis linguis eruditus, barbara & antiquiſſima carmina quibus veterum regum bella & actus canebantur, ſcripſit, & memoriæ mandauit: Inchoauit etiam Grammaticam patrio ſermone. Menſibus anni iuxta propriam, id eſt, Theuto nicam linguam vocabula impoſuit: ventos etiam duodecim propriis nominibus appellauit, cùm antea quatuor tantùm cardinales venti nominarentur.				
	795	4	8	27	17	
		Saxones virtute Caroli conterriti, reddunt ſe Chriſti & regis fidelitati.				
B		Carolus rex Chriſtianam religionem ſanctè ac piè colens, Eccleſias Dei omnimodis honorabat, & ornabat ſacris vaſis ac veſtibus, edicens vt ne ianitoribus quidem liceret communi habitu in Eccleſia miniſtrare. Extruxit etiam Aquiſgrani Baſilicam plurimæ pulchritudinis, ad cuius ſtructuram à Roma & Rauenna columnas & marmora deuehi fecit.				
	796	5	9	28	18	
		Leo Romanæ Eccleſiæ 94. præſidet. Qui mox clauum confeſſionis ſancti Petri cum vexillo Romanæ vrbis Carolo regi miſit.				
		Vvithan rex Abroditorum à Saxonibus perimitur.				
	797	6	10	29	19	
		Henricus dux Foroiulianorum exſpoliato in Pannonia Auarorum principe Yringo, inęſtimabilem theſaurum eius miſit regi Carolo.				
C		Thudin princeps Auarorũ ſe & patriã ſuã Carolo regi dedit, & gratiã baptiſmi percepit.				
	798	7	11	30	20	
		Hyrene imperatrix ſuo erepto ſibi imperio fœmineo dolore abuſa, Conſtantinũ filium ſuum oculis & imperio priuat, & ſola annis quatuor imperat.				
		Thatin Hiſpanus Barcinonæ præfectus, ſe Carolo regi dedit, & Barcinonam, quæ ab illo deſciuerat, reddit.				
		Adelphon rex Galliciæ regi Carolo multa munera mittit.				
		Carolus rex Saxones graui prælio vincit.				
		Sol obtenebratus eſt per dies 17.				
	799	1	12	31	21	
		Conſtantinus Imperator moritur.				
		In Hiſpania Barcinona Sarracenis reddita, à Caroli militibus eſt obſeſſa.				
D		Leonem Papam celebritatem litaniæ maioris agentem, Romani capiunt, linguam ei oculóſque euellunt. Cui voce & viſu reddito diuinitus, iterum oculos & linguã eruunt radicitus, qui de manu eorum erutus, ad Carolum fugit.				
		Henricus dux Forumiulianorum à ſuis perimitur.				
	800	2	13	32	22	
		Gens Auarorum à fide deficit.				
		Carolus rex Leonem Papam in ſede Romana relocat, ipſe quoque Romam properat, cauſas examinat, reos legaliter damnat, ſicque omnes Romanorum motus ſedat.				
		Baleares inſulæ auxilio Francorum à Sarracenis defenſantur.				
		Per Vvidonem Caroli ducem Britones vincuntur, & in deditionem recipiuntur.				
		Gerardus dux Baioariæ in Pannonia Auaris congreſſus perimitur, de quo in viſione Vvenithi legitur, quòd inter martyres annumeratus ſit.				
E		In mẽſe Iulio cõtra naturã aſperſa & gelu cõcreta bis fuit pruina, ſed nihil fructibꝰ nocuit.				
	801	3	14	33	23	
		Romani qui ab Imperatore Conſtantinopolitano iam diu animo deſciuerant, nunc accepta occaſionis opportunitate, quia mulier excæcato Imperatore Conſtantino filio ſuo eis imperabat, vno omnium conſenſu Carolo regi Imperatorias laudes acclamant, eúmque per manum Leonis Papæ coronant, Cæſarem & Auguſtum appellant: Pipinum verò filium eius regem Italiæ ordinatum collaudant.				
		Barcinona capitur.				
		Amymurlim rex Perſarum Carolo Imperatori elephantem & munera multa mittit.				
		In Italia quoque Theate ciuitas à Francis capitur.				

Conſtantinus excæcat juſſu ſuos. *Carolus ventis nomina impoſuit.* *Leo Papa.* *Hyrene filiũ priuat oculis & imperio.* *Leo pontifex à Rom. indigna patitur.* *Carolus Rom. Imp. coronatur.*

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolit.	Sarracenorum.	Bulgarorum.	

Sanctus Saluus Episcopus veniens ab Aquitania ad Fiscum Voluntianas, à Vvinigardo filio Genardi procuratoris ipsius Fisci martyrizatur, & super eius corpore requirēdo Carolus Magnus Imperator diuinitus tertiò admonitus, corpus quidē inuentū honorificè sepeliuit. Interfectores autē eius graui pœna mulctauit, nec tamē per hoc in eos vltio diuina cessauit. F

¶ *Immutato ordine regnorum, immutandus est etiam ordo titulorum, quia abhinc sub vno comprehendendum est regnum Francorum & regnum Romanorum: & Constantinopolitanum regnum distinguendum est à regno Romanorum.*

constãtinop. noua Roma.

EX quo Byzantium Thraciæ ciuitas, à primo Constantino in nouam ampliata est, & in regiam vrbem exaltata, & translata in illam omni Romanæ dignitatis gloria, in sedem Romani imperij dedicata, & noua Roma est appellata, euolutis annis circiter 468. diuiso à Constantinopoli Romano imperio. Carolus primus Francorū imperauit Romanis annis 13.

802	1	34	4	15	24	G

Carolus legatos iustitiæ distribuit.

Carolus Imperator per omne imperium suum legatos ad faciendum iudicium & iustitiam cunctis dirigit, & legis capitula 23. instituit.

Legati Imperatoris Caroli ab Aaron Ammira venientes inter cætera munera corpora etiam Cypriani Carthaginensis Episcopi & martyris, & Sperati primi Scillitanorum martyrum, & caput Panthaleonis martyris in Franciam afferunt.

Cypr. Sper. & Panth. reliquiæ.

Nicephorus Hirenem imperio depositam exilio relegat, & ipse Constantinopoli annis 8. imperat.

803	2	35	1	16	25	

Hyrene imperatrix in exilio moritur.

Carolus Imperator omnes Saxones trans Albiam morantes in Frāciam transtulit, pagósque eorum Abroditis dedit.

In Italia ciuitates Ostona & Luceria cōtra Carolū sentiētes in deditionē accipiūtur. Ca- H
rolus per omne imperiū suū iustitias facit, & legis capitula 29. instituit. Aarō Ammiras cū tre
cētis millibus cōtra Nicephorū imp. ascēdit, quē nō ferēs Nicephorus, turpe fœdus iniit, pactus se ei daturum annuatim tricena millia numismatum, & tria numismata in tributum capitis Imperatoris, & tria pro capite filij sui.

Nicephorus Sarracenis tributum pepigit.

804	3	36	2	17	26	

Leo Papa ad Carolum imperatorem in Franciam venit.

Nicephorus Imper. fœdere cū Sarracenis soluto, multa incōmoda cōtulit imperio suo.

Godefredus rex Danorum multa contra vicinas gētes abutens insolentia, pacem ab imperatore Carolo expetit.

Auari, qui & Hunni, longo contra Francos bello perdomiti, adeò à fortitudine sua & potentia sunt diminuti, vt qui alios vltrò solebant lacessere, iam nec se ab aliis valeant tueri, quia in hoc bello omnis eorum gloria & nobilitas periit, & quicquid pecuniæ & thesauri I
per tot secula orbem terrarum vincendo sibi congesserant, totum modò victoriæ Francorum cessit, & nullo vnquàm bello tam multa spoliorum quantitate ditata fuit.

805	4	37	3	18	27	

Carolus Imperator indignātibus cōtra se imperatoribus Cōstātinopolitanis, propter inuidiam imperatorij nominis à Romanis sibi depositi, magna patientia & magnanimite eos tulit. Et quia suspectam habebant suam potentiam, crebris legationibus sibi eos firmissimo fœdere conciliabat.

Auari.

Auari non sufferētes infestationē Sclauorū, à Carolo Imperatore inter Sabariā & Charātanū impetrauerūt habitādi locū, ibíque sine regni nomine resederūt sub ditione Francorū.

Carolus filius Imp. Caroli Bethemanos rebellātes deuicit, & Lethonē eorū ducē peremit.

806	5	38	4	19	28	K

Bethemani.

Carolus in filios suos partitionem regni facit, & inde testamentum factum sua & Leonis Papæ auctoritate roborauit.

Bethemani Sclauis auxiliantibus vbique grassantur, sed à Carolo Imperatoris filio fortiter debellantur.

807	6	39	5	20	29	

Chumeid Ammiræus missus ab Aaron ad excidendam Lichiam, cum venisset Mirream, nisus sancti Nicolai conterere arcam, pro ea contriuit aliam, & pro temeritate incurrens Dei vindictam, subsequente ineuitabili tempestate classem amisit totam.

Rex Persarum Carolum Imperatorem pretiosis muneribus per legatos honorat.

Paul. Diacon.

Carolus Imperator per manum Pauli Diaconi sui decerpens optima quæque de scriptis Catholicorum

A	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	Sarracenorum.	Bulgarorum.	Anni domini.

Catholicorum patrum lectiones vnicuique festiuitati conuenientes, per circulum anni in Ecclesia legendas compilari fecit.

Sarraceni Sardiniam depopulantur, sed à Pipino rege Italiæ superantur.

Chrunnus Bulgaribus dominatur.

Chrunnus.

7	40	6	21	1	808

In Britannia Eardulphus rex Nordanimbrorum patria & regno pellitur, sed ad Carolum Imperatorem veniens, per eum regno & patriæ restituitur.

Aaron Ammiras moritur, post quem Muhammad annis quinque principatur.

Muhammad.

8	41	1	7	2	809

Pipinus rex Italiæ Venetiam bello sibi subigit, & non multo pòst Mediolani obiit, & Carolus Imperator Venetiam Nicephoro reddit, qui Nicephorus nouis & iniustis legibus
B omnes suos exacerbat, & Dei iram in se exaggerat.

Godefrido Danorū rege mortuo Hemingus filius eius pacem expetit ab Imper. Carolo.

Vvachandus Episcopatum Leodicensem suscipit, qui in Ardamna Andagium cœnobium construxit.

9	42	2	8	3	810

Carolus in tres partes regni sui tres exercitus misit, vnum trans Albiam, qui Hilliones debellauit, vnum in Pannoniam, qui reliquias Hunnorum & Sclauos compressit, vnum contra Britones, qui eorum perfidiam contudit, & vbique sibi victoria prouenit.

Carolus filius eius maior natu obiit.

Carolus christū hæredem facit.

Carolus Imperator rerum suarum hæredem Christum testamento facit, & quicquid in re mancipi habebat, in tres partes diuiso, tertiam eorum partem pauperibus & famulanti-
C bus palatio delegauit, duas verò partes in partes viginti vnam subdiuisit, & Metropolitanis Episcopis, qui totidem sibi suberant, distribuit, vt Metropolis Ecclesia tertiam assignatæ sibi partis haberet, & duas inter suffragantes Episcopos diuideret.

Nomina Archiepiscopalium ciuitatum quæ erant sub Carolo:

Roma, Rauenna, Mediolanum, Forumiulij, qui & Aquileia, Gradus, Colonia, Mogutia, Iuuanum, quæ & Salzburch, Treueris, Senonis, Vesontio, Lugdunum, Viēna, Rothomagus, Remi, Arelas, Tharentesia, Ebredunum, Burdegala, Turonis, Bituricæ.

Nicephorus Imperator Bulgariam ingreditur, & quia victoriæ temperare nescivit, à Bulgaris cum multo senatorij ordinis numero perimitur.

Stauratius.

Stauratius filius eius post eum anno vno imperat.

10	43	3	1	4	811

Hemingus rex Danorum moritur, post quem duo inter se de regno contendentes bello colliduntur, in quo penè vndecim millia Danorum perimuntur.

pons decē annorum tribus horis exarsit.

D Moguntiæ pons quingentorum passuum longitudinis trans Rhenum, quem Carolus Imperator per decem annos ingenti labore & mirabili opere de lignis construxerat, ita vt perpetuò durare posse videretur, ita tribus horis conflagrauit, vt ne vna quidem astula super aquam remaneret.

Stauratio depositio, Michael imperat post eum annis 2.

11	44	1	4	5	812

Carolus Imperator Ludouico filio suo coronam imperialem imponit, & Bernardū filium Pipini regis Italiæ regem facit.

Amandi cor. pus leuatur.

In Francia apud cœnobium Elnonense sanctus Amandus à Lanthario eleuatur, à depo-
E sitione eius anno circiter 152. cuius corpore adhuc integro inuento, cum eius capilli & vngues qui excreuisse videbantur, præciderentur, & de ore eius dentes adhibita forcipe extraherentur, sanguis inde profluxit, qui ad memoriam posterorum adhuc seruatur.

12	45	2	5	6	813

Concilia sub Carolo.

Carolus Imper. per totas Gallias cōcilia super statu Ecclesiarū ab Episcopis celebrari edicit, vnū fuit Mogūtiæ, alterū Remis, tertiū Turonis, quartum Cabilonis, quintū Arelati.

Muhammad Ammiras fratri suo Habdalæ congreditur, à quo superatus eum sibi conregnare inuitus patitur, & hoc bello regnum Sarracenorum per aliquot annos discinditur.

Michael Imperator Chrunno Bulgaro congressus, de bello victus fugit, & ex desperatione rerum Monachus factus, imperium deponit. Post quem Leo annis 8. imperauit.

13	46	1	1	7	814

Carol. Magnus moritur.

Carolus Imperator glorioſus regno & imperio suo pacato & dilatato, statu quoque Ecclesiæ sanctè & religiosè ordinato, moritur, & sepelitur Aquis, anno ætatis suæ 72. qui pro

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	Sarracenorum.	Bulgarorum.	

magnitudine operū agnominatus est Magnus, cuius vitam Emardus descripsit, post quem Ludouicus filius eius imperauit annis 26.

815	1	2	2	8	

Inter Ludouicum & Leonem Imperatorem pax firmatur.

Hariolus rex Danorum patria & regno pulsus à filiis Godefridi, ad Imperatorem Ludouicum veniens implorat opem recuperandi. Chrunnus successu lætatus, Constantinopolitanos incursat insolentius, & vsque ad portas vrbis vagatur crebris incursibus.

Stephanus p. Ludouicum Remis coronauit.

816	2	3	3	9	

Stephanus Romanæ Ecclesiæ 95. præsidet. Hic mox in Franciam venit, & Ludouicum Imperatorem Remis coronauit.

Paschalis p.

Ludouicus Imperator exercitum contra Danos mittit, & per eum obsides accipit.

817	3	4	4	10	G

Paschalis Romanæ Ecclesiæ 96. præsidet.

Vvascones ab Imp. Ludouico desistunt, sed ab eius exercitu edomiti citò resipiscūt.

818	4	5	5	11	

Cloamir rex Abroditarum ab Imperatore Ludouico deficit, & ad Danos transit.

819	5	6	6	12	

Ludouicus Imperator Britones sibi subigit. Murmanus verò dux eorum, qui nomen sibi regis vsurpauerat, ab eis perimitur.

Bernardus rex Italiæ conspirationis contra Imperatorem factæ accusatur, & reus maiestatis adiudicatus, primò oculis & regno, dehinc vita priuatur. Hariolus in regnum Danorum à Ludouico remittitur.

820	6	7	7	13	H

Cloamir rex Abroditarum & Lupus rex Vvasconum damnati capitis ab Imperatore Ludouico exiliantur.

Monastica regula.

Aquisgrani generali conuentu habito, per dispositionem Imperatoris Ludouici Episcoporúmque & abbatum aliqua capitula ad vsus Regularium Monachorum addita sunt, & multa sanctarum scripturarum compilatione facta, clericorum & clericalium sanctimonialium regulæ constitutæ sunt.

¶ *Deficiente Historiarum narratione, cessat etiam narratio de regno Bulgarorum & Sarracenorum.*

821	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	

Sanctorum reuelantur corpora.

7 // Paschalis Papa corpus sanctæ Cæciliæ virginis ipsa reuelante inuenit aureis velatum indumentis sanguine, ipsius adhuc infusis, & ipsam & corpora sanctorum Valeriani sponsi eius & Tyburtij & Maximi, Vrbani quoque Papæ in Ecclesiam a se eis ædificatam transposuit. // 8 I

Ludouicus Imperator partitionem regni inter filios suos factam confirmat sacramentis optimatum suorum.

Leo Imperator Græcorum perimitur in palatio suo, conspiratione optimatum suorum, & præcipuè Michaelis domesticorum Comitis, & ipse Michael imperauit annis nouem. 812

Terr aintm-emuit.

8 // In Thuringia cespis longitudine pedum quinquaginta, latitudine quatuordenūm, altitudine sesquipedali sine manibus de terra præcisus & subleuatus est, & vltra pedes viginti quinque translatus est. // 1

In Saxonia tellus in modum aggeris limite vnius leucæ intumuit. 823

Drogo.

9 // Eleuatio sancti Vrsinari confessoris Lobiensis celebratur. // 2

Drogo frater Ludouici Imperatoris fit Metensium Episcopus. K

Lotharius filius Imperatoris à patre in Italiam dirigitur, qui à Paschale Papa consecratus, coronam regni & Imperatoris atque Augusti nomen accepit.

Romæ quidam nobilium perimuntur, pro eo quòd proniores esse iusto viderentur ad fidelitatem Lotharij Imperatoris. Quod crimen cum etiam in ipsum Papam Paschalem intorqueretur, Papa se apud Imperatores excusat, & de hoc crimine coram populo & legatis Imperatoris Romæ cum magno Episcoporum numero se iureiurando expurgat.

Terræmotus.

Terræmotus factus est, multæ villæ & domus cœlesti igne cremantur, homines & animalia ictu fulminum examinantur, fruges grandine vastantur, cum ipsa grandine veri lapides immensi ponderis cadunt, & hæc prodigia grandinis hominum mortalitas subsequitur.

In

A	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	Anni domini.	

puella triēnio non comedit.

In territorio Tullensi villa Commerciaco puella duodenis post sacram communionem in Pascha à Sacerdote susceptam, primùm per decem menses pane, deinde omni cibo & potu per triennium abstinuit, & post ad communem hominum vitam rediit.

10 // Eugenius Romanæ Ecclesiæ 97. præsidet. // 3 824

Eugenius papa.

Corpora sanctorum Seueri Rauennatis Episcopi, & vxoris eius Vincentiæ, & filiæ Innocentiæ, ab Ortigario Episcopo Maguntiam translata sunt.

Glacies ingēs cœlo decidit.

In Gallia ante solstitium æstiuale aere in tempestatem repentè conuerso, ingens fragmētum glaciei cum grandine cecidit, cuius lōgitudo pedes quindecim, latitudo sex, grossitudo duos pedes habebat.

Dionys. Areo. libri de Hierarch.

Legati Michaelis Imperatoris inter cætera munera detulerunt Ludouico Imperatori libros Dionysij Areopagitæ, ab ipso conscriptos de Hierarchia, id est, sacro principatu, petente ipso Ludouico de Græco in Latinum translatos. Qui libri Parisiis in ipso sacri martyris festo missi cum gaudio suscepti sunt. Quod gaudium virtus sancti martyris auxit, decem & nouem ægrotis in ipsa nocte ibi sanatis. B

Vvalchandus Leodiensis Episcopus, corpus sancti Hucberti transfert à Leodio ad Andagium monasterium.

Rabbanus.

Rabbanus sophista, & sui temporis poëtarum nulli secundus, fit abbas Fuldēsis, qui multa de scripturis sanctis disseruit, qui etiam librum de laude sanctæ Crucis figurarum varietate distinctum difficili & mirando poëmate composuit, Sergio Papæ sancto Petro offerendum misit.

11 // Harioldus rex Danorum cum vxore & filiis & sua Danorum parte Maguntiæ baptizatur, & ab Imperatore muneribus & parte Frisiæ in beneficium sibi data honoratur. // 4 825

Hilduinus abbas sancti Dionysij sacríque palatij Archicapellanus Romam mittens, à Papa Eugenio sancti Sebastiani corpus accepit, & Suessionis in Basilica sancti Medardi collocauit, vbi dum adhuc inhumatum in loco in quo allatum est iaceret, tanta signorum & virtutum gratia in nomine eiusdem martyris enituit, vt à nullo mortalium vel enumerari vel enarrari possint: quorum quædam tanti stuporis esse dicuntur, vt humanam fidem excedāt, nisi certum esset, Deum pro quo idem martyr passus est, omnia facere posse. C

12 // Corpora Marcellini & Petri martyrum de Roma sublata, & Franciam translata, multis signis clarificata sunt. // 5 826

Corpus etiam sancti Gregorij Papæ ad vrbem Suessionis translatum esse dicitur.

Valētinus p. Gregorius.

13 // Valentinus Romanæ Ecclesiæ 69. præsidet, quo post quadraginta dies pontificij defuncto Gregorius Romanæ ecclesiæ 97. præsidet, qui etiam Quartus Leo dictus est. // 6 827

Rabbanus abbas tractatus in libro Sapientiæ & Ecclesiastico, ad Otgarium archiepiscopum edit.

Amalarius librum de officiis ecclesiasticis ad Imperatorem Ludouicum scribit.

Angelonius etiam ad eundem Imperatorem tractatus in libros Regum edit.

Ansegisus abbas Lobiensis edicta Imperatoris Caroli magni Ludouici filij eius ad Ecclesiasticam legem pertinenti, in duobus æquè libellis digessit. D

14 // Italicus Ludouici Imperatoris exercitus classe in Africam transuectus, conserto prælio magnam Afrorum stragem fecit. 828

Frumento pluit.

In Vasconia annona de cœlo pluit frumento similis, sed grana breuiora habens.

Corpora sanctorum Valentini & Genesij, in Angiam monasterium translata sunt.

15 // Contra Ludouicum Imperatorem commotio & simultas filiorū eius & optimatum exoritur. 829

Hoc anno (qui est annus ab initio mundi, quadrimillesimus sexingentesimus octuagesimusoctauus, finitur nouus annus magnus ab initio mundi, qui est annorū quingentorum trigintaduorum.

Theophilus Imp.

16 // Apud Constantinopolim Theophilus imperat annis 15. // 9 830

Gregorius Papa dolens crebris Sarracenorum incursionibus vexari & vastari suburbium Romanæ vrbis circa Ecclesiam Petri Apostolorum principis, intendit illic vrbem nouam ædificare, ad quod consilio & auxilio Imperatorum animatus, nouam fabricam cœpit. E

17 // Sarraceni Siciliā incursantes etiam Lyparim insulam deuastant, vbi corpus Bartholomæi Apostoli quiescebat, quod olim loculo plumbeo iniectum & in mare mersum à paganis non ferentibus illud propter nimiam signorum claritatem ab omnibus venerari, ab India vsque ad hanc insulam vltra delatū fuerat. Cuius ossa modò à Sarracenis huc illúcque dispersa, & à quodam Monacho ipso reuelante collecta, Beneuentum transferuntur. // 1 831

Bartholomæi ossa.

Ludouicus Imperator aduersantes sibi quosdam exauctorauit, alios exiliauit, alios bonis priuauit, ac per hoc filios & optimates suos magis contra se exacerbauit.

18 // Gregorius Papa in Galliam veniens, contra Imperatorem cum filiis agebat. // 2 832

Imperator vxorem suam Iudith, quasi causam malorum abdicauit.

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	
		19 // Ludouicus Imperator à suis desertus ac proditus, & in potestatem filiorum re-	// 3		F
	833	dactus, Episcoporum iudicio arma deposuit, & ad agendam pœnitentiam inclusus est.			
		Sol & luna per eclipsim deficiunt.			
		20 // Ludouicus Imperator relaxatur, arma & imperium & vxorem accipit, ac filium	// 4		
	834	Lotharium in Italiam redire coegit.			
		21 // Monente Gregorio Papa & omnibus Episcopis assentientibus Ludouicus Im-	// 5		
Sanctorũ omnium festiuitas.	835	perator statuit vt in Gallia & Germania festiuitas omnium sanctorum in kalẽdis Nouem-			
		bris celebraretur, quam Romani ex instituto Bonifacij Papæ celebrant.			
		Hoc tempore reliquiæ Viti martyris à Parisiis ad Corbeiam Saxoniæ transferuntur, vnde			
		ipsi Franci testati sunt, quòd ab illo tempore gloria Francorum ad Saxones translata sit.			
		Ebdo Remorum Archiepiscopus deponitur aliique multi, qui cum eo in delectionem Lu-			
		douici Imperatoris conspirauerant, damnantur & exiliantur.			G
		22 // Gregorius Papa consumatam nouæ vrbis fabricam solenniter dedicauit, eámque	// 6		
	836	vrbem Leonianam appellauit, vel à Leone tertio huius nominis Papa, qui huius operis fun-			
Leoniana vrbs.		damenta olim gesserat, vel à seipso, quia & ipse Leo Quartus dictus est.			
Normani Gallia vexant.	837	23 // Nortmanni Gallias grauiter infestant, Dorestatum vastant, Andouerpum oppi-	// 7		
		dum & Vvitlam emporium situm iuxta ostium Mosæ incendunt, à Frisonibus tributum ac			
		cipiunt.			
		Sarracenis ad deprædandum vsque ad portum Romanorum venientibus, Romani insti-			
		tia Leonis Papæ, auxiliantibus sibi etiam Neapolitanis, eos bello excipiunt, & cooperante			
		diuinitus sibi graui turbine ventorum vsque ad internecionem penè victos delent.			
Cometes.	838	24 // Cometes in signo Libræ apparet.	// 8		
		Nortmanni Vvalchaum insulam vastant, & tributum exigunt.			
	839	25 // Ludouicus Imperator filio suo Lothario sub fide ad se venienti reconciliatur, eíq;	// 9		H
		dignitatem imperij & regni tribuit coronam.			
		Cometes in signo Arietis apparet, & per aliquot dies plurimi instar stellarum igniculi per			
		cœlum discurrere videntur.			
	840	26 // Ludouicus Imper. moritur, & Lotharius solus imperiũ vsurpãs imperat annis 15.	// 10		
Lotharius.	841	1 // Carolus & Ludouicus filij Imperatoris, dolentes se à fratre suo Lothario debita	// 11		
		regni parte priuari, contra eum insurgere parant.			
	842	2 // Cometes in signo Aquarij apparuit.	// 12		
		Tribus fratribus de regni partitione discordantibus, conseritur inter eos pugna in pago			
		Antissiodorensi apud villam Fontanedum, & tãta cædes vtrinque facta est, vt nulla ætas me-			
		minerit tantam stragem hominum fuisse factam in gente Francorum, & ita eorum vires ibi			
		attenuatæ sunt, vt iam nec suos terminos ab externis tueri possent, victoria tamen Carolo			
		& Ludouico prouenit.			
	843	3 // Fratribus nondum de bello desistentibus, consilio optimatum tandem de pace	// 13		I
		agitur, & de parte singulorum 40. primorum accipiuntur, qui in vnũ conuenientes regnum			
		æqualiter diuiderent, & ita pax in annum sequentem induciatur.			
		Ludouicus interim pergẽs in Saxoniã, validissimã libertorũ conspirationẽ dominos suos			
		opprimere volentium fortiter compescuit, actoribus factionis capitali sententia damnatis.			
Theodulphus.		His temporibus floruit Theodulphus abbas Floriacẽsis, postmodum Episcopus Aurelia-			
		nensis, de quo refertur quòd illos versus quos in die palmarum singulis annis ecclesiæ Gal-			
		liarum decantare in vsu habent, ipse composuerit, id est, Gloria, laus & honor. Quos cum			
		ipse Ludouico Imperatore secus domum in qua exul detinebatur apud Andegauum trans-			
		cunte decantaret, audiens Imperator, & misertus illius, iussit eum absolui.			
	844	4 // Sergius Romanæ Ecclesiæ centesimus præsidet. Ad cuius electionem confirman-	// 14		
Sergius papa.		dam Ludouicus filius Imperatoris Lotharij à patre missus, ab eodem Papa in regem Longo-			
		bardorum vnctus est.			
		Mauri Beneuentum occupant.			K
		Descripto in tres partes regno, fratres ad vrbem Galliæ Virdunum conueniunt, & inter			
		se pacificantur: & datis & acceptis inuicem sacramentis, quisque ad descriptas sibi partes re-			
		gni tuendas reuertuntur. Carolus accepit occidentalia regna à Britannico Oceano vsque ad			
		Mosam fluuium, in qua parte ex tunc & modò nomen Franciæ remansit. Ludouico orienta-			
Lotharingia nomen habet à Lothario.		lia regna cesserunt, omnis scilicet Germania vsq; ad Rheni fluenta & aliquæ trans Rhenum			
		ciuitates, cum adiacentibus pagis propter vini copiam. Lotharius qui maior natu erat, & Im-			
		perator appellabatur, omnia Italiæ regna tenuit cũ ipsa Roma, necnon & Prouinciam & me-			
		diã partem Franciæ inter Scaldim & Rhenũ, quæ mutato nomine ab eo denominatur Lo-			
Carolus.		tharingia. Post factam ergo diuisionem Carolus regnat in Francia annis 34. Ludouicus frater			
/		eius in Germania annis 33.			

5// 1 Ludouicus

	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	Anni domini.	
A	5 // 1 // Ludouicus rex Germaniæ Abroditos à se deficere molientes, bello perdomuit,	// 15			
	occiso rege eorum, eorúmque terram & populum sibi diuinitus subiugatum, per duces ordi-				
	nauit. Apud Constantinopolim Michael & Theodora imperant annis vndecim.			845	
	6 // 2 // Nortmanni regnum Caroli grauiter infestãt, & vsque Parisios nauigio veniũt,	// 1		846	*Michael & Theodora.*
	cum Frisonibus tribus præliis, confligunt: in primo victi, in duobus victores existunt.				
	Ludouicus quatuordecim duces Boemannorum cum suis baptizari fecit.				
	Carolus cum Britonibus infœliciter pugnat.				
	7 // 3 // Leo quintus Romanæ Ecclesiæ centesimus primus præsidet. Hic decreuit vt	// 2		847	*Leo plebem arcet à choro.*
	dum missarum sacra solennia celebrantur, nullus ex laicis in presbyterio stare vel sedere vel				
	ingredi præsumat, nisi tãtùm sacra plebs quæ ad administrationem sacri officij cõstituta est.				
	Decreuit etiam vt octauæ assumptionis sanctæ Mariæ in ecclesia Romana celebrarentur,				*Assumptionis octauæ.*
B	quo d antea non fiebat.				
	8 // 4 // Rabbanus abbas Fuldensis ordinatus Moguntiæ archiepiscopus, celebrata sy-	// 3		848	
	nodo Moguntiæ iussu Ludouici regis multa ecclesiæ vtilia decreuit.				
	Quædam pseudoprophetissa dicens, instare diem iudicij, Moguntiam sollicitabat, ita vt				
	etiam ali quos sacri ordinis ad se inclinaret, quæ ab archiepiscopo correpta, confessa est se				
	per suggestionem cuiusdam presbyteri quæstus causa hoc fecisse.				
	9 // 5 // Godescalcus hæreticus à Rabbano archiepiscopo rationabiliter, vt multis vi-	// 4		849	*Iudicij diem saga mẽtitur.*
	sum est, conuincitur, sed tamen in suo perseuerat errore.				
	Sancta Helena Imperatrix à suo filio Constantino magno primo huius nominis Imperatore Romæ in ecclesia sanctorum Marcellini & Petri martyrum in Mausoleo purpureo sepul				
	ta, ad Franciam à Thaogiso monacho transfertur, & in diœcesi Remensi magna Francorum				
	veneratione excolitur.				
	10 // 6 // Franci à Boemanis graui prælio vincuntur, cui bello spiritus malignus se præ-	// 5		850	
C	fuisse per os arreptitij publicè protestatus est, & per se & per suos socios, spiritus scilicet su-				
	perbiæ & discordiæ, egisse vt Franci terga verterent.				
	11 // 7 // Reliquiæ sancti Hermetis martyris per Lotharium Imperatorem in Gallias	// 6		851	*Dæmone duce Franci vincuntur.*
	mittuntur, & apud Indam monasterium honorificè conduntur.				
	Fames valida Germaniã attriuit, vt etiam pater filium suum deuorare voluerit, quo tem-				*Fames grauis.*
	pore Rabbanus archiepiscopus multam beneuolentiam pauperibus exhibuit.				
	12 // 8 // Carolus rex Francorum filios fratris sui Pipini regis, Pipinum & Carolum re-	// 7		852	
	gnum inquietantes capit, & in monachum attonsos in monasterium trudit.				
	13 // 9 // Nortmanni per mare Britannicum ostia Ligeris ingressi vrbem Nannetum in-	// 8		853	*Normani populantur.*
	uadunt, episcopum sabbatho sanctæ paschæ baptismum celebrantem trucidant, clerum &				
	populum perimunt: inde Andegauum, deindè Turonos occupant, & vt tempestas omnia di-				
	ruunt, templum etiam sancti Martini incendunt.				
	14 // 10 // Fama est hunc Ioannem fœminam fuisse, & vni soli familiari tantùm cognitam,			854	*Ioannes Papa fœmina.*
D	qui eam complexus est, & grauida facta peperit, Papa existens: quare eam inter pontifices nõ				
	numerant quidam, ideo nomini numerum non facit.				
	Hincmarus Remorũ archiepiscopus in Francis claret, qui vitam sancti Remigij scripsit.				*Hincmarus. Benedict. p.*
	Benedictus Romanæ ecclesiæ centesimus secundus præsidet. Hoc conspiratione mali-				
	gnorum depositio, Anastasius præsulatum inuadit, sed Anastasio à legatis Imperatoris Lotha-				
	rij deiecto, & in carcerem truso, Benedictus honorificè relocatur.				
	Nortmanni qui per viginti annos Franciam nimis attriuerant, in patriam suam reuersi, in				
	testino inter se bello vsque ad internecionem delentur, vt de regia stirpe eorum nullus nisi				
	puer vnus remaneret.				
	15 // 11 // Terræmotus acris insolita cõmotio, turbines, tempestates, grãdines, fulmina	// 9		855	*Terræmotus.*
	multa, multis modis incommoda hominibus inferunt, quidam etiam homo igne cœlesti				
	consumptus est, veste illæsa manente.				
E	Lotharius Imperator, partito inter filios regno, abrenunciat seculo, & in Prumia mona-				
	sterio habitu monachi susceptо non multo pòst dormiuit in Domino.				
	Ludouicus filius eius olim à Sergio Papa in regem vnctus, imperat annis 21. Lotharius				*Ludouicus.*
	verò frater eius Lotharingiam tenet.				
	1 // 12 // Maginradus eremita martyrizatur.	// 10		856	
	Rabbanus egregiæ vitæ & scientiæ archiepiscopus obiit.				
	Apud Constantinopolim Michael solus imperat annis 13.				*Michael.*
	2 // 13 // Nicolaus Romanæ ecclesiæ 103. præsidet, cuius ordinationẽ Ludouicus Im-	// 1		857	*Nicolaus Papa.*
	perator sua præsentia roborauit.				
	Coloniæ orta tempestate populo in basilicam sancti Petri confugiente subitò fulmen				
	instar ignei draconis basilicam scidit ac penetrauit, & tres homines diuersis quidem locis,				*Fulmen.*

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	F
	sed vno ictu in mortem deiecit, alios etiam sex eodem impetu semiuiuos reliquit.			
858	3 // 14 // Franci super crudelitate Caroli regis sui apud Ludouicum fratrem eius expo-	// 2		
	stulant, & eum ad regnandum super se contra Carolum inuitant, quod ille incõsultè aggres-			
	sus, turpiter alienis excessit finibus.			
Demon vexat Maguntinos.	In parochia Moguntina malignus spiritus euidens nequitiæ suæ dedit indicium. Nam primò lapides iaciendo, & parietes domorum quasi malleis pulsando, inde manifestè loquendo, furta etiam prodendo, discordias inter vicinos seminando, homines inquietabat. Denique animos omnium contra vnum hominem commouit, quasi propter eius peccata cæteri talia paterentur, cuius fruges in vnum coaceruatas incendit, qui vbicunque intrasset, statim domus illa exurebatur, vt iam eis nisi in agris locus manendi nullus esset. Propter hoc presbyteris litanias agentibus, & benedictam aquam spargentibus, inimicus lapides iaciendo, multis cruentatis, tandem aliquandiu quieuit. Presbyteris recedentibus inimicus flebiliter vlulans, tandem presbyterum quendam nominatim exprimens se, quãdo aqua benedicta spargebatur sub cappa illius, quasi familiaris sui latuisse professus est, accusans eum cum filia procuratoris concubuisse. Sic per triennium institit, donec ibidem cuncta ædificia incendio consumeret.			G
859	4 // 15 // Ludouicus rex Germaniæ plurima prælia contra Sclauos strenuè gessit, & ca-	// 3		
	pto principe eorum, Rastrix nomine, propter violatam fidem oculos ei eruere iussit.			
	Principibus Caroli regis inter se discordantibus, Britones destituram auxilio terram inuadentes, vsque Pictauis omnia vastando veniunt, quos redeuntes rex Carolus persequutus Britanniam intrat, & pugna conserta, Frãci vincuntur, Britones in sede eorum grassantur.			
860	5 // 16 // Numenæus rex Britonum dum instaret regnum Frãcorum depopulari, visum	// 4		
Maurilianus inuasorẽ vrbis occidit.	est ei assistere sibi sanctum Maurilianum Andegauensis vrbis olim episcopum, à quo in capite baculo percussus iram Dei morte persensit.			
	Hoc tempore Leuculfus dux Saxonum pater Ottonis ducis, auus autem Henrici regis,			H
	corpus sancti Innocentii papæ à Roma in Saxoniam transtulit.			
861	6 // 17 // Herispous filius Numenæi rex Britonum Carolo regi confœderatur, & nu-	// 5		
	meratus eius se dominationi subdit.			
862	7 // 18 // Lotharius rex Lotharingiæ Vualdradam pellicem superducens coniugi suæ	// 6		
	Thebergæ, consentientibus sibi archiepiscopis Gunthario Colonien si, & Thetgaudo Treue-			
	rensi magnam sibi calamitatem parauit.			
863	8 // 19 // Hucbertus abbas & dux frater Tetbergæ reginæ, pro repudio sororis suæ cõ-	// 7		
	tra Lotharium insurgit.			
Archiepiscopi adulterio Lotharij consentientes excõmunicantur.	Guntharius & Thetgaudus archiepiscopi Romæ à Papa Nicolao pro adulterio Lotharij regis examinati, cùm & suis synodalibus gestis, quæ præferebant, & suorum ore etiam convicti fuissent, episcopatu & sacris gradibus exordinati, anathematizati sunt, eísque tamen laicalis communio concessa est.			
864	9 // 20 // Excommunicata pellice Vualdrada à legato apostolico, vidẽs Lotharius rex	// 8		I
	etiam sibi excommunicationem intẽtari, Thetbergam vxorem suam recipit, sed nõ multum			
	id profuit, quia nõ multo pòst repudiata vxore pellicem recepit, nec vltra vllo correptionis			
	modo ab ea separari potuit.			
Euseb. & Potentianus. Bulgari credunt.	865 10 // 21 // Corpora sanctorum Eusebij & Potentiani martyrum, dono Nicolai Papę ad	// 9		
	Gallias trãslata, in monasteriis voto religiosorũ sancto Petro collatis honorificè tumulãtur.			
	Rex Bulgarorum ad Christianismum cum sua gente conuersus, missus ad eum à sede			
	apostolica sacri ordinis ministris acceptis, etiam à rege Ludouico subsidiis, adeò in fide soli-			
	datur, vt non multo pòst filio maiore in regnum ordinato, ipse abrenuncians seculo mona-			
	chus factus sit. Sed cum filius eius iuueniliter agens, ad gentilitatis cultum vellet redire, mi-			
	litiæ cingulo & cultu regio resumpto filium persecutus cepit, & oculis eius effossis, cum in			
	carcerem trusit, & filio iuniore in regnum locato, sacrum habitum recepit, & in eo vsque ad			
	finem vitæ perseuerauit.			K
866	11 // 22 // Herispoo à suis perempto, Solomon filius eius super Britones regnat, & Ca-	// 10		
	rolo contra se venienti confœderatur.			
	Nortmanni Galliam repetentes Nannetis, Andegauis, Pictauis, & Turonis terminos de-			
	populantur. Quibus occurrentes dux Aquitaniæ Ranulfus, & Robertus fortis Marchio, dũ			
Nortmanni populantur.	ipsi incautè præliantes perimũtur, cæteri à Nortmãnis vt oues à lupis aceruatim sternũtur.			
867	12 // 23 // Sarracenis Beneuentanam regionem incursantibus, Ludouicus Imperator	// 11		
	viriliter occurrit, ad cuius auxilium Lotharius frater eius properans, multa quidem prælia			
	cum eo strenuè gessit, sed exercitu suo propter intemperiẽ aeris morbis & morsibus aranea-			
	rum nimis grauato, cum multo suorum dispendio rediit.			
Adrianus Papa.	868 13 // 24 // Adrianus Romanæ ecclesiæ 104. præsidet.	// 12		
	Cometes			

A	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	Anni domini.	
	Cometes manifestè apparet.				
	Michael Græcorum Imperator, sensu diminutus, adeò mente excidebat, vt familiares				
	suos iuberet occidi, quos tamen ad se rediens, sibi præsentari exigebat.				
	14 // 25 // Basilius, quem Michael Imperator pauperẽ ex familia vnius abbatis sibi asci-	// 13		869	*Basilius.*
	uerat, & cubicularium factum ad tantos honores prouexerat, vt alter ab Imperatore appella-				
	retur, sæpè ab Imperatore per insaniam occidi iussus, timens ne tali occasione occideretur,				
	elegit magis ipse Imperatorem interficere, quàm ab eo interfici, & imperauit annis decem				
	& septem.				
	Corpus sancti Mauri, qui fuit discipulus sancti Benedicti, asportatum à Glantifolio in				*Mauri reliquiæ.*
	Burgundiam propter timorem Nortmannorum transfertur ad Fossatense cœnobium, quod				
	constructit sanctus Babolenus, sancti Columbani discipulus.				
B	15 // 26 // Lotharius rex Romam ad Adrianum Papam se excusatum vadit, à quo dum	// 1	pro comprobatione innocentiæ suæ ad examinationem corporis & sanguinis Domini, tam	870	*Eucharistiam temerè gustãtes pereunt.*
	ipse quàm optimates regni inuitati fuissent, & ipse & omnes qui corpus Domini nostri cum				
	eo temerè accipere præsumpserunt, infra ipsum annum perierunt, ipso statim in redeundo				
	Placentiæ defuncto.				
	16 // 27 // Coloniæ celebrata synodo ad dedicationem ecclesiæ à tribus Lotharingiæ	// 2	Metropolitis, Liutperto Magũtino, Bertulfo Treuerẽsi, Vvilleberto Colonien si, cũ ab eis ma-	871	
	ior ecclesia quæ est sancti Petri deberet dedicari, præcedente nocte auditæ sunt voces mali-				
	gnorum spirituum, inter se dolentiũ & cõquerentiũ, se à possessis diu sedibus debere expelli.				
	Carolus rex Francorum defuncto fratruele suo Lothario, dum Lotharingiam solus vsur-				*Dedicatio ecclesiæ pellit dæmones.*
	pare nititur, per moderantiam & industriam Ludouici fratris sui Germanorum regis ad hoc				
	attractus est, vt æqualiter inter se regnum fratruelis diuiderent.				
	Ab exercitu Ludouici Germanici vario euentu varia bella contra Sclauos geruntur.				
C	17 // 28 // Carolum regem Francorum domestica calamitas in filiis suis afflixit.	// 3		872	
	Siquidem Carlomannum in clericatu vsque ad diaconatus officium prouectum, ipse pa-				
	ter cepit & excæcauit, pro eo quòd ad apostasiã conuersus, & omni genere nocendi regnum				
	perturbans, alter quidam Iulianus effectus erat.				
	Porrò alter filius eius Carolus dum inconsultè voluisset experiri, expertam cuiusdam Al-				
	buini militis fortitudinem, & solus soli congressus fuisset, ab eodem Albuino ignorante quis				
	esset, peremptus est.				
	Basilius Imperator Græcorum inter cætera munera mittit Ludouico regi Germanorum				*Crucis donũ.*
	crystallum miræ magnitudinis, mirè auro gẽmísque ornatum, cũ parte non modica sanctæ				
	crucis.				
	18 // 29 // Ioannes Romanæ ecclesiæ 105. præsidet. Ad hunc Ioannes Romanæ ecclesiæ	// 4	diaconus vitam primi Gregorij Papæ scribit, in quatuor libellis laudabiliter editam.	873	*Ioãnes Papa*
	Adalgisus dux Beneuentanorum à Græcis seductus, contra Ludouicum Imperatorẽ re-				
D	bellat, & multas Italiæ vrbes ab eo desciscere facit, cui Imperator viriliter repugnans, Bene-		uentum & Capuam capit: sed dolis Adalgisi persuasus exercitum dimittere, ita ab eo est cir-		
	cumuentus, vt non posset euadere, nisi turpi fœdere facto cõpulsus, iurasset Adalgiso se nun				
	quã in vita sua Beneuenti fines intraturum, ob hoc Adalgisus à senatu Romano reus maiesta				
	tis & hostis publicus adiudicatus, & bello contra se decreto in Corsicam fugit.				
	Carolus iunior Ludouici Germanorum regis filius, à dæmonio grauiter in præsentia pa-				*Dæmone vexatur patri irreuerens.*
	tris & optimatum eius vexatur, & in ipsa vexatione confitetur hoc sibi ideo contigisse, quia				
	contra patrem suum conspirationem facere moliebatur.				
	19 // 30 // In Italia Brixæ tribus diebus & tribus noctib⁹ sanguis de cœlo pluisse narratur.	// 5		874	*Nortmanni cadunt.*
	Nortmanni à regno Ludouici Germanorum regis tributum exigentes, ab exercitu eius				
	grauiter cæsi vincuntur.				
	Locustæ in Galliam depopulantur innumerabiles, cæteris locustis maiores, sena alarum				*Locustæ populantur.*
E	regimina, sex pedes, duos dentes lapide duriores habentes, vt castrorum acies turmatim vo-		lantes, duces cum paucis itinere vnius diei mittentes ad metenda loca venturæ multitudi-		
	ni, circa horam nonã ad locum præuisum venientes, ibíque solis ortum expectantes, per spa-				
	tium vnius diei aerem velabant, ipsum solis radium obnubilantes, ore lato, extenso intesti-				
	no, omnia viridia in herbis & arboribus vastabant, spatium diurni itineris quatuor aut quin-				
	que millibus extendentes. Hoc miserabili spectaculo vsque ad mare Britãnicum peruenien-				
	tes, tandem flatu ventorum in profundum maris dimersæ sunt, sed æstu Oceani ad littus re-				
	iectæ, ex putredine sua aere corrupto multos perire fecerũt: secuta famesvalida, multos con-				
	sumpsit inedia, vt penè tertia pars hominum consumpta sit.				
	20 // 31 // Hyems solito asperior & prolixior, nix & gelu à Calendis Nouembris vsque	// 6		875	*Hyems solito longior.*
	ad vernale æquinoctium.				

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.
			Ludouico regi Germanorum apparuit in somniis genitor suus, olim Imperator, adiurans eum per nomen sanctæ trinitatis, vt eum eriperet à tormentis quibus detinebatur, vt æternam requiem habere mereretur. Ob hoc ad diuersa monasteria eleemosynis destinatis obnixè filius succurrebat patri, vnde datur intelligi, quòd licet idem Imperator multa Deo & hominibus placita fecisset, plura tamen contraria in regno suo fieri consensit, in quibus grauiora videbantur, quòd hæresi Nicolaitarum non restitit, & monita Gabrielis archangeli duodecim capitulis comprehensa, quæ Emarchus ei legenda & obseruanda obtulit, seruare non studuit.
Defunctorum refrigerium.			Nortmanni vrbem Andegauis, quasi in ea habitaturi, cũ suis omnibus occupãt, ad quam oppugnãdam Carolus ascito Salomone Britonum rege multis diebus eam obsedit. Sed cum Nortmanni ad desperationem adducti fuissent, rex multo exercitu pecunia ab eis accepta, egressum eis annuit, essque hoc pacto peiora faciendi locum dedit.
Nortmanni Andegauum occupant.			
876	21 // 32 // Cometes solito rutilantior apparuit.	// 7	
			Subita & nimia aquarum inundatio facta est in Iunio, ita vt in Saxonia villa quædam longè à torrentibus & fluminibus remota in momento cum hominibus & bestiis, & arboribus, & ædificiis, cum ecclesia & altari, penitus absorpta sit, vt nullum habitationis remanserit vestigium.
Inundatio.			
			Ludouicus Imperator in Italia moritur, & patruus suus Carolus rex Francorum Romam pergit, & Ioanne Papa & Romanis per munera sibi conciliatis, Imperator creatur, & imperat annis duobus. Sed ei statim à Ludouico fratre suo bellum paratur, quòd se inconsulto solus Imperium fratruelis vsurpauerit.
			Britones rege suo Salomone mortuo pro contentione regnandi intestino inter se bello colliduntur, sicque inuiti cessant à Galliæ exterminio.
			Carolus Imperator post adeptum Imperium vltra se elatus, consuetudines Francorum vilipendens, Græcas glorias & insolitos habitus affectabat, & talari Dalmatica indutus, & desuper baltheo accinctus pendente vsque ad pedes, capite verò inuoluto velamine serico & diademate superimposito procedebat: Et cum esset lepore timidior, & hostes fugere quàm fugare paratior, fratrem suum Ludouicũ lacessebat, minatus tantas copias se conducturũ, vt ab equis flumine exhausto, ipse per aridum alueum Germaniæ regnum intraret.
877	1 // 33 // Henricus monachus vitam Germani Antissiodorensis heroico metro in sex li- // 8 bellis luculenter exaratam Carolo Imperatori obtulit.		
Carolus Caluus.			Ludouicus regnans in Germania moritur, relinquens tres filios suos hæredes, Ludouicum iuniorem, & Carolum, qui non multo pòst imperauit, Carlomannum patrem Arnulfi Imperatoris.
			Carolus Imperator de morte fratris sui gauisus iniustitiam quam contra fratrem conceperat, contra filios fratris perficere paratus, cum quinquaginta & ab eo amplius hominum millibus regnum eorum aggressus, Coloniam vsque venit, filiis Ludouici aliàs occupatis, Ludouicus iunior legatione ad patruum missa, rogabat ea quæ pacis sunt: quod cùm impetrare non posset, eum viriliter bello excepit, eúmque victum cum nimio exercitus damno & multo dedecore fugere compulit.
Canes dispa-ruerunt.			Ingruente in Germania pecorum pestilentia, dum canes vndique collecti cadaueribus incumberent, ita disparuerunt, vt nec viui nec mortui reperirentur.
878	3 // 34 // Carolus Imperator Romam secundò profectus Bosoni Germano vxoris suæ ne- // 9 ptem suam filiam Ludouici Imperatoris vxorem dedit, & data ei Prouincia in regem eum coronauit, vt etiam regibus imperare videretur, qui audiens fratrueles suos Carlomannum & Carolum contra se exercitum adducere, pauore solutus reditum parat, & inter redeũdum à quodam Sedechia Iudæo malè potionatus Mantuæ moritur: filius eius Ludouicus cognomento Balbus secundus, post diuisionem regnat in Francia annis duobus, iunior verò Carolus filius Ludouici Germanorum regis imperium adeptus est, annitẽtibus sibi quibusdam nobilium Romanorum, Ioanne autem Papa satagente Imperium transferre ad Ludouicum Balbum filium recens defuncti Caroli Imperatoris.	
Medicus infidelis.			
Carolus. Ludouicus Balbus.			
879	1 // 1 // Ioannes Papa iniuriatus à Romanis, ita vt etiam in custodia teneretur, pro eo // 10 quòd Carolo non fauebat, in Franciam veniens cum rege Ludouico Balbo penè annũ moratus est.		
			Nortmannorum plusquam quinque millia à Francis in Gallia cæsa sunt.
Milo monachus. Hubaldus.			Hoc tempore clarebat Milo monachus sancti Amandi, qui vitam sancti Amandi metricè composuit, & librum de sobrietate ad Carolum Caluum scripsit, sub hoc Milone adolescebat etiam nepos eius Hubaldus, qui in septem liberalium artium peritia clarus, egregiè præter cætera in Musica claruit, & de multis sanctis cantus dulci & regulari modulatione composuit.
			2 // 2 // Sol

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.
	2 // 2 // Sol hora diei nona ita obscuratus est, vt stellæ in cœlo apparerent.	// 11	
880			Rex Francorum Ludouicus Balbus moritur, vxorem suam ex se grauidam relinquẽs. De regno eius Francis variè sentientibus, aliis illud filio Ludouici Balbi ex concubina deberi iudicantibus, aliis Bosoni prouinciæ regulo ad illud iniustè inuadendum assentientibus, aliis verò illud regno Germaniæ resociare volẽtibus, nascitur interim ex legitima vxore Ludouici Balbi filius, qui ex nomine aui Carolus nominatus est. Filij tamen Ludouici Balbi ex concubina, Ludouicus & Carlomannus dicti, interim regnum Francorum inter se diuidentes, regnant annis quinque, & Bosonem semper persecuti sunt.
Ludouicus & Carlomannus			
			In sylua Francia Carbonaria plusquam nouem millia Nortmannorũ à Francis cædũtur.
881	3 // 1 // Carolus Imperator fratre suo Carlomanno defuncto, & non multo pòst Lu- // 12 douico altero fratre suo immatura morte præuento, post claras de inimicis victorias regnum Germaniæ obtinuit.		
882	4 // 2 // Carolus Romæ à Papa Ioanne in Imperatorem benedicitur.	// 13	
			Nortmanni adiunctis sibi Danis Franciam & Lotharingiam peruagantes, Ambianum, Attrebates, Corbeiam, Cameracum, Taruennam, fines Morinorum, Menapiorum, Brachatensium, omnémque circa Scaldim fluuium terram, monasteria sanctorum Vvastrici & Richarij ferro & igni deuastant, inde Vual fluuium ingressi, totam Batauiam, palatium etiã Neomagi incendunt.
Normannorũ expeditiones.			Eodem anno Godefridus & Sigefridus reges Nortmannorum cum inæstimabili multitudine iuxta Mosam in loco Hasson consedentes, Leodium, Traiectum, Tungros, Coloniam, Agrippinam, Bonnam, cum adiacentibus castellis comburunt, Aquis in Palatio equos stabulantes, oppidum & palatium incendunt, præterea monasterium Stabulaus, Malmũdarium, Indam, Prumiam. Sacri ordinis in vtroque sexu ministri, vbi poterant opportunius latebant, & sanctorum corpora & pignora locis tutioribus absondebant. Ad hæc mala Hug filius Lotharij ex Vvaldrada pellice in Lotharingia & Boso supra scriptus, in Burgũdia tyrannizabant.
883	5 // 3 // Nortmanni vrbem Treuerim incendunt, & Metas vsque perueniunt, ibíq; // 14 conserto prælio Christianos vincunt. In hoc prælio Gnalo Metensium episcopus cæsus est.		
884	6 // 4 // Carolus Imperator & Gallis & Germanis ad auxiliandum regno euocatis, // 15 Nortmannos obsident, cum quo Godefridus rex facto fœdere, vt sibi Frisia prouincia & Gila filia Lotharij regis vxor daretur, baptizatus est, & ab Imperatore de sacro fonte susceptus, Sigifrido quoque rege nimis munerato, eos à regno suo recedere fecit, qui mox Franciam repetentes, post multas incursiones à Carlomanno rege Francorum duodecim millia argẽti probati pro tributo exigunt, & sic in duodecim annis pacem promittentes mare repetunt.		*Franci Nortmanorum tributarij.*
			Hoc tempore Radulphus quidam copus sancti Calixti Papæ & martyris à Romana vrbe in Franciam transfert, qui Calixtus ieiunium quatuor temporum celebrari instituit.
Ieiunium quatuor tẽporum.			
885	7 // 5 // Carlomanno rege Francorum mortuo, cuius frater Ludouicus iam priori // 16 anno obierat, Nortmanni Franciã repetunt, dicentes se cũ rege Francorũ tantùm, non cum Francis pacis pepigisse pactũ. Hinc cõpulsi Franci, Carolũ Imperatorẽ ad auxiliandum sibi inuitãtes, Frãciã ei subiiciũt, qui cõtra Nortmãnos apud Louaniũ castrametatos, semel & bis exercitũ misit, sed nihil dignũ fecit, regnauit ergo Carolus etiam in Francia annis quinque.		*Carolus.*
			Hyncimarus Remorum archiepiscopus obiit.
886	8 // 1 // Marinus Romanæ ecclesiæ 106. præsidet.	// 17	*Marinus Papa.*
			Hug filius Lotharij regis ex Vualdrada pellice paternum Lotharingiæ regnum rebellãdo assequi sperans, Godefrido Nortmannorum, cui soror sua Gila nupserat medietate affectati regni promissa persuadet vt ab Imperatore imperiales fiscos ad libitum suum sibi addi peteret, per hoc vtrinque Imperatorẽ circumuenire putans, si daret, Nortmanni hostes regni in viscera regni immitterentur: si negaret, iustã rebellandi causam habere videretur. Ad hoc tractandũ iussu Imperatoris Henrico duce, & Godefrido in Batauiam ex condicto conuenientibus, inter agendum Godefridus cum suis perimitur, nec multo pòst etiam Hug ab Henrico excæcatur, & nouissimè in monachum Prumiæ attondetur. Apud Constantinopolim Basilio Imperatore mortuo Leo filius eius imperat annis 18.
Leo.			
887	9 // 2 // Nortmanni à Louanio exeuntes, Parisios obsident, contra quos Henricus dux // 1 exercitum ducẽs dum incautè equitat, in foueam, quam Nortmanni factam quisquiliis operuerant, lapsus trucidatur.		
			Hug dux & abbas miræ potestatis & prudentiæ moritur.
888	10 // 3 // Agapitus Romanę ecclesię 107. præsidet. Hic in aliquib⁹ libris nõ annumeratur. // 2		*Agapitus Papa.*
			Carolus Imperator cum Nortmannos nequiret expellere, tandem facto fœdere concessit eis regiones quæ erant vltra Sequanam, quarum incolæ contra se rebellabant, quæ pars Franciæ à Nortmannis Nortmannia appellata est.
			Normania.

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	
Adrianus Papa.		11 // 4 // Adrianus Romanæ ecclesiæ 108. præsidet.		// 3	
	889	Carolus Imperator zelatus vxorem suam pro eo quòd plus iusto familiariter ageret cum Luituualdo Vercellensi episcopo, repudiat: episcopus protestatur in concione se nunquam cum ea coisse, illa verò se virginem esse gloriata, accepto repudio monasterium petiit.			
Arnulphus.	890	12 // 5 // Carolus Imperator corpore & animo deficiés, ab optimatibus regni repudia- // 4 tur, & Arnulphus filius Carlomanni regis fratruelis eius in regnum sublimatur, & regnat annis 12. Hic Arnulfus patruo suo ex Imperatore etiam necessariis egenti fiscos in Alemannia delegauit, qui sequenti anno obiit.			
		Romanum Imperium & regnum Francorum miserè discerpitur, in Italia nempè Berengarius & Vuido de regno contendunt.			
Odo.		Franci verò neglecto Carolo Ludouici Balbi puero vix decenni, regem sibi præficiunt Odonem filium Roberti ducis, quem à Normannis occisum suprà diximus.			
		Radulphus autem corona sibi imposita, rex Burgundiorum statuitur, quod regnum multo tempore durauit.			G
			Regnum Burgundionum incipit.		
Basilius Papa.	891	1 // 1 // BAsilius Romanæ eccleſiæ 109. præsidet. Hic in aliquibus libris non inueni- // 5 tur.			
		Nortmanni Parisios expugnare non valentes, Burgundiam aggrediuntur, & Senones vrbem oppugnant, sed non expugnant.			
		In Italia Sarraceni castrum quoddam Fraxinetum occupantes, magno exitio Italiæ esse cœperunt.			
Nortmanni Senones & Parisios oppugnant.	892	2 // 2 // Nortmanni à Senonibus Parisios repetunt, & inde repulsi per Macronem fluuiũ // 6 Trecas vrbem incendunt, & vsque Viridunum & Tullum vrbes cuncta depopulantur.			
		Vuido Berengarium bis victum ex prælio fugat.			
		Odo rex Danos, super Auxonem fluuium bello vincit.			H
	893	3 // 3 // Arnulphus rex Zuendebaldo duci Maharensiũ ducatum Boemanorum addens, // 7 & Boemanos per hoc sibi infestos fecit, & Zuendebaldo per adiectionem potentiæ, materiam contra se rebellandi dedit, ad quem debellandum, cum non sufficeret, gentem Hungarorum Deo inimicam regno immisit, eorúmque auxilio Zuendebaldum deuicit, & tributarium fecit.			
		Sanctus Vualdricus in Baioaria nascitur.			
	894	4 // 4 // Nortmanni iterum à Parisiis repulsi, fines Britonum incessunt, & primò victores, // 8 postea à Britonibus vincuntur, in duobus præliis duodecim millibus suorum peremptis.			
		Odone rege per consilium Francorum in Aquitania demorante, Franci puerũ Carolum duodennem Ludouici Balbi filium in regnum paternum reuocant, & Remis à Fulcone archiepiscopo in regem benedici faciunt, & oritur longa concertatio inter eum & Odonem.			
Stephanus p.	895	5 // 5 // Stephanus Romanæ eccleſiæ 110. præsidet. // 9			I
		Nortmanni Lotharingiam repetentes, circa Leodium cum Christianis pugnant, & vincunt.			
		Sunderoldus Moguntiæ archiepiscopus à Nortmannis Vvormaciæ martyrizatur.			
		Arnulphus rex audita cæde suorum à Baioaria contra Nortmannos pugnaturus, properat cum valido exercitu, quos supra fluuium qui Tilia dicitur pedestri prælio adorsus, tãtam ex eis stragem fecit, vt ex innumerabili multitudine vix superesset qui ad classem aduersum nuntium ferret.			
		Nortmannorum residui transuadata Mosa Ribuariam & Arduennam vastando peruagantes trans mare recedunt.			
		Claruit hoc tempore Remigius Antissiodorensis in exponendis scripturis diuinis & humanis studiosus.			
		Hoc tempore claruit in Burgundia Berno ex comite abbas Gigniacensis cœnobij à se fundati, qui etiam ex dono auæ comitissæ construxit Cluniacum cœnobium in cellam Gi- K			
		gniacensem.			
	896	6 // 6 // Arnulphus rex Zuendebaldum filium suum ex concubina facit regem Lotha- // 10 rienſium.			
		Carolus rex opem Arnulphi regis contra Odonem implorat, ad cuius auxilium rex Arnulphus exercitum misit, sed parum commodi contulit.			
Nortmannorũ rex Hundeus baptizatur.		Carolus rex Hundeum regem Nortmannorum baptizari fecit, eúmque de sacro fonte suscepit.			
	897	7 // 7 // Arnulphus rex à Berengario Italiæ interpellatus ad auxiliũ sui cõtra Vuidonem // 11 Zuendebaldum filium suum cum exercitu misit in Italiam, sed Vuido viriliter agens, & primores exercitus donis corrumpens, eos inefficaces redire fecit.			
		8 // 8 // Arnul-			

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	
A		8 // 8 // Arnulphus rex Longobardiam potenter ingressus, Pergamenum vrbem armis // 12 capit, cuius comitem Ambrosium ante portam vrbis laqueo suspẽdens, cæteris vrbibus terrore incusso ad obsequelam suam omnes adduxit.			
	898	Odo musicus ex clerico Turonensi monachum profitetur sub Bernone abbate.			
		9 // 9 // Odo rex Francorum moritur, obtestans primates, vt Carolum in regno recipe- // 13 rent.			
	899	Carolus regno Francorum toto recepto, regnauit annis 27.			Carolus.
		Apud Triburias celebrata synodo contra laicos, qui auctoritatem episcopalem minuere tentabant, plura super statu sanctæ eccleſiæ decreta sunt.			
		10 // 1 // Formosus Portuensis episcopus Romanæ eccleſiæ 101. præsidet. Cõtra volun- // 14			Formosus.
	900	tatem quorundam Romanorum, qui Sergium diaconum Romanæ eccleſiæ facere voluerant, sed non præualuerant.			
B		Hic Formosus cùm aliquando in siniſtram suspicionem veniſſet Ioanni 8. Papæ, timóre eius fugiens, episcopatum Portuensem reliquit, & quia reuocatus à Papa, redire noluit, anathematizatus est, & tandem ad satisfaciendum Papæ in Gallias veniens, vsque ad laicalẽ habitum degradatus est, iurans se non amplius Romam intraturum, nec episcopatum suæ vrbis repetiturum, confirmans etiam propriæ manus scripto se in laicali communione perseueraturum, post à Marino successore Ioannis in episcopatu contra datum sacramentum restitutus, non solùm Romam intrauit, sed etiam Romanæ eccleſiæ Papatum susceepit, propter quod cum multo scandalo multa per multos annos quæstio & controuersia agitata est in eccleſia, aliis eius & ab eo ordinatorum consecratione irritam esse debere præiudicantibus, aliis econtra qualiscunque fuerit Formosus, tamen propter sacerdotalis officij dignitatem & fidem eorum qui ordinati fuerant, omnes consecrationes eius ratas esse debere saniori consilio iudicantibus, præsertim cùm ipse Formosus à Marino Papa absolutus fuerit à per-			
C		iurio. Ab hoc Formoso Arnulphus rex inuitatus, Romam venit, sed non admissus, Romam Leonianam obsedit, Lepusculo fortè versus vrbem fugiente, & exercitu cum clamore nimio sequente, Romani timentes se de muro proiiciunt, & hostibus per factos aceruos murum ascendendi locum faciunt. Sic capta Roma, illos qui Papam iniuriauerant, decollari fecit, & à Papa in Imperatorem benedicitur.			Victoria forcuita.
		Fulco Remorum archiepiscopus perimitur à Vuinemaro satellite Balduini Flandrẽsium comitis, pro eo quòd abbatiam sancti Vedasti Attrebatis à Carolo in beneficium acceperat, quam Balduinus iam per aliquot annos, quamuis nullo concedente, inuaserat.			Fulco.
		11 // 2 // Vuido rex Arnulphũ Imperatorem se vsquequaque persequentem non ferens, // 15			
	901	quippè cui nec vrbes nec castra munita natura resistere poterant, dum se fugiẽdo tutaretur, Imperator vxorem eius obsedit, quæ iam rebus suis diffidens, per vnum familiarem Imperatoris multa pecunia correptum, ei poculum mortiferum dedit, quo hausto, per triduum excitari non potuit apertis oculis, nil loqui aut sentire valens: quę res eũ repedare coegit, quem			
D		recedentem Vuido persecutus, à Deo percussus obiit.			
		12 // 3 // Bonifacius Romanæ eccleſiæ 112. præsidet. // 16			
	902	Arnulphus Imperator longa ægritudine dissolutus, vel (vt quidam ferunt) afflictus à minutis vermibus, quos pediculos vocant, adeò in corpore eius scaturientibus, vt à nullo medicorum minui possent, moritur, & Ludouicus filius eius post eum regnat annis decem.			Bonifacius p.
		Stephanus Romanæ eccleſiæ 113. præsidet, mensibus quatuor. Hic primùm à Formoso Papa episcopus Anaguinæ eccleſiæ ordinatus, ipsum Formosum persequitur, & ordinationes eius omnes irritas esse debere decernit, & alia horribilia dictu in eum fecit. Legitur enim quia ipse & non Sergius corpus Formosi à sepulchro in consilio protractum, & Papali veste exutum, laicali induit, & abscisis duobus digitis dexteræ manus eius in Tyberim præcipitari fecit.			Stephanus p.
E		Romanus Romanæ eccleſiæ 114. præsidet.			Romanus p.
		In Italia pro Vuidonẽ filius eius Lambertus contra Berengarium regnat.			
		1 // 4 // Theodorus Romanæ eccleſiæ 115. præsidet. Hic contra Stephanum Papam sen- // 17			Theodorus p.
	903	tiens, reconciliauit ordinatos à Formoso, quos Stephanus per vim Romæ intus & non foris exordinauerat, nec tamen præsumpserat eos iterum consecrare. His reconciliatis, Theodorus Papa libros abrenuntiationis reddidit, & igni cremari præcepit.			
		Ioannes Romanæ eccleſiæ 116. præsidet. Hic etiam ad confirmandum Formosi ordinationem, quem Stephanus deposuerat, synodum 74. episcoporum præsentibus Francorum archiepiscopis, & rege apud Rauennam statuit, & coram eis combusta est synodus, quam Stephanus in damnationem Formosi fecerat.			Ioãnes papa.
		Lamberto filio Vuidonis mortuo, Berengarius regno potitur.			

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	
		Hungarorum gens Barbara, quæ quibusdam clusis remota, nec ad meridianam plagam, nec ad occidentalem exeundi antea habuerat facultatem, per Arnulphũ ruptis clusis emissa quæ Arnulpho veniente aliquantulum temperauerat rabiei suæ, modò eo mortuo per totam Galliam, Germaniam, Italiámque vt fera tempestas diffunditur.			F
		Zuendebaldus rex à Lothariensibus in bello perimitur, in qua cõspiratione & bello quicunque vulneratus est, aut mortem non euasit, aut nunquam sanari potuit.			
		Francone Leodiensium episcopo mortuo, Stephanus episcopus subrogatur, vir sanctitate & scientia clarus, qui vitam & passionem sancti Lamberti martyris ad Hermannum archiepiscopum vrbanius edidit, cantum quoque nocturnum de eodem martyre, cantũ quoque de sancta trinitate, & de inuentione Stephani protomartyris, dulci & regulari modulatione composuit.			
		Conradus Comes pater Cõradi, qui post Ludouicum regnauit, perimitur in bello à comite Alberto.			G
Benedictus p.	904	2 // 5 // Benedictus Romanæ ecclesiæ 117. præsidet.		// 18	
		Ludouicus rex conserto cum Hungaris prælio, miserabiliter vincitur.			
Constantinus & Alexander.		Apud Constantinopolim Leone Imperatore mortuo, Cõstantinus filius eius, & Alexander frater ipsius Leonis imperant anno vno.			
Leo Papa. Christophorum Papa.	905	3 // 6 // Leo Romanæ ecclesiæ 118. præsidet. Hunc post triginta dies ordinationis suæ Christophorus presbyter suus capiens, & in carcerem trudens, per inuasionem Romanæ ecclesiæ 119. præsidet.			
		Hungari superioris anni victoria elati regnum Ludouici sub tributo redigunt.			
Constantinus		Apud Constantinopolim Alexandro Imperatore mortuo, Constantinus imperat annis 39.			
	906	4 // 7 // Hungari victos Græcos sub tributo redigunt.		// 1	
		Apud Græcos Romanus humilis quidem genere, sed quia leonem ferocem occiderat,			H
		expertæ fortitudinis habitus, & per hoc à Leone Imperatore dux naualis exercitus constitutus, volens fieri tutor Constantini Imperatoris, qui admodum puer erat, tutorem à patre illi deputatum, & omnes principes palatij ad se extra vrbem arte euocatus capit, & palatio eliminat, & fauentes sibi officiis curialibus honorat. Focas autem, qui terrestrem exercitũ contra Simeonem Bulgarorum regem duxerat, hoc nuntio perterritus, fugit à bello, & omnes fugere fecit: sic quod animos & vires Bulgaribus addidit Græcos acrius debellandi, & ipse à Romanis captus oculis priuatur.			
Sergius Papa.	907	5 // 8 // Sergius Romanæ ecclesiæ 120. præsidet, iste est Sergius diaconus propter For-		// 2	
		mosum à Papatu reprobatus, qui ab eodem Formoso episcopus factus, ad Francos tamen se contulit, & eorum auxilio Christophorum inuasorem capiens, & in carcere trudens, latẽter Romam ingressus, Papatum inuasit, & Romanos minis & terroribus perpulit vt omnes ordinationes Formosi irritas haberent, & in vltionem suæ repulsæ (quod dictu nephas est) For			
		mosum sepulchro extractũ in sede pontificatus sacerdotaliter indutum decollari præcepit,			I
		& insuper tribus digitis abscisis, in Tyberim iactari fecit, & omnes quos ille ordinauerat, iniustè exordinauit, quem à piscatoribus inuẽtum, & in basilica apostolorũ principis loculo deportatum, quædam sanctorum imagines adorasse, & venerabiliter salutasse, palam omnibus visæ sunt.			
		Apud Græcos Romanus pater Basileos factus, vt securius ageret, matrem Constantini Imperatoris vxorem duxit, suam verò filiam ipsi Constantino despondit.			
		Hungari Bulgaros victos tributarios sibi faciunt.			
	908	6 // 9 // Romanus impetrato à principibus, vt etiã indumenta imperialia & diadema Im-		// 3	
		perij acciperet, non iã tutor Imperatoris, sed super Imperatorem Imperator videbatur esse, & etiam Christophorum filium suum in Imperio ascitum, Cõstantino Imperatori in procedẽdo præferebat, sed Christophorus non multo pòst obiit.			
	909	7 // 10 // Hungaris etiam Italiam depopulantibus, rex Berengarius bello congressus mi-		// 4	K
		serabiliter vincitur. Romanus Imperator Græcorum Bulgaros, Græcos fortiter debellantes, facto fœdere mitigauit.			
	910	8 // 11 // Sarraceni ex Africa à rege suo missi in Italiam, vt Apuliam & Calabriam cõtra		// 5	
		Romanum Imperatorem rebellantes sub ditione illius redigerent, pugnando Apulis & Calabris fortiter debellatis, Romam versus gyrantes, Garelianum occupant montem, ibique munitione sibi facta multas Italiæ vrbes debellauerunt.			
		Adelbertus quidam ex primoribus Austrasiorum per septennium Ludouico regi rebellis dono Hatonis Moguntini archiepiscopi ad regem deductus decollatur.			

Regino

	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	Anni domini.	
	Regino abbas Prumiensis, Chronica sua à natiuitate Domini inchoata, vsque ad hunc annum perduxit.				
	9 // 12 // Hvngari Germaniam vastant.		// 6	911	
	Ludouicum filium Bosonis ex filia Ludouici Imperatoris ab Italiensibus à Burgundia inuitatum in regno Berengarius excipiens bello, iurare eum compulit, vt si redire permitteretur, non vltra in Italiam rediret.				
	10 // 13 // Ludouicus rex Germaniæ moritur, qui propter tyrannorũ in Italia insolentiam		// 7	912	
	& multam malorum ingruentiam non meruit imperialem benedictionẽ, cui succedẽs Conradus regnauit annis 7. qui & ipse caruit benedictione Imperiali.				
	Ordo Cluniacensis incipit.				
B	Berno abbas moriturus, Odonem olim musicum constituit abbatem Cluniacensis cœ				*ode.*
	nobij ea conditione, vt ecclesia Cluniacensis solueret annuatim ecclesiæ Gigniacensi censum duodecim denariorum.				
	1 // 14 // Ludouicus ab Italiensibus ad regnandum reinuitatus, tam citò oblitus iuramen-		// 8	913	
	ti in Italiam contra Berengarium vadit, & eo expulso regnum vsurpat.				
	2 // 15 // Contra Conradum regem potentiores regni principes rebellionem meditati,		// 9	914	*Conradus.*
	scilicet Arnoldus de Baioaria, Burchardus de Sueuia, Euerardus de Francia, Gilebertus de Lotharingia, & horum omnium præcellentior, Henricus dux de Saxonia & Thuringia, tam sapientia quàm fortitudine regis ad gratiam eius reducuntur.				
	Solus Arnoldus ad Hungaros cum vxore & filiis fugiens vsque ad mortem regis ibi mansit.				
	3 // 16 // Ludouicus Veronæ captus, & Berengario à custodibus vrbis auro corruptis		// 10	915	
C	in vrbem immisso, oculis priuatur.				
	Hungari Berengario confœderati, Alemanniam vastant, & à Baioariis & Alemãnis graui-				
	ter cæduntur.				
	4 // 17 // Carolus rex Francorum regnum Lotharingiæ recepit.		// 11	916	
	Sarraceni à Fraxineto & Gareliano monte exeuntes, Calabriam & Apuliam, Beneuentum, Romanorum quoque vrbes ita occupant, vt vnam quamq; mediam Romani, mediam Sarraceni tenerent, & grauissimè Italiam premebant.				
	5 // 18 // Anastasius Romanæ ecclesiæ 121. præsidet.		// 12	917	*Anastasius p.*
	Dando Romanæ ecclesiæ 122. præsidet.				*Dando Papa.*
	Hungari Alemanniam totam deuastantes, vsque Fuldam peruenerunt.				
	6 // 19 // Romanus Græcorum Imperator filios suos Stephanum & Constantinũ cum		// 13	918	
	domino suo Constantino imperare instituit, ipso Constantino Imperatore opere manuum suarum, picturam scilicet pulchrè exercendo, sibi victum quærente.				
	Hatonem Moguntinum episcopum, cuius dolo olim Adelbertus perierat, rex Cõradus				*Hato fulmine perit.*
D	sollicitat etiam contra Henricum Saxonum ducem propter potẽtiam ipsius sibi suspectum. Ad quod iam cũ torquem auream episcopus fabricasset, quæ collo ducis secũ conuiuantis mitteretur, dolo proditus frustratus est, & post triduum morbo & angore, vel (vt alii dicunt) fulminis ictu interiit, complices etiam consilii à duce patria eliminati sunt. Misso autẽ exercitu à rege contra Henricum, tanta cæde Saxones debacchati sunt in eos, vt à mimis declamaretur, vbinam esset tãtus ille infernus, qui tantam cæsorum multitudinem capere posset.				
	Hungari per Alemanniam in Alsatiam, & vsque ad Lotharingiam perueniunt.				
	7 // 20 // Ioannes Rauennas episcopus Romanæ ecclesiæ 123. præsidet. Conradus rex		// 14	919	*Ioannes Papa.*
	moriens, coram principibus regni regem designat Henricum filium Ottonis Saxonum ducis, hic ergo regnat annis decem & octo.				
	1 // 21 // Henricus rex contra Arnoldum ab Hungaris regressum cum exercitu in Ba-		// 15	920	*Henricus.*
	ioariam profectus, cum virtute & sapientia sua ad gratiam suam inflexit.				
E	Robertus dux frater Odonis regis appetens regnum Francorum contra Carolũ, inquietabat Franciam, eiúsque instinctu omnes penè primores Franciæ aduersabantur Carolo.				
	2 // 22 // Stephano Leodicensi episcopo defuncto, Richarius vir catholicus à Carolo		// 16	921	
	per auctoritatem Papæ Romæ ordinatur episcopus, repudiato Hilduino, qui pecunia data duci Gisleberto, ambiebat ab eo sibi dari episcopatum.				
	Hoc tẽpore clarebat inter nobiles Lotharingiæ sanctus Vvicbertus, qui Gemmelacensẽ				*Vuicbertus Gemmelacẽse fundauit cœnob.*
	cœnobium fundauit, qui diuitiis, nobilitate & potentia clarus cingulum mundanæ militiæ deponens, cingulo sanctæ religionis in monachico habitu se accinxit.				
	Ziptinæus dux Boemiæ ad Christi fidem conuersus iustè & religiosè in Boemia principatur, & post eum Vvatizlaus filius eius iustitia & sanctitate præclarus, cui frater suus Bolizlaus nimis aduersabatur.				

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	
922	3 // 23 // Hungaris Franciam, Alsatiam, Alemanniam, Saxoniámque depopulantibus, // 17 Henricus rex iuxta vrbem Meresburch congressus, vouens Deo pro adipiscenda victoria se heresim simoniacam de regno suo eradicaturum, inæstimabili cæde eos vsque ad internecionem penè deleuit.			F
Latronum & sicariorum cohors.	Rex Henricus quoscunq; fures, aut latrones, aut sicarios manu fortes & bellis aptos esse videbat, indulta eis venia agros & arma dabat, & legionem ex eis faciens ad debellãdos Barbaros exponebat, edicens omninò vt ciuibus parcerent tantummodo.			
	Carolus rex Francorum cum auxilio Lotharienſium iuxta vrbem Sueſſionum pugnãs contra Robertum fratrem Odonis regis, qui contra se regnum Francorum inuadebat, eum cum multis perimit, & se & Franciam Henrico regi submittit, eíque in pignus perpetui fœderis & amoris *mittit* manum pretiosi martyris Dionysij Parisiensis, auro gemmísque inclusam.			
923	4 // 24 // Reges Henricus & Carolus apud Hunnam confœderantur, Carolúsque red-//18 dit Henrico regi regnum Lotharingiæ, episcopis & comitibus vtrinque iurando rem confirmantibus.			G
Imaginis christi sanguis.	Sanguis Domini crucifixi venit in Angliam, fortè ille sanguis, qui de imagine Domini fluxit, cum secundò Dominus in imagine sua à Iudæis priora pateretur.			
Auxilium de cælo.	Africani qui per munitionem Gareliani montis totam Italiam laniabant, per militiam Ioannis Papæ & per auxilium Romani Græcorum Imperatoris, conserta cum eis pugna ita atteruntur, vt ne vnus quidem superfuerit, qui non aut trucidaretur, aut caperetur, multis testantibus Apostolos Dei Petrum & Paulum in illo bello visos fuisse ad auxilium Christianorum.			
924	5 // 25 // Rex Henricus pacem cum Hungaris in nouem annis firmat. // 19			
	Carolus rex Francorum à Comite Heriberto captus, in custodiam Peronæ truditur ob necem Roberti ducis ab eo perempti.			H
	Rodulphus rex Burgundionum ab Italiensibus ad regnandum contra Berengarium inuitatus, conserta cum Berengario pugna, eóque victo expulso, regnum Italiæ tribus annis tenuit.			
925	6 // 26 // Rex Henricus vrbem Sclauorũ Brennaburch capit, & victis Sclauis tributum //20 imponit.			
	Rex Henricus Agrarios milites recensens, vt octo eorum in agris, nonus verò in vrbe moraretur, vt octo in agris & sibi & nono laborarent, nonus verò in vrbe, tertiam partẽ omnium frugum illorum reseruaret in ędibus à se ad hoc extructis, vt in bello nihil alicui eorum deesset, vrbésque rebus & viris plenæ essent.			
	Berengarius rex ab Italiensibus impiè perimitur.			
	Hungari Salardo duce Italiam peruagantes, Papiam obsident & incendunt.			
926	7 // 27 // Carolus rex Francorum sub custodia Heriberti exul & martyr moritur. // 21			
Rodulphus. Simeon monachomiles.	Rodulphus regnat in Francia annis duobus.			I
	Simeon Bulgar, qui ex philosopho monachus, ex monacho miles factus, dominabatur Bulgaris, Græcos grauiter atterit, sed Romanus Græcorum Imperator eius insaniam facto fœdere mitigauit.			
927	8 // 1 // Post mortem Caroli regis, nolentibus Lotharingis Henrico regi subesse, qui-// 22 dam Lotharingius nomine Christianus, simulata infirmitate Gigebertum ducem ad se dolo euocatum cepit, regíque misit, vt per eum Lotharingiam sibi subiugaret. At verò inspecta industria & potentia Gisleberti, filiam suam Gerbergam ei despondit, & eum iterum Lotharingiæ præfecit.			
	Ludouicus filius Caroli regis, insidiantes sibi fugiens, per mare transit in Angliam, mater enim eius filia fuerat regis Anglorum.			
	Rodulphus rex ab Italiensibus repudiatur, & Hugo comes Arelatensium in regnum subrogatur.			K
928	9 // 2 // Rex Hugo quosdam Italiensium suspectos sibi consilio & virtute Sansonis Co-// 23 mitis circumuentos sibi substrauit.			
Raherius.	Raherius Lobiensis monachus, vir nimiæ simplicitatis, sed experientia liberalium artium nominatus, cum Hilduino, qui in Lotharingia episcopatum Leodicensem olim ambierat, in Italiam ad Hugonem regem profectus, Veronæ episcopus ab Hugone constituitur, Hilduino Mediolani archiepiscopo ordinato.			
	Rex Henricus Gana vrbem Dalmatiæ capit, & Dalmatis tributum imponit.			
Ludouicus. Lancea christi tutamen Imp.	Ludouicus in Franciam reuersus, &, licet ærumnosè, tamen in regno restitutus, regnat annis 27.			
929	10 // 1 // Lanceam mirandi operis & clauis I E S V Christi crucifixi sanctificatam, quæ // 24 dicitur			

	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	Anni domini.	
A	dicitur primi & Magni Constantini Imperatoris fuisse, donatam Rodulpho regi Burgundionum & Italiæ, à Sansone Comite rex Henricus precibus, minis, muneribus, addita etiam parte prouinciæ Sueuorum, à Rodulpho comite extorquet, & hanc ad insigne & tutamẽ Imperij posteris relinquit.				
	11 // 2 // Ioãnes Papa à militibus Vvidonis Marchionis captus, & in custodiã trusus, cer-// 25 uicali super os eius posito pessimè strãgulatus est, in cuius loco alter Ioãnes 124. subrogatus est, frater Alberici Romã expulso Hugone regentis, alibi legitur hoc in loco Leo Papa residuisse.			930	*Ioãnes Papa.*
	Vvenzeslaus princeps Boemiæ à rege Henrico in Praga vrbe obsessus, se & vrbem regi dedit, & impositam Boemiæ multam tributi pecuniam soluit.				
	12 // 3 // Henricus rex reges Nortmannorum & Abroditarum Christianos facit. // 26			931	
B	Redarij vsque ad ducenta millia hominũ conspirantes contra Henricum regem rebellant, & regnũ eius grauiter infestant, & vicinas gentes ad rebellandum animãt: sed à ducibus regis Bernardo & Thietmaro graui bello victi omnes penè moriuntur, aut fugientes in mare vicinum demerguntur, & hoc facto vicinæ gentes à rebellione deterrentur.				
	13 // 4 // Arnoldus dux Baioariorum in Italiam contra Hugonem regem veniens, à Ve-// 27 ronensibus suscipitur, & cum Hugone confligens vincitur.			932	
	Raherius episcopus à rege Hugone episcopatu pulsus, quía Baioariis fauerat, Papiæ exiliatur, vbi & librum de suis ærumnis luculenter edidit, scripsit & alia multa legẽtibus vtilia.				
	14 // 5 // Stephanus Romanæ ecclesiæ 125. præsidet. // 28			933	*Stephanus p. Græci castrantur.*
	Beneuentani contra Græcos bellum agentes, quotquot Græcorum capiebant, eunuchizabant.				
	15 // 6 // Hungari tributum à Saxonibus repetentes, ab exercitu regis Hẽrici occidun-// 29 tur aut capiuntur, eísque vsque ad internecionem deletis, tributum quod repetebatur Deo pro gratiarum actione in ecclesiis & pauperibus exoluitur.			934	
C	Otto filius regis Henrici vxorem duxit filiam Eadmundi regis Anglorum.				
	16 // 7 // Ioannes Romanæ ecclesiæ 126. præsidet. // 30			935	*Ioãnes papa.*
	Rex Henricus Danos, qui per piraticam Frisones incursabant, vincit, & tributarios facit, & Chuipiam regem eorum baptizari fecit.				
	In Genuensi vrbe fons sanguinis largissimè effluxit, portendens fortè vrbis ipsius imminentem ruinam, quia ab eodem anno ab Africanis cum classe illuc venientibus capta, cunctis ciuibus, exceptis paruulis & mulieribus, captis & occisis, etiam thesauris suis est vacuata.				*Sãguinũ fons*
	17 // 8 // Leo Romanæ ecclesiæ 127. præsidet. // 31			936	*Leo Papa.*
	Rodulphus rex Burgundiæ moritur.				
	Inger rex Russorum sciens exercitus Græcorum esse ductos contra Sarracenos, & ad Insularum custodias dispersos, ad expugnandam Cõstantinopolim cum mille & eo amplius nauibus venit, adeò de victoria iam securus, qui vt Græcos non occidi sed capi præciperet: quibus Imperator Romanus cum paucis viriliter occurrens, circumcirca Græco igni iecto penè omnes cum nauibus exussit, paucis euadentibus, omnésque captiuos decollari iussit.				
D	18 // 9 // Hoc anno prodigia apparuere, sol sereno cœlo obscuratur, per fenestras verò // 32 domorum radios quasi sanguineos emittebat. Hominis cuiusdam siniſtra manus ferro amputata, post annum penè ad integrum ei dormienti restituta est, cui pro signo miraculi quasi sanguinea linea loco coniunctionis notabatur.			937	*Prodigia.*
	Henricus rex moritur, qui licet in vincendis inimicis gloriosus fuerit, quia tamen pacificus erat, nullã operam dedit vt effugatis ab Italia tyrannis, qui quasi conductiui mercenarij alter alteri succedentes imperium dilaniabant, benedictionem Imperialem accepisset, post quem Otto filius eius ex Matilda filia Theoderici regis Saxonum imperauit annis 36. Mons verò vbi rex Henricus sepultus est, postea flammas in multis locis euomebat.				
	Obiit dominus Odo primus abbas Cluniacensis, succedit ei Adamarus.				*Odo Cluniac.*
E	1 // 10 // Contra Ottonem Imperatorem rebellauit Euerardus Comes palatii, & Gisle-// 33 bertus dux Lotharingiæ, qui Gerbergã sororem ipsius Imperatoris vxorem habebat. Hungari per Austrasiam & Alemanniam multis ciuitatibus igne & gladio consumptis, Vvormatiæ regno transito vsque ad Oceanum Gallias vastant, & per Italiam redeunt.			938	*Otto primus.*
	Princeps Boemiæ Vvenzeslaus vir sanctus à fratre suo Boizlao occiditur, ambitione percipiendi principatus seducto, in cuius vltionem rex Otto bellum Boizlao indixit, & longa inter eos concertatio per 14. annos protracta est.				
	2 // 11 // Stephanus Romanæ ecclesiæ 128. præsidet: Euerardus & Gisllebertus Hen-// 34 ricum fratrem Imperatoris obsessum capiunt, eúmque fallacia sua ab Imperatoris fidelitate seiunctum factioni suæ applicant, suggerentes ei regnum magis competere illi in patris regno nato, quàm Ottoni ante regnum nato.			939	*Stephanus p.*

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.

Hungari à Saxonibus grauiter cædũtur. Otto Imperator interim à Baioariis sibi resistentibus rediens, Euerardum exiliat, iterúmque Baioarios aggressus omnes sibi subdidit præter vnum filiũm Arnoldi. Rex Otto construit vrbem Magdeburch, quæ & Parthenopolis, id est, virginũ ciuitas dicitur. Italiã vexat hæresis Anthropomorphitarũ, id est, corporeã formã deũ habere dicentiũ, contra quã Racherius Veronẽsis. episc. & verbis & scriptis reclamabat.

Anthropomorphitæ.

940 3 // 12 // Otto Imperator in Lotharingiam vsque ad Capremontem venit. // 35

Berengarius iunior Berengarij senioris ex filia nepos, timens regem Hugonem, se persequentem pro eo quòd contra eum regnum Italiæ affectaret, ad Hermannum Sueuorum ducem, & per eum ad Ottonem regem fugit.

Rex Otto Boizlaum bello superat, at Boizlaus pro victoria securus circumueniens, principem militiæ regis cum multis trucidat, rex verò Boemiam deuastat.

941 4 // 13 // Ludouicus rex Francorũ Lotharingiã inuadẽs vsque ad Alsatiam venit, ductu // 36 G
Euerardi Gisleberti. Rex Hugo misso sibi Græco igne ab Imperatore Græcorũ Fraxinetum oppugnat, & nauibus Sarracenorum exustis illud expugnat, & inde eos fugat. Tagmarus frater Ottonis regis ab eo ad hostes eius transit, & inter cætera mala Heresburch castrum regis capit, ibíque à rege conclusus, telis intra ecclesiam confossus interiit.

Marinus papa.

942 5 // 14 // Marinus Romanæ ecclesiæ 129. præsidet. Ad hunc sanctus Vvaldricus Romã // 37
veniens, ab eo cognouit se futurum episcopum Augustæ Vindelicorum, quod post annos quindecim factum est. Gisslebertus & Euerardus cum Henrico fratre Imperatoris iuxta Rhenum contra Imperatorẽ bellũ parantes, milites Imperatoris offendunt, & multi cum paucis congressione facta interim in alio Rheni littore ante clauos Domini lanceæ suæ infixos in oratione prostrato, victi terga dederunt, Henrico in brachio insanabiliter vulnerato. Orta dissensione inter principes de varietate legis, vtrum deberent auis superstitibus filij filiorum post parẽtes defunctos hæreditare, an exhæredatis fratruelib⁹ deberet hæreditas ad patruos redire: ex regis Ottonis omniúmq; principũ sententia cognitio veritatis commissa est gla- H
diatorio iudicio, cessitq; victoria his qui cẽsebãt, fratrũ filios debere cũ patribus hæreditare.

943 6 // 15 // Rex Otto obsedit Brisagam oppidũ Alsatię, quod Ludouicus rex per milites // 38
Euerardi & Gisleberti tenebat, in qua obsidione suasu Friderici Mogũtini episcopi, qui animo iam ab Imperatore defecerat, multi ab Imper. defecerũt, eáque re aliis territis, solus rex interritus manet, interim fideles regis, Vdo videlicet & Conradus frater Hermanni Sueuorum ducis, Euerardum & Gisslebertum prædando regno securè intentos iuxta Rhenum inopinatè aggressi acerrimè debellant, Euerardo gladiis perempto, Gisleberto autem Rheni vndis submerso, cæterorum vix aliquis fugit, qui non aut trucidaretur, aut caperetur. Hoc nuncio infideles regis corde frangũtur, & Ludouicus Alsatia discedit, & rex & fideles eius cum ipso gratulantur. Vxorem Gisleberti Gerbergam, sororem scilicet Ottonis Imperatoris, Ludouicus rex duxit vxorem, filiam verò Gisleberti neptem suam Imperator Berthaldo duci Baioariorum despondet, & ducatus eius Ottoni datur.

Ademarus.

Ademarus Cluniacensium abbas substituit sibi abbatem Maiolum. I

944 7 // 16 // Otto dux Lotharienſium obiit, Cõradus gener regis Ottoni succeſſit, Ste- // 39
phanus & Constantinus Imperatores filij Romani Imperatoris ægrè ferentes, se iusta patris sui seueritate à iuuenili leuitate coerceri, depositis in palatio insidiis, ignorante altero Constantino Leonis Imperatoris filio, patrem de palatij solio deponunt, & tonso ei, vt moris est, capite ad vicinã insulã, in qua cœnobitæ philosophantur, trãsmittunt. Sol horribilẽ eclipsim passus est feria sexta, hora diei tertia, quo die in Hispaniam Addaram rex Sarracenorũ à Radamiro Christianissimo rege Gallicię in bello superatus est. In Italia Cometa miræ magnitudinis apparuit, portendens famem quæ sequuta est.

Eclipsis.

Rex Otto corpus innocentij martyris in vrbem Magdeburch transfert.

945 8 // 17 // Otto Imperator Lotharingiam sibi subiugauit, resistente sibi solo Metensiũ epi- // 1
scopo Adelberone fratre ducis Friderici. Stephanus & Constãtinus videntes post patris sui depulsionem Constantinum filium Leonis Imperatoris ab omnibus sibi præferri, & se iã vix K
in seculis haberi, cum deliberarent hoc, quod de patre fecerant, etiam de Constãtino facere, publicato eorum consilio per diabolum incentorem huius consilii, cùm ad cõuiuium ex condicto consedissent, & de prioratu sedendi inter se consultò decertarent, dato signo à vitis, Constantini ambo fratres solio deturbantur, & tõsis capitibus ad idem monasterium, ad quod patrem transmiserant, & ipsi ad philosophandum cum monachis transmittuntur. Ita euacuato palatio abusiuis Imperatoribus, ipse Constantinus & Romanus filius eius ex filia Romani Imperatoris imperant annis 16. Rex Otto Burgundiam sibi subiugat.

Stephanus & Constantinus

Barbaros occasione intestini belli vndique irruentes, Gero comes fortiter ac frequenter debellat. Regi Francorum Ludouico Hugo comes Parisiensis nimis aduersatur. Hic Hugo filius fuit Roberti tyranni in bello Suessonico perempti à Carolo rege.

9 // 18 //

A	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	Anni domini.

9 // 18 // Agapitus Romanæ ecclesiæ 130. præsidet. Henricus Imperator in vrbe // 2 *Agapitus p.*
Meresburch à fratre obsessus, proiectis armis ad pedes eius procidens, & misericordiã eius 946
implorans, in custodiam includitur. Fridericus autem archiepiscopus Moguntiæ à ciuibus excluditur, Rex Otto multos contra se rebellare molientes, capit aut occidit. Mortuo Bertaldo duce rex Otto fratri suo Honorico dat ducatũ Baioariæ, & sic eũ reprimit à rebellione.

10 // 19 // Berengarium à Sueuia in Italiam reuersum, videns rex Hugo ab Italiensibus // 3 947
se deserto recipi, Lotharium filium suum, vt saltẽ Berengario conregnet, Italiensium fidei commendat, ipse Arelatum vnde venerat repetit.

11 // 20 // Rege Hugone mortuo Lotharius filius eius in Italia solo nomine regnat. // 4 948
Berengarius actu & potestate rex, & cunctis acceptus per Italiam tyrannizat. Dux Baioariæ Henricus Aquileiam in Italia capit, Hungaros bis superat, Ticinum transit, & cum multis
B manubiis redit. Ludouicus rex Francorum à ducibus suis circumuentus à Normannis capitur, & consilio Hugonis Lugdunum missus, publicæ custodiæ traditur: Carlomannus verò maior filius eius à Normannis abductus, Rothomagi moritur.

12 // 21 // Tapis rex Hungarorum in Italiam veniens decem modios nummorum à // 5 949
Berengario pro reditu accepit. Rex Otto 32. legionibus Franciam ad liberandum Ludouicum aggreditur, Ludouicus metu à custodia relaxatur.

Rex Otto Lugdunum capit, Hugonem intra Parisios concludit, Remos capit, Hugonis nepote qui episcopatum vsurpauerat, expulso legitimũ episcopũ restituit, vsq; Rothomagũ potenter accedit, & castellis ac vrbibus quas ceperat Ludouico redditis, in Saxoniã redit.

13 // 22 // Per loca Galliæ & Germaniæ plurimi & magni terræmotus facti sunt. Rex // 6 950 *Terræmotus.*
Otto in Boemia contra Boizlaum proficiscitur: Boizlaus verò regi reconciliatur, eique tandem fœliciter subiicitur. Rege Ottone secundam expeditionem in Franciam parante, Hugo virtutem eius non ferens, ei iuxta fluuium Charum occurrit, & pacto pacis secundum
C nutum regis facto, manus ei dedit.

14 // 23 Moguntia ab Ottone Imperatore obsessa est, Fridericus archiepiscopus ca- // 7 951
ptus, & in custodiam trusus, non multo pòst per indulgentiam regis relaxatus est. Rex Otto filium suum Luidulfum natum ex filia regis Anglorum testamento post se regem designat.

15 // 24 // Liudulphus filius Imperatoris Ottonis instinctu Conradi ducis cum eo con- // 8 952
tra patrem suum rebellauit, Remesburch cepit, & multas alias vrbes & principes à patre ad se auertit, rex illum intra Moguntiam conclusum obsedit.

16 // 25 // Bellum fuit super Mosam inter Conradum & Raginerium Baginoensium comitem. Mortuo Vvigfrido Colonienſium archiepiscopatum susceperit vir glorioſus, Bruno frater Ottonis Imperatoris, qui quantus qualísve fuerit apud Deum & homines, lector edi- *Elisius.*
scat in vita ipsius, quam Rogerus luculenter scripsit: huius studio translata sunt à Roma Co- *Patroclus.*
loniam corpora sanctorum Elisij, Patrocli, Priuati, Gregorij, cum baculo sancti Petri. *Priuatus.*
Gregorius.

17 // 26 // Rex Otto vxorem secundam ducit, relicta Ludouici Italorum regis, & per // 10
D eam Papiam accipit. Raherius bis episcopatu Veronensi depulsus, Leodicensis episcopus per Brunonem archiepiscopum ordinatur post Farabertum.

18 // 27 // Lidulfo ad gratiam patris sui reducto, Conradus dux (Dei & Imperatoris // 11 953
transfuga) ad Hungaros se transferens, eos in Lotharingiam vsque ad Carbonariã syluam perduxit, & virtute Dei apud Lobias contra eos ostensa vltra prodire prohibiti impunè redeunt. Berengarius rex Italiæ in Germaniam ad regem Ottonem venit, eíque suis suísque filiis manibus datis, se ei committit.

Ludouico Francorum rege mortuo, Lotharius filius eius ex Gerberga sorore Imperatoris *Lotharius.*
regnauit annis 31.

A Baioariis contra Sclauos prosperè pugnatur.

19 // 1 // Ioannes Romanæ ecclesiæ 131. præsidet. In Italia lapis miræ magnitudinis // 1 954 *Ioannes p.*
tonitru & tempestate turbulenta de cœlo iactus, ingens miraculum videntibus præbuit. *Lapis ingens cælo decidit.*

E Templa plerisque in locis valida tempestate concussa sunt, vtriusque ordinis sacerdotes ictu fulminis interierunt, & plura horrenda dictu portenta monstrata sunt. Friderico Moguntiæ archiepiscopo mortuo, Guillelmus filius Ottonis Imperatoris substituitur, Raherio ab episcopatu Leodicensium electo, Baldricus annitente auunculo suo Raginerio comite Montense episcopus substituitur. *Fulmina.*

20 // 2 // Lidulphus filius Imperatoris Ottonis in Italia moritur. Hungaris iterum re- // 13 655
gnum Ottonis Imperatoris ductu Conradi ducis depopulantibus, Imperator eos bello excepit, Conrado ab Hungaris ad eũ pœnitendo refugiente & orante Deũ, vt pro pœna perfidiæ suæ in ipso bello ab Hungaris perimeretur, quo bello in tantum sunt Hungari victi & attenuati, vt vltra iam nec mutire ausi fuerint: in tantum quippè contriti sunt, vt nullus aut rarus eorum euaderet: Conradus tamen secundum votum suum ibi occubuit.

Anni domini. | *Romanorum.* | *Francorum.* | *Constantinopolitanorum.* F

Hũgarorũ reguli strangulantur. *Monast. Panthal.* *Normani baptizantur.*

Tres reguli Hungarorum in bello capti, suſpendio perierunt. Bruno archiepiſcopus ducatum Lothariẽſium poſt Conradum adeptus, cœnobium ſancti Panthaleonis Coloniæ conſtruxit. Henricus dux Baioariæ frater regis Ottonis moritur, Henricus filius eius ei ſuccedit.

958 21 // 3 // Bruno archiepiſcopus plures Normannorum cum principibus eorum bapti- // 14
zari fecit. Vvigmannus à facie regis Ottonis trans Albiam fugiens, Sclauos in regnum eius conduxit, quos rex fortiter debellauit, occiſo regulo eorum, cum multis & ſeptingentis captiuis capite cæſis.

Obiit ſanctus Gerardus fundator Bromenſis cœnobij.

959 22 // 4 / Bruno archiepiſcopus & archidux Lotharingię, ſecundas partes in regno fra- // 15
tris ſui potenter & induſtriè adminiſtrans, Raginerium Montenſem comitem, qui Longicollus cognominabatur, apud Valentianas euocatum cepit, & irreuocabili exilio dãnauit, pro eo quòd regnum bellis inquietabat, vel (quod verius fuiſſe dicitur) pro eo quòd mortuo G
Giſleberto duce conſanguineo ſuo, ea quæ Giſlebertus vxori ſuæ Gerbergæ ſororis Imperatoris in dotem contulerat, violenter ei auferre præſumebat. Bonis Raginerij ad fiſcũ publicatis, filij eius Raginerius, & Lambertus ad Lotharium Francorum regẽ confugerũt. Prodigioſa res multos terret, & à vitiis coercet, notis crucis in veſte plurimorum apparentibus, quorundam autem veſtibus quaſi lepra ſordentibus.

Monaſteria.

960 23 // 5 // Hoc tempore induſtria Ottonis Imperatoris meliorato Imperij & eccleſiæ // 16
ſtatu, multa monaſteria & cœnobia ad laudem Dei & honorem ſanctorum, aut reſtaurantur, aut ampliantur, aut ædificantur.

961 24 // 6 // Gallia & Germania iam benè pacatis, intendens Imperator Otto etiam // 17
Italiam pacare, præſertim ad hoc eum anxiè euocantibus Ioanne Papa, cæteriſq; Italiæ epiſcopis, vt eos liberaret de manibus tyrannorum Berengarij, Adelberti filium ſuũ Ottonem puerum ſuum ſeptennem Aquiſgrani die ſancto Pentecoſtes in regem inungi fecit, eóque commendato archiepiſcopis fratri Brunoni & filio Guillelmo ad Italiã tendit. Apud Con- H
ſtantinopolim Romano Imperatore defuncto, Nicephorus imperat annis decem.

Nicephorus.

962 25 // 7 // Sanctus Vvicbertus fundator Gemmelacenſis cœnobij, apud Gorziam vbi // 1
Deo militabat propter amorem feruentis ibi ſanctæ religionis in Chriſto dormiuit, corpus eius relatum eſt ad cœnobium Gemmelacenſe.

963 26 // 8 // Otto Imperator Italia peruagata, & tyrannis Italiæ maieſtate nominis ſui // 2
ita exterritis, vt in locis natura munitis laterent, aut Sarracenorum patrocinia quærerent, Romæ à Ioanne Papa in Imperatorem benedicitur, tyranni ab Ioanne Papa & Romanis abiurantur, eo repatriante Adelbertus à Papa Ioanne à Fraxineto Romam reuocatur, ſed Imperatore redeunte refugiunt.

Io. pontifex infamatur.

Collecto à tota Italia epiſcoporum concilio, Ioannes Papa de nefariis cauſis infamatur, qui tertiò euocatus, dum ſe excuſatum venire cunctatur, poſt multa tandem eo à cunctis præiudicato, Leo adhuc laicus electione omnium & conſenſu Imperatoris Papa ſubſtituitur. Sic Leo præſidens apoſtolicæ ſedi fecit ordinationes, & ea quæ erant apoſtolica. Nec I
longũ Romani alterata fide apud Imperatorẽ, Papam recipiunt Ioannẽ: ille ſynodo collecta Leonẽ depoſuit, & eius geſta caſſauit. Statutũ quoque eſt publico omniũ iudicio, ſynodũ à Leone habitam nec nominandã ſynodũ, ſed proſtibulum fauẽs adulteris. Quicunque ergo eo ordinante erant dãnati, iuſſi ſunt ſuam ipſorum proſcriptionẽ præſentare in charta, hæc continente verba: Pater meus nihil ſibi habuit, nihil mihi dedit, & ſic depoſiti remanſerunt in illis gradibus ſi quos habuerãt, non à Leone ordinati: Si qui autẽ digni iudicãtur, vt nõ acceptã prius conſecratione ordinentur, indicto illis eodem decreto, quod & damnatis à Cõſtantino Neophyto. Romani igitur à Papa Ioanne pecunia illecti, Imperatorem cum paucis Romæ morantem ſubitò aggreſſi, ita ab exercitu Imperatoris ſunt attriti, vt niſi ab Imperatore & à Papa Leone milites Imperatoris à cæde reuocarẽtur, vſque ad internecionem Romani delerentur, quibus per Leonẽ Imperatori reconciliatis, poſt abſceſſum Imperatoris Leo Papa inſidias ſibi parari ſentiens, ad Imperatorem fugit: Ioannes autem Papa ſe cum K
vxore cuiuſdam oblectans, à diabolo in tempore percutitur, ac ſine viatico dominica moritur. Romani verò contra iuramentum, quod Imperatori fecerant, ſe nunquam electuros Papam ſine eius & filij eius Ottonis conſenſu, Benedictum ſibi Papam ſtatuunt.

Io. papa in coitu moritur. *Benedictus p*

Benedictus Romanæ eccleſiæ 132. præſidet. Imperator autem Roma obſeſſa, Romanos cæde & fame adeò afflixit, vt Leonem Papam ſe recepturũ promitteret. Sic Benedictus reiectus, non ſolùm Papatu, ſed etiam ſacerdotio à Leone exordinatur.

Leo Papa.

964 Leo Romanæ eccleſiæ 132. præſidet.

27 // 9 // Hoc tempore eccleſia ſancti Quintini martyris, quæ eſt in Inſula ſuper flu- // 3
uium Somenæ ſita, cœnobium monachorum paucorum facta eſt: procedente verò tempore, creſcente numero fratrum, & aucta poſſeſſione redituum, etiam abbatia eſſe cœpit, in

A *Romanorum.* | *Francorum.* | *Conſtantinopolitanorum.* | Anni domini.

quo loco adhuc extant duo putei, in vno quorum caput ipſius martyris, in altero corpus angelo reuelante, inuẽtum fuerat à venerabili matrona Romana, nomine Euſebia, quæ pro munere eiuſdem officij lumen oculorum, quo antea priuata fuerat, per eundem martyrem recepit. Et hæc inuentio anno à paſſione ipſius martyris 55. euenit, qui paſſus eſt martyrium anno Domini 332. Sed poſtquam præfata mulier religioſa ſancti martyris corpus inuenit, atque in ſuperiori loco præminentis oppidi quod antiquitus Auguſta Viromandorum vocabatur, collocauit labentibus multis annorum curriculis, ſepulchrum eiuſdem martyris vbinam haberetur cunctis erat incertum, denique ſancto Eligio Nouiomenſi eccleſiæ pontificante facta inquiſitione de eiuſdem martyris corpore ſub præſentia ipſius epiſcopi inuentus eſt loculus in profundo terræ defoſſus, in quo pretioſus ille theſaurus ſeruabatur. Et hæc ſecunda inuentio ſub ſancto Eligio facta eſt anno ab incarnatione Domini 657. non abſq; diuinæ virtutis magno miraculo. Nam cùm beatus epiſcopus
B nocturno tẽpore multis luminaribus accẽſis quæſitũ loculũ inueniret, & foſſorio quod manu tenebat perforaret, tanta ſubitò odoris ſuauiſſimi fragrãtia, tãtáq; ſupernæ lucis claritas circũquaque emanauit, vt & præſentes odore mirifico replerẽtur, & abſentes ortũ diei aduenisſe ſuſpicarẽtur. Adelberone Metẽſium epiſcopo mortuo, Deodericus cõſobrinus Ottonis Imp. epiſcopus ſubrogatur. Hic vt legitur inſpiciens primas literas nominũ omnium Metenſium epiſcoporũ, quas angelus Domini dicitur dediſſe ſancto Clementi primo Metenſium epiſcopo, notans & alias auro, alias argento, alias viliori metallo, pro meritorum qualitate eſſe annotatas, cum videret etiam literam ſui nominis argento eſſe prænotatam, dixiſſe fertur, ſe in epiſcopatu tanta bona fore facturum, vt ipſa nominis ſui litera meritò deberet auro annotari, cuius bonæ intentionis initium oſtenditur in cœnobio ſancti martyris & Leuitę Vincentij, fundato in ipſius vrbis Inſula.

Euſebia illuminatur. *Quintini martyris inuẽtio.*

Arnulpho ſene Flandrenſium comite mortuo, Lotharius rex Francorum grauiter Flan
C drias infeſtat & vaſtat.

Ioannes papa.

28 // 10 // Ioannes Romanæ eccleſiæ 124. præſidet. // 4

965 Otto Imperator Pentecoſten Aquiſgrani celebrauit, concurrentibus ibi à Francia ſororibus ſuis, regina videlicet Francorum Gerberga, matre Lotharij regis & Caroli ducis, & Hauuidæ vxore Hugonis Pariſiorum comitis, quorum filius fuit Hugo qui poſtea regnauit in Francia, vbi omnis illa regalis proſapia tanto ad inuicem congratulationis iubilo eſt affecta, vt in omni vita eorum vix aliquid gaudij huic lætitiæ potuerit æquiparari. Bruno dux & archiepiſcopus in Franciam pergens ad pacificandos nepotes ſuos Lotharium regem, & filios Hugonis, vbi Compendium venit, febre correptus Remis redit, ibíque quicquid in re mancipi habuit per teſtamentum eccleſiis ſanctorum delegato mortuus eſt, & corpus eius Deoderico Metenſium epiſcopo Coloniam refertur.

Otto Italiam repetit.

29 // 11 // Guillelmus archiepiſcopus filius Imperatoris Maguntiæ moritur. // 5 966
D Hoc tempore Danis, qui Chriſtum IESVM & idola ſimul colebant, cum Popone clerico in conuiuio altercantibus ſuper cultura Dei & Deorum, Danis aſſerentibus Chriſtum IESVM eſſe quidem Deum, Deos verò maiores & antiquiores eſſe, illo Popone econtra affirmante IESVM Chriſtum ſolum verum Deum eſſe, vnum in ſubſtantia, trinum in perſonis: Rex Danorum Araldus condixit clerico, vt fidem propoſitam à ſe probaret teſtimonio veritatis, quod annitente clerico, ingentis ponderis ferrum valdè ignitum manibus illius ferendum imponitur, quod cum clericus vſque ad placitum omnium tuliſſet abſque vlla læſione, rex penitus abiecta idololatria, ſe ſuóſque ad colendum verum ſolũ Deum conuertit, clericus verò ad epiſcopatum promotus eſt.

Chriſtiani & gẽtilis ſpõſio.

30 // 12 // Vvichmannus diu contra Ottonem Imperatorem rebellis à Miſacha Scla- // 6 967
uorum regulo Imperatoris amico & milite perimĩtur. Hoc tempore Bulgaribus dominabãtur filij Simeonis, Petrus, & Baianus, quorum Baianus in arte magica adeò valebat, vt quo-
E tiens vellet lupus vel quælibet fera fieri videbatur.

Magus fera cuiuſuis formã mentitur.

31 // 13 // Otto iunior à patre euocatus Romam, à Ioanne Papa in Imperatorem be- // 7 968
nedicitur.

Otto Imperator Beneuentanos duces, potentia ſua ad ſubiectionem ſui inflexit.

Otto Imperator in terra Saxonica venas auri & argenti primus induſtria ſua aperuit.

32 // 14 // Quidam comes Ottonis Imperatoris ei familiaris Romæ ante oculos // 8 969
omnium diabolo arreptus, ita vt ſeipſum dentibus diſcerperet, iuſſu Imperatoris ad Papam Ioannem adductus, vt cathena ſancti Petri collo eius circundaretur, dum à fallacibus clericis ſemel & bis & alia cathena furenti adhiberetur, nec quicquam remedij proueniret, vbi nil virtutis inerat, tandem vera ſancti Petri cathena allata & collo fu-

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	
Ad vincula Petri miracula suprà an. 438.		rentis circundata, diabolus spumans & multum clamans abscessit, qua cathena Deodericus Metensis episcopus arrepta, cum diceret se eam nisi manu eius abscissa non dimissurum, tandem Imperator sedato litigio à Papa Ioanne obtinuit, vt annulum huius cathenæ exsectum episcopus mereretur.			
		Imperator Otto dum partem exercitus ad Græcos misisset, vt vxorem filio suo Ottoni acciperent, Græci super eos irruunt, castra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt, & Constantinopolim mittunt. Ad hoc dedecus vindicandum Imperator Otto eminentiores ex suis in Calabriam mittit, qui Græcos aggressi plures occidunt, plures truncatis naribus dehonestant, & per Apuliam & Calabriam à Græcis tributum exigunt: Constantinopolitani audientes à suis malè pugnatum esse in Calabria, contra Imperatorem suum Nicephorum insurgunt.			
Reliquiæ multorum. Elpidius. Eutychius. Eutychetes. Felicianus. Asclepiodatus. Serenus. Greg. Spol. Vincentius. Leontius. Mineates. Fortunatus. Lucia. Prothus. Iacintus.		Theodericus Metensium episcopus Imperatori sanguine, dilectione ac familiaritate cæteris deuinctior, dum in Italica expeditione per triennium sub eo militaret, multa corpora & pignora sanctorum de diuersis Italiæ locis quocunque modo potuit, collegit. Primùm à Marsia sanctum Elpidium cõfessorem, cuius socium Eutychium episcopum, ipse Imperator iam sustulerat, ab Amiternis Eutychetem martyrem cum reliquiis Maronis & Victorini sociorum eius à Sulginis Felicianum episcopum & martyrem, à Perusio Asclepiodatum martyrem, à Spoleto Serenam martyrem cum Gregorio Spolitano martyre, à Corduno pignora Vincentij martyris & Leuitæ, ab Hispania olim à duobus monachis Capuam, à Capua verò illuc deportata, à Meuania alterum Vincentium episcopum & martyrem, à Vincentia Leontium episcopum & martyrem, à Florentia Mineatem martyrem, ab vrbe Tudertina Fortunatum episcopum & confessorem, à Corsinio Luciam Syracusanam virginem & martyrem, à Foroaldo duce Spoletanorum, olim à Syracusis illuc translatam, à Sabinis partes corporum Prothi & Iacinti martyrum. Hæc omnia cum parte cathenæ sancti Petri apostoli, cum capillis eiusdem, & sanguine sancti Stephani protomartyris, & parte craticulæ sancti Laurentij martyris, à Papa Ioanne sibi donata, cum aliis multis sanctorum pignoribus præsul Deodericus in Galliam hoc anno transtulit, & in ecclesia sancti Vincentij martyris à se in Insula vrbis constructa locauit.	G H		
	970	34 // 16 // Apud Constantinopolim Nicephorus Imperator timens à filiis suis Imperio expelli, quia senex erat, volebat eos eunuchizare, quorum mater regina, quia nullo alio modo poterat eos liberare, suasit Ioanni Nicephorum occidere & imperare. Ioannes itaque occultè cum funibus intrauit palatium, & occiso Nicephoro imperauit annis 6.	// 10		
Benedictus p.	971	35 // 17 // Benedictus Romanæ ecclesiæ 135. præsidet.	// 1		
Ioannes p.		Otto Imperator Romæ Ottoni comparatori suo, neptem Ioannis Constantinopolitani Imperatoris Theophaniam nomine, à Ioanne Papa coronatam, in legitimo matrimonio sociauit.			
		Rogerus ordinatur episcopus Leodiensium. Hic vrbem muro circumcinxit, ædificiis honestauit, maiorem ecclesiam corpore sancti Lamberti insignitam à fundamentis renouauit, cœnobium sancti Ioannis Euangelistæ in Insula fundauit.	I		
Nonus p. Vvindichildus. Otto 2.	972	36 // 18 // Nonus Romanæ ecclesiæ 136. præsidet.	// 2		
		Otto senior Imperator obiit, cuius vitam Vvindichildus monachus descripsit, qui etiam historiam Saxonum vsque ad hunc annum conscripsit.			
		Otto secundus imperat annis decem.			
		Raginerius & Lambertus filij Raginerij Longicolli, paulatim resumptis viribus à Francia redeunt, & cum Garnero & Ramnoldo, qui comitatum patris eorum occupauerãt, bello apud Peronam confligunt, eósque cum multis perimunt, & super Hannam fluuium castello Buxide munito Lotharingiam infestant.			
		Vvenzeslaus princeps Boemiæ à fratre suo Boizlao propter præripiendum principatum interfectus, vrbem Pragam, vbi requiescit, multis miraculis illustrat.			
Bonifacius p.	973	1 // 19 // Bonifacius Romanæ ecclesiæ 137. præsidet.	// 3 K		
		Raherius, de quo dictum est hoc monostichon: *Veronæ præsul, sed ter Raherius exul*, apud Lobias moritur.			
		Contra Ottonem Imperatorem rebellat patruelis eius Henricus dux Baioariæ.			
		Otto Imperator castellum Buxidis obsidet, captum diruit, captos in eo exiliat, nec tamen Raginerius à rebellione desistit.			
Benedictus p.	974	2 // 20 // Benedictus Romanæ ecclesiæ 138. præsidet.	// 4		
		Otto Imperator Henricum ducem sibi subiugat.			
		Maiolus abbas Cluniacensis sanctitate & religione claret.			
Gelu vehemens.		Gelu magnum à Calendis Nouembris vsque ad æquinoctium vernale.			
	975	3 // 21 // Otto Imperator contra Sclauos proficiscitur.	// 5		

Filij

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Constantinopolitanorum.	
A		Filij Raginerij Longicolli auxilio Francorum & maximè Caroli postea ducis fulti, lacessunt bello Godefridum & Arnulphum Comites, qui post Vvarnerum comitatum Montensem inuaserant, montem Castrilocum obsident, multis vtrinque in conflictu fusis, obsidio remota est, victoria anceps, datur tamen palma comitibus.			
Vvaldricus.	977	Obiit sanctus Vvaldricus Ausburgensis episcopus, cuius vita qualis fuerit mox miraculorum gloria patefecit.			
		4 // 22 // Gens Leuticiorum ad idololatriam reuoluitur.	// 6		
		Sanctus Vvictech Pragensis episcopus, cognomento Adelbertus, sanctitate & doctrina apud Vvinidos claret, qui apud Brutios martyrizatus, multis miraculis glorificatur.			
		Filij Raginerij, vt pro se viriliter agerent, animati Francorum auxilio & affinitate: Raginerius quippè Hauuidam Hugonis filiam, postea regis, Lambertus verò Herbergam filiam			
B		Caroli ducis duxêre vxores, in terram patrum suorum relocati sunt.			
		Ducatus Lotharingię datur Carolo fratri Lotharij regis Francorum, multis insuper conducto beneficiis, vt & ipse ab insolentiis desistat, & fratris sui Lotharij motibus obsistat.			
		Abhinc de Constantinopolitano Imperio taceatur.			
Otto Græciam vastat.	978	5 // 23 // PAcato vndique regno, cùm Otto Imperator Aquisgrani moraretur, Lotharius rex Francorum subitò ad inuadẽdam Lotharingiam contendit, & cedente Imperatore, quia ad pugnam imparatus erat, rex post multam vastationem repatriauit, quem cum inæstimabili exercitu Imperator prosecutus, condicto die, scilicet Calendis Octobris Franciam intrauit, quam vsque ad Calẽdas Decembris peruagatus, fines Remensium, Laudunensium, Suessionum, & Parisiensium, diuersa cæde vastauit, Ecclesiis tantùm			
C		Dei omnium immunitate concessa, in redeundo tamen circa Asonam fluuium partem impedimentorum amisit. De his quidam reclusus prædixit, quòd omnes huius mali incẽtores ante septennium morerentur.			
Acies in cælo.	979	6 // 24 // Ignea acies visæ sunt in cœlo per totam noctem, quinto Calendas Nouembris.			
		Hoc anno complentur mille anni à natiuitate Christi, secundum veritatem Euangelij, qui secundum cyclum Dionysij, anno abhinc 21. finiuntur, sicque in anno Dominicæ passionis veritati Euangelicæ contraîtur.			
	980	7 // 25 Otto Imperator Lotharius & rex conuenientes super Carum fluuium pacificantur, datis inuicem sacramentis, & rex Lotharius Lotharingiam abiurat.			
		Otto Imperator Italiam petit.			
		Corpora sanctorum Laudoaldi, Adriani, Amantij, & aliorum, à Vvantreshouo Hasbaniæ vico tranferuntur Gandauum cum miraculorum gloria.			
	981	8 // Otto Imperator Apuliam & Calabriam Italiæ prouincias ad ius regni Græcorum	// 26		
D		appendentes transferre ad Imperium Romanum conatur, maximè propter affinitatẽ, quam per vxorem suam Theophaniam cum Imperatore Græcorum habebat.			
Otto inuadit Græciam.		9 // Græci infensi, quòd Imperator Otto prouincias Græcorum inuaderet, conducto	// 27		
		sibi Sarracenorum auxilio, Imperatori in Calabria bello congrediuntur, in quo bello omnes Romanorum copiæ vsque ad internecionẽ penè deletæ sunt, Imperator natãdo nitens euadere à nauris ignorantibus cum capitur, & à quodam eorum qui negotiator Sclauorum erat agnitus, nec proditus per illum re delata ad Imperatricem & Deodericum Metensium episcopum qui in ciuitate Rhosan rei euentum præstolabantur, difficulter per Sclauum & episcopum liberatur. Nautis quippè ad pecunias pro eo redimendo allatas inhiantibus, Imperator ascenso equo vix euasit. Omnibus pro infortunio reipublicæ animo consternatis, sola Imperatrix fœminea & Græca leuitate insultabat eis, quòd ab exercitu suæ nationis victi essent Romani, ac per hoc cœpit primatibus exosa haberi.			
	982	10 // Otto Imperator tædio & angore animi deficiẽs, Romæ moritur, & de Imperato-	// 28		
E		re substituendo inter primates dissentitur, aliis filio ipsius Ottonis imperium deberi certãtibus, aliis odio Imperatricis à filio eius imperium transferre volẽtibus ad Henricum ducem filium Henrici, qui fuit frater primi Ottonis. Hic Henricus ipsum Ottonem puerum factiosè raptum in custodiam tenet, sed principes puerum de manu Henrici extorquentes in regno sublimant, & regnauit annis 19.			
Otto 3.		1 // Ioannes Romanæ ecclesię 139. præsidet.	// 29		
Ioannes p.		Lotharius rex Francorum ad inuadendam Lotharingiam rursum laborans, vrbem Virdunum & Godefridum ipsius vrbis comitem capit.			
Ioannes p.		Ioannes Romanę ecclesiæ 140. præsidet.			
		Theodoricus Metensium episcopus obiit, & secundum prophetiam viri Dei, vix ali-			

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	
	quis principum, qui in bello Calabrico euasit, diu superuixit, episcopatum Metensem suscepit Adelbero vir sanctus & nobilis filius Friderici ducis.		F
985	2 // 30 // Lotharius rex videns Ottonem Imperatorem virtute militum suorum proficere, vrbem Virdunum & Godefridum comitem reddit.		
Ioannes p. 986	3 // 31 // Ioannes Romanæ ecclesiæ 141. præsidet.		
	Lothario rege Francorum mortuo, Ludouicus filius eius regnat in Francia anno vno.		
Ludouicus. 987	4 // 1 // Ludouico Francorum rege mortuo, Francis regnum transferre volentibus ad Carolum ducem fratrem Lotharij regis, dum ille rem ad consilium defert, regnum Francorum vsurpat Hugo filius Hugonis Parisiensis ex Hauuide sorore primi Ottonis Imperatoris, & regnauit annis nouem.		
Hugo.	Herluinus primus abbas Gemmelacensis moritur.		G
988	5 // 1 // Carolus dux regnum Francorum ex paterna & auita successione sibi debitum contra Hugonem regem nepotem suum repetit, eúmque bello perurgens, Laudunum vrbem capit. Hugo autem rex Carolum in Lauduno obsidet, sed secundo obsidionis mense obsessi prosilientes castra obsidentium incenderunt, & ipse rex Hugo plurimis suorum peremptis turpiter fugiens vix euasit.		
Inundatio. 989	6 // 2 // Inundatio aquarum frequens ac diutina vltra solitum, æstaspostea feruentissima pluribúsque pernicioſa, vnde & fruges minoratæ sunt.		
	Carolus dux montem acutum expugnat, Suessionis vsque vastando peraccedit, inde Rhenum aggreditur, & Laudunum cum multa præda reuertitur.		
Siccitas.	Siccitas magna vernalis, vnde & satio primitiua impedita, & fames ingens secuta est.		
Nix nimia.	Nix nimia decidit, imber postea continuus, qui autumnalem sationem omni modo denegaret.		H
Annonapluit & pisibus.	Fertur annonam pluisse de cœlo in Asbanio, alij etiam pisciculos paruos de cœlo pluisse ferebant.		
990	7 // 3 // Carolus dux Remos occupat, Archiepiscopum, quem Hugo rex præfecerat, & quosdam primates capit, & Lauduno relegat.		
991	8 // 4 // Carolus dux moritur, Otto filius eius succedit ei in ducatu Lotharienſium.		
992	9 // 5 // Remis synodo totius Franciæ congregata, Arnulphus nepos Caroli ducis quem ipse Carolus Episcopum Remis substituerat, omnium iudicio exordinatus damnatur, & Adelgarius presbyter, qui vrbem prodidit, & portas Carolo aperuit, insolubiliter excommunicatur.		
	Gerbertus verò substituitur Episcopus, sed quibusdam causam ventilantibus non potuisse degradari Arnulphum absque scientia & auctoritate Papæ Romani.		
	Gerbertus depositus ad Ottonem Imperatorem se contulit, quem Imperator receptum primò eum Rauennæ Archiepiscopum, & postea constituit Papam Romanum, vnde est eius illud monostichon:		I
	Transit ab R. Gerbertus, ad R. fit Papa vigens R.		
Odilo damnari de misericor. quàm duritia maluit. 993	10 // 6 // In Burgundia Odilo Aruernæ oriundus ex clerico Bruiatensi Monachum professus in Cluniacẽsi cœnobio post Maiolũ præficitur ipsi cœnobio, quod per annos 56. míro religionis feruore rexit & prouexit, qui egregiè præter cætera pietatis insignia, non solùm vitæ exemplis, sed etiam miraculis in vita sua claruit. Qui cùm reprehenderetur quòd in peccantes misericordior iusto esse videretur, Si damnandus sum (inquit) malo damnari de misericordia quàm de duritia.		
	Otto in Imperatorem benedicitur.		
Herigerus. Adelbodus. Fulbertus. Abbo. 994	11 // 7 // Florebant hoc tempore in scientia litterarum in Lotharingia Herigerus abbas Lobiensis, Adelbodus, Episcopus Vltraiectensis: in Francia, Fulbertus Episcopus Carnotẽsis, Abbo abbas Floriacensis, qui super calculum		K
	12 // 8 // Victorij commentatus est.		
Gregorius p. 995	13 // 9 // Gregorius Romanæ Ecclesiæ 142. præsidet.		
Robertus. 996	Hugone Francorum rege mortuo, Robertus filius eius in Francia regnat annis 34.		
997	14 // 1 // Heribertus ordinatus Colonienſium Episcopus multa sanctitate claret.		
	Clarebat etiam hoc tempore inter Gallos Ausfridus, qui cùm fuisset comes Bratuspantium, non minus iustitia quàm potentia seculari famosus, depositio militiæ cingulo tonsuratus in clericum, eò profectus est, vt ordinaretur Episcopus Vltraiectensis Ecclesiæ.		
Ioannes p. 998	15 // 2 // Ioannes Romanæ Ecclesiæ 143. præsidet mensibus 10. Post quem Gerbertus, qui & Siluester, 144. qui & ipse inter claros scientia literarum egregiè claruit. Quidam tamen transito		

	Romanorum.	Francorum.	Anni domini.	
A	transito Siluestro isto, Agapitum Papam hoc in loco ponunt: quod non otiosè factum esse dicitur, quia is Sylvester non per ostium intrasse creditur, quippè qui à quibusdam etiam Necromantiæ arguitur: de morte quoque eius non rectè tractatur, à Diabolo enim percussus dicitur obiisse, quam rem nos in medio relinquimus: à numero enim Paparum videtur excluſus. Vnde lector quæso, vt hic & alibi si dissonantia te offenderit de nominibus vel annis vel temporibus Paparũ, nõ mihi imputes, quia non visa, sed audita vel lecta scribo.			*Sylvester P. Necromanticus.*
	Hoc tempore quidam religiosus ab Hierosolymis veniens, in Sicilia recluſi cuiusdam humanitate aliquandiu recreatus, didicit ab eo inter cætera quòd in illa vicinia essent loca eructantia flammarum incendia, quæ loca vocantur ab incolis Ollæ Vulcani, in quibus animæ defunctorum luant, diuersa pro meritorum qualitate supplicia, ad ea exequenda deputatis ibi dæmonibus, quorum se crebrò voces, iras & terrores, sæpè etiam eiulatus audisse dicebat plangentium, quòd animæ de manibus eorum eriperentur per eleemosynas & preces			*Ollæ Vulcani.*
B	fidelium, & hoc tempore magis per orationes Cluniacensium orantium indefessè pro requie defunctorum, hoc per illum abbas Odillo compertò, constituit per omnia monasteria sibi subiecta, vt sicut primo die Nouembris solẽnitas omnium sanctorum agitur: ita sequenti die memoria omnium in Christo quiescentium celebretur, qui ritus ad multas Ecclesias transiens, fidelium defunctorum memoriam solennizari fecit.			*Suffragia viuentium prodesse defunctis. Festiuitas defunctorum.*
	16 // 3 // In Italia Crescens patritiatu Romanorum arrepto, contra Ottonem Imperatorem rebellat.		999	
	17 // 4 // Anno IESV Christi millesimo secũdum computationem Dionysij multa prodigia sunt visa.		1000	
	Terræmotus factus est permaximus, cometes apparuit 19. Kalendis Ianuarij circa horam nonam, aperto cœlo quasi facula ardens cum longo tractu fulguris instar illabitur terris, tanto splendore, vt non modò qui in agris erant, sed etiam *in tectis irrupto lumine* ferirentur, qua cœli scissura sensim euanescente, interim visa est figura quasi serpẽtis capite quidem crescente cum cæruleis pedibus.			*Ostenta.*
C	18 // 5 // Otto Imperator Romæ Crescẽrem patritium bello aggreditur, sed victus Crescens & rex fuga retractus capitur, viliſque iumento auersè impositus, circunducitur, & paulatim membris truncatus, ad vltimum ante vrbem suspenditur.		1001	
	19 // 6 // Otto Imperator degens Romæ dum cum Romanis se remissius agit, tractãs qualiter iura regni & Ecclesiæ ad antiquum statum reformaret, Romani per hoc ad contemptum eius adducti, subitò contra eum conspirant, & aliquot militum eius peremptis, eum in palatio obsident. Vnde per industriam Henrici ducis *Baioariæ & Hugonis Marchionis* Italiæ simulato pacto vix extractus, Roma decedit cum Sylvestro Papa. Et quia vxor Crescentij imperatorem spe regnandi ad amorem sui pellexerat, dolens pro eius decessu, venenum ei misit, quo ille consumptus inter remeandum in Italia moritur.		1002	*Otto periclitatur à Rom.*
D	Milites transalpini corpus Imperatoris defuncti cum insignibus imperij ad Galliam referentes, crebris Italorum incursibus lacessiti, armis sibi viam parant. Sed cùm iam res in tuto esse putaretur, dux Baioariæ Henricus iniuriato Heriberto Colonienſium Archiepiscopo, à cuius ore omnes pendebant, insignia regni ab eo violenter extorsit, quasi iure hæreditario sibi competentia, erat quippè filius Henrici ducis, qui fuit genitus de Henrico fratre primi Ottonis Imperatoris.			
	Henricus ergo dux cõciliatis sibi animis quorumdam principum regni vngitur in regem à Vvilligiſo Moguntino Archiepiscopo, & imperauit annis 22.			*Henr. Imp.*
	1 // 7 // Ioannes Romanæ Ecclesiæ 145. præsidet.		1003	
	Abbo Floriacensis abbas, in Vvasconia martyrizatur.			
	Ioannes Romanæ Ecclesiæ 146. præsidet.			*Ioannes p.*
	Henricus Imperator potentiores regni viros bello sibi concitare volentes, celeriter deuincit, & reges gentilium in interiori Germania commorantes, qui dicuntur Vvinidi, tributarios sibi facit.			*Henricus.*
E	2 // 8 // Gerardus Cameracensis Episcopus & Adelbodus Vltraiectensis Episcopus magni in Ecclesia & in Palatio habentur.		1004	
	Henricus Imperator Habenbergensem Ecclesiam Episcopalis sedis honore sublimat, & quia liberis carebat, eam omnium rerum suarum hæredem facit. Vnde Deodericus Metensium Episcopus, dolens dotem & patrimonium sororis suæ Chunigundis imperatricis delegari ab imperatore Habenbergensi Ecclesiæ rebellat.			*Henricus.*
	3 // 9 // Cometes horribili specie huc illúcque iactans in australi parte visus est.		1005	*cometa.*
	Mortuo Ottone duce, ducatus Lotharingiæ datur comiti Godefrido filio Godefridi Ardennensis.			
	Hilpericus librum de ratione computus, hoc anno scripsit, vt apparet ex argumento			

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.
			ad inueniendos annos Domini per indictiones. Si vis (inquit) scire quot sunt anni incarnati Christi, sexaginta sex ordines indictionum, qui fluxerunt ab eius incarnatione, multiplica per quindecim, fiunt nongenti nonaginta. His adde duodecim, quia tertia indictione natus est Christus, adde etiam indictionem præsentis anni, id est tertiam: & ecce habes hoc anno annos Christi 1005.
Indictiones.	1006		4 // 10 // Fames & mortalitas tam grauiter per totum penè orbem inualuit, vt sepelientium tædio viui adhuc spiritum trahentes obruerentur cum mortuis.
Fames & pestilentia.			Castrum Valentianas situm in Marchia Franciæ & Lotharingiæ, quod Balduinus comes Flandrensium inuaserat, Imperator Henricus obsidet, concurrentibus ad auxilium eius Roberto rege Francorum, & Richardo comite Normannorum.
	1007		5 // 11 // Henricus Imperator quia de obsidione Valentianensi inefficax redierat, contra Balduinum profectus castrum Gādauum inuadit, & depopulata terra, aliquot primores Flādrensium capit. Vnde Balduinus perterritus imperatori satisfacit, Valentianas redit, datisque obsidibus cum sacramento fidelitatis manus ei dedit. Postea Imperator seditione suorum coactus, Valentianas Balduino comiti beneficiauit, vt sibi cōtra motus suorum auxilio esset, postea ei etiam Vxalachras addidit.
Burchardus.	1008		6 // 12 // Baldricus Leodicensium Episcopus ordinatur, Burchardus quoque fit Vvarmacensis Episcopus, qui in scripturis studiosus, magnum illud canonum volumen edidit scripturarum sententiis vndique compilatis defloratum, collaborante sibi in hoc magistro suo Olberto abbate viro vndecumque doctissimo.
Sergius Papa.	1009		7 // 13 // Sergius Romanæ Ecclesiæ 147. præsidet.
			Eclipsis solis facta est hora diei secunda.
			Normanni Frisiam infestantes Tilæ oppidum incendunt.
Deodericus.			Henricus Imperator Metis vrbem obsidet, propter Deodericum fratrem vxoris suæ contra se rebellantem, qui Episcopatum ipsius vrbis vsurpauerat. Dux enim Mosellanorum *Deodericus post fratrem suum Alberonem* dato Episcopatu Metensium filio suo adhuc puero, tutorem ei substituit ipsum Deodericum, qui puero vrbe excluso, & Episcopatu vsurpato, ipsum etiam Deodericum ducem bello capit. Vrbe ergo per obsidionem penè desolata tandem pax conuenit.
			Bruno Episcopus martyrizatur.
Normanni Frisiam repetunt.	1010		8 // 14 // Normanni Frisiam repetunt, & multis cæsis Vltraiectum oppidum incendunt.
Hungari credunt.			Gens Hungarorum hactenus idololatriæ dedita, hoc tempore ad fidem Christi conuertitur per Gislam sororem Imperatoris, quæ nupta Hungarorum regi ad hoc sua instantia regem adduxit, vt se & totam Hungarorum gentem baptizari expeteret, qui in baptismo Stephanus est vocatus. Cuius merita per Hungariam multa miraculorum gloria commendat.
	1011		9 // 15 // In Lotharingia iuxta montem Castrilocum fonticulus aquæ multis saluberrimus in sanguinem conuersus est, quod probauit mulier, quæ faciem suam ex huius fontis aqua lotam ostendit multis sanguinolentam.
Benedictus p.	1012		10 // 16 // Benedictus Romanæ Ecclesiæ 148. præsidet.
			Albertus Gemmelacensis Ecclesiæ ordinatur abbas, vir moribus, religione, scientia, bonis doctisque viris aut conferendus, aut præferendus.
			Henricus Imperator Godefridum ducem cum exercitu in fines Bratuspantium mittit, ad obsidendum castrum Louanium, sed inefficax rediit.
	1013		11 // 17 // Henricus Imperator Italiam petens, vt subueniret suis, quos Græci premebant circa Beneuentum Salernam & Capuam debacchantes, Troiam ciuitatem capit.
Baldricus.			Baldricus Episcopus cum in villa Hugardis dicta castellum muniret, Lambertus comes Louanienſis eum aggreditur, & episcopus Lamberto vincente multis suorum captis & occisis graui atteritur infortunio.
Terræmotus.			Terræmotus factus est maximus circa meridiem 14. Kalendas Decembris.
	1014		2 // 18 // Henricus rex in Imperatorem benedicitur.
			Baldricus Episcopus in insula Leodicensi cœnobium sancti Iacobi Apostoli fundauit.
			Dux Godefridus Gerardum comitem multis modis regnum inquietantem bello vicit, in quo filio eius cum multis occiso, complices eius deterruit.
	1015		13 // 19 // Hoc tempore sanctus Guicteth, qui & Adelbertus Pragensis, Episcopus apud Bruchuos martyrizatur.
			Comitatus Beluacensis datur Rogero Episcopo.
			Dux Godefridus comitatum Montensem depopulatur, quem Raginerius cum patruo suo Lamberto Louanienſi insecutus apud Florinas pugnā conseruit, vbi plusquam quadringenti

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.
			genti viri occisi sunt, & ipse Lambertus occubuit, vbi res mira contigit. Cum Lambertus spem victoriæ iam haberet, habebat quippè phylacterium à collo vsque ad pectus pendens, sanctorum reliquiis refertum, quorum patrocinio se in periculis tutum fore credebat, instāte ei termino vitæ phylacterium illud à collo eius exiliens super tumulum campi exiliuit, & mox comes antea inuictus perimitur, quidam militum phylacterium accipiens in caliga abscondit, sed coxa eius & crure intumescente rem prodidit, & phylacterium Domino suo Etheloni fratri ducis dedit.
Simeon felicitat.	1015		14 // 20 // Simeon Syracusis Siciliæ oriundus, & postea Monachus in monte Syna hoc tempore clarebat, qui Hierosolymam veniens, longam pro Christo peregrinationem suscepit, & cum Popone Treuerorum Archiepiscopo ad Gallias veniens, Treueris in altitudine turris inclusus est. Ibique post multas hominum persecutiones, post multas dæmonum tentationes, beato fine quieuit, cuius merita frequens miraculorum gloria declarauit.
Cometes.	1016		15 // 21 // Cometes solito mirabilior in modum trabis maximè per quatuor mēses apparuit.
			Golbodus in Episcopatu Leodicensi Baldrico succedit.
	1017		16 // 22 // In Frisonia Deoderico comite filio Arnulphi Gandauensis debellante, Frisones in vindicta patris sui ab eis occisi, Godefridus dux ad eum debellandum ab Imperatore mittitur, & conserto prælio repentè voce, nescitur vnde, emissa, Fugite fugite, cunctis fugientibus multi à paucis Frisonibus perimuntur, dux verò capitur.
	1018		17 // 23 // Dux Godefridus impetrata Frisonibus totius iniustitiæ impunitate, à captiuitate soluitur, & non multo pòst moritur. Frater verò eius Gothelo in ducatu substituitur.
	1019		18 // 24 // Rodulphus rex Burgundiæ insolentia Burgundionum irritatus, regnum Burgundiæ Henrico Imperatori dare tractat, sed eum ab hac intentione reuocat simulata Burgundionum satisfactio.
			Benedictus Papa in Galliam ad Henricum Imperatorem venit.
	1020		19 // 25 // Henricus Imperator Coloniæ natale Domini celebrans, Heribertum Archiepiscopum olim à se iniuriosè tractatum humili satisfactione placat, cui recōciliatus Archiepiscopus prædixit se propediem moriturum, & non multo pòst mortuus magnis cœpit clarere virtutibus.
Pilegrinus.			Pilegrinus ei in episcopatu succedit.
Durandus.			Durandus fit Leodicensium episcopus, quod quasi fabula in theatro mundi fuit, quòd vir ex humillimo & pauperrimo seruilis conditionis genere dominis suis carnalibus dominabatur.
	1021		20 // 26 // Aquisgrani conuentu generali & synodali per aliquot dies celebrato, tanta siccitas & intemperies aeris exarduit, vi multi præ nimio ardore deficerent, multa etiam animalia subitò interirent, pauimento & marmoreis columnis tanto sudore madentibus, vt aqua esse respersa crederetur à nescientibus.
Robertus rex.	1022		21 // 27 // Henricus Imperator & Robertus rex Francorum super Carum fluuium apud Eualsium conueniunt, de statu Ecclesiæ regni & imperij tractaturi, & condicto, vt super his confirmandis etiam Papam Romanum simul ambo Papiæ opportunè conuenirent: Imperator & regem, & suos, multos etiam qui tantùm ad demirandam Imperatoriam maiestatem conuenerant, tanta liberalitate donauit, vt opibus regum Persarum aut Arabum posset comparari Imperatoris munificentia.
Eclipsis.			In Pascha eclipsis solis facta est.
Ioan. Port.	1023		22 // 28 // Ioannes Portuensis Episcopus frater Stephani Papæ nuper defuncti, Romanæ Ecclesiæ 149. præsidet.
			Hoc tempore in Gallia Beluacensi vrbe inclytus Rogerus decessit Episcopus, qui inter alia beneficia dedit Ecclesiæ sancti Petri cui præsidebat, Alliacum in Normannia, & Montiacum in Vermādensi patria. Comitatum quoque eiusdem vrbis ab Oddone Campanensi comite impetrauit, dato ei pro commercio castro Syncerrio Bituricēsi territorio sito, quod sibi patrimonij iure competebat.
			Henricus Imperator consulentibus sibi principibus super substitutione regni designans Conradum virum egregij generis & egregiæ libertatis, quippè qui nunquam se submiserat alicuius seruituti, moritur. Huius vitam Adelbodus Episcopus Vltraiectensis scribit.
Cono.			Cono dux præpotens cum ad imperium aspirare vellet, repudiatur instinctu Abbonis Moguntini Archiepiscopi, & aliquorum regni primatum, & Conradus ad imperium sublimatus, imperauit annis quindecim.
	1024		1 // 29 // Ioanni Papæ Stephanus frater suus apparens, dixit se infernalibus pœnis cruciari,

	Anni domi.	Romanorum.	Francorum.	
				F

ſed ſperare ſe interuẽtu Odilonis abbatis Cluniacẽſis veniam poſſe conſequi, pro quo Odilo tandiu orando laborauit, donec ſibi reuelaretur ſe pro illo eſſe exauditum.

Orationes liberant ab inferis.

Raginardus Leodicenſium ordinatur Epiſcopus, qui Leodij in monte publico cœnobium ſancti Laurentij inſtituit, eíque Stephanum virum ſanctæ memoriæ abbatem primùm præfecit.

1026 2 // 30 // Robertus rex Francorum ad inuadendam Lotharingiam animum intendit, ſed citò ab hoc conatu deſtitit.

Gothelone duce, qui propter priuatum odium grauabat regnum Conradi, & aliis principibus ad pacis vnitatem adductis, regi proſperitas & regno accreuit tranquillitas.

Conradus.

1027 3 // 31 // Conradus rex filium ſuum adhuc puerum Henricum in regnum ſublimat Aquis. Ipſe autem Romæ in Paſcha in Imperatorem conſecratus, quorundam Italorum contra ſe ſæuientium motus compeſcit. G

Abbates nominabiles.

Florebat hoc tempore Eccleſiaſtica religio per abbates nominabiles. In Francia quidem & in Burgundia, per Odilonem Cluniacenſem pietate inſignem, per Guillelmum Diuionẽſem ſeueritate reuerendum. In Lotharingia, per Richardum Virdunenſem pia grauitate & graui pietate diſcretum, per Poponem Stabulenſem, per Heliam Colonienſem, per Osbertum & Stephanum Leodicenſes, per Bernonem Angenſem.

1028 4 // 32 // Claruit hoc tempore in Italia Guido Aretinus, multi inter muſicos nominis, in hoc enim prophetis præferendus, quòd ignotos cantus etiam pueri facilius diſcunt per eius regulam, quàm per vocem magiſtri, aut per vſum alicuius inſtrumenti, dum ſex literis vel ſyllabis modulatim appoſitis ad ſex voces, quas ſolas regulariter muſica recipit. Hiſque vocibus per flexuras digitorum læuæ manus diſtinctis, per integrum diapaſon ſe oculis & auribus ingerunt intentæ & remiſſæ eleuationes vel diſpoſitiones earundem ſex vocum.

Gamæ inuentor.

1029 5 // 33 // Conradus Imperator rebellantibus Sclauis, ad eos debellandos proficiſcitur. H

Hoc etiam anno idem Conradus Imperator rebellantibus Hungaris ad eos debellãdos proficiſcitur.

Henricus.

1030 6 // 34 // Roberto rege Francorum mortuo Henricus filius eius regnat in Francia annis 30.

Hoc tempore iuſſu Conradi Imperatoris regali & ſynodali conuentu apud Triburias inter cætera Epiſcopi hoc capitulum decernere voluerunt, vt ſi quando ieiunium primi menſis eueniret infra hebdomadam, qua caput ieiunij in quarta feria conſtat, amborum ieiuniorum celebritas vnius officij expletione compleretur. Sed Gerardus Cameracenſis & pauci cum eo huic multorum decreto contradicentes, obtinuerunt vt ieiunium primi menſis in altera hebdomada in qua habetur officium, celebretur ſecũdum antiquam conſuetudinem.

Bardo.

1031 7 // 1 // Sanctus Bardo ordinatur Moguntiæ Archiepiſcopus.

Robertus & Richardus minuendæ domo multitudinis cauſa, hoc tẽpore à Normannia Franciæ digreſſi Apuliam expetunt, & Italis inter ſe diſſidentibus dum alteri contra alterum auxilium præſtant, hac opportunitate Italos callidè & fortiter debellant, & ſucceſſus vrgendo ſuos nomen ſuum dilatant, & futuræ proſperitatis ſibi viam parant. I

Eclipſis.

1032 8 // 2 // Eclipſis ſolis facta eſt circa meridiem 3. Kalendas Iulij.

Iſtiuſmodi decretum à Franciæ Epiſcopis datum eſt ſeruari ſubiectis ſibi populis. Vnus eorum dicit cælitus ſibi delatas eſſe literas, quæ pacẽ monerent renouandam in terra. Quam rem mandauit cæteris, & hæc tradenda dedit populis: Arma quiſque non ferret, direpta non repeteret ſui ſanguinis vel cuiuſlibet proximi vltor minimè exiſtens, percuſſoribus cogeretur indulgere. Ieiunium in pane & aqua omni ſexta feria ſeruarent, & in ſabbatho à carne & liquamine abſtinerent, ſolóque hoc contenti ieiunio in omnium peccatorum remiſſionem nullam ſibi ſcirent aliam adiiciendam pœnitentiam, & hæc ſeruare ſacramento firmarent: quod qui nollet, Chriſtianitate priuaretur, & exeuntem de ſeculo nullus viſitaret, nec ſepulturæ traderet, alia quoque importabilia quamplura dedêre mandata, quæ oneri K viſa ſunt replicare. Hanc mandatorum nouitatem, cùm multi cupidi nouarum rerum libẽtius iuſto amplecterentur, Gerardus Cameracenſis Epiſcopus, qui ſolus Lotharienſium appendebat ad parrochiam Francorum, nullius hortatu potuit adduci ad hæc ſuſcipienda, ſed ſingula capitula refellebat, dicens, genus humanum ab initio trifariam eſſe diuiſum, in oratibus, pugnatoribus, agricultoribus: & vnum duorum, & duos vnius egere auxilio, ideo debere arma ferre, & rapinas reddi pro authoritate legis & gratiæ, vltorem percuſſi vel occiſi non exacerbari cogendo, ſed ſecundum Euangelium ei reconciliari. Ieiunium in ſexta vel ſeptima feria, nec omnibus vnum eſſe imponendum, quia non eſt vna omnibus poſſibilitas, nec omnes hoc vno ieiunio contentos eſſe, quia non eſt vna omnium pœnitendi qualitas, hæc ſacramento firmare, vel ſacramenti violationem periurio

	Romanorum.	Francorum.		Anni domi.
A				

iurio augere non eſt vtile. His contradicentes excommunicari, infirmis viſitationem vel mortuis ſepulturam negari eſſe deteſtabile, ſufficere authentica patrum decreta, & ſuper his neglectis impoſitum congruenter pœnitentiæ modum.

9 // 3 // Benedictus Romanæ Eccleſiæ 150. præſidet. 1033 *Benedictus p.*

Frederico Moſellanorum duce mortuo, quia mares filios non habebat quibus ducatus competeret, Gothelo dux impetrato ab imperatore etiam Moſellanorum ducatu, in Lotharingia potentius principatur.

10 // 4 // Burgundionibus non deſiſtentibus à conſueta contra regem ſuum inſolentia, rex Rodulphus regnum Burgundiæ Conrado imperatori tradidit, quod à tempore Arnulphi Imperatoris per annos pluſquam centum triginta gentis ſuæ reges tenuerant, ſicque Burgundia iterum redacta eſt in prouinciam. 1034

B 11 // 5 // Odo Campanienſis regnum Rodulphi regis auunculi ſui à Conrado Imperatore nepote ſuo repetens, vt ſub eo regat Burgundiam efflagitat. 1035

Henricus rex filius Conradi, vxorem ducit filiam regis Anglorum.

12 // 6 // Odo contra imperatorem rebellans, Lotharingiam incurſat, caſtella oppugnat, vrbem Leucorum, quæ Tullus dicitur, obſidet, & in nullo temperat furori ſuo. 1036

13 // 7 // Hermannus Coloniæ ordinatur Archiepiſcopus. 1037

Odo Barum caſtrum obſidet, & capit.

Gothelo dux ægrè ferens inſolentiam Francorum cum Lotharingis, occurrit Odoni, & conſerto prælio apud Barum Odo perimitur, & Francorum exercitus graui cæde attritus Lotharingia fugere compellitur.

14 // 8 // Normanni in Apulia copiis ſuis à Normannia paulatim adductis, ad inuadendam Apuliam fortitudine ſua & Italorum imbecillitate animati, caſtellis & vrbibus aut dolo aut C virtute captis in Apuli a potenter agunt, viciníſque gentibus terrorem ſui nominis incutiunt. 1038 *Normanni.*

Henricus Louanienſis comes domi ſuæ perimitur à captiuo Hermanno, eíque ſuccedit filius eius Otto, cui immatura morte præuento ſucceſſit patruus eius Baldricus, qui & Lambertus.

In Apulia erat quædam ſtatua marmorea, circa caput ſuum æreum habens circulum, in quo erat ſcriptum, Kalendis Maij oriente ſole habebo caput aureum. Quod quidam Sarracenus à Roberto Vuiſcardo duce Normannorum captus, quid portenderet intelligens, in Kalendis Maij oriente ſole diligenter notato termino vmbræ illius ſtatuæ infinitum thelaurum effoſſa ibidem humo reperit, quem pro ſua redemptione eidem duci obtulit. *Theſaurus obſcurè proditus.*

15 // 9 // In menſe Aprili octauo idus viſa eſt in cœlo inter Auſtralem & Orientalem plagam ignea trabes miræ magnitudinis, quæ currens per ſolem ad occaſum vergentem viſa eſt in terram cadere, cuius veſtigia diu videri potuerunt. 1039 *Viſæ.*

D Conradus Imperator Italiam adit, vt rebellionem meditantes debellaret. Et quia omnes Longobardi coniurauerant, vt non paterentur quẽlibet dominum qui aliud quàm ipſi vellent contra ſe ageret, quoſdam Epiſcopos in vincula coniecit, & quia Epiſcopus Mediolanẽſis fuga lapſus eſt, Imperator ſuburbia Mediolani incendit. Die verò Pentecoſtes, cùm Imperator in patua eccleſia ſecus vrbem coronaretur ad miſſam, tam grauia fuerunt tonitrua & fulgura, vt aliqui mente excederent, aliqui exhalarẽt. Bruno verò Epiſcopus, qui miſſam canebat, & ſecretarius Imperatoris cum aliis tribus dixerunt ſe inter miſſarum ſolennia vidiſſe ſanctũ Ambroſium Imperatori indignando comminantẽ. Tunc Imperator Italia diſceſſit.

Pridiè idus Maij eclipſis ſolis fuit, & pridiè nonas Iunij Imperator obiit. Poſt quem Henricus filius eius imperauit annis 17.

1 // 10 // Henricus Imperator vadit ad debellandum Odelricum Boemanorum ducem, 1040 *Henricus.*
ſed Boemanis viriliter reſiſtentibus, inefficax redit.

E 2 // 11 // Henricus Imperator per orationes ſanctorum virorum auxilio Dei ſibi procurato ſuperioris anni infortunium vltus, Odelricum ducem Boemiæ ſuperat. 1041

3 // 12 // Inter Hungaros bello inteſtino moto, Petrus rex ab eis depulſus regno, auxiliũ 1042
Henrici Imperatoris interpellat, qui potenter ei patrocinans Hungariam deuaſtat.

Vvato ex clero ſancti Lamberti, vir ſpiritu ſapientiæ & ſcientiæ & feruore religionis inſignitus, ordinatur Leodicenſium Epiſcopus.

4 // 13 // Apud Conſtantinopolim Conſtantinus Monachus imperat. 1043

Henricus Imperator iterum Hungariam ingreſſus, cum paucis Abbonem regem de bello fugauit, & lanceam inſignem regis recepit. Petrum verò quem Abbo expulerat Hungarorum regno reſtituit, & Hungariam ſibi tributariam fecit.

5 // 14 // Fames valida Galliam & Germaniam profligat, Gothelo dux obiit, cuius filius

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	
		Godefridus, dum eiducatus Mosellanorum denegatur altero ducatu repudiato contra Imperatorem rebellat.		
	1045	6 // 15 // Godefridus hortatu quorundam Dei fidelium ad recuperandam Imperatoris gratiam adductus, ab Imperatore capitur, & custodiæ mancipatur, sed filium suum obsidem dans relaxatur, quo defuncto in obsidatu, ad rebellandum grassatur.		
Bened. Sim. Sylvester Gregorius papa.		Benedictus qui simoniacè Papatum Romanum inuaserat, cum esset rudis litterarum, alterum ad vices Ecclesiastici officij exequendas secum Papam Sylvestrum 151. consecrari fecit. Quod cùm multis non placeret, tertius superducitur Gregorius 152. qui solus vices duorum impleret.		
	1046	7 // 16 // Instinctu Godefridi comes Flandrensis Balduinus contra Imperatorem rebellat.		
Clemens.		Romæ vno contra duos & duobus contra vnum de Papatu contendentibus, rex Henricus contra eos Romam vadit, & eis canonica & imperiali censura depositis, Suidigerus Habenbergensis Episcopus, qui & Clemens Romanæ Ecclesiæ 153. præsidet, & ab eo rex Henricus in imperatorem benedicitur, iurantibus Romanis, se sine eius consensu nunquam Papam electuros.		G
		Theoderico Metensium Episcopo defuncto succedit Adelberto fratruelis eius, vir magnæ prudentiæ & sanctitatis.		
Dedicatio.		Ecclesia sanctæ Gertrudis Mingelensis, quæ ante aliquot annos post negligentiam & incuriam effusi sanguinis Domini concremata, in nouam reædificata benedicitur, præsente Henrico Imperatore.		
Damasus.	1047	8 // 17 // Damasus Romanæ Eccleſiæ 154. præsidet.		
		Nix tanta in occidente cecidit, vt syluas frangeret.		
		Godefridus palatium Neomagi incendit & irreparabiliter destruit.		
		Vrbem quoque Claborum, quæ Virdunus dicitur, cum maiori sanctæ Mariæ Ecclesia incendit.		H
Frãco schol.		Franco scholasticus Leodicensium, & scientia litterarum & morum probitate claret, qui ad Hermannum Archiepiscopum scripsit librum de quadratura circuli, de qua re Aristoteles ait: Circuli quadratura si est scibile, scientia quidem nondum est, illud verò scibile est.		
Leo Papa.	1048	9 // 18 // Bruno Leucorum Episcopus qui vocatur Leo Romanæ Ecclesiæ 155. præsidet. Hic cũ ad capessendã sedem Apostolicam Romam tenderet, audiuit voces Angelorũ canentium, Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis. Hic de multis sanctis cantus composuit, & multa fecit & scripsit Ecclesiæ vtilia. Hic cum in Papatu pauperem leprosum ante fores offendisset, eum fotum diligenter in lecto suo collocauit, quẽ cum reserato hostio non inuenisset, in paupere se Christum suscepisse obstupuit.		
Odilo moritur. Hugo. Popo. Guatho. Olbertus.		Viri religiosi & illustres sanctitate in Christo dormiunt: Odilo abbas Cluniacensis, cui Hugo succedit: Popo Stabulensis, Guatho Episcopus Legiensis, Olbertus sanctæ memoriæ abbas Gemmelacensis.		I
		Guathoni Deoduinus in Episcopatu succedit.		
		Albertus qui ducatum Mosellianorum Godefrido negatum susceperat, à Godefrido perimitur, ducatum eius Gerardus de Alsatia, alterum verò ducatum Fridericus obtinet.		
	1049	10 // 19 // Leo Papa in Gallias veniens vt motus imperij à Balduino & Godefrido concitatos sedaret, Godefridum quidem Imperatori reconciliauit. Balduino pertinacius agente, contra eum Imperator exercitum duxit, sed tandem Balduinus flexus condicto die Aquis Imperatori satisfecit.		
		Leo Papa in Germania & Gallia synodis habitis statum Ecclesiæ meliorauit.		
Normani Romanos affligunt.	1050	11 // 20 // Leo Papa dum Normannos à Romanorum terminis deturbare satagit, multam calamitatem incurrit, quia cum multis etiam ipse capitur. Sed tamen relaxari noluit, nisi etiam suis relaxatis.		
S. Theobaldus.		Sanctus Theobaldus inter nobiles Francorum non infimus, hoc tempore clarebat, qui mundo & semetipso abnegato, secutus Christum in Vincentia vrbe Venetiæ reclusus, duodecimo conuersationis suæ anno beato fine quieuit, qui quàm acceptè seruierit Deo, post mortem eius miraculorum prodidit magnitudo. Ossa eius in Gallias translata, multam multis in locis venerationem meruerunt.		K
		Bardo Moguntiæ Episcopus obiit, cuius sanctitas per multam miraculorum gratiam patuit.		
Berengarij in eucharistiam blasphemia.	1051	12 // 21 // Balduinus Flandrensis inuaso Hagionensi comitatu contra imperatorem rebellat.		
		Francia turbatur per Berengarium Turonensem, qui asserebat, eucharistiam, quam sumimus in altari non esse reuera corpus & sanguinem Christi, sed figuram corporis & sanguinis		

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	
A		guinis Christi. Vnde contra eum multum à multis & verbis & scriptis disputatum est, inter quos Dominus abbas de cruce sancti Leufredi cõtra eum de corpore & sanguine Christi elegantem edidit librum.		
		Lanfrancus etiam vir sanctitate & scientia eximius, prior monasterij Beccensis, postmodum verò ex abbate Cadomensi Archiepiscopus Cantuariensis, contra errorem illius per Dialogum disputauit.		
		13 // 22 // Rex Hungarorum ab Imperatore Henrico dissentit, pro quo reconciliando Leo Papa ad Imperatorem venit, sed amicis discordiæ interturbantibus, id frustra fuit.		
	1052	Leo Papa, Gerardum Leucorum supra se quintum Episcopum sanctitate vitæ mirabilem synodo habita per auctoritatem Apostolicam, decreuit in numero sanctorum confessorum in Ecclesia solenniter habendum.		
B	1053	14 // 23 // Balduinus comes terminos Lotharingiæ incursans, Honum oppidum incendit.		
		Godefridus iterum rebellat, quia ducta vxore Bonifacij Marchionis iussu imperatoris à Longobardia expellitur.		
Græci hæretizantur.		Græcis in hæresim multiformem declinantibus, auctore Michaele Patriarcha Cõstantinopolitano, & Leone Achridano Bulgarorum Episcopo, Leo Papa errores eorum redarguens, scripsit contra eos librum firmis scripturarum testimoniis roboratum.		
pictoratus.		Nichetas autem Monachus Constantinopolitanus qui agnominabatur Pictoratus, scripsit contra Romanos librum, plenum erroris & stultitiæ, prætitulatum de azymo, de sabbatho, de nuptiis sacerdotum.		
	1054	15 // 24 // Leo Papa per Epistolam ad imperatorem Constantinum scriptam, animum eius sibi conciliãs, aprocrisarios suos, Humbertum videlicet Cardinalem, Episcopum Syluæ candidæ, Petrum Amalfitanorum Archiepiscopum, Fredericum quoque septimum Leuitam & Cancellarium dirigit Constantinopolim ad cõfutandas Græcorũ hæreses, qui vt Simoniaci		
C		donum Dei vendebant, vt Valesij hospites suos castratos etiam ad Episcopatũ promouebãt, vt Arriani rebaptizabant Latinos baptizatos in nomine sanctæ trinitatis, vt Donatistę in sola Græcia orthodoxam esse Ecclesiam iactabant, vt Nicolaitæ nuptias sacerdotibus concedebant, vt Seueriani maledictam dicebant legem Moysi, vt Pneumatomagi professionem spiritus sancti à symbolo abscindebant, vt Nazareni Iudaismum obseruabant, paruulos morientes ante octauũ à natiuitate diem baptizari, mulieres in partu vel menstruo periclitantes cõmunicari, vel si paganæ essent baptizari prohibebãt: Latinos vocabant azymitas, & eos nimis persequentes, eorum Ecclesias claudebant, de fermentato sacrificabant, in filiis suis Romanam Ecclesiam anathematizabant, cíq; Ecclesiã Constantinopolitanã præponebant. Ab Imperatore ergo benignè habiti Nicetã Monachũ ante eũ vicerũt, adeò vt librũ quem cõtra Romanos scripserat, anathematizaret & incẽderet, Michaele Patriarcha nolente eis colloqui, charta excommunicationis corã clero & populo super altare sanctę Sophiæ posita recedunt. Michael chartam ipsam corrumpens, populóque legens, illos ab imperatore reuocatos	*Græcorum errores.*	
D		ad synodum absente Imperatore conuocauit, vtà populo lapidarentur. Quod imperatore prohibente Michael commouit populum contra eum, sed conuictus chartam excommunicationis falsasse Michael, omnèsque sui à gratia imperatoris remoti sunt. Humbertus verò Episcopus Syluæ candidæ hæc descripsit, & scripta Nicetæ Monachi & Leonis Alchridani Bulgarorum Archiepiscopi confutauit, quæ de Latino in Græcum translata iussu Imperatoris Constantini à Græcis recepta sunt.		
		Henricus Imperator filio suo Henrico puero quinquẽni in regem sublimato Aquis contra Balduinum proficiscitur, qui Scaldim fluuium Balduino fugiente transiens omnia depopulatur, & insuper apertis sibi clausulæ portis multam cædem inimicorum facit, & vltra progressus Lambertum comitem Balduini satellitem cum multis perimit, multos etiam Flandrensium primates exercitum suum prosequentes concludit intra vrbem Tornacum & obsessos capit.		
E		Leo Papa moritur, qui cuius meriti apud Deum fuerit, cunctis patuit, cum multis ad sepulchrum eius Romæ miraculis ostensis Deus eum clarificauit.		
		Bellum apud mortuum mare.		
		Gebahardus Eistedensis Episcopus, qui & Victor, Romanæ Ecclesiæ 156. præsidet.		
		16 // 25 // Anno ordinatur Coloniæ Archiepiscopus Imperatore in Italia constituto, milites eius Sclauis & Luticianis bello congressi, multi capiuntur aut perimuntur.	1055	
		Balduinus Flandrensis cum Godefrido auunculum suum Fredericum ducem intra Androuerpum obsidet, sed concurrentibus Lotharingis ab oppugnatione desistit.		
		17 // 26 // Victor Papa in Gallias veniens glorioſè ab Imperatore suscipitur, & eo præsente non multo pòst Imperator Henricus moritur, & post eum filius eius Henricus imperat annis 50.	1056	*Victor papa.*

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	
	1057	1 // 27 // Coloniæ generali conuentu habito, Balduinus & Godefridus mediãte Papa victore ad gratiam regis & pacem reducuntur, & omnes bellorum motus ſedantur.		F
Henricus.	1058	2 // 28 // In Friſonia captis ab Imperatore Henrico aliquibus caſtellis, Friſones à rebellione refrenantur.		
		Fredericus filius Gothelonis ducis ex clerico ſancti Lamberti ſeptimus Leuita Romanæ Eccleſiæ, quia exoſus erat Imperatori Henrico pro odio fratris ſui Godefridi ducis poſt legationem Conſtantinopolitanam apud Caſſinenſes Monachus & poſtea abbas factus, alteratus nomine Stephani Romanæ Eccleſiæ 157. præſidet.		
Stephanus p. Monachus comburi quã exire monaſterio maluit.		Paderbrunna Germaniæ ciuitas combuſta eſt cum maiori Eccleſia. In monaſterio autem Monachorum Scotus quidam Monachus Paternus nomine multo tempore recluſus, qui etiam hoc incendium ſæpè prędixerat, propter propoſitum recluſionis exire nolens, ſe comburi paſſus eſt.		G
Colubrorum prælium.	1059	3 // 29 // Benedictus Romanæ Eccleſiæ 158. præſidet.		
		In pago Bracatenſi iuxta Tornacum multitudines colubrorum altrinſecus congregatæ prodigioſo prælio inter ſe concurrunt, & multis vtrimque occiſis, victa pars fugiens in cauo arboris ſe abſcondidit, altera pars vincentium more inſequens cum ſibilo circũſtrepebat, donec circumiecto ab hominibus igne omnes crematæ ſunt.		
Nicolaus p.	1060	4 // 30 // Gerardus Florentiæ Epiſcopus, qui & Nicolaus, Romanæ eccleſiæ 159. præſidet.		
Philippus.		Henricus rex Francorum obiit.		
		Philippus filius eius poſt eum regnat annis 49.		
Marianus.	1061	5 // 1 // Marianus chronographus claret, qui à Scotia in Gallias veniens, Coloniæ factus Monachus, primo apud Fuldam, poſtea apud Moguntiam recluſus eſt.		
	1062	6 // 2 // Anno Epiſcopus Colonienſis conſilio primorum regni indignè ferentiũ per Agnetem matrem Imperatoris *Henrici non viriliter gubernari, puerum violenter & induſtriè captum ſub tutela ſua accepit, & imperij regimen* à matre eius amouit, & de hac re coram cunctis *ratione reddita*, gratiam Domini ſui Imperatoris recepit, & per ipſum filium ad gratiam matris eius rediit. At imperatrix neceſſitatem vertens in voluntatem, vt obſtrueret os loquentium de ſe iniqua, non ſolùm honore regni ſed etiam honore ſæculi reiecto, Romæ ad limina Apoſtolorum ſe contulit, ibíque vſque ad finem vitæ omnibus bonis exemplo & miraculo fuit.		H
		Hoc tempore claruit Lanfrãcus prior monaſterij Beccẽſis, ad cuius eximiam doctrinam de Burgundia conuolauit Anſelmus, vir poſtmodum multa virtute & ſapientia adornatus, & ei in prioratu ſucceſſit ſub viro egregio Herluino abbate primo, qui ipſum monaſteriũ Beccenſe de proprio fundauit ſuo.		
Alexander papa.	1063	7 // 3 // Alexander Lucenſis Epiſcopus Romanæ eccleſiæ 160. præſidet, contra quem Cadelo Parmenſis Epiſcopus Papatum ambiens, magno ſcandalo Eccleſiæ fuit, quia longa inter eos concertatio etiam vſque ad homicidia prorupit.		
		Hoc anno finitur magnus cyclus annorum 532. continens cyclos decennouenales 28. qui ad omnem rationem Paſchalis computus omnino vtilis ab æuo in æuum in ſemetipſum ſine errore reuoluitur, ſed hoc in eo reprehenſibile videtur, quòd annis Dominicæ incarnationis ei inconſideratè præſcriptis diſcordat à veritate Euangelij in anno Dominicæ paſſionis præferens 14. lunam Aprilis eo anno in prima feria fuiſſe, quod omninò falſum eſt, quia ſecundum fidem Euangelii eo anno luna 14. Aprilis fuit in quinta feria, & ſexta feria luna 15. octauo Kalendas Aprilis dominus paſſus eſt.		I
		Exercitus multus à Galliis in Hiſpanias ad debellandos Sarracenos proficiſcitur, ſed omni regione à Sarracenis vaſtata, vrgente fame inefficax reuertitur.		
	1064	8 // 4 // Cyclus magnus annorum 532. bis à natiuitate Chriſti exactus, tertiò incipit.		
		Godefridus rex Anglorum obiit, eíque Araldus ſuccedit.		
	1065	9 // 5 // Friderico duce mortuo Gerardus ducatum recepit.		
		Multi vſque ad ſeptem millia orandi voto Hieroſolymam petentes ab Arabibus in para ſceue in quodam caſtello obſeſſi ſunt, & tot occiſi aut vulnerati, vt de ſeptem & eo amplius millibus vix duo millia reuerſi ſint.		K
Cometes.	1966	10 // 6 // Cometes apparuit in tota Paſchali hebdomada.		
		Haruuich rex Nordanimbrorum, cum mille penè nauibus venit in Angliam regnaturus, & in vrbe Eboraca pluſquàm mille laicos, centũ pres byteros de Anglis occidit, cui Araldus rex Anglorum cum ſeptem legionibus ſuperueniens eũ cum multis occidit. Interim Guillelmus comes Normannorum cum Francis in Angliam intrat, & conſerto cum Anglis prælio Araldum cum multis millibus perimit, & regnat in Anglia annis viginti ſex.		
Guillelmus.	1067	11 // 7 // Obiit ſanctus Theobaldus, in Vincentiam vrbe Venetiæ incluſus.		
		Cono, qui & Conradus, primicerius Colonienſis ab Imperatore Hẽrico ad ſuſcipiẽdum Archie-		

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	
		Archiepiſcopatum Treuerorum miſſus, capitur à comite Treuerorum Deoderico, & à ſatellitibus eius in ſyluam ductus, de rupe tertiò præcipitatur, & adhuc illæſus gladio tranſuerberatur, corpúſque eius foliis ſyluæ obtegitur, quod à ruſtico inuentum, ad villam defertur & ſepelitur, inde à Deoderico Virdunenſi Epiſcopo trãſportatum ad Tollegium monaſterium, multis ſtatim miraculis à Deo glorificatur.			A
		His temporibus Beluacenſi ciuitate ſuo deſtituta antiſtite, Guido decanus cuſtóſq; Eccleſiæ ſancti Quintini Virdunenſis, & Archidiaconus Laudunenſis conſtituitur Beluacenſis Epiſcopus, & à Geruaſio Remenſi metropolitano conſecratur, qui grauiter ferens carere ſe præſentia Quintini martyris, in eius honore & memoria ædificauit Eccleſiam, haud longè à mœnibus Belloacæ vrbis.			
		Romæ duobus de Papatu contendentibus Mantuæ ſynodus colligitur, & mediante Anone Colonienſe Archiepiſcopo, Alexander ſe iureiurando de ſimonia expurgans, in ſede Apoſtolica ſubrogatur. Cadelo vt ſimoniacus repudiatur.			B
Simoniacus expellitur.	1068	12 // 8 // Deodericus comes Treuerorum de martyrizato Conone apud Deũ & homines // 2 reus, exiliatur ab Imperatore, & ſuſcepta peregrinatione Hieroſolymam eundi, quid de eo & de omnibus qui in comitatu eius pergebant actum ſit, adhuc neſcitur.			
		Hinc Francis, hinc Scotis Angliam incurſantibus, Angli fame conſumũtur, multi eorum humanis carnibus veſcuntur.			
	1069	13 // 9 // Guido epiſcopus Beluacẽſis duobus annis perfectam dedicauit Eccleſiam in ho- // 3 nore aduocati ſui Quintini martyris, quarto nonas Octobr.			
		Fluminibus glaciali rigore conſtrictis Imperator Henricus terram Luticinianorum ingreſſus, eos nimia cæde proſtrauit, terram eorum nimium depopulatus.			
	1070	14 // 10 // Gerardus dux Moſellanorum moritur, moritur etiã dux Godefridus, Gerardo // 4 filius eius Deodericus, Godefrido ſuccedit filius eius Godefridus gibboſus, etſi corpore exiguus, tamen animo eximius.			C
		Hungari contra Salomonem regem ſuum rebellionem meditantur, ſed terrore Henrici Imperatoris, cuius ſoror nupſerat Salomoni, refrenantur.			
	1071	15 // 11 // Godefridus dux vlteriores Friſones bello aggreſſus, eos penè ad internecionem // 5 delet.			
		Treueris in Eccleſia ſancti Paulini cõfeſſoris, in cripta ſubterranea inuenitur corpus eiuſdem ſancti Paulini, quod olim à Friſia vbi exulauerat reportatum, ibi à Fœlice Epiſcopo cathenis ferreis fuerat ſuſpenſum, & iuxta eum multa corpora ſanctorum, ad dexteram ſcilicet eius Palmatius conſul, & Patritius Treuerorum, ad ſiniſtram Tyrſus, vnus de principibus Thebææ legionis cum multis Thebæorum in hac vrbe à Rictiouaro martyrizatus, ad caput ſeptem ſenatores vrbis, Maxentius, Conſtantius, Creſcentius, Iuſtinus, & tres fratres, Leander, Alexander, Soter, ad pedes Hormiſda, Papirius, Conſtans, Iouianus. Et cum multi alij ibi iacerent, horum tãtummodo nomina & tempus & dies paſſionis aureæ literæ in pariete ſcriptæ ſignabant, eóſque omnes ſub Rictiouaro paſſos fuiſſe docebant.		*Corpora ſanctorum.*	D
	1072	16 // 12 // Balduino iuniore Flandrenſium comite defuncto, Robertus frater eius con- // 6 ſenſu Flandrenſium contra Arnulphum fratruelem ſuum Flandrias occupat.			
		Arnulphus autem cum Philippo Francorum rege occurrit patruo ſuo Roberto, & pugna conſerta Arnulphus perimitur, Philippus rex fuga liberatur, & multis occiſis hinc Richildis Arnulphi mater, illinc Robertus capitur, & altero pro altero relaxato bellum inter eos vario euentu protrahitur.			
	1073	17 // 13 // In hoc anno duobus magnis annis à 15. anno Tyberij Cæſaris reuolutis, omnia // 7 ſecundum curſum ſolis & lunæ cõcordant illi anno quo baptizatus eſt Chriſtus IESVS, id eſt octauo idus Ianuarij die Dominico Epiphaniæ. Initium ieiunij eius in ſecunda feria, tentatio eius 15. Kalendas Martij in ſexta feria.			
		Duobus fratribus Ruſſorũ regibus de regno cõtendentibus, alter eorũ à conſortio regni pulſus interpellat Henricũ Imperatorẽ, ſe & regnum Ruſſorum ei ſubmittens, ſi eius auxilio reſtitueretur. Sed id fruſtrà fuit, quia grauiſſima in imperio Romano orta diſſenſio, monebat magis ſua tueri quàm aliena acquirere. Saxones enim multis & magnis iniuriis & iniuſtitiis ab Imperatore affecti, contra eũ rebellant, ad quos debellandos Imperator inſtãter intẽdit.			E
		Hildebrandus Archidiaconus Romanorum, qui & Gregorius Romanæ Eccleſiæ 161. præſidet.			
Gregorius p. Simoniaci excõmunicãtur.	1074	18 // 14 // Gregor. Papa celebrata ſynodo ſimoniacos anathematizauit, vxoratos ſacer- // 8 dotes à diuino officio remouit, & laicis miſſam eorũ audire interdixit, nouo exemplo, & vt multis viſum eſt incõſid erato præiudicio contra ſanctorum patrum ſententiam, qui ſcripſerũt, quòd ſacramẽta quæ in eccleſia fiũt, baptiſmus ſcilicet, chriſma, corp⁹ & ſanguis Chriſti, ſpiritu ſancto latenter operante eorundem ſacramentorum effectum ſeu per bonos ſeu per			

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	
	malos intra Dei Eccleſiã diſpenſentur,tamen quia ſpiritus ſanctus myſticè illa viuificat, nec meritis bonorũ diſpenſatorum amplificantur,nec peccatis malorũ attenuantur,vnde eſt hic qui baptizat:Ex qua re tam graue oritur ſcandalum,vt nullius hæreſis tempore ſancta eccleſia grauiori ſchiſmate ſciſſa ſit,his pro iuſtitia,illis contra iuſtitiam agentibus: aliis à ſimonia non declinantibus,aliis notam auaritiæ honeſto nomine prætexentibus, dum hoc quod ſe gratis dare iactant ſub charitatis nomine vendunt, vt de Montanis dicit Euſebius, ſub nomine oblationis artificioſius munera accipiunt. Porrò continentiam paucis tenentibus, aliquibus eam modò cauſa quæſtus ac iactantię ſimulantibus,multis incontinentiam periurio aut multipliciori adulterio cumulantibus,ad hoc hac opportunitate laicis inſurgẽtibus contra ſacros ordines,& ſe ab omni Eccleſiaſtica ſubiectione excutientibus. Laici ſacra myſteria temerant,& de his diſputant,infantes baptizant,ſordido humore aurium pro ſacro oleo & chriſmate vtẽtes,in extremo vitæ viaticum Dominicum & vſitatum Eccleſiæ obſequium ſepulturæ à presbyteris cõiugatis accipere paruipendũt,decimas presbyteris deputatas igni cremant,& vt in vno cætera perpendas,laici corpus Domini à presbyteris coniugatis conſecratum,ſæpè pedibus conculcauerunt, & ſanguinem Domini voluntariè effuderunt, & multa alia cõtra ius & fas geſta in Eccleſia ſunt,& hac occaſione multa pſeudomagiſtri exurgentes in Eccleſia,profanis nouitatibus plebem ab Eccleſiaſtica diſciplina auertunt.		G
1075	19 // 15 Henricus Imperator Saxones grauiſſimo prælio vicit,eóſque iterata expeditione perurgens,cunctos eorum principes,Epiſcopos,duces,comites, cæteróſque potentes ad deditionem coegit.			
	Hungari contra imperatorem rebellant,regémque ſuum Salomonem regno deturbatum ſub diutina cuſtodia excruciant.			
	Anno Archiepiſcopus Colonienſis obiit,qui parrochiam ſuam rebus & monaſteriis à ſe fundatis ampliauit,inter quæ præeminet cœnobium Segebergenſe.			
1076	20 // 16 // Gregorius Papa totus in Henricũ Imperatorem inuehitur,& quoſcunq; po- // 10 teſt ab eo verbis & ſcriptis auertit,animum etiam Agnetis matris ipſius ab eo alienat.			H
	Hoc anno, qui eſt decimuſtertius annus primi decennouenalis cycli in repetito magno anno Dionyſij duobus magnis annis à paſſione Domini reuolutis,omnia quę ad curſum ſolis & lunæ ſpectant,anno Dominicæ paſſionis concordant: vnde apparet quòd Dionyſius non rectè annos Domini cyclo ſuo annexuit. Quia enim ab anno Domini 532. cyclum ſuum orditus eſt, nimirum intendit Chriſtum fuiſſe natum anno 2. prioris magni anni, ac per hoc hic annus,anno Dominicæ paſſionis concordans,debuiſſet eſſe magni cycli annus, nõ tertiuſ. decimus,ſed triceſimuſtertius,quia is fuit annus paſſionis Domini,& per hãc conſequẽtiam ſolaris & lunaris curſus concordant Euangelicæ veritati. Dionyſius poſuit natiuitatẽ Chriſti 21. annis tardius quàm debuit.			
	Richarius in Friſonia Godefridum ducem perimit.			
	Balduinus puer frater Arnulphi occiſi ad Donengium bellauit contra exercitum patrui ſui Roberti,quem pugnando deuicit.			I
	Gelu magnum & glacies validiſſima à kalendis Nouembris vſque in medio Aprilis.			
1077	21 // 17 // Henricus Imperator coacto Vvormaciæ conſilio 24. Epiſcoporum & multo- // 11 rum primatum regni,decerni iubet,omnia decreta & facta Hildebrandi Papæ irrita eſſe debere,ibíque omnes præter paucos Hildebrandum abiurant, eúmque Papatu abdicandum eſſe iudicant. Hildebrandus contrà Imperatorem excommunicat,ſub hoc obtentu, vt primates regni quaſi iuſta ex cauſa excommunicato regi contradicant.			
	Dominica palmarum circa horam ſextam ſereno cœlo ſtella apparuit.			
	Principibus Saxonum,qui in deditione Imperatoris erãt,relaxatis,per eos quibus commiſſi fuerant,Saxones rebellant inſtinctu Hildebrandi Papæ: ipſe Papa occurrens Imperatori in Longobardia ſub falſa eum pace abſoluit. Omnes enim qui prius Hildebrandum abiurauerant periurium periurio cumulantes,Imperatorem abiurant, & Rodulphum ducem Burgundionum ſuper ſe regem ſtatuunt,corona ei à Papa miſſa,cui erat inſcriptum:			K
	Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho.			
	Hunc Sigefridus Archiepiſcopus Moguntiæ in regem benedixit,& facta à Moguntinis ſeditione,contra eos Rodulphus cum Archiepiſcopo noctu aufugit. Hildebrandus Papa omnes aduerſantes Imperatori abſoluit ab infidelitate & periurio.			
	Imperator Alpium aditibus contra ſe munitis,vbique omnes eorum inſidias fruſtratus, per Aquileiam venit Ratiſponam, & Rodulphum adorſus eum fugere compulit,& iterata expeditione Sueuiam depopulatur.			
1078	22 // 18 // Henricus Imperator Sueuiam peruagatus caſtella frangit,omnia depopulãdo // 12 inimicis ſuis formidinem,amicis addit fortitudinem,& multos qui ex deſperatione rerum à ſe defecerant,ad ſe trahit.			

Germanno Epiſcopus Hildebrando Papæ ad animam confœderatur,ac per hoc Imperatori rebellis Metenſi vrbe pellitur. Ab hoc tempore cœpit reflorere in Eccleſia beati Quintini Beluacenſi canonicus ordo,primùm ab Apoſtolis, poſtea à beato Auguſtino Epiſcopo regulariter inſtitutus,ſub magiſtro Iuone,venerabili eiuſdẽ Eccleſiæ præpoſito, poſtea Carnotenſium Epiſcopo.

23 // 19 // Hoc anno inceptum eſt cœnobium ſancti Saluatoris, in inſula quæ dicitur // 13 1079
Aquincinctus,à viris illuſtribus Sichero videlicet atque Gualtero, qui Anſelmum de Ribodimonte nobiliſſimum virum adeunt,& ab eo inſulam, quia ſui erat iuris,depoſcunt. At Anſelmus ſine dilatione gratis,quod petebatur,conceſſit.

Hoc tempore in oriente Turci ſuper Arabes & Sarracenos inualuerunt,& Armeniam & Syriam incurſantes,multas vrbes & ipſam Antiochiam capiunt.

Henricus Imperator in Pentecoſte conuentu habito Moguntiæ decreuit Hildebrãdum
B à Papatu eſſe deponendum,& Longobardiam petens,Guibertum Rauennæ Epiſcopum pro Hildebrando Papam deſignat.

24 // 20 // Hildebrandus Papa quaſi diuinitus reuelatum ſibi prædixit hoc anno falſum // 14 1080
regem eſſe moriturum,& verum quidem prædixit,ſed fefellit eum de falſo rege coniectura, ſecundum ſuum velle ſuper Henrico rege interpretata. Rex enim Henricus Saxonibus graui prælio congreditur,& in congreſſu falſus rex Rudolphus cum multis Saxoniæ principibus extinguitur.

Moguntia magnum terræmotum perſenſit Kalendis Decembris.

Claret in Anglia Lanfrancus doctrina & probitate conſpicuus ex abbate Cadomenſi ordinatus Cantuariæ Archiepiſcop. Eo tempore florebat in Normannia Anſelmus Beccenſis monaſterij abbas eximius,& pro ſua ſanctitate & ſapientia plurimum nominatus.

Hoc etiam tempore in cœnobio ſancti Medardi pollebat ſignis & virtutibus vir beatiſſi-
C mus Arnulphus,qui pro miro ſanctitatis feruore propoſitum recluſionis eligens & arcta nimis abſtinentia ſeipſum affligens,prophetiæ gratiam diuinitus accepit, & ex recluſo abbas huius monaſterij factus ad ipſam recluſionem pro contemptu mundi à deſiderio internæ quietis poſtmodum rediit. Sueſſonico autem pontifice defuncto electus eſt ad Epiſcopatum & iuſſu Papæ Gregorij à ſedis Apoſtolicæ legato Hugone Lugdunẽſi Archiepiſcopo,in præſulem eſt conſecratus.

25 // 21 // Regis Dagoberti tempore ſanctus præſul Vrſinarus in Flandrenſi prouincia // 15 1081
prædicans,ſub honore ſancti Petri Apoſtoli ipſo ſibi reuelante Eccleſiam Maldenburgenſem oppidò ædificauit & conſecrauit,quam Deus multis miraculis vſquequaque glorificauit. Inter quæ illud tam mirabile quàm inauditum antea extitit, quod hoc anno Dominici nocte natalis contigit.

Campanariũ præfatæ Eccleſiæ vehementi vento flante,à ſuis locis euulſum,&ad terram
D penitus fuit inuerſatum,ita in aere pendens,& ruinam ſui minitans,vt ſemper caſurũ & cuncta vicinia confracturum cerneretur. Sed cum per ſex noctes & dies id tractaretur à populo, qualiter hinc inde extractis machinis ſurſum erigeretur, & vtrumque loco ſuo relocaretur, pridiè Kalendas Ianuarij circa noctis medium aduenies virtus diuina, totam Eccleſiã intus & foris impleuit luce ignea,& campanarium ad terram reclinatum, totum ſimul erexit, ac firmiſſimè locis ſuis relocauit,& campanas ibi dependentes mox ſonare compulit.

Eadem die ſurdi & claudi,cæci & paralytici,celerrimam in loco illo adepti ſũt medelam. Nec ſolùm illo die ſed prolixiori tempore diuinæ virtutis tanta permanſit copia, vt de longè & de propè confluentibus ægrotis,parata cælitus præſtaretur medicina.

26 // 22 // Magnus terræmotus cũ graui terræ mugitu factus eſt ſexto Kalendas Aprilis // 16 1082
prima hora noctis,portendens fore imminens malum,quod in toto orbe inſonuit, & vnde terra dolet & doluit. Henricus enim Imperator ad debellandum Papam Hildebrandum Italiã petit, contra quem Papa vrbibus & caſtellis munitis ſe ad rebellandum accingit,eúmque
E Romam hoſtiliter adeuntem non recipit.

Hẽricus autem Imperator expugnatis vrbibus & caſtellis,quæ contra ſe pro Hildebrando erant,Romam Leonianam obſident.

In Gallia Hermannus miles Hermanni Epiſcopi corona ſibi impoſita,poſt Rodulphum in Saxonia tyrannidem exercet.

Marianus Scotus Chronicam ſuã à Chriſti natiuitate inchoatam, vſque ad hunc annum perduxit,qui erat ætatis ſuæ annus 56. multum laborans errorem corrigere de annis Domini,qui inuenitur in cyclo Dionyſij,altrinſecus autem ſecundum veritatem Euangelij.

27 // 23 // Hoc anno Henricus Imperator Romam Leoniana capta Romã obſidet. Con- // 17 1083
dicto inter Imperatorem & Papam die ad cauſam inter eos diſcernendam,cum pax diſſimulante Papa inter eos non conueniret,Romani & multi Italiæ Epiſcopi à Papa deſciſcunt, qui fugiens ad Normannos ſe contulit.

Sacerdotum concubinario-rum ſacrificio interdicitur.

Laici ſacra myſteria temerant.

Gelu maximum.

Rodolphus coronatur.

canonicus ordo ab Apoſtol.

Monaſt. Saluat.

Terræmotus.

Lanfrancus

Anſelmus Beccenſ.

Arnulphus.

Vrſinarus.

Campanæ ſuæ ſponte ſonãt.

Terræmotus.

Anni domini.	Romanorum. Francorum. Anglorum.	
	28 // 24 // Romani Imperatorem Henricum recipiũt in vrbe, & eorum iudicio Hilde- // 18	F
Guibertus. 1084	brandus Papatu abdicatur, & Guibertus Rauennæ Archiepiſcopus in ſedem Apoſtolicã in-	
	thronizatus, Clemens nominatur.	
	Bruno natione Theutonicus ex vrbe Colonia literis apprimè eruditus, Remẽſis Eccle-	
Carthuſiani incipiunt.	ſiæ canonicus, & ſcholarum magiſter, relicto ſeculo eremum Carthuſiæ fundat, propoſitúm	
	que monaſticæ cõuerſationis ſatis arduũ inſtituit. Hui⁹ ſancti propoſiti cooperator & æmu-	
	lator Epiſcopus beatæ memoriæ Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus, ab eodem Brunone	
	habitum Monachicum ſumpſit, cunctiſque ibi habitantibus inſigne exemplum præbuit.	
	Henricus rex patritius Romanorum conſtituitur, & à Clemente Papa in Imperatorem	
	benedicitur.	
	Comes Montenſis Balduinus vxorem ducit Idam.	
1085	29 // 25 // Henricus Imperator Moguntiæ regali & ſynodali conuentu coacto exigit ab // 19	G
	omnibus, vt Hildebrandi depoſitionem & Guiberti ordinationem ſub ſcripto approbent,	
	cui aliqui manu & ore fauentes, corde tamen Hildebrando adhærebant.	
	Hermannus Metenſis ſibi abſenti abiudicato Epiſcopatu iterum vrbe pellitur, Impera-	
	tor in Epiſcopatu Metenſium alterum mercenarium ſuppoſuit, ſed oues Chriſti non audiue-	
	runt voces alienorum.	
	Imperator Saxones aggreditur, illi pacem petunt & impetrant, pacti quòd omnibus pro	
	hac rebellione proſcriptis ſua reſtituantur: quod quia factum non eſt, iterum rebellant, in-	
Gualcherus celebrans occiditur.	centore præ cunctis Egberto comite Imperatoris conſanguineo.	
	Gualcherus ex clero ſancti Läberti in Anglia Epiſcopus Anglorum odiis innocens im-	
	petitur, & in celebrando miſſam ab eis quaſi alter Stephanus Papa martyrizatur.	
Hildebrandus pœnitet.	Hildebrandus Papa, qui & Gregorius ſeptimus, apud Salernum exulãs moritur. De hoc	
	ita ſcriptum reperi: Volumus vos ſcire qui Eccleſiaſticæ curæ ſoliciti eſtis, quòd Dominus	
	Apoſtolicus Hildebrandus, qui & Gregorius, nunc in extremis poſitus ad ſe vocauit vnũ de	H
	duodecim Cardinalibus, quem multum diligebat præ cæteris, & confeſſus eſt Deo & ſancto	
	Petro, & toti Eccleſiæ, ſe valdè peccaſſe in paſtorali cura quæ ei ad regendum cõmiſſa erat,	
	& ſuadente Diabolo contra humanum genus odium & iram concitaſſe. Poſtea verò ſenten-	
	tiam quæ in orbe terrarum effuſa eſt, pro augmento Chriſtianitatis cepiſſe dicebat. Tunc	
	demum miſit prædictum confeſſorem ad Imperatorem & ad totam Eccleſiam, vt optaret il-	
	li indulgentiam, quia finem vitæ ſuæ aſpiciebat, & tam citò induebat ſe Angelica veſte, & di-	
	miſit ac diſſoluit vincula omnium bannorum ſuorum Imperatori, & omni populo Chriſtia-	
	no, viuis & defunctis, clericis & laicis, & iuſſit ſuos abire de domo Deoderici, & amicos Im-	
	peratoris aſcendere.	
1086	30 // 26 // Saxones vrbem Vvirzburch obſidentes, vt Epiſcopum ipſius Alberonem ex- // 20	
	pulſum à ciuibus ſedi ſuæ reſtituant, Henricus Imperator aggreditur. Sed exercitus eius di-	
	uinitus exterritus, ceſſit, & ceciderunt ex eis pluſquam quatuor millia, à parte Saxonum qua-	
	tuordecim tantùm occiſis.	I
pluuiæ frequentes,	Hoc anno nimia aquarum inundatio multis in locis damno & periculo fuit. Nam & in	
	Italia diluuies tanta fuit, vt rupes liquefactæ plures villas ruina ſua deſtruerent.	
	Caſſinenſium abbas, Deſiderius qui & Victor 162. contra Clementem fit Papa. Sed dyſen	
Anſelmus Lucenſis.	teria diſſolutus non multo pòſt moritur.	
	Anſelmus Lucenſis Epiſcopus Hildebrandi Papæ cooperator indefeſſus apud Mãtuam	
	exulans moritur, qui in Hieremiam & in Pſalmos tractatus edidit, & doctrinam Hildebran-	
	di libro luculento confirmauit, cuius ſanctitas miraculis declarata eſt.	
	Domeſticæ aues, pauones, gallinæ & anſeres, ſe à domibus extrahentes, omnes fiunt ſyl-	
	uaticæ.	
Victor papa. 1087	31 // 27 // Inter Imperatorem & Saxones vario euentu ſæpe pugnatur. // 21	
	Venetianis meditantibus auferre corpus ſancti Nicolai à Mirrea Lyciæ à Turcis deſolata	
	præoccupauerunt eos. Barenſes ciues numero 47. ab Antiochia Mirream venientes, qui à	K
	quatuor tantùm Monachis ibi inuẽtis extorſerũt oſtendi ſibi tumbam ſancti, qua effracta oſ-	
Nicolai translatio.	ſa ſancti Nicolai in olei liquore natantia, integro numero extraxerunt, & Barum cum gloria	
	detulerunt. Facta eſt autem hæc tranſlatio anno 745. à depoſitione ſancti Nicolai.	
	Sanctus Arnulphus ex Abbate ſancti Medardi poſtmodum etiam ad pontificatum ciui-	
	tatis Sueſſonicæ promotus, pro pacis reintegratione inter Flandrenſes Flandriam venit, at-	
	que in vico nomine Aldenburch Eccleſiam ſancti Petri iam diuinis miraculis illuſtratã, cœ-	
	nobium Monachorum fecit, ordinem regularis vitæ inſtituit, tandémque in eodem mona-	
	ſterio & finem vitę & ſepulturam, ſecundum quod ipſe prædixerat, accepit.	
	Piſces in aquis moriuntur.	
1088	32 // 28 // In Hiſpania rex Galliciæ Auſul Sarracenos fortiter debellat, & Tolletũ maxi- // 22	

mam

Anni domini.	Romanorum. Francorum. Anglorum.	
	mam eorum vrbem per aliquot annos obſeſſam, tãdem expugnat, & cultum Chriſtianitatis	A
	in ea dilatat.	
	Odo rex Monacho Cluniacenſi Epiſcopus Hoſtienſis, contra Imperatorẽ & Guibertum	
Vrbanus Papa.	163. fit Papa, & Vrbanus nominatur. Hinc in Eccleſia ſcandala & in regno augeſcunt diſſidia	
	dum alter ab altero diſſidet, dum regnum & ſacerdotium diſſentit, dum alter alterũ excom-	
	municat, alter alterius excommunicationem aut ex cauſæ aut ex perſonæ præiudicio con-	
	temnit, dúmque alter in alterum excommunicandi authoritate magis ex ſuo libitu quàm ex	
Schiſma ecclesiæ.	iuſtitiæ reſpectu abutitur, authoritas illius qui dedit poteſtatem ligandi ac ſoluendi omninò	
	deſpicitur. Nimirum vt pace omnium bonorum dixerim, hæc ſola nouitas, non dicam hære	
	ſis, necdum in mundo emerſerat, vt ſacerdotes illius, qui dixit regi apoſtata, & qui regnare	
	facit hypocritam propter peccata populi, doceant populum, quòd malis regibus nullã de-	
	beant ſubiectionem, & licet ei ſacramentum fidelitatis fecerint, nullam tamen debeant fide-	B
	litatem: nec periuri dicantur, qui contra regem ſenſerint, imò qui regi paruerit, pro excom-	
	municato habeatur, qui contra regem fecerit, à noxa iniuſtitiæ & periurij abſoluatur.	
1089	33 // 29 // Godefrido Godefridi Gibboſi ex ſorore nepoti tandem datur ducatus Lo- // 23	
	tharingiæ.	
	Annus peſtilens maximè in Occidentali parte Lotharingiæ, vbi multi ſacro igne interio	
	ra conſumente computreſcentes, exeſis mẽbris inſtar carbonum nigreſcentibus, aut miſera-	
	biliter moriuntur, aut manibus ac pedibus putrefactis truncati miſerabiliori vitæ reſeruãtur:	
	multi verò neruorum contractione diſtorti tormentantur.	
1090	34 // 30 // Henricus Imperator ad debellandos aduerſantes ſibi Italiam petit. // 24	
	Hermandus tyrannus à Saxonia Lotharingiam repetens ad concitandos regni motus	
	laborat: qui dũ muro caſtelli cuiuſdam incautè approximat, iacto de turri ſaxo in capite per-	
	cutitur, & moritur.	
clementis corpus.	Metis corpus ſancti Clemẽtis primi Epiſcopi ab Apoſtolis illic ordinati inuentũ leuatur.	C
	In Saxonia Egbertus comes dum fideles Imperatoris bello inſequitur, & ipſe perimitur.	
	Sterilitas frugum terræ augeſcit, & fames paulatim irrepit.	
1091	35 // 31 // Henricus Imperator in Italia caſtella & munitiones aduerſantium ſibi expu- // 25	
	gnat, Mantuam quoque obſidet, & capit.	
1092	36 // 32 // Incentoribus Saxonici belli omnibus penè peremptis, Saxones pertæſi malo- // 26	
Iuo Carnot.	rum, compoſita inter ſe pace, quieſcunt ab omni motu bellorum.	
	Dominus Iuo ſancti Quintini Beluacenſis præpoſitus à Papa Vrbano cõſecratus, fit Car-	
	notenſis Epiſcopus.	
Guillelmus.	Guillelmus Anglorũ rex, vir ſingularis cenſuræ & ſeueritatis, obiit: Guillelmus filius eius	
	ei ſuccedit.	
1093	37 // 33 // Conradus filius Imperatoris Henrici in Italia ſe ad patris ſui aduerſarios con- // 1	
	tulit, & multis ſe à patre ad filium vertentibus, hæc res priores patris victorias multùm obfu-	D
Lãcea ardens.	ſcat, & vires eius attenuat.	
	Iaculum ignitum à meridie ab Aquilonem per cœlum ferri viſum eſt Kalendis Auguſti,	
	prima hora noctis.	
1094	38 // 34 // Dominus Girardus Cameracenſis Eccleſiæ Epiſcopus obiit, cui Gualcherus // 2	
	ſuccedit, ſed ipſo poſtea ab Epiſcopatu expulſo, Manaſſes ordinatur Epiſcopus.	
	In Gallia & Germania grauis hominum mortalitas facta eſt.	
	In Italia qui ad Imperatorem ab hoſtibus eius ſe tranſtulerãt, eo ad Galliam reuerſo, om-	
	nes penè ad hoſtes eius rurſum trãſeunt, & munitiones ab eo expugnatas contra eũ muniũt.	
	Pontificante in vrbe Laudunenſi Eluiando, mulier quædam in proximo manens, habe-	
	bat generum iuuenili ſpecie decorum, quem multa diligentia pro amore filiæ ſuę accurabat.	
	Vnde & orta turpis ſuſpicio de muliere & genere ſuo inter vicinos homines, valdè eam tur-	
	bauit. Quæ impatienter ferens famam ſuam hominũ opprobrio turpari iniurię ſuæ cauſam	
	in eum retorſit, & clandeſtina machinatione, vt occideretur à duobus pueris procurauit.	E
	Poſtmodum verò ad pœnitentiam facti homicidij conuerſa, cuidam presbytero per con-	
	feſſionem peccatum ſuum reuelauit. Sed elapſo aliquanti temporis ſpatio, presbyter idem	
	cum ea litigans, malum quod fecerat ei in faciem exprobrauit. Quo audito parentes homi-	
	nis occiſi, properantes nuntiauerunt vicedomino Laudunenſi: iubente vicedomino vo-	
	cata mulier venit, & qualiter hominem occidiſſet, nequaquam celauit. Iudicatum eſt	
	igitur eam ignibus debere concremari, ſed prius ducta ad Eccleſiam beatæ Dei genitri-	
	cis Mariæ peccatum ſuum coram Deo & hominibus ex ordine narrauit, & ſic meritis	
	& precibus ſanctiſſimæ virginis Mariæ ſeipſam fideliter commendauit. Deinde miſſa	
	in ignem incendium nullatenus ſenſit: ſed diuina protegente gratia, conſumpto igne	
	ipſa permanſit illæſa. Quod factum cognati hominis occiſi non diuinæ virtuti aſcriben-	

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	
B. Maria mulierem seruauit ab incẽdio		tes,sed fragilem potius lignorum materiam causantes,iterum succendunt ignem circa eam fortioribus lignis,sed nihil profecerunt.Iterato enim miraculo,seruauit eam Deus incolumem ab exustione ignis ad laudem sui nominis,suæque genitricis gloriam & honorẽ.Egressa igitur ex incendio non solùm carne,sed etiam veste & carne illæsa,ad Ecclesiã sanctæ Dei genitricis omni populo applaudẽte ducta est,& post laudes Deo redditas volenteDeo paucis diebus transactis,transiit ab hoc seculo.		
	1095	39 // 35 // Elimandus bonæ memoriæ Laudunensis Episcopus obiit,Iugelrandus succe- // 3 dit Elimando.		
		Fames diu cõcepta grauissimè ingrauatur,& sit annus calamitosus,multis fame laborantibus,pauperibus per furta & incendia ditiores grauiter vexantibus.		
Terræmotus.		Cum valido ventorum turbine etiam terræmotus factus est media nocte, quarto idus Septembris.		
		Rex Anglorum à fratribus suis bellè sollicitatur in Normannia & Anglia. G		
Stella cœlo labi visa. idem Licost. narrat in Ostent.		In multa terrarum parte pridiè nonas Aprilis circa diluculum stellæ complures simul de cœlo in terram cecidisse visæ sunt,inter quas vnam maximam labi in terram cum quidã in Francia stupueret,& notato loco vbi labi visa est, cum aquam vbi fudisset fumum, cum feruoris sono inde exire magis stupuit.		
		Henricus comes Louanienſis perimitur.		
		In comitatuNamucunſi panem subcineritium quasi sanguine infectum vidimus.		
		Rex Hungarorum moritur.		
		Vrbanus per Burgundiam & Franciam habitis conciliisHildebrandi decreta renouat & confirmat,Philippum regem Francorum qui viuente vxore sua superduxerat alterius viuẽtis vxorem,excommunicat.		
		Hoc anno sacro igne multi accenduntur,membris instar carbonum nigrescentibus.		
Eclipsis.	1096	40 // 36 // Eclipsis lunæ facta est tertio idus Februarij,rursum septimo idus Augusti // 4 H eclipsis lunæ facta est.		
Bellum sacrũ.		Occidẽtales populi dolentes loca sancta Hierosolymorũ à gentibus prophanari,Turcos etiam terminos Christianorũ iam multa ex parte inuasisse, innumerabiles vna inspiratione moti,& multis signis sibi ostẽsis alii ab aliis animati,duces,comites,potẽtes,nobiles & ignobiles,diuites,pauperes,liberi & serui, Episcopi, clerici, Monachi, senes & iuuenes,pueri & puellæ,omnes vno animo nullũ vllo angariãte vndiq; cõcurrũt,ab Hispania,à Prouincia, ab Aquitania,à Britãnia,à Scotia,ab Anglia,à Normannia,à Francia, à Lotharingia,à Burgundia,à Germania,à Longobardia,ab Apulia,& ab aliis regnis virtute & signo sanctæ crucis signati & armati,vltũ ire parant iniurias Dei in hostes Christiani nominis, & quanto quisque hactenus ad exercendã mundi malitiã erat pronior,tanto nunc ad exercendã vltrò Dei militiam fit promptior,firmissima pace interim vbique composita,& primò Iudæos in vrbibus in quibus erant aggressi,eos ad credendum in Christum compellunt,credere nolẽtes, bonis priuant,trucidant,vrbibus eliminant.Aliqui Iudæorum cœlo tenendæ patriæ legis ducti, se I mutuò trucidant,alij ad tempus se credere simulantes,post ad Iudaismum reuoluuntur.		
		Eminebant in hoc Dei hostico dux Lotharingiæ Godefridus,& fratres eius Eustachius & Balduinus,Anselmus de Ribodimõte,Balduinus comes Montẽsis,Robertus comesFlandrensis,Stephanus comes Blesensis,Hugo Magnus frater Philippi regis Francorum,Robertus comes Normannorum, Raymundus comes sancti Egydij,Baiamundus dux Apuliæ,& Tancredus nepos eius.Horum omnium curam Apostolica authoritate susceptt vir eximius Hamarus Podiensis Episcopus,eisque consilio & doctrina vsque ad captam Antiochiã plurimum proficuus fuit.Huius etiam viæ incitator Petrus quidam eremita fuit, qui vsque ad captam Hierusalem in multis vtilis cum exercitu Dei perseuerauit.		
Cometes. Inundatio.	1097	41 // 37 // Cometes in occidente apparuit,tota prima hebdomada Octobris. // 5		
		Nimia aquarum inundatione Autumnalis satio impeditur,& sterilitas frugum terræ sequitur. K		
		Exercitus dei aggressus terminos Paganorum viriliter agit,primúmque eius fuit bellum ad pontem Pharphar fluminis nono Kalendas Martii,vbi multi Turcorum occisi sunt.Secundum eis bellum fuit apud Niceam tertio nonas Martii,in quo etiam Pagani victi sunt.Capta ergo Nicea,capta Laodicia,cùm essent plusquam trecenta millia armatorũ in exercitu Christianorum,tãta ei omnium rerum suppetebat copia,vt aries vno nummo,bos vix duodecim nummis venderetur.		
		Lanfranco Cantuarienſi Archiepiscopo defuncto, Anselmus abbas Beccensis pro sua sanctitate & doctrina non solùm in Normannia,sed etiam in Anglia iam celeberrimus succedit in præsulatu.Qui licet à rege Guillelmo & principibus terræ,totiúsque Ecclesiæ cõuentu susceptus honorificè fuisset:multas tamen molestias & tribulationes postmodũ sub ipso rege		

	Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Hierosolymitanorum.	
		rege passus est pro statu Ecclesiæ corrigendo.Nam reges Angliæ hanc iniustam legem iam diu tenuerant, vt electos Ecclesiæ præsules ipsi per virgam pastoralem Ecclesiis inuestirent.				
		42 // 38 // Obsessa Antiochia intantum attenuati sunt Christiani propter omniũ rerum // 6 penuriã,vt in tanto exercitu vix centũ boni equi inuenirentur,& tamen quamuis ex desperatione rerum multi se subtraxerint,multi etiam repatriauerint,nono obsidionis mense capta Antiochia Christiani à Paganis versa vice obsessi tanta fame afflicti sunt, vt vix aliqui ab humanis carnibus abstinerent:sed confortati à Deo per inuentam eius lanceam à tempore	1098			*Lãcea Christi.*
		Apostolorum non visam,ipsa lancea eos præcedente obsessi cum obsessoribus concurrerũt 4.Kalendas Iulij,& hoc tertio bello victoriam adepti sunt.Quantum bellum eis fuit in Romania Kalendis Iulij,& ibi Turci victi sunt.				
		Commissa Antiochia duci Baiamundo Christiani propter vitandum tædium & famẽ,& B maximè propter discordias principũ proficiscuntur in Syriam,& expugnatis Marra & Barra vrbibus Sarracenorum & multis regionũ castellis,tanta ibi rursum fame affecti sunt, vt corpora Sarracenorum iam fœtentia comedere compulsi sint.				
		Conradus Vltraiectẽsis Episcopus feria Paschæ post missam à se celebratam à quodam suorum in domo sua perimitur.				
Cistercienſis ordo incipit.		In Episcopatu Lingonensi situm noscitur esse cœnobium nomine Molismus,fama celeberrimum,religione conspicuũ, hoc à sui exordio magnis sub breui tempore diuina clementia suæ gratiæ muneribus illustrauit,viris illustribus nobilitauit,nec minus amplũ possessionibus quàm clarum virtutibus reddidit.Cæterùm possessionibus virtutibúsq; diuturna non solet esse societas.Hoc quidã ex illa sancta congregatione viri nimirũ sapientes, altius intelligẽtes, elegerũt potius studiis cœlestibus occupari, quàm terrenis implicari negotiis.Vnde & mox virtutumamatores de paupertate fœcunda virorũ cœperunt cogitare, simúlque aduertentes ibidẽ etsi sanctè honestéq; viueretur,minus tamen pro sui desiderio atque proposi C to ipsam quam professi fuerant regulã obseruari,loquũtur alterutrum quod singulos monet, paritérque inter se tractant,qualiter illum versiculum adimpleãt,Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea.Quid plura?Vnus & *viginti Monachi* vnà cum patre *ipsius* monasterij, beatæ scilicet memoriæ Roberto egressi,communi consilio, communi perficere nitũtur assensu,quod vno spiritu conceperũt.Igitur post multos labores ac nimias difficultates,quas omnes in Christo piè viuere volentes pati necesse est,tandem desiderio potiti, Cistertium deuenerunt,locum tunc scilicet horroris & vastæ solitudinis.Sed milites Christi loci asperitatem ab arcto proposito,quod iam animo conceperãt,non dissidere iudicantes, vt verè sibi diuinitus præparatum, tam gratum habuere locum quàm charum propositum.				
		Hoc igitur anno, ab incarnatione scilicet Domini 1098.venerabilis Hugonis Lugdunen D sis Ecclesiæ Archiepiscopi,sedis Apostolicæ tunc legati,& religiosi viri Vvalterij Cabilonensis Episcopi,necnon & clarissimi principis Odonis Burgundiæ ducis freti consilio, authoritate roborati,inuentam eremum in abbatiam construere cœperunt,præfato abbate Rober to ab illius diœcesis Episcopo videlicet Cabilonensis suscipiente curam virgámque pastoralem cæteris sub ipso in eodem loco firmantibus stabilitatem. At verò post non multum temporis factum est vt idem abbas Robertus requirentibus eũ Monachis Molismensibus Papæ Vrbani secundi iussu Vvalterij Cabilonensis Episcopi licentia & assensu Molismum reduceretur,& Alberic⁹ vir religiosus & sanctus in ipsius loco substitueretur.Hoc sanè inter vtramque Ecclesiam Sequestro pacis gratia retento,& Apostolica authoritate cõfirmato, vt ex eo iam tempore neutra earum vtriuslibetMonachum ad habitandum sine commendatione regulari susciperent,quo facto nouum monasteriũ noui patris sollicitudine & industria in breui & non mediocriter Deo cooperante in sancta conuersatione profecit, opinione claruit, rebus necessariis creuit.				
Cælum arsit.		Multis in locis quinto Kalendas Octobris cœlum quasi ardere visum est nocturno tẽpore,& sequuta est animalium pestilentia,& segetes nimio imbre & aurigine corruptæ sunt.				
		E 43 // 39 // Christianis Turcas fortiter debellantibus, eorúmque vrbes & castella sibi bel-// 7 lando vendicantibus,contigit apud quoddam munitissimum castrum nomine Archas, à Hierusalem octo mansionibus situm,multos eorum perire,cum quibus & Anselmus de Ribodimonte lapide percussus in capite occubuit,hoc solummodo post acceptum vulnus ter verbum repetens,Deus adiuua me.Erat autem vir prudentissimus,& exercitui satis vtilis,atque erga beatum martyrem Quintinum adeò deuotus,vt singulis annis solennitatem eiusdem martyris die suo clericis vndecunque congregatis contra se celebrari faceret,eisq; post peractum officium copiosam refectionis mensam pararet.Exercitus autem Dei diuino monitu in interiora profectus,larga Dei manu refocillatus est,quia ciues & castellani illius regionis legatos cum multis donariis ad eos præmittebant,parati etiam oppida vel vrbes eis tradere,à quibus Christiani securitate accepta, & indicto vrbibus tributo, interim etiam	1099			

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Hierosolymitanorum.	
	multis eorum qui se subtraxerant ad eos, apud Tyrum recurrentibus, tandem peruenerunt Hierusalem, eáque obsessa cum laborarẽt pro victus & maximè pro aquæ penuria, omnes ex communi decreto nudis pedibus quotidiè orando circuibant vrbem. Octauo ergo talis humiliationis die, obsidionis autem tricesimonono capta est Hierusalem idibus Iulij, in sexta feria, & in templo Salomonis & in porticu eius Christiani cum Paganis quinto bello conserto tanta in eis cæde debacchati sunt, vt in sanguine occisorum equitarent vsque ad genua equorũ. Cúmque ordinatum esset, qui Hierusalem deberent retinere, iam principibus de repatriãdo agentibus, ecce rex Sarracenorũ ad debellandos eos venit Ascaloniam cum cẽtum millibus equitum, & quadringentis millibus peditum. Quibus cùm occurrisset exercitus Domini in quo non plusquam quinque millia equitum & quindecim millia peditum erant, Deo pro seruis suis ad se reclamantibus pugnante, & nube eos ab æstu solis defendente, Sarraceni solo Christianorum impetu territi, omnes proiectis armis fugerunt, & in hoc sexto bello quarto Kalendas Augusti facto cæsa sunt centum millia Sarracenorum, in porta verò Ascaloniæ suffocati sunt ad duo millia. Eorũ qui in mari perierunt, & qui inter spineta syluarum consumpti sunt, numerus nescitur. Duce autem Godefrido electo ad principandum remanentibus in Hierusalem cæteri principes repatriant.				
	Capta est Hierusalem post annos circiter quadringentos saxaginta, ex quo sub Heraclia. no Imperatore secunda vice capta possessa est à Sarracenis.				
1100	44 // 40 // Guibertus & Vrbanus, qui de Papatu Romano contendebant, moriendo finem faciunt suæ contentionis.			// 8 // 1	
	Raginerus, qui & Paschalis Romanæ Ecclesiæ 164. præsidet.				
	Godefridus dux Lotharienſium & princeps Hierosolymitanorum moritur, Balduinus frater eius in regno ei succedit.				
	Guillelmus rex Anglorum moritur, eíque succedit in regno frater eius Henricus.				
	Robertus comes Flandrensis ab Hierosolymis repatrians detulit secum brachium sancti Georgij martyris, quod Ecclesiæ Aquicinensi transmisit.				H
1101	45 // 41 // Conradus filius Henrici Imperatoris adhuc patri rebellis, in Italia moritur.			// 1 // 1	
	Henricus Imperator Henricum Lenburgensem aduersantem sibi debellat, & expugnatis eius castellis eum ad deditionem cogit, sed Imperator ei multa summa gratiam suam redimenti, etiam ducatum Lotharingiæ donat.				
1102	46 // 42 // Roberto Flandrensium comite inquietante vrbem Cameracum, Henri-	cus Imperator contra eum proficiscitur, & aliquibus eius castellis expugnatis, asperitate instantis hyemis redire compellitur.		// 2 // 2	
1103	47 // 43 // Henricus Imperator sedatis Saxonum motibus, pacem in quadriennium constituit.			// 3 // 3	
	Legiæ generali conuentu habito, Robertus comes Flandrensium in gratiã imperatorum recipitur.				
1104	48 // 44 // Hierosolymitæ Accaron vrbem capiunt.			// 4 // 4	I
1105	49 // 45 // Vigilia natalis Domini terræmotus magnus factus est in Hierosolymis.			// 5 // 5	
	Hierosolymitæ innumerabilem paganorum multitudinem glorioſa victoria contererũt.				
	Filius Imperatoris Hẽrici à patre auersus quoscunque potest ab eo auertit, & sub obtẽtu meliorandæ reipublicæ & restaurandæ Ecclesiæ in eum insurgit.				
	Duo orbes in modum solis forma & lumine quotidiano soli similes apparuerunt, omnium colorum specie radiantes ad instar arcus cœlestis.				
1106	50 // 46 // Quarto nonas Februarij stella per diem visa est in cœlo ab hora tertia vs-	que ad horam nonam, quasi cubito distans à sole.		// 6 // 6	
	Henricus Imperatoris filius contra ius naturæ & fas legum in patrem insurgens, quàm indignè eum tractauerit, declarat Epistola ex ore ipsius patris scripta ad Philippum regem Francorum.				
	Pridiè idus Februarij apud Batum Italiæ stellæ visæ sunt in cœlo per diem, nunc quasi inter se concurrentes, nunc quasi in terram cadentes.				K
	Toto penè mense Februario cometes apparuit, imperatore Henrico moriente Leodij, filius eius Aquisgranum venit, & volens venire Leodium contra patrem suum quinta feria Dominicæ cœnæ, præmisit suos præoccupare pontem apud Vinsatum ne quis venienti sibi obstaret. Sed militibus patris cõcurrentibus ad occupandum pontem, milites filij à ponte repelluntur, aliis eorum captis, aliis in Mosam dimersis, aliis occisis, inter quos etiam Bruno comes occisus est, sicque filius contra patrem veniens rediit inglorius.				
	Celonienſibus fidem Imperatoris seruantibus, & eorum Archiepiscopo filium Imperatoris contra patrem suum animante, Colonia obsessa oppugnatur, sed non expugnatur. Interim Henricus Imperator Leodij moritur, eíque succedit filius æquiuocus eius.				

Dux

Oratione christiani Turcas expugnant.

Paschalis papa. Godefridus.

Georgij brachium.

Terræmotus.

Stella per diem.

Cometes.

A	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Hierosolymitanorum.	Anni domini.
	Dux Henricus qui ab Imperatore ad filium eius animo transiens eum contra patrẽ suum consilio suo armauit, & à filio ad patrem rediens partes filij debellauit, mortuo imperatore se vt reum maiestatis filio regis dedit, & ab eo captus custodiæ traditur, de qua ipse per industriam suam euasit, ducatus eius datur Godefrido Louanienſi comiti.				
	1 // 47 // Henricus exdux affectans repetere ducatum, occupat oppidum Aquisgrani contra Godefridum ducem: sed hoc non ferens Godefridus, oppidum Aquẽse violenter irrupit, oppidanos à facie Henrici exterruit, aliquos potentes comites & multos nobiles cepit. Ipse Henricus cum filiis suis vix fuga euasit, vxorem eius capere dux indignum duxit, comites & honoratiores eorum quos ceperat per conditionem sub se militãdi sibi conciliatos, ad fidelitatem suam adduxit.			// 7 // 7	1107
	Bellum apud Tenechebray inter Henricum regem Anglorum & fratrem eius Robertum comitem Normannorum, vbi rex Henricus victoriam adeptus, penè omnes principes Nor-	manniæ aut occidit aut cepit, & sic Normanniam obtinuit.			
B	Albericus abbas Ciſtercij supernæ vocationis brauium, ad quod ibidem per nouem annos non in vacuum cucurrit, decimo apprehendit. Cui successit Dominus Stephanus homo natione Anglicus, religionis, paupertatis disciplinæq; regularis ardẽtissimus amator, fidelissimus æmulator. In huius verò diebus verũ esse patuit, quod scriptum est, Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorũ. Nam pusillus grex hoc solùm plangeret, quòd pusillus esset, hoc solùm in quam metuerent, & metuerent vsque ad desperationẽ penè Christi pauperes, suæ se non posse relinquere paupertatis hæredes, vicinis quippè hominibus vitæ quidem in eis honorantibus sanctitatem, sed abhorrentibus austeritatem, & ita resilientibus ab eorum imitatione quibus appropinquabant deuotione, Deus cui facilè est de exiguis magna, de paucis facere multa, multorum præter spem ad ipsorum imitationẽ excitauit corda, ita vt in cella probandi nouitiorum tam clerici quàm laici, & ipsi secundum sæculũ nobiles				
C	atq; potentes 30. pariter cohabitarent. Ex qua cœlica visitatione tam subita, tam læta, lętari non immeritò iam tandem cœpit sterilis, quæ non pariebat, quoniam multi facti sunt filij desertæ. Nec cessauit ei Deus in dies multiplicare gentem, magnificare lætitiam, donec tam suis, quàm de filiis filiorũ suorum viginti infra annos circiter duodecim de solis patribus monasteriorum tanquam nouella oliuarum in circuitu mensæ suæ læta mater conspiceret. Non enim arbitrata est incongruum, si sancti patris Benedicti, cuius amplectebatur instituta, imitaretur & exempla. Porrò à principio cùm nouos in ramos nouella cœpisset pullulare plãtatio, venerabilis pater Stephanus sagacitate peruigili miræ prouiderat discretionis scriptum, tanquam putationis ferramentum, ad præcidẽdos videlicet schismatum surculos, quicunq; succrescentes mutuæ pacis exorturum præfocare poterant fructum. Vnde & scriptum illud chartam charitatis competenter voluit nominari, quòd ea tantùm quæ sunt charitatis, tota eius series redoleat, ita vt penè nil aliud vbiq; sui prosequi videatur, quòd nemini quicquam debeatis, nisi inuicem diligatis: Quæ quidem charta sicut ab eodem patre digesta, & à præfa-				
D	tis 20. abbatibus confirmata, sigilli quoque Apostolici authoritate munita est, largius continet ea quæ diximus, sed nos summam tantùm eorum hic breuiter perstringemus.				
	Abbas Ciſtertij & fratres eius non immemores sponsionis suæ regulam beati Benedicti in loco illo ordinatam vnanimiter statuerunt tenere, reiicientes à se quicquid regulæ refragabatur, foricos videlicet & pelliceas, estaminą, caputia quoque & femoralia, pectinia & coopertoria stramina lectorum, ac diuersa ciborum in refectorio fercula, sagimen etiam & cætera omnia quæ puritati regulæ aduersabantur. Sícque rectitudinẽ regulæ supra cunctum vitę suæ tenorem ducẽtes, tam in ecclesiasticis quàm in cæteris obseruationibus regulæ vestigiis sunt adæquati seu confirmati. Exuti ergo veterem hominem, nouum se induisse gaudebant: & quia nec in regula nec in vita sancti Benedicti eundem doctorem legebant possedisse ecclesias, vel altaria, seu oblationes & sepulturas, vel decimas aliorum hominum, seu furnos, molendina, aut villas, vel rusticos, nec etiam fœminas monasterium eius intrasse, nec mor-				
E	tuos ibidem excepta sorore sua sepeliſſe. Ideo hęc omnia abdicauerunt dicentes: Vbi beatus pater Benedictus docet, vt monachus à sæcularibus actibus se faciat alienum, ibi liquidò testatur, hoc non debere versari in actibus vel cordibus monachorum, qui nominis sui ethymologiã hæc fugiẽdo sectari debẽt. Decimas quoque aiebant à sanctis patribus (qui organa erant spiritus sancti, quorúmq; statuta transgredi sacrilegium est) cõmittere in quatuor partitiones distributas, vnam scilicet episcopo, alteram presbytero, tertiam hospitibus, ad illam ecclesiam venientibus, seu viduis & orphanis, siue pauperibus aliundè victum non habentibus, quartam restaurationi ecclesiæ. Et quia in hoc computu personam monachi, qui terras suas possidet, vnde & per se & per pecora sua laborando viuat, non reperiebant, idcirco hæc veluti aliorum ius iniustè sibi vsurpare detrectabant. Ecce huius seculi diuitiis spretis cœperunt noui milites Christi cũ paupere Christo pauperes inter se tractare, quo ingenio quóve				

Normannia Anglis obuenit.

Cisterciantis dilatatio.

Anni domini. | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | Hierosolymitanorum.

artificio,seu quo exercitio in hac vita se hospites & pauperes superuenientes,quos vt Christum susciperе præcipit regula,sustentarent. Túncque definierunt se conuersos laicos barbatos licentia episcopi sui susceпturos,eósq; in vita & morte,excepto monachatu, vt semetipsos tractaturos & homines etiã mercenarios,quia sine adminiculo istorũ nõ intelligebant se plenariè die noctéq; præcepta regulæ posse seruare:susceпturos quoque terras ab habitatione hominum remotas,& vineas,& prata & syluas aquásque ad faciendos molendinos, ad proprios tamen vsus & ad piscationẽ,& equos pecoráque diuersa necessitati hominũ vtilia, ad exercendas agriculturas instituissent,decreuerunt vt prædicti conuersi domos illas regerent,non monachi,quia habitatio monachorum secundum regulam debet esse in clausтro ipsorum: quia etiam beatum Benedictum,non in ciuitatibus,nec in castellis aut in villis,sed in locis à frequentia populi semotis,cœnobia construxisse sancti viri illi sciebant,idẽ se æmulari promittebant. Et sicut ille per duodenos monachos monasteria constructa adiuncto patre disponebat,sic se facturos confirmabant. G

Cistercienses Benedicti regulã obseruãt

1108 2 // 48 // Henricus Imperator contra Robertum Flandrensium comitem vadit, & // 8 // 8 pacto pacis magis vtrinque simulato quàm composito penè inefficax redit.

Baiamundus dux Apuleiæ contracto vndecunque exercitu accingitur ad inuadendum Constantinopolitanum imperium.

porcus facie hominis.

1109 3 // 49 // In parrochia Legiensi porca enixa est porcellũ habentem faciẽ hominis. // 9 // 9

Natus est etiam pullus gallinæ quadrupes.

Imperator Henricus contra Hungaros vadit,sed facto pacto redit.

Ludouicus.

Philippus rex Francorum obiit,Ludouicus filius eius post eum regnat annis 28.

Anshelmus.

Obiit etiam Anshelmus Archiepiscopus Cantuariæ,qui nonnulla opuscula scripsit vtilia,sicut descriptio vitæ eius commemorat.

Obiit etiam Hugo vir sanctus abbas Cluniacensis,cui succedit Pontius.

Hoc anno sacro igne multi accenduntur,membris instar carbonum nigrescentibus. H

1110 4 // 1 // In mense Iulio Cometes apparuit,radios dirigens ad austrum,multis con- // 10 // 10 iiciẽtibus hoc signo portendi futuram regis Henrici quinti expeditionem Italiam versus.

Sanctus Guibertus fundator Gẽmelacensis cœnobij, quem Deus multis miraculis per annos duodecim clarificauerat,assensu generalis synodi ab Oberto Legiensi episcopo eleuatur,cum mirabili concursu & gaudio populorum.

1111 5 // 2 // Henricus rex Romam vadit,propter sedandam discordiam quæ erat inter // 11 // 1 regnum & sacerdotium,quæ capta à Papa Gregorio septimo, qui & Hildebrandus nominatus est,& exagitata à successoribus eius,Victore & Vrbano,& præ omnibus à Paschali magno scandalo erat toti mundo:Rex autem vti nolẽs authoritate & consuetudine & authoralibus priuilegiis Imperatorum,qui à Carolo Magno,qui post de regibus Francorũ imperauit Romanis,iámq; per trecentos & eo amplius annos imperauerant sub 63.apostolicis, dabat licitè episcopatus & abbatias,& per annulũ & per virgã. Contra hãc maiorum authoritatem censebant Papæ synodali iudicio non posse nec debere dari per virgam vel per annulũ epi- I

Collatio beneficiorum negatur principibus.

scopatum aut aliquam ecclesiasticam inuestituram à laicali manu,& quicunque ita episcopatũ aut aliam ecclesiastici iuris inuestituram accipiebant,excommunicabantur,propter hanc præcipuè causam rex Romam tendebat,& si qui Longobardorum quoquo modo ei resistere volebant,potenter eos proterebat.

In reconciliatione autem quæ facta est inter Imperatorem & Papam(nam ipsum Papam cum episcopis & Cardinalibus ceperat die Paschæ Henrico in Imperatorem coronato)post lectum Euangelium tradidit ei Papa ante altare Apostolorum Petri & Pauli in oculis omnium principum priuilegium de inuestitura episcopatuum vel abbatiarum,tam per annulum quàm per virgam,scilicet vt regni eius episcopis vel abbatibus liberè præter violentiam & simoniam electis,inuestituram virgæ & annuli conferat: per inuestitionem verò canonicè consecrationem accipiat ab episcopo,ad quem pertinuerit.

Confirmatio pacis inter Apostolicum & Imperatorem dum in celebratione missæ tra- K

deret ei corpus & sanguinem Domini nostri IESV Christi,Domine Imperator,hoc corpus Domini natum ex Maria virgine,passum in cruce pro nobis,sicut sancta & apostolica tenet ecclesia,damus tibi in confirmationem veræ pacis inter me & te. Datum est idibus Aprilis indictione quarta.

1012 6 // 3 // Deo peccatis hominum offenso,multa eueniunt hoc anno. // 12 // 2

In monte Castriloco ecclesia sanctæ Vvaldetrudis cum toto penè oppido arsit.

Ecclesia sancti Michaëlis de periculo maris fulgurata,diuinitus arsit cum ædificiis appendentibus sibi.

Vvaldricus occiditur.

Vvaldricus episcopus Laudunensis ciuis ipsius vrbis,à sacramento perperam iurantem cõmunitatis reuocare nisus,à seditiosis ad arma cõcurrentibus(quod dictu nephas est)gladio confossus

A | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | Hierosolymitanorum. | Anni domini.

confossus interiit, feria quinta hebdomadæ paschalis, septimo calendas Maij in litania maiore. Tumultuante etiam impetu confusæ multitudinis domus episcopi succenditur. Vnde etiam ipsa mater ecclesia sanctæ Mariæ,& ecclesia sancti Ioannis Baptistę in abbatia monialium cum aliis ecclesiis omnibus ex vicino appendentibus concremantur, in authores seditionis à rege Francorum tam seuerè est vindicatum, vt tam præsentes quàm futuros à simili scelere deterrere posset exemplum, sed & antequam ista gererentur, violata fuerat eadem ecclesia sanctæ Dei genitricis proditione & homicidio cuiusdam nobilissimi militis,nomine Gerardi, qui erat dominus castri, quod vocatur Charisiacus,quem in oratione positum ante sacram Christi imaginem homines ipsius episcopi facta coniuratione occiderunt.

A nte hos dies natus ibidẽ fuerat puer geminus,à clune duo superius scilicet habẽs capita, *Puer biceps.*

B duo vsque ad renes cum suis brachiis habens corpora, qui baptizatus triduo quoque vixit.

Sigibertus Gemblacensis Monachus descriptor præcedentium in hoc libro temporum obiit, cui Robertus de monte quæ sequuntur fideli narratione subiecit.

7 // 4 // VValdrico Laudunensi à suæ vrbis ciuibus nequiter perempto, Hugo // 13 // 3 1113 Aurelianensis ecclesiæ Decanus substituitur, quo post 7. menses mortuo, vir illustris Bartholomæus ad episcopatum Laudunciæ ciuitatis prouehitur. Cuius industria & episcopalis ecclesia, quæ incensa fuerat i n breui reparata, iterũ cõsecratur,& ciuitatis à prouinciæ desolatione subleuata,in multis locis in quibus antea nũquã fuerat religionis feruor, & Dei cultus fundator,& inde in multas ac remotas etiã trãsmarinas regiones propagatur.

Incipit ordo Cisterciensis.

C BErnardus iuuenis egregius scientia, moribus, & genere clarus vir, postmodum magnæ *Bernardus.*
virtutis exemplar futurus, Castellione castro Burgundiæ oriundus, cum̃ germanis fratribus & aliis comitibus multis Cistercij habitu religionis induitur,& miro religiositatis feruore conuersatur.

In pago Bracatensi circa Tornacum nix tanta cecidit nono calendas Maij, vt etiam *Nix vehemẽs.*
syluas fregerit.

Balduinus rex Hierusalem cum Rogero comite Antiochiæ contra Turcas vadit, sed *Balduinus.*
Rogero cum exercitu suo iuxta quendam fluuium residente, rex cũ suis processit, vt aduentum Turcarum exploraret: Tureæ verò montem quẽdam occupantes, insidias per quatuor loca collocauerant, singulis insidiis quatuor millibus equitum deputatis, à quibus rex insperatò vndique interceptus, mille quingentis suorum interfectis miserabili fuga est liberatus. Ascalonitæ cognoscentes abesse regem Balduinum, cum graui multitudine Hierusalem affiliunt, sed non prævalentes inefficaces redeunt. Turci cœnobiũ in monte Thabor situm

D funditus euertunt, monachos interficiunt,& omnia sibi diripiunt.

Rex Hierusalem Balduinus vxorem duxit relictam Rogeri ducis Siciliæ.

Apud Rauennam & Parmam ciuitates Italiæ, in agris & intra mœnia sanguis pluit Iunio mense.

8 // 5 // In ciuitate Beluacensi à canonicæ sedis apostolicæ legato conciliũ ce- // 14 // 4 lebratur, hic est Cono vnus ex illis religiosis, qui eremiticam vitam apud truncum Berenger primò duxerunt, & Arroasiani ordinis authores extiterunt, qui ordo vsque hodiè floret & crescit. *Eremitica Berenger.*

Henricus Imperator cum magna optimatum suorum & totius regni gloria, natalem 1114 Domini celebrat Moguntiæ, ibique vxorem ducit Matildam filiam regis Anglorum. Post Iuonem, qui vita atque doctrina sua Cartonensem ecclesiam illustrauit,quíque inter cætera opera sua illud volumen, quod decreta Iuonis dicunt, vtiliter compilauit. Gaufridus vitæ

E merito ac prudentia venerabilis Carnotensem ecclesiam rexit.In Remensi quoque Metropoli post Manassem illustrem virum, exturbato inuasore Geruasio, Radulphus successit, qui Viridis cognomen habuit.

9 // 6 // Lambertus bonæ memoriæ Attrebatensis episcopus obiit, à tempore // 15 // 5 1115 sancti Vedasti vsque ad istum Attrebatensis ecclesia proprio viduata præsule, Cameracensi episcopo erat subiecta. Robertus succedit in episcopatu Lamberto. Clareuallis fundatur. *Exiatus.*
Idibus Nouembris in suburbio Antiochiæ, noctu terra dehiscens, tres molas & adiacentes domos cum habitatoribus absorbuit.

10 // 7 // Hoc tẽpore Nobertus loci & ordinis Præmõstratensis fundator de par- // 16 // 6 1116 *præmonstratensium fundator.*
tibus Lotharingię oriundus,genere diuitiis atque fœcundia ipsis etiam summis principibus familiaris atq; notissimus, diuino feruore succensus, postposita sæculi pompa repẽtes ad vo-

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Hierosolymitanorum.	
	tum suum diaconus & presbyter simul ordinatus, paupertatis Christi tunica induitur, & verbo prædicationis feruentissimè instans, baiulãs sibi crucem nudum nudus Christum sequitur, quorũdam etiam religiosorum moribus exploratis, arctioris vitæ propositum & tũc temporis inauditam districtionem arripit, & per aliquantum temporis nudis incedens pedibus, etiam brumali rigore, verbum Dei spargens, multos ab errore conuertit.				F
1117	11 // 8 // Anshelmus Laudunicæ ciuitatis magister nominatissimus, litterarum // 17 // 7 scientia clarus, vir morum honestate & consilij maturitate venerabilis obiit, qui vtili studio inter cætera opera in Psalterium glosas marginales atque interliniares ordinauit.				
1118	12 // 9 // Mense Ianuario tertio nonas ipsius feria quarta in aliquibus locis, sed // 18 // 8 non vsquequoque terræmotus accidit, aliàs clementior, aliàs validior, adeò vt quarundam vrbium partes cum ecclesiis subruisse dicantur.				
Terræmotus.	Mosa etiam fluuius iuxta abbatiam, quæ dicitur Sustula, quasi pendens in aëre fundum suum visus est deseruisse. Hoc ergo anno Leodium ciuitas multis plagis attrita est: mense enim Maio quinto nonas eiusdem, dum in maiori ecclesia vesperas celebrant, subitò tonitru cum terræmotu omnes ad terram strauit, & fulmen à læua templi ingressum, non modicas crustas de muro hac illac disiecit, deindè turrim ingrediens, multas trabium partes diffidit: subsecutus fœtor intolerabilis, adeò vt multo aromatum odore vix potuerit expelli.				G
Pluuia multos oppressit.	Item Iunio mense 7. idus ipsius mensis circa horam nonam, nubes pluuiæ subitò rupta à monte qui dicitur Roberti, subiectam sibi partem ciuitatis penitus oppressam perfundedit, adeò vt multas domos diruerit, & immensam annonam perderet, & matrem duos infantes altrinsecus in brachiis amplexam necaret, & alios octo homines diuersis in locis opprimeret. Pulsantib⁹ vesperis sabbatho quidẽ dũ caput lauat puero, manus rubẽt sanguine fluido.				
Turbo vehemens.	A calendis etiam Iulij circa horam sextam turbo nimis vehemẽs & obscurus ciuitatem operuit, & nubes ex abrupto scissa, ita omne tectum maioris ecclesiæ deuicit, vt & imbribus pateret, & totum pauimentum perfunderet. Ilicò à parte Aquilonis fulmẽ ingrediens, quendam clericum retro altare sanctorum Cosmæ & Damiani in pulpitum legentem, & alterum ante crucifixum orantem, tertium de scriptorio ecclesiæ proximo egredientem: in ipso ecclesiæ ingressu extinxit: ante fores quoque ecclesiæ quendam laicum extinxit sexto idus Iulij ab hora tertia vsque nonam 4. turbines à 4. plagis cœli vrbem circulauerunt, ventus etiam magna vi intonuit, in vrbem multo imbre alluit.				H
	Tertio nonas Augusti primo noctis conticinio quaque terrarum cum tonitru audirentur, & fulgura sæpius micarent, in vrbe Leodium amplius ipse turbo desæuit, ita vt homines è stratis exilientes, ecclesias tristi cœtu complerent, & tota nocte supplicationibus intenderent, summo verò auroræ diluculo à parte orientis ignis cum ingenti flamma circulauit tantus, vt omnes diuinitus cremari extimuerint: post hoc magnus turbo erumpẽs ab occidẽte ipsum ignem visus est aliquantulum obscurasse, iterum autem quasi victor ignis cum flamma recaluit, & iterum turbine reuertente paululum delituit. Tertiò etiam ipse ignis recaluit, & tertio nihilominus turbine victus cecidit, hoc spectaculum à summo manè vsque ad horam tertiam vehementer terruit.				I
Ostenta.	Monstrum quoddam Nammuti natum est, cui par nunquam vel rarò visum est, videlicet biceps infantulus, qui hoc vidit testis est populus. hic tã sexu duplex, quàm cæteris simplex erat compage corporis. Tertio idus Decembris ad mediam noctem lucentibus stellis, cœlo sereno, 14. luna eclipsim passa est, & contracto orbe multis coloribus, sed maximè sanguineo penè integra hora suffusa est. Tertiodecimo calendas Ianuarij prima hora noctis, igneæ acies à Septentrione in orientem in cœlo apparuerunt, deinde per totum cœlum sparsæ plurima noctis parte videntibus miraculo & stupori fuerunt.				
	Paschalis Papa moritur, succedit Ioannes Romanæ ecclesiæ cancellarius, & appellatur Gelasius. At Imperator, quia electioni non interfuerat, Hispanum quendam nomine Burdinum ei superordinauit.				
Gelasius.					
Balduinus coronam recusauit.	Balduinus secundus rex Hierusalem moritur, frater Godefridi ducis Lotharingorum, & primi regis Hierosolymitanorũ, qui Godefridus princeps nobilissimus, cùm in regẽ constitutus fuisset, nunquam tamen in ea ciuitate, in qua Dominus spinis coronatus est, diadema portare consensit. Fuerunt autem filij Eustachij Comitis de Bolonia ex Ida sorore Godefridi Gibbosi ducis Lotharingorum, quibus de medio factis, tertius regnat Balduinus filius Hugonis comitis de Reitesta.				K
Ventus vehemens.	Ventus vehementissimus in vigilia natalis Domini per totam diem & noctem durat.				
	Gelasius Papa indicto Remis concilio transgrediẽs Alpes, in Gallias venit, & per Burgũdiam & Gothiam, quæ prouincia sancti Egydij dicitur, agit synodales causas, ad quem vir Dei Nobertus nudis vt erat incedens pedibus accessit, eique animi sui propositum pandens, licentiam & authoritatem seminandi vbique verbum Dei ab eo accepit.				

Henricus

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Hierosolymitanorum.	
	Henricus Imperator ab Italia in Lotharingiam repatriat, & secundum illud, Qui à multis timetur, necesse est vt multos timeat, coniuratos in se regni principes, modò minis, modò blanditiis, modò vi, modò satisfactione ad pacem inuitat.				A
	13 // 10 // Gelasius Papa Cluniaci moritur & sepelitur. // 19 // 9			1119	
	Guido Viennensis archiepiscopus, Stephani Burgundionum Comitis germanus, in Papam eligitur, & Calixtus vocari designatus, Cluniaci benedicitur: concilium quoque à prædecessore suo indictum Remis ab eo mediante Octobri mense celebratur.				
Concilium Remense.	Balduinus Flandriarum Comes Calixti Papæ de sorore Clementia nepos, Guillelmum filium Roberti Normannorum Comitis à fratre suo Henrico Anglorũ rege captiuati, Normanniæ potenter resistere volens, post occupatam magnam eiusdem Normanniæ partem, in capite vulneratus obiit: sicque deficiente naturali prole, Carolus Roberti ex sorore nepos consobrinus Balduini defuncti, & Canuti Danorum regis filius Comes substituitur.				
	14 // 11 // Dum pro reconciliatione regni & sacerdotij legatione nunc à rege ad // 20 // 10 Papam vadit, nunc à Papa ad regem redit, lux pacis inter eos turbatur, & Imperator cũ sibi fauentibus excommunicatur.			1120	B
	Vir Dei Nobertus à Papa Calixto Bartholomæo Laudunensi episcopo specialiter commendatus, cum ei ecclesia beati Martini à prædicto episcopo offerretur, tum propter vrbis viciniam, tum quia eiusdem ecclesiæ clerici propositi, & vitæ eius austeritatem horrebant, eam reliquit, & ab episcopo diuersis eiusdem prouinciæ locis religioni congruentibus sibi ostensis, tandem diuinitus in loco Præmonstrati resedit, ibique solitarius religiosam vitam agere cœpit, & tempore quadragesimæ ad colligendos socios solus egressus, ante pascha cum tredecim sociis rediit, & cum bis in Præmonstrato loco secundum canonicæ institutionis normam ad tenorem regulæ beati Augustini Deo militare cœpit. Ordo Præmonstratensis incipit.				
Præmonstratensium ordo incipit.					
	15 // 12 // Papa Calixtus Romam proficiscens, ab omni senatu & populari turba // 21 // 11 glorioſe ſuſcipitur, & in sede apostolica confirmatur.			1121	C
Burdinus pseudopapa.	Burdinus pseudopapa *Sutrij positus*, dum peregrinos Romam euntes vel redeuntes deprædatur, tandem vt vilissimus apostata capitur, & in monachum tondetur. Maior ecclesia episcopi Mœnasterienſis, eo quòd ipsum repudiasset, ab ipso episcopo & duce Saxoniæ cum tota ciuitate exuritur. Mortuo Läberto Nouiomensi episcopo, Simon Ludouici regis Francorum patruelis successit in eius loco. In Præmonstratensi ecclesia cuidam fratri altius de ineffabili trinitate (quæ Deus est) cogitanti in matutinis dæmon astitit, & ei tria gestans capita appatuit, trinitatem se esse contestans, & ob fidei suæ meritum trinitatis visione eum dignum esse affirmans, sed frater inimici dolum agnoscens, conuitiando eum recedere à se compulit.				
	16 // 13 // Terræmotus in secunda hebdomada aduentus Domini sabbato hora // 22 // 12 tertia, aliàs clementior, aliàs inclementior accidit.			1122	
Trinitati dæmon illudit.	Noberto apud Ningellam verbum Dei prædicante, & puellam dæmoniacam coram adductam exorcizante, dæmon irridens cantica canticorum à principio vsque ad finem per os puellę edidit, & ad verbum in Romana, deindè in Teutonica lingua interpretatus est: sed Dei seruo arctius insistente, tandem egressus est.				D
Dæmon irridet exorcistam.	17 // 14 // Optimates regni cum episcopis Henricum Imperatorem conuenien- // 23 // 13 tes Deo sibi propitio id elegerunt salubertimo consultu, vt inter ipsum & apostolicum controuersia de inuestituris ecclesiarum tandem finiretur. Legantur inde Romam ex parte Imperatoris Bruno Spirensis episcopus & Arnulphus abbas Fuldensis: interim Henricus Imperator pascha Domini Aquisgrani celebrat, deindè Leodium contendit. Hic querela apud eum facta de insolentia cuiusdam Gothuini, castrum eius, quod mons Falconis dicitur, annitente sibi Godefrido duce obsidet, capit, incendit & destruit.			1123	
	Ecclesia Hannonienſis cum omnibus appenditiis suis seditione aduocati sui cum tota villa arsit, saluo tamen thesauro & bibliotheca.				E
	Turonis etiam seditione orta inter clericos & laicos, ecclesia sancti Martini penitus arsit.				
Domnus p.	Domnus Papa visa & recepta legatione Imperatoris pertæsus, & ipse valdè dissonantiæ inter eos diutinæ libenter assentit, & tam cõsultu totius Romani senatus, quàm etiam Episcoporum Italicorum mittuntur, ex latere apostolici vnus episcopus, & duo Cardinales ad ordinandam rem tanti negotij mense Septembri in natiuitate beatæ Mariæ, Henricus Imperator cum episcopis & optimatibus regni venit Vvormatiam, vbi occurrerunt ei legati sedis apostolicæ, diu, vt fit in tantorum negociorum confessu, euentilata ratione, tandem gratia antiquæ charitatis res integratur inter Imperatorem & apostolicum Dei ordinatione.				

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Hierosolymitanorum.

Consilium Romæ celebratur, pax inter regnum & sacerdotium reformatur, & ius inuestiturarum episcopalium ab Imperatore exfestucatur.

Noberto ad quærendas sanctorum reliquias Coloniam veniente, & suis indicto ieiunio orationibus instante, vna de numero vndecim millium virginum nomen suum & locũ vbi iacebat specialiter designans, in crastino solenniter leuata, & cum aliis sanctorum reliquiis ad locum Præmonstratum est ab eo translata, sequenti verò die apud sanctum Gereonem in oratione pernoctans, mane facto in medio ecclesiæ vbi nullum apparebat sepulturæ vestigium effodi præcepit, & corpus sancti Gereonis integrum absque cerebro honorificè & diligenter collocatum inuenit, sicut & deipso legebatur quod pars capitis, & non totum caput abscissum fuit, quod cum honore & reuerentia à clero & populo eleuatum est, & inde pars viro Dei donata est, indè Præmonstratum rediens, & quadraginta iam clericos cum multis laicis secum habens, professionem eos facere secundum apostolicam institutionem & canonicam regulam beati Augustini docuit, & ad voluntariam paupertatem & promptam G obedientiam cæteráque militiæ spiritualis instrumenta, eosdem diligenter instituit, cui non multo pòst quidam Comes de Vvestphalia Godefridus cum vxore sua conuersionis gratia se contulit, & tria loca in alodio suo, castrum videlicet, & Campembergensem locum, Cloſtatensem, Vvarlarensem, diuino cultui per eum mancipauit, cuius exemplo compunctus Comes Theobaldus homini Dei se familiarissimum fecit, & eius monitis atque consilio multa postmodum erga pauperes vel quoslibet religiosos liberalitate atque munificentia vti cœpit.

Reliquiarum Gereonis inuẽtio.

Lambertus p. 1124

18 // 15 // Obiit bonæ memoriæ Papa Calixtus, cui succedit Lambertus, qui // 24 // 14 & Honorius Hostiensis episcopus, ad quem proficiscens pater Nobertus, & ab eo honorificè susceptus, & quæ flagitabat dignè consecutus, Parthenopolis se futurum episcopum diuinitus agnouit, & rediens cum in die paschæ apud Herbipolim in populi frequẽtia missam celebraret, cæca mulier ipso post sumpta mysteria in oculis eius sufflante visum recepit, vn- H de quidam diuites compuncti, se & sua Deo reddiderunt, & ecclesiam ibidem ædificantes, diuino cultui per manum prædicti patris eam mancipauerunt, inde Præmonstratum rediẽs, in ecclesia beati Martini, quæ sita est in suburbio Lauduni, quendam de suis, dominum videlicet Gualterum abbatem primum consecrari fecit, cuius industria Deo cooperante eadem ecclesia tam in temporalibus quàm in spiritualibus in tantum est in breui multiplicata, vt famam bonæ opinionis & propagines sanctæ plantationis in exteras ac longinquas iam extenderit regiones, videlicet in Neruiam, in Flandriam, in Angliam, in Vvasconiam, in Gothiam, in Hispaniam, in Burgundiam, quas omnes prouincias per eandem domum bono iam videmus odore respersas. In Viuarienſi etiam ecclesia de fratribus suis abbatem tunc ordinari fecit, vbi cum ad introitum fratrum malignus spiritus hominem quendam in uasisset, & eum per biduum vexasset, per virum Dei expulso dæmone curatus est.

Dæmon expellitur. Tandæmus hæreticus.

Eucharistiam prodesse negat Tandæmus.

In castro nihilominus Antuerpiensem ecclesiam ordinandam hac de causa suscepit, Oppidani castri illius à quodam hæretico Tandæmo seducti, paulatim à fide & bonis I moribus desciuerant, quia idem hæreticus nimiæ subtilitatis, cùm tamen esset laicus, sed multis etiam disertis clericis in sermone acutior, sacri ordinis ministros & episcopalem ac sacerdotalem gradum nihil esse dicebat, corporis & sanguinis Christi perceptionem sumentibus ad salutẽ prodesse negabat, & in pretioso apparatu & vestibus deauratis incedens, triplici funiculo crinibus intortis, verbis persuasibilibus & conuiuiorum apparatibus, suos, qui eum circiter tria millia armati sequebantur, illiciebat, & per eos in resistentes sibi cædibus sæuiebat, credebant ei, & reuerebantur eum, in tantum vt aquam in qua corpus lauisset, biberent, & pro reliquiis asportarent, cùm tamen tantæ incontinentiæ & impuritatis esset, vt filias in matrum presentia, sponsásque maritis intuentibus, corrumperet, & hoc opus spirituale esse asserebat, qui tandem post multos errores & multas cædes dum nauigaret, à quodam presbytero percussus in cerebro, occubuit. Sed nec post eius mortem error ipsius tam facilè exstirpari potuit, propter quod à clericis loci illius ecclesia cum aliquantis redi- K tibus per manum episcopi Norberto ordinanda datur, sperantibus quòd per eius salutarem doctrinam hæresis illa de medio tolleretur: quod & factum est, siquidem ipso prædicante, compuncti viri & mulieres, corpus Dominicum quod in ciſtis & foraminibus per decẽ annos & amplius reposuerant, attulerunt, & per eius doctrinam paulatim ad sanctam fidem resipuerunt. Radulpho Remorum Archiepiscopo obeunte Ramaldus succedit in præsulatu Remensis ecclesiæ.

Henr. Imp. tentat fines Gallorum.

Venetiani nauali exercitu Ascalonem obsidentes accepta ab Ascalonitis pecuniæ taxatione recedunt, & Tyrum aliquandiu obsessam in deditionem accipiunt.

Henricus Imperator cõgregat exercitus infinita multitudine, fines regni Frãcorũ irrũpere disponit, sed Ludouico Francorũ rege cũ infinito nihilominus exercitu in occursũ eius properante, perante, cõsilio principũ & episcoporũ ab inutili proposito desistit, & hoc factum est mense Augusto.

Henricus Imperator Montionem castrum capit, & Ramaldum eius Comitem secum captum adducit.

Balduinus rex Hierosolymorum à Sarracenis præuentus capitur, qua de re mente excedentes vndique versum euocati ad 40. millia conglomerantur, vt Christianos à finibus suis exterminent, & apud Ascalon impedimenta sua commendant: Christiani verò in arcto positi nihil spei nisi in Deum habentes, exemplo Niniuitarum vtrique sexui ieiunium indicunt, pueris etiam lactentibus, infantibus, vniuerso quoque pecori pabula negantur, dies pugnæ indicitur. Procedunt Christiani cum militibus & peditibus vix ad tria millia æstimati, Principes gradiuntur in fronte, scilicet patriarcha vexillo offerens crucem Christi, abbas olim Cluniacensis, Pontius præferens lanceam transfixam in latere Christi, episcopus Bethlehemites ferẽs in pyxide lac sanctę Mariæ virginis: Sarraceni verò quaquauersum effusi ex omni latere in orbem circumcingunt Christianos, ne quis posset euadere: Dum ita in promptu hærent Christiani, vident Deo sibi auspice splendorem scisso aëre super paganos subitò cecidisse, sed non prosperum, sed satis nociuum, quamuis hunc ipsi Sarraceni non viderint. Illicò enim omni virium robore eneruati, passim fugientes cæduntur non solùm à viris, sed etiã à pueris & à fœminis, perierũt in bello septẽ millia, submersi sunt in aquis quinq; millia: omnes verò Christiani incolumes euersi, summũ & dulce epinikiõ reboãt Deo in excelsis.

Balduinus à Sarracenis capitur.

Ieiunium lactentium.

19 // 16 // Hyems solito acerbior, & à gestu niuis sæpius decidentis nimis horri- // 25 // 15 1125
da & importuna. Multi enim pauperum infantes & mulieres nimietate frigoris defecerunt, in multis viuariis pisces absorpti sub glacie perierunt. Glacies enim adeò spissa erat & valida, vt vehicula onusta super eã ducerẽtur, & quasi super solum equi taretur. In Brachbãtho anguillæ innumerabiles propter glaciem à paludibus exeuntes, quod dictu mirum est, in C fenilibus fugientes latuerunt, sed ibi etiam præ nimietate frigoris deficientes, computruerunt. Mortalitas quoque animalium maxima fuit. Hyemi succesſit intemperies aëris, nunc niue, nũc pluuia, nunc gelu, alternatim satis noxia vsque in medio Martio, postea diutino frigore & pluuia aëris incõstantia vix tandẽ arbores floruerunt Maio mense, vix tandem gratia herbarum & graminum reuiguit nitore: imber verò singulis mensibus assiduè deciduus, sata agrorum penè absorpsit, nam siligo & auenæ prouentum suum satis sunt ementitæ.

Frigus insolitum pisces necat.

Multi quoque sacro igne aduruntur.

Tyrus Hebræa lingua Sor dicta vrbs Phœnicis maxima & antiqua, in corde maris sita, Sidoniorum Colonia, negotiatio maris, emporium totius orbis, vaticinatione Prophetarum celebrata, & carminibus poetarum inclyta, olim quidẽ Insula, sed à Nabuchodonosor, vel ab Alexandro propter expugnationem multis in breui freto aggeribus comportatis, terra continens facta, pridem à Nabuchodonosor expugnata, & partim captiuata, & postea ab Alexãdro penitus destructa, vsque ad solum & dirupta, sed iuxta prophetas post 70. annos D reędificata, & in antiquum statum restituta, nostris modò temporibus in fine mundi à Christianis terra maríque obsessa capitur, & Christi imperio subiugatur.

Tyri encom.

Fames permaxima grassatur in Gallia, in qua Caroli inclyti marchionis Flandriæ liberalis enituit munificentia, qui innumerabilibus diuersis in locis pauperibus quotidiana ministrabat victus stipendia.

Fames. Monstrum.

20 // 17 // Hyems asperrima sex hebdomadibus continua & valdè noxia. // 26 // 16 1126
Fames valida vbique magna multitudine vtriusque sexus pereunte.

In Hasbania ignobilis muliercula monstrum bis gemini corporis est enixa, auersis vultibus & corporibus sibi cohærẽs, ante quidẽ effigies hominis integro corporis mẽbrorúmque ordine distincta, retrò verò facies canis similiter corporis & mẽbrorum proprietate integra.

In Brachbantho villa Nerisca alia mulier enixa est quatuor masculos vno partu.

In Gemblacensi parrochia, dum paterfamilias Dominica die mixturam segetũ præ penuria famis moleret in vsus familiæ, subitò iusta Dei indignatione arsit farina cum putoris E nigredine ad exemplum posteris, ne quis præsumat simile.

Dominicæ punitur violatio.

Ecclesia sancti Dionysij sita in Brochorensi sylua 7. calendas Maij, primò noctis crepusculo cum omnibus appenditiis & tota villa penitus arsit, saluo tamen thesauro & armario.

Henricus Imperator Leodij pascha Domini celebrat, inde Aquis contendens, morbo dracunculi, qui sibi erat natiuus molestari cœpit, propter quod & ibi aliquot dies remoratus est, deindè quasi Pentecostẽ celebraturus Vltraiectum venit, & tãdem feria quinta in Pentecoste vitam cum regno amisit. Corpus eius eiectis intestinis sale respersum, Spiram relatum est. De hoc autem Imperatore quædam dicuntur, quæ fabulosa esse didicimus. Fertur namque quòd se quasi mortuum finxerit, & occultè suorum præsentiã fugiens, peregrinationem aggressus fuerit, & ad vltimum monachus factus Cluniaci fuerit. Reuera autem, vt dicitur,

Anni domini. | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | Hierosolymitanorum. | Anno domini

quidam erat valdè similis eidem Imperatori, & viribus corporis plurimum valens, qui monachatum Cluniaci suscipiens, Henricum Imperatorem se esse firmissimè asserebat.

Henricus Imp. obiit.

Rex Hierusalem Balduinus data redemptione à Sarracenis dimittitur.

Mense Augusto legati apostolicæ sedis & archiepiscopi cum episcopis & optimatibus Imperij ex condicto conuenientes Moguntiæ, consultant sibi & toti Romano Imperio de substituendo rege.

Lotharius dux Saxonum vir sapiẽs & industrius, & ecclesiastico iuri deuotus præpotens diuitiis & victoriis omnium assensu eligitur. Hic mense Septembris cum eisdem legatis & duobus archiepiscopis & octo episcopis & multis abbatibus, & cum eminentioribus aulæ regalis primatibus, Aquisgranum veniẽs, dominica die idus Septembris à Friderico archipræsule Colonien si in regem benedicitur & vngitur, omni clero & populo festiuum Epinicium acclamantibus.

1127 1 // 18 // Hyems acerrima vermibus etiam periculosa. // 27 // 17 G

Rex Lotharius cum Behemones vadens, quorundam suorum principum traditione magnam stragem militum passus est, quingentis videlicet & quadraginta occisis. In Syria hoc anno exercitus Dei bis congressus est Sarracenis: in primo prælio de Paganis ecciderũt duo millia quingenti, de Christianis solummodò 15. In secundo autem incruẽtam victoriam habuerunt Christiani. Sed quamuis plurima pars eorum oppetierit, tamen auxilio Dei reuigorari absque numero hostes contriuerunt, & vicerunt.

Carol. Fland. proditur.

Carolus comes Flandrensis proditione quorundam optimatum suorum quibus pro zelo iustitiæ exosus erat: Brugis in ecclesia sancti Donatiani martyris orans, interfectus est, sed horrenda animaduersione vindicatus est.

Proditores enim cùm capti fuissent, aut exterminati exilio, aut percussi gladio, aut patibulo affixi, aut præcipitio elisi, aut duello conuicti, & rotis alligati, vix aliquo euadente omnes perierunt, post mortem Lisiardi episcopi Suessorum sit episcopus Ioslenus, vir H magni consilij.

Cameraci quoque post Burchardum Hermannus episcopatum tenuit, quo post triennium extruso, Liethardus ei successit, qui & ipse post quatuor annos repudiatus, Nicolaum successorem habuit.

Parthenopolitanæ ciuitatis archiepiscopo defuncto cùm clerici & ciues eiusdẽ vrbis coram Imperatore Luithero ad eligendum archiepiscopum apud Spiram conuenissent, nutu domini Gerardi Romanæ sedis legati, qui postea factus est Papa, Lucius & Alberonis Metensis primicerij, qui postea factus est Treuerorũ archiepiscopus, Nobertum Præmonstratæ ecclesiæ patrem, qui pro quibusdam causis eo fortè aduenerat, in pastorem eligunt, & regali prosequente conuenientia ad sacerdotium præfatæ vrbis prouehunt.

1128 2 // 19 // Hoc anno multi de pago Suessonico sacro igne accensi, ad ecclesiam // 28 // 18 beatæ Dei genitricis Mariæ in ciuitate Suessorum siram conuenerunt, ibíque diebus paucis misericordiam Dei & beatæ virginis succursum præstolantes (sicut plenius refert libellus I eorundem miraculorum) salutem ipsius meritis & precibus consecuti sunt, ita vt intra quindecim dies centum & tres nominatim ab hoc igne restinguerentur, & tres puellæ distortæ sanitati redderẽtur. Facta sunt ibi & deinceps & alia multa miracula, inter quæ duo fuerunt eminentiora, vnũ scilicet de naso mulieris & labio diuinitus reformato, aliud de puero in visione ante Deũ rapto, vbi dominã nostrã virginẽ Mariã se vidisse asseruit pro populi salute supplicantẽ, & hoc respõsum benignè à filio accepisse, Mater tu es maris stella, fiat sicut vis: sed dum queritur beata virgo super domo sua, quæ vilis & abiecta erat præ cæteris, iterum à filio suo audiuit, quòd trans mare & de trans Rhenum faceret pecuniam afferri, vnde domus eius ædificaretur, & in oculis omnium respicientium illustris appareret: cuius visionis tam in claritate operis quàm in copia oblationum tot sunt testes hodiè, quot videre volunt. Prædixit etiã idem puer paulo pòst se moriturum, & vix vnũ mensem superuixit. Sed mirum valdè de hoc puero erat, quòd omnẽ historiam veterẽ rythmicè depromebat. Textum verò K euangelij & actus Domini ita recensebat, ac si in libro legeret, & acta ab aliis pronuntiaret, qui etiam cũ hoc clausis oculis diceret laicis & illiteratis, vix loqui dignabatur, quasi eorum ignorantiam pertæsus, qui tam profunda intus audierat.

B. Maria sanat infirmos.

Fulco.

Mortuo Balduino rege Hierosolymorum successit Fulco.

Lauduni in ecclesia sancti Ioannis consilio regis & principum monialibus, quæ malè infames erant eiectis, & monachis in earum locum substitutis, Drogo religione & facundia venerabilis à Bartholomæo episcopo primus abbas ordinatur, qui postmodum à Papa Innocentio Romæ Hostiensis episcopus cardinalis consecratur.

1129 3 // 20 // Philippus puer Ludouici Frãcorum regis filius, Remis in regem vngi- // 29 // 1 tur die paschæ 18. calendas Maij, patre præsente.

In Præ-

A | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | Hierosolymitanorum. |

In Præmonstratensi ecclesia Norbertus Archiepiscopus successorem sibi dominum Hugonẽ, qui ab initio paupertatis suæ socius fuerat, ordinari fecit abbatẽ, sed ad Antuerpiensem atque Floreffiensem ecclesiam ad regimen fratrum nominatos patres destinauit.

In ecclesia quoque sanctæ Mariæ apud Magdeburch expositis clericis secularibus sui ordinis fratres collocauit.

Vrsicampi Cœnobium.

Cœnobium Vrsicampi fundatum est à nobilissimo præsule Nouiomẽsi domino Simone, qui Hugonis magni filius fuit. Frater autem Radulphi comitis, & regis Ludouici fratruelis, adducto conuentu Monachorum à Clareualle, & domino Valeranno primo abbate ordinato, qui primus ex nobilioribus personis Clareuallem sua conuersatione illustrauit.

4 // 21 // Honorio Papa defuncto, factis partibus Gregorius & Petrus de Leone ad // 30 // 2 1130

B Papatum eliguntur, & Gregorius Innocentij, Petrus Anacleti nomine alterantur: sed Petro ob parentelæ suæ fortitudinem apud sanctum Petrum cõmorante, Innocentius Roma egressus in Gallias proficiscitur, & Gallicana sibi adhærente ecclesia, conciliis celebratis primò Remis, secundò Pisis in Papatu confirmatur, & Petrus ab omnibus Galliæ & Germaniæ episcopis anathematizatur.

Ioannes piæ memoriæ Morinorum episcopus obiit, eíque Millo abbas sancti Iudoci ex ordine Præmonstratensi succedit.

Roberto quoque Attrecatensi episcopo defuncto, Aluisus abbas ordinatur episcopus in eius loco.

Thomas de Marla.

Thomas de Marla in suo proprio conductu negotiatores dolo capiens à rege Ludouico cum exercitu impetitur, & à Rodulpho Viromandorum comite in vltionem Henrici fratris sui vulneratus & captus, Lauduni moritur.

C 5 // 22 // Philippus puer nuper in regẽ vnctus, dũ in ciuitate Parisiis equo vehitur, porcus // 31 // 3 1131 equi pedibus se fortè submittens, equum super ipsum præcipitem dedit, & de eius subita & miseranda morte Francis luctum induxit tertio idus Octobris.

Ecclesia sancti Medardi Suessionis ab Innocentio Papa consecratur.

Cõcilio Remis habito, prẽsente Frãcorum rege Ludouico, filius eius Ludouicus in regem consecratur à Papa Innocentio octauo calendas Nouembris.

Monasteriorũ varietas.

Sub his temporibus ordo canonicus Præmõstratensis & monasticus Cistercienses, quasi duæ oliuæ in conspectu Domini, pietatis lumen & deuotionis pinguedinem mundo ministrabant, & quasi vites fructiferæ religionis palmites circũquaque propagabant, & per omnes ferè Christiani orbis terminos bonæ opinionis paulatim odore diffuso nouas abbatias vbi antea Dei cultus non fuerat, construebant. Vnde etiam in Syriam & Palæstinam de Præmonstrato fratres missi, nonnullas abbatias ædificauerunt.

D Erátque circa hæc tempora pulchra ac decora facies ecclesiæ diuersorum ordinũ ac professionum circundata varietate, dum hinc Præmonstratenses, hinc Cistercienses, inde Cluniacenses monachi, tum & diuersi habitus & professionis sanctimoniales, & mulieres Deo deuotæ, in continentia atque paupertate sub obedientiæ iugo regulariter viuentes, feruore religionis inuicem prouocarẽt, & noua certatim diuersis in locis monasteria fundarent, cum his etiã monachi Cartusienses, & ipsi paulatim pullulabant, qui præ cæteris continentes pesti auaritiæ, qua plurimos sub religionis habitu laborare videmus, terminos posuerũt, dũ certum numerum hominum, animalium, possessionum, quam eis prætergredi nullomodo liceat, statuerunt, & ipsi singulas singuli cellulas habentes, ac rarò vel ob Dei cultum, vel ob mutuũ in charitate solatium conuenientes, perfectius mori mundo & cæteris tanto diligentius quanto secretius viuere Deo elegerunt. Adhæc etiam milites templi Hierosolymitani.

Milites templi.

Fratres quoque de Hospitali sub religioso habitu continenter viuentes, vbique se multiplicando diffundebant, & quæ poterant, vel de laboribus propriis, vel de fideliũ eleemosynis ad opus Deo militantium infirmorum quorumque ac pauperum Hierosolymam petebant,

E sed præsules ecclesiarũ ac principes sæculi prõptissimè annuebant, vel etiam spõte offerebant terras, prata, nemora, & cætera quæ monasteriis ædificandis necessaria erant.

Pontificis irrisa panitio.

Ecclesia penè sanctæ Mariæ in episcopatu, totáque penè ciuitas Nouiomensis incendio conflagrauit, iusto (vt fertur) infortunio, quia summũ pontificem Innocentiũ verbis irrisoriis multi illorum exhonorauerunt.

Clareuallis duo cœnobia vno die producit, scilicet Longipontum & Rieuallem, & post paucos menses Vacellas.

6 // 23 // Fara castrum à Ludouico Francorum rege obsidione cingitur à nonis Maij // 32 // 4 1132 vsque ad 7. idus Iulij, nec tamen capitur: tandem affinitatis confœderatione pacem inierunt. Iugelrannus quippè eiusdem castri dominus, nepotem Radulphi comitis ex sorore accepit in coniugium.

Anno domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Hierosolymitanorum.

Obiit vir sanctus Hugo Gratianopolitanus episcopus, cuius religiosam admodum vitam conscripsit Gigo prior Carthusiæ.

1133 7//24// Eclipsis solis facta est quarto nonas Augusti feria sexta hora sexta. //33//5

Eclipsis. Luitherius Imperator expeditionem in Italiam parat, & cum episcopis & archiepiscopis ac nominatissimo abbate Clareuallis Bernardo Papam Innocentiũ Romam deducens cõtra Petrum Leonis, qui monasterium sancti Petri munierat, eum in episcopo Lateranensi à sede Pontificali potenter collocat, ipsum verò Luitherium Innocentius Papa ibidem in Imperatorem consecrat.

Norbertus monast. fundator. 1134 8//25// Norbertus archiepiscopus vir potens in opere & sermone, multorum mona-//34//6 steriorum fundator, & sanctæ religionis eximius propagator, Innocentij Papæ catholici æquissimus fautor, Petri verò schismatici iustissimus execrator, cum Imperatore Luitherio ab expeditione Italica regressus in ciuitatem suam, non multo pòst infirmitate corripitur, & G in ea per spatium quatuor mensium laborans, episcopatu sapienter ac fideliter ministrato per annos octo, astantibus fratribus data benedictione moritur.

Cum de sepultura inter clericos maiores ecclesiæ & fratres sanctæ Mariæ cõtentio fieret, res ad Imperatorem delata est, & eius præcepto in ecclesia sanctæ Mariæ cũ filiis & fratribus, quos in Christo genuerat, & Christo ædificauerat, sepultus est, cuius extitit in Christo dormitio octauo idus Iulij.

1135 9//26//Monasterium de Prato fundatum est sub primo abbate Petro, prima plantatio //35//7 quam protulit pater Vvalerannus ex propria domo.

Henricus Angl. Stephanus. Henricus obiit rex Angliæ, vir in regni sui administratione singularis seueritatis atque cẽsuræ, cui Stephanus de sorore nepos in regnum succedit, sed magna parte regni mutilatus, non multo pòst totam Normanniam amisit. Filia enim regis Henrici Matildis, quæ primò nupserat Henrico Imperatori, postmodũ Giffrido comiti Andegauensi ope regis Francorum Ludouici, Normãniæ ducatum occupat, & in ipsa Anglia magnas ei molestias atque calamitates suscitat, quem etiam bello postmodũ cepit, sed pro comite Roberto fratre suo à regina Angliæ capto eum relaxauit. H

Ventus veh. 1136 10//27// Mare terminos suos egressum inopinatè submersit cum habitatoribus suis //1//8 partem Flandriarum.

1137 11//28//Siccitas tanta fuit in Francia, quantam nemo qui tunc viueret se vidisse, vel ab //2//9 antecessoribus suis audisse testaretur, ita & fontes vt putei, quidam etiam fluuij siccarentur.

Imperator Luitherus secundam facit expeditionem in Italiam.

Peregrinatio. Comes Pictauiensis Vvilhelmus ad sanctum Iacobum in Gallicia orationis causa proficiscitur, & in sexta feria parasceue in ecclesia beati Iacobi moritur, & ante altare sepelitur. Qui moriturus proceres suos, quos secum habebat contestatur, vt filia sua maior Alienordis Ludouico iuniori Francorum regi cum Aquitaniæ ducatu vxor traderetur, quam prædictus Ludouicus apud Burdegalam optimatibus regni præsentibus iungit sibi nuptiis quàm solẽnibus: I cuius pater Ludouicus intra eundem ferè mensem apud Parisios defunctus, in ecclesia sancti Dionysij ante corpus ipsius est sepultus calendis Augusti 28. anno regni sui.

Aquit. ducatus aduenit Francis. Ludouicus.

Conradus. Luitherius Imperator pòst subactam Romanæ ecclesiæ infidelitatem Apuliam rediens in patriam suam moritur, & Conradus, qui ante ipsum Imperium affectauerat, Henrici Imperatoris de sorore nepos, ad regnum prouehitur.

1138 1//1//Obiit Drogo bonæ memorię Hostiẽsis episcopus vir religione ac sapiẽtia clarus.//3//10

Petrus Leonis qui per schisma præsulatum Romanæ sedis contra Innocẽtium inuaserat, & ecclesiæ Dei magno scandalo iam per octo annos fuerat, Dei iudicio percussus obiit, & ab eo degradatus ordinari, nec vltra ad sacros ordines promoueri, Innocentius Papa decreuit.

Hoc tempore venerabilis vitæ Alexãder primus abbas mortui maris, se & domum suam tradidit abbati Vrsicampi.

† an. 1137. *Fulg. Pseudoimp.* † *Fulgosus lib. 9. cap. vlt. apud vrbem Selũ aureum.* His tẽporibus † quidam pseudoimperator in partibus Alemãniæ surrexit, qui per aliquot K annos apud † Solodorum in reclusione viuens, egressus inde Imperatorem Henricum se esse mentiendo dixit. Et cum multos seducendo sibi allexisset intrantium, vt pro eo etiam graues pugnæ & homicidia fierent, aliis eum recipientibus, aliis seductorem palàm profitentibus, tandem declarata eius falsitate Cluniaci in monachum attonsus est.

Sãson Carn. 1139 2//2//Ramaldo Remorum archiepiscopo defuncto, ecclesia Remensis per biennium //4//11 ferè pontifice caruit, & tandem hoc anno Samson de clero ecclesiæ Cartonensis Remensem præsulatum suscepit.

Habitaculum seruorum Dei in loco qui dicitur ad Montem Dei, construitur.

Florebat hoc tempore Gallicana ecclesia per viros religione ac sapientia illustres, Milonem Morinensem episcopum, humilitatis virtute præcipuum, Aluisum Attrebatensem, liberalitate

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Siculorum.	Hierosolymitanorum.

A liberalitate atque consilio, & facundia clarum, Godefridum Lingonensem, Hugonem Antissiodorensem, Ioslenum Suessionensem, Giffridum Carnotensem, Albericum Bituricensem archiepiscopum, scientia literarum atque consilij prudentia clarissimum.

Inter hos etiam alios multos tunc claros scientia viros Bernardus abbas Clareuallensis vir opinatissimæ religionis eminentissimè clarebat, qui multorum miraculorum patrator, & verbi Dei feruentissimus prædicator, atque plurimorum monasteriorum fundator, animarum lucra maxima Deo adhibebat, adeò vt magistri scholarum cum magno clericorum comitatu etiam de longinquis regionibus ad eius optabile magisterium confluentes, centenario vel ampliori nouitiorum numero domum probationis implerent, & vno die quadragesimæ monachi fierent.

3 // 3 // Senonis parente rege Ludouico episcoporum & abbatum religiosorum // 5 // 12 1140 *Abaelardus*
fit conuentus contra Petrum Abaelardum, qui quadam prophana verborum vel sensuum
B nouitate ecclesiam scandalizabat, qui ab eis interpellatus, cùm esset respõsurus de iustitia veritus, audientiam apostolicæ sedis appellauit, & sic euadens non multò pòst Cabilloni ad sanctum Marcellum obiit.

Inter regem Ludouicum & comitem Theodebaldum simultatis germen pullulat, pro eo quòd comes cum rege in Aquitanicam expeditionem proficisci detractat.

Frigidi montis monast. Cœnobium sanctæ Mariæ de Frigido monte à piæ memoriæ Valeranno primo abbate Vrsicampi fundatum est, & sub electo patre Manasse.

Hugo Paris. Hugo Parisiensis sancti Victoris canonicus, religione & literarum scientia clarus, & in septem liberalium artium peritia nulli sui temporis secundus, obiit: qui inter multa quæ vtiliter scripsit, etiam librum de sacramentis valdè necessarium duobus voluminibus comprehensium edidit: in cuius libri volumine secundo quiddam mirabile intexuit de quodam peregrino, quem diabolus in specie sancti Iacobi apparens, ad hoc seduxit, vt propria manu
C se interficeret: cúmque eum diabolus secum traheret, sanctus Iacobus superueniens eripuit eum de manu illius, & multa ei ostendens, ante iudicium Dei statuit, atque vt denuò vitæ redderetur, obtinuit. Petente etiam rege Ludouico explanauit hierarchiam sancti Dionysii martyris multis obscuritatibus plenam.

Diabolus peregrinũ ad necem solicitat. Neubrig. ca. 7 l. 5 verũ Angl. dicit damonem pollicitum sanctius, si se adoraret.

4 // 4 Rogerus de Sicilia pòst occupatum Calabriæ & Apuliæ principatum Pa- // 6 // 13 1141
pam Innocentium bello capit, & facta cum eo qualicunque pace, vt ab eo in regem coronaretur, obtinuit. Sicque primus de Normannorum genere regis sibi nomen vsurpauit, & postmodum etiam in Africa nonnullas ciuitates siue prouincias occupauit.

Castrũ Bullonium quod Ramaldus comes iniustè tenuerat, capitur ab episcopo Leodii.

Imperator Constantinopolitanus Antiochia aliquandiu obsessa, pacem tandem cum principe fecit, & ciuitatem intrauit, sed venationi insistens, dum arcum vehementius intendit, toxicata sagitta à semetipso vulneratus in sinistra manu obiit, captis ante nonnullis Turcorum præsidiis, & post eum filius Emanuel Imperium sumpsit.

Emanuel Imp.

D Orta dissensione inter Papam Romanum & Frãcorum regem Ludouicum ecclesia Gallicana turbatur. Defuncto enim Alberico Bituricensi archiepiscopo, missus est Petrus à Papa Innocentio eidem ecclesiæ pastor consecratus, sed à rege Ludouico repudiatus, eo quòd sine eius assensu fuerit ordinatus, in ciuitatem minimè recipitur, cuius partes, quia propter reuerentiam seu voluntatem Papæ comes Theobaldus fouere videbatur, simultásque sopita putabatur inter regem & ipsum, cœpit repullulare.

5 // 5 // 7 // Radulphus Viromandorum Comes vxorem suam dimittit, & soro- // 1 // 14 1142
rem reginæ Petronillam ducit, propter quod instantia Comitis Theobaldi mittitur Romanæ sedis Iuo legatus, qui & Radulphum comitem excommunicauit, & episcopus Laudunensis Bartholomæum Nouiomensem, Simonem & Petrum Sylvanectensem, qui diortium illud fecerant, suspendit.

Obiit pater Valerannus abbas Vrsicampi, fundator duarum abbatiarum, excepta tertia
E quam sibi adoptauit in filiam.

6 // 6 // 8 Ludouicus rex Vitriacum castrum Comitis Theobaldi capit, vbi // 2 // 15 1143 *Peregrinatio pœnitentiæ causa.*
igne admoto ecclesia incensa, & in ea mille trecentæ animæ diuersi sexus & ætatis sunt igne consumptæ, super quo rex Ludouicus misericordia motus ploraſſe dicitur, & hac de causa peregrinationem Hierosolymitanam aggressus à quibusdam æstimatur: Castrũ verò Odoni Campanensi contulit nepoti Comitis Theobaldi, qui patrocinium ab ipso sibi ereptum, per regem Ludouicum hac occasione recuperare voluit.

Obiit Papa Innocentius, cui succedit Vvido Castellanus Celestini nomine alteratus. *Innocent. p.*

Obiit etiam Fulco rex Hierosolymorum, qui dum venationi insistens leporem insequitur ex improuiso sibi apparẽtem, equus cui insidebat, se super eum præcipitem dedit, ipsúmque vita & regno priuauit, post quem filius eius Balduinus cum matre regnat.

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Siculorum.	Hierosolymitanorum.

Pax reformatur inter Papam & regem Ludouicum.

Ventus vehemens. Ventus vehemens 14. calendas Februarij horribili impetu monasteria domósque subruit, arbores annosas terræ coæquans.

1144 7 // 7 // 9 Celestinus Papa quinque mẽsibus & dimidio Papatus functus officio // 3 // 1 decedit, éique Lucius ex Gerardo cancellario Papa factus, succedit.

Mediante abbate Clareuallis simultas quæ inter regem Ludouicum & Comitem Theobaldum incanduerat, sopitur.

Inter regem Angliæ & fautores Matildis Henrici regis filiæ varia sorte confligitur, & regnum illud quod præ cæteris aliquandiu quietum manserat & opulentum, ferro, flamma, fame, miserè decerpitur.

1145 8 // 8 // 10 Edissa Mesopotamiæ ciuitas, in qua erãt corpora Apostolorum Tho- // 4 // 2 mæ & Thaddæi, & quæ idololatriæ sordibus nunquam fuerat polluta, ex quo ad Christianissimum primitus est conuersa, à Turcis obsessa capitur, vbi episcopo ciuitatis decollato, & G sanctis locis prophanatis, & in eis multis nec dicendis abominationibus perpetratis, multa millia diuersi sexus & ætatis trucidantur, diuersis modis cruciantur, captiui abducuntur, & seruituti addicuntur, vnde Christianis metus & tristitia, Christi nominis inimicis fastus creuit & audacia, & hæc quidem malorum initia.

Lucius p. Lucius Papa senatores Romanorum contra ecclesiam erectos in Capitolio obsidet, sed indè per Iordanem Petri Leonis perturbatus, infirmitate correptus, infra annum pontificij sui moritur, cui succedit abbas sancti Anastasii Bernardus, Clareuallensis patris Bernardi in conuersione filius, & Papa vocatur Eugenius, cõtra quem Romani Iordanum Patricium & senatores erigentes, eum ab vrbe deturbant, qui transalpinando in Gallias venit.

9 // 9 // 11 Rex Francorum Ludouicus captæ à Turcis Mesopotamiæ zelo aceen- // 5 // 3 sus, literis etiam Eugenij Papæ animatus, atque vt alij putant Vitriacensis incendij conscientia compunctus, apud Viceliacum affixo sibi crucis signo cum principibus regni & multitu- H *dine innumerabili trãsmarinam peregrinationẽ aggredi proponit. Interim abbas Clareual-*
lis à Papa Eugenio per Gallias missus sua prædicatione animos fidelium ad aggrediendam viam Domini commonebat, cui etiam Dei gratia ad signa facienda Comes efficax erat.

1146 Ecclesia Tornacensis quę per annos circiter 600. à tempore beati Medardi sub episcopo Nouiomensi fine proprio fuerat sacerdote, hoc anno proprium episcopum cœpit habere.

Anshelmo abbate sancti Vincentij Laudunensis à Papa Eugenio Romæ consecrato & eidem ciuitati in episcopum destinato.

Fames permaxima grassatur in Gallia, in qua ecclesiarum Christi enituit liberalis munificentia, quæ in sustentationem pauperum multa expenderunt modiorum millia, quo tempore in Lingonensi parrochia apud Moriandum, vbi pauperes innumeri quotidiana stipe alebantur, quidam homines occidisse, & eorum carnes coctas vẽdidisse deprehensus à pau- I
Carnes humanas vendens strangulatur. Iudæi puerũ crucifigunt. peribus patibulo est appensus.

Apud Nornicum Angliæ ciuitatem Iudæi crucifixerunt puerum quendam Christianum nomine Vvillelmum, quem etiam foras ciuitatem ab eis sepultum diuina lux (vt ferunt) super eum emicans declarauit, sicque à fidelibus inuentus honorabiliter est in Ecclesia positus.

1147 10 // 10 // 12 Conrado rege in purificatione sanctæ Mariæ Frankenefort constituto, // 6 // 4 abbas Clareuallensis tam regi quàm cũctis ferè regni principibus crucis affixit signum, & socij peregrinationis multiplicantur super numerum.

Naualis Dei exercitus ex Anglia, Flandria, atque Lotharingia collectus, secundo idus Aprilis de Tredemunde portu Angliæ cum ducentis ferè nauibus profectus, 4. calendas Iulij in vigilia apostolorum Vlyxisbonam applicuit, & eam post 4. mensium obsidionem per multas cædes & multam maceratione Dei virtute & sua industria capiunt: & cum de ipsis K tãtùm essent tredecim millia, hostium ducenta millia & quingenti, superantes ingressi, cum hymnis ecclesiam dedicantes, episcopum ibi & clericos ordinauerunt. Ad corpora ibi occisorum, tres muti recuperauerunt loquendi vsum.

Conradus rex mense Maio cum multitudine innumerabili & virtute incomparabili peregrinationem aggressus, transito prosperè Bosphoro, dum ad expugnandum Iconium inconsultè diuertit, consumptis terræ germinibus & deficientibus victualibus, suis fame afflictis, redit, & prosequentibus eos Turcis, multa millia suorum amittit.

Rex Francorum Ludouicus 3. calendas Iunij in Pentecosten peregrinationem aggressus, cum infinitis & expeditis suorum millibus, per Hungariam profectus, transito Bosphoro occursu Conradi regis excipitur, qui multis suorũ ob inopiam repatriantibus, paucis comi-

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Siculorum	Hierosolymitanorum.

A comitantibus, à Francis benignè susceptus, & cum eis aliquandiu est profectus, sed ab Imperatore Græcorum à Tiathyra reuocatus, nauibus eius Hierosolymam est euectus.

Eclipsis. Eclipsis Solis fuit octauo calendas Nouembris, die Dominica ab hora secunda vsque ad horam quintam.

11 // 11 // 13 Franci per deserta Syriæ dolo & astu Græcorum & crebro assultu // 7 // 5 1148
Turcorum, detrimenta maxima patiuntur, & fame nimia cruciati quidam equorum & asinorum carnibus vescuntur, sic cum multo labore & damno, multis fame pereuntibus, vix tandem Seleuciam venerunt, & inde Antiochiam & Palæstinam nauibus petierunt.

Rogerus Corinthum spoliat. Manuel rex Græcorum nuncios regis Siciliæ, quos ad eum pro exequendo pacis fœdere miserat, detinuit mãcipatos carcere, vnde iratus Rogerus, misso nauali exercitu Corinthum
B spoliauit cum quibusdam aliis ciuitatibus & castellis in Græcia, & infinitam sumens diuersi generis paludamentorum & vestis pretiosæ substantiam, cum auri & argenti copia captiuauit, & de Græcis nonnulla millia. Cepit etiam Insulam Curfolium, & in eius portu ædificauit forte præsidium. Citeriores Hispani capiunt Almariam, & sequenti anno Tortosam, insignes ciuitates Sarracenorum.

Aluisus Attrebatẽsis episcop⁹, vir honestæ vitæ & sciẽtia clarus, apud Philippopolim obiit.

Simon quoque gloriosus Nouiomensis pontifex, apud Seleuciam diem claudit, cui succedit Balduinus Bolonensis abbas Castellionis.

Eugenius p. A Papa Eugenio Remis 11. calendas Aprilis concilium celebratur, in quo hæreticus quidam de Britannia adductus damnatur, qui se prophetam vel magnum quemlibet, & nomini suo alludens (Eon enim dicebatur) Eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem, se esse dicebat, & de suis quosdam quidem angelos, alios autem apostolos faciebat, & propriis angelorũ seu apostolorũ nominibus appellabat: qui in concilio damnatus, sub custodia Remensis archiepiscopi non multo pòst defunctus vita pariter caruit & me-
C moria.

Eon pseudopropheta Neubrig. lib. 5. rerũ Angl. rum. Contra Gislebertum quoque Pictauorum episcopum, qui cùm esset scholarum magister nominatissimus, multa quidem vtilia scripserat, sed quodammodo noua subtilitate verborum in ipsis suis scriptis scandalizabat ecclesiam, multa sunt dicta & disputata, vnde & quædam quæ defendere non præsumpsit vel non potuit, ab ipso sunt damnata.

Gislebertus Ecclesiam sua subtil. offend. Lauduni 4. nonas Iulij factis tonitruis in monasterio sancti Vincẽtij monachis diurni officij cursum cõplentibus, duo ex eis subitò fulminis ictu corruentes expirauerunt, alij quidem tacti vel territi conualuerunt. Fulmine etiam altaris lintheum adurente, & sacrarium penetrante, & de magna cruce partem quoque clausträlis hostij asportante, tota domus repletur horrore.

Fulmen. In aliis etiam locis hominibus seu hominũ ædificiis vel animalibus fulmine pereuntibus, mala quæ solito grauiora Christianis contingere sunt signata, dicunt etiam Hierosolymis in templo domini siue in monte Oliueti fulminasse, & eius infortunij hoc præsagium fuisse.

Lupi efferantur. D In terirtorio Gebennensi lupus quidam corporis magnitudine & animi ferocitate aliis dissimilis, homines deuorauit, & plusquam 30. animas diuersi sexus & ætatis vita priuauit. In aliis etiam locis hoc anno lupi similiter noscuntur operati.

Hildefonsus Comes sancti Egydij cum nauali exercitu Palæstinam applicuit, & cùm magnum quid facturus speraretur, reginæ (vt aiunt) dolo malè potionatus apud Cæsaream Palæstinæ moritur: filius eius adolescẽs quoddam castrum Comitis Tripolitani patruelis sui ingreditur, sed dolo eiusdem cum sorore à Turcis captiuatur.

Obsessa per triduum Damasco à Francis, Germanis, Hierosolymitanis captis iam muris exterioribus, qui hortos ambiebant cum in breui ciuitas capienda putaretur, dolo (vt aiunt) principum Palæstinorum obsidio remouetur, factáque discessione rex Francorum & Imperator iterum condicto die ad obsidendam Ascalonem cum suis Ioppe conueniunt, sed Hierosolymitis minimè iuxta condictum occurrentibus, Imperator Cõstantinopolim nauiE bus cuchitur, rex suis repatriantibus, cum paucis Hierosolymis per annum moratur.

Franc. in Palæstinam expeditiones. Rogerus rex Siciliæ exercitum naualem direxit ad fines Africæ, captáque insigni ciuitate, quæ dicitur Africa, Suilla, Affax, Clypea, aliisque castris pluribus archiepiscopum Africæ, qui sub seruitute Romam venerat consecrandus, ad sedem suam remittit liberum. Sanctæ memoriæ Malachias Hybernorum episcopus & apostolicæ sedis legatus, volũtate Dei finem vitæ sortitus, apud Clareuallem, sicut ipse prælegerat & prædixerat, locum sepulturæ accepit, cui successit Christianus abbas Mellifontis, vir plurima sanctitate præditus, qui eiusdem sancti viri archidiaconus extiterat, & primus abbas de ordine in Cistercienſi in Hyberniam ab abbate Clareuallis sacræ memoriæ Bernardo fuerat destinatus.

12 // 12 // 14 Papa Eugenius in Italiam regressus, cum Romanis vario euentu cõ- // 8 // 6 1149
fligit.

Anni domini. | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | Siculorum. | Hierosolymitanorum.

Conradus & Manuel Imperatores conuenientes in Græcia expeditionem parãt contra Rogerum de Sicilia, sed exercitibus profligatis ob famem & aurarum intemperantiam, Conradus tanquam rediturus repatriauit in Alemanniam. F

Henrici Ludouici Francorum regis germanus, contempto mundi schemate pro Christo in Clareualle indutus monachali schemate, prouehitur ad episcopatum ciuitatis Beluagicæ.

Eclipsis. Eclipsis Lunæ fuit vndecimo calendas Aprilis circa horam nonam noctis, sabbato ante ramos palmarum, & ventorum intemperies secuta est per quatuor continuos dies.

Fulmina nocuit. Ludouicus Rex Franc. à Græcis capitur. In quarta autem feria ventus maximus & nimia fuit pluuiarum inundatio, qua die in territorio Neomorum iuxta Gandauum sacerdos missa celebrata fulmine ictus occubuit, & in territorio Remensi quidam clericus tempestate periit. Tonitura, fulgura, grandines & tempestates hoc anno hominibus intulerunt incommoda.

Ludouicus rex Francorum à Palæstina nauigans, vt in patriã rediret, Græcorũ naues incurrit, cúmque ab eis Imperatori Curfoliũ obsidenti præsentãdus deducitur, Georgius dux nauium regis Siciliæ eos aggreditur: siquidẽ vastatis & spoliatis Græcorum prouinciis, vsque ad ipsam vrbẽ regiam Constantinopolim accẽdens, sagittas aureas in palatium Imperatoris fecerat, & incẽsis suburbanis, de fructu hortorum regis violẽter tulerat, vnde rediens naues Græcorum incurrit: captis Ludouicũ regem eripuit, sed captos regis obtẽtu dimittit. G

Interim Manuel recepto in deditionem Curfolio, Siculorum naues per suos insequitur, & captis nonnullis nauibus rex fuga liberatur, & à rege Rogero necnon & Papa Eugenio honorificè susciptur atque deducitur.

Raymundus occiditur. Raymundus princeps Antiochiæ, vir cunctis Christiani nominis inimicis terribilis, calendis Augusti contra Turcos egressus, multis suorum captis & occisis, in insidiis eorum & ipse miserabiliter est interfectus. Turci caput eius circumferentes, omnia ferè castra vel ciuitates quæ sui iuris erant, in deditionem recipiunt, præter Antiochiam, qui cum & ipsam nimis infestarent, rex Hierosolymorum Balduinus contra eos egreditur in Syriam, eisque perturbatis in redeundo Sarracenorum munitionem circa Damascum capit, & Damascenos in triennium tributarios facit. H

Gaza reædificatur. Milites templi Gazam antiquam Palæstinæ ciuitatem reædificant, & turribus eam munientes, Ascalonitas grauiter infestant.

1150 13 // 13 // 15 Bartholomæus Laudunensis episcopus 38. anno sui episcopatus con- // 9 // 7
tempto mundi schemate, Fusinaci induitur monachali schemate, qui cum sederet aliquando cum cæteris monachis ad collationem, aspexit quendam monachum tardius atque lentius aliis aduenientem, nigrúmque paruulum iuxta eum gradientem, atque per cucullam eum tenentẽ: quod cũ abbati retulisset, didicit ab eo quòd monachus ille valdè negligens esset.

Habitis per Franciam conuentibus, annuente etiam Papa Eugenio, vt abbas Clareuallis Hierosolymam ad alios prouocandos mitteretur, grandis iterũ sermo de profectione transmarina celebratur, sed per Cistercienses monachos totum cassatur. I

14 // 14 // 16 Lauduni fit episcopus Vvaltherus abbas sancti Martini, & Gode- // 10 // 8
scalcus abbas de monte sancti Martini Attrebati illustres religione & prudentia viri obeunt, Sugerius abbas sancti Dionysij, Ramaldus Cistercij, Odo sancti Remigij.

Episcopi obeunt moribus & scientia clari, Hugo Antissiodorensis, & Iosselenus Suessionensis.

Gifridus Comes Andegauorum post simultates habitas cum rege Ludouico, facta pace, infra vnius mensis spatium obiit.

Obiit etiam nobilis & religiosus princeps & pauperum pater Comes Theobaldus. Multi quoque nobiles hoc anno moriuntur.

Cessitis tractatio. Hanc optimorum virorum migrationem fortè significauit, quod in pago Suessionico eodem anno accidit. Cum enim hyemali gelu terra vehementer induruisset, cespis plurimæ longitudinis & latitudinis de terra subitò auulsus, longè ad alium locum est translatus. K

1151 15 // 15 // 17 Conradus Teutonicorum rex obiit, qui cum quindecim annis re- 11 // 9
gnauerit, benedictionem tamen Imperialem non habuit, cui Fridericus dux nepos eius succedit.

Adalbero Treuerorum archiepiscopus, vir magnanimus & singularis censuræ, obiit.

Terræmotus. Ludouicus Rex Aquit. amittit. Terræmotus fuit in partibus Italiæ.

Rex Francorum Ludouicus zelotypiæ spiritu inflammatus, iurata consanguinitate vxorem suam repudiat, quam quia contra eius voluntatem Henricus dux Normanniæ ducit, magna inter eos simultas excandescit. Hac quippè occasione ducatum Aquitaniæ amisit rex, æmulus autem illius eum obtinuit.

Regina Hierosolymorum iusto familiarius ad inimicos Dei se habente, filius eius Balduinus

A | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | Siculorum. | Hierosolymitanorum. | Anni domini.

Balduinus rex contra eam insurgit, & obsessis captisque eius munitionibus in vrbem sanctam intrare ab ipsa secundò prohibitus, tandem violenter ingreditur, eámque in arce obsidens, facta pace Neapolim ei dimittit, reliquam regni partem sibi retinet.

Massamuti populantur. Massamuti (quos quidam Moabitas dicunt) post vsurpatum Mauritaniæ regnũ, regémq; patibulo affixum, etiam regem Bulgiæ occidentes, regnum eius inuadunt, ipsámq; Siciliam, Apuliam, Romam quoque se inuadere minantur.

Illustris vir Radulphus Comes Viromandorum, obiit.

Eugenius Papa cum Romanis pace facta, vrbem ingreditur, ibíque cũ eis hoc anno primitùs commoratur.

1 // 16 // 18 Rex Fridericus expeditionem parat in Italiam. // 12 // 10 1153 *Fridericus,*

Obiit Papa Eugenius, cui succedit Anastasius.

Rex Francorum Ludouicus cum nimio exercitu Normanniæ fines aggressus, castrum
B Vernum in deditionem recipit.

Interim dux Normanniæ in Angliam contra regem Stephanum fortiter agens, tandem cum eo pacem facit: ita vt viuente rege post eum secundus in Anglia mortuo succedat.

Rex Hierosolymorum regni integritate potitus, Ascalonem Palæstinę caput post lõgam obsidionem non sine graui damno, & multa suorum profligatione, tandem cepit. Fertur autem quia complures ex militibus templi, qui ciuitatem se posse capere putabant, ingressi, & mox trucidati à paganis fuissent, cæteri obsessores ante crucem Domini se prostrauerunt, & diuinum adiutorium cum multis supplicationibus implorauerunt, & mox exaudiri meruerunt. Nam Ciuitatenses diuina virtute exterriti, cum se non posse vltra resistere sensissent, vrbem Christianis tradiderunt, cum suis abire permissi.

Bernardus beato fine quieuit. Venerandæ memoriæ Bernardus abbas Clareuallis, post claros actus, & multarum animarum lucra, post multa fundata monasteria & plurima miraculorum signa exhibita, beato
C fine quieuit, ex cuius discipulis cum plures ad archiepiscopatum vel etiam Papatum promoti fuerint, ipse tamen nunquam episcopus sibi archiepiscopus esse voluit, licet atque inuitatus & multoties & multis in locis.

Vrbem Cameracum post multorum ciuium captionem Theodericus Flandriæ Comes recepit.

Gualterus obiit. Vir religiosus Vvalterus Laudunensis episcopus multarum fundator abbatiarum migrat ad Dominum, & Præmonstrati sepelitur, vbi quõdam pro Christo paupertatis sumpsit habitum, cui succedit Gualterus Laudunensis decanus.

2 // 17 // 19 Princeps vtilis & strenuus & actibus clarus Rogerus rex Siciliæ post in- // 13 // 11 1154
signes de Sarracenis victorias & terras eorũ occupatas obiit, nec inferiorem se filium Guillelmum regem & victoriarum successorem derelinquit.

Regem Babyloniorũ quidam de suis principibus interficit, & inde cum infinita thesaurorum copia fugiens, à militibus templi occiditur, & capto filio eius, omnis illa opulenta &
D incomparabilis supellex eorum cedit vsibus.

Guilel. rex Siciliæ. Guillelmus rex Siciliæ misso nauali exercitu vrbem Taneos in Ægypto vastat & spoliat, vnde magnæ opes auri & argẽti ac pretiosæ vestis copia multa deducitur, sed inde reuertentes stolum Imperatoris Græcorum offendunt, & cũ essent de Græcis circiter 146. naues, Siculæ numero pauciores eos vincũt, spoliant & capiunt, & infinitæ opum diuersarum copiæ Siculis inde proueniunt.

Massamuti in Italia Puteolis castrum spoliant, quos rex Siciliæ per suos nauibus persequens capit & exterminat.

Rex Fredericus transalpinando in Italia fortiter agit, aduersantium sibi castra deiicit.

Rex Francorum Ludouicus Henricum ducem Normanniæ ad pacem recipit, qui in breui mortuo rege Stephano Angliam intrat, & regni integritate potitus, pacem antiquam reformat.

Rob. de Botua crudel. Robertus de Botua vir omni plenus nequitia nepotum suorum castra ingressus, dolosè
E tyrannidem exercet in terra, qui spiritu etiam zelotypiæ succensus, quendam hominẽ suum satis fidelem cum alio viro & vna muliere intra domunculam comburendos iubet ineludi: illi verò instar antiquorum trium puerorum domo ardente, & flamma super capita eorum in modum lucidæ nubis volitante, illæsi permanserunt, quos foras egressos cum persequerẽtur, iniquus ille minister cui dominus suus hoc facinus iniunxerat, & euaginato gladio vnum ex eis ferire voluisset, repentè quædam iuuisibilis persona retrò eum per comam capitis apprehendit, & cum equo cui insedebat in terram præcipitem dedit, vnde & mox ad sanctum Iacobum se iturum esse spopondit, sed & illi quos propria conseruauit innocentia, gratiã Dei non in vacuum accipientes, vitam suam in melius mutauerunt.

Ignis non lædit innocẽtes.

Peregrinatio.

Obiit Papa Anastasius & episcopus Albanensis, Nicolaus Papa fit Adrianus.

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Siculorum.	Hierosolymitanorum.

Luna passa est eclipsin 11. calendas Iunij, in posterioribus partibus geminorum.

1155 3 // 18 // 20 In partibus Burgundiæ 25. calendas Februarij tertia feria ter in vna no- // 14 // 12 cte fuit terræmotus, quo etiam diuersa ædificia dicuntur fuisse subuersa. *Terræmotus.*

Moritur etiam Gislebertus episcopus Pictauensis, vir religiosus, & multiplicis doctrinæ, qui psalmos & epistolas Pauli luculenter exposuit. *Gislebertus.*

Ludouicus rex Francorum gratia orationis perrexit ad sanctum Iacobum de Gallicia, & ab Imperatore Hispaniarum socero suo fauorabiliter in Hispaniam susceptus est. *Peregr. ad D. Iacobum.*

Henricus dux Normannorum 7. idus Decembris in Angliam transfretans, cum magno tripudio clericorum & laicorum exceptus, & 13. calendas Ianuarij die dominica ante natiuitatem Domini apud Vvestmonasterium ab omnibus electus, & in regem vnctus à Theobaldo archiepiscopo Cantuarensi. *Henr. dux Nor. Anglię rex coronatur*

Affuerunt & episcopi omnes Anglici regni, Rogerius archiepiscopus Eboracensis, Richardus episcopus Lundonensis, Henricus Vvintonensis, Robertus Lincoliensis, Gualterus Cestrensis, Gislebertus Herefordensis, Robertus Batensis, Ioannes Vvigornensis, Robertus Exouiensis, Hylarius Cestrensis, Goscelinus Salesberiensis, Gualterus Roffensis, Nigellus Heliensis, Vuilhelmus Noruuincensis, Adalulphus Carlinensis. G

Affuerunt & de Normannia vir religiosus ac timens Deũ Hugo archiepiscopus Rothomagensis, Philippus Baiocensis, Arnulphus Lexouiensis, Herbertus Abrincacensis, episcopi.

Affuerunt Comites regni illius, & regni Francorum.

Theodericus Comes Flandrensis, & alij plures.

Facta est eclipsis lunæ Dominica ante natalem Domini.

1156 4 // 19 // Rex Henricus cœpit reuocare in ius proprium vrbes, castella, villas quæ ad co- // 1 ronam regni pertinebant, castella nouiter facta destruendo & expellendo de regno maximè Flandrensi, & deponendo quosdam imaginarios & pseudocomites, quibus rex Stephanus omnia penè ad fiscum pertinentia minus cautè distribuerat. *Henricus 2.* H

Factus est terræmotus 15. calendas Martij, maximè in Burgundia, adeò vt ter in nocte festiuitatis sanctæ Priscæ virginis sentiretur apud Cluniacum: & quoddam castellum quod erat desertum, haud procul à Cluniaco situm absorptum iret in abyssum, & spatium in quo castellum fuerat, repleretur aqua inæstimabilis profunditatis. *Terræmotus.*

Natus est Lugdoniæ pridie calendas Martij, feria secunda tertius filius Henrico regi Anglorum, ex vxore sua regina Alience, & vocatus est Henricus.

Henricus rex Anglorum exhæreditauit Vilhelmum Peurel de Notingueham causa beneficij: quod fuerat propinatum Ramulpho Comiti Cestriæ: in consortio huius pestis plures participes & conscij extitisse dicuntur.

Hoc anno frequenter terræmotus per totam quadragesimam accidit in Burgundia.

Octauodecimo calendas Maij feria quinta, etiam apud montem sancti Michaëlis terræ motum sensimus ante solis ortum.

Mortuo Roberto Exouiensi episcopo, successit Robertus decanus Salesberiæ. I

Mortuus est Balduinus de Rediuers, & succedit Richardus filius eius.

Dominica post octauas paschæ, videlicet 4. idus Aprilis, Henricus apud Vvarengefort fecit optimates Anglici regni iurare fidelitatem Vvilhelmo primogenito suo de regno Angliæ, & si idem puer immatura morte occumberet, Henrico fratri suo.

Sopita discordia quæ erat inter regem Anglorum Henricum & Rogerium filium Milonis de Glocestriæ, propter turrem Glocestriæ Hugo de Mortuo mari vir arrogantissimus, & de se præsumens, muniuit castella sua contra regem: illicò rex Henricus obsidet omnia castella ipsius, id est Bruge, Vvigemore, Clerberi, quorum vltimum post aliquantulum temporis cepit & destruxit.

Quintodecimo calendas Iulij prima hora noctis eclipsis Lunæ accidit.

Mense Iulio nonis eiusdem Hugo de mortuo mari pacificatus est cum rege Hẽrico redditis castellis Bruge & Vvigemore. K

Garnerius abbas Maiorismonasterij moritur, & succedit Robertus natione Brito.

Mortuo Rogerio filio Milonis de Glocestria, successit ei Vvaltherius frater eius in paternam hæreditatem tantùm: nam comitatum Herefort & ciuitatem Glocestriæ rex Henricus retinuit in manu sua.

Fridericus rex Alemannorum Romam perrexit, & ab Adriano Papa contra Romanorum voluntatem receptus, & in ecclesia beati Petri in Imperatorem ab eo est constitutus. *Frider. Imp.*

Volens autem vltra progredi, scilicet in Apuliam, (condixerant enim sibi per legatos suos ipse & Emanuel Imperator Constantinopolitanus, qui duxerat vxorem eius, vt veniẽtes ex diuersis partibus pessundarent regnum Apuliæ & regem eius Vuillermũ,) mutata eius voluntate in patriam suam se recepit, nec tamen Vvillermo regi Apuliæ bellum defuit.

Nam

Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Anni domini.

Nam Robertus de Baseuilla Comes, qui erat cognatus eius, & Richardus de Ling. Comes Andriæ putantes regem mortuum, cum non esset (ægrotauerat enim, sed tamen postea conualuit) per regnum Apuliæ grauiter debacchati sunt.

Circa festũ sancti Michaelis Henricus rex Anglorũ habito consilio apud Vvinceſtrũ de conquirendo regno Hyberniæ & Guillelmo fratri suo dando cũ optimatibus sujs tractauit: quod quia matri eius Imperatrici non placuit, intermissa est ad tempus illa expeditio.

Henricus episcopus Vvintonensis clàm præmisso thesauro suo per abbatem Cluniacum absque licentia regis, & quasi latenter recessit ab Anglia, illicò rex Henricus omnia castella eius pessundedit.

1157 5 // 20 // Henricus rex transfretaturus apud Donram, mare intrauit, & appulit apud // 2 Vvisant.

In purificatione sãctæ Mariæ fuit Rothomagi, & insequẽti hebdomada locutus est cum B rege Francorum Ludouico in confinio Normanniæ & Frãciæ: indè rediens Rothomagum, venerunt ad eum Tetricus Flandrensis Comes & vxor eius amita ipsius regis, & Gaufridus frater eius: sed Gaufrido non suscipiente ea quæ illi à rege offerebantur, recessit in Andegauensem pagum, & rex Henricus è vestigio illum subsequutus est. *Tetricus.*

Circa hoc tempus inundatione Tyberis facta nõ modica Romæ in quadam Insula eiusdẽ fluminis, in ecclesiola antiqua inuentum est in quodam sarcophago corpus beati Bartholomæi Apostoli totũ integrum, excepto corio quod remãsit Beneuenti, quando Otto Imperator capta eadem ciuitate corpus prædicti apostoli transtulit Romam, sicut tabulæ æreæ demonstrant scriptæ literis Græcis & Latinis, quæ repertæ fuerunt in corpore apostoli. *Bartholomæi corpus & coriũm.*

Repertum est etiam in eadem ecclesia corpus Paulini Nolani episcopi.

Gaufridus frater Henrici regis Anglorum expulso Hocllo comite Britanniæ cepit Nanneticam ciuitatem consentientibus ciuibus.

C Guillelmus rex Siciliæ ciuitatem Barum funditus euertit, præter ecclesiam sancti Nicolai, quia ciues illius Græcis fauentes nequissimè contra ipsum conspirauerant.

Græcos etiam terra & mari idem rex superauit, & de spoliis eorum locupletatus est, & ea quæ perdiderat castella & ciuitates in ius proprium reuocauit. Exhæreditauit etiam Comitẽ de Baseuilla cognatum suũ, quia ab ipso desciuerat. Nihilominus cũ Papa Adriano pacem fecit, concedendo ei consecrationes episcoporum regni sui, & ducatus, sicut antiquitus eas habuit ecclesia Romana, vnde discordia fuerat inter patrem suum regem Rogerium & Innocentium, & Eugenium, Romanos pontifices. Idem verò apostolicus concessit ei regnum Siciliæ, & ducatum Apuliæ, & principatum Capuæ.

In octauis Pentecostes Hugo Rothomagẽsis archiepiscopus, & Rotrocus Ebroicẽsis, & Richardus Constantiensis, & Herbertus Abrincensis episcopi, apud Moritonium leuauerũt corpus beati Firmati. *Firmati corpus leuatur.*

D In Pago Parisiẽsi cappa Saluatoris nostri monasterio Argentoilo reuelatione diuina reperta est inconsutilis & subrufi coloris, quam sicut literæ quæ in ea repertæ indicabant, gloriosa mater illius fecit, dum adhuc puer esset. *Tunica christi Argentoilensis.*

Tertio calendas Iunij, feria 4. vigilia Ascensionis Domini circa meridiem, per dimidiam ferè horam circulus maximæ latitudinis apparuit in circuitu solis ignei & cærulei coloris.

Obiit Vuilhelmus progenitus filius Henrici regis Anglorum, & sepultus est Radingis ad pedes Henrici regis proaui sui.

Obiit nihilominus Adalulphus primus episcopus Decarloi.

Obiit etiam Gislebertus Degant, & Simon iuuenis filius comitis Simonis cùm careret terra, dono regis Henrici accepit filiam eius vnicam cum honore eius.

Henricus rex Anglorum cepit castrum Mirebellum, & Chuionem longa obsidione: Londinium verò est redditum, quando pacificatus est cum eo Gaufridus frater eius, hac conditione interposita, quòd rex daret ei singulis annis mille libras Anglicæ monetæ, & duo millia librarum Andegauensium, & ita Deo fauente discordia quæ diu durauerat inter eos, mense E Iulio sopita est. *Henricus Angl. cum fratre pacisci-tur.*

Mortuo Alano episcopo Redonẽsi successit ei Stephanus abbas sancti Florentii vir literatus & eloquens.

Obiit etiam Iugelbandus archiepiscopus Turonensis, & successit ei Gotho Brito episcopus sancti Briocci.

Conradus comes de Richemont veniens de Anglia in minorem Britanniã obsedit vrbẽ Redonensem, & cepit, fugato Eudone vicecomite vitrico suo.

Hoc anno fulgura & tempestates mense Iulio frequenter in Normannia acciderũt, vnde in pluribus locis messis periit, & homines fulgurati interierũt: subsequuta est abundãtia pluuiæ, quæ cœpit medio mẽse Augusti, quæ impediuit & collectionẽ messiũ, & subsequentem

Anni domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.

Tempestates annuæ.

seminum sparsionem. Ex qua iugi inundatione pluuiarum, quæ diu durauit, multæ turres & ecclesiæ & antiquæ maceriæ in Normannia & Anglia corruerunt.

Radulphus de Fulgeriis cepit in quodam conflictu Fudonem vicecomitem de Porrehoit, & hac de causa maior pars Britannorum receperunt comitem Conauum in ducē Britanniæ, excepto Ioanne Dolēsi, qui adhuc pro viribus Conauo & coadiutoribus eius resistit.

Fridericus Imperator Alemannorum ducit filiam Vvilhelmi Comitis Mascouensis, & cepit cum ea ciuitatem Vesontionem, & alias multas, quas pater eius tenuerat de duce Burgundiæ.

Pars tamen honoris illius quædam remansit Ramaldo Comiti patruo eiusdem puellæ.

Pet. cluniac. moritur. 1158 6//21// Venerabilis Petrus Cluniacensis abbas calēdis Ianuarij ingressus est viam //8//3 vniuersæ carnis.

Guil. Sicil. Sibyllā vrbem capit.

Guillelmus rex Siciliæ nauali expeditione per admiralios suos cepit Sibyllam ciuitatem G Metropolim, sitam inter Africam & Babylonem. Est autem eadem ciuitas caput regni insulæ Gerx, in qua idem rex habitatores immisit Christianos, & eis Archiepiscopum præfecit.

Sabbato infra octauas paschæ in Abrincatino villa, quæ vocatur Landa Aronis circa meridiem quasi de terra emergens turbo maximus, quæque proxima inuoluit & rapuit. Ad vltimum quasi quædam columna rubei & cærulei coloris sub turbine ascendente in sublime steterit, & videbantur & audiebantur quasi sagittæ & lāceæ in ipsa colūna defigi, licet non appareret intuentibus, quis eam agitaret, & in turbine qui stabat super columnam apparebant quasi diuersæ species volucrum in eodem volitantium.

Conflictus in nube.

Subsequuta est illico in eadem villa mortalitas hominum, inter quos & dominus villæ occubuit. Nec solùm in villa, sed etiam in multis locis Normanniæ & finitimarum regionum mortalitas hoc anno grassata est.

Monachi claustrales Cluniaci tumultuaria electione imò intrusione quendā semilaicum Robertum Grossum cognatum comitis Flandriæ pro parentela sua elegerunt, reclamanti- H bus maturioribus viris & honestis personis, quæ de eodem monasterio ad pastoralem curam assumptæ fuerant.

Obiit Girardus episcopus Sagiensis.

Henricus rex Anglorum post octauas paschæ apud Barbe fluuium transiuit in Angliam, & Malchonius rex Scotorum reddidit ei quicquid habebat de dominio suo, id est, ciuitatem Carluith, castrum Baembure, nouum castrum super Tynam & comitatū Lodoensem, & rex reddidit ei comitatum Huntedome.

Similiter Vuilhelmus filius Stephani regis, qui erat comes ciuitatis Constantiarum, id est Moritonii, & in Anglia comes Furreiæ, id est, de Vuarenna propter filiam tertii Guillelmi de Vuarenna, quam duxerat, reddidit ei Peneitesel, & Noruuich, & quicquid tenebat de corona sua, & munitiones proprias tam in Normannia quàm in Anglia, & rex fecit eum habere quicquid Stephanus pater eius habuit in anno & die quo rex Henricus auus eius fuit viuus & mortuus. I

Hugo Bigotus castella sua regi reddidit.

Terricus Fl. Hiero. pergit.

Terricus comes Flandrensis, & vxor eius amita Henrici regis Anglorum perrexerunt Hierusalem, & dimiserunt Philippum filium suum, & totam terram suam in manu Henrici regis Anglorum.

Circa festiuitatem sancti Ioannis Baptistæ, rex Henricus præparauit maximam expeditionem, ita vt duo milites de tota Anglia tertium pararent ad opprimendum Gallensem terra & mari.

Agareni ciuitatem Almariam in Hispania super Christianos, quam amiserant obsidione, cum nonnullis castellis iterum ceperunt, fugato Auforsio Imperatore Hispaniarum. Mors ipsius Imperatoris subsequuta est præ dolore & pudore eiusdem fugæ, & discordia inter filios suos facta est.

Dopposito Roberto abbate Cluniacensi, & mortuo & sociis suis in reditu à Roma, Hugo K prior Clausirensis factus est abbas Cluniacensis.

Ruptis induciis quæ erant inter Balduinum & regem Hierosolymitanorum, & Loratini filium Sangū regem Alaxriæ, propter prædam Sarracenorum quam rex Balduinus inconsultè ceperat, Pagani obsederūt ciuitatem Abilinam, quæ antiquitus dicta fuit Cæsarea Philippi, & omnes vicos destruxerunt præter principalem munitionē, sed tamē aduentu viuificæ crucis & exercitu Christianorū recedentibus perfidis, ad tempus iterum venerunt, & regem Balduinum, qui iam copias sui exercitus dimiserat, nihil minus quàm insidias sperātem imparatum inuenerunt, & trucidatis multis ex militibus templi qui soli cum eo remanserant, idem rex vix cogi potuit vt recederet. Hunc casum Christianorum terræmotus subsecutus est, maximè in transmarinis partibus. Stolus etiam Amiralij Babyloniæ per mensem vnum

A	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Anno domini.

vnum obsedit Accaron, cùm anno præterito & de Babylone & de Damasco rex Hierusalem habuisset tributum.

Amalricus Comes Ioppe frater regis Balduini duxit filiam Goscelini de Tornaissel, qui quondam fuerat antequam eam Agareni cepissent, Comes Rages, quem moderni nunc Rohais vocant. *Rages seu Rohais.*

Henricus rex Angliæ subiectis ad libitum Vvallēsibus, & restitutis terris & munitionibus Baronibus suis, quas tempore Stephani regis Vvallenses super eos ceperant, extirpatis nemoribus & viis patefactis castrum Ronelent firmauit, & dedit illud Hugoni de Bellocampo, & aliud castrum, scilicet Becsumgemerce fecit, & inter hæc duo castra vnam domum militibus templi.

Mense Septembri natus est Henrico regi Angliæ filius, & vocatus est Richardus.

B 7//22// Fredericus Imperator Alemannorum post Pascha transiens Alpes obsedit vrbem //4 1132 *Fred. Imp. Mediol. obsidet.* nobilissimam Mediolanum, & post longam obsidionem reddita vrbe & obsidibus datis processit vlterius ad oppressionem si posset Vvilhelmi regis Siciliæ.

Mortuo Seuche rege maiore Hispaniarum, successit ei filius suus natus ex filia Garsiæ regis Nauarrorum.

Moritur etiam Gaufridus Archiepiscopus Burdegalensis vir religiosus & verbi Dei seminator egregius. *Gaufr. Burdeg.*

Decessit nihilominus Theobaldus Episcopus Parisiensis.

In festiuitate sancti Ioannis Baptistæ Henricus rex Anglorum militaribus armis accinxit apud Carluid Vvillelmum filium regis Stephani comitem Moritonij & de Vvarenna, quem comitatum habet propria filia comitis de Vvarēna, quam duxerat. Qui Vvilhelmus mortuus fuerat in expeditione Hierosolymitana.

Anno ab incarnatione Domini 1157. 15. Kalendas Iulij processit cōuentus cum abbate suo C Richardo de Blosseuilla à Mortuo mari missus à Domino Stephano tūc abbate Mortui maris, & venit in hunc locum qui dicitur Botum, situm in territorio Rothomagēsi. Multis næmque precibus Matildis imperatrix filia magni Henrici regis Angliæ & mater illustris Hērici regis Angliæ, à prędicto Stephano abbate Mortui maris obtinuit, vt cōuentus inde mitteretur ad construendam abbatiam Cisterciensis ordinis, ad laudem & honorem Dei & beatæ Mariæ omniúmque sanctorum.

Mortuo Gaufrido comite Nannetensi fratre Henrici regis Anglorum mense Iulio, Henricus rex mense Augusto transfretauit in Normanniam, & locutus cum rege Francorum Ludouico super Ettam fluuium de pace & de matrimonio contrahendo inter filium suum Henricum & filiam regis Francorū Margaritam, & præstitis hinc inde sacramentis, rex Anglorum venit in Argentomagum, & in festo natiuitatis Mariæ virginis ibidem iussit submoueri exercitum totius Normanniæ, vt essent apud Abrincas in festiuitate sancti Michaëlis ituri *D. Michaelis festū Abrincis agūt reges Franc. & Angl.* super Conanum ducem Britanniæ, nisi redderet regi ciuitatem Nanneticam, quam in- D uaserat.

Exindè rex euocatus à rege Francorum, cum paucis venit Parisios, & inestimabili honore à rege Ludouico & Constantia regina & à proceribus regni exceptus est, gaudentibus Frācis, & de pace duorum regum & de aduentu tanti hospitis tripudiantibus. Ipse autem magnificè & dapsiliter se agens circa omnes, & maximè circa Ecclesias & pauperes Christi, nusquam in aliqua Ecclesia cum processione voluit susci pi, licet à rege Francorum, imò penè ab omnibus & precibus & obsecrationibus, vt id ageret, cogeretur. Inde rediens filiam regis Francorum secum adduxit, & eam ad custodiendum & nutriendum Roberto de Nouoburgo fideli suo tradidit.

Mense Septembri nono Kalendas Octobris natus est filius Henrico regi Anglorum, & vocatus est Gaufridus.

In festiuitate sancti Michaëlis venit Conanus Comes Redonensis, & sui Britanni cum eo E Abrincas, & reddidit regi vrbem Nannetis cum toto comitatu Mediæ valente (vt fertur) 60. millia solidorum Andegauensis monetę. Inde venit rex ad Mōtem sancti Michaëlis, & audita missa ad maius altare, concessit Ecclesias Pontis Vrsonis sancto Michaeli & abbati & Monachis eiusdem loci præsente Roberto abbate & Radulpho priore & pluribus aliis, ipsa die perrexit ad Pontem Vrsonis, & diuisit ibi ministris suis & ordinauit, quomodo castrum illud reædificaretur, inde discedens cum manu armata perrexit ad recipiendum vrbem Nannetis. Qua accepta & dispositā ad libitū paucis interpositis diebus cum innumerabili exercitu tertia feria obsidit castrum Toarci, & sexta feria eiusdem septimanæ cepit.

Post aliquantulum temporis perrexit obuiam Ludouico regi Francorum, venienti gratia orationis ad Montem sancti Michaëlis de periculo maris, quem ex quo intrauit in ducatum Normanniæ deduxit, & suis impensis decentissimè procurauit.

Anno domini. | Romanorum. | Francorum. | Anglorum.

In festiuitate verò beati Clementis die Dominica venerũt vterque rex ad montem beati Archãgeli,& cum magno tripudio tam clerici quàm populi itum est regi Frãcorum obuiam. In ipsa autem processione excepto conuẽtu Monachorum & clericorum & plebe innumera, fuerunt duo summi pontifices, vnus Archiepiscopus & alter Episcopus,& quinque abbates. Audita missa redierunt Abrincas, deducente illum rege & innumeris regiis muneribus tam illum quàm suos vsque ad fines sui ducatus prosequente.

Mense Decẽbri concordati sunt rex Henricus & Comes Blesensis Theobaldus cognatus eius,hoc modo: Comes Theobaldus cognatus regis reddidit regi duo castra,Ambazium & Fractamvallem. Et Rotrocus Comes Moritoriæ sororius eius: siquidem vnam sororum eius Odo dux Burgũdiæ,aliã prædictus Comes Rotrocus,qui vsitatius dicitur Comes Particẽsis, tertius Vvilhelmus Goiet. Hic inquam Rotrocus reddidit Henrico duci castra regi molinas & bonum molinum, quæ erant dominia ducis Normanniæ, sed post mortem regis Henrici Rotrocus Comes pater huius Rotroci occupauerat ea. Rex autem Henricus cõcessit eidem Rotroco Bellismum castrum, & ille fecit regi propter hoc homagium.

Rotrocus.

Magorum corpora.

Eodem anno inuenta sunt trium Magorum corpora, qui salutarem nostrum infantem adorauerũt in Bethlehem,in quadam veteri capella iuxta vrbem Mediolanum,& pro timore Frederici Imperatoris Alemannorum, qui eandem vrbem veniebat obsidere, leuata & in ciuitate posita.

Balduinus rex Hierosolymitanus cepit super Paganos Cæsaream magnã Palæstinæ haud procul sitam ab Antiochia, cepit etiam castrum Harenæ, quod commendauit Remaldo de sancto Vvalerico.

1160 8//23// Rex Henricus egit solennitatem natalis Domini cũ regina Alienora apud Cæsaris//5 burgum, quæ paulo ante transfretauerat in Normanniam.

Henr. Angliæ Raymundo pacisciter.

Henricus rex Anglorum & Raymundus Comes Barcinonum apud castrum Blauiam amicitiæ fœdus datis sacramentis hoc pacto inierũt,quòd Richardus filius regis filiã comitis tempore opportuno esset ducturus,& rex ducatum Aquitanię illis exactis nuptiis cõcessurus. Siquidem hic Raymundus est vir præpotẽs & diues, vtpote qui regnum Arragonũ habebat ex hæreditate coniugis suæ, ex paterna autem hæreditate Comitatum ciuitatis Barcinonæ. Vt enim aliquantulum ad transacta redeamus, Sanctio rex Arragonum genuit tres filios,qui sibi viciſſim succesſerunt,Sanctionem, Aufortium, Remelium. Duobus verò primogenitis sibi inuicem succedentibus & absque filiis decedentibus, ne regnum illud ab extraneis occuparetur,Remelium Monachum etiam iam senem licentia Romani pontificis à monasterio abstractum regem fecerũt,& vt hæredem haberet,Matildem matrem Vvilhelmi vicecomitis Toarci illi associauerunt, ex qua genuit vnam filiam, quam Raymundus prædictus Comes duxit, de qua nata est ista puella, quam filio regis diximus copulandam: & filius eius primogenitus Arragonum rex futurus. Siquidem ipse Comes quamuis haberet regnum Arragonum,& posset rex fieri si vellet,omninò recusauit regnũ,reseruans filio suo quod accidebat ei ex materna genealogia.

Sãctio Arrag.

Remelius Monachus rex creatur.

Hoc etiam anno sicut & præcedenti Fredericus Imperator Alemannorum vrbem Mediolanensem obsedit, quia rebellauerant aduersus eum iidem Mediolanenses: Papiæ & Placentiæ turres deiecit, & ferè omnem Longobardiam ad libitum sibi subiecit.

Mediante autem quadragesima rex fecit submoueri exercitus totius Normãniæ, Angliæ & Aquitaniæ,ac cæterarum prouinciarum, quæ sibi subditæ sunt, quia Raymundus Comes Egroij nollet ei reddere ciuitatem Tholosæ,quam rex requirebat sicut hæreditatẽ vxoris suę Alienoræ reginæ: siquidem Robertus Comes Moritonij vterinus frater Vvilhelmi regis qui regnum Angliæ subiugauit, habuit vnum filium nomine Vvilhelmum, qui ei succesſit,& apud Tenerchebray à rege Anglorum primo Hẽrico in bello captus est,& tres filias, quarum vnam duxit Andreas de Vitreio, aliam Cuido de Laual, tertium Comes Tholosanus frater Raymundi comitis sancti Egroij, qui in expeditione Hierosolymitana viriliter se habuit. Genuit autem ex ea Comes Tholosanus vnam solũmodò filiam, quam Vvilhelmus Comes Pictauensis & dux Aquitanorum mortuo patre prædictæ puellæ cum hæreditate propria,scilicet vrbe Tholosa & Comitatũ Tholosano duxit vxorem, ex qua genuit idem Vvilhelmus filium Vvilhelmum nomine, qui ei succedit, qui pater fuit Alienoræ reginæ Anglorum. Si quis autem requirit, quomodo postea Comes sancti Egroij habuit ciuitatem Tholosam, nouerit quòd prædictus Vvillelmus Comes Pictauensis,inuadiauit eandẽ ciuitatẽ Raymũdo comiti sancti Egydij patruo vxoris suæ, propter pecuniam, quam idem Guillelmus in expeditione Hierosolymitana exponit, vnde idem Raymũdus in libro eiusdem expeditionis nũc Comes sancti Egydij,nunc Comes Tholosanus vocatur, quo mortuo habuit eandem vrbem Auforsius filius eius, qui apud Hierusalem mortuus est eodem tempore quo Ludouicus rex Francorum gratia orationis illuc perrexerat. Similiter etiam Raymundus filius eius qui ei suc-

Tholosa obsidetur.

ci succeſſit,qui habuit in coniugio Constantiam sororem Ludouici prędicti regis Frãcorum. relictam scilicet Eustachij Comitis filij Stephani regis Anglorum. Rex igitur Henricus iturus in expeditionem prædictam,& considerans longitudinem & difficultatem viæ,nolẽs vexare agrarios milites, nec Burgensem nec rusticorum multitudinem,sumptis 60. solidis Andegauensibus,in Normannia de feudo vniuscuiusque loricæ,& de reliquis omnibus tã in Normannia quàm in Anglia,siue etiam aliis terris suis,secundum hoc quod ei visum fuit. Capitales barones suos cum paucis secum duxit,solidarios verò milites innumeros. Ad illam verò expeditionem cum reliquis transmarinis venit Malconius rex Scotiæ,& à rege Henrico cingulo militiæ ibidem accinctus est. Durauit autem expeditio illa ferè per tres mẽses. Et quãuis rex Henricus cepisset vrbem Cadurcum, & maior pars ducatus Tholosani sibi esset subdita vi vel timore,vrbem tamẽ Tholosam obsidêre,deferens honorẽ Ludouico regi Francorum, qui eandem vrbem contra Henricum regem Angliæ muniuerat, & die ac nocte volens ferre auxilium Raymundo sororio suo,custodiebat. Vnde graues inimicitiæ inter ipsum & regem Anglorum ortæ sunt,cum videret sibi regem Francorum nocere,de cuius auxilio plurimum cõfidebat. Remittit itaque rex Henricus comitem Theobaldũ qui ei fauebat,vt inquietaret regnũ Francię. Sed Henricus Episcopus Beluacẽsis,& Comes Robertus Dominus Dorcasini castri fratres regis Francorum ei restiterunt,& in margine ducatus Normãniæ aliquos flãma & rapina vexauerunt,Normannis sibi talionem reddentibus.

Rob. de Nouoburgo.

Mense Iulio Robertus de Nouoburgo dapifer & iustitia totius Normanniæ aduersa valetudine tactus,gibbum cameli deposuit,videlicet innumeras diuitias Ecclesiis & monasteriis & pauperibus diuidens,& ad vltimum in monasterio Becci,quod præ omnibus diligebat,habitum Monachi sumẽs, per vnum mensem ibi pœnitẽtiam fructuosam egit,& tertio Kalẽdas Septembris hominẽ exuit, sepultus in capitulo Becci,quod ipse propriis sumptibus mirificè ædificauerat.

Gibbus cameli diuitiæ.

Mortuo venerabili Milone Episcopo Taruanensi electus est Milo Archidiaconus eiusdem Ecclesiæ Canonicus regularis,sicut decessor eius fuerat,quem cum Samson Archiepiscopus Remensis vellet sacrare, clerici ciuitatis Boloniæ,qui diu sub Episcopo Taruanensi fuerant, volentes amodo suum propriumEpiscopum habere sicut antiquitùs habuerant, prohibuerũt Archiepiscopum sub appellatione Apostolica,ne eum sacraret, nisi tantummodo ad titulum Taruanensis Ecclesiæ. Quod prædictus electus refutans insacratus contra illos clericos Romam perrexit, & ibi sacratus est.

Magister Bernardus Brito Cancellarius Ecclesiæ Carnotensis factus est Episcopus Cornubiæ in minori Britannia.

Magister etiam Petrus Lombardus Parisiensem Episcopatum adeptus est, conniuente Philippo eiusdem Ecclesiæ Decano fratre regis Francorum,qui(vt dicunt) electionem suam concessit eidem Petro.

Pet. Lõbardus

Kalendis Septembris mortuo Adriano Papa,electi sunt duo & cõsecrati Rollandus Cancellarius presbyter Cardinalis tituli Marci vir religiosus, vocatus Alexander tertius Papa, videlicet 174. & Octauianus presbyter Cardinalis tituli sanctę Mariæ in Cosmidũ,dictus Victor tertius. Hic per potentatum & parentes suos nobiles Papatum inuasit.

Rogerius regis eleemosynarius factus est Episcopus Sagiensis.

Galterus Episcopus Cistrensis obiit.

Obiit etiam Robertus Episcopus Lexouiensis,vir religiosus & timens Deum.

Terricus Comes Flandrensis rediit de Hierusalem,& vxor eius Mabiria remansit cum abbatissa sancti Lazari de Bethania inuito coniuge suo.

Mense Octobri Henricus rex Anglorum munita ciuitate Cadurcorum & commendata Thomæ Cancellario suo,& dispositis custodibus ac auxiliariis in locis opportunis,confidens de auxilio Raymundi Berengarij comitis Barcinonæ & Trecheuel comitis Neumansi & Vvillelmo de Montepessulano & aliorum suorum fidelium rediit in Normanniam. Indè perrexit cum valida manu in pagum Beluacensem, & destruxit munitissimum castellum Guerberei,excepta quadam firmitate quam ne caperent homines regij,ignis & fumus prohibuit, villas multas combussit & destruxit.

Simõ Ebroicensis.

Simon Comes Ebroicensis tradidit Hẽrico regi Anglorum firmitates suas quas habebat in Francia,scilicet Rupemfortem, Montemfortem, Esparlonem & reliquas. Quod magno detrimento fuit regi Francorum, cum non posset liberè procedere de Parisiis Aurelianis vel Stampis propter Normannos quos rex Henricus posuerat in castellis Comitis Ebroicensis. Hac de causa treuiæ captæ sunt inter duos reges à mense Decembri vsque ad octauas Pentecostes.

In reditu expeditionis Tholosæ mense Octobri obiit Vvilhelmus Comes Moritonij,discessit autem absque liberis, & retinuit Henricus rex Comitatum in manu sua.

Moritonij comitatus.

Anno domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.

1161 9//24// Rex Henricus egit natiuitatẽ Domini apud Faleſiam, exinde eadem regina trãſ-//6 fretauit in Angliam.

Terræmotus. Kalendis Ianuarij terræmotus accidit in pago Conſtantino caſtro ſancti Laudi circa horam primam.

Hardoinus. Hardoinus Decanus Cenomannenſis factus eſt Archiepiſcopus Burdegalenſis, cùm prædeceſſor eius vix anno & dimidio vixiſſet.

Matilde imperatrice aduerſa valetudine percuſſa, dapſiliter pereunte cõſilio filij ſui Henrici regis Anglici, *diuitias* ſuas Eccleſiis, monaſteriis & pauperibus diſtribuit.

Baiocenſis Eccleſia comburitur. Eccleſia Baiocenſi igne combuſta Philippus Epiſcopus in eius reſtauratione iterum viriliter laborat.

Maio menſe pax facta eſt inter reges Henricum Angliæ & Ludouicum Frãciæ, renouatis prioribus pactis, & confirmatis & pacificatis, qui partes vtrorumque adiuuerunt. G

Abbatiſſa nubit. Matthæus filius Comitis Flandriæ inaudito exemplo duxit abbatiſſam Rummeſiæ, quæ fuerat filia Stephani regis, & accepit cum ea Comitatum Bolonienſem.

Menſe Iulio Henricus rex Anglorum congregauit omnes Epiſcopos Normanniæ & abbates & barones apud Nouum mercatũ, & Ludouicus rex Francorũ adunauit ſuos Beluaci, & *ibi* tractatum eſt de receptione Papæ Alexandri & refutatione Victoris, & conſenſerunt Alexandro, reprobato Victore.

Menſe Septẽbri obiit Herbertus Epiſcopus Abrincenſis, & ſepultus eſt in Eccleſia beatæ Mariæ Becci, ſicut prædeceſſor eius Richardus de Belliſago.

Prædicto menſe regina Alienora Anglorum transfretauit in Normanniam iuſſu regis, adducens ſecum Henricum filium ſuum & filiam Matildem.

Mortuus eſt Philippus frater Ludouici regis Frãcorum Decanus ſancti Martini Turonis.

Mortua eſt Conſtantia regina Franciæ labore partus, ſuperſtite filia, cuius cauſa mors ſibi acciderat. H

Anglorum Frãcorumque pactum. Menſe Octobri rex Anglorum & rex Francorum collocuti pactum pacis mutuæ confirmauerunt, & Henricus filius Henrici regis Anglorum fecit homagium regi Francorum de ducatu Normanniæ, qui eſt de regno Franciæ. Paucis interpoſitis diebus, Ludouicus rex Francorum duxit filiam Comitis Theobaldi ſenioris. Nec mora, Henrico filio regis Henrici Angliæ deſponſata eſt apud Nouumburgum Margarita filia regis Franciæ, & Henricus rex Anglorũ cepit tria caſtella munitiſſima, ſcilicet Giſorz, Neaſliam, Nouum caſtellũ, ſita ſuper flumen Eptæ in confinio Normanniæ & Franciæ, quia pepigerant inter ſe ipſe & rex Francorum quatenus inito matrimonio filiorum ſuorum rex Henricus haberet illas munitiones, quæ ad ducatum Normanniæ pertinent. Quo audito rex Franciæ grauiter tulit, ipſe & ſororij ſui, ſcilicet Hẽricus, Theobaldus, Stephanus. Exinde hi tres Comites coadunatis viribus ſuis cœperunt firmare munitionem Caluimontis, quæ erat de feudo Caſtri Bleſenſis, vt exindè pagum Turonicum infeſtarent. Rex verò Henricus quia illud caſtrum erat de Caſamento Hugonis filij Supplicij de Ambaſia, quod tenebat de Comite Theobaldo, caput autem ſui honoris, ſcilicet Ambaſiam, tenebat de rege Hẽrico, rex inquam Henricus percepto exindè nũtio non expectatis ſociis ſuis illuc properauit, volens impedire opus illius caſtri, per quod licentius ſi perfectum eſſet diſcurrerent per terram ſuam. Audito autem aduentu regis Anglorum Comes Theobaldus diſceſſit à Caluo mõte, munita firmitate & cuſtodibus diſpoſitis. Rex verò Henricus obſedit prædictum caſtrũ, & illicò cepit, in quo erant 35. milites & quater viginti ſeruientes, & reddidit eandem munitionem Hugoni de Ambaſia, qui aduerſabatur pro poſſe ſuo Comiti Theobaldo, quia in carcere prædicti Comitis Sulpicius ipſius Hugonis pater nequiter extinctus fuerat. Exindè rex Henricus munitis turribus Ambaſiæ & Fractæ vallis, & diſpoſitis cuſtodibus egit feſtum natalis Domini cum Alienora regina Cenomannenſi. I

Henrici ædificia. 1162 10//25// Henricus rex munitiones Comitis Mellenti & aliorum Baronum ſuorum in //7 Normannia in manu ſua cepit, & fidelibus ſuis commẽdauit. In margine etiam ducatus Normanniæ ferè omnia ſua caſtella & maximè Giſorz meliorauit vel renouauit. Parcum & manſionem regiam fecit, fecit circa fuſtes plantatos apud Chiuilleium iuxta Rothomagum domum leproſorum. Iuxta Cadomum mirabilem ędificauit aulam, & cameras ante turrem Rothomagi nihilominus renouauit, & non ſolùm in Normannia, ſed etiam in regno Angliæ, ducatu Aquitaniæ, Comitatu Andegauiæ, Cenomanniæ, Turonenſi, caſtella, manſiones regias, vel noua ædificauit vel vetera emendauit. Caſtellum etiam in villa, quæ Amandiuilla ſuper Vire fluuium ædificauit. K

Achardus abbas ſancti Victoris Pariſienſis factus Epiſcopus Abrincenſis.

In capite iciunij apud Cenomãnos Hugo Archiep. Dolẽſis cęcitate debilitatus prę ſẽtibus Henrico rege Anglorũ & duobus legatis Romanæ Eccleſiæ, Hẽrico de Piſis & Vvilhelmo de Papia

Anno domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.

Papia reddidit Archiepiſcopatum, quem ferè per ſex annos tenuerat, & in cuius reparatione plurimum laborauerat.

Theobaldus Archiepiſcopus Cantuariæ ſecunda feria Paſchæ obiit.

Poſt Paſcha rex Anglorum Henricus & Ludouicus Francorũ, primò in Vilcaſmo, poſtea in Dunenſi pago inſtigante eos ad diſcordiam Comite Theobaldo congregatis exercitibus ſuis alterutrum terras ſuas defendendo ferè incolumes venerunt: Inde datis induciis poſt feſtum ſancti Ioãnis Henricus rex Anglorũ perrexit in Aquitaniam, & inter alia quæ ſtrenuè geſſit, Caſtellionẽ ſupra vrbem Agennum, caſtrum ſcilicet natura & artificio munitũ obſedit, & infra vnam ſeptimanam in feſtiuitate ſancti Laurentij admirantibus & perterritis Vvaſconibus cepit.

Regina Alienora apud Donnum Frontem filiam peperit, quam Henricus presbyter Cardinalis & legatus Romanæ Eccleſiæ baptiſauit, & Achardus Epiſcopus Abrincenſis, & Robertus abbas de monte ſancti Michaẽlis, dè periculo maris cum multis aliis de fonte ſuſceperunt, & vocata eſt Alienora de nomine matris ſuæ. B

11//26// Rex Henricus egit natiuitatem apud Baiocas. //8 1163

Mortuo Sanctione Archiepiſcopo Remenſi Henricus frater regis Francorum Epiſcopus Beluacenſis ſucceſſit.

Prima Dominica quadrageſimæ rex Henricus congregauit Epiſcopos, abbates, Barones totius Normanniæ apud Rothomagum, & querimoniam faciens de Epiſcopis & eorum miniſtris & vicecomitibus ſuis, iuſſit vt concilium Iuliæ bonæ teneretur. Iulia bona in Caletẽſi pago iuxta Secanam eſt ſedes regia à Dominis Normannorum multùm amata & frequẽtata. Hanc Iulius Cæſar, ex cuius nomine Iulia vocatur, condidit, deſtructa vrbe Caleto, ex cuius veteri vocabulo tota regio ſita inter Secanam & mare adhuc vocatur. *Iulisbonam cæſar cõdidit*

Primus Richardus dux Normannorum & ſecundus Richardus filius eius apud Fiſcanum leuati de tumulis ſuis, in quibus ſeparatim iacebant, poſt altare ſanctæ trinitatis honeſtius ponuntur. Huic tranſlationi Henricus rex Anglorum interfuit, & Epiſcopi Normãniæ, & dedit illi Eccleſiæ ſyluam de Hogis. C *Syluæ de Hogis.*

Comes Robertus de Baſeuilla aduerſus Vvilhelmum cognatum ſuum regem Siciliæ rebellat in Apulia, & multis coadiutoribus ſecum adunatis, maiorem partem maritimarum ciuitatum ſibi conciliat.

Fredericus Imperator Alemãnorum vrbem Mediolanũ, quam per tres annos obſederat, neceſſitate famis affligtam capit & deſtruit, reſeruatis tantummodo Matrice Eccleſia & quibuſdam aliis.

Diſcordia inter regnũ & ſacerdotium adhuc perdurãte, propter ſchiſma Octouiani, quem rex Romanorum Fredericus ſecum in Italia habebat, Alexander Papa Romanus confidens de regibus Francorum Ludouico & Anglorum Henrico, qui deuotè ſuper Romanam Eccleſiam fauent & venerãtur, ad ciſmõtanos marina expeditione circa Paſcha venit apud Montem Peſſulanum, & in Prouincia debita honorificentia ſuſceptus eſt. D

Mortuo Harduino Archiepiſcopo Burdegalẽſi apud Montem Peſſulanum, dum ibidem iniuria Domini Papæ moraretur, Epiſcopus Lactorenſis ei ſucceſſit.

Fame mortalitate ciſmontani maximè in Aquitania laborant.

Ramaldus de Caſtellione princeps Antiochiæ dũ incautè in terram Agarenorum intrat, multis ſuorum occiſis vel captis ipſemet capitur. *Ramaldus dũ Agarenos laceßit capitur.*

Menſe Iunio in Britannia, minori ſcilicet, in Recello ſanguis pluit, & de ripis cuiuſdam fontis ibidem effluxit, necnon etiam de pane. *Sanguine pluit.*

Guillelmus rex Siciliæ tranſiens de Sicilia in Apuliam cum magno exercitu, Roberto de Baſeuilla fugato cum complicibus ſuis, ciuitates & caſtella quæ à ſe defecerant, recuperat.

Leupus rex Valentiæ & Muſcię, licet gẽtilis & Agarenus, munera ingẽtia in auro & ſerico & in aliis ſpeciebus, & in equis & camelis, mittit Henrico regi Anglorum, grandia & ipſe ab eodem recepturus. *Leupus rex Valentiæ.* E

Raymũdus Berengerius Comes Barcinonẽſis, vir omnibus bonis plangẽdus moritur, relicto filio Auforſio qui factus eſt rex Arragonũ, quod regnũ ei acciderat ex materno genere.

Fredericus Imperator Alemannorum & Ludouicus rex Francorum cum ſuper fluuium Sagonn am, qui antiquitus Arar vocabatur, de pace tractaturi conuenire debuiſſent, repentè mutato animo propter ſchiſma Octouiani cuius partes Imperator adiuuabat, infecto negotio ad propria redierũt. Exindè paruo ſpatio tẽporis interiecto, Ludouicus rex Francorũ & Henricus rex Anglorum ſuper Ligerim apud Tociacum conuenientes Alexandrum Papam Romanum honore congruo ſuſceperunt, & vſi officio ſtratoris pedites dextra læuáque frenum equi ipſius tenentes, eum vſque ad præparatum papilionem perduxerunt, quo mediante Deo fauente pax inter eos firma reſtituta eſt.

Anno domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	F

Henricus rex ordinatus, & compositis rebus & castellis suis in Normannia, Aquitania, Andegauis & etiam in Vvasconia, in aduentu Domini venit Barbe fluuium, volens si posset transfretare ante natalem Domini. Sed vento prohibente egit natalem Domini cum regina Alienora apud Cæsaris Burgum.

Fanuel Imp. Fanuel Imperator Constantinopolitanus duxit Constantiam Boamundi vxorem, & Boamundus tertius frater prædictæ puellę factus est princeps, vitrico suo in captiuitate remanēte Rayualdo.

1164 12 // 27 // Mense Ianuario rex Hēricus transiuit in Angliam ipse & regina, & cum magno // 9 gaudio susceptus est ab omnibus ferè proceribus patriæ, qui eum in littore expectabant. Iam enim Hēricus filius eius præcesserat, & sicut in Normannia fecerat, sic in Anglia homagia & fidelitates Baronum & militum suscepit.

Rotrocus Episcopus Ebroicensis & Rayualdus de sancto Valerico in Normanniam re- G cognoscere missi sunt iussu regis per Episcopatus regales redditus & cōsuetudines ad regem & ad Barones pertinentes.

Philippus Baiocensis Episcopus. Philippus etiam Baiocensis moritur, qui fuit vir prudens & astutus in augmentādis & renouandis rebus Ecclesiæ, & multùm ibi profecit. Sed sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Bellum Roberti de Monte forti cum Henrico de Essessa profuga prælij contra Valenses, in quo idem Henricus defecit, & hæreditatus factus est Monachus Radingis, Valenses subditi sunt regi Henrico ad libitum.

Scotti Anglis fidē exhibent. Falconius rex Scotiæ fecit homagium Hērico filio regis Anglorum, & dedit regi obsides, scilicet Dauid fratrem suum iuniorem, & quosdam de filiis baronum suorum de pace tenēda & pro castellis suis, quæ rex volebat habere.

Balduinus Ascalonem cepit, Agarenos expulit. Mense Martio obiit tertius Balduinus rex Hierusalē, vir per omnia plangēdus, & successit ei Amalricus frater eius. Huic Balduino à superna clemētia cōcessum est, vt Ascalonē caperet, H & Agarenos expelleret, & seruitio diuino manciparet, quod nec Dauidi propter sanctitatem suam, nec Salomoni propter sapiētiam & diuitias suas, nec Ezechieli propter iustitiam suam, nec alicui antea regum permissum fuerat.

In octauis Pentecostes Alexander Papa tenuit concilia Turonis, in quo excommunicauit Octauianum cum aliis schismaticis & complicibus suis.

1165 13 // 28 // Apud Rothomagū tertiò Kalendas Februarij obiit Vvilhelmus frater Henrici // 10 regis, & sepelitur in Ecclesia sanctæ Mariæ.

Circa octauas Paschæ rex Henricus fecit dedicari Ecclesiā beatæ Mariæ Radingis, & per tres dies regaliter procurauit conuentum Monachorum & hospites, data etiam dote non minima eidem Ecclesiæ.

Hamelinus naturalis frater regis Henrici duxit comitissam de Varēna, relictam Vvilhelmi Comitis Moritonij filij Stephani regis. Hæc fuit filia tertij Comitis Guillelmi de Varenna, qui cum Ludouico rege Franciæ perrexit Hierusalem, & ibi obiit superstite sola prædicta I comitissa.

Valenses Henrico regi fidem non seruātes, terras promissas latrocinando infestant, agēte quodam regulo eorum vocato Riz, & alio eiusdem peruersitatis homine nomine Oeno prędicti Riz auunculo.

Richardus de Hummer Conestalus Henrici regis conuocatis baronibus Normanniæ & Britāniæ mense Augusto cepit castrum Gonbore in Britānia in manu regis, quod Radulphus de Fulgeriis habuerat post mortem Ioannis de Dol.

Eodem mense sanguis pluit in Rethel in Episcopatu Dolensi.

Hugo Rothomagensis. Obiit Hugo venerabilis Archiepiscopus Rothomagēsis 4. idus Octobris. Hic vir magnæ literaturæ iucūdè multa edidit, viduis & orphanis & aliis pauperibus largus extitit, rexit autē Ecclesiam Rothomagensem honestè & viriliter annis ferè 30.

Galeranus. Obiit illustris Comes Galerannus Mellēti, qui multa bona cōtulit Ecclesiæ beatæ Mariæ de Voto, quæ sita est in territorio Caletensi, in terris, in syluis, in vineis & reditibus. K

Amalricus rex Hieros. Amalricus rex Hierusalem conductus ab Amiralio Babylonico cum exercitu perrexit in adiutorium illius liberare quādam ciuitatem ipsius nomine Barbastam, quam Salegon senescallus Noradin fraude occupatā contra ipsum tenebat. Obsessa igitur per aliquātulum temporis tandem capta est, & amiralio restituta ciuitas. Firmatis autem inter eos amicitiis, & redditis multis captiuis, duplicato etiam tributo (nam antea dabat amiralius regi singulis annis triginta millia aurearum) rex ad propria rediit. Nam capto castro eorum nomine Hareuc, capto etiam Boamundo iuniore principe Antiochiæ & multis interfectis, Belinas Habilina postmodum à Sarracenis peruersa est.

1166 14 // 29 // Henricus rex Anglorum in quadragesima in Normanniam transiens in octauis // 11 Paschæ apud Gisors cum rege Francorum locutus est, inde Rothomagum Philippum Comitem

A	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Anno domini.

Comitem Flandrensem consobrinum suum regaliter excepit.

Venerunt ad eum similiter legati Frederici Imperatoris Alemānorum, Ramaldus scilicet Archiepiscopus Colonienſis, Cācellarius ipsius, & multi alij magni potētatus viri, requirētes eum ex parte Imperatoris, vt daret vnam filiarum suarum Hērico duci Baioariæ filio Cōradi, qui ante Fredericum imperauerat, & aliam filio suo, licet adhuc puerulo. Exactis itaque sacramentis & datis rex postea misit suos in Alemāniam, qui ab Imperatore & satrapis suis eadem sacramenta de conuentionibus quæ inter eos conuenerant, acciperent.

Rotrocus Episcopus Ebroicensis, fit Archiepiscopus Rothomagensis. *Rotrocus Archiepiscopus Rothomag.*

Regina Anglorum Alienora euocata à rege venit in Normāniam, adducens secum filium suum Richardū & filiam Matildem. Redeunte verò rege in Angliam & cum multo apparatu bellico super Valenses eunte regina remansit in partibus cismarinis.

B Alexander Papa Romanus relinquens Senonem, in qua ferè duos annos moratus fuerat, veniens ad mōtem Pessulanum nauali subuectione perrexit ad terrā Vvilhelmi regis Siciliæ, licet insidiæ piratarum Imperatoris Alemanniæ ei in mari non deessent.

Mense Augusto Ludouico regi Francorum ex vxore sua nascitur filius; & vocatus est Philippus.

Regina Alienora mense Octobri Andegaui peperit filiam, & vocata est in baptismate Ioanna.

Falconius rex obiit. Falconius rex Scotiæ religiosus iuuenis obiit, & successit ei Vvilhelmus frater eius. 1167

15 // 30 // Henricus rex munitis confiniis inter Anglos & Valenses, & castellis & militibus // 12 dispositis, in quadragesima transfretauit in Normanniam. Deindè locutus cum rege Francorum ea quæ ad pacem sunt: audito etiam quòd rex Francorum statuisset de thesauris & reditibus suis similiter & omnium hominum tam clericorum quàm laicorum qui in sua ditione C erāt, singulis annis vsque ad quadriennīū de singulis viginti solidis singulos denarios mittere Hierusalem ad defensionem Christianitatis, idem rex fecit duplicari in omni potestate sua reditum primi anni reliquis annis permanentibus ad solutionem vnius denarij per singulos viginti solidos.

Obiit etiam Vvilhelmus rex Siciliæ, & successit ei Vvilhelmus filius eius.

Talauatius Sag. Comes. Vvilhelmus Talauatius Comes Sagiensis & filius eius Ioannes, & item Ioannes nepos eius filius Guidonis primogeniti sui Comitis Pontini concesserunt regi Henrico castrum Alenceium & Rocam Mabirit cū eis quæ ad ipsa castella pertinent. Et forsitan ideò prædictas munitiones perdiderūt, quia malas cōsuetudines ipsi & eorum intercessores diu ibi tenuerāt, quas rex Henricus statim meliorari præcepit.

Quia verò optimates Cenomānici comitatus & Britanniæ regionis antequam rex transfretaret minus obtemperauerant præceptis reginæ, & vt dicitur sacramento se obligauerant, vt se comiter defenderent, si aliquis eorum grauaretur:

D Rex ad libitum suum eos & castella eorum tractauit, & congregatis exercitibus suis ferè de omni potestate sua circa mare castrū Felgerarium obsedit, cepit, & funditus deleuit. Inde præloquuto quodam imaginario connubio de Gaufrido filio suo & Constantia Conam comitis Britanniæ & de Richemont, comes Conanus concessit regi quasi ad id opus filij sui totum ducatum Britanniæ, excepto Comitatu de Gigunix, qui ei acciderat per auum suum comitem Stephanum. Rex verò accepit dominium ferè ab omnibus Baronibus Britāniæ apud Theas. Inde venit Rhedonis, & per ciuitatem illam, quæ caput est Britanniæ, totum illum ducatum Saisant. Et quia nunquam viderat Combort neque Dol, postquam in manus eius venerant, in transitu illa vidit. Causa verò orationis ad montem sancti Michaēlis veniens apud Genetrum illa nocte hospitatus est.

Illuc venerunt ad eum Vvilhelmus rex Scotiæ & ipse insularum Ninam & aliarum triginta vnius, quæ fuit inter Scotiam & Hyberniam & Angliam, illas 32. insulas tenet rex insularū tali tributo de rege Northuuegiæ, quòd quando rex innouatur, rex insularū dat ei decem E marcas auri, nec aliquid facit ei in tota vita sua nisi iterū alius rex ordinetur in Northuuegia. Huius regis insularum venit legatus ad regem Anglorū prædictus Episcopus. Est enim prædictus rex consanguineus regis Anglorum ex parte Matildis imperatricis matris suæ.

16 // 31 // In natali Domini fuit rex Henricus Pictauis, & venit ad eum Henricus filius // 13 eius de Anglia. In quadragesima locutus fuit rex Anglorum cum comite sancti Egidij apud Magnum montem. 1168

Hierusalem mittitur à Christianis pecunia. Post Pascha duxit exercitum militum in Aruernicum pagum, & vastauit terrā Vvilhelmi Comitis, qua data fide pepigerat stare iustitiæ in præsentia Domini regis nepoti suo, quem exhæredauerat, iuniori videlicet comiti Aruernensi. Sed inueteratus ille dierum malorum rupta fide transtulit se ad regem Francorum, & seminauit discordias inter eos. Sed & de collectione pecuniæ deferendæ Hierusalem, quæ adunata fuerat Turonis, quam rex Anglorum

Anno domini. | Romanorum. | Francorum. | Anglorum.

volebat mittere per ſuos nuntios, vtpotè ſumptam in ſuo comitatu. Rex autem per ſuos, quia Eccleſia Turonẽſis ſua eſt, ſuggeſtione Iocij Archiepiſcopi Turonenſis magna diſcordia inter Henricum regem Anglorum & Ludouicum regem Francorum mota eſt.

Combuſta eſt ciuitas Turonenſis cum principali Eccleſia.

Almaricus rex Hieruſalẽ euocatus ab Amiralio Babyloniæ, cui cõfœderatus erat, obſedit Alexãdriam, quæ caput eſt Ægypti, & cepit, & reddidit eam Amiralio, qui pepigit ei ſingulis annis tributum de eadem ciuitate quinquaginta ſeptem millibus, quos habet de Babylone. Idem etiam rex duxit vxorem neptem Manuel Imperatoris Conſtantinopolitani cum infinitis theſauris.

Reges Franc. & Angl. conueniunt.

In octauis Pentecoſtes rex Anglorũ & rex Francorum in Vilcaſmo locuturi de pace conuenerant, ſed primoribus regis Francorum exacerbantibus leuitatem regis Ludouici nihil profuerunt. Congregauerunt itaque vterque infinitum exercitum de omni poteſtate ſua, & G alterutrum caſtella ſua muniuerunt. Cum autem rex Frãcorum aliquantas villulas in Martia inter Medantem & Paceium combuſſiſſet, rex Henricus irritatus, licet multum deferret Ludouico, Caluum montem caſtrum munitiſſimum, in quo rex Francorum congregauerat expenſas & victualia ad opus belli & plurimas villas in circuitu illius combuſſit: quo audito rex Francorum, grauiter tulit, & collectis viribus ſuis latos fundos quos ſanctus Audoenus habebat in Vilcaſmo, ſcilicet Vadum Nigaſij & alias villas combuſſit.

Andelitium etiam Burgum optimũ, qui erat proprius beatæ Mariæ & Archiepiſcopi Rothomagenſis, nonnulla etiam quæ pertinebant ad Eccleſiam ſanctæ trinitatis Rothomagẽſis vaſtauit, ſed non defuit feſtinata vindicta.

Eadem namque die multi de exercitu eius cum redirẽt ad caſtra ſiti, ſolis feruore, puluere, formidine deficientes expirauerunt. Sic etiam patri pridẽ ipſius acciderat: Nam initurus certamẽ cum Henrico ſeniore rege Anglorum, in quo inferior fuit præcedente nocte, in eodem H *loco hoſpitatus fuerat, & Franci qui à ferocitate teſte Valẽtiniano Romanorum Imperatore vocati ſunt. Eccleſiam beatæ Marię Andeliaci ſtabulum equorũ ſuorum fecerant: vnde alios eorum cepit, alij verò vix fuga elapſi ſunt.*

Menſe Auguſto treuiæ ſumptæ & iuratæ inter reges Henricum & Ludouicum vſque ad Paſcha.

Inde perrexit rex Henricus in Britanniam, & ſubdidit ſibi omnes Britannos, etiam Leonenſes.

Nam Guihuminarius filius Henrici vicecomitis Leonenſis, cuius filiam Comes Eudo habebat in cõiugium, datis obſidibus ſubmiſit ſe regi, terrore exanimatus cum videret caſtrum ſuum munitiſſimum combuſtum & captum, & alia nonnulla vel capta vel reddita.

Cum adhuc moraretur rex in Britannia, audiuit nuntium de morte matris ſuæ Matildis imperatricis. Deceſſit autem quarto idus Septembris Rothomagi, & ſepulta eſt Becci.

Pietatis ædificia.

Theſauros infinitos pius filius diſtribuit Eccleſiis, monaſteriis, leproſis & aliis pauperibus I pro anima illius. fecit autem prædicta imperatrix monaſteriũ de Voto in Caletẽſi pago iuxta Iuliam bonam, & poſuit ibi Monachos Ciſtercienſes: fecit & monaſteria canonicorũ, vnum iuxta Cæſarisburgum, & aliud in ſylua de Gõfer, ad pontem etiam lapideum ſuper Secanam Rothomagenſem faciendum à ſe multam ſummam pecuniæ dimiſit.

Iocius Archiepiſcopus Turonorum recordatus eſt cum rege Anglorum.

Regina Alienora transfretauit in Angliam, ducens ſecum filiam ſuam Matildem.

Stella ignei coloris.

In vigilia natalis Domini duæ ſtellæ ignei coloris, quarum vna erat magna, altera parua, apparuerunt in occidente, & erant quaſi coniunctæ, poſtea diſiunctæ ſunt, longo ſpatio apparere deſiuerunt.

Natus eſt Ioannes filius regis Anglorum.

1169 17 // 32 // Ad natalem Domini fuit rex Henricus Argentomagi, & tenuit ibi magnam // 14 curiam in noua aula ſua.

Matildis filia regis Henrici cũ infinita pecunia & apparatu maximo ducta eſt in Alamanniam ad ſponſum ſuum Henricum ducem Saxoniæ & Baioariæ, quorum ducatum vnum K habebat ex patre ſuo, & alterum ex matre. Pater ipſius fuit Henricus, qui fuit natus ex filia Lotharij Imperatoris, qui ante Cõradum imperauerat. Hic Hẽricus, ſcilicet iunior, qui filiam regis Anglorum duxit, ſuper Paganos, ſcilicet Sclauos & Vindelicos tantum acquiſiuit, quòd fecit ibi tres Epiſcopatus.

Obiit Terricus Comes Flandrẽſis, cui ſucceſſit Philippus filius eius, qui iã diu Comitatum illum rexerat, cum pater illius iter Hieruſalem frequentabat.

Pictaui & Aquitani ex maiori parte, id eſt, Comes de Marcha, Comes Engolimenſium, Hannericus de Lizennio, Robertus & Hugo frater eius de Sylleio, & alij multi voluerunt rebellare cõtra regem, & incendiis & rapinis pauperũ incumbentes, circũquaque graſſabãtur.

Quod

A | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | Anno domini.

Quod rex audiens impiger aduolat, & eorum inſaniæ obſiſtens Lizen nouum caſtrum munitiſſimum cepit, captum muniuit, & villas & municipia eorum deſtruit.

Munitis caſtellis & militibus & victui neceſſariis, relicta ibi regina cum comite Patritio Salesbernienſi auunculo Rotroci comitis Particenſis.

In octauis Paſchæ inter Paceium & Medantium in Normannia locuturus cum rege Francorum, & iniurias ſuas ab eo expoſtulaturus, acceſſit. Siquidem Pictaui ad regem Francorum venerant, & obſides ſuos contra regem Anglorum cuius proprij erant, ei dederãt. Vnde cum hinc inde grandis altercatio fieret, nec rex Francorum obſides, quos cõtra iuſtitiam ceperat, reddere vellet, induciæ datæ vſque ad octauum beati Ioannis. *Pictaui dant obſides.*

Circa verò octauas Paſchæ dolo Pictauẽſium occiſus eſt Comes Patritius, & ſepultus eſt apud ſanctum Hylarium. Succeſſit ei filius natus Guillelmi comitis Pontini matre comitiſſa
B de Vvarenna.

Antequam treuiæ datæ eſſent, rex Anglorum ſubmouerat Eudonem vicecomitem de Porrehoit, qui quatenus vmbratico nomine Comes vocabatur, & cui tanta bona contulerat, vt ad ſeruitium & auditorium ſuum veniret, quod ipſe renuit, & quidam alij de Britannis & confœderatis, ſcilicet Oliuerus filius Oliueri de Dinan, & Rollandus conſobrinus eius. *Oliuerus de Dinan.*

Rex itaque non immeritò aduerſus eos iratus, à capite, ſcilicet ab Eudone incipiens, vaſtauit & combuſſit eius terram, deſtructo imprimis caſtello Locellini, quod habebat præcipuum, comitatum etiam de Boerech abſtulit ei, cuius caput eſt ciuitas Vaneetẽſis, quam rex in manu ſua cepit, eius portum Cæſar mirificè extollendo collaudat in libro quem ſcripſit de bello Gallico. Dimidium etiam Cornubiæ ei abſtulit. Obſedit etiam & caſtellum Abrai, captum muniuit.

Vaſtata igitur Eudonis terra, & ad libitum ſuum redacta, ad terram Dinanenſem appropinquans, caſtrum Helde à Gaufrido de Monte forti ſibi redditum muniuit, & Tintiniacum
C cuertit. Inde Becherel munitionem Rollãdi de Dinan firmiſſimam per aliquot dies obſidẽs, adhibitis machinis cepit, & muniuit.

Cum verò caſtrũ, in quo Rollandus maximè cõfidebat, quia natura & arte munitiſſimum, obſediſſet, niſi breuitas termini eundi ad colloquium regis Francorum eum vrgeret.

Terra itaque Rollandi tradita rapinis & incendiis citra Recem flumen eandem regit in vlterioribus. Nam tranſito amne per Lehum deſcendens, & aliqua perfundans, Monachis Leunnenſibus pepercit. Dinan verò circumiens quędam deſtruxit, quędam intacta reliquit, in pago Aleterſi eadem geſſit.

In octauis ſancti Ioannis ventum eſt ad feritatem Bernardi, vbi de pace inter reges detractum eſt, & infecto negotio diſceſſum eſt. Nã Britones, ſicut & Pictaui obſides regi Frãcorum dederant, & fide interpoſita pactionem acceperant, quòd rex Francorum ſine ipſis regi Anglorum non concordaretur. Vnde & ipſi Britanni cõuentibus quibuſdam Cenomanenſi, per
D quorum terram latenter tranſierunt, colloquio interfuerunt.

Munitis autem marchis ex vtraque parte continuata eſt decertatio vſque ad aduentum Domini.

Rex verò Henricus cautè agens, cognatum ſuum Matthæum comitem Bolonię ſibi pacificauit, ſpondens ei ſe daturum per annum maximam partem pecuniæ pro calumnia relaxanda Comitatus Moritonij. Habebat enim filiam regis Stephani, qui fuerat Comes Moritonij.

Cum autem idem Matthæus ad auxilium regis Anglorum veniret, Ioannes Comes Pontini non permiſit eum tranſire per terram ſuam, vnde neceſſitate cogente, nauali ſubuectione ad regem multis expeditis militibus acceſſit: Quod rex audiens rogatu eiuſdem Matthæi cum bellico apparatu in terram Ioannis perrexit, & Iuniacenſem pagum Vulcano tradens, quadraginta & eo amplius comburens villas, voluntati ſuæ ſatisfecit.

E Rex Frãcorum veniens latenter ad quoddam municipium Normanniç, cognominatum Cheſuebrut, illud combuſſit, & quatuor milites in eo cepit. Quo comperto, rex Angliæ illum inſequutus eſt, multos cepit milites, inter quos etiam Seneſcallus Philippi Flandrenſium Comitis adũcatus eſt. Tradidit etiam caſtellum Hugonis de Nouocaſtello flãmis & incẽdiis, vocatum Brudroles, vt combuſtum nomen ex re haberet, hoc etiam fecit Nouo caſtello per milites ſuos, ipſo tamen abſente.

Vaſtata eſt ſimiliter terra Comitis Particenſis, ex maiore parte ipſo agente.

Venit ad curiam regis Henrici Anglorum, Saxonum & Baiocorum dux Henricus genet eius, & magnis ab eo honoratus muneribus in ſua rediit.

18 // 33 // Henricus egit natalem Domini Argentomagi. // 15 1170 *pax inter Frãcos & Anglos.*

In Epiphania Domini concordati ſunt rex Francorum & rex Anglorum.

Anno domini. | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | F

Henricus filius regis Anglorum fecit homagium regi Francorum socero suo de Andegauensi Comitatu & de Cenomanẽsi, & de ducatu Britanniæ, quem rex cõcessit eidẽ genero suo. Nam de Normannia ei fecerat antè homagium, & concessit ei rex Francorum, vt esset Senescallus Franciæ, quod pertinet ad feudum Andegauense.

Richardus filius Henrici regis Anglorum fecit homagium regi Francorum de ducatu Aquitaniæ.

Anglus seruit Regi Franciæ. In purificatione beatæ Mariæ fuit filius regis Anglorũ Parisiis, & seruiuit regi Francorum ad mensam, vt Senescallus Frãcię. Hanc Senescalciã, vel (vt antiquitus dicebatur) Maioratum domus regiæ Robertus rex Francorum dedit Gaufrido. Grisogonella Comiti Andegauensi propter adiutorium quod ei impendit contra Ottonẽ Imperatorem Alemannię, dedit etiam ei quicquid habebat in Episcopatu Andegauensi.

Postea verò cum Gaufridus Comes Particensis & Dauid Comes Cenomannensis essent rebelles Roberto regi Francorum, prædictus rex Gaufrido, Grisogonella ferente sibi auxilium, obsedit munitionem Moritoniæ, & cepit, & quia Dauid Comes Cenomannensis euocatus à rege ad eum venire contempsit, dedit rex Gaufrido Grisogonella homagium illius & ipsam ciuitatem & quicquid habebat in Episcopatu Cenomannensi. G

Henricus filius regis Angliæ fecit homagium Philippo filio regis Francorum.

Henricus rex Anglorum locutus est cum Ludouico rege Francorum apud sanctum Germanum in Leia.

Gaufridus filius regis Anglorum fecit homagium Henrico fratri suo de ducatu Britanniæ iubente patre eorum.

Rex Henricus perrexit in quadragesima Vvasconiam, & destructis multis castellis quæ contra eũ erant vel munitis, Comites Engolismensiũ, & de Marcha sibi pacificauit, & multos alios, qui non erant tanti nominis.

Gaufridus filius regis Anglorum mẽse Maio venit Rhedonis, & Stephanus Rhedonẽsis, & Ausbertus Aletẽsis Episcopi, & Robertus abbas sancti Michaëlis de Mõte, & aliæ religiosæ personæ receperunt eum cũ summa veneratione in Ecclesia sancti Petri. Ibi accepit homagia Baronum Britanniæ. H

Rex Henricus fecit fossata alta & lata inter Franciam & Normanniam ad prædones arcendos.

Mense Augusto pacificatis ferè omnibus in Pictauẽsi pago Vvasconia, Hẽricus rex venit in Normanniam, & euocati Britanni properauerunt ad eum.

Terræmotus Calinæ. Calina ciuitas Siciliæ terræmotu concussa & prostituta est, & multi in ea perierunt.

Combusta est Fiscanensis Ecclesia quarto Kalendas Iulij, quarta feria post octauas Pentecostes.

Rex Henricus fecit castrum munitissimũ, & Burgum pergrãde iuxta Gahiam de Malafre, quod vocatum est Bellueciciz.

Rogerius Malabr. rebelles subditos morte puniuit. Cum Rogerius Malabranchia dolo cepisset vrbem Bitriensem, quam ciues ipsius contra eum tenebant, omnes tam viros quàm mulieres, vel suspendio vel alio tormento morti tradidit, & nouis habitationibus illam inhabitãdam tradidit. Siquidẽ prædicti ciues Dominum Vvilhelmum Trencheuel patrem Rogerij Malebranche in quadam Ecclesia cum filio suo paruo crudeliter occiderant. I

Rex Henricus fecit molendina & piscatorias Andegauis in flumine Meduane. Cum Vvilhelmus Goeth obiisset in itinere Hierusalem, & Comes Theobaldus vellet habere in manu sua montem mirabilem & alias firmitates, quæ fuerant Vvilhelmi Goeth, de quibus satus erat Heruæus de Vienna, qui habebat in coniugio primogenitam filiam Vvilhelmi Goeth, natam ex vna sororum Comitis Theobaldi, videns prædictus Heruæus se non posse resistere Comiti Theobaldo, cum rex etiam Francorum adiuuaret partem Comitis Theobaldi, vtpote sororij eius, idem Heruæus intercurrente magna pecunia & quibusdam pactionibus, tradidit Henrico regi Anglorum montem mirabilem, & aliud castrum, scilicet sanctum Anianum in Biturico: vnde discordia redintegrata est inter regem & Comitem. K

1171 19//24//Ad natalem Domini fuit rex Henricus in Britannia apud Nannetum, Robertus //16 Archidiaconus Nanneti consensu regis factus est Episcopus Nanneti post Bernardum auunculũ suum. In quadragesima excessit mare limites suos, vnde messes quæ propè illud seminatę erant, in multis locis perierunt à fluctibus absorptæ.

Mare exundauit. Ossa cuiusdam gigantis in Anglia per Alluuionem detecta sunt, cuius corporis lõgitudo (vt ferunt) 50. pedum erat.

Gigas 50. pedum. In eadem quadragesima transfretauit rex Henricus in Angliam, non tamen sine discrimine. Submerso in mari Gisleberto Abrincensi, Fulco Peraienel, qui habebat primogenitam

A Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | Anno domini.

nitam sororem eius, successit ei.

Vicecomites per Angliam qui exactionibus & rapinis populum afflixerant, à rege correcti sunt.

Post Pentecostem, rex Henricus euocato filio suo Henrico in Angliam fecit eum coronari in regem cum magna cleri populique lætitia, Lundoni apud Vvestimost. Hunc inunxit Rogerus Archiepiscopus Eboracensis. Nã Thomas Cãtuariensis circa mare per continuum ferè sexenniũ in Galliis morabatur. Huic cõsecrationi interfuerunt Gislebertus Lũdenensis, Gocelinus Salesberiensis, Valterus Rosensis, Richardus Cistrensis, Bartholomæus Exonẽsis, Hugo Dunclinensis Episcopi, Rogerus Vingornensis.

In Normannia morabatur Henricus Vingornensis & Guillelmus Noruincensis, in infirmitate præpediti non affuerunt. Nam Ardelulfus Carlinensis, & Robertus Herefor
B densis, & Robertus Patensis, & Robertus Licolensis, & Hilarius Cicestrensis, & Nigellus Eliensis Episcopi dormierant in Domino, & adhuc cathedræ eorum vacabant: interfuerunt verò de Normannia Henricus Baiocensis, & Rogerius Sagiensis Episcopi, qui cum eo venerant in Angliam. Quidam molestè ferunt quòd Archiepiscopus Eboracensis vnxerit in Regem Henricum iuniorem, sed nouerint quòd primus Vvilhelmus, qui Angliam armis subegit, ab Alueredo religiosissimo viro Eboracensi Archiepiscopo inunctus & sacratus est. Cantuariensis Archiepiscopus intra insulam Britanniæ manet, Stigando scilicet à Papa excommunicato.

Margarita filia regis Francorum vxor Henrici iunioris regis in Angliam transiit, nec tunc tamen fuit coronata, quia rex iam coronatus erat, & Episcopi discesserant.

Ioannes Comes Aucensis moritur, & successit ei filius eius Henricus quem genuerat ex filia Vvilhelmi de Albinero, quem vocant Comitem de Arundel. Hic duxit Elixam Reginam relictam Henrici senioris regis Angliæ, ex qua genuit Vvilhelmum primoge
C nitum suum & Godefridum, & istam comitissam vxorem Ioannis Comitis Aucensis, de quo sermo est.

Terræmotus Tripolis. In die Apostolorũ Petri & Pauli terræmotus horribilis factus est in transmarinis partibus, quo corruit ciuitas Tripolis, pars Damasci, Antiochiæ plurimum: Agareni etiam non fuerunt expertes huius tribulationis. Nam Halapre, quæ est caput regni Loradin, & quædam aliæ ciuitates Sarracenorum non euaserunt hanc pestem.

Mortuo Vvilhelmo Comite Niuernensi vltra mare Matthæus frater Philippi Comitis Flandrensis, Comes Boloniæ, duxit vxorem eius, sororem scilicet comitissæ Flandrensis. Hi itaque duo fratres duas duxerunt sorores filias Rodulphi Comitis Viromandorum neptes Alienoræ reginæ Anglorum ex sorore, calidè agentes, in retinendo terram Radulphi de Parrona per quemlibet fratrum. Hic Matthæus prius habuerat filiam regis Stephani, & susceptis ab ea duabus filiabus, rediit ad religionem vnde in vita recesserat.

Circa Augustum rex Henricus rediit in Normanniam, relicto Henrico iuniore in Anglia.
D Rex Henricus fecit pacem inter Comitem Theobaldum & Heruæum de Vienna.

Mense Septembris rex Hẽricus infirmatus est penè ad mortem apud Moram de Ger: sed miseratione diuina & supplicatione seruorum Dei quibus se humiliter commẽdabat, sopita aduersa valetudine sanitatem refouit.

Egydius Rothomagensis. Egydius Rothomagensis Archidiaconus electus est ad Episcopatum Ebroicensem. Richardus Archidiaconus Constantiensis ad Abricatensem.

Alienora filia regis Anglorum Hẽrici ad Hispaniam ducta est, & ab Anifruso Imperatore solenniter desponsata. Huius Imperatoris illa pars Hispaniæ (quę Castella vocatur) regnũ est. Huius imperij caput ciuitas Tolletum est. Prædicto regi propter infirmam ætatem (nondum enim adimpleuerat quindecim annos) aduersantur duo reges, Feruãdus Gallicię patruus eius & Anifrusus Nauarriæ aunculus eius.

Mortuo Roberto filio Roberti Comitis Cloeceſtrie, dederat etiam ante idem rex Hu
E goni Comiti Cestriæ cognato suo filiam Comitis Ebroicensis cognatam suam ex parte patris sui.

Cenomani flagrarunt incendio. Vrbs Cenomanensis flagrauit incendio. Cella sancti Victurij combusta est, sed Deo adiuuante in melius restaurata est.

Henricus rex Anglorum perrexit causa orationis ad Rocam Amatoris, qui locus in Cadulcensi pago, montanis & horribili solitudine circundatur.

Amator nutritius Christi. Dicunt quidam quòd beatus Amator famulus beatæ Mariæ & aliquando baiulus & nutritius Domini fuit, & assumpta piissima matre Domini ad æthereas mansiones ipse Amator præmonitus ab ea, ad Gallias transfretauit, & in prædicto loco vitam eremiticam transegit. Quo transeunte, & in introitu oratorij beatæ Mariæ sepulto, locus ille diu ignobilis fuit, excepto quòd vulgò dicebatur, ibi beati Amatoris corpus requiescere,

Anno domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	F.

licet ignoraretur vbi esset.

Anno ab incarnatione Domini 1166. quidã indigena huius regionis ad extrema veniens, præcepit familiæ suæ, diuina forsitã inspiratione, vt in introitu corporis sui glebam sepelirẽt. Effossa itaque terra corpus beati Amatoris integrum reperitur, & in Ecclesia iuxta altare positum, integrum illud peregrinis ostendunt, & ibi fiunt miracula multa, & antea inaudita per beatam Mariam. Ad hunc ergo locum (vt diximus) rex Hẽricus causa orationis veniens, quia appropinquabat terræ inimicorum suorum, congregata multitudine armatorũ tam equitum quàm peditum, ad orationẽ perrexit, munitus sicut ad prælium, nulli malũ inferens, omnibus & maximè pauperibus in eleemosynis largiter prouidens.

Th. cantuariensis. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus transfretauit in Angliam.

Stephanus Comes de Sanceorre frater Comitis Theobaldi perrexit Hierusalem, ferens secum pecuniam, quam rex Francorum Ludouicus fecerat colligere in adiutorium Hierosolymitanæ Ecclesiæ. G

Odo dux Burgundiæ nepos eius perrexit cum eo.

1172 20 // 35 // Ad natalem fuit rex Henricus ad Bur: iuxta Baione. // 17

Annus millenus centenus septuagenus,
Primus erat, primus quo vuit ense Thomas,
Quinta dies natalis erat, flos orbis ab orbe,
Pellitur, & fructus incipit esse poli.

Agareni cum multis milibus armatorum venerunt ab Africa in Hispaniam.

Hamo Episcopus Leonensis crudeliter per consilium (vt dicunt) Guihomari fratris sui vicecomitis Leonensis & iunioris Guihomari nepotis sui, occisus est.

Conanus dux Britanniæ. Conanus dux Britanniæ moritur, & tota Britannia & comitatus de Gippeuuis, & honor Richemundiæ per filiam Comitis Conani, quæ desponsata erat Gaufrido filio regis, in dominio regis Henrici transierunt. H

Hannercius abbas sancti Audoeni moritur.

Henricus rex venit in quadragesima ad Pontem vrsonis, & ibi per quindecim ferè dies demoratus est. hoc etiam fecit in Rogationibus, & in Pentecoste cum Guihomarus venit ad eum, & reddidit se ei & sua castella, perterritus multitudine militum & aliorum armatorum quos rex illò direxerat ad eum comprimendum nisi regis voluntati obediret.

Sequenti anno canonizatus est sanctus Thomas à Papa Alexandro, & præceptum fuit vt natalis eius dies festiuus ab omnibus celebraretur, maximè ab Anglis.

Castrum Pontis vrsonis combustum est.

Noruuicius comburitur. Vrbs Noruuicius similiter combusta est cum Episcopali Ecclesia & officinis Monachorum.

Humbertus Comes Moriens misit abbatem sancti Michaëlis de Dusa ad Henricum regem Angliæ proponendo matrimonio inter Ioannem filium regis & filiam suam, offerens ei totam terram suam. Fuit enim idem Comes filius Amati Comitis, & ditissimus in possessione vrbium & castellorum, nec aliquis potest adire Italiam nisi per terram ipsius. I

Theobaldus Judæos igni tradidit. Theobaldus Comes Carnotensis, plures Iudæorum qui Blesis habitabant igni tradidit. Siquidem cum infantem quendam in solennitate Paschali crucifixissent ad opprobrium Christianorum, postea in sacco positum in fluuium Ligerim proiecerunt. Quo inuento, eos conuictos de scelere, vt suprà diximus, igni tradidit, exceptis illis qui fidem Christianam receperunt. Hoc etiam fecerunt de sancto Vvilhelmo in Anglia apud Norethuiz tempore Stephani regis: quo sepulto in Ecclesia Episcopali multa miracula fiunt ad sepulchrum eius. Similiter factum est de alio apud Glouescestrum tempore Henrici regis secundi. Sed & in Frãcię castello quod dicitur Pontizare, de sancto Richardo impij Iudęi similiter fecerũt: qui delatus Parisios in Ecclesia sepultus multis miraculis coruscat, & frequenter, vt dicitur, faciunt hoc in tempore Paschali, si opportunitatem inuenerint. K

Iudæi crucifigunt infanter.

Obiit Vvilhelmus Talauacius Comes Pontini, & successit ei Ioannes nepos suus in Comitatu Pontini, ex Guidone primogenito suo. In terra verò quam tenebat de rege Angliæ in Normannia & in Cenomanensi pago, successit ei Ioannes Comes filius eius. Item duxit filiam Comitis Heliæ fratris Comitis Gaufridi Andegauensis & ducis Normannorum.

Normanniæ reditus augetur. Rex Henricus senior fecit inuestigari per Normanniã terras quas rex Henricus auus eius possidebat die qua obiit. Fecit etiam inquiri quas terras & quas syluas & quæ alia domini Barones & alij homines occupauerant post mortem regis Henrici aui sui: & hoc modo ferè duplicauit reditus Ducatus Normanniæ.

Riz

A	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Anno domini.

Riz rex Vvalensium pacificatus est cum rege Anglorum Henrico.

Re x Oenus auunculus eius præterito anno obierat: & filij eius regi Henrico subditi sunt.

Ma rgarita vxor iunioris regis Henrici transfretauit in Normanniam.

Mense Iulio rex congregauit Barones suos apud Argentonium: & cum ibi tractaretur de profectione sua in Hiberniam, legati Comitis venerunt ad eum, dicentes ex parte Comitis, quòd traderet ei ciuitatem Dunelinã & Vvaltrefordiã, & alias firmitates quas habebat causa vxoris suæ, quæ fuerat filia regis Dunelinæ, qui iam obierat. Rex itaque audito hoc nuntio mandauit Comiti quòd traderet ei terram suam in Anglia & Normannia, & planam terram in Hibernia, quam acceperat cum vxore sua. Et cõcessit ei vt esset conestabilis vel senescallus totius Hiberniæ.

Henricus Vvintoniensis. B Venerabilis Henricus Episcopus Vvintonienſis & abbas Glastronensis decessit è vita, iste scilicet Episcopus multa bona fecit Ecclesiæ Vvintonienſi, in ornamentis auri & argenti & sericarum vestium. Diuitias etiam suas Ecclesiis & pauperibus larga manu distribuit.

Ad augmentum etiam virtutum suarum per aliquantulum temporis ante mortem suam lumine corporali priuatus fuerat.

Mense Augusto rex transiuit in Angliã, & aggregatis tam militibus quàm sumptibus quæ ad tantã expeditionẽ necessariæ erant, vigilia beati Lucæ Euangelistæ trãsiuit in Hiberniam: quàm autem prosperè transfretauit, applicuit, receptus fuit, literæ quas ad regem Henricum filium suum misit, indicant.

21 // 36 // Henricus rex iunior ad natalem fuit ad Bur iuxta Baioc, & quia tunc primùm te- // 18 1173
nebat curiã in Normannia, voluit vt magnificè festiuitas celebraretur. Interfuerunt Episcopi, Abbates, Comites, Barones, & multa multis largitus est.

C Et vt appareat multitudo corũ qui interfuerunt: Cum Vvilhelmus de sancto Ioanne Normanniæ procurator, & Vvilhelmus filius Hamonis senescallus Britanniæ (qui venerat cum Gaufrido duce Britanniæ Domino suo) comederent in quadam camera, prohibuerũt ne quis miles comederet in eadem camera qui non vocaretur Vvilhelmus, & electis aliis de camera remanserunt centum & decem milites qui omnes vocabantur Vvilhelmi, exceptis plurimis aliis eiusdem nominis qui comederunt in aula cum rege.

Henricus Saxonum dux pergit Hierosolymam. Henricus dux Saxonũ & Baiaorum gener Henrici regis Anglorum, perrexit Hierusalem cum magno comitatu militum, & magna ibi incepisset, & perfecisset forsitan incepta, nisi rex & templarij obstitissent. Thesauros tamen quos secum portauerat larga manu distribuit pauperibus & Ecclesiis sanctæ terræ.

Post Pascha rex audiens duos legatos Albertum & Theodericum ex parte Domini Papæ A. ad se missos pro causa piæ memoriæ Thomæ quondam Cantuariensis Archiepiscopi cum esset in Hibernia, citissimè venit de Hibernia in Angliam, de Anglia in Normanniam, & præmissis ab eo honorabilibus personis, locutus est cum eis. Primò Sanigueij, postea Abrincẽses, D tertiò Cadomi, vbi causa illa finita est, sicut literæ publicæ testantur quæ inde factæ sunt, & à multis personis quæ illuc conuenerant retinentur.

Rex Henricus locutus est cum rege Francorum, & misit filium suum regem iuniorem in Angliã, vt Margarita filia regis Frãciæ vxor eius consecraretur in reginam. Hanc inunxerunt ex consilio regis Franciæ, Rotrodus Archiepiscopus Rothomagensis, & Egidius Episcopus Ebroicensis, & coronauerunt regem & vxorem eius.

Circa festum sancti Michaëlis, congregauit rex Episcopos Normanniæ & Britanniæ, & venit ipse & legati Abrincenses tractaturi de Ecclesiasticis negotiis, sed obsistẽte regis infirmitate, parum profecerũt. Huius cõuẽtus causa venerũt vsque ad montẽ, ad nos honorabiles personæ multæ, inter quas fuerunt religiosissimi viri Dominus Stephanus Cluniacensis, & Dominus Benedictus Clusinus abbates: mutua vice societatem suam nobis & sibi nostram impendimus, sicut literæ eorum quæ à nobis habentur, & nostræ quæ ab ipsis E asportatæ sunt, testificantur. Hoc etiam fecerat nobis piæ memoriæ Vvilhelmus Vizeliacensis abbas in capitulo Vizeliacensi, & cum his tribus Ecclesiis, scilicet Cluniacensi, Dusensi, Vizeliacensi, habemus spiritualem societatem & multum nobis & illis placentem.

Circa festum sancti Martini venit iunior rex cum vxore sua ex Anglia, & locuti sunt cum rege Francorum ipse apud Gisorz, ipsa verò apud Caluummontem, quos rex lætissimè susscepit sicut filios suos.

22 // 37 // Rex Henricus cum regina Alienora egit natalem Domini apud Chino- // 19 1174
num regaliter. Iunior verò rex cum vxore sua Margarita eandem festiuitatem apud Bonamuillam celebrauit. Exindè, sequutus est patrem suum in Andegauensem pagum moraturum in illis partibus vsque ad purificationem beatæ Mariæ, quãdo rex debebat loqui cum

rege Arragonensi, & cum Comite de Morienna, & cum Comite de sancto Egidio pro causa Tholosæ.

Vvilhelmus abbas Radingis, factus est Episcopus Burdegalensis.

Comes de sancto Egidio pacificatur cum rege Angliæ de Tholosa, facto ibi homagio. Et Richardo filio suo duci Aquitanorum promisit ei se daturum equos magni pretij quotannis quadragesimæ. Et si necesse habuerit inueniet ei vno quoque anno ad seruitium suum per 40. dies centum milites.

In quadragesima, quia rex Henricus senior remouerat à consilio & famulatu filij sui Asculphum de sancto Hilario & alios equites iuniores, ideò ille iratus recessit à patre, & venit Argentonium, & recessit inde noctu pergēs ad regem Francorum nescientibus ministris suis quos pater suus seruitio suo deputauerat. Quē sequutus est Comes Roberti Belleti, relinquēs castella sua sine custodibus, quę rex Henricus occupauit. Comes etiā Cestriæ, Hugo à sancto G
Iacobo Gallicensi rediens, sequutus est eum, & Vvilhelmus Patric senior, & tres filij eius & multi alij minoris nominis. Quorum omniū domos & virgulta & syluas rex euertit. Similiter regina Alienora & filij eius Richardus Comes Pictauiensis, & Gaufridus Comes Britanniæ alienati sunt ab eo.

Feria quarta ante cœnam Domini prior Cantuariensis, & aliæ personæ honestæ venerūt ad sanctam Barbaram in Episcopatu Lexouiensi, ad regem Hēricum & ad legatos Romanos Albertum & Theodericum, & elegerunt Rogerum abbatem Becci ad Archiepiscopatum Cantuariensem. Ille verò prætendens infirmitatem suam, noluit aquiescere electioni eorum. Qui inde redeuntes in Angliam, conuocatis Episcopis & aliis religiosis personis elegerunt in Archiepiscopum priorem de Dituria Monachum suum, Richardus etiam Archidiaconus Pictauiensis, electus est ad Episcopatum Vvintoniensem. Gaufridus filius regis Henrici naturalis Archidiaconus Lincoliēsis, Gaufridus Lidel Archidiaconus Cātuariensis ad Eliensem, H
Robertus Folior Archidiaconus Lincolien sis ad Herefordensem, Rudulphus Lōbardus Archidiaconus Salesbergensis ad Batensem, Gocelmus Decanus Cistensis ad Ciscestrensem.

Posita autem die qua cōsecraretur electus Cantuariensis, vt cōsecraret ęquè alios electos, in generali conuentu Episcoporum & aliorum qui conuenerant, prior Cātuariensis protulit literas Henrici iunioris regis, in quibus dicebat eos non esse sacrandos. Et siquis imponeret eis manus, inuitabat eum ad audientiam Domini Papæ. Et ita infecto negotio recesserunt vnusquisque ad propria.

Prior Vvintoniensis factus est abbas Glastoniæ.

Post Pascha Bernardus de feritate dedit se & castellum suum regi iuniori.

Similiter Galerandus de Ibera, Goscelinus Crispinus, Gisledertus de tegulariis, Robertus de Monteforti, Radulphus de Faie, Gaufridus de Lezenonen, Hugo de sancta Maura, & Episcopus filius, & Vvilhelmus Camerarius veniens de Anglia.

phil. Flandrēsis comes. Philippus Comes Flandrensis cepit castrum de Ambunare, & in eodem Comitem Vvilhelmum Dominum ipsius castri & Comitem Simonem: inde Comes Ancensis Henrico subdidit se & castella sua regi iuniori & Comiti Flandriæ. I

Ludouicus rex Vernoliū obsidet. Post festum sancti Ioannnis rex Francorū Ludouicus coadunatis baronibus suis ex omni regno suo obsedit castrum Vernolium ferè per vnum mensem, in quo exercitu (vt dictum est à nonnullis) fuerunt 7. millia militū, excepta reliqua multitudine: quibus restiterunt viriliter Hugo de Laci, & Migo de Bello campo constabilis ipsius castri, & milites eis subditi cum Burgensibus.

Iunior rex Henricus & Philippus Comes Flādrensis, & Matthæus frater eius Comes Bolonien sis obsederunt nouum castrum quod dicitur Dringurtum cum magno exercitu, cui castro præerant dominus Bardulphus & Thomas eius frater. Qui cum vidisset se non posse resistere crebris assultibus eorum & suffossioni murorum, acceptis induciis perrexerunt ad regem Angliæ dominum suum, nūtiantes ei quòd non poterāt resistere viribus inimicorum. K
Quare concessit eis rex vt castrum redderent Comiti Flandriæ.

Matthæus Comes Bolonien sis frater Philippi Comitis Flandrensis ex vulnere quod accepit in obsidione castri de Dringurto, mortuus est: vnde Comes Flandriæ frater eius dolens, accinxit militaribus armis Petrum fratrem suum, qui electus erat ad Episcopatum Cameracensem.

Steph. cluniacensis. Tertio idus Augusti vir religiosissimus dominus Stephanus abbas Cluniacēsis, viam vniuersæ carnis ingressus est, & successit ei Radulphus prior de Caritate consobrinus Comitis Theobaldi.

Obiit etiam Rogerus Comes de Clara, cui succeſſit Vvilhelmus filius eius, qui duxit filiam scilicet ducis Glocestriæ.

Rex Henricus, contracto magno exercitu tam equitum quàm peditum, venit Britolium, volens

volens hominibus suis in Vernolio à rege Frācorum Ludouico obsessis ferre auxilium. Quod cum rex Francorum audisset, vsus consilio sapientium à castro recessit, relicta multa parte impedimentorum & victualium.

Rex Henricus conuocatis Baronibus Britanniæ, exegit ab eis sacramentum suę fidelitatis. Quod cum alij vtcunque obseruarēt, Radulphus de Fulgeriis infideliter agens, vocatus à rege, parere noluit. Sed castellū de Fulgeriis quod ipse rex prius destruxerat, cepit reædificare. Quod audiens Asculphus de sancto Hilario & Vvilhelmus Patric, & tres filij sui læti effecti, per diuerticula venerunt ad eum. *Radulphus de Fulgeriis.*

Comes etiam Cestriæ & Comes Eudo sequuti sunt eos.

Cum rex Angliæ Henricus misisset Brebensones suos ad deuastandum terram Radulphi de Fulgeriis, & hoc ex magna parte fecissent, magna pars eorū qui victualia ad exercitum defe-
B rebāt, cum non haberēt ducem neque protectorem, occisa est inter sanctum Iacobum & Fulgerium à militibus Radulphi de Fulgeriis.

Radulphus de Fulgeriis castrum sancti Iacobi tradidit incendio, similiter castrum Tilioli.

Rex Henricus latenter veniens Fulgerium vt interciperet Radulphum, audito eius aduentu, fugæ petiit remedium, prædam tamen tantam quantam aliquis in nostrò vix viderat rege, homines ceperunt. Siquidem Radulphus de Fulgeriis præcepit hominibus de omni terra sua, quòd equos & armenta & pecudes & omnem substantiam suam ducerent in suam foresta m. Sed antequam intrarent nemoris latibula ab inimicis intercepti sunt, & omnia sua amiserunt.

Radulphus de Fulgeriis delinitis custodibus pretio & precibus qui custodire debebāt castrum de Ciniburco & ciuitatē Dolensem ad opus regis Angliæ, cepit illas munitiones. Quod audiens rex misit Brebensones suos & quosdam de militibus suis ad eorum auxilium, si necesse
C haberent. Quibus obuiauerunt Comes Cestriæ, Radulphus de Fulgeriis, Asculphus de sancto Hilario, Vvilhelmus Patric, & vniuersi milites de terra Radulphi de Fulgeriis cum magna multitudine peditum. Qui, quasi in momento dispersi, milites se fugæ tradiderunt, & multi de plebe occisi sunt.

Comes verò Cestriæ & Radulphus de Fulgeriis & 60. milites cum eis cum non possent effugere, quia inimici eorum obstruxerant viam fugiendi, incluserunt se in turri excepto Ascul fo de sancto Hilario & Vvilhelmo Patric, & quibusdam aliis, qui capti ducti sunt ad Pontem vrson. Itaque obsessa est turris Dolià Brebensonibus & militibus regis & plebe Abrincatina.

Comes verò Eudo cùm venisset è Francia, noluit morari cum Radulpho de Fulgeriis, sed abiit in Porroret, & firmauit castellum Goscelini, & cepit castellum Ploasmel. In sequenti opere potest videri probitas, industria & agilitas regis Angliæ Henrici. Audiuit nuntium de obsessione turris Doli cùm esset Rothomagi nocte præcedente diem Mercurij. Ipso verò
D die Mercurij, cum iam lux esset, recessit à Rothomago, & venit Dolum sequenti die circa tertiam, & obsedit turrim. Et cùm præparasset machinas ad turrim capiendam, inclusi sibi prouidentes, reddiderunt turrim & se ad voluntatē regis. Inde rex misit eosdem per firmitates suas, vt ibi custodirentur. Quosdam verò, acceptis obsidibus, secum retinuit sub libera custodia.

Comes Robertus de Leecestria volens turbare regnū Angliæ, ipse & vxor eius & Hugo de Nouocastello consobrinus eius cū multis militibus transfretauit in Angliam. Sed interceptus ipse & vxor eius & Hugo de Nouocastello, capti sunt à fidelibus regis iuxta sanctū Edmūdum, & custodiæ traditi. Et multi Flandrenses ibi occisi sunt, & multi alij capti & occisi. Et forsitan ideò, quia rapinam exercuerant in terra sancti Edmundi regis & martyris. *Robertus de Leecestria.*

Radulphus de Fulgeriis dedit obsides regi Angliæ pro se filios suos Viellium & Vvilhelmum: ipse verò nullatenus acquieuit, vt se potestati regis traderet, sed fugiendo per ne-
mora delitescit.

E Gaufridus de Poentio, & Bonus abbas de Rugeio, & alij ex hæreditate de Media & de Andegauensi pago, & Radulphus de Haia, Normannus de nemoribus infestant terrā regis carētes munitionibus castellorum. Siquidem Brebensones, regis querela, sicut antea, pessundederunt Fulgerium & cæteras munitiones Radulphi.

Robertus de Vitreio obiit, & successit ei filius suus Andreas natus ex sorore Rollandi de Dinansi. Idem verò Rollandus, quia carebat alio hærede, fecit hæredem alium nepotem suum Alanum de omni terra sua in præsentia regis.

23 // 38 // Rex Henricus egit natalem Domini in Baiocensi pago apud Burum. // 20 1175

Vvilhelmus Episcopus de Trigel, humanæ vitæ finem facit, cui successit Iuo Brito Archipresbyter Turonensis.

In loco etiam Hamonis Episcopi Leonensis, electus est quidam Archidiaconus eiusdem

Anno domini. | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. F

Ecclesiæ, non Canonicè sed Symoniacè. Et dum haberet gratiam tam cleri quàm populi, non promeruit consecrationem, impediente morte Iocij Archiepiscopi Turonensis. In cuius loco elegerunt Turonenses clerici Decanum ipsius Ecclesiæ Bartholomæum iuuenem strenuum & genere nobilem.

Vvilhelmus Patric iunior moritur Parisiis, & Vvilhelmus Patric pater eius. Cui successit Ingerrannus Patric filius eius, qui duxit filiam Richardi filij Comitis.

Radulphus Normannus. Obiit abbas sancti Florentij, & successit ei Radulphus Normannus. Similiter satisfecit vitę humanæ nutritus reclusus vir honestus & magnæ religionis, ad cuius tumulum (vt quidam dicunt) qui est iuxta Ecclesiam sanctæ Mariæ Ardonensis, Deus magnificatur in curatione infirmorum.

Hamo. Obiit etiam anno superiore Hamo de Lanidecopio Monachus Sauinensis, qui propter religionem & bona opera in pauperes, charus erat Deo & hominibus. G

Archiepiscopus Tarentasiæ, qui fuerat Monachus de ordine Cistercensi, per quem in nostris temporibus in exhibitione miraculorum Deus benedicitur cum abbate Cistercensi. Alexãder missus à Domino Papa venit ad regem Frãcorum pro reformanda pace inter regem Anglię Henricum & filium eius regem iuniorem, sed impedientibus hominũ peccatis, parum profecit.

Circa Pascha Richardus electus Cantuarensis, qui anno superiore perrexerat Romam, à Papa Alexandro sacratus est Anaginæ. Rogerium electum Batensis socium suum sacrauit Archiepiscopus Carentensis.

Duæ reginæ ducuntur in Angliam.

Ludouicus rex Franc. traiicit in Angliam. Circa idem tempus Ludouicus rex Francorũ cõgregauit Parisiis omnes Barones regni sui qui ei parebant, & cum eis habuit secretum ministerij sui. Iurauerunt ergo Comes Flãdrensis, Comes Theobaldus, Comes de Claromonte, & multi alij, quòd trãsfretarent cũ iuniore rege in Angliam circa festum sancti Ioannis, & pro posse suo subiugarent ei idem regnum. Alij verò qui remanebant, iurauerunt quòd cum exercitu per Normanniam pergerent, & quæcunque castella possent caperent, & patriam vastarẽt, aut vrbem Rothomagensem obsidione cingerẽt. Quod & fecerunt parum proficientes. H

Rex autem Henricus iunior qui multos de Baronibus Franciæ obæratos habebat, & magnis obsequiis & donis eos sibi familiares fecerat, hoc cognito per eos castella sua quæ erant in finibus Normanniæ iuxta Franciam armis, militibus & victualibus muniuerunt. Remouit etiam quosdam custodes castrorum, ne aliquando sibi fraudem facerent per receptionem inimicorum suorum & longam moram. Inde locutus est cum Baronibus Normanniæ, eos admonuit, obsecrauit, vt viriliter & fideliter agerent, & rememorarentur quòd parentes eorum multoties Francos à finibus suis turpiter eliminassent. Inde assumptis paucis, imò ferè nullis de Baronibus Normanniæ, cum Brebensonibus suis transiuit in Angliam. Qua autem humilitate sepulchrum beati martyris Thomæ visitauerit, notandum est. I

Rex deuotus ad reliquias Th. Cantuar. Vt autem vidit Ecclesiã Cantuarensem desiliens equo veste lanea & nudis pedibus, pedes vsque ad illam per paludes & acuta saxa cum summa deuotione perrexit, in oratione ad sepulchrum glorioſi martyris, in lachrymis tam deuotus extitit, vt videntes ad lachrymas cogeret. Feria sexta illuc venerat, & impransus tota nocte ibi vigilauit. Mane autem facto, in capitulum Monachorum pergens, subdidit se verberibus eorum, imitatus redemptorem qui dorsum suum dedit ad flagella. Sed ille fecit propter peccata nostra, iste propter propria. Eadem autem die qua recessit à sancto loco, captus est Vvilhelmus rex Scotiæ à Baronibus Eboracensibus. Qui rex tota æstate cum Rogero de Mombrai & aliis complicibus suis vastauerunt septemtrionales partes Anglorum pertingentes ad Scotiam. Quarta feria sequenti audiuit rex nuntium tanti gaudij.

Rex Henricus exhilaratus tanto nuntio facta pace cum Comite Hugone Bigoth, & positis infirma custodia Vvilhelmo rege Scotiæ & Richardo Comite Loceſtriæ cum comitibus suis: K transfretauit in Normanniam, relinquens Angliam in pace, quam fere perditam in triginta diebus recuperauerat. Veniens itaque Rothomagum, misit marchisos suos Vvalenses trans Secanam, vt victualia quæ veniebant ad exercitum Francorum in nemoribus diriperent. Franci igitur ex vna parte timentes regem, ex alia Vvalenses, de pace locuturi ad regem conueniunt. Vnde rex exhilaratus, terminum de pace inter eos reformanda posuit ad natiuitatem sanctæ Mariæ apud Gisors, quo termino elapso, ex vtraque parte conueniunt, sed nihil profecerunt, nisi quòd alium terminum circa festum sancti Michaëlis posuerũt inter Turonenses & Ambasianos, quo loco Deo fauente pax prouenit, & filij regis tres se patri suo humiliter subdiderunt. Et rex Francorum & Comes Flandrensis firmitates quas ceperant in Normannia regi Angliæ reddiderunt.

Ego verò

A Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | Anno domini.

Ego verò pacem istam asscribo Dominæ nostræ IESV Christi genitrici, quia in vigilia assumptionis eius vniuersus exercitus ab obsidione recessit, & ciues Rothomagenses, lætũ diem egerunt in Ecclesia ipsius, sicut debebant ab obsidione liberati. *Maria virgo pacẽ impetrit.*

Post festum sancti Ioannis moritur Ammaricus rex Hierosolymitanus.

Obiit etiã Loradin rex Halapriæ, & successit ei filius natus ex sorore Comitis sancti Egidij quam acceperat captiuam in itinere Hierosolymitano. Ipsa verò & filij acceptis iudiciis vsque ad septem annos promiserunt se daturos plurimam summam auri regi Hierosolymitarum.

Saraguntat nepos ipsius Loradin occidit Amulanum Babyloniæ, & factus est princeps Babyloniæ & Alexandriæ.

Mortuo Brogone abbate sanctæ trinitatis, successit ei Vvilhelmus de Espræuillis Monachus Becci prior sancti Hymerij.

B 24//39// Rex Henricus egit natalem Domini apud Argentomagum. //21 1176

Fredericus Alemannorum Imperator cum vxore & liberis & magno exercitu veniens in Italiam, obsedit Alexandriam vsque ad Pascha nihil proficiens, sed multa detrimenta sustinens.

Guarinus de Gesardim abbas Pontiniacensis, factus est Archiepiscopus Bituricensis, sicut abbas qui idem monasterium ante ipsum rexerat, factus fuerat Archiepiscopus Lugdunensis. *Guarinus Gesardi.*

Circa Pascha iunior rex pacificatus est cum patre suo, accepto ab eo & fratribus suis sacramẽto quod voluit, inde rex misit ducem Richardũ filium suum in Aquitaniam, & Gaufridum filium suum Comitem Britanniæ in Britanniam, assignans ei Rollandum de Dinam, vt esset procurator terræ suæ.

C Fredericus Imperator Alemannorũ recessit ab Alexandria, & tractatum fuit de reformãda pace inter Dominũ Papam & ipsum. Sed Imperator noluit acquiescere paci stante Alexãdria, quam Longobardi noluerunt subuertere, & ita pax remansit. Ipse verò adhuc moratur Papiæ, non valens procedere nec reuerti.

Gaufridus dux Britãniæ ea quæ Comes Eudo habebat de Domino suo, scilicet Venetum, Ploasmel, medietatem Cornubiæ, reuocauit in ditionem suam.

Post Pascha rex Henricus & filius suus rex iunior transfretauit in Angliam. Quia verò clerici & laici, Barones & milites ceperant de seruis suis, sine ipsius licentia, emunxit eos multo argento.

Rex Scotiæ pacificatus est cum rege Angliæ, hoc modo: fecit homagium & ligantiam de omni terra sua vt proprio Domino, & concessit ei vt omnes Episcopi terræ illius, qui sunt numero decem, & abbates & Comites & Barones hoc idem facerent. Episcopi verò & abbates homagium non fecerunt, sed sacramento se constrinxerunt hoc obseruaturos, & quòd forent *Scoti Anglis homagium præstant.*

D subditi Ecclesiæ Eboracensi & Archiepiscopo, & illò irent causa sacrandi quoties necesse esset. Insuper rex Scotiæ tradidit munitiones suas, scilicet Rocheburc & Castrum puellarum & tertium règi Angliæ qui posuit in eis custodes suos. Quibus etiam rex Scotiæ inuenit necessaria. Præterea rex Angliæ dabat honores, Episcopatus, abbatias, & alios honores in Scotia, vel (vt minus dicam) consilio eius dabantur.

Prior Canthuarensis factus est abbas de Bello.

Petrus prior Montisacuti, Hidæ.

Prior Berniendeuici Abbendoniæ.

Prior Vvintoniæ Vvestmonasterij.

Ioannes Oxenefordiæ Decanus Salesberiensis electus est ad Episcopatum Norwuincensem.

Obiit Raginfredus Comes Cornubiæ prioris Henrici regis filius naturalis, & sepultus est Radingis.

E Comitatum Cornubiæ & totam terram, quam habebat tam in Anglia quàm in Normãnia & in Vvalia retinuit rex in manu sua, ad opus Ioannis filij sui iunioris, excepta parua portione, quam dedit filiabus ipsius Comitis.

Robertus de Monte. Robertus abbas Montis scriptor horũ temporum, pergẽs in Angliam promeruit cartham & sigillum omnium eleemosynarum Ecclesiæ Montis, quæ datæ fuerant prædictæ Ecclesiæ vsque ad præsens tempus, & dabuntur in futurum.

Richardus filius Comitis Glocceſtriæ obiit, & successit ei Philippus filius eius natus ex sorore Roberti de Monteforti.

Obiit etiam Henricus frater Ludouici regis Francorum Archiepiscopus Remensis. Similiter Comes Niuernensis: & quod dolendum est & tacendum nisi ob memoriam iusti viri, abbas Clareuallensis. Girardus à quodam pseudomacho eiusdem ordinis

Anno domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.

nocte cultro ter appetitus letaliter vulneratus est. Per triduum tamen quod superuixit, confessionem, pœnitentiam & sacramentum corporis Christi susc ipere promeruit.

Primatus Britanniæ. Richardus Archiepiscopus Cantuariensis congregauit magnum concilium in Anglia ciuitate Lundonensi. Et adhuc vetus querela de primatu Britanniæ inter ipsum & Rogerum Archiepiscopum Eboracensem perseuerat. Similiter Bartholomæus Archiepiscopus Turonum concilium habuit cum Episcopis Britanniæ Rhedonis.

Hugo Petri Leonis legatus sedis Romanæ transit in Angliam.

Nix & gelu durauerunt à natiuitate Domini vsque ad purificationem beatæ Mariæ.

Obiit Richerius de Aquila, & successit ei Richerius filius eius.

Obiit Richardus Comes Destreguel filius Comitis Gisleberti, relinquens paruulum suum ex filia regis Duneline. Iste acquisiuit quasdam ciuitates in Hibernia, scilicet Dunelinam & Vvatrefeltis, & alias, quas Henricus rex Anglorum cum in eandem insulam pergeret, accepit G in manu sua.

Tributũ corij bouini. Hibernenses promiserunt regi Henrico tributum de omni insula, scilicet de vnaquaque domo corium bouis vel duodecim argenteos.

Ventus vehemens. In vigilia Paschæ circa meridiem factus est ventus vehemens, dissipans domos, & syluas eradicans.

1177 25//40//In septimana pentecostes Longobardi & maximè Mediolanenses debellauerunt//22 exercitum Frederici Imperatoris Alemannorum, qui tunc morabatur in Papiensi vrbe. Ipse verò vix fugiendo euasit.

Vvilhelmus frater Comitis Theobaldi Archiepiscopus Senonensis & Episcopus Carnotensis, translatus est ad Remensem Archiepiscopatum, & successit ei Senone præpositus Antissiodorensis, & Archidiaconus Senonensis, Guido nomine.

Io. Saleber. In Carnotensi vrbe Ioannes Salesberiensis vir honestus & sapiẽs, qui prius clericus Theo- H
baldi Cãtuariensis Archiepiscopi fuerat, & postea sancti Thomæ martyris successoris eiusdem Theobaldi.

Mortuo Episcopo Beluacensi, successit ei Philippus filius Roberti Comitis fratris regis Francorum.

Vvilhel. Rex Siciliæ repetit Apuliam. Vvilhelmus rex Siciliæ, ducatus Apuliæ, principatus Capuæ, per legatos requisiuit, & Ioannam filiam Henrici regis Anglorum in vxorem accepit.

Obiit Rogerius abbas Gemmeticensis Monachus Becci.

Obiit etiam Radulphus Salmuriensis, cui successit Manerius sacrista eiusdem loci.

Obiit etiam Vvilhelmus de Curseio, relinquẽs paruulum suum ex filia Richerij de Aquila.

Cessit etiam in fata Vvilhelmus de Albineio, quem vocabant Comitem Darundelenus, relinquens filios quatuor, scilicet Vvilhelmum de Albineio primogenitum, & alios tres natos ex Aelisa regina vxore primi Henrici regis Anglorum. Qui Vvilhelmus duxit relictam Rogerij Comitis de Clara, filiam Iacobi de sancto Hilario, cum omni terra quam idem Iacobus ha- I
buerat in Anglia.

Phil. Flandrensis petit Hierosol. Philippus Comes Flandrensis accepta cruce Domini cum magna manu militum perrexit Hierusalem.

Asculphus de sancto Hilario perrexit Hierusalem, & peregrè mortuus est.

Petrus frater Philippi Comitis Flandrensis, accepta comitissa Niuernensi, quæ fuerat vxor Domini Issoldunẽsis castri, mortuus est, & ideò forsitan, quia militiam spiritualem, id est, clericatum dimiserat, vtpotè qui fuerat electus ad Episcopatum Cameracensem, relicta spirituali militia miles seculi factus fuerat. Hic ex eadem comitissa genuit vnã filiam, quam comitissam cum eodem Comitatu accepit Comes Robertus filius Comitis Roberti Ludouici regis Francorum, & ita facta est quadrigama.

Obiit venerabilis vir Robertus abbas Maiorismonasterij, & successit ei Petrus Monachus eiusdem loci.

Deposito Radulpho abbate Cluniacensi consobrino Comitis Theobaldi, Galterus prior K
sancti Martini de Campis successit ei, & ille exabbas factus est prior Charitatis.

Cessit etiam in fata Robertus de Blangeio, vir honestus & religiosus Monachus Becci & abbas sancti Ebulphi.

Osbertus. Fratres vicissim tres Ecclesiæ successere. Nihilominus etiam satisfecit humanæ vitæ Osbertus abbas Lyræ, cui successit frater eius Gauer iunior, sicut & ipse successerat senior fratri suo Vvilhelmo, quod vix aut nunquam inuenies, vt tres fratres sibi inuicem succedant in regimine alicuius Ecclesiæ.

Obiit Hugo Bigoth Comes, & successit ei Rogerius filius eius.

Rogerius de Cripta Monachus sanctæ Trinitatis Cantuariensis, factus est abbas sancti Augustini, electo Clereubaudo electo illius monasterij, qui noluit benedictionem accipere à sancto Thoma: & ideò elongata est ab eo.

Quinta

Anno domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.

Quinta feria in cœna Domini occisus est sanctus Vvilhelmus à Iudæis Parisius: qui con- *Iudei paricidæ cremantur.*
cremati sunt.

Benedictus prior Cantuariensis factus est abbas Burc.

In æstate & in automno fuit maxima siccitas: vnde & satio terræ, messis, & fœnũ ex maiori parte periit, & collectio messium & vindemiarum solito citius euenit.

Nono Kalendas Augusti concordati sunt Dominus Papa Alexander, & Fredericus Impe- *Fred. Imp. & papa conueniunt.*
rator Romanus: in ciuitate Venetiæ in domo Patriarchæ ipsius ciuitatis.

Mense Augusto Henricus rex Anglorum senior, & Gaufridus dux Britannorum filius eius, cum maximo apparatu transfretauerunt in Normanniam: quibus obuiauerunt iunior rex Henricus, & Richardus dux Aquitanorum, filij eius, cũ multis baronibus cum gaudio magno & honore.

B Rex Henricus assumptis filiis suis Hẽrico iuniore, & Richardo duce Aquitanorum: & congregatis baronibus suis apud vadum sancti Remigij, cum rege Francorum loquutus est ea quæ ad pacem sunt, & de susceptione crucis ad seruitium Dei. Inde Dominus rex misit filium suum Comitem Britanniæ cum cæteris Britonibus ad expugnandam superbiam Guihomari de Leone.

Mauritius basilicam Parisiorũ struit. Mauritius Episcopus Parisiensis iam diu est quod multum laborat, & proficit in ædificationem Ecclesiæ prædictæ ciuitatis: cuius Caput iam perfectum est, excepto maiori tectorio, quod opus si perfectum fuerit, non erit opus citra montes cui apertè debeat comparari.

Mortuo Valeranno filio Vvilhelmi Lupelli, turris Iurẽ venit in manu Domini regis: quam multum cupierat, quam nec pater eius nec auus habuerunt.

Rex Henricus perrexit in Bituricẽsem pagum: accepit in manu sua castrum Radulphi de
C Dolis, quia erat de feudo eius, & filiam vnicam Domini eiusdem castri, cum tota hæreditate ipsius, quam dicunt quidam tantum valere quantum valet reditus totius Normanniæ. Issoldunense etiam castrum cum omnibus pertinentiis suis: quia Odo dominus eiusdem castri nuper decesserat, & paruulum filium reliquerat, & ad Comitatũ Andegauẽsem pertinebat, Barones qui illud custodiebant obtulerunt ei, quod noluit recipere: quia non habebat hæredem, quem dux Burgundiæ, quia cognatus eius erat, furtim abstulerat.

Castrum etiam munitissimum & arce & natura Turonium vicecomes eiusdem castri reddidit ei.

Totam etiam terram Comitis de Marcha rex Henricus sex millibus marcis argenti ei valentem, vt idem rex dixit, viginti milibus marcis argenti.

Episcopus Lemouicen. qui erat Comes eiusdem ciuitatis, cum per decennium vixisset in cæcitate mortuus est.

Castrum etiam iuxta prædictam ciuitatem situm, in quo requieuit sanctus Martialis
D in monasterio suo, Richardus dux Aquitanorum, abstulit vicecomiti eiusdẽ castri: & meritò, quia adiuuabat partes Comitis Engolismensis, qui infestabat ipsum ducem.

Ruandus. Obiit Ruandus Venetensis Episcopus vir religiosus, Monachus Cisterciensis.

Guihomarus de Leon venit ad Dominum regem, promittens se de omni terra sua facere voluntatem eius. Iaruagem de Roca reddidit idem castrum Domino regi & Comiti Gaufrido filio eius.

Inundatio. Sicut fuerat in æstate maxima siccitas: ita fuit in hyeme maxima inundatio aquarum. Hoc anno circa festiuitatem sancti Ioannis multi submersi sunt in fluminibus. In mari etiam multæ naues perierunt: inter quas vna quæ portabat Gaufridum præpositum de Reuerle nepotem Rogerij Archiepiscopi Ebroicensis, Cancellarium regis iunioris & alios multos nobiles apud sanctum Vvalericum periit.

Naufragium 30. nauium. Perierunt præterea naues multæ quæ afferebãt vinum de Pictauensi pago, vt quidã dicunt ferè triginta, vel eo amplius.

Rolandus decanus. E In festiuitate sancti Martini Canonici Dolenses elegerunt in Archiepiscopum Rolandum Decanum Abrincensem, virum religiosum & literatum. Cui electioni interfuerunt Henricus Baiocensis, & Richardus Abrincensis Episcopi, & Robertus de Monte, & multi viri religiosi.

Ventus vehemens. In nocte sancti Andreæ factus est ventus vehemẽs, & in ipsa festiuitate & in prædicta vigilia apparuit lux, manè veniens ab oriente vsque ad occidentem, qua die pugnauerunt Christiani cum Paganis apud sanctum Georgium de Ramula. Putabat enim Salaadin qui duxerat vxorem Naradin iam defuncti, quòd posset capere vrbem Hierusalem defensoribus destitutam, quia Comes Flandrensis duxerat ferè omnes Christianos milites ad obsidionem Harenc. Sed tamen rex Hierusalem & Patriarcha & alij religiosi viri habentes paucos milites, & seruientes per virtutem sanctæ crucis, vicerunt innumerabilem exercitum

Crux paganos terruit.

Hæretices studio arguitur Episcopus.

Apparitio.

Becci Ecclesiæ dedicatio.

Ioãnæ Reginæ dos.

Christianorũ factus in Agarenos.

Agenenses hæretici.

Carnotum ciuitas incenditur.

Anno domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.

Paganorum : cuius crucis longitudo à terra vsque ad cœlum Paganis apparuit, sicut ipsi dixerunt.

In hac victoria Christiani auro & argento, equis & armis, & victualibus locupletati sunt.

1178 26//41//Rex Henricus senior tenuit curiam suam ad natalem Andegauis, & ibi cum eo //23 fuerunt iunior rex Henricus & Richardus dux Aquitaniæ, & Gaufridus dux Britanniæ filij eius: & vix in aliqua festiuitate tot milites secum habuit: nisi in coronatione sua, siue in coronatione filij sui regis iunioris.

Obiit Stephanus vir honestus & literatus Episcopus Rhedonensis. Huic accidit quædam visio mirabilis, quam ipse Episcopus cuidã Monacho familiari nostro ante mortem suam manifestauit. Quædam enim persona ei apparens leui sibilo hos versus ei dixit, Define ludere temerè, nitere surgere properè de puluere. Ipse enim multa rythmico carmine & prosa iocundè & ad plausus hominum scripserat. Et quia miserator hominum eum in proximo moriturum G sciebat, mouit eum vt à talibus abstineret, & pœnitentiam ageret. Scripsit etiam vitam sancti Firmati Episcopo, & vitam sancti Vitalis primi abbatis Sauigneij. Scripsit etiam mihi quinquaginta versus de senectute: in quorum vltimo prædictorum versuum vnam clausulam posuit. Cui etiam mater misericordiæ apparuit in obitu suo, cui deuotè semper seruierat.

Obiit Gaufridus Episcopus Andegauensis.

In media quadragesima dedicata est Ecclesia Becci decimoquarto Kalendas Aprilis à Rotrodo Archiepiscopo Rothomagensi, & Hẽrico Baiocensi, & Richardo Abrincensi, & Egidio Ebroicensi Episcopis. Huic dedicationi interfuerunt reges Anglorum pater & filius: & Ioãnes iunior filius regis. Dedit autem rex senior in dotem Ecclesiæ centum libras Andegauenses annuatim in molendinis de Robec.

Robertus de Argentiis cellarius Gemmeticensis factus est abbas eiusdem Ecclesiæ. H

Galterius subcellarius sancti Vvandregisili factus est abbas eiusdem monasterij.

Radulphus de sancta Columba factus est abbas sancti Ebrulphi, monachus eiusdem loci.

Obiit Iordanus Teissõ, & successit ei Radulphus filius eius, qui fecit hominium abbati Montis apud Montem de Castello, de Roca, & de Columba.

Vvilhelmus rex Siciliæ fecit chartam fieri Ioannę, reginæ suæ vxori de dotalitio suo: cuius partem hic posuimus.

Vvilhelmus rex Siciliæ diuina fauente clemẽtia ducatus Apuliæ, principatus Capuæ. Per hoc præsens scriptum damus, & in dotalitium concedimus Ioannæ reginæ chariſſimæ vxori nostræ, Henrici magnifici regis Anglorum filiæ, ciuitatem montis sancti Angeli, ciuitatem Fixonti, & ciuitatem Veste cum omnibus iustis tenementis suis & pertinentiis earum. In seruitio autem concedimus ei de tenementis Comitis Gaufridi, Alesine, Peschizam, Bizum, Caprite, Beranum, Silizum, & omnia alia quæ idem Comes honore eiusdem Comitatus mõtis sancti Angeli tenere dinoscitur. Concedimus ei etiam similiter in seruitio cãdelarium sanctum clericum, castellum Papanum, Bisentinum & Conauum. Insuper concedimus, vt fuit de tenemento ipsius dotarij, monasterium sancti Ioannis de Lama, & monasterium sanctæ Mariæ de Pulsano, cum omnibus tenemẽtis quæ ipsa monasteria tenent, de honore prædicti Comitatus montis sancti Angeli. Ad huius autem donationis & concessionis nostræ memoriam & inuiolabile firmamentum, præsens priuilegium per manus Alexandri notarij nostri scribi, & bulla aurea tympano impressa roboratum nostro sigillo iussimus decorari. Huius chartæ & testes & regis sigillum inuenies in principio libri Origenis super Num. I

Ludouicus rex Franciæ & Henricus rex Angliæ conuenerunt ad colloquium haud procul à Nouantiscurte: & ibi tractauerunt de pace & firma cõcordia inter eos, & de susceptione crucis & de itinere eorum in Hierusalem, & si aliquis regum illorum cedat in fata: in ipso itinere (quod Deus auertat) superstes omnem thesaurũ, & omnes homines suos & omnia mobilia sua habebit sicut propria: & iter perficiet pro se & pro defuncto.

Hæretici, quos Agenẽses vocant, & alij multi conuenerũt circa Tholosam, malè sentientes de sacramento altaris & de coniugio & de aliis sacramentis: ad quorum cõfutationem Petrus legatus Romanus & multæ aliæ religiosæ personæ cũ prædictis regibus cõuenerunt, & parum profecerunt. K

Obiit Robertus de Monteforti, & successit ei Hugo filius eius natus ex sorore Radulphi de Fulgeriis.

Ciuitas Carnotum combusta est, & monasteriũ beati Petri de Valle. Remansit tamen Dei misericordia Ecclesia sanctæ Mariæ & clausſtrum clericorum.

1179 27//42//Philippus Comes Flandrensis rediit à Hierusalem. //24

Manuel Imperator Constantinopolitanus misit ad regem Frãcorum honorabiles legatos, vt daret filiam suam filio eius, quod rex concessit.

Alexander

Trigetesis Episcopus spoliatur.

Inundatio.

Talleburc destruitur.

Abbatia Benedicti quo casu comburitur.

Peregr. ad Th. Cantuar. Donatio Cantuarensibus.

Anno domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.

Alexander Papa misit Octauianum subdiaconum Romanæ ecclesiæ ad Rothomagensem prouinciam, vt cõuocaret Archiepiscopum & suffraganeos eius & abbates illius prouinciæ. Et misit similiter alios subdiaconos ad orientem & occidentem & meridiem & septentrionem, vt cõuenirent ad cõcilium generale, quod erat futurũ proxima quadragesima in ciuitate Romæ.

Episcopus de Trigel cùm pergeret Romã, ablatis rebus omnibus suis & equis verberatus est, ita vt deficeret infra octo dies: in loco eius electus est Gaufridus Loiz filius cuiusdam Burgensis, eiusdem nominis de Gingamp.

Henricus rex Anglorum senior circa nundinas montis Martini transfretauit in Angliam.

Radulphus frater vicecomitis de Bellomonte cognatus germanus Henrici regis Anglorum, electus est ad Episcopatum Andegauensem.

Eclipsis solis facta est idibus Septembris.

B Abbas Grestem mortuus est: cui successit Vvilhelmus de Exonia Monachus Becci.

Obiit Richardus Constantiensis Episcopus.

Eodem anno obiit Robertus abbas Maiorismonasterij, & successit ei Petrus Monachus eiusdem loci, qui mortuus est, cùm vixisset in regimine abbatiæ ferè per vnum annum: cui successit Heruæus de Villa pirosa Monachus eiusdem loci.

Hyems facta est maxima: & durauit nix ferè vsque ad purificationem beatæ Mariæ, quæ incepit infra octo dies post natalem Domini.

Inundatio aquarum maxima fuit, & maximè apud vrbem Cenomanensem, pontes & domos & molendina subuertens, & homines multos perimẽs: hoc etiam accidit Andegaui, & in multis aliis locis.

Gaufridus filius regis Henrici dux Britanniæ viriliter egit: nam Guihomarum vicecomitem Leonensem, qui nec Deum timebat, nec hominem verebatur, & filios eius ita subegit, quòd omnia castella eorum & terram in manu sua cepit, & duas tantummodo parochias C Guihomaro seniori permisit, vsque ad proximum natalem Domini, quo erant Hierusalem ituri ipse & vxor sua, & forsitan non redituri. Guihomaro iuniori vndecim parochias de terra patris sui concessit: retento secum de familia sua Heruco fratre eius. Similiter fecit Richardus dux Aquitaniæ frater ipsius Gaufridi de Gaufrido de Raucim: nam castrum Tallebourc, quod videbatur inexpugnabile munitum arte & natura obsedit, cepit, diruit, & similiter quatuor alia castella ipsius. Similiter fecit domino de Ponz, destruendo scilicet castellum suum Ponz, qui erat confœderatus ipsi Gaufrido.

Comes Richardus filius regis Henrici post destructionem Tallebourc cùm perrexisset in Angliam ad sanctum Thomam, & ad videndum patrem suum: quidam Bascli & Nauarenses & Brebensones venerunt ad vrbem Burdegalensem, & ipsam vrbem vastauerunt in suburbiis flammis & rapina.

Vvilhelmus Comes de Magnauilla, ducta filia Vvilhelmi Comitis Albemarlæ factus est D Comes Albemarlæ.

Richardus de Luce renunciauit seculo & regiis negotiis: & successit ei Richardus nepos eius ex Gaufrido filio suo.

Cum filia regis Francorum duceretur ad coniugium filij Imperatoris Cõstantinopolitani: hospitata est apud sanctum Benedictum super Ligerim. Cúmque quidam ex famulis eius vellet accelerare ignem: iniecto oleo flamma exiuit per foramina camini, & cecidit super tectum camini: & hoc casu tota abbatia combusta est.

Cùm rex Francorum vellet coronare filium suum Philippum, posuit locum Rhemis, terminum assumptionem beatę Mariæ, & congregatis quæ ad tantum negotium necessaria erãt, & conuocatis omnibus Baronibus totius regni Franciæ, vt ad eundem locum conuenirent: iuuenis coronandus obiter cum suis similibus in syluam venatum diuertit, & amissis omnibus sociis per vnam noctem in sylua vagabundus permansit. Tandem inuento quodam homine qui ad opus fabrorum carbones parabat, per eum ad socios suos reductus est. Ex E solitudine tamen & pauore tantam infirmitatem incurrit, quòd coronatio eius tunc remanserit. Pater autem eius iratus, & pro se & pro filio rogaturus ad memoriam beati Thomæ in Angliam perrexit, cui multam humanitatem exhibuit, cum in Galliis exularet: dedit autem idem rex ob amorem & honorem Dei & beati Thomæ Monachi in Cãtuarienſi Ecclesia iugiter Deo famulantibus cẽtum modios vini singulis annis præfatis Monachis accipiendos. Quo autem honore, quo gaudio, & quàm multiplici donorum largitate rex Henricus eum susceperit, non est nostrum edicere.

Manuel Imperator Constantinopolitanus vindicauit se hoc anno de Solimanno Iconij, qui anno superiori illum fugauerat: & multos de militibus suis ceperat, insuper & crucem Dominicam ei abstulerat. Manuel enim Imperator fugauit eum, & multos de militibus suis cepit, & ipse Solimannus vrbem Iconij vacuam reliquit.

Anno domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.

Astrologi prædictio.

A B anno præsente incarnationis Domini nostri IESV Christi 1179. in septem annis, mense Septembri, 12. indictione, sole existente in libra erit (si Dominus voluerit) coniunctio omnium planetarum in libra & cauda Scorpionis. Ibi est admirabilis rerum mutabilium mutationis significatio. Sequetur enim terræmotus mirabilis, & destruentur loca consueta perditioni per Saturnum & Martem manentes in signis aëriis, & erit mortalitas & infirmitas. Ostendit enim eadem coniunctio ventum validum denigrantem aërem & obscurum reddentem, & venenis infectum, & in vento vox terribilis audietur, & terrebit corda hominum, & à regionibus harenosis sabulonem accipiet, harenis ciuitates proximas in planitie cooperiet, & primò ciuitates orientales, Meram, Baldas & Babyloniam, & omnes ciuitates proximas arenosis locis: nulla quidem euadet quæ arenis & terra non operiatur. Signa autem huius rei sunt hæc, & præcedent: Erit eodem anno antequàm planetæ conueniant in libra eclipsis solis, qua totum corpus eius obscurabitur, & oppositione præcedenti luna tota patietur eclipsin. Et erit eclipsis solis ignei coloris & deformis, ostendens Maiorum bellum cum effusione sanguinis prope fluuium in terra orientis similiter & occidentis. Tunc cadet dubietas inter Iudæos & Sarracenos, donec derelinquant penitus synagogas & Mahumerias suas. Et eorum secta iussu Dei annihilabitur, vnde vobis notũ sit, vt cum eclipsim videritis à terra, exeatis cum omnibus vestris. G

planetarum coniunctio.

Concilium Ro. 1180 28 // 43 // Alexander Papa tertius tenuit generale concilium Romæ media quadra- //25
gesima, cuius Decreta, quæ ab eo & ab aliis Coepiscopis eius ibi constituta sunt, apud nos habentur.

Manuel Imperator Constantinopolitanus dedit Ramerio filio Vvilhelmi principis Montisferrati filiam suam natam ex priore vxore sua. Quę cum diceret se nũquam alicui nupturam nisi esset rex, Imperator exhilaratus fecit se coronari, & vxorem suam, & Alexium filium suum iuniorem Imperatorem cum vxore sua filia regis Francorum. Similiter fecit coronari Minoum filium Marchisi Montisferrati cum filia sua, quam ei dederat, & dedit ei honorem Thessalonicensem, qui est maxima potestas rẽgni sui post ciuitatem Constantinopolitanam. H

Thessal. honor.

Conradus frater eiusdem Ramerij cepit & incarcerauit Christianum Episcopum Moguntinensem, & Cancellarium Imperatoris Alemannorum.

Maroc Rex.

Rex Maroc, in cuius potestate est tota Africa, & etiam Sarraceni qui sunt in Hispania, mittebat filiam suam, vt quidam rex Sarracenorum duceret eam in vxorem, quam Stolus & Galee regis Siciliæ inuenerunt, & adduxerunt ad Dominum suum. Vnde rex lætus pacificatus est cum patre eius illa reddita, & pater eius reddidit regi Sicilię duas ciuitates, scilicet Africam & Sibiliam, quas Sarraceni abstulerant Vvilhelmo regi Siciliæ patri istius regis.

Vadum Iacob.

Rex Hierusalẽ princeps sanctus & honestus à Deo flagellatus (quia flagellat Deus omnem filium quem recipit) adiutus à Christianitate transmarina fecit castrum munitissimum & arte & natura super fluuium Iordanem, quod vocatur Vadum Iacob, vbi luctatus est Iacob cum Angelo, locum iocundum amœnitate nemorum & pratorum & piscium & molendinorum, & proximum ciuitatibus Belinas & Damas. Et quia Agarenis per hoc vadum transitus est in terram Christianorum, illud quàmplurimum odio habent. I

Monast. structores Rogerius & Herluinus.

Obiit Rogerus Vingornensis Episcopus Turonis, vir genere & moribus honestus. Siquidem pater eius Robertus Comes Glocestrensis fuit filius primi Henrici regis Anglorum. Mater eius filia Roberti Belismensis, & Robertus filius Hammonis, Dominus de Torigneio fuit auus eius. Obiit Aegidius Ebroicensis Episcopus. Obiit Rogerius abbas Becci vir religiosus & honestus & literatus & timens Deum. Nullus prædecessorum suorum, excepto sancto Herluino primo abbate, tanta fecit in Becco monasterio quanta ipse.

Ecclesia siquidem ferè tota ædificata est tempore suo & dedicata, cuius pulchritudini nulla æquatur in tota Normãnia, fecit cameras cum caminis, vnam super alteram, ad susceptionem hospitum & personarum. Fecit etiam domum infirmorum ingentis pulchritudinis & magnitudinis. Meliorauit dormitorium in marceriis, in vitreis & coopertura. Fecit & aquæ ductum per quem adduxit fontem pulcherrimum de longinquo, qui diuiditur per officinas monasterij. Fecit & conchã pulcherrimã ad recipiendam aquam, & tectum desuper ędificauit. Maximam summam pecuniæ dedit Roberto Comiti Mellenti pro mercato quod fecit in villa Becci. K

Tempore ipsius assumpti sunt de Beccensi Ecclesia duodecim abbates ad regimen Ecclesiarum, quorum ego qui hæc scribo secũdus fui. Rexit autem monasterium Beccense, triginta vno anno & decẽ diebus minus: cui successit Osbernus Prior Bellimontis Monachus eiusdem loci. Isti tres supradicti, scilicet Episcopus Vvingornensis, & Episcopus Ebroicensis, & abbas Becci, Catharro impediente in fata cesserunt.

Philippus filius Ludouici regis Francorum fuit coronatus in regem Rhemis à Vvilhelmo Rhemensi

A	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Anno domini.

Rhemensi Archiepiscopo auunculo suo & suffraganeis eius in festiuitate omnium sanctorum. Et rex Anglorum senior misit ei magna xenia in auro & argẽto de venatione Anglicana. Huic solemnitati interfuit iunior rex Anglorum cum magno comitatu equitum, qui tanta secum ex iussu patris sui tulit, vt nullius nec in ipsa festiuitate nec in ipso itinere susciperet procuratorem.

Decedente venerabili viro Guisleberto abbate Troarnensi, successit ei Durandus de Cuneruillis Monachus eiusdem loci, & Roberto Fontanetensi abbati, successit Robertus Prior sancti Petri super Diuam.

Obiit Vvalterius Cluniacensis abbas, qui quamuis in Ecclesiæ illius regimine parũ vixerit, anno scilicet & dimidio, tamen Ecclesiam illam maximis debitis oneratam de debito quatuor millium marcarum exonerauit. Huic successit Vvilhelmus Monachus loci, qui fuerat abbas
B in Ramesienſi, in Anglia. Hic fecit quoddam mirabile: Nam residuum debiti Ecclesiæ Cluniacensis, quod erat quatuordecim millium marcarum, ex propriis thesauris, quos adunauerat, & de mille marcis, quas Henricus rex Anglorum ei dederat, ex maiori parte deleuit. Fecit & aliud mirabile: Priorem de Stallo deposuit, qui solebat ducere in comitatu suo quadraginta equos, & iussit vt esset cõtentus tribus equitibus. Fecit & aliud mirabile: quia septies viginti procurationes, quas Burgenses ex consuetudine habere solebant, ex donis abbatum penitus deleuit.

Christiani pugnant cum Saladino. Templariorũ redemptio.

Inito conflictu Christianorum contra Salaadin ex vtraque parte multi mortui sunt, plures tamen de Christianis, & Magister templi captus est, quem cum Salaadin vellet reddere pro nepote suo quem Christiani captum tenebant: Magister templi noluit, dicens non esse consuetudinis militum templi, vt aliqua redẽptio daretur pro eis, præter cingulum & cultellum, & ita in captione mortuus est.

Saladin vadũ Iacob capit.

Aliud infortunium accidit nostris. Nam Salaadin cũ innumero exercitu obsedit castrum
C de vado Iacob, quod machinis & vi cepit, & milites templi, qui intus erant, per medium sera per latera scidit, alios, qui erant inferioris ordinis, decapitauit, ipsum tamen castrum obtulit Salaadin quod reficeret, & munitũ Christianis redderet, si vellẽt Christiani reddere ei neportẽ suum, de quo supra diximus: quod vtrum factum sit nondum scimus. 1181
29 // 44 // Henricus rex Anglorum tenuit curiam suam in Anglia ad natalem apud No- // 26
tinguehan.

Vvilhelmus abbas Cluniacensis in crastino Epiphaniæ obiit apud Charitatẽ: vir plangẽdus de bonis quæ fecit in Ecclesia sua, sed parum vixit, duobus ferè annis.

Obiit Richardus abbas sancti Audoeni: cui successit Samson vir venerabilis, Prior sancti Stephani Cadomi, Richardus de Humez Cõnestabularius regis, cũ religiosè vixisset vno anno & dimidio in abbatia de Alneto, quam ipse ædificauit, obiit, relinquẽs filios suos hæredes suæ terræ, scilicet Vvilhelmum, Emorannum, Iordanum.

Dedicatio Ecclesiæ.

Anno verbi incarnati 1181. Episcopatus Alexandri Papæ 22. Rotroldi Rothomagensis
D Archiepiscopi 16. tertio nonas Martij dedicata est Ecclesia sanctæ Mariæ de Voto, sita in territorio Rothomagensi in honore eiusdem genitricis Dei Mariæ à Domino Henrico Baiocẽsi Episcopo: assistentibus Episcopis Richardo Abrincensi, & Remaldo Bachonensi, astãte illustri rege Anglorum Henrico, Matildis Imperatricis filio, anno regni sui 27.

Flandria Frãcis obtigit.

Ludouicus rex Franciæ cum incidisset grauissimam ægritudinẽ: Philippus iunior rex filius eius (nescio quo consilio ductus) sacramento se obligauit, quòd duceret loco & tẽpore filiam Balduini Comitis Flandrensis, & ipse Comes concessit ei quòd post mortem suam haberet in
E hæreditatem comitatum Flandrensem, quamuis idem Comes haberet masculos hæredes de prædicta sorore comitissa Hænacensi, & hoc fecit idem rex sine consilio reginæ matris suæ & aunculorum suorum Vvilhelmi Rhemensis Archiepiscopi, Hẽrici Comitis Trecensis, Theobaldi Carnotensis, Stephani Sancerrensis, & aliorum amicorum suorum, vnde illi commoti requisierunt auxilium Henrici regis Anglorũ senioris, contra nepotem suum iuniorem regem Francorum Philippum.

Balduinus abbas Fordẽsis, Cistercensis ordinis Monachus, magnę religionis & literaturæ homo, electus est ad Episcopatum Vvigornensem.

Obiit Robertus abbas Glastoniæ.

Obiit etiam Ioannes Episcopus Ciceſtrensis, cui successit Sefridus Canonicus eiusdem Ecclesiæ.

Ante Pascha transfretauit rex Henricus senior in Normanniam: & tenuit curiam suam in festiuitate Paschæ Cenomani.

Obiit Vvilhelmus abbas Cadomi, & successit ei Petrus sacrista Monachus eiusdem loci.

In die ascensionis Dominicæ Philippus iunior rex Francorum fecit consecrari in reginam vxorem suam, & coronati sunt ipse & ipsa ab Archiepiscopo Senonensi, vnde magis iratus est

Anno domini. | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. F

Regum Frãc. coronatio à Seponenſi.

Archiepiſcopus Rhemenſis, qui coronauit eum in regem.

Obiit Guarinus de Girardo Archiepiſcopus Bituricenſis, qui prius fuerat abbas Pontiniacenſis.

Obiit Ioãnes Epiſcopus Carnotenſis, qui deſcripſit paſſionẽ beati Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi & martyris: fuerat enim cum eo conuerſatus in exilio.

Theobaldus prior Criſpeij Monachus Cluniacenſis, ſucceſſit Vvilhelmo abbati Cluniacenſi.

Obiit Iugerrannus de Humeto filius Richardi de Humeto, cui ſucceſſit filius eius Richardus natus ex filia Vvillermi de Simileio.

Obiit vir plangendus chariſſimus meus Gaufredus de Monteforti in Britãnia, cui ſucceſſit filius eius natus ex filia Rualendi de Saie.

Rex Hieroſolymitanus Balduinus dedit ſororem ſuam cuidã optimo militi fratri Gaufridi G
de Lizeno: quam prius habuerat Vvilhelmus filius Marchiſi de Monteferrato, ex qua ſuſcepit filium qui ſeruatur, & nutritur ad ſuſcipiendum regnum Hieroſolymitanum, ſi vixerit.

Ludouicus rex obiit.

Obiit Ludouicus rex Francorum, vir religioſus & timens Deum, & ſepultus eſt in quodam monaſterio Ciſtercienſis ordinis dicto Barbeel, quod ædificauerat: cui ſucceſſit filius eius Philippus, ſicut iam ſupra diximus.

Gaufridus filius natalis Henrici regis Anglorum ſenioris, relicta Eccleſia Lincolienſi, ad quam electus fuerat, factus eſt Cancellarius regis patris ſui.

Manuel Imp. moritur.

Obiit Manuel Imperator Conſtantinopolitanus: & ſucceſſit ei Alexius filius eius, natus ex ſorore Raymundi principis Antiochiæ, hic duxit filiam Ludouici regis Francorum.

Carthago reſtituitur.

Mauſamus rex Malſamutorum, qui ferè dominatur toti Africæ, reædificare cœpit Carthaginem antiquam: adiutus ab omnibus Agarenis qui terram illam incolunt.

Obiit Solimannus Iconij, qui multum Chriſtianos diligebat, & multa bona faciebat, & H
ſucceſsit ei frater eius.

Eccleſiæ ornamentorum punitur profanatio.

ERat quidam prædiues Burgenſis in loco qui dicitur Roca Amatoris, à quo Monachi Eccleſiæ ſanctæ Marię & ſancti Amatoris mutuò acceperant pecuniam, tradentes illi in loco pignoris cortinas illius Eccleſiæ, imminente autem feſto genitricis Dei & virginis Mariæ, rogauerunt prædicti Monachi Burgenſes, vt quas habebat apud ſe cortinas ad adornandam Eccleſiam tantæ ſolennitatis completo tripudio ei reſtituendas ei accommodaret. Ille verò aurem cordis habens obturatam, nulla quidem prece flexus eſt: ſed reſpondit eis cum timore animi, dicens quòd eſſent cortinæ illæ circa lectum coniugis ſuæ, quæ nuper ei puerum pepererat, nec aliquatenus inde poſſent amoueri. Quid multa? Tranſiit feſtiuus dies, & Eccleſia præfata ornatum ſuum feſtiualem non habuit. Sequẽti verò nocte beata Maria mater Domini noſtri apparuit in ſomniis vxori prædicti Burgenſis, & dixit ei: Vir tuus peccatum grande commiſit: nec poterit impietatis exceſſus derelinqui impunitus: Tertia enim die infans tuus ſpiritum exhalabit, & vir tuus debitum morti ſoluens, in die octaua mutabit hãc temporalem I
fœlicitatem ſuppliciis æternis. Tu autem proficiſceris ad Eccleſiam meã, quæ eſt in Bethleem, & circumſpectis ibi tribus ſepulchris, quorum quidem duo extrema vacua non ſunt, medium tibi eliges in ſepulchrum: interim omni feria quarta circa horam nonam deficiet in te ſpiritus tuus, & decurret ab ore tuo & naribus ſanguis multus, & vſque ad horam nonam Sabbati veluti mortua permanebis. Sabbato hora nona ſpiritu redeunte, duces vtraſque manus tuas per faciem tuam, & continuò priſtinus color & fortitudo in te remeabunt. Hæc loquuta eſt beata Maria, & abſceſſit. Mulier verò præ timore turbata euigilauit: & ruminans ſomnium ſuum cum magna ſolicitudine illud memoriæ commendauit. Craſtina autem illuceſcente die, cœpit ſomnium ſuum coniugi ſuo per ordinem narrare. Miſer ſermonibus eius non adhibuit fidem: nec etiam cum videret ſpiritum deficere in puero de agenda pœnitentia cogitatum habuit, ſed morte præuentus, in die octaua iuxta præoſtenſam viſionem in ſupplicium lapſus eſt gehennale. Perturbabatur mulier in alterutrius nece: & omnia ſicut per ſomnium monſtrata fuerant in ſe nihilominus intelligens accidiſſe, Romam ſub feſtinatione proficiſcitur: K
& rem ſummo reuelat pontifici. Præterea conſtanter aſſeruit, quòd in 5. anno ab illo maxima fames ingrueret, quòd ex corruptione aëris innumerabilis hominum multitudo moritura eſſet, & quòd clerum Romanum grauis animaduerſio ferret, niſi ab exercitio doli reſipiſcerent: ſub quo à multis retrò temporibus vſque in hodiernam diem laborauerunt. At Dominus Papa volens manifeſtiùs ſcire, ſi ſermones mulieris veritati inniterentur, commendat eam duodecim nobilibus matronis, dans illis præceptum vt cum illa in mortem obdormiret, plantis eius calentes ſubulas infigerent, & de ſanguine ab illius ore manante veſtes ſuas inficerent. O rem mirabilem! Quarta feria, ſicut prædixerat, hora nona mulier expalluit, & mortua eſt, ita vt nullus in ea vitalis remaneret ſpiritus, & ab eius naribus cœpit defluere ſanguis copioſus. Sed matronæ præceptorum Domini Papæ non immerores, pedibus mulieris calentes

Mulier quarta feria moritur & Sabbato reſurgit.

Reſurgit mulier triduana.

A | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | Anno domini.

calentes ſubulas infigũt: nec ob id illa mouetur. Inſuper de ſanguine eius veſtimẽta ſua tingunt: ſed omnis infectio facta per ſanguinem in ſabbato nunquam comparuit, cum ſpiritus vitæ in mulierem remearet.

Henricus ſenior rex Anglorum tenuit curiam ſuam in natalem Andegauis.

Radulphus de Vennevilla Archidiaconus Rothomagenſis renunciauit Cancellariæ regis, & rex dedit ei terras magnorum redituum.

Gaufridus filius regis electus Lincolienſis factus eſt Cancellarius regis: & renuntiauit electioni Lincolienſi. Et rex dedit ei magnos reditus in Anglia & Normannia & Andegauia.

Ioannes filius Lucæ clericus regis electus eſt in Epiſcopum Ebroicenſem.

Guihenoc Archidiaconus Redonenſis electus eſt ad Epiſcopatum Vanetenſem.

Abbas ſancti Remigij Remenſis nihilominùs electus eſt ad Epiſcopatum Carnotenſem.

B Obiit Hẽricus Comes Trecenſis, & ſucceſſit ei Henricus filius eius natus ex filia Ludouici regis Francorum.

Obiit Simon Comes Ebroicenſis, & ſucceſſit ei in Comitatu Ebroicenſi in Normannia Amalricus filius eius, & in Comitatu de Roca: & in terra Franciæ Simon alter filius eius.

Circa Paſcha Alienora filia regis Anglorum vxor Aſulphi regis de caſtella peperit filium: & vocatus eſt Seuchius: pepererat etiam antè filiam vnam.

Prioriſſa de Fonte ſancti Martini, mulier religioſa & magni generis, vtpotè ſoror abbatis Sauignei, qui fuit nepos Simonis Comitis Ebroicenſis, facta eſt abbatiſſa ſanctæ Trinitatis Cadomi.

Circa finem menſis Iulij, Henricus rex ſenior transfretauit in Angliam.

Gaufridus dux Britanniæ filius regis Hẽrici deſponſauit vxorem ſuam filiam Conani Comitis Britanniæ.

C In ſolennitate Paſchæ apud caſtrum quod dicitur Monſaureus: quædam mulier infamis cum acciperet corpus Domini noſtri IESV Chriſti in ore ſuo, non glutiuit illud: imò tulit & poſuit in arca ſua inuolutum panno lineo. Cum autem quidam iuuenis amaſius eius aperuit eandem arcam, inuenit hoſtiam Dominici corporis trãſmutatam in effigiẽ carnis & ſanguinis. Hoc etiam accidit in quadam villa abbatis ſancti Petri Carnotenſis cuidam ſacerdoti: cum teneret corpus Chriſti in manibus ſuis ad miſſam.

Euchariſtia mutatur in carnem.

Simile miraculum accidit iterum in Carnotenſi Epiſcopatu, tempore Roberti Epiſcopi Britanni: quòd quidã ruſticus poſuit corpus Domini in ora capę ſuæ, & ibi ſeruauit illud vſque ad mortem ſuam, & tunc ibi inuentum eſt in ſpecie carnis.

Idem miraculum accidit cuidam mulieri in Flãdria: quòd cum poſuiſſet in ciſta ſua, poſtea inuenit in effigie carnis.

Similiter euenit in Andegauenſi ciuitate: Cum quidam ſacerdos cantaret miſſam, puer
D paruulus interat miſſę, & vidit idem puer puerum paruum pulcherrimum in manu ſacerdotis ſacrantis corpus Domini: qui protinus exiuit foras Eccleſiam, clamans omnibus quos inuenit, & dicens, Venite, & videte mirabilia Dei. Et intrantes Eccleſiam nihil viderunt præter ſpeciem panis.

Hoc etiam accidit cuidam ſanctiſſimo presbytero iuxta Fiſcanum, dum cantaret miſſam in die dedicationis Eccleſiæ ſanctæ Trinitatis Fiſcani, qui mittens Diaconum ſuum vocauit Epiſcopos, qui ad dedicationem conuenerant: & venerunt. Et presbyter tulit in manibus ſuis in calice: ita vt erat reueſtitus, & poſuerunt illud in altari. Hæc fecit pietas Domini ad confirmandam fidem ſacramentorum ſuorum in nobis: in quos fines ſeculorum deuenerunt.

Soldani mater mortens Chriſtum fatetur.

Mater Solidani de Iconio veniens ad extrema, reuelauit filio ſuo quod ſemper celauerat: ſcilicet quòd eſſet Chriſtiana, & rogauit eum vt crederet in Chriſtum, qui eſt Dominus, &
E rex omnium ſeculorum, & quòd amaret Chriſtianos: quod ipſe ſpopondit ſe facturum. Sed dixit, quòd non auderet apertè credere in ſaluatorem propter Paganos. Dixit ei mater ſua, Fili cum mortua fuero, fac mihi excelſam ſepulturam, & pulchram ſicut pyramidem: & pone ſuper eam ſignum crucis Chriſti. Cui ille de luce ſe hoc facere non poſſe, reſpondit. Tu fac (inquit mater eius) de nocte. Quod & factum eſt. In craſtino cum Agareni vidiſſent ſignum illud: indignati ſunt contra principem, & volebant eum occidere. Tunc quidam ex ipſis ſubleuatus, per machinas conabatur deponere crucem, qui voluntate Dei corruit, & mortuus eſt. Similiter & alius interemptus eſt alia vice. Tertia die cum conueniſſent multa millia hominum ad deponendum ędificium illud: inter quos erat vnus promptior ad deponendum illud, venerunt fulgura & coruſcationes, & illo primitus perempto multa milia perierunt igne diuino. Tunc apparuit Angelus Domini, & clariſſimum ſignum crucis poſuit ſuper pyramidem illam: ex quo multi crediderunt in Chriſtum, & adhuc crucem illam venerantur & adorant.

Crucis decuſſores periimuntur.

Anno dominí. | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | F

Arnulphus Lexou.

Arnulphus Lexouiensis Episcopus cum per 40. annos eandem Ecclesiam rexisset, & in ædificando Ecclesiam & pulcherrimas domos laborasset: renunciauit Episcopatui, & perrexit Parisios, suos dies dimidiaturus apud sanctum Victorem in domibus pulcherrimis quas ibi ad opus suum construxerat.

Radulphus de Vannevilla Archidiaconus Rothomagensis, qui fuerat Cancellarius regis, electus est ad prædictum Episcopatum.

Alexander Papa III.

Anno superiori 1181. obiit Alexander Papa tertius, ad cuius literaturam pauci de prædecessoribus eius infra centum annos attigerunt. Fuit enim in diuina pagina præceptor maximus: & in decretis & Canonibus & Romanis legibus præcipuus. Nam multas quæstiones difficillimas & graues in decretis & legibus absoluit & enucleauit. Dedit etiam ei Deus hãc gratiam, quòd cum à beato Petro, vsque ad ipsum fuerint 174. pontifices Romani, tres tantùm præcesserunt eum in numero annorum, quo Romanæ Ecclesiæ præfuerunt. G

Concilium Turonicum.

Beatus Petrus sedit 25. annis. Siluester primus 23. annis. Adrianus primus totidem. Iste Alexander, 22. Hic etiam tenuit concilium Turonis anno Dominicæ incarnationis 1163. in quo Octauianum cum complicibus suis anathematizauit. Cui concilio nos interfuimus.

Cõcilia Rom.

Item aliud concilium tenuit Romæ anno incarnationis Dominicæ 1180. Ad hoc multæ conuenerũt tam Ecclesiasticæ quàm seculares personæ. Inter quas venit quidam ciuis Pisanus nomine Burgundio, peritus tã Græcæ quàm Latinæ eloquẽtiæ. Hic attulit Euangelium sancti Ioannis translatum ab ipso de Græco in Latinum: quod Ioannes Chrysostomus sermone homiliatico exposuerat. Hic etiam fatebatur magnam partem libri Geneseos à se iam translatam. Dicit etiam quòd Ioannes Chrysostomus totum vetus & nouum Testamentum Græcè exposuit. Papa Alexander præfatus tres schismaticos, qui sibi in schismate inuicẽ successerant, ferè per 20. annos, sustinuit: scilicet Octauianum, Guidonem & Calixtum. Illis verò deficientibus, in pace Ecclesiæ vitam finiuit. Cui successit Hubaudus Hostiensis Episcopus, dictus Lucius 175. Episcopus. Hic, videlicet Hostiensis Episcopus, ex antiqua consuetudine ordinat & sacrat pontificem Romanum. Quæ consuetudo exindè accidit, quòd martyrizato beato Sixto & sancto Laurentio eius Diacono, beatus Iustinus presbyter cum clero Romano elegit Dionysium in pontificem Romanum, quem sacrauit Maximus Hostiensis Episcopus. Ex hac consuetudine exinde Hostiensis Episcopus ordinat & sacrat Romanum pontificem: & habet pallium solummodo ad ea quæ pertinent in ordinatione & consecratione Romani pontificis. H

Chrysostom. vtrũque test. exposuit.

Hostiensis Episcopus cõsecrat cur põtificem.

Hostiensis Episcopatus Bolitrensi coniungitur.

Eugenius Papa cõiunxit Episcopatui Hostiensi Bolitrensem: & sic fecit de duobus vnum. Similiter fecit de Episcopatu Portuensi, cui iunxit Episcopatũ sanctæ Rufinæ, faciens de duobus vnum.

Obiit Rogerius Episcopus Eboracẽsis, vir literatus & industrius ad augendas possessiones terrenas. Ecclesiam principalem & domus Episcopales, nõ solùm Eboraci, verùm in omnibus maneriis suis, cum reditibus multum auxit, ac reædificando decorauit: intantum vt Archiepiscopus Eboracensis Archiepiscopatui Cantuariensi ferè coæquetur. Multas diuitias & non sibi profuturas reliquit. I

Obiit Philippus Episcopus Rhedonensis, qui fuit primus abbas Claremontis. Hic per reuelationẽ caput Ecclesiæ Rhedonẽsis solo diruit: & in ea diruptione multas pecunias inuenit, ex quibus cœpit reædificare caput præfatæ Ecclesiæ meliori schemate.

Obiit Hunifredus de Bohim positus in exercitu cum rege Hẽrico iuniore: quẽ exercitum præfatus rex in Franciam duxerat, coadiuuando partes Philippi regis Franciæ contra Comitem Flandrensem.

Obierunt Hẽricus abbas Pratelli & Guilelmus abbas sancti Michaëlis vlterioris portus, Monachi Becci.

Eclipses solis & Lunæ bis in anno.

Anno Domini 1181. tertio idus, hora nona diei Eclipsis Solis fuit: & erat penè tertia pars solis obscurata, & ab initio Eclipsis vsque ad finẽ, spatiũ vnius horæ æqualis, & 38. minutarum.

Eodẽ anno Eclipsis Lunæ vndecimo Kalẽdas Ianuarij, scilicet feria tertia nocte sequente hora tertia noctis: & paulominus quàm medietas obscurata, & durauit obscuritas ferè per duas horas. K

Anno Domini 1175. bis visa est Eclipsis in Luna. Primò litania maiore hora prima noctis post diem ipsum Marci Euangelistæ. Secundo 14. Kalendas Nouembris nocte sequente feria tertia hora noctis.

Anno Domini 1168. vidimus Eclipsim in Luna, in nonis Martij nocte sequẽte hora prima noctis. Eodem anno fuit Eclipsis in Luna 4. Kalendas Septembris. Et eodem anno & mense in sole, idus Septembris circa meridiem toto ferè obscurato.

Anno etiam 1179. visa est luna eclipsari 15. Kalendas Septembris, post octauam horam noctis Dominicæ.

Anno

A | Romanorum. | Francorum. | Anglorum. | Anno dominí.

Anno 1180. fuit eclipsis in sole quinto calendas Februarij, feria tertia.

Rex Henricus senior mense Martio transfretauit in Normanniam cum magna auri & argenti copia, paratus in adiutorium regis Franciæ, ad componendam pacem inter ipsum & Comitem Flandriæ, sicut & fecit.

Obiit Mabilia comitissa Flandrensis absque liberis.

Andronius.

Andronius patruus Imperatoris Constantinopolitani Alexij indignatus quòd ipse duxisset filiam regis Francorum in vxorem, & multos Latinorum secum haberet sibi familiares, quia ipse erat Græcus, volebat eos ab Imperio eius exterminare. Cõducens ergo Solidanum Iconij, & multos Sarracenorum, fraudulenter introierũt ciuitatem, & multos Latinos interfecit, & à Latinis multi Sarraceni interfecti sunt, Deo tamen volẽte, pax inter eos firmata est.

Lugdunensis primus in tres archiep.

Ioannes episcopus Pictauensis, vir magnæ literaturæ & eloquentiæ, electus ad archiepiscopatum Narbonẽsem, cum Romam perrexisset propter prædictam benedictionẽ annuente Papa Lucio, clerici primæ Lugdunensis elegerunt eum in archiepiscopum Lugdunensem. B quæ sedes habet primatum super tres archiepiscopatus. Prima enim Lugdunensis, id est Lugdunum, est super Rhodanum: Secunda Lugdunensis, super Sequanam, id est Rothomagensis: Tertia Lugdunensis, super Ligerim, id est Turonis: Quarta Lugdunensis, id est Senonis, super Icanniam.

Terræmotus.

In hoc anno euenit bis vel ter terræmotus circa festum sancti Michaëlis.

Hoc etiam anno magna discordia facta inter regẽ & suos filios propter castellum Claræuallis, quod erat de feudo Andegauensi: & Ricardus Comes Pictauensis, latenter firmauerat illud, & adhuc discordia perseuerat inter patrem & filios, propter eandem causam.

Rex Henricus senior misit exercitum in Britanniam, & obsederunt turrem Rhedonensem, & ceperunt, & combustam reædificauerunt & munierunt. Propterea Comes Britanniæ magnam partem ipsius ciuitatis combussit, & abbatiam sancti Georgij, & Becherel castrum Rollandi de Dinam. C

Auforsus.

Audiuimus à quibusdam, quòd Ioanna vxor Vvilhelmi regis Siciliæ, filia regis Hẽrici regis Anglorum, peperit ei filium primogenitum, quem vocauerunt Boamundum, qui cum à baptismate reuerteretur, pater inuestiuit eum ducatu Apuliæ per aureum sceptrum quod in manu gerebat.

Et quia de filiabus domini mei regis Anglorum cœpi loqui, nõ debeo prætermittere regem de Castella, quem vocant Auforsum paruum regem, quia adhuc Ferrãt patruus eius viuit, qui si moreretur, Auforsus prædictus esset rex vniuersarum Hispaniarum. Hic Auforsus gratia Dei & virtute sua duxit charissimam dominam meam, & filiolam in baptismate in vxorem Alienoram filiam regis Anglorum, cuius consilio & auxilio multa bona ei acciderunt. Nam primùm vrbem Conchas cepit terrarum magnarum matricem, & (vt quidam dicunt) cepit Cordubam ex parte, & minuit, & duas ciuitates regis Lupi, Valentiam & Muciam: multa alia bona fecit, quæ ad notitiam nostram non peruenerunt. Tertia verò filiarum regis, *Saxoniæ ducis facultates amplissimæ.*

Impensa ducis Saxoniæ.

D id est Mathildis primogenita, nupsit Henrico duci Saxonum & Baioariorum & Sueuorum: nec est aliquis homo, qui tantas habet possessiones sicut iste; nisi fuerit Imperator aut rex. Nam quadraginta vrbes habet & 67. castella, exceptis pluribus villis: sed tamen cum esset proximus carne Friderici Imperatoris Romanorum, ortis inter eos quibusdam simultatibus; consilio archiepiscoporum & episcoporum regni Alemanniæ, qui habent ferè omnes ciuitates in ditione sua: illius regni Imperator exulauit eum, quare venit Normanniam ad regem Hẽricum socerum suum cum vxore & liberis, & rex maximas expẽsas fecit pro eo quotidiè, scilicet 50. libras Andegauenses, qui Deo auxiliante adhuc terram suam recuperabit per industriam & fortitudinem, & diuitias regis Angliæ. 1182

30/1/ Rex Henricus tenuit curiam apud Cadomum, & prohibuit ne aliquis Baronum / 27 teneret curiam, sed venirent ad suam, prædictus Saxonum illò venit: & ibi conuenerunt mille milites, & eo amplius.

Obiit Ioannes Cartonensis episcopus, & successit ei Petrus, qui fuerat abbas sancti Remigij Remensis. E

Obiit Galterus episcopus Runisensis, qui fuit frater Theobaldi archiepiscopi Cantuariensis, & successit Vualeranus Baiocensis archidiaconus.

Obiit pater noster Richardus Abrincensis episcopus, vir magnæ literaturæ tam sæcularis quàm diuinæ, morum honestate virgo, ab vtero laudandus.

Obiit Fulco Paganellus, & successit ei Vvilhelmus filius eius.

Obiit Richardus abbas Montisburgi, & successit ei Robertus prior, & monachus eiusdem loci.

Ioannes Connum clericus regis Anglorum factus est archiepiscopus Dunelinæ in Hybernia.

Petr. Carnot. | Anno domini. | Romanorum. | Francorum. | Anglorum | F

Obiit Petrus Carnotensis episcopus, cuius loco electus est Rainaldus de Moueon thesaurarius sancti Martini Turon. nepos comitis Theobaldi.

Galterius de Constantiis, factus episcopus Linconiensis, consecratus fuit à Richardo Cantuariensi archiepiscopo Andegauis in capella domini regis, & in præsentia eius.

Henricus pra norũ consilio pietatem offindit.

Obiit Henricus tertius charissimus dominus noster, iuuenis rex filius Henrici secũdi excellentissimi & illustrissimi regis Anglorum, apud castrum Marcel tertio idus Iunij in festiuitate beati Barnabæ apostoli: vir per omnia plangendus, non solùm quòd erat filius charissimi domini nostri Henrici excellentissimi regis Anglorum secundi: verumetiàm quia erat pulcherrimus facie, honestus in moribus, dapsilis in muneribus, super omnes quos in nostra ætate vidimus, qui terram nondum haberet assignatam, quamuis pater eius quindecim millia librarum Andegauensis monetæ & eo amplius quotannis daret, sed hoc parum erat ad explendam latitudinem cordis eius. In officio militari tantus erat, vt non haberet parem, sed principes & comites, & etiam reges eum timerent, veniens ad extrema, quia consilio prauorum G
hominum per bellum ferè per annum Deum & sanctam eius ecclesiam & patrem eius offenderat, pœnitentiam recepit à quodam sanctissimo episcopo, & multis aliis, & patri suo in extremis per literas mandauit vt quod offenderat in Deum & sanctam ecclesiam, pro eo emenderet, & matris suæ reginæ Anglorum, & vxoris suæ sororis Philippi regis Francorum, & militum suorum & seruientium misereretur, quibus multa promiserat, nec eis aliquid præuentu mortis dare poterat. Disposuerat ante mortem suam, vt corpus eius in ecclesia beatæ Mariæ

Normannorũ ducum sepultura.

Rothomagensis sepeliretur, vbi iacent primi antecessores sui Rollo, & Vvilhelmus Longaspata filius eius duces Normannorum. Vvilhelmus etiam Comes patruus eius, vir per omnia plangendus. Sed cum deducerent funus eius, Richardus Cantuariensis archiepiscopus, & multæ aliæ ecclesiasticæ personæ, & multi consulares & excellentissimi nominis viri venerunt Senomanem, & in ecclesia beati Iuliani corpus eius posuerunt.

In crastino Senoman. maximè ciues sepelierunt eum in eodem loco contra voluntatem H
& appellationem eorum qui corpus eius ducebant. Quo audito pater eius iratus non solùm pro eo quòd corpus filij sui contra voluntatem eius ibi sepelierant, sed eo multò amplius, quòd ab obsidione castri Lemouicensis recesserant sine licentia eius, ne dicam voluntate: iussit corpus effodi, & in ecclesiam Rothomagensis deferri. Vnde ab archiepiscopis Rothomagensis, & Cantuariensis, & episcopis Normanniæ & abbatibus, & aliis religiosis personis ad sinistrã partem altaris beatæ Mariæ, honorificè, sicut tãtum virum decebat, tumulatus est.

Alber. Aletensis.

Obiit venerabilis vir Albertus Aletensis episcopus, quem Moderni de sancto Madomo vocant, cuius episcopatus antiquitus ciuitas Alita vocabatur.

Cestrensis episcopatus.

Magister Girardus cognomento Puella, vir magnæ literaturæ & honestatis electus est in episcopatum Cestrensem, qui episcopatus habet tres sedes, Cestrensem, Coneitensem, Licifellensem.

Henricus frater Egidij de Foleri, nepos abbatis Fiscanni, electus est ad archiepiscopatum Bituricensem. I

Iterum Andronicus expulit nepotem suum Alexium iuuenem Imperatorem de vrbe Cõstantinopolitana, & captum tandem demersit in mare ipsum & matrem & sororem eius: quibus de medio moriendo sublatis, Andronicus qui tyrannide arripuerat imperium, præcepit primogenito filio suo Manueli, vt acciperet vxorem Alexij Imperatoris defuncti, sororem Philippi regis Francorum, & haberet cum eo dignitatem Imperij, quod cum vir honestus renueret, proiecit eum in vincula, & accepit illam & contraxit incæstum coniugium (si coniugium vocandum est) & fecit coronari secum filium suum iuniorem Calo Ioannem.

Alexius Imp. cum matre mergitur.

Cum autem Latini occiderentur per crudelitatem istius Andronij, quidam Cardinalis Romanæ ecclesiæ, Ioannes nomine, quem Romanus pontifex miserat Cõstantinopolim ad petitionem Manuel Imperatoris, qui erat vir religiosus, & volebat per prædicationem illius Cardinalis reuocare ecclesiam Græcorum ad instituta & subiectionem Romanæ ecclesiæ. Hic inquã Ioannes, cum Latini occiderentur, erat in hospitio suo, venerúntque ad eũ quidam
religiosi viri, suadere ei vt discederet, ne occideretur: quod cum audiret, dixit, Absit hoc ne fiat: ego hic sto pro vnitate ecclesiæ, & præcepto papæ Alexandri domini mei. Tunc irruentes in eum Græci perfidi, occiderunt eum, & ligantes canem cum eo, ita quòd cauda canis esset in os eius, traxerunt per vicos ciuitatis, & facta fouea ibi combusserunt eum, & postea viri religiosi de fouea tulerũt corpus eius, & optimè sepelierũt illud, vbi fiũt crebrò miracula. K

Græci Io. cardinalem ludibrio exponunt.

Christianus Moguncensis archiepiscopus obiit (qui se non habebat secundum morem clericorum) sed more tyranni exercitus ducendo, & Brebensones: multa mala fecit ecclesiæ Romanæ, & hominibus sancti Petri, & quibusdam ciuitatibus Longobardiæ, quæ erant contrariæ Imperatori Alem anniædomino suo.

Obiit

A | Anno domini. | Romanorum. | Francorum. | Anglorum.

Obiit clarissimus dominus noster Rotrodus Rothomagensis Archiepiscopus.

Obiit Vvilhelmus Comes Glocestriæ sine hæredibus, absque tribus filiabus, quarum vna est Comitissa Ebroicensis, altera vxor Comitis Vvilhelmi de Clara: tertia est in manu Dei, & domini regis, & cui voluerit, dabit eam.

Vvilhelmus decanus Baiocensis, electus est in episcopatum Constantiensem.

Vvilhelmus decanus canonicorum sancti Petri de Curte, quæ est capella regis apud Cenomanensem vrbem, electus est ad episcopatum Abrincensem.

31/2/ Rex Henricus tenuit curiam suam apud Cadomum. /28 1183

Obiit Richardus Canduarensis archiepiscopus.

Obiit etiam Girardus magnæ religionis & litteraturæ vir Cestrensis episcopus.

Apparitio D. virginis.

Anno superiori apparuit domina nostra mater misericordiæ sancta Maria, cuidam fabro
B lignario opus facienti in quadam sylua, & obtulit ei sigillum iconiæ suæ, & filij sui saluatoris nostri, cuius sic conscriptio erat: Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem: & dixit ei vt ferret illud sigillum ad episcopum Podiensem, vt prædicaret in prouincia sua, & aliis circumquaque, vt omnes qui vellent pacem tenere sanctæ ecclesiæ, & filiis suis facerent huiusmodi sigilla, & portarent in signum pacis, & facerent alba parua caputia ad ostentationem pacis & innocentiæ, & dato sacramento, pacem tenerẽt, & inimicos pacis destruerent, quod & factum est. Nam multi episcopi & consules & viri consulares, & mediocres, & papares hanc sectam tenentes pacem tenent, & inimicos pacis persequuntur.

Imagines fiũ & Christi fieri mandat virgo deipara.

Obiit Vvilhelmus de Vecit.

Obiit Vvilhelmus de Lancastre magnæ honestatis & possessionis vir.

32/3/ Rex Henricus tenuit curiam suam apud Cenomanensem. /29

Dominus noster Vvalterus Liconiensis episcopus, factus est archiepiscopus Rothomagensis.

C Lucius papa in capite ieiunij, id est feria 4. cinerum, ordinauit plures Cardinales, inter quos magistrum Meliorem presbyterum Cardinalem, quem etiam fecit camerarium suum. Et electum Dolensem diaconum, & magistrum Radulphum Nigellum charissimum amicum nostrum, magnæ honestatis & literaturæ & religionis virum.

Fridericus Imperator Romanorum fecit ordinari vnum filiorum suorum non primogenitum, sed secundum, in regem Germaniæ.

Rex Anglorum Henricus sapiẽtia & diuitiis suis acquisiuit sororem regis Portugallensis Hispaniæ, ad hoc vt fieret vxor comitis Flãdrensis cognati sui. Venit ergo ad comitem Flandrensem, in abundantia auri & argenti. Huius pater, licet grandæuus, adhuc viuit, qui in iuuentute sua super Agarenos adiutus ab Anglis & Normannis ciuitatem Vlixbonam quam vulgariter vocant Lisslebone, ad quam transtulit de Valentia corpus beati Vincẽtij Leuitæ & martyris, vt quidam dicunt: sed Amonius monachus de translatione eiusdem corporis sancti martyris tempore Caroli Imperatoris facta, aliter loquitur. Fecit eandem ciuitatem pro-
D missione papæ archiepiscopatum, cui subdidit sex alias ciuitates quas acquisierat.

Vincentij translatio.

Balduinus Vvigornensis episcopus, consecratus est in archiepiscopatum Cãtuarensem.

Obiit Vvalerannus Rofensis episcopus & capellanus archiepiscopus Cantuariensis, cui succedit Gislebertus archidiaconus Lexouiensis.

Hugo de Nonna archidiaconus Lexouiensis, electus est in episcopatum Cestrensem.

33/4/ Petrus Girardus factus est episcopus Maclouiensis. /30

Magna discordia facta est inter Philippum regem Francorum, & Philippum comitem Flandrensem, propter comitatum Viromandensem. Sed rex Francorum ex omni potentatu suo congregauit infinitum exercitum, & coegit Comitem, ad faciendum voluntatem suam.

Viromadensi comitatus cõtrouertitur.

Obiit Rogerius episcopus Sagiensis, qui multum emendauit matrem ecclesiam, & totum dominium suum, reliquit etiam immensas diuitias in auro & argento sibi non profuturas.

Obiit Robertus electus Montisburgi, & successit ei Vvilhelmus monachus eiusdem loci.
E Ioannes iunior filius regis Anglorum, quem vocant sine terra, quamuis multas & latas habebat possessiones & multos comitatus, transiuit in Hyberniam, gratia Dei permittente rex futurus in illa patria.

Ioa. sine terra

Obiit Robertus episcopus Nannetensis vir magnæ honestatis, & amicus noster, cum rediret de Hierusalem.

Obiit Gaufridus Cornubensis episcopus.

Abbas Ponteniacensis factus est episcopus Atrebatensis.

Theobaldus abbas Cluniacensis factus est episcopus cardinalis Hostiensis: cui successit filius comitis de Claromonte.

Hic prius fuit abbas cuiusdam abbatiæ ordinis Cistercienſis. Inde translatus est ad

Anno domini.	Romanorum.	Francorum.	Anglorum.

F

abbatiā Flauiacensem: indè, exortis quibusdam causis, factus est abbas sancti Luciani martyris primi episcopi Bellacensis ciuitatis. Exindè (vt diximus) factus est abbas Cluniacensis.

Interim facta est magna commotio & concertatio inter Philippum regem Francorum, & Philippum comitem Flandrensem. Comes enim Flandrensis confusus pudore, quia fecerat voluntatem regis de comitatu Viromandensi, repletus ira & indignatione, vertit se ad regem Germaniæ filium Friderici Romani Imperatoris, vt iuuaret eum, & fecit ei hominium de Flandrensi comitatu, vnde magna tribulatio exorta est in toto regno Francorum.

Balduinus moritur.

Anno præterito obiit Balduinus rex Hierosolymitanus, vir honestus & religiosus, & potens contra Sarracenos, licet elephantiosus. Nec hoc mirū est, quia flagellat Deus omnem filium quem recipit. Huic successit nepos eius Henricus, natus ex sorore sua, cuius pater fuit Vuilhelmus filius comitis Montisferrati, qui fuerat natus ex nepte Friderici Imperatoris Romanorum, & postea comes Iopensis duxit matrem prædicti Henrici regis, qui seruat prædictum iuuenem regem & regnum eius, quousque perueniat ad perfectam ætatem. G

Obiit Bartholomæus vir venerabilis episcopus Exouiensis.

Obiit Iocelinus Salesberiensis episcopus.

Vrbanus III.

Obiit Lucius papa Romanus, cui successit Imbertus Mediolanensis archiepiscopus, vocatus Vrbanus tertius papa Romanus 187.

Dominus Vualterus Rothomagensis archiepiscopus imperauit à domino Henrico rege Anglorum, vt abbatia sancti Elesij, quæ est in insula Grisosi quam Guillelmus filius Hanni fecerat in eadem Insula consilio & auxilio domini regis, iungeretur abbatiæ de Voto, quæ est iuxta Cæsarisburgum, quam Imperatrix mater Henrici regis ædificauerat. Erat autem tripliciter ditior tam in Normannia quàm in Anglia, quàm abbatia de Voto. Erat autem vtraque de ordine canonicorum regularium. Facta est itaque abbatia de Voto mater & caput, habens & perenniter possidens abbatiam de Insula, & omnia sibi pertinentia. Prædictus verò archiepiscopus Rothomagensis, fecit in eadem abbatia abbatem suum capellanum, qui erat canonicus eiusdem ordinis. H

Osbernus de Hossa.

Quidam enim constabularius domini regis Henrici Osbernus de Hossa nomine, qui castrum Cęsarisburgi cum patria quæ ad illum pertinet, custodiebat iussu domini regis Henrici. Ædificauit in eadem abbatia de Voto domum pulcherimam, officinas idoneas, in se continentem ad opus suum. In qua post administrationem domini regis, quamdiu vixit, satis honestè conuersatus est. Ipse verò ante octo dies mortis suæ factus canonicus, permissione domini regis eidem abbatiæ dedit 32. marcas auri. Dedit etiam prædictæ abbatiæ centum libras Cenomanũm, ad augendas possessiones eiusdem abbatiæ. Dedit etiam eidem abbatiæ 60. marcas argenti in plata, & totidem in vasis.

Prædictus archiepiscopus trāstulit magistrum Vvilhelmum Hubaudum, qui erat abbas Grestensis & monachus Becci ad abbatiam sancti Martini Pontisare, quamuis abbatia Grestem tripliciter esset ditior quàm illa. Sed propter adfinitatem vel familiaritatem quam habebat erga illum, & quia erant compatriotæ, voluit ipsum habere iuxta se. I

Dominus Henricus rex tenuit curiam suam ad natale apud Donnumfrontem.

Henricus de Brachauilla subprior Toarni factus est abbas Sagiensis.

Reliquiæ Andreæ & Dionysij.

1186 34/5 Apud vrbem Parisiorum in quodam monasterio sancti Stephani protomartyris in- /31 ueniuntur reliquiæ de capillis sanctæ Mariæ 32. brachium sancti Andreæ Apostoli, caput sancti Dionysij martyris, eiusdem vrbis Episcopi.

1187 35/6/ Factum est prælium in Palæstina Christianorum contra Paganos, in quo Christia- /32 norum mortui sunt mille 21. & quingenti homines.

Crux sancta à Paganis capta, & Guido rex Hierosolymitanus, & tota terra Saladino est reddita, exceptis Tyro & Tripoli & Antiochia, & paucis aliis.

Eodem anno natus est Ludouicus filius Philippi regis Francorum.

Obierunt Osbernus abbas Becci, & Vualtherius sancti Vvandregisili.

Christiani periclitantur à Sarracenis

1188 36/7/ Fridericus Imperator cum multis suorum, Philippus rex Francorum, Henricus /33 rex Anglorum, & Richardus filius eius, cruces acceperunt, vt subuenirent Christianis in Palæstina: & factus est numerus signatorum magnus. K

1189 37/8/ Fridericus Imperator egressus est de terra sua cum exercitu magno, vt subueniret /34 Christianis in Tyro & Tripoli, & Antiochia laborantibus, & vsque ad Antiochiam viam sibi & suis comparauit.

Eodem anno obiit Henricus secundus rex Anglorum filius Imperatricis 2. nonas Iulij, qui regnauit annis 34. mensibus sex. Successit ei filius eius Richardus vir magnæ probitatis, vnctus in regem quarto idus Septembris.

1190 1/9/ Obiit Robertus abbas Gemet. 4. idus Iunij. /35

Eodem anno pridiè idus Iulij successit Rogerius celarius.

Eodem

Romanorum.	Francorum.	Anglorum.	Anno domini.

A

Eodem anno Philippus rex Francorum, & Richardus rex Anglorum cū multis millibus armatorum egressi sunt de terris suis, vt subuenirent Christianis in Palæstina.

2/10/ Richardus rex Anglorum & Philippus rex Francorum mare transierunt. /1 1191

Præcesserat eos Iacobus de Auennis cum 7. nauibus. Cuius auxilio rex Guido, qui à captiuitate redierat, Acram vrbem iam obsederat.

Erat autem cum eis dux etiam Campaniæ Henricus cum multis aliis.

Rex Philippus ad obsidionem venit.

Richardus Cyprum subigit.

Rex autem Richardus, vir insignis probitate, Cyprum Insulam armis intrauit, & acquisiuit, dominum Insulæ illius, qui dicebatur Imperator, cum filia eius, cum equo eius mirabili, & cum thesauris in ius suum redegit. Deindè cum per mare veniret Acram, inuenit nauem Paganorum permaximam, quam Dromontem dicunt, & cum omnibus quæ in ea erant in profundum maris eam submergi fecit. Quæ si ad subsidium Paganorum peruenire potuisset, sine dubio ciuitas capi non potuisset. B

Eodem anno obiit Rogerus abbas Gemet. quarto calendas Nouembris, cui successit eodem anno Richardus de Mara eiusdem loci monachus, decimoseptimo calendas Ianuarij.

3/11/ Macra ciuitas regibus Christianorum reddita est tertio anno ab eo quo obsessa fuerat. /2 1192

Philippus rex Francorum mox rediit, Richardo verò regi Anglorum remanenti redditæ sunt vrbes, Iannia, Cæsarea, & Ascalon. Quò dum transiret conflixit cum Sarracenis. Erat autem ipse semper in primo conflictu. Portitores necessariorum in medio, Iacobus de Auennis in extremis: igitur superuenientibus Sarracenis Iacobus & nepotes eius in prçlio ceciderunt: Richardus verò rex hoc audiens magno dolore permotus, equo currente mox rediit. & omnes inimicos Dei in fugam conuertit.

[illegible]ichardus [illegible]ng. ca[illegible] Austrasianis.

4/12/ Richardus verò rex Anglorum rediens in terram suam, in terra Imperatoris Alemannorum captus est à quodam duce Austrasiorum, & tandem traditus Imperatori dum ibi captiuus teneretur: Philippus rex Francorum Gisortium & vicina ei castella per consensum proditorum cepit, Rothomagum quoque vrbem obsedit, sed eam capere non potuit. /3 1193 C

[illegible]asa Ec[illegible] esię pro redempt. regis distrahuntur.

5/13./ Distracti sunt thesauri ecclesiarum per totam terram regis Richardi, calices etiā fracti & venundati, & missa sunt pretia eorum in Alemanniam pro redemptione regis Richardi 130. millia marcarum Imperatori, cæteris verò infinita pecunia. Cúmque adhuc captiuus teneretur, Philippus rex Francorū obsedit Rothomagum, sed capere non potuit: ciues enim viriliter se defendebant, & cæteri Normani eos adiuuabant, Vernolium quoque obsedit, sed capere non potuit. Cúmque adhuc castrum obsideret, venit rex Anglorum. /4 1194

6/14/ In Hispania pugnauerunt Sarraceni contra regem Castellæ, & facta est plaga magna tam Sarracenorum quàm Paganorum duobus diebus. Prima die neutri parti cessit victoria. Secūda die quædam pars Chistianorum fugauit Sarracenos, reliqua pars circunuenta est à Sarracenis, & oppressa: qui euaserunt, in Lardo castro se receperunt, & reddito castro, & quibusdam aliis ad regem suum tandem deuenerunt, & modico tempore pax fuit regibus Francorum & Anglorum. /5 1195 D

7/15/ Britones rebellauerunt contra regem Richardum sub nomine Arturi pueri, & coacti sunt ab eo dare obsides pacis. Eodem anno Philippus rex Francorum obsedit castrum quod dicitur Arbamarla, & cum graui damno suorum euertit. Richardus verò rex partē terræ suæ iam recuperauerat, sed eodem anno iterum amisit Nouamcourt. /6 1196

8/16/ Archiepiscopus Moguntiæ cum multitudine Alemannorum & cum rege Hungariæ & regina profectus est in Palæstinam contra Sarracenos, & obtinuerunt Baruc & quasdam alias vrbes, & regem Christianorum creauerunt Hannericum. /7 1197

Andeliacum castrum.

9/17/ Ædificatum est castrum apud Andeliacum perseuerante adhuc bello. /8. 1198

Eodem anno obiit Richardus abbas Gemet. in festo Fabiani & Sebastiani.

Et sequenti mense Februarij, idibus eiusdem mensis, electus est Alexander abbas, qui prior fuerat eiusdem monasterij prima Dominica quadragesimæ consecratus.

Eodem anno rex Richardus celebrato Gemetico fuit.

Touteuillæ commutatio.

E

Eodem quoque anno ad petitionem Alexandri abbatis dedit Richardus rex ecclesiæ Gemeter. mercatum apud Duclarum, & chartam fieri præcepit: ipse pro Excambio Pontis Archæ Touteuillam dedit.

Eodem anno archiepiscopi & episcopi & duces Imperij, defuncto Imperatore suo, elegerunt Imperatorem Ottonem nepotem regis Richardi, fratrem Henrici ducis Saxoniæ, Richardus verò rex cum multis expensis eum ad Imperium transmisit. O laudabilis viri laudabile factum, qui totum mundi imperium nepoti suo comparauit! Nondum tamen Imperator nominatus est, sed rex tantum.

Richardus Ang. rex sepelitur.

10/18/ Obiit Richardus rex Anglorum cum dolore suo, octauo idus Aprilis, & sepultus /9 1199 est ad pedes patris sui apud Fontenallem. Cor illius, ex præcepto eius, Rothomagū delatum est, & honorificè sepultum. Regnauit autem satis laboriosè annis decem: successit ei eodem

Anno domi.	Romanorum. Francorum. Anglorum.	
	anno frater eius Ioannes, in ascensione Domini coronatus. Hic Gemeticensi ecclesiæ reddidit Pontenarchæ, & Touteuillam resumpsit. Conuenerunt autem ad eum vna die 15. Comites: inter quos erant comes de Bar, comes Flandrensis, & comes Boloniæ, & omnes contra regẽ Francorum coniurauerunt.	F
1200.	1/19/ Ioannes rex Anglorum pacem fecit cum Philippo rege Francorum hoc modo. Dedit ei 30. millia marcarum argenti, tria quoque castella in Biturico. Castellũ Radulphi de Doloribus, Isodunum & Crassciannj. Partem quoque Normanniæ, quam præfatus Philippus rex occupauerat, ei in pace dimisit: videlicet Gisortium, Vernonẽ, Gailloniũ, Pacceium, vrbem Ebroicẽsem, cum omnibus pertinentiis suis Ibreium, & Nouancurtũ. Neptẽ quoque suam filiam regis Castellę, honestissimam corpore & moribus virginem, Blãdam nomine, Ludouico filio præfati regis Francorum in cõiugem dedit hebdomada Dominicæ ascensionis.	/1
Blanda.	Eodem quoque die Philippus rex Francorum Ioanni regi Anglorum reddidit Arturum nepotem suum principem Britonum: qui hominium patruo suo Ioanni regi fecit, & Britanniæ Armoricanæ ducatum ab eo accepit. Deindè, præfatus rex Ioannes collecto exercitu aggressus est expugnare eos qui ei rebelles fuerant, in pago Cenomanico, Andegauensi & Pictauensi. Pacificatisque ad votum omnibus Vvasconiam intrauit.	G
Hierosolymitanis pecunia colligitur.	Eodem anno obiit Vvilhelmus filius Radulphi Senescallus Normanniæ: cui successit Garinus de Glapium Senescallus.	
	Dominus papa Innocentius quadragesimum nummum redituum ad subsidium terræ Hierosolymitanæ petiit.	
Rothomagus incenditur.	Vrbs Rothomagensis cum ipsa matre ecclesia graui incendio corruit.	
	Rex Ioannes repudiata vxore sua filia Vvilhelmi Mafouache comitis Claudiocestriæ propter manifestam generis propinquitatem, aliam duxit filiam ducis Engolismensis, & pacificatis ad votum omnibus, citra matre transiit in Angliam.	
	Eodem anno terra Roberti peregrini de bosco Heroudi ad dominum Meticensem datis 40. libris Andegauensibus & 40. solidis annui reditus.	H
	Eodem quoque anno obiit Albertus Damarturi comes, & sepultus est apud Gemet. ante altare sanctæ Mariæ, vir apud Deum & homines valdè clarus. Obiit autẽ decimotertio calendas Octobris: filius cius Reginaldus comes Boloniæ, pro remedio animæ eius dedit Gemet. ecclesiæ vndecim libras annui reditus apud Iuliambonam in perpetuam eleemosynam in feudo Vascher.	
1201	2/20/ Vvilhelmus de Vado miles vendidit, vel potius accepta charitate 13. librarum & vnius equi albi in perpetuum eleemosynam dedit Deo & Alexandro abbati & monachis Gemet. tertiam partem terræ, quam habebat apud Duclarum, & vniuersa quæ ad terræ illius tertiam partem pertinebant, in hominibus & oblationibus & reditibus siue pertinentiis.	/2
	Eodem quoque anno, videlicet 1201. Rogerius Torel miles illustris Vulcasinensis territorij, dedit ecclesiæ Gemet. in perpetuam eleemosynam apud Gisenneas 16. & dimidiã acras terræ arabilis, & 7. acras nemoris in manu Vvaltheri archiepiscopi reddidit: archiepiscopus verò Alexandro abbati, & monachis dedit, & chartã tam suam, quàm supradicti militis, fieri præcepit, non solùm de iam dicta donatione, sed & de omnibus quæ à prædecessoribus sæpè dicti Rogerij data nobis fuerant, vt deinceps tanquam pura eleemosyna per iustitiam archiepiscopi omnia tenerentur.	I
	Pro hac autem donatione Rogerius Torel accepit ab Alexandro abbate nomine charitatis 30. libras Andegauenses, & equum vnum album: à Vuilhelmo verò de Lunda tunc cellario duorum militum vestimenta de Estanfort, sui videlicet, & alterius militis.	
1202.	3/21/ Anno verbi incarnati iterum bellum fuit inter regem Francorum Philippum, & regem Anglorum Ioannem, eo quòd rex Ioannes regi Philippo dare noluerit castrum rupis Andeliaci, & castrũ Vallis Redolij. Et primo quidem impetu dissensionis, Philippus rex occupauit totam terram Hugonis de Gornaio, quæ Branum dicebatur. Deindè multum laborauit in obsidione Radipontis, sed non prævaluit. Rursùmque multo labore obsedit castrum Arcarum, & non obtinuit. Misit etiam Arturum principẽ cum multo comitatu armatorum in Andegauensem pagum, qui venientes illuc obsederunt in castro Miribel reginam Alienoram matrem regis Ioannis: quod audiens iam dictus rex Ioannes longissimo itinere, citissimè illuc veniens, hostes suos & matris audacter inuasit, debellauit & vicit. Ipsum Arturũ & principes Pictauẽses, qui cum eo erant, & multos alios armis cepit, & diuersis carceribus recluſit, matrem suam liberauit: Andegauorum & Turonum ciuitates in ius suum redegit. Deindè	K
	venie ns Rothomagum, honorificè à ciuibus propter inæstimabilem victoriam susceptus est.	
1203	4/22/ Hugo de Gornaio apertè defecit à rege Anglorum Ioanne, quod prius occultè fecisse putabatur, & tradidi regi Francorum castrum Montisfortis: quod tamen non multo pòst debellauit, & cepit.	/5
	Eodem anno Petrus de Mellento filius Roberti Comitis Mellentini, trãsiuit ad Regem Francorum	

Anno domi.	Romanorum. Francorum. Anglorum.	
Hugo Germanius proditor expellitur.	Francorum, & tradidit ei castrum Bellimontis, nec multo pòst mortuus est. Et Hugo de Gornaio etiã à rege Francorũ, vt manifestus proditor, amissa tota terra sua, expulsus esse dicitur.	A
	Eodem anno dum rex Ioannes in acquirẽda dolo vrbe & aliis quibusdam occupatus esset: rex Francorum Philippus castrum Radipontis obsedit, & cepit, & Andream de Bellocampo militem fidelissimum, qui custo diebat illud. Æliza Bigeressa mulier nobilis ecclesiæ Gemeter. & Alexandro abbati se reddidit, & dedit octo acras terræ, & duos hospites cum omni tenemento eorum, Robertum Trauelle, & Robertum Soliman.	
1204	5/23/ Statim pòst natalem Domini castrum de rupe Andeliaci à rege Francorum Philippo obsessum & captum est: rege Ioanne in Anglia commorante.	/5
Normaniam intrunt Angl. & Hyberniam.	Eodem anno Philippus rex commorante in Anglia rege Ioanne, occupauit totam Normanniam, & completum est illud vaticinium, Vtranque insulam amittet Neustria, id est, Angliam & Hyberniam: monasteria Theuseriam dederunt regi Francorum vnumquodque	B
	quod ab eo extorqueri potuit. Et expoliata est terra honoribus & diuitiis, quia munera sola data sunt Francis.	
	Eodem anno gelu grauissimũ cepit nonis Decembris, & perdurauit ferè continuum vsq; duodecimum Calendas Aprilis, fuitque hyems maxima, & impedita est ex parte satio, tam hyemalis quàm vernalis, quia in toto illo tempore non duobus continuis diebus arare vel seminare homines potuerunt.	
Balduinus Flandrensis Imp. constan.	Balduinus Comes Flandrensis & Hauiensis, qui cum multis aliis peregrinis de terra sua egressus fuerat, vt subueniret Christianis in Palæstina, cõsilio domini Papæ Innocentij, transiuit Constantinopolim. Et, expulsis siue interfectis multis proditoribus Romanæ ecclesiæ aduersariis, electus est Imperator Constantinopolitanus anno sequenti dominica qua cantatur, Iubilate, Millesimo ducentesimoquarto.	
1205	6/24/ Literæ Cæsarienſis archiepiscopi venerunt Rothomagum, protestantes desolationem terræ Hierosolymorũ, eo quòd mortuus est filius regis Henrici circa purificationem beatæ Mariæ, qui sperabatur regnum Christianorũ benè esse recturus. Sed & ipse rex Hamericus primo die Aprilis mortuus est, & remansit terra sine rectore. Peregrini & ferè omnes Constantinopolim ad Balduinum Imperatorem transibant. Templarij & Hospitalarij vix se	/6 C
	defendentes dominium terræ adiudicauerunt cuidam puellæ, quę fuerat filia Marchionis de Monteferrato, & statuerunt eam sub custodia cuiusdam auunculi sui. Pictauenses duces regi Francorum Philippo resistentes, in multis prævaluerunt, regis Anglorum Ioannis partes defendentes. Hoc etiam anno Balduinus Constantinopolitanus Imperator, aliique multi occisi sunt à Ioanne de Blac in bello: & vir illustris frater eius Henricus rexit Imperium. Otto verò fortissimus rex Alemannorum pugnauit contra Philippum ducem Suauiæ qui Coloniam obsederat, & vicit, hostésque suos alios fugauit, alios in ius suum captos reduxit, Coloniam liberauit, præda copiosa potitus est.	
1206	7/25/ Rex Ioannes ab Anglia egressus pagum Pictauensem intrauit, contra regem Francorum rebellaturus: sed postea cum milites eius varias infirmitates incurrerent, facta pace ad	/7 D
Franci cum Anglis pacisscuntur.	tempus cum rege Francorum videlicet, vsque ad duos annos recessit. Rex Otto cum Philippo duce Suauiæ de pace multa locutus, pacem facere non potuit, sed Coloniam relinquit	
1207	8/26/ Rex Otto venit in Angliam, & quibusdã pactionibus interpositis, cum rege Ioanne 30. millia marcarum argenti asportauit, & in Alemanniam rediit. Rex Francorum Philippus mense Maio manu armata (quamuis nemo resisteret) Rothomagum primò intrauit, & à ciuibus eiusdem vrbis multam pecuniam & multa donaria susccpit. Deindè simili modo Vernolium venit, sed non intrauit: Episcopus Suessonum cum magna multitudine Constantinopolim adiit. Eodem anno obiit Vvalthetus Rothomagensis archiepiscopus 16. Calendas Decembris, sedit archiepiscopus annis 23.	/8
	Anno sequenti successit Robertus cognomento Pullus.	
1208	9/27/ Multi in Gallia cruces in pectoribus acceperunt, pugnaturi contra Albigenses hæreticos.	/9
Cruce sumunt catholici aduersus Albigenses.		E
1209	2/28/ Otto rex Alemannorum Romæ consecratus est Imperator Romanorum, quamuis 10 Cardinales pauci & pars aliqua senatorum contradicerent, vnde in vrbe Roma fuit bellum tribus diebus inter partes.	
1010	2/29/ A Calendis Ianuarij gelu cœpit grauissimũ, & perseuerauit vsq; per duos ferè menses, ita quòd satio hyemalis ex magna parte impedita & periclitata est, & quod seminatũ fuerat de frumento sic euanuit in multis locis, quòd nec tantum colligi potuit quantum seminatum fuerat. Eodem anno cõtra Albigenses hæreticos multi accipientes crucem in pectoribus profecti sunt Calendis Augusti. Exercitus Philippi regis Francorum à Medunta exiens contra quosdam Britones profectus est.	/11
Gelu grauiss.		

Roberti de Monte Supplementi ad Chronica Sigiberti finis.

Anni mundi.

ADONIS VIENNENSIS CHRONICON.

SEX MVNDI ÆTATES, DE QVIBVS Adonis Chronica tractant.

PRIMA ætas ab origine mundi ad diluuium vsque peruenit.
SECVNDA ætas à diluuio ad Abrahami natiuitatem.
TERTIA ab Abraham ad Dauidem vsque.
QVARTA à Dauidis regno ad Transmigrationem Hebræorum in Babyloniam.
QVINTA ab eadem captiuitate ad Christum seruatorem nostrum.
SEXTA ætas à Christo ad mundi finem.

ADON Viennẽsis archiepiscopus, vita, moribus & doctrina celeberrimus, scripsit cõmentarios de sex mundi ætatibus, seu Chronicon ab origine mundi ad sua vsque tempora, id est, ad regnum Ludouici Francorum regis cognomento Simplicis, anno Domini 1353. Eum inter diuos retulit Ysuardus, eiúsque festum reponit, & celebrari ait decimasexta Decembris.

CHRONICORVM ADONIS ARCHIEPISCOPI VIENNENSIS BREVIARIVM.

Chronograph. Iul. Africanus. Eusebius.

REVES temporum per generationes & regna, primus ex nostris Iulius Africanus sub Imperatore Marco Aurelio Antonino simplicis historiæ stilo elicuit. Deinde Eusebius Cæsarienſis, atque sanctæ memoriæ Hieronymus presbyter, Chronicorum canonum multiplicem ediderunt historiam, regnis simul ac temporibus ordinatam. Post hos alij atque alij, inter quos præcipuè Victor Turonensis ecclesiæ episcopus, recensitis prædictorum historiis, gesta sequentium ætatum, vsque ad cõsulatum Iustini iunioris expleuit. Horum nos temporum summam, ab exordio mundi vsque ad Imperatoris Lotharij ac Ludouici fratris eius, ac Ludouici & Caroli regum principatum, quanta potuimus breuitate notauimus, adiicientes è latere descendentem lineam temporum, cuius indicio summa præteriti sæculi cognoscatur. Quædam etiam ex diuinis libris ad eruditionem legentium, vbi opportunum duximus, subnotantes: vt ex breui lector plura colligere possit.

Victor Turonensis.

creatio.

SEX diebus, rerum creaturam Deus formauit. Primo die, condidit lucem. Secundo firmamentum cœli medio librauit aquarum, ipsis aquis ac terra cum cœlo superiore ac virtutibus, quæ in ea conditorem laudarent, ante horum sex dierum exordium creatis. Tertio, congregatis in suum locum aquis, quæ cuncta cõtexerant, aridam iussit apparere. Quarto, sidera in firmamento cœli posuit, qui nunc quantum coniectura æquinoctij colligitur, xii. Calendarum Aprilium vocatur. Quinto, natatilia, & volatilia animantia creauit. Sexto, animalia terrestria, & ipsum hominem Adam formauit: de cuius latere dormientis, matrem omnium viuentium Euam produxit: qui nunc, quantum credibile videtur, decimus Calendarũ Aprilium dies appellatur. Vnde meritò creditur, si non verior sententia vicerit, eodem decimo Calendarum Aprilium die, Dominum fuisse crucifixum. Decebat enim vna eadémque non solùm hebdomadis, sed & mensis die, secundum Adam pro generis humani salute viuifica morte sopitum, de productis è latere suo cœlestibus sacramentis sponsam sibi ecclesiam sanctificare: quo videlicet die primum Adam humani generis patrem ipse creauerat: eíque de latere costam tollens, mulierem ædificauerat, cuius adiutorio genus humanum propagaret.

Adam creatus quo Christus passus est die.

ADAM annorum centum triginta, genuit Seth: cui superuixit annis octingentis. Verùm septuaginta interpretes, ante natum Seth, posuerunt annos ducentos & triginta, postea, septingentos. Seth interpretatur resurrectio, quia in eo resuscitatum est semen iustum, quod est

Seth.

1130

Anno dominj.

est stirpis filiorum Dei: & quia significauit resurrectionem Christi à mortuis: cuius mortem inlatam à Iudæis significauit Abel, qui dicitur luctus, à fratre Cain occisus.

Seth annorum centumquinque genuit Enos: cui superuixit annis DCCCVII. Porrò Septuaginta ante natum Enos, annos CCV. postea posuere, DCCVII. Enos interpretatur homo, de quo benedicitur. Iste cœpit inuocare nomen domini: quia hominum est proprium vt suæ conditionis memores inuocent conditoris auxilium, vt filij resurrectionis esse lętẽtur. 235

Enos anno nonagesimo genuit Cainan: cui superuixit annos DCCCXV. Septuaginta ante natum Cainam centum nonaginta annos: postea DCCXV. posuere. Cuius nomen interpretatur, natura Dei. *Enos.* 325

Cainan annorum septuaginta genuit Malaleel: post cuius ortum vixit annos DCCCXL. Septuaginta ante natum Malaleel, centum septuaginta: postea dixere, DCCXL. Qui interpretatur, quis est dominus Deus, vel ex vita Deus. *Cainas.* 295

Malaleel anno sexagesimoquinto, genuit Iared: cui superuixit annos octingentos triginta. Septuaginta ante natum Iared centum sexagintaquinque: postea posuere DCCXXX. Interpretatur autem, descendens, siue roborans. *Malaleel.* 460

Iared annorum centum sexaginta duorum genuit Enoch, cui superuixit annos DCCC. In hac generatione nusquam vtrique codices discrepant. Enoch translatus est à Deo: quíque etiam nonnulla scripsisse, Iuda apostolo idipsum adtestante, fertur. Sed ob antiquitatem suspectæ fidei, à patribus refutata sunt, vt sunt illa quæ sub eius nomine proferuntur de Gigantibus fabulæ, † quòd non habuerint homines patres. *Iared. Enoch. † De scriptis Enoch, vide Sixti Senens. Bibliothecam lib. 2.* 622

Enoch annorum sexagintaquinque genuit Mathusalem: post cuius ortum ambulauit cum deo, trecentis annis. Septuaginta ante natum Mathusalem posuere centum quinquaginta-quinque annos: postea, ducentos. Enoch, qui interpretatur dedicatio, septima generatione translatus, ciuitatem electorum insinuat, quæ in sexta huius seculi ætate pro Deo laborans, in septima sabbati futuri gloriam dedicationis expectat. At quia reprobi sola præsenti sunt fidelitate contenti, Cain ciuitatem quam statuit, non in septima generatione, sed in primogenito Enoch filio consecrat. 684

Mathusalem annorum centum octogintaseptem, genuit Lamech, cui superuixit annos septingentos octogintaduos, id est vsque ad diluuium. Septuaginta ante natum Lamech, centum sexagintaseptem annos ponunt: postea, octingentos duos: qui numerus, vt lector facillimè videbit, iuxta Hebraicam veritatem viginti annis: iuxta verò Septuaginta auctoritatem, quatuordecim annis tempora diluuij transiit. Et quomodo verum est, quòd octo tantùm animæ in archa saluæ factæ sunt? Sed in Hebræorum & in Samaritanorum libris ita scriptum reperitur, Et vixit Mathusala centum octogintaseptem annis, & genuit Lamech: & vixit Mathusala, postquam genuit Lamech, DCCLXXXII. annos, & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Mathusalæ, anni DCCCCLXIX. & mortuus est. Et vixit Lamech centum octoginta duos annos, & genuit Noe. A die ergo natiuitatis Mathusalæ vsque ad diem ortus Noe, sunt anni trecentisexaginta nouem. His adde sexcentos annos Noe: quia in sexcentesimo vitæ eius anno diluuium factum est: atque ita fit vt DCCCCLXIX. annò vitę suæ Mathusala mortuus sit, eo anno quo cœpit esse diluuium. Mathusala annorum centum octogintaseptem, genuit Lamech: hac generatione gigantes nati sunt, hácque ætate Iubal ex genere Cain artem musicam reperit: cuius etiam frater Tubal Cain, æris ferríque inuentor fuit. *Mathusale. Lamech. Diluuium quando.* 874

Lamech annorum centum octogintaduorum, genuit Noe: cui superuixit annos septingentosquinque. Septuaginta ponunt annos ante natum Noe, centum octogintanouem. Et postea, DLXV. In hac sola generatione summa vniuersitatis discrepat, quia trigintaquatuor annis plus vixisse Lamech in Hebræis quàm in Septuaginta translatorum codicibus inuenitur: & quia hoc potuit accidere errore scriptoris, potius ei linguæ creditur, vnde est in aliam per interpretes facta translatio. *Musica, æris & ferri inuentio.* 1056

Noe diuino oracului iubente, anno ætatis suæ D. archam ædificare cœpit. His temporibus, vt refert Iosephus, scientes illi homines, quòd aut aquis aut igne perire poterant, in duabus columnis ex latere & lapide factis, studia sua conscripserunt, ne delerentur memoria quæ sapienter inuenerant. Quarum lapidea columna fertur in diluuio durasse, & hactenus in Syria permanere. Noe anno sexcentesimo venit diluuium mense secũdo decimaseptima die mensis. Cuius archam Iosephus sedisse refert in montibus Armeniæ, qui vocantur Ararat. Hæc prima ætas seculi, secundum Hebraicam translationẽ, continet annos mille sexcentos quinquaginta sex. Secundum septuaginta editionem, bis mille ducentos quadraginta duos. *Noe. Ioseph. ant. 1. columnæ lapideæ. Oros. lib. 1. c. 3.* 1556

In hac prima ætate, sacræ literæ continent præter veritatem historicam, & omnis creaturę conditionem, quòd virtute spiritus sancti creatura per inobedientiam peccati labe fœdata, sanctificatis aquis esset ad perpetuam gratiam abluenda: sicque lux pietatis, à nocte impietatis, misericordi iustáque diuisione esset dirimenda. Et in formatione Adam, & de costa lateris eius, mulieris Euæ, sacramentum Christi & ecclesiæ. Et in contempto mandato, omni-

Anno domini.

bus trangreſſoribus præceptorum Dei perpetuam mortem iuſto iudicio inferri. Et in ſerpentem diabolum prolatam ſententiam in eis manere qui eius fecerint voluntatem, & in maledicto mulieris, originale peccatum ſequi, & tranſgreſſorum filios ſub peccato naſci, & prædictam pœnam peccati in labore ſudoris & doloris, quam radix humani generis Adam per propagationem in ramos ex radice damnata venientes infudit. F

Cain & Abel figura Iudæorū & chriſtianorum.

In Cain & Abel duorum populorum, figuram Iudæorum & Chriſtianorum, vbi ſacrificium maioris reſpuitur, & minoris placitum abſumitur: electorum multitudinem, ad veram & æternam dedicationem transferendam, & homicidæ filios, viæ ſuæ ordinem corrumpentes, & iuſto & manifeſto iudicio omnipotentis Dei intercipiendos.

Exitus arcæ.

1657 SECVNDA ſeculi ætate, prima huius die, quæ eſt viceſima ſeptima menſis ſecundi, egreſſus eſt Noe de archa, in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod commemorans in epiſtola ſua B. Petrus apoſtolus ſtatim exponere curauit: Quod & vos nunc ſimilis *formæ* ſaluos fecit baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio per Deum: per reſurrectionem Ieſu Chriſti, qui eſt in dextera Dei, in aqua diluuij, baptiſmum: in archa & his quæ continebat, eccleſiam & fideles eius: in octonario animarum numero, myſterium dominicæ reſurrectionis, in cuius fide baptizamur, docens eſſe figurata. G

Linguæ ſeptuaginta duæ.

Fuerunt autem Noe filij tres, Sem, Cham, & Iaphet: ex quibus ſeptuagintaduæ linguæ ſunt, id eſt, de Sem, xxvii. de Cham, xxx. de Iaphet, xv.

Arphaxat.

1658 Sem centeſimo anno genuit Arphaxad, biennio poſt diluuium, à quo Chaldæi. Superuixit autem Sem nato Arphaxad, D. annis, id eſt vſque ad L. annum natiuitatis Iacob.

1694 Arphaxad annorum c x x x v. genuit Sale. Hîc Septuaginta interpretes vnâ generationem pluſquam Hebraica veritas, poſuerunt, dicentes, Quòd Arphaxad cum eſſet annorũ c x x x v. genuit Cainan: qui cum c x x x. annorum fuerit, ipſe genuit Sale. Quorum tranſlationem euangeliſta Lucas hoc loco videtur eſſe ſequutus. Vixit autem Arphaxad poſt natum Sale, quadringentis tribus annis: cui tamen ſeptuaginta poſt natũ Cainan adſcribunt annos c c c c x x x. & Cainan poſt natum Sale, c c c x x x v i i i. Ab Arphaxad, Samaritæ vel Indi. H

Sale.

724 Sale annorum triginta, genuit Heber: cui ſuperuixit annis quadringentis tribus. Ante natum Heber, ſeptuaginta poſuerunt annos centum triginta: poſtea, trecentos triginta: ab hoc Heber Hebræorum nomen & genus oritur.

Heber.

758 Heber annorum trigintaquatuor, genuit Phalec: cui ſuperuixit quadringentis triginta annis. Septuaginta ante natum Phalec poſuêre annos centum trigintaquatuor: poſtea, ducentos ſeptuaginta. Phalec interpretatur diuiſio: cui propterea tale nomen parentes impoſuerunt, quia tempore natiuitatis ipſius terra per linguarum confuſionem diuiſa eſt: cuius diuiſionis Arnobius rhetor ita meminit: Sem primogenito Noe, pars facta eſt à Perſida & Bactris vſque in Indiam longè, & vſque Rinocoruras: quæ ſpacia terrarum habent linguas ſermone barbarico, vigintiſeptem. In quibus linguis gentes ſunt patriarum quadragintaſex, nõ diuerſarum linguarum, ſed diuerſarum patriarum: ſicuti cum vna lingua ſit Latina, ſub vna lingua diuerſæ ſunt patriæ, Brutiorum, Lucanorum, Appulorum, Calabrorũ, Picẽtum, Thuſcorum: & ſi dicamus his atque huiuſmodi ſimilia. Cham verò ſecundus filius Noe, à Rinocoruris vſq; Gaddila, habens linguas, ſermone à Punico parte Garamantum: Latino, à parte boreæ: barbarico, à parte meridiani Æthiopum, Ægyptiorũ, & barbaris interioribus, vario ſermone viginti duabus linguis, in patriis c c c x c i i i i. Iaphet autem tertius à Media vſque ad Gaddila ad boream. habet autem Iaphet flumen Tigridem, quod diuidit Mediam & Babyloniam, in patriis ducentis, ſermone vario in linguis vigintiquatuor. Fiunt ergo omnes ſimul linguæ, ſeptuaginta duæ: patriæ autem generationum, mille: quæ in tripertito orbe, Aſia, Africa, Europa ſitæ ſunt: habétque, vt diximus, Iaphet flumen Tigridem, quod diuidit Mediam & Babyloniam: Sem autem Euſraten: Cham verò Geon, qui vocatur Nilus. I

Arnobius in Pſal. 104 Philaſtrius hæreſeon cap. 106. plures linguas ante Babel aſſerit Linguarum diſtributio.

Phalec.

1820 Phalec annorum triginta, genuit Ragau: cui ſuperuixit annis ducentis nouem. Septuaginta ante natum Ragau centum triginta annos ponunt: poſtea, ducentos octo.

Ragau.

Turris Babel.

Tempore, Phalec turris ædificata eſt, factáque linguarũ diuiſio. Huius turris altitudo, quinquies mille centum ſeptuagintaquatuor dicitur tenere paſſuum, paulatim altioribus in anguſtias coarctatis, vt pondus imminens facilius ſuſtentaret. Deſcribunt ibi templa marmorea, lapidibus pretioſis auróque diſtincta, & multa alia quæ videntur incredibilia. Auctor huius turris Nemrod gigas extitit. Qui poſt confuſionem linguarum, migrauit inde ad Perſas, eóſque ignem colere docuit. Abhinc errores gentium creuerunt, templa conſtructa, & quidam gentium principes tanquam dij ſunt adorati. K

Seruth.

1850 Ragau annorum trigintaduo genuit Seruch: cui ſuperuixit annis ducentis ſeptem. Septuaginta, ante natum Seruth, centum trigintaduos annos ponunt, poſtea ducentos octo. Scytharum regnum exortum eſt, vbi primus regnauit Tanaus.

Seruth annorum triginta, genuit Nachor: cui ſuperuixit annos ducentos. Septuaginta ante natum Nachor ponunt annos centum triginta: poſtea ducentos. Ægyptiorum regnum ſumit

Anni mundi.

A ſumit principium, vbi primus regnauit Zoes.

1878 Nachor annorum vigintiocto genuit Thare: cui ſuperuixit annos centum & nouendecim. Septuaginta ante natum Thare ponunt ſeptuaginta nouem: poſtea, centum triginta nouem. Aſſyriorum regnum & Sicyoniorum narratur: ſed primus in Aſſyriis regnauit Belus, quẽ quidam Saturnum exiſtimant: in Sicyonia Ægialeus, à quo Ægialea nũcupata eſt, quæ hactenus Peloponneſus vocatur. Ninus rex Aſſyriorum primus propagandæ dominationis libidine, arma foras extulit, cruentámque vitam magnis per totam Aſiam bellis egit.

Nachor.

Belus.

Saturnus.

1948 Thare annorum ſeptuaginta genuit Abraham: cui ſuperuixit annos centum trigintaquinque: ſub quo Zoroaſtres, magicæ inuentor, à Nino rege occiditur. qui Ninus ipſe, dum deficientem à ſe oppugnat vrbem, ſagitta ictus interiit, muríque Babyloniæ à Semiramide regina Aſſyriorum ædificantur. Hactenus ſecunda ſeculi ætas protenditur: fiúntque anni à diluuio vſque ad Abraham, M. Septuaginta duo, ſecundum vulgatam editionem, id eſt ſeptuaginta interpretum: ſecundum verò Hebræorum codices, longè paucio res inueniuntur, id eſt

Thare.

Zoroaſtres. Beroſ. lib. 5.

B ducentis nonagintaduobus.

IN hac ſecunda ætate ſacræ literæ continent, præter veritatem hiſtoricam, fidem, & ſacramentis plenam patrum obedientiam. In hac Noe myſticæ iuſſioni & fabricæ obediens, archam figuratis numeris & menſuris fabricans, eámq; mundis immundiſq; animalibus, vt ei præceptum fuerat, implens, eccleſiam ſanctam nobis compoſuit, mirificis ſacramẽtis redundantem, lignum paſſionis & crucis ferentem, morte Chriſti baptiſmi gratiam exhibentem, pretium noſtrum tanquam per oſtium lateris manantem, per quod columba eadem ipſa eccleſia tanto munere dotata proceſſit: & coruus hæreticus exiens, tantis ſacramẽtis indignus, ab illa quæ texerat, nigredine peccati inlectus: trãſiuolans humani cadaueris cupiditate naufragus, reuerti contemnit. Archa conſtruitur à Noe, de lignis non putreſcentibus: eccleſia conſtruitur à Chriſto, ex hominibus in ſempiternum victuris, quæ nunc in fluctibus huius mundi natat.

Archa quid ſignificauerit

C Quòd autem de quadratis lignis fieri iubetur, ſtabilem vitam ſanctorum ſignificat, vndiq; ad omne opus bonum paratam: quocumque enim verteris quadratum, firmiter ſtabit.

Quòd bitumine glutinantur archæ ligna intrinſecus & extrinſecus, vt in compage vnitatis ſignificetur tolerantia charitatis, ne ſcandalis eccleſiam tentantibus, ſiue ab his qui intus ſunt, ſiue ab illis qui foris ſunt, cedat fraterna iunctura, & ſoluat vinculum pacis. eſt enim bitumen feruentiſſimum & violentiſſimum gluten, ſignificans dilectionis ardorem, magna fortitudine ad tenendam ſocietatem ſpiritalem omnia tolerantem.

Bitumen archæ quid.

Quòd trecentis cubitis archa longa eſt, vt ſexies quinquaginta compleantur: ſicut ſex ætatibus omne huius ſeculi tempus extenditur, in quibus omnibus Chriſtus nunquam deſtitit prædicari: ſed in trecentis cubitis ſignum ligni paſſionis oſtenditur. Ipſius enim literæ numerus, crucis demonſtrat ſignum, quo ſocij Chriſti paſſionis effecti per baptiſmum longitudinem vitæ æternæ adipiſcimur. Quòd verò cubitis quinquaginta latitudo eius expanditur, inſinuat quòd corda credentium ſpiritus ſancti dono charitate dilatãtur: vnde quinquageſimo die poſt reſurrectionem ſuam Chriſtus ſpiritum ſanctum credentibus miſit. Quòd autẽ eius

D altitudo triginta cubitis ſurgit, quem numerum decies habet in *trecentis cubitis* longitudo, quia Chriſtus eſt altitudo noſtra, qui triginta annorum ætatem gerens, doctrinam euangelicam conſecrauit, conteſtans, legem non ſe veniſſe ſoluere, ſed adimplere. Quòd ſexies longa ad latitudinem ſuam, & decies ad altitudinem ſuam, humani corporis inſtar oſtendit, in quo Chriſtus apparuit: corporis enim longitudo à vertice vſque ad veſtigium, ſexies tantum habet, quantum latitudo, quæ eſt ab vno latere ad alterum latus, à dextera in ſiniſtram, vel à ſiniſtra in dexteram: & decies quàm altus à terra. Vnde facta eſt archa c c c. in longitudine cubitorum, & L. in latitudine, & triginta in altitudine.

Eadem archa collecta in vnum cubitum, deſuper conſummatur: ſic eccleſia, corpus Chriſti, in vnitate collecta, ſublimatur & perficitur. Quòd autem aditus ei ſit à latere, nemo quippè intrat in eccleſiam, niſi per ſacramentum redemptionis peccatorum, quod ex Chriſti latere aperto manauit.

E Quòd inferiora archę bicamerata & tricamerata conſtruuntur, ſic ex omnibus gentibus vel bipertitam multitudinem congregat eccleſia, propter circunciſionem & præputium: vel tripertitam, propter tres filios Noe, quorum progenie repletus eſt orbis. Ideo archæ inferiora dicta ſunt, quia in hac terrena vita eſt diuerſitas gẽtium. In ſumma autem omnes in vnum conſummamur: & non eſt ibi varietas, quia omnia & in omnibus Chriſtus.

Act. 2.

Quòd cuncta animalium includuntur genera in archa, quia ex omnibus gentibus & nationibus cõgregatio fit in eccleſia: quod etiã Petro demõſtratus diſcus ille ſignificat, quòd munda & immunda ibi ſint animalia: ſicut in eccleſię ſacramẽtis, & boni & mali verſantur.

Quòd ſeptena ſunt mũda, & bina immunda, ideo quia boni ſeruant vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis, ſanctum autẽ ſpiritũ in diuina ſcriptura in ſeptiformi operatione cõmendat, mali autem in binario numero ad ſchiſmata faciles, & quodammodo diuiſibiles oſtenduntur.

Anni mundi.

Quòd ipse Noe cum suis octauus numeratur, quia in Christo spes resurrectionis nostræ apparuit, qui octaua die, id est post sabbati septimam, à mortuis resurrexit. F

Quòd post septem dies ex quo ingressus est Noe in archam, factum est diluuium, quia in spem futuræ quietis, quæ septimo die significata erat, baptizamur.

Quòd præter archam omnis caro quam terra sustentabat, diluuio consumpta est, quia præter ecclesiæ societatem, aqua baptismi quamuis eadem sit, non solùm non valet ad salutem, sed potius valet ad perniciem.

Pluuia diluuij 40. dierũ.

Quòd quadraginta diebus & quadraginta noctibus pluit, quia omnis reatus peccatorũ in decẽ præceptis legis admittitur per vniuersum orbem terrarum: qui quatuor partibus continetur, siue ille reatus, qui ad dies pertinet, ex rerũ prosperitate: siue qui ad noctes, ex rerum aduersitate contractus sit, sacramento baptismi abluitur.

Quòd Noe quingentorum erat annorum, cùm ei locutus est dominus, vt archam sibi faceret, & sexcẽtos agebat annos, cùm in eam fuisset ingressus, significatur sexta ætate in manifestatione euangelica, ecclesiam construendam: quod & secundus mensis anni sexcentesimi, quo intrat Noe in archã, significat. duo enim menses senario numero concluduntur: à senario enim numero, & sexaginta cognominantur, & sexcenti, & sex milia, & sexaginta milia, & sexcẽta milia, & quicquid deinceps in maioribus summis per eũdem articulum numeri in infinitum consurgit. Et quòd vigesimusseptimus dies mensis cõmemoratur, ad eiusdem quadraturæ significationem pertinet, quæ iam in quadratis lignis exposita est: sed hîc euidentius quia nos ad omne opus bonum paratos, id est quodammodo conquadratos, trinitas perficit, in memoria qua Deum recolimus, in intelligentia qua cognoscimus, in voluntate qua diligimus: tria enim ter, & hoc ter, fiunt vigintiseptem, qui est numeri ternatij quadratus. G

Quòd septimo mense archa sedit, hoc est requieuit, ad illam septimam requiem significatio recurrit, qua perfecti requiescunt: ibi quoq; illius quadraturæ numerus iteratur. nam vicesimaseptima die secundi mensis, commendatum est hoc sacramentum: & rursus vicesimaseptima die mensis septimi, eadem commendatio confirmata est cùm archa requieuit: quod enim promittitur in spe, hoc exhibetur in re. H

Porrò, quia ipsa septima requies cum octaua resurrectione coniungitur, hoc in sacramento regenerationis nostræ, id est in baptismo, altum profundúmq; mysterium est, quod quindecim cubitis supercrescit aqua, excedens altitudinem montium. Octo itaq; & septem, quindecim faciunt: sed octo significant resurrectionem, septem quietem. hoc sacramentum resurrectionis & quietis transcendit omnem sapientiam superborum, ita vt nullo modo possint indagare scientia sua altitudinem resurrectionis & quietis: & quia septuaginta à septẽ, & octoginta ab octo dinumerantur coniuncto vtroq; numero cl. dies, quibus exaltata est aqua, eandem commendant nobis atque confirmant altitudinem baptismi, in consecrando nouo homine ad tenendam quietis & consecrationis fidem.

Coruus in archam non regressus.

Quòd post dies quadraginta emissus coruus, non est reuersus, aut aquis vtiq; interceptus, aut aliquo supernatante cadauere inlectus, significat homines immunditia cupiditatis tetertimos, & ob hoc ad ea quæ foris sunt in hoc mundo ire: aut rebaptizari, quasi aut præter archam, id est præter ecclesiam, baptismus prosit, vt occidant & seducant, docere & tenere. I

Columba regressa.

Quòd columba emissa, non inuenta requie, reuersa est, ostendit per nouum testamentum requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam. post quadraginta enim dies emissa est, qui numerus vitam quæ in hoc mũdo agitur, significat. Deniq; post septem dies dimissa propter illam septenariam operationem spiritalem, oliuæ fructuosum surculum retulit: quo significaret nonnullos etiam extra ecclesiam baptizatos, si in eis pinguedo nõ defuerit charitatis, posteriore tempore in ore columbæ tanquam in osculo pacis, ad vnitatem societatis posse perduci. Quòd post alios septem dies eadem dimissa, non est reuersa, significat finẽ seculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur, quandiu bibitur quod de latere Christi manauit: sed iam in ipsa perfectione salutis æternæ, cùm tradetur regnum Deo & patri, vt perspicua contemplatione incommutabilis veritatis, nullis ministeriis corporalibus egeamus.

Quòd sexcentesimo & primo anno vitæ Noe, aperitur archæ tectum, quia finita sexta ætate seculi, reuelabitur absconditum sacramentum atque promissum. K

Quòd vicesimoseptimo die secundi mensis, dicitur sicca fuisse terra, tanquam finita est baptizandi iam necessitas in numero dierum quinquagesimo & septimo: ipse enim est dies secundi mensis, vicesimusseptimus, qui numerus ex illa coniunctione spiritus & corporis septies octonos habet, vno addito propter vnitatis vinculum.

Quòd de archa coniuncti exeunt, qui disiuncti ante intrauerant, quia in hoc tempore caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: postmodum autem, id est in fine seculi, in resurrectione scilicet sanctorum, omnimoda & perfecta pace spiritus corpori adhæbit, nulla mortalitatis indigentia, vel concupiscentia resistente.

Dantur eis cuncta animalia in escam, ex quibus sanguis prohibetur mãducari, ne vita pristina

Anni Mundi.

A stina, quasi suffocata, teneatur in cõscientia, sed habeat tanquã effusionem per confessionem.

Iris seu arcus cœlestis.

Quòd verò testamentum posuit Deus inter se & homines, atque omnem animam viuã, ne perderet eam diluuio, arcum scilicet qui apparet in nubibus, qui nunquã nisi de sole resplẽdet: quia illi non pereunt diluuio, qui in prophetis & omnibus diuinis scripturis, tanquam in Dei nubibus agnoscunt Christum.

Chã nudauit pudẽda patris, hoc est fascinauit, inquit Beroſus.

In hac ætate secunda post diluuiũ plãtauit vineam Noe, & inebriatus atque nudatus est in domo sua, portans Christi figuram, qui inebriatus est, dum passus est: nudatus est, dum crucifixus est, in domo sua, in gente sua, & in domesticis sanguinis suis. Hãc nuditatẽ, id est passionem Christi, vidẽs Cham, derisit: & Iudæi Christi morte vidẽtes, subsannauere. Sem verò & Iaphet, tanquam duo populi, ex circuncisione & præputio, credentes, quodãmodo passionem Christi velamento texerunt, id est sacramento honorauerunt: vestimentũ enim significat sacramentũ: quod dorso imposuerunt, quasi memoriam præteritorum: quia passionem Christi transactam celebrat ecclesia, non adhuc spectat futuram. Medius autẽ frater Cham, id est impius populus

Nemrod tyrãnidẽ arripuit.

B Iudæorũ, qui nec primatũ apostolicæ tenuit, nec vltimus in gentibus credidit: vidit nuditatem patris, quia consensit in necem domini saluatoris: nũciat fratribus foras, quia per eum manifestatũ est quod erat in prophetis secretũ. ideóque fit seruus fratrum suorũ, facta ipsa gẽs quodãmodo scriniaria Christianorũ, baiulãs legẽ & prophetas ad testimoniũ adsertionis ecclesiæ, vt honoremus per sacramentum, quod numerant illi per literam. Peccãte Cham posteritas eius dãnatur, quia plebs Iudaica quæ dominũ crucifixit, etiã in filios pœnã dãnationis suę trãsmisit. Sed & reprobi qui hîc delinquũt, in posterum, id est, in futurũ, sententia dãnationis excipiunt.

Nemrod filius Chus, primus nouam imperij cupiditate tyrannidem arripuit, comparatus diabolo, qui superbè intumescens super sidera se exaltare voluit: quíque venator & deceptor hominũ ad mortem in Babel, id est in cõfusione, regnare nõ immeritò dicitur: vbi cõfundũtur linguæ turrim impietatis superbæ ædificãtium, omniũ videlicet qui ab vnitate fidei & integritate confessionis, quasi per dissonantiam linguæ abinuicem secernuntur.

Ætas tertia

3185

C Tertia mũdi ætas à natiuitate cœpit Abraham patriarchæ, qui septuagintaquinque annorum cùm esset, relicta gente & patria, ad imperium Dei venit in terram Chanaan, accipiens promissionem nascituri de suo semine saluatoris, in quo benedicerentur omnes gẽtes, simul & seipsum in gẽrem magnam esse futurum: quarum vna spiritalis, altera est promissio carnalis. His temporibus adhuc Ninus & Semiramis in Assyriis regnant.

3271

Abraham annorũ octoginta sex, genuit Ismael, à quo Ismaelitæ, qui posteà Agareni, ad vltimum Sarraceni sunt dicti. Vixit autẽ Ismael annos centum triginta septem. Interpretatur autem Ismael, auditio Dei, populum Iudæorũ significans, eo quòd in fine mundi creditur us à domino exaudiatur. Porrò Agar interpretatur aduena vel conuersa, synagogæ gerens personam.

Abraham.

3285

Abraham annorum centũ, genuit Isaac: qui primus & solus intra testamenti veteris seriem, legitur octaua die circuncisus. Quod non sine magno mysterio priuilegiũ est filio promissionis donatum. Interpretatur autẽ Abram pater excelsus, propter priorũ scilicet populũ Iudæorum: Abrahã verò pater multarum, id est gentiũ, sicut est illud in apostolo, Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium. Vixit autem centum septuagintaquinque annis. ,, ,,

Isaac.

3350

D Isaac annorum septuaginta, genuit Esau & Iacob, patriarchas Idumææ & Israëliticæ gẽtis: post quorũ ortum vixit annis cx. factíque sunt omnes anni illius, centum octoginta. His temporibus primus apud Argos regnauit Inachus, annis L. cuius filius fuit Phoroneus, qui primus in Græcia leges iudiciáque cõscripsit, qui & Io, quem Ægyptij mutato nomine Isidẽ coluerũt. Interpretatur autem Isaac risus, qui in typo saluatoris à patre in sacrificio oblatus est.

Reges Argiuorum.

Iacob. Serapis. Mẽphis cõdita

3440

Iacob annorum xc. genuit Ioseph. His temporibus Serapis Iouis filius, vt quidam ferunt, Ægyptiorum rex moriens, falso errore in deos transfertur: & Memphis ciuitas in Ægypto conditur ab Ape Argiuorum rege: Sparta quoque à Sparto Phoronei filio Argiuorum regis.

3480

Iacob annorum centum triginta, descendit in Ægyptum, in animabus septuaginta. Vixit autem annis decem & septem in Ægypto: factíque sunt omnes dies vitæ illius, cẽtum quadragintaseptem anni. Interpretatur autẽ Iacob, supplantator, qui & Israël, videns Deũ: vel melius, princeps cum Deo, omnium sanctorum præferens imaginem, qui per fidem atque mũditiam

Seges tũprimũ in Græcia.

E cordis semper vidẽt Deum. Ioseph annorum cx. mortuus: cuius ossa tulit Moyses & filij Israël, paritérque ossa fratrum ipsius filiorum Iacob, & portauerunt in terram Chanaan. Hoc tẽpore Græcia Argo regnante habere segetes cœpit, delatis aliunde seminibus.

Hebræorum seruitus in Ægypto.

3546

Hebræorum seruitus in Ægypto annorum cxliiij. Vt scriptura autem testatur Exodi, habitatio filiorum Israël qui manserunt in Ægypto, fuit ccccxxx. annorum: quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus domini de terra Ægypti. quorum tamen summam annorum, Chronographi à septuagesimo anno & quinto natiuitatis Abraham, quando terram repromissionis intrauit, computant, sequentes editionem Septuaginta interpretum, quæ dicit, Habitatio autem filiorum Israël, qua habitauerunt in Ægypto & in terra Chanaan ipsi & patres eorum, anni ccccxxx. Quam necessariò sequendam & ipsa Hebraica veritas ostendit, quæ narrat Caat filiũ Leui, quem natũ esse cõstat in terra Chanaan, vixisse annis cxxxiij. & filiũ ,,

Anni Mundi.

Amram patrem Moysi annis cxxxvij. & ipsum Moysem octoginta fuisse annorum, tempore egressionis de Ægypto. Quia nimirum horum summam annorum constat, quadringentos & triginta implere non posse. Annuit autem horũ trãslationi & apostolus cùm ait, Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno: & semini tuo qui est Christus: hoc autem dico: testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. *Prometheus. Atlas. Mercurius.* His temporibus, scilicet seruitutis Israël in Ægypto, Prometheus fuisse scribitur, quem fingunt fabulæ de luto formasse homines. Tunc etiam frater eius Atlas magnus est astrologus habitus: Mercuriúsque nepos Atlantis multarum artium peritus, & ob hoc post mortem vano errore in deos translatus.

Procidus quadrigam iungit. 1645 Hac etiam ætate primus Procidus quadrigam iunxit: eodémque tẽpore Cecrops Athenas condidit, & ex nomine Mineruæ Atticos Athenienses vocauit. Iste etiam bouem immolans, primus in sacrificio Iouem adorari præcepit. Tunc primi chorites Corybantes modulatam in armis saltationem & consonam inuenerunt. Tunc etiam scribitur in Thessalia sub Deucalione G factum diluuium, & Phaethontis fabulosum incendium.

Corybantes. Deucalionis diluuium. Phaethontis incendium.

Moyses. 3649 Moyses, annis xl. eductum ex Ægypto populum Israël, & de seruitute Ægyptia liberatum, rexit in deserto, quorum primo anno tabernaculum domino construit, & septem mensibus opus perficiens, mense primo anni secundi, prima die mensis erexit. Per eundem Moysen Iudæi simul cum lege & literas habere cœperunt. Quinque libri Moysi secundum septuaginta seniorum interpretationem, continent gesta annorum, MMM. DCCXXX. Quot verò annos huius temporis Hebraica veritas contineat, Iosephus in primo contra Apionem grammaticum libro ita commemorat: Neque igitur innumera apud nos habentur volumina inter se inuicem discordantia, sed duo tantùm & viginti sunt libri, qui omnium temporum seriem continent, qui & iustè creduntur diuinitus inspirati. Ex quibus quinque sunt Moysi, continentes leges vitæ & successionis humanæ prosapiam, vsque ad ipsius Moysi terminum pertendentes, qui paulominus à tribus milibus annorum continentiam gerunt. Moysi tẽporibus templum Delphis constructur: Lacedæmon conditur. Moyses cxx. annorum moritur. Vitis in Græcia inuenitur. His temporibus adeo ingens & grauis æstus incanduit, vt sol per deuia transcendens vniuersum orbem non calore afficisse, sed igne torruisse dicatur. Inde ridicula Phaethontis texitur fabula. H

Delphicũ tẽplum. Lacedæmon cõditur.

Iosue ducatus 3730 Iosue annis xxvj. rexit populum Israël, vt Iosephus docet. nam scriptura sancta quot fuerint anni ducatus illius, tacet. Eusebius in Chronicis, xxvij. posuit. Primo autem sui ducatus anno Iosue, primo mense, decima die mensis, populum patefacto Iordanis alueo, in terram repromissionis induxit. Quo videlicet anno, vt in Chronicis Eusebii reperimus, principium erat quinquagesimi primi Iubilæi secundum Hebræos, facilè inueniri valet, id est anni bis mille quingenti ab initio mũdi erant completi: singulis Iubilæorum ordinibus per quinquagenos annos deputatis. Sed nostra inquisitio comperit minorem temporis huius esse summam. constat enim quia mille dclvj. ad diluuium vsque fuere anni: inde ad Abraham, ccxcij. qui lxx. erat annorum quando promissionem Dei accepit. Promissionis anni quadringenti triginta: ducatus Moysi, anni xl. qui profectò numerus non bis mille quingentos, sed vij. minus, id est MM. ccccxciij. annos implent. His temporibus Iosue, primus Erychthonius Athenienſiũ princeps in Græcia quadrigã iunxit. Iosue centũ & decem annorũ moritur. I

Erychthonius quadrigam reperit.

Othoniel primus Iudex Israël. 3757 Othoniel annis quadraginta de tribu Iuda primus Israël deo iubente iudex constituitur, illum prefigurans qui in tertio tempore mundi de tribu Iuda cum gratia ad saluandos populos venit. Huius temporibus primo filij Israël seruierunt Chusan Rasataim regi Mesopotamiæ: octo annis Cadmus regnat Thebis, qui primus Græcas literas adinuenit. Per idem tempus, primi Linus & Amphion apud Græcos in musica arte claruerunt, Idæíque Dactyli ferrum inuenerunt eo tempore.

Cadmus. Linus. Amphion. Idæi Dact.

Ahoth. Cyrene cõdita Triptol. Hippocẽtauri. Cerberus. Phryxo. Gorgona. Bellerophon. 3797 Ahoth, annis lxxx. filius Iera, filij Gemini, qui vtraque manu vtebatur pro dextera. Cuius principiis seruiuit Israël Eglõ regi Moab annos xviij. donec percusso Eglõ liberauit Israël. Hoc tempore Cyrene ciuitas condita est in Libya. His temporibus fabulæ fictæ sunt de Triptolemo, quòd iubente Cerere, serpentium pennis gestatus, indigentibus frumenta volando distribuit: de Hippocẽtauris, quòd equorũ hominúmque fuerint natura permixti: de Cerbero, tricipiti inferorum cane: de Phryxo & Helle sorore sua, quòd arietẽ vecti per aẽrẽ volauerint: de Gorgone meretrice, quæ crinita serpentibus fuerit, & aspicientes conuertebat in lapides: de Bellerophonte, quòd equo pennis volanti sit vectus: de Amphione, quòd citharæ cantu lapides & saxa commouerit. K

Debora. Miletus condita. Apollo medicinã reperit. Dædalus. 3877 Debora prophetissa ex tribu Ephraim cũ Barac de tribu Nephtalim, annis xl. Cuius initio ducatus oppressit filios Israël Iabin rex Chanaan, qui regnabat in Asor annis viginti: sed occiso ab Israël, & à Iael vxore Abercinei. Sisara principe militiæ eius, humiliatus tãdem ac deletus est. Hoc tempore Miletus condita. Per idem tempus Apollo medicinæ artem inuenit. Fabula quoque tunc ficta est de fabro Dædalo, & eius filio Icaro, quòd coaptatis sibi pennis volauerit.

Hac

Anni Mundi.

A Hac ætate primus regnat Latinis Picus, qui fertur Saturni filius fuisse. *Picus.*

Gedeon annis xl. ex tribu Manasse. Sub quo seruiuit Israël Madianitis & Amalechitis, vij. annis: sed Gedeon pugnante liberatur. Vrbs Tyrus condita, ante templum Hierosolymorum, annis ccxl. Orpheus Thracius Linúsque magister Herculis, artis musicæ inuentores, clari habentur. Argonautarum nauigatio scribitur. *Gedeon.* 3918 *Tyrus cõdita. Orpheus.*

Abimelech, annis iij. regnauit in Sichem. Iste septuaginta fratres suos filios Gedeonis interfecit. Hercules Ilium vastat. *Abimelech.* 3955

Thola, annis xxiiij. filius Foa, patrui Abimelech, vir de Isachar, qui habitabat in Sanir mõtis Ephraim. Priamus in Troia post Laomedõtẽ, regnauit annos xiij. Fabula ficta de Minotauro, bestia labyrintho inclusa. Bellum Lapitharum & Cẽtaurorum, quos scribit Palæphatus primo de Incredibilibus libro, nobiles fuisse equites Thessalorum. *Thola.* 3958 *Priamus. Minotaurus.*

Iair, annis xxxij. ex tribu Manasse. Per hæc tempora Hercules agonem olympiacum constituit, atque in Libya Antæum occidit. à quo vsque ad primam olympiadem supputantur *Iair.* 3981 *Olympici constituti.*

B anni ccccxxx.

Ieptes Galadites, annis vj. Philistini & Amanitæ deprimunt Israël: ex quibus Amanitæ debellantur à Iepte: qui in libro Iudicũ ab ætate Moysi vsque ad semetipsum, ait supputari annos ccc. vel vt quidam codices habẽt, annos cccxxxv. Cuius tempore Hercules quinquagesimum secundum annum agens, ob morbi dolorem sese flammis iniecit. Per idem tempus Alexãder Helenam rapuit, Troianúmque bellum decennale surrexit. *Iepte.* 4004 *Hercules incẽdiũ. Helena raptus.*

Abesa de Bethleem, annis vij. Agamemnon imperat Mycenis, annis xxxv. cuius anno xv. Troia capitur. Amazones arma sumpserunt. *Abesa.* 4010

Aialon Zabulonites, annis decem. Hic cum annis suis x. in Septuaginta interpretibus non habetur, pro quorũ dãno supplẽdo, Iosue filio Nũ, Eusebius Samueli & Sauli, quorũ annos scriptura nõ dicit, plures annos quàm in Iosepho legerat, adnotauit, quatenus ab egressu Israël ex Ægypto vsq; ad ædificationẽ tẽpli, cccclxxx. annorũ summã, quã scriptura prædicat, haberet. 4017

C Abdõ siue Labdõ de tribu Ephraim, annis viij. Cuius anno tertio Troia capta est: & Æneas ad Italiam venit. Cõpletis à primo anno Cecropis, qui primus apud Atticam regnauit, annos trecẽtos trigintaquinque. A quadragesimo autem & tertio anno regni Nini Assyriorum regis, computãtur anni octingenti viginti quinque. A mortuo Labdon seruiuit Israël Philistæis quadraginta annis. Hac ætate Carmentis nympha, Latinas literas reperit. *Abdon. Troia capitur. Carmenta literas reperit.* 4025

Samson de tribu Dan, annis viginti. Ascanius Æneæ filius Albam condidit. Vlyssis quoque fabula ficta. Hactenus Iudicum liber tempora signat, habens annos ducentos nonagintanouem, Iudices autem duodecim: post quos sacerdotes cõstituti sunt. Latini, qui postea Romani nuncupati sunt, post tertium annum captiuitatis Troiæ, siue annis tribus. Post quem octauum regnauit Æneas, vt quidam scribunt, Ascanius, annis triginta octo. Ante Æneam, Ianus, Saturnus, Picus, Faunus Latinis in Italia regnauerunt, per annos circiter centum quinquaginta. *Samson. Albacõditur.* 4025 *Latinorum Reges.*

Heli sacerdos, annis quadraginta. In Hebræorum libris, anni quadraginta: in Septuaginta, anni viginti inueniuntur. Archa testamẽti ab Allophylis capitur. Regnum Sicyoniorum finitur, qui ab Ægialeo vsque ad Zeuzippũ regnauerunt, per annos nongentos sexagintaduos, Hectoris filij Ilium receperũt, expulsis Antenoris posteris, Heleno illis subsidium ferẽte. Latinorum tertius Siluius Æneæ filius, regnat annis xxix. qui quòd post mortem patris editus, ruri fuerat educatus, & Siluij, & Posthumi nomen accepit, à quo omnes Albanorum reges, Siluij vocati sunt. 4046 *Heli. Siluius.*

D

Samuel & Saul, annis quadraginta. In scriptura sacra, ducatus Samuelis quot annis fuerit, minimè patet: docet tamen Iosephus, xiij. annis principatum illius emicuisse. Chronici verò, Samuel & Saul simul annis xl. præfuisse signant. In Actibus apostolorum apostolus Paulus ita concionatus ad populum est, Deus plebis Israël elegit patres nostros, & plebem exaltauit, cum essent incolæ in terra Ægypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea: & per quadraginta annorum tempus, mores eorum sustinuit in deserto: & destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos: & E post hæc dedit iudices, vsque ad Samuel prophetam: & exindè postulauerunt regem: & dedit illis Deus Saul, filium Cis, virum de tribu Beniamin, annis quadraginta. Ab hoc tempora prophetarum incipiunt. Lacedæmoniorum regnum exoritur: atque Homerus fuisse putatur. 4085 *Samuel. Laced. regnũ. Homerus.*

IN hac tertia ætate mundi, salua veritate historica, præfigurat in vocatione Abrahæ, terram viuentium Christi populo futuram, nec incolatus nostri longos exitus formidandos, & in Christo domino semper sperandum, per cuius gratiam viuendo sempiterna potiemur hæreditate: & in semine eiusdem Abrahæ, vt stellas cœli multiplicari populum Christianum: & in oblatione & sacerdotio eius regale ecclesiæ sacerdotium, & in proprietate nominis ipsius, quòd esset in Christo pater multarum gentium per fidem, cum vnius tantùm gentis pater fuerit per generationem: & in circuncisione carnis, quòd corde circuncidendus esset Christianus. *Ætatis tertiæ allegoria.*

Anni Mundi.

Et in Isaac nato, qui risus dicitur, quòd gentium populus qui in Christum de illa serie in F
carne venientem irrisum à Iudæis crederent, & agnoscerent illius contumelioſam passionem,
suam veram esse liberationem.

Et in Sodoma & Gomorra, impiarum ciuitatum subuersione, futuri iudicij diem, nec posse
euadere statuta supplicia, noxia curiositate propositum sanctæ conuersationis contemnentes,
retróque malè viuendo respicientes: solósque liberari, quos gratia Christi liberauerit.

Isaac immolatio.

Et in immolatione arietis pro Isaac, Christi passionẽ expressam: & in iuratione Dei, quòd
semen Abrahæ in Christo supra numerum extenderetur, & non tantùm ex semine carnis, sed
fide vocari ad infinitum numerum filios Abraham.

Et ex femore Abraham, carnem Christi venturam, quando idem Abraham seruo iubet,
Pone manum tuam sub femore meo, & iura mihi per Deum cœli: ostendítque Christum qui
est Deus cœli, per virginem Mariam ex femore suo in carne futurum.

Rebeccæ nati duo populi.

Et in geminis Rebeccæ, duos populos, Christianos & Iudæos: quorum minor Iacob lenis, G
in ipsa iam pueritia per cocturam rubram lenticulæ, maiorem fratrem Esau hispidum sup-
plantãs, lenem mitémque signat populum Christianum, qui per cocturam rubram, passionem
scilicet Christi, sanguine rubrata, edaci ac sæuienti Iudæo populo, cuius figuram gestabat
Esau, primatus dignitatẽ illo vendente suscepit: ille quod nascendo habuit, per cõcupiscentiam
perdidit: Christianus per gratiam quod in natura non habuit, acquisiuit. Cui pelles hœdorum
super brachia, & ceruicem nudam mater aptauit, vestéque primogeniti sui induit, tanquam
iam nobis illum figuratum ostendens Christum, qui accepit, non carnem peccati, sed simili-
tudinem carnis peccati, legémque veteris Testamenti, tanquã vestem primogeniti excipiens,
non soluerit, sed impleuerit. Post cuius odorem benedictæ concurrunt omnes gẽtes, quæ per
gratiam Iudæis & primatũm, & benedictionem abstulerunt. Iacob quoque, filius Isaac, nepos
Abrahæ fugiens fratris insidias, in sacramento lapidem quem ad caput habuit dormiens, emi-
nus erigens, eúmque liniens oleo, Christum nobis lapidem angularem consecrauit. Et idem

Lapis Iacob Christus.

Iacob, claudus effectus in latitudine femoris populum Hebræorum significat claudicaturum, H
Iudas filius Iacob, cum nuru sua concubuit Thamar, qua intelligitur plebs Iudæa: cui de tribu
Iuda reges tanquam mariti adhibebãtur: vnde nomen eius amaritudo interpretatur, quia ipsa
domino fellis poculum dedit.

In duobus filiis Iudę duo genera principum, qui non rectè operabantur in plebe, vnum eo-
rum qui oberat, alterũ qui nihil proderat: nec enim sunt amplius quàm duo genera hominum
mutilia generi humano: vnum nocentium, alterum prẹstare nolentium, & si quid boni habent
in hac terrena vita perdentium, tanquam in terram fundẽtium: vnde maior Her interpretatur

Her.

pellicitus, qualibus tunicis induti sunt primi homines, in pœnam damnationis suæ, dimissi ex
Paradiso. Sequens, Onan interpretatur mœstus eorum, id est, quibus nihil prodest cum habeat

Onan.

vnde prodesse possit. In tertio filio Iudæ, Sela, qui interpretatur dimissio eius, significatur tem-

Sela.

pus ex quo reges plebi Iudæorum cœperũt de tribu Iuda non fieri: quia erat eadẽ tribus Iuda,
sed iam in populo Iudæ nemo regnabat: propterea Thamar filium Iudæ maritum non acci-
piebat. Isto tempore omne magisterium Iudæorum, & mystica, vnde Christi vocabantur, I
vnctio ipsa defecerat. Neque ad mysticam vnctionem Herodes pertinet alienigena, qui de-
ficiente ex tribu Iuda principe regio, à Romanis in Iudæa regnum acceperat: sub cuius tem-

Christus sanctus sanctorũ.

pore natus est Christus, vnctus sanctus sanctorum oleo exultationis præ participibus suis, qui
veniens ad oues quæ perierãt domus Israël, testimonio Ioannis in aqua vsus est: cuius figuram
gessit ipse Iudas, cum iret ad tondendas oues in Tamna, quod interpretatur deficiens: iã enim
defecerat princeps ex Iuda, atque vnctio mystica Iudæorum. Venit autem cum suo pastore
Odollamite, cui nomẽ erat Iras. interpretatur autẽ Odollamites, testimonium in aqua, habens

Iras.

quidem dominus testimonium maius Ioanne, propter infirmas tamen oues, hoc testimonio
vsus est in aqua. nam & ipse Iras, quod nomẽ illius pastoris fuit, interpretatur fratris mei visio.
vidit omninò fratrẽ suum Iesum secundum semen Abrahæ, secũdum cognationem Mariæ &
Elizabeth matris suę: eundémque dominũ & Deum suũ, quem iã salutauerat ex vtero, agnouit
perfectius ex columba: & ideo tanquã Odollamites, verè testimoniũ perhibet in aqua. Venit K

Thamar mystice ecclesia ex gentibus.

autẽ dominus ad oues tõdẽdas, hoc est exonerãdas sarcinis peccatorũ. Inde Thamar habitum
mutat: nam & commutans interpretatur. mutat & nomen, & de synagoga fit ecclesia, sed in ea
prorsus nomen amaritudinis permanet, non illius in qua domino fel ministrauit, sed illius in
qua Petrus fleuit amarè. nã & Iuda confessio est. confessioni ergo amaritudo miscetur, vt vera
pœnitentia præsignetur. Hac pœnitentia fœcundatur ecclesia in omnibus gentibus. nam &
ipse habitus meretricis, cõfessio peccatorum est: typum quippè ecclesiæ gerit Thamar ex gen-
tibus euocatæ, sedẽs cum hoc habitu ad portã Enahim, quod interpretatur fontes. currit enim
velut ceruus ad fontes aquarum, peruenire ad semen Abrahæ. illic enim à non cognoscente
" fœtatur, quia de illo prædictũ est, Populus quem nõ cognoui, seruiuit mihi. Accipit in occulto
" annulũ, monile, & virgã: vocatione signatur, iustificatione decoratur, glorificatione exaltatur,
sed hęc adhuc in occulto, vbi fit cõceptio fãctę vbertatis. Mittitur meretrici promissus hœdus.

exprobratio

Anni Mundi.

A exprobratio scilicet peccati per eundem Odollamitem, tanquam increpantem & dicentem,
Generatio viperarum: sed non eam inuenit peccati exprobratio, quam mutauit confessionis
amaritudo. Post verò publicis signis anuli, monilis, & virgæ, arguit temerè iudicantes Iudæos,
quorum iam personam Iudas ipse gestabat, prolatis certissimis documentis suæ vocationis,
iustificationis, & glorificationis. Ostendit virgam signum passionis, & monile legitimæ legis,
& anulum pignus immortalitatis, quando accusatur à Iudæis quasi adulteratrix legis.

Ioseph & Beniamin exponuntur.

In actionibus quoque Ioseph & Beniamin, Christus & ecclesia ipsius figuratur. Quorum
vnus Ioseph à patre missus, signat Christum à patre missum ad oues visitandas, cum fratres in
passione, tunica expoliatum miserunt in lacum: ac vestem eius in sanguine hœdi tinctam, sub
falsa testatione, patri miserunt: venditúmque gentibus saluatorem transmiserunt, cui cœlum
in sole, stellæ ac luna, & in manipulis terra, infernã quoq; carceris subderẽtur, vt ei omne genu
flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Cum eodem Ioseph, ad sacramentum domi-
nicæ passionis, duo Pharaonis spadones in carcerem detrusi sunt, vt trium crucifixorum nu-
B merus suppleretur: è quibus verus Ioseph Christus, reuelando mysteria, vnum puniret per de-
bitum supplicium, alterum per indebitam gratiam liberaret. Idem Ioseph post duos annos,
dierum tertio incipiente, de carcere educitur: & Christus die tertia à mortuis resurgit. Præsen-
tatur Pharaoni: mundo resurrectio declaratur. Data est Ioseph potestas in Ægypto: data est
Christo omnis potestas in cœlo & in terra. Collegit Ioseph per suos frumentum multum: col-
legit Christus credentium numerum sine numero. Constituit Ioseph horrea per totam Ægy-
ptum: consecrauit Christus per totum mundum ecclesias. Aperuit Ioseph horrea, tempore
famis, & ministrauit frumenta populis: aperuit Christus ex horreis suis diuturnam sui cor-
poris præbiturus annonam esurientibus, & sitientibus iustitiam. Acquisiuit Ioseph totam
Ægyptum Pharaoni: acquisiuit Christus mundum pastum & reconciliatum patri. Vene-
runt fratres Ioseph, qui eum vendiderant, fame compulsi, ad eum: venerunt & ad Christum
Iudæi, qui eum crucifixerant, vt eius refecti cibariis, à fame animæ liberarentur. Adorant il-
li, adorant & isti: sicque miris sacramentis, in actione fratrum, actio nobis apostolica præ-
C monstratur.

Beniamin Paulũ præfigurat.

In Beniamin quoque extremo Ioseph fratre, doctor & magister gẽtium in fide & veritate,
Paulus præfiguratur: cui figuratè scyphus argenteus in sacco legis celatur, & ccc. argentei cum
quinque stolis optimis dantur.

Et in descensione Iacob in Ægyptum, Christi descensio in mundum: & in multiplicatione
seminis eius in Ægypto, in Christo per fidem gentes in toto mundo multiplicandæ.

Moses typus Christi.

In Moyse figura exprimitur mediatoris, qui mundo pacem intulit: vt Moyses Ægyptum
fabulo abscondit, Christus ex obsessis virtutem diaboli expellendo cohibuit. Quòd idẽ Moy-
ses vxorem filiam sacerdotis Madiam accepit, mediatorem ex alienigenis sumere coniugem
significat & ecclesiam. Quòd idem pastor ouium, mediatorem signauit pastorem bonum
ouium in carne futurum: qui ex hoc mundo quasi ex Ægypto oues suas colligendo, in vnum
ouile ecclesiæ congregaret. Superantur magorum præstigiæ, serpensque Moysi vorauit ser-
D pentes eorum magorum: virga Christi, doctrina, qua omnium paganorum hęreticorúmque
dogmata consumuntur.

In Ægypto decem plagis mundus feritur: in occisione agni, Christi immolatio: & in fi-
gura paschæ, Christi transitus ad patrem. In mari rubro, baptismus Christi sanguine rubratus.
In manna, panis cœlestis Christus expressus in extensione manuum Moysi, signo crucis expu-
gnari inimicos. Datæ leges in monte, Christi mandata seruari in spiritali altitudine. In taber-
naculo, Christi ecclesiam.

In Aaron sacerdotio, nouum in Christo sacerdotium. In sacrificiis omnibus, Christum
figuratum. In varietate leprarum, hæreseon vel errorum varietates. In escis mundis & im-
mundis, eleemosynis munda omnia fieri. In Ægypti escis desideratis, Christum manna fasti-
disse, & voluptatibus illicitis concupiscentias præstitisse. In virga Aaron germinante, confir-
mationem sacerdotij Christi. In æneo serpente, Christi morte vbique in ore fidelium sonãte,
virulentiam virorum perimendam, & à percussione diaboli, fide mortem Christi aspicientes
E sanandos. Et in bis percussa petra sacramenta passionis Christi mirabili opere distincta. Et in
vacca rufa, cuius cinis in aquas lustrationis proiicit, mysterium nostrę redemptionis, & salutis
plenissimè expressum.

In sepultura Moysi occultata, literam legis & carnales obseruationes occulendas.

Iesus Naue. Debora.

In Iesu Naue principatu sequente, dominum Christum in nouo testamento verum ducem
& principem futurum, & ciuitates mundi destructurum, ac aëreas potestates debellaturum, ac
omnem idololatriam penitus abluturum, & omnis generis vitia expugnaturum.

Debora in typo, ecclesiæ hostem superauit. Gedeon gratiam Christi abundantem cõmen
dauit, & quòd fide trinitatis hostes essent superandi, ac martyria appetenda, actis suis insi-
nuauit. In Abimelech concubinæ filio, hæretici. In Iephthe filia virgine, carnis Christi im-

Abimelech.

molatio virginis, & in resurrectione totius corruptionis absorptio. In Samson Nazareo,

Anni Mundi.

Christus dominus fortis in capite: in ligatione ipsius à meretrice muliere, Christus dominus, F
quòd Iudæorum vincula omnia potentialiter dirumperet. In Ruth, ecclesia ex gẽtibus, Iudeis
inludens. In Samuele, Christus dominus dux, sacerdos & propheta, sacerdotes arguens, & sy-
nagogam veterem nouo sacerdotio Christi in gratia noui Testamenti permutans.

Clauditur hæc tertia ætas patriarcharum actis, & legis sacramentis, ac iudicum figuris,
venerabiliter insignis, in repulsione & abiectione Saulis, continens annos nongentos qua-
draginta.

Aetas quarta. 4125 QVARTA ætas mundi. Dauid primus ex tribu Iuda, rex, annis quadraginta. Latinorum
quintus, Latinus Siluius, annis quinquaginta. Codrus sponte se hostibus offerẽs, interimitur.
Codrus. Ephesus condita ab Andronico. Carthago condita est à Didone filia Carchedonis Tyrij,
Ephesus & Tyrus cõdita. anno centesimo quadragesimotertio post Troianum excidium: Prophetantibus in Iudæa,
Gath, Nathan, & Asaph.

4165 Salomon filius Dauid, annis quadraginta. Qui quarto regni sui anno, mense secundo,
templum domino ædificare cœpit in Hierusalẽ, collectis ab egressu Israël ex Ægypto annis G
quadringentis octoginta: quod in figuram vniuersi temporis, quo in hoc seculo Christi ædi-
ficatur ecclesia, quæ in futuro perficitur septem annis, & septimo mẽse anni octaui, dedicauit.
Latinorum sextus, Alba Siluius, Siluij Æneæ filius, regnat annis octoginta octo. Regina Sab-
Regina Sabba. ba venit audire sapientiam Salomonis.

Roboam. 4205 Roboam filius Salomonis, annis sexdecim. Sub quo Hieroboam de tribu Ephraim sepa-
rauit decem tribus à domo Dauid, & à domino, in figuram hæreticorum, qui suos sequaces à
Christo & ecclesia segregant. Huius quinto anno Sesac rex Ægypti, veniens Hierosolymam,
templum spoliauit. Latinorum septimus Egiptas Siluius, Albæ superioris regis filius, regnauit
Sibylla Erythræa. annis vigintitribus. Samus condita, & Smyrna in vrbis modum ampliata. Sibylla Erythræa
illustris habetur.

Abia. 3882 Abia filius Roboam, annis tribus. Hic pugnantem contra se Hieroboam superauit, occisis
de exercitu eius *milibus quingentis, eo quòd* sperasset in domino. Sub quo Hebrææ gentis H
pontifex maximus Abimelech insignis est habitus.

Asa. 3885 Asa filius Abia, annis xlj. Ab hoc conductus Benadab rex Syriæ Damasci contra Israël,
percussit omnẽ terram Neptalim. Prophetabãt in Iudæa Achias, Eliu, Amos, Ioel, & Azarias.
Latinorum octauus Capys Siluius Ægypti, superioris regis filius, regnat annis vigintiseptem.
Asa idola destruit, templum mundat. Egredientẽ contra se Zaraa Æthiopem cum suo sternit
exercitu. Amri rex Israël emit montem Samariæ, à Somer, duobus talentis argenti, & ædifi-
cauit eam. Achiel de Bethel, Hierico instaurat.

Iosaphat. Helias cohibet pluuiam. 3926 Iosaphat, annis vigintiquinque. Helias, & Helisæus, & Abdias, Azarias, & Micheas pro-
phetabant. Helias Thesbites, tres semis annos pluuiam continuit, propter peccata Achab, &
populi Israël: & inter cætera magnalia Helisæũ filium Saphat, qui erat de Abel Maula, pro se
vnxit prophetam. Latinorum nonus Carpẽtus Siluius, superioris regis Capys filius, regnauit
annis xiij. Post quẽ filius eius Tyberius decimus, annis octo: Latinorum vndecimus, Agrippa,
quadraginta annis. Iosaphat fecit rectum coram Domino. I

Ioram. Helias rapitur. 3951 Ioram filius Iosaphat, annis octo. Helias curru igneo rapitur, quasi vsque in cœlum: &
Helisæus hæres prophetiæ derelictus, primo miraculo aquas Hierico sanat. In diebus Ioram
recessit Edom, ne esset sub Iuda: & constituit sibi regem. Ambulauit autẽ Ioram in viis domus
Achab: filia quippe Achab erat vxor eius.

Ochozias. Ionadab. 3959 Ochozias siue Azarias anno vno. Ionadab filius Rechab clarus habetur. Azariam cum fi-
lio suo Ioas, & nepote Amasia, ob enormitatem scelerum, & quia nec patrẽ filiúmve quispiam
eorum bonum habebat, euangelista Matthæus à domini saluatoris genealogia secludit.

Athalia interficit stirpem regiã Ioram. 3960 Athalia mater Azariæ annis septem. Quæ videns interfectum ab Iehu rege Israël filium
suum Azariã, interfecit omnem stirpem regiam domus Ioram, præter solum Ioas filium Azariæ,
quem Iosabeth vxor Ioiadæ pontificis furata est de medio filiorum regis, cum interficerẽtur.
Ioiada pontifex, qui solus post Moysen vixisse annos centum triginta, perhibetur.

Ioas. 3967 Ioas, filius Azariæ, annis quadraginta. Iste bono principio & fine vsus pessimo, in prin-
cipiis suis templum innouauit: in extremis inter cætera facinora, Zachariam quoque filium K
Ioiadæ tutoris quondam ac regnificatoris sui, inter templum & altare lapidare præcepit:
quem ob meritorum gratiam dominus in euangelio filium Zachariæ, id est, benedicti domini
cognominat. Lycurgus legislator Apollinis oraculo insignis habetur. Latinorũ duodecimus
Lycurgus. Aremulus Siluius, Agrippæ superioris regis filius, regnauit annis decem & octo, qui præsi-
Aremulus. dium Albanorum inter montes, vbi nunc Roma est, posuit. Cuius filius fuit Iulius proauus
Iuliæ gentis author. Iulij Proculi, qui eum suo populo Romam commigrans, fundauit Iuliam gentem.

Auentinus. Helisæus sepelitur. 4247 Amasias, filius Ioas, annis vigintinouem. Helisæus propheta defunctus sepelitur in Sa-
maria. Azahel rex Syriorum adflixit Israël.

Latinorum decimustertius, Auentinus Siluius Aremuli superioris regis maior filius,
regnauit annis triginta septem: atque in eodem monte qui nunc pars vrbis est, mortuus ac se-
pultus,

Anni Mundi.

A pultus, æternum loco vocabulum dedit. Vienna vrbs condita à Venerio Aphricæ exule, inde
nominata, vt Liuius in Annalibus scribit, quòd biennio perfecta fuerit, primùm Bienna,
postmodum b subtracta, addita v, Vienna nuncupatas. Quam postea Romani senatu com-
posito, qui Gallias disponeret, Senatoriam appellare voluerunt. Inde post aliquot tempora,
quinque legionibus in ea compositis, quinque castris in circuitu eam insignem fecere: ac pu-
blica horrea & cellaria totius militiæ ibi constituerunt. Ex nominibus autem tribunorum
Iulij Cæsaris, nomina castris imposuerunt, Crappum, Eumedium, Sospolum, Quiriacum,
Pompetiacum.

Azarias, qui & Ozias, filius Amasiæ, annis LI. Assyriorum tricesimussextus, Tonosconco-
leros, qui vocatur Græcè Sardanapalus, qui Tharsum atque Anchialem condidit: & in prælio
victus ab Arbace Medo, semet incendio concremauit. Vsque ad id tempus fuisse reges Assy-
riorum historiæ referunt: & fiunt simul anni à primo anno Nini regis Assyriorum, mille clxiiij.
Arbaces Medus, Assyriorum imperio destructo regnum in Medos transtulit. Deindè multis
B præliis vndique scatescentibus, per varios euentus ad Scythas Chaldæósque, & rursum ad
Medos parili via rediit. Latinorum decimusquartus, Procas Siluius, Auentini superioris regis
filius regnauit. Post quem Amulius Siluius. Hesiodus poëta claruit: atque Phidon Argius
mensuras & pondera reperit. Per idem tempus olympias prima constituitur. Macedonum
regnum inchoat, primũ habens regem Cananum. Lacedæmoniorũ reges deficiunt: Lydorum
incipiunt. Osee, Amos, Esaias, & Ionas in Iudæa prophetant.

Ioathan filius Oziæ, annis sexdecim. Olympias prima ab Eliensibus constituitur. Remus
& Romulus generantur, matre & Ilia. Ioathan inter cætera virtutum bonarum opera, portam
domus domini sublimissimam ædificauit, quæ in Actibus apostolorum Speciosa vocatur.

Achaz filius Ioathan, annis sexdecim. Ab hoc cõductus Theglat Phalasar rex Assyriorum, 4103
Rasin regem Syriæ interfecit, & habitatores Damasci transtulit Cyrenem.

Roma condita in monte Latino, vndecimo Calend. Maij à geminis Remo & Romulo
C filiis Rheæ Siluiæ, quæ erat filia Numitoris fratris regis Amulij, virgo Vestalis: sed constu-
prata. Consualibus ludis Sabinæ raptæ, anno ab vrbe condita tertio. Remus à Fabio Romuli
duce occisus.

Ezechias filius Achaz, annis viginti octo. Huius anno sexto Salmanasar rex Assyriorum, 4119
capta Samaria transtulit Israel in Assyrios, atque in Iudæa Samaritas accolas misit. Cuius re-
gnum à primo Hieroboam steterat annis trecentis sexaginta. Hoc tempore Romulus primus
milites ex populo sumpsit, centúmque à populo nobilissimos viros elegit, qui ob ætatem, Se-
natores: ob curam & sollicitudinem reipublicæ, Patres vocati sunt. Mortuo Romulo, qui
triginta septem annos regnauit, per quinos dies Senatores rempublicam rexerunt: atque vnus
expletus est annus.

Post quos Numa Pompilius, annis quadraginta & vno: qui Capitolium à fundamentis
ædificauit.

Manasses, annis quinquaginta sex. Hic ob scelera sua catenatus & compeditus, in Baby 4147
D loniam ducitur: sed ob pœnitentiam & preces, restituitur in regnum. Numa Pompilius,
primus Vestales virgines instituit, duósque mẽses Ianuarium & Februarium decem mensibus
anni adiecit. Sibylla Samia claruit.

Romanorum tertius, Tullus Hostilius regnauit annos triginta duos, qui primus regum
Romanorum purpura & fascibus vsus est: & adiecto monte Cœlio, vrbem ampliauit.

Amon, filius Manasse, annis duobus, in Hebraica veritate: in Septuaginta legitur regnasse 4203
duodecim. Histrus ciuitas in Ponto condita. Amon à seruis suis interficitur.

Iosias, filius Amon, annos triginta vnum. Hic mundata Iudæa & Hierusalem, templo etiam 4205
innouato, post abiectas idololatriæ sordes, pascha domino celeberrimum facit decimooctauo
anno regni sui: & cum Nechao Ægyptiorum rege congressus, occiditur in campo Mageddo,
quæ nunc Maximianopolis vocatur. Thales Milesius, primus physicus clarus habetur. Pro-
phetabant in Iudæa, Hieremias, Oldas, & Sophonias. Romanorum quartus Ancus Martius,
Numæ ex filia nepos: regnauit annis vigintitribus, qui Auentinum montem & Ianiculum
E vrbi addidit: & supra mare, decimoquinto ab vrbe miliario Hostiam condidit. Post quem
Tarquinius Priscus, annis triginta septem: qui circum Romæ ædificauit, numerum senatorum
auxit, Romanos ludos instituit, muros & cloacas ædificauit, Capitolium extruxit. In Hebræo,
xxj. annis regnasse Iosias: in Septuaginta interpretibus, triginta tribus legitur. Sed & Eusebius
inter regnum eius & Ioachim, alium de suo adiecit annum, propter menses bis ternos, quibus
Ioachaz vel Ioachim regnauerunt. Verùm quid veritas habeat, Hieremias pandit, qui se à
decimotertio anno Iosiæ vsque ad annum quartum Ioachim, vigintitribus annis prophetasse
perhibet: & Nabuchodonosor quarto anno Ioachim regnare cœpisse: decimonono autem
anno regni eius, Hierusalem fuisse destructam.

Ioachim, filius Iosiæ, annis vndecim. Post Iosiam regnauit Ioachaz mensibus tribus: quem 4588
Nechao vinctum ducens in Ægyptum, Ioachim constituit regem. Huius anno tertio Na-

Vienna condita.
Osias. Sardanapalus
Procas.
Hesiodus Phidon.
Olymp. constituuntur.
Romus & Remulus.
Achaz.
Romacõditur. Sabinæ raptæ.
Ezechias.
Senatores eliguntur.
Numa. Manasses.
Vestales.
Annus statuitur.
Tullus Hostilius.
Amon.
Histrus conditur.
Iosias.
Thales. Hieremias Oldas. Sophonias. Ancus Martius.
Ioachim.

Anni Mundi.

buchodonoſor, capta Hieruſalem, & plurimis captiuatis, in quibus erant Daniel, Ananias, F
Azarias, Miſaël, partem vaſorum templi Babyloniam transfert. A quarto Ioachim anno ſcriptura regnum Nabuchodonoſor computat: quia ex eo non ſolùm Chaldæis, & Iudæis: ſed & Aſſyriis, Ægyptiis, Maobitis, aliiſque innumeris gentibus incipit regnare.

Ioachim.

Ioachim, qui & Iechonias, filius Ioachim, menſibus tribus ac diebus decem. Hic circundata à Chaldæis Hieruſalem, exiit ad regẽ Babylonis, & mater eius, & ductus eſt in Babylonem cum populo ſuo, anno octauo regni Nabuchodonoſor.

Sedechias. 4247

Sedechias, annis vndecim, qui & Mathan, filius Ioſiæ. Huius anno vndecimo, regis Babylonis XIX. Iudæa captiuata in Babyloniam, & templum Dei incenſum, ædificationis ſuæ anno quadringenteſimo triceſimo. Qui autem reliqui fuerant Iudæi, transfugerunt in Ægyptum: qua poſt annos quinque percuſſa à Chaldæis, in Babyloniã ſunt & ipſi tranſmigrati. Secundum Septuaginta interpretes anni cõputantur ab ædificatione templi, CCCC. quinquaginta quatuor. Per idem tempus, Sappho mulier in diuerſo poëmate claruit: Solõ leges Athenienſibus dedit.

Sappho. Solõ.

Dauid typus Chriſti.

In hac quarta ætate, in Dauid manu forti, paruo in fratribus vncto, regis noſtri Chriſti G
ſacramenta figurantur. Qui paſtor ouium, vnctus à Deo patre, de ore leonis diaboli, & Petrum negantem, & latronem eripuit confitentem. Cuius citharam ſi reſpicias reſonantem, quam ligno crucis carnis mẽbrorũmque ſuorum chordis aptatam plectro dum tangit ſancti ſpiritus, omne animal replet benedictione, & diabolum de cordibus fugat iniquorum, pro quibus in cruce orauit. Qui aduerſus magnum hoſtem verum Goliam pugnaturus, ſapientiam huius mundi, tanquam illa arma Saul reiiciens, in quinque lapidibus, ſtulta mundi elegit, vt confundat fortia. Ex quinque enim libris legis Moyſi, vnus lapis prædictus fundibulo carnis locatus, manu forti expreſſus, totam diaboli ſuperbiam eliſit, ſuóque peremit gladio, dum mortem ex morte occidit. Ex cuius victoria inimici Iudæi inuidiam conceperunt, & pro dilectione odium retribuerunt.

Quòd idem Dauid per latebras montium, per ſpeluncas ac deſerta inimico perſequente, diſcurrit, membrorum ſuorum ac martyrum perſecutiones expreſſit. H

Quòd inimico ſuo pepercit, pinnam chlamydis eius abſcindens, figurat quòd hoſtibus ſuis dum abſcidit vitium magnum ſuperbiæ parcit, ne dentur æternæ occiſioni.

Quòd declinans perſecutoris inſidias, fugit in Geth: ſic Chriſtus ſæuientibus Iudæis ſubtrahens ſe gentibus dedit.

Arreptitium idem ſe ſimulans, dum ſaliuę illius in barbam decurrunt, Chriſti infirmitatem ſapientia conditam, & ſacratiſſimum corpus ipſius in ſanctificato pane geſtatum manibus ſuis presbyteri myſterio nobis inſinuat.

Idem Dauid dolet occiſum inimicũ Saul: quia & Chriſtus ſuos plurimùm dilexit inimicos.

Ad Dauid vnctum totus colligitur Iſraël: ad Chriſtum, vt promiſſum eſt, totus colligitur mundus.

In Dauid Chriſtus ille deſiderabilis omnibus gentibus, quaſi in ſolarium deambulãs, quia in ſole poſuit tabernaculum ſuum, adamauit eccleſiam ſuper tectum ſe lauantem, id eſt, emundantem ſe à ſordibus ſeculi, & domum luteam ſpiritali contẽplatione tranſcendentem atque I
calcantem: & inchoata cum illa primæ conuentionis notitia, poſtea ab ea penitus ſeparatum diabolum occidit, cámque ſibi perpetuo connubio copulauit.

Dauid ſenili ætate confecto Abiſac virgo, quæ eum calefaceret, applicatur: ſenio vrgente mundo, verus Dauid Chriſtus ſibi virginem calentem fide applicat eccleſiam.

Salomon.

In Salomone pax noſtra, qui eſt Chriſtus expreſſus: in quo ſapiẽtia, Chriſtus, veniẽs mittere gladium in terram, hæreticorum fraudem remouens, veræ matri catholicæ vti paruulum non diuiſum, viuum reddit ſtatum: nec vult propter iurgium hæreticorum ſcindere & dimidiare filium qui ex viuis lapidibus domum cõſtruens, vnum ex omnibus fidelibus templum fecit: ad quem viſendum ſapientiámque eius audiendam, regina Saba, id eſt eccleſia, à finibus terræ venit. Vniuerſa itaque quæ de Salomone, vel ab eo propheticè geſta ſunt, rectè Chriſto domino configurantur. Ne quis autem putaret in Salomone cuncta impleta quæ propheticè de Chriſto dicebantur, in ſenectute deprauatus, ſapientiam diuino iudicio amiſit, vt Chriſto domino omnia illa quæ ſignata fuerant, ſeruarentur. Cæterùm, fornicatus mente & corpore, K
domino ſe deſerente, malè obiiſſe videtur: metuendum exẽplum poſteris relinquens, ne felicitate huius vitæ turbati, Chriſtum deſerant, qui eſt ſuorum æterna felicitas.

Saba regina.

Chriſtus ſuorum æterna felicitas.

In diuiſione regni, ac totius populi penè Iſraëlitici à domo Dauid, hæreticorum & ſchiſmaticorum oſtenditur figura.

Heliæ.

In Helia Chriſtus, qui per figuram veſpere ſeculi vt vitulus immolatus, ſacerdotes omnes idololatriæ cum ipſo errore ſimul extinxit, replens terram gratiæ pluuia, qua fames fidelis animæ repellatur.

Quòd eidem Heliæ in eremo conſtituto corui panem mane & carnes veſpere miniſtrant, figura totius corporis domini monſtratur: quia primùm in præceptis panem, poſtea carnem dominicæ paſſionis ex ligno crucis decoctam Iudæi tetri colore gentibus miniſtrarunt.

Tribus

Anni Mundi.

A Tribus temporibus etiam & dimidio temporis, in tribus annis & ſex menſibus cœleſtis pluuia Dei alto iudicio negatur eis qui carnem eius non comedentes, neque eius ſanguinem bibentes, redempti ab eius corpore inueniuntur alieni.

Helias paſtus à vidua: Chriſtus miſericordiæ opera ſuſcipiens, & recompenſans in eccleſia, quæ adhuc vidua in agro ſacrarum ſcripturarum per duo ligna crucis, duo præcepta colligit, vt ſibi filiiſque in tempore famis conſulat.

In Heliſæo etiam duplex ſpiritus Heliæ diſcipulorum chorus Chriſti, ſpiritum ſanctum duplo munere accipiens.

In mortuo ſuſcitato, genus humanum per Chriſtum afflatu gratiæ ſuſcitatum, quem lex nullo modo ſuſcitare valuit.

Heliſæus.

Iordanem Heliſæus eodem ſpiritu operante tranſiit, quo noſter dominus Ieſus eundem fluuium ſuo in baptiſmo conſecrauit.

Inſultant pueri Heliſæo, & à beſtiis ſunt lacerati: inſultant Iudæi Chriſto, & à Romanis
B vel malignis ſpiritibus ſunt peruaſi. Naaman Heliſæus ſepties lauari, vt purgaretur à lepra, in Iordane iubet: ſeptiformis gratiæ ſpiritu mũdari à vitiis animam, quibus interior exteriórque homo polluitur, ſignat: quod etiam aqua ipſa demonſtrat qua tinguntur conſecrati, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

Giezi puer prophetæ munera Naaman accipiens, & per hoc maculis lepræ reſperſus, hæreticos oſtendit, qui venditantes velut expiationes peccatorum, ipſi quoque maculis quibus ipſi fuerant aſperſi, ſupplentur.

In Ezechiæ regis ſigno Chriſti deſcẽſus, qui eſt ſol iuſtitiæ: & etiam inferna miſericorditer penetrantis figura præſignatur: qui etiam docet nos in bono nunquam proſperitatis efferri.

In Ioſiæ actibus, Chriſtus verum paſcha nobis factus apertè expreſſus, eccleſiam ſuam mundans & expurgans; pro qua mortuus eſt. Cuius filij ob meritum culpæ in captiuitatem ducti, qui gratiam Chriſti in vacuum ducunt, deſignant: & præcepta Chriſti velut Hieremiæ
C paruipendentes, diabolo, velut Nabuchodonoſor, captiui vitiis traduntur. Concluditur autem hæc ætas quarta mundi à Dauid vſque ad tranſmigrationem in Babyloniam, continens annos CCCCLXX.

Mũdi quinta ætas. 4271

QVINTA mundi ætas cœpit ab extremo excidio regni Iudaici, quod iuxta prophetiam Hieremiæ, ſeptuaginta annis permanſit, anno decimoquarto, poſtquam percuſſa eſt ciuitas, qui eſt viceſimuſquintus annus tranſmigrationis regis Ioachim, cum quo Ezechiel captiuatus eſt, ipſe Ezechiel in viſionibus Dei adductus in terram Iſraël vidit renouationem ciuitatis ac templi, ceremoniarúmque eius. Vaſtata Iudæa Chaldæi, non vt Aſſyrij, in Samariam alios miſerè colonos, ſed deſertam reliquêre terram, donec poſt annos ſeptuaginta in eam Iudæi redirent. A ſacerdotibus ignis ab altario holocauſtomatis ſublatus & abſcõditus in puteo poſt ſeptuageſimum regreſſionis annum adſumitur, inuentus viuus. Romanorum ſextus Seruius regnauit annos XLIIIJ. qui tres montes Vrbi addidit, Quirinalem, Eſquilinum, Viminalem, foſſas circum muros duxit. Poſt Nabuchodonoſor, qui, teſte ſcriptura ſacra, XXV. poſt euerſam Hieruſalem vixit annis, Euilmerodach filius eius regnauit annis decem & octo: poſt
D quem Egeſar filius eius, annis quadraginta. Cui ſucceſſit frater eius Laborſordach, menſibus nouem. Hoc defuncto ad Balthaſar qui Naboan nuncupatur, tranſiit imperium. Qui cùm iam ſeptemdecim regnaret annos, capta eſt à Cyro Perſarum & Dario Medorum rege Babylonia, diſcedente Arbace præfecto in Medos, à quo primùm Babylonia dehonorata fuerat. Partem regni penes ſe retinuere Chaldæi, qui Babyloniam ſibi aduerſum Medos vindicauerunt. vnde factum eſt vt Nabuchodonoſor, cæteríque poſt eum vſque ad Cyrum, reges. quíamuis Chaldæorum viribus potentes, & Babyloniæ nòmine clari legantur, in numero tamen & cardine regum non habẽtur illuſtrium. Darius autem Aſtyagis filius, qui Babyloniam deſtruxit, cum Cyro cognato ſuo agebat annum ſexageſimumſecundum, quando Babylonia fuit inuaſa. Quíque Danielem prophetam ſumẽs, ad ſe in Mediam duxit, & omni cum honore celebrauit. Huius Darij Daniel ipſe ita meminit, dicens: In anno primo Darij filij Aſſueri de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum: ego Daniel intellexi in libris
E numerum annorum, de quo factus eſt ſermo domini ad Hieremiam prophetam, vt complerẽtur deſolationis Hieruſalem LXX. anni. Euſebius in Temporum libris triginta annos ab euerſione Hieruſalem vſque ad initium Cyri regis Perſarum: Iulius autem Africanus LXX. cõputat. Portò Hieronymus in expoſitione prophetæ Danielis ita dicit, Tradunt Hebræi huiuſmodi fabulam vſque ad ſeptuageſimum annum quo Hieremias captiuitatem Iudæorum dixerat eſſe ſoluendam: de quo & Zacharias in principio voluminis ſui loquitur, irritam putans Dei pollicitationem Balthaſar: falſúmque promiſſum verſus in gaudium, fecit grande cõuiuium, inſultans quodãmodo ſpei Iudæorum, & vaſis templi: ſed ſtatim vltio cõſecuta eſt. Danielis omnis prophetia myſteriis licet ſit plena, quædam tamen pars eius ita claritate elucet, vt etiam tẽpus ſignet, quando venturus eſſet ipſe ſaluator & dominus. Septuaginta hebdomadas breuiatas eſſe, Gabriel angelus in populo eius eidem Danieli reuelauit, vt adduceretur iuſtitia

Ignis 70. annis in puteo durabilis. Seruius.

Babylonia capta.

Darius.

Daniel.

Danielis hebdomades.

Anni Mundi.

sempiterna, & impleretur prophetia, & vngeretur sanctus sanctorum. Beatus Hieronymus la- F
bore ingenióque magno per supputationes annorum regum Babyloniæ, septuaginta heb-
domadas vsque ad nostri redemptoris natiuitatem, annis cccccxc. perduxit, seiungens vij. in
restaurationem templi hebdomadas lvij. vsque ad domini natiuitatem & passionem ipsius, &
vnam vastationis quæ facta est à Vespasiano duce cum Tito filio eius. XII. sanè sunt prophetice
visiones eiusdem Danielis, sed in Hebræo x. tãtùm reperiuntur. Pythagoras per idem tempus,
philosophus & arithmeticæ inuentor clarus habetur.

Pythagoræ.

Cyrus.

4292 Persarum primus Cyrus regnauit annos xxx. Hic vt compleretur verbum domini ex ore
Hieremiæ, primo sui regni anno, laxata Hebræorum captiuitate L. fermè hominum milia re-
gredi fecit in Iudæam, restituens eis vasa templi domini aurea & argentea, v. milia xl. Qui con-
gregati in Hierusalem, mense septimo ædificauerunt altare, & à primo die mensis eiusdem cœ-
perunt offerre holocaustum domino. Anno autem secundo aduentus sui, mense secundo,
templi fundamenta iecerunt. Anno incensionis eius, iuxta Africanum, lxxij. iuxta autem chro-
nica Eusebij, xxxij. sed impedientibus Samaritis, intermissum est opus vsque ad annum Darij G
secundum, qui etiam in regno Assueri & Artaxerxis scripserunt accusationem aduersum Iu-
dæos: & rescripsit Artaxerxes ne ædificaretur Hierusalem. Romanorum septimus Tarquinius
regnauit annis xxxv. Qui causa Tarquinij iunioris sui filii, qui Lucretiam corruperat, regno
expulsus est.

Tarquinius.

Cambyses. Babylõ Ægyptia.

4322 Cambyses Cyri filius, annis viij. Hic deuicta Ægypto cunctam eius religionem abomina-
tus, ceremonias eius & templa deposuit. Babylonem in Ægypto ædificauit. Hunc aiunt He-
bræi secundum Nabuchodonosor vocari, sub quod Iudith historia scribitur.

Fratres magi, mensibus septem. Iesus sacerdos magnus & princeps gentis: Zorobabel, &
Aggeus, Zacharias, & Malachias prophetæ clari habentur.

Magi.

Darius, annos xxxvj. Inter Darium & Cambysem regnasse duos fratres magos in libris
4330 Chronicorum reperimus: verùm beatus Hieronymus in expositione Danielis scribit, post
Cambysem, Smerdem magum regnasse, qui Pantapten filiam Cambysis duxit vxorem. Qui H
cum à septem magis fuisset occisus, & in loco eius Darius suscepisset imperium, eadem Pan-
tapte nupsit Dario: & ex eo Xerxem filium genuit. Secundo anno Darij, septuagesimus ca-
ptiuitatis Hierusalem annus impletur, vt vult Eusebius, testem adhibens Zachariam pro-
phetam, apud quem secundo Darij anno loquitur angelus: Domine exercituum vsquequò
tu non misereberis Hierusalem, & vrbium Iuda quibus iratus es? iste septuagesimus annus est.
Sexto Darij anno templi ædificatio completur, die tertia mensis Adar, qui est quadragesimus
sextus annus ex quo eius sub Cyro templi fundamenta sunt iacta. vnde in euangelio dicunt
Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc. Cœperunt autem ædificare

Templi ædificatio.

" anno secundo Darij, mense sexto, die xxiiij. & anno sexto, vt dictum est, mense xij. tertia
" die compleuerunt. Ex quo apparet opus templi, & antea non parua ex parte peractum.
Annos autem lxx. à destructione illius vsque ad perfectam restaurandi licentiam esse com-
putandos.

Cõsules Romæ

Pulsis vrbe regibus, qui imperauerant annis ccxliiij. vix vsque ad xij. lapidem Roma te- I
nebat imperium. Romæ post exactos reges, primùm consules à Bruto esse cœperunt: deinde
tribuni plebis ac dictatores: & rursum consules semper obtinuerũt, per annos fermè cccclxiiij.
vsque ad Iulium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium, olympiade clxxxiiij.

Pindarus. Sophocles. Euripides. Herodotus. Zeuxis. Socrates.

4360 Xerxes filius Darij, annis xx. Hic Ægyptum, quæ à Dario discesserat, capit: & aduersus
Græciam pugnaturus, septingenta milia armatorum, & ccc. de auxiliis: rostratas autem naues
mille ducentas: onerarias autem, tria millia numero habuisse narratur: & tamen victus, ad pa-
triam refugit. Pindarus, Sophocles & Euripides tragœdiarum scriptores, celebrantur insignes.
Inter eruditos quoque historiarum scriptores Herodotus, & Zeusis pictor agnoscitur. Arta-
banus, mensibus vij. Socrates nascitur.

Esdras.

Neemias.

Artaxerxes, qui & Longimanus, annis xl. Huius anno vij. prima die mensis primi, Esdras
sacerdos & scriba legis Dei ascendit de Babylone cum epistola regis, & in prima mensis quinti
venit in Hierusalem cum viris mille septing. Et inter alia strenuè gesta castigauit filios trans-
migrationis ab vxoribus alienigenis. Eiusdẽ anno vicesimo, Neemias pincerna de Susis castro K
aduenies, murum Hierusalem lij. diebus restituit, & ducatum genti xij. annis præbuit.

HVCVSQVE diuina scriptura temporum seriem continet. Quæ verò post hæc apud Iu-
dæos sunt gesta, de libris Machabæorum, & Iosephi, atque Africani scriptis exhibentur, qui
deinceps vniuersam historiam vsque ad Romana tempora persecuti sunt. Et quidem Afri-
canus in quinto Temporum volumine, huius tẽporis ita meminit: Manfit itaque imperfectum
opus vsque ad Neemiam, & vigesimumquintum annum regis Artaxerxis. Quo tempore
regni Persarum, c. & xv. anni fuerant euoluti. Captiuitatis autem Hierusalem, cl. & v. an-
nus erat: & tunc primùm Artaxerxes iussit muros extrui Hierusalem. Cui operi præfuit Ne-
emias, & ædificata est platea, & muri circundati: & ex illo tempore si numerare velis, lxx.
annorum hebdomadas vsque ad Christum poteris inuenire. Xerxes menses duos. Postquam

Sogdianus

Anni Mundi.

A Sogdianus menses septem. Hippocrates medicus clarus habetur, & Democritus agnoscitur. *Hippocrates Democritus.*
Quo tempore Galli Senones & Viennenses, Martis & Victoriæ templum ad orientem vrbis
Viennæ constituunt.

Darius cognomẽto Nothus, annis xviij. Ægyptus recessit à Persis. Reuersis de captiuitate 4428 *Darius Nothus.*
Iudæis, non reges, sed pontifices præfuerunt vsque ad Aristobulum, qui cum dignitate ponti-
ficis etiam regale sibi cœpit vsurpare vocabulum. Plato nascitur. *Plato.*

Artaxerxes qui cognominatus est Mnemon, Darij & Parisatis filius, annis xl. Sub hoc rege 4446
videtur historia Esther completa. ipse quippè est qui ab Hebræis Assuerus, à Septuag. interpre-
tibus, Artaxerxes vocatur. Athenienses xxiiij. literas habere cœperũt: ante enim tantũ xvj. ha-
bebant. Galli Senones duce Brenno, exercitu copioso Romam inuadunt, & incẽsam sex men-
sibus vastauerunt. Vniuersam iuuentutem, quam constat vix mille hominum tũc fuisse, in arce *Capitolium capitur.*
Capitolini montis latitantem obsidione cõcludunt: ibíque infelices reliquias fame, peste, de-
speratione, formidine terrent, subigunt, vendũt. Nam mille libras auri discessionis precium pa-
B ciscuntur. Tribuni militares, pro consulibus esse cœperunt. Carthaginẽsium bellum formido- *Punicũ bellũ.*
losissimum inchoatum, Liuio consule. Nauale prælium cum Annibale seniore commissum.
Triginta & vna naues Annibalis captæ, viginti mersæ, tria millia hominum occisa, septẽ millia
capta. Annibal scapha subductus, aufugit. Caio Aquilino Floro, Lucio Cornelio Scipione
consulibus, Hannone in locum Annibalis imperatore subrogato, nauali prælio victus, exer-
citu amisso, ipse Hanno confertissimis hostibus se immiscuit, ibíque occisus est. Annibal senior
à Carthaginensibus iterum imperator, infeliciter cum Romanis nauali prælio congressus, &
victus, seditione suorum lapidibus coopertus interiit. Carpeno imperatore, & Hannone classi
præfecto, iterum Carthaginenses conserto prælio cum Romanis, sexaginta & quatuor naues
perdiderunt. Trecenta & eo amplius castella populata. Manlio consule, septem & viginti milia
captiuorum cum ingentibus spoliis ex Africa Romã missi. Serpens miræ magnitudinis, cẽtum *Serpens miræ magnitud.*
viginti pedũ, haud procul à flumine Bragada, in Africa à Regulo cõsule occiditur. Hasdrubale
& Hamilcare imperatoribus, Regulo consule, atrocissimum bellum gestum: in quo cæsa sunt
C Carthaginensium decem & septem milia: capta quinque milia. Elephãti decem octo abducti
Oppida octoginta & duo in deditionem cessere. Carthaginenses Hispanorum, Gallorum, sed
& Græcorum auxilio comparato, Xãthippo Lacedæmonio cũm auxiliis accito, pugnam cum
Romanis conserunt. Triginta millia Romanorum militum prostrata. Regulus ille dux nobilis, *Clades carthag.*
cum quingentis viris captus, in cathenas coniectus est. Decimo anno Punici belli Xanthippus
tam audacis facti conscius, rerum instabilium mutationem timens, ex Africa migrauit in Gre-
ciam. Æmilio Pacilio Fuluio coss. Romani cum classe trecentorum nauium cum Carthagi
nensibus pari classe conuenerunt. Centum & quatuor naues Carthaginensium demersæ. Tri-
ginta cum pugnatoribus captæ. Triginta & quinque milia militum cæsa, nouem nauibus Ro-
manorum depressis, mille centum militibus perditis. Hannone duce imperatore Pœnorum,
commisso prælio, AEmilio iterum consule, nouem milia militum perdiderunt. Romana clas-
sis ad Italiam prædis onusta remeans, infando naufragio euersa. Nam de trecentis nauibus du-
centæ viginti perierunt. Octoginta vix abiectis oneribus liberatæ. Hamilcar rex Pœnorum, *Regulus necatur.*
D Numidiam mille argenti talentis, & viginti milibus boum reliquos condemnauit. Principes
omnium populorum patibulo suffixit. Seruilius & Sempronius, cclx. nauibus in Africam trã-
gressi, maritima circa Syrtes depopulati sunt. Inde cum ad Italiam redirent, inlisi scopulis, cen-
tum quinquaginta naues onerarias perdiderunt. Asdrubal imperator cum elephantis centum
viginti, & equitum peditúmque amplius triginta milibus cum Metello pugnam conseruit. Vi-
ginti milia Carthaginensium eo prælio cæsa sunt. Elephanti quoque sex & viginti interfecti,
centum & quatuor capti. Asdrubal cum paucis Lilybæum profugit. Regulus qui per quin-
quennium captiuus detinebatur, ad pacem petendam Romam missus, non impetrata pace re-
uersus, resectis palpebris, in machina religatus, vigilando à Carthaginẽsibus necatur. Attilius
Regulus & Manlius coss. victi ab Annibale Amilcaris filio, perdita exercitus parte, vix ægrè
euaserunt. Claudius cos. à classe Pœnorum superatus, cum triginta nauibus Lilybæum in ca-
stra confugit: octo milia militum cæsa, triginta capta referuntur. Luctatius cos. cum Hannone
E nauibus decertans, lxiiij. Punicas naues cœpit, cxxx. demersit. xxxij. milia hominum capta,
cæsa quatuor milia fuere. Hanno nauem anteuertens, aufugit. Luctatius ad Eryeinam ciui-
tatem duo millia Carthaginensium conserta pugna interfecit. Carthaginenses ea conditione
pacisceuntur, vt Sicilia Sardiniáque decederent, & puri argenti tria milia talentorum æquis
pensionibus per annos viginti penderent. Post annos tres & viginti bellum Punicum pri-
mum ex quo inchoatum fuerat, finitum. Aristoteles xviij. ætatis annum gerens, Platonis
auditor est.

Artaxerxes, qui & Ochus, annis xxvj. qui discedere ab armis, & quiescere in pace vniuer- 4486 *Artaxerxes.*
sam Græciam per legatos præcepit, denuncians contradictorẽ pacis bello impetendũ. Bellum
ciuile & plusquam ciuile apud Persas gestum, cum Artaxerxes & Cyrus, filij Darij, de regno
ambigerent: in quo cõflictu, cum è diuerso cõcurrentes sibi ambo fratres, mutuo casu subiecti

Anni Mundi.

fuissent, prior Artaxerxes vulneratus à fratre, equi velocitate morti exemptus euasit, Cyrus autem mox à cohorte regia oppressus, finem certamini dedit. Sic Artaxerxes potestatem regni parricidio firmauit. Lacedæmones toti orienti bellum mouentes, Hircilidem ducem in hanc militiam legũt. Qui cum sibi aduersus duos potẽtissimos Persarũ regis prefectos, Farnabuzum & Tisipharnem, pugnãdum videret, prouiso ad tempus consilio, vt põdus geminę cõgressionis eluderet, vnum denũciato bello appetit, alterũ pacta pace suspendit. Farnabuzus Tisipharnem apud Artaxerxem vt proditorem defert: in cuius locum Conon Athenienſis exul nauali prælio cõstituitur. Qui classem Lacedæmoniorũ inuadit, hostiles agros, turres, castella, cæteráque præsidia expugnat: & veluti effusa tempestas, quacunque incubuit, cuncta prosternit. Thebani auxilio Athenienſium multa animati fiducia, propter virtutem atque industriam Epaminõdæ ducis sui, terrestre prælium committunt. Lysander, Lacedæmonienſis dux clarus occiditur. Pausanias dux alter insimulatus proditionis, in exiliũ ducitur. Agesilaus rex Lacedæmoniorũ, Thebanos successu duplicis victoriæ lætiores aggreditur, & superat. Ipse tamẽ Agesilaus grauiter vulneratur. Conõ Athenienſis dux Perſici exercitus, Athenas reædificat. Lacedæmones furtim castellum Arcadũ repentina irruptione perfringunt. Arcades iuncto sibi Thebanorum auxilio, amissa furto, bello repetunt. Archedamus dux Lacedæmoniorum, ibi vulneratur. Thebani dato parcendi signo, finem dedere certamini. Thebani Lacedæmoniis ad alia bella cõuersis, tacitò intempesta nocte Lacedæmonẽ veniunt: prẽcognito aduentu hostium, armati senes, quo cõfecti, aduersus quindecim milia militum, vix cẽtum homines in ipsis se portarum angustiis obiecere. Superueniente iuuentute Lacedæmoniorum, aperto prælio Epaminondas dux Thebanorum, incautius dimicãs, vulneratur. Cum de victoria suorum cõperisset, scutum exosculatus remota manu qua vulnus occluserat, egressum sanguinis, ac mortis patefecit introitum. Iterum terribilis Gallorum inundatio, iuxta Anienem fluuium, & quartum ab vrbe lapidem consedit. Vbi atrocissimam pugnam Mãlius Torquatus singulariter inchoauit. Titus Quintius dictator cruentissima congressione confecit. Iterum in bellum ruentes Galli à Caio Sulpitio dictatore superati sunt. Iterum se Galli per maritima loca diffuderunt, & à Marco Valerio Coruino occiso prouocatore Gallo, grauiter trucidati sunt. Artaxerxes, qui & Ochus, post transactum in Ægypto maximum diuturnúmque bellum, plurimos Iudæos in transmigrationem egit, atque in Hyrcania ad Caspium mare habitare præcepit. Cuius etiam belli tempestate transcurrens, & Sillodam opulentissimam Phœnices prouinciæ vrbem deleuit, & Ægyptum quamuis prius victus, tunc tamen subactam comminutámque ferro, Persarum subiecit imperio. Demosthenes orator agnoscitur. Aristoteles philosophus prædicatur. Plato moritur.

Agesilaus Thebanos vicit.

Torquatus.

Coruinus.

Demosthenes Aristoteles.

4512 Arses, Ochi filius, annos tres. Iudæorum pontifex max. Iaddus clarus habetur. Cuius frater Manasses, templum in monte Garizim construit. Speusippus moritur, cui succedit Xenocrates. In his diebus Alexander magnus, atrocissimus turbo totius orientis, nascitur. Anno ab Vrbe condita, ccccij. Alexander rex Epirotarũ, Alexãdri magni auunculus, traiectis in Italiam copiis maximo bello in Lucania victus atque occisus est. Anno ab vrbe condita, quadringentesimo, Philippus Amyntę filius, Alexandri pater regnum Macedonũ adeptus, vigintiquinque annis tenuit: quibus hos omnes acerbitatum aceruos, cunctásque malorum moles struxit. Hic obses primùm Thebanis datus à patre, per triennium apud Epaminondam imperatorem & philosophum, eruditus est. Hic rex factus cum Athenis bellum gessit, & vicit: Larissam vrbem nobilissimam cepit: Thessaliam ambitione habendorum equitum inuasit, & exercitu suo admiscuit. Cum Aruba Molossorum rege pactus, sororem eius Olympiadem vxorem duxit. Qui Aruba dum imperiũ suum Macedonum affinitate se dilaturũ putat, per hoc deceptus amisit: priuatúsque in exilio consenuit. Philippus apud Matonam vrbem ictu sagittæ oculũ perdidit, & prope totam Græciam consiliis præuentã, viribus domuit: Cappadociam, capto per dolum rege, imperio Macedoniæ subdidit. Philippus fratres suos patri ex nouerca genitos interficere aggressus, Olynthum vrbem florentissimam, sanguine repletam, opibus hominibúsque vacuauit: & abstractos inde fratres supplicio & neci dedit. Auraria loca in Thessalia, & argenti metalla in Thracia inuasit. Philippus angustias Thermopylarum instructis copiis ingreditur, eásque præsidiis emunit. Athenienses, Phocenses, atque Thessalos perdomuit. Byzantium à Pausania rege Spartanorum conditam, obsidione cinxit. Scythicum bellum totis viribus aggreditur. Viginti milia puerorum ac fœminarum Scythicæ gẽtis capta. Pecorum magna copia abducta: auri argentíque nihil repertum. Viginti milia nobilium equorum sufficiendo generi Macedoniam missa. Bello Triballico ita Philippus in femore vulneratus est, vt per corpus eius equus interficeretur. Hic postmodum die nuptiarum Cleopatræ filiæ suæ, cum inter duos Alexandros, filium generúmque, contenderet, à Pausania nobili Macedonum adolescente in angustiis sine custodibus circunuentus occiditur. Romani bellum Latinis rebellantibus intulerunt, Manlio Torquato & Decio Mure coss. in quo bello Decius occubuit: Manlius filium suum iuuenem victorem occidit. Minutia virgo Vestalis ob admissum incestum, viua obruta in campo qui nunc Sceleratus vocatur. Trecentæ septuaginta matronæ damnatæ

Iaddus. Speusippus.

Philippus.

Olympias.

Byzantium conditur à Pausania.

Philippus occiditur.

Minutia.

damnatæ, quæ propinasse venena viris suis & sceleris conscię repertæ sunt.

Anni mundi.

Darius, Arsami filius, annis vj. Alexander Philippi & Olympiadis filius, viginti ætatis annos gerens, Macedonibus regnare cœpit. Fabio magistro equitum Romanorum pugnam conferente, viginti milia Samnitum ceciderunt. Veturio & Posthumio consulibus, apud Caudinas furculas, Samnites victoria potiti, vniuersum exercitum Romanorum turpiter captum, armis etiam vestimentísque nudatum sub iugum miserunt: sexcentis equitibus Romanis in obsidatum receptis. Papirio consule, Samnites victi sunt. Hunc Papirium inter cæteros duces tunc in republica sua optimos, Romani delegerunt, qui Alexandri impetum sustineret. Demosthenes orator auro Persarum corruptus, vt Græci ab imperio Macedonum deficerent, auctor extitit. Alexander Athenienses metu mulctæ soluit: Thebanos cum diruta ciuitate deleuit: reliquos sub corona vendidit: cæteras vrbes Achaiæ & Thessaliæ vectigales fecit: Illyrios & Thracas bello domuit. Profecturus ad Persicum bellum, omnes cognatos ac proximos suos interfecit. In exercitu eius fuerunt peditum xxxij. milia: equitum iiij. milia: naues clxxx. tam parua manu vniuersum terrarum orbem aggredi ausus est. Primo eius cum Dario rege congressu, sexcenta milia Persarum in acie fuere. Secundo Darij aduentu timens Alexander angustias locorum, Taurum montem mira celeritate transcendit, & quingentis stadiis sub vna die cursu transmissis, Tarsum venit. Ibíque cum sudans in Cidnum præfrigidum amnem, descendisset, obriguit: contractúque neruorum proximus morti fuit: Darius cum trecentis milibus peditum, & centum milibus equitum, in aciem procedit. Ingentibus vtrinque animis pugna committitur: in qua ambo reges, & Alexander, & Darius, vulnerantur. Persarum ibi tunc militum lxxx. milia: equitum x. milia cæsa, capta autem xl. milia fuere. Ex Macedonibus cecidere pedites cxxx. equites cl. In castris Persarum multum auri cæterarúmque opum repertum. Inter captiuos castrorum, mater & vxor, eadem soror, & filiæ duæ Darij fuere. Quarum redemptionem Darius oblata etiam regni dimidia parte, non impetrauit. Darius spe pacis amissa quadringentaquatuor milia peditum, & centum milia equitum, Alexandro apud Tarsum bello opponit. Inferrum ruunt Macedones: raróq; vllo prælio tantùm sanguinis fusum est. Darius victus, persuasu suorum fugere compulsus, totúsq; oriens in potestatem Macedonij cessit imperij. Alexander xxxiiij. continuis diebus, castrorum prædam percensuit. Persipolim caput Persici regni confertissimam opibus totius orbis inuasit. Darium cum à propinquis suis vinctum compedibus aureis teneri comperisset, cum sex milibus equitum persequi statuit: inuentúmque in itinere multis confossum vulneribus, ac mortuum, sepeli in sepultura maiorum præcepit. Tribus præliis totidémque annis quinquies decies centena milia peditum equitúmque consumpta. Alexander etiam Iudæam ingressus, fauorabilitérque exceptus, Deo victimas immolat, & pontificem templi Iaddum honoribus plurimis prosequitur, Andromacho locorum custode dimisso. Sub Persarum regibus pontifices summi fuerunt, Iosue, Ioachim, Eliasiph, Ioiada, Ionathan, Iaddus. Mansit autem Persarum regnum, quod interfecto Darij destructum est, annos ducentos triginta vnum. Alexãder post mortem Darij, annis quinque regnauit. Indiam ingressus, Nisam vrbem adiit. Callisthenem philosophum, sibíq; apud Aristotelem condiscipulum, cum plurimis aliis principibus, quòd eum deposito salutandi more, vt Deum non adoraret, occidit. Cùm Poro Indorum rege cruentissimum bellum gessit. Porus multis vulneribus confossus, & captus, ob memoriam virtutis, in regnum restitutus est. Multæ gentes subactæ periculosissimis prælijs. Indum flumen ingressus, Babylonem celeriter rediit, vbi eum exterritarum totius orbis prouinciarum legatio operiebatur: Carthaginẽsium, totius Africæ ciuitatum, Hispanorum, Gallorum, Siciliæ, Sardiniæ, plurimæ præterea partes Italiæ: ibíque triceſimo secundo vitæ, regni autem sui duodecimo anno, ministri insidiis veneni hausto periit. Post quem translato in multos imperio, Ægyptum Ptolemæus Lagi filius tenuit: Macedonas Philippus, qui & Artheus frater Alexandri: Syriam & Babylonem & omnia regna orientis, Seleucus Nicanor: Asiæ regnauit Antigonus. Qui apud Danielem per quatuor hirci qui arietem conterit cornua designantur.

4525

Darius.

Caudina ignominia.

Darius victus.

Alexander Hierosolymis sacrificat.

Ptolemæus Lagi filius, annis xl. Græci æstimantes, ne exules recepta libertate, vt Alexander per epistolam iusserat, vltionem meditarẽtur, à regno Macedonum defecerunt: bellúmque Antipatro, cui Græcia sorte venerat, ingerunt. Bellum inter Antigonum & Perdiccam, cui Media minor sorte obuenerat, grauissimum oritur. Ptolemæus Ægypti viribus Perdiccam acerbissimo bello aggressus, interfecit. Olympias mater Alexandri capta à Cassandro Cariæ duce occiditur. Ptolemæus & Cassander inita cum Lysimacho & Seleuco societate, bellum terra marísque contra Antigonum, qui spe dominandi Herculem Alexandri filium, liberare simulabat, instruunt. Eo bello Antigonius cum filio Demetrio vincitur. Cassander Ptolemæo in victoria particeps, Herculem Alexandri filium, quatuordecim iam annorum cum matre occidendum curat. Ptolemæus cum Demetrio nauali prælio conflixit, victúsque in Ægyptum refugit. Hac victoria Antigonus elatus, regem se cum Demetrio filio appellari iubet.

4537

Ptolemæus.

Olympias occiditur.

Anni mundi.

Quod exemplum omnes secuti, regum sibi nomen dignitatémq; sum pserunt. Ptolemæus & Cassander, cæteríque alterius factionis duces, Seleucus quoque ex Asia maiore epistolis se inuicem confirmantes, bellum aduersus Antigonum communibus viribus struunt.

Antigonus occiditur.

Eo bello Antigonus occisus est. Victores cùm de præda nõ conuenirent, in duas factiones diducuntur. Seleucus Demetrio, Ptolemæus Lysimacho & Cassandro iungitur.

Seleucus.

Cassandro defuncto, Philippus filius succedit. Antipater Thessalonicen matrem suam Cassandri vxorem, manu sua transuerberat. Alexãder frater eius ob vltionem matris, bellum aduersus fratrem instruit, & à Demetrio, cuius auxilium petierat, circunuentus occiditur. Ptolemæus & Seleucus & Lysimachus iterum societate pacta, bellum aduersus Demetrium transferunt. His comitem & belli socium se Pyrrhus rex Epiri iungit: Demetrióque Macedonia pulso, regnum Macedoniæ Pyrrhus inuasit. Lysimachus generum suum Antipatrum insidiantem sibi interfecit, filiúmque suum Agathoclem perosus occidit. Seleucus decimo-tertio Ptolemæi anno, Syriæ regnare cœpit: Babyloniam expugnauit: Bactrianos nouis motibus adsurgentes perdomuit: Transitum in Indiam fecit, quæ post mortem Alexandri excusso ceruicibus iugo præfectos eius occiderat. Cùm Andragatho duce multa & grauia prælia gessit, firmatísque conditionibus pacta pace discessit: à quo tempore Machabæorum Hebræa historia Græcorum supputat regnum. A quo & Edessẽi sua tempora computant. Antiochiam, Læodiceam, Seleuciam, Apamiam, Edessam, Beroeam, & Pellam vrbes condidit: in eásque vrbes quas extruxerat, Iudæos transfert, ius eis ciuium & municipalem ordinem, cum Græcis æquali honore concedens. Extinctis iam trigintaquatuor Alexandri ducibus, Lysimachus annos natus septuagintaquatuor, & Seleucus septuagintaseptem, bellum inter se conferunt. Vltimum hoc bellum Alexandri commilitonum fuit. Lysimachus vel amissis vel interfectis ante hanc pugnam quindecim liberis, postremus occisus est. Seleucus postmodum, insistente Ptolemæo, cuius sororem Lysimachus habuerat, insidiis circunuentus, occisus est. Ptolemæus Hierosolymis & Iudæa in ditionem suam dolo redactis, plurimos captiuorum in Ægyptum transtulit.

Lysimachus occiditur.

Iudæorum pontifex maximus Onias Iaddi filius, clarus habetur. Post quem religiosissimus ac piissimus pontifex, Simon Oniæ filius.

Onias.

Post quem Eleazarus frater eius, filio eius Onia paruo admodum derelicto. Hoc tempore Zeno Stoicus, & Menander comicus, & Theophrastus philosophus claruerunt. Pyrrhus rex Epirotarum & Macedoniæ Tarentinis iunctus, qui classem Romanam prætereuntem inuaserant, cum exercitu Romano & Leuino consule pugnam iniit. Qui viginti elephantos vsq; ad id tempus Romanis inuisos, in Italiam primus inuexit.

Eleazarus. Zeno. Theophrastus Pyrrhus.

Ptolemæus Philadelphus, annis triginta octo. Sostratus Pharum in Alexandria construxit. Ptolemæus Iudæos qui in AEgypto erant, liberos esse permisit, & Eleazaro pontifici vasa sancta restituens, multa donaria in templum Hierosolymis transmisit. Septuaginta interpretes periit, qui scripturam sanctam in Græcum eloquium verterent. Tantæ autem potentiæ fuit, vt Ptolemæum patrem vinceret. Habuit enim peditum infinita milia, equitum viginti milia, curruum duo milia, elephantos quos primus adduxit ex AEthiopia, cccc. Iudæorum pontificatum post Eleazarum auunculus eius Manasses accepit. Aratus astrologus agnoscitur, atque argentei nummi primùm Romæ constituuntur. Amilcar dux Carthaginensium ab Hispanis in bello occisus est. Illyricum bellum atrocissimum cùm Romanis gestum. Cisalpina Gallia à Romanis defecit. Commissóque prelio apud Aretium Attilius consul occisus est. Eodem anno dira miseram vrbem terruere prodigia. Namque in Piceno fluuio sanguis effluxit, & apud Thuscos cœlum ardere visum, & Arimini nocte multam lucem claram obfulsisse, ac tres lunas distantibus cœli regionibus exortas apparuisse. Flaminius consul contemptis augurijs cum Gallis conflixit, & vicit. Annibal Pœnorum imperator patri Amilcari, cùm esset nouem annis natus, iurauit se Romanis nunquam amicum futurum. Pyrenęos montes transgressus, inter ferocissimas Gallorum gentes ferro viam aperuit: & nono demum die à Pyrenæo ad Alpes peruenit, atque inuias rupes igni ferróque rescidit, quintóque die cum maximo labore ad plana peruenit: cum Scipione consule prælium commisit. Ipse Scipio ibi grauiter vulneratus, per Scipionem filium admodum prætextatum, qui post Africanus dictus est, ab ipsa morte liberatus euasit. Sempronius consul similiter cum eo congressus, penè solus euasit. Annibal violentia frigoris, vigiliarum, ac laboris oculum amisit. Ad Thrasymenum lacum, Flaminio consule occiso, Romanus exercitus funditus trucidatus est. Apud Cannas Appuliæ vicum Lucius AEmilius Paulus, & P. Terentius Varro consules contra Annibalem missi, omnes penè Romanæ spei vires perdiderunt: quadraginta & quatuor milia Romanorum interfecta. Consul Æmilius Paulus occisus: Varro consul cum quinquaginta equitibus fugit: consulares & prętorij viri viginti interfecti: senatores capti vel occisi triginta: nobiles viri trecenti, pedestrium militum quadraginta milia, equitum ter mille quingenti. Vsque adeo vltima desperatio reipublicæ apud residuos Romanos fuit, vt senatores derelinquendam Vrbem putarent, nisi Cornelius Scipio Tribunus

4570

Ptol Philad. Sostratus Pharum condidit.

Aratus.

Moneta argentea Romæ cuditur.

Prodigia.

Flaminius.

Annibal frigore excæcatur.

Canensis clades.

Anni mundi.

A bunus tunc militum, idem qui postea Africanus, districto gladio deterruisset, ac potius pro patriæ defensione in sua verba iurare coegisset. Claudius Marcellus Annibalis exercitũ prælio fudit. Centenius Penula centurio ab Annibale cum octo milibus militum cæsus. Cneus Fuluius prætor victus. Annibal ad Anienem fluuium tribus milibus ab vrbe, cum Cn. Fuluio, & Sulpitio consulibus, pugnam commissurus, subitò imbre & grandine mixto, nubibus effuso, territus in castra refugit. Tuncque dixisse fertur, potiundæ sibi Romæ modo voluntatem non dari, modò potestatem Scipiones duo fratres in Hispania Asdrubalem Pœnorum imperatorem grauissimo bello oppressẽrũt. Idem Scipiones ambo à fratre Asdrubalis in Hispania interfecti sunt, à Qu. Fuluio Capua capta est. Scipio annos natus vigintiquatuor, inperium in Hispania proconsulare sortitus est, pro patre & patruo ibi occisis. Magonem fratrem Annibalis captum cum cæteris Romam misit. Scipio Pœnorum ducem Asdrubalem vicit, & castris exuit. Vniuersam Hispaniam à Pyrenæo vsque ad Oceanum in prouinciam redegit. Consul cum Licinio Crasso creatus, in Africam transiit.

Capua capta.

B Annonem Amilcaris filium ducem Pœnorum interfecit. Asdrubal imperator Carthaginem profugus venit. Annibal in Italia Fuluium proconsulem cum vndecim tribunis interfecit. Marcellus consul cum Annibale triduo continuo dimicauit. Primo die, pari pugna discessum est: sequenti, victus consul: tertio, victor Annibalem fugere in castra compulit. Fabius Maximus consul, Tarentum quæ à Romanis descciuerat, cepit: ibíque ingentes copias Annibalis, cum ipso duce eius Charthalone deleuit. Claudius Marcellus consul ab Annibale cum exercitu occisus est. Annibal vtrunque consulem Marcellum & Crispum insidiis circunuentos interfecit. Asdrubal frater Annibalis à Marco Liuio & Claudio Nerone consulibus præuentus, cum omni exercitu suo in Italia interfectus est. Annibali caput fratris sui Asdrubalis ante castra proiectum. Sempronius consul cum Annibale congressus, & victus, Romam refugit. Annibal post tredecim annos redire in Africam, iussus obsessis Carthaginensibus subuenire, flens reliquit Italiam, omnibus Italici generis militibus qui sequi nollent, interfectis, Carthaginem venit. Colloquium Scipionis petit: vbi cum se diu attoniti admiratione mutua suspexissent, infecto pacis negotio prælium consertum est. Inde Annibal cum paucis inter tumultum elapsus, Adrumentum confugit. Carthaginensibus pax per Scipionem concessa, naues pluſquam quingentæ incensæ. Scipio triumphans vrbem ingressus, quem Terentius † comicus ex nobilibus Carthaginensium captiuis pileatus, quod insigne indultæ sibi libertatis fuit, triumphantem post currum secutus est. Punicum bellum secundum finitum, quod gestum est annis xvj.

Annon perimitur.

Tarentum capitur.

Annibal fugit.

† *De Terẽtio Culeone ista intelligenda docuimus cap. 19. lib. 4. Oros. & 3. Diac.*

Ptolemæus Euergetes frater superioris regis, annis vigintisex, qui inde Euergetes ab Ægyptiis est vocatus, quia capta Syria ac Cilicia, & propemodum vniuersa Asia, inter innumera argenti pondera ac vasa preciosa, etiam deos eorum quos Cambyses capta Ægypto in Persas portauerat, retulit. Iudæorum pontifex Onias, Simonis Iusti filius, clarus habetur. Cuius item filius Simon non minori gloria fulget. Sub quo Iesus filius Sirach Sapientiæ librum componens, quem Panaretum vocat: etiam Simonis in eo fecit mentionem. Flaminius proconsul, Philippum regem & cum eo Thracas, Macedones, Illyrios, multásque præterea gentes quæ in auxilium eius venerant, bello subegit. Antiochus rex Syriæ bellum contra populum Romanum instruens, in Europam transiuit ex Asia. Annibal exhiberi Romam à senatu iussus, clam ex Africa profectus, ad Antiochum migrauit: quem cum apud Ephesum inuenisset cunctantem, mox in bellum impulit. Scipio Africanus inter cæteros legatos ad Antiochum missus, etiam cum Annibale colloquium familiare habuit: sed infecto pacis negotio, ab Antiocho discessit. Commissóque bello, à Consule Glabrione superatus Antiochus vix cum paucis fugit è prælio. Iterum Scipio Africanus habens in auxilio Eumenem Attali filium, aduersus Annibalem, qui tunc Antiochi classi prærat, bellum nauale gessit. Antiochus victo Annibale atque in fugam acto, simúlque omni exercitu amisso, pacem rogauit, filiúmque Africani (incertum quando ceperit) vltrò remisit. Annibal apud Prusiam Bithyniæ regem cùm à Romanis reposceretur, veneno sese necauit.

4588

Ptol. Euerg.

Annibal venẽno se necat.

Philippus rex, qui legatos populi Romani interfecerat, propter Demetrij filij sui, quem legatum miserat, verecundissimas preces, veniam meruit: eundem Demetrium continuò velut Romanis amicum, fratrémque ipsius, veneno necauit. Scipio Africanus ab ingrata sibi vrbe diu exulans, apud Amiternum oppidum morbo perijt. Lepido & Mucio consulibus, Basternarum gens ferocissima, auctore Perseo Philippi filio, prędarum spe sollicitata, & transeundi Histri fluminis facultate, sine vlla pugna vel aliquo hoste delera est. Nam tunc fortè Danubius, qui & Hister, crassa glacie superatus, pedestrem facilè transitum patiebatur. Enormitate igitur ponderis & concussione gradientium, concrepante gelu, se glacialis crusta dissoluit, vniuersúmque mediis gurgitibus victa & comminuta destituit. Vulcani insula quæ ante non fuerat, repentè in mari orta est. Gracchus Tyberius Sempronius, apud Viennam vrbem Galliæ, in Hispaniam vlteriorem transiens, Platomam miro opere construxit, & pontem super Rodanum ab vtroque litore castris miro opere fundatis super-

Scipio exulat.

Insula Vulcani enascitur.

Anni mundi.

duxit. P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino coss. Macedonicum bellum gestum: in auxilio F
Romanorum tota primùm Italia, deindè Ptolemæus rex Ægypti, & Ararathes Cappadociæ,
Eumenes Asiæ, Masinissa Numidiæ fuerunt: Perseum Demetrij Philippi filium, & Macedo-
nes secuti sunt: Thraces cum rege Chesi, & vniuersi Illyrij cum rege Gentio, commisso prælio
victi fugere Romani. Sequente pugna, penè pari clade in hyberna discessum est. Deinde Per-
seus multis præliis exercitu Romano profligato, in Illyricum transiit. Præsidium Romano-
rum expugnauit: vbi magnam multitudinē Romanorum partim occidit, partim sub corona
vendidit, partim secum in Macedoniam duxit. Sed postea à L. Æmilio Paulo victus & captus,
in triumpho cum filiis ante currum actus, apud Albam in custodia defecit. Filius eius iunior
Perseus vincitur. Ptol. philopat. fabricam ararium ob tolerandam inopiam Romæ didicit: ibique consumptus est.
4614 Ptolemæus Philopator, filius Euergetis, annis decem & septem. Hic prælio victis Iudæis
numero sexaginta armatorum milium, bellum aduersus Antiochum regem Syriæ sumit: &
victo Philopatore Iudæam sibi sociauit. Iudæorum pontifex Onias, filius Simonis, insignis
Onias. habetur, ad quem Lacedæmoniorum rex Arrius legatos mittit. Claudius Marcellus Syra-
cusas florentissimam vrbem Siciliæ cepit. Scipio alter Africanus vltro se militaturum in
Punicum tertium bellum. Hispania obtulit: profectúsq; magnas strages gentium dedit. Tertium Punicum bellū exor-
rum. Proconsules profecti in Africam, cum iam senatus Carthaginem delendam censuisset,
Carthaginenses iussi, arma & naues tradiderunt. Postmodum procul à mari residentes, dolo-
rem ad desperationem contulerunt, duósque duces Asdrubales creauerunt: & propter ino-
piam ferri, arma adgressi facere, auri argentiq; metallis suppleuerunt. Carthaginis situs fuisse
Carth. situs. huiusmodi dicitur: Vigintiduo milia passuum muro amplexa, tota penè mari cingebatur, absq;
que faucibus quæ tribus milibus passuum aperiebantur. Is locus murum viginti pedes latum
habuit saxo quadrato, in altitudinem cubitorum quadraginta. Arci vrbis Byrsæ nomen erat:
paulò amplius quàm duo milia passuum tenebat. Ex vna parte murus communis est vrbis &
Byrsę, imminēs mari. Primū ab hac cōsules repulsi: deindè ab Scipione intra muros hostes re-
pulsi. Asdrubal imperator, Masinissæ regis Numidiæ nepos, subselliorum fragmētis in curia à
suis propter suspicionē proditionis occisus est. Scipio suprema sorte Carthaginem delere H
molitus, dū continuis sex diebus noctibúsque pugnatur, vltima Carthaginēses desperatio ad
deditionem traxit. Rex Asdrubal alter se vltrò dedit. Transfugæ qui Æsculapij templum oc-
cupauerant, voluntario præcipitio dati, igne consumpti sunt. Vxor Asdrubalis se duósque
Asdrubalis vxor se combusit. filios secum in medium iecit incendium: eundem nunc mortis exitum faciens nouissima
Carth. euersio. regina Carthaginis, quem prima fecerat. Ipsa ciuitas septemdecim continuis diebus arsit,
Ptol. Epiph. 4631 omni murali lapide in puluerem comminuto, 700. post anno quàm condita est.
Ptolemæus Epiphanes, filius Philopatoris, annos vigintiquatuor. Huius tempore
gesta sunt quæ secundi libri Machabæorum continet historia. Onias sacerdos adsumptis
Iudæorum plurimis, fugit in Ægyptum, & à Ptolemæo honorificè susceptus, accepta ea re-
gione, quæ Heliopoleos vocabatur, & concedente rege, templum extruxit in Ægypto si-
mile templo Iudæorum, quod permansit vsque ad imperium Vespasiani, annis 250. Sub oc-
casione igitur Onię pontificis, infinita Iudæorum examina in Ægyptum confugerunt. Quo
tempore & Cyrene eorum multitudine repleta est, pugnantibus contra se magno Antio- I
Corinthus expugnatur. cho & ducibus Ptolemæi, posita in medio Iudæa in contraria studia scindebatur, aliis Antio-
cho, aliis Ptolemęo fauentibus. Hæc autem vel Oniæ vel cæteris fuit causa Ægyptum peten-
di. Consule Mummio Corinthus vrbs opulentissima, quippè quæ velut officina omnium
artificum & artificiorum, & emporium commune Asiæ atque Europæ fuerit, expugnata
& subuersa est. Plurima itaque parte populi ferro flammísque consumpta, reliqua sub coro-
na vendita est. Vrbs incensa, muri funditus diruti: muralis lapis in puluerem redactus: præ-
da ingens erepta est. Sanè cùm propter multitudinem & varietatem statuarum simulacro-
rúmque in illo ciuitatis incendio, permixta in vnum auri, argenti, atque æris, omniáque si-
mul metalla fluxissent, nouum genus metalli factum est. Vnde vsque hodie siue ex ipso, siue ex
Viriatus. imitatione ipsius, æs Corinthium & Corinthia vasa dicuntur. Viriatus in Hispania, genere
Lusitanus, homo pastoralis & latro, primùm infestando vias, vastando prouincias, maximo
terrori Romanis fuit: Ventidium prætorem cum omni exercitu fugauit: Caium similiter K
multis præliis fractum: Claudium cum magna instructura belli pepulit: trabeas, fasces,
cæteráque insignia Romana, in montibus suis trophæa suspendit. Sic per xiiij. annos cùm
Androgynus Romanos duces atque exercitus prostrauisset, insidiis suorum interfectus est. Androgynus
Romæ visus, iussu aruspicum in mare mersus est. Pestilentia tanta exorta vt ministri faciendo-
pestilentia. rum funerum primùm non sufficerent, deindè non essent: magnæ domus, vacuæ viuis, plenę
mortuis remanserunt: largissimæ introrsum hæreditates, & nulli penitus hæredes. Puer Ro-
mæ ex ancilla natus quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidē, natura viri du-
plex. Scipione Africano consule, Numantia in citeriore Hispania, Numantini quoque cun-
Numantia deuitur. cti pariter ferro, veneno atque igne consumpti sunt. Scipio Thiresum quendam Celti-
cum principem consuluit. Qua ope Numātia, aut prius inuicta claruisset, aut post fuisset euer-
sa. Thire-

Anni mundi.

A sa. Thiresus respondit, Concordia inuicta, discordia exitio fuit. Ptolemæus fororem suam stu-
pro cognitam, ac deindè in matrimonium receptam, nouissimè turpius quàm duxit, abiecit.
Priuignam suam, hoc est filiam sororis & coniugis, coniugem asciuit. Filium suum quem ex
fortore susceperat, necnon & filium fratris occidit. Quamobrem tantis incestis parricidiisq;
execrabilis, ab Alexandrinis regno pulsus est. Antiochus non contentus Babylonia, atque
Ecbatana, totóque Mediæ imperio, aduersus Phraanten Parthorum regem congressus & vi-
ctus est. Habuit enim in exercitu suo centum milia armatorum, ducenta milia & amplius ca-
lonum atq; lixarū, immixta scortis & histrionibus. Parthorū igitur viribus oppressus, interiit.
Ptolemæus Philometor, annis triginta quinq;. Aristobulus natione Iudæus Peripateticus 4655 Ptol. philom. Aristobulus.
philosophus cognoscitur. Qui etiam Philometori Ptolemæo explanationum in Moysen
Commentarios scripsit. Attalus Eumeni filius, moriens testamento populum Romanū im-
perio Asiæ succedere hæredem iussit. Licinius Crassus consul aduersus Aristonicum Attali
fratrem, qui traditam per testamētum Romanis Asiam peruaserat, cum instructissimo missus
B exercitu; præterea à magnis regibus, hoc est, Nicomede Bythiniæ: Mithridate Ponti & Ar-
meniæ: Ariarathe Cappadociæ: Philemene Paphlagoniæ, eorúmq; maximis copiis adiu-
tus, conserto bello victus est: & circumuentus ab hostibus penè captus esset, visi virgam qua
erat vsus ad equum, in oculum Thracis impegisset. Barbarus cùm ira & dolore exarsisset, pro-
pterea latus Crassi gladio transuerberauit: ita excogitato genere mortis, effugit & dedecus
& seruitutē. Perpenna consul Aristonicum recenti victoria feriatum, improuiso bello in fu-
gam vertit, & vrbem ad quam confugerat obsidione cinctam ad deditionem coegit. Aristo- Aristonicus strangulatur.
nicus Romæ iussu senatus, strangulatus est. Seleucus cognomento Philometor, xi. annis re-
gnauit in Syria. Seleuci temporibus Heliodorus missus à rege ad expoliandum ærariū tem-
pli, diuinitùs flagellatus repellitur. Cui succedit Antiochus, qui appellatus est Soter: deindè
Antiochus, qui appellatus est Theos, id est Deus: deinde Antiochus Epiphanes. Hic ingres- Heliodorus sacrilegus flagellatur.
sus est Ægyptum, & cōstituit bellum aduersum Ptolomæum regem Ægypti. Hic Iudæorum
legem impugnat, omniáq; sordibus idolorum complens, in templo Dei Iouis Olympij simu-
C lachrum ponit. Sed & in Samaria super verticem montis Gariza, Iouis peregrini delubrum
ædificat, ipsis Samaritanis, vt id faceret, precantibus. Verùm Mathathias sacerdos leges pa- Machabæorū martyrium.
trias vindicat, aduersus Antiochi duces arma corripiens: vnde ortum martyrium sancto-
rum Machabæorum vij. fratrum nimis venerabile, in quorum honore Viennensis ecclesia
fundata est.
Onias summus pōtifex habetur: cuius frater Iason, preripiens summum sacerdotium, per- Onias.
mittente Antiocho, legitima ciuium iura destituens, sub ipsa arce gymnasium constituit, &
Ephœbiā Hierosolymis. Quo post triennij tēpus in Ammanitem regionē expulso, Menelaus
frater Simonis de tribu Beniamin principatum sacerdotij obtinuit. Cuius impia factione,
pius Onias pontifex per Andronicum peremptus est. Quem propterea rex Antiochus pur-
pura exutum, eodem loco quo in Oniam impietatem commiserat, iussit vita priuari. Mene-
laum verò Antiochus Eupator, postmodū Antiochi filius de turri quinquaginta cubitorum
deiici iussit: taliq; morte iustissimè dānatus est. Mathathia sacerdote defuncto, Iudas Macha- Mathathias. Iudas.
D bæus ducatum Iudæorum suscepit, anno cxlvi. regni Græcorum. Qui mox Antiochi duces de
Iudæa expellens, & templum ab idolorū imaginibus emundans, patrias leges post triennium
suis ciuibus reddidit. Antiochus Persipolin nobilissimam & copiosissimā ciuitatem spoliare
cupiens, multitudine ad arma concurrente, in fugam versus est: & cœlesti eum iudicio perur-
gente, dum acceleraret iter, vt Hierosolymam congeriem sepulchri Iudæorum faceret, insa- Alchimus.
nabili plaga percussus, homicida & blasphemus miserabili obitu vita functus est. Cui succes- Ionathas.
sit Antiochus Eupator eius filius: & post duos annos, id est anno clj. regni Græcorum, regna-
uit Demetrius Seleuci filius. Hic constituit Alchimum impium in sacerdotio, Iuda Macha-
bęo in bello pro legibus patriis & populo Dei pugnante occiso: & anno cliiij. Alchimo mi-
serabiliter mortuo, omnium fauore, Ionathæ principatus & sacerdotium decernitur.
Ptolemæus Euergetes annis xxviii. Ionathas Iudæorum dux & pontifex cum Romanis & 4690
Spartiatis amicitias facit. Hic summa industria sacerdotio administrato octodecim annis, à Ptol. Euerg.
E Triphone occiditur, fratérque eius Simon in sacerdotium assumitur, anno regni Euergetis
septimo. Scipio Africanus exanimis in cubiculo suo repertus, vxoris suæ Sempronię Grac- Scipio vxoris dolo peremptus.
chorum sororis dolo necatus. Cuius vigor & modestia in vrbe Romana sic valuit, vt eo vi-
uo neque sociale neque ciuile bellum posse existere crederetur. L. Cęcilio Metello, &
Q. Titio Flaminio consulibus, Carthago in Africa restitui iussa, xxii. demum anno quàm
fuerat euersa, & deductis ciuium Romanorum familiis, quę eam incolerent, restituta & reple-
ta est, Fabio consule. Bitoito regi Aruernorum Galliæ ciuitatis bellum maximo instructu Bitoitus rex Aruernis.
comparanti, paucitas Romanorum occurrit, vt vix ad escam canibus quos in agmine ha-
bebat, sufficere posse Bitoitus iactaret. Qui cum sibi ad transferendas copias vnum pontem
Rhodani parum esse intelligeret, alium compactis lintribus catenísque connexum super
stratis confixísque tabulis instruxit. Conserta pugna, victi Galli, conuersi in fugam, coa-

Anni mundi.

ceruatis inconsultè hominibus, præpropero transitu pontis vincula ruperunt, ac mox cum F
ipsis lintribus mersi sunt. Qu. Martius cõsul, Gallorum gentem sub radice Alpium sitam, bel-
Martius Gallos vincit. lo aggressus est. Qui cum se Romanis copiis circunseptos viderent, occisis cõiugibus ac libe-
ris, in flammas sese proiecerunt. Qui verò præoccupantibus Romanis, peragendæ mortis suæ
copiam non habuerunt, alij ferro, alij suspendio, alij abnegato cibo sese consumpserunt: nul-
Iugurthinum bellum. lúsque omninò vel paruulus superfuit, qui seruitutis conditionem tolerarit. Iugurtha Mici-
psæ Numidarum regis adoptiuus filius hærésque inter naturales eius filios factus, cohæredes
suos Hiemsalem occidit, Aderbalem bello victum Africa expulit. Calpurnium consulem
aduersum se missum pecunia corrupit, & ad turpes conditiones pacis adduxit. Romam idem
veniens, omnibus pecunia aut corruptis, aut attẽtatis, seditiones dissensionésque permiscuit.
Quam cum egrederetur, infami satis notauit elogio, dicens, Vrbem venalem & maturè peri-
turam, si emptorem inuenerit. Idem tandem cruentis bellis à Romanis superatus, Bocco
Maurorum regi se sociauit: commissáque pugna, vnà cum Romanis Mario consule Boccus
& Iugurtha fugerunt: inde nonaginta millia armatorum vincentibus Romanis vsque ad in- G
ternecionem cæsa. Boccus in pretium pacis Iugurtham dolo captum, catenísque obstrictum,
per Syllam legatum misit ad Marium: qui in triumpho ante currum cum duobus filiis suis
Iugurtha strãgulatus. actus, & mox in carcere strangulatus est. Mithridates rex Parthorum, sextus ab Arsace, victo
Demetrij præfecto, Babyloniam vrbem finésque eius vniuersos victor inuasit. Omnes præ-
terea gentes quæ inter Hydaspẽ fluuium & Indum iacent, subegit: ad Indiam quoque cruen-
tum extendit imperium. Demetrium ipsum secundo sibi bello occurrentem vicit, & cepit.
Quo capto, Deodatus quidam cum Alexandro filio regnum eius & regium nomen vsurpauit.
Qui postea ipsum Alexandrum filium, quem participem periculi in peruadendo regno ha-
buerat, ne in obtinendo consortem haberet, occidit. Lucius consul in Gallia Tiburtos vsque
Oceanum persecutus, insidiis circunuentus occiditur. A Scipione consule capta vrbe Gallo-
rum Tolosa, centum milia pondo auri, & argenti centum decem milia è templo Apollinis
susceperat. Quæ cum ad Massiliam amicam populo Romano vrbem mississet cum præsidiis, in- H
terfectis clam custodibus cuncta per scelus furata fuisse narrãtur. Manlius & Q. Cæpio cos.
aduersus Cimbros & Teutonas & Teugurinos & Ambranos Galliarum Germaniarúmque
gentes missi, prouincias sibi Rhodano fluuio medio diuiserunt. Vbi inter se grauissima inui-
dia & contentione decertãtes cum magna ignominia & periculo Romani nominis victi sunt.
ita vt ex omni penitus exercitu decem tantùm homines, qui miserum nunciũ reportarent,
superfuisse referantur. Hostes ingenti præda potiti, noua quadam atq; insolita execratione,
cuncta quę ceperãt pessum dederũt. Mario quartò consule cũ in prouincia Viẽnensi iuxta Isa-
ræ Rhodaníq; flumina, vbi in sese confluunt, castra posuisset, Teutones, Cimbrij, Teugurini
cum tribus agminibus Italiã petere destinassent, periculosissimo prælio à Romanis victi sunt.
Malleolus matrem occidit. Romæ P. Malleolus annitentibus seruis, matrem suam interfecit. Damnatus parricidij, insu-
túsque in culeum, & in mare proiectus est: in tantóq; facinore Romani supplicium singulare
anxerunt. Sexto consulatu C. Marij status Romani imperij ita labefactatus est, vt penè vsque
ad extremum intestina clade conciderit. Metellus Numidicus, vir primarius, factione Marij
Marianum bellum. & Glaucia prætore & Saturnino tribuno innocens damnatus, in exilium cum totius vrbis do- I
Rutilius. lore discessit. Postmodum Saturninus & Saufeius & Labienus, cum iam prælio in foro com-
mississent, cogente Mario, in curiam confugerunt, ibíque per equites Romanos, effractis fo-
ribus occisi sunt. Glaucia & Dolabella Saturnini frater interfecti. Rutilius quoque vir inte-
gerrimus, qui adeo fidei atque innocentiæ constantia vsus est, vt die sibi ab accusatoribus dic-
ta, vsque ad cognitionem neque capillum barbámque deposuerit, neque sordida veste
humilíve habitu suffragatores conciliarit, inimicos permulserit, iudices temperarit, cum evi-
Sociale bellũ. denti oppugnaretur calumnia, periurio iudicum condemnatus, Smyrnam commigrans lite-
rarum studiis intentus consenuit. Sexto Iulio Cæsare & Lucio Martio consulibus, intestinis
Hircanus. causis, Sociale bellum totam commouit Italiam. Post Simonem fratrem Ionathę, Ioannes fi-
lius eius in summum sacerdotium constituitur. Hic aduersum Hircanos bellum gerens, Hir-
cani nomen accepit, & à Romanis ius amicitiæ postulans, decreto senatus inter amicos re-
Samaria, al. Sebaste. latus est. Samariam, quæ nostro tempore Sebaste vocatur, ad quam Ptolemæus, qui patrem K
eius dolo peremerat, & matrem eius vinculis constrinxerat, confugium fecerat, obsidione
captam solo coæquauit: quam postea Herodes instaurans, Sebasten in honorem Augusti
appellari voluit.

Ptol. Phiscon. Cicero nascitur. Ptolemæus Phiscon, qui & Soter, annos xvii. Cicero Arpini nascitur, matre Heluina, pa-
tre equestris ordinis ex regio Vvolscorum genere. prodigia dira apparendo Romanam vr-
bem mœstam Sociali bello terruerunt. Nam sub ortu solis globus ignis à regione septen-
trionis cum maximo cœli fragore emicuit. Apud Artatinos, cum panes frangerentur cruor
Prodigia. è mediis panibus, quasi è vulneribus fluxit. Per septem dies continuos grando lapidum,
immixtis etiam testarum fragmentis, terram latissimè verberauit. Hiatu terræ flamma pro-
rupit, quæ vsque ad cœlum extendi visa est. Cneus Pompeius prætor cum Picentibus
iussu

A iussu senatus, bellum gessit, & victus est. Similiter Iulius Cæsar Samnitum pugna victus, cæso *Æ. M.* *Picentinum bellum.*
fugit exercitu. Postea contractis vndique copiis, multa hostium millia Samnitum & Luca-
norũ interfecit. Cúmque ab exercitu imperator appellatus esset, senatus saga, hoc est vestem
mœroris quam exorto Sociali bello sumpserat, hac spe arridente deposuit, atque antiquum
togæ decorem recuperauit. Cn. Pompeius Picentes graui prælio fudit: qua victoria senatus
laticlauia & cætera dignitatis insignia recepit. Sociali bello necdum finito, Romæ primò
bellum ciuile commotum est. Eodémque anno ab vrbe cõdita sexcentesimo lxij. Mithridati-
cum bellum cœptum est, quod triginta annis, vel sicut aliqui scribnut, quadraginta gestũ est. *Mithridaticum bellum.*
Mithridates igitur rex Ponti atque Armeniæ multis prælijs à Romanis superatus, nouissimè
cũ Castor eius præfectus, qui Fanagorio præerat, interfectis amicis regis, arcem occupasset,
quatuórque filios eius ad præsidia Romana transmisisset, accensus ira, in scelera tãdem exar-
sit, vt in plures amicos suos, & Exipodram filium suum, aliúmque Macarem interficeret.
Pharnaces exemplo fratrum territus, exercitum ad persequendum se missum sibi cõciliauit,
B & mox aduersus patrem duxit. Mithridates diu ex altissimo muro filium frustrà precatus, *Mithridates interitus.*
vbi inexorabilem vidit, moriturus exclamasse fertur, Quoniam Pharnaces, inquit, mori iu-
bet, vos sitestis dij patrij, precor vt quandoque & ipse hanc vocem à liberis suis audiat. Sta-
tímque descendens ad vxores, pellices ac filias suas, venenum omnibus dedit. Quod cum
ipse nouissimus hausisset, nec tamen propter remedia, quibus vitalia sua aduersus noxios suc-
cos sæpè obstruxerat, veneno confici posset, frustráque spatiaretur, si quo tandem modo in-
fusa pestis per venas agitatione corporis acta discurreret, Gallum quendam militem, iam fra-
cto muro discurrentem, inuitauit, eíque iugulum præbuit: annósque natus lxxij. hunc exi-
tum vitæ habuit. Tullio Cicerone & Caio Antonio cõsulibus, Pompeius occisi Mithridatis
nuncio accepto, Syriam Cœlen, & Felicem bello aggressus, Itureos Arabásque perdomuit,
vrbémque eorum quam Petram nominant, cepit. Hinc ad Iudæos atque ad Hierosolymam
vrbem eorum Gabinium cum exercitu mittit. Quibus tunc Aristobulus expulso fratre Hir-
cano, primus ex sacerdote anno vno rex præerat. Post cccclxxxiij. anno Babyloniæ captiui-
C tatis, postquam regnauit Ianeus cognomento Alexander, xxvij. annis, qui pontificatum quo-
que administrans, crudelissimè ciuibus præfuit. Ipse quoque Pompeius continuò post Gabi-
nium subsecutus, & à patribus vrbe susceptus, sed à plebe muro templi repulsus, in expugna-
tionem eius intendit: id non solùm natura loci, verum etiam ingentibus muris fossáque ma-
xima munitum, cum alias aliis legionibus dies noctésque succedere sine requie cogeret, vix
tertio mense expugnauit. tredecim millia ibi Iudæorum cæsa narrantur. Cætera multitudo *Pompeius Hierosolymam capit.*
in fidẽ venit. Pompeius muros ciuitatis euertit, æquaríque solo imperauit. aliquantos princi-
pes Iudæorum securi percussit: Hircano sacerdotium restituit. Aristobulum captiuum Ro-
mam duxit. Mansitque in pontificatu Hircanus post mortem Alexandræ matris, quæ post
Alexandrum coniugem regnauerat in Iudæis, annis circiter triginta & quatuor. Hircano
etenim in põtificatu successit Aristobulus anno vno, post quẽ Ianeus cognomẽto Alexãder.
Mortuo Alexandro, regnauit Alexandra vxor eius. Post cuius mortem Aristobulus & Hirca-
nus filij eius inter se de imperio dimicantes, occasionem præbuere Romanis vt Iudęam inua-
D derent. Vt diximus, Pompeius Hierosolyma capta vrbe & templo reserato, vsque ad Sancta
sanctorum accedit, victúmque Aristobulum secum abducit, pontificatum Hircano confir-
mat: quem tenuit, vt diximus, triginta & quatuor annis. Pompeius Antipatrũ Herodis Asca-
loniræ filium procuratorem Palestinæ facit. Põpeius bellum orientis, cum viginti & duobus
regibus se gessisse pro concione narrauit. His diebus cõiuratio Catilinæ aduersus patriam
in vrbe habita, ac prodita: quam historiam agente Ciceron Salustius describit. Virgilius Ma-
ro in pago qui Andes dicitur, haud procul à Mantua nascitur. Poëta quoque Lucretius nasci- *Virgilius nascitur.*
tur: qui postea sese furore amatorio interfecit.

Ptolemæus, qui & Alexander, annis x. Huius anno septimo Syria in Romanam ditionem 4735
E cessit, capto Philippo à Gabinio.

Expulsus regno Ptolemæus Phiscõ per matrem Cleopatram in Cyprum secedit. Regres- 4745
sus de fuga regnum obtinuit annis nouem, quia Alexandrum qui ante eum fuerat, ob inter-
fectionem matris ciues pepulerant.

Ptolemæus Dionysius, annis xxx. Apollodorus præceptor postmodum Augusti clarus 4745 *Apollodorus Iulij Cesaris in Gallum expeditiones.*
habetur. Lege Vatinia Cæsari Iulio tres prouinciæ cum legionibus vij. in quinquẽnium datæ
sunt, Gallia Transalpina, & Cisalpina & Illyricus. Galliam Comatam postea senatui adiecit.
Heluetiorum animos fortissimæ Gallorum omnium gentis, ea vel maximè causa quòd per-
petuo penè cum Germanis bello altercabantur, à quibus Rheno tantùm flumine dirimun-
tur Orgeta rex princeps gentis, spe totas inuadendi Gallias, in arma accẽderat. Quo cæteri *Orgeta.*
optimates correpto & ad mortem coacto, coniuratione facta exústis vicis ac domibus suis,
ne quod desiderium ex spe reuertẽdi foret, profecti sunt. Horum fuit, cum primùm progres-
sa est, omnis multitudo Heluetiorum, Tulingiorum, Latobagum, Raucarum, & Bogiorum
vtriusque sexus, ad cl. & vij. mil. hominum. Quos cum apud Rhodanum fluuium obuios Cæ-

Anni Mundi.

Ariouistus.

sar habuisset, magno difficilique bello bis vicit. Ex iis xl. & vij. millia in bello ceciderunt: cæteros ad deditionem coegit. Iterum Cæsar incredibiles Germanorum copias, quibus præerat Ariouistus rex, apud Sequanicos vicit. Fuerunt autem in exercitu Ariouisti, Arudes, Marcumunes, Tribucij, Vangiones, Nemetes, Seduces, & Sueui. Iterum Belgarum gens, quæ tertia pars Galliarum est, aduersus Cæsarem exarsit. Quarum distributim copia fuit. Bellouaci, qui cæteris numero & virtute præstare viderẽtur, habuere lectissima lx. millia armatorum. Suessiones ex xij. oppidis quinquaginta millia. Neruij, quorum adeo indomita feritas erat, vt nunquam in id temporis mercatores ad se permiserint vina cæteráque venalia deferre, quibus inducta iocunditas torporem virtutis afferret, similiter habuerunt quinquaginta millia. Atrebates & Ambiani, decem millia: Morini viginti quinque millia: Menapij nouem millia: Caleti x. milia: Velocasses & Veromandi, æqua decem millia: Aduatuci, decem & octo millia: Condursei, Eberones, Ceroси, Cemani, qui vno nomine Germani vocãtur, quadraginta millia. Ita referuntur fuisse cclxxij. millia armatorũ lectissima. His repẽtè silua erũpentibus, exercitus Cæsaris adgressus, hortatu ducis ita restitit, victósque ad internecionem penè deleuit. Cæsar Galbã cũ legione duodecima ad Beragros Sedunósque misit: qui cùm hiemãdi causa in vico Beragrorũ, cui nomẽ erat Octodorus, cõsedisset, circũseptus à Gallis est. Qui ex montibus effusi, castra imperfecta saxísque telísque onerãt. Sed Romanis portis erumpentibus, amplius quàm triginta millia barbarorũ ceciderũt. Veneti cæterique cõfines Seuios sibi ad bellum adciscunt, Osismos, Lixouias, Namnetes, Ambibaritos, Morinos, Diablintes, & Menapios: auxilia quoque à Britannia arcessunt. Contra hos Cæsar naues longas ædificare in Ligere fluuio iubet, per quem in Oceanum deducitur. Nauali prælio conserto, incensæ naues hostiũ interfectis iis qui pugnauerant Gallis, reliqui omnes sese dediderunt. Sed Cæsar maximè ob iniuriam legatorum suorum, cunctis principibus per tormenta interfectis, reliquos sub corona vendidit. Titus etiam Sabinius Aulercos, Eburouices, Luxouiósque, qui primates suos, quòd auctores belli suscitandi esse nollent, interfecerant, eruptione facta incredibili cæde deleuit. Oppidum Sauciatum in Aquitania expugnatum. Ex Aquitaniis & Cantabris, L. mil. cæsa. Germani qui Rhenum cum immensis copiis transmiserant, vsque ad internecionem deleti. Quorum numerus fuit ad cccc. & xl. millia. Inde Cæsar in Germaniam facto ponte transgreditur. Sicambros & Vbios obsidione liberat. Sueuos, maximam & ferocissimam gentem, quorum esse centum pagos & populos multi prodidere, totámque Germaniam aduentu suo terret. Mox in Galliã reciso ponte concedit. Inde ad Morinos venit, vnde in Britanniam proximus & breuissimus transitus est. Nauibus circiter onerariis atque actuariis, lxxx. præparatis, in Britanniam transuehitur, vbi acerba pugna fatigatur. Inde aduersa tempestate correptus, plurimam classis amisit partem. Regressus in Galliam, sexcentas naues vtriusque commodi fieri imperauit, quibus iterum in Britanniam primo vere transuectus est. Triuentum firmissimam ciuitatem, datis xl. obsidibus, & Cassobellum oppidum inter duas paludes situm, tandem graui pugna cepit. In deditionem Britannos accipiens, in Galliam reuertitur. Treueri, Eburonati, Aduatici, & Neruij multitudo in arma conspirauerunt, quæ ex hoc colligi plurima fuisse potest, quia cum instrumenta ruralia non haberent, gladiis concidẽdo terram, & sagulis exportando, vix tribus horis vallum pedum decem, & fossam pedum xv. per millia passuum xv. in circuitu perfecerunt: præterea cxx. turres miræ altitudinis extruxerunt. Hos Cæsar vastissima cæde confecit. Labienus, qui legionibus præerat, omnes Treuerorũ copias interfecit, & continuò ipsam ciuitatem capit. Cæsar Eburones postquam in Arduennam siluam refugisse comperit, quæ silua totius Galliæ maxima est, atque à ripis Rheni finibúsque Treuerorum ad Neruios vsque pertingit, & in longitudine plusquam L. millibus passuum patet, omnem Galliam per nuncios inuitat, vt quique secundum placitum suum reconditas in Arduenna silua prædas quærant diripiántque. Quo facto Gallis vtrinque morientibus, maximas Romanorum iniurias, sine cuiusdam Romani discrimine, vindicauit. Cęsar multis præliis Gallias perdomuit. Romanum imperium, cum Lucullus Asiam, Pompeius Hispaniam, Cæsar Galliam perdomuit, vsque ad extremos propemodũ terræ terminos propagatũ est: Cæsati victori ex Galliis reuertenti, decretũ à Senato est, vt in vrbẽ non nisi dimisso exercitu veniret: sed Cæsar Rauennam se contulit. Pompeius atque omnes senatores, crescentibus Cæsaris viribus trepidi tanquam Italia pulsi, in Græcian transuecti, Dirrachium gerendi belli sedem delegerunt. Cæsar Romam venit, negatámque sibi ex ærario pecuniam, fractis foribus inuasit, protulitque ex eo pondo iiij. mil. cxxxv. argenti pondo propè lxxx. millia. Mox cum legionibus Alpes trãsuectus, Massiliam venit. Hanc obsidione domitam, libertate concessa, cæteris rebus abrasit. Apud Dirrachiũ multi Orientis reges ad Pompeium cum auxiliis conuenerant. Pugna commissa, milites Cæsaris fugerunt, cæsis iiij. millibus ex eius exercitu: inde Cæsar citato agmine per Epirum in Thessaliam perrexit. Pompeius eum magnis copiis subsecutus est. Fuerunt autẽ Pompeio lxxx. cohortes triplici ordine locatæ, peditũ xl. mil. equites in sinistro cornu, 600. in dextro, 500. Præterea reges multi. Cæsari similiter cohortes

Suessionum ecutum pagi.

Arduenna sylua Galliarum maxima.

Anni Mundi.

A cohortes lxxx. triplici ordine dispositæ: minus quàm triginta milia peditum: equites mille, commissa pugna, cum diu vtrinque dubia sorte cæderentur, tandem vniuersus Pompeij fugit exercitus, castráque dispersa sunt. Pompeius fugiens, onerariam nauem nactus, in Asiam trãsiit. Inde per Cyprum in Ægyptum venit, ibíque mox vt littus attigit, iussu Ptolemæi adolescentis in gratiam Cæsaris victoris occisus est. Pompeij vxor filiique fugerunt, classísque Pompeiana direpta. Cæsar compositis apud Thessaliam rebus Alexãdriam venit: perlatóque ad se & viso Pompeij capite anulóque, fleuit. Achillas dux regius imbutus semel Pompeij sanguine, Cæsaris quoque necem meditabatur. Nam iussus exercitum dimittere, cui præerat, xx. milium armatorum, non modò spreuit imperium, verùm & aciem direxit. In ipso prælio regia classis fortè subducta iubetur incendi. Ea flamma cum partem quoque vrbis inuasisset, xl. mil. librorum proximis fortè ædibus condita exussit. Iterum commisso prælio cum Achilla, Cæsar vi insistentium hostium pressus, scapham ascendit. Qua mox pondere subsequentium grauata ac mersa, per cc. passus ad nauem vna manu eleuata, qua chartas tenebat, nando peruenit. Mox nauali prælio ipse classem regiam aut depressit aut cepit. Alexandrinis petentibus regem, Ptolemæum infantem reddidit, qui illicò vt liber fuit, bellũ intulit, sed continuò ipse cum toto exercitu suo deletus est. Nam viginti milia hominum in eo bello cæsa sunt, duodecim millia cum septuaginta longis nauibus dedita. Rex ipse adolescens scapha exceptus vt fugeret, multis insilientibus mersus necatúsque est.

B

Cæsar regnum Ægypti, Cleopatræ Ptolemęi sorori dedit: quod tenuit annis viginti duobus. Cæsar Syriam peruagatus, Pharnacem in Ponto vicit. Romæ dictator & consul creatus, in Africam transiit. Apud Tapsum cum Iuba & Scipione pugnauit, & vicit. Cato sese apud Vticam occidit: Iuba percussori iugulum precio dato præbuit: Petreius eodem se gladio perfodit. Scipio in nauim qua ad Hispanias fugeret, conscendens, vento coactus in Africam redierat: semetipsum iugulauit. In eadẽ naui etiam Titus Torquatus occisus est. Cæsar Pompeij magni nepotes & filiam eius Pompeiam iussit occidi. Vltimum bellum apud Mundam flumen gestum est aduersus Pompeios duos & Labienum atque Actium Varum. Cæsar Romam

C rediens vbi dum reipublicæ statum contra exempla malorum clementer instaurat, auctoribus Bruto & Cassio, etiam plurimo Senatu, in curia tribus & viginti vulneribus confossus, interiit. In qua coniuratione fuisse amplius quadraginta conscios ferunt. Corpus eius raptum populus dolore instimulatus, in foro fragmentis tribunalium ac subsellium cremauit, post annos iij. & menses vj. quàm regnare cęperat. Nam quatuor annis post mortem Magni Cn. Pompeij bellum ciuile toto orbe indesinenter tonuit, regnante apud Alexandrinos Cleopatra, quarto eius anno finito, Cæsar Iulius primus Romanorum singularem obtinuit principatum. A quo etiam Cæsares appellati sunt. Cassius interim Iudæa capta, templum spoliat. Abhinc Imperatorum nomen.

Octavianvs Cæsar Augustus Romanorum secundus, regnauit annos quinquaginta sex, & menses sex: à quo Augusti appellati reges Romanorum. Quorum quindecim, viuente Cleopatra: quadraginta & vnum postea vixit. Augusti vndecimo anno, deficiẽte in Iudæa pontificum principatu, complentur hebdomadæ septuaginta in Daniele scriptæ. Anno ab

D Vrbe condita septingentesimodecimo, interfecto Iulio Cæsare, Octauianus, qui testamento Iulij Cæsaris auunculi & hæreditatem & nomen assumpserat, vt Romam adolescens admodum venit, indolem suam bellis ciuilibus vicit. Vt enim breuiter explicem, bella ciuilia quæ ipse gessit, Mutinẽse, Philippense, Perusinum, Siculum, Acciacum. E quibus duo, hoc est primum ac nouissimum, aduersus Marcum Antonium: secundum, aduersus Brutum & Cassium: tertium, aduersus Lucium Antonium: quartum, aduersus Sextum Pompeium, Cnei Pompeij filium, quem confecit. Cæsar ad fidem conciliatæ gratiæ, qua Antonium receperat, filiam eius matrimonio sortitus est. Herodes cessante regno ac sacerdotio Iudæorum, nihil ad eam gentem pertinens, vtpotè Antipatri Ascalonitæ & matris Cypridis Arabicæ filius, à Romanis Iudæorum susceptum principatum, quem tenuit annos triginta sex. Qui ne ignobilis fortè & à Iudæorum semine argueretur extraneus, combussit libros omnes quibus nobilitas gentis Iudææ in templo seruabatur ascripta, vt deficientibus probamentis, & ipse ad hanc pertinere putaretur: insuper etiam vt suam sobolem regio illorum generi commiscerer, proiecta

E Dossidę fœmina Hierosolymitana, quam priuatus acceperat vxorem, & nato ex ea filio Antipatro sociauit sibi Mariannem filiam Alexandri, neptem Aristobuli fratris Hircani, qui ante eum rexerat Iudæorum gentem. Hæc quinque filios ei genuit: quorum duos, Alexandrum & Aristobulum, ipse peremit in Samaria. Nec mora, pòst etiam illorum matrem, qua nil charius nouerat, simili scelere peremit. E quibus Aristobulus Herodem ex Beronice susceperat filium: quem in Actibus apostolorum ab angelo percussum legimus. Antonius Artabanem Armeniæ regem proditione & dolo cepit. Quem argentea catena vinctum, ad confessionem thesaurorum regiorum coegit: expugnatóque oppido in quo conditos esse prodiderat, magnam vim auri argentique abstulit. Qua elatus pecunia, denunciauit bellum Cæsari, atque Octauiæ sororis Cæsaris vxoris suæ repudium indixit, & Cleopatram sibi ex Alexandria oc-

Anni Mundi.

Pomp. occiditur.

4655

Achillas insidiatur Cæsari.

4784

Cæsar occiditur.

Cæsares à Iulio.

4790

Augustus.

Hebdomadarum Danielis completio.

Antipater Iudæorum genealogias combussit.

Antonius Augusto bellum intulit.

A. M. cutere imperauit, atque vxorem duxit, ipse Actium vbi classem constituerat, profectus, cùm propè tertiam partem remigum fame absumptam offendisset, nihil motus, Remi, inquit, modò salui sint: nam remiges non deerunt, quoad Græcia homines habuerit. Ducentæ & triginta rostratæ fuere Cæsaris naues, & triginta sine rostris. Triremes velocitate Liburnicis pares, & octo legiones classi superpositæ absque cohortibus quinque prætoriis. Classis Antonij, cétum septuaginta nauium fuit, quantum numero cedés, tantum magnitudine præcellens: nam decem pedum altitudine à mari aberant. Bellum ab hora quinta vsque in horam septimam incerta vincendi spe protractum, grauissimæ vtrinque cædes actæ: reliquum diei cum subsequente nocte in victoriam Cæsaris declinauit. Prior regina Cleopatra cum sexaginta velocissimis nauibus fugit: Antonius mox fugientem vxorem subsecutus est. Ex victis duodecim millia cecidisse referuntur, sex millia vulnerata sunt, è quibus mille inter curandum defecerunt. Cæsar sextò imperator appellatus, & quartò ipse cum Marco Licinio Crasso consul Brundusium venit. Ibi orbis terrarum præsidia, diuisis legionibus composuit. Nouissimè cùm nauali prælio Antonius decertare pararet, subitò vniuersæ naues Antonianæ partis ad Cæsarem transierunt. Trepidus Antonius cum paucis se in regiam recepit. Deindè imminente Cæsare turbata ciuitate, idem Antonius sese ferro transuerberauit. Cleopatra postquam se reseruari ad triumphum intellexit, voluntariam mortem petens, serpentis, vt putatur, morsu, in sinistro tacta brachio, exanimis inuenta est: frustra Cæsare etiam Psyllos admouente, qui venena serpentum è vulneribus hominum haustu reuocare atque exugere solent.

Cleopatra veneno perit.

Cæsar Alexandria vrbe omnium longè opulentissima & maxima victor potitus est. Hactenus qui vocabantur Lagidæ ab Ptolemæo primo Lagi filio, in Ægypto regnauerunt annis ducentis nonaginta quinque. Cæsar victor ab Oriente veniens, octauo idus Ianuarias, Vrbem triplici triumpho ingressus est. Hoc die primùm Augustus consulatus est, atque ex eadem die summa rerum ac potestas penes vnum esse cœpit & mansit, quod Græci Monarchiam vocant. Porrò autem hunc esse eundem diem, hoc est octauum idus Ianuarij, quo nos Epiphaniam, hoc est apparitionem siue manifestationem dominici sacramenti obseruamus, nemo credentium siue etiam fidei contradicentium, nescit.

Monarchia.

Epiphania.

Per omnia igitur venturi Christi gratia præparatum Cæsaris imperium comprobatur. nam cùm primùm Caio Cæsare auunculo suo interfecto ex Apollonia redíes Vrbem ingrederetur, hora circiter tertia, repentè liquido ac puro sereno circulus ad speciem cœlestis arcus orbem solis ambiit, quasi eum vnum ac potissimum in hoc mundo solúmque clarissimum in orbe monstraret: cuius tempore venturus esset qui ipsum solem solus, mundúmque totum & fecisset & regeret. Deindè cum secundo in Sicilia receptis à Pompeio & Lepido legionibus, triginta millia seruorum dominis restituisset, & sex millia, quorum domini non extabant, in crucem egisset, ingentíque animo viginti millia militum exauctorauisset, atque quadraginta quatuor legiones solus imperio suo ad tutamen orbis terræ distribuisset, ouánsque Vrbem ingressus, omnia superiora populi Romani debita donanda literarum etiam monumentis abolitis censuisset, in diebus ipsis fons olei largissimus de taberna meritoria per totum diem fluxit. quo signo quid euidentius quàm sub principatu Cæsaris Romanóque imperio per totum diem, hoc est per omne Romani tempus imperij, Christum, atque ex eo Christianos, id est vnctum, atque ex eo vnctos, de meritoria taberna, hoc est de hospita largáque ecclesia, affluenter atque incessabiliter processuros? restituendósque per Cæsarē omnes seruos, qui tamen cognoscerent dominū suum: cæterósque qui sine domino inuenirētur, morti supplicióque dedendos? remittendáque sub Cæsare debita peccatorum in ea vrbe in qua spontaneum fluxisset oleum. Tertio autē cùm Vrbem triumphans quintò consul ingressus est, octauo scilicet idus Ianuarias, cum & Ianum post ducentos annos primùm ipse clausit, & clarissimum illud Augusti nomen adsumpsit. Quid fidelius ac verius credi potest, quàm occulto gestorum ordine ad obsequium præparationis eius prædestinatum fuisse qui eodem die quo ille manifestandus multò post paululum erat, & pacis signum præferret, & potestatis nomen adsumeret (itaque anno ab Vrbe condita, septingentesimo sexagesimotertio, clausis Iani portis, cùm Cæsar August. finito Cantabrico bello, pacatísque omnibus gentibus, ab oriente in occidentem, à septentrione ad meridiem, ac per totum Oceani circulum Vrbem ingressus, cum spectante eo ludos, pronunciatum esset in mimo, O dominum æquum & bonum: vniuersíque quasi de ipso dictum esset, approbauissent, & statim quidē manu vultúque indecoras adulationes repressit, & in sequenti die grauissimo corripuit edicto, dominúmque se posthac appellari, ne à liberis quidem, aut à nepotibus suis, vel serio vel ioco passus est.

August. votari dominus non vult.

SEXTA ÆTAS.

4832 *Anno Christi* 1. IGITVR eo tempore, anno scilicet Cæsaris Augusti quadragesimosecundo, à morte verò Cleopatræ & Antonij, quando & Ægyptus in prouinciā versa est, anno vicesimoseptimo, Olympiadis centesimæ nonagesimætertiæ, anno tertio: ab vrbe cōdita, declij. id est eo anno quo compressis cunctarum orbis terræ gentium motibus, firmissimam verissimámque pacem

A cem ordinatione Dei Cæsar composuit, IESVS CHRISTVS filius Dei, sextam mundi ætatem suo consecrauit aduentu. Anno imperij Augusti quadragesimo octauo, Herodes paratror scelerum, & interfector pro Christo innocentium paruulorum, morbo intercutis aque & scatentibus toto corpore vermibus, miserabiliter dignè moritur. Pro quo substitutus ab Augusto filius eius Archelaus, regnauit annos nouem, id est vsque ad ipsius Augusti finem. tunc enim non ferentibus vltra, sed accusantibus ferocitatem eius apud Augustum Iudæis, in Viennam vrbem Galliæ nobilissimam relegatur, & ad minuendam Iudaici regni potentiam insolentiámque domādam, quatuor fratres eius pro eo sunt tetrarchæ creati, Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus: quorum Philippus & Herodes, qui Antipas prius nuncupabatur, etiam viuente Archelao tetrarchæ fuerant ordinati. Natus igitur Christus, verus dominus totius generis humani, inter homines Romano censui statim adscriptus est, illa prima clarissimáque professione, qua Cæsar se omnium principem, Romanósque rerum dominos singillatim cunctorum hominum edita adscriptione signauit. Natus est autem octauo Cal. Ia-

B nuarij Christus, cum primùm incrementa omnia anni virentis incipiunt. Cæsar Caium nepotem suum ad ordinandas Ægypti Syriæ prouincias misit. Qui præteriens ab Ægypto, fines Palæstinæ apud Hierosolymam, in templo Dei tunc sancto & celebri adorare cōtempsit, sicut Suetonius Tranquillus refert. Quod Augustus vbi comperit, prauo vsus iudicio, prudenter fecisse laudauit.

Tiberius priuignus Augusti, hoc est Liuiæ vxoris eius filius, regnauit an. xxxiij. Hic per se 17
metipsum nulla bella gessit. Sanè quarto imperij eius anno, Germani Drusi filius, Caligulæ pater de Germanis, ad quos ab Aug. sene missus fuerat, triumphauit: ipse autem Tiberius plurima imperij parte, cum magna & graui modestia reipub. præfuit: adeo vt quibusdam præsidibus augenda prouinciis tributa suadentibus scripserit, Boni pastoris esse tondere pecus, non deglabrare. Huius anno xij. Pilatus Iudææ procurator ab eodem dirigitur. Herodes tetrarcha, qui Iudæorum principatum tenuit annis xxiiij. in honorem Tiberij & matris eius Liuiæ, Tiberiadem condidit & Liuiadem. Anno decimoquinto imperij Tiberij, Dominus post

C baptismum quod prædicauit Ioannes, mundo regnum cœlorum annunciat, peractis à mundi principio, secundum Hebræos, annis, vt etiam Eusebius in Chronicis suis signat, quatuor millibus, annotando quòd decimosexto anno Tiberij principium fuerit octuagesimi primi Iubilei secundum Hebræos: nostra autem supputatio vndeuiginti minus ponendos esse existimat. Iuxta verò Chronica eadem quæ ipse Eusebius de vtraque editione, vt sibi videbatur, composuit, anni supputantur quinque millia ducenti & viginti octo. Ioannes Baptista ab Herode in carcere positus pro veritate, capite truncatur. Anno decimooctauo imperij Tiberij, dominus sua passione mundum redemit, & prædicaturi per Iudææ regiones apostoli, Iacobum fratrem domini Hierosolymis ordinant episcopum: ordinant & septem diaconos, quorum vno lapidato à Iudæis Stephano, ecclesia per regiones Iudææ & Samariæ dispergitur. Pilatus præses Palestinæ prouinciæ ad Tiberium imperatorem, atque ad senatum retulit de passione ac resurrectione Christi, consequentibus virtutibus quæ vel ipsum palam factæ fuerant, vel per discipulos ipsius in nomine eius fiebant, & de eo quòd certatim crescente plu-

D rimorum fide Deus crederetur. Tiberius cum suffragio magni fauoris retulit ad senatum, vt Christus Deus haberetur. Senatus indignatione motus, cur non sibi secundum morem delatum esset, vt de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusauit: edictóque constituit exterminandos esse Vrbe Christianos, præcipuè cum & Seianus præfectus Tiberij suscipiendæ religioni obstinatissimè contradiceret. Tiberius tamen edicto accusatoribus Christianorū mortem comminatus est. Itaque paulatim immutata est illa Tiberij Cæsaris laudatissima modestia, in pœnam contradictoris senatus. Nam plurimos senatorum proscripsit, & ad mortem coegit. Viginti sibi patritios viros consilij causa selegerat: horum vix duos incolumes reliquit. Cæteros diuersis causis necauit. Seianum præfectum suum res nouas molientē, interfecit: filios suos Drusum & Germanicum, quorum Drusus naturalis, Germanicus adoptiuus erat, manifestis veneni signis perdidit: filios Germanici filij sui interfecit.

E Agrippa cognomento Herodes, filius Aristobuli filij Herodis regis, accusator Herodis tetrarchę Romam profectus, à Tiberio in vincula coniicitur, vbi primos sibi adsciuit ad amicitiam, & maximè Germanici filium Caium.

Caius cognomento Caligula, regnauit annos tres, menses decē, dies octo: homo omnium 40
ante se flagitiosissimus, & qui verè dignus Romanis blasphemantibus, & Iudæis persecutoribus, punitor adhibitus videretur.

Hic exclamasse fertur, Vtinam populus Romanus vnam ceruicem haberet. Iudæi apud Alexandriam seditione excitata, profligati cæde atque vrbe pulsi, expromendarum querelarum causa, Philonem quendam, virum sanè imprimis eruditum, legatum ad Cæsarem mittunt: sed Caligula Iudæis infestissimus, spreta legatione Philonis, omnes Iudæorum sacras ædes, atque antiquum illud Hierosolymis sacrarium profanari sacrificiis gentilium, ac reple-

Anni Christi.

Herodes vermibus consumitur.

Christus ciuis Rom. Oros. lib. 7.

Tiberius.

Pilatus.

Io. Baptista decollatus.

Pilatus de christo ad Tiberium scripsit.

Tiberius fauet christianis. Agrippa.

Caligula.

Philo Romam mittitur.

Anni christi.

ri statuis simulachrisque imperauit. Et statua Iouis posita, se ibi vt Deum coli præcepit. Hic F
Herodem Agrippam amicum suum vinculis liberatum, regem Iudææ fecit: qui mansit in regno annos septem, id est vsque ad quartum Claudij annum. Quo ab angelo percusso, successit in regnum filius eius Agrippa: qui vsque ad exterminium Iudæorum, xxvj. annis perseuerauit. Herodes tetrarcha & ipse Caij amicitiam petens, cogente Herodiade, Romam venit: sed accusatus ab Agrippa, etiam Tetrarchiam perdidit: relegatúsque exilio, apud Viennam Galliarum vrbem post mortem Caij, inde in Hispaniam cum Herodiade fugiens, mœrore periit. Pilatus qui sententiam damnationis in Christum dixerat, & ipse perpetuo exilio Viennæ recluditur: tantísque ibi irrogante Caio languoribus coarctatus est, vt sua se transuerberans manu malorum compendium mortis celeritate quæsierit. Matthæus euangelium in Iudæa prædicás, Hebraicis literis scripsit. Caius Caligula à suis protectoribus occisus est. Duo libelli *in secretis eius* reperti, quorũ alteri pugio, alteri gladius pro signo nominis adscriptus erat, lectissimorum virorum nomina & notas morti destinatorum continentes: inuentaque ibi est archa ingens, variorum venenorum, quibus mox Claudio Cæsare iubente demersis G
infecta maria traduntur, non sine magno piscium exitio.

Pilatus exulat.

Matthæus scribit Euãg.

Claudius.

45 Claudius regnauit annis xiiij. Exordio regni eius Petrus ad superandum Simonem magum, cum prius Antiochenam fundasset ecclesiam, Romam venit, & salutarem cunctis credentibus fidem fideli verbo docuit, potentissimísque virtutibus approbauit. Ibíque xxv. annis cathedrã tenuit episcopalem, id est vsque ad vltimũ Neronis annum. Marcus euangelista euangeliũ quod Romæ scripserat, Petro mittẽte, primùm Aquileiæ prædicauit. Ibíque ordinato Hermagora discipulo suo, ad Ægyptum peruenit: constitutísque atque cõfirmatis ecclesiis per Libyam, Marmaricam, Ammoniacam, Pentapolin, Alexãdriam, atque Ægyptũ vniuersam, ad vltimum tempus à paganis Alexandriæ martyrium suum compleuit. Furius Camillus Scribonianus Dalmatæi legatus, bellum ciuile molitus, legiones multas fortissimásque ad sacramenti mutationem pellexerat. Itaque die dato vt in vnum vndique ad nouum imperatorem conueniretur, neque aquilæ ordinari, neque cõuelli quoquomodo signa mouerive potuerunt: exercitus tanti & minus vsitati miraculi fide motus, & conuersus in pœnitentiam, H
Scribonianum quinta statim die destitutum interfecit, seséque in sacramento prioris militiæ continuit. Quod sine dubio propter aduentum apostoli Petri, & tenera Christianorum germina, hoc ciuile bellum diuinitus est compressum. Tiberius Claudius Britanniam adiens, quæ excitata in tumultum esse videbatur, quam neque ante Iulium Cæsarẽ, neque post eum quisquã attingere ausus fuerat, sine vllo prælio ac sanguine intra pauciss imos dies plurimam insulæ partem in deditionem recepit. Orcadas etiam insulas Romano adiecit imperio, ac sexto quàm profectus erat mense, Romam rediit. Eo anno, quarto videlicet imperij eius, fames grauissima per Syriam, cuius Lucas etiam meminit, facta est. Sed Christianorum necessitatibus, apud Hierosolymam, conuectis ab Ægypto frumentis, Helena Agabenorum regina conuersa ad fidem Christi, largissimè ministrauit. Quinto eius imperij anno, inter Thetam & Therasiam, insula de profundo emicuit, triginta stadiorum spatio extenta. Septimo imperij eius anno sub procuratore Iudææ Cumano in Hierosolymis tanta seditio in diebus azymorum exorta est, vt in portarum exitu populo coarctato, triginta millia Iudæorum ca- I
de prostrata, & compressione suffocata referantur. Claudius nono anno imperij sui, Iudæos tumultuantes Roma expulit. Suetonius hoc modo inde refert, Claudius Iudæos, impulsore Christo, assiduè tumultuantes, Roma expulit. De eadem expulsione Lucas in Actibus apostolorum refert. Veruntamen sequenti anno tanta fames Romæ fuit, vt medio foro imperator correptus à populo, conuiciis & fragminibus panis turpissimè infestatus, ægrè per Pteudotyrum in palatium refugerit. Claudius manifestis venenis est mortuus.

Helena reg. populo frumenta distribuit.

Insula enata.

Claudius veneno occidit.

59 Nero annos tredecim, menses septem, dies vigintiocto. Caij Caligulæ auunculi sui erga omnia vitia ac scelera sectator, immò transgressor. Hic primus post omnia attentata facinora Romæ Christianos suppliciis & mortibus affecit, ac per omnes prouincias pari persecutione excruciari imperauit. Huius secũdo anno, Festus Iudææ procurator successit Felici. A quo Paulus Romam vinctus mittitur, & biennium in libera manens custodia, post hæc ad prædicandum dimittitur; necdum Nerone in tantam persecutionem Christianorum erumpente, K
quantam de eo narrant historiæ. Quo tempore creditur Paulus ad Hispanias peruenisse, & Arelatæ Trophymum, Viennæ Crescentem discipulos suos ad prædicandum reliquisse, Iacobus frater domini, cum triginta ann. Hierosolymorum rexisset ecclesiã, vij. Neronis ann. perimitur à Iudæis, vindicantibus in illo, quòd Paulum interficere nequiuerant. Festo in magistratu Iudæorum succedit Albinus, Albino Florus: cuius luxuriam & auaritiam cæteráque flagitia nõ ferentes Iudæi, contra Romanos rebellauerunt, aduersum quos Vespasianus magister militiæ transmissus, plurimas Iudææ vrbes cepit, Titum filium suum maiorem inter legatos habens. Nero in re militari nihil omninò ausus, Britanniam penè amisit, ipsúmque nomen Christianum extirpare conatus, beatis. Christi apostolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit. Mox aceruatim miseram eius vitã obortæ vndique oppressere clades. Hac tempestate

Neronis prima persecutio.

Iacobus frater domini.

Petri & Pauli martyrium

Anni christi.

A pestate Pertius poeta oritur. Lucanus quoque ac Seneca præceptor Neronis interficiuntur. Nero postquam Galbam in Hispania imperatorem creatum ab exercitu cognouit, totus animo ac spe concidit: postmodum cum incredibilia mala subruenti resp. moliretur, hostis à senatu pronunciatus, ignominiosissimè fugiens ad quartum ab Vrbe lapidem, sese ipse interfecit, atque in eo Cæsarum omnis familia consumpta est.

Nero.

Mortuo Nerone Galba Comam venit, Pisonémque sibi nobile in dustriúmque iuuenem in filium atque in regnum adoptauit: septimóque mense imperij sui ab Othone iugulatus est.

Otho.

Otho mox vt creatum imperatorem in Gallias per Germanicas legiones Vitellium comperit, bellum ciuile molitus, tribus primùm leuibus præliis, hoc est, vno apud Alpes, altero circa Placentiam, tertio circa locum quem Castores vocant, contra Vitellianos duces congressus victor extitit: quarto autem apud Vetria cum prælio animaduertens suos vinci, mense tertio quàm imperator ceperat, sese interfecit.

Vitellius.

Vitellius victor Romam venit, vbi cùm multa crudeliter ac nequiter ageret, postquam
B de Vespasiano comperit, primùm deponere molitus imperium, post à quibusdam animatus Sabino Vespasiani fratre occiso, succensóque templo, & mixta simul flamma ruinaque, omnes in vnum pariter interitum ac tumulum dedit. Post deficiente in Vespasiani nomen exercitu suo, cùm iam destitutus trepidus se in quandam proximam palatio cellulam contrusisset, turpissimè inde protractus, in forum deductus, octauo quàm regnum præsumpserat mense, apud Gemmonias scalas minutissimorum ictuum crebris compunctionibus excarnificatus, atque inde vnco tractus, in Tyberim mersus, etiam communi caruit sepultura.

Vespasianus.

Vespasianus itaque cum Iudæos multis eorum oppidis captis, in vrbe Hierosolymorum præcipuè ob diem festum congregatos, obsidione clausisset, cognita Neronis morte, hortatu plurimorum regum & ducum, imperium adeptus: relicto in castris ad procurationẽ obsidionis Hierosolymorum Tito filio, cognita etiã interfectione Vitellij, paulisper Alexandriæ subsistit. Titus verò magna ac diuturna obsidione Iudæos premens, machinis cunctísque bellicis
C molitus non sine multo suorum sanguine, tandem muros ciuitatis irrupit. Sed ad expugnandam interiorem templi munitionem, quã recluſa multitudo sacerdotum ac principum tuebatur, maiore & vi & mora opus fuit. Itaque Titus imperator ab exercitu pronunciatus, templũ Hierosolymis incendit ac diruit: quod à die conditionis primæ vsque ad diem euersionis vltimæ manserat ann. mille lxxxix. vel sicut à pluribus colligitur, mille cij. Muros vrbis vniuersos solo adæquauit. Sexcenta milia Iudæorum eo bello interfecta Cornelius & Suetonius referunt. Iosephus verò Iudæus, qui ei tunc bello præfuit, & apud Vespasianum propter prædictum imperium veniam gratiámque meruerat, scribit vndecies centena milia gladio & fame periisse: sed & præter hos centum milia publicè venumdata, totóque orbe dispersa.

Templi Hierosoly. duratio.

Captiuitas Iudaica.

Consummatum est hoc bellum annis quatuor: duobus quidem Nerone viuente, & duobus aliis postea. Vespasianus inter alia magnorum operum in priuata adhuc vita, in Germaniam, ac deinde in Britanniam à Claudio missus, tricies & bis cum hoste conflixit. Duas validissimas gentes, viginti oppida, insulam Vectam Britanniæ proximam, Romano adiecit imperio. Colossus erigitur Romæ, habens altitudinis pedes centum & nouem. Vespasianus in
D villa propria circa Sabinos, nono anno principatus sui, profluuio ventris est mortuus. 82

Colossus Romæ erigitur.

Titus.

Titus, annos ij. menses ij. Vir omnium virtutum genere mirabilis, adeo vt amor & delitiæ humani generis diceretur. Hic amphitheatrum Romæ ædificat, & in dedicatione eius quinque milia ferarum occidit. Iste tantum facundus extitit, vt causas Latino ageret poemate, & tragœdias Græcè componeret. Tantum autem bellicosus, vt in expugnatione Hierosolymorum sub patre militans, quadraginta vnum propugnatores, xij. sagittarum confoderit ictibus. Porro in imperio tantæ bonitatis fuit, vt nullum omnino puniret, sed conuictos aduersum se coniurationis, dimitteret, atque in eadem familiaritate qua antè habuerat, retineret. Huius etiam inter omnia fuit illud celebre dictum, Perdidisse diem, in qua nihil boni fecerit. Hic cum ingenti omnium luctu in eadem villa qua pater eius, morbo absumptus est.

Titi clementia & benignitas.

84 Domitianus frater Titi iunior, annos xv. menses quinque. Is in tantam superbiam prolapsus est, vt Deum sese ac dominum vocari, scribi, colíque iusserit. Secundúsque post Nero-
E nem Christianos persequitur. Confirmatissimã toto orbe ecclesiam Christi, datis vbique crudelissimæ persecutionis edictis, conuellere conatur: sub quo apostolus Ioannes in Patmum Insulam relegatus est: & Flauia Domicilla Flauij Clementis consulis ex sorore eius neptis, in insulam Pontianam ob fidei testimonium exulat. Fertur autem idem ipse beatũ Ioannem in feruentis olei dolium misisse. Ex quo tam immunis exiit à pœnis, quàm à corruptione carnis manserat semper immunis. Domitianus Iudæos quoque acerbitate tormentorum genúsque Dauid interfici præcepit, quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid qui regnum posset adipisci. Hic crudeliter in palatio à suis interfectus est: cuius cadauer populari sandapila per vespiliones exportatum, atque ignominiosè sepultum est.

Domitianus Christianos afflixit.

D. Ioannes Ephes. in oleũ & exilium mittitur.

Nerua admodum senex à Petronio præfecto & Parthenio spadone Domitiani interfecto- 99
re imperator creatus, annum vnum, menses quatuor, dies octo: qui Traianum in regnum

Nerua.

Io. Euang. redit ab exilio.

Anni Christi.

adoptauit. Hic primo edicto suo, cũctos exules reuocauit, quos Domitianus relegauerat: Vnde & Ioãnes apostolus hac generali indulgentia liberatus, Ephesum rediit: & quia cõcussam se absente per hæreticos vidit ecclesiæ fidem, confestim hanc descripta euangelio suo verbi Dei æternitate stabiliuit. Nerua emenso plus minus anno imperij sui confectus morbo diem obiit.

Traianus. 101

Traianus genere Hispanus, regni gubernacula Nerua tradente suscepit, annos nouemdecim, menses vj. dies xv. Hic apud Agrippinam Galliæ vrbem insignia suscepit imperij. Mox Germaniã trans Rhenum, *in* pristinum statum reduxit: trans Danubium multas gentes subegit: regiones trans Euphratem & Tygrim sitas, prouincias fecit: Seleuciam & Ctesiphontem ac Babyloniam occupauit, atque vsque Indiæ fines post Alexandrũ accessit. Huius quarto anno Clemẽs discipulus Petri apostoli, Romanę ecclesiæ episcopus martyrio coronatur, & Flauia Domicilla pro Christo cum aliis plurimis in insulam Pontiam exilio deportata. Ioannes apostolus, sexagesimooctauo anno post passionem Christi, ætatis autem suæ, xcviij. Ephesi placida morte quieuit. Traiano aduersum Christianos persecutionem mouente, Simeon qui & Simon, filius Cleophæ, Hierosolymorum episcopus crucifigitur: & Ignatius Antiochiæ episcopus Romam perductus, bestiis traditur. Alexander quoque Romanæ ecclesiæ episcopus martyrio coronatur, & septimo ab Vrbe milliario, via Numentana, vbi decollatus est, sepelitur. Sub quo etiam imperatore gloriosissimus senex Zacharias Viennensis ecclesiæ episcopus, martyrio coronatur. Nam primus Crescens discipulus apostolorum Viennæ aliquot annos resedit: quo ad Galatiam reuerso, tertius Martinus episcopus & discipulus apostolorum Viennæ resedit. Sed postmodum Plinij Secundi oratoris & historici, qui inter cæteros iudices persecutor dictus erat, relatu admonitus, eos homines præter confessionem Christi, honesta conuenticula, nihil contrarium Romanis legibus facere, fiducia sanè innocentis confessionis, nemini mortem grauem ac formidolosam videri, rescriptis illicò lenioribus temperauit edictum. Romæ aurea domus à Nerone condita repentino conflagrauit incendio. Pantheum Romæ, quod Domitianus fecerat, fulmine concrematum est. Terræmotus Antiochiam ciuitatem penè totam subruit, & alias per orbis partes ciuitates, incredibile dictu. Sub vno tempore Iudæi quasi rabie efferati per diuersas terrarum partes exarserunt, belláque atrocissima gesserunt donec digna cæde iussu imperatoris sternerentur. Traianus, vt quidam ferunt, apud Seleuciam Isauriæ vrbem, profluuio ventris extinctus est. Verus Viennensis episcopus, qui vnus fuit de discipulis & auditoribus apostolorum, Traiani temporibus, doctrina & confessione fidei floruit. Illis temporibus apud Pontum Synopis ciuitatis episcopus Focas gloriosissimè martyrium duxit: cuius sacratissimæ reliquiæ translatæ sunt in Galliam in ciuitatem Viennam, ibíque in ecclesia sanctorum Apostolorum repositæ.

Clemens Romæ patitur. Domicilla.

Zacharias Viennensis.

Crescens. Martinus.

Plinius pro Christianis intercedit.

Iudæi grassantur.

Verus Viennes.

Focas episcopus.

Hadrianus 120

Christianis patrocinatur.

Hadrianus consobrinæ Traiani filius, xx. & i. annos imperauit. Hic per Quadratum discipulum apostolorum & Aristidem Athenienſem virum, fide sapientiáque plenum, & per Serenum Grauium legatũ, libris de Christiana religione compositis, instructus atque eruditus præcepit per epistolam ad Minutium Fundanium procõsulem Asiæ datam, vt nemini liceret Christianos sine obiectu criminis aut probatione damnare. Hadrianus iustissimis legibus rempublicam ordinauit: idémque pater patriæ in senatu vltra morem maiorum appellatus est, & vxor eius Augusta. Idem eruditissimus in vtraque lingua, bibliothecam Athenis miri operis extruxit. Iudæos rebellantes, & Palæstinam prouinciam quõdam suam depopulantes vltima cæde perdomuit: vltúsque est Christianos quos illi Cocheba duce, quòd sibi aduersum Romanos non assentarentur, excruciabant. Præcepítque ne cui Iudæorum introeundi Hierosolymam esset licentia, Christianis tantùm ciuitate permissa, quam ipse in optimum statum murorum extructione reparauit, & Æliam vocari de prænomine suo præcepit. Primus ex gentibus Hierosolymæ Marcus episcopus constituitur, cessantibus his qui fuerant ex Iudæis, numero xv. & præfuerant à passione Domini per annos ferè C. & vi i. Per idem tempus Aquila Ponticus interpres secundus, post Septuaginta oritur, & Basilides hæresiarchus agnoscitur. Hoc itidem tempore & Iustus Viennensis ecclesiæ episcopus, illustrissimus in confessione extitit. Quadratus quoque, cuius supra meminimus, Publio Athenarum episcopo apostolorum discipulo, ob Christum martyrio coronato, in locum eius substituitur, & ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregat.

Bibliotheca.

cocheba.

Ælia.

Aquila. Ponticus. Basilides. Iustus Viennensis. Quadratus.

Antoninus 141

Pius.

Antoninus, cognomento Pius, imperator creatus, annis xx. & non plenis tribus rempublicam gubernauit cum filiis suis Aurelio & Lucio, menses iij. qui in omni regno Romano cautionibus incensis cunctorũ debita relaxauit. Adeóque tranquillè vixit, vt meritò Pius & pater patriæ sit appellatus. Iustinus philosophus librũ de religione Christiana compositũ Antonino tradidit, benignũque eum erga Christianos homines fecit: qui non lõgè post suscitata persecutione, prodente Crescẽte Cynico, pro Christo sanguinẽ fudit. Valentinianus & Marcion hæresiarchæ produntur: atque Galenus medicus Pergamo genitus, Romæ clarus habetur. Pius episcopus Romę habetur, sub quo Hermes librũ scripsit, qui Pastoris dicitur, in quo

Iustus Viennensis. Iustinus Martyr. Valentinianus. Marcion. Galenus. Hermes Pastorius.

præceptum

A præceptum continet angeli, vt pascha semper die dominico celebretur. Polycarpus auditor beati Ioannis, Romam veniens multos ab hæretica labe castigauit, qui Valentini & Cerdonis fuerant nuper doctrina corrupti. Viennensium episcopus Iustus adhuc clarus habetur: Lugdunensium Photinus. Antonius ad duodecimum ab Vrbe lapidem morbo correptus, interiit, Anicetus Romæ episcopus.

Anni Christi. *Polycarpus. Photinus. Anicetus.*

Marcus Antonius Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo Antonino, annis xix. mense vno, imperium tenuit. Ii primi rempublicam æquo iure tutati sunt, cum vsque ad hoc tempus singuli Augusti fuerint. Bellum deindè cõtra Parthos admirabili virtute & felicitate gesserunt. In diebus Parthici belli persecutiones Christianorum quarta iam post Neronem vice, in Asia & in Gallia graues extirerunt. Polycarpus & Pionius fecere martyrium in Asia: in Galliis quoque plurimi glorioſè pro Christo sanguinem fuderunt: Iustus Viennensis episcopus, lõgo tempore exilio maceratus, martyr gloriosus efficitur. Tunc Photinus venerabilis senex, tempore interposito cum quadraginta & octo ex Lugdunensi & Viennensi vrbe martyrium suum impleuit. Nec multo pòst, vindex scelerum lues multas latè prouincias, Italiam maximè, Romámque vastauit. Seuerinus, Exuperius & Felicianus paruo tempore antè apud Viennam martyrio coronati. Commodus dum cũ fratre in vehiculo sedet, casu morbi quem apoplexiam Græci vocant, suffocatus interiit. Eo defuncto Marcus Antoninus solus, aliquantulum reipub. præfuit: post Commodum filium suum assumpsit in regnum. Antonino imperatori Melito Asianus Sardicensis episcopus, apologeticum pro Christianis tradidit. Lucius Britannorum rex, missa ad Eleutherium Romæ episcopum, epistola, vt Christianus efficeretur petiit. Apollinaris Appianus Hieropoli, & Dionysius Corinthi, clari habentur episcopi. Montanus Aprorũ, & Tatianus, à quo Encratitę hæresiarchæ exorti sunt. Antoninus præteriti temporis per omnes prouincias tributa donauit: omniáque simul fiscalium negotiorum calumniosa monimenta congesta, in foro iussit incendi, seuerióque leges nouis constitutionibus temperauit. Post Marcomannicum bellum, in quo gentes barbaræ, Vvandali, Sarmatæ, omníque penè Germania exercitum Romanum circuncinxerat, quando ad inuocationem nominis Christi, quam subitò magna fidei constantia quidam milites effusi in preces, tantam vim pluuiæ impetrauerunt, vt Romanos largissimè ac sine iniuria refecerit: barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, in fugam coegerit, sicut ídem Antoninus imperator in litteris suis fatetur, ob inuocationem nominis Christiani per milites Christianos, & sitim quæ ex penuria aquarum in castris Romanorum erat, depulsam, & collatam sibi fuisse victoriam. Antoninus in Pannonia constitutus repentino morbo diem obiit. Theophilus sextus Antiochenæ ecclesiæ floruit, & Pinitus Cretensis Gnosiæ vrbis episcopus. Tatianus hæresiarcha Encratitarũ: qui quandiu à Iustini martyris latere nõ discessit, floruit in ecclesia. Huius errorẽ Seuerianus auxit, à quo Seueriani.

Antonius Verus. 163

Pionius.

Pestilentia. Seuerinus. Exuperius. Felicianus.

Melito.

Angeli fiunt christiani. Apollinaris. Dionysius. Corinthius. Montanus. Tatianus.

Grando mixta fulminibus impetrata precibus.

Seueriani.

Lucius Antoninus Commodus post mortem patris regnauit annos xiij. Hic aduersum Germanos bellum feliciter gessit: cæterùm per omnia luxuriæ & obscœnitatis dedecore deprauatus, gladiatoriis armis sæpissimè in ludo depugnauit, & in Amphitheatrò feris sese frequenter obiecit: interfecit etiam plurimos senatores, maximè quos aduertit nobilitate industriáque excellere. Capitolium vrbis fulmine ictum, ex quo facta inflammatio, bibliothecam maiorum cura studióque compositam, ædésque alias iuxta sitas rapaci turbine conceremauit. Irenæus episcopus Lugdunensis habetur. Dionysius quoque discipulorum Christi auditor, Viennensem tunc ecclesiam regebat. Theodosion Ephesius interpres tertius, apparuit. Commodus imperator Colossi capite sublato, suæ imaginis caput eiiussit imponi. Cunctis itaque incommodus in Vestalia domo strangulatus, interiisse fertur.

Ant. commodus. 181

Irenæus. Dionysius. Theodosion.

Ælius Pertinax senex, imperator à senatu creatus, sex mensibus regnauit. Hic Iuliani iurisperiti scelere in palatio occisus est, mense sexto postquam imperare cœperat: quem Seuerus etiam apud pontem Miluium bello ciuili victum interfecit. Victor decimusterrius Romæ episcopus, datis latè libellis constituit pascha die dominico celebrari. Sicut & condecessor eius Eleuther, à decimaquarta luna primi mensis vsque in vicesimamprimam: cuius decretis fauens Theophilus Cæsareæ Palæstinæ episcopus, scripsit aduersum eos qui decimaquarta luna cum Iudæis pascha celebrabant, cum cæteris qui in eodem concilio resederant episcopis, synodicam & valdè vtilem epistolam. Ælius Pertinax supplicanti senatui vt vxorem augustam & filiam Cæsarem faceret, renuens ait, Sufficere sibi debere quòd ipse imperaret inuitus. Huius Ælij atque Iuliani Seueri quoque imperatorum temporibus, Dionysius, sicut diximus, Viennensis episcopus eruditissimus floruit. Apollonius disertissimus vir, scribit aduersus Montanum, Priscam, & Maximillam: & differit, Mõtanum & insanas vates eius periisse suspendio. Serapiõ Antiochiæ episcopus floruit, & Apollonius senator martyr efficitur.

Pertinax imperat inuitus. 194

Apollonius.

Montanus cum suis vatibus periit suspendio.

Seuerus Pertinax genere Afer Tripolitanus ab oppido Lepti, qui se ex nomine imperatoris quem occisum vltus fuerat, Pertinacem appellari voluit, regnauit annis xvij. Hic natura sæuus, multis sæpè bellis lacessitus, fortissimè quidem rempublicam, sed laboriosissimè rexit: Pisceunium Nigrum, qui in Ægypto & Syria ad tyrannidem aspirauerat, apud

Seuerus. 195

Anni christi.

Quinta persecutio. Leonides pater Origenis. Clemens Alexand. Paracodes.

Cyzicum vicit, & interfecit. Iudæos & Samaritas rebellare conantes ferro coercuit. Parthos, Arabas, Adiabenósque superauit. Quinta hortante à Nerone persecutione Christianos excruciauit, plurimique sanctorum per diuersas prouincias martyrio coronati. Inter quos & Leonides pater Origenis, & Clemens Alexandrinæ ecclesiæ, coronati sunt. Tunc temporis & Irenæus Lugdunensis cum maxima multitudine martyrium suum perfecit. Et Paracodes Viennensis episcopus clarus in fidei doctrina, clarus in confessione persistens, mansit in episcopatu vsque ad Maximini tempora: cuius tempore Zacharias Lugdunensis episcopus floruit. Claudio Albino qui se in Galliis Cæsarem fecerat, Lugduni interfecto, Seuerus in Britannias bellum transfert, vbi magnis grauibúsque præliis sæpè gestis receptam partem insulæ à cæteris indomitis gentibus vallo distinguendam putauit. Itaque magnam fossam firmissimúmque vallum crebris insuper turribus communitum per cxxxij. millia passuum à mari ad mare duxit. Ibíque apud Eboracum oppidum morbo obiit. Reliquit duos filios, Basilianum & Getam, quorum Geta hostis publicus interiit: Basilianus Antonini cognomine assumpto, regno potitus est. Perpetua & Felicitas apud Carthaginem Africæ in castris bestiis deputatæ prò Christo nonis Martiis. Symmachus interpres quartus agnoscitur. Origenes Alexandriis studiis eruditur. Victor xiij. Romanam ecclesiam rexit. Panthenus Stoicæ sectæ philosophus, qui primùm in Indiam à Demetrio Alexandriæ episcopo ad docendum missus fuerat, viua voce & exemplo ecclesiam Christi instruit. G

Symmachus. Panthenus.

Ant. Bassianus. 212

Aurelius Antoninus Bassianus idémque Caracalla, principatum adeptus mãsit in eo annis non plenè septem, patre Seuero asperior, omnibus autem hominibus libidine intemperantior, qui etiã nouercam suam Iuliã vxorem duxit. Hierico quinta editio diuinarum scripturarum inuenta est, cuius auctor non apparet. Alexander episcopus Cappadociæ cum desiderio sanctorum locorum Hierosolymã veniret, viuente adhuc Narcisso episcopo persenilis ætatis domino per reuelationem idipsum monente, in loco Narcissi episcopus constituitur. Tertullianus Afer Centurionis proconsularis filius, omnium ecclesiarum sermone celebratur. Aurelius Antoninus contra Parthos bellum molliens, inter Edessam & Carras ab hostibus circumuentus occiditur. H

Quinta editio scripturarum inuenitur. Tertullianus.

Macrinus. 219

Macrinus præfectus prætorij cum filio Diadumeno inuasit imperium: emensóque anno apud Archelaidem militari tumultu occisus est. Tertullianus, cuius supra meminimus, presbyter, vsque ad mediam ætatem ecclesiæ inuidia postea & contumeliis clericorum Romanæ ecclesiæ ad Montani dogma delabitur, atque aduersus ecclesiam texit volumina.

Aurelius. Heliogab. & Nicopolis. Emaus. 220

Marcus Aurelius Antoninus imperium adeptus, tenuit annis quatuor. Hic sacerdos Heliogabali templi, nullam sui nisi stuprorum, flagitiorum, totiúsque obscœnitatis infamem fatis memoriam reliquit. Tumultu militari exorto Romæ cum matre interfectus est. In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emaus vocabatur, vrbs condita est. Hæc est Emaus quam dominus post resurrectionem suam suo ingressu sanctificare dignatus est, legationis industriam pro ea suscipiente Iulio Africano scriptore temporum. Sexta editio inuenta est Nicopoli. Sabellius hæresiarches oritur. Hippolytus episcopus multorum conditor opusculorum, temporum canonem conscripsit, & hucusque perduxit.

Editio sexta. Sabellius. Hippolytus.

Alex. Seuerus 224

Aurelius Alexander, senatus ac militum voluntate imperator creatus, xiij. annis digno æquitatis præconio præfuit. Cuius mater Mammæa Christiana Origenem presbyterum audire curauit, cúmque Antiochia accitum summo honore habuit. Hic expeditione in Persas facta, Xerxem regem eorum victor oppressit. Sed militari tumultu apud Moguntiacum interfectus est. Vrbanus Romæ episcopus multos nobilium ad fidem Christi & martyrium perduxit. Tunc temporis Cæcilia virgo & Valerianus, Tiburtius atque Maximus martyrium compleuerunt. I

Mammæa.

Cæcilia. Valerianus. Tiburtius. Maximinus. 234

Maximinus nulla senatus voluntate, imperator ab exercitu, postquam bellum in Germania prosperè gesserat, creatus, tres annos habuit. Hic aduersum ecclesiarum sacerdotes & clericos persecutionem exercet, maximè propter Christianam Alexandri cui successerat, & Mammææ matris eius familiam. Hunc Pupienus Aquileiæ interfecit. Pontianus & Anteros Romanæ vrbis episcopi, martyrio coronati, ac in cœmiterio Calixti sepulti.

Gordianus. 241

Iul. Africanus.

Gordianus imperator creatus, mansit in eo annis vj. Nam Pupienus interfector Maximini, & frater eius Albinus qui vsurpauerant imperium, mox in palatio sunt interfecti. Iulius Africanus inter scriptores ecclesiasticos nobilis habetur. Qui in Chronicis suis refert se Alexandriam venisse, Heracleæ opinione celeberrima prouocatum, quem & in diuinis, & in philosophicis studiis, atque omni Græcorum doctrina instructissimum fama loqueretur. Origenes in Cæsarea Palæstinæ Theodorum cognomẽto Gregorium & Athenodorum adolescentulos fratres, Ponti postea nobilissimos episcopos diuina philosophia imbuit. Fabianus testimonio spiritus sancti in specie columbæ super caput eius descendentis, Romæ episcopus ordinatur: licet quidam hoc verius de Zepherino affirment. Florentinus quoque episcopus Viennensis, vita & doctrina emicuit: mãsit ad Galieni & Volusiani imperiũ: exiliatúsque martyrium compleuit. Gordianus admodum puer in orientem ad bellum Parthicum profectus, K

Fabianus à spiritu sancto ordinatus.

Florentius Viennens.

suorum

Anni Christi.

Philippus Cæsar primò Christianus.

A suorum fraude, haud longè à Circeso super Euphratem interfectus est.

Philippus Philippum filium suum consortem regni faciens, mãsit in eo annis vij. Hic primus imperatorum omnium Christianus fuit. Ac post tertium imperij eius annum, millesimus à conditione Romæ annus expletus est. Itaque magnificis ludis augustissimus omnium præteritorum hic natalis annus à Christiano celebratus est imperatore. Origenes aduersus quendam Celsum Epicureum philosophum qui contra nos libros scripserat, octo voluminibus respondit: qui vt breuiter dicam, tantum scribendi sedulus fuit, vt Hieronymus quodam loco, quinque millia librorum eius se legisse meminerit. Philippus pater & filius, quamuis diuersis locis, ambo tamen tumultu militari & Decii fraude interfecti sunt.

Celsus philosophus Epicureus.

Decius. 254

Decius ciuilis belli incentor, anno vno, mensibus tribus. Hic cum Philippos patrem & filium interfecisset, ob eorum odium ad persequendos interficiendósque Christianos feralia dispersit edicta. Idémque filium suum Cæsarem legit, cum quo simul continuò in medio barbarorum sinu interfectus est. Persecutione Decij, Fabianus in vrbe Roma martyrio coro-
B natus est, sedémque sui episcopatus Cornelio dereliquit: ipsóque martyrio coronato Lucius pontificatum tenuit. Huic Stephanus successit: quo per martyrium transeunte, Xystus lo cum eius impleuit, idémque per cõfessionem fidei, martyrii palmam sumpsit. Cyprianus clarissimum lumen doctorum episcopus Carthaginis clarus habetur. Tunc temporis & Laurentius archidiaconus, & alii plures martyrii gloriam exornauerunt.

Cyprianus. Laurentius.

Gallus & Volusianus. 255

Gallus Hostilianus cum filio Volusiano, duos annos & quatuor menses regnum obtinuit. Quo tempore pestilentia ingens per omnes penè prouincias Romani imperii extenditur, ob vltionem sine dubio violati nominis Christiani. Nouatianus Cypriani episcopi presbyter, Romam veniens nouam hæresin condidit. Origenes lxx. ætatis anno non ad integrum impleto, defunctus, in vrbe Tyri sepultus est. Cornelius episcopus Romæ à quadam matrona Lucina rogatus, corpora sanctorum apostolorum de Catacumbis leuauit noctu: & posuit, Pauli quidem, in via Hostiensi, vbi decollatus est: Petri autem, non longè à loco vbi crucifixus est inter corpora sanctorum episcoporum in templo olim Apollinis, in
C monte Aureo, in Vaticano palatio Neroniano. Gallus & Volusianus dum cõtra Æmilianum nouis rebus studentem, bellum ciuile moliuntur, occisi sunt. Æmilianus tamen tertio mense inuasæ tyrannidis, extinctus est. Ammonius eruditus in philosophia, qui euangelicos canones scribit, Alexandriæ clarus habetur.

Ammonius.

Valerianus. 257

Valerianus cum filio Galieno, annos xv. Hic Valerianus in Græcia ab exercitu Augustus appellatus est, Romæ autem à senatu Galienus Cæsar creatus est. Valerianus in Christianos persecutione commota, statim à Sapore Persarum rege captus, luminibúsque orbatus, ignominiosissima apud Persas seruitute consenuit donec vixit: hanc continuam damnationem sortitus, vt ipse accliuis humi, regem semper ascensurum in equum, non manu sua, sed dorso attolleret. Et Galienus quidem tam claro Dei iudicio territus, tanquam miseri collegæ permotus exemplo, pacem ecclesiis tepida satisfactione restituit. Hac procellosa tempestate Cyprianus Carthaginensis episcopus coronatur martyrio: cuius vitæ & passionis volu-
D men egregium reliquit Pontius diaconus eius, qui vsque ad diem passionis eius cum ipso exilium sustinuit. Germani Alpibus, Rhetia, totáque Italia penetrata, Rauennam vsque peruenium: Alamanni Gallias peruagantes, etiam in Italiam transeunt. Græcia, Macedonia, Pontus, Asia Gothorum inundantia deletur. Publius Ingenuus, qui purpurã imperij sumpserat, apud Myrsam occiditur. Posthumus in Gallia inuasit tyrãnidem, ac per decem annos, ingenti virtute ac moderatione vsus, dominantes hostes expulit: qui tamen seditione militum interfectus est. Victorinus à Gallis vltrò creatus imperator, post paululum apud Viẽnam occisus est. Theodorus Gregorius cognomento, Neocæsariæ Ponti episcopus, magna virtutum gloria claret. E quibus vnum est, quòd vt ecclesiæ faciendæ locus sufficeret, montem precibus mouit. Tunc temporis Lupicinus Viennensis ecclesiæ episcopus clarè floruit. Galienus cum rempublicam deseruisset, ac Mediolani libidinibus inseruiret, occisus est. Cornelio qui duobus annis rexit ecclesiam Romanam ob Christi martyrium coronato, successit Lucius. Pal-
E sus est autem beatus Cyprianus persecutione octaua eodem die, sed non eodem anno quo Romæ Cornelius.

Pontius diaconus. Germanorum incursiones.

Victorinus. Theod. Neocæs.

Lupicinus.

Claudius. 272

Claudius voluntate senatus sumpto imperio annis duobus. Hic Gothos iam per annos xv. Illyricum Macedoniámque vastantes bello adortus, incredibili strage deleuit. Cui à senatu clypeus aureus in curia, & in Capitolio statua æquè aurea decreta est. Sed continuò apud Syrmium morbo correptus interiit.

Quintilius. Malchion. 273

Mox frater eius Quintilius, vir bonæ moderationis, ab exercitu imperator electus, xvij. die imperij sui interfectus est. Malchion disertissimus Antiochenæ ecclesiæ presbyter, qui in eadem vrbe rhetoricam docuerat, aduersus Paulum Samosatenum, qui episcopus Antiochiæ dogmatizabat, Christum communis naturæ hominem tantum fuisse, notariis excipientibus disputauit.

Aurelianus. 274

Aurelianus imperium adeptus, quinque annis & sex mensibus tenuit, vir industria mili-

Anni Christi.

tari excellētiſſimus, expeditione ad Danubium ſuſcepta, Gothos magnis prælijs profligauit. F
Hic vrbem Romam muris firmioribus cinxit. Nouiſſime cùm perſequutionem aduerſus
Chriſtianos agi decerneret, fulmen ante eum magno pauore circumſtantium ruit, ac non
multò pòſt in itinere occiſus eſt. Eutychianus Romæ epiſcopus martyrio coronatus in cœ-
miterio Calyxti ſepelitur: qui & ipſe cccxiij. martyres manu ſua ſepeliuit.

Tacitus. Tacitus, menſes ſex. quo apud Pontum occiſo, obtinuit Florianus imperium diebus
lxxxix. quíque apud Tarſum interfectus eſt. *Anatolius.* Anatolius natione Alexandrinus Laodiciæ
Syriæ epiſcopus, philoſophorum diſcipulus eruditus, plurimo ſermone celebratur. Cuius in-
genij magnitudo de libro quod ſuper Paſcha compoſuit, & de decem lib. arithmeticæ inſtitu
tionis, poteſt apertiſſimè cognoſci. Tunc temporis inſana Manichæorum hęreſis oritur. Quo
tempore Viennenſis epiſcopus Simplides miræ ſanctitatis floruit. *Simplides Viennenſis.* permanſit autem vſque ad
imperatoris Cari tempora.

279 *Probus.* Probus imperator, ann. vi. menſes iiij. Hic Gallias iamdudum à Barbaris occupatas, per
multa grauia prælia deletis tandem hoſtibus, ad perfectum liberauit. Bella deindè ciuilia, & G
quidem plurimo ſanguine, duo geſſit: vnum in oriente, quo Saturninum tyrannum ſuba-
ctum & oppreſſit & cepit: aliud quo Proculum & Bonoſum apud Agrippinam magnis prælijs
ſuperatos interfecit: ipſe autem apud Sirmium turre ferrata militari tumultu interfectus eſt.
Secundò huius anno, vt in chronicis Euſebij legimus, iuxta Antiochenos, cccxxv. ann. fuit:
iuxta Tyrios ccccij. iuxta Lacedæmonios, ccc. viceſimuſquartus: iuxta Edeſſenos, dlxxxviij.
iuxta Aſcalonitas, ccc. octogeſimus. Secundum Hebræos, initium lxxxvij. iubilæi, quo conti-
nentur anni quatuor mille ccl. *Archelaus epiſcopus.* Archelaus Meſopotamiæ epiſcopus librum diſputationis ſuæ,
quam habuit aduerſus Manichæum exeuntem de Perſide, Syro ſermone compoſuit, qui
tranſlatus à multis Græcis habetur.

Carus. Carus cum filio Carino & Numeriano, annos tres. Carus in bello Parthico, poſtquam
duas nobiliſſimas Parthorum vrbes Cœlen & Cteſiphontem cepit: & de Perſis triumphauit,
ſuper Tygridem in caſtris fulmine ictus interiit.

285 *Gaius epiſcopus.* Gaius Romanæ eccleſiæ fulget epiſcopus, qui poſtmodùm ſub Diocletiano martyrium H
paſſus eſt. *Phierius. Theon.* Phierius presbyter Alexandriæ, ſub Theona epiſcopo florentiſſimè populos do-
cuit, & ſermones diuerſorúmque tractatuum libros compoſuit. Inuenítque elegantiam com-
poſitionis, ita vt Origenes minor vocaretur: vir miræ parſimoniæ, & voluntariæ paupertatis,
poſt perſecutionem omni tempore vitæ ſuæ Romæ verſatus eſt. *Numerianus.* Numerianus qui cum patre
Caro Parthico bello interfuerat, rediens, fraude Apri ſoceri ſui interfectus eſt.

Diocletianus. Diocletianus ab Vrbe condita mil. xlj. ab exercitu imperator lectus, annos triginta. qui
288 ſtatim vt poteſtatis copiam habuit, Aprum interfectorem Numetiani, manu ſua interfecit.
Deinde Carinum, quem Carus Cæſarem in Dalmatia reliquerat, difficillimo bello & ma-
ximo labore ſuperauit. Dehinc cùm in Galliam Anolus & Helianus collecta ruſticano-
rum manu, quos Baccadas vocabant, pernicioſos tumultus excitauiſſent, Maximianum co-
gnomento Herculianum, Cæſarem fecit, miſitque in Gallias: qui facilè agreſtium homi-
num & confuſam manum militari virtute compoſuit. Igitur per omnes Romani imperii fi-
nes ſubitarum turbationum fragore concrepuerunt: Carauſio in Britanniis rebellante, qui I
primùm ad obſeruanda Oceani littora, quæ tunc Franci & Saxones infeſtabant, poſitus,
cùm plus in perniciem, quàm in profectum reipublicæ ageret, à Maximiano iuſſus occidi,
purpuram ſumpſerat: Achilleo, in Ægypto, cùm & Africam Quinquegentiani infeſtarent:
Narſeus etiam rex Perſarum oriētem bello premeret. hoc periculo Diocletianus permotus,
Maximianum Herculium ex Cæſare fecit Auguſtum: Conſtantium verò, & Maximinum, &
Maximianum Valerium, Cæſares legit. Conſtantius Herculii Maximiani priuignam Theo-
doram accepit vxorem, ex qua ſex filios fratres Conſtantini ſuſtulit. *Carauſius.* Carauſius per ſex annos
ſibi Britannia fortiſſimè vindicata, tandem fraude allecti ſocii ſui interfectus eſt: qui poſtea
inſulam per triennium tenuit, quem Aſclepiodotus præfectus prætorio oppreſſit, Britan-
niámque poſt decem annos recepit. Conſtantius verò Cæſar, in Gallia primo prælio ab Ala-
mannis, profligato exercitu ſuo, vix ipſe ſubreptus eſt: ſecundò autem ſecuta eſt ſatis ſecunda
victoria: ita vt paucis horis quadraginta millia Alamannorum cæſa fuerint. At Maximianus K
Auguſtus Quingētianos in Africa perdomuit. Porrò autem Diocletianus Achilleum obſeſ-
ſum per octo menſes, apud Alexandriam cepit, & interfecit. Præterea Valerius Maximianus
cùm duobus iam prælijs aduerſum Narſeum conflixiſſet, tertiò inter Gallinicum, & Carras
congreſſus, & victus, amiſſis copiis ad Diocletianum refugit. A quo arrogantiſſimè exceptus
eſt, ita vt per aliquot millia paſſuum purpuratus ante vehiculum eius præcederet. Hic Dio-
cletianus primus gemmas veſtibus calciamentíſque inſeri iuſſit, dum ſola purpura retro prin-
cipes vterentur. Decimooctauo anno Diocletiani, ipſe in oriente, *Maximianus vaſtat eccleſias.* Maximianus Herculius in
occidente vaſtari eccleſias, affligi, interficíque Chriſtianos præcipiunt, aduſtis diuinis libris.
Thebæi martyres. Hac tempeſtate martyrum ſanctorũ Thebæorũ, Mauricij ſociorúmque eius ſexies mille ſex-
centorum ſexagintaſex impletur. *Victor. Vrſus.* Paſſio quoque Victoris & Vrſi apud Caſtrum Solodorum.

Paſſio

Anni Christi.

A Paſſio quoq; beatæ Fidis & ſociorum eius apud vrbem Agennum, quę poſtea Conchis tranſ- *Fides. Gereon.*
lata eſt. Martyrum etiam Gereonis, ſociorúmque eius trecentorum vigintiocto apud Agrip-
pinam Coloniam. hæc perſecutio ita crudelis & crebra flagrabat, vt intra vnum menſem de-
cies & octies milia martyrum pro Chriſto paſſi inueniantur. Nam & Oceani limbum tranſ-
greſſa, Albanum, Aaron, & Iulium Britanniæ cùm aliis pluribus viris ac fœminis felici cruore
damnauit. Tunc temporis paſſus eſt & Pamphilus presbyter, cuius vitam Euſebius Cæſarien- *Pamphilus.*
ſis epiſcopus tribus libris comprehendit. Secundo autem perſecutionis anno, Diocletianus
Nicomediæ, Maximianus Herculius Mediolani purpuram depoſuerunt. Attamen cœpta
ſemel perſecutiò, vſque ad ſeptimum Conſtantini imperatoris annum feruere non ceſſauit.
Conſtantinus decimoſexto imperij anno, vir ſummæ manſuetudinis & ciuilitatis, Eboraci
in Britannia diem obiit. Tertio anno perſecutionis, quo & Conſtantius obiit, Maximinus &
Seuerus à Valerio Maximiano, Cæſares facti ſunt. E quibus Maximianus maleficia & ſtu-
pra ſua Chriſtianorum perſecutionibus accumulat. Paſſus eſt ea tempeſtate Petrus Alexan- *Petrus Alex.*
B driæ epiſcopus, à quo Arrius presbyter primò damnatus eſt. Paſſi ſunt cum eo plures Ægy-
pti epiſcopi.

Lucianus quoque, vir moribus & continentia & eruditione præcipuus, Antiochenæ ec- *Lucianus.*
cleſiæ presbyter paſſus eſt, & Romæ Timotheus, decimo Calend. Iulij. Floruit tunc tempo- *Timotheus.*
ris Melciades Romanæ eccleſiæ pontifex. Floruit & tunc temporis vir diſertiſſimus Paſca- *Melciades. Paſcaſius.*
ſius, Viennenſis eccleſiæ epiſcopus. Phileas de vrbe Ægypti, quæ vocatur Thebaïs, nobilis *Phileas.*
genere epiſcopus, elegantiſſimũ librum de martyrum laude componit, & pro Chriſto capite
truncatur. Arnobius apud Africam florentiſſimè rhetoricam docuit, & aduerſum gentes vo- *Arnobius.*
lumina compoſuit, quæ vulgò extant.

306 Conſtantinus Conſtantij ex concubina Helena filius, in Britannia imperator creatus re- *Conſtātinus.*
gnauit annos triginta, menſes decem, ab anno perſecutionis quarto. Maxentius Herculij Ma-
ximiani filius Romæ Auguſtus appellatur. Licinius Conſtantiæ ſororis Conſtantini, Carnuti
imperator creatur. Conſtantinus imperator de perſecutore Chriſtianus factus, licentiã dedit
C Chriſtianis liberè congregari, & in honorem Chriſti vbique eccleſias conſtrui: ac penè per to-
tum imperium Romanum priuilegia ſingulis ciuitatibus dedit, vt populus Chriſtianus ſub iu-
re & ordinatione epiſcoporum liberè viueret, ac Dei templis liberè honoris ſtructuram com-
poneret. Huius temporibus hæreſis Arriana exoritur: Nicenúmque concilium ad damna- *Arriana hæreſis.*
tionem Arrij, & confirmationem integræ fidei ex orbe terrarum congregatur. Anno poſt
incarnationem domini trecenteſimo viceſimoſecundo, die menſis ſecundum Græcos De-
ſei, viceſimonono, quod eſt, decimo Calendarum Iuliarum, conſulatu Paulini & Iuliani.
Vno eodémque tempore & illud ſacratiſsimum concilium apud Arelaten ſexcentorum epi-
ſcoporum colligitur: Martino tunc epiſcopo eiuſdem ciuitatis exiſtente: apud Viennam,
Claudio in catholico dogmate clariſsimo epiſcopo. Eodem tempore Donatiſtarum in Afri- *Donatiſtæ exoriuntur.*
ca ſchiſma oritur. Namque Donatus per Africam & maximè Numidiam, adſerens à noſtris
ſcripturas in perſecutione inimicis traditas, multos ſua perſuaſione decepit. Per idem etiam
tempus ab Helena Conſtantini matre Hieroſolymis crux domini inuenta eſt. Conſtantinus *Crucis inuentio.*
D in fide eruditus à B. Siueſtro Papa, fecit miro opere baptiſterium Romæ, vbi baptizatus eſt,
iuxta baſilicã B. Ioannis Baptiſtæ, quæ appellatur Conſtantiniana. Item baſilicam B. Petro in
templo Apollinis, necnon & B. Paulo, corpus vtriuſque ære Cyprio circundans quinque pe-
des craſſo. Item baſilicam in palatio Sorano, quæ cognominatur Hieruſalem, vbi partem li- *Eccleſias plurimas Conſtātinus fabricauit.*
gni crucis domini depoſuit. Itẽ baſilicã B. martyris Agnæ, ex rogatu Cõſtantię filiæ ſuæ. Item
baptiſterium in eodẽ loco, vbi & baptizata eſt ſoror eius Conſtantia cum filia Auguſta. Item
baſilicam B. Laurentio martyri, via Tiburtina in agro Verano, vbi idem martyr glorioſus ſe-
pultus eſt. Item baſilicam via Lauicana, inter duas lauros beato Petro & Marcellino marty- *Laurentij baſilica.*
ribus, & Mauſoleum, vbi matrem ſuam poſuit in ſarcophago purpureo. Item baſilicam in ci-
uitate Hoſtiæ iuxta portum vrbis Romæ beatorũ apoſtolorum Petri & Pauli, & beati Ioan-
nis Baptiſtæ. Item baſilicam in ciuitate Albanenſi ſancti Ioannis Baptiſtæ. Item baſilicam in
vrbe Neapoli miro opere exornauit, in honorem apoſtolorum & martyrum. Idem impera-
E tor Drepanam ciuitatem Bithynię in honorem martyris Luciani ibi cõditi inſtaurans, ex vo-
cabulo matris ſuæ, Helenopolin nuncupauit. Idem vrbem nominis ſui ſtatuens in Thracia,
ſedem Romani imperij & caput totius orientis eſſe voluit. Caput verò totius imperij ante
Romam beatis apoſtolis Petro & Paulo ſub teſtamento tradidit, nobiliores Romanorum,
conſulares quoque viros, ac penè totum ſenatorum ordinem cum vxoribus & liberis, in ſe-
cundam vel nouam Romam Conſtantinopolin tranſlatum habitare conſtituens. Idem ipſe
ſtatuit citra vllam hominum cædem, paganorum templa claudi, aráſque deorum confringi.
Retius Auguſtodunenſis epiſcopus, celeberrimæ famæ habetur, & Iuuencus presbyter Hi- *Retius.*
ſpanus, qui hexametris verſibus quatuor libros euangelij compoſuit. Firmianus, qui & La- *Iuuencus.*
ctantius, Arnobii diſcipulus, Nicomediæ rhetoricam docuit, ac penuria diſcipulorũ, ob Græ- *Lactantius.*
cam ſcilicet ciuitatem, ad ſcribendum ſe contulit. Hic in extrema ſenectute magiſter Cæſa-

Anni Christi.

ris Crispi filii Constantini in Gallia fuit, qui postea à patre interfectus est. F

Iacobus Nizibenus.

Iacobus Nizibenæ episcopus, vnus ex numero sub Maximino persecutore confessorum, & eorum qui in Nicena synodo Arrianam peruersitatem homoousij oppositionem damnarunt, multorum opusculorum scriptor moritur.

Athanasius vexatur ab Arrianis & Constantio. Nectarius. Antonius. Hilarius. Anthropomorphitæ. Donatus. Eusebius. Eustasius. Marcellus. Basilius.

337 Constantius cum Constantino & Constante fratribus, regnat annos decē & octo, menses quinque, dies quatuordecim. Iacobus Nizibenus episcopus agnoscitur: ad cuius preces sæpè vrbs discrimine liberatur. Impietas Arriana Constantii imperatoris fulta præsidio, exiliis, carceribus, & variis afflictionum modis, primùm Athanasium Alexandrinæ vrbis episcopum, deindè omnes non suæ partis episcopos persecuta. Maximinus Treuerorum vrbis episcopus, clarus habetur: à quo Athanasius cùm à Constantino quæreretur ad pœnam, honorificè susceptus est. Florebat & tunc temporis Nectarius Viennensis episcopus, in doctrina fidei eximius: qui in Vasensi illa synodo venerabili primus interfuit, & patris, & filii, & spiritussancti vnam esse naturam & potestatem, & deitatem, & virtutem, in ecclesia publicè prædicauit, & docuit. Antonius monachus centesimoquinto ætatis anno, in eremo moritur. Reliquiæ Timothei apostoli Constantinopolin inuectæ. G Constantii fauore Arrius presbyter fretus, dum in Constantinopolin ad ecclesiam pergeret, cui tunc Alexander senex episcopus præsidebat, aduersus nostros de fide dimicaturus, diuertens post forum Constantini ad causam necessariam, viscera eius repentè simul cum vita effusa sunt. Constantio Romam ingresso ossa B. Andreæ apostoli & Lucæ euangelistæ à Constantinopolitanis miro fauore suscepta sunt. Hilarius Pictauensis episcopus, qui pulsus ab Arrianis, in Phrygiam exulauerat, cùm apud Constantinopolin librum pro se Cōstantio potrexisset, ad Gallias rediit. Hæresis Anthropomorphitarū in Syria & in Macedonia, in Constantinopoli quoque nascitur. Donatus artis grammaticæ scriptor, ac præceptor Hieronymi, Romæ illustris habetur. Eusebius Cæsareæ Palæstinæ, in scripturis diuinis studiosissimus, ac bibliothecæ diuinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus peruestigator, moritur: qui primùm in Arrianam heresin lapsus, ad catholicum dogma correptus rediit. Eustasius primùm Cœlæsyriæ, deindè Antiochiæ episcopus, aduersum Arrianum dogma, multa componens, in exilium pulsus, apud Traianopolin Trachiarum vrbem conditus est. H Marcellus Ancyranus episcopus, contra Arrianos scribens arguitur Sabellianæ hæreseos: sed & beatus Hilarius in septimo aduersum Arrianos libro, nominis eius quasi hæretici meminit. Porrò ille defendit se non esse dogmatis cuius accusatur communione Iulii & Athanasii Romanæ & Alexandrinæ vrbis pontificum. Basilius Ancyranus episcopus Macedonianæ partis cum Eustathio Sebasteno princeps fuit: fuit autem artis medicinæ peritus.

Iulian. Apost. Reliquiæ Ioānnis Baptistæ. Reliquiæ Iacobi Nisibeni. Lucifer Calaritanus. Fortunatius.

361 Iulianus, annos duos, menses octo. Hic ex clerico imperator factus, in idolorum culturam conuertitur: martyriáque infert Christianis, eósque callidis circunuentionibus odiísq; persequitur. Quo tempore inter alios qui in toto orbe pro Christo passi sunt, Ioannes & Paulus Romę martyrium illustre duxerunt. Pagani quoque apud Sebasten Palęstinæ vrbem sepulchrum beati Ioannis Baptistæ inuadunt, ossáque dispergunt, eadem rursus collecta concremantes, latius per agros spargunt. Sed dei prouidētia adfuere quidam ex Hierosolymis monachi, qui colligentibus mixti, quæcunq; poterant ablata, ad patrem suum Philippum pertulere: I ille confestim hæc (supra se enim dicebat tantū thesaurū propris seruare vigiliis) ad pontificē Athanasiū, tunc maximū per Iulianum diaconum suum misit. Quæ ille suscepta, paucis arbitris, sub cauato sacrarii pariete, inclusa profutura generationi posteræ conseruauit: cuius præsagiū sub Theodosio imperatore per Theophilum eiusdem vrbis episcopum completur. Qui destructo Serapis tēplo, sancti Ioannis ibidem cōsecrauit ecclesiam. Iulianus odio Christi tēplum in Hierosolymis Iudæis reparare permittit. Qui cùm ex omnibus prouinciis collecti, noua tēpli fundamenta iacerēt, subitò nocte oborto terręmotu, saxa ab imo fundamentorum excussa, longè latéque sparsa sunt: igneus quoq; globus ab interiore æde tēpli egressus, plurimos eorū suo prostrauit incendio. Quo terrore reliqui pauefacti, Christum cōfitebātur inuiti. Et ne hoc casu crederent factum, sequenti nocte in vestimentis cunctorum crucis apparuit signum. Iulianus efferri ossa venerabilis Iacobi Nizibeni episcopi, foras ciuitatem iubet, inuidens ipsius miraculis: quæ non longè post ditioni Persarum subiicitur. Iulianus, incertum à K quo, cùm exercitus acies cōtra Persas ordinaret, perimitur: ac intestina sua in aëra proiiciens, insano ore, Christum dominum blasphemans, Vicisti Galilæe, vicisti, vitam cum regno perdidit: cuius interitum per reuelationem illicò per vniuersam ecclesiam plurimi agnoscunt. Lucifer Caralitanus episcopus à Constantio cùm Nicenam fidem damnare nollet, in Palæstinam relegatus ab exilio reuertitur: à quo postea Luciferianum schisma. Eusebius natione Sardus, Vercellensis episcopus similiter à Constantio pro confessione fidei Scythopolin, & inde Cappadociam relegatus, ab exilio reuersus, factione Arrianorum interficitur. Fortunatius Aquileiensis ecclesiæ episcopus, in hoc maxime detestabilis quòd Liberium Romanæ vrbis episcopum pro fide ad exilium pergētem, primus sollicitauit, & fregit, & ad subscriptionem hæreseos compulit. Acatius Luscus Cæsareæ episcopus, intantum sub Constantio claruit,

Anni Christi.

A claruit, vt Felicem Romæ pro Liberio episcopum consecraret.

Iouianus.

363 Iouianus, anno vno, vel vt verius, mensibus octo. Qui dum se ab exercitu imperatorem fieri conspiceret, séque Christianum affirmans, Paganis præesse non posse adsereret, Et nos, inquit, omnis exercitus, qui per Iulianum nomē Christi abiecimus, tecum Christiani esse volumus. Quibus auditis, imperij sceptra suscepit. Synodus Antiochiæ à Melito suísque facta, in qua Macedonianum dogma prauè firmatur. Iouianus lapsu Constantij prædecessoris admonitus, honorificis & officiosissimis literis Athanasium requirit ab ipso formam fidei ecclesiarúmque disponendarum suscepit modum: sed huius pia lætáque principia, mors immatura corripuit.

Hilarius. Serapion.

Hilarius vrbis Pictauorum Aquitanicæ episcopus, factione Saturnini Arelatensis episcopi de Synodo Biterrensi in Phrygiam relegatur sub Constantio: vbi duodecim libros aduersum Arrianos confecit, & librum de synodis ad Galliarum episcopos scripsit: & alia reuersus ab exilio, catholica & nimis præclara opera. Serapion Thaneos episcopus, elegantis ingenij, sub B Constantio etiam in confessione fidei inclytus moritur.

Valentinianus. Photinus. Eunomius. Gothicarum literarum inuentio. Ambrosius.

364 Valentinianus & Valens frater eius, annos duodecim. Apollinaris Laodicenus episcopus multimoda nostræ religionis scripta composuit. Sed incautus postea à fide deuians, hæresim sui nominis instituit. Photinus quoq; & Eunomius eo tempore hæretici agnoscuntur. Gothi apud Histrum bifariè inter Frigidernum & Ataricum diuisi sunt. Sed Frigidernus Ataricum Valentis auxilio superans, huius beneficij gratia ex catholico Arrianus cum omni gente Gothorum effectus est. Tunc Vvlfila eorum episcopus Gothicas literas reperit, & vtrunque Testamentum in linguam propriam transtulit. Damasus Romæ episcopus fecit basilicam iuxta atrium sancto Laurentio, & aliam in catacumbis, vbi iacuerunt corpora sanctorum apostolorum Petri & Pauli, in quo loco platomam ipsam, vbi iacuerant sancta corpora, versibus adornauit. Valens ab Eudoxio Arrianorum episcopo baptizatus, nostros persequitur. Gratianus Valentiniani filius, tertio eius anno, Ambiani imperator est factus. Constantinopoli apostolorum martyrium dedicatur. Post Auxentij Mediolanensis episcopi seram mor- C tem, Mediolani Ambrosio episcopo facto, omnis ad fidem rectam Italia conuertitur. Nectarius Viennensis, & Hilarius Pictauensis episcopi, moriuntur.

Valens cum Gratiano. Francos à feritate vocauit Valentin. Victorinus. Bostremus. Ephrem. Basilius moritur. Greg. Nanz.

375 Valens cum Gratiano & Valentiniano Valentiniani fratris sui filiis, annos quatuor. Valens lege data, vt monachi militarent, nolentes fustibus iussit occidi. Gens Hunnorum diu inaccessis seclusa montibus, repentina rabie percita, exarsit in Gothos, eósque sparsim contur batos, ab antiquis sedibus expulit. Gothi transito Danubio fugiētes à Valente sine armorum depositione suscepti, per auaritiam Maximi ducis: fame ad rebellandum coacti sunt, victóq; Valentis exercitu, per Thraciam sese miscentes, simul omnia cædibus, incendiis, rapinísque impleuerunt. Valentiniani, & Valentis tempore rebellantes Alamannos, Franci inter Danubium & Mæotides paludes iuncti Romanis, superauerunt. Francos lingua Attica Valentinianus imperator à feritate & duritia atque audacia appellari primus voluit. Qui post paululum cum tributa Romanis negarent, & Romanorum impetum ferre non possent, egressi à Sicambria, peruenerunt in extremas partes Rheni fluminis in Germanorum oppida: ibíque D aliquot annos cum principibus suis Marcomiro & Sunnone resederunt. Vbi primùm regem Pharamundum sibi postmodum statuunt, legibúsque se subdunt, quas priores eorum Vvisoastus & Vvisogastus, Atrogastus, Salegastus inuenerunt. Victorinus natione Afer sub Constantino principe rhetoricam docens in extrema senectute Christi se tradidit fidei. Titus Bostremus episcopus, acerrimus contra Manichæos disputator, moritur. Athanasius Alexandrinus episcopus, multa Arrianorum perpessus insidiis, ad Constantem Galliarum principem fugit: Vnde reuersus cum literis, & rursum post mortem illius fugatus, vsque ad Iouiani imperium latuit. A quo recepta ecclesia sub Valente moritur. Ephrem Edessæ ecclesiæ diaconus, vir in sua lingua, id est Syra, eruditissimus, moritur. Basilius Cæsareæ Cappadociæ, quæ prius Mazaca vocabatur, episcopus, vir sanctissimus moritur. Iā regnante Gratiano Gregorius quoque Nazianzenus, vir eloquentissimus, præceptor Hieronymi, sub Theodosio iam principe moritur.

Gratianus. Iusti ossa requiruntur. Synodus Constantinop.

379 E Gratianus cum fratre Valentiniano, annos septem. Theodosius vir strenuus à Gratiano imperator creatus, maximas Scythicas gētes, hoc est Alanos, Hūnos, & Gothos, magnis multísque præliis vicit. Cuius studium fidei non ferentes Arriani, post quadraginta annos ecclesias quas vi tenuerāt, reliquerunt. Quo tempore Viennensem ecclesiam regebat Niceta præclarissimus in dogmate fidei episcopus. Sed & Lugdunensis episcopus Iustus, mirę sanctitatis vir, qui postmodum relicta sede sui episcopatus, inter sanctissimos patres anachoritas, mira humilitate latens, moritur in Ægypto: cuius ossa pio amore solliciti Lugdunenses ad vrbem suam reportant: ossa quoque Viatoris sanctissimi comministri ipsius. Constat autem hunc venerabilem episcopum Iustum sub Pascasio Viennensi episcopo nutritum, Claudij eiusdem vrbis episcopi diaconum, postmodum ad sanctam Lugdunensem ecclesiam regendam translatum. Synodus CL. patrum in vrbe regia Constantinopoli congregatur aduersus Macedo-

Anni Christi

nium. Damaſo Romæ epiſcopo, Ambroſius Mediolanenſis eccleſiæ epiſcopus, in catholico- F
rum dogmate claruit. Theodoſius imperator Arcadium filium cõſortem imperij ſui facit an-
Theophilus.
no II. Gratiani imperatoris, ipſo ſexies & Theodoſio cõſulibus, Theophilus paſchalem com-
Maximus.
putum ſcripſit. Maximus, vir quidem ſtrenuus & probus, atque Auguſto dignus, ſi non con-
tra ſacramenta fidei per tyrannidem emerſiſſet, in Britannia inuitus propemodum ab exer-
citu imperator creatus, in Galliam tranſiit: ibíque Gratianum Auguſtum dolis circunuen-
tum apud Lugdunum occidit: fratrémque eius Valentinianum Italia expulſum, Viennæ
primùm latere coegit, iuſtiſsimam pœnam cum matre ſua Iuſtina perſoluentem, quæ illum
Arriana hæreſi polluit: & Ambroſium epiſcopum eminentiſsimam catholicæ fidei arcem, vt
perfida obſidione vexauit, nec ante cœpta nefanda deſeruit, niſi poſt prolatas beatorum
Reliquiæ Geruaſij & Protaſij.
martyrum reliquias Geruaſij & Protaſij, quas domino reuelante idem beatus epiſcopus in-
corruptas reperit: Theodoſius Valentinianum Italia expulſum benignè ſuſcipit. Priſcil-
liana hæreſis oritur. Idem Priſcillianus accuſante Itatio, à Maximo tyranno gladio cædi-
D. Martinus.
tur. Martinus Turonorum epiſcopus miraculorum inſignis effulſit. Poſt Pharamundum G
Franci Chlodionem eius filium, ſibi regem ſtatuunt. Abhinc Franci in finibus Thoringio-
Francorũ criniti reges.
rum habitantes, crinitos reges habere cœperunt. Id temporis Romani Gallias tenebant.
Citra Ligerim fluuium Gothi. Burgundiones quoque doctrina Arriana infecti cis vltráque
Rhodanum habitabant. Primus rex Francorum Chlodio à caſtro Thoringiorum Dyſporo
profectus, Rhenum tranſiit: ſuperato Romanorum populo, Carbonariam ſyluam tenuit vſ-
que ad Camaracum venit: ibíque interfectis Romanis, ſedem ſibi ſtatuit.

Theodoſius.
385 Theodoſius Gratiano adhuc viuente, vj. annis orientem tenuit: illo mortuo imperauit an-
nis vndecim. Ipſe & Valentinianus, quem Italia expulſum benignè ſuſceperat, ac ſimul Ma-
ximum tyrannum tertio ab Aquileia lapide interficiunt. Maximus Britanniam omni penè
armata iuuentute, copiíſque militaribus expoliauit: quæ eum in Gallias ſecutæ, nunquam
vltra ad domum rediere. Videntes tranſmarinæ gentes ſæuiſſimæ Scotorum, à circio: Pi-
ctorum ab aquilone, deſtitutam milite ac defenſore inſulam, adueniunt, & vaſtatam dire-
Hieronymus.
ptámque eam per multos annos opprimunt. Hieronymus presbyter in Bethleem toto mun- H
do clarus habetur, qui librum quem de Viris illuſtribus eccleſiæ ſcribit, vſque ad xiiij. totius
imperij Theodoſij annum perducit. Gentium templa per totum orbem, iubente Theodoſio,
ſubuertuntur, ac pro eis Chriſti templa vbique micant. Per idem tempus Ioannes Anacho-
rita inſignis claruit. Qui etiam Theodoſio conſulenti de Eugenio tyranno, victoriam illi præ-
Damaſus.
dixit. Damaſus Romæ vrbis epiſcopus, elegans in verſibus componendis ingenium habuit,
& propè octogenarius moritur. Apollinaris epiſcopus Laodicenus Syriæ, in ſcripturis nõ pa-
Patianus.
rum inſtructus, à quo Apollinariſtæ feruntur nominati. Patianus in Pyrenæi iugis Barcillone
epiſcopus, optima ſenectute moritur, caſtigatæ eloquentiæ, tam vita quàm ſermone clarus.
Photinus.
Photinus de Gallogræcia Marcelli diſcipulus Syrini epiſcopus à Valentiniano pulſus eccle-
Didymus.
ſia, Ebionis hæreſin inſtaurare conatur. Didymus Alexandrinus oculis captus, & ob id ele-
mentorum quoque ignarus, tantum miraculum ſui omnibus præbuit, vt dialecticam quoque
& geometriam, quæ vel maximè viſu indigerent, vſque ad perfectum didicerit.

Arcadius.
396 Arcadius filius Theodoſij cum fratre Honorio, annis quatuordecim. Sanctorum prophe- I
Reliquiæ ſanctorum.
tarum corpora Abacuc & Michææ diuina reuelatione manifeſtantur. Innocentius Romæ
epiſcopus, dedicauit baſilicam beatiſſimorum martyrum Protaſij & Geruaſij, ex deuotione
Mamertus litanias inſtituit.
teſtamenti cuiuſdam illuſtriſſimæ fœminæ Veſtinæ. Mamertus Viennenſis epiſcopus inſi-
gniſſimus habetur: qui inter alia mirifica, ob imminentem cladem ante Aſcenſionem do-
mini ſolennes inſtituit litanias. Martinus Turonorum epiſcopus moritur. Donatus Epiri
D. Martinus ſputo ſerpentẽ occidit.
epiſcopus virtutibus inſignis eſt habitus. Qui draconem ingentem expuens in os eius neca-
uit: quem octo iuga boum ad locum incendij, ne aerem putredo eius corrumperet, vix tra-
Merouæus.
here potuerunt. Chlodione rege defuncto, qui viginti annis Francis regnauit, Merouæus ſuc-
ceſſit, à quo Francorum reges Merouingi ſunt appellati. Metis à Francis ſuccenſa, Treueros
deſtructa: Franci vſque Aureliam perueniunt. Poſt Merouæum Childericus regnum ade-
ptus, regnauit annis vigintiquatuor. Cui ſucceſſit Chlodoueus, qui primus rex Francorum
Chlodoueus fidẽ ſuſcepit.
Chriſtianus factus eſt, à beato Remigio Rhemorum epiſcopo inſtructus, & baptizatus cum K
Auguſtinus.
populo ſuo. Gothi Italiam, Vvandali atque Alani Gallias aggrediuntur. Auguſtinus epiſco-
Theophilus.
pus Hipponenſis ſcientia atque doctrina inſignis habetur. Ioannes quoque Conſtantinopo-
Epiphanius.
litanus & Theophilus Alexandrinus illuſtres epiſcopi prædicantur. Epiphanius Salaminæ
Eunomius.
epiſcopus, qui inter alia opera libros contra omnes hæreſes ſcripſit. Eunomius Arrianæ par-
Bethicus.
tis Cizycenus epiſcopus, erumpens in blaſphemiam, publicè quod Arriani texerant, fatetur.
Tiberianus Bethicus, ſectator Priſcilliani poſt ſuorum cædem tædio victus exilij, vt canis re-
uerſus ad vomitum ſuum, filiam deuotam Chriſto virginem matrimonio copulauit.

Honorius.
410 Honorius cum Theodoſio minorem fratris ſui filio, annis xv. Honorius imperator, videns
oppoſitis tyrannis nil aduerſus barbaros agi poſſe, ipſos prius tyrannos deleri iubet. Conſtan-
tio comiti huius belli ſumma commiſſa eſt, qui primùm in Galliam profectus cum exercitu
Conſtan-

Anni Christi

A Conſtantinum imperatorem apud Arelaten ciuitatem, clauſit, cepit, occidit. Conſtantem
Conſtantini filium Hierontius comes ſuus, vt nequam, magis quàm probus apud Viennam
interfecit, atque in eius locum Maximum quendam ſubſtituit: ipſe verò Hierontius à ſuis
militibus eſt occiſus. Maximus exutus purpura, deſtitutus à militibus Gallicanis, inter bar-
baros in Hiſpania egens exulauit. Iouinus vir Galliarum nobiliſſimus in tyrannidem mox vt
aſſurrexit, cecidit. Sebaſtianus frater eius cõtinuò vt creatus, occiſus eſt. Alaricus Attalo impe- *Alaricus.*
ratore facto, infecto, refecto, ac defecto, citius his omnibus penè quàm dictis, ceu Mimus ri-
ſum & ludum expectauit imperij, cuius ille vmbratilis cõſul Tertullus auſus eſt in curia dice- *Tertulli ambitio.*
re, Loquar vobis conſul & pontifex, quorum alterum iam teneo, alterum ſpero. Attalus itaq;
tanquam inane imperii ſimulacrum cum Gothis vſque ad Hiſpanias portatus eſt. Vnde de-
ſcendens naui in mari captus, & ad Conſtantium comitem deductus, inde Honorio impera-
tori exhibitus, truncata manu, vitæ relictus eſt.

Heraclianus Africæ comes, elatus ſupercilio, Sabinum domeſticum ſuum, virum ingenio *Heraclianus.*
B induſtriáque ſolertem, generum allegit, atque aliquandiu Africana annona extra ordinem
detenta, tandem cum immenſa ſatis incredibilíque claſſe nauigio Romam contendit. Nam
habuiſſe tria milia DCC. naues dicitur, quem numerum nec Xerxem, nec Alexandrum Ma-
gnum, vel quenquam alium regum habuiſſe hiſtoriæ referunt. Sed litore egreſſus occurſu
Marini comitis territus, arrepta naui ſolus Carthaginem rediit: ibíque continuò militari
manu interfectus eſt. Sabinus gener eius, Conſtantinopolin fugit: vnde poſt aliquantulum
tempus retractus, exilio damnatus eſt: ac ſic, adiuuante Chriſto, pax & vnitas per vniuerſam
Africam eccleſiæ catholicæ reddita eſt. Marinus comes apud Carthaginem, incertum zelo *Marinus Marcellinum occidit.*
ſtimulatus, an auro corruptus, Marcellinum tribunum, virum imprimis prudentem & indu-
ſtrium occidit. Qui cõtinuò reuocatus ex Africa, factúſque priuatus, vel ad pœnã, vel ad pœ-
nitentiã cõſcientiæ ſuæ dimiſſus eſt. Alaricus rex Gothorum Romam inuaſit, partémque eius
cremauit incendio IX. Cal. Septemb. anno conditionis eius milleſimo CLXIIII. Honorij
imperij anno. Sic tertio die quàm ingreſſus fuerat deprædata vrbe egreſſus eſt. Inde Gothi
C in Siciliam tranſire conati, in conſpectu ſuorum miſerabiliter arrepti & demerſi ſunt. Alarico
Atauulfus in regem Gothis ſuccedit, qui Placidiam captiuam ſororem imperatoris, in vxorẽ
aſſumpſit. Is ſatis ſtudioſè ſectator pacis, militare fideliter Honorio imperatori præoptauit. *Atauulfus Placidiã ducit.*
Placidiæ vxoris ſuæ, fœminæ ſanè ingenio acerrimæ, & religione ſatis probæ, ad omnia bo-
narum ordinationum opera perſuaſu & cõſilio temperatus eſt. Is apud Barcillonem Hiſpanię
vrbem dolo ſuorum, vt fertur, occiſus eſt. Poſt hunc Segericus rex à Gothis creatus, cum iti- *Segericus.*
dem iudicio Dei ad pacem pronus eſſet, nihilominus à ſuis interfectus eſt. Conſtantius co-
mes apud Arelaten conſiſtens, magnarum rerum gerendarum induſtria, Gothos quibus iam
Atauulfus præerat, Placidiæ coniunx, à Narbona expulit, atque abire in Hiſpaniã coegit. Se-
gerico Vallia ſucceſſit in regnũ Gothorum: ad hoc ordinatus à Gothis, vt pacẽ infringeret: ad
hoc ordinatus à deo, vt pacẽ cõfirmaret, territus maximè iudicio dei: quia cũ magna Gothorũ
manus inſtructa armis nauigiiſq; tranſire in Africã moliretur, in duodecim milibus paſſuum
Gaditani freti, tẽpeſtate correpta, miſerabili exitu perierat. Hic Vallia pacẽ optimã cum Imp.
D datis Honorio lectiſſimis obſidibus pepigit, ac Placidiã imperatoris ſororẽ honorificè apud
ſe honeſtéq; habitam fratri reddidit. Hac tempeſtate Pelagius aduerſus Chriſti gratiã erro- *Pelagius dogmatizat.*
ris ſui dogmata prædicat: ad cuius condemnationẽ, conciliũ apud Carthaginẽ CCXIIII. epi-
ſcoporum congregatur. Cyrillus Alexandriæ epiſcopus, inſignis eſt habitus. Lucianus pre- *Lucianus presbyter.*
sbyter ſcripſit reuelationem beati protomartyris Stephani, quam ei reuelauit deus vij. Ho-
norij principis anno, ac Gamalielis & Nicodemi, qui in euangelio & in Actibus apoſtolorum
leguntur. Scripſit autem eam Græco ſermone ad perſonam omnium eccleſiarum: quam re-
uelationem Auitus presbyter, homo Hiſpanus, in Latinum vertit eloquium: & adiecta epi-
ſtola ſua per Oroſium presbyterum, qui miſſus à beato Auguſtino ad ſanctum Hieronymum *Oroſ. B. Stephani reliquias detulit.*
pro diſcenda animæ ratione, ad loca ſancta peruenerat, occidentalibus dedit: quíque pri-
mus in patriam reuerſus reliquias beati Stephani intulit occidenti. Francis poſt Merouæum
vt diximus, regnauit Childericus. His temporibus Anianus Aurelianenſis epiſcopus clarus *Anianus.*
E habetur: qui orationibus ſuis ab Hunnorum impetu, Aëtio tunc patritio Romanorum Au-
relianos liberauit. Britanni Scotorum Pictorúmque infeſtationem non ferentes, Romam
mittunt, & ſubiectione ſui præmiſſa, auxilia flagitant. Quibus ſtatim miſſa legio magnam
barbarorum multitudinem ſtrauit: cæteros Britanniæ finibus pellunt. Ob arcendos hoſtes
murum trans inſulam inter duo maria ſtatuunt: qui abſque magiſtro magis ceſpite quàm la-
pide factus, nil Britannis operantibus profuit: nam mox vt diſceſſere Romani, priores hoſtes
aduecti nauibus, obuia quęque ſibi cædunt, vaſtant atque deiiciunt. Iterũ petunt Britanni au-
xilia Romanorum: qui aduenientes, hoſtes trans maria fugant: coniunctiſque ſibi Britannis
murum ſaxeum ſolidum inter ciuitates, quæ dudum ob metum hoſtium fuerãt factæ, à ma-
ri vſque ad mare perducunt. Sed & littore meridiani maris, ne inde irruptio hoſtium fieret,
crebras turres per interualla ad proſpectum maris ſtatuunt; Vale dicentes ſociis, quaſi vltra

B. Hieronymi obitus.

Anni Christi.

non redituri. Bonifacius Romæ episcopus fecit oratorium in cœmiterio sanctæ Felicitatis, & F
ornauit sepulchrum eius. Fecit & oratorium sancti Ioannis apostoli, honesto satis opere. Hieronymus presbyter obiit duodecimo Honorij anno, pride Calend. Octobris, anno ætatis suæ nonagesimo. Macarius ille Ægyptius monachus signis & virtutibus claruit. Seuerus presbyter, cognomento Sulpitius, Aquitanicę prouinciæ, vir genere & literis nobilis, & paupertatis amore conspicuus, charus etiam sanctorum episcoporum Martini Turonensis & Paulini Nolani, moritur. Hic in senectute sua à Pelagianis deceptus, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium vsque ad mortem tenuit, vt peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret. Seuerianus Gabalensis episcopus in diuinis scripturis eruditus, & declamator admirabilis fuit. Vnde frequenter ab episcopo Ioanne & imperatore Arcadio, ad faciendum sermonem Constantinopolin euocabatur. Hic iuniorem Theodosium ex sacro fonte

Sener. Sulp. loquacitati pœnitens ad mortem fluxit. Truth. Seuerianus.

suscepit, *cuius & tempore moritur.*

Theodosius. Placidia. Nestorius.

425 Theodosius minor Arcadij filius, anni XXVI. Valentinianus iunior Constantij filius Rauennæ imperator creatur. Placidia mater eius, Augusta nuncupatur. Per idem tempus Ne- G
storius Constantinopolitanus episcopus suæ perfidiæ molitur hæresim, aduersus quem Ephesina synodus prima congregata, eius impium dogma condemnat. Huius etiam tempore diabolus in specie Moysi Iudæis in Creta apparens, dum eos per mare pede sicco ad terram repromissionis promittit perducere, plurimis necatis, reliqui qui saluati sunt confestim ad Christi gratiam conuertuntur. Effera gens Vvandalorum, Alanorum atque Gothorum ab Hispanis ad Africam transiens, omnia ferro, flamma, rapinis simul & Arriana impietate fœdauit. Sed beatus Augustinus Hipponensis episcopus, & omnium ecclesiarum doctor eximius, ne ciuitatis suæ videret ruinam, tertio mense obsidionis suæ migrauit ad dominum, V. Calendarum Septembris, anno ætatis suæ, LXXVI. Mansit autem in clericatu vel episcopatu annis XL. Quo tempore Vvandali capta Carthagine, Siciliam quoque deleuerunt. Cuius captiuitatis Paschasinus Lilybitanus antistes, in epistola quam de ratione Paschali papæ Leoni scripsit, meminit.

Pseudomoses in Creta.

August. mortē deprecatur. Diac. lib. 14.

Paschasinus.

Chlodoueus. Greg. Tur.

Francis Chlodoueus adhuc paganus regnat. Cuius temporibus Gondoueus rex Burgun- H
diorum, qui ex genere fertur Alarici, extitit. Huic fuerunt quatuor filij, Gundobaldus, Godegisilus, Chilpericus & Gothmarus. Gundobaldus Chilpericum fratrem suum interfecit, vxorémque eius ligato saxo ad collum in flumen demersit: filiásque eius, vnam quæ Chrona dicta est, exilio relegauit: alteram verò Chrotildem secum retinuit, quam postea vxorem rex Chlodoueus accepit: cuiúsque industria, orationibus ac monitionibus, deo inspirante, idem Christianus cum populo suo factus est. Scotis in Christum credentibus, ordinatus à papa Cælestino Palladius primus episcopus mittitur. Anno octauo Theodosij imperatoris, recedente à Britannia Romano exercitu, Scoti & Picti redeunt, & totam ab Aquilone insulam, vacuam propè indigenis, muro tenus capessunt. Nec mora, cæsis, captis, fugatísque custodibus, muróque ipso interrupto, etiam intra vallum crudelis prædo grassatur. Mittitur epistola lachrymis ærumnísque referta ad Romanæ potestatis principem, petens auxilium, sed non impetrat. Interea *fames dira profugos infestat: quidam coacti*, hostibus manus dedere: alij de montium speluncis ac saltibus strenuè repugnare, stragésque de hostibus dare. Scoti I
domum reuersi ac Picti, extremam insulæ partem ibi habituri detinent. Famem præfatam magna frugum abundantia, opulentia, luxuria, & negligentia: negligentiámque lues acerrima, & mox acrior hostium nouorum, id est Anglorum plaga secuta est. Quos illi vnanimi consilio cum rege suo Vintigerno, quasi defensore patriæ ad se inuitandos elegerunt. Sed hos mox expugnatores senserunt. Xystus Romæ basilicam sanctæ Mariæ matris domini, quæ ab antiquo Liberi patris delubrum fuerat, miro opere refecit. Eudoxia vxor Theodosij principis, ab Hierosolymis remeauit, secum beatissimi Stephani protomartyris reliquias deferens, quæ in basilica sancti Laurentij positæ, piè à fidelibus venerantur. Bledla & Attilia fratres, multarúmque gentium reges, Illyricum Thraciámque depopulati sunt. Maximus Taurinensis episcopus, vir in scripturis diuinis satis intentus, clarus habetur. Petronius Bononiensis episcopus Italiæ, vir sanctitate vitæ & monachorum studiis ab adolescentia exercitatus, cuius pater Petronius præfectus prætorij, vir secularibus literis eruditus, mo- K
ritur. Iulianus episcopus & Cælestinus, sectatores Pelagij agnoscuntur. Leporius quoque presbyter adhuc laicus, Pelagianum dogma sequitur, præsumens de puritate vitæ suæ, quam arbitrio tantùm & conatu proprio, non Dei se adiutorio obtinuisse credebat. Sed per beatum Augustinum ab eo emundatus, ad catholicam ecclesiam rediens, satisfactionis suæ librum vera fide composuit. Victor rhetor Massilienfis, qui libros in Genesin ad filij sui Æthelij personam commentatur, in diuinis scripturis non plenè exercitatus moritur. Cassianus quoque Scytha natione, Constantinopoli à Ioanne diaconus ordinatus, apud Massiliam vrbem presbyter moritur: qui inter alia Institutionum librum scripsit: opera illius à catholicis cautissimè legenda, maximè de libero arbitrio & gratia: sed & Encratitarum hæresi incautius fauit. Errores illius Cassiodorus Rauennatium senator purgare volens non ad ple-

Palladius Scotorū Apostolus.

Fames.

Eudoxia.

Max. Taurinensis.

Pelagiani episcopi.

Victor Massilienſis. Cassianus hæreticatur. Prosper. Aquit. in opusculo contra collatorem.

num

A num ex omni parte potuit. Vincentius quoque natione Gallus apud Lirinēsem insulam presbyter, satis in diuinis scripturis eruditus moritur.

Anni Christi. 452

Marcianus & Valentinianus, annos vj. quorum initio industria beatissimi Leonis papæ Chalcedonense concilium celebratur: vbi Eutyches cum Dioscoro Alexandrino episcopo condemnantur. Horum etiam sexto imperatorum anno, Theodericus rex Gothorum, ingēti exercitu Hispaniam ingreditur. Gens Anglorum siue Saxonum, Britanniam tribus longis nauibus aduehitur, quibus dum iter prosperatū domi fama referret, exercitus fortior est missus, qui hostes quidem abegit: sed in socios arma vertens, totam propè insulam ab orientali vsque ad occidentalem plagam igni ferróque subegit, confícta occasione, quòd Britones minus stipendia dederint. Egidio patritio in Galliis Frāci Agrippam super Rhenum ceperunt: eámque Coloniā, quòd ibi coloni inhabitarint, appellauerunt. Egidio Syagrius filius successit, qui post mortem Childerici regis Francorum cum Chlodoueo apud Suessionem pugnam cōmittens, vincente Chlodoueo ad Gothorum regē se cōtulit. Sed mox à Chlodoueo repetitus, illicóque
B redditus, occisus est. Sic Romanorū vires intra Gallias ceciderunt. In cuius loco postea Ætius Patritius constitutus est: qui maxima prælia cum Vvādalis aliísque nationibus gessit. Chlodoueus rex Francorum institutus & Chrothildis neptis Gundobaldi regis Burgundiorū per Aurelianum sponsatur, regíque Chlodoueo postmodum per eundem ipsum Aurelianum adducta coniungitur. Chlodoueus rex, post victoriam Alamannorum, xv. anno regni sui, credens baptizatur. Inde Burgūdiam sibi subegit, & Gundobaldum atque Gundegisilum fratrem eius ad tributa coegit. Hoc tempore beatissimus Mamertus Viennensis episcopus, cladem imminentem lachrymis & precibus suis à Viennensium vrbe remouit. Siquidem incendia crebra, terræmotus assidui, nocturni sonitus quidam totius vrbis funeri prodigiosum quiddā ac ferale minitantes, populosis hominū conuentibus, domestica siluestriū ferarū species obseruabatur: lupi, vrsi, ac cerui naturaliter pauidi, per angusta portarum vsque ad fori lata penetrabāt. Quid multis? imminente solennitate vigiliarum, qua celebrari festum dominicæ Resurrectionis
C annua consuetudo poscebat, ædes publica, quam præcelso ciuitatis Viennensium vertici sublimitas in immensum fastigiata sustulerat, flammis terribilibus conflagrare crepusculo cœpit. Interpollatur nunciis discriminis iocunditas sublimitatis, pleno timoribus populo ecclesia vacuatur. Omnes nanque simílem facultatibus vel domibus propriis casum de quadam præimminentis incendij arce metuebant. Perstitit tamen coram festiuis altaribus inuictus antistes, sanctus Mamertus, & calorem fidei suæ accendens flumine lachrymarum, permissam ignibus potestatem incēdio abscedente cōpescuit. Desperatione deposita reditur ad ecclesiā, in eáque vigiliarum nocte sancti Paschæ, concepit animo Rogationes, atque ibi cum Deo tacitus definiuit quicquid hodiè psalmi ac precibus mundus inclamat. Ioannes Baptista caput suum duobus monachis orientalibus, qui ob orationem venerant Hierosolymam, iuxta Herodis quondam habitaculum reuelauit: quod deinceps Emessam Phœniciæ vrbem perlatum, & digno honore cultum est. Hæresis Pelagiana Britannorum turbat fidem: qui à Gallicanis episcopis auxilia quærentes, Germanum Altisiodorensis ecclesiæ episcopum, & Lupum Trecassinum æquè apostolica gratia antistites, fidei defensores accipiunt. Confirmant antistites
D fidem verbo veritatis simul & miraculorum signis. Secundò quoque idem beatus Germanus cum sancto Seuero episcopo ad integritatem fidei tuendam Britānias precibus Gallicanorū episcoporum permotus, proficiscitur: & diuina gratia comitante, renouatores erroris penitus cōfundūt. Sed & bellum Saxonum Pictorúmque aduersus Britones iūctis viribus susceptum, sancti antistites virtute diuina retundunt: cùm Germanus ipse dux belli factus, non clangore tubæ, sed clamore Alleluia, totius exercitus voce ad sidera leuato, hostem immanem in fugam vertit. Qui deinceps Rauennam perueniens, & summa reuerentia à Valentiniano & Placidia susceptus, migrauit ad Christum. Corpus eius honorifico agmine comitātibus virtutum operibus Altisiodorum deferunt. Eo tempore Seuerus presbyter, natione Indus, vir miraculis clarissimus, destructo idolorum templo, vbi error gentilis centum deos cultura insanissima adorabat, ecclesiam beatissimi Stephani protomartyris, vt consecraretur pro foribus Viennę
E parabat. Sed cùm diu reditum beatissimi Germani sustineret, quia idem pergens ad dedicationem domus se dixerat venturum, contigit vt die eiusdem dedicationis antequam officia inchoarentur, beatissimum corpus episcopi Germani per Viennam deportatum, in eandem ecclesiam ipsam nouam, repausandi gratia perueheretur: sicque viri Dei promissum impletur. Isicius tunc temporis Viennensem regebat ecclesiam, sextus à beato Paschasio, cuius diebus præfatus Seuerus gloriosus presbyter ab India Viennam venit. Qui episcopus floruit vsque ad tempora Zenonis imperatoris. Ætius patritius magna occidentalis reipublicæ salus, & regis quondam Attilæ terror, à Valentiniano occiditur, cum quo Hesperium penè cecidit regnum. Eucherius Lugdunensis episcopus, satis in diuinis scripturis eruditus, moritur. Hic etiam inter alia opera, Cassiani quædam opuscula lato tensa eloquio, angusto tramite in vnum coēgit volumen. Philippus presbyter auditor beati Hieronymi, qui in Iob simplici sermone edidit libros, moritur.

Ætius.

Chrothildis desponsatur.

Rogationes Mamertus instituit.

Germ. Altiſ. Lupus Trecaſſinus.

Alleluia vox victoriæ. Beda in hiſt. Seuerus.

Iſicius Viennenſ.

Eucherius. Philippus Hieron. diſcip.

Leo maior. Dioscorus hæreticus. Acephali.

Anni Christi. 458

Leo maior cum Leone minore, regnant annis sexdecim. Alexandria & Ægyptus errore F Dioscori hæretici languens, immundo impleta spiritu, caninam rabiem latrat. Per idem tẽpus apparuit hæresis Acephalorum, Chalcedonense concilium impugnantium. Ideo Acephali, id est, sine capite nominantur, quia quis prius eam hæresin introduxerit, non inuenitur. Cuius hæresis peste plurimi orientalium languent. Leo imperator, pro tomo Chalcedonensis, per vniuersum penè orbem singulis orthodoxorum episcopis, singulas consonantes misit epistolas, quid de eodem tomo sentirent, rescribi sibi postulans: quorum adeo consonantia de vera Christi incarnatione susceptit omnium rescripta, ac si vno tempore vnóque dictante fuissent vniuersa conscripta.

Theodorus episcopus.

Theodorus episcopus ciuitatis, quæ à Cyro rege Persarum condita, Cyriæ nomen habet, scribit de vera incarnatione domini saluatoris aduersus Eutychen & Dioscorum Alexandriæ episcopum, qui humanam in Christo carnem negant. Scripsit & ecclesiasticam historiam à fine librorum Eusebij vsque ad suum tempus, id est, vsque ad imperium huius Leonis, sub quo & mortuus est. Victorius, iubente papa Hilario, scripsit paschalem circulum sexcentorum tri- G ginta duorum annorum. Chlodoueus rex Francorum miliario decimo ab vrbe Pictauis cum Alarico rege Gothorum pugnã iniit: ibíque victor Alaricũ occidit. Amalaricus filius Alarici, euadẽs in Hispanias aufugit. Chlodoueus Burgundiorũ rex, Tholosam, Sanctonas, & reliquas ciuitates, omnémque terram Aquitanicam subiugauit, Gothos Arrianos inde expellẽs, Francos ibi catholicos habitare cõstituens. Saluianus presbyter apud Massiliam humana & diuina literatura instructus, inter alia quæ scripsit ad Claudianum presbyterum Viennensem, librum vnum expositionis extremæ partis in Ecclesiasten. Hilarius Arelatensis ecclesiæ episcopus, vir in sanctis scripturis doctus, paupertatis amator, & erga inopum prouisionem non solùm mẽtis pietate, sed & corporis sui labore sollicitus, emicuit. Leo vrbis Romæ beatissimus episcopus, in doctrina fidei clarus habetur. Claudianus quoque Viennensis ecclesiæ presbyter, vir ad loquendum artifex, & ad disputandum subtilis, floruit. Sed & Prosper Aquitanicæ regionis, notarius beati Leonis, à quo dictatæ creduntur esse epistolę aduersus Eutychem, de vera incarna- H tione Christi, & libero arbitrio malè sentientem.

Victorius. Clodoueus Alaricum vicit & occidit.

Saluianus.

Hilarius Arelat.

Claudianus.

Zenon. 475

Zenon imperator, annis septemdecim. Iste Leonem filium suum interficere quærens, pro eo mater eius alium similem figura obtulit: ipsúmque Leonem occultè clericum fecit: quíque & in clericatu vsque ad Iustiniani tempora vixit. Per idem tempus corpus Barnabæ apostoli, & euangelium Matthæi eius stilo scriptum, ipso reuelante reperitur. Odoacer rex Gothorum Romam obtinuit. Quam ex eo tempore diutius eorum reges tenuere. Mortuo Theodorico Triarij filio, alius Theodoricus cognomento Valamer, Gothorum suscepit regnum: qui vtranque, Macedoniámque Thessaliámque depopulatus est. Plurima regiæ ciuitatis loca igne succendens, Italiam quoque infestus occupauit. Honoricus rex Vvandalorum Arrianus, in Africa exulatis diffugatísque plusquam trecentis trigintaquatuor episcopis catholicis, ecclesias eorum clausit. Plebem variis adfecit suppliciis, innumeram multitudinem catholicam pro fide veritatis peremit, & innumeris manus abscindens, & vt catholicæ confessionis loquelam auferret, linguas quoque præscindens, penè totam Africam in catholica veritate plenè fundatam, vnum quodammodo martyrem fecit. I

Honoricus tyrannizat.

Britones duce Ambrosio Aureliano, viro modesto, qui solus fortè Romanæ gentis Saxonum cædi superfuerat, victricem Saxonum gentem prouocantes ad prælium, vincunt: & ex eo tempore nunc hi, nunc illi palmam habuere, donec Saxones aduenæ potentiores tota insula per longum potirentur. Chlodoueus rex cum Ragnacario propinquo suo pugnam iniit. Comprehensus Ragnacarius, simul & frater eius, à tergo vinctis manibus regi præsentati sunt. Chlodoueus rex Ragnacario dicens, Cur humiliasti gẽtem nostram, vt vinciri te permitteres? bipennem in caput eius defixit: ficque mortuus est. Fratri quoque eius ita dixit, Si tu fratri tuo adiutorium præbuisses, vinctus atque ligatus non fuisset: ficque bipennem in caput eius librãs, occidit illum. Traditores eorum cognoscentes aurum quod pro fratribus acceperant vitiatũ, regi Chlodoueo retulerunt. Quibus ipse respõdit, Meritò huiusmodi aurum corruptũ accipit, qui dominum suum in mortem tradidit: sufficiat vobis quòd viuitis: illi hæc audientes, præ K innumera pecunia vitam pretiosius duxerunt.

Timotheus episcopus Alex.

Timotheus extincto ab Alexandrinis Protherio, aut voluit aut passus est, ab vno episcopo in locum occisi episcopi se ordinari: & ne contra legem factus, meritò obiiceretur, ad gratiam plebis quæ Protherium exosum habuerat conciliandam, omnes quibus ille communicauerat, Nestorianos pronunciauit. Chalcedonensem synodum repudians, confutatus ab omnibus, hæresiarches in exilium truditur: ibíque sub Zenone moritur.

Anastasius. Transemũdus ecclesias clausit. Fulgentius. Auitus.

492

Anastasius, annis vigintiocto. Transemundus Vvandalorũ rex, catholicas ecclesias clausit, & ducentos viginti episcopos in Sardiniam exilio relegauit. Fulgẽtius Ruspensis ecclesiæ episcopus, scientia & doctrina claruit.

Auitus quoque Viennẽsis episcopus, eloquẽtia & sanctitate præcipuus, cuius frater Apollinaris Valentiæ episcopus, miraculis insignis, Isicij senatoris primùm viri, postea Viennensis episcopi,

A episcopi, duo lumina, clarissimi filij. Hic beatus Auitus aduersus hæresin Arrianam, quæ tunc non solùm Africam, sed & Galliam, Italiámque magna ex parte occupauerat, magno sudore decertauit: quod clarissima eius opera testantur. Scribit enim dialogum, hæresin illam oppugnans fideliſſimo & doctissimo immortalíque ingenio, ad Gundebaldum Burgundiorum regem, filium Gundouei. Item alios libellos duos contra Nestorium & Eutychem auctores erroris, luculentissimo & castigato satis sermone. Fuerunt & alia illius plura eximia opera in Christi ecclesia probatissima. Hic Sigismundum regem in fide pietatis erudituit: qui agẽte illo, postmodum monasterium sanctorum martyrum Agaunensium, Mauritij sociorúmque eius construxit. Quem postmodum captum, & à Francis occisum vehementissimè doluit. Quãtus autem in ecclesia Christi vixerit, quisquis scire ad plenum vult, post eius innumera in diuinis laboribus opera, epitaphium ipsius legat: ibi quantus fuerit, videre poterit: vbi inter alia sic metricè lusum est:

Anni Christi.

B *Veritate pura subnixum,*
Vnus in arce fuit, cui quilibet ordine fandi,
Orator nullus similis, nullúsque poëta:
Clamant quod sparsi per crebra volumina libri.
Qui vixit, viuit, pérque omnia secula viuet.

Symmachus papa.

Symmachus papa inter multa ecclesiarum opera, quæ vel à fundamentis creauit, vel prisca renouauit, ad beatum Petrum, ad beatum Paulum, & beatum Laurentium pauperibus habitacula construxit: & omni anno per Africam & Sardiniam episcopis qui in exilio erant, pecunias & vestes ministrauit. Anastasius imperator, quia hęresi fauens, catholicos infectatus est, diuino fulmine periit.

Anastasius fulmine periit.

Hic Anastasius codicillos Chlodoueo regi pro consulatu misit. Ab ea die & consul & Augustus est appellatus, sedémque regni Parisiis constituit. Regnauit autem Francis triginta annos. Fuerunt autem à transitu sancti Martini, vsque ad transitum Chlodouei regis anni cẽtum duodecim. A transitu sancti Martini Viennensis tertij episcopi (nam primus Crescens, sequens C Zacharias martyr) vsque ad transitum Martini Turonorum episcopi, ducenti nonaginta anni: & vsque ad transitũ sancti Mamerti Viennensis ecclesiæ episcopi, colliguntur anni trecenti viginti octo. Mortuo Chlodoueo, Chrotildis regina cum quatuor filiis Chlodouei, regnum Frãcorum tenuit, Theoderico, Chlodomiro, Childeberto & Chlothario. Dani cum multis nauibus Cochilaico duce in Gallias transitum faciunt. Cum quibus Theutbertus Theoderici filius pugnauit, eósque cum rege illorum prostrauit. Chlodomirus & Childebertus atque Chlotharius fratres, contra Sygismundum & Gothmarum exercitum mouent. Cúmque in aciem simul veniſſent, fugientibus Burgundionibus, Sygismundus cùm ad sanctorum martyrum Agaunensium monasterium fugeret, comprehensus à Chlodomiro cum vxore & filiis suis necatur: & in puteum proiectus, occultatur. Sed per reuelationem postea inde ab abbate sanctorum martyrum leuatus, non lõgè ab ecclesia eorum in monasterio quod ipse cõstruxit, vbi eorum corpora, scilicet Mauritij, sociorúmque eius sex milium sexcentorum sexaginta sex posita sunt, honorificè sepultus est: vbi virtutibus postmodum & ipse claruit. Tunc tem- D poris & Auitus presbyter insignis apud Aurelianos habetur. Chlodomirus in prouincia Vienneńsi, in loco qui dicitur Veseroncia, cum Burgundionibus decertans, interfectus est. Franci indignè ferentes, Gothmarum persecuti interimunt. Per idem tempus apud Carthaginem Olympus quidam Arrianus in balneis sanctam trinitatem blasphemans, ignis iaculo visibiliter est combustus. Barbas quoque quidam Arrianus episcopus, dum quendam contra regulam fidei baptizans dixisset, Baptizat te Barbas, in nomine patris per filium in spiritu sancto, statim aqua quæ fuerat ad baptizandum deportata, nusquam comparuit. Quod aspiciens qui baptizandus erat, confestim ad catholicam ecclesiam abiit, & iuxta morem fidei baptismum Christi accepit. Faustus ex abbate Lirinensis monasterij apud Regium Galliæ episcopus factus, Pelagianum dogma destruere conatus, in errorẽ labitur: vnde qui eius sensus in hac parte catholicos prædicant, sicuti Gennadius de illustribus viris scribens, omninò errant. Ita enim liberum arbitrium tam Augustinus quàm cæteri catholici, in ecclesia Dei docent, vt E illuminatio, virtus & salus illi à Christo, & per Christum, & cum Christo sit: Faustus verò iste ita liberum Christianum arbitrium docere conatur, vt illuminatio eius, virtus & salus, non à Christo, sed natura sit.

Auitus Aurelian. Trinitatem blasphemans fulminatur. Diacon. lib. 15 Sig. an. 503. Arriano baptizati aqua disparuit. Nicep. lib. 16. cap. 35. Faustus.

Contra hunc scribit lucidissima fide beatissimus Auitus Viennensis episcopus, eius redarguens errorem. Similiter & Ioannes vir eruditus Antiochenus presbyter.

Sygismundus

Iustinus imperator annis octo. Ioannes Romanæ ecclesiæ pontifex, Constantinopolin. ve- 519 niens ad portam quæ vocatur Aurea populorum turbis ei occurrẽtibus, in cõspectu omnium, roganti cæco, lumen reddidit. Qui cùm rediens Rauennã veniſſet, Theodericus eum cum comitibus cęteris, carceris afflictione peremit, inuidia ductus, quia catholicę pietatis defẽsor Iustinus eum honorificè suscepiſſet. Quo tempore Symmachum atque Boetium cõsulares viros pro catholica pietate idem Theodericus occidit: quíque anno sequente subita morte periit,

Iustinus.

Theodericus occidit.

Anni Christi.

succedente in regno Atalarico nepote eius. Post Transemundum Childericus ex Valentiniani F imperatoris captiua filia genitus, in Vvandalis regnum susceptit. Qui sacramento à Transemundo obstrictus, ne catholicis in regno suo consuleret, antequam regnum susciperet, episcopos ab exilio reuerti iussit, eisque ecclesias reformare præcepit, post annos septuaginta-quatuor hæreticæ prophanationis. Iulianus Viennensis ecclesiæ episcopus floruit. Theodoricus, Childebertus, & Chlotharius reges cõtra Hermenefridum regem Thoringiorum exercitum commouent, & victores Hermenefridum fugant. Quem postea Theodoricus sub fide receptum, de muro vrbis cùm simul loquerentur, præcipitat, infantésque eius interficit. Childebertus quoque pro sorore sua Amalrici regis vxore, in Hispania pugnã iniit. Ibíque Amalricus interfectus, ac thesauri illius direpti, Toletum vrbs vastata. Childebertus cum sorore sua reuersus est, quæ tamen in itinere obiit. Childebertus verò inter reliquum thesaurum, calices precioſiſſimos ſexaginta detulit, quindecim patenas miro opere cælatas, viginti capsas euangeliorum ex auro purissimo cum gemmis: quæ cuncta ecclesiis diuisit. Childebertus & Chlotharius filios Chlodomiri nepotes suos, quos nutriebat Chrotildis, ne regnarent loco patris, G interficiũt: vnus ex his Chlodoaldus effugit. Hic postea relicto regno terreno, clericus factus, presbyter deinde ordinatus, bonis operibus prẽditus, plenus virtutibus migrauit ad dominũ, sepultus Nouiome in suburbio Parisiacæ ciuitatis. Eugenius Carthaginensis Africæ ciuitatis episcopus, confessor publicus habetur.

Toletum vastatur.

Chlodoaldus tonsuratur.

Iustinianus. Benedictus.

527 Iustinianus imperator regnauit annos trigintanouem. Hic Iustini ex sorore nepos. Benedictus abbas, virtutum gloria claruit. Vitam eius beatus Gregorius papa in dialogorum libris scripsit. Belisarius patritius mirabiliter de Persis triumphauit. Qui deinde à Iustiniano in Africam missus, Vvandalorum gentem deleuit. Carthago quoque post annos nonagintaquatuor vastationis suæ, recepta est, pulsis deuictísque Vvandalis, & rege eorum Gelismero capto, atque Constãtinopolin misso. Viennẽsis episcopus Dominus floruit. Hic tam in diuinis quàm in secularibus artibus claruit, amator pauperum, redemptor captiuorum, vitáque probatissimus. Per idem tempus corpus sancti Antonij monachi diuina reuelatione repertum, Alexandriam perducitur: & in ecclesia sancti Ioannis Baptistæ humatur. Dionysius paschales scribit circulos, incipiens ab anno dominicæ incarnationis, DXXXII. qui est annus Diocletiani, ducentesimus quadragesimusoctauus post consulatum Lampadij & Orestis. Quo anno codex Iustinianus orbi promulgatus est. Victor quoque Capuanus episcopus librum de pasca scribens, Victorij arguit errores. Theodoricus Francorum rex moritur, cui succedit Theutbertus filius eius. Childebertus & Chlotharius reges Francorum Hispaniam vastant. Cæsaraugustam circundantes obsident. Sed ciues tunicam B. Vincentij martyris circunferentes, misericordiam domini rogabant. qua de re flexi reges, Childebertus & Chlotharius pace composita, in munere stolam beatissimi Vincentij martyris à Cæsaraugustanis acceperunt. Parisios reuersus Childebertus, ecclesia in veneratione Beati Vincentij martyris ibi constructa, eandem ipsam stolam in eadem ipsa ecclesia reposuit. Theutbertus Italiam ingreditur, Longobardos superat, atque tributarios sibi subigit. Reuersus xiiij. regni sui anno, moritur. Sed & Chrotildis plena bonis operibus, apud vrbem Turonum migrauit ad dominum. corpus eius à filiis I sublatum, Parisiis iuxta virum suum Chlodoueum in ecclesia sanctæ Genouefæ sepultum est. Chlotharius rex filium suum Chramnum contra se rebellantem, & publica pugna resistentem, cùm prius idem Chramnus captus & ligatus fuisset, cum vxore & filiis iussit igne cremari. Hoc tempore beatus Medardus episcopus, plenus virtutibus, migrauit ad dominum. Quem Chlotharius rex Suessionis ciuitate gloriosè sepeliuit, multas facultates & munera ad sepulturam illius tradẽs. Ipse autem rex non multo pòst defunctus, in eadem ipsa ecclesia beati Medardi à filiis suis sepelitur. Regnauit autem quinquaginta & vnum annum.

Vincentij tunica.

Clotildis obiit.

Chramnus rebellis cum filiis comburitur.

Medardus.

Iustinus. Narcissus Totilam vicit.

Io. papa.

Pantagathus.

564 Iustinus minor, annis vndecim. Narcissus patritius Totilam Gothorum regem in Italia superauit, & occidit. Hic deindè minis territus Sophiæ Augustæ Iustini vxoris Longobardos à Pannoniis inuitauit, eósque in Italiam introduxit. Ioannes ecclesiæ Romanæ pontifex, ecclesiam apostolorum Philippi & Iacobi perfecit, & dedicauit. Pantagathus Viennensis ecclesiæ episcopus floruit. Hic consularibus fascibus primùm sublimis, sed Christi humilitate primus, K postmodum quinque annis episcopalem sedem fidelissimè rexit: sub cõsulatu Paulini iunioris & Basilij vita functus est. Cui successit in episcopatu Isicius, qui & ipse sub Iustiniano floruit. Quatuor fratres filij Chlotharij regnum inter se diuidunt. Charibertus accepit regnum Childeberti, sedémque constituit Parisiis: Guntchramnus regnum Clodomiri, cõstituítque sedem Aurelianis: Chilpericus, regnum Chlotharij patris sui, Suessionísque ciuitate sedem sibi statuit: Sygibertus accepit regnum Theodorici, sedémque sibi constituit Rhemis. Octauo regni eius anno in Gallias Hunni cum Sygiberto prælia committũt. Victi amicitias petunt: ficque in terram suam refugiunt. Sygibertus & Chilpericus fratres inter se decertant: & primùm Chilpericus ciuitatem Rhemensem peruasit. Sygibertus iterum Suessionas occupat, capto Theutberto Chilperici filio. Sed postmodum sacramentis inter se datis, aliquot annis in quadã pace manserunt. Charibertus rex moritur, atque in basilica sancti Romani Blauio castello sepelitur.

Isicius.

Charibertus.

Sygibertus

Anni Christi.

A Sygibertus rex Brunichildem Athanaildi regis filiam vxorem accepit, eámque sub Arrianis baptizatam in nomine indiuiduæ trinitatis rebaptizari præcepit. Eius sororem Chilpericus rex ad patrem in Hispaniam mittens, Chilsuintam expetiit: & cum alias vxores haberet, ipsam superduxit: quam tamen postea consilio vsus Fredegũdis, per noctem in lecto suo strangulauit.

Iam tunc Chilpericus tres filios habebat de Audouera vxore sua, Theubertum, & Meroueum, & Chlodoueum. Absente Chilperico Fredegundis Audoueram reginam tali fraude decepit, vt filiam quam ex Chilperico habebat Audouera ex sacro fonte, ipsa per se non per aliam susciperet: quod & ipsa seducta quidem fecit, ac ideirco postmodum à marito suo Chilperico dimissa, sicque Fredegundis in connubium transiit. Audouera velo velata villas & prædia tantùm ad sustentationem sui accepit. Episcopus qui filiam baptizauit, & matri eam tenere non prohibuit, exilio damnatus est. Leobigildis rex Gothorum quasdam Hispaniæ regiones sibi rebelles in potestatem sui regni superando redegit. Hoc tempore Namatus Viennensis

Fredegundis astutus cõsilium.

B ecclesiæ episcopus floruit, nobilis stemmate, sed nobilior vita, & eloquio. Franci qui sub ditione Chilperici erant, ad Sygibertum transeunt: sicque Sygibertus Tornacum vbi Chilpericus residebat, obsedit. Eo tempore sanctus Germanus Parisiorum episcopus Sygiberto regi mandauit, vt contra fratrem suum nullo modo abiret, neque de interfectione illius cogitaret. quod ille audire contempsit. Sed Francis consentiens, more gentis impositus clypeo, rex constitutus est, ac regnum fratris sui Chilperici adeptus, qui non longè fraude Fredegundis à duobus, iuuenibus interfectus est. Namque illi simulantes secretius aliquid ei suggerere, latus illius perfodiunt: qui à Chilperico fratre in Lambriaco vico sepultus est. Inde translatus in basilicam sancti Medardi, iuxta patrem suum Chlotharium positus est. Regnauit autem xiij. annis. Meroueus filius Chilperici, Brunichildem vxorem auunculi sui in coniugium accepit. Pro quare captus à patre & tonsuratus, ac presbyter ordinatus, in pago Cinnomannico in monasterium missus est. Childebertus iunior Brunichildis filius, rex in Austria constitutus:

Chilpericus fraude Fredegũdis occiditur.

C qui Italiam ingressus, eam deuastauit, & tributariam fecit. Guntchramnus rex boriæ satis memoriæ mortuus est, atque in basilica sancti Marcelli martyris Cabillone sepultus. Regnauit autem triginta & vno annis. Leubigildus rex filiam Chilperici & Fredegundis, nomine Rinchildem, duxit vxorem. Fredegundis cum Landerico maiore domus adulterans, Chilpericum regem à venatione reuertẽtem dolo per gladiatores interficere fecit: & quasi nescia mali cum exercitu Parisios deportatũ in ecclesia beati Vincẽtij martyris sepeliuit. Sic ipsa cũ Lauderico & Chlothario paruo filio in regno resedit. Contra quam Childebertus rex Austrasiorum, qui Guntchramno patrueli in regno Burgundiæ successerat, bellum commouit. Sed Fredegundis suis consilium dedit vt nocte cum lampadibus obuiam irent, præcedentes ramos in manibus ferrent, appensis tintinabulis ad colla equorum, ne à vigiliarum custodibus sciri possent. Nam tunc temporis tinnitos equos Austrasij ad pastum emittebant. Illi sic cuncta facientes, Austrasios & Burgundiones tali fraude seduxerunt, dum vigiliæ putant iuxta syluam equos suos pascere, & tintinabula equorum suorũ resonare. Cæsus itaque Childeberti exercitus, reliqui cum ducibus in fugam versi sunt. Fredegundis post aliquantum temporis mortua, in ecclesia

Lãdericus Fredegundis adulter.

Stratagema Fredegundis.

D beati Vincentij Parisiis sepulta est. Theodebertus & Theodericus filij Childeberti, cum auia sua Brunichilde in regnum glorioſi regis Guntchramni in Burgundiam directi: Theodericus cum Chlothario patruele suo pugnã iniit, eúmque cũ exercitu suo fugauit: inde Theodericus consilio matris suæ Brunichildis, cum Theodeberto fratre pugnam miscuit. Frater eius Coloniam ingressus, dolóque ibi occisus est, capútque illius Theoderico fratri, vt ipse iusserat, delatum. Filij Theodeberti ab ipso interfecti. Filiam eius in coniugium sumere volens, à matre prohibitus est. Cuíque postmodum Brunichildis mater, timens ne eam perimeret, venenum porrexit, talíque morte obiit, regnans quadraginta annis: filios eius Brunichildis occidit. Namatus episcopus Viennensis septuagesimo anno vitæ suæ defungitur. Iustinus imperator amens factus, diem obiit: Tiberiúsque pro eo imperium suscepit. Burgundiones & Austrasij cum reliquis Francis pace facta Chlotharium in tribus totis regnis super se regem leuauerunt.

Namatus.

E Tiberius Constantinus Imperator annis vij. Gregorius adhuc apocrisiarius Romanæ ecclesiæ in Constantinopoli libros expositionis in Iob cõdidit: atque Eutychium eiusdem vrbis episcopum in fide nostræ resurrectionis errasse, Tiberio præsente, vt conuicit, ita imperator librum ipsius, quem de resurrectione scripserat, flammis cremari debere liberaret. Docebat enim idem Eutychius corpus nostrum in resurrectione impalpabile, *ventis aëréque futurum* subtilius. Gens Longobardorum comitante fame & mortalitate, omnem inuadit Italiam, ipsamque Romanam vrbem obsedit: quibus tempore illo rex præerat Alboinus. Gothi quoque sub Hermenigildo Leuuigildi regis filio, bifariè diuisi, mutua cæde se vastant. Philippus Viennensis episcopus clarus floruit. Cuius tempore monasterium sancti Andreæ subterioris Viennæ conditum à Remila Eugenia Ansemundi ducis filia, atque sub testamento matri ecclesiæ traditum. Nam aliud monasterium superius sancti Andreæ, in colle ciuitatis situm

575 *Tiberius Const. Gregorius. Eutychij hæresis.*

Remilia. Euantius. Priscus. Artemius. Syagrius.

Mauricius.

Gothi ad fidē cōuertuntur. Verus Epis. Desiderius.

Anglicōuertuntur. Brunichildis membratim discerpitur.

Phocas.

Romana caput Ecclesiarū statuitur. Pantheon fit templum omniū Sanctorum.

verse Hierosolymam capiunt.

Anastasius versa monachus martyriū compleuit.

Sisebutus vastat Hisp.

Ætherius. Chlotharius omnes spatha longiores detruncauit.

Anni Christi.

iam erat. Fundauerat enim ipsum beatissimus Leonianus tēporibus sancti Auiti eiusdem vrbis F
episcopi, vbi eadē ipsa Remilia sub regulari disciplina nutrita fuerat. Post Philippū Euātius vir
sanctus, episcopus Viennæ leuatus est. Hic cū sancto Prisco & Artemio Senonico, & Remigio
Biturigēsi & cū aliis sanctis episcopis, viginti capitula ecclesiastica perfectè roborauit. Quibus
consedit quoque Syagrius Eduennensis episcopus, vir summæ sanctitatis, Sueui à Leuuigildo
rege obtenti Gothis subiiciuntur.

583 Mauricius imperator, annis xxj. Ermenigildus Leuuigildi Gothorum regis filius, ob fidei
catholicæ cōfessionem inexpugnabilem, à patre Arriano regni priuatus insulis, insuper in car-
cerem proiectus, ad extremū nocte sancta dominicæ Resurrectionis, securi in capite percussus,
regnum cæleste pro terreno rex & martyr intrauit. Cuius frater Richaredus mox vt regnum
post patrem accepit, omnem gentem Gothorum, cui præerat instante Leandro Hispalitano
episcopo, qui & Ermenigildum docuerat, ad catholicam fidem conuertit. Auari aduersus Ro-
manos dimicantes auro magis quā ferro pelluntur. Viennensis episcopus Verus claruit. Huius
tempore Desiderius Augustodunensis genere, in ordine diaconi ecclesiæ Viennēsi seruiebat. G
Gregorius Romanæ ecclesiæ præsul & doctor eximius, claruit. Post Verum episcopū sanctus
Desiderius succedit. Hic beatissimus Brunichildem reginam ex impietatibus suis arguens à
comitibus eius ipsa iubente in territorio Lugdunensi super fluuium Calaronam perimitur,
martyrýque glorioſus cæleste regnum ingreditur. Gregorius pontifex synodum episcoporum
xxiiij. ad corpus B. Petri apostoli congregās, quæ necessaria sunt ecclesiæ decernit. Idem missis
in Britanniam Augustino, Mellito, & Ioanne, cum aliis pluribus timentibus Deum, ad Chri-
stum Anglos conuertit. Siquidem Edilbertus rex Cantuariorum cum gente cui præerat, ad
Christum conuertitur, sedésque tam Augustino doctori suo, quàm aliis episcopis largitur. Bru-
nichildis regina pro multis sceleribus suis in præsentia Chlotharij regis iudicantibus Francis,
indomitis equis, religata brachiis & cruribus diuaricatis, membratim discinditur, ac igni ossa
illius cremata.

604 Phocas regnauit annis viij. Gregorius Anglorum genti metropolitanos statuit, dedítque H
Lindoniæ atque Eboraciæ episcopis pallium: secundo anno imperij Phocæ, indictione octaua
migrauit ad dominum. Focas rogante papa Bonifacio, statuit sedem Romanam caput esse
omnium ecclesiarum, quia Constantinopolitana ecclesia primam se omnium scribebat.
Domnolus Viennensis episcopus tūc florebat, vir strenuus, & in redimēdis captiuis piissimus.
Phocas rogante alio Bonifacio Romano pontifice, in veteri fano quod Pantheon vocabatur,
ablatis idololatriæ sordibus, ecclesiam beatæ semper virginis Mariæ & omnium martyrum
dedicari iussit, vt vbi quondam non deorum, sed dæmoniorum cultus agebatur, ibi deinceps
omnium fieret memoria sanctorum. Parasini & Veneti per orientē & Ægyptum ciuile bellum
faciunt, ac sese mutua cæde prosternunt. Persæ aduersus rēpublicam grauissima bella gerētes,
multas Romanorum prouincias, & ipsam Hierosolymam capiunt: ac destruentes ecclesias,
sancta quoque loca profanantes, etiam vexillum dominicæ crucis auferunt. Heraclius im-
perator, annis xxvj. Anastasius Persa monachus, nobile pro Christo martyrium patitur: qui
natus in Perside à patre puer magicas artes didicit: sed vbi à captiuis Christianis nomē Christi I
accepit, in eo mox animo conuersus, relicta Perside Calchedoniam Hierapolínque, Christum
quærens, ac deinde Hierosolymam petiit, vbi accepit baptismatis gratiam. Quarto ab eadem
miliario monasterium abbatis Anastasij introiuit, vbi septem annis regulariter viuens, dum
Cæsaream Palæstinæ orationis gratia veniſſet, captus à Persis, & multa diu verbera inter car-
ceres & vincula Marcebana iudice perpessus, tandem in Persidem mittitur ad regem eorum
Cosroam: à quo tertiò per interualla temporis verberatus, ad extremum vna suspensus manu
per tres horas, sic decollatus cum aliis septuaginta, martyrium compleuit. Mox tunica eius in-
dutus quidam dæmoniacus, curatus est. Sisebutus Gothorum rex in Hispania plurimas vrbes
sibi bellando subiecit, & Iudæos suo regno subditos, præter eos qui fuga lapsi latenter mi-
grauerunt ad Francos, ad Christi fidem conuertit. Persæ Chalcedoniam vsque peruenerunt.
Hunni murum longum irrumpentes, & ad mœnia Constantinopolis accedētes, cum Heraclio
imperatore mutuò in muro stante colloquuntur, acceptóque ab eo precio pacis, ad tempus K,
recedunt. AEtherius Viennensis, vir in omnibus eximius, præclarus habetur. Chlotharius
rex Saxonum terram vastauit: intantum vt non ibi relinqueret hominem viuentem, longior,
vt fertur, quàm spatha ipsius erat. Non longo tempore interiecto, xliiij. regni sui anno mo-
ritur: succeſſitque ei Dagobertus filius eius vir strenuus, & in iudiciis seuerus. Habuit autem
duos filios, Sygibertum & Chlodoueum: quorum vnum, Sygibertum in Austriam cum Pipino
duce direxit: Chlodoueum iuniorem secum retinuit. Gundolandus maior domus moritur,
cuius loco Herthenoldus à Dagoberto constituitur. Heraclius imperator cum exercitu super-
ueniens Persis victor, Christianos qui ibi erant captiui reduxit, ac vexillum dominicæ crucis
Hierosolymam triumphans reportauit. Reliquiæ quoque beati martyris Anastasij, primò ad
monasterium suum, deindè Romam aduectæ, venerantur in monasterio beati Pauli apostoli,
quod dicitur ad Aquas Saluias. Anno Heraclij imperatoris xviij. indictione v. Eduinus ex-
cellentiſ-

Anni Christi.

A cellentissimus rex Anglorum, in Britannia Transumbranæ gentis ad aquilonem, prædicante
Paulino episcopo, quē miserat de Cātia venerabilis archiepiscopus Iustus, verbum salutis cum
sua gente susceپit, anno regni sui vndecimo. Aduentus autem Anglorum in Britanniam plus
minus annō clxxx. Eíque Paulino sedē episcopus Eboraci dedit. Eo tempore apud Scotos in
obseruatione xiiij. lunæ paschalis error maximus exortus est: quorum errorem Honorius papa
per epistolā suam redarguit. Sed & Ioānes qui successori eius Seuerino in pontificatu succeſſit,
cum adhuc electus in pontificatu, pro eodem errore xiiij. lunæ, simul & pro Pelagiana hæresi,
quæ apud eos recrudescebat, scripsit.

Eduinus credit. Anglorū in Britanniam aduentus.

Heracleonas cum matre sua Martina, annis iij. Cyrus Alexandriæ episcopus, Sergius & 639
Pyrrhus regiæ vrbis episcopi, Acephalorum hæresin instaurātes, vnam operationem in Chri-
sto diuinitatis & humanitatis, vnam quoque voluntatē dogmatizabant. E quibus Pyrrhus sub
Theodoro papa Romam veniens ex Africa, ficta, vt post apparuit, pœnitentia, obtulit eidem
papæ præsente clero & populo libellum cū sua subscriptione, in qua damnabantur omnia quæ
B à prædecessoribus suis scripta vel acta sunt aduersus catholicā fidē: vnde & benignè susceptus
est ab eo, quasi regiæ pontifex ciuitatis: sed quia reuersus, eundem ipsum errorem repetiit, me-
moratus papa Theodorus, sacerdotū synodo aduocata in basilica beati Petri apostoli, cōdem-
nauit ipsum Pyrrhum sub vinculo anathematis.

Heracleonas.

Pyrrhi Episc. hypocritica pœnitentia.

Constantinus filius Heraclij, mensibus sex. Pyrrhi succeſſor Paulus, non tantùm pestifera 642
doctrina sicut decessor eius, sed & aperta persecutione catholicos cruciat, apocrisiarios sanctæ
Romanæ ecclesiæ, qui ad eius correctionem missi fuerant, partim carceribus, partim exiliis,
partim verberibus afficiens. Sed & altare eorum in domo Placidiæ sacratum in venerabili
oraculo subuertens diripuit, prohibens eos ibi missas agere: vnde & ipse sicut prædecessores
ipsius, ab apostolica sede, iusta satis dispositione damnatus est. Dagobertus Francis regnat, Sy-
gibertus filius eius Austrasiis.

Cōstantinus.

Dagobertus.

Constantinus, filius Constantini, imperator annis xxviij. Hic Constantinus deceptus à 641
C Paulo, sicut Heraclius auus eius à Sergio eiusdem ciuitatis episcopo, expoſuit typum aduersus
catholicam fidem: nec vnam, nec duas voluntates, aut operationes in Christo definiens esse
confitendas, quasi nihil velle vel operari credendus sit Christus. Vnde Martinus papa con-
gregata Romæ synodo cv. episcoporum, damnauit sub anathemate præfatos Cyrum, Ser-
gium, Pyrrhum, & Paulum hæreticos. Post hæc missus ab imperatore Constātino Theodorus
hexarchus, tulit Martinū papam de ecclesia Constantiniana, perduxítque Constantinopolin;
vbi cum pro catholica veritate apostolicè ageret, relegatus Chersonam, ibidem vitam finiuit,
multis in eodem loco virtutum signis vsque hodiè refulgēs. Facta est autem synodus præfata,
anno ix. imperij Constantini, mense Octobri, indictione viij. Clarentius vir satis eruditus Vien-
nensis episcopus claruit. Vitellianus papa Romæ ordinatur: sub quo Constantinus imperator
beato Petro apostolo misit euāgelia aurea gemmis albis mira magnitudine in circuitu ornata.
Ipse post aliquot annos idem per indictionem vj. Romam veniens, obtulit super altare apoſto-
lorum, pallium auro textile, toto exercitu cum cereis ecclesiam intrante. Sequenti anno facta
D est eclipsis solis, v. nonas Maij, quasi decima hora diei. Vitellianus papa Theodorum archi-
episcopum & Adrianum abbatem, virum sanctum atque doctissimum, in Britanniam mittit:
qui plurimas ecclesias Anglorum doctrina ecclesiastica fœcundarunt. Cōstantinus imperator
post plurimas deprædationes in prouinciis factas, occisus in balneo periit, indictione xij. Sed
non longo pòst tempore Vitellianus papa obiit.

Monothelitæ, Clarentius. Vitellianus.

Cassula auro textilis.

Constantinus filius Constantini superioris, annis xvij. Sarraceni Siciliam inuadunt, & præ- 669
da nimia secum ablata, mox Alexandriam redeunt. Agatho pontifex Romanæ ecclesiæ con-
stituitur: qui ex rogatu Constantini, Tiberij, Heraclij, piissimorum principum, misit in re-
giam vrbem legatos suos: in quibus erat adhuc Ioannes diaconus non longè post episcopus,
pro facienda adunatione Dei ecclesiarum. Qui benignissimè susceپti à fidei catholicæ defen-
sore Constantino, iussi sunt remissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de vera
fide perquirere, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana catholicorum patrum quos pe-
tebat, libellis. Affuerunt autem & episcopi cx. præsidente Georgio patriarcha regiæ vrbis, &
E Macario Antiochiæ. Conuicti sunt itaque qui vnam voluntatem & operationem astruebant
in Christo, falsasse catholicorum patrum perplurima dicta. Finito conflictu, Georgius cor-
rectus est: Macharius verò cum suis sequacibus simul & prædecessoribus, Cyro, Sergio, Ho-
norio, Pyrrho, Paulo, & Petro, anathematizatus est: & in loco eius Theophanus abbas de
Sicilia, episcopus Antiochiæ factus. Tantáque gratia legatos catholicæ pacis comitata est, vt
Ioannes Portuensis episcopus, qui erat vnus ex ipsis, dominica octauarum paschæ, missas pu-
blicè in ecclesia sanctæ Sophiæ, coram principe & patriarcha Latinè celebraret. Hæc est sexta
synodus vniuersalis Constātinopoli celebrata, & Græco sermone conscripta temporibus papæ
Agathonis, exequente & residente Constantino piissimo imperatore intra palatium suum,
simúlque legatis apostolicæ sedis, & episcopis cx. residētibus. Prima enim vniuersalis synodus
in Nicea congregata est contra Arrium, cccxviij. patrum, temporibus Iulij papæ sub Con-

Constātinus. Agatho papa.

Monothelitæ conuicti.

Missæ coram Imp. Latinè celebrantur.

Synodi generales.

Sindulphus. Hediltrudæ virginis caro nõ corrũpitur.

Iustinianus.

Dagobertus febre moritur.

Grimoldus.

Dionysij brachium abscinditur exitio Francorum.

Chlodoueus rex lubricus.

Vvilibrodus.

Leo Imp.

Crux adoratur quotannis.

Dæmonpollicetur vitæ lõgitudinem.

Anni christi.

stantino principe. Secunda, Constantinopoli, centum quinquaginta patrũ contra Macedoniũ F
& Eudoxium, temporibus Damasi papæ, & Gratiani principis, quando Nectarius eiusdem
vrbis est ordinatus episcopus. Tertia in Epheso, cc. patrum contra Nestorium episcopum Au-
gustæ vrbis, duas personas in domino Iesu Christo prædicantem, sub Theodosio magno prin-
cipe, & papa Cælestino. Quarta, in Chalcedonia, patrum dcxxx. sub Leone papa, temporibus
Martiani principis, cõtra Eutychem nefandissimorum præsulẽ monachorum. Quinta autem,
Constantinopoli, tẽporibus *Vigilij* papæ, sub Iustiniano imperatore, contra Theodorum &
omnes hæreticos. Sexta hæc de qua in præsenti loco diximus. Sindulphus Viennensis eccle-
siæ episcopus, clarus habetur. Sancta virgo Christi Hediltruda, filia Annæ regis Anglorum, &
primò alteri viro, & postea Hecfrido regi coniunx data, postquam xij. annis thorum mari-
talem incorrupta seruauit, sumpto velamine sanctimonialis efficitur: nec mora, etiam vir-
ginum mater & nutrix: cuius merita testatur etiam caro mortua, quæ post xvj. annos sepulturæ
cum veste qua inuoluta est, incorrupta vt virgo manserat, reperitur. Dagobertus rex ec-
clesias sanctorum ditauit, eisque multa largitus pacificè & quietè regnum tenuit Francorum. G
Sindulpho episcopo defuncto, Hecdicus Viennensis ecclesiæ præsulatum suscepit, magnæ re-
ligionis vir: claruit autem vsque ad vltimum tempus Iustiniani imperatoris, cuius & tem-
pore obiit.

686 Iustinianus minor, filius Constantini, imperator factus, annis x. Hic constituit pacem
cum Sarracenis terra marique decẽnio. Sed & prouincia Africa quæ fuerat tenta à Sarracenis,
Carthagine capta atque destructa, Romano imperio subiugata est. Dagobertus rex valida
febre ægrotans, mortuus est Spinogilo villa in pago Parisiensi atque in ecclesia beati Dionysij
martyris sepultus est: luxerúntque eum Franci diebus multis. Regnauit autem quadraginta-
quatuor annis. Eius loco constituerunt Franci Chlodoueum filium eius regem: cuius vxor
Baltildis, de genere Saxonum. Sygibertus rex Austrasiæ, Pippino defuncto Grimoldum filium
eius maiorẽ domus instituit. Non lõgè pòst defuncto Sygiberto rege, Grimoldus filium eius
paruum, Dagobertum nomine, totondit, ac Dodoni Pictauiensi episcopo sub custodia dirigit: H
Franci plurimum inde indignati, captum Grimoldum Chlodoueo regi tradũt: qui posuit eum
Parisiis in custodia: ibíque diu excruciatus, vitam finiuit: Chlodoueus rex temerè agens, bra-
chium beati Dionysij martyris abscidit. Ab eo tempore sicut Franci tenuerunt, regnũ ipsorum
cadere cœpit, variis casibus molestatũ. Chlodoueus rex multis illectus vitiis, tandẽ ex Baltilde
regina tres filios habuit, Chlotharium, Childericum, atque Theodericum. Iustinianus beatæ
memoriæ, Romanæ ecclesiæ pontificem Sergium, quia Synodo hæreticos quam Constan-
tinopoli fecerat, parere & subscribere noluit, misso Zacharia protospatario suo, iussit Constan-
tinopolin deportari. Sed præuenit militia Rauennatis vrbis, vicinarúmque partium, iussa ne-
fanda principis, & eundem Zachariam ab vrbe Roma cõtumeliis & iniuriis repulerunt. Chlo-
doueus rex nimium lubricus decessit, cum regnasset annis xvj. Franci Chlotharium filium eius
regem cõstituunt. Herchinoldo maiore domus defuncto, Franci in incertum euntes, Ebroinũ
in hac dignitate vt maior esset in aula regia constituunt. Chlotharius quatuor annos regnans
obiit, cuius loco Franci Theodericum fratrem eius erigunt. Childericum alium fratrem eius I
simul cum Vvlfeldo duce in Austriam regnare dirigunt. Papa Sergius ordinauit venerabilem
virum Vvilibrodum cognomine Clementem, Frisionum genti episcopum. Caldeoldus epi-
scopus Viennẽsem ecclesiam rexit vsque ad tempora Theoderici regis. Iustinianus imperator
ob culpam perfidiæ, regni gloria priuatus, exul in Pontum secedit.

696 Leo imperator, annos duos. Papa Sergius in sacrario beati Petri capsam argenteam quæ in
angulo obscurissimo diutissimè iacuerat, & in ea crucem diuersis ac preciosis lapidibus ador-
natam, domino reuelante reperit: de qua tractis quatuor petalis, quibus gemmæ inclusæ erãt
miræ magnitudinis, portionem ligni salutiferi dominicæ crucis interius repositam inspexit.
Quæ ex eo tempore omnibus annis in basilica Saluatoris quæ appellatur Constantiniana, die
Exaltationis eius ab omni osculatur atque adoratur populo. Dodolenus Viennẽsis episcopus
habetur. Franci Ebroino insidias parantes, Theodericum de regno abiiciunt, Ebroinum Lu-
xouio monasterio tondent: Childericum super se regem leuant: maiorem domus, Vvlfuoldũ. K
Sed non multo pòst, propter leuitatem animi sui idem Childericus à Francis interficitur: Vvl-
fuoldus fuga elabitur. Franci Leodosium Archenoldi filium, maiorem domus constituunt,
Theodericum in regno aduocant. Dicitur in hoc consilio fuisse Leodegarius venerabilis epi-
scopus Augustodunensis, & Gerinus frater eius. Ebroinus itaque magnæ impietatis homo,
clericaturam abiiciens, à Luxonio cœnobio egressus, seductus sine dubio ab spiritu mẽdacij,
qui dixerat ei, quòd duodeuiginti annis viueret, in Franciam reuertitur. Copiis vndecunque
sibi aggregatis, ad Audoënum episcopũ Rothomagensem dirigit. Mox respõso inde accepto,
tyrannicè contra hostes debacchatus, Leuidesium fide captum occidit. Ac sic principatum
vi sub Theoderico rege obtinuit: continuò sanctum Leodegarium diuersis pœnis affectum
gladio percussit: Gerinum quoque fratrem eius diu excruciatum peremit: multos cogens in
exilium, ablatis facultatibus, de quibus Vvlbaldus & Ragnebertus illustres viri, multis pressi
iniuriis,

Anni Christi

Martinus Ansegisili perimitur.

Pisis.

Ollæ Vulcani. Ebroinus defertur ad tartara.

Cuthbertus.

Audoenus.

Tiberius.

Io. papa.

Bobolinus.

Iustinianus II.

Callinicus excæcatur.

Missa.

Philippicus.

Anastasius.

A iniuriis, virtute venerabiles occumbunt. Vvlfuoldo decedente, Martinus & Pippinus iunior
filius Ansegisili, regibus decedentibus, dominabantur in Austria. Moto prælio contra The-
odoricum regem & Eboinum, Martinus fuga lapsus Lugduno cloaca se reclusit. Pippinus
quoque è latere euasit: Ebroinus datis sacramẽtis, Martinum ad regem Theodoricum venire
suadet: ille credulus, mox cum suis interfectus est. Ebroinus crudelitate nimia sæuus, ab
Hermẽfrido Franco interfectus est: Hermẽfridus in Austriorum regnum ad Pippinum fugiẽs,
euasit. Erat tunc temporis vir oculis cæcatus, vnus de illis quibus Ebroinus effoderat lumina,
in insula Lugdunẽsis prouinciæ, quæ Barbara dicitur. Qui cùm nocturno tẽpore super ripam
Sicannæ fluminis orandi gratia resideret, audiuit nauigantiũ impetum, & magna vi brachiorũ
contra impetum fluminis insurgentium. Cúmque interrogaret, quò nauigium illud tenderet,
vox in auribus eius percrepuit: Ebroinus est, quem ad Vvlcaniam ollam deferimus: ibi enim
facti sui pœnas luet. Hoc idem vir audiuit ad consolationẽ sui, vt sciret quã pœnã persecutores
iustorũ sentirent. Reuerentissimus ecclesiæ Lindisfarnensis in Britãnia ex Anachorita antistes
B Cuthbertus, totã ab infantia vsque ad finem vitam, miraculorum signis inclytam duxit. Cuius
venerabile corpus humatum post vndecim annos, quasi eadem hora fuisset defunctus, cum
veste qua tegebatur incorruptum inuentum est. Franci Vvaratonem pro Ebroino, maiorem
domus faciunt: qui pacem cum Pippino componit. Pippinus cum Gislemaro Vvaratonis filio,
contra voluntatem patris agente, ciuilia bella habuit. Sed Gislemarus à Deo percussus obiit.
Pater eius Vvarato principatum recepit. Sanctus Audoenus episcopus, virtutibus clarus, mi-
grauit ad dominum.

Post Vvaratonem, Bertharium, maiorem domus statura & sapientia pusillum, Franci con-
stituunt. Pippinus cum Theoderico & Berthario bellum iniit, & vicit.

Tiberius imperator, annis septem. Synodus Aquileiæ facta ob imperitiam fidei, quintum 699
vniuersale concilium suscipere diffidit, donec salutaribus beati papæ Sergij monitis instructa,
& ipsa huic cũ cæteris Christi ecclesiis annuere cõsentit. Ioannes põtifex Romanus habetur,
qui Sergio successerat. Bobolinus Viennensis ecclesiæ episcopus, insignis claruit. Post quem
C Georgius magnæ virtutis episcopus, in eadem vrbe constituitur. Gisulphus dux gentis Lon-
gobardorum Beneuenti Campaniam igne, gladio, & captiuitate vastauit: cúmque nõ esset qui
ei resisteret, Ioannes papa missis donariis plurimis & legatis, vniuersos captiuos redemit, atque
hostes domum redire fecit. Cui succedit alter Ioannes, qui miro opere oratorium sanctæ Dei
genitricis Mariæ in ecclesia beati Petri construxit. Eritbertus rex Longobardorum, multas
cortes & patrimonia Alpium Cottiarum, quæ à Longobardis fuerant ablata, iuri apostolicæ
sedis restituit, & hanc restitutionem aureis scriptam literis, Romam direxit. Pippinus Au-
strasiorum dux, Theodericum regem cepit, atque thesauris acceptis, Nordebertum quendam
de suis Maiorem domus sub rege eodem constituit. Ipse in Austriam remeauit. Habuit autem
ex vxore sua nobili, duos filios, Drogum, & Grimoldum. Drogus ducatum in Campania
accepit.

Iustinianus secundus, cum Tiberio filio, annis septem. Hic auxilio Terbellij regis Bul- 706
D garorum regnum recipiens, conuictos occidit eos qui se expulerant, patritios & Leonem in
loco eius vsurpauerãt: necnon & successorem eius Tiberium, qui eum de regno electum toto
tempore quo ipse regnauit, in eadẽ ciuitate tenuerat in custodia. Callinicũ verò patriarcham,
erutis oculis, misit Romam, & dedit episcopatum Cyro, qui erat abbas in Ponto, eúmque
exulem aluerat. Hic papam Constantinum ad se venire iubens, honorificè suscepit & remisit:
ita vt die dominica cum missas sibi facere iuberet, communionem de manu ipsius acceperit.
Quem prostratus in terra, pro suis peccatis intercedere rogans, cuncta ecclesiæ priuilegia re-
nouauit. qui cùm exercitum mitteret in Pontum ad comprehendendum Philippicum, quem
ibi relegauerat, conuersus omnis exercitus ad partem Philippici, fecit eum sibi imperatorem:
reuersúsque cum eo Constantinopolin, pugnauit contra Iustinianum, duodecimo ab
vrbe miliario, victúque atque occidit. Regnauítque Philippicus loco Iustiniani. Francis
adhuc Theodericus regnabat. Deodatus Viennensis episcopus, magnæ parsimoniæ vir
florebat.

E Philippicus imperator, annum vnum, menses sex. Hic eiecit Cyrum de põtificatu, eúmque 712
redire ad gubernandum monasterium suum præcepit: quíque praui dogmatis literas Constan-
tino misit pontifici: quas ille cum apostolicæ sedis consilio respuit, & huius rei causa fecit
picturas in porticu sancti Petri, qui acta sex synodorum vniuersalium continent. Nam & huius-
modi picturas cùm haberentur in vrbe regia, Philippicus iusserat afferri. Statuitq; populus Ro-
manus, ne hæretici imperatoris nomen, aut in chartis, aut in figulis solidis susciperent: vnde
nec eius effigies in ecclesiam introducta est, nec nomen ad missarum solẽnia prolatum. Captus
igitur Philippicus ab Anastasio oculis priuatus est, nec tamen occisus. Theodericus rex Fran-
corum mortuus est, qui regnauit annis xix.

Anastasius imperator, annos tres. Hic literas Constantino pontifici Romam misit per 714
Scholasticum patritium & exarcham Italiæ, in quibus se fautorem catholicæ fidei, & sancti

Anni christi.

sexti concilij prædicatorem esse docuit. F

Chlotharius. Chlotharius filius Theoderici puer, Francis regnauit annos tres, cui successit Childebertus frater eius, vir inclytus. Defuncto Northberto maiore domus, Grimoldus Pippini filius effectus est. Pippinus multa bella gessit contra Rittodum gentilem Frisonum ducem, similiter contra Sueuos, vel alias quàmplures gentes. *Blidramnus.* Leutbrandus rex Longobardorum, donationem Alpium patrimonij Cottiarum quam Heribertus rex fecerat, sed ille repetierat, ammonitione venerabilis papæ Gregorij confirmauit. Drogo filius Pippini defugitur hybernali tẽpore, anno incarnationis domini, DCCVIII. Anepos episcopus, secularis cõuersationis vir, duxit exercitum Francorũ contra Vviliarium in Sueuos, vbi grauissima cædes facta est, anno incarnationis domini septingentesimo duodecimo. Bonæ memoriæ Childebertus rex migrauit, regnans tredecim annos: & sepultus est Cauciaco monasterio in basilica S. Stephani protomartyris, regnum suscepit Dagobertus adhuc puer, filius eius: Maior domus Grimoldus, vir modestus & iustus, qui habebat Ratbodi ducis filiã Theusuindam in coniugium. nam ex alia fœmina Theudoaldum habuerat. Ægrotante itaque Pippino genitore eius, dum ad visitãdum eum venisset, à Rangario Frisone gentili peremptus est, G
Pippinus obiit. in basilica sancti Landeberti. Pater eius Theudoaldum in honore defuncti patris instituit Leodico, anno incarnationis domini DCCXIIII. in mẽse Aprili. Nec multo pòst Pippinus pater eius mortuus est, eodem anno, medio Decembri. Obtinuit autem principatum sub nominatis regibus annis vigintiseptem. Hecbertus vir sanctus de gente Anglorum, pro cœlesti patria peregrinus, sacerdotium Christi exornans, plurimas Scoticæ gentis prouincias ad canonicam paschalis temporis obseruantiam, à qua diutius aberrauerãt, pia prædicatione conuertit, anno ab incarnatione domini, DCCXV.

Theodosius. 717 Theodosius imperator, anno vno. Hic electus in imperatorem, Anastasium apud Niceam ciuitatem graui prælio vicit: datóque sibi sacramento, presbyterum fecit ordinari. Ipse verò vt regnum accepit, cum esset catholicus, imaginem illam venerandam in qua sanctæ sex synodi erant depictæ, & à Philippico fuerat deiecta, pristino loco in vrbe regia erexit. Tiberis fluuius H
alueum suum egressus ita excreuit, vt ad vnam & semis staturam in via publica extumesceret, multáque excidia Romanę ciuitatis faceret. A porta denique S. Petri vsque ad pontẽ Miluum aquæ descendẽtes se coniũgebant. Mansit autem diebus vij. Cũ ciues crebras litanias agerent, reuertitur octaua die. Amore diuino inflammati multi Anglorum gentis de Britannia Romam
Angli Romæ tonsurantur. venire his temporibus maximè studuerunt, ibíque ob signum religionis tonsuram clericalem susceperе. Tunc etiam reuerendus abbas Geolfridus annos natus lxxiiij. cum esset presbyter annis xlviij. Abbas autẽ, annis xxxv. vbi Lingonas peruenit, defunctus, atq; in ecclesia beatorum Geminorum martyrum sepultus est.

Carolus Pippini filius ex alia vxore, cum captus à Plectrude Pippini quondam vxore teneretur, auxiliante domino euasit. Saxones terram Matuariorum deuastauerunt. Eoldus Viennensis episcopus iam habebatur.

Leo Imp. 718 Leo imperator, annos ix. Sarraceni cum immenso exercitu Constantinopolin venientes, triennio ciuitatem obsidẽt, donec ciuibus multa instantia ad Deum clamãtibus, multi eorum I
fame, frigore ac pestilentia perirent, ac sic pertæsi obsidionis abscederent. Qui inde regressi, Bulgarorũ gentẽ quę est super Danubiũ, bello aggrediuntur: & ab hac quoque victi refugiunt, ac naues suas repetunt. Quibus cùm altum peterẽt, inruente subita tempestatẽ, plurimi etiam, mersis, siue confractis per litora nauibus, necati sunt. Leutbrãdus rex audiens quòd Sarraceni depopulata Sardinia, etiam loca illa fœdassent, vbi ossa beati Augustini episcopi propter vastationem Barbarorum olim translata, & honorificè fuerant condita, misit, & dato precio accepit, & transtulit ea in Ticinũ. Ibíque in monasterio quod Cella aurea vocatur, quod & ipse
669 construxit, condigno honore recondidit. Tunc sanctus episcopus Eoldus Viennensem ecclesiam rebus auxit. Erat enim affinis Francorum regibus, quíque etiam intra ciuitatem in honore beatorum martyrum Thebæorum, Mauritij & sociorum eius, domunculam cryptatim construxit: ibíque non mediocrem partem reliquiarum, siue ex his martyribus, siue ex aliis posuit. Atque ex eo tẽpore res ecclesiæ nomine beati Mauritij attitulantur, quãdo ex antiquo
Dagobertus moritur. & maior domus in honore septem martyrum Machabæorum, & facultates eiusdem ecclesiæ K
sub nomine eorũ à fidelibus offerrẽtur, & cõsecratæ manerẽt. Dagobertus rex, annis quinque regnans, mortuus est. In illis diebus paulo antè Franci mutua cæde se sternunt, ac Theodoaldũ Grimoldi Iusti filium validè persequendo fugant, electo Raganfrido in principatum maioris domus. Franci Danielem quendam clericum post abiectionem tonsuræ, in regno stabiliunt, vtque Chilpericum nuncupant. Exercitum vsque fluuium Mosam contra Carolum commouent. Ex alia parte Ratbodus dux cum Frisonibus contra eundem ipsum Carolum insurgit: pugna valida commissa cum Frisonibus, Carolus graui damno afflictus, dilapsus est. Ratbodus vsque ad Coloniam cuncta deuastans peruenit, mense Iulij, anno incarnationis domini, DCCXV. Chilpericus simul cum Ragamfrido Arduennam syluam ingressus, magno exercitu vsque Rhenum ciuitatémque Coloniam peruenerunt, thesaurum multum à Plectrude accipientes,

Anni christi

A pientes, vastantésque terram, reuersi sunt ad Amblauiam: sed subitò Carolo super eos irrũente maximum à copiis suis dispendium sustinent. Iterum Carolus exercitu commoto aduersus Chilpericum vel Ragamfridum pergit. Illi contrà, hoste parato, bellum accelerant, in loco nuncupato Vicieco, die dominica, illucescente die, infra quadragesimam, xiij. calendis Aprilis, anno incarnationis septingentesimo decimoseptimo. Chilpericus & Ragamfridus fugati, penes Carolum victoria fuit: Coloniam venit, thesauros patris sui à Plectrude recepit: regem sibi Chlotharium statuit. Chilpericus & Ragamfridus Eudonem ducem in adiutorium expetunt: contra quos Carolus intrepidus pergit. Eudo Parisios fugiendo peruenit. Chilpericus thesauris regalibus sublatis, trans Ligerim in Aquitaniam se eripuit. Chlotharius rex eo anno mortuus est. Post Eoldum episcopum Eobolinus Viennensis episcopus successit. Huic Ostrebertus vir strenuus & nobilis episcopus succedit. Hic sepultus est in villa quadam proprietatis suæ Iulidiaco, non longè à Sequana fluuio. Carolus legationem ad Eudonem misit, amicitiásque cum eo componit. Cui Eudo Chilpericum regem cum
B multis muneribus reddidit: sed idem non diu in regno resedit. Siquidem Nouiomo ciuitate mortuus ac sepultus est. Regnauit autem annis plus v. Franci Theodericum Dagoberti iunioris filium, regem super se constituunt. Carolus maior domus & Austrasiorum princeps, vastans omnia, & Saxonum agros diripiens, ad Vvisorem peruenit. Ratbobus Frisonum dux moritur, & Carolus cum Saxonibus bellum iniit: ibi grauissima cædes hominum altrinsecus morientium. Post aliquot annos in Baiouariam iter arripuit, Baiouatióque cum labore maximo ad deditionem coegit. Post reluctantibus iterum occurrit: & secunda vice fortitudine exercitus sui superdomuit. Iterum abiit in Saxoniam, deinde ad Sueuos contra Lantfridum, quos ab infestatione nimia repressit. Exinde exercitum commouet contra Eudonem Aquitaniorũ ducem, fuítque vsque in Vasconiã fugato Eudone. Sarraceni multis copiis nauibúsque plurimis longè latéque plurimas vrbes tam Septimaniæ quàm Viennensis prouinciæ vastant. Contra quos Carolus expeditionem ducens, grauitérque eos fundens, in Hispanias repulit: facta concertatio mense Octobri, gerens & alia diuersis in partibus prælia, iterum post aliquot
C annos perrexit vsque in Vasconiam, Aquitaniam depopulatus: mortuo Eudone contra filios illius arma corripuit, eósque vehementer afflixit. Sed variante concertatione, cum ex vtrísque partibus plurimi cæderentur, tandem fœdus non diu mãsurum ineunt. Sarraceni penè totam Aquitaniam vastantes, & latè alias prouincias igne ferróque superãtes, Burgundiam diriſſima infestatione deprædantur, pene omnia flãmis exurentes, monasteria quoque ac loca sacra fœdantes, innumerum populum abigunt, atque in Hispanias transponunt. Contra quos Carolus iterum expeditionem mouit. Quibus forti manu resistens, cæsa inde maxima multitudine, reliquos qui superfuerunt fugere compulit: è quibus pauci euasere. Vvilicarius Austreberto venerabili episcopo Viennæ succedit. Qui ob cladem Sarracenorum, cum esset domus præclariſſima martyrum citra Rhodanum ab eis iam incẽsa, ossa beati Ferreoli cũ capite Iuliani martyris intra vrbem transtulit, eísque accelerato opere, non magno pretio ecclesiam construxit: vbi & eorundem martyrum reliquias reuerenter composuit. Idem Vvilicarius, cùm furioso & insano satis consilio, Franci res sacras ecclesiarum ad vsus suos retorquerẽt, videns Viennẽsem
D suã indecenter humiliari, relicto episcopatu in monasteriũ sanctorum martyrum Agaunẽsium ingressus, vitam venerabilem duxit. Vastata & dissipata Viennensi & Lugdunensi prouincia, aliquot annis sine episcopis vtraque ecclesia fuit, laicis sacrilegè & barbarè res sacras ecclesiarũ obtinentibus. Anno incarnationis domini, DCCXLI. Carolus Pippini filius Francorum dux defunctus est, principatum illius obtinente Carlomanno & Pippino fratre eius. Childericus in regno Francorum substituitur.

Constantinus imperator, annos xxvi. Carlomãnus & Pippinus contra Hunaldum ducem 727
Aquitanorum exercitum mouẽt, ceperúntque castrũ quod vocatur Lucas: in ipso itinere positi diuiserũt sibi regnũ Francorũ, in loco qui dicitur Vetus Pictauus. Eodẽ anno Carlomãnus Alamanniã vastauit. Carlomannus & Pippinus ineunt pugnã cũ Odilone duce Baiouariorum. Eodem anno Carlomannus cum Saxonibus conflictũ habuit: cepítque castrum quod dicitur
E Hochseoburg & Theotecnum Saxonem placitando sibi conquisiuit, anno incarnationis domini DCCXLIII. Iterum Pippinus & Carlomannus expeditionem habuerũt in Saxoniam, anno incarnationis Domini, DCCXLIIII. captúsque est Theodericus Saxo. Sequẽti anno nullam fecerunt expeditionẽ, eo quòd Carlomannus dispositũ haberet secularẽ militiã relinquere, & ipso anno parauit iter suũ, parauítque se frater eius Pippinus honorificè ad obsequiũ illius, anno incarnationis Domini DCCXLVI. Carlomannus secundum votum suum Romam abiit, ibíque se totondit, atque monasterium in mõte Sareptæ in veneratione sancti Siluestri cõstruxit, ibíque sub monastico habitu aliquo tẽpore vixit. Inde ad sanctum Benedictum in Cassino mõte perueniens, monachis sociatus est. Grifo ante faciem Pippini ducis fugit in Saxoniã. Pippinus per Thoringiam iter arripiens, introiuit in Saxoniam, peruenítque ad fluuium Missaha in loco qui dicitur Scaamgi. Grifo adiungens secum Saxonum multitudinem, super fluuium Oacrum in loco qui dicitur Horahim: illuc quoque eũ est Pippinus insecutus. Sed Grifo arripiens fugam

chlotharij obitus.

Caroli expeditiones.

Sarraceni populantur.

Austrebertus.

Reliquiæ Ferreoli & Iuliani.

Constãt. imp. carlomãnus.

Carlomannus Romã vadit, fitque monachus. Regino lib. 2. eum ait à coquo alapas sæpius & verbera patienter tulisse.

Anni christi.

peruenit vsque Baiouariã, ducatúmque ipsum sibi subiugauit: Tassilonem atque Iltrudẽ captos subdidit. Suuidger ad auxilium ei venit. Hoc audiẽs Pippinus, iter post eum arripiens, captum Grifonem secum adduxit, simul cum Lanfrido atque Suuidger: Tassilonem verò in ducatum Baiouariorum posuit, eíque per beneficium Baiouariã commisit. Grifoni quoque in partibus Austriæ duodecim comitatus dedit: inde pòst Grifo fugiens Vvaifario Hunoldi filio Aquitanorum duci se coniunxit: ibíque ambo contra Pippinum rebellionẽ parant. Interim dũ copiæ parantur, misit Pippinus Vtgardum Vvisburgensem episcopũ & Fulradũ capellanum suum ad Zachariam, tunc temporis pontificem Romanum, vt interrogarẽt eum, si ita manere deberẽt reges Francorum, cum penè nullius potestatis essent, iam solo regio nomine contenti. Quibus Zacharias pontifex responsum dedit, regem potius illum debere vocari qui rẽpublicam regeret. Reuersis legatis, abiectóque Childerico, qui tunc regium nomẽ habebat, Franci per consilium legatorum & Zachariæ pontificis electũ Pippinum regem sibi constituunt: Childericus tonsuratus, & in monasterium missus est. Mox Pippinus rex Francorum factus, bellum in Saxoniam mouit: in quo Childegarius episcopus à Saxonibus occisus est in castro quod dicitur Vvitbergh. Victor Pippinus peruenit vsque ad locum qui Rhime dicitur: inde reuersus, nunciatur ei quòd Grifo frater eius dum Italiam intrare vellet, apud Moriuennam occisus esset, cuius mortem licet perfidi patriæ adeo doluit. Zacharia pontifice defuncto Stephanus succedit. Tunc temporis sanctus Bonifacius archiepiscopus Moguntiacensem regebat ecclesiam. Prædicator venerabilis maximam multitudinem Frisonum ad Christum cõuertit: Vvilicarius relicta Viennensi sede, Romã primùm abiit, ibíque papæ Stephano notus efficitur: interiecto non multo tempore Agauni monasterium martyrum in curam suscepit. Aistulphus Longobardorum rex, nimis perfidè testamenta dono prædecessorum eius beato Petro collata perrupit, atque facultates Romanæ ecclesiæ militibus suis dedit. Hac vrgente necessitate Stephanus papa in Franciam auxilium petiturus, ad Pippinum venit. Carlomãnus quoque frater Pippini regis consilio Aistulphi, vt vulgatur, in eadem voluntate consentiente abbate eius vt petitionem Stephani pontificis cassaret, & ipse in Franciam venit. Stephanus pontifex vncto Pippino in regem, duos quoque filios eius Carolum & Carlomãnum pariter vnxit. Beatus Bonifacius archiepiscopus in Frisia verbum domini prædicans, martyrium impleuit. Pippinus rex post vnctionem apostolicam, in Italiam cum exercitu properat, transítúmque per ciuitatem Viennam faciens, Carlomannum fratrem suum monachum ibi misit, simul cum regina Bertruda: ibi Carlomannus ægrotans obiit. Aistulfus audito Pippini regis aduentu, clusis prohibitis, cum Longobardis obuiam Pippino peruenit. Sed Pippinus rex vi infistẽs bellando, auxiliante beato Petro Italiam ingressus est: & remisso pontifice Stephano, per Fulradum aliósque ministros ad sedem suam, ipse Papiam vbi Aistulphus se recluserat, obsedit. At ille cernens se non posse euadere, promisit omnia beato Petro & ecclesiæ Romanæ restituturum. Obsides igitur quadraginta simul cum iuramento dedit. Sícque obsidione liberatus est: rex verò Pippinus in Franciam rediit. Sed Aistulphus vt perfidus omnia mentitus est. Ob quam causam rex Pippinus, Italiã iterum ingressus, Papiã obsedit: Aistulphũ intus clausit. Aistulphus iterum sacramento nimium coactus, firmauit se omnia redditurum: insuper Pippinus rex Rauennam totámque Pẽtapolin sanctis apostolis Petro & Paulo tradidit. Reuerso rege Pippino Aistulphus dum venatum pergit, diuino iudicio subitò percussus, interiit. Interiecto tempore Desiderius in regnum Longobardorum successit. Constantinus imperator missis donis regi Pippino simul organo musico, pacem cum Francis statuit. Tenente placitum Pippino rege in Cõpendio, Tassilo dux Baiouariorum ad illum ibi venit, séque illi in vassallum cõmisit, atque super corpora sanctorum martyrum Dionysii, Rustici, & Eleutherij, simul & super corpora sanctorum confessorum Martini & Germani iurauit, vt in omnibus diebus vitæ suæ regi filiísque eius integrã fidem cũ subditione seruaret. Acta sunt hæc anno incarnationis Domini DCCLVIIJ. Omnésque maiores Baiouariorum vnà cum ipso sacramentis iurationum obstricti sunt: Bertericus Viennensem ecclesiam homo simplex suscepit regendam. Post ipsum, Proculus episcopus similiter innocens & simplicis naturæ. Pippinus rex iterum Saxoniam ingressus, firmitates omnes Saxonum obtinuit, multáque strage Saxonum populum perdomuit, in tantum vt dona annualia eis imposuerit per singulos annos Francis deferre, ccc. equos. Anno incarnationis Domini, DCCLIX. natus est Pippino regi filius, quẽ idem pater Pippinũ vocari præcepit. Qui post natiuitatẽ tertio anno defunctus est. Vvaifarius dux Aquitaniorũ, omnes facultates ecclesiarum quæ ad ius Francorum pertinebant, in Aquitania inuasit. Ob quam causam Pippinus rex egressus, peruenit vsque ad locum qui vocatur Todoat. Illic Vvaifarius per legatos suos omnia promisit se redditurũ. Anno incarnationis Domini, DCCLX. acceptis obsidibus rex reuersus est. At Vvaifarius promisit, sed minimè perfecit. Reuersus iterũ Pippinus rex, & cum eo filius Carolus plurima castella Aquitaniorum cepit, Burbontis, Cantela, Clarimõtis, quod incendio concremauit. Peruenítque vsque ad Lemouicas vastando terram, & Vvaifarium insequendo. Tertiò in Aquitaniam pergens, Bituricas ciuitatem cepit, & castrum Toartis. Quartum iter in Aquitaniam pergens, tenuit placitum suum Neuernis. Inde Taffilo dux Baioua-

Pippinus regnũ Francia inuadit.

Grifo occiditur.

Frisones conuertuntur.

Pippinus vngitur à Stephano põtifice Regino lib. 2.

Pippinus papã restituit.

Rauennapapæ per Pippinum obtigit.

Musicũ organum donum Imperateris.

Bertericus. Proculus.

Vvaifarius Ecclesiastica inuadit.

Anni Christi.

Baiouariorum, postpositis sacramentis, postposita propinquitate (erat enim nepos eiusdem regis) ab eodem itinere se abduxit, atque in Baiouariam reuertitur. Rex Pippinus tamẽ Aquitaniam perambulauit, vsque ad Cadurtium. Anno incarnationis domini DCCLXV. quintum iter arripuit in Aquitaniam, tenuítque placitum suum Aurelianis. Constructúmque castrum Argentonium, quod Vvaifarius paulo antè destruxerat, positis ibi ad custodiam Francis. Similiter apud ciuitatem Bituricas, exercitum ad custodiam disposuit. Facta est tunc temporis synodus, anno incarnationis domini DCCLXVII. & quæstio ventilata inter Græcos & Romanos de Trinitate, & vtrum spiritussanctus sicut procedit à patre, ita procedat à filio, & de sanctorum imaginibus, Vtrúmne fingendæ, an pingendæ essent in ecclesiis. Sextum iter faciens in Aquitaniam munitissima loca plurima cepit, & vsque Garonnam peruenit: reuersus Bituricas, legatos de morte Pauli Romani pontificis accepit. Septimo itinere in Aquitaniam per Viennam transitum faciens, vbi tunc Viennensem episcopatum post aliquot annos Bertérico cuidam ex familia ecclesiæ dedit, vsque Sanctonas peruenit. Capta est mater Vvaifarij & sorores eius ac neptes. Sic rex vsque Garunnam cuncta diripuit: inde iterum interposito tempore simul cum Bertruda regina in Aquitaniam transiens, apud Petragoricas Vvaifarium ducem interfecit. Inde post victoriam Sanctonas rediit, vbi reginam dimiserat, & ægrotare cœpit: inde orationis gratia ad sanctum Martinum venit. Ad sanctum Dionysium quoque perueniens, VIII. Calend. Octobr. anno incarnationis domini DCCLXVIII. obiit: regnauit autem post diem vnctionis suæ, XVIII. annis paulo amplius. Glorioſi filij illius Carolus & Carlomannus in regnum Francorum eleuati sunt. Carolus in Noujoma ciuitate, Carlomannus Suessionis. Carolus gloriosus rex in Aquitaniam contra Hunoldum rebellantem ingressus est. Misitq; legatos suos ad Lupum Vvasconũ ducẽ, & inde adductus est supradictus Hunoldus, vnà cum vxore sua Bertha regina, per Baiouariam perrexit in Italiam. Anno incarnationis domini DCCLXXI. Carlomannus defunctus est in villa quæ dicitur Salmontiacus, pridiè nonas Decembres. Vxor verò illius cum aliquibus Francis ingressa est in Italiam. At nobiliores Franci cum episcopis & comitibus, glorioso regi Carolo se commiserunt. Gloriósus rex Carolus Adurnensul fanum Saxonum penitus destruxit: vbi cùm exercitus graui siti laboraret, medio die subitò ex quodam torrente largissimæ aquæ emanauerunt, quæ sufficerent cuncto exercitui & iumentis eorum. Anno incarnationis domini DCCLXXIIII. legatus Romanæ ecclesiæ Petrus ab Adriano pontifice ad gloriosum regem Carolum venit: & quia itinera terræ præclusa erant à Longobardis, nauigio vsque ad portum Massiliæ venit, postulans auxilium contra Desiderium Longobardorum regem. Pius rex Carolus vsque Genuam venit: diuisóque ibi exercitu suo, partem misit per Alpes Cottias, & per iuga Gibennica, id est, per montem quem accolæ Cenisium vocant, quæ latera aperiũt in agros Taurinorum. Desiderius rex tunc iuxta clusas Longobardorum exercitum composuerat: sed impetum Francorum sustinere nõ valens, Papiam ipse Desiderius refugit. Et pius rex Carolus post Desiderium per apertas clusas veniens, ciuitatem ipsam obsedit. Anno incarnationis domini 774. pius rex Carolus Romam abiit, indéque reuersus Papiam cepit, cum rege Desiderio vxorem ac filiam eius thesaurúmque illius sibi subíssque tulit. Omnes Longobardos subegit, captis ciuitatibus ac direptis vniuersis Italiæ. Adalgisus filius eiusdem Desiderij fuga lapsus, naue Constantinopolin venit. Ordinata Italia, rex Carolus in Franciam reuertitur. Interim dum rex in Italia esset, Saxones ad præsidia Francorum cum exercitu exeũtes, obsidentésque quoddam castellum Buriaburg, quandam ecclesiam cõcremare à foris castello voluerũt, quam sacrauerat beatus Bonifacius martyr. Subitò autem apparuerunt duo iuuenes miræ claritatis & candoris, videntibus tam Christianis quàm paganis qui ipsam ecclesiam defendere videbantur. Horum aspectu terribili perterriti Saxones, in fugam versi sunt, sícque castrum illud ab obsidione liberatum. Rex Carolus, vt peruenit ad locum qui dicitur Ingilinham, quatuor scaras in Saxoniam dirigit, quæ Deo auxiliante victrices extiterũt. Rex gloriosus Carolus castrum Sigiburgum in Saxonia cepit, Eresburgum super Vvisaram fluuium, in loco qui dicitur Brunisberg, reædificat. Sícque Franci vtranq; ripam, fugatis & partim occisis Saxonibus, obtinent. Gloriosus rex Carolus vsque Oboacrum fluuium Saxoniam aliásque gentes peragrans, receptis obsidibus in Franciam rediit. Audito quòd Rothgaudus Longobardus in perfidiam versus esset, Italiã iterum repetiit, DCCLXXVI. anno incarnationis domini. Occiso Rothgaudo, Foroiulium, Tharauisium atque alias ciuitates in ditionem suam recepit, eásque Francis ad custodiam permisit. Heresburgum castrum Saxones inuadunt, & destruunt. Sed cum præpararent machinas & petrarias, atque cletas, vt alterum castrum præriperent, videntibus aduersariis, apparuerunt in modum scuti, duo globi flammantes super ecclesiam, quæ in ipso castro erat. Qua visione pauefacti Saxones, relinquentes vniuersam præparationem suam, ita fuga lapsi sunt vt mutuò se gladiis conciderent. Rex gloriosus Carolus iterum Saxones aggressus, firmitatésque illorum omnes obtinens, quo Lippia consurgit, omnia peragrans, vniuersam Saxoniam recepit, & reædificato Heresburgalio castro super Lippiam, Saxones cum vxoribus & infantibus baptiza-

Sabelliani.

Imaginum quæstio.

pipinus mittitur.

Carlomannus obiit.

Pluuiam precibus impetrat Carolus Regino lib. 2. Annal.

Bellũ Caroli in Desiderii, Æmil. lib. 2.

Angeli stant in Saxones pro ecclesia.

Anni Christi.

tos in fide sibi coniunxit, & placitum generale tam ex Francis, quàm ex Saxonibus celebrauit F
ad Paterbrunam. Vvitichingis cum quibusdam Saxonibus rebellis in Northmanniâ transfugit, auxilium ab eis contra regem gloriosum Carolum postulans. Baptizatis Saxonibus & ingenuitate & alodo fidei firmitas roborata, si amplius amissa Christianitate in perfidiam relaberentur. Gloriosus rex Carolus pascha celebrato in Aquitania, in villa quæ dicitur Cassinogilo DCCLXXVIII. anno incarnationis domini Hispanias ingreditur. Nam antea adhuc in Saxonia positus, receperat legationem Sarracenorum, in qua fuit Ibinalaribi, & filius Deuisfezi, qui Latinè dicitur Ioseph. Destructa igitur Pampilona, apud Cæsaraugustã, exercitum tam ex Burgundia quàm ex Baiouaria prouincia, Septimania atque Longobardia coniunxit, & acceptis obsidibus de Ibinalaram & de Abutauro, aliisque Sarracenis, subiugatis Nauarris & Vvasconibus, in Franciam reuertitur. Orandi gratia Romam post aliquot annos ingressus ab Adriano pontifice filius eius Pippinus ex sacro fonte excipitur, atque duo filij eius reges initiati sunt. Mediolani ab Thoma episcopo filia eius Gisla baptizata, & excepta DCCLXXXIII. anno incarnationis domini, Hildegardis regina pridie Calend. Maij vigilia G
Ascensionis domini in villa quæ dicitur Theudone, moritur.

Pampilonia muros aduẽtu Carole corruisse scripsit Turpinus Arch. cap. 3. de vita Caroli magni & Rolandi.

Tractum est igitur bellum Saxonum per spatia annorum, cum in perfidiam sæpè relaberentur, fortissimo rege cum Francis pene eos subinde vsque ad internecionem obterente. Vvitigingis & Albi cum sociis, qui diu Saxones ad rebellionem permouerant, per obsides recepti, atque eis benignissimè à pio rege perfidia indulta, in Attiniaco baptizati maximam pacem regioni contulerunt. Arichisus dux Beneuentanorum rege Carolo apud Romam posito, cum magnis muneribus Romoldum filium suum misit, postulans ne infra ducatum Beneuentanorum introiret. Sed cum esset idem Arichisus suspectæ fidei gloriosus rex Beneuentum proficiscitur. Ad cuius aduentum dux Arichisus, relicto Beneuento, Salerni se reclusit, metuens videre faciem regis, duos filios obsides dedit, Romoldum & Grimoldum, quem adhuc secum retinebat cum maximis muneribus. Sic obsidibus receptis, pius rex Carolus reuertitur, obstrictis iuramento Beneuentanis, cum pontifice Romano sancto pascha celebrato, Thassilonis ducis Baiouariorum insuper missis receptis, cuius perfidia nota passim H
vulgabatur: interiecto tempore vndique exercitibus regiis Thassilo constrictus, ad conuentum publicum Francorum, aliarúmque gentium sub ditione eorum iam positarum, in villa quæ dicitur Ingilena, aut volens, aut nolens occurrit: in medio positus cum criminalia ei obiicerentur, & ipse periuria sua publicè fateretur, damnatus ipse cum filio suo Theudone ad mortem est. Sed clementia piissimi regis ei vita concessa, tonsurati in monasterium pœnitentiam acturi recluduntur, & aliquot Baiouariorum in exilium pro perfidia direxit. Græci cum Longobardis pugnam ineunt: similiter & cum Auaris & Francis qui in Italia commanebant: similiter inter Baiouarios & Tauros, in his omnibus victoria penes Francos fuit. Iterum Auari cum Baiouariis præsidentibus Francis cum pugnare disponerent, strage validissima cæsi, maxima pars eorum fluuio Danubio intercepta, ibique necata est. Excellentissimus rex Carolus super Albiam fluuium pontes constituit, & in capite pontis ex vtraque parte ædificauit castra: atque Sclauos, quorum vocabulum est Vvltze perdomuit. Habebat autẽ iam Sclauos, quorum vocabula sunt Suurbi, necnon & Abotriti: horum princeps erat Vvitzam. Auarorum gẽs effera, finibus Baiouariorum infestissima, ecclesias oppidáque circa fines suos immanissimè depopulans atque deuastans, metu pij & gloriosi regis ac timore exercitus illius, dimissis firmitatibus suis & præsidiis, fuga elabitur, ac pristinam possessionem relinquit. Anno incarnationis domini DCCXCII. Felix Aurelianus episcopus hæreticus deprehensus, adoptiuum, non proprium filium Dei dominum nostrum Iesum Christum dogmatizans, qui ad præsentiam Adriani pontificis Romani deductus, hæresin verbis solummodo abdicauit. Synodus iterum facta contra supradictam hæresin in Francanofurt, legatis apostolicæ sedis præsidentibus, Theophylacto & Stephano episcopis, & authoritate sanctorum patrum, conuictus & damnatus est iterum Felix cum errore suo, perpetuóque exilio apud Lugdunum relegatus est: quem ferunt in eodem ipso suo errore mortuum. Sed pseudosynodus quam Septimam Græci appellant, pro adorandis imaginibus abdicata penitus. Tudun Princeps Auarorum ad pium regem Carolum se contulit, & cum populo suo credens, baptizatus, K
muneribus regiis donatus, fidelis rediit: sed & Herricus Foroiulienſis dux, ciuili bello inter se & victis & occisis Auaris, misso Vvonomiro Clauobringum gentis Auarorum longè retro tẽporibus quietum spoliauit, ablatis inde thesauris multo illuc tempore collectis, quos pio regi Carolo postmodun misit. Et ille Deo gratias referens ad memoriam sanctorum apostolorum, partem inde misit: partem officialibus regni & ecclesiis aliis distribuit. Adrianus papa obiit DCCXCVI. incarnationis anno. Mox vt Leo in eius locum succesſit, mis- 796
sis legatis ad pium regem Carolum, claues confessionis sancti Petri simul & vexillum Romanæ vrbis direxit. Pippinus rex à patre in Italia constitutus, in Pãnonias cum exercitu proficiscitur, ac victor rediens, partem thesaurorum quæ remanserat, ad patrem defert.

Thassilo & Theudo damnati recludũtur.

Felix Aurelianus hæreticat.

Pseudosynodus.

Barchinona

Anni Christi.

A Barchinona ciuitas quæ à Frãcis desciuerat, per Zatum Sarracenum restituitur. Nam idem ad pium regem veniens, vnà cum ciuitate Semeth tradidit. Ludouicus filius magni principis Caroli, in Hispaniam mittitur, & cum eo Abdella Sarracenus filius Zathibinmauge regis, quia frater pulsus Mauritania pio regi Carolo se commiserat. Porro Pippinus alius filius ad disponendam Italiam constituitur. Nortliudi trans Albiam sedentes, legatos regios qui tunc ad iustitias faciendas cum eis versabantur, comprehendunt: quosdam ex eis occidunt, quosdam ad redimendum retinent. Deindè contra Trassucconem ducem Abodritorum & Heburisum legatum Francorum, aciem dirigunt. In eo loco cæsa sunt ex Nortluidis quatuor milia: cæteri pacem petentes seipsos dediderunt. Viennensem tunc temporis ecclesiam, Vrsus: Ado Lugdunensem ecclesiam regebat. Post Adonem nepos eius Ilduinus paululum Lugdunensem ecclesiam non episcopus tenuit: & abscedens Lirinis insulæ monasterio monachalem conuersationem susceptt. Post Vrsum nimiæ simplicitatis episcopum, Vvlferi quem Vvltreiam patrio nomine appellarunt, Baiouarius Viennensem episcopatum susceptt.

Vrsus. Adon. Ilduinus.

B Porro Lugdunensem Leidradus vir seculari dignitati intentissimus, & honori reipublicæ vtilis: rexit ecclesiam Viennensem Vvlferi annis vndecim. Constantinus imperator à suis captus & excæcatus est. Irena mater eius imperatrix Constantinopoli residens octo annos post imperauit. Hæc ad excellentissimum regem Carolum legationem pro pace seruanda misit. Stella quæ Martis dicitur, eo anno à mense Iulio vsque ad alium mensem Iulium videri non potuit. Baleares insulæ à Mauris & Sarracenis deprædatæ sunt. Hadefons rex Galliciæ & Austriæ, prædata Olisipona vltima ciuitate Hispaniæ, victoriæ insignia, multas loricas, mulos, captiuósque Mauros, glorioso regi Carolo per legatos misit. Romani anno incarnationis domini XCDCCIX. Leonem pontificem, septimo Calend. Maij, letania maiore, 799
captum excæcauerunt, vt fertur, linguámque ipsius præciderunt. Positus itaque in custodia, per murum noctu aufugit ad ecclesiam beati Petri, vbi tunc fortè legati Francorum aderant: inde primùm Spoletum deductus, ac deindè ad gloriosum regem Carolum in Saxoniam in loco qui dicitur Badabrunne, ibique honorificè susceptus, atque cum eodem honore Romam remissus. Auarorum gens in perfidiam relapsa, Herricum ducem Foroiulienſem apud Tharsaticam Liburniæ ciuitatem, insidiis circunuentum opprimunt.

Constantinus excæcatur.

Leo papa excæcatur à Romanis.

C Geraldus quoque Baiouariæ præfectus, commisso prælio cum Auaris, occiditur. Sed Baleares insulæ, quæ à Mauris & Sarracenis deprædatæ fuerant, accepto à Francis auxilio, 642
& ipsi sese dediderunt. Britonum signa & arma ducum nominibus illorum inscripta per Vvidonem Marchensem, qui totam Britanniam perlustrauerat, eám que in deditionem acceperat, glorioso regi Carolo delata sunt, totáque Britannia tunc primùm Francis subiugata est. Gloriosus rex Carolus reliquiarum benedictionem de sepulchro domini à patriarcha Hierosolymitano susciptens, maxima dona per Zachariam presbyterum Hierosolymis ad sancta loca remittit. Leutgardis regina Turonis, pridiè nonas Iunias defungitur, ibique sepelitur. Post hæc eximius rex Carolus Italiam ingreditur, orationis gratia Romam profectus: cui occurrit duodecimo ab Vrbe lapide Leo pontifex, cúmque cum summo honore susceptt; XVIII. Calend. Decembr. Per septem itaque dies operam dedit vt ea quæ
D perperam ibi acta fuerant, nudarentur. Sed & Leo pontifex de obiectis sibi criminibus diu agens, cum iam criminatores refellisset, ambonem conscendit, & super sanctum euangelium in ecclesia beati Petri apostoli præsente populo manus imponens, iureiurando inuocato sanctæ Trinitatis nomine, videntibus & audientibus omnibus, satisfecit se conscium non esse criminis vnde falsò culpabatur. Eodem die receptus est Zacharias legatus ab Hierosolymis reuertens, simul & cum ipso patriarchæ legati, cum clauibus sepulchri domini, ciuitatis quoque ac montis Olieti, deferentes etiam vexillum vrbis. In die sancto natiuitatis domini ante confessionem beati Petri apostoli, cum gloriosus rex Carolus ab oratione surrexisset, Leo pontifex capiti eius coronam imposuit, sicq; ab vniuerso Romanorum populo acclamatum est, Carolo Augusto à Deo coronato, magno & pacifico imperatori Romanorum, vita & victoria. Perfectis laudibus à pontifice more principum antiquorum, adoratus est, atque ablato patritij nomine, quod primùm in eadem vrbe acceperat, Imperator &
E Augustus appellatur. Ad missas pontifex ingreditur cum clero suo.

Britannia Francis tum primum subiicitur.

Carolus coronatur Augustus.

Carolus imperator primus ex gente Francorum, annis XLV. Hic postquam Romam ingressus imperatoris & augusti nomen sumpsit, iussit eos qui pontificem Leonem tam inhonestè & indecenter deponendo contumeliauerant; sibi exhibeti, & quæstione de eis habita, lege Romana, vt rei maiestatis, capite damnati sunt. Pro quorum tamen vita papa & pontifex benignissimè intercessit: cuius precibus imperator eis vitam & membra perdonauit: in exilium tamẽ pro facinoris magnitudine pulsi sunt. Huius factionis princeps Paschalis Nomenclator extitit. Priuatis & publicis rebus dispositis, VII. Calend. Maias, Roma profectus, Spoletũ venit. Factus est terræmotus, prid. Cal. Maij, hora noctis secunda, qui penè totã Italiã concussit, in tantũ vt tectũ B. apostoli Pauli cum suis trabibus magna exparte decide-

Carolus primùs papæ contemptores.

Terræmotus.

Anni Christi.

ret, & vrbes atque montes in quibusdam partibus ruerent. Hic terræmotus & in Galliis, & in Germaniis multa loca etiam concussit. Pestilentia quoque immanis propter mollitiam hyemis facta est. Elephas cum aliis donariis à rege Persarum Aaron Amiralinum imperatori per legatos mittitur. Capitur Barchinona ciuitas Hispaniæ biennio obsessa, eiúsq; præfectus, Zatus cum plurimis aliis Sarracenis. Et in Italia Theate similiter ciuitas capta & incensa, atque Roselmus præfectus etiam ipsius comprehenditur. Vnáque die Zatus & Roselmus ad præsentiam imperatoris deducti, in exilium retrusi sunt. Irene imperatrix ad imperatorem Carolum iterum misit pro pace inter Francos & Græcos firmanda.

Pestilentia.

Hortona ciuitas in Italia in deditionem accepta: Luceria quoque frequenti obsidione fatigata, & ipsa in deditionem venit. Vvinusus, qui Spoleti præsidio præerat, aduersa valetudine fatigatus, & obsessus à Grimaldo Beneuentanorũ duce capitur. Quem tamen honorificè tenuit, & postmodum imperatori reddidit.

803 Circa palatium Aquisgrani, anno incarnationis domini DCCCIII. terræmotus factus est: inde mortalitas subsecuta. Irene ab imperio deposita, & Nicephorus imperator Constantinopoli creatus, qui legatos suos vnà cum legatis imperatoris Caroli remisit. Nam imperator Carolus Iesse episcopum Ambianensem, & Elinigaudium comitem Constantinopolin direxerat. Susceperunt autem legati Nicephori imperatoris epistolam inscriptam De fœdere pacis, sicque tali pacto Constantinopolin reuersi sunt. Godefridus rex Danorum promisit se primùm ad colloquium imperatoris venturum: sed consilio suorum territus, per legatos imperatori quod voluit mãdauit: imperator omnes Saxones qui trans Albiam & in Vvibmhodi habitabant, cum mulieribus & infantibus transtulit in Franciam.

Terræmotus.

Saxones commigrant in Franciam.

804 Anno incarnationis domini DCCCIIII. Leo pontifex Romanus in Franciam venit, Rhemorum ciuitate susceptus: imperator in Carisiaco villa natiuitatem domini cum eo celebrem duxit, deindè Aquisgrani: & donatum magnis muneribus per Baiouariam ire volentem, deduci fecit vsque Rauennam. Causa aduentus eius fuit, quia imperator miserat ad eum pro rei veritate inquirenda, si quod ferebatur sanguis Christi in ciuitate Mantua fuisset repertus. Accepta igitur pontifex occasione, in Longobardiam quasi pro inquisitione exiit, inde vsque ad imperatorem peruenit. Theodorus Capuanus princeps Hunnorum propter infestationem Sclauorum, (erat enim idem Christianus:) locum sibi dari ad habitandum inter Sabariam & Carnutum ab imperatore postulauit. Quem imperator benignè suscepit, & precibus eius annuens, muneribus donatum redire permisit. Imperator inter filios suos regna diuidit, vt sciret quisque si superstes esset, quam partem tueri & regere debuisset. Testamentum inde factum & iureiurando ab optimatibus Francorum confirmatum, Leoni papæ missum, vt manu sua subscriberet. Anno incarnationis domini, 806 DCCCVI. classis à Nicephoro imperatore, cui Niceta patritius præerat, ad recuperandam Dalmatiam mittitur. Eclipsis lunæ quarto nonas Septembris fuit, stante sole in XVI. parte Virginis: Luna autem stabat in XVI. parte Piscium. Ipso anno, pridie Idus Febr. luna XVII. stella quæ vocatur Iouis, visa est transire per eam. III. Idus Februarias fuit eclipsis solis media die stante vtroq; sidere in XXV. parte Aquarij. Vno eodémq; anno ter luna obscurata est, & sol semel, & acies miræ magnitudinis visæ. Ratbertus missus imperatoris, qui de oriẽte reuertebatur, vnà cum legatis regis Persarum defungitur. Munera autem huiusmodi sunt, quæ legati imperatori detulerunt, Papilionem & tentoria atrij byssina, vario colore, simul cum funibus pari ordine distinctis: pallia serica multa & pretiosa: balsamum & odores atque vnguenta. Sed & horologium aurichalco arte mechanica mirificè compositum, in quo duodecim horarum cursus ad clepsydram vertebatur, cum totidem æreis pillulis quæ ad completionem horarum decidebant, & casu suo subiectum sibi cymbalum tinnire faciebant: additis in eodem eiusdem numeri equitibus, qui per duodecim fenestras completis horis exibant, & impulsu egressionis suæ totidem fenestras quæ prius erant apertæ, claudebant: necnon & alia multa in ipso horologio erant mira. Tunc tempore delata sunt ossa beati Cypriani à Carthagine cum reliquiis beatorum Scillitanorum martyrum, Sperati sociorúmq; eius, & posita sunt in ecclesia beati Ioannis Baptistæ in ciuitate Lugdunensi. Sarraceni Sardinia pulsi, primùm cum Sardis prælium commiserunt, amissis tribus milibus suorum in Corsicam directo cursu peruenerunt, ibíq; cum classe cui Burgarius comes præerat, decertantes, aut victi, aut fugati sunt, amissis XIII. nauibus suis, & plurimis suorũ interfectis. Godefridus quoq; rex Danorum in Abodritos cũ exercitu traiiciẽs, licet Brasconẽ ducem Abodritorũ loco pepulisset, aliúmq; ducẽ dolo captum patibulo suspendisset, magno tamẽ copiarũ suarum detrimẽto reuersus est. Amisit enim ibi filium fratris sui Raginoldum, qui in oppugnatione cuiusdã oppidi cum plurimis Danorũ primoribus interfectus est. Filius autem imperatoris Carolus in Linones & Smeldincos, qui ad Godefridũ defecerant, exercitũ cui præerat, quanta potuit celeritate transposuit. Populatísque circunquaque eorum agris, transito iterum Albia fluuio, incolumi exercitu in Saxoniam se recipit. Sed Godefridus destructo emporio, quod in Oceani

Carolus testamentum facit cui subscribit Leo pontifex

Eclipsis.

Dona persarũ ad Carolum.

Horologium miri artificij. Regino lib. 2. Annal. Reliquiæ Cyp. & Scillitanorum.

Sarraceni cũ Sardis præliantur.

Anni Christi.

A Oceani litore constitutum lingua Danorum Relic dicebatur, translatísque inde negotiatoribus, soluta classe ad portum qui Liesthorp dicitur, cum vniuerso exercitu suo venit: ibi per aliquot dies moratus, limitẽ regni sui qui Saxoniam respicit, vallo munire cõstituit, vt ab orientali maris sinu, quem illi Hostharsalti dicunt, vsque ad occidentalem oceanum totam Egidore fluminis aquilonalem ripam munimento valli protegeret, vna tantùm porta dimissa, per quam carra & equites emitti recipíque potuissent. Nordanimbrorum rex Eardolf regno pulsus Britanniæ, Nouiomagi ad imperatorem venit: inde Romam proficiscitur, cum legatis postmodum imperatoris & pontificis in regnum suum reducitur. Reuertentibus legatis, Adulphus natione Saxo, diaconus Leonis pontificis à piratis capitur. Cæteri sine periculo traiiciuntur. Adulphus in Britanniam reductus, à quodam redemptus, Romam reuersus est. Trasco dux Abodritorum collecta valida manu, à Saxonibus etiam auxilio accepto, vicinos suos Scauos, qui Vvltzi dicuntur, aggressus, ferro & igni vastat: Seneldingorum maximam ciuitatem expugnat: atque his successibus omnes qui ab eo defecerant, ad suam societatem

Adulphus redimitur.

B reuerti coegit. Synodus magna Graniaquis congregatur, anno incarnationis domini DCCCIX. in qua synodo de processione spiritus sancti quæstio agitatur, Vtrum sicut procedit à patre, ita procedat à filio. Hanc quæstionem Ioannes monachus Hierosolymitanus mouerat, cum regula & fides ecclesiastica firmet, spiritum sanctum à patre & filio procedere, non creatum, non genitum, sed patri & filio coæternum & consubstantialem. Nomen autem processionis à patre & filio in Apocalypsi ita apertè est positum, Et ostendit mihi (haud dubium quin angelus) flumen aquę vitę splendidum tanquam cryſtallum, procedens de sede Dei & agni. In eadem etiam synodo quæsitum est & ventilatum de statu ecclesiarum & ordine singularum, cuiúsque conuersationis etiam clerici esse debent. Trasco dux Abodritorum in emporio Relic per dolum à comitibus Godefridi interficitur, & Aureolus qui Nicomarciæ Hispaniæ atque Galliæ trans Pyrenæum contra Oscam ad Cæsaraugustam residebat, moritur: & Amoroz ministerium eius inuadit, & ad castellum ipsius præsidia disponit: qui ad imperatorem transitum cum suis facere voluit, sed interuenientibus causis, res infecta remansit. Pippinus rex Italiæ, perfidia ducum Veneticorum incitatus, Venetiam bello terra marique iussit appetere: subiectáque Venetia, ac ducibus eius in ditionem acceptis, eandem classem ad Dalmatiæ litora vastãda misit. Sed cum Paulus Cephaleniæ præfectus cum orientali classe ad auxilium Dalmatis ferendum aduentaret, regia classis ad propria regreditur. Godefridus rex Danorum à quodam suo satellite interficitur, & Ermingus filius fratris eius in regno succedit. Et Pippinus rex Italiæ VIII. Idus Iulij, anno incarnationis domini DCCCX. defungitur. Imperator Francorum Carolus cum Nicephoro Constantinopolitano imperatore, pace facta Venetiam recipit. Ambulaz Cordubensis Hispaniæ rex cum imperatore pacisci tur, & Abduramum filius eius Amaroz Cæsaraugusta pellit, & Oscam intrare compellit. Eclipsis solis & lunæ bis eo anno fit: solis, VII. Idus Iulias, & pridie Calend. Decembr. lunæ, XII. Calend. Iulias, & XVIII. Calend. Ianuarias. Corsica insula à Sarracenis vastata. Pax sequenti anno inter imperatorem & Hermingum Danorum regem componitur. Pharus magna quæ ad nauigantium cursus constituta, non longè à Bolonia ciuitate maritima fuerat, restauratur, ibíque nocturnus ignis accenditur. Carolus maior filius imperatoris, pridiè nonas

Pippinus Venetias subiicit.

Eclipsis bis eo anno.

Pharus Bolonięsis restauratur.

D Decembreis, anno incarnationis domini DCCCXI. defungitur. Nec multo pòst Hermingus Danorum rex moritur. In eius loco Dani sibi Herioldum & Ragamfridum reges constituunt. Imperator Constantinopolitanus Nicephorus, post multas & insignes victorias commisso prælio, in Mœsia prouincia cum Bulgaris, moritur. In eius locum Michael gener eius Imp. creatur: cuius legati Aquisgrani ad imperatorẽ Carolum missi, laudes more suo dixerunt, imperatorẽ & Basiliũ illum appellantes. Et pacis libello ab imperatore accepto, & denuo à Leone papa Romę, reuersi sunt. Grimaldus Beneuentanorũ dux eo modo pacisci tur, vt vigintiquinq; milia solidorum auri à Beneuentanis annuatim Francis soluerentur. Anno incarnationis domini DCCCXIII. generali cõuentu aduocato Aquisgrani, Ludouico filio suo regi Aquitanico imperij coronã imposuit, & imperialis nominis sibi consortem fecit. Bernardũ quoq; nepotẽ suum filium Pippini Italiæ præfecit, & regem appellari iussit. Concilia quoq;

Cõcilia quinque habita sub Carolo.

E in quinque partibus regni sui ad corrigenda quæ necessaria forent, fieri constituit, Mogunciaco, Remis, Turonis, Cabillone, Arelate. quid statutum fuerit, in archiuis ecclesiarum vel palatij inuenitur. Imperator Carolus, vir in omni dispositione imperij strenuus, dilatato imperio, & pace Francis vsquequaque composita, anno incarnationis domini DCCCXIII. Aquisgrani moritur, & sepelitur XIII. anno postquam imperator acclamatus est, simul omnes annos XLV. & eo amplius regnans. Bernardus Viennensis episcopus erat, & Leidradus Lugdunensis, qui initio imperij Ludouici imperatoris, Suessionis monasterij locum petiit, & in loco eius Agobardus eiusdem ecclesiæ chorepiscopus, consentiente imperatore & vniuersa Gallorum episcoporum synodo, episcopus substituitur est. Quod quidam defendere volentes, dixerunt, Eundem venerabilem Agobardum à tribus episcopis in sede Lugdunensi iubente Leidrado fuisse ordinatum. Sed canonica auctoritas

Bernardus

Leidradus.

Episcopos duos non capit vna ciuitas.

Ludouicus Imp.

pauperũ & afflictorum patronus Ludouicus.

Iudith Imperatrix rapitur.

Ludouici interitus.

Reliquiæ B. Stephani, Hippolyti & Tiburtij.

Agobardus.

Lotharius.

Anni Christi.

est, in vna ciuitate duos episcopos non esse. Nec viuente episcopo successorem sibi debere F
eligere. Ac idcircò illa quacunque causa regulæ ecclesiæ præteriri in tanto ordine fixæ non debent.

815 Ludouicus imperator, Caroli imperatoris filius, regnauit annis paulo minus XXVIII. amator totius pietatis & religionis, omnem ordinem ecclesiasticum pio studio exornans. Hic ingressum imperij secunda & placida quiete habuit: porrò finis eius multis incommoditatibus & aduersitatibus fatigatur. Hic inter alia mirifica & nimis honoranda opera sua in omni imperio suo, siue in Gallia, siue in Germania, siue in Italia, legatos dedit, qui pauperum & oppressorum iustitias diligẽter quærerent, & singulorum necessitates ad plenum audirent. Episcopales etiam *synodos* propter reintegranda sanctorum patrum statuta, & Christianarum regularum obseruationem vbique fieri decreuit. Sed eius piis studiis malignorum insidiæ impedire plerunque moliuntur. Nam longa quies perfidiam, perfidia rebellionem, rebellio discrimen imperij pariunt. Huic piissimo imperatori ex Hermengarde regina tres filij, quorum primogenitum Chlotharium, primò Cæsarem, deindè consortem imperij adscribit: cui G
& Italiam ad regendum commisit: at Pippinum, Aquitaniæ regem facit: tertium Ludouicum Baiouariis regem constituit. Cum igitur omnis potestas Francorum sub moderato otio studeret, & regimen vicinis gentibus imponeret, quidam tantam spem boni non ferentes, vxorem nomine Iudith dilectam imperatori factione sua abripiunt, eámque ex latere viri in Aquitaniam sub custodia transponunt. Quæ licet ad viri thorum redierit, ebulliens tamen quorundam malitia non quieuit. Quæ vsque adeo creuit vt vnà cum pontifice Romano non solùm proceres regni, sed etiam natos eius aduersus imperatorem promouerit. Nam ab eo vniuersus populus deficiens, ad filios eius se transtulit: ipse tentus sub custodia, indecenter recluditur, ac arma ei auferuntur: vxor ipsius in Italia seruanda committitur. Sed nutu diuino post tot aduersa secunda succedunt. Populi versi ad pœnitentiam causam facti in melius commutant, & eundẽ ipsum imperatorem in honore pristino reponunt, & pristina dignitate reuestiunt. Filij quoque eius pro commisso veniam exposcunt, Chlothario iam imperatori, H
vt extra Italiam, nisi iubẽte piissimo patre eius, nullo pacto procederet inducitur. Sed varia tempora nunc aduersa, nunc prospera minantur. Pippino his diebus denique mortuo, ad componendam Aquitaniam vnà cum vxore quam iam receptam habebat, & ex qua inclytum filium Carolum susceperat, cum exercitu ingreditur: quia contra voluntatem eius, Aquitani filium Pippini, Pippinum nomine regem sibi fecerant. Cum illic esset imperator Ludouicus, ex primo matrimonio Ludouicus, tertius filius eius iam patri iterum aduersus, primos Germaniæ perfidè sibi iurare compellit. Hoc misso imperator accepto, commisso Aquitaniæ regno maioribus Frãcorum & inclyto Carolo filio suo rege Aquitanis dato, vxoréque sua gratissima ibi dimissa, ocius ipse occursus filio, in Germanias exercitus sui copias transponens ingreditur. Ibi pacem regni aliquibus diebus disponens, aduersa valetudine fatigatus diem clausit vltimum, anno ab incarnatione domini, DCCCXL. Corpus eius ab epi- I
scopo Drogone fratre eius ex alia fœmina, simul & à primoribus Francorũ Mediomatricum delatum, atque in ecclesia beati Arnulfi confessoris conditum est. Huius imperatoris tempore, pars corporis beati Sebastiani martyris ad Sueßionicam vrbem delata: vbi multa mira L
in laudem Dei omnipotentis varia genera sanitatũ infirmis collata. Ossa quoque beatorum martyrum Hippolyti & Tiburtij ab vrbe deportata, in ecclesia beati Dionysij martyris in territorio Parisiensi digno honore condita. Bernardus adhuc & Agobardus Viennensem ecclesiam & Lugdunensem regebant. Qui ambo apud imperatorem delati, desertis ecclesiis in Italiam, ad filium imperatoris Chlotharium se contulerunt, & postmodum piis imperatoribus agentibus, Agobardus Lugdunensem, Bernardus Viennensem sedem recepit: post pauculos annos Agobardus apud Sanctonas in expeditione regia positus defungitur.

841 Lotharius imperator, filius piissimi Ludouici imperatoris, annis XV. Huic pater imperium post mortem suam decreuerat: sed sinistris consiliariis idem vsus, animum patris non parum lædens, pro integritate vix partem regni obtinere meruit. Siquidem inter filios iterum pius pater, memor inflicti vulneris, imperium diuidens, iuniori Carolo maiorem partem primoribus sacramento firmatis disposuit. Lotharius itaq; post humationem glorioſi patris, sequen- K
ti anno ab Italia egressus, totum imperium arripere molitur. Ob id aduersus fratribus in prælium Fontaneticum eos concitat. Iuncti duo aduersus vnum, heu omnibus Christianis lamẽtabile bellum & sociale ac ciuile conferunt. Non armis dissimiles, non habitu gentis distincti, solùm castris obuersi. Francorum innumerus populus acie gladij feritur, & olim gentibus cæteris formidabilis, in vulnere suo bacchatur. Cruenta victoria, duobus tamen fratribus inscribitur. Tertius elabitur, atque Aquisgrani in regiam tandem se recepit. Gloriosus deinde rex atque inclytus iuuenis Carolus, non longè post, impigrè vnà cum fratre Ludouico rem cœptam accelerat: atque Lotharium fratrem imperatorem ab Aquisgranis terrent. Qui nimia celeritate vnà cum vxore ac filiis vsque Lugdunum ac Viennam progreditur. Ibi receptis copiis, aliquantulum substitit. Et discurrentibus legatis ad colloquium,

tres

Anni Christi.

A tres fratres in insulam quandam Sequanæ veniunt: ibi sub quodam pacto imperium inter se diuidere statuunt. Sic Lotharius imperator in superiorem Franciam reuertitur. Diuiso postmodum imperio, vnusquisque eorum ad partem suam regendam & disponẽdam progreditur. Non multò pòst Lotharius filium suum Ludouicum, quem in Italia regem fecerat, vt imperatoris nomen sortiretur, per Drogonem patruum Romam misit. Cui Sergius iam tunc pontifex coronam imposuit, acclamante vniuerso populo, Imperator & Augustus est salutatus. Lotharius imperator infirmari se conspiciens, regnum inter filios diuidit. Carolo minori Prouinciam & partem Burgundiæ: Lothario medio filio sedem suam: Ludouico imperatori Italiam consignare iubet. Ipse verò in Prumiæ monasterium, regno temporis se exuens ingreditur tonsuratus, & monachus effectus, aliquot diebus interpositis defungitur, anno ab incarnatione domini DCCCLXV. imperij verò XXIIJ. Atque ibi in ba- 865
B silica sancti Saluatoris à fratribus reuerenter humatur. Huius imperatoris tempore ossa beatissimi Andeoli martyris ipso reuelante, reperta in loco qui antiquitus Gentibus dicitur, in Viuariensi parochia sito. Bernardus Viennensis episcopus, sub huius imperio moritur, & Aglimatus Viennensem suscepit episcopatum. Amulo quoque Lugdunensis episcopus efficitur. Et pontifex Romanus Gregorius moritur, atque eius loco Sergius ordinatur. Illo defuncto Leo succedit. Quo obeunte Benedictus in sede apostolica substituitur, iam tamen defuncto Lothario imperatore. Sub huius imperatoris tempore, Segart Beneuentanorum dux à suis interficitur, & ab interfectoribus Sarraceni à Beneuentanis euocati, intra ciuitatem Beneuentum recipiuntur.

Ludouicus coronandus Romam vadit.

Reliquiæ Andeoli.

Ludouicus imperator in Italia. Hic post obitum patris, viij. anno, mortuo fratre suo Carolo minore, & Lugduni sepulto, in monasterio sancti Petri, in ecclesia sanctæ Mariæ semper virginis cum fratre Lothario regnum fratris mortui partitur. Accepit autem partem Transiurensis Burgundiæ simul & prouinciam: reliquam partem Lotharius rex sibi retinuit. Anno incarnationis domini, DCCCLI. iubẽte patre, Ludouicus imperator in ducatum Beneuẽtanorum contra præsidia Sarracenorum exercitũ mouet, & interfecto duce Saracenorum Amal-
C mater Beneuentum recepit. At Lotharius rex frater eius, à prauis consiliariis deceptus, diu de duarum fœminarum connubio vacillando penè totam ecclesiam contra se concitauit. Ob id duo metropolitani episcopi, Treuericus, & Colonicus, Teuthgaudius & Guntharius sententia apostolica damnati. Cœtus synodales subindè euocati. Patruus eius præclarissimus in regibus Carolus, cum ei saniori consilio semper consulere vellet, nihilominus iuuenilis animus ad voluptatem præceps resisteret, tandem vincere volens, extra consilium Italiam ingressus, ad fratrem imperatorem ire Beneuentum aggreditur. Piissimus rex Carolus in hoc itinere eius assensit, si fortè vel consilio pontificis Romani superatus tandem, à re illicita quiesceret: plurimis tamen episcopis Gallorum contradicentibus, qui spiritu Dei tacti periculum generale in ecclesia dei oriri timebãt, ne pontifex Romanus fauoribus inclinatus à definitionibus pietatis exorbitando, Romanæ ecclesiæ vulnus erroris infligeret. Perrexit secundum libitum suum, egit apud ecclesiam Romanam quod ei pro tempore iustum visum. Sed
D cum rediret, falsis spebus incitatus, diuino iudicio infirmatus, vsque Placentiam ciuitatem peruenit, ibique defunctus, in ecclesia beati Antonini martyris sepelitur. Anno DCCCLXII, 862
regnũ eius glorioſi patrui eius inter se diuidunt. At Ludouicus imperator ingressus Beneuentũ, anno incarnationis domini, DCCCLXVIII. penè omnia castella & oppida Beneuẽtanorũ quæ à Francis recesserant, Sarracenisque se iunxerant, sub ditione sua recepit, loca sanctorum quæ impij Sarraceni ac perfidi Christiani contaminarant, Deo adiutore instaurando & restaurando purgauit. Nicolaus Papa, vir religione præcipuus moritur. Ac in atrio ante portas beati Petri, non longè à membris Benedicti prædecessoris sui sepelitur. Cuius tempore transE lata sunt membra sanctorum Eusebij ac Pontiani Viennatibus, & in basilica Apostolorum reuerenter condita. Huic Adrianus in episcopali ordine succedit. Pius & inclytus rex Carolus aliquot annos aduersus Danos atque Northmannos variis euentibus dimicans, pontem miræ firmitatis aduersum impetum eorum super fluuium Sequanam fieri constituit, positis in vtriusque capitibus castellis artificiosissimè fundatis, in quibus ad custodiam regni præsidia disposuit. Huius pij regis studium pene in disponendis causis ecclesiasticis hactenus viguit. Hic ex regina Ermentrude quator filios suscepit: Ludouicum, Carolum, Carlomannum & Lotharium. Ex his Deo in clericali habitu duos obtulit, Carlomanum, & Lotharium: sed Lotharius puer bonæ indolis, immatura morte præreptus est: Carolus quoque vir satis honestæ formæ iuuenis, rex Aquitanis iam constitutus, aduersa primùm molestatus & dehonestatus iniuria moritur. Anno itaque incarnationis dominicæ, DCCCLXVI. regnãte eodẽ Ca- 866
rolo Ludouici filio, duo filij illius, vt dictum est, moriuntur, Lotharius abbas, & Carolus rex Aquitanorum. Aunonculus quoque eius Rodulphus consiliarius primúsque palatij hominem exuit: necnon & Rodulphus archiepiscopus Aquitanorum. Et duo principes Aquitanici, Landricus & Muno inter se dimicantes semet interimunt. Robertus quoque atque Ranulphus viri miræ potentiæ, armísque strenui, & inter primos ipsi priores Northmannorum gla-

Nicolaus papa sepelitur.

Normannorũ cum Gallis contentiones.

Bigamia agitatur.

Anni Christi.

dio necantur. Denique Lotharius ante obitum patris sui Ludouici imperatoris, xviij. anno F
vnctus ab imperatore tres filios ex Ermengarde Hugonis filia habuit. Qui diuidens regnum
patris cum fratribus suis, accepit regnum Romanorum, & totam Italiam, & partem Fran-
ciæ orientalem, totámque Prouinciam. Ludouicus verò præter Noricam quam habebat,
tenuit regna quæ pater suus illi dederat, id est Alamanniam, Thoringiam, Austrasiam, Sa-
xoniam & Auarorum, id est Hunorum regnum. Carolus quoque medietatem Franciæ ab
occidente & totam Neustriam, Britanniam, & maximam partem Burgundiæ, Gotiam, Va-
sconiam, Aquitaniam submoto inde Pippino filio Pippini, & in monasterio sancti Medardi
attonso. Qui postea inde per fugam elapsus, in Aquitaniam regressus, multo tempore fugien-
do latuit. Iterúmque à Ranulpho præfato per fidem deceptus est, & ad Carolum adductus,
Norici. Siluanectum perpetuo est exilio detrusus. Ludouicus verò rex Noricorum, id est Baiouа-
877 riorum, Ludouici imperatoris filius, Anno incarnationis domini, DCCCLXXVII. regnũ in-
ter filios suos diuisit, Carlomannum videlicet, Ludouicum, & Carolum, ipse tamen super
879 filios principatum tenens. Anno incarnationis domini, DCCCLIX. ex hac vita decessit, & G
mortuo iam filio eius Carolo, reliqui filij regnum eius sequenti anno inter se apud Ambia-
nensem vrbem æqua sorte partiuntur. Quorum alter, id est Ludouicus, post tres annos mo-
ritur. Porrò frater ipsius Ludouici Carolus Ludouici imperatoris filius, Anno incarnatio-
nis domini, DCCCLXXVII. moriens reliquerat filium Ludouicum, qui eodem anno regnum
Io. papa venit in Gallias. suscepit paternum. Quo tempore Ioannes Papa in Gallias venit. Et apud ciuitatem Trecas
diu moratus est, habuítque synodum episcoporum in qua Immaurus Lauduni Dauitri epi-
scopus, post auulsionem oculorum suorum episcopatu est donatus. Ludouicus quoque filius
Carolus simplex. Caroli, Carolum qui dictus est Simplex hæredem regni puerum dimisit. Qui Ludouicum
ex Eagina Anglorum regis filia, antequam captus esset, genuit.

ADONIS VIENNENSIS
Chronicorum finis.

VSVARDI

A

VSVARDI

MARTYROLOGIVM

QVO ROMANA ECCLESIA, AC

B PERMVLTÆ ALIÆ VTVNTVR: IVSSV

Caroli Magni conscriptum.

Cum additionibus ex Martyrologiis Romanæ Ecclesiæ & aliarum; & Annotatione Auctorum, qui de Sanctorum vita, confessione, vel martyrio, fusè, aut aliquando obiter nonnulla scripserunt.

LITERÆ SIGNIFICANT MARTYROLOGIA,

C
a Adonis.
b Bedæ.
g Græcorum.
p propriæ ecclesiæ.
p: proprij episcopatus,
q quoddam.
r Romanum.

LVNA PRONVNCIANDA,

D

Anno			*Anno*	
1573	16		1591	15
1574	17		1592	16
1575	18		1593	17
			1594	18
1576	19		1595	19
1577	1			loco ponitur.
1578	2		1596	1
1579	2		1597	2
1580	4		1598	3
	loco ponitur.		1599	4
1581	5		1600	5
1582	6			
1583	7			
1584	8			
1585	9			
1586	10			
1587	11			
1588	12			
1589	13			
1590	14			

E

& sic deinceps, vsque ad numerum 19 procedendo, iuxta aureum numerum illius anni, prout positus est in Calendario Romani Breuiarij.

ANTONIO PERENOTO
GRANVELLANO CARDINALI,
IOAN. MOLANVS.

CAP. I.

MARTYROLOGIVM, illustrissime ac amplissime Cardinalis, antiquitus numerari solet inter paucos libros, qui omnibus sacerdotibus necessarij iudicabantur. Quod disertis verbis scribit Burchardus, episcopus Vuormatiensis, in decimonono libro Decretorum.

Quantæ autem sint huius libri vtilitates, non est necesse hîc commemorare, cum id per aliquot capita disseruerim, in eo tractatu quem de Martyrologiis ipsius Vsuardi Martyrologio subiunxi.

Neque dubium mihi est quin ad aliquas earum vtilitatum Maiores nostri respexerint, dum eos sacerdotis nomine indignos iudicabant, quibus hic codex deerat. Certè Martyrologij lectionem in fine primæ antiquissimæ obseruationis esse indubitatum est. In eáque obseruatione à Choro permanendum esse, decretum est iam pridem in eo Romanæ Ecclesiæ sacrosancto Breuiario, quod auctoritate sanctissimi Concilij Tridentini recepimus. Sed & magnus ille Gregorius, epistola vigesimanona libri septimi, indicat suo tempore Martyrologij vsum fuisse in quotidiano Missarum sacrificio, dum eorum quotidie specialis fieret commemoratio, quorum Natales, siue Passiones, vt ipse loquitur, in eos dies incidebant. Nos, ait, pene omnium Martyrum distinctis per dies singulos Passionibus, collecta in vno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solennia agimus.

CANDIDO LECTORI MOLANVS.

Lucianus dialogo pro imaginibus.

PVLCHRE scripsit quidam, *Ne hoc tibi dedecori fore putato, si orationem iam editam, adhuc lima retractes: quandoquidem hoc Phidiam quoque fecisse perhibent, quo tempore apud Eleos Iouem iam absoluerat. Stabat enim auscultans à tergo quid quisque probaret vel improbaret: vt pro cuiusque iudicio aut consilio (si expediret) opus suum emendaret aut refingeret: Ita mihi prima cura fuit audire quid legentium quisque laudaret aut reprehenderet in eo Martyrologio, quod mea qualicunque opera editum erat Louanij Anno 68. Eorumque collectis iudiciis, librum ad multorum opinionem & iudicium, adhibita diligenti lima, retractare, expolire, recognoscere, & emendare sum conatus. Quæ igitur habeat posterior hæc editio, ob quæ priori sit anteferenda, paucis aperiam.*

De lectione lunæ. II.

Lunæ lectionem in ecclesiis vsitatam, nonnulli desiderarunt, quibus non solùm acquieui, sed eam recognoui ad castigationem & reductionem numeri Decemnouennalis, siue aurei numeri, quæ facta est iam pridem in Romano Breuiario. Quare cum alibi lunæ pronunciatio quinque diebus discrepet à luna cæli, (ob quos dies retrocedendum fuit per syllabas quinque dicendo, In cælis est hic) in hac editione sic castigata est lunaris pronunciatio, vt à cæli situ aut nihil discrepet, aut perparum.

De numeris lunæ. III.

Solent verò numero decemnouennali subijcere primas nouendecim literas, Abcdefghiklmnopqrſt. *ac lectorem admonere, vt dum aureus numerus est vnum, toto anno legant numerum supraposítum A primæ literæ: dum est aureus numerus duo, eo anno legant numerum cui subiungitur B litera secunda, & sic consequenter, vsque ad decimumnonum, cui respondet litera T, decimanona. Sed non fuit necesse eiusmodi literis onerare librum præsentem, eò quòd numerum aureum per quinarios distinxerim: per quas distinctiones tam facilè inuenitur locus lunæ anni præsentis, quàm si literæ id ipsum significantes, essent adiunctæ. Tam facilè enim agnosco locum nonum esse penultimum in secundo quinario: aut duodecimum locum esse secundum in tertio quinario, quam agnoscam I literam esse nonam, & M duodecimam.*

De Vuandelberti martyrologio. IIII.

Monuerunt etiam vnus & alter, vt carmina Vuandelberti omitterem: quos scio parum cogitasse ante quot sæcula ea sint conscripta: tantúmque attendisse non satis ea numeris suis constare. Interim, quia magis faciunt ad centonem libri, quàm ad multam Lectoris promiscui instructionem; & vt ornatum exiguum, sic etiam non nimiam vtilitatem & necessitatem adferre eis videantur, permisi hæc carmina in recognitione libri abesse. Remitto interim studiosissimos Lectores, quibus ea vsui esse possent, tum ad primum tomum operum Bedæ, vbi falsò extant eius nomine: tum ad primam nostri Martyrologij editionem, vbi Vuandelberto sua carmina restitui.

De omissis abbreuiationibus. V.

Porrò cum plerumque à iunioribus Martyrologium legi soleat in ecclesia, eiúsque lectio sit etiam vsitatissima apud sanctimoniales, visum mihi fuit, vt quæcunque ad martyrologij lectionem in ecclesia pertinent, integrè, absque vlla abbreuiatione, aut mutilatione excuderentur, in gratiam idiotarum, & minus peritorum. Quod etiam à typographis fere est obseruatum, saluis vsitatissimis virgulis pro literis m & n. In reliquis verò, quæ doctis seruiunt, id non fuit obseruandum.

De Vsuardo. VI.

Vsuardus principali charactere excusus est, quem diligenter contuli cum variis exemplaribus MS. & varietate lectionum deprehensa, elaborauit genuinam ponere lectionem. Vbi id deprehendere non potui, alteram lectionem in margine posui. Occurrerunt in eodem pauca, quæ vi[illegible] de historica aliena, vt nonnunquam bonus dormitat

Homerus, difficiléque est in tam confuso opere nihil humanum pati. Ea ex contextu sustuli, ne in ecclesia legantur, & sic in annotatione vel margine posui, vt Lector facilè aduertat quid ad integritatem Vsuardi pertineat.

De notis parenthesis. VII.

Martyris autem vocem aliquando notis parenthesis intercluſi, quando posita est pro eo qui in confessione fidei tormenta passus est, sed citra mortem. Similiter dictionem virginis, dum ponitur pro vidua sanctimoniali; vt doctioribus eæ significationes occurrant.

De natalib. transpositis. VIII.

Natales quorundam sanctorum transposui iuxta Tridentini Concilij Breuiarium, aut iuxta propriæ ecclesiæ legitimam obseruationem. Quia geminatio ea, potissimum si altero loco erronea erat, parum grata erat Lectoribus, suspendens eos quónam die festum obseruaretur. Si cui autem tantilla Vsuardi verborum transpositio displiceat, sciat is nostri instituti fuisse, Martyrologium ecclesiis, quoad possem, accommodare. Neque deesse alias editiones, in quibus nulla sit Vsuardi verborum transpositio.

De additionibus. IX.

Eadem fere, quæ de Vsuardo dixi, locum habent in additionibus, quæ cursiuo, vt loquuntur, & Italico charactere, additæ sunt ex veterum Scriptorum, & sanctarum ecclesiarum Martyrologiis, potissimum si castigatam & emendatam lectionem spectes, in qua non parum operæ & laboris collocandum fuit.

Accesit in iisdem additionibus auctarium magnum. Nam inter alia quæ primæ editioni defuerunt, multa hîc accesserunt. Vt, de Sanctis nostratibus non pauca, ex propriarum ecclesiarum Martyrologiis; de Sanctis Græcorum, ex Menologio Græcorum quod tunc nondum videram; de sanctis Siciliæ, ex Martyrologiis Siciliæ, apud Maurolycum.

Litterulæ & characteres quid significent. X.

Dictas additiones maluissent nonnulli indistincto ab Vsuardo charactere imprimi, & sine literis significatiuis. Sed secuti sumus quod pluribus non abs re placuit. Nam nec character diuersus imperitum lectorem turbare potest: nec inuidæ eæ literulæ quas facilè aduertit à se esse prætereundas. At verò docti gaudent videre quid sit Vsuardi, quidque Vsuardo additum. Nec inuicundum est eis videre has literas significantes. Quoniam A significat sequentia sumpta esse ex Martyrologio Adonis episcopi: B, ex Bedæ: G, ex Græcorum Menologio: P, ex Martyrologio propriæ ecclesiæ, apud Belgas, hoc est, in qua corpus sanctum quieſcit, vel in qua Sanctus resedit. P: cum punctis, ex Martyrologio proprij episcopatus. R, ex Romanæ ecclesiæ Martyrologio: Q, ex quodam ecclesiarum Martyrologio cõfuse. qua aliter significandum fuit sæpius quòd sequentia non pertineant ad eam literam, ad quæ præcedentia.

Nec dubium est quin sub hac litera multa notauerim, quæ etiam sunt in propriis Martyrologiis. Quia Sanctos Mediolanenses scripsi ex Martyrologio quod cum Breuiario Ambrosianæ ecclesiæ est impressum; Siculos ex Martyrologiis Siciliæ, quod modò dixi; Laudunenses ex Martyrologio quod nostrum Parcum habet ex Abbatia sancti Martini in Lauduno clauato; Remenses, ex MS. Vsuardo, qui vix vllas habebat additiones, præterquam de sanctis Remensibus; Treuirenses, ex Martyrologio impresso pro vnione Bursfeldensi; Rothomagenses, & comprouinciales, ex Martyrologio Rothomagi excuso Anno 1507; Parisienses ex Martyrologio quod Caroli magni iussu digestum est, & Parisiis impressum Annis 1490. & 1536; Ordinum denique Sanctos ex monasteriis Ordinum scripsi.

In priori editione etiam aliis vtebar literis, sed posterior ratio priori fuit prælata.

Nec difficile est Lectori hinc ad memoriam reuocare dictarum literarum significationes; quæ iam paulo latius sunt explicandæ. A, dixi significare Adonem in Martyrologio; B, Bedam, vel Bedæ Martyrologium. De quibus quæ hic scribenda forent, sufficienter tractabo in libro de Martyrologiis, capitibus sexto & tertio decimo. Restant g, p, r, q.

G significat commemorationes Sanctorum totius anni per ordinẽ mensium, prout ea cum eorundem sanctorum deprecationibus habentur in Menologio de sanctis totius anni, quod est in Græco Horologio, siue Horarum libro, qui Venetiis excusus est in octauo, Anno 32. Vnde etiam Ioannes Buteo Canonicus Viennæ Ordinis sancti Antonij multa Anno 58. in Latinum vertit in libro quem inscripsit Orationes Græcorum veteres ad Deum & Sanctos.

P: cum punctis significat Martyrologium summæ ecclesiæ proprij episcopatus intra cuius terminos corpus sancti quieſcit. vt, Cameracense secundum antiquos limites, quo etiam vtitur Melchlinienſis ecclesia; Vltraiectense, cuius titulus est Martyrologium cathedralis ecclesiæ in Traiecto, scriptum anno 1364. anno primo Ioannis de Voerrenborch episcopi Traiectensis; Item Martyrologium sancti Iacobi Louanij secundum Ordinarium sancti Lamberti Leodiensis, quod vetustate aliquibus locis obliteratum est.

R significat additionem ex Martyrologio secundum morem Romanæ ecclesiæ, quod emendauit magister Bellinus de Padua, ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, Venetiis ad signum Spei excusum anno 49. & Parisiis an. 21. Videtur etiam id nonnihil auxisse Sanctis Paduæ & Venetæ ecclesiæ, & diuersarum religionum. Extant & alia Romanæ ecclesiæ Martyrologia, quæ non vidi. Ecclesia enim sancti Petri vtitur Martyrologio Venetiis impresso anno 60. quod Alexander Peregrinus Brixiensis, Iulij tertij sacellanus, opera sua emendatum edidit. Ecclesia autem Lateranensis vtitur Martyrologio apud Hieronymum Caualcalupum anno 1564. impresso.

Q non significat quodcunque Martyrologium, sed probatum, quódque in aliqua ecclesia venerabiliter legitur. Interim sanctos nonnullos, ex ecclesiarum Breuiariis, & integris historiis, quos in Martyrologiis non inueni, libens adieci, eo quòd ipsæ historiæ & Lectiones ecclesiasticæ de Sanctis, paris sint cum Martyrologiis auctoritatis, immò aliud non sint quàm prolixa Martyrologia.

De minimis additionib. XI.

Addidi etiam quædam ad Vsuardum & Ecclesiæ martyrologia, potissimum ex recentiorum Martyrologiis aut additionibus; in quibus aliquando aliena fide contentus fui ponens ea lege commentariorum. Quæ omnia minimo charactere imprimenda fuere, vt secernerentur ab iis quæ grauioris sunt auctoritatis vel dignitatis.

De notula. ¶ XII.

Et quidem in priori editione vtebar literis significatiuis, quas nunc sustuli, nisi quòd litera p, aliquoties significet propriæ ecclesiæ librum obituum. Parũ enim referre putaui, siue id dicat Colonienſis Cartusia insuis ad Vsuardum annotationibus, siue Antonius Geems, Regularis Rubeæ vallis in Martyrologio prolongato, vel reuerendus abbas Maurolycus, vel ego, vel quisquam denique alius recentiorum.

Notula, ¶ significat eousque in omnibus ecclesiis nostra directione legi posse. Illa enim quæ sequuntur notam ¶,

vel sunt festa translationum, fere ex propriis ecclesiis sumpta, quæ non est necesse passim per ecclesias legi, vel sunt minimis typis de non canonizatis: vel etiam de canonizatis ex scriptis recentiorum; sed de quibus ego nullam aut minus sufficientem habuerim notitiam an sint canonizati, & an iis diebus eorum natales occurrant. F

De annotationibus. XIII. *In Annotationibus quæ ad Grammaticam vocum explicationem pertinebant, pleraque in altera editione omittenda iudicaui. Annotationes verò de historiis Sanctorum, multum auxi, & recognoui: atque zifras remittentes ad annotationes in margine ponere malui, è regione Sanctorum, quàm in ipso contextu relinquere, vbi aliquando Lectorem turbabant.*

De orthographia. XIIII. *Orthographiæ etiam ratio habita est: sed vbi inter doctos diuersitas est sententiarum, libertatem reliqui typographis: vt in accentibus aduerbiorum, & in voce Diocletianus, quæ vsitatè scribitur per e, sicut Græcè per η. In Romano tamen Breuiario, & duobus quæ habui MS. Martyrologiis perpetuò per i, Dioclitianus. Itidem in permultis aliis vocibus. Accentum aliquando posui, quo, vt in Latinis, sic in Græcis dictionibus significare volui quantitatem syllabæ penultimæ: quantitatem autem aliquando solùm notaui ex vsu propriæ ecclesiæ, vt, in Ionatus, Gaugericus, Remaclus.*

De appendice Martyrologij. XV. *Asscripseram etiam in minimis additionibus multos sanctos ex scriptis recentiorum, quos sumpserunt ex historia tripartita, Gregorio vtroque, & aliunde. De quibus non solùm nesciebam an in aliqua ecclesia natalem habeant, sed nec diem obitus sciebam. Recentiores enim tantùm aliquo loco eos posuerant, ne in toto opere abessent. Hos ordine alphabetico ponere malui post Martyrologium, cum auctario nonnullo, tum similium Sanctorum, tum eorum quos natales dies habere scio, etsi eos ignorem: vt qui volet, auctarium illud locupletet, & Sanctos ad Martyrologium transferat, quorum dies Natales deprehenderit.* G

De omissis Sanctis. XVI. *Neque defuerunt qui totum auctarium Colonienſe per dies singulos additum voluissem. Quibus respondeo, mei instituti non fuisse vt ex recentiorum collectaneis adferrem quæcunque adferri potuissent, tum certa, tum incerta. Nam in suo auctario multo copiosior est Antonius Geens quàm sint Colonienses, qui pari ratione non fuisset prætereundus, & vtique permulta addenda fuissent, quæ ex Breuiariis & aliunde obseruari possent. Sed satis mihi fuit pauca quædam è multis inde selegisse: neque voluisse vllum sanctum præterire cuius sciui tempus, diem, & locum confessionis, vel martyrij. Reliquum, cuius difficilem abyssum videbam, aliis reliqui. Sanè si omnium ecclesiarum per singulas prouincias proprij extarent Natales aut indices, (quale quid re de Belgis cum martyrologio iam in lucem edo) locupletissimum ex iisdem nostrum prodiisset Martyrologium.* H *Verùm vt finem præfandi faciam, quidquid in hac altera editione est immutatum, vel additum, vel imminutum, id solerti indagine, vt Vsuardus loquitur, siue studiosè, & citra omnem temeritatem à nobis factum esse agnoscas. Quorum etiam omnium rationem in prolixo scripto mihi reseruo. Omnes verò Sancti, in quorum honorem hoc opus congessi, mihi peccatori, quod minus aut perperam feci, ignoscant: & tam vobis omnibus, quàm mihi, suis meritis & suffragiis patrocinium ferre dignentur.*

INDEX

INDEX SANCTORVM.

A

Aaron, 1. Iul/ & sociorum, 22. Iun.
Abacuc propheta, 15. Ian/ martyris, 19. Ian.
Abdon & Sennis, 30. Iul.
Abel Lobiensis, 5. Aug/ 4. Apr.
Abilij, 22. Feb.
Ableberti episc. 15. Ian.
Abrahæ, patriarchæ, 9. Oct/ Aruernensis. 15. Iun.
Abramij, siue Abrahæ anachoritæ, 29. Oct.
Abrunculi, 22. Apr.
Absoloni cum duobus, 2. Mar.
Abundij apud Comum, 2. Apr.
Acacij, in gradu, 29. Nou/ Meliteni, 17. Apr/ centurionis, 7. Maij.
Accursij, 16. Ian.
Aceiæ regis, 25. Iul.
Acepsimæ cum soc. 3. Nou.
Acharij Nouiom. 27. Nou.
Achillæ, 7. Nou.
Acij & Acioli, 1. Maij.
Acindymi cum so. 2. Nou.
Acisculi & Victoriæ, 17. Nou.
Acylines vel Aquilinæ, 13. Iun.
Adalardi, 2. Ian.
Adalongi, 1. Mart.
Adaucti cum tota vrbe, Feb. 7.
Adelberti, Pragensis, 23. Apr/ Egmundani, 25. Iun.
Adeleidis imperatricis, 16. Dec.
Adelendis, 28. Aug.
Adelini, 27. Iun.
Adelphi, 28. Apr/ 29. Aug.
Adiliæ in Orpio. 30. Iun.
Adonis Vienn. 16. Dec.
Adriani, cum viginti duobus, 4. Mar/ 8. Sep/ 27. Maij/ nuncij, 19. Mart/ Cæsareensis, Mart. 5/ cum duobus, 26. Iul/ abbatis Cantuariæ, 9. Ian.
Aduentij, 3. Nou.
Adulphi Camerac. 19. Maij/ & Ioannis, 27. Sept.
Ægidij, 1. Sept.
Æmiliani, Vercell. 11. Sept/ Tirasson. 12. Nou/ Redon. 11. Oct/ in Dorostoro, 18. Iul/ in Cyzico, 8. Aug/ & Hieremiæ, 17. Sept.
Æmilij cum tribus, 28. Maij.
Ætherij, Antisiod. 27. Iul/ Vienn. 14. Iun.
Afflini, 8. Ian.
Afræ, 5. Aug.
Agabi, 13. Febr/ 8. Apr.
Agapæ, 15. Feb/ 8. Aug/ & Chioniæ, 3. Apr.
Agapij, Nou. 20/ in Numidia, 29. Apr/ cũ sociis, 15. Mart.
Agapeti, pap. 22. Apr/ Prænest. 18. Aug/ Phrygis, 24. Mart.
Agathæ, 5. Febr.
Agathangeli, 23. Ian.
Agathonici, 22. Aug.
Agathonis, 7. Dec.
Agerici, Virduni, 1. Dec/ Vide Agi.
Aggæi, 4. Iul.
Agili Resbaci, 30. Aug.
Agilolphi Coloniæ, 9. Iul.
Agiricl Turonis, 11. Apr.
Aglibertæ 12. Aug.
Agnetis Romanæ 21. & 28. Ian/ 2. Sep/ Policianæ, Sep. 16
Agoardi cum innumeris, 24 Iun.
Agricolæ, Cabilone, 17. Mar/ & vitalis, 4. Nou.
Agrippinæ, 23. Iun.
Agritij Treueris, 13. Ian.
Aiberti, Apr. 7.
Aichadri, 15. Sept.
Aigulphi Lirinis, 3. Sept.
Aithalæ, 1. Sept.
Alardi, siue Adalardi, 2. Ian.
Albani, Britanni, 22. Iun/ 16. Apr/ Moguntini, 21. Iun.
Alberti, Carmelitę Prouincialis 7. Aug/ Carmelitę episcopi, 7, Apr/ Prædicatoris, Nou. 15/ episcopi Leodiensis, Nou. 21.
Albini Andegauis, 1. Mart.
Alcuini, Maij 19.
Albeberti Dononij. Apr. 22.
Aldegundis, Malbodij, 30. Ian/ 13. Nou/ 8. Iun. Truncinij, 20. Iun/
Aldelmi episc. 25. Maij.
Aldetrudis, 25. Febr.
Aleidis, 5. Febr/
Alenæ, ante 19. Iun.
Alexandri, papæ, 3. Maij/ Hierosolymis, 18. Mart/ Alexandriæ, 26. Febr/ sub Maximiano, Maij 13. sub Antonino, 21. Sept/ Pergamis, 26. Aug/ Lugduni, 24. Apr/ in Pannonia, 27. Mar. in Pydne 14. Mart/ & Caij, 10. Mart/ & Anto. Maij 3. & duorum, 27. Feb.
Alexij, 17 Iul.
Algisi, 2. Iun.
Alipij, 26. Nou.
Alloyni Bauonis, 1. Oct.
Almachij, 1. Ian.
Alnoberti, 16. Maij.
Alphæi & Zach. Nou. 17.
Alphegi, 19. Apr.
Alphij & Fratrum, 10. Maij.
Alphonsi, 23. Ian.
Alpini Lugduni. 15. Sept.
Amandi, Leodien. episcopi, 6. Febr/ 26. & 27. Oct/ 20. Sept/ Burdegalensis, 18. Iun/ & Domnoleni Iun. 25/ Argentinensis, 17. Nou.
Amandini, 7. Nou.
Amantij, Episcopi, 4. Nou/ diaconi 19. Mart/ & Alexandri, 6. Iun.
Amaranthi 7. Nou.
Amati episc. Duaci, 13. Sept/ 19. Oct/ 28. Apr. abbatis 13. Sept.
Amatoris, Antisiodor. 1. Maij/ Augustodun. 26. Nou.
Ambrosij, Mediolanensis, 4. Apr/ 7. Dec/ 21. Feb/ Cadurc. 16. Oct/ diaconi, 17. Mart/ abbatis, 2. Nou.
Amelbergæ, virginis, 10. Iul/ 27. Oct. 1. Maij/ viduæ Lobiis, 10. Iul.
Amelij, Oct. 12.
Amici, Oct. 12.
Ammonis, 17. Nou/ & Alexandri, 9. Febr/ & viginti quatuor. 8. Sept./ & Zenonii, &c. 20. Dec.
Ammonariæ, &c. 12. Dec.
Amoluini, 7. Feb/ 4. Apr.
Amoris, Belisiæ 8. Oct.
Amos, 31. Mart.
Ampeli, 20. Nou.
Amphiani, 5. Apr.
Amphilochij, 23. Nou.
Amplij, 31. Oct.
Amulrici, Febr. 13.
Anacleti, 13. Iul.
Ananiæ, 25. Ian/ Ananiæ, Azariæ, Mizaëlis, 16. Dec.
Anastasiæ, Romæ. 25. Dec/ Treueris, 8. Dec/
Anastasij, papæ, 27. Apr/ Persæ, 22. Ian/ Fullonis, 7. Sept/

in Salona,21.Aug/
Anatholiæ & Audacis,9.Iul.
Anatholij,vtriusque 3.Iul/Bisontini,3.Feb/
Andeoli,1.Maij.
Andochij,Thyrsi,Feb.24.Sept.
Andraginæ,14.Oct.
Andreæ, Apostoli,30.Nou/9.Maij/ Carmelitæ, 6. Ian/ in Crisi, 17.Oct/Cretæ,4.Iul/cum 2527.19.Aug.
Andronici,9.Oct.& Athanasiæ,Feb.27.
Angelæ,Ian.3.
Angeli,custodis,1. Mart/Carmelitæ,5.Maij.
Aniani,17.Nou/Iun.14.
Aniceti,17.Apr.
Annæ,26.Iul/prophetissæ,1.Sept.
Annonis,4.Dec.
Ansberti,9.Feb/14.Feb.
Anscharij,4.Feb.
Anselmi,Cantuar.21.Apr.Lirinensis,Nou.18.
Ansueri,Iul.15.
Antelmi,Iun.26.
Antheri papæ,3.Ian.
Anthiæ,15.Apr.
Antidij,15.Iun.
Anthimi cum plebe,27.Apr/martyris,11.Maij.
Antoliani,6.Feb.
Antonij eremitæ,17. Ian/ Minoris 13. Iun/ Turonensis. 4.Maij/Patauini,Ian.30/cum duobus,Nou.13.
Antoniæ,4.Maij.
Antoninæ,4.Maij/cum Alexan.3. Maij.
Antonini,Romæ 22.Aug/Apamiæ,2.Sep/Florentiæ, 2. Maij.Placentiæ, 30.Sep/13.Nou/& Aristæi,3. Sept.
Antrasmi,22.Sept.
Antypæ,11.Apr.
Anytiæ,30.Dec.
Aphrodisij,22.Mar/& viginti duorum,28.Apr.
Apiani,18.Mart.
Apollinaris,Rauennæ 23.Iul/Valentiæ,5.Oct/ virginis, Ian.5.
Apolloniæ,9.Feb.
Apollonij,18.Apr/& Leontij,19.Mart/& quin.10.Apr.
Apostolorum,30.Iun/diuisio,15.Iul.
Apri,15.Sept.
Aproniani,2.Feb.
Aquilæ & Priscillæ,8.Iul.
Aquilini,Ebroicensis,19.Oct/cum sex in Africa,4. Ian/ cum quatuor Romæ,4.Feb/& Victoriani,16.Maij.
Arandi,20.Oct.
Aratoris,&c. 21.Apr.
Arbogasti,21.Iul.
Arcadij 12.Ian/cum tribus.13.Nou.
Archippi,20.Mart.
Aredij,25.Aug.
Arethæ & 504.11.Oct/& sociorum,24.Oct/
Aretij & Daciani,4.Iun.
Argæi cum duobus,2.Ian.
Aris cum duobus,Dec.14.
Aristarchi,4.Aug.
Aristidis,31.Aug.
Aristionis,22.Feb/& aliorum 2.Iul.
Armogasti cum duobus,29.Mar.
Arnoldi citharœdi,Iul.18.
Arnulphi,Metis,16.Aug/16.Iul/ Turonis, 18. Iul/ Suessionis,Aug.15/Mosonij,3.Oct/Villariæ,Iun.30.
Arriani & quatuor,8.Mart.
Arsenij,19.Iul.
Artemij, 20.Oct/cum duobus, 6. Iun/episcopi Aruernæ,24.Ian.
Asaphi,1.Maij.
Asclæ,23.Ian.
Asclepiadis,18.Oct.
Aspasij,Ian.1.
Asterij,21.Oct
Athanasiæ,Aug.14.
Athanasij,Alexandr.2.Maij/in Atho,5.Iul.
Athelberti,20.Maij.
Athenogenis cum decem,16.Iul.
Attalæ,abbatis,10.Mart/virginis,3.Dec.
Attici,6.Nou.
Attilani,5.Oct.
Audæ,18.Nou.
Audoëni,24.Aug.
Audomari,9.Sep/21.Oct/8.Iun.
Auæ Dononij,29.Apr.
Auentini,4.Feb.
Auentini,5.Maij.
Auguli,7.Feb.
Augusti,7.Oct.
Augustalis,7.Sept.
Augustini,Hippon.28.Aug.5.Maij/28.Feb/11.Oc/Angli,26.Maij/Capuæ,16.Nou.
Auiti episcopi,5.Febr.martyris, 27. Ian/ presbyteri,17. Iun.
Aunarij,25.Sep/Aureæ,4.Oct.
Aurei & Iustinæ,16.Iun.
Aureliæ,15.Oct.
Aurelij,25.Maij.
Aureliani,16.Iun.
Aurelianensium,Iun.13.
Auspici, 8.Iul.
Austreberthæ,10.Feb.
Austregisili,20.Maij.
Austremonij,1.Nou.
Austrudis,17.Oct.
Autberti,13.Dec/24.Ian.
Autbodi,21.Nou.
Autonomi,12.Sept.
Authoris,Treuetis,20.Aug/Metis, 10.Aug.
Auxentij,14.Feb.
Auxibij,Feb.19.Ayæ Apr.18.

B.

Babylæ cum tribus,24.Ian.
Bademi,Apr.8.
Baini,20.Iun.
Balbinæ,6.Oct.filiæ Quirini,31.Mart.
Baldæ,9.Dec.
Baldegundis,10.Feb.
Baldi,7.Feb.
Baldrici,16.Oct.
Baldomeri,27.Feb.
Balsemij & sociorum,16.Aug.
Baltasaris,6.Ian.Banti,31.Iul.
Barbaræ,4.Dec.Barbati,19.Feb.
Barbatiani,31.Dec.
Barlaam martyris,19.Nou.
Barnabæ,11.Iun.
Bartholomæi,24.Aug/& 25/
Basilei,Antiocheni,27.Nou/Amasiæ,26.Apr/monachi, 28.Feb/Ancyrani,22. Mart/ Parij, 12. Apr/ & sociorum,7.Mart.
Basilidis cum tribus, 12. Iun/ cum viginti duobus, 10. Iuin.
Basilij magni,14.Iun/1.Ian/Vide Basilei.
Basilæ,20.Maij.
Basilissi,22.Maij.
Basilissæ,20.Maij.
Basini episcopi,4.Mart.reguli,14.Iul.
Basoli,26.Nou/15.Oct.
Bassæ,21.Aug.
Bassi Niceæ,Dec.14/& duorum,14.Febr.
Bassiani,19.Ian.
Bathildis,26.Ian.
Baudelij,20.Maij.
Bauonis,1.Oct/1.Aug.
Beani,16.Dec.

Beati in Vindec.9.Maij/Treueris,26.Iul.
Beatricis,Maij 10.
Bedæ,Maij 10.
Begghæ.17.Dec/7.Iul.
Belini,26.Nou.
Benedictæ Senonensis,29.Iun/Laudunensis,8.Oct.
Benedicti,Cassinensis,21.Mart/11.Iul/4.Dec/Angli,12. Ian/Pictaui,23.Oct.
Benigni,28.Iun/Diuione,1.Nou/ Mediolani,20.Nou/ Angli,3.Nou/& Beati,25.Oct/
Barardi & quatuor,16.Ian.
Bercharij,16.Oct.
Beregisi,2.Oct.
Berlendis,3.Feb/2.Maij/9. Sep.
Bernardi Clareuall.20.Aug/eremitæ,16.Maij/episcopi Viennæ,23.Ian/Parmæ,4.Dec.
Bernardini, 20.Maij.
Beronici cum 50.19.Oct.
Bertellini,9.Sept.
Berthę,Blangiaci,4.Iul/Vltraiecti,Iun.25.
Bertiliæ,14.Sept.
Bertini abbatis,5.Sept/16.Iul/2.Maij.
Bertholdi,29.Maij.
Bertu ini episcopi,11.Nou.
Bertuualdi,20.Nou.
Bertulphi,Bobiis,19.Aug/Gandaui,5.Feb/3.Dec.
Bessarionis,6.Iun.
Bethatij,2.Aug.
Bibianæ,2.Dec.
Bibiani,28.Aug.
Bilhildis,27.Nou.
Bilibaldi,7.Iul.
Birgittæ viduæ,23.Iul/28.Maij/7.Oct.
Birini,3.Dec.
Blandinæ/2.Iun.
Blasij,3.Feb.vel Blauij.
Bodonis,Sept.11.
Bonæ & Dodæ,24.Apr.
Bonauenturæ,14.Iul/
Boni,22.Maij/cum 8.1.Aug.
Bonifacij papæ, 25.Oct/in Frisia,5.Iun/Tharsi 14.Maij/ Bruxellensis,Feb.19.
Bontii,15.Ian.
Bonosi,17.Feb/& Maximiani,21.Aug.
Botulphi abbatis,17.Iun.
Brandani,16.Maij.
Brictij,episcopi 13.Nou/martyris,9.Iul.
Brigidæ virg.1.Feb/Vide Birg.
Brioci,1.Maij.
Britonis,5.Maij.
Brocardi,2.Sep.
Brunonis Carthusiani,6.Oct/Colonicnsis,11.Oct.
Brunolphi,30.Iul.
Buculi,6.Feb.
Burchardi,Herbip.14.Oct/Vvormatiæ,Aug.20.
Burgundofaræ,Apr.3.

C.

Cæciliæ,22.Nou.
Cæsarij,martyris,1.Nou/Arelat.27. Aug/ & Iuliani,1.Nou.
Caij papæ,22.Apr/Palatini,4.Mart.
Caldeoldi,14.Ian.
Calepodij cum suis,10.Maij.
Caletrici,7.Oct.
Calimeri,31.Iul.
Callinici,29.Iul.
Calliopij,Apr.7.
Callistes & duorum,10.Sep.
Calisti,papæ,14.Oct/cum octo,16.Apr.
Calistrati & soc.27.Sep/
Calocerij,19.Mart/cum Part.19.Maij.
Calogeri,18.Iun.
Cameliani,22.Mart.
Candidæ,29.Aug.
Candidi,3.Oct.
Canici,11.Oct.
Cantianorum,31.Maij.
Canuti ducis,7. Ian/regis,10.Iul.
Caprasij abbatis,1.Iun/martyris, 20.Oct.
Carauni,28.Maij.
Carilephi,1.Iul.
Caroli magni,28.Ian/27.Iul/Brugis,Mar.2.
Carpi,13.Oct/cum duobus,13.Apr/
Carpophori & Ab.10.Dec.
Cassij & Florentij,10.Oct/& Victorini,15.Maij.
Cassiani, Imolæ, 13. Aug/ Tingi, 3. Dec. Augustod.5. Aug.
Casti & Æmilij,22.Maij.
Castoris,martyris,27.Apr/confessoris,13.Feb/& Dorothei,28.Mar/& duorum,28.Dec.
Castriciani,1.Dec.
Castuli,26.Mar/
Catherinæ,25.Nou/Senensis,29.Apr/Sueuæ, 24. Mart.
Catulini cum quatuor,15.Iul.
Ceaddæ,2.Mart.
Celerini & trium,3.Feb.
Celiniæ,21.Oct.
Celsi,23.Feb.
Celsini,25.Oct.
Censurij,10.Iun.
121.25.Nou/165.10.Aug.
Ceolfridi,25.Sept.
Cerati,6.Iun.
Ceranni,27.Sept.
Cerbonij,27.Oct.
Cerealis,10.Iun.
Cæremonis,&c.22.Dec.
Charalampi,10.Feb.
Charitines,5.Oct.
Charitonis,28.Oct.
Childeberti,25.Dec.
Chiliani,Herbip.8.Iul/Albiniaci,13.Nou.
Chorentini,1.Maij.
Christophori, 25.Iul.
Chrysanthi & Dariæ,25.Oct.
Chrysogoni,24.Nou.
Chrysolij,7.Feb.
Christianæ,26.Iul/7.Sep.
Ciliniæ,21.Oct/5.Apr.
Cirini,25.Mart.Vide Quir.
Cirionis & trium,14.Feb.
Claræ,12.Aug/2.Oct.
Clari, Vilcallini, 4. Nou/ Vien. Ian. 1/ Nottmanni, Iul.18.
Clarentij,26.Apr.
Claudij episcopi Bisuntij,6.Iun/Viennæ, 1.Iun/cum vxore, filiis, & fratre, 18.Feb/cum Hilaria,&c.3.Dec/ cum quatuor,8.Nou/cum duobus, 23. Aug/cum septem,21.Iul.
Clementis,papæ,23.Nou/Metis,23.Nou/ Alexandr.4. Dec/Lugdun.20.Ian/Ancyræ,23.Ian.
Clementini cum duobus,14.Nou.
Cleophæ,25.Sept.
Cleri,7.Ian.
Cleti,26.Apr.
Clodoaldi,7.Sept.
Clodulphi,8.Iun.
Clothildis,3.Iun.
Clotsendis,30.Iun.
Coctidi,6.Sep.
Codrati, discipuli 21.Sep/& sociorum,10.Mart.
Cœlestini,papæ,6.Apr.martyris,6.Iun/Petri Cœlestini, 16.Maij.
Cointhæ,8.Feb.

Coletæ, Mar.6.
Columbæ, Scoti, 9.Iun/ virginis, 31.Dec.
Columbani, 21.Nou.
Concordiæ, 13.Aug.
Concordii, 1.Ian.
Cononis, Isauri, 29.Maii/ Siculi, 26.Mar.
Conradi episcopi, 26.Nou/præpositi, Iun.1.
Consortiæ, 22.Iun/ 13.Mar.
Constantiæ, 26.Iun.
Constantij, 29.Ian.
Constantini, episcopi, 12.Apr/confessoris, 11. Mar/ Imperatoris, 21.Maii.
Contesti, 19.Ian.
Corbiniani, 8.Sep.
Cordulæ, 22.Oct.
Cornelii, papæ, 16.& 14.Sept/centurionis, 2.Feb/
Coronæ virginis, 24.Apr.
Coronæ Domini, 11.Aug.
Corsici & Lc. 30.Iun.
Cosmæ & Damiani, 27.Sept/10.Maii/Cosmæ eremitæ, 2. Sep/episcopi poëtæ, 14.Oct.
Craphaildis, Nou.12.
Cratonis, 15. Feb.
Crescentis, 27.Iun.
Crescentiani, Romæ, 24. Nou/Turribus Sardiniæ, 31. Maii/ & trium, 14. Sept.
Crispi & Caii, 4.Oct.
Crispinæ, 5.Dec.
Crispini, Paduæ, 7.Ian/Astiag. 19. Nou/ & Crispiniani, 25. Oct/
Cristinæ Tyriæ, 24.Iul/Panorm. 10.Maii.
Crotildis, 3. Iun.
Crucis, 3.Maii/ 14.Sept/7.Maii/16.Iul.
Cucuphatis, 25.Iul.
Cudberti, 20.Mar/
Cudburgis, 31.Aug.
Cunegundis, 3.Mart/& Mechtundis, 16.Iun.
Cuneræ, 28.Oct. 12.Iun.
Cuniberti, 12.Nou.
Cunonis, Iun.1.
Curcodomi, 4.Maii.
Cypriani, 16. & 14. Sept / abbatis, 9. Dec/ & Iustinæ, 26 Sept.
Cyri & Ioannis, 31.Ian/28.Iun.
Cyriacæ, 7.Iun/ Romanæ, 21.Aug.
Cyriaci, &c. 16.Mar.8.Aug/anachoritæ, 29.Sept.
Cyrici & Iuliæ, 16.Iun/& duorum, 3.Ian.
Cyrillæ, 28. Oct.
Cyrilli, Alexãdr. 28.Ian/Treueris, 19.Maii/episcopi martyris, 9.Iul/Carmelitæ, 6.Mar/diaconi, 29.Mar.

D.

DAdæ cum duobus, 28.Apr.
Dafrosæ, 4.Ian.
Dagoberti, 23.Dec.
Dalmatii, 5.Dec.
Damasi, 11. Dec.
Damiani, 27.Sept/militis, 12.Feb.
Danielis, prophetæ, 22. Iul/Paduani, 3. Ian/ stylitæ, 11. Dec/cum sex, 13.Oct.
Darii, 19.Dec.
Dasii cum 14/ 21.Oct.
Datii Mediolani, Ian 14.
Dauid, Regis, 29.Dec/episc. 1.Mar.
Decem martyrum in Oriente, 6.Nou/Cretæ, 23.Dec/ militum, 10.Feb.
Decem millium crucifixorum, 22.Iun.
Deicolæ, 18.Ian.
Demetriæ, 21.Iun.
Demetrii, Afri, 14.Aug/Thessal. 8. Oct/ & duorum, 22. Dec/& iginti duorum, 10.Nou.
Democriti, So. Dio. 31.Iul.
Dentlini, 16.Mar.
Deodati, 24.Apr.
Desiderati, 11. Febr.
Desiderii, Lugdun. 12.Feb/ Lingonensis & Viennensis, 23. Maii.
Deusdedit, 13.Iul.
Dii, 19.Iul.
Dioclitiani & Flor.16.Maii.
Diodoli, 31.Mar.
Diodori, &c. 25.Oct.
Diomedis, 16.Aug/Niceæ, 10.Iun.
Dionysiæ cum suis, 6.Dec.
Dionysij, Areopagitæ, 9. & 3. Oct/22. Apr/ papæ 26. Dec/ Corinth. 8. Apr/ Alexandr. 17.Nou/Viennæ, 8. Maij/ Mediolan. 25. Maij / patrui Pancratii, 12.Maii/ & Ammonij, 14.Feb/ & Priuati, 20. Sep/& duorum, 8.Febr/ & Ianuarij cum sociis, 8.Oct.
Dioscori, 18.Maii.
Disebodi, 8.Iul.
Diuisio Apostolorum, 15.Iul.
Dodonis, 28.Oct.
Dometii, 7.Aug.
Dominicæ, 6.Iul.
Dominici, 4.Aug/24.Maii/Calciatensis, 11.Maii / Silensis, 20.Dec.Loricati, Oct.14.
Domionis, 11.Apr.
Domitillæ, 7.Maii.
Domitii episcopi, 23. Oct/Martyris, 5.Iul.
Domitiani, episcopi Leodiensis, 7.Maii/ 15.Iun/ Catalaunis, 9. Aug/Melitinæ, 10.Ian/abbatis, 1.Iul/confessoris Crispini, 22.Iun.
Domnicæ, 8.Ian.
Domninæ cum sociis, 14.Apr.
Domnini, 9. Oct/ & Victoris, 30. Mar.
Domnoli, Vien. 17. Iun/Cenoman. 16.Maij.
Donati, Aretii, 7.Aug/ Sigisterici, 19. Aug/ cum 88. 17. Febr. Carthag. 1.Mar/ Afri cum 15.23.Aug.
Donatiani, Brugis, 14. Oct/30. Aug/ Catalaunis, 7. Aug/ & Rogatiani, 24. Maii/& Præsidii cum aliis, 6. Sept.
Dormientium septem, 27.Iul/& Iun.
Dorotheæ, 6.Febr/Alexandrinæ, Feb.6.
Dorothei, Tyri, 5.Iun/ & Gorgonii, 9.Sept.
Drausii, 5.Mar.
Droctouæi, 10.Mar.
Drogonis, 16.Apr.
Drusi & duorum, 14.Dec. 220.30.Oct/260.1.Mar/262. 17. Iun/ 270.16.Oct.
Dulæ, Nicomediæ, 25.Mar/in Cilicia, Iun.15.
Dulcardi, 25.Oct.
Dunstani, 19.Maii.
Duodecim fratrum, 1.Sept.
Dympnæ, 15.Maii.

E

EAdburgæ, 15.Iun.
Eadmundi Regis, 20.Nou.
Eadnochi, 19.Oct.
Eansvidæ, 31.Aug.
Ebraisili, 31.Aug.
Ebrulphi, 29. Dec.
Ediltrudis, 23.Iun.
Edistii, 12. Oct.
Edithæ, 16.Sept.
Edmundi, episcopi, 16.Nou/regis, 20.Nou.
Eduardi martyris, 18.Mar/confess. 5.Ian.
Egberti, 24.Apr.
Egdunii & septem, 12.Mar.
Egesippi, 7.Apr.
Egidii, 1.Sept.
Eguini, 11.Ian.
Einbeth, 16.Sept.
Eladii, 8.Maii.

Elaphij, 19.Aug.
Eleutherij papę, 26.Maij/Tornaci, 20.Feb/Antisiodori, 26.Aug/& Anthiæ, 18.Apr/& innumerabiliũ, 2.Oct.
Eliæ, 17. Iun/
Eligij, 1. Dec/ 25. Iun/
Eliphij, 16.Oct.
Elizabeth, Thuringæ, 19.Nou/ Thaumaturgæ, 24.Apr/ Seonaugiæ, Iun. 18.
Elizæi, 29. Aug.
Eloquii, 3.Dec/ 8.Oct.
Elphegi, 19.Apr.
Elzearij, 1. Aug/ confessoris, 27.Sept.
Emani, 16. Maii.
Emeberti, 15.Ian.
Emerentianæ, 23.Ian.
Emerici, 4. Nou.
Emitherii & Celid. 3.Mar.
Emmerami, 22.Sept.
Emmiæ, 6.Oct.
Emygdii, Aug.5.
Encratis, 16.Apr.
Engelberti, Nou.7.
Ennathæ, Nou.13.
Enodii Ticinensis episc. 17.Iul.
Eobani, 5.Iun.
Epaphræ, 19.Iul.
Eparchij, 1.Iul.
Ephræm, 1.Feb.
Epimachi, 31.Oct/& Alexandri, 12.Dec.
Epiphanij, Cyprij, 12. Maij/Papiæ, 22.Ian/ & quatuordecim, 7.Apr.
Epipodij, 22. Apr.
Epitacij vel Epicteti, 23.Maij.
Equitij, 7. Mar.
Erardi, 8.Ian.
Erasmi, Campani, 2.Iun/Antioch. 25.Nou.
Ercanuualdi, 30.Apr.
Eremberti, 30.Apr.
Erici, 18. Maij.
Erimboldi, 8.Iul.
Erkenbodonis, 12.Apr.
Ermini, 25. Apr/ 26.Oct.
Ermelendis, 29.Oct.
Ermengaudi, Nou.1.
Ermenildæ, 13.Feb.
Esaiæ, 16.Iul.
Esdræ, 13.Iul.
Esichij, martyris, 15.Iun/
Etbini, 10.Oct.
Ethelberti, 24. Feb.
Ethelburgæ, 11.Oct.
Ethelwoldi, 1.Aug.
Etherij, Antisiodori, 27.Iul/ Viennæ, 14.Iun.
Ethmundi, 16.Nou. Vide Edm.
Ettonis, 10.Iul.
Euagrij & Benigni, 3.Apr.
Euantij, 12.Sept.
Euaristi, 26.Oct.
Euasij, 1.Dec.
Eubuli, Mar.7.
Eucharij, 8.Dec.
Eucherij, Lugduni, 16.Nou/Aureliis, 20.Feb/
Eudociæ, 1.Mar.
Eudocimi, 30.Iul.
Eudoxij cum tribus, Sep.5.
Euellij, 11.Maij.
Euerardi, siue Eurardi, 16.& 12.Dec.
Euergisli, 24.Oct/28.Mart.
Euermari, 1.Maij.
Eugeniæ, 25. Dec.
Eugeniani, 8.Ian.
Eugenij, Toletani, martyris, 15.Nou/18.Aug/cõfessoris, 13. Nou/Mediolani, 30. Ian/cum Maria, Feb.8/ cum tribus/21.Ian/Carthag. cum clero, 13.Iul.
Eugendi, 1.Ian.
Eulaliæ, Emeritæ, 10.Dec/Barcinone, 12.Feb.
Eulampij, 10.Oct.
Eulogij, Cord.20.Sep/Constantin.3.Iul.
Eumenij, 18.Sept.
Eunucij, 10. Sept.
Euodij, Antioch. 6.Maij/Rothomagi, 8. Oct/ & Hermogenis, 25.Apr.
Euphemiæ, 16.Sep/& trium, 3.Sept.
Euphrasiæ, 13. Mar.
Euphrasij, 14. Ian.
Euphronij Augustoduni, 3.Aug/Turonis, 4.Aug.
Euphrosij, 14.Mar.
Euphrosynæ, 11. Feb/1. Ian.
Eupli, 12.Aug.
Eusebiæ, Marcennis, 16.Mar/27.Oct/hospitæ, 25.Ian.
Eusebij, papæ, 26. Sep. Vercellis, 1. Aug/ martyris, 31. Oct/presbyteri via Appia, 14.Aug/Mosareni, 22.Iun/ Pamphili, 21. Iun/ cum tribus, 25.Aug/cum nouem, 5. Mar.
Eusignij, 5. Aug.
Eustachij, vel Eustathij, Placidi cũ sociis, 20. Sept/Constãtin. 19. Feb/22.Apr/ Alexãdriæ, 16.Iul/ Antiochiæ, 21.Feb/presbyteri in Syria, 12.Oct.
Eustasij abbatis, 29.Mar.
Eustochij episcopi, 19.Sep/monachæ, Feb.13.
Eustorgij, episcopi, 8.Sept/presbyteri, 11.Apr.
Eustratij & quatuor, 13.Dec.
Euthimij episcopi, 26.Dec/monachi, 20. Ian/ diaconi, 5. Maij.
Eutychij, Hispani, 11.Dec/martyris, 9.Apr/Constantin. 6.Apr/Ancyrani, 28.Dec/& duorum, 29.Sept.
Eutychiani papæ, 8.Dec.
Eutychis, 24. Aug.
Eutropiæ, 14.Dec.
Eutropij, Santonis, 30.Apr/Arausicæ, 27.Maij/& duarum, 15. Iul/& sociorum, 3.Mar.
Ewaldorum, 3.Oct.
Ewrtij, 7.Sept.
Exuperii, Tolosæ, 28.Sept/ Gemblaci, 8.Iul/ Corboili, 1.Aug.
Exuperantiæ, 26. Apr.
Ezechielis, 10.Apr.

E

FAbii, 31.Iul.
Fabiani, 20.Ian.
Facundi & Primitiui, 27.Nou.
Fandilæ, 13. Iun.
Fantini, 31.Iul.
Faronis, 28.Oct.
Faustæ & Euilasii, 20.Sep.
Fausti, diaconi, 19.Nou/cum Dio & Am.20.Nou/ cum Ian.& Mart. 13.Oct.
Faustini, 7. Aug/ & Iouitæ, 15. Feb/ & Timothei, 22. Maii.
Febroniæ, 23.Iun.
Feliciani, 20.Oct.
Felicis papæ, 30.Dec/primi, 30. Maii/ martyris Romæ, 29.Iul/Nolani, 14.Ian/ Lugduni/ 3.Feb/ Spellat. 18. Maii/Tusci, 23.Iun/Papiæ, 15.Iul/ Gerundæ, 1.Aug/ Angli, 8.Mart/ Metis, 21.Feb/ Tunesiæ, 6.Nou/Treueris, 26.Mart/ martyris, Nolæ cum 30. 15. Nou/ & Adaucti, 30.Aug/ & Ianuarii, 7.Ian/& Fortunati, 11. Iun/ & Constantiæ, 19. Sept/ & Eusebii, 5. Nou/& Regulæ, 11.Sept/cum duobus, 23.Apr/cum quatuor, 24.Oct/cum 20.23.Mart/Felicis, Luc.&c.3.Mar/
Felicissimi, 24.Nou/cum duobus, 26.Maii.
Felicitatis, 23.Nou/& Perpetuæ, 7.Mar.
Feliculæ, 13.Iun.
Ferdinandi, Iun.13.

Ferreoli, 18.Sept/& Ferrutij,16.Iun/15.Sept.
Ferrutij, 28.Oct.
Fiacrij, 30.Aug.
Fibitij, 5.Nou.
Fidei, 6.Oct/cum tribus, 1.Aug.
Fidelis, 28.Oct.
Fidentij, 16.Nou.
Fidoli,16.Maij.
Filini & Gra. 1.Iun.
Fintani, 17.Feb.
Firmati & Fla. 5.Oct.
Firmi & Ruſtici, 9.Aug.
Firmini, Ambianis martyris, 25.Sept/ ibidem confeſſoris,1.Sept/in Vzecia,11.Oct/Metis,18.Aug.
Flauiæ Domitillæ, 7.Maij.
Flauii, 7.maii.
Flauiani,30.Ian/epiſcopi,23.Aug.
Flocelli, 17.Sept.
Florberti Gandaui, 1.Nou/19.Apr.
Floræ & Mariæ,24.Nou/& Lucillæ,Iul.29.
Florentiæ, 20.Iun.
Florentii,Vienn.3.Ian/Argentinæ, 7. Nou/ Pictaui, 22. Sept/Arauſic.17.Oct/in Thilæ, 27. Oct/ Andegauis, 2.Maii/Hoiæ 27.Iun/Dauentriæ, Mar.24/ & Vindemialis,2.Maij.
Florentini, Ambaſij, 1. Dec/ Treueris,15. Oct/ & Hilarij, 27.Sept.
Flori epiſcopi, 4.Nou.
Floriani, 4.Maii.
Floriberti epiſcopi, 26. Apr.
Florini, Conſluentiæ, 18. Nou/ Rhetiæ,17.Nou.
Floſculi, 11.Feb.
Foillani, 31.Oct/16. Ian/ 3.Sept.
Folquini, 14.Dec/ 13.Nou/ 7.Iun.
Fontanellenſium, Iun.1.
Fortunati, Romæ, 15.Oct/ Tridentini, 14. Oct/ Cellæ, 18. Iun/ cum tribus, 2.Feb/cum duobus, 13.Iun/cum 28.26.Feb/
Fracifci,4.Oct/25.Maii/17.Sept/16.Iul/de Paula,2.Apr/ Xauierii, Dec.2.
Fraterni, 29.Sep.
Fraubaldi, 23.Aug.
Fredegandi, 17.Iul.
Fredeiuuidæ, 19.Oct.
Frederici, 18.Iul.
Fremundi, Maii 11.
Friardi & Secundelli, 1.Aug.
Fridolini,6.mar.
Frigidiani, 18.Nou.
Frodoberti, 8.Ian.
Frominii, 27.Iul.
Fronti, 1.Oct.
Frontonis epiſcopi,25.Oct/abbatis,14.Apr.
Fructuoſi cum duobus,21.Ian.
Fulgentii,1.Ian.
Furſei,16.Ian.
Fuſcæ, 13.Feb.

G

Gabini,19.Feb/& Criſ.30.Maii.
Gabrielis, 18.Mar.
Galactionis & Ep.5.Nou.
Galdini, 18.Apr.
Galli Aruernis,1.Iul/Alemani,16.Oct.
Gallicani, 25.Iun.
Gamalielis, 3. Aug.
Gandi, 31.Ian.
Gandulphi,11.Maii.
Garini, 6.Febr.
Gatiani, 18.Dec.
Gaudentiæ, 30.Aug.
Gaudentii Nouariæ,22.Ian/ 3.Aug.
Gaugerici, 11. Aug/24.Sept.
Gebehardi, 27.Aug.
Gedeon, 1.Sept.
Gelaſii, 19.Nou.
Gemini & Albini,5.Feb.
Geminiani, 31.Ian.
Gendulphi, 13.Nou.
Genebaldi, 5. Sept.
Geneſii vtriuſque, 25.Aug.
Genouefæ, 3.Ian/28.Oct/26.Nou.
Gentiani, 11.Dec.
Genulphi,17.Ian.
Georgij, 23. Apr/ Viennæ, 2. Nou/ Chozebiſti, 8.Ian/ Melitine,7.Apr/in Malæo,4.Apr/Cremonæ,Aug.16/ cum Aurelio,20.Oct/cum quatuor, 27.Aug.
Gerardi Hungari,24.Sep/Tulli,23.Apr/Bronij,3.Oct/ in Francia,13.Oct/Dauentriæ, Aug.20.
Geraſini, 4.Mar.
Gerebaldi, 7.Dec.
Gerbrandi,Oct.13.
Gereonis, 10.Oct.
Gerini, 2.Oct.
Gerlaci, 5.Ian.
Gerlandi, 25.Feb.
Germani, Pariſiis, 28 Maii/ 25.Iul/ Antiſiodori, 1. Oct/ 31. Iul/ Capuæ, 30. Oct/ Biſontiæ, 11. Oct/ & trium, 3. Nou.
Germanici, 19.Ian.
Gertrudis, Niuellæ, 17. Mar/ 10. Feb/2. Dec. viduæ, 6. Dec/ 27.Oct/de Ooſten,Ian.6.
Geruaſij & Prothaſii,19. Iun.
Geruiphi, 21. Sept/25.Iun/8.Oct.
Geruntii, 25.Aug.
Gethulij, 10.Iun.
Gezelini, Aug.6.
Gibriani, 8.Maii.
Gilberti, 4.Feb.
Gildæ, 29. Ian.
Gildardi, 8.Iun.
Giraldi, 7.Dec.
Giſleberti, 13.Febr.
Giſleni, 9.Oct/1.Iun/29.Sep/6.Nou.
Giſlerii, 9. Oct.
Glodeſindis, 25.Iul.
Glodulphi,8.Iun.
Glyceriæ & La.13.Maii.
Goaris, 6.Iul.
Goberti,Remis,23.Nou/Villariæ,Aug.20.
Godebertæ, 11.Apr.
Godefridi,Nou.8.
Godegrandi, 3.Sep.
Godehardi, 4.Maii.
Godelenæ, 6.Iul.
Godoaldi, 7.Iun.
Godrici, 21.Maii.
Godſcalci, Aug.7.
Goërici, 19.Sept.
Gordanii,16.Oct.
Gordii, 3.Ian.
Gordiani & Epim.10.Maii.
Gorgonii & Dorothei, 9.Sept/ & Firmi, 11.Mar.
Goſuini,martyris,Maii,22/ abbatis,Oct.9.
Graciliani & Fel. 12.Aug.
Gratæ, 1.maii.
Grati, 7.Sept.
Gratiani, 23. Oct.
Gregorii,primi,12.Mar/3. Sept/ſecundi, 13. Feb/ tertii/ 28.Nou/Nazianzeni,9.Maii/Traiecti,25.Aug/Antiſiodori, 19.Dec/Lingonis,4.Ian/ Nyſiæ, 9. Mar/ Eliberti,24.Apr/Neocæſar.17.Nou/3.Iul/Turonis, 17. Nou/ Spoleti, 24. Dec/ Porceti, 4. Nou/ Decapolitæ, 20. Nou/ Agrigentini, 23. Nou/ Armeni, 30. Sept/

Grimbaldi

Grimbaldi, 8.Iul.
Grodegandi, Mar.6.
Guddenis, 18. Iul.
Gudilæ, 7.Ian.
Gudvuali,6.Iun/3.Dec/22.Feb/20.Maii.
Guiberti,23.Maii, & Sept.
Guidonis Anderlaci,12.Sept/Spiræ, 4.Maii.
Guilelmi/ Pictaui,10.Feb/Bituric.10.Ian/Brioc.29.Iul/ Daci, 6. Apr/ Siculi, 16.Apr/ Eborac. 8. Iun/ Roffenſis, 23. Maii.
Guinali, 3.Nou.
Gumberti, 11.Mar.
Gummari, 11.Oct/17.Mar.
Gundulphi, 17.Iun.
Gunthramni, 28.Mar.
Gurdielli, 16. Oct.
Guriæ cum duobus, 15. Nou.
Guthagoni, 3.Iul.
Guthlaci, 11.Apr.

H.

HAdelini, 3.Feb/
Hadulphi,19.Maii/ 31.Aug.
Halenæ, poſt 17.Iun.
Hariolphi,Aug.13.
Harlindis, 6. Feb/12.Mar.
Heiri, 24.Iun.
Hedvuigis, 15.Oct.
Helani, 7.Oct.
Helei cum duobus, 17.Apr.
Helenę Auguſtę, 18.Aug/7.Feb/Antiſiodori,22.Maii/in Suetia, 30. Iul.
Heliodori,Iul.3/cum 76. 6.Maii.
Helladii, 28. Maii.
Helpidii, 2.Sept.
Henrici, imperatoris, 14.Iul/epiſcopi, Ian.19/ Suſonis, Ian. 25.
Heraclæ, 14.Iul. Heraclij, 2.Mar.
Heraclii, 8.Iun/cum quatuor,17.Maii/cum aliis,11.Mar.
Heraſti, 26.Iul/& ſociorum,10.Nou.
Herblandi, 18.Oct.
Herculani, Perusæ, 7. Nou/ Romæ, 5.Sept/ militis, 25. Sept.
Heriberti, 16.Mar.
Hermagoræ, 12.Iul.
Hermanni, Eiſliæ, Apr.7/ Brixiæ,Dec.23.
Hermæ, 9. Maii.
Hermæi,31.Maii.
Hermelandi, 25.Mar.
Hermelli, 3.Aug.
Hermenfredi, 25. Sept.
Hermetis, 28.Aug/Iul.6/exorciſtæ, 31.Dec/ & Adriani, 1.Mar/& duorum, 4.Ian.
Hermenigildi, 13.Apr.
Hermogenis,&c.19.Apr/& viginti trium,12.Dec.
Hermolai cum duobus, 27.Iul.
Hermyli & Strato.13.Ian.
Herodionis & ſoc.8.Apr.
Heronis, 7.Oct/& trium, 14.Dec.
Heſichii, 18.Nou.
Hieremiæ, 1.Maii.
Hierii aut Pierii, 4.Nou.
Hieronis & 32.7.Nou.
Hieronymi,30.Sept/epiſcopi,22.Iul.
Hierothei, 4.Oct.
Higini, 11.Ian.
Hilariæ cum 28.12.Aug.
Hilarii,Pictaui,13.Ian/papæ,10.Sep/Arelat. 5.Maii/ Gallis.25.Oct/& ſociorum,16.Mar.
Hilarini, 16.Iul.
Hilarionis, 21.Oct/iunioris, 28.Mar.
Hildegardis, 17. Sept.
Hildegermi, Iun.19.
Hildegundis, Apr.20.
Hilduardi, 7. Sept/29.Dec.
Hildulphi, 11.Iul.
Hillephonſi, 23.Ian.
Hiltrudis, 27.& 17. Sept.
Himelini, Mar.10.
Himerii, 17.Iun.
Hippolyti,22.Aug/30.Ian/& Concordiæ, 13.Aug.
Homoboni, 13.Nou.
Honeſti,16.Feb.
Honorati,Arelate,16.Ian/Ambianis,16.Maii.
Honorinæ, 27.Feb.
Honorii, 30.Sept.
Hormiſdæ, 6.Aug.
Hoſpitii, Maii, 21.
Huberti, 5.Nou/30.Maii/19.Dec/vlt.Sept.
Hugonis, Lincolniæ, 17. Nou/ Gratianopoli, 1. Apr/ Rothomag.9.Apr/Cluniaci,29.Apr.
Humberti, 25.Mart/ 6.Sept.
Hunegundis, 25.Aug.
Hunfridi, 8.Mar/ 16. Aug.
Hyacinthi Romæ, 26.Iul/in Anaſtride, 18.Iul/ & duorum, 9.Sept/& trium, 29.Oct.
Hydulphi, 23.Iun.
Hygini, 11.Ian.
Hypatii, 31.Mar.

I.

IAcici, 15.Aug.
Iacynthii. Vide Hia.
Iacobi, Zebedæi, 25.Iul/Fratris Domini, 1.Maii/ Niſibi, 15.Iul/interciſi 27. Nou/epiſcopi, 21. Mar/ Alemanni, Oct.11/Porphyrienſis,Ian.28.
Iahuarii cum fratribus filiorū Felicitatis, 10.Iul/ & Pelagiæ,11.Iul/& quinque,19.Sep. & ſociorum,21.Apr.
Iaſonis,12.Iul.
Iaſparis,Ian.11. & 6.
Idabergæ, 21.Maii/ 20.Iun.
Idæ, viduæ,4.Sept/Niuellenſis,Nou.29.
Ieremiæ, 1. Maii.
Ieronis,17.Aug.
Iesv Chriſti D.N.feſtum nominis,15.Ian/reſurrectionis, 27.Mar/Aſcenſionis, 5.Maii/ transfigurationis, 6. Aug/ imaginis, 9. Nou/ 16. Aug/ Coronæ, 11. Aug/ Corporis Chriſti cum aliis Mobilibus feſtis, poſt Decembrem/ lanceæ,ibidem.
Ieſu Naue, 1.Sept.
Ignatii, 1.Febr/ 17.Dec/ Loiolæ,31.Iul.
Illidii, 7.Iun.
Illuſoris, 4.Nou.
Iudæ,&c. Ian.28.
Ingenuini, 5.Febr.
Innocentium, 28.Dec.
Innocentii papæ,28.Iul/epiſcopi,17.Apr/cum 31. 4.Iul.
Innumerabilium martyrum, Tyri, 20. Feb/ Treueris,6. Oct/ ſub Daciano, 3.Nou.
Ioachim, 20.Mar.
Ioannæ, 24.Maii.
Ioannicii, 4.Nou.
Ioannis Baptiſtæ, 24. Iun/ 29. Aug/ 24. Sept/ & Feb/ Maii,25/Iul.29/Dec.16.Euangeliſtæ,17.Dec/6.Maii/ 26. Sept/ Chryſoſtomi, 27.Ian/ papæ,27. Maii/ boni, Oct. 23/ Bridlingt. 10. Oct/ Calybitæ, 15. Ian/ Carmelitæ, 12. Ian/ Chartuſiani, Maij. 4/ Climaci, 30. Mar/ Damaſceni, 4. Dec/ Decapol.18.Apr/eleëmoſynarij, 23. Ian/ Ebdracenſis, 7. Maij/ eremitæ, 27. Mar/ Gualberti, 12.Iul/ ieiunatoris, 2. Sept/ Nicomediæ, 7. Sept/ Palæolauriti, 19. Apr/ Pennarenſis, 19.Mart/ preſbyteri via Salaria, 23. Iun/ Roffenſis. Iun.22/Ruysbroek, Dec. 2/Reomenſis, 28.Ian/ Tornodori, 22. Sept/ & Criſpi, 18.Aug/ & Feſti, 21. Dec/ & Pauli, 26.Iun/
Iob, 10.Maij.

Ioëlis, 15. Iul.
Ionati, 1. Aug/ 8. Apr.
Ionæ & Barachisij, Mar. 29.
Ionij, 5. Aug. Iordani, Febr. 13.
Ioseph, sponsi, 19. Mar/iusti, 20. Iul/diaconi, 15. Feb/hymnographi, 4. Apr/Thessalonicæ, 13. Iul.
Iouini, 1. Iun/ & Balilei, 2. Mar.
Iouiniani, 5. Maij. Irenes, 5. Apr.
Irenæi Lugduni, 28. Iun/ Smyrnæ, 25. Mar/& Abundij, 26. Aug/& duorum, 5. Maij/ & Mustiolæ, 3. Iul.
Irmgardis, Sep. 4.
Irminæ, 24. Dec.
Isaac martyris, 3. Iun.
Isaacij, qui & Theophanes, 27. Mar/Dalmatæ, 30. Maij/ cum duobus, 3. Aug.
Isaiæ, 6. Iul.
Isidori, Hispalis, 4. Apr/ in Chio, 15. Maij/Alexandriæ, Feb. 5/Antiochiæ, 2. Ian/ Pelusij, 4. Febr/
Itisbergæ, 21. Maij.
Iubini episcopi, 18. Apr/
Iucundæ, 25. Nou.
Iucundiani, 4. Iul.
Iudæ Apostoli, 28. Oct/ Quyriaci, 4. Maij.
Iudoci, 13. Dec. Iuetæ, Ian. 13.
Iuliæ, Trecis, 21. Iul/ in Euphratesia, 7. Oct/ Corsicæ, 22. Maij/ Emeritæ, 10. Dec.
Iulij papæ, 12. Apr/ apud Mœsiam, 27. Maij / senatoris, 19. Aug/ Geldubæ, 20. Dec/ confessoris, 31. Ian/ & Potamiæ, 5. Dec.
Julianæ, 16. Febr/de Cornelion. Apr. 5.
Iuliani, 7. Ian/Cenomanis, 27. Ian/Toleti, 6. Mar/ Cæsareæ, 23 Mar/Alexãdr. 27. Febr/Tarsi, 21. Iun/Syri, 25. Aug/Aruernis, 28. Aug/Harcæ. 17. Iun/ cum Basilissa, 9. Ian/cũ 15/20. Iul/cum quinque millibus, 16. Feb/
Iuniani, 15. Nou.
Iuonis, aduocati, 19. Maij/27. Oct/episcopi, 10. Iun.
Iustæ & Rufinæ, 19. Iul.
Iusti Lugdun. 2. Sep/Trigestini, 2. Nou/Beluaci, qui & Iustinus, 18. Oct/ Treueris, 14. Sept/Angli, 10. Nou/& Pastoris, 6. Aug.
Iustinæ, 7. Oct/ 30. Nou.
Iustini philosophi, 13. Apr/ Romæ, 4. Aug/ Parisiis, 1. Aug/ & sociorum, 1 Iun.
Iuuenalis episcopi, 3. Maij/ martyris, 7. Maij.
Iuuentini & Maximi, Ian. 25.
Iuuini, 3 Oct.

K

Kenelmi, 17. Iul.
Kentegerni, Ian. 13.
Kenlli, 11. Iul.
Vide C & Q.

L

Ladislai, 27. Iun.
Lamberti Leodij, 17. Sep/13. Oct/28. Apr/ 24. Maij/ 27. Aug/23. Dec/ Lugduni, Apr. 14/
Lampadi, 5. Iul.
Landelini, 15. Iun/ 21. Sep.
Landoaldi, 19. Mar/13. Iun/ 1. Dec.
Landradæ, 8. Iul/
Landrici, 17. Apr.
Landerici, 10. Iun.
Latiniaci sanctorum translatio, Iun. 2.
Latini, 20. Iun.
Laudi, aut Laudonis, 21. Sept.
Laudulphi, 13. Aug.
Launomari, 19. Ian.
Laurentij, 10. Aug/Dublinensis, 14. Nou/presbyteri, 30. Apr/ Iustiniani, Ian. 8/Cantuariæ, 2. Febr.
Lauriani, 4. Iul.
Lazari, 17. Dec/in monte, 7. Nou.
Leandri, 27. Febr.
Lebuini, 12. Nou/ 25. Iun.
Leguntij, 19. Febr.
Leobardi, 18. Ian.
Leobini, 15. Sept.
Leocadiæ, 9. Dec/1. Iun.
Leodegarij, 2. Oct/ 11. Apr.
Leonis, primi, 11. Apr/secundi, 28. Iun/noni, 19. Apr/Senonis, 22. Apr/Trecis, 25. Maij/Catanæ, 20. Feb/& Paregorij, Febr. 18.
Leonardi, Aquitani, 6. Nou/ in Vendopera, 27. Nou/ Dunis, 8. Dec.
Leoniani, 16. Nou.
Leonidis, 1. Mar.
Leonigildi & Christ. 20. Aug.
Leonij, 12. Nou.
Leonorij, 1. Iul.
Leontij, 18. Iun.
Leopardi, 30. Sept.
Leopoldi, 15. Nou.
Leouini, 14. Mar.
Leti, 5. Nou.
Leucij cum duobus, 18. Ian.
Leudomiri, 30. Sept.
Leutfridi, 21. Iun.
Levuinnæ, 24. Apr/16. Iun/5. Aug.
Liberalis, Apr. 27.
Liberatæ, 18. Ian.
Liberati, 20. Dec/& aliorum, 17. Aug.
Liberij, 23. Sept.
Liberti, 14. Iul/episcopi Cameraci, Iun. 23.
Liborij, 23. Iul/ 28. Maij.
Licinij, 13. Feb.
Lidorij, 13. Sept.
Lidvuini, Apr. 14.
Lini, 23. Sept.
Liobæ, 28. Sept.
Liephardi episcopi, 4. Feb. presbyteri, 3. Iun.
Liuini, 12. Nou/27. Iun.
Longini, 15. Mar.
Louh, 10. Oct.
Lucæ, 18. Oct/in Storio, 7. Feb/
Lucani, 30. Oct.
Luciæ, 13. Dec/& Geminiani, 16. Sept/cum 23. 25. Iun.
Lucij papæ, 4. Mart/Cyrenen. 6. Maij/& Ptolomæi, 19. Oct/Lucij, Sil. Max. 18. Febr/Lucij, Ab. Lor. 2. Mar/
Luciani Antiochiæ, 7. Ian/Tripoli, 24. Dec/& Florij, 26. Oct. & duorum, 8. Ian.
Lucilliani, 3. Iun.
Lucinæ, 30. Iun.
Lucretiæ, 23. Nou.
Ludgeri, 26. Mart.
Ludouici regis, 25. Aug/Minoris, 19. Aug/
Ludvuini, Treueris, 29. Sept.
Lulli, 16. Oct.
Lupi, Trecis, 29. Iul/ Senonis, 1. Sep/ Lugduni, 25. Sep/ Cabilone, 27. Ian/Corboili, 25. Oct.
Lupantij Turon. 6. Nou.
Lupentij, Gabalis, 22. Oct/ Treueris, 13. Oct.
Lupiani, 17. Febr.
Lupicini episcopi Lugduni, 3. Feb/Viennæ, 14. Dec/abbatis, 21. Mar/
Luppi, 23. Aug.
Lusorij, Cis. & Cam. 21. Aug.
Lusoris, 4. Nou.
Lutardis, Sept. 15.
Lutgardis, Iun. 16.

M

Macarij, Gandaui, 9. Maii/ 10. Apr/abbatis, 2. Ian/ alterius, 15. Ian/martyris abbatis, 23. Ian/Alexãdriæ, 8. Dec/& Iuli. 12. Aug/& trium, 28. Feb/
Macedonij cum duobus, 13. Mar.
Machabæorum, 1. Aug.
Maclouij vel Machuti, 15. Nou.

Macræ,

Macræ, 6. Ian.
Macrinæ, 19. Iul.
Madelbertæ, 7. Sept.
Madelgisili, 30. Maij.
Maderniani, 30. Apr.
Madelupi, 3. Apr.
Magdalenæ, 22. Iul/19. Mar.
Magdaluei, 4. Oct.
Magsorij, 24. Oct.
Magni martyris, 1. Ian/ Faucensis, 6. Sept / & Casti, 4. Sep/cum sociis, 19. Aug/in Dacia, 16. Apr.
Magnerici, 25. Iul.
Magnobodi, 16. Oct.
Maibodi, 23. Ian.
Maioli, 11. Maij.
Maingoldi, 9. Feb/ 15. Iun.
Malachiæ, prophetæ, 3. Ian/Hyberni, 5. Nou.
Mamantis, 17. Aug.
Mamerti, 11. Maij.
Mamiliani, 12. Mart.
Mammetis, 17. Aug.
Manahen, 24. Maij.
Mancij, 21. Maij.
Mandelij, 16. Aug.
Manegildis, 14. Oct.
Mansueti, 3. Sep/cum decem, 30. Sep.
Manuelis, 17. Iun.
Mappalici, 17. Apr.
Marcelli papæ, 16. Ian/ 9. Sep/ Cabilone, 4. Sep/Treueris, eodem die / Argentin. 29. Iun/Parisiis, 1. Nou/ 26. Iul/ abbatis nondormientium, Dec. 29/ & Apuleij, 7. Oct/cum tribus, 6. Oct.
Marcellinæ, 17. Iul.
Marcellini papæ, 26. Apr/ Ebreduni, 20. Apr/ Dauentriæ (vel Marcelmi,) 14 Iul / & Petri, 2. Iun / cum vxore & filiis, 27. Aug.
Marci, Euangelistæ, 25. Apr/31. Ian/25. Iun/papæ, 7. Oct/ episcopi, 22. Oct/ Arethusij, 29. Mar/ & Marcellini, 18. Iun/& Martiani, 4. Oct.
Marciæ, 3. Mar. vel Martiæ.
Marcianæ, 9. Ian.
Marculphi, 1. Maij.
Mardonij, &c. 24. Ian.
Margaritæ, 20. Iul. & 13/ reginæ, Nou. 16 / contractæ, Mar. 22.
Mari episcopi Treuerens. 26. Feb.
Mariæ, ad martyres, 13. Maij/ ad niues, 5. Aug / præsentationis, 21. Nou/ recollectionis, Sep. 1 / gaudiorum, Maij 7/ annuntiationis, Dec. 16/zonæ, 31. Aug / stolæ, 2. Iul/commemorationis in Mahnis, 1. Sept/ Bruxellæ, Iun. 5.
Mariæ Ægyptiacæ, 2. Apr. & 9/ martyris, 1. Nou / Ogniaci, Iun. 23.
Marij, 27. Ian/& Marthæ cum filiis, 19. Ian.
Marinæ, 20. Iul.
Marini, Romę, 26. Dec/Papiæ, 3. Sep/& Asterij, 3. Mar.
Mariani, Bituric. 19. Aug/& Iacobi, 30. Apr.
Maronis cum duobus, 15. Apr.
Marthæ, 29. Iul/matris Simeonis, 5. Iul/ cum pluribus, 20. Oct.
Martialis, 30. Iun/1. Dec/cum sociis, 22. Aug.
Martiani, Dertonæ, 27. Mar/Antisiodori, 20. Apr/Siculi, 14. Iun/cum duobus, 5. Apr/cum quatuor, 16. Oct/ & martyrij, 15. Oct/œconomi, 10. Ian/Palæstini, 13. Feb/
Martinæ, 1. Ian.
Martini Turonis, 11. Nou/ 4. Iul/ papę, 12. Nou / Tungris, 21. Iun/ Treueris, 19. Iul/ Santonis, 8. Dec/ Vertani, 24. Oct.
Martyris sine nomine, 16. Apr.
Martyrum sub Sapore, 22. Apr/sub Aureliano, 10. Apr/ sub Alexandro, 2. Mar/per Tartaros, Iun. 2/ sub Iuliano, 29. Mar/in Syna, 14. Ian/ in monasterio S. Sabæ, 20. Mart.
Maslæ candidæ, 24. Aug.
Mastidiæ, 7. Maij.
Materni Treueris, 13. Sept/Mediolani, 18. Iul.
Mathildis, Mart. 14.
Matthæi, 21. Sept.
Matthiæ, Apostoli, 24. Feb/1. Sep. Hierosolymis, 30. Ian.
Matronæ, Thessalonicæ, 15. Mar/in Perge, 9. Nou.
Maturini, 1. Nou.
Mauri, abbatis, 15. Ian/martyris in Histria, 21. Nou/Romę, 22. Nou/Cesennę, Ian. 20/Remis, 22. Aug/3. Nou/ Virduni, 8. Nou.
Maurilionis, 13. Sept.
Maurini, 10. Iun/13. Oct.
Mauritij, 22. Sept.
Mauronti, 5. Maij.
Maxellendis, 13. Nou.
Maxentiæ, 30. Mar.
Maxentij, 26. Iun.
Maximæ, 16. Maij/& duarum, 30. Iul/
Maximi, Paduæ, 2. Aug/Papiæ, 8. Ian/ Alexandriæ, 27. Dec/Taurinis, 15. Iun/Rhegij, 27. Nou/2. Oct / Cainone, 20. Aug/confessoris in Græcia, 21. Ian/ 13. Aug/ Romæ, 19. Nou/in Asia, 30. Apr/Auiensis, 20. Oct/cum quatuor, 18. Febr.
Maximiani, Syracusis, 9. Iun/cum sex, 27. Iul. & Iun.
Maximiliani, 12. Oct. & 29.
Maximini, cõfessoris Treueris, 29. Maij/12. Sep/ ibidem martyris, 20. Iun/Aureliæ, 15. Dec/Aquis, Iun. 8.
Medardi, 8. Iun.
Mederici, 29. Aug.
Medulphi, 1. Iun.
Meinradi, Ian. 21.
Meinulphi, Bituric. 12. Iul/Padebornę, 5. Oct.
Melanię, 31. Dec.
Melanij, 6. Ian.
Melchiadis, 10. Dec.
Melchioris, 6. Ian.
Meletij Antioch. 12. Febr.
Melliti, 24. Apr.
Melloni, 22. Oct.
Memmij, 5. Aug.
Memmonis, 29. Apr.
Memorij, 7. Sep.
Menæ cum duobus, 10. Dec.
Mengoldi, 9. Feb/15. Iun.
Menelai, 18. Iul.
Mennæ martyris, 11. Nou.
Mercurialis, 23. Maij.
Mercurij, martyris, 24. Nou/episcopi Beneuẽti, 15. Iun.
Methrani, 31. Ian.
Methodij Tyri, 18. Sept/Constantin. 14. Iun/ Pateræ, 20. Iun.
Metrophanis, 4. Iun.
Metropoli, 8. Oct.
Michaëlis, 29. Sep/8. Maij. 16. Oct/8. Nou/6. Sep/ Synnadę, 23. Maij/Malæi, 12. Iul.
Micheæ, 15. Ian.
Milburgis, 23. Febr.
Mildradæ, 13. Iul.
Mileti episcopi, 19. Sept.
Miletij in Ponto, 4. Dec.
Miltiadis, 10. Dec.
Mineruij cum nouem, 23. Aug.
Miniatis, 25. Oct.
Mirocleris, 3. Dec.
Mitrij, 13. Nou.
Modestæ, 4. Nou.
Modesti, 24. Feb. & Ammonij, 12. Febr.
Modovualdi, 12. Maij.
Momboli abbatis, 18. Nou.
Mommoli Burdegalis, 8. Aug.

Monæ,12.Oct.
Monegundis, 2.Iul.
Monicæ,4.Maij/9.Apr/
Monitoris,10.Nou.
Mononis,18.Oct.
Montani,17.Maij/& Maximæ,26.Mar.
Monulphi & Gondulphi,16.Iul.
Moysis,4.Sep/Sarraceni,7.Feb/Afri,18.Dec/& Ammonij,18.Ian/Æthiopis,28.Aug.
Mutij,13.Maij.
Myronis,17.Ian.

N

NAboris & Felicis,10.& 12.Iul/& Nazarij,12. Iun. Narcyſſi,Hieroſolymis,29.Oct/& Creſcentionis, 17.Sept.
Nataliæ,1.Dec.
Nauiti epiſcopi,7.Iul.
Naum,1.Dec.
Nazarij & Celſi,18.Iul/12.Iun/10.Maij.
Nectari,13.Sept.
Nemeſiani,& c.10.Sept.
Nemeſij martyris,19.Dec/confeſſoris,1.Aug/ cum Lucilla,31.Octob.
Neonis,20.Oct.
Neophyti,21.Ian.
Neoti,31.Iul.
Nerei & Archillei,12.Maij.
Neſtoris,26.Feb.
Nicandri,4.Nou/& ſodalium,19.Sept.
Nicanoris,10.Ian.
Nicaſij epiſcopi,14.Dec/presbyteri, 11.Oct.
Niceæ,22.Iun.
Nicephori,Conſtantinopoli,13.Mar/2.Iun/Antiochię, 9.Febr.
Niceræ Medini,3.Apr/Gotthi,15.Sept/ & Aquilini,24. Iul/
Nicetij Lugduni,2.Apr / Treueris, 1. Oct. Viennæ,5. Maij/Biſontij 8.Febr.
Nicodemi,3.Aug.
Nicomedienſium,23.Dec.
Nicolai epiſcopi,6.Dec/9.Maij Auguſtinenſis,10.Sept.
Nicomedis,15.Sept/1.Iun.
Niconis,23.Mar.
Nicophori,17.Apr.
Nicoſtrati cum ſuis,7.Iul.
Nintani,Sept.16.
Niuardi,1.Sept.
Nodgeri,Apr.2.
Noë,28.Apr.
Nomæ,12.Apr.
Nomij,8.Iul.
Noitburgæ,31.Oct.
Nongẽtorum martyrum,4.Mar.
Noberti,Iun.6.
Notarij,10.Nou.
Nouati,20.Iun.
Nouem martyrum in Perſide,Mar.27/ in Cyzico, 29. Apr.
Numeriani,5.Iul.
Numilionis,22.Oct.
Nummolini,16.Oct.
Nuncij, 10.Oct.
Nymphæ,10.Nou.

O

OCtauij cum duobus,20.Nou.& Ian.
Octodecim Cæſarauguſtæ, 16.April / Carthuſianorum, Maij.
83.militum,24.Iul.
Odæ viduæ,23.Oct/virginis,27.Nou.
Odiliæ Argentin.13.Dec/Huij,18.Iul/Leodij,Dec.14.
Odilonis,2.Ian.
Odonis Cluniaci,18.Nou/Vrgelli,30. Iun. Cantuariæ, Febr.7
Odradæ,3.Nou.
Oduini,24.Iun.
Odulphi,12.Iun.
Oelberti,22.Oct.
Olai,29.Iul.
Ollæ,9.Oct.
Oliuæ,Nou.10.
Oliueriæ & Li.3.Febr.
Oliuerij,Iun.16.
Omnium Sanctorum, 1.Nou / pontificum Traiectenſium,6.Febr.
Oneſimi, diſcipuli,16.Feb/Duaci, 13.Maij/ & Porph. 9.Nou.
Oneſiphori,6.Sept.
Ontcommeræ,Iul.20.
Onuphrij,12.Iun.
Opionis,12.Oct.
Opportunæ,22.Apr.
Optati,31.Aug/& duorum,3.Maij.
Orientij,1.Maii.
Oricoli & ſociorum,18.Nou.
Ormiſdæ papæ,6.Aug.
Ortrudis,22.Iun.
Olympiadis & Maximi, 15.Apr/& Eufraxiæ,25.Iul.
Oſeæ,4.Iul.
Oſmundi,4.Dec.
Oſtiani,30.Iul.
Oſvualdi,regis,5.Aug/20.Iun/epiſcopi,15.Oct.
Otgeri,10.Sept.
Othmari,16.Nou.
Othonis,30. Sept.

P

PAchomij,14.Maij.
Pacifici,Iul.10.
Palladij,10.Maij.
Palmatij & ſoc.Romæ,10.Maij/Treueris,5.Oct.
Pamphili,1.Iun/Romæ,21.Sept.
Pancratij,Siculi,3.Apr/Romę,12.maij.
Panteni,7.Iul.
Pantaleonis,27.Iul/18.Feb.
Paphnutij cum 546.Apr.28.
Papiæ,22.Feb/& Mauri,29.Ian.
Papinij & manſueti,28.Nou.
Paramoni,29.Nou.
Paraſceues,23.Iul.
Parmenæ,13.Ian.
Parmenij,cum 4.22.Apr.
Parthenij,7.Feb.
Paſchaſij,22.Febr.
Paſicratis cum tribus,25.Maij.
Paſtoris,27.Aug/epiſcopi Aurelię,30.Mart / presbyteri & confeſſoris,26.Iul.& ſociorum,29.Mart.
Patapij,8.Dec.
Paterni,epiſcopi,23.Sep/Martyris,12.Nou.
Patiani,9.Mart.
Patientis,Metis,8.Ian/Lugduni,11.Sept.
Patritij Hiberni,17.Mar/Aruernis,16. Mar/abbatis,24. Aug/& ſociorum,19.Maij.
Patrocli martyris,21.Ian/confeſſoris,19.Nou.
Pauicij,23.Iul.
Paulæ,27.Ian.
Pauli Apoſtoli,29.&30.Iun/25.Ian/6.Iul/Narbonę,12. Dec/Trecis,1. Febr/ Virduni,8. Febr/ epiſcopi Conſtantinopoli,7.Iun/martyris ibidem, 8. Iul/21. Maij Gazę,Iul.25/in occulto,15.Dec/Cordubæ, 20. Iul/ Leonenſis epiſcopi,Mar.12/eremitæ,15.Ian/cum Iuliana,Aug.17/cum duabus,2.Mart/cũ duobus,8.Febr/ & Cyriaci, 20.Iun. cum 6.20.Mar/
Paulini,Nolæ,22.Iun/Treueris,31. Aug/ Lucæ,12.Iul/ Britanni,10.Oct/Coloniæ,4.Maij.

Paxentii

Paxentij,23.Sept.
Pecinnæ,24.Iun.
Pelagiæ, pœnitentis,8. Oct/ Thariſę, 4. Maij / alterius, Iun.9.
Pelagij,Cordubę,26.Iun/Conſtantini,28.Aug.
Pelei & Nili,29.Sept.
Peluſij,7.Apr.
Peregrini Antiſiodori,16.Maij/Lugduni,28.Iul/
Perfecti,18.Apr.
Pergentini & Laur.3.Iun.
Perpetuæ Romæ, 4. Aug/ coniugis ſ.Petri, 4. Nou/ & Felicitatis,7.Mar.
Perpetui,Leodij,4.Nou/Turonis,8.Apr.
Perteuerandę,26.Iun.
Petri,Apoſtoli,29.Iun/1.Aug/22.Febr/18.& 16.Ian/ Alexandrię,26.Nou/Auloni,3.Ian/Chryſologi,2. Dec/ archiepiſcopi,10.Sept/Nicomediæ, 12. Mar/ Afri, 14. Mar/Hiſpali,8.Oct/ Thomaſii, 6. Ian/ Cœleſtini,19. Maii/Prędicatoris,29.Ap/Bellęvallis,8.Maii/Cęſareę, Ian.11/Athoniti,12.Iun/& Hermogenis,17.Apr/ cum Succeſſo & Baſſ. 9. Dec/ cum Seuero & Leucio, 11. Ian/cum quinque,7.Iun/cum 19.7.Aug/cum tribus, 15.Maii.
Petronii,4.Oct.
Petronillæ,31.Maii.
Pharę,7.Dec.
Pharaildis,4.Ian.
Pharonis,28.Oct.
Philaſtrii,18.Iul.
Phileę & Philoromi,4.Feb.
Philemonis & Apol.8.Mar.
Philiberti,20.Aug/
Philippi Apoſtoli,1.Maii/Siculi,12. Maii/ Gortynæ,11. Apr/Alexãdriæ,13.Sept/diaconi ex primis,6.Iun/Cellæ,3.Maii/& duorum,22.Oct/& plurium,15.Iul.
Philogonii,Dec.20.
Phori & Lau.18.Aug.
Phocę,epiſcopi,14.Iul/martyris,5.Mar/22.Iul.
Phœbes,3.Sept.
Photini cum ſociis,2.Iun.
Photti & Aniceti,12.Aug.
Piati,1.Oct.
Pierii,4. Nou.
Pigmenii,24.Mart.
Pinyti,10.Oct.
Pionii,1.Febr.
Pipini,Febr.21.
Pii,11.Iul.
Pirminii,3.Nou.
Piſtis cum tribus,1.Aug.
Placidi cum ſociis,5.Oct.
Placidiæ,15.Oct.
Placiti,7.Maii.
Platonis,22.Iul.
Plechelmi,15. Iul.
Plutarchi cum ſuis,28.Iun.
Pollionis,28.Apr.
Polycarpi epiſcopi,26.Ian/presbyteri,23.Feb.
Polychronij,17.Feb.
Polyeucti,13.Feb/
Polyueti cum duobus,21.Maii.
Pomæ,27.Iun.
Pompeii,10.Apr.
Pontii diaconi,8.Mar/Cimollæ,14.Maii.
Pontiani,papę,19.Nou/Spoleti,14.& 19.Ian/Romæ,2. Dec/& duorum,11.Dec.
Popponis,Ian.25.
Porcariæ,8.Oct.
Porcarij,12.Aug.
Porphyrii,20.Aug/Gazæ,26.Febr.
Portiani,24.Nou.
Poſſemii,17.Iun.
Potentianæ,19.Maii.
Pothamii & Nemeſii,20.Feb.
Præcordij,1.Feb.
Præiecti & Amarini,25.Ian.
Pragmatij,22.Nou.
Praxedis,21.Iul.
Primi & Felic.9.Iun/ & duorum,2.Oct.
Principij,25.Sept.
Priſci,Capuæ,1.Sep/Carnoti,16. Oct/ cum Malcho & Alex.28.Mar/cum Creſcente & Euagrio,1.Oct/cum Priſcilliano & Benedicta,4.Ian/cum multis,26.Maij.
Priſcæ,18.Ian.
Priſcillæ,16.Ian.
Priuati Gaualis,21.Aug.
Probæ,5.Sep/28.Apr.
Probi Rauennę,10.Nou.
Proceſſi & Martin.2.Iul.
Prochori,9.Apr.
Procli martyris,14.Apr/Conſtantin.20.Nou.
Procopij,Paleſtini,18.Iul/Decapol.27.Feb.
Proculi martyris,4.Nou/presbyteri,1.Dec.
Proſdocimi,7.Nou.
Proſperi,Rhegij,25.Iun/Aureliæ,29.Iul.
Prothadij,10.Feb/
Prothaſij,24. Nou.
Proti & Hyacinthi,11.Sept.
Prudentij,28.Apr.
Ptolomęi & Lucii,19.Oct.
Publii,21.Ian/& duorum, 19.Feb.
Pudentis,19.Maii.
Puſinnæ,13.Apr.

Q

QVadraginta martyrum,9.Mar/ virginũ,24. Dec/ in metallo Phanenſi,4.Maii/militum,13.Ian.
Quadraginta duorum,in Perſide,10.Mar/in Ammorio, 6.Mar/mulierum,1.Sept.
45.10.Iul.
45.25.Oct.
47.14.Martii.
Quadrati,Epiſcopi,21.Aug/Athenis martyris,26.Maii.
Quarti,3.Nou/& Quinti,10.Maii.
Quatuor coronatorum,8.Nou.
4976,12.Oct.
Querani,9.Sept.
Quiniberti,18.Maij.
Qunidii,15.Febr.
Quinque eremitarum,Nou.12.
50.martyrum,17.Dec.
Quinti cum duobus,5.Sep/cum duodecim,19.Mar.
Quintini,31.Oct/3.Iul/Turonis,4.Oct.
Quintiani Aruernis,13.Nou/presbyteri,14.Iun.
Quintini Romæ,30.Mar/& Apr/Illyrici,4.Iun.
Quiriacæ,21.Aug.
Quiriaci epiſcopi, 4.Maii/ presbyteri,6.Mar/ & Apollinaris,21.Iun/& Archelai,22.Aug/
Quiteriæ,22.Maii.

R

RAdbodi,29.Nou/25.Iun.
Radegundis,13.Aug.
Radfridi & Vualdefridi,Dec.3.
Ragenulfę,14.Iul.
Ragenfredis,8.Oct/11.Iun.
Raimundi,Ian.6.
Ranerii,17.Iun.
Ranulphi,27.Maii/9.Nou.
Raphaëlis,20.Nou.
Raſipi,23. Iul.
Reginę martyris,7.Sep/Dononii,1.Iul/17.Mar.
Reginſuidæ, 15. Iul.
Reguli,30.Mar.
reineldis,16.Iul/26.Oct.
Remeri,Apr.11.
Reinoldi,Ian.7.
Remacli,3.Sept.

Remberti,11.Iun/4.Feb.
Remigij,13.Ian/1.Oct.
Renati,12.Nou.
Renoberti,16.Maij.
Reparatæ,8.Oct.
Reſtituti,Romani,29.Maij/Tricaſtrenſis,Nou.7.
Reuerentij,12.Sep.
Reueriani cum vndecim,1.Iun.
Richardi epiſcopi,3.Apr/regis,Febr.7.
Richardis,18.Sept.
Richatij,26.Apr.
Rictrudis,12.Maij/7.Feb.
Rigoberti,4.Ian.
Rigomari,24.Aug.
Rixæ,Mar.20.
Roberti Ciſtertienſis,29.Apr/Aruerni,24.Apr.
Robuſtiani & Marci,31.Aug.
Rochi,16.Aug.
Rogatiani & Fel.26.Oct.
Rogerij,Ian.4.
Rolandi,Iun.16.
Rolandæ,13.Maij.
Romani,Rothomagi,23.Oct/Antiſiodori/6.Oct/Antiochiæ,18.Nou/Lugduni,28.Feb/Valliliæ,22.Maij/Blauij,24.Nou/militis,9.Aug.melodi,1.Oct.
Romarici,8.Dec.
Romualdi,19.Iun.
Romuli,25.Dec/& Secundoli,24.Mar.
Ropetti Bingi,15.Maij.Vide Rob.& Rup.
Ruſi Metis,7. Nou/ diſcipuli Apoſtolorum,21. Nou/ Capuæ,27. Aug/ cum Sozimo,18. Dec/ cum domo ſua,28.Nou.
Rufinæ & Secundæ,10.Iul.
Rufini,Aſſiſij,Iul.30/ Mantuæ,19. Aug/ & Valerij,14. Iun/& Martiæ,21. Iun/ cum Marco & Valerio,16. Nou/cum Siluano & Vitalico,4.Sept.
Rumoldi,1.Iul/18.& 27.Oct.
Rumpharij,18.Nou.
Ruperti,27.Mar.
Ruſtici Narbonæ,26. Oct/ Treueris,14/ Aruernæ,24. Sep/& Firmi,9.Aug.
Rutili,cum duobus,4.Iun.

S.

SAbæ,5.Dec/Gothi,Apr.12/ ducis exercitus,24. Apr.
Sabinæ vtriuſque,29 Aug.
Sabini martyris,Mar.13/confeſſoris,11.Iul/& Papæ,16. Mar/cum alijs,30.Dec.
Sabiniani,29 Ian/& Potentiani,31.Dec/19.Oct.
Sacerdotis Lugduni,12.Sep/Lemouicæ,4.Maij.
Sadoth,Feb.21.
Sagaris,6.Oct.
Salabergæ,21.Sep.
Salomæ,22.Oct.
Salomonis martyris,8.Feb.
Salonis,28.Sep.
Saluij,Valencenis, 26.Iun/7. Sep/ 15. OctAfri,11.Ian/ Albigenſis,10.Sep.
Saluſtiani,8.Iun.
Samonis & Guriæ,15.Nou.
Samſonis epiſcopi,28.Iul/hoſpitis,27.Iun/
Samuelis,20.Aug.
Sanctini,11.Oct.
Sanderadi,24.Aug.
Sarij,23.Nou.
Saturnini,27.Nou/Toloſæ,29.Nou/Calari,30. Oct/& Siſinnij,29.Nou/& Lupi,14. Oct/& Neopolis, 2. Maij/cum Thyrſo & Victore,31. Ian/ cum Theophilo & Reuocata,6. Feb/cum nouem,22.Mar/in Africa cum ſociis,12.Feb/cum 366.16.Oct.
Satyri martyris,12.Ian/confeſſoris,18.Sep.
Sauin.Vide Sabin.
Schirionis,22.Dec.
Scholaſticæ,10.Feb.
Scillitanorum,17.Iul.
Sebaldi,19.Aug.
Sebaſtiani,20.Ian.
Sebaudi,26.Nou.
Secundi,Victimilij,26.Aug/Aſtæ,30.Mar.
Secundelli,1.Aug.
Secundini,21.Maij.
Secundiani cum duobus,9.Aug.
Secundolæ,&c.2.Mar.
Segonis, 19.Sep.
Seleuci,24.Mar.
Senatoris,26.Sep.
Sendomiriæ martyrum,Iun.2.
Senoch,24.Oct.
Septem,fratrum,10.Iul/filiorum Symphoroſæ,27.Iun/ 29.Maij/18.Iul/Minorumj,13.Oct/virginum,9.Apr/ dormientium,27.Iun.& Iul.
70.diſcipulorum,4.Ian.
72.martyrum,23.Feb.
79.21.Febr.
Sequani,19.Sep.
Seraphinæ,29.Iul.
Serapiæ,3.Sep.
Serapionis,Antiochiæ,30.Oct/Alexandriæ, 14. Nou/ Anachoritæ,21.Maij.
Serenæ,16.Aug.
Sereni,1.Oct.
Sergij papæ,9.Sep/martyris,24.Feb/& Bacchi,7.Oct.
Seruandi & Germani,23.Oct.
Seruatij,13.Maij/7.Iun.
Seruuli,23.Dec.
Seueræ,20.Iul.
Seueri.Rauennę,1.Feb/22.Oct.Treueris,15.Oct/ Viennæ/8.Aug/Barcinone,6.Nou/Itali,15.Feb/
Seuerij,1.Feb.
Seueriani Gabalis,25.Ian/Sebaſte,9.Sep/& Aquilæ,23. Ian/& duorum,19.Nou.
Seuerini Coloniæ,23.Oct/ Neapoli, 8.Ian/ Treueris, 21.Dec/Tiburt.1.Nou/Pariſiis,23.Nouę,Nantonis,11. Febr.62.martyrum,24.Feb.
Sexburgis,6.Iul.
Siagrij,Auguſtoduni,27.Aug.
Sichariæ,2.Feb.
Sicharij,Lug.11.Apr/martyris,2.Maij.
Sidonij,Aruernis,23.Aug/
Sidronij,11.Iul.
Sigiberti,Feb.1.
Sigfridi,15.Feb.
Sigirami,4.Dec.
Sigiſmundi,1.Maij.
Sigonis,10.Feb.
Silæ,13.Iul.
Siluani,Gazæ,4.Maij/confeſſoris,22.Sep.
Siluerij,20.Iun.
Silueſtri,papæ,31.Dec/Cabilone,20.Nou/Reomenſis, 15,Apr.
Siluiani,10.Febr.
Siluij cum tribus,7.Oct.
Siluini,17.Febr.
Simeonis,prophetæ,8.Oct/Treueris,1.Iun/ Hieroſolymis,18.Febr/Perſę,21.Apr/Metis,5.Ian/Siculi,27.Iul/ Mantuæ,26.Iul/Carmelitæ,16.Maij/Sali, 21. Iul/Metaphraſtis,Nou.27.
Similiani,16.Iun.
Simmetrij cum 22.26.Maij.
Simonis,28.Oct/Tridentini,24.Mar.
Simperti,13.Oct.
Simplicij papæ,1.Mar/Auguſtoduni,24.Iun/cum duobus,29.Iul/

Simplicia-

Simpliciani,13.Aug.
Sindulphi,Viennæ,10.Dec/Remis,20.Oct.
Sinerij,18.Sept.
Siniſij,1.Sept.
Sireni,23.Febr.
Siriæ,8.Iun.
Siriaci & Paulæ,18.Iun.
Siricij, 26.Nou.
Sitidonis, 2.Ian.
Siſinnij cum duobus,29.Maij.
Siſoæ,6.Iul.
Siuiardi, 1.Mar.
Sixti primi,6.Apr/ſecundi,6.Aug/Remis,1.Sept.
Socratis & Stephani,17.Sept.
Solæ,3.Dec.
Solennis,25.Sept.
Solinæ,17.Oct.
Solutoris cum duobus,20.Ian.& Nou.
Sophiæ,30.Sept.
Sophiæ,Febr.15.
Sophonię,3.Dec.
Sophronij,11.Mart.
Soſij, 23.Sept.
Soſipatris,25.Iun.
Softhenis,28.Nou/& Victoris,10.Sept.
Soteris papæ,22.Apr/virginis Romæ,6.Febr/in Oriente,10.Febr.
Sozimi papæ,26.Dec/martyris,Iun.19.
Spati,25.Oct.
Specioſæ, 18.Mar.
Spei cum tribus,1.Aug.
Sperati,17.Iul.
Speuſippi cum ſex,17.Ian.
Spiridonis,14.Dec.
Stachys,31.Dec.
Staniſlai,8.Maij.
Stephani protomartyris,26.Dec/3.Aug/regis,20.Aug/ papæ,2.Aug.Conſtantinop.28.Nou/25.Maij/ Thaumaturgi,28.Mar/Grandimont.Febr.13/ & Victoris,1. Apr/8.Maij.
Stephanidis,11.Nou/
Stilonis,7.Ian.
Stratonis,14.Aug.
Sueſſionenſium eleuatio,Iun.1.
Sulpitij pij,17.Ian/Seueri,29.Ian/ad ſ. Giſlenum,27. Ian/21.Iul/& Seruiliani,20.Apr.
Suræ,Febr.10.
Suſannæ,Romæ,11.Aug/Blion,8.Oct.
Svuitberti,1.Mar.
Svuithuni,2.& 15.Iul.
Symphoriani,22.Aug.
Symphoroſæ,18.Iul.
Symphronij, Olym.&c.26.Iul/4.Dec.
Syncleticæ,5.Ian.
Synæſij,21.Maij.
Syntichæ,22.Iul.
Syrenęi,23.Febr.
Syri Papiæ,9.Dec/12.Sep/& Palatini,30.Maij.

T

TAnchæ,16.Oct.
Tatianæ,12.Ian.
Taurini,11.Aug.
Telechildis,10.Oct.
Teleſphori,5.Ian.
Terentij,28.Oct/& ſociorum,10.Apr.
Terræmotus,26.Oct.
Thalalæi,20.Maij.
Tharaci cum duobus,11.Oct.
Tharaſij,15.Feb.
Tharſitij,15.Aug.
Thebæorum,22.Sept.
Theclæ,23.Sept.
Theobaldi,1.Iul.
Theoctiſtes,Nou.10.
Theoctiſti,4.Ian. ſynaſcetæ Euthymij,3.Sep.
Theodardi,10.Sept.
Theodarij,29.Oct.
Theodgari,30.Oct.
Theodoli,16.Aug.
Theodolphi,2.Maij.
Theodoræ,28.Apr/11.Sept/Romæ,1.Apr/
Theodori Antiochię,23.Oct/Amaſeę, 9. Nou/ ducis exercitus,8.Feb/tyronis,17.Feb/Papiæ,20.Maij/ preſbyteri Antiochiæ,23.Mar/Sicæi,22. Apr/ Studitę, 11. Nou.diſcipuli Pachomij,16.Maij /Pergæ, 21. Apr/ in Trichine,20.Apr/& Theophanis,27.Dec/ cum ſeptę 10.Mar/
Theodori abbatis,1.Iul/Metis,Iul.10/ Andaini, Aug. 24/Carmelitæ,15.Oct.Vide Theodorus.
Theodoſiæ,2.Apr.
Theodoſij cœnobitę,11.Ian/imperatoris,Ian.17.
Theodotæ cum tribus,2.Aug.
Theodoti,Laodiceæ,2.Nou/Cyreneæ,2.Mar/ Ancyræ, 1.Iun/cum ſeptem,18.Aug.
Theoduli & Agath.5.Apr.
Theodulphi,Remis,1.Maij/Lobiis,25.Iun.
Theogenis,26.Ian.
Theonæ,23.Aug.
Theoneſti,30.Oct.
Theopempti,5.Ian.
Theophanis,Niceæ,11.Oct/Iſaacij,12.Mar.
Theophili Antiochiæ,13. Oct/pœnitentis,Feb.5/ cum quinque,13.Mar.
Theophylacti epiſcopi,8.Mar.
Therapontis,27.Maij.
Thermes,Apr.5.
Thomæ,Apoſtoli,21. Dec/3. Iul/ Aquinatis, 7. Mart/ Cantuarienſis,29.Dec/Herefordenſis,2. Oct/ Maleę, 7.Iul.
Thraſeæ,5.Oct.
Thraſonis cum duobus,11.Dec.
Thyrſi cum ſociis,4.Oct.
Tiburtij,11.Aug/& duorum,14.Apr.
Tichonis,15.Iun.
Tigridis & Remedij,3.Feb.
Tigernaci,5.Apr.
Timolai cum ſeptem,Mar.24.
Timonis,19.Apr.
Timothei diſcipuli,24.Ian/Romæ,22.Aug/ in Symbolis,21.Febr/Pruſę,18. Iun/ & Apollinaris,23.Aug/ & Fauſti,8.Sept/& Diogenis,6. Apr/ & Maurę,3. Maij/ & duorum,21.Maij/
Titi,4.Ian.
Torpetis,17.Maij.
Torquati cum ſex,15.Maij.
Tranquillini,6.Iul.
300.24.Aug.
310.9.Maij.
360.15.Oct.
Trium militum,2.Iul/regum,22.Iul.
30.militum,1.Ian/martyrum,22.Dec.
33.in Melitene,7.Nou.
Triphyllij,13.Iun.
Troiani vel Trophiani,30.Nou.
Trophimi,29.Dec/cum duobus,19.Sep.
Trudonis,23.Nou/11.Aug.
Tryphoniæ,18.Oct.
Tryphonis, 1.Feb/ & duorum, 10.Nou/& duodecim, 3.Iul.
Turiani,13.Iul.
Turibij, 16.Apr.
Tyberij cum duobus,10.Nou.
Tychici,29.Apr.

V.

Valentis,21.Maij.
Valentinæ,Iul.25.
Valentini vtriusque 14.Febr.Patauini, Ian. 7/ Oct. 29/ Treuerensis,16.Iul/&Hilarij, 3. Nou / cum Solutore & Victore,13.Nou/cum Nauali & Agricola, 16. Dec.
Valeriæ in Hunecourt, 8. Oct/Rauennæ, 28. Apr/ Lemouicæ,10.Dec.
Valeriani episcopi Afri,15.Dec/Cabilone,15.Sept/ cum duobus,17.Sep/
Valerij Treuiris,29.Ian/
Vari,19.Oct.
Vbaldi,16.Maij.
Vdalrici,4.Iul.
Vedasti, 6.Feb/vlt. Sep/5.Iul.
Venantij episcopi,1.Apr/Camerte,18.Maij/ abbatis,13. Oct/martyris,10.Oct.
Venerandi,18.Ian.
Venerij,13.Sep.
Verani,Lugduni,11.Nou/Aureliæ,19.Oct.
Verenæ,1.Sep.
Veri & Securi,2.Dec.
Veriſſimi & duarum,1.Oct.
Veroli cum 22.21.Febr.
Veronæ,29.Aug.
Veroni,30.Mar/31.Ian.
Viatoris,21.Oct.
Victoris papæ 28.Iul/Cenomanis,1. Sept/ Mediolani, 8.Maij/Maſſiliæ,21. Iul/ Xanthis,10. & 30. Oct/ Archiarensis,26.Febr/Cerelani, 26.Aug/ & Stephani,1. Apr/8.Maij/& Coronæ,14.Maij/&Victorini,6.Mar/ & Vrſi,30.Sept/& Vrſinij, 3. Apr/ cum Alexandro & Mariano,17.Oct/cum Stercatio,24.Iul.
Victoriæ,23.Dec.
Victoriani cum 4.23.Mar.
Victorici & duorum,21.Dec.
Victorini,Pictabionis,2.Nou/Aminternæ,5.Sept/ cum pluribus,25.Febr.
Victricij,7.Aug.
Viginti martyrum,Tharſi,6.Iun/ Nicomediæ, 23.Dec/ militum,10.Dec.
Vigoris,1.Nou/.
Vincentij Cæsaraugustani,22.Ian/Oct.27/ Prædicatoris,5.Apr/Caucoliberi, 19. Apr/Romæ, 14. Maij/ Tiburti, 24. Iul/Pompeii, 12. Iul/ Soncgiis,24.Iul/ 20. Sep/ 29. Oct/ Agennis, 9. Iun.& duorum, 22.Ian/& duorum 22.Ian/& duarum,27 Oct.
Vincianæ,11.Sep.
Vindiciani,25.Iun/11.Mart.
Vitaliani,27.Ian.
Vitalis,28.Apr/24.Oct/ cum Reuocato & Fortunato, 9.Ian/cum Felicula & Zenone,14.Feb/
Viti cum duobus,15.Iun.
Vitoni,9.Nou.
Viuentioli,12.Iul.
Viuentij,Verſiaci,13.Ian/Remis,7.Sept.
Viuianæ vel Bibianæ,2.Dec.
Viuiani,28.Aug.
Vltani,1.Maij.
Vodali,5.Febr.
Voluſiani,18.Ian.
Volkeri,Mar.7.
Vndecim millium,21.Oct.
Vrbani papæ,25.Maij/Lingonis,Apr.2.
Vrſatij,16.Aug.
Vrſi,Trecis,25.Iul/Lucæ,28.Iul/ Antiſiodori, 30. Iul/ Augustæ,1.Febr/
Vrſij,Maij 3.
Vrſini,Biturigis,9.Nou.
Vrſicini,Rauennæ,19.Iun.
Vrſionis,29.Sept.
Vrſmari,18.& 2.Apr/26.Mar/2.Oct/2.Iul/14.Oct.
Vvalburgæ,1.Maij, 4.Aug.
Vvaldedrudis,3.Feb/12.Aug/2.Nou/
Vvalerici,12.Dec/1.Apr/
Vvalis,21.Maij.
Vvalteri,3.Maij.
Vvaltfridi cum ſuis/Iun.22/Dec.3.
Vvaltgeri,16.Nou.
Vvalperti,2.Maij.
Vvandregiſili,22.Iul/3.Sept/31.Mar.
Vvaningi,9.Ian.
Vvarleſij & Luxoris,20.Nou/
Vvaſnulphi,1.Oct.
Vvenceſlai,28.Sept.
Vvendelini,20.Oct.
Vvenefridæ,3.Nou.
Vverenfridi,14.Aug.
Vvermebandi,6.Apr/
Vvernheri,Apr.19.
Vvibrandis,3.Iul.
Vvigberti,13.Aug.
Vvilberadæ,2.Maij.
Vvilfridi,12.Oct.
Vvilibaldi,7.Iul.
Vuilgefortis,20.Iul.
Vvillebrordi,7.Nou.
Vvillehadi,8.Nou.
Vvilleici,2.Mar.
Vvimonis,Oct.21.
Vvinnoci,6,Nou/18.Sep/30.Dec.
Vvinvualoci,3.Mart/1.Aug.
Vvironis,8.Maij/
Vviteburgæ,Iul.8.
Vviuinæ,17.Dec.
Vvlfiæ/31.Ian.
Vvlfranni,20.Mar.
Vvlgiſi,4.Feb/& Apr.
Vvlmari,20.Iul.
Vvolbodonis,Apr.21.
Vvolfelmi,Apr.22.
Vvofgangi,31.Oct.
Vvoliſtani,19.Ian.

X.

XEnæ,24.Ian.
Xenophontis,26.Ian.
Xyſtus,vide Sixtus.

Y.

YDubergæ.Maij 8.Vide I.

Z.

ZachariæProphetæ, 6.Sep. patris Baptiſtæ,5.Nou/ papæ,14.Mar/Viennæ,26.Maij/Nicomediæ,10. Iun.
Zachæi,23.Aug.
Zenobij episcopi,25.Maij/ presbyteri, 29. Oct/ & Zenobiæ,30.Oct.
Zenonis,8.Dec/12.Apr/cum aliis,9.Iul.
Zepherini,26.Aug.Zoæ,5.Iul.
Zoeli,27.Dec.cum Seruulo & aliis,24.Maij.
Zoerardi,Maij 1.
Zoili cum 19.27.Iun.
Zotici,31.Dec/cum tribus,10.Feb.

CYPRIANVS EPIST.
37. SIVE LIB. 3. EPISTOLA 6.

DIes eorum, quibus excedunt, annotate, vt commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus.

Loquitur eo loci beatissimus Cyprianus de Confessoribus, qui in carcere sine tortura excedebant, quibus consummatam martyrij gloriam tribuere non dubitat, eò quòd eorum voluntati, confessioni, & vinculis, accesserit etiam moriendi terminus.

Augusti. lib. 20. contra Faustum, cap. 21.

POpulus Christianus memorias Martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur.

Bernardus, sermone in vigiliam Petri & Pauli.

TRia sunt quæ in festiuitatibus Sanctorum vigilanter considerare debemus: auxilium Sancti, exemplum eius, confusionem nostram.

Hadrianus Papa 1. in scripto de imaginibus ad Carolum Magnum.

PAssiones sanctorum Martyrum, sacri Canones censuerunt, vt liceat etiam in Ecclesia legi, cum anniuersarij dies eorum celebrantur. *Canon 13. Concilij Africani, 47. Carthag. tertij.*

Gelasius in Concilio septuaginta Episcoporum.

QVædam tamen secundum auctoritatem antiquam, vel consuetudinem, singulari cautela in Sancta Romana Ecclesia non leguntur, ne vel leuius subsannandi oriretur occasio.

Gregorius homilia 39. Euangeliorum.

AD amorem Dei, & proximi, plerunque corda audientium plus exempla, quàm verba, excitant.

Leo Sermone de S. Laurentio.

NVllorum est vtilior forma, quàm Martyrum eloquentia. Validiora sunt exempla, quàm verba: & plenius est opere docere, quàm voce.

Ambrosius, Sermone 92. de Nazario & Celso.

MAgni periculi res eſt, ſi poſt Prophetarum oracula, poſt Apoſtolorum teſtimonia, poſt Martyrum vulnera, veterem fidem, quaſi nouellam diſcutere præſumas, & poſt tam manifeſtos duces, in errore permaneas, & poſt morientium ſudores, ocioſa diſputatione contendas. Veneremur ergo in Sanctorum Martyrum gloria fidem noſtram.

Sulpitius Seuerus dialogo primo, qui Gallus inſcribitur, Cap. 12.

AD excitandam virtutum æmulationem, cui pauca non ſufficiunt, multa non proderunt.

QVÆ

A

QVÆ SEQVVNTVR COMMVNITER MARTYROLOGIO PRÆMITTI SOLENT.

PRÆFATIO IN SVBSEQVENS Martyrologij opus.

NOtandum quòd licet multi dederint operam ad compilandum Martyrologium: tamen tres fuerunt, qui præcipuè opus huiuſmodi tradiderunt. Primus fuit Hieronymus, cuius operi præmittuntur duæ epiſtolæ: videlicet, duorum Epiſcoporum ad ipſum, & ipſius ad eos, inferiùs annotatæ. Secundus fuit Beda, cuius operi aſſignatur ſecundus Prologus: qui ſic incipit, Feſtiuitates. Tertius fuit Vſuardus Monachus: cuius opus magis habetur in vſu apud multas Eccleſias: quæ etiam credun-

B

C *tur aliqua eius operi in locis varijs addidiſſe: præcipuè de Sanctis & feſtis pertinentibus ad eaſdem. Et huius eſt Martyrologium ſubſcriptum: quod nos pro maiori parte duximus eligendum, & præ alijs tenendum.*

EPISTOLA CHROMATII ET HELIODORI EPISCOPORVM, AD BEATVM HIERONYMVM, DE OPERE Martyrologij colligendo.

D

DOmino ſancto patri Hieronymo Chromatius & Heliodorus Epiſcopi in Domino ſalutem. Cum religioſiſſimus Auguſtus Theodoſius Mediolani vrbem eſſet ingreſſus: vniuerſóſque Italiæ Epiſcopos ad ſe inuitaſſet: & ob cauſam aliquantulorum epiſcoporum, qui ex Arriana fæce ſuas animas inquinaſſent, inquireret: contigit & noſtram paruitatem in eodem adeſſe concilio: in quo cum dicēda dicta eſſent, & diffinienda diffinita, cœpit Chriſtianiſſimus princeps ſanctum Gregorium Cordubenſis Eccleſiæ in eo præferre antiſtitem, quòd omni die ſiue non ieiunans matutinas, ſiue ieiunans veſpertinas explicans miſſas, eorum martyrum quorum natalitia eſſent, plurimorum nomina memoraret. Factúmque eſt vt omnes pariter ſtatueremus

K ad tuam ſcribere charitatem, vt famoſiſſimos feriales de archiuis ſancti Euſebij Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopi inquirens, Martyrum ad nos dirigas feſta: vt poſſimus hoc officium per tuam ſanctam induſtriam melius perfectiúſque ad honorem Dei Martyribus exhibere.

F

BEATI HIERONYMI SVPER EO IPSO AD EOSDEM RESPONSIO.

G

Vide cap. secundum libri de Martyrologiis.

CHromatio & Heliodoro sanctis Episcopis Hieronymus Presbyter. Constat Dominum nostrum Iesum Christum omni die Martyrum suorum triumphos excipere: quorum passiones à sancto Eusebio Cæsariensi Episcopo scriptas reperimus. Nam Constantinus Augustus cum Cæsaream fuisset ingressus, & diceret memorato antistiti, vt peteret aliqua beneficia Cæsariensi Ecclesiæ profutura: legitur respondisse Eusebium: Opibus suis Ecclesiam ditatam nulla petendi beneficia necessitate compelli: sibi tamen desiderium immobile extitisse, vt quicquid in Republica Romana gestum sit erga Sanctos Dei, iudices iudicibus succedentes in vniuerso orbe Romano solicita perscrutatione monumenta publica discutiendo perquirerent, & qui Martyrum à quo iudice, in qua prouincia vel ciuitate,

Eusebius quantis laboribus Hyst. Ecclesiast. scripserit.

H

qua die, quáue perseuerantia passionis suæ obtinuerunt palmam, de ipsis archiuis sublata ipsi Eusebio Regio iussu dirigerent. Vnde factum est vt idoneus relator existens, & Ecclesiasticam Historiam rexeret, & omnium penè Martyrum Prouinciarum omnium Romanorum trophæa diligens historiographus declararet: quatenus omni die sacrificium Deo offerentes eorum nomina meminissent, studentes qui die ipso quo sacrificium offertur, victores diaboli extitissent: & Martyrij sui triumpho pollentes atque ouantes, ad Regem suum peruenissent Christum. Hac de causa singulorum mensium, singulorúmq; dierum festa conscripsimus, vt iubere dignabamini, perennem nostræ paruitatis memoriam fore credentes, cùm diebus omnibus per tot annorum spatia sancta sanctorum nomina fuerint festiuè celebrata. Et quoniam per singulos dies diuersarum prouinciarum diuersarúmque vrbium plusquàm octingentorum & nongentorum Martyrum sunt nomina nominata: vt nullus dies sit, qui non intra quingentorum numerum reperiri possit asscriptus, excepto die Calendarum Ianuariarum,

I

considerans inter innumerabiles turbas lectoris animum intra vnum mensem posse lacessire, ne id eueniat, breuiter & succinctè eorum qui sunt in amplissima festiuitate in suis locis tantùm præ omnibus memoratus sum, vt amputato fastidio vnus de omnibus sufficiat libellus asscriptus: Sanè in prima parte libelli omnium beatorum Apostolorum festa conscripsimus: vt dies varij non videantur diuidere, quos vna dignitas Apostolatus in cœlesti gloria fecit esse sublimes.

PRÆ-

A

PRÆFATIO, QVÆ IN MVLTIS LIBRIS ADSCRIBITVR BEDÆ, SVPER OPERE MARTYROLOGII: PLVRES AVTEM IPSAM EXCERPTAM DICVNT EX LIBRIS beati Augustini.

Lib. 20. contra Faustum cap. 21.

B

EStiuitates sanctorum Apostolorum seu Martyrum, antiqui patres in veneration is mysterio celebrari sanxerunt; ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum associemur, atque orationibus adiuuemur: ita tamen vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, sacrificemus, quamuis in memorias martyrum construamus altaria. Nemo enim antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari, dixit: Offerimus tibi Petre aut Paule aut Cypriane: sed quod offertur, Deo offertur, qui Martyres

C coronauit, & apud memorias eorum quos coronauit: vt ex ipsorum locorum amore maior affectus assurgat, ad augendam charitatem, & in illos quos imitari * possumus, & in illum quo adiuuáte possumus. Colimus ergò Martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo in hac vita coluntur homines sancti Dei, quorũ cor ad talẽ pro Euãgelica veritate passionẽ paratũ esse sentim⁹: sed illos tãto deuotiùs quãto securius, post incerta omnia superata, quosetiã fidẽtiori laude prædicamus, iã in vita feliciore victores, quàm in ista adhuc vsq; pugnantes. At verò illo cultu qui Græcè λατρεία dicitur, sed Latinè vno verbo dici non potest, cũ sit quædã diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi vnum Deum. Cũ autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, inde idololatræ dicũtur, qui hoc etiam idolis exhibent. Nullo ergo modo aliquid

D tale offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam sanctæ animę, vel cuiquam angelo. Et quisquis in hunc errorem labitur, corripitur per sanam doctrinam: siue vt corrigatur, * siue vt condemnetur: dum etiam ipsi sancti homines vel angeli exhiberi sibi nolunt quod Deo deberi norunt. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cum commoti miraculis, quæ per eos facta sunt, Lycaonij eis, tanquam dijs, immolare voluerunt: sciſſis enim vestibus, confitentes & persuadentes se deos non esse, ista sibi fieri vetuerunt. Apparuit & in Angelis, vt in Apocalypsi legimus, Angelum se adorari prohibentem, atque dicentem adoratori suo: Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum: Deum adora. Honorandi sunt ergo martyres, propter imitationem: non adorandi, propter religionem: honorandi sunt charitate, non seruitute.

* poscimus.

Sancti quomodo venerandi.

* siue vt caueatur.

Act. 14.

Apoc. 19. & 22.

EPISTOLA SEV PRÆFATIO F
VSVARDI MONACHI, AD
CAROLVM MAGNVM, REGEM FRANCIÆ, ET IMPERATOREM,
SVPER OPERE MARTYROLOGII.

Domino Regum piissimo, Carolo Augusto, Vsuardus indignus sacerdos ac monachus, peremnem in Christo coronam. Minimè latet vestram celsitudinem, sapientissime Princeps, qualiter monemur in imitandis antiquorum studijs, vt quicquid in gestis, præcipuè ecclesiastico dogmati congruis minus perfectum inuentum fuerit, debeamus vel pro posse supplere, vel certè suppleri optare. Quæ res pia quidem solicitudine (vestro, si recordamini, iussu dignanter admoto) me ad hoc, etsi indignum, G compulit, quatenus Sanctorum sacras atque anniuersarió recolendas festiuitates, ex quibusdá præcedentium patrum Martyrologijs, in quandam colligerem vnitatem: recolebámque in ipsis eorũdem solennitatibus, quámmultos propriæ negligentiæ excessus, quos etiam purgari tali cupiebam officio. Præterea & venerabilis, Hieronymi scilicet ac Bedæ presbyterorum, pius, quamuis succinctis, super hoc prouocabar descriptis. Quorum prior breuitati studens, alter verò quamplures kalendarum dies intactos relinquens, multa inueniuntur huius operis præteriisse necessaria: quos tamen sequutus, censui & Flori memorabilis viri latiora iam in eo ipso negotio sequi vestigia, præsertim in secundo eiusdem libro. Ibi enim multa quæ in priori omiserat, & correxit & addidit. At si quid præter quod ab illis accepi, in hoc tempore auctum vel mutatum est, sagaci à me indagine id perquisitum agnosci poterit. Cæterum benignissime, idcirco hanc exiguitatis meæ præfatiunculam huic opusculo inserere malui, vt sciretur non me in hoc vsum lenitatis conamine, sed potius vestris (vt erat dignum) paruisse imperijs, catholicorum fidelium solitò consulentibus vtilitati. Vnde quod vestrum est obsecro, vt si iustum decernitur, propriæ tuitionis anchora roboretur, quo videlicet & præsentibus regalis examinis auctoritate, & futuris tantæ auctoritatis firmetur examine. Excellentiam magnitudinis vestræ per multa annorum curricula, Rex regum Dominus sua dignetur custodire potentia. Amen. H

PROLOGVS ADONIS EPISCOPI
TREVERENSIS, IN SVVM
MARTYROLOGIVM.

NE putes me in hoc opere in vacuum laborasse, & rem non necessariam executum fuisse, breuiter tibi causam facti aperiam. Primùm fuit imperium, ac iussio sanctorum virorum, ne supersessent dies absque nominibus Martyrum in Martyrologio, quod venerabilis Flori studio in labore domini Bedæ accreuerat, & tantum notati erant. Deinde quoniam collecti vndique passionum codices in tantùm succreuerunt, vt non solùm præteritas dierum festiuitates, verùm & aliorum, qui per totum annum ibi notatum positi erant, latius, & paulò apertius describerem, infirmioribus fratribus, & minus legere valentibus seruiens, vt ad laudem omnipotentis Dei, in memoriis Martyrum haberent compendiosam lectionem, atque in paruo codicillo, quod multo labore alij per plures codices requirunt. Huic operi, vt dies Martyrum verissimè notarentur, qui confusi in kalendariis satis inueniri solent, adiuuit nos venerabile & perantiquum Martyrologium ab vrbe Aquileia cuidam sancto Episcopo à Pontifice Romano directum, & mihi postmodum à quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum. Quod ego diligẽti cura transscriptum, positus apud Rhauennam, in capite huius operis ponendum putaui. Passiones autem Sanctorum paulò longius, maximè circa finem Martyrologio huic insertas non mireris, cùm tibi ratio superius cur factum sit suffecerit. Ora tamen impensissimè, obsecro, vt meritis illorum consocier, quorum triumphos, etsi minus quàm debui, excolere optaui. Salutatus in Christo, Vale. I

MARTY-

A MARTYROLOGIVM
PER SINGVLOS ANNI DIES.

MENSIS IANVARIVS
HABET DIES XXXI.

Calendis Ianuarij: luna Die 1. Ianuarij. A
12.24.5.16.27 / 8.19.30.11.22 / 3.14.25.6.17 / 28.9.20.1

B CTAVÆ *Natiuitatis Domini.* & CIRCVNCISIO Domini nostri Iesu Christi secundum carnem: *quando sanctissimum nomen Iesus ei ab Angelo impositum, mundo innotuit, annique decorauit exordium.* Romæ, natalis sancti Almachij martyris, qui iubente Alipio vrbis præfecto, cum diceret, Hodie Octauæ diei Dominicæ sunt; cessate à superstitionibus idolorum: à gladiatoribus occisus est. Via Appia, coronæ militum triginta, sub Dioclitiano imperatore. Item Romæ, sanctæ Martinę virginis; quæ sub Alexandro imperatore diuersis tormentorum generibus cruciata, tandem gladio martyrij palmam adepta est. Apud Spoletum, sancti Concordij presbyteri & martyris, temporibus Antonini imperatoris. qui primo fustibus cæsus, dehinc equuleo suspensus, ac fame post in carcere maceratus, ibique Angelica visitatione consolatus, demum gladio vitam finiuit. In Cæsarea Cappadociæ, depositio sancti Basilij episcopi, cuius celebritas decimo octauo Calendas Iulij potissimum recolitur. Luc. 2. c. 1 2 3 4 5

In Africa, beati Fulgentij, ecclesiæ Ruspensis episcopi. qui ob Catholicam fidem, & eximiam doctrinam, exilio relegatus, tandem ad propriam ecclesiam redire permissus, vita & verbo clarus, sancto fine quieuit. b *Huius vita virtutibus plena habetur* in territorio Lugdunensi, r *monasterio Iurensium*, sancti Eugendi abbatis. Cuius vita, virtutibus & miraculis plena refulsit. 6 7

C Alexandriæ, sanctæ Euphrosynæ virginis. 8

r *Eodem die, sancti Magni martyris. Et aliorum plurimorum Sanctorum, martyrum, confessorum, atque virginum, Respondetur, Deo gratias.*

¶ Apud Viennam Galliæ, sancti Clari confessoris, abbatis monasterij sancti Marcelli magnæ sanctitatis. cuius & vita habetur† Castro Mileduno, depositio sancti Aspasij confessoris: cuius ibidem nomini principalis ecclesia titulatur, licet vita penitus ignoretur. Pag. 64. Surij.

ANNOTATIONES.

1 De Octauis Domini scribunt Ordo Romanus pag. 20 / Alcuinus pag. 38. 39.
2 De Almachio verba Martyrologij citat Alcuinus de officiis cap. 4.
3 Martinæ passionem, ex qua Ado Treuirensis episcopus multa transscripsit, habet tomus 1 Surij pag. 20.
4 Concordij similiter, pag. 22.
5 Basilij laudem habet hoc die Simeon Metaphrastes: sed vitæ eius auctores notabuntur iuxta Romanum Calendarium die 14. Iunij.
D 6 Fulgentij Ruspensis episcopi vitam scribit discipulus eius ad Felicianum episcopum, eiusdem successorem: quam Beda meritò vocat virtutibus plenam. Edita est apud Surium: & edenda cum Fulgentij operibus quibusdam nunquam editis, apud Plantinum.
7 Eugendi abbatis vitam discipulus eius fideliter conscripsit. pag. 57. Surij.
8 De Euphrosyne, die 11. Februarij.

2. Ian. a

Quarto Nonas Ianuarij, luna
13.25.6.17.28 / 9.20.1.12.23 / 4.15.26.7.18 / 29.10.21.2.r

OCTAVA *sancti Stephani.* Apud Antiochiam, passio beati Isidori episcopi. Et in Ponto, ciuitate Tomis, trium fratrum, Argæi, Narcissi, & Marcellini pueri, qui sub Licinio principe inter tyrones comprehensus, cum nollet militare, cæsus ad mortem, & diu in carcere maceratus, atque in mare mersus martyrium consummauit. In Thebaide, sancti Macarij abbatis. 1 2 3

r *Apud Siluiniacũ, sancti Odilonis abbatis, cuius festiuitas, cum in Calendis habeatur, hic tamen plenius recolitur.*
E q *Apud Corbeiam, depositio sancti Adalardi abbatis.* r *Ipso die, sancti Siridonis episcopi.*

ANNOTATIONES.

1 De Macario vide tertiam annotationem 15. die Ianuar.
2 De Odilone. Sigibertus Gẽblacensis in libro de viris illustribus cap. 163. Petrus Damiani, Romanæ ecclesiæ septimus Lectita, scripsit vitam Odilonis, quarti abbatis Cluniacensis. Est pag. 48. Surij, petente Hugone quinto abbate Cluniaci, conscripta.
3 Adalardi vitam scripsit sanctus Ratbertus abbas, sextus sancti Adalardi in Gallica Corbeia successor; qui & Paschasius magis vsitatè dicitur. pag. 72. Surij.

3. Ian. C.

Tertio Nonas Ianuarij, luna
14.26.7.18.29 / 10.21.2.13.24 / 5.16.27.8.19 / 30.11.22.3.r

OCTAVA *sancti Ioannis Euangelistæ.* Romæ via Appia, natale beati †Anteri papæ. Qui passus est sub Maximino, & in cœmeterio Calixti sepultus. Eodem die sancti Petri, qui apud 1 al. Anterotis

al. Aulonã. ciuitatem † Aulanam crucis ſupplicio eſt interemptus. In Helleſponto, ſanctorum martyrum, Cyrici, Primi, & Theogenis. Ciuitate Pariſiis, ſanctæ Genouefæ virginis. quæ à beato F
3 Germano Altiſiodorenſi epiſcopo Chriſto dicata, admirandis virtutibus latè claruit, *& vſque ad*
4 *octogeſimum annum in Chriſti ſeruitute conſenuit. Cuius corpus requieſcit in conuentu Apoſtolorum Petri & Pau-*
De Dan. Scardeon fol. 104. *li in monte Pariſiis.* g *Die tertia, ſancti prophetæ Malachiæ: & ſancti martyris Gordij.* r *Patauij, ſancti Danielis*
martyris. b *Eadem die, ſancti Florentij, Viennenſis epiſcopi & martyris, octaua eiuſdem vrbis* †.

†*Ado Anno 241.* ¶ q *In pago Viromandenſi, inuentio corporis beati Quintini martyris, ab Eligio epiſcopo, & tranſlatio ipſius.*
p *Item relatio capitis ſancti Iacobi Apoſtoli*, fratris ſancti Ioannis, ad ſancti Vedaſti monaſterium oppidi Attrebatenſis. Ipſo die, obitus Angelæ de Fulgineo.
5

ANNOTATIONES.

1 Anteri, ſiue Anterotis, meminit Pontificale Capite 20/ & Euſebius libro ſexto cap. 22/ Ruffini 20. Quod Vſuardus habet, [cum duodecim annis rexiſſet eccleſiam] ex contextu hîc repono, propter diſcrepantiam.

2 Petri Balſami apud Aulonam martyrium habet Surius pag. 96. Ipſum tranſtulit Anaſtaſius Romanæ Sedis bibliothecarius.

3 Genouefæ meminit Greg. Turonenſis de gloria confeſſorum cap. 91. Hiſtoria vitæ eius ſcripta eſt per anonymum quidem, ſed qui ſub finem vitæ dicit, ſe poſt † tricenos annos ab obitu Genouefæ, animum appuliſſe ad *Fortè trecentos.* deſcribendam eius vitam. Eam mutato ſtylo habet Surius. pag 102. G

4 Gordij militis & martyris inclytum certamen beatiſſimus epiſcopus Baſilius enarrauit, in hodierna eius celebritate, ex hiſtoriæ eius notitia. Homilia 19.

5 Quintini hac die inuentionem, latè ſcribit Audoënus, ſanctus epiſcopus Rothomagenſis, libro 1. vitæ ſancti Eligij, cap. ſexto.

Pridiæ Nonas Ianuarij, Iuna

4. Ian. D.

15. 27. 8. 19. 30 / 11. 22. 3. 14. 25 / 6. 17. 28. 9. 20 / 1. 12. 23. 4. r

1 OCTAVA *ſanctorum innocentium. Item*, natalis beati Titi, qui ordinatus ab Apoſtolo Cretenſium epiſcopus, ac prædicationis officium fideliſſimè complens, finem beatum adeptus eſt: ibique ſepultus apud eccleſiam, vbi fuerat dignus miniſter conſtitutus. Apud Africam, præclariſſimorum martyrum, Aquilini, Gemini, Eugenti, Martiani, Quinti, Theódoti, & Tryphonis, quorum H geſta habentur. Romæ, ſanctorum, Priſci preſbyteri, & Priſcilliani clerici, ac Benedictæ religioſæ fœminæ. qui ſub tempore Iuliani imperatoris, gladio martyrium conſummauerunt. item Ro-
2 mæ, ſanctæ Dafroſæ, vxoris Fabiani martyris. quæ poſt interfectionem ipſius, primùm relegata exilio, deinde à præfato principe capite iuſſa eſt puniri. Ciuitate Bononia, Hermetis, Aggæi & Caij
3 r *martyrum. Lingonis, ſancti Gregorij epiſcopi & confeſſoris.* q *cuius geſta habentur. Ipſo die, natalis ſancti Rigo-*
†*Surius pag. III.* *berti* †, *Remenſis archiepiſcopi, & confeſſoris. Gandaui*, p *natali ſanctæ Pharaildis virginis.* g *Die quarta, ſancti*
Theoctiſti ducis † *in Cucumo.*

Fortè monachorum. id eſt abbatis. ¶ *& congregatio ſanctorum ſeptuaginta Apoſtolorum.*

Tuderti Tuſciæ, ſancti Rogerij confeſſoris, Ordinis Minorum. Cuius memoria ibidem celebratur, conſenſu Gregorij noni.

ANNOTATIONES.

1 Titi meminit Apoſtolus ſcribens ad eum / 21. Cor. 2. 7. 8. 12 / Gal. 2 / 2. Timoth. 4/ Euſebius 3. hiſt. eccl. Cap. 4/ I
Appendix Græci ad Hieronymi catalogum capite 12.

2 De Priſco, Priſcilliano, Benedicta, & Dafroſa, geſta Pigmenij & Bibianæ MS.

3 Gregorij Lingonenſis vitam ſcribit ſanctus Gregorius Turonenſis de vita patrum Galliæ, capite, ſiue, vt ipſe loquitur, libro ſeptimo. De eodem idem libro 3. hiſt. Francorum cap. 19. & epitaphium MS. ſancti Fortunati epiſcopi.

5. Ioan. E

Nonis Ianuarij, luna

16. 28. 9. 20. 1 / 12. 23. 4. 15. 26 / 7. 18. 29. 10. 21 / 2. 13. 24. 5. r

†*g præfectum Theophania. De Tel. Pontificale c. 9* †VIGILIA *Epiphaniæ Domini.* Romæ, natalis beati Teléſphori papæ, qui ſeptimus poſt beatum Petrum Apoſtolum Pontifex ordinatus, illuſtre martyrium duxit. Apud Antiochiam, ſancti Si-
1 meonis monachi, cuius vita & conuerſatio ſatis extitit admirabilis. *Eodem die, Eduardi regis Anglorum*
2 *& confeſſoris.* g *Die quinta, ſanctorum martyrum Theopempti & Theonæ, & ſanctæ Syncleticæ.*
3 ¶ Apud Traiectum Gerlaci eremitæ, ex milite confeſſoris. Item, vt notat Metaphraſtes, beatæ Apollinaris K
Pag. 115. Surij. virginis †.

ANNOTATIONES.

1 De Simeone. Nicephorus libro 14. Eccl. Hiſt. cap. 51. Simeonis admiranda opera à multis quidem, qui ea oculis ipſi ſuis viderunt, memoriæ prodita ſunt: Cómodè autem & perpulchrè ea Theodoritus Cyri epiſcopus in Dei amantium hiſtoria eſt proſecutus. Citatur à Damaſceno libro 3. contra iconoclaſtas, & in ſeptima ſynodo, actione quarta. Sequitur in Nicephoro, Hiſtoriam quoque eius poſt magnum Theodoritum, optimè ei cognominis Simeó Metaphraſtes conſcripſit. Hic non extat. De eodem Euagrius Hiſtoriæ Eccl. lib. 1. cap. 13. 14 . / libro 6. cap 22.
Th. cap. 26. Philothei.

2 De Eduardo ex catalogo Scriptorum Irytannię. Osbertus de Stoke Clare, Londini, monachus ſancti Petri, dedicauit Alberico legato Innocentij ſecundi, librum vnum de vita Eduardi regis, qui incipit, Reuerendiſſimo domino Alberico Claruit an. 1136. Ealredus (Ethelredum plures vocant) ordinis Ciſtertienſis abbas in Rhieualle diœceſis Eboracenſis, ſcripſit vitam Eduardi regis libris duobus. Incipit, Multis veterum ſtudio fuiſſe / & carmine, Cum tibi

Laurenti

A Laurenti cogar patére/ De miraculis D. Eduardi incipiendo, Rebus humanis exemptus. Cl. an. 1164. Hiſtoria autem Eduardi impreſſa tomo 1. Surij, habet titulum ſancti Ealredi in MS. exemplari Rubeæ vallis. Cui etiam Surius ſubiecit eiuſdem canonizationem per Alexandrum ſucceſſorem Innocentij.

3 Synclerices vitam, Auctore Athanaſio Alexandrino epiſcopo, citat Nicephorus lib. 8. Hiſt. cap. 40.

Octauo Idus Ianuarij, Iuna

17. 29. 10. 21. 2 / 13. 24. 5. 16. 27 / 8. 19. 30. 11. 22 / 31. 3. 25. 6. 6. Ian. F

EPIPHANIA Domini. *qua manifeſtari cœpit gentibus, cum eum Magi adorauerunt, Melchior, Baltazar & Iaſpar. Simul hoc die Eccleſia gratam memoriam celebrat baptiſmi eius ſacri, & primi omnium miraculorum Chriſti, ac ſub illo cæterorum, quibus celebriter manifeſtata fuit ipſius diuinitas.* In territorio Remenſi, paſſio- 1 Matth. 2.
ſanctæ Macræ virginis. quæ iubente Rictiouaro præſide, cum in ignem eſſet præcipitata, & perman- Matth. 3.
ſiſſet illæſa, deinde mamillis abſciſſis, & ſqualore carceris afflicta, ſuper teſtas etiam acutiſſimas ac Ioan. 2.
prunas volutata, orans migrauit ad Dominum. Redonis, ſancti Melanij epiſcopi & confeſſoris, *De Mela. Tur. in glo. conf. cap. 55.*
B qui poſt ſigna virtutum, iugiter intentus cœlo, migrauit à ſæculo. *Apud Famaguſtam ciuitatem Cypri,* 2
beati Petri Thomaſij, patriarchæ Conſtantinopolitani, doctoris percelebris, Ordinis Carmeli profeſſoris, qui poſt plures de ſacræ Crucis inimicis victorias, poſtque plures conſcriptos libros, ac patrata miracula, die ac hora à ſe præſignatis, fideliter obdormiuit. Ciuitate Florentia, beati Andreæ Carmelitæ, præſulis Feſulani, odore virtutifero longè latéque fulgurante ſplendeſcentis. 3

¶ Barcinone, beati Raimũdi confeſſoris, tertij magiſtri Ordinis Prædicatorũ: qui licet non ſit canonizatus, eius 4
tamen feſtiuitas ex conſenſu Pauli quarti à Barcinonenſibus celebratur poſtridie Epiphaniæ Domini.

Delphis in curia Beghinarum, obitus venerabilis Gertrudis de Ooſten, cuius vita habetur. † Antiquitus, annun- † *Ms. prolixè.*
tiatio diei Paſchatis per diaconum.

ANNOTATIONES.

1 In epiphaniorum ſeu manifeſtationum Chriſti Euangelicum feſtum extant Homiliæ & doctiſsimi Commentarij tam Patrum, quàm recentiorum. De eodem feſto, Ordo Romanus pag. 21/ Alcuinus pag. 39./ Canus, lib. 11. locorum cap. 3. obiectione 4. 5. & 6. quibus reſpondet cap. 5.

C 2 Petri Thomæ, ſiue Thomaſij, vitam ſcripſerunt, Philippus Mazerius Cancellarius regis Cypri, & Ioannes Fauentinus, nondum impreſſi.

3 Andreæ verò Corſini vita, qui Feſularum fuit prope Florentiam epiſcopus, doctè & eleganter conſcripta eſt apud Surium, pag. 143.

4 Item Raimundi breuiter ex Leandro Bononienſi, de illuſtribus viris Ordinis Prædicatorum.

Septimo Idus Ianuarij, Iuna

18. 30. 11. 22. 3 / 14. 25. 6. 17. 28. / 9. 20. 1. 12. 23. / 4. 15. 26. 7. 7. Ian. G

RELATIO pueri Ieſu ex Ægypto. Eodem die, beati Luciani Antiochenæ eccleſiæ presbyteri Matth. 2.
& martyris: qui ſatis clarus doctrina & eloquentia. paſſus eſt Nicomediæ ob confeſſionẽ Chriſti, ſub perſecutione Maximini, ſepultúſq; eſt Helenopoli Bithyniæ. Apud Antiochiam, ſancti Cleri diaconi: qui pro confeſſionis gloria ſepties tortus, & in carcere diu maceratus, ad vltimum decollatus, martyrium conſummauit. Ciuitate Heraclea, Felicis & Ianuarij. r *Ipſo die, ſancti Iuliani. Item* 2
D *Papiæ Criſpini epiſcopi & confeſſoris.* q *Ipſo die, ſancti Kanuti, ducis Daciæ & martyris, filij Erici regis, qui* 3
paſſus eſt anno milleſimo centeſimotrigeſimo. Solenniaco monaſterio, beati Stilonis monachi.

¶ Patauij, beatiſſimi Valentini, epiſcopi Rhætiarum. Tremoniæ diœceſi Agrippinenſi, traſlatio ſancti Reinoldi 4
monachi: qui à lapicidinis, quibus erat præfectus, Coloniæ martyriũ eſt perpeſſus. Inde Tremoniam trãſlatus, cum *Ex Rein. hiſtoria, parte 2. Legendæ.*
ab archiepiſcopo Colonienſi Tremonienſes ſibi corpus alicuius ſancti dari poſtularent, quò eorum terra reuerentior eſſet, & ab hoſtibus ſecurior.

ANNOTATIONES.

1 De Luciano, Euſebius libro 9. cap. 5. 6. Rufini/ libro 8. cap. 25. quod eſt 14. Rufini/ Hieronymus de viris illuſtribus, cap. 87/ Metaphraſtes pag. 148. Surij. De alio Origenes libro 2. in Iob.

2 De Criſpino Euodius, ſiue Enodius epiſcopus, in vita S. Epiphanij tom. 1. Surij, pag. 527.

3 Kanuti huius martyriũ ſcribit Saxo Grãmaticus libro decimotertio hiſtoriæ Danorũ, ad Voldemerum regem.

4 Valentini MS. vita incipit, In ciuitate Pãtauiẽſi inuentum eſt ſub noſtro æuo corpus ſanctiſſimi venerandi confeſſoris Chriſti Valentini epiſcopi, teinporibus Caliſti papæ, anno Dominicæ incarnationis 1090.

E 8. Ian. A

Sexto Idus Ianuarij, luna

19. 1. 12. 23. 4 / 15. 26. 7. 18. 29. / 10. 21. 2. 13. 24. / 5. 16. 27. 8.

NEAPOLI Campaniæ, natale ſancti Seuerini. qui Seuerinus poſt multarum virtutum perpe- 1
trationem, plenus ſanctitate quieuit. Beluaci, ſanctorum martyrum, Luciani presbyteri Maximiani & Iuliani: quorum Maximianus & Iulianus primò à perſecutoribus gladio puniti ſunt: de- p *patronæ noſtræ.*
inde beatus Lucianus poſt nimiam cædem, cum Chriſti nomen viua voce confiteri non timuiſſet, † p *eius*
priorum ſententiam & ipſe excepit. Eodem die, ſancti Eugeniani martyris. *Vita Gudilæ extat pag. 165 Surij.*

Auguſtoduni, depoſitio ſancti Egmonij, epiſcopi & confeſſoris. Apud Bruxellam, p *depoſitio ſanctæ Gudilæ virginis:* * *cuius ſacri corporis reliquiæ* † *ibidem venerantur.* q *Ad cuius tumulum apud Ham Brabantiæ tempore*

hiberno populus arbor ſine manibus putantium mox excreuit, & virens vt nemus fronduit. Quorum vtrunque fecit Deus, officio quo nouit & voluit: & poteſtate qua valuit, in teſtimonium eiuſdem virginis, in domo domini vt palmæ florentis. Trecas, ſancti Frodoberti Abbatis. Ratiſponæ, beati Erardi pontificis & confeſſoris. r *Metis ciuitate, ſancti Patientis epiſcopi & confeſſoris. Eodem die, ſancti Maximi, Papienſis epiſcopi & confeſſoris.* F
g *Die octaua, ſanctæ matris Domnicæ: & ſanctorum patrum Georgij Chozebiſti, & AEmiliani confeſſoris.*
2 ¶ Eodem die, beati Laurentij Iuſtiniani.

ANNOTATIONES.

1 De Seuerino Noricorum apoſtolo. Iſidorus de viris illuſtribus cap. 14. Eugippius abbas, ad quendam Paſchaſium diaconem, libellum de vita ſancti Seuerini monachi tranſmiſſum, breui ſtylo compoſuit, pag. 153. Surij. De eodem Lazius, in commentariis Reip. Romanæ, lib. 12. cap. 7. In Vſuardo expunxi ea verba, [epiſcopi & confeſſoris, fratris beatiſsimi Victorini martyris.] Hunc enim Ado habet Nonis Septembris. Seuerinū verò Noricorum apoſtolum hoc die obiiſſe, & Neapolim tranſlatum eſſe, conſtat ex Eugippio, qui vtrunque habet, & ex Paulo diacono, qui poſterius aſſerit lib. 1. de geſtis Longobardorum, cap. 12. Quare Vſuardo addita putarim quæ expunxi: aut ipſum errando duos Seuerinos confudiſſe.
2 De Laurentio. Tritthemius de ſcriptoribus eccleſiaſticis. Laurentius Iuſtinianus Venetus patriarcha claruit, An. 1410. Ad cuius tumbam Venetiis multa miracula diuinitus fiunt. Eius vitam Bernardus Iuſtinianus, nepos ipſius luculenter deſcripſit. Editus eſt cum operibus patrui ſui. G

9. Ian. E

Quinto Idus Ianuarij, luna

20. 2. 13. 24. 5./ 16. 27. 8. 19. 30./ 11. 22. 3. 14. 25./ 6. 17. 28. 9.

1 APVD Antiochiam, ſub Dioclitiano & Maximiano, natalis ſanctorum Iuliani & Baſiliſſæ virginis, vxoris eius: quorum miræ paſſiones leguntur. b *Hi ſanctiſſimo voto caſti coniuges, carnem ſuam virginem Chriſto ſeruantes, monaſteria de rebus ſuis inſtituerunt, vt ad decem millia monachorum pater beatus Iulianus fieret: Baſiliſſa verò multarum virginum mater.*

Ex quorum etiam collegio venerabilis multitudo ſacerdotum & miniſtrorum Eccleſiæ Chriſti, igne cremata eſt, quæ ad eos confugerat propter immanitatem perſecutionis. Poſt quos Antonius presbyter, Anaſtaſius, & Celſus puer, vna cum matre, atque alij plures paſſi ſunt. In Mauritania Cæſarienſi, ſanctæ Martianæ, virginis & martyris. Apud Smyrnam, ſanctorum, Vitalis, Reuocati & Fortunati. *In Cantia, Adriani abbatis & confeſſoris. In Nortmannia depoſitio beati Vvaningi confeſſoris, hic nobile monaſterium Fiſcanenſe fundauit, & Leodegarium exulem fouit.* H

De Adriano Beda l. 4. hiſtor. cap. 1. 2. & 21.

ANNOTATIO.

1 Iuliani, Baſiliſſæ, & reliquorum miræ paſſiones habent ſub initium, Nos qui noſtris oculis vidimus, Martyrum facta conſcribimus: apud Metaphraſtem & Surium pag. 193.

10 Ian. C.

Quarto Idus Ianuarij, luna

21. 3. 14. 25. 6./ 17. 28. 9. 20. 1./ 12. 23. 4. 15. 26./ 7. 18. 29. 10.

Act. 6. APVD Cyprum, beati Nicanoris, diaconi de ſeptem primis: qui gratia fidei & virtute admirandus, glorioſè coronatus eſt. In Thebaïde, natalis beati Pauli primi eremitæ. *Sed transfertur poſt Octauas Epiphaniæ, ad diem decimumquintum menſis eiuſdem.* 1 *Bituricas, natalis ſancti Guilelmi eiuſdem vrbis archiepiſcopi, vita & miraculis glorioſi.* g *Die decima, ſancti Domitiani epiſcopi Melitinæ. Et ſancti Marciani presbyteri & œconomi magnæ eccleſiæ.* I

De Mar. Metaph. pag. 215.

ANNOTATIONES.

1 Guilelmi Bituricenſis vita MS. extat in Rubra valle, ſuppreſſo nomine auctoris. Quem tamen ex ipſa hiſtoria conſtat Bituricenſem fuiſſe, & aliquos bonæ memoriæ vidiſſe, qui ipſi proteſtati ſunt, ſeſe à ſancto Guilelmo ſanatos eſſe. Inde ſuum compendium habet Surius pag. 223.
2 De Domitiano Euagrius lib. 6. Hiſt. Eccl. cap. 17.

11. Ian. D

Tertio Idus Ianuarij, luna

22. 4. 15. 26. 7./ 18. 29. 10. 21. 2./ 13. 24. 5. 16. 27./ 8. 19. 30. 11.

Teſtatur idē Poſidius c. 3. & vlt. Indiculi. IN Africa, natalis ſancti Saluij: In huius natali ſanctus Auguſtinus verbum fecit ad populum Carthagini*. Apud Alexandriam, ſanctorum confeſſorum, Petri, Seueri, Leucij: quorum geſta habentur. r *Eodem die ſancti Hyginij papæ (& martyris), hic compoſuit clerum, & diſtribuit gradus.* q *Vigoriæ, ſancti Eguini epiſcopi & confeſſoris.* g *Die vndecima, ſancti patris Theodoſij cœnobiarchæ.* K
1
2 Coloniæ, obitus Iaſparis, tertij regis: feſtum duplex.
3 Cæſareæ Paleſtinæ, ſancti Petri aſcetæ, id eſt, religioſi, ſiue monachi: qui ſæpe rogatus vt adoleſcentiæ ſuę parceret, eorū exhortationibus neglectis, per ignem velut aurum puriſsimū, fidem in Chriſto excelſo animo probauit.

Lib. 8. Hiſt. Eccl. cap. 20. Euſebij.

ANNOTATIONES.

1 De Hygino, Pontificale capite ſiue pontifice 10. & Onuphrius ad Platinam. Martyris titulo honoratur, vt alij nonnulli, quia pro Chriſti confeſsione multa paſſus eſt.

2. De

A 2 De Eguino, Catalogus Scriptorum Britanniæ habet Brituualdum Glaſconium Cantiorum epiſcopum ſcripſiſſe vitam Eguini Vvicciorum pontificis: obiiſſe anno 731. De eodem, Legenda ſanctorum Angliç.
3 Theodoſij cœnobiarchæ ſanctam vitam ſcribit hoc die prolixè Simeon Metaphraſtes.

Pridie Idus Ianuarij, luna

23. 5. 16. 27. 8./ 19. 30. 11. 22. 3./ 14. 25. 6. 17. 28./ 9. 20. 1. 12.

12. Ian. E

APud Achaiam, natalis beati Satyri martyris: qui tranſiens ante quoddam idolum, cum exuſflaſſet illud, ſignans ſibi frontem, ſtatim corruit: ob quam cauſam decollatus eſt.
Eodem die, ſancti Arcadij martyris, genere & miraculis clari. *Vvirimudæ in Anglia, ſancti Benedicti primi abbatis. Item, ſancti Ioannis epiſcopi Hieroſolymitanæ eccleſiæ, Ordinis Carmeli profeſſoris.* g *Die duodecima, ſanctæ martyris Tattianæ.* 1 2
¶ *Plebs Ithacia ſuum pridie recolit Cyriacum.* *Vvandel.*

ANNOTATIONES.

B 1 Arcadii paſſionem, ex ſermonibus Zenonis Veronenſis epiſcopi, habet Surius pag. 259.
2 De Benedicto Anglo, Beda ad finem hiſtoriæ Anglorum. Scripſi hiſtoriam abbatum monaſterij Apoſtolorum Petri & Pauli, in quo ſupernæ pietati deſeruire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi & Vvertberti, in libellis duobus. Hi nondum impreſſi ſunt, ſed tantùm Bedæ homilia in natalem eius, tomo 7. in parte hiemali de Sanctis.

13. Ian. F

Idibus Ianuarij, luna

24. 6. 17. 28. 9./ 20. 1. 12. 23. 4./ 15. 26. 7. 18. 29./ 10. 21. 2. 13. r

OCtaua Epiphaniæ. Romæ, via Lauicana, coronæ militum quadraginta: quas ſub Galieno imperatore pro confeſſione veræ fidei percipere meruerunt. Pictauis ciuitate, natalis ſancti Hilarij epiſcopi & confeſſoris. *Differtur in diem ſequentem.* Remis metropoli, depoſitio ſancti Remigij epiſcopi & confeſſoris eximiæ virtutis. Cuius ſanctitatis præconium, merito credulitatis ſuæ, gens Francorum debitæ venerationis cultu celebriter recolit. r *Ipſo die Verſiaco, ſancti Viuentij confeſſoris.* *De Rem. Cal. Octobr.*
C q *Treuiris, beati Agritij epiſcopi & confeſſoris: hic dum eſſet patriarcha Antiochenus per beatam Helenam, ob roborationem fidei Catholicæ, ad eandem vrbem tranſmiſſus eſt.* b *Apud Viennam, ſancti Veri † epiſcopi: qui præſedit eccleſiæ poſt ſanctum Euantium.* g *Die decimatertia, ſanctorum martyrum Hermyli & Stratonici.* *Ado An. 583.* 2
¶ In Scotia, ſancti Kentegerni, epiſcopi Glaſcoënſis, & confeſſoris. In territorio Leodienſi, obiit Iuëta recluſa, vidua valde ſancta. 3 4

ANNOTATIONES.

1 De Agritio indicant Pandectæ vniuerſales per Lambertum de Legia.
2 Hermyli & Stratonici martyrium habet Simeon Metaphraſtes pag. 260.
3 De Kentegerno ex catalogo Scriptorum Britanniæ. Aſaphus epiſcopus (vnde Aſaphenſis diœceſis appellatur) compoſuiſſe dicitur vitam magiſtri ſui Kentegerni: claruit Anno 590.
4 Iuëtæ vita extat MS. auctore Hugone Floreffienſi, ad dominum Ioannem Floreffiæ abbatem, qui eam ſepeliuit. Anno 1227.

Decimonono Calendas Februarij, luna

25. 7. 18. 29. 10./ 21. 2. 13. 24. 5./ 16. 27. 8. 19. 30./ 11. 22. 3. 14.

14. Ian. G

D PIctauis ciuitate, natalis ſancti Hilarij epiſcopi & confeſſoris: qui ob Catholicam fidē quadriennio apud Phrygiam relegatus, inter alias virtutes fertur quòd mortuum ſuſcitauerit. Apud Nolam Campaniæ, natale ſancti Felicis presbyteri ac confeſſoris: de quo ſcribit beatus Paulinus epiſcopus, quia cum à perſecutoribus in carcerem mitteretur, & cochleis ac teſtulis vinctus ſuperpoſitus iaceret, per noctem ab Angelo ſolutus atque eductus ſit. Eodem die, ſancti Euphraſij epiſcopi. *Apud Spoletum* p *Paſſio ſancti Pontiani martyris pretioſi, temporibus Antonini Imperatoris, ſub iudice Fabiano. Cuius reliquiæ habentur in Traiecto inferiori.* b *Apud Viennam, ſancti Caldeoldi epiſcopi.* g *Die decimaquarta, ſanctorum patrum in Syna & Rhaithi interfectorum.* 1 2 *Natali 4. in editione Plantini.* 2, 3 4
¶ Mediolani ſancti Datij epiſcopi: de quo in dialogis beati Gregorij. Hic ponitur; cum pluribus eius loci epiſcopis, in Litaniis Eccleſiæ Mediolanenſis. *Lib. 3. c. 4.*

ANNOTATIONES.

1 De Hilario, Gregorius Turonenſis de gloria confeſſorum, cap. 2. Ad Hilarij ſepulchrum beatum, multæ quidē
E virtutes oſtenſæ narrantur, quas liber vitæ eius continet. Liber vitæ eius, poſterior videlicet. Vterque extat ad Paſcentium papam, auctore Fortunato Pictauorum epiſcopo. pag. 264. Surij.
2 De Felice. Beda in fine hiſtoriæ Anglorum. Librum vitæ & paſſionis ſancti Felicis cofeſſoris de metrico Paulini opere in proſam tranſtuli, tomo tertio. Idem fecit Marcellus presbyter, ad dominum atque in Chriſto florentiſsimum Leonem Nolanum epiſcopum MS. meminit eiuſdem confeſſoris Auguſtinus epiſt. 137./ de cura pro mortuis cap. 16. Item Ado in Martyrologio.
3 Pontiani martyrium ſcribunt Vſuardus, & latius Ado 19. die Ianuarij, ex ipſius paſsione, pag. 305. Surij.
4 De eremitis in Syna & circumcirca interfectis, Nilus monachus apud Metaphraſtem, pag. 312.

15. Ian. A

Decimooctauo Calendas Februarij, luna

26. 8. 19. 30. 11./ 22. 3. 14. 25. 6./ 17. 28. 9. 20. 1./ 12. 23. 4 15.

IN Thebaide, natalis beati Pauli primi eremitæ: cuius animam inter Apoſtolorum & propheta- 1

g *Albacum.* tum choros ad cœlum ferri ab Angelis sanctus Antonius vidit. In Iudæa, * Abacuc & Michææ F
2 prophetarum: quorum corpora sub Arcadio imperatore, diuina reuelatione ne reperta sunt. Apud
3 Ægyptum, beati Macarij abbatis, discipuli beati Antonij, vita & miraculis celeberrimi. Item san-
4 cti Isidori, sanctitate vitæ fidéque ac miraculis præclari. Ciuitate Aruernis, sancti Boniti episcopi
5 & confessoris, cuius vita virtutibus refulsit. In territorio Andegauensi, sancti Mauri abbatis, &
Greg. 2. dial. cap. 7. *confessoris atque Leuitæ,* r *discipuli sanctissimi Benedicti: cuius disciplinis ab infantia eruditus, quantum in iisdem profecerit, inter nonnulla quæ apud eum positus gessit, (res noua & post Petrum inusitata) etiam super aquas pedibus incedens patefecit: dehinc in Gallias ab ipso directus, miraculorum gloria clarus, in pace quieuit.* q *Cuius corpus*
6 *iuxta Parisium vrbem magnificè collocatum, honoratur & colitur. Item, celebratio dulcissimi nominis Iesu. Eodem die Malbodij, depositio beati Ableberti, seu Emeberti, Cameracensis episcopi: qui sanctum Autbertum in Camera-*
7 *censi episcopatu præcessit.* g *Die decimaquinta, sancti patris Ioannis calybitæ.* q *Cuius pretioso capitis thesauro vrbs Chrysopolitana incomparabiliter ditatur.*

ANNOTATIONES.

1 De Paulo Thebæo, Hieronymus de viris illustribus cap. vltimo. Scripsi vitam Pauli monachi: in fine tomi primi. G
Quam cum omni honore suscepit Concilium Gelasij, & septuaginta episcoporum.
2 Abacuc & Michææ inuentionem scribit Cassiodorus lib. 9. tripartitæ historiæ cap. 49. ex Sozomeno lib. 7. c. 28.
3 De Macariis & Isidoro, Rufinus lib. 11. hist. eccl. cap. 4./ Socrates lib. 4. cap. 18./ Sozomenus lib. 3. cap. 13./ Cassiodorus lib. 7. cap. 39. lib. 8. cap. 1.
4 Boniti Aruernorum, siue Claromontensis episcopi, vita cum non extaret, beatissimi patres Adelphius & Eucherius eam describi iusserunt. Extat paraphrastice, omissa ad eos præfatione. pag. 352. Surij.
5 De Mauro, Sigibertus Gemblacensis de viris illustribus cap. 13. Faustus discipulus sancti Benedicti, ab ipso Benedicto missus ad Gallias, cum Mauro eius monacho, vitam Mauri monachi descripsit. Quam papa Bonifacius sua sancta authoritate approbauit, vt habet prologus ipsius Fausti, pag. 337. Surij. Habet etiam Rubra vallis epistolam Odonis primi abbatis Glannafolij in territorio Cenomanensi, cum libro de inuentione & translationibus sancti Mauri.
6 De nomine Iesu, ordinationem festi & officij per Clementem septimum, cum annotatione indulgentiarum ab eo concessarum anno 1530. excudebat Antuerpiæ Michael Hillenius Ann. 34. vnico octernione. Est & apud Bernardum de hoc nomine iubilus, & super Cantica sermones 14. & 15.
7 Ioannes, qui calybam siue tugurium inhabitauit, patriâ fuit Romanus: hoc est, vt arbitror, Constantinopolitanus. Scribunt de eo Metaphrastes hac die & Breuiarium Bisontinæ ecclesiæ, quæ vrbs etiam Chrysopolis dicitur. H

16. Ian. B

Decimoseptimo Calendas Februarij, luna
27. 9. 20. 1. 12./ 23. 4. 15. 26. 7./ 18. 29. 10. 21. 2./ 13. 24. 5. 16.

1 ROMAE, via Salaria, natale sancti Marcelli papæ: qui ob catholicæ fidei defensionem iubente Maximiano tyranno, primò fustibus cæsus, deinde ad seruitium animalium cum custodia publica deputatus, post multos annos ibidem seruiendo amictu indutus cilicino, defunctus est. Apud Arelaten, beati Honorati episcopi: cuius vita, doctrina & miraculis illustris fuit. Itē ciuitate Odo-
2 bergia sancti Ticiani, episcopi & confessoris. Perona monasterio, sancti Furfei confessoris: *cuius*
3 *gesta habentur.* r *Eodem die apud Marochium, passio beatorum martyrum, Berardi, Petri Accursij, Adiuti &*
Ottonis, q *de Ordine Minorum: qui zelo diuino succensi, & flagrantes amore martyrij, cum ad prædicandum*
4 *Christi Euangelium ad partes infidelium transfretassent, a rege Marochij pro Christi nomine martyrio coronati sunt. Quorum venerandas reliquias dominus Petrus Infans, a Marochio detulit, & in monasterio sanctæ Crucis de Colim-* I
bria veneranda liter collocauit. r *Romæ sanctæ Priscillæ.* †

De qua forte Gesta Marcelli. ¶ q *cuius Paulus meminit in Actibus Apostolorum.* g *Die decimasexta adoratio pretiosæ catenæ sanctissimi & benedictissimi Apostoli Petri.*

Act. 18. 5 p *Ipso die, inuentio corporis beatissimi Foillani martyris, in Ampolin.* †

Vita Gertrudis lib. 2. c. 11.

ANNOTATIONES.

1 Gesta Marcelli papæ habet Surius pag. 361. quæ per Romanæ ecclesiæ Notarios conscripta in Martyrologiis frequentissimè citantur, & ab Amalario antiphonarij 28. capite. De eodem Pontificale cap. 31. Vrsio notabitur 5. Iduum Septembris.
2 De Honorato sanctus Isidorus de vitis illustribus capite 16. Hilarius Arelatensis episcopus scripsit vitam prædecessoris sui, sanctissimi ac venerabilis Honorati, suaui ac præclaro præditam eloquio. Idem Beda testatur quinta die Maij, verbis Gennadij: nondum tamen est excusa: sed alia, Parisiis libris tribus, longè inferioris auctoritatis.
3 De Furseo confessore, & fratribus eius, Foillano & Vltano, prolixè Beda lib. 3. Historiæ cap. 19. vbi in fine capitis concludit, Quæ cuncta in libello eius sufficientius, & de aliis commilitonibus ipsius, quisquis legerit, inueniet, K
verbatim videlicet apud Surium, pag. 365. nō tamen de aliis commilitonibus. Quare putarim libellum de vita Furfei excusum, non integrè prodiisse.
4 Quinque minorum passio habetur in Breuiario Minorum antiquato, in Officio quod edidit Ioannes Tisserandus, Ordinis eiusdem Doctor Theologus, & pag. 372. Surij.
5 Petri Apostoli catenarum & gladij laudationem, habet Metaphrastes 16. Ianuarij to. 7. Aloysij.

17. Ian. C

Decimosexto Calendas Februarij, luna
28. 10. 21. 2. 13./ 24. 5. 16. 27. 8./ 19. 30. 11. 22. 3./ 14. 25. 6. 17.

1 APVD Thebaidem, beati Antonij monachi: b *qui sine vlla scientia literarum, Scripturas diuinas & memoriter audiendo intellexisse, & prudenter cogitando, tenuisse prædicatur:*] *multorúmque monachorum pater,*

A *pater, vita præclarissimus vixit.* Cuius corpus sub Iustiniano imperatore, diuina reuelatione Alexandriam delatum est, atque in ecclesia sancti Ioannis Baptistæ humatum. Lingonis, natale sanctorum geminorum Speusippi, Eleusippi, & Meleusippi: qui cum essent vigintiquinque annorum, cum auia
2 sua Leonilla, & Ionilla, & Neone, martyrio coronati sunt tempore Aureliani † imperatoris. a *Turbon autem scribens victorias confitentium Dominum, non post multum temporis martyrium perpessus est.* Biturigas ciuitate, depositio sancti Sulpitij episcopi, cuius vita & mors pretiosa, gloriosis miraculis com-
3 mendatur. *Eodem die sancti Genulphi primi episcopi Cathurcensis, & confessoris.*

¶ Ipso die, obiit Theodosius imperator Mediolani: in cuius mortem orationem habuit sanctissimus antistes Ambrosius, in celebritate quadragesimi diei obitus ipsius, Honorio principe, filio eius, assistente. tomo 3.

Aug. in præf. de doct. Christiana.

id est Aurelij.

ANNOTATIONES.

1 De Antonio. Hieronymus de viris illustribus cap. 98. Antonij monachi vitam Athanasius Alexandrinus episcopus insigni volumine prosecutus est:] qui ad præbendam ei aquam non paululum temporis cum eó fuit. Ibidem Hieronymus cap. 135. Euagrius Antiochiæ episcopus, vitam beati Antonij de Græco Athanasij in nostrum sermo-
E nem transtulit, pag. 381. Surij. De eodem Augustinus lib. 8. confessionum/ Chrysost. homil. 8. in Matth. sub finem/ Cassiodorus lib. 1. tripart. cap. 11. ex Sozomeno lib. 1. cap. 13./ Rufinus, 10. hist. eccl. cap. 8./ & 11. cap. 7./ Theodoritus lib. 4. cap. 27. al. 25./ & alij.
2 Tergeminorum passio à Neone primùm conscripta, (is enim, Adone teste, exceptor erat gestorum) incipit pag. 376. Surij, Sancto & à me pontificali apice præferendo Ceranno papæ Vvariharius. Fuit autem hic sanctus Ceannus, Parisiorum episcopus circa annum 610.
3 De Sulpitio. Hic non est Seuerus, sed Pius, cui sanctus Gregorius Turonicus dedicauit historiam de septem dormientibus in Maiorimonasterio. Vitam à contemporaneo scriptam esse indicant ea verba, Quantum eorum relatione cognoui, qui ei à pueritia vsque in tempora nostra comites ministríve fuerunt. *pag. 411. Surij*

1 2 3 4 5

Decimoquinto Calendas Februarij, luna 18. Ian. D
29. 11. 22. 3. 14./ 25. 6. 17. 28. 9./ 20. 1. 12. 23. 4./ 15. 26. 7. 18.

C * CAthedra sancti Petri Apostoli, qua Romæ primùm sedit. Et passio sanctæ Priscæ virginis. Apud Pontum, natale sanctorum martyrum Mosei & Ammonij: qui cum essent milites, primò ad metalla deputati, nouissimè igni traditi sunt. r *Ipso die, sanctæ Liberatæ virginis.* q *Turonis, natalis sancti Volusiani, septimi archiepiscopi. Ibidem, depositio sancti Leobardi confessoris. Ciuitate Aruernis sancti Venerandi episcopi & confessoris. Eodem die, sancti Deicolæ, abbatis Sutrensis discipuli beati Columbani.*

al. Dedicatio. 1 2 3 4 5

ANNOTATIONES.

1 De festo cathedræ Petri Romæ, Onuphrius in Paulo quarto. Mendacissimam legendam quam Illyricus confinxerat de papatu Petri, confutat D. Iudocus Tiletanus, in fine Apologiæ contra Illyricum.
2 Priscæ passio MS. habetur, vt mihi apparet, per Notarios S. R. Eccl.
3 Volusiani meminit Greg. Turonensis libro 10. historiæ cap. 31. in catalogo episcoporum.
4 Leobardi verò, de vita Patrum Galliæ, cap. vltimo.
5 Venerandi denique lib. 2. hist. Francorum cap. 13.

Decimoquarto Calendas Februarij, luna 19. Ian. E
D 1. 12. 23. 4. 15./ 26. 7. 18. 29. 10./ 21. 2. 13. 24. 5./ 16. 27. 8. 19.

1 VIA Cornelia, sanctorum martyrum Marij & Marthæ, cum filiis suis Audifax, & † Abacuc, nobilium de Persida: qui ad orationem venerant Romam temporibus Claudij Principis. E quibus, post toleratos fustes, equuleum, ignes, vngues, manuum præcisionem, Martha in nympha necata, cæteri sunt decollati: & corpora eorum incensa. *Horum celebritas vno die præuenitur, quia dies passionis eorum, martyrio sanctorum Fabiani & Sebastiani solummodo deputatur.*

al. Abachū.

In Smyrna natalis sancti Germanici martyris: qui † sub Marco Antonino & Lucio Aurelio, per gratiam virtutis Dei, metum corporeæ fragilitatis excludens, sponte præparatam sibi bestiam pro-
E uocauit: cuius dentibus comminutus, vero pani, id est, Domino Iesu Christo, pro ipso moriens, meruit incorporari. Apud Spoletum, *translatio* sancti Pontiani martyris, temporibus Antonini imperatoris: quem iudex pro Christo vehementissimè virgis cæsum, iussit super carbones nudis pedibus ambulare: à quibus nil læsus, equuleo & vicinis ferreis iussus est suspendi, & sic in carcerem trudi vbi angelica visitatione meruit confortari: post quæ plumbo feruente perfusus, tandem gladio percussus est. a *Consummauit autem martyrium suum decimonono Calendarum Februariarum: decimoquarto verò Calendarum Februarij, sacrum corpus eius mutatum est.* q *Monasterio † Corbionis, in pago Dorcasino sancti Launomari presbyteri: cuius præclara gesta habentur. Eodem die Baiocas, beati Contexti episcopi & confessoris. In Anglia sancti Vvolstani, episcopi Vvigornensis, & confessoris.*

† *Vt scribit Myrnensis Ecclesia, 4. hist. Eccl. c. 14 15. Rufini.* 2 *al. Torb.* 3 *Meminit Paulinus sub fine vitæ Ambrosij. De Henrico Magnus l. 19 hist. Goth. cap. 3.*

r *In Laude ciuitate, sancti Bassiani,* † *episcopi & confessoris.*

¶ In Suetia, beati Henrici archiepiscopi Vpsalensis, & martyris anno millesimo cētesimo quinquagesimoprimo, qui conuertit Finlandos.

ANNOTATIONES.

1 Marij & Sociorum agonem in Gesta redegerunt Romanæ ecclesiæ Notarij: quæ inscribuntur, Passio Valen-

tini Romani martyris, pag. 981. Surij.
2 Launomari præclara gesta per eius ferè æqualem paraphrasticῶs habet Surius pag. 423. F
3 De Vvolstano ex catalogo Scriptorum Britanniæ. Senatus Brauonius monachus Vvigorniæ, edidit vitam Volstani episcopi. Cl. anno 1170. Eius fragmentum videtur mihi excusum in Legenda Sanctorum Angliæ & apud Surium.

20. Ian.F

Decimotertio Calendas Februarij, luna
2. 13. 24. 5. 16./ 27. 8. 19. 30. 11./ 22. 3. 14. 25. 6./ 17. 28. 9. 20.

al. tredecim 1 ROmæ, natalis beati Fabiani papæ: qui, cũ * quatuordecim annis ecclesiæ præesset, martyrium passus est tempore Decij, & in cœmeterio Calixti sepultus. Eodem die, apud Catacumbas, sancti Sebastiani martyris, qui cum haberet principatum primæ cohortis, iussus est sub titulo Christianitatis à Dioclitiano imperatore ligari in medio campo, ac sagittari à militibus, atq; ad vltimum
Amb. serm. 77. fustigari donec deficeret. 1 *Ciuitate Taurina, sanctorum martyrum Solutoris, Aduentoris, & Octauij.* †
3 q *Lugduno Galliæ sancti Clementis presbyteri.* g *Die vigesima, sancti Sabæ & Theophori patris, Euthymij magni.*
4 ¶ Eodem die, sancti Mauri episcopi Cesennæ ciuitatis, & confessoris, eximiæ sanctitatis viri. Obiit Dagobertus rex Francorum. Constitutum est autem à domino Ioanne abbate & vniuerso capitulo Marcianensi, vt dies anniuersarius eius solenniter celebretur, pro eo quòd idem gloriosus rex & Mathildis regina eius, cum beatam virginem Eusebiam de fonte salutari suscepissent, villam Verniacum, & vinum quod ad vsus nostros de Francia adduceretur, regali munificentia contulerunt. G

ANNOTATIONES.

1 De Fabiano, Pontificale pontifice 21./ Eusebius lib. 6. Hist. Eccl. cap. 22. 27. & 32./ quæ sunt apud Rufinum, 21. 25. 29./ Hieronymus de viris illustribus cap. 64./ Cyprianus epistola 4. & ad Cyprianum 31.
2 Sebastiani celeberrima gesta emisit Liuinus Brechtus, Louanij Anno 1551. & exactius Surius pag. 434. Ex eis veteres Martyrologi multa verbatim transcripserunt, potissimum hac die/ 23. Februarij/ 26. Martij/ 18. Iunij/ 2. 5. 6. & 7. Julij/ & die 11. Augusti. Meminerunt etiam Sebastiani, Ambr. in psal. 118. serm. 20./ Greg. 1. dial. cap. 10./ Paulus diaconus lib. 6. de gestis Longobardorũ cap. 2./ Ado Viennensis ann. 815./ Simeon Metaphrastes to. 5. Aloysij/ & alij.
3 Euthymij & Sabæ gesta scripsit tempore quintę Synodi Cyrillus quidam, Lauræ monachus, valde prolixè pag. 453. Surij.
4 Mauri Cesennatis episcopi historiam scripsit Petrus Dimiani. MS. Louanii. ad S. Martinum. H

21. Ian. G

Duodecimo Calendas Februarij, luna
3. 14. 25. 6. 17./ 28. 9. 20. 1. 12./ 23. 4. 15. 26. 7./ 18. 29. 10. 21.

1 NAtalis beati Publij episcopi: qui secundus post Dionysium Areopagitam, Athenien-
2 sium ecclesiam rexit nobiliter, & præclarus virtutibus, ac doctrina præfulgens ob Christi martyrium gloriosè coronatur. Romæ, passio sanctæ Agnetis, virginis & martyris: p *cuius reliquiæ habentur in Traiecto inferiori:* quæ sub præfecto vrbis Symphronio ignibus iniecta, sed his per orationem
3 eius extinctis, gladio percussa est. In Hispaniis ciuitate Tarracona, sanctorum martyrum, Fructuosi episcopi, Augurij & Eulogij diaconorum: qui tempore Gallieni primò in carcerem trusi, deinde flammis iniecti, exustis vinculis, manibus in modum crucis expansis, orantes vt vrerentur obtinue-
pag. 498. Surij. 4 runt. Trecas, sancti Patrocli martyris. *In insula Augiensis monasterij, Meinradi † eremitæ, & martyris anno octingentesimo sexagesimo.* g *Die vigesimaprima, sancti patris Maximi confessoris & sancti Neophyti. Eadem*
5 *die sanctorum martyrum, Eugenij, Canidij, Valeriani & Acylæ.* I

ANNOTATIONES.

1 De Publio, Act. 28./ hist. Eccl. Eusebij lib. 4. cap. 22./ apud Rufinum 23.
2 Agnetis passionem scribit Ambrosius serm. 90. De eadem Prudentius περὶ στεφάνων hymno vltimo/ sanctus Ambrosius initio libri primi de virginibus/ lib. 1. officiorum cap. 41./ Hieronymus ad Demetriadem de virginitate seruanda/ Damasus in duobus elogiis/ Gregorius homil. 11. & 12. Euangeliorum/ Maximus totidem & alii.
3 De Fructuoso & diaconis eius, Augustinus in sermone (imprimendo) de natali Fructuosi, Augurij, Eulogij, & Agnetis: Audistis persequentium interrogationes, audistis confitentium responsiones, cum sanctorum passio legeretur, ea ipsa quam Surius habet pag. 496. vt liquet ex citationibus Augustini. Iisdem Prudentius scripsit hymnum sextum περὶ στεφάνων.
4 Patrocli martyrium eleganter stylo iam olim descriptum, habet Surius pag. 492. De eodem Gregorius Turonicus, de gloria martyrum cap. 63.
5 Maximus hic fortè est episcopus Hierosolymorum/ de quo Sozomenus lib. 1. cap. 10./ lib. 2. cap. 19.

22. Ian. A

Vndecimo Calendas Februarij, luna K
4. 15. 26. 7. 18./ 29. 10. 21. 2. 13./ 24. 5. 16. 27. 8./ 19. 30. 11. 22.

1 APVD ciuitatem Valenciam, sub Daciano Hispaniarum præside sancti Vincẽtij Leuitæ & martyris: cuius passionis nobilem triumphum conspicuus versificator Prudentius, luculenter versibus exequitur. Sanctus quoque Augustinus eiusdem martyris præconium, quãto sit laudis honore
al. multo. 2 excipiendum, † quodam sermone commendat. Romæ, ad aquas Saluias, sancti Anastasij monachi & martyris: qui post plurima tormenta, carceris, verberum, & vinculorum, quæ in Cæsarea Palæstinæ perpessus fuerat, à Persis postremò multa pœna affectus, atq; ad vltimũ decollatus est, cum aliis
3 septuaginta. In Galliis ciuitate Ebreduno, sanctorum martyrum, Vincentij, Orontij, & Victoris.
4 r *Eodem die, apud Nouariam, depositio sancti Gaudentij, episcopi & confessoris.* q *Papiæ, sancti Epiphanij, episcopi & confessoris.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

A 1 In Vincentij natalem multi extant sermones beati Augustini. In quorum tertio inter alia legitur, Quæ hodie regio, quæve prouincia vlla quousque Christianum nomen extenditur, natalem non gaudet celebrare Vincentij diaconi? & secundo sermone, Cuius cum gloriosa passio legeretur, planè vtilissimam, & fructuosissimam voluptatem oculis interioribus hausimus. Incipit MS. Probabile satis est: cuius initium celebre est in omnium ecclesiarum antiquis Breuiariis: eadémque Simeon metaphrasticè habet pag. 504. Surij. Prudentius ab Vsuardo est indicatus. Rursus de eodem Beda & Ado in matyrologiis/ Bernardus serm. 66. in paruis./ *De diuersis serm. 22. & seqnentes.*
2 De Anastasio, Beda ad finem historiæ Anglorum. Librum vitæ & passionis sancti Anastasij malè de Græco translatum, & peius à quodam imperito emendatum, prout potui, ad sensum correxi. Hanc correctam translationem nondum vidi: sed Metaphrastes martyrium habet 22. die Ianuarij, & septima Synodus, Actione quarta, prolixè Anastasij meminit, tam ex libro vitę, quàm ex libro miraculorum.
3 Vincentij, Orontij & Victoris gesta collegit successor Ætherij antistitis: qui Ebredunensem rexit ecclesiam circa Annum Domini 658. Extant tomo 1. Surij.
4 Epiphanij vitam edidit successor eius sanctus Euodius, vel Enodius, pag. 526. Surij, sed ex exemplari contractiori. Plenius enim extat in Orthodoxographis.

B Decimo Calendas Februarij, luna 23. Ian. B
5. 16. 27. 8. 19./ 30. 11. 22. 3. 14./ 25. 6. 17. 28. 9./ 20. 1. 12. 23.

PHilippis, beati Parmenæ: qui fuit vnus de septem diaconibus. hic traditus gratiæ Dei, a fratribus iniunctum officium prædicationis plena fide consummãs, martyrij gloriam adeptus est. Romæ, natale sanctæ Emerentianæ virginis & martyris. † quæ dum oraret ad sepulchrũ sanctæ Agnetis, ac simul orantes à læsione gentilium defenderet, lapidata est ab eis. In Mauritania, ciuitate Neocæsarea, sanctorum Seueriani & Aquilæ vxoris eius, ignibus combustorum. Apud vrbem Antinoẽum, sancti Asclæ martyris. * qui primò atrocissimè suspendio tortus, deinde flammis lateribus admotis exustus, ad vltimum verò pretiosam Deo animam, in flumẽ præcipitatus, reddidit. *Toleto ciuitate, beatissimi Ildephonsi, episcopi & confessoris. Apud Alexandriã, natale sancti Ioannis patriarchæ viri Dei in compassione & largitate eleemosynarum piissimi. Viennæ Galliæ, sancti Bernardi, * episcopi eiusdem ciuitatis & confessoris, tempore Ludouici Pij. In Burgundia, sancti Maibodi martyris. Et alio loco, passio sanctorum Eugenij & Macarij.*
g *Die vigesimatertia, sancti hieromartyris † Clementis Ancyræ, & sancti martyris Agathangeli.* Act. 6. 1 *Ambros. in pass. Agnetis. Gesta S. Thyrsi 14. Dec. apud Metaph.* 2 *Ado an. 813.* 3 *De vtroque Metaphr.*

C ANNOTATIONES.

1 De Ildephonso scribunt sanctus Iulianus Pomerius pag. 572. Surij./ & Michael Caranza, editus cum libello Ildephonsi de virginitate Mariæ. Vocatur etiam Alphonsus: quam vocem ab Ildephonso corruptam esse testatur Lazius lib. 10. Historiæ De gentium aliquot commigrationibus.
2 De Ioanne eleëmone, Nicena secunda Synodus, actione 4. Leontius in vrbe Cypri Neapoli episcopus; scripsit sancti Ioannis eleemosynarij episcopi Alexandrini vitam. Sigibertus de viris illustribus cap. 104. Anastasius iubente Nicolao papa, transtulit in Latinam linguam vitam Ioannis eleemosynarij, scriptam Græcè à Leontio episcopo. Est impressa cum vitis patrum, & tomo 2. Aloysij. De eodem Metaphrastes, qui videtur illam, quam Leontius conscripsit, longè meliori ordine congessisse, pag. 552. Surij. Itẽ de translatione ad Budam apud Pelbertum Hungarum, in fine Pomerij de Sanctis.
3 De Eugenio & Macario. Annotator in Breuiarium Moguntinum, dicit horum vitam Metaphrastem referre in Artemio, meminisse & Zonaram in Iuliano: licet plures fuerint his cognomines martyres. *Metaphr. 20. Oct.*

Nono Calendas Ianuarij, luna 24. Ian. C
6. 17. 28. 9. 20./ 1. 12. 23. 4. 15./ 26. 7. 18. 29. 10./ 21. 2. 13. 24.

D NAtalis sancti Timothei, discipuli sancti Pauli. Hic ab eodem Apostolo episcopus ordinatus 1
Epheſi post multos pro Christo agones, martyrio coronatus est. Apud Antiochiam, natale sancti Babylæ episcopi & martyris: qui persecutione Decij posteaquam frequenter passionibus suis 2
ac cruciatibus glorificauerat Deum, gloriosè vitæ finem sortitus est in vinculis. b *De quo etiam in decimo ecclesiasticæ historiæ grande narratur miraculum. Nam cum Iulianus Daphnis litaret Apollini, & nulla ex his quæ quærebat, responsa susciperet, causaſque silentij percontaretur à sacerdotibus, responderunt dæmones, Babylæ sepulcrum propè assistere, & ideo responsa non reddi. Tunc ille Galilæos, (hoc enim nomine nostros appellare solitus erat) auferre sepulchrum martyris iubet. Mox igitur Christiani sustulêre arcam martyris, & psallentes in auribus profani principis, per sex millia passuum summis vocibus, & cum exultatione dicebant, Confundantur omnes qui adorant sculptilia.* Referuntur etiam passi cum eo tres paruuli, id est, Vrbanus, Prilidianus, & Epolonus. Neocæsarea ciuitate, sanctorũ martyrum, Mardonij, Musonis, Eugenij, & Metelli: qui omnes igni traditi sunt, & reliquiæ eorum in Axum flumen dispersæ. cap. 35. Austore Rufino. Psal. 96.

E *Aruernis, sancti Artemij, episcopi & confessoris, miræ sanctitatis.* g *Die vigesimaquarta, sanctæ matris Xenæ.*
¶ p *Cameraci, eleuatio corporis sancti Autberti episcopi & confessoris.*

ANNOTATIONES.

1 De Timotheo Actuum 16. & seq. quatuor/ Paulus Apostolus, præcipuè 1. Cor. 4. & 16./ Phil. 2. Heb. 13./ & in vtraq; ad eum epistola./ Chrysostomus homil. ad populum Antiochenum prima/ Euseb. 3. hist. eccl. cap. 4./ Græca appendix ad Hieronymi catalogum cap. 11./ & Isidorus de vita sanctorum, vtriusque Testamenti cap. penult. Sigibert. 3. cap. de viris illustrib. notat Polycratẽ passionẽ sancti Timothei Apostoli scripsisse. Metaphrastem habet Surius pag. 501.
2 Babylæ historiam scribit Chrysostomus in libro contra gentiles: tomo tertio, quam contractius ponit Surius, & Metaphrastes, tomo 6. Aloysij pag. 226. Paruulorum qui cum eo passi sunt, meminerunt Chrysostomus sermone in Iuuentinum/ Suidas in voce Babylas/ & Metaphrastes 4. Sept.

Octauo Calendas Februarij, luna 25. Ian. D
7. 18. 29. 10. 21./ 2. 13. 24. 5. 16./ 27. 8. 19. 30. 11./ 22. 3. 14. 25.

COnuersio sancti Pauli: quæ euenit secundo Ascensionis Domini anno. Eodem die, sancti Ana- 1

Act.9.22. niæ apud Damaſcum, qui eundem Apoſtolum baptizauit. Ciuitate Aruernis, ſancti Præiecti F
2 epiſcopi, & Amarini viri Dei: qui paſſi ſunt à proceribus præfatæ vrbis. In ciuitate Gabalis, ſancti
3 Seueriani epiſcopi, mirandæ ſanctitatis & doctrinæ viri.
4 ¶ Poſtridie Babylæ, natalis beatorum martyrum Iuuentini & Maximi. Apud Metaphraſtem, ſanctæ Euſebiæ, †
pag.597. quæ cognominata eſt hoſpita vel externa. Stabuleti, p obiit dominus Poppo abbas./ Eodem die obiit Henricus
5 Suſo, qui fuit eximiæ ſanctitatis.

6 ANNOTATIONES.

1 De conuerſatione Pauli Act.9.22./1.Tim.1./ Gal.1./ Pſal. 67./ &c.Hieronymus de viris illuſtribus cap.15. In Actibus Apoſtolorum pleniſſimè de Pauli cõuerſatione ſcriptum eſt/ item ſparſim in Paulinis epiſtolis quæ in ordinem redegit Perionius in vita Pauli./ Auguſtinus de Apoſtolo Paulo, & conuerſatione eius, habet ſermones complures/ de verbis Apoſtoli, Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, ſermones tres, 8. 9. & 10. de verbis Apoſtoli: quos & Beda citat. 1. Timoth. 1. De eiuſdem laudibus habet Chryſoſtomus homilias 9. tomo 3./ De natis hoc die Alanus, dialogo 3. cap.28.

2 Præiecti & Amarini vitam habet Surius pag. 603.

3 De Seueriano Gennadius cap. 21. Socrates lib.6.cap.10./lib.6.cap.vlt.(& 14.) /Sozom.lib.8.cap.10.16. &18.

4 In Iuuentini & Maximi natali, ſermonem hiſtoricum habuit Ioannes Chryſoſtomus, tomo tertio. De eiſdem Theodoritus lib. 3. hiſt. eccl. cap. 14. ſiue 15. G

5 Popponis hiſtoriam ſatis longam ſcripſit cognatus eius Euerhelmus abbas Altimontis, pag. 608. Surij.

6 Henrici Suſonis vita cum eius opuſculis edita eſt à Laur. Surio.

26.Ian. E Septimo Calendas Februarij, luna

8. 19. 30. 11. 22./ 3.14.25. 6. 17./ 28. 9. 20. 1. 12./ 24. 4. 15. 26.

1 APud Smyrnam, natale ſancti Polycarpi epiſcopi: qui beati Ioannis Apoſtoli diſcipulus, & ab eo epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ princeps fuit: poſtea ſub Marco Antonino & Lucio Aurelio perſonante vniuerſo populo eiuſdem vrbis in amphitheatro aduerſus eum igni traditus eſt.
2 b *in cuius medio rogo, mucrone perfoſſus, tam largum profudit ſanguinem, vt ignem extingueret.* Cum quo etiam
& in hom. de fructuoſo. alij duodecim ex Philadelphia venientes, in præfata vrbe martyrio conſummati ſunt. Eodem die, ſanctorum martyrum, Theogenis, *cuius memoriam facit beatus Auguſtinus in homiliis de Pentecoſte*, † cum aliis triginta ſex: qui contemnẽtes temporalem mortem, coronam vitæ adepti ſunt. In territorio Pariſiacenſi, Bathildis reginæ. *Treuiris, Marij epiſcopi & confeſſoris.* g *Die vigeſima ſexta, ſancti patris Xenophontis, & comitatus ipſius.* H

ANNOTATIONES.

1 De Polycarpo & collegis ſcribunt Eccleſia Smyrnenſis, Irenęus lib.3.cap.3./Euſebius ex vroq; lib.4.cap.13.14./ quæ in Rufino ſunt 14.15./ Hieronymus de viris illuſtribus cap. 27.

2 Bathildis vitam habet Rubra vallis, cap.13. MS. auctore incerto: qui tamen Bathildem teſtatur ſuis effulſiſſe temporibus, ſeq. ſcribere quæ ab ea geſta nouit & vidit.

27.Ian.F Sexto Calendas Februarij, luna

9.20.1.12.23./ 4.15. 26.7.18./ 29.10.21.2.13./ 24.5.16.27.

1 NAtale beati Ioannis epiſcopi Conſtantinopolitani, cognomento Chryſoſtomi: qui verbo atq;
2 exemplo plurimum Chriſtianæ profuit religioni. Item ſancti Marij, abbatis monaſterij Bobacenſis, cuius vitam virtutibus plenam, vir illuſtris ac patritius Dinamius ſcribit. In Bethleem Iudæ, dormitio ſanctæ Paulæ. Huius vitam, virtutibus admirandã, ſanctus Hieronymus ſcribens, teſtatur
Euſtochio epiſt.27. eam longo coronatam eſſe martyrio. In Africa, ſancti Auiti martyris. r *Cenomanis, depoſitio ſancti Iulia-*
3 *ni, primi eiuſdem vrbis epiſcopi, vita, ſanctitate, & miraculis glorioſi.* q *Cabilonis, ſancti Lupi, ipſius ciuitatis epiſcopi. Cellenſi monaſterio* p *depoſitio ſancti patris * Sulpitij epiſcopi & confeſſoris.* I
* noſtri. ¶ g *Die vigeſima ſeptima, reportatio reliquiarũ ſancti patris Ioannis Chryſoſtomi.* q *Romæ, natale ſancti Vitaliani papæ, qui poſt beatũ Petrum ſeptuageſi mus octauus, cantũ Romanorũ compoſuit, & dulciſono organo cõcordauit.*

ANNOTATIONES.

1 Ioannis Chryſoſtomi vitam ſcribit Metaphraſtes, cuius Nicephorus meminit lib.13. cap. 2. Leo imperator habet encomiaſticam orationem de magno Dei pontifice, & communi orbis terræ portu Ioanne Chryſoſt. Vtrunque ponit Surius. Eiuſdem vitam ſcribunt Palladius Helenopolitanus epiſcopus, tom.2.Aloyſij./Georg. Alexandrinus patriarcha, Godofrido Tilmanno interprete, citatus à Ioanne Damaſceno lib. 3. de imaginibus/ & Caſsiodorus 10. tripart. à cap.1. vſque ad 27. ex Socratis lib.6 / Theodoriti lib.5./ & Sozomenis lib. 8. Suidas & Deſiderius Chryſoſtomi operibus præmittuntur.

2 De Mario, Petrus Equilinus lib.3. catalogi cap.32. Marij vitam per Dinamium, nuſquam reperire valui.

3 Iuliani epiſcopi Cenomanenſis vitam collegit & cultius ſcripſit frater Lethaldus ad reuerendiſſimum patrem Aneſgandum MS. Vltraiecti ad S. Saluatorem. Fuit autem Aneſgandus Cenomamenſis epiſcopus Anno 990.

28.Ian. G Quinto Calendas Februarij, luna K

10.21.2.13.24./ 5.16.27.8.19./ 1.11.22.3.14./ 25.6.17.28.

ROmæ natalis ſanctæ Agnetis ſecũdo. In ciuitate Apollonia, ſanctorũ, Leucij, Thyrſi, & Calenici
de his Metap. 14.Decembr. martyrũ: † qui tempore Decij diuerſis tormentorũ generibus excruciati, primus ac vltimus abſciſione capitis, medius cœleſti voce euocatus, ſpiritũ reddentes, martyriũ conſummauerunt. Ale-
1 xandriæ, beati Cyrilli epiſcopi: qui catholicæ fidei præclariſſimus extitit propugnator. In monaſterio Reomenſi, depoſitio ſancti Ioannis presbyteri, viri Dei. p *Eodem die Aquiſgrani baſilica, natale*
2 *ſancti Caroli confeſſoris, primi de ſtirpe Francorum ordinatione diuina Romanorum Auguſti. qui ab ineunte ætate ſua ſeculi pompam deſpiciens, imperialis potentiæ gladio, & ſanctæ prædicationis verbo, vitæque ſalutaris exemplo, idololatriam & hæreſin expulit, templa ædificauit, Eccleſias dotauit, conuertit Guaſconiam,* q *Hiſpaniam atque Gallæciam. In ea namque corpus beati Iacobi Apoſtoli nefandis idolorum ritibus*

A *ritibus oppreſſum, hodierno honori reſtituit.* p *Conuertit quoque ad Dominum, Friſiam, Alemanniam, atque triplici trophæo Saxoniam. Ædificauit quoque propriis ſumptibus ad laudem & honorem ſanctæ Trinitatis viginti ſeptem Eccleſias: quarum excellentiæ typum obtinet Aquenſis præſentibus ſuffragiis glorioſa. Hic fide ſtudioſiſſimè ampliata, ſtatu Eccleſiæ religioſè ordinato, regno etiam ſuo dilatato ac pacato, Anno Domini octingenteſimo decimo quarto, ætatis ſuæ ſeptuageſimo, imperij vero decimoquarto, quieuit in pace: & pro magnitudine fidei ac operum, cognominatus eſt Magnus.*

¶ Apud Porphyrionem, ſecundum Simeonem, ſancti Iacobi eremitæ. † & Nicomediæ, ſanctorum martyrum † Inde & Domnes, & viginti milium, qui paſſi ſunt ſub Maximiano. Eodem die obitus illuſtriſſimæ Margaretæ virginis, filiæ regis Hungarorum, Ordinis Prædicatorum. † *pagin.721.* † *to.5. Aloyſij pag.471.* 3

ANNOTATIONES.

1 Cyrilli vita non extat. Eius tamen magnam portionem putarim conſcribi poſſe ex Synodo Epheſina, & eius temporis hiſtoriis: item ex doctiſſimis eius operibus.

2 De Carolo Chronicum caſtri & cœnobij Gandenſis: Anno 816. vir venerabilis Einhardus, Ludouico piiſſimo imperatori multum familiaris, factus eſt abbas Gandenſis cœnobij: qui geſta inclyta & acta glorioſi Imperatoris Caroli magni lucido ſtylo deſcripſit. Sigibertus de viris illuſtribus cap.84. Einhardus ſcripſit vitam Caroli Impera-
B toris, tanto veracius, quanto adhæſit ei familiarius. Impreſſus eſt Baſileæ cum Vvitichindo & aliis hiſtoricis, Anno 32./& Coloniæ Anno 21. cum annalibus rerum geſtarum à Pipino, Carolo & Ludouico. De eodem Donatus Florentinus cum Plutarcho excuſus. Hiſtoria de Carolo magno & Rolando inſcripta Ioanni Turpino Remenſi archiepiſcopo, excuſa eſt Francoforti An.66. Cuius tamen Sigibertus non meminit: nec à doctis probatur.

3 Margaretæ vitam frater Garinus ſacræ Theologiæ Doctor, eiuſdem cum ea Ordinis, ex iuratorum teſtium diffuſioribus dictis in compendium redegit Auinione, Anno Chriſti 1340. A Surio editus pag. 728.

Quarto Calendas Februarij, luna 29.Ian. A

11.22.3.14.25./ 6.17.28.9.20./ 2.12.23.4.15./ 26.7.18.29.

ROmæ via Numentana, natalis ſanctorum Papiæ & Mauri militum: quorum ora iuſſit Laodicius vrbis præfectus ad primam confeſsionem Chriſti, lapidibus contundi, ac poſtea fuſtibus cædi, atq; ad vltimum percuti plumbatis, donec expirarent. b *Scriptum eſt in geſtis beati Marcelli.* † Eodem die, Treuiris, depoſitio beati Valerij epiſcopi, * diſcipuli ſancti Petri Apoſtoli. In territorio Trecaſſino, ſancti Sabiniani martyris: qui iubente Aureliano imperatore, pro fide Chriſti decollatus eſt. † *Antemediũ to.1.* *, *Golſcherus pag.734. Surij.*
C *In Britannia, Gildæ abbatis & confeſſoris. Eodem die Bituricas ciuitate, ſancti Sulpitij Seueri, epiſcopi & confeſſoris, diſcipuli beati Martini, cuius vitam conſcripſit. Peruſiæ, ſancti Conſtantij, epiſcopi & martyris.* 1 2

ANNOTATIONES.

1 Sulpitij Seueri meminerunt, ſanctus Paulinus in epiſtolis ad eum/ Gennadius de viris illuſtribus cap. 19./ Guibertus quoque, abbas Gemblacenſis, in apologia Seueri, MS.

2 Conſtantij hiſtoriam habet Italia per Ioannem Andream Palatium, proſa & carmine. Eugubij anno 1566. In qua ſimpliciter ſtylum correxit exemplarium vetuſtorum.

Tertio Calendas Februarij. luna 30.Ian. B

12.23.4.15.26./ 7.18.29.10.21./ 3.13.24.5.16./ 27.8.19.1.

APud Antiochiam, paſsio beati Hippolyti martyris. † qui Nouati ſchiſmate aliquantulum deceptus, operante gratia Chriſti correptus, ad charitatem eccleſiæ rediit: pro qua & in qua illuſtre martyrium conſummauit. Hieroſolymis ſanctiſsimi Matthiæ † epiſcopi: de quo mira & plena fide geſta narrantur, quia multa pro Chriſto perpeſſus, vltimò in pace vitam finierit. Ipſo die ſancti Fla- *Prud. initio hymni 11. περὶ στεφάν.* *Euſeb. lib.4. meminit c.5. Ruf.*
D uiani martyris. Malbodio monaſterio, ſanctæ Aldegũdis virginis. b *Quæ tempore Dagoberti regis Francorum, ex nobili genere progenita virginitatis propoſitum elegit: in quo & permanſit: ſæpiúſque illi Angelica viſio reuelata fuit, exhortans eam vt in propoſito permaneret. Nouiſſimè verò cum magna claritate cœleſtis luminis, ad vitam migrauit æternam.* 1

¶ Ipſo die defunctus eſt anno ducenteſimo ſexageſimoſeptimo ſupra milleſimum, Antonius peregrinus Patauinus, qui omnia ſancta loca viſitauit, ex Manziorum familia natus. *Scardeon. pag. 111. de Padua.*

ANNOTATIO.

1 Aldegundis fuit prima abbatiſſa in Malbodio Hannoniæ ciuitate. Cuius vita habetur. Eam ſcriptam eſſe ab Hucbaldo Elnonenſi, eúmq; obiiſſe Anno 930. teſtantur Chronica monaſterij ſancti Amandi in Elnane.

Pridie Calendas Februarij, luna 31.Ian. C

13.24.5.16.27./ 8.19.1.11.22./ 4.14.25.6.17/ 28.9.20.2.

APud Alexandriam, natalis beati Methrani martyris: quo nolente impia verba proferre ad iuſſionem paganorum, omne corpus eius fuſtibus colliſerunt: vultúmq; & oculos acutis calamis
E terebrantes, extra vrbem cum cruciatibus expulerunt, ibiq; ſpiritum qui in eo ſupererat, lapidibus eiecerunt. Item Alexandriæ, ſanctorum martyrum, Saturnini, Thyrſi & Victoris. *Apud * Trientinam vrbem, ſancti Vigilij, epiſcopi & martyris. In Galliis, Ambianis, tranſitus ſanctæ Vulfiæ. Ciuitate Ebroicenſi, beati Gandi eiuſdem vrbis epiſcopi.* r *Eodem die, ſanctorum martyrum, Cyri & Ioannis,* g *mirificorum & abſtinentium argento.* r *Item Mutinæ, ſancti Geminiani, epiſcopi & confeſſoris. Eodem die, ſancti Iulij confeſſoris.* *Dion. Alex 6. hiſt. eccl. c.34. 31. Ruf* * *al.* Trid. 1 2

¶ q *In Caſtriloco, tranſlatio ſancti* p *Veroni confeſſoris.* r *Eodem die, tranſlatio ſancti Marci Euangeliſtæ ab Alexandria Ægypti, ad Venetias.*

ANNOTATIONES.

1 De Vigilio quædam præmittuntur eius libris à Caſpare Currerio in fol./ à Caſſandro in 8.

2 De Cyro & Ioanne Metaphraſtes hac die. Sanctum Sophronium de eiſdem citat Damaſcenus lib. 3. de imaginibus/ & Septima ſynodus, actione 4.

FEBRVARIVS HABET

DIES XXVIII. IN ANNO BISSEXTILI

DIES XXIX.

1. Feb. D

Calendis Februarij, luna
14. 25. 6. 17. 28./ 9. 20. 2. 12. 23./ 5. 15. 26. 7. 18./ 29. 10. 21. 3.

NATALIS beati Ignatij episcopi, & martyris: qui tertius post beatum Petrum apostolum, Antiochenam rexit Ecclesiam, ac persecutione Traiani Romam vinctus mittitur: vbi præsente eodem, circumsedente senatu, immanissimis pœnarum suppliciis primò affectus, deinde leonibus obiicitur, eorúmq; dentibus præfocatus hostia Christi efficitur. Apud Smyrnam, sancti Pionij martyris, qui post squalorem carceris, vbi multos fratrum ad martyrij tolerantiam suis exhortationibus robora uit, cruciatibus multis vexatus, clauis confixus, & ardenti rogo superpositus, beatum pro Christo finem vitæ sortitus est. Passi sunt cum eo & alij quindecim. Eodem die, beati Ephræm, diaconi Edessenæ Ecclesiæ. In oppido Trecassino, S. Pauli episcopi: cuius & vita virtutibus claruit, & mors pretiosa miraculis commẽdatur. In Scotia, sanctæ Brigidæ virginis, cuius vita miraculis claruit. r *Hæc cum lignum altaris tetigisset in testimonium virginitatis suæ, statim viride factum est. Rauennæ, sancti Seueri episcopi & confessoris,* q *quem Deus de lanificij arte ad episcopatum sustulit. Eodem die sancti Seuerij episcopi & confessoris. Cuius corpus in basilica metropoli beatæ Mariæ Rothomagensis, in capsa venerabili conditur, & populis hac die reuerenter ostenditur. In Vastiaco, natalis sancti Præcordij confessoris.* g *Die prima, præfestum hypapantes Domini & Dei, Saluatoris nostri Iesu Christi, & sancti martyris* † *Tryphonis.* q *Ciuitate Augusta, sancti Vrsi, episcopi eiusdem ciuitatis. Pictauis, sancti Leonij, compresbyteri sancti Hilarij, ab ineunte ætate sanctissimi.*

¶ Metis ciuitate, Sigiberti regis & confessoris: qui inter alias virtutes, viginti monasteria construxit. In Iislandia, sancti Goedermundi episcopi & martyris.

Met. pag. 789 † *Tygridis.*

ANNOTATIONES.

1 De Ignatio scribunt Eusebius lib. 3. Hist. Eccl. cap. 30./ 36. Rufini/ Hieronymus de viris illustribus cap. 26./ Cassiodorus 10. tripartitæ cap. 10./ ex Socrate lib. 6. cap. 8./ Ado, 10. Calendas Ianuarij/ Metaphrastes pag. 758. Surij. epistolę denique Ignatij, duodecima potissimum ad Romanos, satis sui auctoris vitam prædicant.

2 De Pionio, cuius martyrium scripserunt Smyrnensis Ecclesiæ fratres, pauca tantùm habet Eusebius lib. 4. historiæ eccl. cap. 14./ 15. Rufini/ amandando lectorem ad libellum à se editum, de veterum Sanctorum martyriis, vbi omnia facta Pionij pleniſſimè complectitur. Hæc nobis conseruauit Simeon Metaphrastes pag. 762. non tam ex Eusebio Cæsariensi, quàm ex epistola fratrum Smyrnensium, qui præsentes aderant.

3 Ephræm vitam exprimunt Metaphrastes & Testamentum Ephræm apud Surium. De eodem Amphilochius in fine vitæ Basilij/ Sozomenus lib. 3. cap. 15./ & vita per Gregorium Nissenum, Dilingæ anno 62. edita, cum opusculis aliquot Ephræm. Sed & Gennadius in catalogo attestatur Petrum Edessenæ ecclesiæ presbyterum in mortem sancti diaconi psalmos composuisse.

4 Brigidæ vitam scripsisse Laurentium Dunelmensem præcentorem circa annum 1160. annotat catalogus Scriptorum Britanniæ. Indéque crediderim Surium suam paraphrasin habere.

5 De Seuero Surius pag. 786. & Petrus Damiani, Cardinalis, in duobus sermonibus: quorum alter tantùm excusus est. item Lazius lib. 1. rerum Viennensium cap. 14. & *Ludolphus monachus MS. qui vixit anno 840.* quando Otrgarius archiepiscopus reliquias Seueri Erphordiam transtulit.

6 De Sigiberto, Sigibertus de viris illustribus cap. vlt. Scripsi vitam Sigiberti regis, conditoris ecclesię & abbatiæ sancti Martini extra Metim positæ. Est MS. Malmundariæ.

2. Feb. E

Quarto nonas Februarij, luna
15. 26. 7. 18. 29./ 10. 21. 3. 13. 24./ 6. 16. 27. 8. 19./ 1. 11. 22. 4.

al. Hypapãti. *Niceph. lib. 16 rerum Rom.*

† HYpanti Domini: *& Purificatio beatæ Virginis. Quod festum tempore Iustiniani imperatoris apud Byzantium, seu Constantinopolim sumpsit exordium.* Apud Cæsaream, beatissimi Cornelij centurionis, quem beatus Petrus baptizauit: hic apud præfatam vrbem episcopatus honore sublimatus quieuit. Romæ via Salaria, passio sancti Aproniani, qui adhuc gentilis, b *sub persecutione Maximiani imperatoris, cum præsentasset aspectibus Laodicij præfecti beatum Sisinnium diaconum, eductum de carcere, (erat enim commentariensis:)* audiens vna cum Sisinnio diacono vocem de cœlo factam, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratũ est, & reliqua: credens, baptizatus est. b *à Sisinnio diacono: & ad consignandum sacro chrismate Marcello papæ oblatus:* & sic postea in confessione Domini, finem vitæ capitali sententia accepit. Item Romæ, sanctorum, Fortunati, Feliciani, Firmi & Candidi.

Act. 10.

Aurelianis, sancti Flosculi episcopi, *& depositio sanctæ Sichariæ, virginis Deo sacratæ. Cantuariæ, natalis sancti Laurentij, qui beato Augustino primo eius vrbis episcopo successit.*

Gesta S. Marcelli pag. 361. to. 1. Surij. Matth. 25.

ANNOTATIONES.

1 De processione & cereis in festo purificationis, Ordo Romanus pag. 21./ Rupertus de diuinis officiis lib. 3. cap. 15./ Alcuinus pag. 41./ Bernard. ser. 2. De Hypate, siue occursu Domini, extant Cõment. & homil. item hymnus Cosmæ.

2 Cornelij Centurionis historiam habet Simeon Metaphrastes, 13. die Septembr.

3 De Laurentio Anglorum archiepiscopo, Beda lib. 2. hist. Angl. cap. 4 & 6./ & vita eius per Gotzelinum Morinensem, monachum sancti Bertini, quæ incipit in catalogo Scriptorũ Britanniæ, Dominis charissimis, & paternæ. Claruit Anno 1110.

Tertio

A Tertio nonas Februarij, luna 3. Feb. F
16. 27. 8. 19. 1./ 11. 22. 4. 14. 25./ 7. 17. 28. 9. 20./ 2. 12. 23. 5.

APVD Sebasten ciuitatem, passio sancti * *Blasij* episcopi, qui multorum patrator miraculorum, sub præside Agricolao post diutinam cæsionem, atque suspensionem in ligno, vbi pectinibus ferreis carnes eius diruptæ sunt, post teterrimum carcerem, ac demersionem laci, vnde saluus exiuit, iubente præfato iudice, capite cum duobus pueris truncatur. Nouissimè verò septem mulieres, quæ guttas sanguinis eius defluentes colligebant, deprehẽsæ quòd essent Christianæ, post dira tormenta, gladio percussæ sunt. In Africa natalis beati Celerini, diaconi & confessoris: & sanctorum martyrum, Laurentini, Ignatij, & Celerinæ: de quorum omnium gloriosis laudibus extat beati Cypriani epistola. Apud oppidum Vapincum, Tigidis, & Remedij, episcoporum. *In Monte Castriloco,* p *beatæ Valdetrudis* q † *viduæ. Apud oppidum Visetum,* p *sancti Hadelini confessoris.* r *Lugduni, Lupicini, & Felicis itidem.* p *Apud Merbeccam, depositio sanctæ Berlendis virginis.* q *Apud Bremam, sancti Anscharij, primi episcopi eiusdem loci, & Hamburgi, vnitorum. Ciuitate Bisontina, sancti Anatolij, eiusdem* B *metropolis sanctissimi episcopi, & confessoris. In monte Caluo, sanctarum sororum, Oliueriæ & Liberatæ virginum.* b *Viennæ, sancti Euentij, gloriosi episcopi.* †

Blasij. 1 *Epist. 34. lib. 4. epist. 5.* † *electa.* 2 *Ado, an. 875*

ANNOTATIONES.

1 De Blasio. Ado paulo fusius hac die quàm Vsuardus 15. Februarij. vnde eum transposui propter Romanum Calendarium. Item Metaphrastes pag. 818. Surij.

2 De Anschario. Historiam eius paulo post mortem scripserunt Fratres Corbeienses: inter quos sanctus Rembertus. Nam Corbeienses se esse, ipsi auctores non obscurè indicant Lectione 1. & 4./ Contẽporaneus sancti Remberti in gestis eiusdem, Libellus gestorum domini Anscharij, ab ipso Remberto, & alio quodam eius condiscipulo, editus est: in quo libello vbicunque commemoratur fidissimus eius discipulus, quod crebrò illic Lector offendet, Rembertus designatur: sed quia cum alio quodam illa sancti Anscharij gesta † ipse edidit, rei veritatem suo tacito nomine indicare voluit. De adunatione Bremæ & Hamburg, est Nicolai primi bulla, siue vt ipse loquitur, ebullata pagina, apud Crantzium metropolis libro 1. cap. 38. 39.

nondum impressa.

4. Feb. G

Pridie nonas Februarij, luna
17. 28. 9. 20. 2./ 12. 23. 5. 15. 26./ 8. 18. 29. 10. 21./ 3. 13. 24. 6.

C IN ciuitate Ægypti, quæ vocatur Thmuis, passio beati Phileæ episcopi, & Philoromi tribuni, cum quibus etiam innumera fidelium multitudo ex eadem vrbe, Pastoris sui sequens exemplum, martyrio coronata est, sicut octauus liber ecclesiasticæ Historiæ loquitur.

cap. 10.

Romæ in foro Sempronij, sanctorum martyrum, Aquilini, Gemini, Gelasij, Maghi & Donati. Trecas, sancti Auentini. † r *Eodem die sancti Gilberti confessoris.* q *qui Sempingamiæ quieuit, in monasterio quod ipse condiderat. In Hunecourt,* p *ipso die sancti* * *Lietphardi, Anglorum archiepiscopi, & martyris.* p *Cœnobio Laubiensi, depositio sancti Vulgisi, episcopi & confessoris.* g *Die quarta, sancti patris Isidori Pelusiotæ* † *Liefardi.*

Tur. de conf. cap. 68.

¶ Item, Remberti archiepiscopi, cuius celebrior festiuitas est die 11. Iunij. Eodem die ponit Metaphrastes pœnitentiam Theophili, per intercessionem gloriosissimæ Dei parentis, auctore Eutychiano, huius Theophili ministro.

de quo Euag. lib. 1. cap. 15.

5. Feb. A

Nonis Februarij, luna
18. 29. 10. 21. 3./ 13. 24. 6. 16. 27./ 9. 19. 1. 11. 22./ 4 14. 25. 7.

D APVD Siciliam, ciuitate Catanensium, natalis sanctæ † Agathæ virginis & martyris: quæ post alapas & carcerem, post equuleum & tortiones, post mamillarum abscisionem, post volutationem in testulis & carbonibus, tandem sub iudice Quintiano martyrio consummata est. Viennæ, beati Auiti episcopi & confessoris: cuius fide & industria, atque admirabili doctrina, ab infestatione Arrianæ hæreseos Galliæ defensæ sunt. p *In Blandinio, sancti Bertulfi confessoris.* q *Suessionis sancti Vodali confessoris.* r *In ciuitate Brixina, sanctorum confessorum* † *Gemini & Albini episcoporum: quorum vita miraculis extat glorioſa.* q *In Vilika, depositio Aleidis virginis & abbatissæ, miræ sanctitatis.*

Alexandriæ, martyrium sancti & gloriosi martyris Isidori.

Agathes. 1 2 3 *al. Ingenuini* 4 *Metaph. pag. 840.*

ANNOTATIONES.

1 Agathæ martyrium ex gestis manuscriptis habet Ado succinctè 5. Februarij: & plenius Metaphrastes, pag. 842. Surij. De eadem, Missa Ambrosiana, & Fazellus in Siculorum historia. Rursus de Agathe est hymnus Damasi, qui extat apud veteres poëtas: & alter Aldhelmi episcopi, in libro secundo de virginibus.

2 De Alcimo Auito Gregorius Turonicus lib. 2. Historiæ cap. 34./ & epitaphium ipsius apud Fabritium ad poëtas Ecclesiasticos, cuius præclarè meminit Ado Viennensis, sic scribens anno 492. Quantus autem in ecclesia Christi E vixerit, quisquis scire plenius vult, post eius innumera in diuinis laboribus opera, epitaphium ipsius legat: ibi quantus fuerit, videre poterit.

3 De Bertulfo auctor vitæ in prologo, Bertulfi vitam veteri olim stylo descriptam, vt nouo scribendi percurrerem studio, domini abbatis nostri Folkardi obtinuit iussio. Vixit circa annum 1073. monachus Blandinij siue Gandaui ad sanctum Petrum.

pag. 846. Surij.

4 De Aleide. Coenradus in vita Vvolfelmi. Bertha sanctimonialis, soror sancti Vuolfelmi, scientia literarum plurimum emicuit. Hæc vitam beatæ Adelheidis, primæ abbatissæ Vilecensis, eleganti stylo composuit. Est in codice MS. vbi pleniori vocabulo dicitur Bertrada.

Octo Idus Februarij, luna 6. Feb. B
19. 1. 11. 22. 4./ 14. 25. 7. 17. 28./ 10. 20. 2. 12. 23./ 5. 15. 26. 8.

APVD Cæsaream Cappadociæ, natalis sanctæ Dorotheæ virginis: quæ primùm equuleo vexata, deinde palmis diu cæsa, ad vltimum capite punita est: in cuius confessione quidam Theophilus 1 2

scholasticus conuersus, & mox in equuleo eodẽ acerrimè tortus, nouissimè gladio cæsus est. b *Hæc cum commendata esset duabus sororibus, id est, Christæ & Calistæ, quæ à fide nuper apostatarant victæ doloribus, vt eam auerterent à Christo, eas iterum conuertit ad Christum, ita vt in cupam missæ per præfectum, incensæ ad martyrij palmam peruenerint.* Aruernis, sancti Antholiani martyris. Eodem die, sanctorum Vedasti & *in Pabula*, p *Helnone monasterio*, Amandi: quorum & vita, & mors, plurimis extitit miraculis gloriosa: è quibus prior * Atrebatensium p *pontifex à sancto Remigio Remorum archiepiscopo consecratur: & ab eodem huic ciuitati, gratia Saluatoris ordinante, destinatus, per quadraginta annos ecclesiam Dei, verbo prædicationis & exemplo vitæ, strenuè gubernauit. Ad cuius merita declaranda, columna mirifplendoris è cœlo super domum illius ægrotantis irradians, obitum eius præsignauit.* Secundus verò Traiectensium rexit ecclesiam: *& benedictione ab Aicharioepiscopo accepta, in pago † præter fluenta Scaldi fluuij, cui vocabulum est Gandauum, verbum Domini intrepidus annuntiauit.* p *Qui multorum miraculorũ virtutibus pollens, inter alia fertur, quod reo, cui ante mortem à sæuo iudice non potuerat vitam impetrare, post mortem à pio iudice Deo vitam impetrauit, & salutem.*

q *In territorio Lossensi, iuxta villam MaesEike, monasterio Eike, Harlindis & Relindis virginum. Ciuitate Præneſtensi, sancti Garini, episcopi & confessoris.* g *Die sexta, sancti patris Buculi, episcopi Smyrnæ.* r *Ipso die, Saturnini, Theophili, & Reuocatæ.* b *Romæ via Appia, passio sanctæ Soteris virginis.* q *Traiecti ad Mosam, festiuitas omnium pontificum Traiectensium, Seruatij, Monulphi, Gondulphi, Martini, Valentini, Candidi, & reliquorum.*

al. Arduatẽsium.

id est, territorio.

ANNOTATIONES.

1 Dorotheæ gesta habet Surius pag. 866. quibus Martyrologia pulchrè consentiunt. Fuit etiam Alexandrina martyr, de qua Eusebius libro 8. historiæ ecclesiasticæ cap. 27. cui Dorotheæ nomen fuisse scribit Rufinus cap. 16. suæ paraphrasis.

2 Theophili passio in Gestis Dorotheæ continetur. Quòd autem Vsuardus scholasticum eum vocet, in bonam partem est accipiendum: clarius enim eum aduocatum nominasset, vt & Gesta habent. Nam in iisdem semel tantùm, & per contemptum, de eo dicitur, Scholasticus tuus Theophilus, qui vsque hodie postulabat contra Christianos: estque scholasticus, declamator versatus solùm in fictis causis & otiosis, non in veris litibus. Vnde Plinius epistolarum libro 2. Scholasticus tantùm est: quo genere hominum nihil aut simplicius, aut syncerius, aut melius. Nos enim qui in foro, verisque litibus terimur, multum malitiæ, quamuis nolimus, addiscimus.

3 De Antholiano, antiqua S. Præiecti historia. Passiones martyrum Cassij, & Victorini, Antholiani & Austremonij, ac cæterorum Sanctorum, qui in Aruernorum vrbe, sanguinem fuderunt pro Christo, glorioso lucubrauit stylo (Præiectus episcopus Aruernensis.) De eodem Antholiano Greg. Turonensis de gloria martyrum cap. 65.

4 Vedasti vitam, non Beda tomo tertio, sed Alcuinus scribit, pag. 870. Surij. Miracula sancti Vedasti ab Haymino magistro edita, quæ incipiunt, Sanè quæ nuper oculis/ & liber de virtutibus sancti Vedasti, per Fratres eiusdem cœnobij, habentur MS. Lobij.

5 Amandus Gagnensium apostolus, obiit anno 661. Vita eius tomo 1. Surij, non multo pòst scripta est. Refert enim auctor, Bonum presbyterum sibi narrasse, quòd præsens erat cum Amandus Tornaci à iudice non obtinebat furis liberationem, quem suspensum ad vitam reuocauit. Hæc historia in codicibus ad S. Amandum titulum habet Baudemundi. Quam alio libro suppleuit Milo. Vnde Epitaphium eius habet an. 871. in Chronico Elnonẽsi.

Milo poëta sophus cubat hoc sub marmore clausus,
Carmine dulciloquus, qui librum sobrietatis
Edidit, & sanctum pulchrè depinxit Amandum,
Floribus exornans: metro prosaque venustans.

Prosa incipit, Præclaro libello de virtutibus sancti Amandi edito: carmen ad Hayminum sacerdotem,

Festa propinquabant nostri veneranda patroni.

Rursus Philippus de eleemosyna scripsit vitam Amandi, cap. 52. & Gillebertus decanus Elnone sancti Andreæ, deportationem sancti Amandi per Franciam ac miracula per Amandum in via patrata. Habentur MS. in Flandria ad S. Amandum.

6 De Sotere martyre, nescio tamen an de hac, Ambrosius lib. 3. & 4. de virginibus/ & finis passionis sancti Pancratij Romani tom. 3. Surij.

7.Febr. C

Septimo Idus Februarij, luna

20. 2. 12. 23. 5./ 15. 26. 8. 18. 29./ 11. 21. 3. 13. 24./ 6. 16. 27. 9.

IN Britanniis, ciuitate Augusta, natalis beati Auguli episcopi: qui cursum temporis per martyrium explens, æterna meruit suscipere præmia. Item sancti Moysetis episcopi, hic primò in eremo vitam solitariam ducens, signis ac virtutibus magnificè innotuerat: pòst verò gentem Sarracenorum, cui episcopus fuerat factus, grandi ex parte ad fidem Christi conuertit: sícq; gloriosus meritis quieuit in pace. *Cominij, natale sancti Chrysolij: qui huc venit à Marcello papa ad prædicandum missus. Binchij ex* 2 p *Laubiis, beati Amoluini episcopi & confessoris.* q *In Anglia, sancti Odonis, episcopi & confessoris.* g *Die septima, sancti Parthenij,* † *episcopi Lampsaceni: & sancti Lucæ, in Storio Græciæ.*

Crispinus apud Metaph.

¶ q *Marcianis,* p *eleuatio corporis sanctæ Rictrudis.* q *Eodem die, sanctæ Helenæ corporis aduentus ad Altouillare monasterium: quæ mater Constantini imperatoris existens, ad hoc religiosè viuendo peruenire meruit, vt sacratissimæ crucis Domini nostri Iesu Christi fieret inuentrix.* 3

Euseb. lib. 8. cap. 23. sed 11. Rufini.

Apud Phrygiam, natalis beati numerosíque Martyrij, pariter ab vniuersa vrbe quadam Christianorum ciuium susceptí. Huius auctor & dux extitit vir pietate & religione clarus, Adauctus nomine. Cuius in confessione Christi constantiam omnis populus sequens cum mulieribus viri, cum pueris senes, cum ciuibus ciuitas, iniecto igne concremantur, ita vt nullus penitus ex illa vrbe, etiam cum optio daretur, abscederet. Eodem die ciuitate Lucensi, Richardi regis, † patris sanctæ Vvalburgis: qui propter Christum longissimam peregrinationem subiit.

Epitaphium eius pag. 896. Surij.

De Moy-

ANNOTATIONES.

1 De Moysete, Rufinus lib. 11. historiæ ecclesiasticæ cap. 6. & Sozomenes lib. 8. cap. 38.

2 Odonis archiepiscopi vitam composuit Osbernus Cantuariensis præcentor. qui claruit Anno 1074. Ex catalogo Britanniæ Scriptorum.

3 De Helenę translatione, Sigebertus de viris illustribus cap. 99. Alamannus monachus Altuillarensis scripsit translationem Helenæ reginæ, à Roma ad cœnobium Altuillarense. Extat MS.

8 Febr. D

Sexto Idus Februarij, luna

21.3.13.24.6/16.27.9.19.1/12.22.4.14.25/7.17.28.10.

APud Armeniam minorem, natalis sanctorum Dionysij, Æmiliani, & Sebastiani. Eodem die, Alexandriæ, sanctæ Cointhæ martyris. * hanc pagani correptam ad idola perducentes, adorare cogebant: quod cum illa execrans recusaret, vincula pedibus eius innectentes, & per plateas totius ciuitatis eam trahentes horrendo, supplicio discerpserunt. Ciuitate Corduba Salomonis martyris. *Eodem die natale sancti Nicetij, episcopi Bisontini & confessoris, præclaræ sanctitatis viri. Ipso die, depositio sancti Pauli, episcopi Virdunensis, & monachi, ipsius ecclesiæ restauratoris, & rectoris præcipui.* g. *Die octaua, sancti Megalomartyris Theodori, ducis exercitus.*

B.Dio. Alex. 6. hist. eccl. c. 34/31. Rufini

De Theod. Metaph.

¶ r. *Romæ, Pauli episcopi, Lucii & Cyriaci.*

In Bithynia, beati Eugenij, & Mariæ filiæ. de quibus Metaphrastes.

ANNOTATIO.

1. Pauli Virdunensis episcopi vitam habet tomus primus historiarum Surij, & in ea narrationem Bercharij presbyteri: qui rogatus à Dadone Virdunensi episcopo (obiit is anno 880.) omnium superiorum antistitum eius ecclesiæ nomina & res gestas, quatenus nosse potuit, mira breuitate conscripsit.

pag. 899.

9.Febr. E

Quinto Idus Februarij, luna

22.4.14.25.7/17.28.10.20.2/13.23.5.15.26/8.18.29.11.

APud Alexandriam, passio sanctæ Apolloniæ virginis.† cui persecutores primùm dentes excusserunt: deinde cum minarentur eam se viuam incensuros, nisi cum eis impia verba proferret, illa paululum quid ageret intra semetipsam deliberans, repentè de manibus impiorum prorupit, & in ignem quem parauerant, prosiliuit. Sueuo apud Cyprum, sanctorum Ammonis & Alexandri. *Gandaui in Blandinio, ex* r *Fontanellæ monasterio* p *sancti Ansberti, sanctæ Galliarum sedis archiepiscopi. In Hoyo, sancti* * *Maingoldi, ducis & martyris, regis Hugonis Anglorum filii.* g *Die nona, sancti martyris Nicephori* †.

S. Dio. Alex. 6. Hist. eccl. c. 34/31. Rufini.

al. Meng. Metaph. pag. 904.

ANNOTATIO.

1 De Ansberto Rothomagensi episcopo. Vitæ eius initium est, Venerabili & omni honore amplectendo, eximio sacerdoti Christi Hilberto, abbati cœnobij Fontanellensis, minimus famulorum Domini seruus Angradus. Est MS. & præter præfationem impressa pag. 906. Surij.

10.Febr.F

Quarto Idus Februarij. luna

23.5.15.26.8/18.29.11.21.3/14.24.6.16.27/9.19.1.12.

ROmæ, natalis sanctorum martyrum, Zotici, Irenæi, Hyacinthi & Amantij. In Oriente, sanctæ Soteris virginis. quæ grauiter & diutissimè alapis cæsa, cum cætera quoque pœnarum genera vicisset, gladio martyrium consummauit. Item Romæ, via Lauicana, militum decem. Apud castum Cassinũ, sanctæ Scholasticæ virginis, sororis sancti Benedicti abbatis. In pago Rothomagensi, 1 sanctæ Austrebertæ virginis. *In Stabulo Rodis,* r *natale sancti Guilelmi confessoris, Ordinis eremitarum sancti* 2 *Augustini.* q *Aruernis, depositio sancti Sigonis, eiusdem ciuitatis præclaræ sanctitatis episcopi, & confessoris.* 3 *Bisontij, depositio Prothadij episcopi & confessoris, tempore Clotarij regis.* g *Die decima, sancti martyris Charalampi.* b *In Campania, natale sancti Siluiani, episcopi & confessoris & Baldegundis abbatissæ.*

¶ Dordraci, sanctæ Suræ, virginis & martyris, commemoratio, sub nomine Soteris, quod Latinè interpretatur Saluatrix.

ANNOTATIONES.

1 De Scholastica scribit Gregorius lib. 2. dialogorum cap. 33. & 34. In quæ Gregorij verba est sermo secundus inter varios apud Bedam tom. 7. Subiungitur ibidem carmen de Scholastica. Est & aliud de ea per S. Aldhelmum lib. 2. de virginitate cap. 10.

2 Austrebertæ vitam, quæ prima fuit in Pauliaco abbatissa, grauiter & religiosè conscripsit eius fere æqualis, pag. 918. Surij.

3 De Vuilhelmo Cornelius Grapheus Alustensis in vitam eius, quam carmine scripsit. Albertus egregius tanti doctoris discipulus, Theobaldus quoque quidam, sanctitate etiam ac doctrina conspicuus, grauissima, vt ipse refert, valetudine à Diuo liberatus, Diui Guilelmi historiam fideliter literarum monumentis tradiderunt. Theobaldum habet Surius pagina 924. præter cap. 31 / nisi id malis librum miraculorum vocare, & in 28. capita distinguere. refert enim Theobaldus vltimo miraculo, se desperatè ægrotantem orasse, & à Vuilhelmo obtinuisse vt in vita eius consummanda vnicum insereret capitulum quod restabat: intelligens videlicet sui per eum liberationem:

cuius vitam & miracula scripserat rogatus à Priore Prouinciali Franciæ, & fratribus eius. F

11. Febr. G

Tertio Idus Februarij, luna

24.6.16.26.9 / 19.1.12.22.4 / 15.25.7.17.28 / 10.20.2.13.

APud Lugdunum, natalis sancti Desiderij episcopi & confessoris. Eodem die castro Nantonensi, sancti Seuerini, abbatis monasterij Agaunensis: cuius precibus Dei cultor rex Clodoueus à diutina infirmitate sua liberatus est. Alexandriæ, depositio sanctæ Euphrosynæ virginis: quæ in monasterio, r *vt illius vita docet*, virtute abstinentiæ, & miraculis etiam, claruit. *Aruernis, sancti Desiderati episcopi & confessoris.*

1
2

ANNOTATIONES.

1 De Seuerino. Demochares de Missæ sacrificio to. 2. cap. 19. Faustus presbyter scripsit historiam diui Seuerini abbatis. Initium vitæ eius MS. in Throno, est, Sacram sanè libelli seriem, quam Faustus presbyter, discipulus sancti Seuerini abbatis, de eius vita vel actibus post ipsius obitum ediderat, transscribentes, iubente etiam venerabili viro Magno †, & meritis & nomine Senonicæ vrbis antistite, aliquantò clariori sermone propagare duximus, sensum & ordinem eiusdem lectionis funditus exequendo: nec etiam diuersum aliquid huic textui inserendo. Hanc in compendium redegit Surius, pag. 957. G

Ætate Caroli Magni.

2 Euphrosynes historiam habent non tantùm Vitæ Patrum alphabeto 15. sed & Metaphrastes pag. 43. Surij.

12. Febr. A

Pridie Idus Februarij, luna

25.7.17.28.10 / 20.2.13.23.5 / 16.26.8.18.29 / 11.21.3.14.

IN Hispanijs, natalis sanctæ Eulaliæ virginis: quam constat tempore Dioclitiani martyrij accepisse coronam, ciuitate Barcinona. In Africa, sanctorum martyrum, Saturnini presbyteri, Datiui, Felicis, Ampelij, & sociorum eius: qui passi sunt pro Christo sub Anulino proconsule. Apud Alexandriam, Modesti & Ammonij infantum. b *In Africa, passio sancti Damiani militis.* g *Die duodecima, sancti patris Meletij, archiepiscopi Antiochiæ magnæ.*

3

2

3 ¶ Item Constantinopoli, sancti Antonij magni inter Dei pontifices, & admirabilis inter patriarchas. H

ANNOTATIONES.

1 Saturnini & collegarum passio habetur ex Actis publicis, pag. 949. Surij. Quæ syncerè videtur & grauiter relata in publica Acta. Qui autem appendicem subiunxit, is ex eo conuincitur fuisse de schismate & parte Donati, quia schismatico & mendaci spiritu multa effutit contra catholicos episcopos, Mensurium & Cæcilianum.

2 Meletij archiepiscopi Antiocheni encomium scribit Ioannes Chrysostomus apud Metaphrastem, quod citatur à septima Synodo, Actione 4. Extat etiam Gregorij Nysseni oratio in eius funere recitata. De eodem, auctores tripartitæ historiæ.

3 Antonij archiepiscopi vitam, seu funebrem de eo orationem, habet apud Metaphrastem, beatissimus Nicephorus, philosophus & orator.

13. Febr. B

Idibus Februarij, luna

26.8.18.29.11 / 21.3.14.24.6 / 17.27.9.19.1 / 12.22.4.15.

Act. 11.21.

APud Antiochiam, natalis sancti Agabi prophetæ, de quo beatus Lucas in Apostolicis Actibus scribit. In Melitena, ciuitate Armeniæ, sancti Polyeucti martyris, qui Latinè interpretatur multum orans. Ciuitate Andegauis, sancti Licinij episcopi, venerabilis sanctitatis viri. r *Romæ sancti Gregorij papæ secundi: qui rexit Ecclesiam annis sedecim, tempore Leonis & Constantini imperatorum.* b *Hic in Germania per Bonifacium episcopum verbum salutis prædicauit.* r *Apud Torcellum, sanctæ Fuscæ, virginis & martyris.* q *In Britannia, Ermenildæ virginis.* † *In Lugduno, Stephani episcopi. In territorio Treuerensi, Confluentiæ castello, sancti Castoris confessoris: cuius gesta habentur. Ciuitate Meldensi, sancti Gisleberti episcopi & confessoris.* g *Die decimatertia, sancti patris Martiniani* †. I

2
1

id est, viduæ sanctimonialis. Metaph. pag. 973. Leander. l. 1. de ill. prædic.

3

¶ Eodem die, depositio Stephani eremitæ, qui Grandimontensis Ordinis extitit fundator deuotus. Item obitus Iordani †, secundi magistri Ordinis Prædicatorum, & Amulrici episcopi Monasteriensis nondum canonizati. Paduæ ad sanctum Prosdocimum, obitus Eustochiæ virginis, quæ ex monachæ sacrilego partu, vt rosa ex spinis, effloruit, & à pessimo dæmonio vsque ad extremum vitæ fatigata, inuicta animi patientia omnia superauit.

ANNOTATIONES. K

1 Polyeucti martyrium in Melitena Armeniæ, habet Metaphrastes 9. Ianuarij pag. 188. Surij.

2 De Gregorio secundo pontificale tomo 3. Conciliorum fol. 11. & sequentibus.

3 De Eustochia, Bernardinus Scardeonius de antiquitate vrbis Patauij lib. 2. classe 6. Extat liber in D. Prosdocimi monasterio innumerabilium pene miraculorum beatę Eustochiæ, quem nuper cum maxima admiratione & animi lætitia perlegi. Extat etiam libellus de eius vita & laudibus à petro Baraccio episcopo Patauino conscriptus. Scripsit quoque multa de eadem Latino vulgarique sermone Hieronymus Saligerius, tunc illius monasterij confessionarius sacerdos, vir doctissimus.

14. Feb. C

Valentini virtusque gesta celeberr. habet tom. 1.

Decimosexto Calendas Martij, luna

27.9.19.1.12 / 22.4.15.25.7 / 18.28.10.20.2 / 13.23.5.16.

ROmæ, natalis beati Valentini presbyteri, qui post multa sanitatum & doctrinæ insignia, fustibus cæsus, & sic decollatus est, sub Claudio Cæsare. Item Romæ, sanctorum martyrum, Vita-

A Vitalis, Feliculæ, & Zenonis. Ciuitate Interamnis, beati Valentini episcopi: qui post diuturnam cædem, custodiæ mancipatus, cum superari non posset, medio noctis silentio eiectus de carcere, decollatus est. Apud Alexandriam, sanctorum martyrum, Bassi, Antonij Protolici, qui in mare mersi sunt. Item Cyrionis presbyteri, Moyseos, bassiani, Agathonis, qui omnes igne combusti sunt: item Dionysii & Antonii decollatorum. g *Die decimaquarta, sancti patris Auxentij.* *De Anx. Metaph.*

Decimoquinto Calendas Februarij, luna

15. Feb. D

28.10.20.2.13 / 23.5.16.26.8 / 19.29.11.21.3 / 14.24.6.17.

CIuitate Brixia, sanctorum martyrum Faustini & Iouitæ diaconi. r *qui sub Adriano imperatore examinati, dixerunt ei, Audi Adriane tortuose coluber, imò & sæuissime anguis, per ambages, & amfractus cursitas, vt nos à recto possis deuiare. Hoc tibi sit agnitum, quòd latratui tuo non obediemus, nec illis thura ponemus, sed Domino creatori nostro thura simul & libamina ingiter immolamus. Quod audientes populi ex Mediolanensium vrbe conglobantes se mutuò, venerunt ad beatos martyres, & baptizari se fecerunt. Tunc Adrianus hoc audiens, furore accensus, mox eos gladio plecti fecit, & capita truncari.* Romæ, sancti Cratonis martyris. † qui à beato Valentino fidei documentis institutus, non multis pòst diebus, cum vxore & vniuersa domo, martyrio est consummatus. In Galliis, ciuitate Vasionensi, sancti Quinidij episcopi, cuius mortem in conspectu Domini pretiosam crebra miracula testantur: *eiúsque gesta habentur.* Ciuitate Interamnis, sanctæ Agapes virginis. Antiochiæ, Ioseph diaconi. *Ipso die beati Seueri, presbyteri & confessoris, cuius meminit beatus Gregorius in libro dialogorum. Huius corpus attulit ex Italia Ropertus episcopus Treuerensis. Vexione in Dacia, sancti Sigfridi episcopi, præclaræ sanctitatis viri, qui Suetiam ad Dominũ conuertit.* B *Ado. & Gesta pag. 1004. Surij.* *Valentini Interam. gesta. pag. 984. to. 1. Surij.*

Constantinopoli, dedicatio ecclesiæ sanctæ Sophiæ.

ANNOTATIO.

1 De ecclesia Sophiæ, Nicephorus lib. 17. Historiæ cap. 20. ex Procopio / & Euagrius lib. 4. cap. 30.

Decimoquarto Calendas Februarij, luna

16. Feb. E

29.11.21.3.14 / 24.6.17.27.9 / 20.1.12.22.4 / 15.25.7.18.

C

NAtalis beati Onesimi: de quo sanctus Paulus scribit Philemoni. Quem idem Apostolus episcopum ordinans, prædicationisque verbum ei committens, apud Ephesiorum ciuitatem reliquit. a *De quo & beatus Ignatius, Ephesiis scribens Epistolam, ita dicit, Ego suscepi multitudinem vestram in nomine Domini, in Onesimo dilecto præceptore nostro, vestro autem episcopo. Obsecro eum secundum Christum Iesum diligere vos, & vos omnes in concordia eius in ipso esse. Benedictus enim Deus, qui vobis talibus talem episcopũ donauit habere in Christo.* Hic Romam perductus, atque ibi pro fide Christi lapidatus: inde ad loca vbi fuerat ordinatus, corpus eius delatum est. Ciuitate Cumis, sanctæ Iulianæ virginis: quę post varia tormenta, & carceris custodiam, palam cum diabolo conflixit. Deinde flammas ignium & ollam superans feruentem, capitis decollatione martyrium consummauit. b *Quæ passa est quidem in Nicomedia, sed post paucum tempus, Deo disponente in Campaniam est translata.* Apud Ægyptum, sancti Iuliani martyris, cum aliis numero quinque millibus. *Metis ciuitate, natalis sancti Simeonis, episcopi & confessoris. Ipso die, Ambianis, sancti Honesti martyris.* *c. vnico. De eodem Metaph. Epist. 11.* *De Iul. Metaph. pa. 1011.*

D

Decimotertio Calendas Februarij, luna

17. Feb. F

1.12.22.4.15 / 25.7.18.28.10 / 21.2.13.23.5 / 16.26.8.19.

IN Persida, ciuitate Babylonia, natalis sancti Polycronii, episcopi & martyris: qui præsidente Decio persecutore, os lapidibus cæsus, manibus extensis, oculos ad cœlum leuans, emisit spiritum. b *Scriptum est in passione sancti Laurentij.* Apud vrbem Concordiam, passio sanctorum, Donati, Secundiani, Romuli, cum aliis octoginta sex. In Scotia, sancti Fintani, presbyteri & confessoris, magnæ virtutis viri. Ipso die, *monasterio Sithiu*, p *in pago Teruanensi*, sancti Siluini Teruanensis episcopi. *Tolosanæ ciuitatis.* r *Claromonte, sancti Lupiani confessoris.* q *Treueris sancti Bonosij, episcopi eiusdem vrbis.* g *Die decimaseptima, sancti martyris Theodori tyronis.* *In initio cum gestis Abdon.*

E

ANNOTATIO.

1 De Theodoro tyrone Metaphrastes tomo quinto Aloysij, & ibidem Nectarius episcopus. Videndum tamen est num nonnulli diuersos Theodoros confundant.

Duodecimo Calendas Februarij luna

18. Feb. G

2.13.23.5.16 / 26.8.19.29.11 / 22.3.14.24.6 / 17.27.9.20.

NAtalis beati Simeonis, episcopi & martyris: qui propinquus Saluatoris secundum carnem extitisse, dinoscitur, ac filius Cleophæ, qui fuit frater Ioseph. Hic Hierosolymorum episcopus post Iacobum fratrem Domini ordinatus, persecutione Traiani multo tempore supplicijs affectus, martyrio consummatus est, omnibus qui aderant, & ipso iudice, mirantibus, vt centum viginti annorum senex crucis supplicium pertuliſſet. Ciuitate Ostia, sanctorum martyrum, Maximi, Claudij, & vxoris eius Præpedignæ, cum duobus filiis: qui cum essent præclarissimi generis, iubente 1

De his fusè gesta Susannæ.

Est fluxus aquarum.

Dioclitiano sunt tenti, atque in exilium deportati; deinde incendio concremati, odoriferum sa- F
crificium martyrij Deo reddiderunt. a *Quorum reliquias in rheuma † iactatas, Christiani perquisitas, iuxta ciuitatem sepelierunt.* r *In Africa, Lucij, Siluani, & Maximi.*

¶ p *Coloniæ, commemoratio ossium sanctissimi Pantaleonis martyris: quando caput eiusdem martyris per Henricum de Vlmine militem, de Constantinopoli * translatum est.*

† Metaph. de his. Pataris, sanctorum martyrum, Leonis & Paregorij †.

ANNOTATIO.

1 De Simeone Eusebius, & apud eum Egesippus, libro 3. hist. eccles. cap 10. & 26. quæ sunt Rufini 11. & 32.

19. Feb. A

Vndecimo Calendas Martii, luna
3.14.24.6.17 / 27.9.20.1.12 / 23.4.15.25.7 / 18.28.10.21.

De Gab. Gesta Susannæ. 11. Augusti.

ROmæ, natalis sancti Gabini, presbyteri & martyris: qui à Dioclitiano diu in custodia vincu- G
lis afflictus, pretiosa morte cœli gaudia comparauit. In Africa, sanctorum, Publij, Iuliani, & Marcelli. r *Eodem die, sancti Eustachij, patriarchæ ecclesiæ Constantinopolitanæ.* q *Treuiris, sancti Leguntij, episcopi & confessoris. Ciuitate* Beneuento, *sancti* Barbati, *episcopi & confessoris.*

¶ Item sancti & glorioſi admirabilium operum effectoris, patris Auxibij archiepiscopi Solienſis: qui fuit discipulus sancti benedictíque Apostoli & Euangelistæ Marci. Eodem die obijt Bonifacius, Lausanensis in Burgundia episcopus: qui Bruxellæ natus, in Camera monasterio Ordinis Cistertiensis, iuxta idem oppidum quieuit.

Metaph. pag. 1018.

20. Feb. B

Decimo Calendas Martij, luna
4.15.25.7.18 / 28.10.21.2.13 / 24.5.16.26.8 / 19.29.11.22.

1 APud Tyrum ciuitatem, beatorum martyrum, quorum numerum solius Dei scientia colligit: qui iubente Dioclitiano, multis tormentorum supplicijs sibi inuicem succedentibus, occisi sunt. Primo quidem flagris per omne corpus dilaniati, deinde diuersis bestiarum generibus traditi: sed ab his diuina virtute custoditi, pòst addita feritate ignis & ferri, martyrium consummauerunt. Horum gloriosam multitudinem incitabant ad victoriam Tyrannio & Siluanus: sed & H
Peleus atque Nilus episcopi Zenobius quoque presbyter, qui felici agone, vnà cum eis, martyrij Palmam adeptus est. In Cypro insula, sanctorum Pothamij & Nemesij. *Tornaco ciuitate, depositio sancti Eleutherij, episcopi & confessoris ecclesiæ eiusdem.* p *In Sarchinio, monasterio sancti Trudonis, depositio beati Eucherij: qui Aurelianensium episcopus a Carolo * exilio est relegatus: quod tamen cum pro iustitia fuisse perpessum crebra miracula, quæ per eius sacra merita diuina fieri concedit clementia, sunt indicio.* g *Die vigesima, sancti patris Leonis, episcopi Catanes* q *in Sicilia.*

2

3 Martello.

Apud Perhdem, sancti Sadoth † episcopi, & centum vigintiocto, qui cum eo subiêre martyrium, in secun do anno persecutionis Saporis.

Metaph. pag. 1024.

ANNOTATIONES.

1 De martyribus Tyrijs scribit Eusebius lib. 8. historiæ ecclesiasticæ cap. 7. & 25. sed Rufini 14.

2 Eleutherij vita MS. incipit, Temporibus Dioclitiani. Auctor citat de vita eius Audoenum discipulum: item miracula, quæ ipsi retulit Heidilo episcopus Tornacensis. qui Anno 881. eleuauit corpus sancti Eleutherij.

3 Eucherij vitam habet Surius mutato nonnihil stylo, pag. 1026. Meminit & Sigibertus, anno 723. I

21. Feb. C

Nono Calendas Martij, luna
5.16.26.8.19/29.11.22.3.14/25.6.17.27.9/20.1.12.23.

APud Siciliam, sanctorum martyrum septuaginta nouem, qui sub Dioclitiano per diuersa tormenta confessionis suæ coronam, à Christo sibi paratam, accipere meruerunt. In Africa, ciuitate Adrumeto, sanctorum, Veroli, Secundini, Seruuli, & aliorum viginti. *Metis ciuitate, natalis sancti Felicis, episcopi & confessoris: qui sedit annos quadraginta duos & menses sex.* g *Die vigesimaprima, sancti patris Timothei, qui fuit in Symbolis.*

¶ q *Mediolani,* p *festum sancti Ambrosij pro victoria, ipso inuocato adepta ad Parabiagum, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimooctauo.*

¶ p Eodem die, obitus sancti Pipini †. (&) vigiliæ dispersæ sancti Pipini / cuius corpus Niuellæ quiescit in tumba portatili, & circumfertur in Litanijs: sicut & Idubergæ, & nutricis sanctæ Gertrudis.

† Surius pag. 1030.

Octauo Calendas Martij, luna K
6.17.27.9.20 / 1.12.23.4.15 / 26.7.18.28.10 / 21.2.13.24.

22. Feb. D

1 APud Antiochiam, cathedra sancti Petri. Eodem die, sancti Papiæ Hierapolitanæ ciuitatis episcopi: qui Ioannis Apostoli auditor, Polycarpi autem condiscipulus & sodalis fuit. Item sancti Aristionis, qui fuit vnus de septuaginta duobus Christi discipulis. Alexandriæ sancti Abilij

2 episcopi, qui post beatum Marcum secundus episcopus, tredecim annis sacerdotium virtute conspicuus ministrauit. b *Viennæ, sancti Paschasij †, episcopi & confessoris,* q *admirandæ sanctitatis viri.*

† Ado. An. 208. ¶ *Gandaui,* p *translatio corporis sancti Gudualdi archiepiscopi.*

ANNOTATIONES.

1 In Cathedrę Petri festum & natalem diem, est apud Augustinum sermo diei, item Sermo vltimus Iuonis Carnotensis,

A tensis. Huc pertinent Leonis sermones in anniuersarium diem assumptionis suæ / 23. canon 2. synodi Turonensis, & alia.

2 De Papia, Aristione & Abilio mentionem ingerit Eusebius in tertio libro suæ historiæ, de primis cap. 33. Rufini 39. de tertio cap. 12. & 16 / apud Rufinũ 13. & 21. Anno bissextili in lectione diei 23. omittatur vigilia S. Matthiæ.

Septimo Calendas Martij, luna
7.18.28.10.21 / 2.13.24.5.16 / 27.8.19.29.11 / 22.3.14.25. 23. Feb. E

APud * Sirmium, beati Sireni monachi & martyris, qui b *cum vnius ex Maximiani imperatoris domesticis vxorem, hora incongrua in horto quem ipse sibi excolebat, deambulantem, acrius increpando repulisset,* iubente Maximiano imperatore tentus, cum se Christianum esse cõfiteretur, capite cæsus est. Item natale * sexaginta duorum, qui martyrij certamen in præfata vrbe consummantes, regna permansura perceperunt. Ipso die, sancti Polycarpi, presbyteri & confessoris. † qui cum beato Sebastiano plurimos ad fidem Christi conuertit, atque ad martyrij gloriam exhortando perduxit.

* Firmiũ Italiæ ciuitatem in Vicenis. * Al. septuaginta. † Scribitur fusè in gestis Sebast.

B r *Eodem die, vigilia beati Matthiæ Apostoli.* q *In Anglia Milburgis virginis, filiæ regis Merciorum. Treuiris, inuentio sancti Celsi episcopi & confessoris Christi. In tertio Aruernensi, sancti Syrenæi, martyris egregij.*

1
2

ANNOTATIONES.

De Milburge. Catalogus Scriptorum Britanniæ habet Gorzelinum monachum sancti Bertini scripsisse vitam D. Milburgæ, claruisse Anno 1110 / & sanctum Odonem Bellensem edidisse de inuentione librum, obiisse anno 1160. 1

2 De Celso, Tritthemius in chronicis Hirsaugiæ. Theodoricus cœnobij sancti Matthiæ prope Treuerim, ordinis Benedictini, scripsit de inuentione sancti Celsi, librum vnum. Cl. anno Domini 1005. Est MS. coloniæ, ad Minores.

Lectio diei intercalaris.

Sexto Calendas Martij, luna
8.19.29.11.22/3.14.25.6.17 / 28.9.20.1.12/23.4.15.26. 24. Feb. F

C VIgilia sancti Matthiæ apostoli, & aliorum plurimorum sanctorum martyrum, confessorum, atque virginum.

ANNOTATIO IN BISSEXTVM.

Quidam die intercalari repetunt totam lectionem diei.

23 Parum etiam refert an luna vtroque die eadem legatur, an verò, vt diei, sic & lunæ fiat in pronunciando accessio, quod legitimum est.

Sexto Calendas Martij, luna
8.19.29.11.22/3.14.25.6.17 / 28.9.20.1.12 / 23.4.15.26. 24. Feb. vel 25. F

NAtalis beati Matthiæ Apostoli, qui post ascensionem Domini ab Apostolis sorte electus, apud Iudæam Euangelium Christi prædicauit. Item, inuentio capitis præcursoris Domini, tempore Marciani principis: quando idem Præcursor duobus monachis, primùm vbi idem caput eius cælatum iaceret, reuelauit. In Cæsarea Cappadociæ, sancti Sergij † martyris. cuius gesta præclarissima habentur. *Treuiris, beati Modesti episcopi. In Anglia Ethelberti regis Cantiorum, & confessoris. qui* D *prædicatione sancti Augustini, quem sanctus Papa Gregorius miserat, conuersus, fidei ampliandæ & ecclesijs extruendis, studiosum cooperatorem se exhibuit.*

1 Act. 1. c.

† Forte de eo Turo. de glo. Mar. cap. 97. 2

¶ Eodem die annotatur † vita & martyrium sancti Montani, & sociorum eius, Lucij, Iuliani, Victorici, Flauiani, & cæterorum / scriptum eleganti stylo, partim ab ipsis martyribus, partim ab eorum familiari, qui præsens aderat.

† A Surio Codex MS. Lobyi, ponit 18. Maij.

ANNOTATIONES.

1 De Matthia legitur in quibusdam ecclesijs sermo, quem Vrbinas in milleloquio asscribit Augustino: Bedæ verò alij quidam. Meminit eiusdem Clemens Alexandrinus, libris stromatum, 2. 3. & 7. quorum medium locum Eusebius citat lib. 3. hist. cap. 23 / Rufini 29 / Rursus de Matthia, appendix Græca ad Hieronymi catalogum cap. 10. Treuericam historiam cum Pseudoabdia edidit Lazius.

2 De Ethelberto rege confessore, Beda historiæ gentis suæ libro 1. cap. 25. 32. 33 / lib. 2. cap. 3. & 5.

Quinto Calendas Februarij, luna
9.20.1.12.23/ 4.15.26.7.18/29.10.21.2.13/ 24.5.16.27. 25. Febr. vel 26. G

E APud Ægyptum, natalis sanctorum Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Dioscori, Serapionis, & Papiæ, sub Numeriano imperatore. quorum primus, secundus, & tertius, pro confessione deitatis constanter exquisita suppliciorum genera tolerantes: reliqui quatuor, Claudianus & Dioscorus, flammis incensi: Serapion & Papias, gladio cæsi sunt. Omnes itaque celebre martyrium dedicauerunt. *Item sanctæ Aldetrudis virginis, filiæ sanctæ Vualdetrudis; quæ Malbodio monasterio secunda præfuit. In Sicilia, sancti Gerlandi, ex Burgundia, episcopi Agrigentini, tempore Rogerij comitis.*

g *Die vigesimaquinta, sancti patris Tarasij, archiepiscopi Constantinopolis.* 1

ANNOTATIO.

1 De Tarasio, Suidas in dictionario, Ignatius diaconus, & vasorum custos magnæ Constantinopolitanæ ecclesiæ, metropolitanus Niceæ, grammaticus, scripsit vitas Tarasij † & Nicephori, sanctorum & beatorum patriarcharum. † pag. 1036. Sury.

26.Feb.A vel 27.

Quarto Calendas Martij, luna
10.21.2.13.24/5.16.27.8.19/30.11.22.3.14/25.6.17.28.

F

† *al.* Pergę. 1 IN ciuitate † Perge Pamphyliæ, natalis beati Nestoris episcopi, qui persecutione Decij, cum die noctúque orationi insisteret, postulans vt grex Christi custodiretur, comprehensus, no men Domini mirabili libertate & alacritate confessus, equuleo crudelissimè tortus est: exinde crucis suspendio victor migrauit. 2 Apud Alexandriam, sancti Alexandri episcopi, glorioſi senis. hic post beatum Petrum, Arium presbyterum suum, hæretica impietate deprauatum, & diuina veritate conuictum, de ecclesia eiecit: ac postea iuter trecentos decem & octo patres in Niceno Concilio eundem damnauit. r *Item Fortunati, Felicis, cum alijs viginti septem.* q *In territorio Archiacensi, sancti* 3 *Victoris confessoris.* g *Die vigesimasexta, sancti patris Porphyrij, archiepiscopi Gazæ.* 4

ANNOTATIONES.

1 De Nestore latius Beda in martyrologio, ex Gestis apud Surium, pag. 1055.
2 De Alexandro, Rufinus, lib. 1. siue 10. historiæ eccles. cap. 1/Theodoritus lib. 1. capitibus primis.
3 De Victore Bernardus epistola 312. ad Guidonem abbatem Arremarensem: Seruata antiquorum veritate scriptorum, quæ tu mihi transmiseras, de vita sancti Victoris, cuius apud vos corpus sacratissimum requieſcit, duos
† *Sunt inter Sermones.* dictaui sermones † qualicunque sermone meo, illud quantum potui cauens, vt nec breuitas obscuros, nec prolixitas redderet onerosos. Deinde quod ad cantum spectat, hymnum composui, merri negligens, vt sensui non deesſem. Responsoria duodecim, cum antiphonis viginti septem, suis in locis disposui, &c.
4 Porphyrij vitam Marcus eius discipulus & familiaris, satis prolixè scribit apud Metaphrastem.

27.Feb.B vel 28.

Tertio Calendas Februarij, luna
11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/1.12.23.4.15/26.7.18.29.

† *S. Dio. Alex. 6. hist. eccl. c. 34.* 31. *Rufini.* 1 ALexandriæ, passio sancti Iuliani martyris. † Is cum ita podagra constrictus esset, vt neque incedere neque stare posset, vnà cum Euno ministro suo in sella iudici offertur: qui camelis impositi, per totam iubentur circumduci vrbem, & flagris hinc inde inspectante populo laniari, vsque- H
quò finem ipsis verberibus sortirentur. In Hispanijs, ciuitate Hispali, natalis sancti Leandri, episcopi & confessoris: cuius prædicatione & industria, tota gens Gothorum, per Recharedum regem, ab Ariana impietate conuersa est. Lugduni, sancti Baldomeri viri Dei: cuius sepulchrum crebris miraculis illustratur. *Eodem die, in Nortmannia, beatæ Honorinæ, virginis & martyris.* g *Die vigesimaseptima, sancti patris Procopij, Decapolitæ confessoris.*
pag. 108. Item apud Metaphrastem, sanctorum Andronici & Athanasię.

ANNOTATIO.

1 Leandri Gregorius meminit 3. dialogorum cap. 30/& initio moralium/item S. Isidorus de viris illustribus cap. 28.

28.Feb. C vel 29.

Pridie Calendas Martij, luna
12.23.4.15.26/7.18.29.10.21/2.13.24.5.16/27.8.19.30.

al. Iurensibus. 1. IN territorio Lugdunensi, locis † virentibus, depositio sancti Romani abbatis: qui primus illic I
eremiticam vitam duxit, & multis virtutibus ac miraculis clarus, plurimorum postea pater extitit monachorum. r *Eodem die sanctorum Macarij, & Rufini, Iusti & Theophili.* g *Die vigesimaoctaua, sancti patris & confessoris Basilij, Synaxeæ sancti Procopij.*
r. *Diaconus lib. 6. de Longo. 6. c. 14.* ¶ r *Papiæ, translatio † sancti patris Augustini, episcopi & confessoris.*

ANNOTATIO.

1 Lupicini & Romani vitam scribit sanctus Gregorius Turonicus, libro siue capite 1. de vita patrum.

MARTIVS HABET DIES XXXI.

1. Mart. D

Calendis Martij, luna
13.24.5.16.27/8.19.30.11.22/3.14.25.6.17/28.9.20.1.

K

Passio Valentini presby. to. 1. Surij pag. 981. * *al.* iudice, 1

ROMÆ, Sanctorum ducentorum sexaginta Martyrum, quos iussit primò Claudius pro Christi nomine damnatos, arenam fodere: deindè præcepit vt foras muros portæ Salariæ mitterentur, & in amphitheatro eiusdem ciuitatis, militum sagittis interficerentur. Eodem die, sancti Donati martyris: qui sub † duce Vrsatio, & Marcellino tribuno, Carthagini passus est. Andegauis, sancti Albini episcopi & confessoris, viri præclarissimæ virtutis & sanctitatis. *cuius vitam Fortunatus presbyter conscripsit.* Ciuitate Massilia, sanctorum, Hermetis & Adriani. *Eodem die festiuitas sanctorum Angelorum, custodum singulorum hominum. Apud oppidum imperiale, quod Vuerda dicitur,*

A *citur, natalis sancti Suuitberti Vverdensis episcopi, & confessoris. qui temporibus Pipini vnà cum sancto Vuillibrordo verbum salutis gentibus prædicauit. Hic inter cætera genera morbum, quem Physici squinantiam † nominant, solitus est curare. Eodem die Massiliæ, sancti Adalongi episcopi.* g *Die prima, sacrosanctæ martyris Eudociæ.* q *In territorio Cenomanensi, natale sancti Siuiardi abbatis. In Britannia, beati Dauid, Meneuensis archiepiscopi, & confessoris. Apud Antinoeum vrbem, passio beati Leonidis.* †

2 * *Synanchen & angină, quòd angat guttur.* 3 4 † *Gesta Thyrsi.*

ANNOTATIONES.

2 De Albino, Greg. Turonensis de gloria confessorum cap. 96. Albini confessoris nuper vitæ liber conscriptus est à Fortunato presbytero: editus to. 2. Surij. pag. 1.
2 De Suuitberto. Rixfridus septimus episcopus Traiectensis, in epistola ad S. Ludgerum. Habemus, & reuerenter habemus, libellum continentem gesta & Legendam sancti Suuitberti episcopi, & coëpiscopi sancti Vuillibrordi editam mandato & auctoritate sancti patris Gregorij, episcopi Traiectensis ecclesiæ, à sancto Marcellino presbytero, consodali & confratre sanctorum Vuillibrordi & Suuitberti. S. Ludgerus cap. 1. libri de eleuatione, canonizatione & miraculis sancti Suuitberti ad Rixfridum. Expauesco, & tremisco aliquid addere ad complemen-
B tum illius libri, editi & conscripti à tam excellenti gentilium prædicatore, egregio presbytero sancto Marcellino. Est excusus cum Marcell. to. 2. Surij, & Coloniæ Anno 1568. Cap. 5. dicit Suuitbertum vbique terrarum appellari patronum pestis squinantiæ.
3 Siuiardi abbatis Anisolensis vita habetur per coætaneum, breuiter scripta: pag. 44. Surij.
4 De Dauide, ex Catalogo Scriptorum Britanniæ. Silucster Gyraldus Cambrensis scripsit vitam Dauid Menenensis, & Caradoci presbyteri. Cl. Anno 1210.

Sexto Nonas Martij, luna
14.25.6.17.28/9.20.1.12.23/4.15.26.7.18/29.10.21.2.

2. Mart. E

ROmæ via Latina, sanctorum martyrum Iouini & Basilei: qui passi sunt sub Gallieno & Valeriano imperatoribus. Item Romæ, martyrum plurimorum, quos diu cruciatos imperator Alexander capitali sententia in extremo damnauit. *Apud Vverdam, natale sancti Vuilleici confessoris, pres-* *De Vuill. Marcell. vita Suuitberti c. 26.*
C *byteri sancti Suuitberti episcopi.* g *Die secunda, sancti hieromartyris Theodoti, episcopi Cyreniæ.* q *In Britannia, depositio sancti Ceaddæ, episcopi gentis Merciorum, & Lindisfarnorum. quem Beda prædicat timoris Domini plenum, & nouissimorum suorum assiduè memorem. Hic aëre commoto in ecclesia solicitus orabat, donec serenitas aëris rediret. Monet enim, aiebat, aëra Dominus, ventos excitat, fulgura iaculatur, de cœlo intonat, vt terrigenas ad timendum se suscitet, & corda eorum in memoriam futuri iudicij reuocet.*
¶ r *Item Lucij episcopi* b *in Cæsarea Cappadociæ. Et sanctorum martyrum,* r *Absoloni &* * *Lorgij,* b *& Heracli. Et Simplicij papæ, qui sedit annos quindecim. Hic Petrum Alexandrinum episcopum, Eutychianum damnauit. In portu Romano, Pauli, Secundolæ, Iuuuariæ.* * *al.* Largi.
Brugis obitus Caroli martyris, Comitis Flandriæ.

ANNOTATIO.

1 De Ceadda, Virtutes eius Beda commemorat lib. 3. Hist. Eccl. cap. 28/lib. 4. cap. 2. & 3. Vitam eius, restante id Catalogo Brytann. scripsit Daniel episcopus Vventanus, siue Vintonensis, qui obiit anno. 746.

D

Quinto nonas Martij, luna
15.26.7.18.29/10.21.2.13.24/5.16.27.8.19/30.11.22.3.

3. Mart. F

APud Cæsaream Palæstinæ, sanctorum martyrum, Marini militis, & Asterij senatoris, sub persecutione Valeriani: quorum prior cum accusatus fuisset à commilitonibus quòd esset Chri- *Euſ. l. 7. c. 14. Rufini, l. 2. c. 15.*
stianus, & ille clarissima voce Christianum se esse testaretur, martyrij coronam capitis abscisione susceptt. Cúmque sequens capite truncatum martyris corpus subiectis humeris, & substrata veste qua induebatur, exciperet, honorem quem martyri detulit, continuò ipse martyr accepit. b *Scriptum est in historia ecclesiastica.* Eodē die, natalis sanctorum, Hemeterij & Cheledonij: qui primùm apud Legionensem Galæciæ ciuitatem milites, exurgente persecutionis procella, pro confessione nominis Christi plurimis afflicti tormētis, Calagurrim vsque perducti, atque ibi coronati sunt mar- *Hymno* 1 2
E tyrio. b *Scribit hæc Aurelius Clemens in libro Coronatorum.* p *In Blandinio monasterio, Vuinualoci abbatis.*
q *Babenbergæ, sanctæ Kunegundis virginis.* g *Die tertia, sanctorum martyrum, Eutropij, & comitatus ipsius, Cleonici & Basilisci.*

ANNOTATIONES.

1 Vvinualoci historiam paraphrastic̄s habet Surius pag. 52/
2 Kunegundis imperatricis. pag. 60.

4. Mart. G

Quarto Nonas Martij, luna
16.27.8.19.30/11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/1.12.23.4.

ROmæ, via Appia, natalis beati Lucij, papæ & martyris. qui persecutione Valeriani & Gallieni 1
ob Christi fidē exilio relegatus, & postmodū diuino nutu ad ecclesiā suā redire permissus martyriū capitis obtruncatione cōpleuit. Itē Romæ, via Appia, sanctorū martyrū nongentorū. qui positi sunt in cœmeterio ad sanctā Cæciliā. Eodē die, Caij * Palatini in mare mersi: r *& aliorū viginti septem.* *Fortè palatini id est, aulici.*

q *Nicomediæ, sancti Adriani, cum alijs viginti tribus: cuius corpus Romæ translatum est, atque sepultum sexto* F
idus Septembris. vbi & eius passio est annotata. Treuiris, sancti Basini episcopi. g *Die quarta, sancti patris Gerasini, qui fuit in Iordane.*

¶ p *Ipso die, eleuatio corporis beati Adriani martyris.*

ANNOTATIO.

1 De Lucio, Pontificale cap.23/ Cyprianus epist.58. & 63/ & Breuiarium Daniæ.

5.Mart. A

Tertio Nonas Martij, Iuna
17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/7.18.29.10.21/2.13.24.5.

† *Greg.Tur. de gloria mar.c.99.*

APud Antiochiam, natalis beati Phocæ martyris.† qui post multas quas pro redemptoris nomine passus est iniurias, qualiter de antiquo illo serpente triumphauerit, hodie quoque populis declaratur. Ipso die, passio sancti Eusebij Palatini, & aliorum nouem martyrum. *Sueßionis, sancti Drausij, episcopi & confessoris.* G

8.*hist. eccl. c.* 21.*Eus.*

¶ Cæsareæ Palæstinæ, sancti Adriani martyris. qui die festo quo natalitia fortunæ Cæsarienſium (sic enim putabatur) celebrari solent, leoni primùm ad discerpendum proiectus fuit: deinde gladio est iugulatus.

6.Mart. B

Pridie Nonas Martij, Iuna
18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/8.19.30.11.22/3.14.25.6.

* *Pomerij, cuius prognostiticon exiat.*

NIcomedię, natalis sanctorum, Victoris & Victorini. qui per triennium cum Claudiano & Bassa vxore eius, tormentis multis afflicti, & retrusi in carcerem, ibidem vitæ suæ cursum impleuerunt. Ciuitate Toleto, depositio Iuliani * episcopi, qui apud eiusdem loci incolas famosissimus habetur. *In monte Carmelo, beati Cyrilli presbyteri, Carmeli eremicolæ perdenoti. cui Deus, tanquam fideli amico de futuro mundi statu quamplura reuelauit. Treueris, sancti Quiriaci presbyteri. Seckingi, depositio Fridolini abbatis & confessoris.* g *Die sexta, sanctorum quadraginta duorum martyrum, recenter inuentorum in Ammorio.*

1

2 ¶ Gandaui, obitus sanctæ memoriæ Coletæ de Corbeia, anno millesimo quadringentesimo quadragesimosep- H
† *Sig.c.*78.*de vi. ill. & vita.* timo, quæ instituit Clarissas Coletanas. Metis, sancti Grodegandi, † archiepiscopi & confessoris.

ANNOTATIONES.

1 De Fridolino Ægidius Tscudus in descriptione Rhætiæ Alpinæ, cap.12. Descriptionis vitæ sancti Fridolini auctor fuit Noggerus, abbas sancti Galli, qui vixit ante 650. annos.

2 Coletę Gandauensis vitam scripsit Stephanus Iuliacus, sacræ paginæ professor, MS. cuius compendium Parisiis impressum est in 8.

7.Mart. C

Nonis Martij, luna
19.30.11.22.3/14.25.6.17.28/9.20.1.12.23/4.15.26.7.

1 IN Mauritania, ciuitate Thuburbitanorum, natalis sanctorum martyrum, Perpetuæ & Felicitatis, & cum eis, Reuocati, Saturnini, & Secundoli. quorum vltimus in carcere quicuit: reliqui omnes ad bestias sunt traditi, sub Seuero principe, b *die natalis eius. Quique dum adhuc seruarentur in car-*
2 *cere, & Felicitas parturiret, omnium sanctorum precibus impetratum est, vt octauo mense pareret. Eodem die, in* I
Tarracina Campaniæ ciuitate, monasterio Fossæ nouæ v sancti Thomæ Aquinatis, doctoris & confessoris. q *qui de nobili genere Comitum Aquinorum claram originem ducens, patre inuito Ordinem ingressus est Prædicatorum, &*
literarum studijs diligenter intendens, sacræ Theologiæ cathedra sublimatus, totum mundum claritate suæ scientiæ il-
lustrauit: & anno millesimo ducentesimo, septuagesimo quarto, vitæ verò suæ quinquagesimo inchoante diem clausit
cap.4. *extremum. Apud Valeriam prouinciam, sancti Equitij abbatis. cuius meminit beatus Gregorius, dialogorum libro primo.* g *Die septima, sacrosanctorum martyrum episcoporum in Chersone, Basilei, Ephraim, Charitonis, Eugenij, & reliquorum.*

8.*hist. eccles. cap.*21. *Eusebij.*

¶ Cæsareæ Palæstinæ, natalis sancti Eubuli: qui gloriosam pro pietate mortem, caducæ vitæ præponens post bestiarum laniatus, gladio trucidatus fuit: omniáque martyrum certamina suo sanguine postremus obsignauit. In Segenberge, sancti Volkeri martyris.

ANNOTATIONES.

1 De Perpetuæ & Felicitatis natali, indicat Possidius in indiculo tractatus Tres beati Augustini. qui ex Cabronensi codice excudentur apud Plantinum. Meminit item Perpetuæ Tertullianus de anima, capite de inferis / Augustinus de animæ origine libro 3. cap. 9 / in Psalmum 47. versus finem/ & Perpetuæ, Felicitatis, ac sociorum, de tempore barbarico, cap.5. K

2 Thomas Tolosam est translatus. Vitam eius scribunt Ioannes 22. & Antonius Pizamanus, cum opusculis sancti Thomæ excusi Venetijs, anno 1490/ Ioannes Garzo libro 4. de illustribus viris Ordinis Prædicatorũ: & Surius pag. 68. Item Græcè Demetrius Cydoneus, teste Xysto Senensi, libro 4. bibliothecæ sacræ.

8.Mart. D

Octauo Idus Martij, luna
20.1.12.23.4/15.26.7.19.29/10.21.2.13.24/5.16.27.8.

1 IN ciuitate Antinoetarũ, natalis sanctorum, Philémonis & Apollonij diaconi: qui tenti, & à iudice auditi, cũ cõstãter sacrificare idolis noluissent, perforatis calcaneis per ciuitatẽ horribiliter tracti, nouissi-

A nouissimè gladio cæsi, martyrium compleuerunt. Eodem die, apud præfatam vrbem, passio sanctorum, Arriani, Theotici, & aliorum trium, quos iudex submersos in mare necauit: sed obsequio delphini corpora eorum littori sunt restituta. Carthagini, sancti Pontij, diaconi beati Cypriani episcopi: * qui vsque ad diem passionis illius cum eo exilium sustinens, egregium volumen vitæ & * *Hier. de vi. ill.c.*78.
passionis ipsius reliquit, ac clarus passionibus coronam vitæ promeruit. p *In pago Ternanensi, sancti Humfridi, episcopi eiusdem ciuitatis, & abbatis Sithiensis.* q *cuius corpus deletis Morinis, Ipras est translatum.* † *Beda lib. 2. cap.15.*
In Anglia, sancti Felicis, † *episcopi & confessoris. qui de Burgundia veniens, nationi Anglorum Orientalium Christum annuntiauit.* g *Die octaua, sancti patris & confessoris Theophylacti, episcopi Nicomediæ.*

ANNOTATIO.

1 Philemonis, Apollonij, Arriani & aliorum quatuor, martyrium habet Metaphrastes, in passione Thyrsi, die 14.Decemb.

9.Mart. E

Septimo Idus Martij, luna
21.2.13.24.5/16.27.8.19.30/11.22.3.14.25/6.17.28.9.

B 1

APud Sebasten Armeniæ minoris, natalis sanctorum quadraginta militum: qui tempore Licinij regis, post vincula & carceres creberrimos, post facies cæsas lapidibus, missi sunt in stagnum, & sic demum crurifragio martyrium consummauerunt. Erant autem nobiliores inter eos Quyrion & Candidus. Apud Nyssenam ciuitatem, depositio sancti Gregorij episcopi, fratris beati Basilij Cæsariensis, tam vita quàm eloquentia clarissimi. Ciuitate Barcinona, sancti Patiani epi- 2
scopi: † qui tempore Theodosij principis, optima senectute finem vitæ sortitus est. † *Hier. de vi. ill.c.*116.

ANNOTATIONES.

1 De quadraginta martyribus. Basilius scripsit laudationem in hos martyres, homilia 20. Extant & fratris eius Gregorij Nysseni orationes duæ in laudem eorundem: & tomo quarto Aloysij sermo sancti Gaudentij Brixiensis episcopi, habitus in die dedicationis Basilicæ Concilij sanctorum, vbi inter cætera ait, Habent planè idoneum suis meritis, dignissimúmque præconem, beatæ recordationis virum confessorem Basilium, ecclesiæ Cæsariensis
C antistitem, cuius eloquentia singularis, & sermo Apostolico sale conditus, paupertatem mei rerundit ingenij. De iisdem Metaphrastes tomo 2. Surij/ Sozomenus lib.9.cap.2.

2 Gregorij Nysseni meminit Theodoritus lib.4.hist.eccl.cap.36.vel 28/ & Hieronymus de viris illustribus cap. 138. Extántque eius opera.

Sexto Idus Martij, luna
22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/7.18.29.10.

10.Mart. F

† *Apud Eus: l.5.c.*15/16. *Rufini.*

APud Apamiam, natalis sanctorum Alexandri & Caij martyrum: qui, vt Apollinaris scribit, Hierapolitanus episcopus, in libro contra Cataphrygas, † persecutione Antonini Veri glorioso martyrio coronati sunt. In Perside, sanctorum martyrum numero quadraginta duorum, Parisiis, depositio sancti Droctouei abbatis, discipuli beati Germani episcopi. Luxouio monasterio, † *De his Mẽ taph.*
sancti Attalæ abbatis. g *Die decima sanctorum martyrum, Codrati & sociorum eius.* †

¶ In Villenaken iuxta Thenas in montibus sancti Himelini confessoris, qui natione Scotus, & beato Rumoldo 1
D carne propinquus, præfato loco, febre pestilentiali tactus, diem obiit, mirificante Domino obitum eius multis signis & miraculis.

ANNOTATIO.

1 De Attala, Ionas Scotus, discipulus discipulorum Columbani, scripsit vitas sanctorum, Columbani, & Attalæ, † *pag.* 92. *sui.*
† ac Eustachij, successorum eius. Quæ manifesto errore Bedæ tribuuntur, tomo 3. operum Bedæ.

11.Mart. G

Quinto Idus Martij, luna
23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/8.19.30.11.1

IN Carthagine, sanctorum martyrum, Heraclij, Sozimi, & Candidi, Piperionis, & aliorum viginti. Ipso die, Gorgoni & Firmi. q *In territorio Herbipolensi, sancti Gumberti confessoris. In pago Atrebatensi, depositio sancti Vindiciani episcopi. Item Carthagine sancti Constantini, clarissimi viri.* g *Die vndecima, sancti patris Sophronij, patriarchæ Hierosolymorum.* Act.13.

¶ Cuius nomen inseri sanctis diptychis sanctarum ecclesiarũ iudicauit sanctũ Concilium sextũ Constantinopolitanũ.

ANNOTATIVNCVLA.

E Hoc die Vsuardus solos habebat martyres 40. qui positi sunt die nona, iuxta Rom. eccl. obseruationem:

12.Mart. A

Quarto Idus Martij, luna
24.5.16.24.8/19.30.11.22.3/14.25.6.17.28/9.20.1.12.

1

ROmæ, beati Pontificis Gregorij, doctoris & Apostoli Anglorum. Apud Nicomediam, pas- *Lib.*8. *hist.*
sio sancti Petri martyris. Hic cum esset cubicularius Diocletiani principis, & liberius *eccl.c.*6.
causaretur de immensis * martyrum supplicijs, iubente eodem in medium educitur, ac primò su- * *Sancti No-*
spensus, diutissimè flagris torquetur: deinde aceto & sale perfusus, ad vltimum in craticula assatur: *mæ:*
sicque verè Petri extitit & fidei hæres, & nominis. Item Nicomediæ, sanctorum Egdunij presby- *De Mamil.*
teri, & aliorum septem: qui diebus singulis suffocati sunt, vt cæteris metus incuteretur. Romæ, *presb. gesta*
sancti Mamiliani martyris. g *Die duodecima, sancti patris & confessoris Theophanis.* *Vrbani.*
De Theoph. Metaph.

De Theoph. Metaph. ¶ Qui & Isaacius dictus est: magnâque animi constantia restitit iconomacho Leoni. In Britannia minori, Pauli Leonensis episcopi tempore Iustini iunioris. F

ANNOTATIO.

1 De Gregorio, Beda lib.2. hist. Anglorum cap.1. Paulus diaconus lib.3. de gestis Longobardorum cap.11. Ideo, inquit, de beato Gregorio plura dicere omittimus, quia iam ante annos aliquot eius vitam Deo auxiliante contexuimus. Habetur MS. Sigibertus eiusdem meminit de viris illustribus cap.80/rursus cap.107. librorum quatuor, quos Ioannes diaconus Romanæ ecclesiæ, vrbano stylo scripsit de vita Gregorij ad Ioannem papam. Hi excusi sunt cum operibus Gregorij, Parisiis, & tomo 2. Surij.

1. 3. Mart. B Tertio Idus Martij, luna

25.6.17.28.9 / 20.1.12.23.4 / 15.26.7.18.29 / 10.21.2.13.

1 APud Nicomediam, natalis sanctorum martyrum, Macedonij presbyteri, Patriciæ & Modestæ. Nicea ciuitate, sanctorum martyrum, Theusetæ, Horris, Theodoræ, Nymphodoræ, Marci, Arabiæ. qui omnes igni traditi sunt. In Thebaide, depositio sanctæ Euphrasiæ virginis. G

¶ r *Ipso die, monasterio Cluniaco, translatio sanctæ Consortiæ.* g *Die decimatertia, reportatio reliquiarum sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolis.*

De Sab. Metaph. Qui vtilem sacrarum imaginum vsum aduersus impietatem defendit. Hermopoli, sancti Sabini martyris.

ANNOTATIONES.

1 Euphrasiæ vitam habet Surius pag.216. quæ etiam cum vitis patrum est impressa.
2 In Nicephori patriarchæ Constantinopolis exilium, & in translationem sanctarum ipsius reliquiarum, est apud Metaphrastem oratio Theophanis presbyteri & præpositi, pag. Surij 227.

14. Mart. C Pridie Idus Martij, luna

26.7.18.29.10 / 21.2.13.24.5 / 16.27.8.19.30 / 11.22.3.14.

** vt habet Processi passio 2. Iulij. De Zach. pontificate c. 93. to. 3. Concil.* ROmæ, passio sanctorum martyrum quadraginta & septem. Hi * baptizati sunt à beato Petro Apostolo, cum teneretur in custodia Mamortini, cum coapostolo suo Paulo, vbi nouem menses detenti sunt. Qui omnes sub deuotissima fidei confessione, Neroniano gladio consumpti sunt. In Africa, sancti Petri martyris. Item sancti Euphrosij. r *Eodem die, Zachariæ pontificis, qui sedit Romæ annos decem.* q *Hic quatuor libros dialogorum beati Gregorij transtulit in Græcum, & per Bonifacium Moguntinum episcopum, Pipinum patrem Caroli, in solium regni sublimauit in Sueßionum ciuitate. Eodem die Carnoti, sancti Leonini episcopi.* g *Et sancti martyris Alexandri in Pydne.* H

¶ In Quindelingeborg monasterio, diœcesis Halberstadensis, dormitio Machtildis reginæ, matris Ottonis primi, imperatoris, cuius vita virtutis specular fuit.

ANNOTATIO.

1 De Mathilda, Vvitichindus Saxo ad Mathildam filiam Othonis, lib. 3. rerum gestarum ab Henrico & Othone, & Liutprandus Ticinensis lib.4.cap.7. rerum Europæ.

25. Mart. D Idibus Martij, luna I

27.8.19.30.11 / 22.3.14.25.6 / 17.28.9.20.1 / 12.23.4.15.

Apud Metaph. pag. 232. IN Cæsarea Cappadociæ, passio sancti Longini, qui latus Domini lancea perforauit, vt in gestis eius inuenitur. † Apud Thessalonicam ciuitatem, natalis sanctæ Matronæ martyris, quæ a *cum occulte Christum colens, quotidie furtiuis orationibus ecclesiam frequentaret,* deprehensa & multipliciter afflicta, nouissimè robustis fustibus vsque ad mortem cæsa, in confessione Christi incorruptum Deo spiritum reddidit. g *Die decimaquinta, sancti martyris Agapij, & sociorum eius.*

16. Mart. E Decimoseptimo Calendas Aprilis, luna

28.9.20.1.12 / 23.4.15.26.7 / 18.29.10.21.2 / 13.24.5.16.

APud Aquileiam, natalis beati Hilarij episcopi, & Tatiani diaconi: qui sub Beronio præside post equuleum, atque alia tormenta, vnà cum Felice, Largo, & Dionysio, martyrium terminarunt. Romæ, passio sancti Cyriaci diaconi. † qui post longam carceris macerationem, reliquata pice pertusus, & in catasta extensus, attractus etiam neruis, & fustibus cæsus, ad vltimum cum Largo & Smaragdo, & alijs viginti, iubente Maximiano, capite truncatus est. Horum tamen festiuitas sexto Idus Augusti recolitur, quo die à beato Marcello papa, eorum corpora sunt leuata, ac venerabiliter tumulata. *Eodem die, natale sancti Heriberti archiepiscopi Coloniensis. Huius venerabile corpus in monasterio Tuicienſi ad Rhenum honorificè requieſcit: quod idem vir sanctus in honore sanctæ Dei genitricis à fundamento erexit. Reesæ, in territorio Cliuensi, festum sancti Dentlini, pueri septem annorum.* 2 *Martianis,* p *depositio sanctæ Eusebiæ virginis.* g *Die decimasexta, sanctorum martyrum, Sabini* † *& Papæ.* K

† Gesta Marcelli to.1. Surij pag.361. *De hoc forte Meta. 13. huius.*

¶ Aruernis, depositio sancti Patricij, episcopi & confessoris.

ANNOTA-

ANNOTATIONES.

1 Hereberti vitam nouo stylo conscripsit Rupertus abbas Tuitiensis, pag. 246. Surij. Hanc & miracula antea libris duobus scripserat Lambertus Leodiensis, monachus Tuitiensis, mandante metropoli Agrippina. Sic enim habet præfatio inter alia, Matri ecclesiarum sanctæ Romæ Ecclesiæ, & in vniuerso orbe terrarum, filiis vniuersis vniuersalis ecclesiæ, Metropolis Agrippina Colonia. Curam scribendi communi consensu vni ipsius monasterij fratri commisimus, qui ministri obedientia nihil aliud scripsit quàm quod vidimus, aut à fidelibus audiuimus. Et in fine, Scripta sunt imperante Honorio tertio, Hermanno metropolis nostræ archiepiscopo, cœnobij ipsius in quo requiescit, abbate Vverimboldo. Ne verò suppresso nomine dictantis, cauſetur muta pagina, tituletur obsecundantis nobis fratris nostri Lamberti nomine & memoria.
2 De Eusebia, Chronicon Marcianense. Eusebiæ sanctæ virginis vitam & actionum gesta edidit quidam profundioris scientiæ, & prosa, & carmine. Habentur MS. Marcenis, vbi auctore Marcianensi, Prosa incipit, Cum primùm ad scribendum: Carmen verò,

Ordinibus variis, quorum compagine vestis.

17. Mart. F Decimosexto Calendas Aprilis, luna

29.10.21.2.13 / 24.5.16.27.8 / 19.30.11.22.3 / 14.25.6.17.

IN Scotia, natale sancti Patritij, episcopi & confessoris: qui primus ibidem Christum euangelizauit. Eodem die, monasterio Niuigella, p *transitus* sanctæ Gertrudis virginis, *filiæ Pipini ducis. cuius præclara gesta habentur. Alexandriæ, natalis sancti Ambrosij, eiusdem ecclesiæ diaconi. Cabilonæ, natale sancti Agricolæ, episcopi & confessoris.* 1 2 3

¶ p *Lyræ, translatio sancti Gummari, præclari confessoris. Apud Dononium, eleuatio corporis sanctæ Reginæ.*

ANNOTATIONES.

1 Patritius Apostolus fuit Hibernorum, qui apud veteres Scotorum quoque nomine comprehendebantur. Vita duobus libris habetur tomo 3. Bedæ, non per Bedam, sed per Hibernum Bedæ longè imparem, qui se in fine secundi Probum nominat, & fratri Paulino vtrumq; scripsisse indicat. Eiusdem vitam tribus libris scriptam esse à Guilh. Malmesburiæ Benedictino, testatur catalogus Scriptorum Britanniæ.
2 Gertrudis vita tribus libris conscripta habetur Niuellæ, oppido Brabantiæ: & in eorum prologo, Vitam piissimæ virginis scribere decreuimus, secundum quòd veracissima ac fidelissima narratione, licet inculto sermone, nobis tradidit, † qui vitam & virtutes eius oculis suis vidit, quíq; sacris exequiis præsens fuit. *Libro vnico to. 2. Surij.*
3 De Agricola. Annonius vel Aimonius de gestis Francorum lib.3. cap. 42. Agricola vtiq; in vita beati Germani Parisiorum præsulis memoratur. Meminit eiusdem Gr. Turonicus lib.5. historiæ Francorum, cap.45.

Decimoquinto Calendas Aprilis, luna *18. Mart. G*

30.11.22.3.14 / 25.6.17.28.9 / 20.1.12.23.4 / 15.26.7.18.

NAtalis beati Alexandri episcopi, qui de Cappadocia, ex propria ciuitate, sanctorum locorum desiderio, Hierosolymam veniens, b *cum Narcissus eiusdem vrbis episcopus, iam senex regeret ecclesiam*, diuina reuelatione eiusdem loci gubernaculum b *cum eo* suscepit: & post venerandam senectutem, ductus Cæsaream, persecutione Decij, ob confessionem Christi martyrium D compleuit. *Ipso die, memoria venerabilis archangeli Gabrielis, nostræ redemptionis paranymphi. Eodem die, reconditio sancti Appiani, episcopi & confessoris. Item, sanctæ Speciosæ virginis. In Britannia, passio sancti Eduardi regis* †. g *Die decimaoctaua, sancti patris Cyrilli, archiepiscopi Hierosolymorum.* 1 *Lucæ 1. Surius pag. 276.* 2

¶ Qui promptissimus defensor Apostolicorum dogmatum, maximas ab Arianis passus est persecutiones.

ANNOTATIONES.

1 De Alexandro episcopo, Eusebius libro 6. historię ecclesiasticæ, capitibus apud Rufinum 7.9.16. & 29.
2 Cyrilli nunc extant Catecheses, Grodecius autem interpres præposuit eis ex ecclesiasticis historijs, De vita & scriptis Cyrilli.

Decimoquarto Calendas Aprilis, luna *19. Mart. A*

1.12.23.4.15. / 26.7.18.29.10 / 21.2.13.24.5 / 16.27.8.19.1

NAtale beati Ioseph, sponsi beatissimæ virginis Mariæ. *Item*, natalis beati Ioannis, magnæ sanctitatis viri, qui de Syria oriundus, peruenit ad Italiam, ibíque apud Penarensem vrbem multorum seruorum Dei, per quadraginta † annos pater existens, multis clarus virtutibus, quieuit in pace. Eodem die, apud Sutentum, sanctorum, Quinti, Quintilli, Quartillæ, Marci, eum aliis nouem. Ciuitate Brixia, sancti Calocери martyris. † *In Cæsarea Cappadociæ, Theodori presbyteri, & aliorum septem. In portu Ganda,* p *depositio sancti Landoaldi confessoris* q *& Archipresbyteri. Hic beatum Lambertum episcopum in pueritia nutriuit, & sacris literis eruditit. Item, natale sanctorum sociorum eius, Amantij Diaconi, Adriani internuntij, & reliquorū qui cum eo honorificè quieſcunt apud Gandauū, in* * *ecclesia sancti Bauonis.* r *Ipso die, sanctorum Apollonij & Leontij episcoporum.* E 1 *Matt. 1. & 2. quatuor addunt Beda & Ado. Ado. 15. Calend. Mart.* 2 *al. monasterii.*

¶ q *Vercellis aco monasterio, translatio sanctæ Mariæ Magdalenæ.*

ANNOTATIONES.

F

1 De Ioseph, Bernardus homilia 2. super Missus est / Petrus de Aliaco Cameracensis Cardinalis in homilia de duodecim honoribus Ioseph / Scripsit & Ioannes Gerson Cancellarius nonnulla pro institutione festi. Testatur quoque abbas Tritthemius lib. 2. Epistolarum, se in laudem Ioseph scripsisse librum, & adiunxisse Rosarium ex præconijs meritorum eius, &c.

2 De Landoaldo. Nodgerus Leodiensis episcopus eruditè scripsit anno 980. historiam translationis Landoaldi archipresbyteri, & sociorum, ex Vvintershoue Gandauum: quæ tunc contigit per Vvomarum abbatem, data à Papa Ioanne auctoritate, & imperatore consentiente. Habet eam Surius.

20. Mart. B

Decimotertio Calendas Aprilis, luna

2. 13. 24. 5. 16. / 27. 8. 19. 30. 11. / 22. 3. 14. 25. 6. / 17. 28. 9. 20.

Col. 4. 1

IN Asia, natalis sancti Archippi, commilitonis beati Pauli: cuius meminit idem Apostolus in Epistola sua, scribens Colossensibus. Apud Britanniam, depositio sancti Cuthberti: qui ex anachorita, ecclesiæ Lindisfarnensis antistes, totam ab infantia vsque ad senium vitam, miraculorum signis inclytam duxit. In Syria, sanctorum, Pauli, Cyrilli, Eugenij, cum aliis quatuor. Ipso die, *ex* r *Fontanellæ monasterio*, p *in Blandinio monasterio*, sancti Vulfranni confessoris, p *Senonum archiepiscopi*. q *Item, sancti Ioachim* † *confessoris, patris beatæ Mariæ virginis.* g *Die vigesima, sanctorum qui nominantur patres in monasterio sancti Sabæ, interemptorum.* G

† *Epiph. hæres. 79. Damasc. l. 4. c. 15.* 2

¶ Coloniæ ad gradus, obitus Rixæ, reginæ Hungariæ, neptis sancti Annonis episcopi. Cuius non canonizatæ corpus patet in magnis festis.

ANNOTATIONES.

† *MS. capitibus 46.* * *lib. 4. c. 27. & 5. sequent.*

1 De Cuthberto. Beda ad finem historiæ Anglorum, Vitam sancti patris, monachi, simul & antistitis, Cudberti, & prius heroico metro, † & postmodum plano sermone descripsi: tomo 3. Bedæ, 2. Surij. Idem in præfatione eiusdem historiæ gentis Anglorum. Ea quæ de sanctissimo patre nostro & antistite Cudberto, vel in hoc volumine, * vel in libello gestorum ipsius conscripsi, partim ex eis quæ de illo prius à fratribus ecclesiæ Lindisfarnensis ecclesiæ scripta reperi, assumpsi, simpliciter fidem historiæ quam legebam, accommodans: partim verò ea quæ certissima fidelium virorum attestatione per me ipsum cognoscere potui, solerter adiicere curaui. H

2 Vulfrannus archiepiscopus, & Fontanellensis monachus, obiit anno 720. cuius vitam scripsit graviter Ionas, eiusdem temporis & loci monachus, ad sanctum Bainum Episcopum Taruanensem, & Fontanellæ abbatem, pag. 293. Surij.

21. Mart. C

Duodecimo Calendas Aprilis, luna

3. 14. 25. 6. 17 / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 15. 26. 7 / 18. 29. 10. 21.

libro 2. dialogorum. 1 2 3

APud castrum Cassinum, natalis sancti Benedicti abbatis, huius vitam, virtutibus & miraculis glorioſam, beatus papa scribit Gregorius. Alexandriæ, beati Serapionis anachoritæ, magnarum virtutum viri. In territorio Lugdunensi, sancti Lupicini abbatis: cuius vita sanctitatis & miraculorum gloria illustris fuit. g *Die vigesima prima, sancti patris & confessoris Iacobi episcopi.*

ANNOTATIONES.

1 De Benedicto. Paulus Varnefridus, diaconus Cassinensis de gestis Longobardorũ lib. 1. cap. 17. Benedictus primùm in loco qui Sublaco dicitur, qui ab vrbe Roma quadraginta millibus abest, & postea in Cassino, & magnis vitæ meritis, & Apostolicis virtutibus effulsit. Cuius vitam, sicut notum est, beatissimus papa Gregorius in suis dialo- I

† *Lib. 2. cap. 34. ex relatu quatuor discipulorum.*

gis † suaui sermone composuit. Ego quoque pro paruitate ingenij mei, ad honorem tanti patris, singula eius miracula, per singula disticha, elegiaci metri modo contexui. Aimonius de gestis Francorum lib. 2. cap. 22. Sed & Odo venerabilis abbas Floriacensis cœnobij, in quo sæpius nominatus requieſcit pater Benedictus, ipsius memoriam in quodam sermone mirificis extollit laudibus. Marcus quoque poëta, vt habet Sigibertus de viris illustribus cap. 33. familiaris Benedicti Cassinensis, vitam eius à Gregorio descriptam, defloravit heroico breuiloquio, & pauca superaddidit: & cap. 101. Adrealdus, qui & Adenuertus, monachus Floriacensis, scripsit historiam miraculorum quæ ostensa sunt per Gallias sancti Benedicti Cassinensium meritis, à tempore quo eius corpus translatum est à monte Cassino ad cœnobium Floriacense, vsque ad tempus Odonis regis Francorum: & iterum Sigibertus cap. 102. Aimonius monachus Floriacensis, historiam miraculorum sancti Benedicti, ab Adrealdo initiatam, perfecit, perducens vsque ad tempus Roberti regis Francorum. Paulus diaconus est MS. Gemblaci / Odo & Adrealdus ibidem, & in Villari. Dialogus denique, an beatus Benedictus monachorum pater almificus fuerit sacerdos, extat in volumine Consiliorum Cardinalis Zarabellæ, interlocutoribus Michaële & Hieronymo monachis ordinis sancti Benedicti, congregationis sanctæ Iustinæ de Padua. K

2 De Serapione mentio est 8. tripartitæ cap. 1. Nescio tamen an de hoc: quod quidam annotarunt.

3 Lupicini vitam scribit sanctus Gregorius Turonensis, de vita patrum cap. 1.

22. Mart. D

Vndecimo Calendas Aprilis, luna

4. 15. 26. 7. 18. / 29. 10. 21. 2. 13. / 24. 5. 16. 27. 8. / 19. 30. 11. 22.

Socr. l. 9. c. 10

APud Septimaniam, ciuitate Biterris, depositio sancti Aphrodisij, episcopi & confessoris. Hic à beato Paulo Narbonensi episcopo, eidem vrbi ordinatus antistes, fidei documentis præclarus, virtutúmq; meritis ornatus, quieuit in pace. r *In Africa, sancti Saturnini, & aliorũ nouem.* q *Trecas, depositio sancti Cameliani antistitis.* g *Die vigesima secunda, sancti hieromartyris Basilei,* † *presbyteri Ancyranæ ecclesiæ.*

¶ q In

A ¶ q *In monasterio, quod Elke dicitur, translatio sanctarum virginum, Herlindis & Relindis germanarum.* Parthenopoli ciuitate, beatæ Margaretæ quæ cõtracta dicitur, virginis multæ patientiæ: de cuius vita liber extat. † *per Ioannem Dominicanũ MS.*

Decimo Calendas Aprilis, luna

23. Mart. E

5. 16. 27. 8. 19. / 30. 11. 22. 3. 14. / 25. 6. 17. 28. 9. / 20. 1. 12. 23.

IN Africa, sanctorum martyrum, Victoriani, Frumentij, & alterius Frumentij, & duorum germanorum: qui persecutione Vvandalica, vt scribit Victor Africanus episcopus, sub Hunerico rege, pro constantia catholicæ confessionis, immanissimis suppliciis excruciati, egregio martyrio coronati sunt. In Antiochia, sancti Theodori presbyteri. In ciuitate Cæsarea sancti Iuliani. g *Die vigesima tertia, sacrosancti martyris Nicónis, & ministrorum discipulorum eius, cum ipso martyrizatorum.* libro 3.

¶ q *Bergis,* p *elevatio sancti Vvinoci abbatis.*

B

Nono Calendas Aprilis. luna

24. Mart. F

6. 17. 28. 9. 20. / 1. 12. 23. 4. 15. / 26. 7. 18. 29. 10. / 21. 2. 13. 24.

ROmæ, passio beati Pigmenij presbyteri: hic Iulianum apostatam à puero nutriuit, & literis sacris erudiuit, à quo ipse postea in Tyberim pro fide Christi necatus est. In Mauritania, natalis sanctorum Romuli & Secundoli fratrum, qui pro Christo passi sunt. Item in Phrygia, sancti Agapeti. Apud Syriam, sancti Seleuci. *Tridenti, passio beati Simonis pueri. In monasterio Vvasteno, sanctæ Catharinæ abbatissæ, filiæ beatæ Birgittæ.* *De vigil. lat. ius Beda ex MS. gestis.* 1 2 3

¶ g *Die vigesima quarta, præfestum euangelistæ.*

Cæsareæ, sanctorum octo martyrum, † Timolai, Dionysij, Romuli, Pausæ, Alexandri, Alexandri: Agapij, & Dionysij. Dauentriæ obiit Florentius presbyter, qui fratres de communi vita instituit: cuius vitam scripsit Thomas de Kempis. * *Dequibus lib. 8. hist. eccles. cap. 13. Euseb.* * *editam in operib. Thom.*

ANNOTATIONES.

C

1 De Agapyto episcopo Sinadæ Phrygiæ, Suidas / & libro 11. tripartitæ cap. 3. ex Socrate lib. 7. cap. 3.

2 Simon infans martyrium passus est à Iudæis anno 1475. quo eodem anno passionem eius descripsit Ioannes Matthias Tyberinus, ad Senatum & populum Brixianum. Excusus aliquot paginis, & tom. 2. Surij.

3 Catharinæ vita viginti cap. impressa est Romæ, cum reuelationibus matris suæ Birgittæ.

25. Mart. G

Octo Calendas Aprilis, luna

7. 18. 29. 10. 21. / 2. 13. 24. 5. 16. / 27. 8. 19. 30. 11. / 22. 3. 14. 25.

IEsus Christus Dominus noster passus est. Apud Nazareth ciuitatem Galilææ, Annunciatio Dominica. In Sirmio, passio sancti Irenęi episcopi, tempore Maximiani imperatoris: qui primò tormentis acerrimis vexatus, deinde diebus plurimis in carcere cruciatus, nouissimè abscisо capite consummatus est. Romæ, sancti Cyrini martyris, qui à rege Claudio post facultatum amissionem, post carceris squalorem, post multorum verberum afflictionem, gladio interfectus est. *Scriptum est in passione beati Valentini.* † Nicomediæ, natalis Dulæ, ancillæ cuiusdam militis, quæ pro castitate occisa est. In Antro insula, sancti Hermelandi abbatis: cuius gloriosa conuersatio, miraculorum colludatur præconio. p *Item ipso die, depositio sanctissimi Humberti, episcopi & confessoris Christi, virtutibus & miraculis gloriosi.* *Aug. 4. de Trin. c. 5.* Lucæ 1. *presbyteri, Surij.* 1

D

¶ q *Eodem die, geneſis mundi: & immolatio Isaac, & transitus filiorum Israel per mare rubrum, & victoria Michaelis Archangeli contra draconem.* Gen. 1. 22. Exod 14. Apoc. 12.

ANNOTATIO.

1 Hermelandus ex Fontanella assumptus est in primum abbatem Antrensem: cuius vitam pulchrè descripsit cœnobita Antrensis, ex iis quæ visu relationéque fratrum didicit. pag. 373. Surij.

Septimo Calendas Aprilis, luna

26. Mar. A

8. 19. 20. 11. 22. / 3. 14. 25. 6. 17. / 28. 9. 20. 1. 12 / 23. 4. 15. 26.

E APud Pentapolim Libyæ, natalis sanctorum, Theodori episcopi, Irenæi diaconi, Serapionis, & Ammonis lectorum. Romæ, via Lauicana, sancti Castuli martyris: qui, vt in gestis beati Sebastiani legitur, b *cum esset zetarius palatij, & hospes sanctorum,* à persecutoribus tertiò appensus, tertiò auditus, in cõfessione Domini perseuerans, missus est in foueam, & dimissa super eum massa arenaria, martyrio migrauit ad Christum. In Sirmio, sanctorum, Montani presbyteri, & Maximæ, in mare mersorum. *Item in Vverdena, depositio sancti Ludgeri episcopi & confessoris, qui fuit episcopus primus Monasteriensis, tempore Caroli magni imperatoris. Eodem die, beati Felicis secundi, episcopi Treuerensis.* *pag. 451. to. 1. Surij.* 1

¶ p *Lobiis, elevatio sancti Vrsmari episcopi, quæ agitur Dominica ante natalem sancti Ioannis Baptistæ.*

ANNOTATIO.

1 Ludgeri sanctam vitam duobus libellis conscripserunt, Omnibus in Christo fidelibus, Dei Sanctorúmque, eius non fictis amatoribus, fratres in cœnobio sancti Saluatoris, & sancti confessoris Ludgeri: quando sanctissimæ eius

vitæ conſcij adhuc aliquanti in corpore ſupererant. pag. 384. Surij. F

27. Mar. B

Sexto Calendas Aprilis, Iuna

9. 20. 1. 12. 23./ 4. 15. 26. 7. 18./ 29. 10. 21. 2. 13./ 24. 5. 16. 27.

IN Ægypto, depoſitio ſancti Ioannis eremitæ: qui inter cætera virtutum inſignia, etiam prophetico ſpiritu plenus, Theodoſio imperatori Chriſtianiſſimo victorias de tyranno prædixit. In Pannonia, ſancti Alexandri martyris. b *Hieroſolymæ, reſurrectio Domini noſtri Ieſu Chriſti.* q *Dertonæ ſancti Martiani epiſcopi & martyris. Vvormaciæ, ſancti Ruperti, epiſcopi & confeſſoris,* † *qui temporibus Childeberti, in Bauaria, Auſtria, Syria, & toto Norico, doctrinam Chriſti propagauit.*

Surius pag. 412. Metaphr. 2.

¶ Conſtantinopoli, ſancti Iſaacij viri Dei. † Perſide, nouem martyrum.

ANNOTATIONES.

1 De Ioanne, Ruſinus lib. 11. hiſtoriæ eccleſ. cap. 19/ Auguſtinus de cura pro mortuis cap. 17/ De eodem Euagrius, ſed ab Hieronymo reprehenſus, & Palladius eius diſcipulus, cap. 43. hiſtoriæ Lauſiacæ. G

2 Nouem iſtorum martyrum paſſionem habet Metaphraſtes die 29. Martij, in martyrio Ionæ.

28. Mart. C

Quinto Calendas Aprilis, Iuna

10. 21. 2. 12. 24 / 5. 16. 27. 8. 19 / 1. 11. 22. 3. 14 / 25. 6. 17. 28.

Euſeb. 7. hiſt. Eccl. cap. 11.

IN Cæſarea Palæſtinæ, ſanctorum martyrum, Priſci, Malchi, Alexandri: † qui perſecutione Valeriani, diuino fidei calore ſuccenſi, vltrò iudicem adeuntes, cur tantum in ſanguinem piorum deſæuiat, obiurgant. Quos ille continuò pro Chriſti nomine beſtijs tradidit deuorandos. Apud

1 vrbem Cabilonem, depoſitio ſancti Guntramni regis: qui ita ſe ſpiritualibus actionibus mancipauit, vt relictis ſæculi pompis, theſauros ſuos eccleſijs & pauperibus erogaret. Tharſo Ciliciæ, Caſtoris & Dorothei. *Apud Naxum, ſiue Neſum, Ciciliæ oppidum, ſancti Cononis, Baſiliani monachi, abſtinentia & ſanctitate clari, tempeſtate Rogerij ſecundi, anno milleſimo, ducenteſimo, triceſimoſexto.* g *Die vigeſima octaua, ſancti Stephani Thaumaturgi, & ſancti Hilarionis iunioris.* H

2 ¶ b *Romæ Sixti papæ.* qui ſedit annos octo.* q *Coloniæ, ex Tungris tranſportatio corporis ſancti Euergiſli epiſcopi.*

Tertij, de quo Pontif. c. 46.

ANNOTATIONES.

1 De Guntramno poſuit Vſuardus verba Gregorij Turonenſis ex libro de gloria martyrum cap. 76. Idem Gregorius ſparſim de eo ſcribit lib. 4. hiſtorię vſque ad caput 13. libri vndecimi. qui liber Gregorio in Baſileenſi editione acceſſit: rurſus Paulus diaconus lib. 3. de geſtis Longobardorum cap. 17.

2 De Hilarione, hoc fortaſſis libro ſexto hiſtoriæ tripartitæ, cap. 11. & 28.

29. Mart. D

Quarto Calendas Aprilis, Iuna

11. 22. 3. 14. 25./ 6. 17. 28. 9. 20./ 2. 12. 23. 4. 15./ 26. 7. 18. 29.

1 *al.* Geiſerico

APud Africam, natalis ſanctorum confeſſorum, Armogaſtis, Archimini & Saturi: qui tempore Vvandalicæ perſecutionis ſub * Genſerico rege, pro confeſſione veritatis multa & grauia perpeſi ſupplicia, atque opprobria, curſum glorioſi certaminis impleuerunt. Ipſo die, ſancti Euſta- I

2 ſij, abbatis monaſterij Luxouienſis, qui pater fermè ſexcentorum extitit monachorum, & vitæ ſanctitate conſpicuus, etiam miraculis claruit. r *Ciuitate Nicomedia, paſſio ſanctorum, Paſtoris & Victorini,*

3 q *Suturnini, Iulianæ, & aliorum quatuor. Ipſo die, ſancti Bertholdi, confeſſoris Ordinis Carmeli.* g *Die vige-*

4 *ſimanona, ſancti patris Marci, epiſcopi Arethuſij, & Cyrilli diaconi, & aliorũ, qui ſub Iuliano tyranno certauerunt.*

5 ¶ Eodem die, ſanctorum Ionæ & Barachiſij, martyrum ſub Saporio Perſarum rege.

ANNOTATIONES.

1 De Armogaſte & collegis, ſcribit Victor ſub finem libri primi, ſed Codices mendosè habent quendam Archimimum, nomine Maſculan. Vera enim lectio, eáque Martyrologiis conſentanea, eſt in peruetuſta & prima editione cap. 13. quendam Archiminum nomine Maſculinum. Hoc eſt, ex Maſcula ciuitate.

2 Euſtaſij vitam diſcipulus eius Ionas Scotus ſcribit, to. 3. Bedæ/ to. 2. Surij.

3 Marci Arethuſij martyrium latè ſcribit Gregorius Nazianzenus, inuectiua prima in Iulianum/ & Sozomenus lib. K 5. cap. 19./ Theodoritus lib. 3. cap. 7. alias 6./ Caſſiodorus lib. 6. tripartitæ cap. 12.

4 De reliquis martyribus ſub Iuliano tractatur iiſdem libris. De Cyrillo diacono à Theodorito lib. 3. cap. citato/ & ſexto tripartitæ cap. 15.

5 De Ionæ & Barachiſij martyrio hiſtoriam conſcripſit Eſaias Adami filius, eques regis Saporij, & auditor atque ſpectator eorum quæ fiebant. Eſt apud Metaphr. & Surium.

30. Mart. E

Tertio Calendas Aprilis, Iuna

12. 23. 4. 15. 26/ 7. 18. 29. 10. 21./ 3. 13. 24. 5. 16./ 27. 8. 19. 30.

Geſta Alex. papæ.

ROmæ via Appia, natalis beati Quirini, martyris & tribuni: * qui ſub Aureliano *Comite vtriuſque militiæ, & Traiano* imperatore, poſt linguæ abſciſionem, & equulei ſuſpenſionem, manuúmque ac pedum

A pedum detruncationem, agonem martyrij gladio conſummauit. Theſſalonicæ natalis ſanctorum, Domini & Victoris. Apud caſtrum Siluanectẽſium, depoſitio ſancti Reguli epiſcopi & confeſſoris. *In pago Branchbantenſi, villa Lembeca,* p *tranſitus ſancti Veroni.* q *Apud ciuitatem Aſtenſem, ſancti Secundi martyris.* † *Eodem die, natalis ſanctæ Maxentiæ viduæ, matris ſancti Vigilij.* r *Aurelianis, Paſtoris epiſcopi.* 1 *Ado 15. cal. Martij.* 2

¶ g *Die trigeſima, ſancti patris Ioannis, qui ſcripſit ſcalam.*

ANNOTATIONES.

1 Veroni inuentionis hiſtoria MS. incipit, Comiti Raginero Comitum nobiliſsimo Olbertus Gemblacenſis, nomine, non merito, abbas. Claruit anno 1048.

2 Ioannis Climaci vitam per Danielem monachum, habet Surius, & tomus operum Climaci.

Pridie Calendas Aprilis, Iuna 31. Mart. F

13. 24. 5. 16. 27./ 8. 19. 30. 11. 22./ 4. 14. 25. 6. 17./ 28. 9. 20. 1.

B AMos prophetæ, quem Ozias rex * vecte per tempora confixum necauit, ac poſtea ſemiuiuus ad patriam deuectus, ibíque ſepultus eſt. Romæ, ſanctæ Balbinæ virginis, filiæ Quirini martyris: quæ poſt deuictum ſæculi huius curſum, ſepelitur via Appia, iuxta patrem ſuum. In Africa, ſanctorum Diodoli & Aneſi. g *Die trigeſimaprima, ſancti & miraculis clari Hypatij, epiſcopi Ancyræ.* *Iſraeli.*

¶ r *Eodem die, Felicis papæ & martyris.* q *In Blandinio,* p *eleuatio & tranſlatio ſanctorum, Vuandregiſili abbatis, & Anſberti, atque Vvlfranni, archipræſulum.*

ANNOTATIO.

1 Amos. De temporibus eius per Oziam regem Iuda confixis, meminit Hieronymus in principium Amos, item Epiphanius & Iſidorus, de vitis Prophetarum ſcribentes.

C

APRILIS HABET DIES XXX.

Calendis Aprilis, Iuna 1. April. G

14. 25. 6. 17. 28./ 9. 20. 1. 12. 23./ 5. 15. 26. 7. 18./ 29. 10. 21. 2.

ROmæ, paſſio beatiſſimæ Theodoræ, ſororis illuſtriſſimi martyris Hermetis. Hæc ſub Aureliano martyrizata, ſepulta eſt iuxta fratrem ſuum via ſalaria, non longè ab vrbe Roma. Eodem die, ſancti Venantij, epiſcopi & martyris. In Ægypto, ſanctorum Victoris & Stephani. *Gratianopoli, beati Hugonis epiſcopi & confeſſoris, qui anachoriticam vitam exegit multis annis, & miraculorum gloria clarus migrauit ad Chriſtum.* *De Theod. geſta Alex. papæ* 3. *Maij.* 1

¶ *Ipſo die, tranſlatio ſancti Vvalerici, confeſſoris.* b *cuius ſepulchrum crebris miraculis illuſtratur.*

D ANNOTATIO.

1 De Hugone. Petrus Sutor de vita Carthuſiana lib. 2. cap. 7. Guigo de caſtro Valentinenſis diœceſis, quintus poſt Brunonem maioris Carthuſiæ Prior, vitam beati Hugonis Gratianopolitani antiſtitis, & vineæ Carthuſianæ complantatoris, iubente Innocentio ſecundo, Pontifice ſummo, luculento ſermone conſcripſit, pagina 434. Surij.

Quarto nonas Aprilis, Iuna 2. April. A

15. 26. 7. 18. 29./ 10. 21. 2. 13. 24./ 6. 16. 27. 8. 19./ 1. 11. 22. 3.

APud Cæſaream Cappadociæ, paſſio ſanctæ Theodoſiæ: quæ Dioclitiani tempore, vltrò ſe confeſſoribus in cuſtodia ſocians, tenta & nihilominus in equuleo cruciata, Dei virtute pòſt de vinculis & beſtiis eruta, nouiſſimè martyrium capitis abſciſione compleuit. Eodem die, natalis beati 1

Nicetij Lugdunenſis epiſcopi: cuius & vita miraculis claruit, & pretioſa mors nihilominus miraculis commendatur. Apud Palæſtinam, depoſitio beatæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ peccatrix appellatur. 2

E *Cuius actus valdè mirabiles, & omni laude digniſsimi inueniuntur.* r *Item apud Comum, ſancti Abundij, epiſcopi & confeſſoris.* q *In Galliæ agro Turonenſi, ſancti Franciſci de Paula Calabriæ oppido, Ordinis Minimorum fundatoris.* 3

¶ *Lobiis,* p *commemoratio meritorum venerabilium Chriſti confeſſorum, Vrſmari, & Ermini, quando ab Hungris liberati ſunt Laubienſes per merita eorum.*

Lingonis, ſancti Vrbani, epiſcopi & confeſſoris, magnarum virtutum viri, qui vineas precibus ſuis ſæpius conſeruauit. Apud Cæſaream Paleſtinæ, paſſio alterius Theodoſiæ, virginis Tyriæ: quam libro octauo ſcribit Euſebius Cæſareenſis. † Hoc die, tranſitus viri Dei Nodgeri epiſcopi Leodienſis: cuius præclara geſta habentur, *tap. 17. integra verſione.*

ANNOTATIONES.

1 De Nicetio Lugdunenſi, Gregorius Turonicus de vita patrum Galliæ cap. 8./ de gloria confeſſorum capite 61./

Libro autem quarto historiæ, cap. 36. de eo nondum extat. F
2 De Maria Ægyptiaca, quam quidam secundum historiam ponunt 9. Aprilis. Sigibertus de viris illustribus cap. 69. Paulus diaconus Neapolitanæ ecclesiæ transtulit de Græco in Latinum, vitam sanctæ Mariæ Ægyptiacæ. Hanc scribit Sophronius Hierosolymitanus episcopus teste Nicephoro Callisto libro 17. cap. 5. Allegatur in Nicæna synodo, & à Damasceno contra iconoclastas: edita cum vitis patrum Coloniæ excusis: aut potius pagina 698. Surij. Additio ad Sigibertum capite octauo. Hildebertus ex Cenomannensi episcopo archiepiscopus Turonensis, scripsit eleganti metro vitam Mariæ Ægyptiacæ: est MS.
3 Franciscus Paulensis obiit Anno 1507. cuius vitam scribit Leo decimus in bulla Canonizationis, q næ impressa est quaternionibus quatuor, & pag. 462. Surij.

3. April. C — Tertio nonas Aprilis, luna

16. 27. 8. 19. 1. / 11. 22. 3. 14. 25. / 6. 17. 28. 9. 20. / 2. 12. 23. 4.

1 IN Scythia, ciuitate Tomis, natalis sanctorum, Euagrij & Benigni. Thessalonicæ, passio sanctarum virginum Agapis & Chioniæ, sub Dioclitiano: quæ primò in carcere maceratæ, post in ignem missæ, sed intactæ à flammis, post orationem ad Dominum fusam, animas reddiderunt. Apud Taurominium Siciliæ, depositio beati Pancratij *episcopi, ab Archagano pagano interfecti: cuius vitam scripsit Euagrius eius discipulus.* 2 *In Anglia sancti Richardi, episcopi Cicestrienſis, & confessoris.* 3 *In monasterio Altovillari, translatio corporis beati Madelupi sacerdotis.* g *Die tertia, sancti patris Nicetæ, ducis monasterij Medini.* G
4 ¶ Item, depositio beatæ Burgundofaræ, virginis, & abbatissæ Euoriacensis: de qua in vita beati Columbani abbatis.

ANNOTATIONES.

libro 5. histor. cap. 19. Agapys Chioniæ & Irenys martyrium describitur in celeberrima passione sanctis istarum Anastasiæ, & apud Metaphrastem pag. 432. Surij. De eisdem S. Aldhelmus lib. 2. de virginitate (prius Beda meminit *) sic canit,

Tres simul illustres sumpserunt sorte sorores,
Splendida purpureis plectentes serta coronis.
Dum simul integritas candens, & passio rubra,
Virginibus Christi cumulabant præmia dupla: H
Quarum per prosam describi carmina dudum. †

prosa est in Orthodoxographis. 2 Richardi Cicestrij vitam duobus libris scripsit circa annum 1270. Radulphus Ciceſtrius Bockinge, Ordinis Prædicatorum ad Isabellam Arundeliæ Comitissam siue Comitem. MS. Louanij ad Martinenses. Succinctè autem Surius pag. 486. & Vrbanus papa in litera canonizationis, apud Rudulphum libro 2. cap. 15.
3 In Nicetam orationem funebrem scripsit Theosterictus, illius beatissimi viri discipulus, apud Metaphrastem, pag. 470.
4 Burgundofaræ vita titulo Bedæ habetur tomo 3. Bedæ: sed Ionæ est, non Bedæ: Neque vita Burgundofaræ appellari debuit, cum nihil penè habeat de Burgundofora, sed obitus aliquot virginum commemoret, quæ in eius monasterio vixere.

4. April. D — Pridie Nonas Aprilis, luna

17. 28. 9. 20. 2. / 12. 23. 4. 15. 26. / 8. 18. 29. 10. 21. / 3. 13. 24. 5.

De Amb. 7. Dec. MEdiolani, depositio beati Ambrosij episcopi & confessoris: cuius studio inter cætera doctrinæ & miraculorum insignia, tempore Arianæ perfidiæ tota Italia ad catholicam fidem conuersa est. Apud Hispalim, depositio beati Isidori episcopi. g *Die quarta, sanctorum patrum, Ioseph hymnographi, & Georgij, qui fuit in Malæo.* I

ANNOTATIO.

1 De Isidoro, Braulio Cæsaraugustanus tomo 2. Surij.

5. April. E — Nonis Aprilis, luna

18. 29. 10. 21. 3. / 13. 24. 5. 16. 27. / 9. 19. 1. 11. 22. / 4. 14. 25. 6.

al. Martianæ — APud Ægyptum, natalis sanctorum martyrum, † Martiani, Nicanoris & Apollonij. Thessalonicæ, sanctæ Irenis virginis: quæ post tolerantiam carceris, sagitta percussa est à Sisinnio comite: sub quo & sorores eius simul, Agapes & Chionia, † martyrizati sunt. Apud Cæsaream, sancti Amphiani. r *Item apud Venetiam Britanniæ, beati Vincentij Valentini, cognomento Ferrarij, confessoris Ordinis Prædicatorum, sanctitate, doctrina, miraculisque clarissimi.* q *Hic supra triginta millia Iudæorum, ac Maurorum, ad* K
2 *Christum conuertit.* *In Scotia, sancti Tigernaci, episcopi & confessoris.* g *Die quinta, sanctorum martyrum, Theo-*
3 *duli & Agathopodis.**

al. martyrizarunt.

* *Metaphr. 4. April.* ¶ q *Lauduno clauato, prima translatio sanctæ Ciliniæ matris sancti Remigij episcopi.*
Eodem die, sanctorum martyrum, sanctæ † Thermes, cum sorore & ancilla. Apud Leodium in monte Cornelion, obiit Iuliana virgo, & præfecta eiusdem loci: quæ tertio obitus sui die ad cœnobium Villariense translata, illic inter corpora sacra est sepulta. Vbi & eius vita habetur. *

Metaph. pag. 612. prolixè.

ANNOTATIONES.

1 Eirenes martyrium & sororum eius, à quibus describatur, notatum est 3. die Aprilis.
2 De Amphiano Vsuardus habebat apud Cæsaream Lyciæ: sed expunxi (Lyciæ.) Martyrium enim Amphiani, seu Apphiani Lycienſis & Ædesij fratris eius, quod in Cæsarea Palæstinæ pertulerunt, scribunt Eusebius lib. 8. histor. eccles.

A eccles. cap. 14. & 15. integræ versionis / & ex eo Metaphrastes 7. Aprilis tomo 7. Aloysij pag. 44.
3 De Vincentio, Leander lib. 1. de illustribus viris Ordinis Prædicatorum. Saluius Casletta, generalis magister 32. edidit vitam D. Vincentij confessoris. Eandem scribit Ioannes Antonius Flaminius Foro Cornelienſis lib. 5. de illustribus viris Ordinis prædicatorum / & ante istos, Petrus Rausanus Panormitanus, libris quinque / quorum quatuor habet Surius. Scripsit hos libros anno 35. à morte Sancti, iubente Magistro Ordinis Martiale Auribello vt ea conscriberet, quæ apud Maximum Pontificem, vniuersamque Romanam ecclesiam, claris veridicisque testimoniis de eius mirabilibus factis comprobata sunt.

Octauo Idus Aprilis, luna — 6. April. E

19. 1. 11. 22. 4. / 14. 25. 6. 17. 28. / 10. 20. 2. 12. 23. / 5. 15. 26. 7.

ROmæ, natalis beati Sixti papæ & martyris: qui temporibus Adriani, vt sibi Christum lucrifaceret, libenter mortem sustinuit temporalem. In Macedonia, sanctorum Timothei & Diogenis. 1
r *Item, sancti Cælestini papæ.* q *Et beati Vvermebandi abbatis.* *In Dacia, Vvilhelmi abbatis Roschildensis &* 2
B *confessoris.* g *Die sexta, sancti patris Eutychij, archiepiscopi Constantinopolis.* 3 4

ANNOTATIONES.

1 De Xysto vel Sixto primo, pontificale cap. 8.
2 De Cælestino, Prosper contra Collatorem cap. 41. Cyrillus epistola 10. / Pontificale, cap. 45. / Socrates libro septimo capite 11.
3 Vvilhelmi abbatis Roschildensis vitam discipulus eius conscripsit. MS. in Rubea valle. Quam Surius habet pag. 576. in compendium redactam, & phrasi plerunque mutata.
4 Eutychij vita apud Simeonem inscribitur Eustathio humili presbytero, pag. 546. Surij.

Septimo Idus Aprilis, luna — 7. April. F

20. 2. 12. 23. 5. / 15. 26. 7. 18. 29. / 11. 21. 3. 13. 24. / 7. 16. 27. 8.

APud Africam, natalis sanctorum martyrum, Epiphanij episcopi, Donati & aliorum tredecim. 1
C Eodem die, Egesippi viri sanctissimi: qui vicinus Apostolorum temporum, à passione Domini vsque ad suam ætatem ecclesiasticorum Actuum texuit historias sermone simplici: vt quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. In Alexandria sancti Pelusij presbyteri. g *Die septima, sancti patris Georgij episcopi Melitines.*
¶ Crispinij, p obiit dominus Aïbertus inclusus / cuius memoriam facit Crispinium in Litaniis monasterij. Festum verò in sacello vicino, in quo quieſcit, postridie dedicationis eius oratorij: quod est, secunda die Maij Pompeiopoli, sancti Calliopij martyris. † In Eiflia, monasterio Steinfelt, sanctæ memoriæ Hermanni, qui & Ioseph propter simplicitatem dictus est. † 2 *Metaph. pag. 586. Cuius vita habetur MS. & impressa.*

ANNOTATIONES.

1 De Egesippo, Rufinus lib. 4. hist. eccles. capitibus 8. 11. & 22. / apud Chrystophorsonum 8. 10. & 12. / Hieronymus de viris illustribus cap. 32.
2 Aïberti vita incipit Crispinij, Ego Robertus Dei miseratione Ostrouandensis archidiaconus, humilis & indignus, opusculum quod de vita & moribus domini Aïberti, venerabilis presbyteri, Deo inspirante, composui. Est
D tom. 2. Surij. sed deest ibi prior Prologus.

Sexto Idus Aprilis, luna — 8. April. G

21. 3. 13. 24. 6. / 16. 27. 8. 19. 1. / 12. 22. 4. 14. 25. / 7. 17. 28. 9.

APud Corinthum, beati Dionysij episcopi: cuius eruditione & gratia quam habuit in verbo Dei, multi fruuntur vsque hodie. Claruit autem idem Christi electus temporibus Marci Antonini, & Lucij Aurelij. Turonis, sancti Perpetui episcopi, admirandæ sanctitatis viri. *Item beati Alberti, patris ordinis Carmeli, episcopi & confessoris Hierosolymitanæ ecclesiæ.* 1 2

¶ *Marchianis, eleuatio sancti Ionati confessoris Christi.* g *Die octaua, sanctorum Apostolorum,* † *Herodionis,* * *Agabi,* † *Rufi, & sociorum.* † Rom. 16. * Act. 11. 21.
Item, sancti Bademi archimandritæ & martyris: cuius martyrium habet Metaphrastes Simeon. † *pag. 596.*

E ANNOTATIONES.

1 De Dionysio Corinthi episcopo, Eusebius lib. 4. hist. cap. 22. / 23. Rufini / Hieronymus de viris illustrib. cap. 37.
2 De Perpetuo sexto Turonum episcopo, scribit sanctus Gregorius Turonicus libro 2. historiæ Francorũ cap. 1. / & lib. 10. cap. 31. / item Sollius Sidonius lib. 4. epist. 18. ad Lucontium.

Quinto Idus Aprilis, luna — 9. April. A

22. 4. 14. 25. 7. / 17. 28. 9. 20. 2 / 13. 23. 5. 15. 26. / 8. 18. 29. 10.

NAtalis sancti Prochori: qui fuit vnus de septem diaconibus primis, hic fide & miraculis præclarus, apud Antiochiam martyrio consummatus est. In Sirmio, passio sanctarum septem virginum, quæ dato simul pretio sanguinis, vitam mercatæ sunt æternam. p *In Galliis ciuitate Rothomagensi, beati Hugonis, præfatæ vrbis archiepiscopi & confessoris. Cuius corpus magna reuerentia asseruatur, &* Act. 6.

fulget in Præpositura sancti Vedasti, Haspris dicta, in diœcesi Cameracensi. q *In Castro Monte,* p *transitus* F
beatæ Vvaldedrudis. q *quæ ex Vincentio viro nobili genuit sanctas virgines, Aldedrudem & Madelbertam: deinde ab illo, seruata charitate, separata, in Castriloco ad exercitium spirituale multam sanctarum virginum militiam*
Diacon. ad fin. 21. *adunauit.* g *Die nona sancti martyris Eutychij.*

¶ q *Eodem die* 1 *translatio corporis sanctæ Monicæ, matris sancti Augustini, ex Ostia Tiberina Romam, pontificatu Martini quinti papæ, anno decimotertio sui pontificatus.*

Apud Palæstinam, secundum historiam, depositio sanctæ Mariæ AEgyptiacæ: quæ à nonnullis hoc die recolitur, ab aliis quarto Nonarum Aprilis, vbi ab Vsuardo est annotata.

ANNOTATIO.

1 De Monicæ translatione habetur bulla Martini MS./ & in Breuiario Augustinensium pars eius.

10. April.B Quarto Idus Aprilis, luna
23.5.15.26.8./18.29.10.21.3./14.24.6.16.27./9.19.1.11.

1 EZechielis Prophetæ: [illegible] iudice populi Israël apud Babyloniam interfectus, in sepulchro Sem G
Gesta Alex. 3. Maij. al. vetusta. atq; Arphaxat est sepult[illegible] Romæ beatorummartyrũ, quos sanctus Alexander papa baptizauit, cum tenererur in carcere. Hos omnes Aurelianus princeps naui † vetustæ impositos, in altum mare deduci, & illic ligatis ad colla lapidibus, mergi in profundum maris fecit. Alexãdriæ sancti Apollo-
2 nij presbyteri, & aliorum quinque. *In Gandauo depositio beati Macarij, episcopi & confessoris.* g *Die decima, sanctorum martyrum, Terentij, Pompeij, & sociorum.* †
Metaph. pag. 609.

ANNOTATIONES.

1 De Ezechiele, Epiphanius de vitis prophetarum cap. 9./ Isidorus cap. 39. &c.
2 Macarij sui, historiam vitæ & eleuationis, conscriptam iussu Sigeri abbatis, habet Gandauum, & Surius pag. 612. Obiit peste 1012. eleuatus est sub Sigero, Anno 1067.

11. April. C Tertio Idus Aprilis, luna
24.6.16.27.9./19.1.11.22.4./15.25.7.17.28./10.20.2.12. H

1 ROmæ, natalis beati Leonis papæ: cuius temporibus extitit sancta Synodus Chalcedonensis.
Apud Cretam, vrbe Gortyna, sancti Philippi episcopi, qui magnis virtutibus & optimis studiis
2 præditus fuit. Floruit autem temporibus Antonini Veri & Lucij Aurelij Imperatorum. In Dalmatia, ciuitate Salona, sancti Domnionis episcopi cum militibus octo. Nicomediæ, sancti Eustorgij
3 presbyteri. *In Britannia, sancti Guthlaci, confessoris & anachoritæ: qui multis virtutibus fulgens, requieuit in*
4 *pace. Noniomi, sanctæ Godobertæ virginis, Lugduno, Sicarij episcopi. Turonis Agirici abbatis.* g *Die undecima, sancti hieromartyris Antypæ, episcopi Pergami Asiæ.*

¶ p *In Bricio monasterio, aduentus sancti Leodegarij, episcopi & martyris.*

Item beatæ memoriæ Reineri solitarij: qui apud ecclesiam Osnaburgẽsem, vita & miraculis admodum effulsit.

ANNOTATIONES.

1 De Leone tersancto, pontificale cap. 47./ Vita operibus præmissa, auctore, vt puto, Canisio. Pluráque ex ipsius auctoris scriptis, de vita eius addi possent. I
2 De Philippo Gortynensi scribit Eusebius, ex S. Dionysio Corinthi episcopo, lib. 4. hist. eccl. cap. 22. apud Rufinum 23./ & Hieronymus de viris illustrib. cap. 40. ex citati Eusebij lib. 4. cap. 24.
3 De Guthlaco, Catalogus Scriptorum Britanniæ. Felix Crolandiensis Benedictinus, Ealfvvaldo Mecœnati suo, Orientalium Anglorum regi, dedicauit vitam Guthlaci recluſi: quæ incipit, Iussionibus tuis obtemperans. Miracula eiusdem, de translatione eiusdem, & epitomen vitæ eius. Quæ adhuc extant. Claruit Anno 730. Guillielmus Rameseye, ordinis sancti Benedicti in Crolandia, scripsit vitam D. Guthlaci carmine heroico, quam prius scripserat prosa Felix Crolandiensis. Petrus de Blesis in lucem emisit Guthlaci confessoris vitam libro vno. Is incipit, Quia gesta illustrium virorum. Claruit anno 1160. Substantiam vitæ arbitror apud Surium esse, pag. 625.
4 De Antypæ martyrio Apocalypsis 2./ & Metaphrastes.

12. April.D Pridie Idus Aprilis, luna
25.7.17.28.10./20.2.12.23.5./16.26.8.18.29./11.21.3.13.

Pontificale cap. 36. ROmæ via Aurelia, natalis beati Iulij papæ: † qui sub Constantio imperatore decem mensibus K
tribulationes & exilia perpessus, post eius mortem cum magna gloria ad suam sedem reuersus,
lib. 3. cap. 19. quieuit in pace. Eodem die, sancti Zenonis episcopi: qui inter procellas persecutionis Veronensem vrbem mirabiliter rexit. b *De quo Gregorius in libro Dialogorum refert.* Vapinco, depositio sancti Constantini episcopi. p *Monasterio Sithiu, depositio sancti Erkenbodonis Morinorum episcopi, & abbatis Sithiensis.* g *Die duodecima, sancti patris & confessoris Basilij, episcopi Parij.*

2 ¶ Eo die, sancti Sabæ Gotthi martyris: hic cum Gotthiæ magistratus Christianos cogeret edere idolis immolata, non & gentiles quidam propinquis suis pro immolatis, non immolata proponerent, recognita protestatus est, Si quis ex carnibus illis comederit, Christianus esse non potest.

ANNOTATIONES.

1 De Zenone sustuli Vsuardi verba, ac tempore Gallieni martyrio coronatus est. Honorari enim eum vt confessorem

A sorem, constat ex Romano Martyrologio, & Officio Mediolanensis ecclesiæ die 8. Decembris, & aliunde. Extátque Lobij narratio venerabilis coronati Christianissimi notarij de vita sancti Zenonis episcopi & confessoris. Gregorius interim 3. dial. cap. 19. bis eum martyrem nominare maluit quàm confessorem, eo quòd inter procellas persecutionis multa viriliter pertulerit: qua eadem de causa Iuuenalem quoque alibi martyrem nominat. *Hom. 37. Euang.*
2 Sabæ martyrium scribit apud Metaphrastem ecclesia Dei quæ est in Gothia ecclesiæ in Cappadocia, & omnibus catholicæ ecclesiæ Christianis, pag. 635. Surij.

Idibus Aprilis, luna 13. April. E
26.8.18.29.11./21.3.13.24.6./17.27.9.19.1./12.22.4.14.

APud Pergamum Asiæ vrbem, natalis sanctorum, Carpi episcopi, Papylij diaconi, & Agathonicæ optimæ fœminæ, aliarúmque multarum, quæ pro beatis confessionibus martyrio coronatæ sunt, sub Antonino Vero & Aurelio Commodo. Cum quibus & vir mirabilis Iustinus Philosophus, pro religione Christi plurimum laborãs scripto, remunerationem linguæ fidelis martyrij munus accepit. In Hispania, sancti Hermenigildi, * qui ob catholicæ fidei confessionem securi in ca-
B pite percussus, regnum cœleste pro terreno rex & martyr intrauit.

ANNOTATIONES.

1 De Carpo & collegis, Eusebius ex epistola Smyrnensis ecclesiæ lib. 4. historiæ ecclesiasticæ cap. 14./ 15. Rufini/ & Metaphrastes pag. 641. Surij.
2 De Iustino consequenter Eusebius per tria capita, & eodem 4. libro, capitibus 8. & 11. Vitam ex eius scriptis collegit Ioach. Perionius, pag. 638. Surij.

Decimooctauo Calendas Maij, luna 14. April. F
27.9.19.1.12./22.4.14.25.7./18.28.10.20.2./13.23.5.15.

De his Gestis Cæciliæ. ROmæ via Appia, natalis beatissimorum martyrum, † Tiburtij, & Valeriani, & Maximi, sub Almachio præfecto: quorum primi fustibus cæsi, & gladio percussi: vltimus tamdiu plumbatis est verberatus, donec exhalaret spiritum. Apud Alexandriam, sancti Frontonis abbatis, cuius vita
C sanctitate & miraculis extitit glorioſa. Interamnis, beati Proculi martyris. Item sanctæ Domninæ virginis, cum sociis virginibus coronatæ.

¶ Lugduni, Lamberti episcopi & confessoris. In Hollandia, oppido Schiedamis, obitus Lijdvvijdt virginis, patientiæ singularis. 1 2

ANNOTATIONES.

1 De Lamberto. Angradus in vita sancti Ansberti, Plurima de tanto patre (Lamberto abbate in Fontanella, & pòst pontifice in Lugduno) per eum, & sub eius regimine gesta, dici poterant quæ in eius gestis olim plenius memoriæ tradidimus.
2 Lidvvidis vita extat MS. per venerabilem Thomam Kempensem, & impressa auctore Ioanne Brugmam Minorita, Schiedamis anno 1498.

Decimoseptimo Calendas Maij, luna 15. April. G
28.10.20.2.13./23.5.15.26.8./19.29.11.21.3./14.24.6.16.

Gesta Laurentij, Abdon, & sociorum. * *Gesta Nerei 12. Maij.* APud Persidem, ciuitate Corduba, natalis sanctorum Olympiadis & Maximi nobilium: † qui iu-
D bente Decio fustibus cæsi, & deindè plumbatis: ad vltimum capita eorum securibus sunt tunsa, donec emitterent spiritum. In Italia, beatorum martyrum, Maronis, Eutychetis, & Victorini. * qui primò apud insulam Pontiam in Christi confessione longum ducentes exiliũ, postmodum sub principe Nerua a *traditi sunt in seruitutem Aureliano sponsо, quem Flauia Domitilla ob Christum contempserat. Quos iussit terram fodere per totam diem, ad vesperam verò cantabrum manducare: deinde* cum conuertissent plurimos ad fidem, iussi sunt variis interfici pœnis. *In Reomago cœnobio, depositio sancti Siluestri, discipuli sancti Ioannis confessoris.*

¶ p *Ipso die, Helnone monasterio, susceptio crucis geminæ, quæ duobus in locis de ligno Dominicæ crucis habens, a Vvalterio Vvariniaco, nobili milite, de Hierusalem allata, & ibidem ecclesiæ oblata, ab abbate & conuentu cum solenni processione est recepta, cum gaudio & exultatione.*

¶ Item, inchoatio Niceni primi Concilij. † *Metaphr. to. 6. Aloy.*

Decimosexto Calendas Maij, luna 16. April. A
29.11.21.3.14./24.6.16.27.9./20.1.12.22.4./15.25.7.17. *al.* Cælestii.

APud Corinthum, natalis sanctorum, * Calixti & Carisij, cum aliis septẽ, omnium in mare mer-
E sorum. Cæsaraugustæ, sanctorum decem & octo martyrum, Quintiliani, Cassiani, Matutini, Publij, Vrbani, Martialis, Fausti, Successi, Felicis, Ianuarij, Primitiui, Euentij, Cæciliani, Oprati, Frontonis, Luperci, Apodemi & Iulij. Hi omnes sub Daciano Hispaniarum præside pœnis affecti, atque interempti sunt. *Ibidem Engratiæ siue Encratis, virginis ac martyris, & Caij, atque Crementij, qui secundo confessi, gustarunt saporem martyrij. Palentiæ in Hispaniis, natalis sancti Turibij, episcopi Astoricensis: ad quem scripsit Leo pontifex epistolam contra Priscillianistas. Hic innumeris clarus miraculis, Christianam religionem ac fidem catholicam quàmmaximè iuuit. Iuxta Valencenas, in pago Sebourch, quieſcit sanctus Drogo confessor inclytus, qui miro modo calculosis & ruptis inuocatus subuenit. Depositio eius decimasexta Aprilis, anno Domini millesimo cente-*

simo octuagesimoſexto. q *In Sicilia iuxta Caſtellum bonum, ſub Maronæ monte ac geme llis collibus, in cœnobio* F
ſanctæ Mariæ à partu, depoſitio beati Guilelmi confeſſoris. In Dacia, ſancti Magni, Comitis Arcadiæ, & marty-
al. Albani. *ris, anno milleſimo centeſimoquarto.*
Hiſtoria Albani per Conventum S. Pantaleonis impreſſa Coloniæ. *¶ p Coloniæ, tranſlatio ſancti † Albini martyris: huius Deo digni martyris reliquiæ de Britannia per beatum Ger-*
manum epiſcopum Antiſiodorenſem primò Romam, deinde per auguſtam Theophanium, Othonis ſecundi vxorem,
Coloniam tranſlatæ, poſitæ ſunt in monaſterio ſanctiſsimi Pantaleonis martyris: vbi cunctis piè quærentibus opem
*conferunt ſalutarem. Zantis, p feſtum martyris, * quem tranſtulit archiepiſcopus Philippus, inuentum in purpura*
& calceis, amputata ſummitate capitis. Nos qui floccellos ſanguinis cohærentes pilis in monumento eius vidimus,
ſcripſimus hæc, vt vos credatis, & per annorum reuolutionem hoc die, & aſſiduè eum in veneratione habeatis. Nec
conturbet quòd nomen eius non habetur, cum legenda Thebæorum vix duodecim martyrum nomina contineat.
* Sine nomine.
Surius pag. 654. In pago Conſtantienſi, ſancti Paterni epiſcopi Aprincenſis & confeſſoris, ex abbate Sciſciacenſi.

ANNOTATIO.

1 De octodecim martyribus Cæſarauguſtanis, necnon de Encrate, Caio & Crementio, extat hymnus quartus Au- G
rel. Prudentij, in libro περὶ στεφάνων.

17. April. B
Decimoquinto Calendas Maij, luna
1. 12. 22. 4. 15. / 25. 7. 17. 28. 10. / 21. 2. 13. 23. 5. / 16. 26. 8. 18.

1 APud Africam, natalis ſancti Mappalici martyris: qui, vt beatus ſcribit Cyprianus, in epiſtola ad
martyres & confeſſores, cum aliis pluribus martyrio coronatus eſt. Antiochiæ ſanctorum mar-
al. Heliæ. Pontificale c. 12. tyrum, Petri diaconi, & Hermogenis. Item Cordubæ, ſanctorum † Helci presbyteri, Pauli & Iſido-
1. Cor. 12. ri monachorum. r *Item Romæ, Aniceti papæ & martyris.* b *hic conſtituit vt clericus comam non nutriret,*
ſecundum Apoſtoli præceptum. q *In Oriente, beati Nicephori, ſub Valeriano & Gallieno, ob Chriſtum marty-*
rio coronati. Dertonæ, ſancti Innocentij, epiſcopi & confeſſoris. Sonegiæ, p *natalis ſancti Landrici, epiſcopi &*
confeſſoris. g *Die decimaſeptima, ſancti Acacij, epiſcopi Melitines.*

ANNOTATIO.

1 De Mappalico, Cyprianus epiſtola 9. ſiue lib. 2. epiſt. 6. De ſociis epiſt. 22. apud eundē, quæ eſt Luciani ad clerum. H

18. April. C
Decimoquarto Calendas Maij, luna
2. 13. 23. 5. 16. / 26. 8. 18. 29. 11. / 22. 3. 14. 24. 6. / 17. 27. 9. 19.

al. Meſſanā. APud † Miſenam Apuliæ ciuitatem, natalis ſanctorum martyrum, Eleutherij epiſcopi & * Anthiæ
1 matris eius. Qui cum eſſet & ſanctimonia vitæ, & miraculorum virtute illuſtris, ſub Adriano
g Euanthiæ. principe lectum ferreum ignitum, craticulam, & ſartaginem, oleum, picem, ac reſinam feruentem
ſuperans, leonibus quoque proiectus, ſed ab his illæſus, nouiſſimè vnà cum matre iugulatur. Romæ
Euſeb. lib. 5. c. 20. 21. Ruf. beati Apollonij ſenatoris. † qui ſub Commodo principe, à ſeruo proditus quòd Chriſtianus eſſet,
p patrimoſtri inſigne volumen compoſuit, quod in Senatu legit, ac deinde ſententia Senatus, pro Chriſto capite
truncatus eſt. Cordubæ, ſancti Perfecti presbyteri & martyris. Cœnobio Laubiis, *depoſitio ſanctiſſi-*
2 *mi* * Vrſmari, epiſcopi & confeſſoris. p *cuius geſta præclara habentur.* p *Mediolani, depoſitio ſancti Gal-*
dini, quæ ſemper celebratur in dominica ſecunda poſt paſcha. g *Die decimaoctaua, ſancti patris Ioannis, diſcipuli* I
ſancti Gregorij Decapolitæ. q *Eodem die ſancti Iulini epiſcopi & confeſſoris: cuius corpus requieſcit Lugduni*
ſupra Rhodanum.
¶ Antiſiodori, dedicatio altaris ſenioris eccleſiæ ſancti Stephani, protomartyris Chriſti. Nam antiqua dedicatio, quæ
à beato Amatore celebrata eſt, quinto nonas Octobris in antiquis Martyrologiis reperitur.
In Montibus, Aye comitiſſæ Hannoniæ, tam ſanguine, quàm vita præclaræ: cuius memoriam facit eccleſia Montenſis in litaniis.

ANNOTATIONES.

1 Eleutherij & matris paſſionem habet Metaphraſtes pag. 657. Surij. Petrus Equilinus lib. 2. catalogi cap. 20. vo-
cat eum Latina voce Liberalem epiſcopum Cannenſem in Apulia.
2 De Vrſmaro Laubienſi, Fulquinus abbas Laubij *in chronicis ſui monaſterij.* An. 776. fit abbas Laubiis Anſo, per
quem conſcriptus extat libellus vitæ ſancti Vrſmari ad prædeceſſorem Theodulphum epiſcopum: Item & ſancti
Ermini alius. Ratherius Veronenſis epiſcopus, ſed Laubienſis monachus, libellum etiam vitæ ſancti Vrſmari, cum
exultaret reperit, quem ſolœciſmis refertiſſimum, emendauit, & nobis miſit habendum. Ex eo qui paulo pòſt Ful-
quinum ſuppleuit, Fulquinus geſta abbatum huius cœnobij vſque ad ſeipſum annotauit, & miracula beati Vrſmari, K
quæ ſuis maximè fuêre temporibus, deſcripſit. Obiit Anno 990. Herigerus ſub Notgero ſucceſſor Fulquini ſcripſit
geſta pontificū Leodienſium: ſcripſit metrico ſtylo vitam ſancti Vrſmari. Obiit Anno 1007. Anſonem & Erminum
non vidi. Ratherius eſt Laubiis, & alibi MS. / tom. 2. Surij maiori ex parte excuſus. Fulquinus cap. 31. eſt Laubij,
cum itineratione ſancti Vrſmari, qua inter Flandrenſes eſt glorificatus. Herigeri carmina habentur Gemblaci.

19. April. D
Decimotertio Calendas Maij, luna
3. 14. 24. 6. 17. / 27. 9. 19. 1. 12. / 23. 4. 15. 25. 7. / 18. 28. 10. 20.

Act. 6. BEATI Timonis, diaconi de ſeptē primis: qui primùm apud Berœam doctor reſedit, ac deindè
verbum Domini diſſeminans, venit Corinthum: ibique à Iudæis & Græcis, vt traditur, primò
flammis iniectus, ſed nil læſus, deinde cruci affixus, martyrium ſuum impleuit. In Armenia, ciuitate
Meli-

A Melitana, natalis ſanctorum martyrum, Hermogenis, Caij, Expediti, Ariſtonici, Rufi, Galatæ, vna
die coronatorum. Ciuitate Caucoliberi, paſſio beati Vincentij martyris. *Ipſo die, ſancti Elphegi, epi-* 1
ſcopi Cantuarienſis, & martyris. Romæ, apud eccleſiam beati Petri, depoſitio domini Leonis papæ noni: qui eccle- 2
ſiam beati Remigij dedicauit. g *Die decimanona, ſancti patris Ioannis de vetuſta Laura.*
¶ In Blandinio monaſterio, eleuatio corporis ſancti Florberti, primi eiuſdem cœnobij abbatis.
Apud Vveſaliam, paſſio Vvernheri pueri, qui in die paraſceues ſuſpēſus, flagellatus, & crudeli morte interemptus *De Vvernh.*
à perfidis Iudæis, multis poſtmodum miraculis claruit. *Legendæ pars* 2.

ANNOTATIONES.

1 De Elphego. Miratus eſt Lanfrancus, cur Angli Elphegum vt martyrem venerarentur: ſed reſponſo accepto ab
Anſelmo, Firma ratione tua, inquit, edoctus, beatum Elphegum vt verè magnum martyrem, deinceps me colere
& venerari ex corde, gratia Dei iuuante confido. Quod ipſe, vt refert Edinerus, poſtmodum deuotè executus eſt: *lib. 1. vitæ*
quin & hiſtoriam vitæ ac paſſionis eius diligenti ſtudio fieri præcepit: quem etiam Muſico modulamine ad canen- *Anſelmi.*
dum à iucundæ memoriæ Osberno, Cantuarienſis eccleſiæ monacho, ad præceptum illius nobiliter editam, ipſe
B ſua prudentia pro amore illius martyris celſius inſigniuit, &c. Osbernum habet Surius pag. 667.
2 De Leone nono. Sigibertus de viris illuſtribus cap. 153. Anchelmus monachus Remenſis ſcripſit itinerarium
noni Leonis papæ à Roma in Gallias, ad hoc maximè, vt notificaret, quanta auctoritate Remis, vel in aliis vrbibus
ſynodum celebrarit: quanta iuſtitia & ſubtilitate examinauerit cauſas eccleſiaſticas: qua diſcretione peccantes cor-
rexerit: quomodo ei virtus Dei cooperata ſit. In Geraldi monte ad S. Adrianum, eſt vita eiuſdem per contempora-
neum, libris duobus. Habet duodecim Lectiones Remis, in archicœnobio ſancti Remigij.

Duodecimo Calendas Maij, luna 20. April. E
4. 15. 25. 7. 18. / 28. 10. 20. 2. 13. / 24. 5. 16. 26. 8. / 19. 29. 11. 21.

ROmæ ſanctorum martyrum, Sulpitij & Seruiliani, † qui prædicatione & miraculis Flauiæ Do- *Geſta Nerei*
mitillæ virginis ad fidem Chriſti conuerſi, cum nollent idolis immolare, à præfecto vrbis Ania- *& ſoc. circa*
no capite cæſi ſunt. In Galliis ciuitate Ebredunenſi, ſancti Marcellini eiuſdem vrbis epiſcopi & *finē 12. Maij.*
confeſſoris: qui diuino iuſſu, cum ſanctis ſociis Vincentio & Domnino, ex Africa veniens, maxi- 1
C mam partem Alpium maritimarum, verbo & ſignis admirandis, quibus vſque hodie refulget, ad fi-
dem Chriſti conuertit. † *Antiſiodori, ſancti Marciani.* g *Die vigeſima, ſancti patris Theodori qui fuit in*
Trichine.
¶ Sconaugiæ, obitus Hildegundis virginis, ordinis Ciſtertienſis: quæ & Ioſepha dicta eſt. 2

ANNOTATIONES.

1 De Marcellino, Ado in Martyrologio / & Gregorius Turonenſis in gloriam confeſſorum cap. 69.
2 De Hildegunde, Trithemius in Chronicis Hirſaugiæ. Huius vitam Cæſerius monachus Heiſterbacenſis in pri-
ma dialogorum ſuorum diſtinctione diffusè conſcripſit.

Vndecimo Calendas Aprilis, luna 21. April. F
5. 16. 26. 8. 19. / 29. 11. 21. 3. 14. / 25. 6. 17. 27. 9. / 20. 1. 12. 22.

APud Perſidem, natalis beati Simeonis epiſcopi & & martyris: qui, iubente Sapore Perſarum 1
rege, comprehenſus, ferróque onuſtus, cum de Domino Ieſu Chriſto libera voce & conſtan-
D tiſsimè teſtaretur, primùm carcerali ergaſtulo cum aliis cētum, (è quibus alij epiſcopi, alij erant pre-
sbyteri, alij diuerſorum ordinum clerici,) maceratus, nouiſsimè cum omnibus iuſſus eſt pariter de-
collari. Paſsi ſunt cum eo etiam clariſsimi quidam viri, Vſtazadis, Abdella, Ananias, & Puſitius, cum
filia, quæ erat ſacra virgo. Alexandriæ ſanctorum, Aratoris presbyteri, Fortunati, Felicis, Siluij, &
Vitalis: qui in carcere quieuerunt. *Eodem die, ſancti Anſelmi, epiſcopi Cantuarienſis, & confeſſoris.* g *Die* 2
vigeſima prima ſancti hieromartyris Ianuarij, & comitatus ipſius, & ſacroſancti martyris Theodori, qui fuit in Perge.
¶ Apud Leodium, in eccleſia ſancti Laurentij p Dominus Vvolbodo Leodienſis piiſſimus epiſcopus, à ſeculo 3
migrauit, qui huic loco res ſacras dedit, & in eo humari elegit.

ANNOTATIONES.

1 De Simeone & collegis, Sozomenus lib. 2. hiſtoriæ ſuæ cap. 8. 9. 10. / lib. 3. hiſtoriæ tripartitæ cap. 2.
2 Anſelmi vitam libris duobus ſcripſit Edinerus conuictor ipſius. Excuſus Antuerpiæ anno 51. Coloniæ cum ope-
ribus anno 60. & tomo 2. Surij. Additio ad Sigibertum cap. 7. Emundus monachus Cantuarienſis ſcripſit vitam
ſancti Anſelmi, Cantuarienſis archiepiſcopi: item ſcripſit alium librum de diſcordia inter Vvilhelmum Anglorum
E regem, & eundem Anſelmum.
3 Vvolbodonis vitam ſcribit Reinerus monachus ad ſanctum Laurentium. Ibidem MS.

Decimo Calendas Maij, luna 22. April. G
6. 17. 27. 9. 20. / 1. 12. 22. 4. 15. / 26. 7. 18. 28. 10. / 21. 2. 13. 23.

ROmę, via Appia, natalis beati Caij papæ: qui cum eccleſiam vndecim annis, menſibus quatuor, 1
diebus duodecim, rexiſſet, martyrio coronatus eſt ſub Dioclitiano principe. r *Ipſo die, ſanctæ* 2
Sotheris papæ, natione Campani. Apud Perſidem, ſanctorum martyrum, qui pro Chriſti nomine iugu- 3
lati ſunt ſub rege Sapore. In quo fidei certamine, paſſus eſt Meliſius epiſcopus, ſanctitate & miracu-
lorum gloria inſignis: Acepſimas quoque epiſcopus, cum presbytero Iacobo: Marcas & Bicor, ni-
hilominus epiſcopi, cum clericis ferè ducentis quinquaginta, monachis etiam, & ſacratis virginibus

plurimis. Inter quas & Simeonis episcopi soror, nomine Tarbua, cum pedisequa sua, serra scissa est. F
& Abdon in initio. Ciuitate Corduba, natalis Parmenij, Helimenæ, & Chrysoteli presbyterorum, Lucæ & Mutij diaconorum. Quorum triumphus martyrij in passione beati Laurentij † habetur. Lugduni, sancti Epi-
4 podij: qui, persecutione Antonini Veri, post illata sibi grauia tormenta, martyrium capitis absci-
5 sione compleuit. *Eodem die, sanctæ Opportunæ virginis.* r *Senonas, sancti Leonis episcopi, & confessoris.* q *Et*
6 *alibi, depositio Abrunculi episcopi. Eodem die,* b *Agapeti pontificis: qui sedit Romæ menses vndecim: hic ingressus Constantinopolim ad Iustinianum Imperatorem, Anthimum episcopum Constantinopolitanum, qui duas naturas in Christo negabat, deposuit: & in eius loco Menam catholicum consecrauit.* g *Die vigesimasecunda, sanc-*
7 *ti patris Theodori Sicei.*

¶ r *Item in monasterio sancti Georgij maioris Venetiarum, translatio sancti Eustathij patriarchæ Constantinopo-*
8 *litani, Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimosexto.* q *Ipso die inuentio beatorum corporum, Dionysij, Rustici & Eleutherij: quorum corpora requiescunt in cœnobio diui Dionysij, in Francia.*

In Hannonia, Dononio monasterio, obitus sancti Aldeberti Comitis Austrouandiæ & confessoris, non tamen canonizati: cuius corpus quiescit in summo altari in tumba argentea. Eodem die, obiit beatus Vvolphelmus abbas G
9 Bruvvilerensis.

ANNOTATIONES.

1 De Caio, Pontificale cap. 19./ Gesta Sebastiani à folio 448.to.1.Surij/ & Gesta Susannæ, 11.Augusti.
2 De Sothere, Pontificale cap. 13./ Dionysius Corinthi episcopus lib.4.hist. eccl.cap. 22./23. Rufini.
3 De martyribus istis sub Sapore scribit Cassiodorus lib.3. historiæ tripartitæ cap. 2./ ex Sozomeno lib.2. cap.11. 12. 13. Item Metaphrastes pag. 718. Surij.
4 Epipodij martyrium ex MS. habet Surius pag. 715. De eo est homilia 49. apud Eusebium Gallum, qui Emisenus à Gagneio inscribitur. Meminit etiam Gregorius Turonensis de gloria martyrum cap. 64.
5 Opportunæ abbatissæ in Monasteriolo/ & fratris eius Godegrandi Sagiensis episcopi, tam vitam quàm miracula conscripsit Adelelinus episcopus Sagiensis, secundus, vt puto, Godegrandi successor. MS. in Rubea valle/ & pag. 770. Surij.
6 De Agapeto, Gregorius lib. 3. dialogorum cap.3./ & Pontificale cap. 59. tom. 2. Conciliorum.
7 Theodori Archimandritæ vitam fusè scribit Georgius presbyter, eius discipulus, apud Metaphrastem & Surium.
8 De reuelatione Dionysij. Ludouicus imperator Hilduino abbati: Volumus vt reuelationē ostensam beato papæ H
Stephano in ecclesiis eiusdem sanctissimi Dionysij, sic vt ab eo ditata est: & gesta quæ eidem subnexa sunt, vnà cum hymnis de hoc gloriosissimo martyre atque Pontifice, & officium nocturnale subiungas. Est MS. in Parco, & citatur à Reginone in chronicis anno 753.
9 De Vvolfhelmo ex Tritthemio in chronicis Hirsaugiæ. Vvolfhelmi abbatis in Bruvviler vitam & miracula scripsit Conradus, monachus cœnobij Bruvvilerensis, ordinis sancti Benedicti, Colonensis diœcesis, Vvolfhelmi auditor, ad Euerardum & Hermanum abbates. Est pag. 781. Surij.

23. April. A — Nono Calendas Maij, luna

7. 18. 28. 10. 21./ 2. 13. 5. 16./ 27. 8. 19. 29. 11/ 22. 3. 14. 24.

1 IN Persida, ciuitate Diospoli, passio sancti Georgij martyris, g *glorioſi antesignani, clarique miraculis:*
Dist. 15 c. Sancta Romana eccl. cuius gesta passionis etsi inter apocryphas connumerentur scripturas, tamen illustrissimum eius martyrium, inter coronas martyrum Ecclesia Dei venerabiliter honorat. In Galliis ciuitate Valen-
2 tia, natalis sanctorum, Felicis presbyteri, Fortunati, & Achillei, diaconorum, qui cum maximā par-
tem supradictæ vrbis ad fidem Christi conuertissent, à duce Comelio in carcerem trusi sunt: dein- I
de diutissimè verberati, cruribúsque confractis, circa vertiginem rotarum astricti, fumum quoque in equulei suspensione perpessi, ad extremum gladio consummati sunt. r *Eodem die Prussiæ, natalis san-*
3 *cti Adalberti, episcopi & martyris.* q *Tulli, sancti Gerardi episcopi & confessoris. Ipso die, beatæ Pusinnæ vir-*
Historiā habet Legendæ 2. pars. *ginis, quæ tempore Caroli magni Herwordiam est translata.* †

ANNOTATIONES.

1 De Georgio. Habet Surius vitam & martyrium magni martyris Georgij, per Simeonem Metaphrastem, rursus per Pasicratem seruum Georgij, & tertiò, encomiū in eundem. Aliam autem historiam à Gelasio papa reprobatam esse pulchrè demonstrat Aloysius. Item de Georgio Præfatio Ambrosiana/ distichon Fortunati, Turonensis de gloria martyrum cap.101./ Nicephorus lib.7.cap. 15. & alij. De Basilica. gregorius lib.9. cap. 68. registri.
2 Felicis & diaconorum eius acta atque martyrium habet Surius pag. 823. erudite conscripta à quodam, qui res non auditas, sed visas se narrare subindicet.
3 Adalberti Pragensis historiam & martyrium, contemporaneus monachus bona fide conscripsit: cuius stylum modicè correxit Surius. de eodem Cromerus lib. 3. K

24. April. A — Octo Calendas Maij, luna

8. 19. 29. 11. 22./ 3. 14. 24. 6. 17./ 28. 9. 20. 1. 12./ 23. 4. 15. 25.

1 LVgduno Galliæ, natalis sancti Alexādri martyris: qui persecutione Antonini Veri, post carceris custodiam, primò ita laniatus est, crudelitate verberantiū, vt crate soluta costarum, patefactísq; viscerib⁹, interiora corporis panderentur: deinde crucis affixus patibulo, beatū spiritum exanima-
2 tus reddidit. Passi sunt cū eo & alij num. 34. Eodē die, depositio Melliti episcopi in Britannia. In ciuitate Eliberri, S. Gregor. episc. & confes. *Eodē die, natale S. Coronæ virginis. Blesis S. Deodati abbatis & leuitæ.*

Remis

A *Remis ciuitate, sanctarum virginum,* Bonæ & Dodæ. g *Die vigesimaquarta, sancti martyris Sabbæ ducis exercitus,* 3
& sanctæ Elizabeth thaumaturgæ. q *In Hibernia, beati Egberti monachi, presbyteri & confessoris. In territorio Aruernensi, depositio beati Roberti, abbatis Casæ Dei, & confessoris.* 4

ANNOTATIONES.

1 Alexandri Lugdunensis martyrium habet Surius pag. 841. De eo & Epipodio est homilia Eusebij Emisseni, siue Galli.
2 De Mellito Beda lib.1.historiæ Anglorum cap. 29. & 30./ lib. 2. cap.3. & quatuor sequentibus.
3 De Egberto. Idem eiusdem historiæ lib. 3. cap. 4. & 27./ lib. 4. cap. 3. lib. 5. cap. 10. & 23. Egbertus autem episcopus ponitur 6. Maij.
4 Roberti vitam, qui primus fuit abbas Casæ Dei, est per auctorem fide dignum, pag. 844. Surij.

Septimo Calendas Maij luna — 25. April. C

9. 20. 1. 12. 23./ 4. 15. 25. 7. 18./ 29. 10. 21. 2. 13./ 24. 5. 16. 26.

B ROmæ, litania maior ad sanctum Petrum. Apud Alexandriam, natalis beati Marci Euangelistæ. 1
Hic discipulus & interpres Apostoli Petri, r *& in baptismate filius,* rogatus Romæ à fratribus, 2
scripsit Euangelium: quo assumpto perrexit Ægyptum, primúsque Alexandriæ Christum annuntians, constituit ecclesiam: ac postea pro fide Christi tentus, & grauiter afflictus, primò angelica visitatione confortatus, ac deinde ipso Domino sibi apparente, ad cœlestia regna vocatus est. Mortuus est autem octauo Neronis anno. Ciuitate Syracusa, sanctorum Euodij & Hermogenis, *& Cali-* 3
sti martyrum. p *Laubiis, translatus sancti Ermini episcopi & confessoris.*

ANNOTATIONES.

1 De maiori litania Gregorius papa initio libri 2. epistolarum, & libro 11. epistola secunda/ Gregorius Turonensis in principio libri decimi historiæ Francorum/ Ordo Romanus pag. 81./ Micrologus cap. 57.
2 Marci martyrium habet Metaphrastes/ laudationem Procopius diaconus & Chartophylax, apud Surium. Hieronymus de viris illustribus cap. 21. Philo Iudæus † de prima Marci Euangelistæ apud Alexandriam scripsit ec- *Lib. 4. de vitâ contemplatiua.*
C clesia, habitacula eorum dicens monasteria. Item Eusebius lib. 2. cap. 15./ Petrus Damiani in duobus sermonibus historicis/ Hieronymus de viris illustribus cap. 18./ Isidorus de obitu patrum cap. 85./ Beda in Martyrologio/ &c.
3 Ermini gestorum liber est Lobiis MS. per eius loci monachum, qui familiaris fuit Flaberto, vni ex discipulis Ermini.

Sexto Calendas Maij, luna — 26. April. D

10. 21. 2. 13. 24./ 5. 16. 26. 8. 19./ 30. 11. 22. 3. 14./ 25. 6. 17. 27.

ROmæ natalis sancti Cleti papæ: qui secundus post Apostolum Petrum, cum rexisset eccle- *Pontificale cap. 3.*
siam annis duodecim, persecutione Domitiani martyrio coronatus est. Item Romæ, sancti 1
Marcellini pontificis: qui cum ecclesiam nouem annis, & mensibus quatuor rexisset, à Dioclitiano pro fide Christi, cum Claudio Cyrino, & Antonino, capite truncatus est. Quorum tēpore fuit magna persecutio, ita vt intra vnum mensem decem & septē millia coronarentur. Monasterio Cen-
tula, sancti Richarij presbyteri & confessoris. p *Eodem die apud Legiam, sancti Floriberti, episcopi eiusdem* 2
loci, & confessoris. b *Viennæ, sancti Clarentij † episcopi & confessoris.* q *Trecas, sanctæ Exuperantiæ virgi-* *Ado. in. 641.*
D *nis.* g *Die vigesimasexta, sancti martyris Basilei, episcopi Amaseæ.* 3
¶ q *Parisiis, dedicatio sacræ Capellæ regiæ, sacris nostræ redemptionis insigniis mirificè à beato Ludouico rege ditatæ.*

ANNOTATIONES.

1 De Marcellino Pontificale cap. 30./ & Condemnatio Marcellini tomo 1. Concil.
2 Richarius abbas fuit Centulensis in Pontino. Eius vitam scripsit Albinus Flaccus Alcuinus abbas, ad Carolum imperatorem, petente id abbate Angilberto. pag. 865. Surij.
3 Basilei martyrium habetur in Simeone per Ioannem presbyterum Nicomediæ. pag. 857. Surij.

Quinto Calendas Maij, luna — 27. April. E

11. 22. 3. 14. 25./ 6. 17. 27. 9. 20./ 1. 12. 23. 4. 15./ 26. 7. 18. 28.

ROmæ, depositio beati Anastasij papæ: de quo Hieronymus venerabili testatur eloquio, quòd 1
eius vita diuturna mundus immeritus sit frui. Apud Nicomediam, natalis sancti Anthimi epi- *Epist. 16. ad principiam.*
E scopi & martyris, qui persecutione Dioclitiani ob confessionem Christi, vt in historia ecclesiastica 2
descriptum est, martyrij gloriam capitis obtruncatione accepit. Secuta est quoque illum vniuersa penè gregis sui multitudo per eandem martyrij viam: quorum alios iudex gladio obtruncari, alios *Lib. 8. cap. 6.*
ignibus concremari, alios nauiculis impositos pelago immergi fecit. Tarso Ciliciæ, sancti Castoris,
r *& Stephani martyrum.*
¶ Ciuitate Altinensi, sancti Liberalis confessoris, ab Heliodoro episcopo nutriti, qui ciuitate Altino destructa Taruisium est translatus.

ANNOTATIONES.

1 De Anastasio primo, Hieronymus epistola 8. Demetriadi/ 16. Principiæ/ 78. Pammachio & Marcellæ/ & in apologiis 2. & 3. contra Rufinum/ Paulinus epist. 2. ad Delphinum/ item Pontificale cap. 41.
2 De Anthimo succinctè scribit Eusebius lib. 8. cap. 6./ fusius Metaphrastes pag. 871. Surij.

28. April. F Quarto Calendas Maij, luna F

12. 23. 4 15. 26./ 7. 18. 28. 10. 21./ 2. 13. 24. 5. 16./ 27. 8. 19. 29.

1 Apud Rauennam, natalis sancti Vitalis martyris: qui cum corpus beati Vrsicini sublatum, honestate debita sepelisset, tentus à Paulino Consulari, post equulei tormenta, iussus est deponi in foueam profundam, ac terra & lapidibus obrui: talique martyrio ad Christum migrauit. Alexan-
2 driæ, sanctæ Theodoræ virginis. b *de qua beatus Ambrosius scribit.* Quæ sacrificare contemnens, cum esset in lupanar tradita, repentè quidam è fratribus, nomine Didymus, miro Dei fauore illam eripuit, ac postea cum eadem percussus, simul coronatus est. Eodem die, Aphrodisij, Carilippi, Aga-
3 peti, & Eusebij, martyrum. In Pannonia, sancti Pollionis martyris. *Ipso die, sanctæ Valeriæ martyris, coniugis sancti Vitalis. In Hispaniis, sancti Prudentij, episcopi Tirasonensis & confessoris. Metis ciuitate, sancti*
Mataph. pag. 890. 4 *Adelphi, episcopi & confessoris.* g *Die vigesimaoctaua, sanctorum martyrum, Dadæ, Maximi, & Quintiliani.* †
¶ p *In Leodio, translatio sancti Lamberti martyris.* q *Lauduno clauato, translatio sanctæ Probæ virginis. Eodem die Duaci,* p *eleuatio sancti Amati, episcopi & confessoris. Ad hanc eleuationem sacri corporis, quod perdiderant Dominus reddidit multis: sanitatem videlicet ægrotis, lumen & auditum cæcis & surdis: inde verò viri prius* G
Gen. 8. *confracti redierunt nimium exultantes, vestigia pedum admirantes.* q *Item egreßio Noë de arca.*
Metaph. pag. 882. Eodem die, martyrium sancti Paphnutij abbatis, & quingentorum quadragintasex, qui vnà cum illo martyrium passi sunt. †

ANNOTATIONES.

1 De Vitale est sermo Petri Damiani apud Surium. De eodem latè Beda in martyrologio: vterque ex epistola beati Ambrosij ad omnes per Italiam fratres de inuentione Geruasij & Prothasij, quæ est tomo 3. Surij.
2 De Theodora & Didymo, præter prolixiores Martyrologos, scribit Ambrosius lib. 2. de virginibus, (vbi fortassis mendosè legitur Antiochiæ pro Alexandriæ) & Simeon Metaphrastes Nonis Aprilis, nonnihil tamen ab aliis discrepans, vt D. Surius notauit pag. 512. De alia Theodora idem Simeon, 11. Septembris.
3 De Valeria, coniuge Vitalis, Ado hac die, ex citata Ambrosij epistola/ item de vtroque Ambrosiana præfatio in Liturgicis.
4 Adelphus corporaliter quiescit patronus in collegio Neouillarensi, in dominio Liechtenberg, diœcesis Argentinensis. Vita pulchrè descripta est circa annum 1197. impressa in 4. Ann. 1506. H

29. April. G Tertio Calendas Maij, luna

13. 24. 5. 16. 27./ 8. 19. 29. 11. 22./ 3. 14. 25. 6. 17./ 28. 9. 20. 1.

Ephes. 6. Apud Paphum, Tychici diaconi, sancti Pauli discipuli. Huius meminit in suis epistolis idem
2. Tim. 4. Apostolus, † pronuntians eum fratrem charissimum, ac conseruum suum in Domino. In Nu-
† Col. 4. 1 midia, apud Cirthensem Coloniam, natalis sanctorum martyrum, Agapij & Secundini episcoporum: qui persecutione Valeriani post longum exilium, apud præfatam vrbem, in qua tunc maximè gentilium rabies ad tentandam iustorum fidem inhiabat, ex illustri sacerdotio, effecti sunt gloriosi martyres. Passi sunt in eorum collegio, Æmilianus miles, Tertulla & Antonia, sacræ vir-
2 gines, & quædam mulier cum suis geminis. r *Eodem die, apud Mediolanum, sancti Petri martyris, de Ordine fratrum Prædicatorum.* q *qui cum per partes Italiæ contra virus hæreticæ prauitatis, verbum Dei lon-*
3 *gè latéque prædicasset, tandem gladijs hæreticorum est interemptus. Romæ, sanctæ Caterinæ virginis. Hæc de ciuitate Senensi oriunda, in adolescentia sua habitum de pœnitentia sancti Dominici assumens, ac crebris miraculis clarens, anno suo trigesimotertio, Romæ quieuit: sepulta in ecclesia sanctæ Mariæ super Mineruam. Differtur autem eius festiuitas in Dominicam diem post inuentionem sanctæ Crucis. In territorio Lingonensi,* I
4 *apud Molismum, beati Roberti confessoris primi abbatis Cistertij.* r *Cœnobio Cluniaco, beatißimi Hugonis ab-*
5 *batis.* g *Die vigesimanona, sanctorum nouem martyrum in Cizyco, & sancti Memnonis thaumaturgi.*
al. commemoratio. Sicut pro defunctis. ¶ p *Eodem die* * *festiuitas sanctæ Auæ virginis.*
Quæ in Dononio quiescit, non canonizata.

ANNOTATIONES.

1 De Agapio, Secundino, & reliquis, Gesta sanctorum Mariani & Iacobi tomo 3. Surij pag. 1./ è quibus Vsuardus quædam ad verbum describit.
2 De Petro, Vincentius in speculo historiali lib. 31. cap. 103. Innocentius quartus beati Petri Mediolanensis actus in epistola canonizationis, quam per omnes ecclesias promulgari fecit, breuiter descripsit/ Latius autem Ioannes Garzo libro 2. de viris illustribus Ordinis Prædicatorum/ & Thomas Lentinus antistes Cusantinus, postea patriarcha Hierosolymitanus, qui contemporaneus fuit sancti martyris. Hunc Surius habet pag. 905. K
3 Caterinæ Senensis legendam, seu historiam, scripsit Raimundus Capuanus, sacræ Theologiæ Doctor, & Ordinis Prædicatorum magister generalis, atque sanctæ virginis Confessarius. Qui cum bulla Pij secundi excusus est Coloniæ in Fol. ann. 63. De eadem est MS. epistola Stephani Senensis, Prioris Carthusiæ Ticinensis. Quorum scripta in compendium redegit Surius pag. 915. De eiusdem vita extat Ioannes Pinus in libro de claris mulieribus. Qui etiam asserit vitam huius virginis vernaculè scripsisse Nicolaum Burgium Senensem, postquam superimposito sibi ciliciolo, quo illa viuens vti solebat, & diligenti cultu adhuc asseruatur, iam semimortuus, velut repentè collectis viribus, assurrexit.
4 Roberti vitam & miracula describi curauit dominus Odo Molismensis abbas. Extant pag. 898. Surij / integrè Louanij ad Martinenses.

5 Hugo-

A 5 Hugonis Cluniacensis vitam multi scripserunt, vt Gilo iussu Pontij abbatis / & Reinaldus abbas Vicelíacensis, manuscripti, & Hugo Cluniacensis, eius æqualis, pag. 292. Surij. qui in præfatione ait, Non eis præiudico, qui ante me de sancto eleganti scripsere calamo: sed nostris seruio, dum quædam ab eis omissa colligo, profusius edita contraho: ne occupatos onerem, multa prætereo.

Pridie Calendas Maij, luna 30. April. A

14.25.6.17.28 / 9.20.1.12.23 / 4.15.26.7.18 / 29.10.21.2.

Apud Lambesitanam vrbem, natalis sanctorum martyrum, Mariani lectoris & Iacobi diaconi: 1
quorum prior, cum iam pridem infestationes Decianæ persecutionis in confessione Christi euicisset, iterum cum charissimo collega tentus est. Deinde post dira & exquisita supplicia, diuinis reuelationibus mirabiliter secundò confortati, atque alleuati, nouissimè cum multis aliis, gladio cõsummati sunt. Santonas, beati Eutropij martyris, quem cum sanctus Clemens pontificalis ordi- 2
nis gratia consecratum direxit in Gallias, peracta diu prædicatione, ob Christi testimonium illiso
B capite victor occubuit. *Romæ, sancti Quirini, tribuni & martyris. Huius Deo dilecti & pretiosi martyris* *De Quirino, Gesta Alexandri papæ.*
paßio, licet tertio Calendas Aprilis facta sit, hîc tamen festiuè recolitur, quando sacræ reliquiæ corporis eius ab vrbe Roma, ad ciuitatem Nußiensem supra Rhenum, translatæ sunt. In Britannia, ciuitate Londonia, sancti Erconvualdi, episcopi & confessoris: qui in actiua iam degens vita, totis viribus theoricam diligens, subditis sibi plebibus, callem veritatis verbis atque exemplis monstrauit: multisque ornatus virtutibus, migrauit ad Christum. 3
Eodem die, natalis sancti Maderniani Remensis archiepiscopi, qui sextus rexit eandem ecclesiam. Item, sancti Maximi martyris, cuius gesta habentur. † *Eodem die, sancti Laurentij, presbyteri Nouariensis.* *† pag. 941. Surij.*

ANNOTATIONES.

1 Mariani, Iacobi, & sociorum martyrium grauiter describit is qui eidem interfuit. Est tomo 3. Surij, pag. 1.
2 Eutropij meminit Greg. Turonicus de gloria martyrum cap. 56.
3 Erconvvaldi vita per Gotzelinum Morinensem, incipit, Post passionem ac resurrectionem, teste catalago Scriptorum Britanniæ. De eodem Beda lib. 4. cap. 6.

C

MAIVS HABET DIES XXXI.

Calendis Maij, luna 1. Maij. B

15.26.7.18.29 / 10.21.2.13.24 / 5.16.27.8.19 / 1.11.22.3.

In Ægypto, Hieremiæ Prophetæ: qui à populo lapidibus obrutus, apud Taphnas occubuit. Item, natalis beatorum Apostolorũ, [1] Philippi & [2] Iacobi. Ex quibus Philippus, postquam pene Scythiam ad fidem Christi conuertisset, b *diaconibus, presbyteris, & episcopis ibi constitutis, reuersus est ad Asiam: &* apud Hierapolim Asiæ ciuitatem, glorioso fine quieuit. Iacobus verò, qui & frater Domini legitur, † iuxta templum Hierosolymorum, vbi & præcipitatus b *de pinna templi, fullonis fuste in cerebro percussus* fuerat, sepultus est. b *Hic fixis genibus pro populo deprecabatur, in tantum vt camelorum duritiem eius genua traxisse viderentur.* In Galliis, territorio Viuariensi, beati Andeoli subdiaconi, quem misit ab Oriente sanctus Polycarpus, vnà cum aliis, ad prædicandum verbum Dei, in Galliam. Cuius prædicatione Imperator Seuerus comperta, spinosis fustibus crudelissimè flagellatum, in carcerem trudi præcepit: & sic demum ab ense ligneo in crucis modum caput eius scindi. Ciuitate Sedunensi, natalis sancti * Sigismundi regis, b *filij Gundebaldi, regis Burgundionum. qui cum se cerneret non poße Francis resistere, solus fugiens, comã deposita, habitum religionis suscepit: & ieiuniis, vigiliis, die noctéque vacans, captus est à Francis, cum vxore & filiis, in puteúmque demersus occubuit. Postea verò cuidam abbati reuelatus est: & ab eo reuerenter sepultus, etiam miraculis claruit.*

Epiph. & Isidor. de vita proph. — D — † Matt. 13. Gal. 1. — *De Sig. Turonensis 3. hist. Franc. cap. 5. & 6.*

E Apud ciuitatem Aescium, sancti * Orientis episcopi: qui virtutibus ornatus, sancto fine quieuisse scribitur. Item Antisiodori, sancti * Amatoris, episcopi & confessoris. q *In pago Laudunensi, sancti Marculphi confeßoris.* † *Remis, depositio sancti Theodulphi presbyteri. In Britannia, sancti Chorentini, episcopi ciuitatis Aquilæ. Ambianis, beatorum martyrum, Acij & Accioli, qui religiosis fulgent miraculis. Ipso die, sancti* † *Vltani confeßoris, fratris sanctorum Fursei & Foillani qui post exceßum fratris sui Fursei, cum Foillano sancta* [a] *deptus est sanctæ Gertrudis contubernia, cuius multa in ecclesia sanctitatis clarent monumenta. Quorum sancta virgo agnita sanctitate, per manus eorum obtulit Deo partem hæreditatis suæ, scilicet villam, quæ vulgò Foßis dicitur: quam ipsis tradidit in seruorum Dei alimoniam, vt in eo loco construerent monasterium ad perpetuale peregrinorum hospitium. In territorio Tungrensi, villa quæ Ruttis dicitur, sancti Euermari martyris, qui ab iniustis innocenter interemptus est. Huius mors pretiosa crebris miraculis illustratur.* r *Item Bergomi Galliæ Cisalpinæ, Grataæ virginis. Ipso die, sanctæ Vvalburgæ virginis.*

* *al.* Orientij. — * *De Amat. constantius initio vitæ S. Germani.* — † *Vita extat eruditè MS.* — *De Vltano Beda, lib. 3. cap. 19.*

¶ p *In Blandinio monasterio, translatio corporis sanctissimæ Amelbergæ virginis. In Blandinio, consecratio basilicæ primæ à beato Amando pontifice.* q *Matias prima sacrat Christi doctrina Calendas.* F

Vvandelb. † Tomo 3. Surij pag. 13.

In Hungaria, sanctorum eremitarum, Zoerardi confessoris, & Benedicti martyris: quorum historiam descripsit Maurus episcopus Quinque ecclesiensis.† Furnis, translatio reliquiarum, Vvalburgis, Vuilibaldi, & Vuilliboldi, anno millesimocentesimonono. In Scoria, Asaphi episcopi, de cuius nomine nunc vocatur episcopatus sancti Asaph. In minori Britannia, sanctissimi Brioci, episcopi & confessoris.

ANNOTATIONES.

1 De Philippo, Ioannis 1.6.12.14/Eusebius libro 3.hist.cap.24.25/ Rufini,30.& 31/ Isidorus de patribus vtriusque testamenti, cap.75/Appendix in Hieronymi catalogo, cap.6.& Simeon Metaphrastes.

2 De Iacobo fratre Domini, sacra Scriptura, potissimum 1.Cor.15/Gal.1.2/ Canonica ipsius /& Actuum liber/ Egesippus libro 5.commentariorum apud Eusebium/ & ipse Eusebius lib.2.hist.eccl.cap.22.Rufini 23/Epiphanius hæresi 78/Hieronymus de viris illustr.cap.3/Simeon Metaphrastes/Chrysost.hom.5.in Matthæum/Anacletus epist. 2/Hieronymus in 1. ad Galatas/Isidorus de patribus vtriusq; Testamenti, capite 74/Gregorius Turonensis de gloria martyrum cap.27/Hesselius in resurrectionis historiam/Sixtus Senensis lib.2.bibliothecæ sacræ. Quidam addũt secundam epistolam Ignatio inscriptam: quæque ex Clemente Alexandrino Eusebius habet initio libri secundi. G

3 De Vvalburge, Bibliotheca. Vvilibaldus primus episcopus Eistatensis, natione Scotus, scripsit vitam sancti Bonifacij episcopi, vitam Vvalburgæ sororis. Vixit anno 760.

2.Maij.C

Sexta Nonas Maij, luna

16.27.8.19.1/ 11.22.3.14.25/ 6.17.28.9.20/ 2.12.23.4.

NAtalis sancti * Athanasij, Alexandriæ vrbis episcopi & confessoris. In huius persecutione pene vniuersus coniurauit orbis, & commoti sunt principes terræ. Gentes, regna, & exercitus coïerunt aduersus eum: multáque perpessus Arianorum insidiis, toto orbe profugus agitur: nec ei vllus tutus ad latendum supererat locus, dum ad inuestigandum eum omnes mouerentur. Moritur autem quadragesimo & sexto anno sacerdotij sui, post multos agones, multáque patientiæ coronas, tempore Valentiniani & Valentis. Eodem die, sanctorum Saturnini & Neopolis, qui in carcere quieuerunt. *In territorio Andegauensi, sancti Florentij, presbyteri & confessoris. Apud vrbem Florentiam, natalis beati Antonini confessoris, de Ordine fratrum Prædicatorum, archiepiscopi eiusdem ciuitatis.* H

* Patris nostri. 1.

2 *In Alemannia, apud monasterium sancti Galli, natale sanctæ Vvilberadæ virginis. Ipso die, passio sancti Sicharij martyris. Item, depositio sancti Vvalberti Comitis, & Luxouiensis abbatis, discipuli sancti Columbani. Treuiris, sancti Theodolphi, presbyteri & monachi. In Eischel, Cunegundis virginis.*

De Vvilb. Bernardus, in initio vitæ S. Vlrici.

¶ g *Die secunda, reportatio reliquiarum sancti patris Athanasij magni.* p *Monasterio Sithiu, gloriosa eleuatio corporis pretiosissimi confessoris Christi* Bertini *abbatis: quæ facta est anno Dominicæ incarnationis millesimo quinquagesimosecundo. Merbeccæ, eleuatio sanctæ Berlendis virginis,* q *& Celsæ atque Nonæ virginum.*

ANNOTATIONES.

Rus. lib. 10.

1 De Athanasio. Sozomenus libro 3.tripartitæ capite 4. Athanasij persecutiones, fugas, contumelias, crebráq; pericula, Rufinus suo nobilitauit eloquio. Hieronymus de vitis illustr.cap.107. Gregorius Nazianzenus episcopus, vir eloquentissimus, composuit laudes Athanasij: De eodem Cassiodorus & Aloysius ex auctoribus tripartitæ historiæ: item Simeon Metaphrastes, & libri duo Lucifери Caralitani episcopi, pro sancto Athanasio, ad Constantium Imp. Quos Io. Tilius Meldensis episcopus Parisiis emisit anno 68.

2 Antonini vitam scripsit Franciscus Castellio, Canonicus sancti Laurentij in Florentia libro 3. de viris illustribus Ordinis prædicatorum/& post canonizationem per Adrianum sextum anno 1523. Vincẽtius Geminianensis, quem Surius ponit. Ei sic scribit Clemens septimus, † Dilecto filio fratri Vincentio de sancto Geminiano, Procuratori Ordinis Prædicatorum. Tibi, de cuius diligentia fiduciam pleniorem gerebamus, mandari cutauimus, vt beati Antonini vitam & gesta, necnon officium nouem lectionum, cum Missa, pro gratia tibi cælitus data scriberes, componeres, & ordinares. Quæ tu omnia cum diligenter perfeceris, nostræ & Apostolicæ sedis munimine duximus roboranda. I

† *In Paris. editione an. 26. pag. 31.*

3.Maij.D

Quinto Nonas Maij, luna

17.28.9.20.2/ 12.23.4.15.26/ 7.18.29.10.21/ 3.13.24.5.

1 HIerosolymis, inuentio sanctæ Crucis ab Helena regina, sub Constantino principe. Romæ via Numentana, passio sancti Alexandri papæ, Euentij & Theoduli presbyterorum, sub Aureliano principe. Quorum primus, post vincula, carceres, equuleum, vngulas, & ignes, punctis creberrimis per tota membra peremptus est: sequentes verò post longam carceris sustinentiam, ignibus examinati, ad vltimum decollati sunt. Ipso die, sancti Iuuenalis episcopi & confessoris. *Apud Pontiseram, sancti Valteri abbatis.* g *Die tertia, sanctorum martyrum, Timothei & Maurę.* K

2

3

¶ In Italia ciuitate Salsena, sancti Vrsij confessoris, filij regis Dalmatiæ, qui peregrinus veniens ad hanc ciuitatem, ibidem plenus virtutum, quieuit in Christo. Item sub Festo præside, martyrium Antoninæ virginis, & Alexandri militis.

De vtroque Metaph.

ANNOTATIONES.

1 De inuentione sanctæ Crucis, & honore ei per Constantinum & Helenam exhibito, varij scribunt à Surio positi: vt, Ambrosius de obitu Theodosij / Rufinus lib.10/Paulinus epist.11.ad Seuerum/ & Cassiodorus, tripartitæ cap.4.5.& 9. Item in laudem sanctæ Crucis extant veterum scriptorum homiliæ, hymni, & libri, contra hæreses verò Copus dialogo 4.& alij.

2 Alexan-

A 2 Alexandri papæ & sociorum actus, quibus veteres Martyrologi † compluribus locis vsi sunt, extant pag.64.Surij. Miror autem quorumdam ab eis diuersitatem.

† 28.*Aug.* / 30. 31. *Mar.* / 1.10.*April.* 3.*Maij.*

3 Iuuenalis Narniensis historiam non vidi, nisi breuiter in Romano Breuiario. Meminit Gregorius ipsius, homilia 37.Euangeliorum.

4.Maij. E

Quarto Nonas Maij, luna

18.29.10.21.3/ 13.24.5.16.27/ 8.19.1.11.22/ 4.14.25.6.1

APud Ostiam Tiberinam, *natale sanctæ Monicæ, cuius vita admiranda ex nono confessionis libro sancti Augustini episcopi colligitur.* In Palæstina, ciuitate Gaza, natalis beati Siluani, eiusdem vrbis episcopi, qui persecutione Dioclitiani, cum plurimis clericorum suorum, martyrio coronatus est. Hierosolymis, passio sancti * Quiriaci episcopi, 2 *qui inuenit Dominicam crucem.* Item in metallo Phanensi, sanctorum martyrum quadraginta, qui simul capite sunt cæsi. Nicomediæ, natalis sanctæ † Antoniæ martyris: quæ nimium torta, & variis cruciatibus afflicta, ab vno brachio tribus diebus suspensa, & in carcerem biennio detrusa, ad vltimum in confessione Domini flammis exusta est. In Norico Ripensi, b *loco Lauriaco*, sancti Floriani. † qui præsidis iussu, ligato ad collum saxo, in flumen Anisi præcipitatus est. Antisiodori, sancti Curcodomi diaconi. * *In territorio Petragoricensi, sancti Sacerdotis, Lemouicensis episcopi. In Hildesheim, sancti Gothehardi, episcopi & confessoris. Turonis, beati Antonij confessoris. Coloniæ Agrippinæ, natalis sancti Paulini martyris: cuius caput malleo ferreo pro Christo contritum dinoscitur.* g *Die quarta, sanctæ hospitam martyris Pelagiæ.* B

1

2 * Cyr.

3 † *al.* Antoninæ.

† *To.3. Surij pag.78.*

* *Constantius vitæ Germani.c.16.*

De Pelagia, Metaph.

¶ q *Virduni, translatio eius loci episcoporum & confessorum, pulchronij, possessoris, ac Firmini.*

Londini, beatæ memoriæ Ioannis Houthon, Prioris Carthusiæ Londinensis: qui noluit regem Anglorum supremum caput in temporalibus & spiritualibus accepture, credere, & affirmare: ideóq; crudelissimè martyrizatur; primus inter octodecim martyres Carthusianos. Siquidem super vimicillum, vulgariter Ahyrdle dictum, resupinus alligatus, per milliare ad calces equorum trahitur ad locum bubali. Vbi suspensus est primùm in patibulum: verùm abscisso fune semiuiuus decidit in terram. Deinde cruentus lictor verenda eius abscidit, ventrem eius dirupit: cor, & omnia interiora euulsa, in ignem proiecit. Sic patientissimus martyr, migrauit anno trigesimoquinto supra sesquimillesimum, cum sanctissimis collegis, Roberto Laurens, Priore Bellævallis, Augustino Vvebster, Priore domus visitationis beatæ Mariæ, & Reginaldo, Ordinis sanctæ Birgittæ. Quorum morticina in caldariis aliquantulum lixa, per diuersa ciuitatis loca sunt suspensa. Scriptum est in passione octodecim Carthusianorum, à Mauritio Chamneij, professo domus Londinensis. C

Cap.10.

ANNOTATIONES.

1 Monicæ vitam collegit D. Aloysius Lipomanus, ex libro nono confessionum beati Augustini à cap.8.& ex aliis eiusdem libris.

2 Siluani meminit Rufinus lib.8.cap.14/ lib.9. cap.6/sed Eusebius, Christophorsono interprete, lib.8.capitibus, 17.22.25/lib.9.cap.5.

3 De martyribus ad metalla in Phenneso amandatis, scribit primas martyrum eius temporis, Petrus Alexandrinus episcopus, apud Theodoritum libro 4.cap.20.(22.Camerarij)& Eusebius lib.8.cap.25.Rufini.14.

5.Maij.E

Tertio Nonas Maij, luna

19.1.11.22.4/ 14.25.6.17.28/ 9.20.2.12.23/ 5.15.26.7.

D APud Alexandriam, sancti Euthymij diaconi, in carcere quiescentis. Thessalonicæ, natalis sanctorum, Irenæi, Peregrini, & Irenes, ignibus combustorum. In Galliis, ciuitate Arelatensi, beati Hilarij, episcopi & confessoris, præclarissimi viri, & nobilissimi. b *qui pro reficiendis pauperibus, etiam rusticationem contra vires suas, homo genere clarus, exercuit.* Item Vienne, sancti Nicetij episcopi, venerabilis sanctitatis viri. † Antisiodori, sancti Iouiniani lectoris, & martyris. *qui cum beato Peregrino episcopo & martyre, imperio Sixti papæ, Antisiodorum veniens, cum esset vir per omnia eloquẽs & in diuinis Scripturis egregiè eruditus, dum superstitionibus paganorum fortiter resisteret, tentus est, atque in Christi confessione perdurans, ab eis interemptus est. Scriptum est in passione sancti Peregrini. In Sicilia, apud oppidum Leochatam, siue Achatem, natale sancti Angeli, presbyteri & martyris, qui de monte Carmeli, prædicationis causa diuino iussu veniens, cum multos ad pœnitentiam conuertisset, à quibusdam impijs hæreticis trucidatus est. Apud Cellas, sancti Fortunati, episcopi & confessoris.* p *Ipso die, depositio sancti Mauronti abbatis. cuius suffragijs, si ad sepulchrum eius fuerint delati variis languoribus ægroti, verè recipiunt præmia sospitatis. Cui sacer præsul Amatus, eo tempore quo Theodoricus rex tyrannidem exercebat, post excessum beati Vltani abbatis, traditus fuit in custodiam. Scriptum in vita ipsius.* q *Eodem die, sancti Auertini, confessoris & diaconi. Treuiris, Britonis episcopi & confessoris.* E

Gennadius *de viris ill. cap. 69.*

† *Præclarissimi in dogmate fidei. Ado, anno 379. Angeli vitæ per Enoch. Hierosoly. nondũ extat.*

Lib. 5. confess. c.13.& seq.

* *l. 9. cap. 6. Possidius, c. 1:*

6.Maij.G

¶ *In monte Oliueti, ascensio domini nostri Iesu Christi ad cælos.* r *Mediolani, conuersio sancti Augustini, episcopi & confessoris, sub Ambrosio sancto, & episcopo eiusdem ciuitatis:* & * *ab eodem baptizati.*

Pridie Nonas Maij, luna

26.2.12.23.5/ 15.26.7.18.29/ 10.21.3.13.24/ 6.16.27.8.

NAtalis beati Ioannis Apostoli, quando ab Epheso iussu Domitiani Romam perductus, & præsente senatu ante portam Latinam in olei feruentis dolium missus est, sed minimè læsus. Vbi festum eadem die concursum fideles populi vsque hodie faciunt. Antiochiæ, sancti Euodij: qui,

Hier. 3. contra Iouin. ex Tertull. de præscript.

Epist.9.ad Antiochẽses. vt beatus Ignatius scribit, primus ibidem episcopus à sanctis Apostolis institutus est. quem in Acti- F
bus Apostolorum beatus Lucas commemorat. In Africa, sanctorum martyrum, Heliodori, Ve-
Act.13. a nustij, cum aliis septuagintaquinque.

1 ¶ In Anglia, sancti Eadbrechti, siue Edberti, episcopi Lindisfarnensis & confessoris, viri in diuinarum Scripturarum scientia, simul & præceptorum cælestium obseruantia, ac maximè eleemosynarum operatione insignis.

ANNOTATIO.

1 De Eadberto Beda lib.4.historiæ Anglorum cap. 29.& 30/in vita Cuthberti cap.40.42.& sequentibus.

7.Maij. A

Nonis Maij, luna

21.3.13.24.6/16.27.8.19.30/11.22.4.14.25/7.17.28.9.

Gesta Nerei to.3. Surij.

APud Terracinam Campaniæ vrbem, natalis beatæ Flauiæ Domitillæ, virginis & martyris. quæ cum esset Flauij Clementis consulis ex sorore neptis, & à sancto Clemente sacro velamine consecrata, persecutione Domitiani, cum aliis plurimis, in insulam Pontiam exilio deportata, longum inibi martyrium duxit. Nouissimè doctrina ac miraculis, cum conuertisset plurimos ad fidem Domini, incenso cubiculo à quodam iudice, in quo simul cum suis conuirginibus, Euphrosyna videlicet & Theodora, clausa morabatur, cursum gloriosi martyrij sui consummauit. Eodem die, sancti Iuuenalis martyris. Nicomediæ, passio sanctorum, Flauij, Augusti, & Augustini, fratrum. *Beuerlaci, depositio sancti Ioannis, episcopi Eboracensis, & confessoris, vita & miraculis clari. In ecclesia beatæ Mariæ,* p *in Hoyo, natalis sancti Domitiani, episcopi & confessoris. Qui sub Hildeberti gloriosissimi regis tempore Aurelianensi † legitur synodo interfuisse.* q *Augustoduni, depositio sancti Placiti episcopi.*

† Quintæ, episcopus Tungrensis.

¶ Trecas, translatio corporis sanctæ Mastidiæ virginis. g *Die septima, commemoratio signi crucis apparentis in*
2 *cælo Hierosolymis, circa horam diei tertiam, sub Constantio rege. quod quidem figurabatur per astra, a sancto cal-*
De Acac. Metaph. *uariæ loco, vsque ad montem oliuarum. & memoria sancti martyris Acacij.*

ANNOTATIONES.

1 De Ioanne Catalogus Britanniæ. Folchardus Dorobernensis monachus, scripsit ad Aldredum episcopum Eboracensem, qui D. Ioannis corpus Beuerlaci transtulit, vitam Ioannis archiepiscopi, & miracula post mortem. Claruit anno 1060. Scripsit etiam vitam eius Alphredus, Beuerlacensis sacerdos. Claruit anno 1136. Item de ipso, Beda lib.5.historiæ cap.2.& sequentibus quatuor. H

2 De signo crucis, quod Hierosolymis apparuit, scribit Cyrillus episcopus Hierosolymorum apud Metaphrastem/ & Sozomenus lib.4.cap.4.

8.Maij. B

Octauo Idus Maij, luna

22.4.14.25.7/17.28.9.20.1/12.23.5.15.26/8.18.29.10.

1 MEdiolani, sancti Victoris martyris: qui à primæua ætate Christianus, cum esset in castris imperialibus miles, compellente Maximiano vt sacrificaret, in confessione Domini fortissimè perseuerans, primò grauiter fustibus cæsus, sed Deo protegente, doloris expers; deinde liquenti
2 plumbo perfusus, sed nihil penitus læsus, nouissimè gloriosi martyrii cursum capitis abscissione compleuit. Apud Ægyptum, sanctorum Stephani & Victoris. r *In finibus Apuliæ, monte Gargano,* I
† Sigib. anno 509. *apud Sipontum ciuitatem, apparitio beati Michaëlis Archangeli. Item, Eladij episcopi,* q *& confessoris Antis-*
3 *siodori. Cracouiæ, sancti Stanislai episcopi & martyris. Remis, depositio sancti Gibriani † confessoris, in eccle-*
4 *sia sancti Remigij quiescentis. In territorio Bisuntino, monasterio Bellæuallis, sancti Petri, episcopi & confesso-*
Vuir. historiã habet Surius. *ris.* p *Eodem die, Vuironis episcopi & confessoris: cuius reliquiæ habentur in ecclesia Traiectensi.* b *Viennæ sancti Dionysij, † sexti vrbis episcopi.*
Ado. annis 181.194. ¶ Niuellæ p eodem die, commemoratio Ydubergæ.

ANNOTATIONES.

1 Victoris meminit Missa Ambrosij, & Turonensis in laudem martyrum cap.45. Martyrium verò scribit tomo 3. Surij, Maximianus notarius.

2 De apparitione Michaëlis in Gargano, Ado tertio Calendas Octobris, & Homiliarium Doctorum.

3 Stanislai historiam habet tomus 2. Surij pag. 631.11. Aprilis. Item Cromerus de gestis Polonorum, in initio libri noni, & sub finem quarti. qui attestatur Innocentium quartum in ipsius canonizatione de vita & meritis luculentum sermonem habuisse. K

4 Petri episcopi Tarentasiæ vitam scripsit Gaufridus abbas Altæ tubæ, iussu abbatum Cistertiensis & Clareuallensis, quibus Lucius papa iniunxerat vt vitam eius conscribi curarent. Est à Surio excusa.

9.Maij. C

Septimo Idus Maij, luna

23.5.15.26.8/18.29.10.21.2/13.24.6.16.27/9.19.30.11.

Hier. contra Vigilantium. FEstiuitas beati Andreæ Apostoli: quando sacratissimum eius corpus, vnà cum ossibus, *apud quæ*
* al. Constantio. *dæmones rugiunt*, sanctorum Lucæ Euangelistæ, & Timothei, discipuli sancti Pauli, sub * Con-
Hermen. stantino Imperatore, Constantinopolim translatum est. Romæ sancti * *Hermetis*, cuius Apostolus
Rom. 16. meminit Paulus, ad Romanos scribens. Hic dignè semetipsum sacrificans, acceptabilisque Deo hostia

A hostia factus, virtutibus clarificè fundatus, cæli regna petiuit. Apud Nazianzi oppidum, beati Gregorij episcopi, cognomento theologi. qui post multa documenta, in loco suo, vt Hieronymus 1 De viris ill. c.107.
ab eodem in diuinis libris instructus, perhibet, episcopum ordinans, ruri vitam monachi exercuit. In Perside, sanctorum martyrum trecentorum decem. Castro Vindecino, sancti Beati confessoris.

¶ Eodem die, translatio corporis beatissimi Nicolai archiepiscopi, diuina dispensatione à Myrea, Lyciæ metropoli 2
cis mare, ad Barensem Apuliæ regionis ciuitatem, vbi in sui honoris basilica, ac si viuens in corpore, diuersis coru- 3
scat miraculis. p *Gandaui, eleuatio sancti Macarij, Antiochenæ sedis archiepiscopi.*

ANNOTATIONES.

1 Gregorij Nazianzeni vita per Gregorium presbyterum cum operibus extat impressa: item de eodem apud Surium, Rufinus in Apologetico, & Simeon.

2 Nicolai translationem scripsit Nicephorus Varensis, aut, vt alij libri MS. habent, Nicophorus Barensis. Item, teste Vincentio, Speculi lib.25.cap.83.ad Vrsionem Barensem archiepiscopum, Ioannes archidiaconus.

B 3 Macarij eleuatio annotatur in natali, 9. Apr.

Sexta Idus Maij, luna 10.Maij. D

24.6.16.27.9/19.30.11.22.3/14.25.7.17.28/10.20.1.12.

IN terra Hus, depositio Iob prophetæ. Romæ via Latina, natalis sanctorum martyrum, Gordiani 1
& Epimachi. quorum prior *à Ianuario presbytero, cum Marina vxore, & familia, baptizatus,* pro con- Gord. gesta
fessione nominis Christi, tempore Iuliani diu plumbatis cæditur, & in vltimo capite truncatur. extant pag.
Item Romæ, beati Calepodij presbyteri, sub Alexandro imperatore, qui fecit eum occidi gladio, 151. Surij.
& corpus per ciuitatem trahi, atque in Tyberim iactari. Decollatus est etiam Palmatius consul, cum vxore, & filiis, & aliis promiscui sexûs, quadraginta duobus: cum quibus & Simplicius senator. b *cum vxore & filiis, & familia sua, promiscui sexus, sexaginta octo: & Felix similiter cum vxore sua Blanda, qui per doctrinam Calisti Papæ, & Calepodij presbyteri, nuper fuerant baptizati.* Quorum capita iussa
C sunt suspendi per diuersas portas vrbis Romæ, ad exemplum Christianorum. † Item Romæ via Latina, ad centum aulas, natalis sanctorum, Quarti & Quinti. r *Item, sanctæ Christinæ, virginis & martyris.* q *cuius corpus Panormi in Sicilia, magna veneratione atque concursu, in maiori templo conditum, visitatur. In Sicilia apud Leontinos sanctorum, Alphij, Philadelphij, & Cyrini, fratrum martyrum, sub Licinio imperatore, ac Tertullo præside. In agro Biturico Galliarum, sancti Palladij, episcopi & confessoris.* †Scriptum est in gestis Calisti papæ, in Octobri.

¶ Mediolani, translatio † corporis beati Nazarij, ad basilicam Apostolorum. r *Item translatio corporum sanctorum martyrum, Cosmæ & Damiani, ad ciuitatem Venetias, in monasterio sancti Georgij maioris, anno Domini millesimo centesimo quinquagesimoquarto, indictione secunda collocatorum.* † Paulinus in vita Ambrosij / præfatio Mediolan.

¶ Eodem die, depositio venerabilis Bedæ presbyteri. Gemmulæ, obiit Beatrix Athestina. 2

ANNOTATIONES.

1 Iob patientis historia, satis ex ipsius libro, & commentariis in eundem, colligitur.

2 Beatrix obiit anno 1229. Cuius vitam eo tempore scripsit Albertus, Prior Montis vinearum. Ex Scardeonio de
D Patauio.

Quinto Idus Maij, luna 11.Maij. E

25.7.17.28.10/20.12.1.23.4/15.26.8.18.29/11.21.2.13.

ROmæ, via Salaria, natalis beati Anthimi presbyteri. qui post virtutum ac prædicationis insignia 1
in Tyberim præcipitatus, & ab Angelo exinde ereptus, oratorio restitutus est proprio: deinde capite punitus, victor migrauit ad cœlos. Viennæ, sancti Mamerti, episcopi & confessoris. qui ob 2
imminentem cladem, solennes ante Ascensionem Domini litanias instituit. *Apud Siluiniacum, depositio* r *sancti Maioli abbatis,* q *cuius vita præclara sanctis extitit meritis: qui fastibus archidiaconi sublimatus,* 3
tractu diuino repentè mutatus, monachorum pater, & multorum cœnobiorum fundator in pace quieuit. r *Item Varennas, sancti Gangulphi martyris.* b *Et passio sancti Euellij. † qui videns passionem sancti Torpetis martyris,* 4
& mirabilia quæ fecit, credidit Christo: qui antea consiliarius Neronis *imperatoris fuit, qualiter Christiani martyrizarentur.* † Gesta Torpetis ante medium to. 3. Surij.

E *¶* p *In Blandinio, dedicatio paradisi in honorem beati Andreæ Apostoli. Martianis, vigilia sanctæ Rictrudis.*

Eodem die, sancti Fremundi, qui quinto Calendas Aprilis eleuatus est per Birinum, redeuntem à Pontifice cum literis apostolicis. g Die vndecima, genethlia Constantinopolis. 5

ANNOTATIONES.

1 Anthimi & sociorum gesta extant pag.157. Surij. quæ etiam à Petro Damiani citantur, in sermone quem habuit de martyre Anthimo.

2 Mamertus Claudianus instituit triduanã litaniã, quæ etiã minor, & Gallicana nũcupatur de qua dignissima lectu scribunt, Ado Viennensis annis 396.452.& Greg. Turonensis lib.2.hist. Francorum cap.34. Homilia autem de rogationibus per sanctum episcopum Alcimum Auitum habita, citatur ibidem à Gregorio, & excusa extat in Orthodoxographis. Extant præter ea in laudem Mamerti, Sidonij episcopi Aruernorum, epistolæ aliquot, quarta lib. 11.

ad Petreium / 14. lib. 5/ & 1. lib. 7. ad ipsum Mamertum.

3 Maioli historiam habet Surius, authore Odilone presbytero. Videndum an is sit sanctus Odilo abbas. F

4 Gangulphi martyris historia est pag. 163. Surij, ex fideli aliorum relatione, quam etiam Rosuida sancti monialis in carmen pentametrum redegit, impressa Norinbergæ. Traiectenses memoriam eius celebrant 9. die huius: plures die 13. Quidam, 12. Octobris. quo die fortè est eleuatus.

5 Fremundi eremitæ vitam Latino sermone composuit Burchardus Anglus, Dorcestrius, eremita, qui eam præsens nouit. Cl. anno 870. teste catalogo scriptorum Britanniæ. Eleuationem eius per Birinum, cum literis Apostolicis redeuntem, habet legenda Sanctorum Angliæ.

12 Maij. F

Quarto Idus Maij, luna

26.8.18.29.11/21.2.13.24.5/16.27.9.19.30/12.22.3.14.

1 ROmæ, via Ardeatina, natalis sanctorum martyrum, Nerei & Archillei fratrum. qui primò apud insulam Pontiam, longum duxerunt exilium; & postmodum à quodam iudice verberibus grauissimis sunt † attrectati: deinde cùm equuleo & flammis compellerentur ad immolandum, & dicerent se à beato Petro Apostolo baptizatos, nulla ratione posse idolis immolare, capite cæsi sunt. G

† attriti.

2 Item via Aurelia, sancti Pancratij martyris. qui cum esset annorum quatuordecim, sub Diocliciano martyrium capitis obtruncatione compleuit. b *Cuius reuerendum corpus Octauilla, illustris fœmina, occultè noctu sublatum, aromatibus conditum, sepeliuit.* Eodem die, sancti Dionysij, patrui eiusdem Pancratij. † qui cum præmiis cælestibus, charus & dignus Deo, in pace diem vitæ huius clausit.

† Gesta Pancratij.

3 Apud Cyprum, sancti * Epiphanij, Salaminæ episcopi. *In Hispanis, sancti Dominici Calciatensis, confessoris miræ sanctitatis. Eodem die Argyræ in Sicilia, sancti Philippi presbyteri. cuius in dæmoniis effugandis virtus crebris apparet signis. Ipso die Treuiris, sancti Modoaldi, episcopi & confessoris.* p *Martianis, depositio sanctæ Rictrudis.*

* patris nostri.

4

5

¶ Suessionis, translatio beati Hippolyti martyris, quando eius piissimo corpore deportato, cessauit vastæ tempestas mortalitatis.

ANNOTATIONES.

1 De Nereo & Archilleo, quæ Vsuardus habet, ea desumpsit ex epistola Eutychetis, Victorini, & Maronis, quæ est in eorum gestis apud Surium, pag. 178. H

2 Pancratij gesta Notarij Rom. Eccl. confecerunt pag. 180. Surij. Meminit quoq; Pancratij Gregorius Turonensis, de gloria martyrum cap. 38. In ipsius & Nerei basilicis, habuit Gregorius papa, in eorum natalibus, homilias Euangeliorum 18. & 19.

3 De Epiphanio episcopo Salaminæ (quæ nunc Constantia dicitur) scribunt Hieronymus epistola 27/Socrates lib. 6. cap. 9. 11. 13. Sozomenus lib. 6. cap. 32/lib. 7. cap. 26/lib. 8. cap. 14. 15/tripartitæ, lib. 9. cap. 48/lib. 10. cap. 11. & 12. item apud Metaphrastem quidam prolixè ex voce Ioannis, vnius ex eius discipulis: pag. 181. Surij.

4 Modoaldi historiam habet D. Surius tribus libellis conscriptam à Stephano abbate Leodiensi.

5 Rictrudis, item & prolium, per Hucbaldum monachum Elnonensem, quam scripsit anno 907. ad Stephanum episcopum Cameracensem.

Tertio Idus Maij, luna

1 3. Maij. G

27.9.19.30.12/22.3.14.25.6/17.28.10.20.1/13.23.4.15.

I

1 NAtalis sanctæ Mariæ ad martyres, quãdo beatus Bonifacius papa ecclesiam in honorem semper virginis Mariæ, & omnium martyrum, dedicauit. Item, beati * Mutij, presbyteri & martyris. qui primò in Amphipoli vrbe, multis pœnis atque cruciatibus, in confessione Christi affectus, postea Byzantium vsque perductus, capitali sententia occubuit. Ipso die sancti Seruatij, Tungrensis ecclesiæ episcopi, & confessoris. b *qui tempore quo Hunni Germaniam vastabant, ne ciuitatis atque ecclesiæ suæ videret excidium, Domini reuelatione commonitus, transit ad vicum Traiectensium: ibiq; defunctus, atque in medio publici aggeris est sepultus.* Ob cuius meritum omnibus demonstrandum, cum tempore hyemis omnia in circuitu nix repleret, nunquam sepulchrum eius operuit, donec industria ciuium basilica super ipsum ædificata est, b *à successore suo* † *sancto Monulpho episcopo.* q *Gerpiniæ, sanctæ Rolendæ virginis, quæ inuocari solet contra iliacam passionem, & calculum. Duaci ex Suessione,* p *depositio sancti Onesimi, episcopi & confessoris. qui in suis membris longum pertulit martyrium sine ferro. Ad eius verò tumulum venientes ægri optata conferunt remedia suæ sanitatis. Ipse igitur illa diuinæ maiestatis fruitur præsentia in cælesti curia, in qua vtraque, Cherubin scilicet & Seraphin, incessanter Sanctus, sanctus, sanctus, & quod sequitur, proclamant. Scriptum in gestis eius.* g *Die decimatertia, sanctæ martyris* * *Glyceriæ.*

* g Mocij.

1

† Octauo.

K

¶ Et * Laodicij, apud Traianopolim. Item sancti * Alexandri martyris, sub Maximiano imperatore. Et Ioannis episcopi, postea silentiarij in Laura. Quibusdam hodie, Gengulphi martyris, qui positus est die vndecima huius.

* De his tribus Metaphrastes. 2

ANNOTATIONES.

1 De Seruatio, Greg. Turonensis lib. 2. historiæ cap. 5/de gloria confessorum cap. 72/Sulpitius lib. 2. sacræ historiæ/Athanasius in apologia ad Constantium / Concilium contra Euphraten / & Caput vltimum vitæ Norberti, 6. Iunij.

2 Ioannis silentiarij nondum mortui vita est apud Metaphrastem per contemporaneum Cyrillum.

Pridie

A Pridie Idus Maij, luna 14. Maij. A

28.10.20.1.13/23.4.15.26.7/18.29.11.21.2/14.24.5.16.

PAssio sancti Bonifacij martyris, sub Dioclitiano & Maximiano, apud Tarsum ciuitatem passi, sed Romæ in via, quæ Latina nuncupatur, sepulti. Hic cum diu in stupro miscereturr, tandem diuino nutu compunctus, non solùm cui subiacuit, vitium deseruit, verùm per diu ersa tormenta, ad palmam martyrij ardenter cucurrit. In Galliis, ciuitate Cimella, natalis sancti Pontij martyris, cuius prædicatione & industria, postquam conuersi sunt duo Philippi imperatores ad fidem Christi, ipse quoque sub Valeriano & Gallieno principibus, martyrij palmam adeptus est. In Syria, sanctorum martyrum, Victoris & Coronæ, sub Antonino imperatore. Quæ Corona, cum esset vxor cuiusdam militis, & cœpisset beatificare sanctum Victorem, ob martyrij constantiam, vidit duas coronas de cęlo lapsas, vnam Victori, & alteram sibi missam. Cúmque hoc cunctis audientibus protestaretur, ipsa quidem inter arbores scissa, Victor verò decollatus est. Eodem die, sancti patris nostri Pachomij, * qui cum esset factis Apostolicæ gratiæ insignis, fundatórq; Ægypti B cœnobiorum, scripsit monachorum regulas, quas ab Angelo dictante didicerat.

1

2

3 * Gennadius de vir. ill. cap. 7. † præfatio Mediol.

¶ *Mediolani, translatio sancti Victoris.* †

ANNOTATIONES.

1 Ex Bonifacij martyris gestis pulcherrimis multa desumpsit Ado in Martyrologio. Eadem fideliter habentur in Simeonis metaphrasi.

2 De Victore & Corona, plura apud Bedam ex eorum passione, quæ est in vetustis MS. codicibus. cum quibus Metaphrastes consentit, pag. 257. Surij.

3 De Pachomio prolixè Metaphrastes hac die, Sigibertus de viris illustribus cap. 27. Dionysius abbas Romanus, cognomento Exiguus, transtulit de Græco in Latinum vitam Pachomij abbatis. Habetur cum regula ipsius, inter vitas patrum, alphabeto 5.

Idibus Maij, luna

15. Maij. B

C 29.11.21.2.14/24.5.16.27.8/19.30.12.22.3/15.25.6.17.

NAtalis sanctorum confessorum 1 Torquati, Thesiphontis, Secundi, Indaletij, Cæcilij, Hesychij & * Eufragij. qui Romę à sanctis Apostolis episcopi ordinati, & ad prædicandum verbum Dei ad Hispanias, tunc adhuc gentili errore implicatas, directi sunt. Cúmque diuersis vrbibus euangelizassent, & innumeras multitudines Christi fidei subiugassent, Torquatus, Acci: Thesiphon, Vergi, Secundus, Abulæ, Indaletius, Vrci: Cæcilius, Eliberri: Hesichius, Carthesæ: Eufragius, Eliturgi quieuerunt. Apud insulam Chium, beati Isidori martyris. in cuius basilica extat puteus, † in quo & fertur iniectus: de cuius aqua energûmeni, febricitantęsq; vel reliqui infirmi sæpius potati sanantur. Lámpsaci, passio sanctorum, Petri & Andreæ, Pauli, & Dionysiæ. *In Brabantia, villa quæ Ghele nuncupatur, sanctæ* 2 *Dympnæ virginis & martyris. Hæc propter fidem, & amorem castitatis, decollata est à proprio genitore, rege Hyberniæ pagano. Apud Bingam, sancti Roperti ducis Palatini Rheni, & confessoris. Apud Aruernum, sanctorum martyrum,* † *Cassij, Victorini, Maximi, & sociorum. Quorum* D *actus scripsit sanctus Prætextus episcopus.*

* al. Euphrasij.

† Turon. de mart. gl. cap. 102. pa. 297. Surij.

3

† Gr. Tur. l. 1. hist. c. 33.

¶ *Hierosolymis, aduentus Spiritus sancti paracleti.*

ANNOTATIONES.

1 De septem Hispaniæ episcopis Beda aliquanto fusius. Loca vbi quieuerunt, nunc dicũtur, Guadix, Almeria, Abula, Vnga vel Verga, Granada, Ventosa depopulata, & Lycurgi, vt est in festis Hispaniæ additis Romano Breuiario.

2 S. Dympnæ martyrium habet Surius, ex historia eiusdem sanctissimæ virginis, quam edidit Petrus Canonicus sancti Autberti Cameracensis.

3 S. Ruperti vitam scripsit sancta Hildegardis. Tritthemius in catalogo. Extat in fine operum S. Hildegardis & MS. plenius.

Decimoseptimo Calendas Iunij, luna

16. Maij. C

30.11.22.3.15/25.6.17.28.9/20.1.13.23.4/16.26.7.18.

E IN Isauria prouincia, sanctorũ, Aquilini, & Victoriani; quorum gesta habentur. Apud Antisiodorũ beati Peregrini, martyris & episcopi, primi ipsius ciuitatis, qui capitali sententia multatus, coronam meruit sempiternam. In pago Foroiulienſi, sanctæ Maximæ virginis, quæ multis clara virtutibus, in pace quieuit. *In Scotia, sancti* 1 *Brandani abbatis, cuius miri actus leguntur. Cenomanis, sancti* 2 *Domnoli episcopi. Ciuitate Burdegala, beati* 3 *Simeonis Stock Carmelitæ, Deiperæ virgini Mariæ singulariter deuoti, ac miraculorum coruscatione præclarioſi. Ciuitate Sagiensi, beati Alnoberti, eiusdem vrbis episcopi, & confessoris. Ipso die, beati Renoberti, episcopi Baiocensis, & confessoris, magnæ sanctitatis viri. In monte Iouis, depositio sancti* 4 *Bernardi eremitæ. Eugubij sancti Vbaldi, episcopi & cõfessoris: In Galliis, ciuitate Ambianis sancti Honorati, episcopi & confessoris. In pago Carnoteno passio S. Emani martyris.* b *Et sanctorũ, Dioclitiani & Florentij.* † r *Trecis, sancti Fidoli episcopi & confessoris.* g *Die decimasexta, sancti patris Theodori sanctificati, discipuli sancti Pachomij.*

† De his Athimi passio 11. Maij, apud Surium.

ANNOTATIONES

F

1 De Brandano, Vincentius lib. 22. speculi hist. cap. 81. Huius peregrinationis historiam propter apochrypha quædam quæ in ea contineri videntur, penitus ab opere isto resecaui.
2 De Domnolo, Greg. Turon. lib. 6. historiæ Francorum cap. 9. & historia eius ad Haduinum præsulem, per quendam familiarem Domnoli descripta, pag. 303. Surij.
3 De Simeone Stockio, ex Catalogo Scriptorum Britanniæ, Vitam scripserunt Monaldus Rosarius Vasco, Rolandus Bouchier Hannonius, & Nicolaus Harlemensis Batauus, viri suis temporibus clari. Officium edidit Robertus Bale, Carmelita brunhauiæ.
4 Bernardi vitam nondum vidi, quam Henricus Glareanus Heluetius descripsit. Quieuit in monte Iouis, qui ab eo transnominatus est mons sancti Bernardi.
5 Vbaldi Eugubini vitam scripsit Stephanus Cremonensis, MS.

7. Maij. D

Decimosexto Calendas Iunij, luna
1.13.23.4.16/26.7.18.29.10/21.2.14.24.5/17.27.8.19.

1 IN Tuscia, sancti Torpetis martyris. Hic magnus in officio Neronis Cæsaris primum fuit, sed postea pro fide Christi, iubente eodem alapis cæditur, verberibus durissimè afficitur, ac bestiis deuorandus traditur, sed minimè læditur, tandem verò decollatione martyrium suum tertio Calendas Maij compleuit. sed tamen eius festiuitas celebrius hic recolitur. Ciuitate Niueduno, sanctorum, Heraclij, Paulini, Aquilini, cum aliis duobus. G

2 ¶ *Lauduno clauato, translatio corporis sancti Montani monachi.* p *Ipso die Elnone, illatio trium virginum Colonienſium.*

ANNOTATIONES.

1 Torpetis gesta passionis dictauit Artemius, qui omnibus interfuerat. Extant parte 2. Legendæ.
2 De Montano, Hincmarus in initio vitæ S. Remigij, to. 1. Surij, pag 274.

18. Maij. E

Decimoquinto Calendas Iunij, luna
2.14.24.5.17/27.8.19.30.11/22.3.15.25.6/18.28.9.20.

IN Ægypto, sancti Dioscori lectoris, in quem præses multa & varia tormenta exercuit, ita vt vnguibus carnes eius effoderet, & lampadibus eius latera inflammaret. Sed cælestis luminis fulgore territi, ceciderunt ministri. Nouissimè laminis ardentibus adustus, martyrium consummauit. H
Ipso die, sancti Felicis episcopi. qui apud * Spellatensem vrbem, sub Maximiano imperatore, palmam martyrij adeptus est. *In Suetia, ciuitate Vſpalenſi, ſancti Erici, regis & martyris. In ciuitate Camerina, ſancti Venantij, martyris ſub Decio. qui flagris, carcere, facibuſq; ſuperatis, ac leonibus manſuefactis, obtruncatus Deo ſpiritum reddidit. Apud Quercetum,* p *eodem die, ſancti Quiniberti confeſſoris.* g *Die decimaoctaua, ſancti hieromartyris Theodoti Ancyrani, & cum eo virginum ſeptem.*

* al. Spoletium.
Magnus l. 19. 1

ANNOTATIO.

1 De Venantio Macarius Mucius eques Camers Exibit propediem Poliuchus. sic carmen inscribitur, quo diuum Venantium Camertem, cuius sub numine & tutela, iucundissima ac gratissima patria mea est, celebraui.

19. Maij. F

Decimoquarto Calendas Iunij, luna
3.15.25.6.18/28.9.20.1.12/23.4.16.26.7/19.29.10.21. 1

ROmæ, via Appia, natalis sanctorum Calocerij & Parthemij eunuchorum. quorum prior cum esset præpositus cubiculi imperatoris Decij, alter primicerius, nolentes sacrificare idolis, ab eodem interfecti sunt. Item Romæ, sanctæ Potentianæ virginis, quæ post multos agones, post multorum martyrum venerabiliter exhibitas sepulturas, post omnes facultates suas pauperibus pro Christo erogatas, tandem de terris ad cælos migrauit. Eodem die, beati Pudentis, † patris supradictæ virginis. qui ab Apostolis Christo inuestitus baptismo, innocentem tunicam vsque ad coronam vitæ, immaculatè custodiuit. r *Eodem die, ſancti Petri Cæleſtini de Morono. qui quoniam renuntiauit ſummo pontificatui, canonizatus extitit ab eccleſia tantum pro ſimplici confeſſore.* p *Nobiliaco monaſterio, depoſitio ſancti Hadulphi, epiſcopi & confeſſoris.* q *apud Atrebatum in eccleſia * ſancti Vedaſti quieſcentis. In Britannia minori, Trecorenſi diœceſi, ſancti Iuonis preſbyteri & confeſſoris. qui pro Chriſti amore cauſas pupillorum, viduarum ac pauperum defendere non deſiſtebat. Ciuitate Doroberna. ſancti Dunſtani archiepiſcopi, qui famoſum monaſterium Glaſconienſe fabricauit, multorum aliorum exiſtens fundator cœnobiorum. Ad cuius ſarcophagum crebrò manifeſtatur qualis nunc meriti maneat in cælis. Eodem die ſancti Cyrilli epiſcopi Treuirenſis.* g *Die decimanona, ſancti hieromartyris Patricij Pruſæ, & ſociorum eius.*

Beda plura habet ex geſtis.
† *Quidam notant 1. Tim. 2.* 1

¶ b Depositio domini Alcuini.

* *incorporata monaſterio.* 2
3

ANNOTATIONES.

1 Petri Cælestini vita impressa est Parisiis anno 1539. conscripta à Clemente quinto, & fusius à Petro de Aliaco Cardinali Cameracensi. Quem etiam Surius habet pag. 337.
2 Iuonis vitam continet bulla Clementis sexti, pag. 355. Surij, & processus canonizationis, MS.
3 Dunstani archiepiscopi vitam scribit Osbertus, Cantuariensis monachus, pag. 309. Surij. Cl. teste Tritthemio, anno 1020. Item Guilhelmus Malmesburensis Benedictinus, qui obiit anno 1142.

Decimo

A

Decimotertio Calendas Iunij, luna 20. Maij. G
4.16.26.7.19/29.10.21.2.13/24.5.17.27.8/20.30.11.22.

ROmæ, via Salaria, natalis beatæ Basillæ, virginis & martyris. quæ † cum esset ex regio genere, & haberet sponsum illustrissimum, accusata est ab eodem, quòd esset Christiana: decretum est autem à Gallieno Augusto, vt aut sponsum reciperet, aut gladio interiret. Conuenta de hoc, & renuens assensum præbere, gladio transuerberata est. In Galliis, ciuitate Nemauso, sancti † Baudelij martyris. qui comprehensus, cum sacrificare nollet, & in fide Christi immobilis inter verbera & tormenta persisteret, martyrij palmam pretiosa morte suscepit. Bituricas, beati 1 Austregisili episcopi & confessoris. r *Papiæ, ſancti Theodori, epiſcopi & confeſſoris. Eodem die, ſancti* 2 *Bernardini Senenſis, confeſſoris Ordinis Minorum, in ciuitate Aquilana quieſcentis, qui totam Italiam ſuo illuſtrauit verbo, atque exemplo.* q *Treuiris, ſancti Maximini martyris, primi huius nominis Treuirenſis epiſcopi, & in monaſterio quod vulgariter Horreum nuncupatur, Baſiliſſæ virginis. Herefordiæ, ſancti Athelberti, regis Angliæ orientalis, &* 3
B *martyris.* g *Die vigeſima, ſancti martyris Thalalæi.*

† *vt habet paſſio Eugenia, 25. Decembris.*
† *De Baudelio Greg. Tur. in laudem martyrum. cap. 78.*

¶ p *In Blandinio, tranſlatio † corporum, ſanctorum Gudvuali, Bertulphi, cum reliquiis ſanctæ virginis Amelbergæ.*

† *De qua vita Bertulphi c. 30. & 11. ſequentibus to. 1. Surij.*

ANNOTATIONES.

1 Austregisili vitam scripsit eius quidam æqualis, pag. 359. Surij.
2 Bernardini vita apud eundem est fideliter per eiusdem temporis & Ordinis anonymum auctorem scripta. Item bulla canonizationis per Nicolaum quintum, est in Horis Minorum antiquatis, 20. 21. & 22. Maij.
3 De Athelberto ex catalogo Britannico. Osbertus de Stoke Clare, Londini monachus sancti Petri, scripsit vitam Ethelberti martyris, patris Eduardi, quæ incipit, Gloriosus Orientalium Anglorum rex. Claruit 1136. Simeon Dunelmensis scripsit de Ethelberto & Ethelredo martyribus. Claruit anno 1164.

Duodecimo Calendas Iunij, luna 21. Maij. A
5.17.27.8.20/30.11.22.3.14/25.6.18.28.9/21.1.12.23.

C IN Mauritania Cæsariensi, natalis sanctorum Timothei, † r *Hippolyti*, & Eutychij diaconi. qui † Polij.
apud præfatam regionem verbum Domini disseminantes, pariter coronari meruerunt. Item apud Cæsaream Cappadociæ, natalis sanctorum, Polyeucti, Victorij, & Donati. Cordubæ, sancti Secundini martyris. *Apud Aream,* p *natalis ſanctæ* * *Idabergæ virginis.* b *In ciuitate Antiſiodorenſi, beati Vualis preſbyteri, & confeſſoris.* q *In Luſitania villa Mitiana, paſſio ſancti Mancij, à Iudæis perempti.* * al. Itisbergæ

¶ r *Item tranſlatio beati Pauli martyris è Conſtantinopoli, in ciuitatem Venetias, ad monaſterium ſancti Georgij maioris, anno Domini, milleſimo ducenteſimo vigeſimoſecundo, indictione decima. Eodem die,* ſanctorum, *Syneſij & * Theopontij.* b *Et ſancti Valentis, martyris & pontificis.* q *Augia quem lætis ducit per gaudia votis.* g *Die vigeſimaprima, ſanctorum magnorum regum, & Apoſtolis æqualium, Conſtantini, & Helenes.* * al. Theopompi.

Qui Constantinus Ecclesiam Dei maximis priuilegiis honorauit, fidem dilatauit, templa construxit, & plenus operibus bonis, in pace quieuit. Libellos accusationum contra episcopos sibi oblatos, conuocatis episcopis incendit, dicens, Vos dij estis, à vero Deo constituti. Ite, & inter vos causas vestras discutite. Apud Nicæam Galliæ, sancti Hospitij, confessoris & viri Dei. qui virtute abstinentiæ insignis, etiam prophetiæ spiritu claruit. In Anglia, depositio beati Godrici, eremitæ & confessoris, cuius actus clari extant. † 1
D 2

1 *Greg. l. 4. epiſt. 31. ex Ryſini c. 2.*
† *in Legenda Anglorum late.*

ANNOTATIONES.

1 Helenes & Constantini vitam Eusebius historiographus libris quinque, & insigni oratione descripsit, vt & Niceph. lib. 8. pl. Donatio ipsius ponitur dist. 96/& à Leone 9. in epistola 1. c. 13. 14. Ab Eugub. li. 1. contra Laur. Vallam.
2 De Hospitio incluso. Paulus diaconus lib. 3. de gestis Longobardorum cap. 1. Per Hospitium Dominus magnas virtutes operari dignatus est, quæ scriptæ habentur in libris venerabilis viri Gregorij Turonensis episcopi / libro 6. historiæ Francorum cap. 6. & 7/ de gloria confessorum cap. 97.

Vndecimo Calendas Iunij, luna 22. Maij. B
6.18.28.9.21/1.12.23.4.15/26.7.19.29.10/22.2.13.24.

E IN Africa, natalis sanctorum Casti & Æmilij: qui, vt scribit beatus Cyprianus in libro de lapsis, per ignem passionis martyrium compleuerunt. Apud Corsicam, sanctæ Iuliæ, quæ crucis supplicio coronata est. Antisiodori, sanctæ Helenæ virginis, *quæ ſicut in geſtis ſancti Amatoris legitur, & multimoda meritorum virtute claruit, & miraculis effulſit.* *In Gallijs, monaſterio quod vocatur Vallilias: ſancti Romani † abbatis, alumni patris Benedicti. Eodem die, ſancti Boni. In Gaſconia, ſanctæ Quiteriæ virginis, quæ cum aliis multis egregium martyrium ſuſtulit.* r *Romæ, ſanctorum, Fauſtini & Timothei.* g *Die vigeſimaſecunda, ſancti martyris Baſiliſci.*

1 *Serm. 5. De Iul. Addi.*
† *De quo forte Greg. 2. dial. c. 1.*

¶ Romæ, sancti Gosuini, pueri & martyris.

ANNOTATIO.

1 De Casto & Æmilio Cyprianus sermone 5. de lapsis ante medium. Indicat Possidius de eorundem natali sermonem Augustini, qui non extat.

23.Maij. C Decimo Calendas Iunij, luna F

7.19.29.10.22/2.13.24.5.16/27.8.20.30.11/23.3.14.25.

APud Lingones, passio sancti Desiderij episcopi. Hic, cum plebem suam ab exercitu Vvanda-
lorum vexari cerneret, pro ea supplicaturus exiens, statim iugulari est iussus: qui pro ouibus
sibi creditis ceruicem libenter tetendit, & percussus gladio, migrauit ad Christum. Passi sunt au-
1 tem cum eo & alij plures de numero gregis sui, & apud eandem vrbem conditi. p *In Gemblaco mo-*
*nasterio, natale sancti Guiberti *fundatoris, confessoris praeclari in miraculis.* b *Item Viennae, natale sancti De-*
siderij episcopi. † *qui passus est in territorio Lugdunensi.* g *Die vigesimatertia, sancti patris & confessoris, Mi-*
chaëlis, episcopi Sinadae.

¶ r *In Hispaniis, * Epitacij episcopi, & Basilei. Ipso die, sancti Mercurialis, episcopi & confessoris.*
In Anglia, ciuitate Roffensi, passio sancti Guilelmi.

** Patris nostri, ac* — *† Ado an.582 Liber 11.hist. Franc.c.24. 32.* — *q Epicteti.*

ANNOTATIONES.

1 De Guiberto. Sigibertus Gemblacensis de viris illustribus capite vltimo. Scripsit vitam † sancti Guiberti con-
fessoris, fundatoris ecclesiae nostrae Gemblacensis. de qua excerpsi lectiones competenti ordine in eius depositione.
Arte autem musica, antiphonas & responsoria de sanctis Maclouio & Guiberto melificaui. G
2 De Guilhelmo. Catalogus Scriptorum Britanniae. Thomas Monemutensis monachus scripsit ad Guilhelmum
Nordouicensem episcopum, vitam guilhelmi martyris libris septem. Reuerendae sanctitatis patri ac dom. Mira-
cula eiusdem. Claruit anno 1160.

† est à Surio edita.

24.Maij. D Nono Calendas Iunij, luna

8.20.30.11.23/3.14.25.6.17/28.9.21.1.12/24.4.15.26.

Act.13. A NAtalis Manahen, Herodis tetrarchae collectanei, doctoris & prophetae sub gratia noui te-
Luc.8.24. stamenti, apud Antiochiam in Christo quiescentis. Item, beatissimae Ioannae, vxoris Chu-
sae procuratoris Herodis, quam commemorant Euangelistae. In portu Romano, natalis sancti Vin-
1 centij martyris. In Galliis, ciuitate Nannetis beatorum martyrum, Donatiani & Rogatiani fra-
trum. qui pro constantia fidei in carcerem missi, & in equulei catasta suspensi, ac laniati; deinde H
lancea militari perfossi, nouissimè capita eorum praecisa sunt. Apud Histriam, sanctorum marty-
rum, * Zoëlli, Seruilij, Felicis, Siluani, & Dioclis.

** Zoili.*

¶ *Leodij,* p *translatio sancti Lamberti. Item Bononiae, translatio beati Dominici confessoris. in qua ex corpore eius virgineo tanta emanauit odoris fragrantia, vt omnium aromatum suauitatem superaret. Quae anno decimotertio ab eius felici obitu, de mandato domini papae Gregorij noni, celebrata fuit ab archiepiscopo Rauennate, & multis aliis episcopis.*

ANNOTATIO.

1 Donatiani & Rogatiani meminit Gr. Turonensis de gloria martyrum cap. 50. Passionem habet tomus tertius
Surij, pag. 385.

25.Maij. E Octauo Calendas Iunij, luna

9.21.1.12.24/4.15.26.7.18/29.10.22.2.13/25.5.16.27.

ROmae via Numentana, natalis beati Vrbani, papae & martyris. cuius doctrina sub persecutio- I
ne Alexandri, multi martyrio coronati sunt. Mediolani, sancti Dionysij † episcopi & con-
fessoris. qui apud Cappadociam damnatus exilio, ibidem primò quieuit: postea verò reliquias cor-
poris eius per sanctum Basilium, praefatae vrbis episcopum, receptas, beatus Ambrosius condigno
honore condidit. Apud Mesiam, ciuitate Dorostoro, sanctorum martyrum, Passicratis, Valen-
tionis, & aliorum duorum simul coronatorum. In territorio Trecassino, sancti Leonis confesso-
2 ris. *In Britannia, monasterio Maldubiensi, sancti Aldhelmi, episcopi & confessoris.* r *Apud Florentiam Tusciae,*
3 *natalis sanctissimi Zenobij, eiusdem ciuitatis episcopi.*

† Ambr. ep. 82. ad Vercell. & in Missa.

¶ *Eodem die, sancti Bonifacij papae. Item translatio sanctissimi Stephani martyris, è Constantinopoli in Venetias, ad monasterium sancti Georgij maioris, anno millesimo centesimodecimo. Apud Assisium, translatio sancti patris Francisci,* q *institutoris fratrum Minorum. cuius venerabile corpus, Crucifixi stigmatibus, velut pretiosissimis margaritis, ornatum, anno Domini millesimo ducentesimotrigesimo, fratribus ad generale capitulum Assisii congregatis, ab ecclesia sancti Georgij, in qua primùm locum quietis acceperat, ad basilicam in honore ipsius constructam, octauo Calendas Iunij trãslatũ, cõdigno honore ibidẽ situatur.* g *Die vigesimaquinta, inuẽtio tertia pretiosi capitis praecursoris.* K
4 Eodem die, sancti Aurelij, Redicianae ciuitatis episcopi. qui cum Dionysio Mediolatensi episcopo sepultus est:
ac tandem in Hirsaugiense coenobium translatus à Nottingo episcopo, eius fundatore.

Bonauentura, c.15. vitae Francisci.

ANNOTATIONES.

1 De Vrbano, Pontificale cap.18/gesta Caeciliae, & ipsius Vrbani gesta MS. per Metaphrastem, secundum Onu-
phrij citationem, initio Chronici ecclesiastici.
2 De Aldhelmo, Beda lib. 5. historiae capite 19/ & epitome vitae eius pagina 401. Surij. Ex catalo-
go Britannico, Sanctus Eguinus (sunt qui Eugenium vocent) Vvicciorum episcopus, seu vt nunc vo-
cant, Vigorniensium, composuit vitam Aldhelmi episcopi Schireburnensis, quae nunc Salisburia dicitur.
Obiit

A Obiit an.716. Sanctus Osinundus Neustrius, episcopus Sarisburiensis, scripsit eiusdem vitam. Decessit anno 1099.
Faritius Thuscus victuris chartis commendauit Aldhelmi vitam. Claruisse fertur anno 1110. & Guilhelmus Mal-
mesburiae Benedictinus, scripsit vitam Aldhelmi Durotelli, seu Bladunij, (Malmesburiam oppidum nunc vocant)
episcopi Sarisburiensis, quae incipit, Beatus Aldhelmus Saxonica.
3 Zenobij meminit Paulinus sub finem vitae Ambrosij. Vitam descripsit Ioannes Aretinus archipresbyter, tempore
Concilij Florentini: excusus pag.387. Surij.
4 De Aurelio, Tritthemius in chronico Hirsaugiae multa scribit, & inter alia, huius exequias beatus Ambrosius
cum multis lacrymis prosecutus, illum sermonem insignem fecit ad populum, qui incipit, Amisimus fratrem, &
pastorem dulcissimum, imò praemisimus aduocatum, in quo laudes & praeconia ipsius sancti praesulis Aurelij, ma-
gnis eloquentiae viribus effert.

Septimo Calendas Iunij, luna 26.Maij. F

10.22.2.13.25/5.16.27.8.19/1.11.23.3.14/26.6.17.28.

APud Athenas, natalis beati Quadrati Apostolorum discipuli. qui persecutione Adriani ec- 1
B clesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregans, etiam librum pro Chri-
stianae religionis defensione edidit, plenum fide, & Apostolica doctrina dignum. Romae, san-
ctorum martyrum, Simitrij presbyteri, & aliorum viginti duorum.* Ipso die, sancti Quadrati
martyris. in cuius solennitate sancti[2] Augustini sermones † habiti inueniuntur. Tuderti Tusciae, na-
talis sanctorum, Felicissimi, Heraclij, Paulini. In territorio Antisiodorensi, passio sancti Prisci
martyris, cum ingenti multitudine. In Britanniis, sancti Augustini, episcopi & confessoris, qui
missus à beato papa Gregorio, primus genti Anglorum Christi Euangelium praedicauit. r *Eodem*
die, sancti Eleutherij, papae (& martyris.) b *Viennae, passio sancti Zachariae,* † *secundi, eiusdem vrbis episcopi.* 3
¶ Item, depositio Bedae presbyteri, doctoris gentis Anglorum. 4

** quos sepeliuit praxedis.* — *† vnius meminit Possidius.* — *† Ado anno 101.*

ANNOTATIONES.

1 Quadrati Atheniensis meminit Hieronymus de viris illustribus cap. 29/& Eusebius lib.3.hist. cap.31. Rufini 37/
lib.4. cap.3. & 22. Rufini 23.
2 De Augustino Beda in Anglorum historia per multa capita. item teste catalogo Britanniae, Nothelmus Londi-
C nensis, & Gorzelinus Morinensis, monachus sancti Bertini. qui Cantuariae habitans, scripsit de S. Augustini vita,
libros duos: de miraculis, librum: de translatione eiusdem ac sociorũ, librum. Claruit an.1160. sed Nothlemus 729.
3 De Eleutherio, Pontificale cap.14/Beda lib.1. hist. Anglorum cap.4/Euseb. lib.5.
4 De Beda ex catalogo Scriptorum Britanniae. Guthbertus Girvvicensis coenobij monachus, composuit de Bedae
vita & obitu librum, cuius initium est, Dilectissimo in Christo Lectori. Cl. an.740. Obiit Beda anno 734. Giruuici
sepultus, Dunelmum postea translatus: sed absque Romanorum Pontificum canonizatione.

Sexto Calendas Iunij, luna 27. Maij. G

11.23.3.14.26/6.17.28.9.20/2.12.24.4.15/27.7.18.29.

ROmae, natalis beati Ioannis papae. quem refert sanctus Gregorius, ob orthodoxam fidem primò 1
in custodia tentum, ac deinde ad mortem vsque perductum, cum aliis aequè catholicis viris.
Apud Moesiam, ciuitate Dorostorensi, natalis beati Iulij. qui tempore persecutionis, cum esset ve-
teranus & emeritae militiae, comprehensus ab officialibus, iudici oblatus est. Quo praesente, cum
D idola execraretur, & nomen Christi confiteretur constantissimè, capitali sententia punitus est.
In Galliis, ciuitate Arausica, sancti Eutropij episcopi. cuius vitam illustrem virtutibus ac miracu-
lis, Verus episcopus luculento sermone describit. g *Die vigesimaseptima, sancti hieromartyris Thera-*
pontis.
¶ In territorio * Adartensi, sancti Ranulphi martyris. p *Eodem die, aduentus sancti Adriani marty-*
*ris apud * Geraldi montem, anno millesimo centesimodecimo.*

de Iulio lautius Beda. — ** al. Atrebatensi.* — ** nos.*

ANNOTATIO.

1 De Ioanne papa Gregorius magnus lib.4. dial. cap.30/lib.3. cap.2/Pontificale cap.55.

Quinto Calendas Iunij, luna 28. Maij. A

12.24.4.15.27/7.18.29.10.21/3.13.25.5.16/28.8.19.30.

E PArisiis ciuitate, transitus sancti Germani confessoris. qui beatus eiusdẽ vrbis episcopus, quan-
tae sanctitatis, quantiq; fuerit meriti, quibus etiam claruerit miraculis, sanctus Fortunatus
episcopus veraci stylo digessit. In Sardinia, sanctorum, Aemilij, Felicis, Priami, Luciani. Eodem
die, sancti Carauni martyris, qui apud Carnotum ciuitatem, capite amputato, martyrium sum-
psit. g *Die vigesimaoctaua, sancti patris Nicetae, & sancti hieromartyris Helladij.*
¶ q *Padebornae, translatio sancti Liborij, episcopi Cenomanensis & confessoris. Item translatio sanctarum reli-* 1
quiarum beatae Brigittae de Roma, ad monasterium Vvastzenense, regni Suetiae.

Excusus à Surio. Reliqua 25. Iulij.

ANNOTATIO.

1 De Liborij translatione, Albertus Crantz libro 1. metropolis cap.28. Ido Paderbunensis clericus, & Erconre-

dus Cenomanensis ecclesiæ archidiaconus, scribunt miracula quæ per sanctum Libotium episcopum Cenomanis, & in translatione, & postea in loco quietis suæ, dignatus est Dominus operari. F

29. Maij. B

Quarto Calendas Iunij, luna
13.25.5.16.28/8.19.30.11.22/4.14.26.6.17/29.9.20.1.

APud Iconium, ciuitatẽ Isauriæ, sub Aureliano imperatore, passio sancti Cononis & filij eius, qui primùm ignito ferro superpositi, deinde craticulam prunis suppositis, & oleo subinfuso constanter superauerunt. Postea verò tam frixorij, quàm suspensionis in equuleo, ac ignis pœnam passi, malleo ad extremum ligneo manibus eorum contritis, in laudem omnipotentis Dei spiritum emiserunt. Eodem die, *Mediolani*, sanctorum martyrum, Sisinij, Martyrij, atque Alexandri, qui in Anauniæ partibus, vt scribit sanctus Paulinus, persequentibus gentilibus viris, martyrij coronam adepti sunt. Treueris, beati Maximini, episcopi & confessoris: à quo Athanasius antistes persecutionem Constantij fugiens, honorificè susceptus est. Romæ, via Aurelia, natalis sancti Restituti. Via Tiburtina, septem germanorum. 1 *in vita Ambros.* 2

¶ Quorum martyrium exprimitur die 27. Iunij. G

ANNOTATIONES.

1 Sisinij & duorum martyrium scribit S. Vigilius episcopus Tridentinus, to. 2. Aloysij / & alius explicatius hac die, apud Surium.

2 Maximini historiam scripsit Lupus Vualdoni, anno 839. pag. 427. Surij. Ab eo Athanasium receptum esse habet Hieronymus in Chronicis anno 246.

30. Maij. C

Tertio Calendas Iunij, luna
14.26.6.17.29/9.20.1.12.23/5.15.27.7.18/30.10.21.2.

† *primi pontificale c.* 27.

ROmæ via Aurelia, natalis beati Felicis † papæ, qui cum annis quinque rexisset ecclesiam sub Claudio principe, *& Aureliano*, martyrio coronatus est. Turribus Sardiniæ, sanctorum martyrum, Gabini & Crispoli. *Centula, depositio sancti Madelgisili confessoris.* r *In Antiochia, sanctorum Syci & Palatini, qui multa tormenta passi sunt.* g *Die trigesima, sancti patris Isaacij, mansionis Dalmatiæ.*

* Huberti *Vide* 3. *Nouemb.*

¶ Ipso die, sancti * Huberti, episcopi p *Tungrensis ecclesiæ*, & confessoris. H

31. Maij. D

Pridie Calendas Iunij, luna
15.27.7.18.30/10.21.2.13.24/6.16.28.8.19/1.11.22.3.

1 ROmæ, sanctæ Petronillæ virginis, quæ post multa miracula sanitatum cum eam quidam Comes suo vellet coniugio sociare, tridui inducias postulans, ieiuniis atque orationibus vacans, tertio die mox vt Christi sacramentum accepit, emisit spiritum. Apud vrbem Aquileiam, natalis 2 sanctorum martyrum, Cantij, Cantiani, & Cantianillæ, fratrum, qui cum docerent prosapiam de genere Aniciorum, ob Christianæ fidei constantiam, vnà cum pædagogo suo Protho, capite plexi sunt. Turribus Sardiniæ, sancti Crescentiani martyris.

Rom. 16. ¶ g *Die trigesimaprima, sancti Apostoli Hermij, & sacrosancti martyris Hermæi.*

ANNOTATIONES.

1 De Petronilla ponit Vsuardus verba *sacti Marcelli, discipuli sancti Petri*, qui vnica epistola dictæ Petronillæ, Feliculæ & Nicomedis, historias descripsit to. 3. Surij pag. 176. De eadẽ Aug. cõtra Adimantũ ca. 19/& Platina in Paulo, 5. 1

2 De Cantianis est sermo sancti Maximi episcopi, inter Ambrosianos, 75.

IVNIVS HABET
DIES XXX.

1. Iun. E

Calendis Iunij, luna
16.28.8.19.1/11.22.3.14.25/7.17.29.9.20/2.12.23.4.

* *alsarit.*

ROmæ, dedicatio * *basilicæ* sancti Nicomedis, presbyteri & martyris. r *cuius martyrium celebratur decimoseptimo Calendas Octobris.* Apud Cæsaream Palestinæ, sub persecutione Maximini, beati Pamphili, presbyteri & martyris: cuius vitam Eusebius Cæsariẽsis episcopus, tribus libris cõprehendit. Sed & Hieronymus scribit quædam volumina manu eius exarata se reperisse, quæ tanto, inquit, amplector & seruo gaudio, vt Crœsi opes habere me credam. Augustoduni, sanctorum Reueriani K

1 *De vir. ill. cap.* 85.

episcopi, & Pauli presbyteri, cum aliis decem, qui sub Aureliano principe martyrio coronati sunt. Ipso die, sancti Caprasij, abbatis monasterij Lirinensis. *Victauis, sancti Iouini abbatis. Treuiris ciuitate, depositio beati Simeonis monachi, qui profectus ex monasterio in monte Sinai constituto, inque memorata metropoli deueniens, non paucis annis remotiorem vitam strenuè exercuit, ibidémq; vocante Domino ad cælestia migrauit, vbi se feliciter viuere, miraculorũ creberrima testatur exhibitione. Ipso die, Filini & Gratiniani martyrum sub Decio Cæsare. Aruernis, sancti Medulphi confessoris, magnæ sanctitatis viri.* b *Viennæ, sancti Claudij* * *vndecimi episcopi.* 2

* *Ado, anno* 322.

¶ r *Item*

A ¶ r *Item, sancti Viviani martyris. Romæ, sancti Viuentij martyris.* g *Die prima, sancti martyris Iustini philosophi, & alterius Iustini, & sociorum.* p *Ipso die, translatio corporis sancti patris* * *Gisleni, & sancti Sulpitij episcopi & confessoris, & beatæ Leocadiæ virginis.* 3

* *al.* nostri.

Rothornaci, translatio reliquiarum diui Cypriani. Suessionis, eleuatio sanctorum episcoporum Principij & Lupi confessorum, Gandini martyris, & Agricolæ presbyteri & confessoris. Monasterio Fontanella, translatio sanctorum Maximi & Venerandi martyrum, Vvlfranni & Eremberti episcoporum, & Condedi presbyteri & confessoris. Item Doleiæ, Cunonis, siue Conradi, Præpositi ecclesiæ Agrippinæ coloniæ: qui anno millesimo sexagesimosexto, ter de altissimo monte præcipitatus, mansit illæsus, ac paulo pòst gladiis interfectus, miraculis claruit.

De Cunon. Her. contractus in fine chronic. & Lambertus Scafnaburg.

ANNOTATIONES.

1 De Pamphilo & collegis, Eusebius lib. 8. historię cap. 17. & 21. nouæ ac integræ versionis. Item Metaphrastes tomo 3. Surij. Eusebij libri ab Vsuardo citati non extant, quos & Hieronymus citat apologia prima in Rufinum/ & ipse Eusebius lib. 7. historiæ cap. vlt./ lib. 8. cap. 21.

2 De Simeone, Tritthemius in chronico Hirsaugiæ. Euerbinus abbas Doleiensis, scripsit ad Popponem archiepiscopum vitam sancti Simeonis monachi Treuerensis. Fuerunt synchroni, vt vita declarat, à Surio edita.

B 3 Iustinus Philosophus ponitur mense Aprili in Latinis martyrologiis, de altero Iustino, Charitone, & sociis Simeon Metaphrastes 12. Iunij, pag. 605. Surij.

2. Iun. F

Quarto Nonas Iunij luna
17.29.9.20.2./12.23.4.15.26./8.18.30.10.21./3.13.24.5.

ROmæ, sanctorum martyrum Marcellini presbyteri, & Petri exorcistæ: qui multos in carcere ad fidem erudientes, post dira vincula, & plurima tormenta, decollati sunt sub iudice Sereno. Lugduni sancti Photini, eiusdẽ vrbis episcopi, Zachariæ presbyteri sancti diaconi, Pagati, Maturi, Attali, Albinæ, Gratæ, cũ aliis quadraginta. Hi omnes famuli Christi, sicut in historia ecclesiastica scribitur, pariter coronati sunt. Passa est quoque sancta Blandina ex eorum collegio, quæ primo, secundo & tertio die pulsata cruciatibus, cum non superaretur, quarto verberibus acta, craticulis exusta, & multa alia perpessa, ad vltimum gladio iugulatur. b *Tunc & Ponticus, puer annorum quindecim, per omnia* C *tormentorũ genera cum ipsa circumactus, & materna eius cohortatione roboratus, ante illam martyriũ consummauit.* In Campania, natalis sancti Erasmi, episcopi & martyris. Hic sub Dioclitiano Augusto primò plũbatis, deinde fustibus grauiter maceratus: pòst, resina, sulphure, pice, plumbo, cera, oleóque perfusus, illæsus apparuit: deinde sub Maximiano diuersis atque immanissimis suppliciis excruciatus, tandem vocante Domino, sancto fine quieuit. g *Die secunda, sancti patris Nicephori, patriarchæ Constantinopolis, confessoris.* 1 2 *initio libri* 5

¶ In territorio Laudunensi, depositio beati Algisi, presbyteri & confessoris. Sendomiriæ, anniuersaria celebritas stragis martyrum Christi per excursionem Tartarorum: quæ magno populi concursu recolitur, multum Alexandri quarti pontificis indulgentia, cumulata & dedicata. Monasterio Latiniaco, translatio sanctorum, Deodati episcopi, Maldegarij, Fulberti, Amsilionis, Lamberti, ac vnius Innocentium. 3 *Chromerus de Gestis Polonorum, lib. 9.*

ANNOTATIONES.

1 Marcellini & Petri gesta extant apud Surium, etiam cum carminibus Damasi papæ: reliquiæ eorum Gandauum D translatæ sunt: ad quas quæ & quanta miracula contigerint, testantur libri aliquot de his manuscripti, ab Einardo abbate, Caroli magni Cancellario.

2 De Phorino, Blandina, & aliis Eusebius libro quinto historiæ ecclesiasticæ in initio, ex epistola seruorum Christi apud Viennam & Lugdunum. Est etiam vndecima homil. Euseb. Emiseni Galli de sancta Blandina Lugdunensi.

3 Algisi vita habetur libris duobus, MS. Rhodij. Prior complectitur fideliter antea scripta: alter non scripta.

3. Iun. G

Tertio Nonas Iunij, luna
18.30.10.21.3./13.24.5.16.27./9.19.1.11.22./4.14.25.6.

APud Aretium ciuitatem Tusciæ, sanctorum martyrum Pergentini & Laurentini † fratrum: qui persecutione Decij, cum essent pueri, post dira supplicia tolerata, & magna miracula ostẽsa, gladio cæsi sunt. Ciuitate Corduba, sancti Isaac monachi: qui cum esset annorum viginti & septem, gladio pro fide Christi necatus est. In territorio Aurelianensium, sancti Liphardi presbyte- E ri. * *Ipso die, sancti Morandi confessoris, discipuli beati Hugonis, & sanctæ Crotildis reginæ.* g *Die tertia, sancti martyris Lucilliani.* *Surius pag.* 457. *Surius pag.* 459. 1

ANNOTATIO.

1 De Crotilde, vxore Clodouei regis, Gregorius Turonicus lib. 2. 3. & 4. historiæ Francorum/ & vita in libro de claris mulieribus, edita Parisiis anno 21.

4. Iun. A

Pridie Nonas Iunij, luna
19.1.11.22.4./14.25.6.17.28./10.20.2.12.23./5.15.26.7.

APud Illyricum, ciuitate Scisciæ, natalis sancti Quirini episcopi: qui pro fide Christi, vt Prudentius scribit, ligato ad manum molari saxo, in flumen præcipitatus est: & cum circunstantibus diu collocutus, ne eius terrerentur exemplo, vix precibus vt mergeretur obtinuit. r *Item Romæ,* 1 *περὶ στεφάνων hymno* 7.

Aretij & Daciani. g *Die quarta, ſancti patris Metrophanis, patriarchæ Conſtantinopolis.* F

ANNOTATIO.

1 Quirini Laureacenſis epiſcopi antiqua hiſtoria citatur à Lazio rerum Viennenſium lib. 2. cap. 2./ Bruſcius de Laureaco & Patauia lib. 1. Quomodo verò corpus poſt annos à martyrio 400. tempore Pipini regis in Bauariam ad Tegorinum monaſterium tranſlatum ſit, ex eius loci annalibus præclarè patet. Habentur in eius cœnobij bibliotheca Quirinalia Metello auctore, qui Tegorinus monachus anno 1160. lyricis carminibus non inuenuſtis, totam ferè huius diui vitam elegantiſſimè deſcripſit.

5 Iun. B

Nonis Iunij, luna

20. 2. 12. 23. 5./ 15. 26. 7. 18. 29./ 11. 21. 3. 13. 24./ 6. 16. 27. 8.

1 APud Ægyptum, natalis ſanctorum martyrum, Martiani, Nicandri, & Apollonij: quorum geſta habentur. Item ſancti Bonifacij, p *Traiectenſis* epiſcopi: qui de Britanniis veniens, & fidem Chriſti gentilibus euangelizans, cum maximam multitudinem in Friſia Chriſtianæ religioni ſubiugaſſet, nouiſſimè gladio peremptus, martyrium conſummauit cum Eobano coëpiſcopo, & aliis ſeruis Dei. g *Die quinta, ſancti hieromartyris Dorothei, epiſcopi Tyri.* G

¶ Bruxellæ p commemoratio beatæ Mariæ ſemper virginis inſtituta ob glorioſam victoriam, quam hac die apud Vvoerong habuit Ioannes, huius nominis primus Lotharingiæ, Brabantiæ & Lemburgiæ dux.

ANNOTATIO.

1 Bonifacij hiſtoria non extat excuſa quam ſcripſit ſanctus Vvilibaldus epiſcopus, eius diſcipulus: cuius meminerunt Tritthemius in catalogo & Vvicelius in hagiologio. Sed extat apud Surium, anonymus, qui iuſſu Fuldenſium, poſt ſanctum Vvilibaldum, hiſtoriam eius libris duobus deſcripſit. Tritthemius in Chronico Hirſaugię meminit Ruthardi, diſcipuli Rabani & Mauri: qui monachus Hirſaugienſis, ſcripſit paſſionem Bonifacij carmine heroico, libris duobus. Moritur anno 865. Extant etiam ſancti Radbodi laudes, & alia quædam MS.

6 Iun. C

Octauo Idus Iunij, luna

21. 3. 13. 24. 6./ 16. 27. 8. 19. 1./ 12. 22. 4. 14. 25./ 7. 17. 28. 9. H

1 NAtalis ſancti Philippi: qui fuit vnus de ſeptem diaconibus. Hic ſignis & prodigiis inclytus apud Cæſaream requieuit: iuxta quem tres virgines, filiæ ipſius prophetiſſę, tumulatæ iacent. Apud Tarſum Ciliciæ, ſanctorum martyrum viginti, temporibus Dioclitiani & Maximiani, qui per diuerſa ſupplicia glorificauerunt Deum in corporibus ſuis. Romæ ſancti Artemij, cum vxore ſua Candida, & filia Paulina: qui Artemius gladio percuſſus, vxor verò eius & filia lapidibus ſunt obrutæ. Ciuitate Niueduno, ſanctorum Amantij & Alexandri. p *In Blandinio ſancti Gudvualdi, archiepiſcopi & confeſſoris.* r *Apud Mantuam, inuentio beati Cæleſtini martyris. Ipſo die, Claudij confeſſoris, archiepiſcopi Biſuntinenſis.* g *Die ſexta, ſancti patris Beſſarionis, miraculis clari.*

Act. 6.

¶ q *Malbodij, oſtenſio corporis beatæ Aldegundis virginis.*

Octauus idus Ceratus epiſcopus ornat,
Vrbem qui fulſit Gratiano à principe dictam.

7 Præmonſtrati, commemoratio domini Norberti primi patris Præmonſtratenſis, & Archiepiſcopi Magdeburgenſis eccleſiæ. I

ANNOTATIONES.

1 Philippi diaconi mentio eſt Act. 8. & 21/ apud Euſebium lib. 2. hiſt. eccleſ. cap. 1./ lib. 3. cap. 25. Rufini 31./ apud Hieronymum ad Euſtochium epiſt. 27.

2 De viginti martyribus Tarſenſibus, Auguſtinus libro 22. de ciuit. Dei cap. 8./ & geſta Bonifacij Tarſenſis manuſcripta.

3 De Artemio, Candida & Paulina, geſta Marcellini & Petri to. 3. Surij, pag. 454.

4 De Gudvualdo, auctor vitæ & tranſlationis ſancti Bertulphi, qui vixit anno 1073. cap. 27. Beatus Gudvualdus confeſſor pariter & pontifex, vt ſpreta parentum celſitudine, & hæreditarij iuris amplitudine, vel in monaſterio, vel in epiſcopatu Deo ſeruierit, & poſt plurima ac inaudita ſeculis miracula, ex hoc mundo ad Deum trãſierit, liber qui de eius vita & virtutibus pleniſſimè conſcriptus eſt, liquidò pandit. Corpus verò illius, qua de cauſa cum corpore ſancti Bertulphi tranſlatum ſit, ex libello qui de eorum aduentu ſcriptus eſt, lector agnoſcere poterit. Hiſtoriam habet Surius pag. 509.

5 Claudij vita incipit MS. In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, laudabili fratrum Iurenſium inſtantia communiti, vitam beati Claudij, & eius miracula ſummatim declarare decernimus. K

6 De Beſſarione. Platina panegyrico in Beſſarionem Cardinalem. Sancti Beſſarionis, vnde ipſe nomen acœpit, patriæ parentis, ac patroni, vitam diligenter ac copioſè ſcripſit.

7 Norberti ſanctiſſimam vitam eius æqualis fideliter conſcripſit, pag. 517. Surij.

7 Iun. D

Septimo Idus Iunij, luna

22. 4. 14. 25. 7./ 17. 28. 9. 20. 2./ 13. 23. 5. 15. 26./ 8. 18. 29. 10.

1 COnſtantinopoli, natalis beati Pauli, eiuſdem ciuitatis epiſcopi: qui à Conſtantio imperatore apud ciuitatulam quandã Cappadociæ, nomine Cucuſam, ob Catholicam fidem pulſus exilio, Arianorum

A Arianorum inſidiis crudeliter ſtrangulatus, ad cæleſtia regna migrauit. Item Cordubæ, ſanctorum Petri presbyteri, Auentij, Hieremiæ, & aliorum trium. *Eodem die, ſancti Godoaldi, epiſcopi & confeſſoris. Aruernis, ſancti Illidij, eiuſdem ciuitatis epiſcopi & confeſſoris.* g *Die ſeptima, ſancti hieromartyris Theodoſij, epiſcopi Ancyræ.*

p *Item in Traiecto, tranſlatio ſancti Seruatij. Monaſterio Sithiu, tranſlatio beati Folquini, Morinorum epiſcopi.* Surius pag. 551.

Item depoſitio Roberti, † abbatis Ordinis Ciſtertienſis, in Anglia.

ANNOTATIONES.

1 Pauli hiſtoriam habet Simeon Metaphraſtes. De eodem, Athanaſius/ Socrates lib. 2. cap. 4. vſque ad 22./ Theodoritus lib. 2./ Sozomenus lib. 3. & 7./ Caſſiodorus lib. 4. tripartitæ.

2 Illidij vitam ſcribit Gregorius præſul Turonenſis, de vita patrum cap. 2.

8. Iun. E

Sexto Idus Iunij, luna

23. 5. 15. 26. 8./ 18. 29. 10. 21. 3./ 14. 24. 6. 16. 27./ 9. 19. 1. 11.

B IN Galliis, Sueſſionis ciuitate, natalis beati Medardi, epiſcopi Nouiomenſis: qui quanti fuerit meriti, oſtenſum eſt, cum in eius obitu cæli aperti ſunt, atque ante eum diuina micuerunt luminaria. b *Eius vita virtutibus plena, conſcripta eſt.* Eodem die, ſancti Gildardi, Rothomagenſis epiſcopi. Item Senonis, ſancti Heraclij epiſcopi & confeſſoris. In Sardinia, ſancti Saluſtiani. Cordubæ, ſancti Abundij, presbyteri & martyris. *In territorio Trecaſſinenſi, beatæ Sirię matronæ.* r *Metis ciuitate, ſancti Clodulphi, epiſcopi & confeſſoris.* 1 2

¶ p *Monaſterio Sithiu, relatio, ſiue tranſlatio, ſancti Audomari epiſcopi: quando ſanctus Folquinus corpus eius fugato Hugone abbate à Lisbourch, retulit anno octingenteſimo quadrageſimotertio, & in Sithiu iuxta corpus beati Bertini ſub terra recondidit. Vbi per multos annos homines quidem latuit: at reuelatus eſt, vbi Dominus voluit.*

In Anglia, Vvilhelmi archiepiſcopi Ebora cenſis, & confeſſoris. In Galliis, ciuitate Aquenſi, depoſitio beati Maximini, primi ciuitatis epiſcopi, & confeſſoris.

ANNOTATIONES.

C 1 De Medardo, Greg. Turon. lib. 4. hiſt. cap. 19./ de gloria confeſſorum cap. 95./ & hiſtoria vitæ, quam primùm ſcripſit Fortunatus presbyter, vt teſtatur anonymus ſcriptor vitæ S. Gildardi; ſed poſterior quidam vir doctus, non nulla admiſcuit. pag. 553. Surij.

2 De Gildardo, Auctor vitæ MS. Viſu non didici, quæ dictare ſtatüi de vita beati ac venerabilis patroni noſtri ſanctæ ſedis Rothomagenſis eccleſiæ archiepiſcopi, Gildardi. Allegat de Gildardo metrum ſancti Audoëni, & antiphonam Gregorij Turonenſis, quæ Surius poſuit pag. 565.

9. Iun. F

Quinto Idus Iunij, luna

24. 6. 16. 27. 9./ 19. 1. 11. 22. 4./ 15. 25. 7. 17. 28./ 10. 20. 2. 18.

1 ROmæ, in monte Celio, natalis ſanctorum Primi & Feliciani, ſub Dioclitiano & Maximiano imperatoribus: hi glorioſiſſimi martyres longęuam in Domino vitam ducentes, & nunc ſimul pariter, nunc * ſigillatim diuerſa, & exquiſita ferentes tormenta, tandem felicis pugnæ curſum gladio D auimaduerſi conſummauerunt. In Gallis, ciuitate Agenno, paſſio beati Vincentij Leuitæ & martyris. Item in Scotia, beati Columbæ presbyteri & confeſſoris, maghæ & admirandæ virtutis viri. Niceæ, ſancti Diomedis. *Item, Maximiani Syracuſani epiſcopi: qui tempore Gregorij papæ claruit.* 1 *al.* ſingulatim. 2 3 4

¶ Eodem die, ſanctæ Pelagiæ virginis & martyris Antiochenæ: quæ ſe ex tecto præcipitauit, ne in illuſorum manus incideret. 5

ANNOTATIONES.

1 De Primo & Feliciano plura habent Beda & Ado, ex eorum paſſione, pag. 566. Surij.

2 Vincentij Agennenſis hiſtoriam paſſionis ab incolis retineri ſcribit Greg. Turonenſis de gloria martyrum cap. 105. Lege etiam caput 35. lib. 7. hiſt. Francorum.

3 De Columba Hyberno, Beda lib. 3. cap. 4./ lib. 5. cap. 10./ Vitam prolixè deſcribit Adomnanus abbas, cuius initium eſt, Beati patris noſtri, Chriſto ſuffragante, vitam deſcripturus. MS. ad S. Giſlenum.

4 De Maximiano epiſcopo Syracuſano, Gregorius libro 3. dialogorum cap. 36./ homilia euang. 34./ epiſt. 4. lib. 2. epiſt. 19. lib. 4.

E 5 De Pelagia Antiochena, Aloyſius lectori tom. 3. Surij pag. 569. Hanc virginem deinceps duabus orationibus diuinus pater Ioannes Chryſoſtomus; ſuo eloquio ornaturus eſt: Ambroſius quoque antiſtes epiſtola 7. virginem hanc ſummopere commendat: itémque lib. 3. de virginibus.

10. Iun. G

Quarto Idus Iunij, luna

25. 7. 17. 28. 10./ 20. 2. 12. 23. 5./ 16. 26. 8. 18. 29./ 11. 21. 3. 13.

ROmæ, via Aurelia, natalis ſanctorum, Baſilidis, Tripodis, & Mandalis, ſub Aureliano imperatore, præſide Platone, & aliorum viginti martyrum. Eodem die, via Salaria, paſſio beati Getulij, clariſſimi & doctiſſimi viri, ſociorúmque eius, Cerealis, Amantij, & Primitiui: qui iuſſu Adriani imperatoris primò cæſi, deindè in carcerem recluſi, poſtremò incendio ſunt traditi. Apud Nicomediam, ſancti Zachariæ, Antiſiodori, ſancti Cenſurij, epiſcopi & confeſſoris. *Pariſius, depoſitio ſancti*

Landerici, episcopi & confessoris: qui eiusdem vrbis antistes, licet minus plenè miraculorum signis fulgeat in terris, F
2 *tamen cum Domino creditur regnare in cælis.* p *In Colonia Agrippina, passio sanctissimi Maurini, abbatis & martyris. Huius fortissimi crucis suæ signiferi, Christus, charas sibi merita per crebra virtutum opera mundo declarauit, quando eius sacrum corpus reuelare dignatus est.* g *Die decima, sacrosancti martyris Timothei episcopi Prusæ.*

3 ¶ q *Eodem die, translatio sancti Iuonis episcopi de Persida.*

4 ¶ In Scotia, sanctæ Margaretæ reginæ.

ANNOTATIONES.

1 Getulij, Cerealis, Amantij, & Primitiui martyrium habet Surius mutato stylo.

2 Maurini historia passionis, & potissimum inuentionis, est MS. auctore Stephano quodam ad D. Christianum, Anno 990.

3 De Iuone ex catalogo Britannico. Andreas Leucander, abbas Ramesiensis, scripsit elaboratè vitam Iuonis episcopi Persarum in Anglia sepulti, post eius translationem per Ailvvinum comitem Ostroanglorum: quam postea Gotzelinus Bertinianus elegantiorem aliquanto reddidit.

4 De Margareta Surius, & qui notantur à nobis 16. Nouembris. G

11. Iun. A

Tertio Idus Iunij, luna

26. 8. 18. 29. 11./ 21. 3. 13. 24. 6./ 17. 27. 9. 19. 1./ 12. 22. 4. 14.

1 NAtalis sancti Barnabæ Apostoli: qui cum esset Cyprius, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus est. Huius corpus, tempore Zenonis imperatoris, ipso reuelante repertum est. In Aquileia, passio sanctorum Felicis & Fortunati, sub persecutione Dioclitiani & Maximiani: qui cum essent duo germani fratres, aquuleo sunt suspensi, atque ardētes lampades circa eorum latera appositæ. Quibus mox Dei virtute extinctis, per ventrem feruenti oleo sunt perfusi, atque ad vltimum in
2 confessione Christi capite truncati. *Bremæ, sancti Remberti, archiepiscopi & confessoris.*

¶ p *Eodem die, relatio corporis sanctæ Ragenfredis virginis.* H

ANNOTATIONES.

1 De Barnaba *Act.* 11. & sequentibus capitibus/ apud Metaphrastem, laudatio Alexandri monachi/ Hiero. de viris illustribus cap. 16./ Isidorus de patribus vtriusque testamenti/ Beda libro retract. in 4. Actorum/ Præfatio Ambrosiana/ & Sixtus Senensis lib. 2. bibliothecæ sanctę/ Quidam addunt etiam Ioannem Marcum, ministrum Pauli, MS.

2 De Remberto, Albertus Crantzius, metropolis lib. 2. cap. 10. & 11. Bauo Corbeiensis abbas de sui temporis mirabilibus actis memorabile quid in laudem sancti Remberti perscribit. Sunt & alia multa, quæ de sancto viro copiosè in eius vita sunt exarata per contemporaneum tom. 1. Surij pag. 830.

12. Iun. B

Pridie Idus Iunij, luna

27. 9. 19. 1. 12./ 22. 4. 14. 25. 7./ 18. 28. 10. 20. 2./ 13. 23. 5. 15.

1 MEdiolani, natalis beati Nazarij martyris. *Sed festiuitas martyrij agitur quinto Calendas Augusti.* Item *Romæ*, sanctorum martyrum Basilidis, Cyrini, & Naboris, b *& Nazarij. Quorum Naborem & Nazarium simul cum Gorgonio martyre, transtulit à Roma in Galliam Crodegandus Metensis episcopus, permittente Paulo papa Romano, anno Dominicæ incarnationis septingētesimo sexagesimoquinto: & collocauit prædictus episcopus sanctum Gorgonium in monasterio quod dicitur Goezia: sanctum verò Naborem, in monasterio quod dicitur Noua cella:* † *sanctum quoque Nazarium, in monasterio quod dicitur Loreshim: vbi signa & miracula in sanitate infirmorum & debilium sæpius fiunt.* I

S. Hilarij in Lotharingia, vbi nunc est oppidum S. Naboris.

2 ¶ p *Ipso die, sancti Odulphi presbyteri & confessoris. cuius reliquiæ habentur apud sanctum Saluatorem Traiecti.*

3 p *In oppido Rhenensi, eleuatio sanctæ Cuneræ, virginis & martyris.* g *Die duodecima, sancti patris Onuphrij, & sancti patris Petri Athoniti.*

ANNOTATIONES.

1 Basilidis, & trium collegarum martyrium breuiter habent Romanæ lectiones, è quibus & ex Beda, loco verborum Vsuardi [apud præfatam vrbem] posui [Romæ.]

2 Odulphi historia ante aliquot secula conscripta est apud Surium, pag. 602.

13. Iun. C 3 Honofrij eremitæ & aliorum patrum vita, per Paphnutium anachoritam, habetur in Simeone Metaphraste 12. Iunij, & in vitis patrum.

Idibus Iunij, luna K

28. 10. 20. 2. 13./ 23. 5. 15. 26. 8./ 19. 29. 11. 21. 3./ 14. 24. 6. 16.

1 ROmæ, via Ardeatina, natalis sanctæ Feliculæ virginis & martyris: quæ nolens nubere, neque idolis immolare, tradita est cuidam vicario, qui fecit eam perseuerantem in confessione Christi, post tenebrosam custodiam, & famis inopiam, leuari in equuleo, & sic demum deponi & præcipitari in cloacam. Eodem die, sancti Fandilæ presbyteri: qui apud Cordubam ciuitatem capite amputato, martyrium sumpsit. r *In ciuitate Padua, beati Antonij Lusitani, Vlysbonensis, illustris confessoris, Minoritæ: qui celeberrimus extitit vita, miraculis, & doctrina. In Africa, sanctorum martyrum, Fortunati, Luciani, & Crescentiniani.* g *Die decimatertia, sanctæ martyris Acylines, & sancti Triphyllij* † *episcopi Leucosiæ in Cypro.*

Sozom. lib. 1. cap. 11.

¶ p *Gan-*

A ¶ p *Gandaui, eleuatio sancti Landoaldi, sociorúmque eius.*

In Claraualle, obitus Gerardi monachi, de quo Bernardus sermone super Cantica vigesimosexto. Item sancti Peregrini siue Cetæi, Aternensis episcopi, & martyris, in Hadriensi ciuitate in fluuium Piscariæ mersi, tempore sancti Gregorij papæ.

ANNOTATIONES.

1 Feliculę martyrium scribit sanctus Marcellus S. Petri discipulus, ad sanctos, Nereum & Archilleum in eorum gestis 12. Maij. pag. 177. Surij.

2 Antonij Vlysbonensis vita grauiter & fideliter descripta est à Franciscano quodam, quam Surius habet nonnullis omissis, absque tamen historiæ detrimento. Vulgò à Padua vocatur, antea dictus est Ferdinandus.

3 Aquilinæ historiam habet Metaphrastes.

Decimooctauo Calendas Iulij, luna 14. Iun. D

29. 11. 21. 3. 14./ 24. 6. 16. 27. 9./ 20. 1. 12. 22. 4./ 15. 25. 7. 17.

B ELisei prophetæ: qui apud Samariam Palæstinæ, vt scribit beatus Hieronymus, conditus est, vbi 1
& Abdias propheta quieuit. Apud Cæsaream Cappadociæ, natalis sancti Basilij episcopi: qui 2
tempore Valentis, doctrina & sapientia insignis, omnibúsque virtutibus fundatus, mirabiliter effulsit. In territorio Suessionis ciuitatis, sanctorum martyrum Rufini & Valerij, qui à præside Rictiouaro, post illata sibi tormenta, iussi sunt decollari. Ipso die, sancti Quintiani, presbyteri & confessoris. b *Viennæ, sancti Etherij episcopi.* † q *Syracusis, sancti Martiani episcopi: qui ab Apostolo missus Seleucum, ibi & Gordium, & magnam multitudinem conuertit.* g *Die decimaquarta, sancti patris Methodij, patriarchæ Constantinopolis.* *Viri in omnibus eximij. Ado, an. 604.*

¶ Aurelianis, translatio sanctorum Aniani, Monitoris, & Flosculi, ciuitatis eius episcoporum, Euspicij abbatis Miciacensis primi, Baudelij & Scubilij martyrum, & Agiæ matris sancti Lupi episcopi, & liberatio ciuitatis ab Hunis per sanctum Anianum episcopum.

ANNOTATIONES.

1 Elisei laudationem per Basilium Seleuciæ episcopum, habet Metaphrastes, vt scribit Hieronymus in epitaphio
C Paulæ, & tomo 6. initio commentariorum in Abdiam.

2 De Basilio magno, sanctus Amphilochius, Iconij episcopus, in præfatione vitæ eius. Cum tres admirabiles & sacratissimi viri, Gregorius Theologus eximius, Gregorius Nyssæ episcopus memorabilis, atque Ephrem beatissimus, diuersis epitaphiis illustrarint patrem & præceptorem nostrum Basilium, visum est & mihi, tanquam abortiuo, quæ ab ijs venerabilibus patribus prætermissa sunt, adiicere. Extat tom. 1. Surij, pag. 4. Nazianzenus & Nyssenus de Basilio in eorum operibus. Tilmannus etiam alta quædam, huc pertinentia, Basilio præmisit, ex Hieronymo, Suida, Philostorgio, & Theodorito.

Decimoseptimo Calendas Iunij, luna 15. Iun. E

1. 12. 22. 4. 15./ 25. 7. 17. 28. 10./ 21. 2. 13. 23. 5./ 16. 26. 8. 18.

IN Cicilia, natalis sanctorum, Viti, Modesti, & Crescentiæ: qui sub Dioclitiano imperatore, post 1
ollam plumbi feruentis, post bestias & catastas diuina virtute superatas, cursum glorioſi certaminis peregerunt. Apud Mesiam, ciuitate Dorostoro, sancti Esichij militaris, qui cum beato Iulio comprehensus, sub præside Maximo, postea martyrio coronatus est. *Aruernis, sancti Abrahæ confessoris. Apud* 2
D *Vuentanam ciuitatem, sanctæ Eadburgæ. In territorio Valencenensi,* p *in villa quæ dicitur Crispinium, super* 3
fluuium Hon, transitus sanctissimi ac beatissimi patris * *Landelini. Hic à beato Autberto eruditus, sed pòst malorum suasione deceptus, viam veritatis deseruit, sed precibus eiusdem, & angelica visitatione territus, postea reuocatus, & a beato Martino papa officium prædicationis suscipiens, & efficaciter complens, plurimorúmque fundator cœnobiorum existens, quieuit in pace.* * nostris. 4

¶ *Item ipso die, translatio corporis eiusdem sancti Landelini, à Godefrido Cameracensi episcopo. In Hoyo, translatio sancti Domitiani, episcopi & confessoris. Eodem die, translatio beati Mengoldi, ducis & martyris.*

In Cicilia, sancti Dulæ martyris. *De Dula Metaphr.*

ANNOTATIONES.

1 Viti, Modesti, & Crescentiæ certamen habet Surius ex antiquissimis MS. codicibus.

2 De Abraham, Greg. Turonensis lib. 2. historiæ Francorum cap. 21. Fuit in monasterio beati Cyriaci vrbis Arvernæ, abbas Abraham nomine, qui fide atque operibus Abrahæ illius prioris refulgebat, sicut in libro vitæ eius scripsimus. Hoc est, capite 3. de Patribus Galliæ. Eiusdem epitaphium scribit Sidonius lib. 2. epist. penultima ad S.
E Volusianum Turonorum episcopum.

3 Eadburgæ vitam scripsit Osbertus de Stocke: quæ incipit, Fidelibus in Christo sororibus. Claruit anno 1136. Ex catalogo Britannico.

4 Landelini breuem historiam habet Surius, quæ Crispinij extat MS. ea est auctore Philippo abbate Bonæ spei.

Decimosexto Calendas Iulij, luna 16. Iun. F

2. 13. 23. 5. 16./ 26. 8. 18. 29. 11./ 22. 3. 14. 24. 6./ 17. 27. 9. 19.

IN Galliis apud vrbem Vesontionem, sanctorum martyrum, Ferreuli presbyteri, & Ferrutionis diaconi: qui à beato Irenæo episcopo ad prædicandum verbum Dei missi, postea sub Claudio iudice excruciati pœnis, gladio feriuntur. Apud Antiochiam, natalis sanctorum martyrum, Cyrici, & 1

Iulittæ matris eius: qui post dira verbera, & grauia tormenta, martyrij sui cursum obtruncati one F
capitis impleuerunt. b *Passi sunt cum eis & alij quadringentiquatuor.* Lugduni, depositio beati A ure-
liani, episcopi Arelatensis. Ciuitate Namnetis, sancti Similiani, episcopi & confessoris. b *Et in ci-*
2 *uitate Maguntiaco, passio sanctorum Aurei & Iustinæ sororis eius, qui ab Hunis vastantibus Germaniam, in e ccle-*
sia occisi sunt. g *Die decimasexta, sancti clarique miraculis, Tychonis Amathontæi.*
3 ¶ q *In Eischel Constantiensis diœcesis, eleuatio sanctarum virginum, Cunegundis, Mechtundis & Vvib randis,*
Bergis, p *translatio sanctæ Levvinnæ virginis & martyris. Monasterio Sithiu, inuentio pretiosissimi c orporis*
sancti Bertini: quod repertum est sub capitaneo altaris sancti Martini, vbi olim à beato Folquino translatum, & re-
conditum fuerat, anno octingentesimo quadragesimosexto. Iacuit autem ducentis & sex fermè annis, cum p r imitus
in sepulchro suo quieuisset centum & quadraginta nouem annis.

Turpinus cap. 21. & seq. In Galliis, Rolandi comitis Cenomanensis, Oliuerij, & sociorum: qui iuxta Pompelonem sub Pyrenæis monti-
bus pro Christo pugnantes, Carolo magno imperante occubuerunt. In Aquiria monasterio Brabantiæ, obiit Lut-
4 gardis, abbatissa, magnæ deuotionis virgo.

ANNOTATIONES.

1 Quirici & Iulittæ martyrium habet Simeon Metaphrastes. Gelasius inter apocrypha n umerat passionem Cyrici G
& Iulittæ, quæ ab hæreticis perhibetur composita. Sed Aloysius notat canonem hunc non de Græca hac, sed de La-
tina historia mentionem facere, quæ ab ista longè diuersa est. Incipit Latina in MS. Domino fratri & coëpiscopo
Sozimo Theodorus. Chronicon Elnonense anno 930.

Hucbaldus, famam cuius per climata mundi
Edita Sanctorum modulamina, gestáque, clamant:
Hic Cyrici membra pretiosa, reperta Niuernis,
Nostris inuexit oris; scripsitque triumphum.

2 De Auræo (vel Aureo potius) & Iustina, breuiter Breuiarium Moguntinum, & Cochleus in catalogo de episco-
pis Moguntiæ, quem Vvalafrido subiunxit. Annotatum est ad dictum Breuiarium, quòd feratur libellus perscri-
ptus de miraculis Auræi, ad Adelbertum episcopum circa annum 1137.
3 Cunegundis, Mechtundis, Vvibrandis, & Christiana translatæ sunt & eleuatæ anno 1504. iam antea canoniza-
tæ. Processus eleuationis extat excusus, circa eundem annum.
4 Lutgardis historiam conscripserunt, Guilelmus Affliginiensis, MS. & Thomas Cantipratensis Louanij Domi- H
nicanus, libris tribus, quos habet Surius.

17. Iun. G — Decimoquinto Calendas Iulij, luna

3. 14. 24. 6. 17./ 27. 9. 19. 1. 12./ 23. 4. 15. 25. 7./ 18. 28. 10. 20.

1 ROmæ, natalis sanctorum martyrum ducentorum sexaginta duorum: qui positi sunt via Sala-
ria veteri ad cliuum cucumeris. Eodem die, sancti Vvlmari confessoris, admirandæ sanctita-
2 tis, & religionis viri. Aurelianis, sancti Auiti, presbyteri & confessoris. b *cuius vita miraculis coru-*
scabat. Hic inter alia facta quendam monachum defunctum in ecclesia, cæteris fratribus somno grauatis, oratione
fusa ad Dominum, à morte suscitauit. Apud Viennam sancti Domnoli episcopi. † q *In pago Biturico, sancti Gun-*
dolphi, episcopi & confessoris. Eodem die, sancti Possemij sacerdotis, miræ simplicitatis viri. In monasterio, quod
Harea nuncupatur, sancti Iuliani confessoris. Eodem die, Botulphi abbatis. Cremonæ, sancti Himerij episcopi
Æmiliæ, & confessoris. g *Die decimaseptima, sanctorum martyrum,* * *Manuelis, Sabelis & Ismaelis.* I
¶ q *In Constantiensi diœcesi, eleuatio Christianæ virginis.*

† in redimēdis captiuis piissimi. Ado Vien. an. 604
** De his tribus Metaphr.*

Item Pisis, sancti Ranerij nobilis ac postmodum peregrini: qui cum Hierosolyma visitasset, abstinentia & pieta-
te clarus, obiit anno salutis millesimo centesimo sexagesimoprimo. In Arabia, raptus in cælum sancti Eliæ, pro-
phetæ Domini, & Carmelitanæ religionis patriarchæ, qui tantam inuenit coram Domino gratiam: vt verbo clau-
deret & aperiret cælum. Item Fulconis † martyris, Remensis episcopi, qui pro libertatis ecclesiæ defensione est
interemptus.

Acta Eliæ habentur à 3. Regum 17. vsque 4. Reg. 2.
† Regino anno 902.

ANNOTATIONES.

1 De Vvlmaro partem historiæ habet Surius.
2 De Auito verò Gregorius Turon. de gloria confessorum cap. 99. & apud Surium mutato ferè stylo historia
contexta à quodam sancti viri propè æquali.

al. Halenę. *Die Dominica ante natalem Baptistæ.* p *In Foresto, sanctæ* * *Helenæ virginis & martyris: quæ Leuoldi regis*
gentilis filia vnica iussu patris martyrium tulit: post mortem tot clarens maraculis, vt illis excitatus Leuoldus pater
eius, fidem Christi, baptismi gratiam, simul & peccatorum veniam acceperit. Huius sacræ virginis corpus, in mo- K
nasterio Forestensi, Ordinis sancti Benedicti, propè Bruxellam quiescit.

18. Iun. A — Decimoquarto Calendas Iulij, luna

4. 15. 25. 7. 18./ 28. 10. 20. 2. 13./ 24. 5. 16. 26. 8./ 19. 29. 11. 21.

ROmæ, via Ardeatina, natalis sanctorum martyrum Marci & Marcelliani fratrum: qui à duce Fa-
biano tenti, & ad stipitem ligati, in pedibus acutos acceperunt clauos. Cúmque demum non
cessassent laudare Christum, lancea per latera transfixi, cum Christum etiam in pœnis confiteren-
tur, tam diu cruciati sunt, quoadusque per coronam martyrij ad siderea regna migrauerunt. In
Hispaniis, ciuitate Malaca, sanctorum martyrum, * Syriaci & Paulæ virginis: qui post multa tor-
menta

Gesta Sebastiani tom. 1. pag. 434.
** Cyria.*

A menta sibi illata, lapidibus obruti, inter saxa animas cælo reddiderunt. *In territorio Senonensi apud Cel-*
las, depositio beati Fortunati, episcopi & confessoris: qui Vercellis ciuitate oriundus, & à primæuæ ætatis flore peritiæ
literarum traditus, micante studio Longobardorum philosophus, deindè verò à beato Germano Parisiorum episcopo
cognitus, vitam sancti Marcelli prædictæ vrbis antistitis, totius mundi gyramini, indubitanter patefecit. In Lipara,
Calogeri monachi sanctissimi: de quo videtur Gregorius in quarto dialogorum mentionem facere. g *Die decima-* *cap. 30.* 1
octaua, sancti martyris Leontij.
Ciuitate Burdegala, sancti Amandi, episcopi & confessoris. Sconaugiæ obiit Elizabeth, virgo sanctimonialis, cui 2
multa secreta à Domino sunt reuelata.

ANNOTATIONES.

1 De Leontij martyrio cōmentaria cōscripsit Cyrus quidā scriba in tabulis plumbeis, & apud sancti martyris mo- *apud Metaphrastem.*
numentū ea deposuit, vt iis qui postea futuri sunt, optimū relinqueret exemplum in Christo Iesu Domino nostro.
2 Elizabeth vita per Ecbertum cœnobitam Sconaugiæ, edita est à Fabro, in libro trium virorum, & trium spiritua-
lium mulierum. Tritthemius de scriptoribus Germaniæ testatur Einichonem abbatem Sconaugiæ multa scripsisse
B prosa & metro, è quibus legit tantùm de laudibus diuæ virginis Elizabeth Sconaugiensis.

Decimotertio Calendas Iulij, luna — 19. Iun. B

5. 16. 26. 8. 19./ 29. 11. 21. 3. 14./ 25. 6. 17. 27. 9./ 20. 1. 12. 22.

MEdiolani, natalis sanctorum, Geruasij & Protasij fratrum, ex quibus priorem tandiu iussit Asta- 1
sius Comes plumbatis cædi, quousque exhalaret spiritum: sequentem verò fustibus cæsum ca-
pite truncari. Horum sepulcra sanctus Ambrosius Domino reuelante reperit, & ita incorrupta eo-
rum corpora, ac si eodem die fuissent interempti. Apud Rauennam, sancti Vrsicini martyris, qui sub
iudice Paulino, post nimia tormenta, in confessione Domini immobilis permanens, capitis absci-
sione martyrium compleuit. r *Item sancti Romualdi confessoris.* 2
¶ q *Bisontij, commemoratio sancti Stephani.*
¶ Cum enim protomartyris brachium auro & gemmis præparatum, à furibus esset sublatum, populus lamentaba-
tur vitam suam perditam esse in brachio patroni. Quem tumultum piscatores audientes, monstrarunt populo san- *De Sozimo Metaphrast.*
C ctum brachium nudum, cum lumine in sicco inter aquas positum: & omnes simul videntes, indubitatam fidem eius
miraculi posteris reliquerunt. In vrbe Cononensium, sancti Sozimi martyris.

ANNOTATIONES.

1 De Geruasio & Protasio habet Surius Metaphrastem/ Ambrosij epistolam ad fratres per omnem Italiam/ eius-
dem epistolam 85. ad sororem, & sermonem 91. Meminerunt etiam Augustinus sermone 168. de diuersis/ & lib.
21. de ciuit. Dei, cap. 8./ Paulinus in vita Ambrosij circà initium/ & Gregor. Turonicus in laudem martyrum cap. 4.
vbi citat epistolam beati Paulini.
2 Romualdi confessoris vitam descripsit luculento sermone eloquentissimus vir Petrus Damianus, episcopus &
Cardinalis, vt scribit S. Antoninus parte secunda tit. 15. cap. 15. Habet eum Surius. Translatio autem corporis sancti
patris Romualdi, sacræ eremi Ordinis Camaldulensis institutoris, excusa est Florentiæ, in 8. anno 62.

Duodecimo Calendas Iulij, luna — 20. Iun. C

6. 17. 27. 9. 20/ 1. 12. 22. 4. 15./ 26. 7. 18. 28. 10./ 21. 2. 13. 23.

D ROmæ, depositio sancti Nouati, fratris Timothei presbyteri: qui ab Apostolis in fide eruditi sunt.
Horum sorores fuerunt beata Potentiana & Praxedis, sacræ virgines Christi. b *in quarum gestis*
de eo scribit Pastor, a *ad prædictum Timotheum germanum eius.* Ciuitate Tomis, sanctorum Pauli & Cy-
riaci. *Ciuitate Sagiensi, beati Latuini, præfatæ vrbis episcopi, & confessoris. Fontanellensi cœnobio, natale sancti Baini* *Apud Adonem.*
episcopi & confessoris. Trunciny, p *depositio sanctæ Aldegundis virginis, filiæ beati Basini, regis & martyris.* 1
r *Ipso die, sancti Siluerij, papæ & martyris. Eodem die, sanctæ Florentiæ virginis.* g *Die vigesima, sacrosancti*
martyris Methodij episcopi Pateræ.
¶ q *Bergis,* p *gloriosa translatio sancti Osvualdi regis, & sanctæ Idabergæ virginis.*

ANNOTATIO.

1 De Siluerio, Pontificale cap. 60./ ipse ad Amatorem/ & Liberatus breuiarij cap. 22. tomo 2. Concil.

Vndecimo Calendas Iulij, luna — 21. Iun. D

7. 18. 28. 10. 21./ 2. 13. 23. 5. 16./ 27. 8. 19. 29. 11./ 22. 3. 14. 24.

E APud Siciliam ciuitate Syracusana, natalis sanctorum martyrum, Rufini & Martiæ. Romæ, san-
ctæ Demetrię virginis. Hæc cum ante impium Iulianum pro fide Christi introduceretur, in *De Demetr. gesta viginti.*
confessione spiritum emisit. In pago Madriacensi, sancti Leutfredi confessoris, qui in monumētum
eximiæ sanctitatis, orationibus suis fontem produxisse fertur de terra. In Africa sanctorum Quiria-
ci & Apollinaris. *Eodem die, sancti Martini, Tungrensis ecclesiæ episcopi, & confessoris, qui conuertit Hasba-*
nos, & multis claruit miraculis. b *In Moguntia, natale sancti Albani Martyris.* g *Die vigesimasecunda, sacro-* 1
sancti martyris Iuliani Tarsi.
¶ Palæstinæ, sancti Eusebij episcopi & confessoris, viri excellentissimi ingenij, & historiographi. 2

ANNOTATIONES.

1 De Albano. Tritthemius in chronicis Hirsaugiæ. Rupertus monachus in monasterio sancti Albani scholæ præsi-
dens, vitam & passionē sancti Albani metricè descripsit, circa annum 892. Idem in epist. ad Albertū archiepiscopum

Moguntinum, refert Sigehardum monachum S. Albani, scripsisse eius vitam anno 1297. Ad huius distinctionem Colonienses Albanum ex Britannia ad se allatum, vsitatius Albanum nuncupant. F

2 De Eusebio ex Socrate lib. 2. cap. 3. & lib. 4. tripartitæ cap. 3. Eusebius cognomento Pamphilus, Cæsariæ Palæstinæ episcopus, mortem obiit, & Acacius eius discipulus in illum successit episcopatum: qui librum de vita præceptoris sui Eusebij, conscripsit. Fidem Nicenam approbat apud Socratem lib. 1. cap. 5. / lib. 2. cap. 17.

22. Iun. E

Decimo Calendas Iulij, Iuna

8. 19. 29. 11. 22. / 3. 14. 24. 6. 17. / 28. 9. 20. 1. 12. / 23. 4. 15. 25.

1 IN Britannia, sancti Albani martyris: qui tempore Dioclitiani, in Verolamio ciuitate post verbera & tormenta acerba, capite plexus est. Passus est etiam cum illo vnus de militibus, eo quòd eum iussus ferire noluerit. a *Quo in tempore persecutio crudelis Oceani littus transgressa, etiam Aaron & Iulium* † *Britanniæ, cum aliis pluribus viris ac fœminis, felici morte damnauit.* Apud Nolam Campaniæ, natalis beati

hoc est, in Britannia.

2 Paulini episcopi & confessoris: cuius meminit sanctus Gregorius in libro dialogorum. Claruit autem non solùm eruditione, & copiosa vitæ sanctitate, sed etiam potentia aduersus dæmones. Ipso die, depositio sancti Niceæ, † Romatianæ ciuitatis episcopi. p *In pago Hainnocensi, super fluuium Hagnam, depositio sancti Domitiani confessoris: qui beato Landelino in peregrinatione sua comes individuus existens, & ab eodem in loco eodem eremita constitutus, multis clarus virtutibus, migrauit ad Christum, & modò cum suo magistro felix requiescit Crispinio.* r *Apud Alexandriam, in monte qui vocatur Ararath, passio sanctorum martyrum decem milium crucifixorum. Eodem die, sanctæ Consortiæ virginis,* q *in Cluniaco cœnobio. In monasterio Sithiu,* p *sanctæ* * *Ortrudis virginis.* g *Die vigesimasecunda, sancti hieromartyris Eusebij, episcopi Mosatensium.*

Gennadius de vir. ill. c. 22.

G

3

q Rotrudis.

¶ In Frisia iuxta Groningam, translatio Vualfridi martyris, Therasiæ vxoris eius, & Ratfridi filij. Item beatæ memoriæ Iohannis Phisceri, episcopi Roffensis & martyris: qui verum egit episcopum vitæ sanctimonia, assiduitate docendi, voce & scriptis, liberalitate & benignitate in egenos ac studiosos. Mancipatus est diutissimo carceri propter adulterij detestationem, & tandem propter vnitatem fidei & ecclesiæ, quam tuebatur, ceruice securim excepit, anno supra sesquimillesimum trigesimoquinto. Thomas autem Morus in gloria martyrij paucis diebus eum præcessit.

ANNOTATIONES.

1 De Albano Gildas in excidio Britanniæ, & post eum fusius Beda lib. 1. historiæ gentis suæ cap. 6. 7. / Surius quoque pag. 532. / Item ex catalogo Britannico. Albani martyris vitã, quæ incipit, Quisquis beatorum martyrũ gloriosa / scripsit anonymus scriptor Britannus, cuius floridum opus, imò luculentum ac venustum, viuit, perpetuóque viuet per exemplaria, quandiu mundus durauerit. Claruit anno 590. Vvvonus presbyter scripsit vitam Albani martyris. Claruit anno 970. H

2 De Paulino, Ambrosius epist. 36. / Hieronymus epist. 13. Paulino / Augustinus lib. 1. de ciuit. Dei cap. 10. / epist. 34. & 35. / Prosper de vita contempl. cap. 9. / Gregorius papa lib. 3. dial. cap. 1. & 2. / Greg. Turonensis de gloria confessorum cap. 107. / Paulus diaconus & alij / item Vranius presbyter pag. 733. Surij.

3 Decem millium passio MS. inscribitur quo ad versionem Anastatio bibliothecario: doctis tamen quædam displicent in ea.

23. Iun. F

Nono Calendas Iulij, Iuna

9. 20. 1. 12. 23. / 4. 15. 25. 7. 18. / 29. 10. 21. 2. 13. / 24. 5. 16. 26.

† Gesta vigmenij.

† De quo passio Multiola.

VIgilia sancti Ioannis Baptistę. Eodem die, sancti Ioannis presbyteri, † quem Iulianus inauditum, via salaria veteri ante simulacrum Solis, decollari præcepit: b *eiúsque corpus à beato Concordio presbytero collectum, & sepultum est, iuxta concilia martyrum.* In Tuscia, ciuitate Sutrina, sancti Felicis † presbyteri: cuius os tandiu iussit Turcius præfectus lapide contundi, donec emitteret spiritum. In Britannia, natalis sanctæ Ediltrudis, virginis & reginæ: cuius corpus cum vndecim annis esset sepultum, incorruptum inuentum est. p *Laubiis, Hidulphi ducis, & confessoris.* g *Die vigesimatertia, sanctæ martyris Agrippinæ.* I

¶ Ogniaci, transitus beatę Mariæ, ibidem reclusæ. Cameraci obiit anno millesimo septuagesimosexto in monasterio sancti sepulcri, p dominus Lietbertus episcopus Cameracensis.

ANNOTATIONES.

1 Ediltrudis siue Edildridæ vitam scribit venerab ilis Beda lib. 4. historiæ gentis Anglorum cap. 19.

2 Mariæ Ogniacensis vitam sanctissimam libris duobus conscripsit doctissimus episcopus & Cardinalis Iacobus de Vitriaco, qui in Belgio crucem Legarus præ dicauit contra Albigenses. Extant pag. 741. Surij.

Octauo Calendas Iulij, Iuna

10. 21. 2. 13. 24. / 5. 16. 26. 8. 19. / 30. 11. 22. 3. 14. / 25. 6. 17. 27.

24. Iun. G

NAtiuitas beati Ioannis Baptistæ & præcursoris Domini: *Cuius natiuitatem, vitæ austeritatem, prædicationem, & passionem, sacra Euangelica pandit historia.* In territorio Parisiacensi, vico * Cristoilo, passio sanctorum, Agoadi & † Agliberti, cum aliis innumeris promiscui sexus. Augustoduno, depositio sancti Simplicij episcopi. *Antisiodori, sancti Heiri, viri sanctissimi. In pago Pictauensi, sanctæ Pecinnæ virginis. Eugardiæ, natalis sancti Oduini presbyteri & martyris.* K

1

al. Cristolio. *al.* Glib.

2

ANNOTATIONES.

1 De Baptista multa collegit Aloysius: quæ habentur parte 1. / & apud Surium. De eodem Bernardi sermo in illud

A in illud Ioan. 3. Ille erat lucerna ardens ac lucens. Cyrillus Hierosolym. catechesi 3. &c. Item liber primus D. Ganisij, De verbi Dei corruptelis.

2 De Simplicio, Greg. Turonensis cap. 74. 76. 77. de confess.

Septimo Calendas Iulij, Iuna

11. 22. 3. 14. 25. / 6. 17. 27. 9. 20. / 1. 12. 23. 4. 15. / 26. 7. 18. 28.

25. Iun. A

Act. 20.

APud Pyrrhi Berœam, sancti Sosipatris, discipuli beati Pauli Apostoli. In Alexãdria, sancti Gallicani martyris: qui, cum triumphalibus infulis sublimatus, acceptus esset Augusto Constantino, & charus, per ipsius filiam, nomine Constantiam, ac Christi martyres, Ioannem & Paulum, ad fidem conuersus est. Huius sacræ opinionis fama, póstmodum in toto orbe in tantum excreuit, vt ab oriente & occidente venientes, viderent virum expatritio & consule, lauantem pedes pauperum; ponentem mensam, aquam manibus effundentem, languentibus solicitè ministrantem, & cætera sanctæ seruitutis officia exhibentem. Ipse verò postea cum sacrificare cogeretur sub Iuliano, & contemneret, percussus gladio in corpore, Christi martyrem se fecit. Romæ, sanctæ Luciæ virginis, cum aliis viginti duobus, b *& Acciæ regis.* p *Laubiis, beati Theodulphi, episcopi & confessoris.* r *In Taurino,* B *sancti Maximi, episcopi & confessoris. Item, sancti Prosperi episcopi.* p *In Egmunda, partium Hollandiæ, sancti Adelberti, confessoris & Leuitæ.* q *Bisontij, sancti Antidij, episcopi & martyris: qui à Vvandalorum rege obfidem Christi est occisus. In Gemeliaco, natalis sanctorum Amandi & Domnoleni confessorum.* g *Die vigesimaquinta, sanctæ hostiomartyris Febroniæ.* 1 2 3 4

¶ r *Eodem die, in basilica sancti Marci Euangelistæ Venetiis, apparitio eiusdem. Eodem die, translatio sancti Eligij, episcopi & confessoris.* p *item in Dauentria, sanctorum confessorum Lebuini, & Radbodi.* q *Truncinij* p *translatio corporis sancti Gerulphi martyris.* q *In Stabuleto monasterio,* p *translatio sancti Remacli. Eodem die, sancti Vindeciani Cameracensis episcopi.*

ANNOTATIONES.

1 Gallicani martyrium scribit Terentianus, in passione Ioannis & Pauli 26. Iunij.

2 Prosperi vitam habet Surius, authore Ioanne Antonio Flaminio Imolensi.

3 Adalberti verò per cœnobitas Medelocenses, qui eam conscripserunt iussu Egberti episcopi Treuirensis, filij Theodorici iunioris, Comitis Hollãdiæ, circa an. 990. Est & altera Adalberti historia MS. per monachũ Hæcmũdæ.

C 4 Febroniæ vitam & martyrium scripsit Thomais sanctimonialis, apud Metaphrastem die 15. Iunij.

26. Iun. B

Sexto Calendas Iulij, Iuna

12. 13. 4. 15. 26. / 7. 18. 28. 10. 21. / 2. 13. 24. 5. 16. / 27. 8. 19. 29.

1

ROmæ, natalis sanctorum Ioannis & Pauli fratrum: quorum primus, præpositus: secundus, primicerius Constantiæ virginis, filiæ Constantini, fuit. Qui postea sub Iuliano, martyrij palmam gladio cædente perceperunt, b *misso Terentiano campi ductore, intra domum propriam decollati: qui tamen postea Christianus factus est:* a *& ab ipso Terentiano descripta est passio horum martyrum.* Apud Tridentinam vrbem, sancti Vigilij episcopi: qui sub Stilicone consule pro Christi nomine magno imbre lapidum percussus, martyrium compleuit. In pago Pictauensi, sancti Maxentij, presbyteri & confessoris glorioſi in miraculis. Eodem die, sanctæ Perseuerandæ virginis. *Legionensi ciuitate, sancti Pelagij martyris.* In † portu Valencianas sancti Saluij martyris, p *& episcopi, qui ab Abbia ciuitate sua in Gallias cum vno comite ad prædicandum veniens, & in villa illa quæ dicitur Beuticum, à Vvinegardo filio Genardi, clam comprehensus, & in capite securi percussus, vnà cum supradicto comite martyrium suscepit. Qui ambo in stabulo re-* D *conditi, ibique ab Angelis honorificè custoditi, sicut in libro de passione eorum* * *inuenitur, post tres annos reuelatione diuina ab imperatore Carolo magno inuenti, & in loco vbi nunc iacent sepulti, vsque hodie signis & miraculis cõruscant. Sexto Calendas Iulij, sancti Baboleni abbatis & confessoris.* g *Die vigesimasexta, sancti patris Dauid Thessalonicæ.* 2 al. fisco. * apud nos.

¶ Item, obitus sanctæ memoriæ Anthelmi, episcopi Bellicensis, & confessoris, ordinis Carthusiensis. 4

ANNOTATIONES.

1 De Ioanne & Paulo martyrij gesta habet Surius authore Terentiano campi ductore, qui decollationi præfuit.

2 De Pelagio. Rosuitha Saxo sanctimonialis Gandersheimensis, Norimbergæ impressa anno 1501. in epilogo carminum. Seriem martyrij sancti Pelagij quidam qui eiusdem ciuitatis est indigena, mihi exposuit, qui ipsum pulchertrimum virorum se vidisse, & exitum rei veraciter attestatus est cognouisse. Incipit ipso authore:

Inclyte Pelagi martyr fortissime Christi.

3 Saluij historia, & socij extat MS. & vetusto stylo, & recentiori.

E 4 Anthelmus Prior fuit maioris Carthusiæ / postmodum episcopus: cuius vitam habet Surius per eius æqualem & familiarem.

27. Iun. C

Quinto Calendas Iulij, Iuna

13. 24. 5. 16. 27. / 8. 19. 29. 11. 22. / 3. 14. 25. 6. 17. / 28. 9. 20. 1.

APud Galatiam, beati Crescentis, discipuli sancti Pauli Apostoli: qui in Gallias transitũ faciens, verbo prædicationis multos ad fidem Christi conuertit. Rediens verò ad gentem, cui specialiter episcopus fuerat datus, Galatas vsq; ad beatum finem vitæ suæ, in opere Domini confortauit. Cordubæ, sancti Zoili martyris, cum aliis decem & nouem: cuius corpus, cum longo tempore vbinam sepultum fuerit, latuisset, venerabili episcopo ciusdem loci, nomine Agapio, ex diuina reuelatione manifestatum est. r *In Hungaria ciuitate Varadiensi, sancti Ladislai, regis & confessoris, qui clarissimis miraculis vsque in hodiernum diem coruscat.* q *Cathalaunis, sanctæ Pomæ virginis, sororis sanctissimi Memij.*

Crispinij, p *depositio beatissimi Adelini confessoris Christi. Hic à beato Landelino, super fluuium Hon constitutus* F
vt Christi athleta vitam virtutibus adornatam sedulò ducens, migrauit ad Christum. In quo loco sepultus fuisse vrediturvt miracula crebra monstrauerunt: sed postea Crispinio translatus, cum magistro suo adesse monstratur. g *Die*
De Sampsone Metaphr. *vigesimaseptima sancti patris Sampsonis, hospitum exceptoris.*

¶ b *In Epheso ciuitate festiuitas celebratur septem fratrum dormientium hoc est, Maximiani, Malchi, Marciani,*
Hoia monasterio. *Dionysij, Ioannis, Serapionis, Constantini.* q † *Hoia insula, translatio sancti Florentij confessoris.* p *In Gandauo*
eleuatio sancti Liuini martyris, & translatio secunda corporis ipsius.

ANNOTATIO.

1 Crescentis mentio fit 2. Tim. 4./ 3. hist. ecclesiast. cap. 4. ab Adone Viennensi anno 59. & 101./ à Grutero præ-
28. Iun. D fatione in Clementem.

Quarto Calendas Iulij, Iuna
14. 25. 6. 17. 28./ 9. 20. 1. 12. 23./ 4. 15. 26. 7. 18./ 29. 10. 21. 2.

De Leone 2. pontificale cap. 82. VIgilia Apostolorum Petri & Pauli: & natalis beati Leonis papæ & † 1 *confessoris.* b *qui sedit Ro-* G
† doctoris. *mæ menses decem. Hic eloquentissimus, & Græca Latináque lingua eruditus, sanctam sextam synodum fecit,*
quæ in regia vrbe celebrata est: vbi damnati sunt Cyrus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Macarius, Stephanus, &
Polychronius, nouus Simon, qui vnam voluntatem & operationem in Domino Iesu Christo prædicabant. Apud Lu-
De viris illustrib. cap. 45. 1 gdunum Galliæ, sancti Irenæi, episcopi & martyris: quem constat beati Polycarpi sacerdotis & martyris fuisse discipulum, vt scribit Hieronymus, & Apostolicorum temporum vicinum. Postea verò
persecutione Seueri, cum omni ferè ciuitatis suæ populo, glorioso coronatus est martyrio. Alexan-
2 driæ, sanctorum martyrum, Plutarchi, Sereni, Heraclidis, Herois, b *item Sereni*, Potamiænæ, Marcellæ, cum aliis tribus. Inter quos præcipuè emicuit Potamiæna virgo, quæ prin ò immensos & innumeros agones pro virginitate desudãs, deindè etiam pro martyrio exquisita & inaudita tormenta perpessa, ad vltimum igni consumpta est.

¶ g *Die vigesimaoctaua, reportatio reliquiarum sanctorum Cyri & Ioannis, qui miraculis claruerunt.* p *Item*
Traiecti, Benigni martyris, atque pontificis. H

ANNOTATIONES.

1 De Irenæo Eusebius lib. 5. historiæ cap. 4. 7. 8./ Rufini etiam tertio.
2 De Plutarcho & collegis, Eusebius lib. 6. cap. 4./ de Plutarcho etiam cap. 3./ Rufinus cap. 3. 4. 5.

29 Iun. E Tertio Calendas Iulij, Iuna
15. 26. 7. 18. 29./ 10. 21. 2. 13. 24./ 5. 16. 27. 8. 19./ 30. 11. 22. 3.

ROmæ, natalis beatorum Apostolorum Petri & Pauli: qui passi sunt sub Nerone Cæsare, quorum prior in eadem vrbe, iuxta viam triumphalem, totius orbis veneratione celebratur: sequens verò in Ostiensi sepultus, pari habetur honore. Eodem die, sancti Marcelli martyris, qui apud castrum Argentomacum, pro fide Christi, vnà cum Anastasio militari viro, capite plexus est. In territorio
al. Beatę virginis. Senonico, † beatæ Benedictæ virginis.

ANNOTATIO.

1 De Petro & Paulo multa habent Aloysius parte 1. & Surius tomo 3. quæ alterutro loco requirantur. Mirum au-
tem placere Iacobo Fabro, Lini nomine, de passione beati Petri scriptum, matronas Romanas à virorum tori pu- I
dicitiæ prætextu abducentis. Claudius Espencæus lib. 6. de continentia cap. 2. Habent autem Vsuardi exemplaria
quæcunque consului, Basso & Tusco (aliàs Fusco) consulibus: sed manifestò errore: iis enim consulibus passus est
Laurentius. Neque Vsuardi esse hoc somnium, inde colligo, quòd is putarit Petrum & Paulum diuersis annis pas-
30. Iun. F sos esse: de quo die sequenti. Errorem itaque sustuli.

Pridie Calendas Iulij, Iuna
16. 27. 8. 19. 30./ 11. 22. 3. 14. 25./ 6. 17. 28. 9. 20./ 1. 12. 23. 4.

1 COmmemoratio sancti Pauli Apostoli: quem cum beato Petro cruce appenso, cælum gladio ne-
Anacl. epist. 3./ Gelas. de apocryphis. catum excepit vna *eadémque die, iuxta traditionem beatorum pontificum, Anacleti & Gelasij.* Romæ,
beatissimæ 2 Lucinæ, discipulæ Apostolorũ. Lemouicas ciuitate, sancti 3 Martialis episcopi, cũ duobus presbyteris, Alpiniano & Austricliniano, quorum vita miraculorum signis admodum effulsit. Ipso die, sancti Corsici presbyteri, & Leonis subdiaconi. In territorio Viuariensi, sancti Ostiani, presbyteri & confessoris. *Eodem die, sancti Odonis, episcopi Vrgellensis. Orpij, sanctæ Adiliæ virginis.* K

¶ g *Die trigesima, congregatio sanctorum & benedictorum duodecim Apostolorũ.* p *Eodem die sanctæ Clothsendis virginis.*

Quæ non est canonizata. In Brabantia, transitus fratris Arnulphi de Bruxella, conuersi monasterij Villarien-
† *per Gosuinũ cantorem.* sis: vbi miranda sanctitatis eius gesta habentur.†

ANNOTATIONES.

1 Commemorationis festum instituit Greg. 1. vt est cap. 42. Micrologi. Quod ad lectionem attinet, vetustus Vsuar-
In Adda ad finem. di codex habet [vna, non tamen eadem die, sed euoluto anni tempore, vt vir diſertus Arator scribit.] Sed maiores nostri, præter vocem vna, rotam hanc sententiã, velut improbabilẽ deleuisse videtur, quidam etiam aliã reposuerunt.
2 De Lucina, Ado, ex passione Processi & Martiniani.
3 Martialis historia est excusa Lutetiæ an. 66. cum Pseudoabdia, nomine Aureliani episcopi, qui Martiali succesſit.

A # IVLIVS HABET

DIES XXXI.

Calendis Iulij, Iuna E Iul. G
17. 28. 9. 20. 1./ 12. 23. 4. 15. 26./ 7. 18. 29. 10. 21./ 2. 13. 24. 5. 1.

Octaua sancti Ioannis Baptistæ. p † *Machliniæ, passio sancti Rumoldi, gloriosissimi martyris atque* q *Apud Mali-*
pontificis, Scotorum regis filij, signis & doctrina mirabilis: qui regalis celsitudinis solium, & ponti- *lina.*
ficalis dignitatis respuens honorem, Machliniam petiit, sibi diuinitus reuelatam: quam octauo Calen- 1
das Iulij consecrauit martyrio. Sed quia eadem die sanctissimi Baptistæ & præcursoris Domini cele-
*bratur natiuitas, Romanus pontifex Alexander quartus passionem * martyris in natiuitatis prædictæ* * *nostri.*
B *octauis instituit solemnizari.* In monte Hor, depositio Aaron, sacerdotis primi. In territorio Lugdunen- Num. 20. 33?
si, depositio beati Domitiani abbatis: qui primus illic eremiticam vitam exercuit, & plurimos sibi 2
in Dei seruitio aggregans, magnis virtutibus, & glorioſis miraculis valdè clarus, collectus est ad patres in senectute bona. Ciuitate Engolisma, sancti Eparchij monachi & confessoris. † Anisolæ mo- 3
nasterio, sancti Carilephi presbyteri. In territorio Remensi, sancti Theodorici presbyteri, *discipuli* *al.* Aninsulæ
sancti Remigij: qui eiusdem magistri sui meritis suffragantibus, à mortuis suscitasse asseritur filiam regis Francorum 4 *Theod. vitæ*
Theodorici: idemque rex sanctum defuncti corpus propriis humeris ad sepulchrum euexit. p *Eodem die, solemnitas* *pag. 27. Surij.*
sanctæ Reginæ, q *quæ quieſcit apud Valencenas, in Donomio, monasterio. In territorio Pruuino, sancti Theobaldi*
confessoris. In Britannia sancti Leonorij, episcopi & confessoris. Aruernis depositio beati Galli, episcopi & confess. 5

ANNOTATIONES.

1 De Rumoldo. Sigibertus de viris illustribus cap. penultimo. Theodoricus monachus & abbas sancti Trudonis,
C vitam sancti Rumoldi vrbaniori stylo melioravit. Est cap. 10. manuscripta/ & cap. 24. per scriptorem paulò recentiorem. Eandem ex Teutonico emisit Ioannes Domiins pastor Vvaurianus, impressam Bruxell. anno 69. Maiora tamen his deposcerent magna Rumoldi merita.
2 Aaronis acta leguntur in Exodo, Leuitico, Numeris, Ecclesiastici 45./ ad Hebr. 9./
3 De Eparchio reclauso, Greg. Turonicus lib. 6. historiæ Francorum cap. 8./ & vita per ferè æqualem pag. 29. Surij.
4 Carilephi presbyteri & monachi vita grauiter & eruditè conscripta, est hac die apud Surium.
5 De Gallo episcopo, idem Gregorius lib. 4. historiæ cap. 5. & de vita patrum cap. 5./ pag. 23. Surij.

Sexto Nonas Iulij, Iuna 2. Iul. A
18. 29. 10. 21. 2./ 13. 24. 5. 16. 27/ 8. 19. 30. 11. 22./ 3. 14. 25. 6. 1

VIsitatio glorioſæ virginis MARIAE *ad Elizabeth, à domino Vrbano cum multis indulgentiis instituta.* Ro- Luc. 1. d
mæ via Aurelia, natalis sanctorum, Processi & Martiniani: qui à beato Petro Apostolo bapti- 1
zati, sub Nerone autem oris cõtusionem, equuleum, neruos, fustes, flammas, scorpionésque perpes- 2
D si, nouissimè gladio cæsi, martyrio coronantur. Ipso die, sanctorum trium militum, qui cum beato Apostolo Paulo passi sunt. Item, sanctorum martyrum, Aristonis, Crescentiani, Eutychiani, Vrbani, 3
Vitalis, Iusti, Felicissimi, Felicis, Martiæ, & Symphorosæ: qui omnes apud Campaniã glorioso martyrio coronati sunt. Turonis, depositio sanctæ Monegundis († virginis.) *In Britannia ciuitate Vintonia,* 4 q *religiosa.*
depositio sancti Suuithuni, episcopi & confessoris, cuius merita vsque hodie miraculis coruscant. Babenbergæ, sancti 5 *Vide 30.*
Ottonis episcopi & confessoris †. *Sept. & Surij hic.*
Zonaras to. 3.
¶ g *Die secunda, depositio stolæ sanctissimæ dominæ nostræ Deiparæ in Blachernis.* † p *Dominica secunda post fe-* *pag. 42.*
stum Ioannis, Binchij, translatio sanctorum, Vrsmari, Ermini, Theodulphi, Vlgisi, Amoluini, Abel, Hydulphi, &
Amelbergæ, de ecclesia Lobiensi, in oppidum Binchiense, facta anno millesimo quadringentesimonono.

ANNOTATIONES.

1 Visitationis beatæ Mariæ Euangelicum festum, à Romanis pontificibus institutum est, vt visitatione Deiparæ
E Ecclesia libera sit à scissura, & incursione hostili. Extántque bullæ Vrbani VI. & Bonifacij IX. patte 2. Legẽdæ.
2 De Processo & Martiniano, ipsorum per Rom. Eccles. Notarios Gesta. Eosdem celebrat Gregorius papa, Euangeliorum homilia 32. pag. 42. Surij.
3 Ariston & reliqui, quos Vsuardus nominat; conuertuntur, & dant nomina Polycarpo, in Gestis Sebastiani to. 1. Surij, pag. 442./ in Campania martyrio exilij coronantur, in eiusdem gestis, per Liuinum editis, pag. F. 8.
4 Monegundis vidua fuit, sed sanctimonialis: & ob id virginis nomenclatura honoratur ab Vsuardo. scribit de ea Greg. Turonensis de gloria confessorum cap. 24. remittens lectorem ad librum quem de eius vita conscripsit. Hoc est, ad caput demimumnonum libri de vita patrum.
5 De Svvithuno, ex catalogo Scriptorum Britanniæ. Lamfridus monachus Vintoniæ, scripsit vitam Svvithuni episcopi, lib. 1./ miracul. lib. 1. Claruit anno 980. Vvolstanus Vintonienſis monachus, alumnus Ethelvvoldi episcopi, scripsit Svvithuni translationem; per Ethelvvoldum factam, anno 970./ De miraculis eiusdem/ Gotzelinus Morinensis scripsit viram Svvithuni episcopi, cuius initium est, Glorioso rege Anglorum Egberto. Claruit an. 1110. Extat autem epitome eius apud Surium.

3 Iul. B

Quinto Nonas Iulij, Iuna
19.30.11.22.3./14.25.6.17.28./9.20.1.12.23./4.15.26.7.

1 APud Edessam Mesopotamiæ, translatio corporis sancti Thomæ Apostoli. Ciuitate Clusina, sanctorum martyrum, Irenæi diaconi, & Mustiolæ nobilissimæ matronæ: qui passi sunt sub
2 Aureliano principe. In Laodicia Syriæ, sancti Anatolij episcopi, qui non solùm religiosis viris, sed & philosophis admiranda scripta dereliquit. Alexandriæ, sancti martyris Tryphonis, & aliorum duodecim. Item Constantinopoli, sancti Eulogij. *In Ooſtkercka, burgo Flandriæ, sancti Guthagoni confessoris, regis Scotiæ, qui ibi peregrinus pro Christo in pace quieſcit.* g *Die tertia, sancti martyris Hiacynthi, & sancti patris Anatolij, episcopi Constantinopolis.* q *Eodem die, Vvibrandis & Mechtundis virginum, quæ in Eischel quieſcunt.*

¶ Ipso die, apud Neocæsaream Ponti, natalis beati Gregorij episcopi.
Quem Romana ecclesia & Græcanica ponunt mense Nouembri. Item, beati Heliodori, episcopi Altinensis.

ANNOTATIONES.

1 De Irenæo, Mustiola, & Felice, extant gesta martyrij, quod in Tuscia pertulerunt pag. 76. Surij.
2 De Anatolio, Eusebius lib. 7. hist. ecclesiasticæ, cap. 26./ Rufini 28.

4 Iul. C

Quarto Nonas Iulij, Iuna
20.1.12.23.4./15.26.7.18.29./10.21.2.13.24./5.16.27.8.

1 OSeæ prophetæ r *& Aggæi prophetæ.* Turonis, translatio beati Martini episcopi & confessoris: & ordinatio episcopatus eius: r *& dedicatio basilicæ ipsius.* In Africa, sancti Iucundiani martyris in mare mersi. Apud Sirmium, sanctorum martyrum Innocētij & Sebastiæ, cum aliis triginta. In territorio Biturice ciuitatis, sancti Lauriani episcopi: cuius caput Hispalim ad Hispanias deportatum
2 est. *Apud prouinciam Rhetiam, ciuitate Augustana, natalis beati Vdalrici, episcopi & confessoris: qui multis & inauditis miraculis claruit. Apud Blanciacum, depositio sanctæ Bertæ piissimæ abbatissæ: quæ ibidem vitam finiuit in pace, multis in eodem loco virtutum signis vsque hodie refulgens.* g *Die quarta, sancti patris Andreæ Cretensis, Hierosolymitani.*

ANNOTATIONES.

1 De Martini translatione, ordinatione, & basilica, Gregorius Turonensis lib. 2. hist. cap. 14./ Capitulum castri noui epist. 2. cap. 10. Guibertus abbas Gemblacensis in epistola de scriptoribus signipotentis Martini. Odo (primus abbas Cluniacensis) historiam translationis corporis sancti Martini in Burgundiam, & relationis in Turoniam, inauditis eatenus & incomparabilibus plenam miraculis, ad Fulconem, cognomento Bonum, Andegauorum Comitem, luculento sermone descripsit/ Adelbaudus, Vltraiectensis episcopus, cantum nocturnalem in eius laudem composuit: triumphum quoque ipsius de Danis & Sueuis, Turoniam infringere volentibus, etsi non multo sermonis cultu, magno tamen pietatis affectu conscripsit. Habentur MS. Louanij ad S. Martinum.
2 De Vdalrico siue Vlrico. Berno siue Bernardus, Augiæ abbas, culuon stylo reddidit vitam sancti Vdalrici ad reuerendissimum patrem Frideboldum. Extat in Surio. Obiit anno 1048. Idem negotium, ait Berno, corrigendi studio attentauit venerandæ memoriæ Gebehardus, qui post beatum virum quartus eiusdem Augustæ ecclesiam rexit, nulli modernorum doctorum secundus, sed morte præuentus dereliquit infectum, id est, imperfectum.

5 Iul. D

Tertio Nonas Iulij, Iuna
21.2.13.24.5./16.27.8.19.30./11.22.3.14.25./6.17.28.9.

I

1 APud Syriam, natalis sancti Domitij martyris: qui virturibus suis multa incolis beneficia præ-
2 stat. Romæ, sanctę Zoæ martyris, quæ dum ad confessionem Petri Apostoli oraret, à persecutoribus arctata, b *ducta est ad patronum naumachiæ,* & in custodiam obscurissimam trusa, deinde à collo & à capillis in arbore suspensa: adhibito subter horribili fumo, in confessione Domini emisit spiritum. *Treuiris, depositio sancti Numeriani archiepiscopi.* g *Die quinta, sanctæ Marthæ, matris sancti Simeonis, in mirabili monte, & sancti deiferi patris Athanasij, qui fuit in Atho. & sancti Lampadi.*

ANNOTATIONES.

1 De Domitio Greg. Turonensis de gloria martyrum cap. 100.
2 Zoæ conuersionem scribunt Notarij Romani in gestis Sebastiani to. 1. Surij, pag. 439./ passionem pag. 450.

6 Iul. E

Pridie Nonas Iulij, Iuna
22.3.14.25.6./17.28.9.20.1./12.23.4.15.26./7.18.29.10.

K

1 APud Iudæam, Isaiæ prophetę: qui sectus in duas partes occubuit, sepultúsq; est sub quercu Ro-
†Leonis sermo. Act. vlt. Gesta Sebastiani to. 1. Surij. gel, iuxta transitum aquarum. Item octauæ † Apostolorum, & primus Apostoli Pauli ingressus
2 in vrbem Romam, anno secundo Neronis imperij. Rómæ, natalis sancti Tranquillini martyris, qui r *ad prædicationem sancti Sebastiani martyris conuersus ad Christum, à sancto Polycarpo presbytero baptizatus, & à sancto Caio presbyter ordinatus est. Hic* dum ad beati Pauli confessionem oraret, tentus à paganis, ac lapidatus, martyrium consummauit. *In pago Treuirensi, sancti Goaris presbyteri & confessoris.* b *qui in prouincia Aquitaniæ ortus temporibus Hildeberti regis Francorum, patriam parentésque deseruit: & in prouincia quæ ripis Rheni fluminis contigua, Trigoria nuncupatur, atque ad diœcesim pertinet Treuirorū, Deo liberè inseruire delegit vsque in finem vitæ suæ. In territorio Gestellensi, passio beatæ Godoleuæ martyris. In Britannia, depositio sanctæ Sexburgæ*

A *burgæ viduæ.* † *In Capania, sub Diocletiano, sanctæ Dominicæ virginis & martyris: quæ idolis fractis, igne, bestijsq; superatis, decollata migrauit ad Dominū: cuius corpus Tropeæ quieſcit in Calabria.* g *Die sexta, S. patris Sisoæ magni.* Beda lib. 4. cap. 19.

¶ Rotornaci, translatio sancti Hermetis, martyris sub Hadriano principe, ex Indensi monasterio.

ANNOTATIONES.

1 De Isaia Epiphanius & Isidorus de vitis prophetarum: & varia patrum fragmenta.
2 De Goare, Tritthemius. Vvandelbertus diaconus & monachus Prumiensis cœnobij, Ordinis sancti Benedicti Treuirensis diœcesis, scripsit ad Marcuardum abbatem vitam sancti Goaris presbyteri, libro 1/ miracul. lib. 1/ Vixit anno 850.] Vtrumq; librum edidit Surius.
3 De Godoleua. Iac. Meierus in commentario rerum Flandriæ anno 1070. Godoleuæ vitam luculenter perscribit ad Ratbodonem episcopum Drogo monachus, sacerdos id temporis Gestellensis. Extat pag. 111. Surij.

Nonis Iulij, Iuna
23.4.15.26.7./18.29.10.21.2./13.24.5.16.27./8.19.30.11.

7 Iul. F

B APud Alexandriam natalis sancti Pantæni, viri Apostolici, & omni sapientia adornati. Cui 1
tantum studij & amoris erga verbum Dei fuit, vt etiam ad prædicandum Christi Euangelium omnibus gentibus, quæ in Orientis vltimis secessibus reconduntur, fidei & deuotionis calore succensus, profectus sit. Romæ, sanctorum martyrum, Nicostrati b *primiscrinij*, Claudij, Castorij, Victorini, Symphoriani. b *Hos beatus Sebastianus credere Christum docuit, & sanctus Polycarpus presbyter baptizauit. Qui cum corpora sanctorum per ora Tyberina requirunt, tenti sunt.* Quos Fabianus iudex per decem dies minis & blanditiis agens, cum in nullo penitus posset commouere, iussit eos tertiò torqueri, ac postea in mare præcipites dari. r *Eodem die, sancti Vvilibaldi, episcopi & confessoris.* q *Treuiris, natalis sancti Nauiti, episcopi & martyris.* g *Die septima, sancti patris Thomæ in Maleo, & sanctæ megalomartyris Cyriacæ.* Notarij in gestis Sebastiani. 2

¶ q *Apud Cantuariam, translatio sancti Thomæ, episcopi & martyris. Andennæ, translatio sanctæ Beggæ viduæ.*

ANNOTATIONES.

C 1 De Pantæno Eusebius lib. 5. historiæ eccl. cap. 10/ Origenes apud eundem lib. 6. cap. 13/ Rufini 15.
2 De Vvilibaldo episcopo primo Aeistetensi, Bruschius de episcopatibus. Reginoldus 11. episcopus Aeistetēsis, tribus Othonibus longè charissimus, scripsit vitas Vvilibaldi ac Vviniboldi fratrum: obiit anno 989.

Octauo Idus Iulij, Iuna
24.5.16.27.8/19.30.11.22.3/14.25.6.17.28/9.20.1.12.

8 Iul. G

Rom. 16. 1. Cor. 16. Act. 18.

A APud Asiam minorem, sancti Aquilæ, & Priscillæ vxoris eius, de quibus in actibus Apostolorum scribitur. In Palæstina, natalis beati Procopij martyris. qui ab Nicopoli ductus Cæsaream, ad primam responsionum eius confidentiam, à iudice Fabiano capite cæsus est. b *In pago Austriæ, & castro nomine Vvurciburg, iuxta Mœnum fluuium sito, natale sancti Kiliani martyris, & duorum sociorum eius. qui de Hybernia Scotorum insula venientes, nomen Christi in prædictis locis prædicauerunt, ibiq; ob veritatis confessionem, sub quodam iudice Gosberto trucidati sunt: & multis postea signis veri Christi martyres esse claruerunt.* 1 Kiliani historiam habes Surius.

D r *Item sancti Pauli, in martyris Constantinopolitani.* p *Item monasterio Belisia, sanctæ Landradæ virginis. Vuintonia ciuitate, depositio beati Grimbaldi abbatis, & monachi sithiensis cœnobij.* q *In pago Pinciacensi, sancti Nomij confessoris. Treuiris, sancti Auspicij episcopi. In pago Treuerico, sancti Disebodi episcopi & confessoris.* 2 3 4

¶ *Augusta Viromandorum, inuentio corporis sancti Quintini martyris.* p *In Gemblaco, aduentus corporis sancti Exuperij, signiferi Thebææ legionis, & martyris glorioſi.* 5

In Anglia, sanctæ Vviteburgæ virginis. 6

ANNOTATIONES.

1 Procopij martyrium citat septima Synodus actione 4. quod in sua metaphrasi habet Simeon, 8. die Iulij. De eodem Eusebius lib. 8. hist. eccl. c. 12. quod in Rufino abest.
2 Landradæ historiam scripsit Theodoricus abbas. Quam edidit D. Surius hac die.
3 Grimbaldi vitam, vt habet Catalogus Britanniæ, scripsit Gotzelinus Morinensis, monachus sancti Bertini. Incipit, Vrbs Morinorum quondam ampla. Claruit anno 1110.
E 4 De Disebodo S. Hildegardis abbatissa Bingensis libro 3. vitæ suæ per Theodoricum cap. 25. Vitam & meritā sancti Disebodi conscripsi, ab abbate meo & fratribus humillima instantia & deuotione coacta. Est tomo 4. Surij, pag. 141.
5 De Exuperio, S. Eucherius cap. 6. vitæ Thebæorum.
6 Vviteburgæ vitam supradictus scripsit Gotzelinus, vt notat auctor Catalogi Britannici.

Septimo Idus Iulij, Iuna

9 Iul. A

25.6.17.28.9/20.1.12.23.4/15.26.7.18.29/10.21.2.13.

ROmæ ad Guttam iugiter manantem, *quæ aliàs dicitur, ecclesia sanctæ Mariæ, fontis olei trans Tyberim;* natalis sancti Zenonis martyris, & aliorum decem millium ducentorum trium. Eodem die, sancti Cyrilli episcopi. qui flammis iniectus, cum illæsus euasisset, ac stupore tanti miraculi à iudice

S. Cyrilli martyrium est to. 4. Surij

esset dimissus, rursus pro instanti & alacri prædicatione facta de Christo, ab eodem capitè plexus F
1 est. In ciuitate Thyro, passio sanctorum, Anatoliæ & Audacis, sub Decio imperatore, quorum Anatolia Christi virgo diuersis generibus plagarum vexata, nouissimè gladio transuerberata est in oratione. Audax quoq; in custodiam datus, nec mora, capitali sententia coronatur. Ciuitate Martula, sancti Brixij episcopi & confessoris, qui pro confessione Domini, postquam est multa perpessus, & ab angelo sancto, & à beato Petro Apostolo confortatus, magnas populorum credentium multitudines omnipotenti Deo lucrifaciens, quieuit in pace. *Coloniæ, sancti Agilolphi, eiusdem vrbis archiepiscopi, & martyris.*
2

ANNOTATIONES.

Metro vltimo. 1 Anatoliam laudat sanctus Aldhelmus episcopus, & prosa & carmine in libris de virginibus. Locum passionis Vsuardus Thyrum nominat: alij, Thurium, aut numero plurali Thyre. Martyrium ex MS. codicibus descripsit Surius.

2 De Agilolpho. Guil. Eisengrenius Spirensis dicit sanctum Brunonem Colonienſem archiepiscopum descripsisse vitas Euergisli, Proculi Susatensis, Eliphij, Gregorij Spoletani, & Agilolphi. Quod vnde habeat, ignoro.

G

10.Iul.B Sexto Idus Iulij, Iuna

26.7.18.29.10/21.2.13.24.5/16.27.8.19.30/11.22.3.14.

1 ROmæ, septem fratrum filiorum sanctæ Felicitatis, id est, Ianuarij, Felicis, Philippi, Siluani, Alexandri, Vitalis, Martialis. E quibus Ianuarius, tempore Antonini, post verbera virgarum, & carceres, ad plumbatas, occisus est. Felix & Philippus fustibus mactati. Siluanus præcipitio interemptus est. Alexander, Vitalis, & Martialis, capitali sententia puniti. In Africa, natalis sanctorum, Ianuarij, Marini, Naboris & Felicis, decollatorum. b *quorum corpora Mediolanum translata sunt.* Item Romæ, sanctarum virginum, Rufinæ & Secundæ: quæ sub persecutione Valeriani & Galieni tormentis subactæ, ad vltimum, vna capiti illiso gladio, altera, cæsa ceruice, migrauerũt.
2

3 *In portu Gandauo*, p *in monte Blandinium dicto, sanctissimæ virginis Christi Amelbergæ. Eodem die, Laubaco cœnobio, depositio sanctæ Amelbergæ* electæ:* q *quæ signis clara, mira veneratione fidelium colitur. Ciui-* H
** Surius, pag. 170. De hoc canuto, Saxo lib. 11.* *tate Ottonienſi, sancti Canuti regis, & protomartyris Danorum, qui anno millesimo octuagesimosexto in basilica sancti Albani martyris, manibus in modum crucis solo tenus expansis, orans, mortem pro Christo passus est à suo familiari. Passi sunt cum eo Benedictus frater, & alij septemdecim. Lætus ex Fisciaco*, p *natale sancti Ettonis, episcopi & confessoris.* g *Die decima, sanctorum quadraginta quinque martyrum in Nicopoli Armeniæ.*

¶ In Artesia oppido Lens, obiit Pacificus, primus minister fratrum Minorum in Francia, cuius meminit Bonauentura.

cap.4. vitæ Franc.

ANNOTATIONES.

1 Septem fratrum & Felicitatis matris, extant martyrij gesta, grauiter per Notarios Rom. ecclesiæ collecta, pag. 155. Surij.

Metro penult. 2 De Rufina & Secunda, Ado in martyrologio / Aldelmus in prosaico libro, & in metrico de virginibus / item Romanum Breuiarium ex plenioribus gestis, quæ Surius habet pag. 158.

3 Amelbergæ virginis historia extat MS. quæ in Camera, ac alibi, titulum habet Theodorici abbatis; vt suspicor, sancti Trudonis. Hic enim circa annum 1100. vitas sanctorum conscripsit. Viderur tamen, prout eam legi, nonnihil vitiata. Habetur præterea sermo sancti Radbodi Vltraiectensis episcopi, de vita & meritis paradoxæ virginis Christi Amelbergæ. I

11.Iul.C Quinto Idus Iulij, Iuna

27.8.19.30.11/22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.15.

1 TRanslatio sancti Benedicti abbatis *de Italia, in Floriacum Galliarum monasterium: & sanctæ Scholasticæ sororis eius, in partes Cenomanenſium.* Apud Armeniam minorem, ciuitate Nicopoli, natalis sanctorum martyrum, Ianuarij & Pelagiæ. qui equuleo, vngulis, & testarum fragmentis, diebus quatuor cruciati, martyrium impleuerunt. In territorio Senonico, beati Sidronij martyris. Item in territorio Pictauensi, & sancti Sabini confessoris. r *Romæ, beati Pij papæ (& martyris.)* q *Treuiris,*
De Pio pontificale. c. 11. *sancti Hidulphi, episcopi & confessoris egregij. Vvibergæ in Dacia, sancti Ketilli confessoris.*

ANNOTATIO. K

1 De Benedicti translatione notatus est Adreualdus die 21. Martij. Historia, quæ hoc die passim legitur, & incipit, Cum diu gens Longobardorum. scripta est, teste Tritthemio, à Theodorico Teutonico, Ordinis sancti Benedicti. Qui claruit AN. M.C.XL. Idem scripsit & secundam translationem, cuius initium est, Cum cælestium.

12.Iul.D Quarto Idus Iulij, Iuna

28.9.20.1.12/23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.16.

1 APud Cyprum, beati Iasonis, antiqui Christi discipuli. In Aquileia, natalis sancti Hermagoræ episcopi, discipuli beati Marci Euangelistæ. qui inter miracula sanitatum, & prædicationis instantiam, ac populorum conuersionem, plurima pœnarum genera expertus, ad vltimum cum

A cum Fortunato archidiacono suo, capitali supplicio perpetuum meruit triumphum. r *Mediolani, sanctorum martyrum, Naboris & Felicis. In Tuscia, ciuitate Luca, beati Paulini, eiusdem ciuitatis primi epi-* 2
scopi. qui sub Nerone in radice montis Pisani, post multos agones, martyrium suum consummauit. Item, sancti Ioan- 3
nis Gualberti. q *Lugduno Galliæ, depositio sancti Viuencioli episcopi. In* Pompeia *ciuitate, sancti Vincentij martyris, cuius passio habetur. In territorio Bituricensi, beati Meinulphi præsulis.* g *Die duodecima, sanctorum martyrum, procli & Hilarij; & sancti patris Michaëlis Malæni.*

ANNOTATIONES.

1 De Iasone Act. 21. c/17. b/Rom. 16. Permulti libri habent mendosè Nasonis.

2 De Nabore & Felice Præfatio Ambrosiana in Liturgicis/Paulinus circa finem vitæ Ambrosij/Basilicæ meminit Ambr. epistola 85.

3 Ioannes Gualberti instituit Ordinem Vallis vmbrosæ. Eius vitam edidit Blasius Melanesius, generalis eiusdem Ordinis, quam D. Surius videtur edidisse.

B Tertio Idus Iulij. Iuna 13.Iul. E

29.10.21.2.13/24.5.16.27.8/19.30.11.22.3/14.25.6.17.

Pontificale cap.5. IOël & Esdræ prophetarum. Romæ, depositio Anacleti papæ, (1 *& martyris*) Apud Macedo- ** Apostoli.
niam, natalis sancti Silæ * r *episcopi.* qui cum esset vnus de primis fratribus, & ab Apostolis ad ecclesias gentium destinatus, prædicationis officium, gratia Domini plenus, instanter consummauit, atque in passionibus suis Christum clarificans, postmodum requieuit. In Africa, sanctorum confessorum, Eugenij Carthaginensis, episcopi fide ac virtutibus glorioſi, & vniuersi cleri ecclesiæ eiusdem. qui cæde inediáque macerati, fere quingenti vel eo amplius, inter quos plurimi erant lectores infantuli, gaudentes in Domino, procul exilio crudeli extrusi sunt. Erant autem in eis nobilissimi, archidiaconus, nomine Salutaris, & Murita, secundus in officio † ministrorum. Qui † *Siue diaco-* 2
norum.
tertiò confessores effecti, glorioſæ in Christo perseuerantiæ titulo illustrati sunt. *Hic Murita fre-* C
menti Elpidophoro ostendit sabana, quibus eum dudum texerat, suscipiens de alueo fontis: totámq; ciuitatem ad fletum commouisse dicitur, his pluribusq; verbis: Hæc sunt minister erroris linteamina, quæ te accusabunt dum Maiestas venerit iudicantis, custodiente diligentia mea ad testimonium tuæ perditionis. Hæc te acrius persequentur, flammantem gehennam cum cœperis possidere. In Britannia minori, sancti Turiani episcopi & confessoris, miræ simplicitatis & innocentiæ viri. p *Item in Cantia, sanctæ Mildradæ virginis, iam in Dauentriam* † *Zonaras, to. 3. pag. 102.*
translatæ. g *Die decimatertia, memoria sancti patris Ioseph, confessoris Thessalonicæ.* †

¶ Eodem die apud multos, festum beatæ Margaritæ. Dominica die proximè sequenti, Bruxellæ, festiuitas Corporis Christi, miraculis clarissimi.

ANNOTATIONES.

1 De Sila, Actuum 15.16.17.18. Hieronymus Damaso, epist. 143.

2 De Eugenio & clero eius, Victor lib. 3. Vvandalicæ persecutionis. De Eugenio quoq; libro 2/& Greg. Turonensis lib. 2. historiæ cap. 3. Puto autem infantulos siue pueros, à Victore lectores dici, non ab Ordine susceptos, sed quia
D discebant modum legendi & psallendi ecclesiasticum officium. Habuerat enim eos discipulos Teucharius exlector, id est, lector apostata.

3 De Corpore Christi miraculoso Bruxellæ. Acta Iudaicæ persecutionis anno 1369. atque miracula quæ post con- *Infra cap. 11. de martyrol.*
tigerunt, impressa sunt Coloniæ anno 32. reddiditq; è Tutonico in Latinum Alardus Aenstelredamus.

Pridie Idus Iulij, Iuna 14.Iul. F

30.11.22.3.14/25.6.17.28.9/20.1.12.23.4/15.26.7.18.

1 LVgduni, *depositio sancti* Bonauenturæ, *Cardinalis & episcopi Albanensis, Ordinis minorum.* Apud Pon- 1
2 tum, natalis beati Phocæ, episcopi ciuitatis Sinopis. qui sub Traiano imperatore, carcerem, *Ado Vienn. An. 101.*
vincula, ferrum, ignem etiam pro Christo superauit. b *Cuius reliquiæ in basilica Apostolorum, in Vien-* 3
na ciuitate Galliæ habentur. Alexandriæ, sancti Heraclæ antistitis. ob cuius opinionem celeberrimam 4
memorat se Africanus historiographus ad eum properasse. *Apud* Babenbarge, *sancti Henrici secundi,*
E *Romanorum imperatoris & confessoris, qui obiit anno Domini millesimo vigesimoquarto.* p *Apud Sonegias, de-* * Passio S.
positio beati Vincentij confessoris Christi. q *qui in monasterio quod Altus mons dicitur, tonso capite vixit pluri-* Ieiberti.
mis annis sub sancta regula, seruata charitate separatus à sancta Vvaldetrude coniuge sua. In Hasbania, p *eodem* Rumoldi vi-
die, inuentio sancti Lietberti martyris,* q *vita & meritis glorioſi. quem inclytus martyr, beatissimus Rumoldus, tri-* ta.
duo extinctum submergio, diuina suscitauit virtute, fideq; imbuit & doctrina. Illo autem tempore quo Nortmani, Dani, & Hunni, Brabantiam *& adiacentes Prouincias igne vastabant, & gladio, ante sancti Trudonis aram, vitam glorioſo consummauit martyrio. Dauentriæ, sancti Marcelmi, presbyteri & confessoris, discipuli sancti Vvillibrordi episcopi. qui partes Transiselanas, locum Oudenzeel, Trentam ac Tuentam, Conordiam, ac Dauentriam re-*
uexit, & Dei prouidentia totũ fermè populũ, Christo prædicando est lucratus. Truncinio monasterio, p *passio sancti* Ba-
silini regis & martyris. q *In Aicuria, sanctæ Ragenuflæ virginis. Apud Treuerim, sancti Iusti confessoris.*

ANNOTATIONES. F

1 Eustathij Bonaventuræ vitam scribit succinctè Sixtus quartus in literis canonizationis, quæ extant tomo secundo opusculorum Bonaventuræ. Habetur ibidem relatio Ioannis Francisci de Pauinis ad Pontificem, pro Canonizatione/& tum ibi, tum apud Surium, oratio Octauiani Suessani, aduocati sacratissimi consistorij.
2 De Phoca. Narratio Asterij episcopi Amaseæ, in sanctum Christi martyrem & Mystam, Phocam Sinopensem, habetur in Metaphr. in qua pulchrè disseritur quomodo sit Nautis coniuga. Eiusdem gesta citat Vincentius libro vndecimo Speculi cap. 62. & tribus sequentibus. Videndum autem num Vsuardus diuersos Phocas confundat.
3 De Heracla. Eusebius lib. 6. historiæ, Capitibus apud Rufinum 12. 15. 19. 23.
4 De Henrico. Sigebertus Gemblacensis de viris ill. cap. 139. Adelbodus, ex clerico Lobiensi episcopus Vltraiectensis, scripsit vitam secundi Henrici imperatoris. Idem in chronicis notat anno 1024.
5 Marcelmi, vel Marcellini, loca prædicationis ab ipsomet nominantur, vitæ Suuitberti cap. 14/ De eodem S. Ludgerus cap. 1. vitæ Suuitberti.

15. Iul. G

Idibus Iulij, luna

1.12.23.4.15/26.7.18.29.10/21.2.13.24.5/16.27.8.19. G

1 NIsibi, natalis sancti Iacobi episcopi, magnæ virtutis viri, b *ita vt ad eius preces sæpe vrbs discrimine sit liberata.* Hic vnus fuit ex numero confessorum sub persecutione Maximini, & eorum qui in Nicena synodo, peruersitatem Arij homousij oppositione damnauerunt. Romæ in portu, natalis sanctorum, Eutropij, Sozimæ, & Bonosæ, sororum. Apud Carthaginem, sanctorum,
2 Catulini diaconi, Ianuarij, Florentij, Iuliæ, & Iustæ: qui sunt positi in basilica Fausti. Alexandriæ, sanctorum, Philippi, Zenonis, Narsei, & decem infantum. *Eodem die, festiuitas omnium Apo-*
3 *stolorum, hoc est, quando diuisi sunt abinuicem. quod, vt Beda scribit, anno à passione Domini duodecimo, factum*
† Beda lib. 3. 29 sl. 5. ct. † Bruschius in 7. episcopo Herbipolis. *est. Cantuariæ, depositio sancti Deusdedit,* † *sexti archiepiscopi, & confessoris. Ciuitate Oudensele, natale sancti Plechelmi episcopi.* r *Papiæ, sancti Felicis, episcopi & martyris.* b *Eodem die, sanctæ Regisuuindæ virginis.* †

¶ q *Atrebati,* p *anno Dominicæ incarnationis octingentesimo nonagesimotertio, relatio corporis sancti Vedasti à Bellouago ad proprium locum, post annos duodecim, menses nouem, dies vigintiquatuor.* q *In Anglia, translatio Suuithuni episcopi, & sociorum eius, episcoporum & confessorum.* H

1 Ipso die Hierosolyma ab exercitu Christianorum capta est, anno milleno cum centesimo minus vno. In Raczeburg, Ansueri monachi, cum suis lapidati. de quibus Helmoldus in historia Sclauorum.

Cap. 22.

ANNOTATIONES.

1 De Iacobo. Theodoretus lib. 1. hist. cap. 7. Constat Iacobum episcopum Antiochiæ in Mygdonia, quam vocant
Cap. 1. Syri & Assyrij Nisibin, mortuos suscitasse, & vitæ restituisse, aliáque fecisse innumerabilia miracula. quibus in historia, quæ Philotheos inscribitur, separatim expositis, non putaui hac in narratione locum futurum. Scribit de eodem lib. 2. cap. 30/& Gennadius cap. 1. catalogi.
2 Per Catulini natale sermonem Augustini notat Possidius in indiculo, sed non extat.
3 De Apostolorum diuisione scribit Rufinus, circa initium expositionis symboli Apostolorum. Item, Chrysostomus 30. Iulij. Plura adfert Vuicelius in hagiologio.

16. Iul. A

Decimoseptimo Calendas Augusti, luna

2.13.24.5.16/27.8.19.30.11/22.3.14.25.6/17.28.9.20. I

1 APud Antiochiam Syriæ, natalis beati Eustachij, episcopi & confessoris, sub Constantio imperatore. qui ob Catholicam fidem in Traianopolim ciuitatem Thraciæ pulsus exilio, ibidem
2 requieuit. In Ostia, passio sancti Hilarini monachi. qui cum nollet sub persecutione Iuliani sacrificare, fustibus cæsus, martyrium sumpsit. p *Traiecti, sanctorum confessorum, Monulphi & Gondulphi*
De Raineldo Surius ex MS. *q episcoporū Tungrensis ecclesiæ. Treuiris, sancti Valentini, episcopi & martyris. Sanctis sanctæ Raineldis virginis &*
De Athen Metaphr. * nostri. *martyris, sororis beatæ Guidilæ. quæ cum Grimoaldo subdiacono & Gondulpho familiari, ab Hunis pro fide Christi palmam martyrij accepit,* g *Die decimasexta, sancti hieromartyris Athenogenis,* † *& decem eius discipulorum.*

¶ q *Itè, canonizatio beati patris Francisci. Monasterio Sithiu,* p *sancti patris* * *Bertini corpus, à beato Folquino transfertur, & reconditur anno octingentesimo quadragesimosexto.* q *In Hispaniis, triumphus sanctæ Crucis, ob præclaram victoriam, quæ per symbolum Crucis contra Mauros habita est.* K

ANNOTATIONES.

1 De Eustachio, vel Eustathio, Theodoritus lib. 1. hist. eccl. cap. 7. & 20/Cassiodorus tripartitæ lib. 1. cap. 4/ & libro 2. ex Theodorito, Nicephorus libro vnico, anno 486. scribit de gloriosa corporis ipsius allatione.
2 De Hilarino sanctus Terentianus in passione Ioannis & Pauli/Item Ado Treuerensis ex MS. annotatione Gestorum Sancti Donati martyris.

17. Iul. B

Decimosexto Calendas Augusti, luna

3.14.25.6.17/28.9.20.1.12/23.4.15.26.7/18.29.10.21.

1 IN Carthagine, natalis sanctorum martyrum, Scillitanorum. id est, Separati, Nartali, Cythini,
† al. Ianuariæ. Beturij, Felicis, Aquilini, etatij, † Ianuarij, Generosæ, Bessiæ, Secundæ, Donatæ, sub Saturnino

A turnino præfecto. qui post primam confessionem in carcere missi, & in ligno confixi, deinde gladio decollati sunt. b *Horum reliquiæ, cum ossibus beati Cypriani, & capite sancti Pantaleonis martyris, ex Africa in Gallias translatæ, venerantur Lugduni, in basilica beati Ioannis Baptistæ.* r *Eodem die, sancti Alexij* 2
confessoris, qui post vitam gloriosam atque laudabilem, sepultus est Romæ, in monasterio sancti Bonifacij papæ.
q *Ticini, sancti Enodij, episcopi & confessoris. Mediolani, depositio sanctæ virginis Marcellinæ. In Anglia san-*
cti Kenelmi pueri, regis Merciorum, & martyris. In monasterio Argenton, p *ipso die, sancti Fredegandi confes-* 3
soris.

ANNOTATIONES.

1 Per Scillitanorum natalem Augustinus sermonem habuit, teste Possidio. Reliquiarum translatarum meminit in Cyprianicis Pamelij, metrum Agobardi, quem Ado Viennensis nominat chorepiscopum Lugdunensem.
2 Alexij, siue Alexis, vulgatam historiam diserte scribit Simeon metaphrastes, pag. 220. Surij.
3 Marcellinæ sororis meminit Ambrosius initio tertij libri de virginibus / in fine de excessu fratris / epist. 33 / & præfatio inter Ambrosianas.

B

Decimoquinto Calendas Augusti, luna

18. Iul. C

4.15.26.7.18/29.10.21.2.15/24.5.16.27.8/19.30.11.22.

APud Tiburtinam vrbem Italiæ, sanctæ Symphorosæ, cum septem filiis, Crescente, Iuliano, Nemesio, Primitiuo, Iustino, Stacteo, Eugenio. Quorum mater sub Adriano principe ob in- *Ex gestis hōdum editis.*
superabilem constantiam, palmis diu cæsa, deinde crinibus suspensa, nouissimè saxo † alligata, in flumen est præcipitata. Filij autem stipitibus ad trochleas extensi, diuerso mortis exitu martyrium † *al.* alligato
compleuerunt. b *Altera autem die, Adrianus præcepit corpora eorum in foueam altam proijci. & pontifices* † *violenter*
templorum posuerunt nomen loci illius, Ad septem † *biothanatos.* A pud Carthaginem, sanctæ * Guddenes *mortuos.*
virginis. quæ iussu Rufini proconsulis, ob Christi confessionem, quater diuersis temporibus equu- * *al.* Gudenis
lei extensione vexata, & vngularum horrenda laceratione cruciato, carceris etiam squalore diu-
tissimè afflicta, nouissimè gladio cæsa est. Ciuitate Dorostoro, sancti Æmiliani g *martyris. & sancti* 1
C *martyris Hiacynthi in Anastride.* r *Apud ciuitatem Metensium, sancti Arnulphi episcopi. qui sanctitate & mi-* De Arn. 16. Aug.
raculorum gratia illustris, eremiticam vitam ducens, beato fine quieuit. Ipso die, sancti Materni, episcopi & con-
fessoris q *in Mediolano. In pago Castrensi, in sylua quæ Aquilina dicitur, sancti Arnulphi, episcopi & mar-* Fred. passio extat pagina
tyris Turonensis. qui contemporalis & discipulus noscitur fuisse beati Remigij. p *Item Traiecti, Frederici, eiusdem* 233. Surij.
loci episcopi & martyris. q *qui innocens à nocentibus pro veritate occisus est ante sanctum altare Dei, post Missæ ce-* 2
lebrationem, sepultus eodem loco. a *Brixiæ, depositio sancti Philastrij, ipsius ciuitatis episcopi, qui contra omnes*
pene hæreses, & maximè contra Arianam perfidiam, quæ tunc nimium prævalebat, fidei vigore pugnauit, & ob
hoc verberibus castigatus, stigmata Domini nostri Iesu Christi suo portabat in corpore.

¶ p *Apud ciuitatem Huiensem, translatio corporis gloriosæ virginis Odiliæ.*
Ex societate vndecim millium virginum. In territorio Iuliacensi, pago Arns Vuilre, natale beati Arnoldi, citha- 3
rœdi Caroli magni, & confessoris, multæ erga pauperes pietatis viri. Eodem die, natalis beati Theodorici Metensis episcopi, consobrini Othonis primi. In Normania, sancti Clari, monachi & martyris.

ANNOTATIONES.

D 1 De Æmiliano, 6. tripartitæ cap. 16/ Prosper in chronicis an. 396.
2 De Philastrio fusius Ado in martyrologio. Translationem scribit B. Rambertus, 4o. Brixiæ episcopus, & in ea citat sermonem vitæ beatissimi Philastrij pontificis, editum à præsule Gaudentio, qui Philastrio immediatè successit. Vterque extat tomo 4. Aloysij, & Surij. Meminit & rhythmici hymni, quem in eius honorem Gaudentium composuisse ferunt.
3 De Theodorico. Sigebertus de viris ill. cap. vlt. Metis positus in ecclesia sancti Vincentij, ad instruendos pueros; scripsi vitam sancti Theodorici episcopi, conditoris ipsius ecclesiæ.

19. Iul. D

Decimoquarto Calendas Augusti, luna

5.16.27.8.19/30.11.22.3.14/25.6.17.28.9/20.1.12.23.

NAtalis sancti Epaphræ. qui à beato Paulo Colossis ordinatus episcopus, clarus virtutibus, ibi- *Col. 1. 4/ ad Philemonem.*
dem martyrij palmam, pro ouibus Christi sibi commendatis, virili agone percepit. Apud 1
Thebaidem, sancti Arsenij, de quo in verbis seniorum refertur, quia propter redundantiam lacry- *In vitis Patrum alphabeto 20. H.*
E marum tergendam, sudarium semper in sinu vel in manu habuerit. In Hispaniis, ciuitate His- † *officium sanctorum Hispaniæ/ & inde Maldonatus & Suarius.*
spali, passio sanctarum, Iustæ & Rufinæ. † quæ *vendentes vasa fictilia,* à præside Diogeniano com- 1
prehensæ, primò equulei extensione, & vngularum laniatione vexatæ sunt i pòst, carcere, inedia, 2
& tortionibus afflictæ; tandem Iusta in carcere spiritum exhalauit: Rufinæ verò ceruix confracta est in confessione Domini. *Treuiris, beati Martini, decimi eiusdem vrbis episcopi, & martyris. Eodem die, symmachi papæ.* g *Die decimanona, sancti patris Dij, & sanctæ matris Macrinæ, sororis magni* Basilij.

ANNOTATIONES.

1 De Arsenio Metaphrastes in vnum collegit quæ sparsim & separatim habebant libri patrum: quoniam ne intenta est quidem vita illius ab vllo composita, fortè quòd nollet se, ne post mortem quidem, fieri manifestum.
2 De Symmacho, pontificale cap. 53/Diaconus in Anastasio lib. 17. siue ad Eutropium 7.

3 Macrinæ vitam scribit frater eius, Gregorius Nyssenus episcopus. F

20.Iul.E Decimotertio Calendas Augusti, luna

6.17.28.9.20/1.12.23.4.15/26.7.18.29.10/21.2.13.24.

Act. 1. NAtalis beati Ioseph, qui cognominatus est Iustus. Hic prædicationis & sanctitatis officio seruiens, multámq; pro fide Christi persecutionem à Iudæis sustinens, victoriosissimo fine in Iudæa quieuit. De quo refertur * quòd venenum biberit, & nihil ex hoc triste pertulerit, propter
*à Papia hist.eccl. cap. vlt. 3 Domini fidem. Apud Damascum, sanctorum, Iuliani, Sabini, Maximi, Macrobij, Cassij, Paulæ, cum aliis decem. Ciuitate Corduba, sancti Pauli diaconi & martyris. *Apud Antiochiam, passio*
*al. Marinæ. 1 *beatæ * Margaritæ virginis & martyris.* b *quæ per Olybrium præfectum, multa tormenta passa est pro Christi nomine, vincula, carceres, flagella, equuleum: quâ & diabolus in draconis specie, similiter & in Æthiopis tentauit, sed*
2 *per signum sanctæ Crucis superatus est. Nouissimè verò per prædictum præfectum decollata, sacro martyrio vitam*
3 *finiuit.* Eodem die, *in Gallia, pago Bononiensi,* sancti Vulmari confessoris, admirandę sanctitatis viri.
† Ontcommera agnominatur Teutonice *Treuiris, sanctæ Seuerę virginis, sororis sancti Modoaldi, eiusdem loci episcopi. In Portugallia, natalis sanctæ Vuil-* G
gefortis, † virginis & martyris, quæ amore castitatis, & Christianæ fidei, in cruce moriens, feliciter transiuit ad
Dominum.

ANNOTATIONES.

1 De Margarita habet Vsuardus 18.Iunij. Alexandriæ, passio sanctæ Marinæ virginis. vbi fortassis incuria scriptoris vitiosè irrepsit Alexandriæ; nam Beda eo die secundum historiam habet, In Antiochia. Pulchrè autem historiam habet Metaphrastes. Est & alia MS. titulo Theotimi, quisę scribit ei panem & aquam in carcere ministrasse, & omne certamen considerasse. sed hæc apocrypha videtur, & eam ipsam puto, quam Metaphrastes in præfatione de Marina reiicit, & narrationem nominat ab initio adulteratam. Hispani in Lectionibus 18. Iunij, habent Marinam fuisse ex Antiochia Galleciæ.

2 De Vulmari vita habet quædam Surius tomo 3. die 17. Iunij. vnde Vsuardi verba huc transtulimus, vt lectio Martyrologij consentiat cum natalis eius celebratione, in nostris ecclesiis. Bononia autem nunc vsitatius dicitur Bolonia.

3 De Seuera, Stephanus abbas in vita Modoaldi, lib. 2. cap. 13. & 14. to. 3. Surij. H

21.Iul. F Duodecimo Calendas Augusti, luna

7.18.29.10.21/2.13.24.5.16/27.8.19.30.11/22.3.14.25.

1 DAniëlis prophetæ. Romæ sanctæ Praxedis virginis. Hæc in omni castitate & lege diuina erudita, vigiliis & orationibus atq; ieiuniis assiduè vacans, quieuit in Christo, sepultáq; est iuxta
2 sororem suam Potentianam, via Salaria. In Galliis, ciuitate Massilia, natalis sancti Victoris. qui cũ esset miles, & nec militare nec idolis sacrificare vellet, primò in carcerẽ trusus, ibíq; ab Angelis visitatus, deinde variis excruciatus pœnis, nouissimè contritus in mola pistoria, martyrium consummauit. Passi sunt cum eo & tres milites, Alexander, Felicianus & Longinus. Trecas, sanctę Iuliæ virginis & martyris. *cuius sacrum corpus in territorio Meldorum in ecclesia beatæ virginis Mariæ Iodarensis*
monasterij est translatũ, vbi & honorificè veneratur humatũ. Ibidẽ, passio sancti Claudij imperatoris barbarorũ, Iusti,
3 *Iucundini, cũ aliis quinq; sub Aureliano imperatore. Eodẽ die, sancti Arbogasti, Argentinẽsis episcopi, & confessoris.* I
4 g *Die vigesimaprima, sanctorũ patrũ, Simeonis, qui propter Christum dictus est Salus, † & Ioannis synaxetæ ipsius.*
† stultus. ¶ p *Eodem die in Cellensi monasterio, translatio sancti Sulpitij episcopi, & sanctæ Leocadiæ virginis.*

ANNOTATIONES.

1 De Daniële, liber Danielis/ & Simeon Metaphrastes.

2 Praxedis & Potentianæ sororum Gesta, extant MS. quæ Pastor presbyter conscripsisse fertur, qui eas sepeliuit. Sed doctis displicent.

3 De Arbogasto. Ex Guil. Eisengrenij catalogo testium veritatis, Vtho, trigesimusnonus episcopus Argentoratum, vitas sanctorum, Arbogasti atque Amandi, doctissimis libris complexus est, circa annum 965.

4 De Simeone Synodus Nicena 2. actione 4. Leontius in vrbe Cypri Neapoli episcopus, scripsit beati Simeonis Sali vitam, pag. 1. Surij. De eodem Euagr. lib. 4. hist. eccl. cap. 33.

22.Iul. G Vndecimo Calendas Augusti, luna

8.19.30.11.22/3.14.25.6.17/28.9.20.1.12/23.4.15.26. K

1 ANcyra Galatiæ, natalis sancti Platonis martyris, cuius gesta habentur. Eodem die, sanctæ
2 Mariæ Magdalenæ. b *de qua, vt Euangelium refert, septem dæmonia eiecit Dominus: quæ etiam inter*
Marc. 16. Ioan. 19. 20 Philip. 4. *alia dona insignia, Christum à mortuis resurgentem prima videre meruit:* & Syntyches beatæ, quæ Philippis dormit sepulta, de qua Apostolus Paulus scribit. In territorio Aruernensi, sancti Menelei abbatis. p *In Blandinio, sanctissimi patris * Vuandregisili, primi fundatoris cœnobij Fontanellensis.* q *cuius gesta*
* nostri. 3 *habentur. Papiæ, sancti Hieronymi episcopi.*
¶ g *Die vigesimasecunda, reportatio Lipsani sancti hieromartyris Phocæ.*

ANNOTATIONES.

1 Platonis martyrium scribit Metaphrastes. Septima synodus, actione 4. citat de eius miraculis epistolam Nili.

2 De Mag

A 2 De Magdalene, Luc. 7/ Matt. 26/ Ioan. 12/ Concordia Euangelica D. Ianseníj cap. 109/ August. hom. 23. Inter 50. Gregorius hom. euang. 32./ apud Surium sermo Petri Damiani, sermo Siluestri Prioratis Pedemontani/ item sermo Bernardi. &c.

3 Vvandregisili gesta per eius fere æqualem, habet Surius pagina 313. Miracula eiusdem, MS. capp. 37. collecta sunt circa annum 895.

Decimo Calendas Augusti, luna 23.Iul. A

9.20.1.12.23/4.15.26.7.18/29.10.21.2.13/24.5.16.27.

APud Rauennam, natalis beati Apollinaris episcopi. qui à beato Petro Romæ ordinatus, & Rauennam missus, postea pro fide Christi diuersas & multiplices cædes perpessus est: tandem autem sub Vespasiano Cæsare, inter ipsa vicissim succedentia sibi tormenta, glorioſum martyrium consummauit. r *Eodem die, sancti Rasiphi martyris.* q *Romæ, natalis sanctæ Birgittæ viduæ. quæ* 1 2
in vita terram sanctam, & alia diuersa loca visitabat: & sub papa Gregorio vndecimo, anno Domini milleſimo
B *trecenteſimo ſeptuageſimotertio, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo, ſumptis ſacramentis beato fine quieuit. Cenomanis*
depoſitio ſanctorum, Pauacij & Liborij, epiſcoporum & confeſſorum. 3
¶ *Apud Coloniam Agrippinam, tranſlatio trium regum magorum. qui in Euangelio leguntur, nato in* Bethlehem Matt. 2.
hem Saluatori aurum, thus, & myrrham obtuliſſe. Quorum pignora, vnà cum corporibus ſanctorum martyrum, Felicis & Naboris, Reinoldus archiepiſcopus Colonienſis, à Frederico imperatore poſtulata, de Mediolano
Coloniam honorificè tranſtulit.

ANNOTATIONES.

1 De Apollinari, Beda, & multo latius Ado, in martyrologiis/ Vita à Lazio edita cum Abdia/ Petrus Chryſologus ſerm. 128/ Petrus Damiani, ſermonibus tribus/ Surius pagina 323.

2 Birgittæ (quæ vulgò Brigida) ſanctiſſimam vitam ſummatim perſtringit Bonifacius nonus, in bulla canonizationis. Quę impreſſa eſt cum confirmatione Martini quinti, & reuelationibus Brigittæ. Fuſius vitam deſcripſerunt. Surius pag. 344/ & Iacobus, epiſcopus Lincolnienſis.

C 3 Liborij hiſtoria grauiter & doctè ſcripta, circa annum 900. extat tomo 4. Surij. Reliqua vide 27. Maij.

Nono Calendas Augusti, luna 24.Iul. B

10.21.2.12.24/5.16.27.8.19/1.11.22.3.14/25.6.17.28.1

VIgilia ſancti Iacobi Apoſtoli. Romæ, via Tyburtina, natalis ſancti Vincentij. Apud Emeritam, Hiſpaniæ ciuitatem, ſancti Victoris militaris. qui cum duobus fratribus Stercatio & Antinogeno, diuerſis examinatus ſuppliciis, martyrium conſummauit. In Italia, ciuitate Tyro, ſanctæ 1
Chriſtinæ virginis. quæ in Chriſtum credens, primò ſub duobus iudicibus tormenta conſtanter perferens, nouiſſimè per ſucceſſorem eorum, abſciſione linguæ, & ſagittarum infixione, curſum martyrij ſui compleuit. Eodem die, natalis ſanctarum, Nicetæ & Aquilinæ. quæ beati Chriſtophori martyris prædicatione ad Chriſtum conuerſæ, martyrij palmam, capitis abſciſione ſumpſerunt. Ciuitate Amiternina, militum octogintatrium. Bergis, *ex Anglia*, p *paſſio ſanctæ Levvinnæ,* 2
quæ multis decorata virtutibus, floruit ſub rege Anglorum, Euberto nuncupato: quæ poſtmodum ſub eiuſdem regis
D *tempore, martyrio vitam finiuit, archipræſule viuente, nomine Theodoro.* g *Die vigeſimaquarta, ſanctæ hoſio-*
martyris Chriſti Paraſceues. 3

ANNOTATIONES.

1 Chriſtinæ Tyriæ meminit Auguſtinus in Pſalmum 120/ Vincentius lib. 12, Speculi cap. 86. & ſeqq. ex Geſtis, quæ tribus libris ſunt MS. Rhodij ad S. Foillanum.

2 De Levvinna. Meierus in commentariis de Flandria, anno 1058. Balgerus, monachus Bergenſis, attulit ex monaſterio diui Andreæ, in Anglia iuxta portum Zeuordienſem, corpus D. Levvinnæ martyris ad cœnobium Bergenſe. Eodem tempore monachi Bergenſes, corpus D. Levvinnæ, per vicos caſtellaq; Flandriæ maritimæ, circumtulerunt. Quo in itinere permulta ad honorem virginis edidit Deus miracula: quæ Drogo, per eos dies Morinorum epiſcopus, literis mandata, poſteritati tranſmiſit. Habentur Bergis ſancti Vvinoci, libris duobus.

3 De Paraſceue. Theodorus Balſamon in 63. canonem Trulli. Sanctiſſimus ille patriarcha dominus Nicolaus Muzalon, cum vitam ſanctę Paraſceues, quæ in quodam Caluariæ vico colebatur, à quodam vicano ineptè ac indoctè compoſitam inueniſſet, eam igni mandari iuſſit, & diacono illi Baſilico mandauit, Deo gratiam & acceptam
E *eius vitam conſcribere.*

Octauo Calendas Augusti, luna 25.Iul. C

11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/2.12.23.4.15/26.7.18.29.

NAtalis beati IACOBI Apoſtoli, fratris Ioannis Euangeliſtæ. qui ab Herode rege decollatus eſt. Huius ſacratiſſima oſſa ab Hieroſolymis ad Hiſpanias tranſlata, & in vltimis 1 Act. 12.
earum finibus condita, celebertima illarum gentium veneratione excoluntur. In Lycia, ciuitate Samo, ſancti Chriſtophori. qui virgis ferreis attritus, & à flammis æſtuantis incendij Chriſti virtute ſaluatus; & ad vltimũ ſagittarũ ictibus confoſſus, martyrium capitis obtruncatione cõpleuit; 2

3 Ciuitate Barcinona, natalis beati Cucuphatis martyris. qui pro nomine Domini atrociſſimatorum F
4 mentorum genera ſub tribus expertus iudicibus, nouiſſimè gladio victor migrauit. *Ipſo die, Me-*
5 *tis, natalis ſanctæ Glodeſindis virginis. Treuiris, ſancti Magnerici epiſcopi. In pago Meldenſi, depoſitio beati*
Vrſi Trecorum epiſcopi, & confeſſoris. g *Die vigeſimaquinta, memoria ſanctarum mulierum, Olympiadis &*
Euſraxiæ.

6 ¶ q *Ciuitate Pariſiis, tranſlatio ſancti Germani, epiſcopi & confeſſoris.*

De his Euſeb. l. 8. c. 18. noua verſionis. In Palæſtina, ciuitate Gaza, ſanctarum mulierum, Valentinæ, & collegę eius, quas Firmilianus præſes, cui, animi magnitudine planè viri, liberrimè contradicebant, ad extremum flammarum incendio abſumendas addicit. Ibidem, ſancti Pauli martyris. qui oratione fuſa pro iudice, carnifice, & omnibus in errore verſantibus, ceruicem gladio feriendam libenter ſubmiſit.

ANNOTATIONES.

1 De Iacobo/Zebedæi, Act. 12/ Matth. 4. 20. 17. 26/ Marci 1. 3. 5/ Lucæ 8. 9/ Ioan. 21/ Euſeb. 2. hiſt. eccl. cap. 8. ſed 9. Rufini/appendix Græca ad Hieron. cap. 5/ Iſidorus de patribus cap. 73/ &c. Quidam citant etiam tranſlationem nomine Leonis ſecundi/ & miracula nomine Caliſti ſecundi. G

2 Chriſtophori paſſio paſſim habetur MS. item Vvicelius de eo, ex Ruggero Fuldenſi/ & Surius ex diuerſis.

3 Cucuphas non fuit incluſus, laternam Chriſtophoro ferens, vt à plebeiis fertur, ſed inſignis in Hiſpania martyr, de quo latius Ado & Beda, hoc die: item Beda 12. Februarij/ Vincentius in Speculo lib. 12. cap. 90. & ſequentibus, ex Geſtis: quæ Surius habet hoc die/ Prudentius hymno 4. de coronatis, Barcinon claro Cucuphate freta Surget.

4 Glodeſindis abbatiſſæ vitam habet D. Surius. Cuius authorem quidam codices habent Bernardum abbatẽ quendam: alij, Arbertum monachum.

5 De Magnerico. Bruſchius de monaſteriis Germaniæ. Eberuuinus abbas ſancti Martini Treuiris an. 995. ſcripſit vitas ſancti Magnerici archiepiſcopi, & Simeonis monachi. Magnerici excuſa eſt ſaltem ex parte, Legendæ tomo 2. cum poëmate Fortunati de eodem epiſcopo.

6 Germani hiſtoriam tranſlationis & miraculorum deſcribi petiit ſereniſſimus Carolus Caluus, ab Ebroino Pictauorum epiſcopo: ad quorum petitionem duo fratres congregationis ſancti Germani id effecerunt, ſinguli ſingulis opuſculis, quæ idem antiſtes approbauit: vt habet præfatio Haimoni monachi. qui etiam ad Goſlinum abbatem alia adiecit miracula.

26. Iul. D Septimo Calendas Auguſti, luna H

12. 23. 4. 15. 26/ 7. 18. 29. 10. 21/ 3. 13. 24. 5. 16/ 27. 8. 19. 1.

1 IN *ciuitate Aconenſi,* r † *natale ſanctæ Annæ, matris virginis Mariæ.* Item natalis ſancti Heraſti. qui
g *dormitio* Philippis à beato Paulo epiſcopus relictus, ibidem martyrio coronatus, quieuit. Romæ in portu, ſancti Hyacinthi † martyris. qui primò in ignem miſſus, inde in validiſſimum torrentem præ-
Act. 19/ Rom. 16/ 2. Timo. 4. cipitatus, illæſus euaſit. Poſt hęc à conſulari Leontio gladio percuſſus, vitam finiuit. Via Latina, ſanctorum Symphronij, Olympij, Theoduli, & Exuperiæ. qui ignibus conflagrati, vt in geſtis ſancti Stephani papæ legitur, martyrij palmam adepti ſunt. r *Eodem die, ſancti Paſtoris, presbyteri*
† *Latius Surius ex MS. circa medium* *& confeſſoris. Monaſterio ſancti Benedicti, in agro Mantuano, ſancti Simeonis, monachi & eremitæ. qui multis*
miraculis clarus, in ſenectute bona quieuit. p *In ciuitate Tenremundæ, beatæ Chriſtianæ virginis. Hanc regis Anglorum Migranimi filiam vnicam, omnipotens Deus aſpiciens, de cœlo illi angelum ſub ſpecie pauperis tranſmiſit,*
qui eam catechizaret, atque in Chriſti nomine baptizari præcepit. cuius etiam ductu Dicluenne peruenit. q *In Car-* I
thuſia propè Confluentiam, ſancti Beati, presbyteri Treuirenſis, & confeſſoris.

¶ *Pariſiis, tranſlatio magnæ laudis & eximij viri, Marcelli, eiuſdem loci paſtoris. cuius corpus requieſcit in alma eccleſia beatæ Mariæ virginis.*

ANNOTATIO.

1 Annæ caput Duræ oppido Iuliacenſi honorificè aſſeruatur. De ea eſt ſermo Fulberti Carnotenſis epiſcopi parte 2. Legendæ. Scribunt etiam de beata Anna Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 15/ Epiphan. hæreſi 79/ Auctor libelli de ortu virginis apud Hieronymum / & Roſuita ſanctimonialis in carminibus. quæ tamen nonnullis deſumpta videntur ex apocryphis ſcriptis de ortu beatæ Mariæ. De laudibus Annæ extat carmen Rodolphi Agricolæ. De miraculis eiuſdem ſcripſit Tritthemius, Maguntiæ excuſus anno 1494/ Iuſtinianus imper. in regione vrbis ſecunda, diuæ Annæ magnificum atque admirandum conſtituit templum, vt habet Procopius lib. 1. de ædificiis Iuſtiniani / Radulphus de Riuo in Calendario. Plures hodie ex Conſtantinopoli, Annæ auiæ Domini noſtri. Aquili 9. lectiones: alij tres. K

27. Iul. E Sexto Calendas Auguſti, luna

13. 24. 5. 16. 27/ 8. 19. 30. 11. 22/ 4. 14. 25. 6. 17/ 28. 9. 20. 2.

1 APud Nicomediam, paſſio beati * Pantaleonis p *martyris glorioſi. Hic ſacratus adoleſcens,*
* g *pantele-* *monis.* *& athleta Chriſti, cum artem medicinæ diſceret ab Hermolao presbytero, ad fidem Chriſti conuerſus,*
multa miracula fecit. Qui tentus pro fide Chriſti à Maximiano, & equulei pœna, & lampadarum exuſtione cruciatus, ſed inter hæc Domino ſibi apparente refrigeratus, tandẽ ictu gladij mar-
2 tyriũ cõſummauit. Apud Epheſum natalis ſanctorũ *ſeptẽ dormientiũ*, Maximiani, Malchi, Martiniani, Dionyſij,

A Dionyſij, Ioannis, Serapionis, Conſtantini. quorum geſta habentur. Nicomediæ, beatorum martyrum, Hermolai presbyteri, Hermippi, & Hermocratis, fratrum. † qui poſt multas pœnas ſibi illatas, à Maximiano imperatore, capitali ſententia punitiſunt. Eodem die, in Sicilia, beati Simeonis monachi. Antiſiodoro, depoſitio Ætherij epiſcopi. *Metis depoſitio ſancti Frominij epiſcopi & confeſſoris.* † *Paſſio eadem Pantaleonis hac die.*

¶ *Aquiſgrani,* p *tranſlatio ſancti Karoli.*

ANNOTATIONES.

1 Pantaleonis martyrium paſſim eſt MS. & apud Metaphraſtem, vbi Panteleemon nominatur, Græcorum more.

2 Dormientium Geſta extant MS/ & apud Metaphraſtem/ Gregorius Turonenſis in laudem martyrum cap. 95. Septem germanorum, qui apud Epheſum requieſcunt, hæc eſt hiſtoria: eáque charrata concludit. Quod paſſio eorum, quam Syro quodam interpretante tranſtulimus, plenius pandit. Meminit eorundem Nicephorus libro vnico, dicens, anno 430. terribile miraculum ſanctorum ſeptem puerorum Epheſi factum eſt, reſurgentibus eis
B poſt clxxxi. annos.

Quinto Calendas Auguſti, luna 28. Iul. B

14. 25. 6. 17. 28/ 9. 20. 1. 12. 23/ 5. 15. 26. 7. 18/ 29. 10. 21. 3.

IN Britannia minori, Dolo monaſterio, ſancti Samſonis, epiſcopi & confeſſoris. Eodem die, 1
Lugduni, ſancti Peregrini presbyteri. cuius beatitudinem miraculorum gloria teſtatur. 2
Mediolani, natalis beati Nazarij martyris. quem Anolinus ſub rabie perſecutionis, quæ per Neronem excitata eſt, diu maceratum & afflictum in carcere, & cum eo ſanctiſſimum puerum Celſum, quem idem ipſe nutriebat, gladio feriri iuſſit. Horum corpora, vt ſcribit beatus Paulinus, *In vita Ambr. vltra medium.*
cum vſq; ad tempora Honorij & Arcadij imperatorum, latuiſſent, beatus Ambroſius Domino reuelante reperit. Romæ, natalis ſancti Victoris papæ. qui poſt beatum Petrum quintuſdecimus, 3
rexit eccleſiam annis decem, & ſub Seuero principe martyrio coronatur. Item Romæ, beati In- 4
C nocentij, pontificis (r *& martyris.*) *Luchas caſtro, ſancti Vrſi confeſſoris.* 5

ANNOTATIONES.

1 Samſonis Dolenſis archiepiſcopi vitam ſcripſit Baldricus, eiuſdem ſedis antiſtes. Catalogus Scriptorum Britanniæ.

2 De Nazario & Celſo latius Ado, pridie Idus Iunij/ ipſe Ambroſius ſerm. vltimo/ & Præfatio in Liturgicis.

3 De Victore Pontificale cap. 15/ Scribit etiam Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 24. ſed contra Victorem, nimium fauens Quartodecimanis, vt latè tractat præceptor meus D. Heſſelius in libro de communione ſub vna ſpecie.

4 De Innocentio confeſſore, Pontificale cap. 42/ Hieronymus Demetriadi epiſt. 8/ Oroſius lib. 7. cap. 39/ item Baſilij ad eum epiſtolæ, MS. in Vaticano. Martyris titulo in Romano martyrologio inſignitur, ſiue propter conſtantiam, ait Maurolycus, ſiue ob aliud laboris meritum. Dicitur enim anathemate damnaſſe Arcadium, quòd Chryſoſtomum epiſcopum, qui Eudoxiam Auguſtam idololatriæ increpauerat, relegari paſſus eſſet.

5 Vrſi & Leubatij abbatum vitam, ſcribit Gregorius Turonenſis, de vita patrum cap. 18.

Quarto Calendas Auguſti, luna 29. Iul. G

D 15. 26. 7. 18. 29/ 10. 21. 2. 13. 24/ 6. 16. 27. 8. 19/ 1. 11. 22. 4.

ROmæ, via Aurelia, natalis ſancti Felicis. Item via Portuenſi, ſanctorum martyrum, Simplicij, 1
Fauſtini & Beatricis. quorum duo, poſt multa ac diuerſa ſupplicia, iuſſi ſunt capitalem ſubire † *Geſta S. Anthimiæ tomo 3. Surij.*
ſententiam, tempore Dioclitiani. Beatrix verò † ſoror eorum, in Chriſti confeſſione præfocata eſt in carcere. Item beatæ [2]Marthæ, ſororis beati Lazari. quorum venerabilem memoriam extructa eccleſia non longè à Bethania, vbi è vicino domus eorum fuit, conſeruat. Ciuitate Trecas, ſancti
[3]Lupi confeſſoris. qui cum beato Germano in Britanniam directus venit. Hic quinquaginta duo- 4
bus annis ſacerdotio venerabiliter functus eſt, b *& tempore regis Attilæ, qui Galliam vaſtabat, ſicut in eius hymno canitur, dum bella cuncta perderent, orando Trecas muniit.* q *Aurelianis, depoſitio beati Proſperi epiſcopi. In Norvegia, paſſio ſancti Olaui regis, & martyris, an. milleſimo vigeſimooctauo. Ciuitate Brioceſi, ſancti Guillelmi epiſcopi & confeſſoris.* r *In Mamienſi ciuitate, ſanctæ Seraphinæ.* g *Die vigeſimanona, S. martyris Callinici.* *De Callinico Metaphr.*
E ¶ Romæ, ſanctarum virginũ, Floræ & Lucillæ martyrum, cum aliis multis. quarum paſſio habetur, & extat de eis † *Ser. 20. MS. To. 3. cypr.*
ſermo Petri Damiani. † Item, reuelatio capitis beati Ioannis Baptiſtæ, Pipino regi facta in Aquitania, de qua eſt tractatus apud martyrem Cyprianum.

ANNOTATIONES.

1 De Felice ſcribit Pontificale cap. 37. Omiſi tamen quæ in Vſuardo ſequebantur [papæ. qui à Conſtantio Auguſto ob catholicæ fidei defenſionem, à ſede ſua deiectus, & gladio necatus, glorioſè occubuit.] Quæ omiſi ob Onuphrij ad Platinam de eo annotationem: & quia in recognito Romano Breuiario martyr tantùm nominatur.

2 A Martha ſedula Chriſti miniſtra famulas Teutonicè Marthas nuncupamus, vt eius diligentiam officioſè exprimant, cuius nomen ſortiuntur. Eius vitam & geſta, ſunt qui ſcribant, Marcillam eius pediſequam conſcripſiſſe, Lucæ 10.
inter quos Petrus Natalis, lib. 6. catalogi cap. 152. Robertus Gaguinus lib. 3. refert Clodoueum ad ſepulcrum Marthæ ſanatum.

3 De Lupo Trecensi, historia pag. 390. Surij / Turonensis de gloria Confessorum cap. 67. 68 / Sidonius lib. 6. epist. F
1 / lib 7. epist. 13. ad Sulpitium / Beda lib. 1. hist. cap. 17 / Catalogus item Britanniæ notat Gildam Albanium, ex regio
Britannorum stemmate prognatum, scripsisse acta Germani & Lupi: obiisse anno Domini 512.
4 Guilelmi Briocensis vitam scribunt Innocentius quartus eum, Sanctis assribens, & tomo 4. Surij Godofridus
Caluus archiepiscopus Bituricensis, eius familiaris.

30. Iul. A

Tertio Calendas Augusti, luna

16.27.8.19.1/11.22.3.14.25/7.17.28.9.20/2.12.23.5.

*al. Senen. *Gesta Laurentij & sociorum. latius Ado, apud Aloysium & Surium.*

ROmæ, natalis sanctorum Abdon & * Sennis subregulorum, qui, cum in Corduba ciuitate Persarum, vincula paterenturà Decio, ad vltimum duxit eos Romam, catenis obligatos, & diuersis pœnis maceratos: vbi primò plumbatis cæsi, & deinde gladio interfecti sunt. Apud Africam, ciuitate Lucernaria, sanctarum virginum, Maximæ, Donatillæ, & Secundæ, quæ persecutione Gallieni, aceto & felle primùm potatæ, deinde plagis acerrimis cæsæ, & equulei extensione cruciatæ, postmodum etiam craticulis exustæ, necnon ad bestias proiectæ, sed ab his intactæ, G
nouissimè gladio iugulatæ sunt. r *Antisiodori, sancti Vrsi episcopi.* q *In Suetia, sancti Brunolphi, episcopi Scharensis, & confessoris. Item in Suetia, beatæ Helenæ.*
1 ¶ Assisij, natalis sancti Rufini martyris.

ANNOTATIO.

1 In Rufini natali sermonem habuit Petrus Damiani, in quo nonnulla miraculorum eius perstringit. Habet & hymnum de eo/ to. 8. Aloysij/ 4. Surij.

31. Iul. B

Pridie Calendas Augusti, luna

17.28.9.20.2/12.23.4.15.26/8.18.29.10.21/3.13.24.6.

Latius Ado Treuirensis. 1

APud Cæsaream, passio beati Fabij martyris. qui cũ ferre vexilla præsidialia recusaret, primùm diebus aliquot in carcerem trusus, deinde interrogatus semel & iterum, in Christi confessione perdurat: & mox à iudice capitali sententia condemnatur. Rauennæ, transitus sancti Germani H
Antisiodorensis episcopi, genere, fide, & doctrina, ac miraculorum gloria, clarissimi. Ciuitate Sinnada, sanctorum, Democriti, Secundi, & Dionysij. *Mediolani, natiuitas sancti Calimeri, pontificis & martyris.* † *In Anglia, beati Neoti sacerdotis, meritis ac miraculis insignis. Treuiris, sancti Bantonis, confessoris Christi. In Calabria, oppido Tabritano, sancti Fantini confessoris Syracusani. cuius parentes, Fantius ac Deodata, Syracusis plumbatis cæsi, cum diis litare nollent, decollati sunt.* g *Die trigesimaprima, sancti &*

† *Ambr. in Missa.* 2

De Eudoc. Metaph. 29. Iuly. *iusti Eudocimi.*

3 ¶ Romæ, obiit beatissimus Ignatius Loiola, fundator Societatis Iesu. quam toto propemodum terrarum orbe multiplicatam vidit. Multa quoque barbarorum millia, per eandem, è summa barbarie, ac suaue Christi iugum subeundum, reuocata esse cognouit. Omnia enim eius consilia & studia spectabant ad conseruandam, reuocandam, & multiplicandam, per se & suos, fidei catholicæ synceritatem. Surius in com. hist. rerum memorab. anno 1540.

ANNOTATIONES.

I

1 De Germano. Isidorus Hispalensis episcopus de viris illustribus capite 4. Constantius episcopus Germani vitam contexuit libris duobus ad Patientem episcopum, quos habet Surius. Sigibertus de viris ill. capite 105. Hericus monachus vitam Germani, Altisiodorensis episcopi, metrico stylo luculenter sex libellis descripsit. Idem in Chronicis anno 877. & Carolo imperatori obtulit. Sunt excusi Parisiis anno 43. Idem Hericus in præfatione sex libellorum ad Carolum Caluum. Confeci præterea ex miraculis præcellentissimi Germani, aliud opusculum, geminis distinctum libris, in quo quia tui tum nominis, tum temporis mentio frequentius agitur, tuæ nihilominus illud malui Celsitudini dedicatum.
2 De Neoto ex catalogo Scriptorum Britanniæ. Guilelmus Rameseensis Ordinis sancti Benedicti in Crolandia, scripsit Neoti vitam, carmine. Incipit, *Anglia qua toto.* Eiusdem, prosa incipit, Beati Neoti confessoris vitam. De translatione eiusdem. Claruit anno 1178.
3 Ignatij Loiolæ vitam, fundatoris Societatis Iesu, libris quinque comprehendit Petrus Ribadneira, sacerdos Societatis eiusdem. Excusus Neapoli anno 72.

AVGV-

A

AVGVSTVS HABET
DIES XXXI.

Calendis Augusti, luna

1. Aug. C

18.29.10.2.3/13.24.5.16.27/9.19.1.11.22/4.14.25.7

B ANtiochiæ, natalis sanctorum Machabæorum r *septem fratrum, cum matre sua. qui passi sunt sub Antiocho rege.* g *& præceptoris ipsorum Eleazarij.* Romæ ad sanctum Petrum, r *sancti Petri* ad vincula. Vercellis, beati Eusebij, episcopi & *confessoris.* 2. Mach. 6.
qui ob confessionem fidei à Constantio Scythopolim, & inde Cappadociam relegatus, post ad ecclesiam suam reuersus est. Item Romæ, passio sanctarum virginum, *Elpis, vistis, & Agapæ, id est,* Spei, Fidei, & Charitatis, & matris earum *Sophiæ, id est,* Sapientiæ; quæ *fuerunt natione Mediolanenses,* & sub Adriano principe martyrij coronam adeptæ sunt. Via Latina, sanctorum martyrum, Boni presbyteri, Fausti, Mauri, cum aliis septem, qui in Stephani papæ actibus describuntur. In Hispaniis, ciuitate Gerunda, natalis sancti Felicis. quem iussit Dacianus iudex, post illata tormentorum genera, vngulis detrahi, ac deinde vsque ad ossa laniari, & tam diu vulnera * verberibus instaurari, vsque dum inuictum Christo spiritum reddidit. Apud Arabiam, ciuitate Philadelphia, sanctorum martyrum, Cyrilli, Aquilæ, Petri, Domitiani, Rufi, Menandri, vno die coronatorum. In territorio Parisiacensi, Iustini martyris. *cuius corpus requiescit in magna ecclesia beatæ Mariæ virginis Parisiis.* In pago Lisuino, sancti Nemesij confessoris. *Castro Corboilo, sancti Exuperij, episcopi & confessoris. cuius*
C *corpus persecutione Danorum à Redonis ciuitate fugatum, atque à Galliarum incolis honorifice susceptum, in prædicto loco affectu magnæ deuotionis colitur. Item, Friardi & Secundelli. In Britannia, natalis sancti Ethelwuoldi, episcopi Vvintoniensis, & confessoris.* p *Marcianis, depositio sancti Ionati abbatis.*

1 Mach. 7. 2 3 4 *vltra medium.* 2. *Augusti.* 5 * *al.* vulneribus.

¶ *Gandaui, eleuatio sancti Bauonis, pij confessoris. In Blandinio, translatio sancti Vvinualoci abbatis.* b *Romæ, dedicatio † primæ ecclesiæ à beato Petro constructæ & consecratæ.* g *Die prima, processio venerabilium lignorum venerandæ & viuificatricis crucis.*

† *Leo vocat natalem ecclesiæ in sermone.*

ANNOTATIONES.

1 De Machabæis. Hieronymus de viris ill. cap. 23. Liber Iosephi περὶ αὐτοκρατορος λογισμοῦ valde elegans habetur, in quo Machabæorum sunt digesta martyria. Est ab Erasmo translatus, de dominatrice potentia. Extant in eorundem laudem Nazianzeni oratio 21 / Chrysostomi homilia in eorum natali / sermo Leonis / Ambrosij Præfatio, & caput vndecimum libro 2. de Iacob & beata vita / Eusebij Emiseni homilia 7 / Bern. ep. 98 / Marij Victorini elegia / & alia.
D 2 De vinculis Petri sermo Bedæ in homiliario doctorum / encomium catenarum & gladij Petri apud Metaphrasten, Chrysostomo inscriptum / Item Gesta Alexandri papæ / Gregorius lib. 1. registri epist. 30 / & lib. 2. cap. 72 / & tomo 4. Hieronymi, epistola ad Eustochium de vinculis Petri, Sigib. an. 438. & 869. pl.
3 De Eusebio Gennadius in catalogo. Maximus Taurinensis ecclesiæ episcopus, fecit duos de sancti Eusebij Vercellensis episcopi & confessoris vita, tractatus. His Aloysius adiungit epistolam ipsius Fuscbij, quam scripsit in exilio, ad presbyteros & plebes quasdam Italiæ. quam & Surius habet. Meminerunt eiusdem confessoris, Hilarius / Ambrosius epist. 82. & in præfatione / Hieronymus de viris ill. cap. 106 / Rufinus lib. 10. cap. 30 / item Turonensis, Cassiodorus, & sequaces. In Vsuardo sustuli ea verba (nouissimè persequentibus Arianis martyrium passus.) Sunt enim manifestè extra historicam veritatem Ambrosij, & aliorum quos citaui, etsi Pseudo ambrosius serm. 69. martyrium ponat; in quod fortè Vsuardus humano errore incidit.
4 Sapientiæ & trium filiarum eius gesta martyrij habentur Legendæ parte 2 / & apud Metaphrasten to. 4. Surij.
5 De Felice, Ado in Martyrologio / Greg. Turonensis de gloria martyrum cap. 92 / Vincentius in Specbulo lib. 13. cap. 134. 135. ex Gestis, quæ inscribuntur humillimo Leuitæ inspectori passionis ipsius.
6 De Friardo recluso, & Secundello diacono, Gregorius Turonensis de vita patrum cap. 10.
E 7 De Ethelvvoldo ex Catalogo Scriptorum Britanniæ. Vvolstanus Vintoniensis monachus, alumnus Ethelvvoldi episcopi, scripsit eius vitam, ac translationem Svvithuni, per ipsum factam, anno 970. Epitomen habet Surius.

Quarto nonas Augusti, luna

2. Aug. D

19.1.11.22.4/14.25.6.17.28/10.20.2.12.23/5.15.26.8.

1 ROmæ in cœmeterio Calixti, natalis beati Stephani papæ. qui persecutione Valeriani, cum insequeretur ob Christi martyrium, & staret intrepidus ante altaris solennia, ab iugiter cœpta perficeret, in eodem loco, sic in sua decollatus est sede. In prouincia Bithynia, vrbe Nicæa, sanctæ Theodoræ, cũ tribus filiis suis. E quibus primogenitũ, nomine Euodiũ, Christum fiducialiter cõfitẽtẽ, primùm fecit cõsularis Bithyniæ fustibus cædi, deinde ipsam cũ omnibus filiis igni cõsumi;

*circa mediū 25. Dec. † Scard. l. 2. classe 6. b *Scriptum est in passione sanctæ Anastasiæ.* * r *Ciuitate Padua, sancti Maximi*, † *eiusdem ciuitatis episcopi. qui miraculis clarus, beato fine quieuit.* q *Carnoti, sancti Betharij, eiusdem ciuitatis episcopi, sanctitate & miraculis clari.* B

¶ r *Eodem die, consecratio basilicæ sanctæ Mariæ de Portiuncula apud Assisium, in qua beatus pater Franciscus obtinuit à Deo, & à papa, maximam indulgentiam.*

ANNOTATIO.

1 Stephani papæ actus, quos Romani Notarij collegerunt, multorum martyrum illustres agones continent. Nam quicquid Beda, Vsuardus, Ado, habent de sanctis, Nemesio & Lucilla / Sympronio creditario / Olympio, Exuperio & Theodulo / Bono, Fausto, & collegis / Tertullino / & Tharsitio / id transcripserunt ex actis Stephani. Vnde & Metaphrastes sua hausit, to. 4. Surij. De eodem scribit Damasus capite siue pontifice 4 / Vincentius Lirinensis contra hæreses cap. 9 / Cyprianus ad eum epist. 67. 72.

3. Aug. E

Tertio Nonas Augusti, luna

20.2.12.23.5/15.26.7.18.29/11.21.3.13.24/6.16.27.9. G

1 † Act. 5. 21. * Ioan. 3. 19 Gennadius cap. 46. † De Euphr. Gr. Turon. 2. hist. c. 15. Hierosolymis, inuentio corporis beatissimi Stephani protomartyris, & sanctorum, † Gamalielis, * Nicodemi, & Abibon. Hæc septimo Honorij principis anno reuelata, atque à beato Luciano presbytero scripta ad totius Ecclesiæ personam, omnibus fere gentibus declaratur. Constantinopoli, sancti Hermelli martyris. r *Augustoduni, depositio sancti* † *Euphronij episcopi. Apud Nouariam, sancti Gaudentij episcopi.* g *Die tertia, sanctorum patrum Isaacij, Dalmati, & Fausti.*

ANNOTATIO.

1 De inuentione Stephani papæ relatio Luciani presbyteri, quam Vsuardus citat, passim in ecclesiis legitur, ac nuperrimè excusa est inter Sermones Augustini de diuersis, opera Vlimmerij. Ibidem multa habentur Augustini de Stephani miraculis, & duo libelli Euodij Vsalensis episcopi. Horum sic meminit Sigibertus anno 418. Orosius presbyter rediens ab Hieronymo, ad quem missus fuerat ab Augustino, pro discenda quæstione de origine animæ, reliquias protomartyris Stephani ad Africam detulit, cum historia inuentionis eius; quam gratia miraculorum prosequente, vbiq; Deus mirificauit. Vnde plura Augustinus, multo plura scripsit Euodius. H

4. Aug. F

Pridie Nonas Augusti, luna

21.3.13.24.6/16.27.8.19.1/12.22.4.14.25/7.17.28.10.r

1 * apud aliquos, die 5. Col. 4. Act. 19. 20. 27. ad Philip. d * Actus Stephani pp. 2. Augusti. Ciuitate * *Bononiæ, sancti Dominici confessoris, fundatoris Ordinis fratrum Prædicatorum, viri sanctitate & doctrina clarissimi. Quem ob singularem meritorum gratiam, tres mortuos suscitasse dum viueret, & virginitatem perpetuò illibatam conseruasse, perspicuum est. Item*, natalis beati Aristarchi, discipuli sancti Pauli Apostoli. b *de quo beatus Apostolus scribit Colossensibus, Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus. Qui comes indiuiduus permansit vsque ad eius confessionem: quique constitutus Thessalonicensium episcopus, post longos ac beatissimos agones, à Christo coronatus quieuit.* Romæ, *in crypta arenaria*, via Latina, passio Tertullini martyris. * qui sub Aureliano imperatore post impiam fustium mactationem, & ignium circa latera exustionem, ac oris quassationem, atque equulei extensionem, neruorúmq; cæsionem, data sententia, capitis amputatione martyrium consummauit. b *Quem beatus Stephanus baptizatum, in Albis presbyterum consecrauit: & ab eodem pontifice sepultus est, postquam martyrium promeruit.* Romæ I

* Gesta Laurentij & sociorum, 10. Augusti. † Ambrosiana Missa. 2 via Tyburtina, natalis sancti Iustini presbyteri (r *& martyris.*) * qui persecutione Decij, Galli, & Volusiani, confessionis gloria insignissimus fuit. b *Quem beatus Sixtus ordinauit. Hic beatos, Hippolytum & Concordiam, Irenæum, Abundium, & Cyrillam filiam Decij Cæsaris, martyres, & alios plurimos, sepulturis condidit.* q *Romæ, beatæ & sanctæ Perpetuæ*, † *matris sancti Nazarij. Item sanctæ Vualburgis virginis. cuius reliquiæ sacræ Furnis habentur. Turonis, sancti Euphronij, episcopi & confessoris.*

ANNOTATIONES.

1 De Dominico. Constantinus Vrbeuetanus præsul, iussu Ioannis Teutonici, quarti Ordinis magistri, egregiè edidit officium D. Dominici, cum ipsius vita, mediocri tamen stylo / Ioannes Garzo ad 36. Magistrum editus est in libro de illustribus Prædic. & Louanij parte secunda Aloysij. Surius ponit octo libros Theodorici de Appoldia Teutoni, scriptos iussu septimi Magistri Ordinis. Ex quarum præfatione constat qui præterea de beatissimo Dominico scripserint. K

2 De Euphronio, Gregorius Turonensis eius proximus successor, lib. 10. historiæ Francorum cap. 31 / de gloria confessorum Capp. 18. 19. 20.

5. Aug. G

Nonis Augusti, luna

22.4.14.25.7/17.28.9.20.2/13.23.5.15.26/8.18.29.11.r

† Breuiar. Roman. 1 Romæ, *sanctæ* † *Mariæ matris Dei ad niues.* Apud prouinciam Rhætiæ, natalis sanctæ Afræ martyris. quæ cum esset pagana & meretrix, per doctrinam sancti Narcyssi episcopi ad Christū cōuersa, & cum omni domo sua baptizata, pro confessione Domini igni tradita est. Eodē die, sancti Osvvaldi, regis Anglorum: cuius actus commemorat venerabilis Beda presbyter, in gestis eiusdem gentis. 2 lib. 3. cap. 6

p *narrans*

A p *narrans inter cætera de eo, quòd cum quadam die sederet ad prandium, discum argenteum, qui erat positus ante eum, confringi præcepit minutatim, alimoniámque pauperibus dari.* Augustoduni, beati Cassiani, episcopi & confessoris. Catalaunis, sancti Memmij, † episcopi & confessoris. b *primi illi ciuitati ab vrbe directi: qui inter alia innumera miracula, mortuum suscitauit. Castro Corboilo, sancti Ionij martyris.* p *Laubiis, natalis sancti Abel, archiepiscopi & confessoris.* g *Die quinta, sancti Eusignij martyris.* 3 Turon. de conf. cap. 66.

¶ *& præfestum metamorphosis Domini nostri Iesu Christi.* q *Bergis*, p *aduentus sanctæ Leuuinnæ, virginis & martyris.*

Apud Asculum, sancti Emygdij, episcopi & martyris, tempore Marcelli papæ.

ANNOTATIONES.

1 Afræ gesta extant ex parte apud Vvicelium in hagiologio / Legendæ parte 2. / & ex MS. apud Surium.

2 De Osvvaldo, Beda lib. 3. historiæ Anglorum vsque ad caput 14. / lib. 4. cap. 14. / Drogo ex monacho Bergensi præsul Morinorum, libro vno, & sermonibus duobus, MS. Bergis sancti Vvinoci.

3 Cassiani meminit Turonensis de gloria confessorum cap. 74. / Vita habetur MS. cap. 18. / Item translatio cap. 17. facta anno 840. de finibus Eduorum ad nostrûm (Viromandorum) & miracula partim nostris conspecta visibus, inquit auctor, partim eorum relatione comperta, qui sæpius adesse potuerunt. B

Octauo Idus Augusti, luna 6. Aug. A

23.5.15.26.8./18.29.10.21.3./14.24.6.16.27./9.19.1.12. r.

In *monte Thabor, transfiguratio Domini nostri Iesu Christi.* Romæ, via Appia, natalis beati Sixti, papæ & martyris: & in cœmeterio Prætextati, sanctorum Felicissimi & Agapeti diaconorum eiusdem: qui cum eo sub Decio pariter decollati sunt. b *Noctu verò venerunt clerici, & maxima pars Christianorum, qui sepelierunt sanctorum corpora condigno honore.* Decollati sunt cum eo & alij quatuor, Ianuarius, Magnus, † Vincentius, & Stephanus * diaconi, vt in gestis Pontificalibus legitur. Passus est cum eis & beatus Quartus, vt scribit sanctus Cyprianus. In Hispaniis ciuitate Compluto, Iusti & Pastoris fratrum: qui cum adhuc pueri literis imbuerentur, proiectis in schola tabulis, sponte ad martyrium cucurrerunt. Et mox à Daciano teneri iussi, cum se mutuis exhortationibus constātissimè roborarent, extra ciuitatem producti & à carnificibus iugulati sunt. 1 2 † al. Innocēti. * subdiaconi. Pont. cap. 25. Cyp. epist. 82.

C ¶ *Romæ in ecclesia beati Petri, natale beati Hormisdæ papæ: qui composuit clerum & psalmis erudiuit. Sub huius tempore Anastasius imperator hæreticus, percussus fulmine interiit.* 3

Item beatæ memoriæ Gezelini confessoris: qui quiescit in Ducatu Montensi. 4

ANNOTATIONES.

1 Transfigurationis Domini festum Breuiario Romano insertum est à Calixto III. ob victoriam de Machomete Turca ad Belgradum eo die accepta. De quo eius bulla prostat MS. cum longè antea in Græcis ecclesiis multa celebritate obseruaretur, testantibus, Metaphraste, & apud eundem Basilio episcopo Seleuciæ, Andrea episcopo Cretensi, Cyrillo episcopo Alexandrino, Ephræm diacono Edesseno: quorum orationes illic leguntur.

Erat & in Galliis antea notum. nam Belethus scribit de hoc festo cap. 144. Rationalis: & Vvandelbertus Prumiensis eiusdem hoc die meminit, dicens;

Idibus octauis mortem passura, crucémque;
Christi sancta caro ætheream dedit ante figuram.

D Festum est Euangelicum ex 17. cap. Matth. 9. Marci & Lucæ. Platina notat ipsum Calixtum officium transfigurationis Domini composuisse.

2 De Sixto (aut Xysto) secundo, Gesta Laurentij celeberrima die 10. Augusti / & ex eis Ambrosius lib. 1. officiorum cap. 41. / Gesta pontificalia cap. siue pontifice 25. / Cyprianus epist. 82. De Felicissimo & Agapyto diaconis Xysti, vtraque Gesta, Laurentij & Pontificalia.

3 De Hormisda, Pontificale cap. 54. & Paulus diaconus lib. 17. historiæ Romanæ, hoc est septimo ad Eutropium addito, in Anastasio.

4 Gezelini vitam scripsit Archardus, discipulus sancti Bernardi.

Septimo Idus Augusti, luna 7. Aug. B

24.6.16.27.9./19.1.11.22.4./15.25.7.17.28./10.20.2.13.

Apud Tusciam, ciuitate Aretio, natalis beati Donati, episcopi & martyris, sub Iuliano imperatore: qui, vt Gregorius papa in libris dialogorum meminit, fractum à paganis calicem sanctum, ad Missas orando, instaurauit. Romæ sanctorum martyrum, Petri, Iuliani, cum aliis decem & octo. Apud Mediolanum, natalis sancti Faustini, tempore Aurelij Commodi martyrizati. *Ciuitate Messana in freto Siculo, depositio beatissimi Alberti de monte Drepano, presbyteri & confessoris, sacríque Ordinis Carmeli per Siciliam Prioris prouincialis: qui genere, moribus, doctrina, sanctimonia, & miraculis clarissimus, decessit anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimosecundo. In Galliis, ciuitate Rothomagensi, depositio beati Victricij, præfatæ vrbis episcopi & confessoris: Catalaunis ciuitate, depositio sancti Donatiani episcopi & confessoris;* Lib. 1. cap. 7. E 2 3

g *Die septima, sacrosancti martyris Dometij.*

¶ Ciuitate Nouaria, sancti Godscalci martyris eiusdem ciuitatis episcopi: cuius passio habetur.

ANNOTATIONES.

1 De Donato gesta martyrij, quod pertulit à Quadratiano Augustali, extant: vnde & Ado partem transcripsit hac die. Item Gregorius ab Vsuardo citatus.

2 Alberti vitam habet Surius, quam teste Catalogo Britannico, Ioannes Maria Politianus scripsit. Eundem & Andream nouiter canonizatos, heroicis versibus salutauit Nicolaus Kenton Carmelita, qui Londini obiit anno 1468. Baptista verò Mantuanus vitam scripsit carmine sapphico. F

3 Victrico, Rothomagensi episcopo scribunt Innocentius primus epist. secunda/ & Paulinus epistolis duabus, quarum posterior magnam partem sanctissimæ eius vitæ complectitur.

8. Aug. C

Sexto Idus Augusti, luna

25. 7. 17. 28. 10./ 20. 2. 12. 23. 5./ 16. 26. 8. 18. 29./ 11. 21. 3. 14.

16. Martij. ex gestis Marcelli papæ.

ROmæ via Ostiensi, *natalis* beati Cyriaci diaconi, & sanctorũ martyrum, Largi & Smaragdi, cum aliis viginti, tempore Dioclitiani. a *Quorum passiones suis locis in præsenti Calendario notatæ sunt.* Apud Viennam Galliæ vrbem, sancti Seueri, presbyteri & confessoris: qui, vt eius gesta testantur, causa Euangelij prædicandi laboriosam peregrinationem suscepit, & ad præfatam vrbem deueniens, ingentem paganorum multitudinem verbo & miraculis † ad fidem Christi conuertit.

Ado an. 452

Burdegalis, depositio Mummoli, abbatis Floriacensis cœnobij. Item, sanctæ Agapæ virginis. g *Die octaua, sancti Æmiliani confessoris in Cyzico.* G

9. Aug. D

Quinto Idus Augusti, luna

26. 8. 18. 29. 11./ 21. 3. 13. 24. 6. 17. 27. 9. 19. 1./ 12. 22. 4. 15.

*†Gesta habet Surius. *Vt habet passio S. Laurentij.*

VIgilia sancti Laurentij martyris. Apud Coloniam Tusciæ, natalis sanctorum, Secundiani, Marcelliani, & Veriani. † qui tempore Decij, sub consulari Promotio primùm cæsi sunt, deindè in equuleo suspensi, & vngulis abrasi, atque igne lateribus appositò assati, triumphalem martyrij palmam capite cæsi meruerunt. Romæ, sancti Romani militis: qui * confessione beati Laurentij compunctus, petiit ab eo baptizari, & mox iubente Decio, cum fustibus exhibitus, ac decollatus est.

1 *Eodem die, Veronæ, sanctorum martyrum, Rustici & Firmi.* q *Catalaunis ciuitate, sancti Domitiani episcopi & confessoris.*

10. Aug. E

Quarto Idus Augusti, luna H

27. 9. 19. 1. 12./ 22. 4. 14. 25. 7./ 18. 28. 10. 20. 2./ 13. 23. 5. 16.

1 ROmæ, via Tyburtina, natalis beati Laurentij archidiaconi: qui præsente Decio imperatore, post plurima tormenta carceris, verberum diuersorum, laminarum ardentium, ad vltimum in craticula ferrea assatus, martyrium compleuit. Eodem die, Romæ, militum centũ sexaginta quinque. *Metis, depositio sancti Auctoris episcopi.*

ANNOTATIO.

1 Laurentij archileuitæ Gesta per Notarios collecta, habet Surius. vnde multa pluribus locis habent Martyrologia, & Ambrosius lib. officiorum primo cap. 41. Ferè tamen MS. in quatuor aut quinque partes secta sunt in passionem Polycronij cum clero/ Abdon & Sennis/ Xysti secundi cum collegis/ Laurentij/ & Hippolyti cum aliis. Rursus de Laurentio, Ambrosius lib. 2. officiorum cap. 28. & alibi/ Augustinus tract. 27. in Ioannem/ Prudentius hymno secundo de Stephanis Sanctorum/ Gregorius papa lib. 3. regestri epistola 30./ Gregor. Turonensis de gloria martyrum cap. 42. 46./ Metaphrastes/ Leo, Augustinus, Chrysologus, & alij, in homiliis diei. I

11. Aug. F

Tertio Idus Augusti, luna

28. 10. 20. 2. 13./ 23. 5. 15. 26. 8./ 19. 29. 11. 21. 3./ 14. 24. 6. 17.

Gesta Sebastiani tom. 1. Surij.

ROmæ inter duas lauros, natalis sancti Tiburtij martyris. † qui sub iudice Fabiano, cum, nudis plantis super carbones ardentes ingressus, Christum maiori confiteretur constantia, duci in tertium ab vrbe miliarium, atque ibidem gladio animaduerti, iubetur. Item Romæ, sanctæ Susannæ virginis: quæ cum esset nobili prosapia orta, & beati Caij pontificis neptis, martyrij palmam, tempore Dioclitiani, capitis obtruncatione promeruit. a *Eius corpus collegit Serena Augusta noctu, & manibus suis cum linteaminibus & aromatibus ornauit: sanguinem verò martyris, qui effusus fuerat, velamine detersit, & posuit in capsa argentea in palatio suo: vbi die noctuque furtiuis orationibus semetipsum Domino effundebat.* In 2 ciuitate Cameraco, sancti Gaugerici, episcopi & confessoris. p *qui & vitæ sanctitate conspicuus extitit,* 3 *& clarus miraculis, in pace quieuit.* Apud castellum Ebroas, sancti Taurini episcopi: *quem beatus Dionysius ordinauit, & eidem vrbi episcopum destinauit.* K

4 ¶ *Parisiis, susceptio sacræ spineæ coronæ Domini ab infidelibus, per beatum Ludouicum Francorum regem fœliciter ereptæ: quæ honoratur in sacrosancta capella palatij Parisij.* p *In Sarchinio, translatio † corporum sanctorum Trudonis, & Eucherij, confessorum Christi. Ipso die, eleuatio eorundem sanctorum, quæ facta est solemniter à Domino Rodulpho Leodiensi episcopo.*

ANNOTATIONES.

1 Susannæ celeberrima per Notarios gesta extant, pag. 597. Surij. E quibus vereres Martyrologi sua transcripserunt de Susanna/ Gabino/ Caio/ Claudio Prepedigna cum filiis atque Maximo/ & de Serena.

2 Gaugerici historia, quam Cameracenses habent extat etiam tomo 4. Surij. Alicubi legi eius historiam Rorgerum scripsisse: sed quo tempore, & an hanc, nondum comperi.

3 De Tau-

A 3 De Taurino Ebroicensi, habet Vincentius in speculo historiali, Capita aliquot, libro 10. siue 11. iuxta alia exemplaria. Sed cuius ea sint authoritatis, & an Deodato filio verè tribuantur, examinandum foret. *cap. 78. 79.*

4 De corona Domini. Rodulphus Nouiomagus vitæ Alberti parte 2. cap. 10. Composuit item Albertus officium ecclesiasticum de spinea corona Domini Saluatoris, quod non solùm in Ordine Prædicatorum; sed etiam in Galliarum ecclesiis decantatur.

Pridie Idus Augusti, luna 12. Aug. G

29. 11. 21. 3. 14./ 24. 6. 16. 27. 9./ 20. 1. 12. 22. 4./ 15. 25. 7. 18. 1

IN ciuitate Assisio, sanctæ Claræ virginis, primæ plantæ Ordinis pauperum dominarum, quæ vita & miraculis claruit. In Sicilia, ciuitate Catina, natalis sancti Eupli diaconi, sub Dioclitiano & Maximiano Augustis: qui cum diutissimè pro confessione Domini torqueretur, tandem martyrij palmam gladio cædente percepit. Apud Augustanam vrbem, sanctæ Hilariæ, matris sanctę Afræ martyris: quæ † cum ad sepulcrum eius excubaret, ibidem pro fide Christi à persecutoribus igni tradita est, cum Digna, & Eumenia, & Euprepia. Passi sunt item eodem die in præfata ciuitate, Quiriacus, Largio, Crescen- B tianus, Nimmia, Iuliana, cum aliis viginti. Item vrbe Phalati, passio Graciliani & Felicissimæ virginis: quorum primùm ora pro Christo lapidibus contusa, dehinc gladio percussi, optatam martyrij suscepere palmam. In Syria, sanctorum, Macarij & Iuliani. *Eodem die, Porcarij, abbatis monasterij Lirinensis, & martyris. Iotro monasterio, sanctæ Aglibertæ abbatissæ.* g *Die duodecima, sanctorum martyrum, Photij & Aniceti.* 3

¶ q *Montibus Hannoniæ,* p *translatio sanctæ Vvaldedrudis.*

1 2 *Vt habent Gesta Afræ, 5. Augusti.*

ANNOTATIONES.

1 Claræ vitam qui conscripsit, is nomen suum suppressit: sed scribit se mandante Alexandro papa eam conscripsisse, postquam ab eo sanctis virginibus erat asscripta. pag. 609. Surij.

2 Euplus martyrium passus est Catinæ, quæ & Catana, quod cõtractè ponit Vsuardus, fusius Ado, fusissimè Simeõ.

3 Porcarius cum monachis quingentis, sub Genserico Vvandalorum rege, pro fidei veritate coronatur. Quarum passionis historia publicè in sancta Dei ecclesia legitur die natalis eorum. Vita Honorati lib. 3. cap. 23. & 20.

C Idibus Augusti, luna 13. Aug.

1. 12. 22. 4. 15./ 25. 7. 17. 28. 10./ 21. 2. 13. 23. 5./ 16. 26. 8. 19.

ROmæ, beati Hippolyti martyris: qui pro confessionis gloria, iubente Valeriano * præside, ligatus pedes ac colla indomitorũ equorũ, sic per carduetũ & tribulos tractus emisit spiritum. Passa est etiam Cõcordia nutrix eius, quæ ante ipsum plumbatis cæsa, † martyrizauit. Decollati sunt simul & alij decem & nouem de domo eius. Eodem die Foro Syllæ, natalis sancti Cassiani: qui cum adorare idola noluisset, vocatis pueris, quibus docendo exosus factus fuerat, data est facultas perimendi eum. Quorum quanto infirmior erat manus, tanto grauiorem martyrij pœnam dilata morte faciebat. a *Scribit hoc Prudentius poëta.* Pictauis, depositio sanctæ 3 Radegundis reginæ: cuius vita *a Fortunato presbytero descripta,* virtutibus & miraculis latè claruit. *Ipso die, sancti Laudulphi, episcopi Ebroicensis. Mediolani,* r *depositio sancti 4 Simpliciani, episcopi & confessoris.* b *In Germania prouincia, natale sancti 5 Vvigberti, presbyteri & confessoris.* g *Die decimatertia, sancti patris & confessoris Maximi.* D

¶ Eodem die, sancti 6 Hariolphi, primi abbatis Elvvangensis, & episcopi Lingonensis.

1 *al.* principe. *al.* martyrizata est. 2 *prud. hymn. 9. περὶ στεφάν.*

ANNOTATIONES.

1 De Hippolyti martyrio, & Concordiæ, & nouendecim eius domus martyrum, latè Notarij Romani in Gestis Laurentij. Scribit etiam Prudentius Hippolyto hymnum vndecimum: commiscens tamen cum eo alterum Hippolytum martyrem, vt facilis est in eiusmodi lapsus.

2 De Cassiano Imolensi. Beda initio vitæ sancti Felicis dicit quendam martyrium beati Cassiani de metrico opere Prudentij in commune apertúmque omnibus eloquium transtulisse/ pag. 628. Surij.

3 De Radegunde, Greg. Turonensis lib. 9. hist. Francorum, cap. 2. 39. & deinceps. Vitæ eius librum primum scripsit Fortunatus presbyter, pòst episcopus Pictauorum: secundum, Bandomira sanctimonialis à sancta Radegunde enutrita. Non ea, ait in prologo, quæ vir Apostolicus Fortunatus episcopus de beata vita composuit iterando; sed ea scribere tentando; quæ præ prolixitate omisit. Vtrunque habet Surius.

4 De Simpliciano, Augustinus de prædestinatione sanctorum cap. 4./ lib. 8. confess. cap. 1. & sequentibus/ Paulinus sub finem vitæ Ambrosij/ Officium Ambrosianæ Ecclesiæ. E

5 De Vvigberto hoc, vt arbitror, est sermo primus inter varios, tomo 7. Bedæ.

6 De Hariolpho. Gaspar Bruschius de monasteriis Germaniæ, Ermenricus septimus abbas Elvvangensis, composuit dialogum de vita & miraculis S. Hariolphi. Idem Guil. Eisengrenius tribuit Adalberoni, Comiti à Dilingen, duodecimo abbati Elvvangensi, qui obiit anno 922.

Decimonono Calendas Septembris, luna 14. Aug. K

2. 13. 23. 5. 16./ 26. 8. 18. 29. 11./ 22. 3. 14. 24. 6./ 17. 27. 9. 20.

VIgilia Assumptionis Dei genitricis Mariæ. Romæ via Appia, natalis beati Eusebij presbyteri & confessoris: qui à Constantio Augusto, ob catholicæ fidei defensionem, in quodam cubiculo domus suæ inclusus, ibíq; in oratione constanter perseuerans dormitionem accepit. b *Cuius corpus*

collegerunt Gregorius & Oroſius presbyteri, & ſepelierunt in crypta, iuxta corpus Sixti, epiſcopi & martyris, via F
Appia. Quod audiens Conſtantius, in eadem crypta præcepit viuum includi Gregorium. Hunc ſemiuiuum nocte
Oroſius excepit inde, & poſt paululum defunctum, iuxta corpus ſancti Euſebij ſepeliuit. Factáque eſt grauiſſima
perſecutio in catholica eccleſia ab Arianis, ſedem Apoſtolicam tenente Liberio. r *In Africa, ſancti Demetrij.*

p *Item, Vverenfridi presbyteri & confeſſoris: cuius corpus in Ducatu Gheldriæ, in vico qui dicitur Elſte, requieſcit.*

S. Marcel. vita Suberti, cap. 14. ¶ † Hic prædicator egregius, verſus Batuam miſſus, nouellum Chriſti populum in Elſt & Vveſtervoirt, & in finibus illis feliciter rexit. Item ſanctæ matris Athanaſiæ.

ANNOTATIO.

1 Athanaſiæ vita, inſtitutio, & miracula, habentur in Simeonis Metaphraſi, à quodam viro pio narrata, qui partim ea vidit, partim à mulieribus ipſius matris familiaribus audiuit.

15. Aug. G

Decimooctauo Calendas Septembris, luna

3. 14. 24. 6. 17./ 27. 9. 19. 1. 12./ 23. 4. 15. 25. 7./ 18. 28. 10. 21.

G

1 * DOrmitio ſanctæ Dei genitricis Mariæ. Cuius ſacratiſſimum corpus, etſi non inuenitur ſuper terram, tamen pia mater Eccleſia eius venerabilem memoriam ſic feſtiuam agit, vt pro conditione carnis eam migraſſe non dubitet. Quò autem venerabile illud Spirituſſancti templum nutu & cõſilio diuino occultatum ſit, plus elegit ſobrietas Eccleſiæ cum pietate neſcire, quàm aliquid friuolum & apocryphum inde tenendo docere. Romæ via Appia, ſancti Tharſitij, acolyti & martyris: * qui cum quodam die deferret Chriſti Corporis ſacramẽta, nec vellet ea diſcutientibus prodere paganis, b *indignum iudicans porcis prodere margaritas*, tam diu eſt fuſtibus ac lapidibus maceratus ab eis, quouſque exhalaret ſpiritum. b *Et reuoluto eius corpore, ſacrilegi diſcuſſores nihil inuenire potuerunt ſacramentorum Chriſti. In Nicomedia, ſanctorum, Stratonis, Philippi, & Eutychiani, cum eorum ſociis.*

1 *Aſſumptio*

Geſta Stephani papæ ſub finem, 2. Auguſti.

2 ¶ Aldenburgi, depoſitio ſancti Arnulphi Flandrenſis, epiſcopi Sueſſionum, & confeſſoris, qui plenus bonis operibus, quieuit anno milleſimo octuageſimoſeptimo. Eodem die, ſancti Iacici, ſiue Iacincti, Ordinis Prædicatorum; qui poſt multos labores in Polonia & Ruſſia pro religione Chriſtiana toleratos, moritur anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimoſeptimo; & multis poſt interiectis annis propter ſanctimoniam vitæ actæ & miracula noſtra memoria in numerum Sanctorum relatus eſt. H

Cromertus lib. 9.

ANNOTATIONES.

1 De Aſſumptione Mariæ. Athanaſius ſermone de Deipara/ Bernardi ſermones aliquot, & poſteriorum auctorũ/ apud Auguſtinum de Sanctis ſermones 31. 35./ apud Hieronymum tom. 4. ad Paulam & Euſtochium ſermo Sophronij, vt ſuſpicatur Eraſmus/ item Metaphraſtes/ qui etiam addit encomia Andreæ Cretenſis archiepiſcopi Hieroſolymorum, & Ioannis Damaſceni. Plura adfert Nicephorus Calliſtus lib. 2. hiſtoriæ, ſed ab eccleſia non perinde recepta atque à vulgo. Apocrypha ſanè hîc vitanda eſſe, monuerunt etiam ante Vſuardum, Gelaſius in concilio 70. epiſcoporum, & Beda libro retractationum in Acta ad capita 8. & 13. Exequiis virginis ſeſe interfuiſſe ſcribit Dionyſius Areopagita de diuinis nominibus cap. 3. interpretibus poſterioribus: de quo loco vide Matthæi Galeni Areopagitica.

cap. 21. 22. 23

2 Arnulphi vitam ſcribit Liſiardus, poſt eum tertius epiſcopus Sueſſionenſis eccleſiæ, tomo 4. Surij.

16. Aug. D

Decimoſexto Calendas Septembris, luna

4. 15. 25. 7. 18/ 28. 10. 20. 2. 13./ 24. 5. 16. 26. 8./ 19. 29. 11. 22.

I

IN Nicea Bithynię, natalis beati Vrſatij confeſſoris: qui ſub Licinio perſecutore militia relicta, ſolitariam vitam agens, tantis claruit virtutibus, vt dæmones expuliſſe, & ingentem draconem orando interemiſſe legatur. *Scriptum eſt in libro quinto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ tripartitæ.* Apud ciuitatem Metenſium, r *tranſlatio* ſancti Arnulphi epiſcopi & confeſſoris: qui ſanctitate vitæ & miraculorum gloria illuſtris, eremiticam vitam diligens, beato fine quieuit. Romæ, ſanctæ Serenæ, vxoris quondam Dioclitiani Auguſti. *In Galliis, depoſitio beati Rochi confeſſoris, contra peſtilentiam adiutoris. Apud caſtrum Ramerudem, natale beati Balſemij, glorioſi martyris, ſociorúmque eius. Edem die, Theodoli confeſſoris, epiſcopi Sedunenſis.* g *Die decimaſexta, ſancti Mandelij, & ſancti martyris Diomedis.* †

Cap. 33. ex Sozom. l. 4. c. 15.

De Ser. geſta Suſannæ.

2

Zonar. to. 3.

¶ *& deportatio ab vrbe Edeſſa non manufactæ imaginis Domini noſtri Ieſu Chriſti.* q *Moninis, oſtenſio ſancti Hunfridi, epiſcopi & confeſſoris.*

Mediolani in monaſterio Coronatę, Ordinis fratrum eremitarum beati Auguſtini, depoſitio beati Georgij Cremonenſis: qui vitæ, ſanctitatis, & miraculorum gratia inſignis fuit. K

ANNOTATIONES.

1 De Arnulpho. Paulus diaconus lib. 6. de geſtis Longobardorum cap. 5. De Arnulphi mirabilibus apud Metenſem eccleſiam, vbi epiſcopatum geſſit, liber extat, eiuſdem miracula & vitæ abſtinentiam continens. Sed & ego † in libro quem de epiſcopis eiuſdem ciuitatis conſcripſi, flagitante Agelramo præfatæ eccleſiæ archiepiſcopo, de hoc ſanctiſsimo viro Arnulpho, quædam miranda ſcripſi: Manuſcripta. Liber autem quem extare dicit, extat per familiarem tom. 4. Surij/ & 3. Bedæ. Non eſt tamen Bedæ, nam auctor circa initium dicit ſe laudabilia facta Arnolphi epiſcopi, quæ geſſit, nonnulla familiaribus illius narrantibus, pleraque per ſemetipſum agnoſcere.

pag. 729. Surij.

2 Rochi hiſtoriam ſcripſit Franciſcus Diedus Venetus.

3 De imagine Chriſti non manufacta eſt apud Metaphraſtem Conſtantini Porphyrogeniti imperatoris narratio collecta

A collecta ex diuerſis hiſtoriis. De qua Niceph. pl. lib. 2. cap. 7. Diacon. lib. 17. & 18. pictura αὐτόματος à Nicephoro vocatur, & Diacono ἀχειροποίητος, Deique forma virilis.

Decimoſexto Calendas Septembris, luna

17. Aug. E

5. 16. 26. 8. 19./ 29. 11. 21. 3. 14./ 25. 6. 17. 27. 9./ 20. 1. 12. 23.

APud Africam, ſanctorum martyrũ, Liberati abbatis, Bonifacij diaconi, Seruij & Ruſtici ſubdiaconorum, Rogati & Septimi monachorum, & Maximi pueri: qui perſecutione Vvandalica, iuſſu Hunerici regis pro confeſſione catholicæ fidei, & vnici baptiſmatis defenſione, ſpecioſum curſum certaminis ſui, coronante Domino perfecerunt. a *Scribit beatus Victor Africanus epiſcopus in hiſtoria eiuſdem Vvandalicæ perſecutionis, quam & ipſe cum cæteris ſuſtinuit, & fideli atque illuſtri ſtylo digeſſit.* In Cæſarea Cappadociæ, natalis ſancti Mammetis martyris: qui paſſus eſt imperante Aureliano, ſub Alexandro præſide. Ipſo die, octauæ ſancti Laurentij martyris.

1 *poſt finẽ lib. 3. & libro 3.*

In pago Hollandiæ, Egmunda monaſterio, ſancti Hieronis, presbyteri & martyris. g *Die decimaſeptima, ſancti martyris Myronis.*

B ¶ Apud vrbem Ptolemaidem, ſanctorum martyrum Pauli & Iulianæ. †

De his Metaphraſt.

ANNOTATIO.

1 De Mammete, ſiue Mamante, martyre Cæſarienſi, Metaphraſtes to. 4. Surij/ Baſilius Cæſarienſis hom. 26./ Greg. Nazianzenus in fine orationis aut tractatus 45. Præfatio in Ambroſio/ Gregorius papa habuit homiliam 35. in baſilica ſancti Mammæ, die natalis eius. Neſcio tamen an hęc omnia in vnum conueniant, an diuerſos.

Decimoquinto Calendas Septembris, luna

18. Aug. F

6. 17. 27. 9. 20./ 1. 12. 22. 4. 15./ 26. 7. 18. 28. 10./ 21. 2. 13. 24.

APud Prænęſtinam ciuitatem, milliario ab Vrbe trigeſimotertio, natalis ſancti Agapiti: qui cum eſſet annorum quindecim, & amore Chriſti feruerет, iuſſu * *Aureliani* imperatoris tentus eſt, ac primò neruis cæſus, deindè à præſide Antiocho grauia patitur ſupplicia. Exinde cum ex præcepto imperatoris leonibus ſubiiceretur, & minimè eſſet læſus, gladio miniſtrorum coronãdus percutitur. Eodem die Romæ, beatorum presbyterorum Ioannis & Criſpi: qui perſecutione Dioclitiani multa ſanctorum corpora officioſiſſimè ſepelierunt: quorum meritis & ipſi poſtmodum ſociati, gaudia vitæ æternæ meruerunt. Via Lauicana, ſanctæ Helenæ matris Conſtantini imperatoris. 2 *Metis ciuitate, depoſitio ſancti Firmini epiſcopi & confeſſoris.* g *Die decimaoctaua, ſanctorum martyrum Phlori & Lauri.*

1 *al. Aurelij.*

C ¶ p *In Bronio, tranſlatio corporis ſancti Eugenij, archiepiſcopi & martyris.*

ANNOTATIONES.

1 Agapytus Prænęſte paſſus eſt ſub Aureliano, quem Vſuardus Aurelium nominat, ſi ſyncera eſt lectio plurium codicum. Geſta eius MS. Notarij Romani collegerunt: è quibus plura ponit Ado Treuerenſis.

2 De Helena. Euſebius libro 3. vitæ Conſtantini cap 41. & ſeq./ Caſſiodorus 2. tripart. cap. 18. Theod. lib. 1. cap. 18.

19. Aug. G

Decimoquarto Calendas Septembris, luna

D 7. 18. 28. 10. 21./ 2. 13. 23. 5. 16./ 27. 8. 19. 29. 11./ 22. 3. 14. 25.

NAtalis ſancti Magni, ſeu ſancti Andreæ martyris, cum ſociis duobus millibus, quingentis nonagintaſeptem. In Galliis, pago Sigiſterico, beati Donati presbyteri: qui ab ipſis infantiæ rudimentis mira Dei gratia præditus, anachoriticam vitam exegit multis annis, & miraculorum † gratia clarus, migrauit ad Chriſtum. Romæ, ſancti Iulij ſenatoris & martyris: qui iubente Commodo imperatore, tam diu fuſtibus eſt cæſus, donec emitteret ſpiritum. In territorio Bituricenſi, ſancti Mariani confeſſoris. r *Eodem die, in Prouincia, caſtro Brincola, depoſitio ſancti Ludouici, epiſcopi & confeſſoris: qui inde Marſiliam deportatus in eccleſia fratrum Minorum ibidem honorificè conditus eſt. Apud Mantuam, ſancti Rufini confeſſoris.* q *Bobio monaſterio, ſancti Bertulphi abbatis. Eodem die, ſancti Elaphij,* † *Catulaunis epiſcopi & confeſſoris. Nurenberga ciuitate, depoſitio ſancti Sebaldi confeſſoris, filij regis Daciæ.*

1 *de bon. latinis Ado.*

† *al.* gloria.

2 3 4

5 † *Turo. lib. 5. hiſt. cap. 40.*

ANNOTATIONES.

E 1 Andreæ ducis exercitus, & ſociorum eius, martyria ſcribit hac die Simeon Metaphraſtes.

2 De Iulio latius Beda, & Geſta Euſebij ac ſociorum, quæ Vincentius citat 10. Speculi cap. 120.

3 De Mariano recluſo Greg. Turonenſis in libro de gloria Confeſſorum, cap. 81.

4 Ludouici vitam ſcribit Ioannes 22. in antiquo Minorum Breuiario, & 4. tomo Surij/ item Anonymus, eiuſdem tamen Ordinis & temporis ſcriptor. Vnde quædam habet Surius.

5 Bertulphi Bobienſis vita eſt tomo 3. Bedæ, quæ eſt Ionæ abbatis, eius diſcipuli, vt alibi notauimus, item tomo 4. Surij.

20. Aug. A

Decimotertio Calendas Septembris, luna

8. 19. 29. 11. 22./ 3. 14. 24. 6. 17./ 28. 9. 20. 1. 12./ 23. 4. 15. 26.

SAmuelis prophetæ: cuius ſacta oſſa, vt *in libro contra Vigilantium beatus* Hieronymus ſcribit, Auguſtus Arcadius de Iudæa tranſtulit Thraciam, a *portantibus epiſcopis: & omnium eccleſiarum populis*

paulo poſt principium.

anta lætitia occurrentibus, quasi viuentem susciperent: vt de Palæstina vsque Chalcedonem iungerentur populorum F
1 *examina, & in Christi laudes vna voce resonarent.* r *In territorio Lingonensi, depositio beati Bernardi, primi Clare-*
Gesta Agapiti 18. Augusti. MS. *uallis abbatis: viri vita, doctrina, & miraculis glorioſi.* Eodem die, beati Porphyrij viri Dei. † qui sanctum martyrem Agapitum erudiuit in fide & doctrina Christi. Herio insula, sancti [a] Philiberti abbatis: qui post militiam temporalem, Christi tyrocinio mancipatus, monasteriorum extitit fundator deuotus.
Ciuitate Corduba, sanctorum monachorum, Leonigildi & Christophori: quorum corpora post
3 abscisionem capitis, igni tradita sunt. r *In Hungaria, ciuitate regia, Alba regali, sancti Stephani regis, qui*
4 *primus Hungaros ad fidem conuertit. Cainone castro, sancti Maximi confessoris.* q *Ipso die, sancti Auctoris, Tre-*
Beda lib. cap. 14. *uirorum episcopi. In Anglia, sancti Osuini martyris, regis Deirorum: cuius instantem obitum cum sanctus Aidanus*
episcopus prædiceret, Non est, inquit, digna gens hæc talem habere rectorem.
5 ¶ Dauentriæ, obitus beati Gerardi cognomento magni: qui initium dedit fratribus de communi vita. Villario mo-
6 nasterio, obitus Goberti, ex Comite Asperi montis, egregiæ sanctitatis monachi. Vvormatiæ obitus Burchar-
7 di episcopi.

ANNOTATIONES. G

1 Bernardi vita libris quinque descripta est ab eius familiaribus discipulis: liber primus à Guillelmo abbate: secundus, ab Arnoldo abbate Bonævallis: tres sequentes à Gofrido monacho Clarævallensi. Suntque excusi cum mellifluis auctoris operibus, & 20. Augusti.
* *Costhino.* 2 Philiberti vita scripta est iubente * Ioschino abbate Gemetrico. Nam & eius loci extitit fundator deuotus. Extat tomo 4. hac die.
3 Stephani regis vitam scribit Chartuitius episcopus ad Colomannum regem Hungarorum octauum/ pag. 856. Surij.
4 De Maximo Gregor. Turonensis de gloria confessorum cap. 22. Fuit quidam religiosus, & virtutibus, & nomine Maximus, & vt liber vitæ eius docet, quam versu conscriptam legimus, nostri fuit Martini discipulus, &c.
5 Gerardi magni vita edita est cum operibus Thomæ Kempensis.
6 Goberti vitam tribus libellis habet Villaria.
7 Burchardus monachus fuit Lobiis in Hannonia. Postea in Vvormatiensem præsulem assumptus, scripsit decretorum libros viginti. Quibus eius vita adiuncta est per eiusdem temporis auctorem, qui nomen suppressit.

21. Aug. E — Duodecimo Calendas Septembris, luna — H

9.20.1.12.23./4.15.25.7.18./29.10.21.2.13./24.5.16.27. r

1 N*Atale sanctorum martyrum, Lusorij, Ciselli, & Camerini.* In territorio ciuitatis Gaualitanæ, passio sancti Priuati episcopi & martyris: qui passus est sub persecutione Valeriani & Gallieni. Eodem die, sanctorum martyrum Bonosi & Maximiani: quorum actus habentur. Et ciuitate Salona, sancti Anastasij martyris. † qui pro confessione nominis Christi, iubente Aureliano imperatore interemptus est. r *Item Quadrati episcopi.* g *& sanctæ martyris Basæ.* q *Romæ in agro Verano, sanctæ* * *Cyriacæ martyris: quæ in Vvestalia, translata quiescit.*
†Gesta Agapeti. 18. Augusti. ** De Cyr. Gest. Laurentij.*

ANNOTATIO.

10. Augusti. 1 Priuati martyrium habet Gregorius Turonensis lib. 1. historiæ Francorum cap. 34./ & gestorum eius nonnulla Vincentius, in Speculo libro 1. cap. 75./ plura Surius. I

22. Aug. C — Vndecimo Calendas Septembris, luna

10.21.2.13.24./5.16.26.8.19./30.11.11.22.3.14./25.6.17.28. r

O*ctaua Assumptionis Virginis Mariæ.* Romæ via Ostiensi, natalis beati Timothei martyris: qui
Libro. 1. rentus ab vrbis præfecto Tarquinio, & longa carceris custodia maceratus, cum sacrificare idolis noluisset, tertiò cæsus, & grauissimis suppliciis attrectatus, ad vltimum decollatus est. a *Scriptum inuenitur in historia sancti Siluestri.* In portu vrbis Romæ, sanctorum Hippolyti, *qui dicitur Nonnus,*
1 2 *& sociorum. In Ostia, natalis sanctorum,* Quiriaci & Archelai. Eodem die Augustoduni, sancti Symphoriani, tempore Aurelij imperatoris: qui cum idolis sacrificare nollet, primò verberibus affectus, deindè carceri mancipatus, ad vltimum cæso capite martyrium consummauit. In portu Romano, sanctorum peregrinorum martyrum, Martialis, Epicteti, Saturnini, Aprilis, & Felicis, cum sociis eorum. Item Romæ, sancti Antonini martyris. qui b *cum esset carnifex, vidit stantem iuuenem cum spon-*
Gesta Eusebij & sociorum, 25. Augusti. *gia, & detergentem latera sanctorum martyrum,* † *Eusebij, Pontiani, Peregrini, atque Vincentij, cum suspensi in equuleo cæderentur: & mox exclamare cœpit, Verè Deus est Christus: & fugiens, occultè à Rufino presbytero baptizatus est: & reuersus,* cum se liberè fateretur Christianum, iubente Vitellio iudice, capitali sententia est damnatus, viáque Aurelia sepultus. *Remis ciuitate Galliæ,* p *natalis sancti Mauri martyris cum sociis suis. Qui à Roma cum beato Timotheo Remos veniens, postquam verbum Dei ibidem disseminans, Apollinarem cum aliis pluribus baptizasset, à Lampadio præfecto cum sociis sanctis, quos baptizauerat, decollatus est.* g *Die vigesimasecunda, sancti martyris Agathonici.* K

ANNOTATIONES.

1 De Hip olyto. Lobiis MS. extat martyrium Aureæ virginis & sociorum, nempe Hippolyti, qui eam sepeliuit, Cyriaci episcopi Ostiensis, Archelai diaconi & reliquorum.

2 De

A 2 De Symphoriano Greg. Turonensis de gloria martyrum cap. 51/ & de gloria confessorum cap. 77. vbi passionem eius citat, quam Surius edidit.

Decimo Calendas Septembris, luna — 23. Aug. D

11.22.3.14.25/6.17.27.9.20/1.12.23.4.15/26.7.18.29.

N*Atalis* sanctorum martyrum, Donati, Restituti, Valeriani, Fructuosæ, cum aliis duodecim: qui præclarissimo confessionis honore apud Antiochiam coronati sunt. Eodem die; beati Zachæi † episcopi. qui quartus à Iacobo, Hierosolymorum ecclesiam clarissimè rexit. Apud Lyciam, ciuitate Ægæa, sanctorum, Claudij, Asterij, & Neonis. qui post acerba tormenta, cruci affixi sunt. Alexandriæ, sancti Theonæ † episcopi venerabilis, & verè Deo digni. Item, natalis sanctorum, Timothei & Apollinaris. * qui apud Remensium vrbem consummato martyrio, cælestia regna meruerunt. Lugduni Galliæ, sanctorum martyrum, Minerui, & Eleazari; cum filiis
B octo. r *Eodem die, sancti Flauiani, episcopi* q *Augustoduni. Aruernis, natalis sancti Sidonij episcopi. Cenomanis, beati Fraubaldi abbatis & confessoris.* g *Die vigesimatertia, sancti Luppi martyris.* r *Item, vigilia sancti Bartholomæi Apostoli.*

† *Eus. l. 4. cap. 5.* † *Eus. l. 7. cap. vlt.* * *Turo. de glo. mar. cap. 55.* 1

ANNOTATIO.

1 De Sidonio, Gregorius Turonensis lib. 2. historiæ Francorum, capite 21. & deinceps. Extant etiam epistolæ eius, & metra.

Nono Calendas Septembris, luna — 24. Aug. E

12.23.4.15.26/7.18.28.10.21/2.13.24.5.16/27.8.19.1.

N*Atalis* beati Bartholomæi Apostoli. qui apud Indiam Christi Euangelium prædicans, b *vi-* 1
uens à barbaris decoriatus est, atque e iussu regis Astiagis, decollatione martyrium compleuit. Huius
C Apostoli sacratissimum corpus primùm ad insulam Liparis, deinde Beneuentum translatum; pia fidelium veneratione honoratur. Eodem die, apud Carthaginem, trecentorum martyrum. qui passi sunt tempore Valeriani & Gallieni. Denique post supplicia sibi illata, Christum Dei filium Deum fatentes, in clibanum calcis accensum demersi sunt. Ex quo etiam ille candidatus exercitus beatorum, Massa candida meruit nuncupari. *In quorum laudibus extant homiliæ sancti Augustini episcopi.* 2
Ciuitate Rothomago, sancti Audoëni episcopi & confessoris. qui sæculum salubriter 3
despiciens, sanctitatis merito episcopi adeptus est honorem. Niuernis, sancti Patricij abbatis.
In pago Cenomanico, sancti Rigomari confessoris. In Gladbach, diœcesi Agrippina, sancti Sanderadi, eiusdem cœnobij primi abbatis. g *Die vigesimaquarta, sancti hieromartyris Eutychis, discipuli sancti Ioannis Theologi.*
¶ Andaino monasterio, obiit Theodoricus abbas, anno millesimo octuagesimo quinto. qui viuus & defunctus multis claruit signis ac virtutibus. Eius corpus humo leuatum, Hugonistarum immanitate redactum est in cineres & fauillas.

ANNOTATIONES.

D
1 Bartholomæi mentionem ingerunt, Areopagita de mystica theologia cap. 1/ Eusebius lib. 5. hist. cap. 10/ Rufinus lib. 3. hist. eccl. cap. 1/ Præfatio Ambrosiana/ Isidorus de obitu Sanctorum cap. 77/ Appendix Græci ad Hieronymi catalogum cap. 7/ Turonensis de gloria martyrum cap. 77/ Vvicelius in hagiologio/ Metaphrastes addit Iosephum quendam. Sunt qui eundem Nathanaëlem suspicentur, vt Ferus in 1. Ioan. De quo etiam Iansenius in cap. 17. Euangeliorum. Translationis ad Liparim historia est MS. per Theodorum Studitem, abbatem Constantinopolitanum interprete Anastasio bibliothecario. Historiam quæ est in pseudoabdia, Ecclesia ignorat. Vnde Radulphus Riuius Tungrensis abhinc fere ducentis annis præclarè scripsit. Passiones sanctorum, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Iudæ, quas sub quadam deuotione indiscreta colligunt sacerdotes, periculosè in officio diuino leguntur. De festi celebratione dubietas oritur apud quosdam: sed consuetudinem tuæ regionis obserues, rescripsit Innocentius tertius: cap. Consilium nostrum: De obseruatione ieiuniorum.
2 Massæ candidæ trecentorum martyrum meminit Prudentius hymno 13. περὶ στεφάνων./ & Actus passionis Cypriani fol. β. 2. Possidius indicat homiliam Augustini per natale martyrum Massæ candidæ. Quam Plantino dabimus excudendam cum operibus Augustini.
E 3 Audoënus tribus libris scripsit vitam Eligij. Eius meminit Aimonius lib. 4. hist. Francorum, cap. 41/ Fridegodus autem diaconus sancti Odonis, dicitur vitam sancti Audoëni scripsisse. Cuius reliquias sanctus Odo episcopus Cantuariam transtulit, Anno 956. Edidit eam Surius, correcto nonnihil stylo.

de canonum obseruantia Propositione 11.

Octauo Calendas Septembris, luna — 25. Aug. F

13.24.5.16.27/8.19.29.11.22/3.14.25.6.17/28.9.20.2.

R*Omæ*, natalis sanctorum martyrum, Eusebij, Pontiani, Vincentij, & Peregrini, sub Commodo imperatore. qui primò in equuleum leuati, neruis quoque distenti, ac deinde fustibus cæsi sunt, flammis circa latera eorũ appositis: sed dum in laude Christi fidelissimi permanerent, 1

plumbatis vsque ad emissionem spiritus, mactati sunt. Item Romæ, sancti Genesij, martyris tempore Dioclitiani Augusti. qui b *fuit primum sub gentilitate mimus, thymelicæ artis magister.* a *Et cum vellet Dioclitianus de mysteriis Christianæ obseruantiæ ludum exhiberi, huius rei gratia in medio theatri quasi ægrotus, poscens se baptizari, mimum proposuit. Euocato autem presbytero & exorcista, repentè à Deo inspiratus credidit. Cúmque sacramentorum mysteria complessent, & indutus esset vestibus albis, veluti per ludum à militibus raptus, & ad similitudinem sanctorum martyrum de Christi nomine discutiendus, imperatori fuisset exhibitus, stans in editiori loco, ita concionatus est: Audi imperator, & omnis exercitus: sapientes, & populi huius vrbis. In tanta derisione Christianos habui, vt ex eorum sanctificatione ludum vobis exhibere vellem. At vbi me aqua nudum tetigit, & interrogatus, credere me respondi, vidi super me manum cælitus venientem, & angelos Dei radiantes iuxta me stetisse, qui omnia peccata quæ ab infantia feci, recitarunt de libro: quæ mox in ipsa aqua lauerunt, & me candidiorem niue postmodum ostenderunt. Nunc igitur inclyte Imperator, & vos omnes populi, credite verum Deum esse Christum, & per ipsum nos ad indulgentiam posse pertingere. Ad hæc cum Dioclitianus vehementissimè indignaretur, traditus Plutiano præfecto*, primò fustibus crudelissimè cæsus, deinde equuleo suspensus, & vngularum diutissima laceratione vexatus, lampadibus etiam inflammatus, cum in fide persisteret, dicens, Non est rex præter Christum, pro quo si millies occidar, ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde auferre non poteritis: martyrij palmam capitis obtruncatione promeruit. Eo-
3 dem die, beati Genesij Arelatensis, qui exceptoris functus officio, cum impia, quibus Christiani puniri iubebantur, edicta nollet excipere, comprehensus atque decollatus, martyrij gloriam, proprio cruore baptizatus, accepit. In Hispaniis, ciuitate Italica, sancti Geruntij episcopi, in car-
4 cere quiescentis. r *In prouincia Syriæ, sancti Iuliani martyris. Item Parisiis, sancti Ludouici confessoris, regis Franciæ* q *illustrissimi atque glorioßissimi. cuius corpus requiescit in cœnobio diui Dionysij in Francia, & caput eius honoratur & colitur in sacrosancta capella palatij. Quem dominus Bonifacius octauus sanctorum catalogo as-*
5 *scripsit, eius mortem pretiosam Deo per crebra miracula contestante. In pago Viromandensi, natale sanctæ Hune-*
6 *gundis, pretiosæ virginis Christi. In pago Lemouicensi, sancti Aredij confessoris.* p *Item, sancti Gregorij epi-*
7 *scopi Traiectensis, atque confessoris, qui fuit institutor sancti Ludgeri, episcopi Monasterienßis.*

¶ g *Die vigesimaquinta, reuersio Lipsani sancti Bartholomæi Apostoli.*

8 Eodem die fuit incendium oppidi Tuitiensis. in quo corpus Dominicum à flamma circunfusa intactum remansit.

ANNOTATIONES.

1 De Eusebio, Pontiano, Vincentio, & Peregrino, latius ex Gestis MS. Ado in Martyrologio, & Vincentius in Speculò lib. 10. cap. 119. & quatuor sequentibus.

2 Genesij Romani gesta martyrij pulcherrimè Romanos Notarios annotasse, ea ipsa satis testantur, quæ ex eis Ado transcripsit. Extant pagina 895. Surij.

3 Genesius Arelatensis martyr ab eo diuersus est. cuius passionem habet D. Surius auctore Paulino Nolano epi-
Hom. 50. scopo/ & miraculum per S. Hilarium Arelatensem / Habuit & Galliæ Doctor, qui Eusebius Emisenus inscribitur, in eius natali homiliam historicam, & eruditam. Rursus de eo Gregorius Turonensis in laudem martyrum cap. 67. cum tribus sequentibus.

4 Ludouici regis vitam perstringit Bonifacius octauus. Scripsit eandem Iudocus Clichtouæus anno 1516. potissimum, vt ait, ex opusculo Godofridi de bello loco, Ordinis Prædicatorum, qui viginti annis confessionum sancti Ludouici fuit auditor. Clichtouæus cum bulla excusus est Parisiis. Item de eo Surius pag. 906. I

5 Hunegundis vita per episcopum, vt apparet, scripta, ante annos 600. extat hac die.

6 De Aredio Greg. Turonensis lib. 10. *historiæ Francorum cap. 29/ de gloria confessorum cap. 9./* de vita patrum cap. 17. *in vita Nicetij* episcopi Treuirorum.

7 Gregorij episcopi vita, Vltraiecti ad sanctum Saluatorem, vbi quiescit, habetur scripta per discipulum, qui in prologo vocat Gregorium, abbatem & præceptorem suum ab infantia. Hunc autem esse sanctum Ludgerum episcopum, ipsius vita loquitur cap. 31.

8 De incendio Tuitiensi est liber Ruperti abbatis, editus Coloniæ anno 72.

20. Aug. G

Septimo Calendas Septembris, luna

14.25.6.17.28/9.20.1.12.23/4.15.26.7.18/29.10.21.3.

De Zeph. ca. 16. pontificalis. † vbi agitur de concordid. Ado plura habet.

ROmæ, natalis sancti Zepherini papæ r *& martyris.* Et sanctorum martyrum, Irenæi & Abundij, qui in passione beati Laurentij leguntur. † Apud Victimilium castrum Italiæ natalis beati Secundi martyris, viri spectabilis, & ducis ex legione sanctorum Thebæorum. Item ciuitate Perga- K
mis, sancti Alexandri martyris. qui & ipse vnus extitit ex legione Thebæorum, & cum nomen Domini Iesu constantissimè fateretur, martyrium capitis abscissione compleuit. Antisiodoro, Eleutherij episcopi. *Ceresani, oppido Hispaniæ, beati Victoris martyris. qui à Mauris est martyrij corona donatus.*

27. Aug. A

Sexto Calendas Septembris, luna

15.26.7.18.29/10.21.2.13.24/5.16.27.8.19/30.11.22.4.

De Rufo vita Apollinaris. 23. Iulij.

APud Capuam, natalis sancti Rufi martyris. quem docuit Apollinaris, Petri Apostoli discipulus, cum esset idem Rufus patritiæ dignitatis. Tomis ciuitate, sanctorũ martyrũ, Marcellini tribuni,

A tribuni, & vxoris eius Manneæ, Ioannis, Serapionis, & Petri. Eodem die, natalis sanctorum, Georgij diaconi, Aurelij, Felicis, Nathaliæ, & Liliosæ. quorum primus, miræ abstinentiæ monachus, ab Hierosolymis Cordubam aduenies, cum reliquis ex eadem vrbe, claro germine ortis, diu optatum, sibiq; à Domino præmonstratum meruit assequi martyrium. Ciuitate Arelatensi, 2
sancti Cæsarij episcopi, miræ sanctitatis, & pietatis, & studij viri. Augustoduni, sancti Siagrij, † † *viri summæ sanctitatis.* episcopi & confessoris. g *Die vigesimaseptima, sancti patris Pastoris.* q *Ciuitate Constantia, natalis sancti Gebehardi, episcopi & confessoris.* *Ado an. 575.*

¶ p *Item, translatio sancti Lamberti, de crypta, in altare sanctæ Crucis.*

ANNOTATIONES.

1 Georgij diaconi & collegarum eius gesta habet Surius per Eulogium eorum contemporaneum, quem presbyterum fuisse, & martyrem.

2 Cæsarij meminit Gennadij catalogus cap. 86/ Vitam scripsit Cyprianus eius discipulus ad Cæsaream abbatissam sororem sancti Cæsarij, pag. 923. Surij.

B

Quinto Calendas Septembris, luna

28. Aug. B

16.27.8.19.30/11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/1.12.23.5.

IN Africa, depositio sancti Augustini episcopi. qui à *per acceptissimum Deo sacerdotem Ambrosium, diuina præstante opitulatione, & doctrinam salutarem, & diuina percepit sacramenta. Móxque ex intimis cordis medullis, spem omnem quam habebat in seculo, dereliquit. Verbum Dei vsque ad extremam ægritudinem impræmisse, sana mente, sanóque consilio in ecclesia prædicauit. Testamentum nullum fecit, quia vnde faceret pauper Dei non habebat.* Hic primò de sua ciuitate propter barbaros Sardiniam translatus, nuper † à rege † *An. 718.* Longobardorum Ticinum relatus, & honorificè conditus est. Romæ, natalis beati Hermetis, *Ado Vien. to. 3. Surij, 3, die Maij.* viri illustris: qui, vt in actibus Alexandri papæ legitur, b *à beato papa baptizatur, cum vxore, & filiis, ac sorore Theodora: & cum eo pariter mille ducenti quinquaginta serui eius: vxores quoque, & filij eorum, prius in-*
C *genuitate illis concessa: ac non multo pòst ab Aureliano* primò carcerali custodiæ mancipatus, deinde gladio cædente martyrium adeptus est. Constantinopoli, sancti Alexandri, episcopi & confessoris, glorioßi senis. cuius virtute orationis, Arius diuino iudicio condemnatus est. Ipso die, *Briuate,* natalis sancti Iuliani martyris. qui tempore persecutionis, hortatu beati Ferreoli ex Viennensi vrbe, clandestino discessu ad territorium vrbis Aruernæ commigrauit: vbi tandem defecto gutture, morte horribili necatus est. Apud Santonas, sancti *Bibiani episcopi & confessoris. *Buchoniæ in Sueuia, sanctæ Adelindis abbatissæ.* g *Die vigesimaoctaua, sancti patris Moysis Æthiopis.* *al. Viuiani.

¶ *Vrbis Alemannorum recolit Constantia sanctum*
Hac quoque Pelagium, fuso pro sanguine clarum. *Vuand.*

ANNOTATIONES.

1 De Augustino, Africà, quo pastore: orbis, doctore coruscat. Isidorus de viris ill. cap. 8. Possidius Africanæ prouinciæ episcopus, stylo prosecutus est vitam sancti Augustini: cui etiam operi subiecit indiculum scriptorum eius, enumerans quanta idem beatissimus doctor scripserit. Extant nunc ante opera Augustini. Fragmenta aliorum de
D hoc Doctore multa sunt: quæ longum foret recensere. Vitam scripsit quoque inter recentiores; Gerardus Moringus.

2 De Alexandro, vide Rufinum lib. 10. hist. eccles. cap. 12. 13/ tripartitam historiam lib. 1. cap. 12/ lib. 2. cap. 4/ lib. 3. cap. 10/ Epiph. hær. 68.

3 De Iuliano. Sigibertus de viris illustr. cap. 40. Gregorius Turonensis episcopus, scripsit de miraculis Iuliani martyris, librum vnum. Habet capita 50. tomo 4. Surij. De eius & Ferreoli translatione per S. Mammertum, meminit Sidonius lib. 7. epist. 1.

4 De Bibiano. Greg. Turonensis de gloria confessorum cap. 58. Eius virtutum præstantiam liber, qui iam de eius vita scriptus tenetur; enarrat.

Quarto Calendas Septembris, luna

29. Aug. C

17.28.9.20.1/12.13.4.15.26/7.18.29.10.21/2.13.24.6.

E

DEcollatio, vel potius inuentio capitis beatissimi Ioannis Baptistæ. Siquidem decollationem 1
eius circa solennitatem Paschalem euenisse, ex Euangelica comprobatur lectione, quæ tamen hîc festiua recolitur, quando caput eius repertum est secundò, in Emesa ciuitate, atque in ec- Ioan. 6.
clesia conditum. Romæ, natalis sanctæ & illustrissimæ Sabinæ martyris. quæ sub Adriano impe- 2
ratore gladio percussa, martyrij palmam adepta est. In pago Trecassino, sanctæ Sabinæ virginis; quę pro Christi amore, laboriosissima peregrinatione suscepta, etiam virtutibus ac miraculis glorioßa, quieuit in pace. Parisiis, depositio Medetici, presbyteri *abbatis.* Ipso die, sanctæ Candidæ virginis. r *Item, sancti Elizei prophetæ.* q *Cuius sacrum corpus etiam mortuum, mortui resuscitatione* 4. Reg. 13.
peculiariter glorioßum, Rauennæ translatum, honore condigno honoratur. Apud vrbem Louanium, natalis Veronæ virginis beatæ, in ecclesia sanctæ Crucis. 3

¶ *Eodem die, translatio sancti Adelphi Metensis episcopi, & confessoris, ad nouum Villare monasterium petitione Lantfridi, coëpiscopi Drogonis Metensis, tempore Ludouici Pij.* F

ANNOTATIONES.

1 De decollatione Ioannis, Matt.14/Marci 6/Lucæ 9/de inuentione capitis, Ado 11. cal.Martij, & hac die. Rursus de hac festiuitate Ioannis sunt varij veterum sermones. inter quos est & sermo 10. 7. Bedæ inter varios. in quo allegantur Iosephus lib.18.antiq.cap.10/Eusebius lib.1.hist./Rufinus lib.11.cap.18/& tripartita historia,hb.9. cap. 43. Beda capite 26.in 6.Marci allegat etiam chronicon Marcellini. Est etiam apud Cyprianum incerti auctoris tractatus de reuelatione capitis beati Ioannis. Hieronymus in fine 3. apologiæ contra Rufinum, Herodias, ait, linguam veridicam discriminali acu confodit. Item Gelasius dist.15/& Metaphrastes tomo 4.Surij.

2 De Sabina martyre, latius Ado ex Gestis.

3 De Elizeo, 3.Regum 19.vsq; ad 13.caput libri sequentis/Eccl.48/Nicephorus anno 463.

30.Aug. D

Tertio Calendas Septembris, luna
18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/8.19.30.11.22/3.14.25.7.

G

Latius Ado, tomo 4. Surij.

ROmæ via Ostiensi, beati Felicis Presbyteri, sub Dioclitiano & Maximiano imperatoribus. qui post equulei vexationem, data sententia cum ad decollandum duceretur, obuius ei fuit quidam Christianus. Hic dum se Christianum sponte profiteretur, mox cum eodem pariter decollatus est. Huius nomen ignorantes Christiani, Adauctum eum appellauerunt, eo quòd sancto Felici auctus sit ad coronam. Item Romæ, sanctæ Gaudentiæ virginis. *Resbaco monasterio, cognomento Hierusalem, sancti Agili. qui eiusdem abbas cœnobij, multis virtutibus claruit. In territorio Meldensi, sancti Fiacrij confessoris, magnæ virtutis viri.*

¶ *Brugis, translatio sancti Donatiani, Remensis episcopi.*

31. Aug E

Pridie Calendas Septembris, luna
19.30.11.22.3/14.25.6.17.28/9.20.1.12.23/4.15.26.8.

H

1 TReueris, natalis sancti Paulini, episcopi & confessoris. qui à Constantio imperatore relegatus exilio, & vsque ad mortem etiam extra Christianum nomen mutando exilia fatigatus, ad vltimum apud Phrygiam defunctus, beatæ passionis coronam percepit à Domino. Eodem die, apud Athenas, beati Aristidis, fide sapientiáq; clarissimi. † qui Adriano principi de religione Christiana libros obtulit, & quod Christus Iesus solus esset Deus præsente imperatore, luculentissimè perorauit. Antisiodoro, sancti Optati, episcopi & confessoris. r *Item, sanctorum martyrum, Robustiani & Marci.* q *Iotro monasterio, sancti Ebraisili, episcopi & confessoris. Eodem die, sancti Aidani episcopi.*

† *Eus. lib. 4. cap. 4. c 3/ Hier. c. 30. de vir. ill.*

2 *Cuius animam sanctus Cuthbertus in cœlum ab Angelis ferri vidit. In Anglia, sanctæ Cuthburgis, virginis & reginæ. Ibidem, depositio sanctæ Eanswidæ, virginis & abbatissæ.*

¶ *Atrebati,* p *translatio sancti Hadulphi episcopi & confessoris. In loco Blandinium dicto, dedicatio & consecratio basilicæ beatissimorum Apostolorum, Petri & Pauli.* g *Die trigesimaprima, depositio venerandæ zonæ*

3 *sanctissimæ Deiparæ,*
in anniuersario die dedicationis templi, in Chalcopratiis.

ANNOTATIONES. I

1 De Paulino Treuerensi, libro 5.hist.tripart.cap.15.& 16/ Athanasius & Hilarius contra Constantium scribentes/ Sulpitius lib.2.sacrę historiæ.

2 De Aidano, Beda in vita Cuthberti, cap.4/in historia gentis suæ lib.3.c.3.5.14. & tribus sequentibus.

3 De zonæ Deiparæ depositione, sunt apud Metaphrastem encomia Germani episcopi Constantinopolitani,& Euthymij monachi, tomo 4.Surij.

Huc vsq; nobis hæc edentibus, peruenit Reuerendus & religiosissimus Pater, Dominus Laur.Surius, Carthusianus Agrippinæ Coloniæ, in probatis Sanctorum historiis; singulis tomis duos menses complectens.

SEPTEMBER HABET DIES XXX.

1.Sept. F

Calendis Septembris luna
20.1.12.23.4/15.26.7.18.29/10.21.2.13.24/5.16.27.9.

K

1 IESV Naue, & Gedeon prophetarum. Item, natalis beatissimæ Annæ prophetissæ. cuius sanctitatem Euangelicus sermo prodit. Apud Capuam, via Aquaria, sancti Prisci martyris. qui vnus fuit de antiquis Christi discipulis. Remis, depositio sancti Sixti, episcopi primi ciuitatis ipsius, *& beati Sinicij, eiusdem successoris.* Senonis, beati Lupi, episcopi & confessoris. de quo refertur, † quia quodam die, dum astaret, præsente clero, sacris altaribus, lapsa est cælitus gemma in eius calice sancto. Cenomanis, S. Victoris episcopi. *cuius gesta habetur præclara in sanctitate, & miraculis. Item in Prouincia,* r *sancti Egidij abbatis. Eodem die Beneuenti, sanctorũ martyrũ duodecim fratrum.*

Luc. 2.

† *in hist. MS. vlra med.*

2
3
4

q *In Alto*

A q *In Alto Villari, depositio sancti Niuardi, episcopi Remensis. Ambianis, translatus sancti Firmini, episcopi & confessoris. In territorio Constantiensi,* b *ad Aquas duras, natale sanctæ Verenæ virginis.* g *In die prima, sancti martyris Aithalæ.* † *& sanctarum martyrum quadraginta mulierum, & Ammonis diaconi, atque didascali ipsarum. & sanctorum martyrum, Callistes, Euodi & Hermogenis, fratrum.*

2
3
4
† 3 trip. c. 2.

¶ *& principium indictionis, nouique anni. & commemoratio superbenedictæ Dei genitricis in Masinis. Treuiris, translatio sancti Matthiæ Apostoli de Roma.*

Dominica die prima mensis Septembris, Louanij in basilica sancti Petri, solennitas recollectionis festorum beatissimæ Virginis, Dei genitricis Mariæ. quæ cum totius vrbis lætitia, festiuè celebratur.

ANNOTATIONES.

1 De Iosue. Exodi 17.24.32/ Num 12.13.14/Deut.1/ Eccl. 46/ & toto libro Iosue. De Gedeone, Iudicum 6.7. & 8.

2 De Victore aut Victorio Cenomanensi, Gr. Turon. de confess. cap. 56/ & historia eius, MS. Lobiis.

3 * Egidij vita passim extat MS. quæ in quibusdam codicibus ascribitur Fulberto Carnotensi episcopo. * *Egidij.*

B 4 Duodecim martyrum Beneuentanorum martyrium habet tomus 4. Aloysij, heroico carmine, auctore Alphano, qui ex Cassinensi monacho assumptus est in archiepiscopum Salernitanum, circa annum M.C.VIII.

Quarto Nonas Septembris, luna

3.Sept. G

21.2.13.24.5/16.27.8.19.30/11.22.3.14.25/6.17.28.10.

1 LVgduno Galliæ, natalis sancti Iusti, episcopi & confessoris. qui in eremum secedens, cum aliquot annis proximam angelis egisset vitam, & dignus adesset finis tantis laboribus, regnum scandere cœlorum beato lucro promeruit. Huius sanctum corpusculum, cum offibus beati Viatoris ministri eius, Lugdunum postea relatum est. Eodem die apud præfatam vrbem, sancti Helpidij, episcopi & confessoris. In Apamia, sancti Antonini martyris. † *Item sancti Cosmæ, confessoris & eremitæ.* q *cuius corpus ex Creta Venetias est translatum. Eodem die, beati Brocardi presbyteri, & Carmeli Prioris generalis, magnæ sanctitatis viri.* g *Die secunda, sancti patris Ioannis ieiunatoris.* †

2
† Zonaras in Tiberio pag. 59. 62.

C ¶ q *Eodem die in Traiecto, translatio Agnetis virginis. Apud Dononium eleuatio corporis sanctæ Ragenfredis virginis.*

ANNOTATIONES.

1 De Iusto scribens Vsuardus, seruauit verba historiæ MS. De eodem Ado Treuirensis hac die, & idibus Octobris/Ado Viennensis anno 379.

2 Brocardi vita eo anno cœpta est scribi, quo obiit; vt habet initium historiæ eius.

Tertio Nonas Septembris, luna

3.Sept. A

22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/7.18.29.11.

D NAtalis sanctæ * Phœbes. de qua beatus Apostolus Romanis scribit. Romæ, * beatæ Serapiæ virginis, sub Adriano principe quæ cum esset duobus lasciuis viris tradita, & minimè potuisset illudi, nec postmodum ardentibus lampadibus inflammari, iussu præsidis fustibus, est cæsa, sicq; gladio decollata. Huius dies passionis quarto Calendas Augusti: sepulturæ verò eiusdem, in præsenti habetur, quando & memoria ipsius celebrior agitur. In Capua, sanctorum martyrum, Antonini, * annorum viginti, & Aristei episcopi. quorum gesta habentur. *Ciuitate Sais, sancti Godegrandi, episcopi & martyris. Eodem die, sancti Aigulphi, abbatis monasterij Lirinensis, glorioſi martyris. In territorio Leodiensi, in Ardenna, monasterio Stabuleto,* p *depositio sancti Remácli, episcopi & confessoris.*

1
* *al.* Phœbe Rom. 16.
* Passio.
2
* puerili
3
4

r *Tullo ciuitate, sancti Mansueti, episcopi & confessoris. Eodem die. Papiæ, sancti Marini.* q *Apud Aquileiam, sanctarum, Euphemiæ,* † *Dorotheæ, Teclæ, & Erasmæ. quæ tempore Neronis post grauissima, multiplicáque tormenta, capite plexæ sunt; & ab Hermagora sepultæ.* g *Die tertia, sancti patris Theoctisti, synaſcetæ magni Euthymij.* †

† *Rubeus l.1. hist. Raven.*

† *de quo vita Euth. to. 1. Surij.*

¶ r *Ordinatio summi pontificatus incomparabilis viri Gregorij papæ.* p *In monte Blandinio, Gandaui territorij, aduentus sanctorum corporum, Vuandregisili abbatis, Ansberti & Vulfranni archipræsulum. Fossis,*

E *translatio corporis beati Foillani martyris.*

ANNOTATIONES.

1 De Serapia fusius Ado ex Gestis.

2 Godegrandi martyrium scribit Adelelinus episcopus Sagiensis, in vita Opportunæ, sororis Godegrandi, tomo 2.Surij pag.773.

3 Aigulphi vita otiginalis extat, hondum excusa.

4 Remacli vita & miracula habentur MS. per Thietmarum abbatem Helmarduicensem/ Notgerum episcopum Leodiensem ad Vverenfridum abbatem/ per fratres Stabulenses/ & Herigerum abbatem Lobiensem, in libro de gestis pontificum Leodiensium, à cap.40.vsque ad 55.

4.Sept. B — Pridie Nonas Septembris, luna — F

23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/8.19.30.12.

1 MOysi prophetæ g *& Dei spectatoris.* Apud Ancyram Galatiæ, natalis sancto rum martyrum,
2 trium puerorum, Rufini, Siluani, & Vitalici. Cabilonis, sancti Marcelli martyris. qui à præside Prisco, cum ad prophanum conuiuium fuisset inuitatus, & huiusmodi epulas execrans, omnes qui aderant, cur idolis deseruirent, libera increpatione corriperet, inaudito crudelitatis genere defodi eum, cingulo tenus erectum, præses iussit. Sicque sanctus Dei martyr tertio die, in Dei timore & laudibus perseuerans, incontaminatum reddidit spiritum. Ipso die, sanctorum, Magni & Casti, r *& Maximi, & sancti Mauri confessoris.* q *Treuiris, sancti Marcelli, episcopi & martyris.* *In territorio Monasteriensi, supra Lippiam fluuium, depositio beatæ Idæ, viduæ magnæ sanctitatis.*

Idæ historia est 10. 2. Legendæ.

¶ Coloniæ in maiori ecclesia, Irmgardis virginis. in cuius præfesto ibidem campanæ pulsantur, sicut in præfestis Sanctorum, licet non sit canonizata.

G

ANNOTATIONES.

1 Moyses nascitur Exodi 2. cuius acta consequenter describuntur. Moritur Deut. vlt.
2 De Marcello, plura Ado. De eodem Gr. Turonensis, de gloria martyrum cap. 53.

5.Sept. C — Nonis Septembris, luna

24.5.16.27.8/19.30.11.22.3/14.25.6.17.28/9.20.1.13.

De Vict. gesta Nerei.

ROmæ, beati Victorini martyris. qui sanctitate & miraculis præclarus, sacerdotium Amiterninæ vrbis, totius populi electione adipiscitur: inde postmodum sub imperatore Nerua iussus est suspendi capite deorsum, in loco vbi putentes & sulphureæ emanant aquæ. Quod cum per triduum pro nomine Christi passus fuisset, glorioſè coronatus, victor migrauit ad Dominum. Item Romæ in portu, sancti Herculani. Capuæ, sanctorum martyrum, Quinti, Arcontij & Donati. Eodem

** nostri.* 1 die, p *in pago Teruanensi, monasterio dicto Sithiu, depositio* sancti Bertini abbatis, p *almi patris,* * *& confessoris. qui vita & miraculis insignis, anno ab incarnatione Domini sexcentesimo nonagesimo octauo, migrauit ad Dominum. Vbi dum dies caniculares finem faciunt, sicut venerabilis Gregorius Turonensis episcopus scribit, fine vltimæ diei mutati sunt viri sancti inuicti labores: quoniam dum diem clausit vltimum, in regeneratione viua diem accepit perpetuum, Iesum Christum Dominum nostrum.* q *Lauduno Clauato, sancti Genebaldi, episcopi & confessoris, & sanctæ Probæ virginis.*

H

¶ *In Gallis ciuitate Vesontionum, inuentio beatorum martyrum, Ferreoli & Ferrutionis, à beato Aniano, tempore Iuliani imperatoris, vbi operante Domino multæ virtutes factæ sunt.*

De his Metaphr. Eodem die, sanctorum martyrum, Eudoxi (qui & Marianus) Romuli, Zenonis, & Macarij. qui sub Traiano martyrio coronantur.

ANNOTATIONES.

1 *Bertini Sithiuensis vitam scribit Folchardus, eiusdem loci monachus: MS. ibidem, in oppido sancti Audomari.*
2 *De Genebaldo, Hincmarus episcopus, in vita Remigij, to. 1. Surij, pag. 291. & seq.*

I

6.Sept. D — Octauo Idus Septembris, luna

25.6.17.28.9/20.1.12.23.4/15.26.7.18.29/10.21.2.14.

1 ZAchariæ prophetæ, qui de Chaldæa senex in patriam reuersus, iuxta Aggæum prophetam
† Vt scribit Victor lib. secundo. iacet conditus. In Africa, beatorum confessorum & episcoporum, Donatiani, Præsidij, Mansueti, Germani, Fuscoli; qui † pro assertione catholicæ veritatis, durissimè cæsi, & exilio eliminati sunt. Inter quos etiam episcopus, nomine Lætus, strenuus atque doctissimus vir, post diuturnos squalores carceris, incendio concrematus est. b *Tunc etiam episcopis, quasi ad concilium congregatis Carthagini, vna die vniuersæ Africæ ecclesias clausit Hunericus, rex Arianus vniuersámq; substantiam*

†al. Reatem 2 *episcoporum & ecclesiarum, suis episcopis condonauit.* Item, Cappadociæ vrbe, † Reate, sancti Cottidi diaconi. *Eodem die, ad Fauces, sancti Magni confessoris.* b *Et natale beati Onesiphori, Apostolorum discipuli de quo ait Apostolus, Det misericordiam Dominus Onesiphori domui.*

2. Tim. 1. quia sæpe me &c. Metaphr. to. 6. Aloy.

K

¶ p *Eodem die, translatio corporis beatissimi confessoris Christi, Humberti, virtutibus & miraculis clari.* g *Die sexta, commemoratio miraculi facti ab archistratego Michaële, in Colassis, siue in Chonis.*

ANNOTATIONES.

1 De Zacharia, Epiphanius & Isidorus de vitis prophetarum/Sozomenus lib. 9. cap. 17.
2 De Magno. Gaspar Bruschius de episcopatibus Germaniæ. Lantho, aliàs Dancho, & iterum aliis Lancho dictus decimussextus episcopus Augustanæ vrbis, anno Domini octingentesimo septuagesimo, canonizauit cum consensu Romani Pontificis sanctum Magnum. Cuius vitam etiam Emerico, monacho Elefancensi eximie docto, describendam & posteritati commendandam commisit.

Septimo

A — Septimo Idus Septembris, luna — 7.Sept. E

26.7.18.29.10/21.2.13.24.5/16.27.8.19.30/11.22.3.15.

APud Nicomediam, natalis beati Ioannis martyris. * hic nimio calore fidei ignitus, librum * *Eus. lib. 8. cap. 5.*
in quo continebantur crudelia edicta aduersus Christianos, iniecta manu detraxit, ac discerpsit. Cumq; hoc relatum esset Dioclitiano & Maximiano Augustis, in eadem vrbe constitutis, nimia crudelitate sæuientes, omnia suppliciorum genera iusserunt expendi in eum. Quæ vir nobilissimus cum tanta alacritate vultus ac spiritus pertulit, vt ne quidem tristis pro his videri potuisset. Ciuitate Aurelianis, depositio sancti Euurtij, episcopi & confessoris. qui, vt eius gesta testantur, primò sanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconus, dehinc diuino munere per columbam est designatus pontifex præfatæ vrbis. In territorio Augustodunensi, sanctæ Reginæ virginis. quæ sub proconsule Olibrio, equulei, carceris, ac lampadarum perpessa supplicia, tandem capitali sententia finiri est iussa. Item in territorio Parisiacensi, sancti Clodoaldi, presbyteri & confessoris, tam ge-

De Clod. Turon. 3. hist. c. 18.

B neris quàm mentis nobilitate conspicui. *Cuius corpus requieſcit in ecclesia beati Clodoaldi, propè Parisios. p Tenremondæ ciuitate, beati Hildeuuardi, episcopi & confessoris. qui sub duce Magriptio, primò diuersis tormentorum cruciatibus affectus, sed fidei constantia in aduersis velut in prosperis lætus, fidelem populum ad agnitionem veritatis admonuit, fidémq; catholicam constantissimè prædicauit. Tandem ipse Magriptium opposito veritatis speculo ita deuicit, vt reiecto incredulitatis erroneo, Iesum Christum Dei filium assereret, & se suósque velle baptizari acclamaret. Quo facto, vir Dei Dicliuennæ oratorium construxit, in quo post huius labilis vitæ decessum, glorioso fine quieuit. Quo de loco viri Tenremondenses venerandæ eius ossa, omni virtute fumata, cum summo exultationis iubilo, Tenremondæ transtulerunt. Item in Leodio, beatæ Madelbertæ virginis.* q *quæ post amitam Aldegundem, & sororem Aldetrudem, Malbodiense cœnobium tertia rexit. Eodem die, beati Viuentij, Remorum archiepiscopi. In Aquileia, natalis sancti Anastasij martyris. hic fullo fuit, sed pro fidei merito in martyrum numerum annumeratus est. Arelati, sancti Augustalis episcopi. In territorio Trecassino, beati Memorij, archidiaconi glorioſi Lupi præsulis. quem Attila rex Hunnorum, cum sociis suis interfecit. Ipso die, depositio sancti Grati confessoris, Augustensis episcopi, miræ sanctitatis, ac miraculorum, viri.* g *Die septima, sancti martyris Sozontis.*

De Sozon. Metaphr. Radulphus. Vigilia ex constitutione Greg. II.

C

¶ *& præsestum natiuitatis sanctissimæ Dei genitricis Mariæ.* q *In portu Valencianas, p translatio sancti Saluij martyris, ac Ancolismæ ciuitatis episcopi, & Superij discipuli eius. Item eodem die apud Tenremondam, aduentus corporis beatæ Christianæ virginis.*

ANNOTATIONES.

1 Euurtij gesta habentur. è quibus Vincentius transcripsit sex capita Speculi historialis lib. 13. aliàs 14.
2 De Regina habetur Theophilus quidam.

Sexto Idus Septembris, luna — 8.Sept. F

27.8.19.30.11/22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.16.

D NAtiuitas beatissimæ Dei genitricis Mariæ, perpetuæ virginis. Apud Nicomediam, natalis sancti Adriani martyris, cum aliis viginti tribus. qui omnes post multa supplicia, martyrium, crurifragio consummauerunt sub Dioclitiano Augusto. Alexandriæ, sanctorum, Ammonis, Theophili, Neotherij, & aliorum viginti duorum. Item Antiochiæ, Timothei & Fausti, *Frisingæ, depositio sancti Corbiniani episcopi.* q *cuius vita virtutibus inclyta, in Baioaria claruit.* 1 2 3

ANNOTATIONES.

1 De natiuitate Mariæ. Fulbertus Carnotensis episcopus in serm. diei. Hac die peculiariter in ecclesia recitandus esse videbatur ille liber, qui de ortu atque vita Mariæ scriptus inueniebatur, si non iudicassent eum Patres inter apocrypha numerandum. At quoniam magnis ac sapientibus viris ita visum est, nos alia quædam, sed non aliena legentes, ecclesiasticum morem debitis officiis prosequamur. Orationes tres de hoc festo habet Petrus Damiani, tomo 8. Aloysij.
2 Adriani martyris gesta extant prolixè MS.
3 Corbiniani vitam scripsit Aribus, eius in episcopatu successor: MS. Coloniæ.

E — Quinto Idus Septembris, luna — 9.Sept. G

28.9.20.1.12/23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.17.

APud Nicomediam, passio sanctorum martyrum, Dorothei & Gorgonij: qui præsente Dioclitiano, cum persecutionem quam Christianis inferebat, detestarentur, iussi sunt primò suspendi, & flagris toto corpore laniari, exinde visceribus pelle nudatis, aceto & sale perfundi, sicq; in craticula assari, atque ad vltimum laqueo necari. Interiecto autem tempore beatus Gorgonius Romam translatus est, positúsq; via Latina. In Sabinis, milliario ab vrbe tricesimo, sanctorum, Hyacinthi, Alexandri, & Tiburtij. In territorio Teruanensi, sancti Audomari, episcopi & confessoris. p *qui obiit anno Verbi incarnati sexcentesimo nonagesimoquinto.* In Scotia sancti Querani

1 2

3 abbatis. g *Die nona, sancti martyris Seueriani.* q *In Bethnei, quam villam recentiores Stadford nominant,* F
4 *sancti Bertellini, eremitæ & confessoris.*
5
6 ¶ *Alto monte* p *inuentio sancti Marcelli, papæ & martyris. Merbeccæ, translatio Berlendis, Celsæ, atque Nonæ, virginis.* b *Romæ, Sergij papæ. qui inuenit miræ magnitudinis portionem ligni salutaris Dominicæ Crucis, in sacrario beati Petri. Hic constituit vt in diebus annunciationis Domini, dormitionis & natiuitatis sanctæ Dei genitricis Mariæ, ac sancti Simeonis, quod hypanti Græcè dicitur, litaniæ exeant à sancto Adriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat.*

ANNOTATIONES.

1 De Dorotheo & Gorgonio Eusebius lib.8.cap.6/& Milo episcopus ad Gorzienses: ad quos translatæ sunt Gorgonij sacræ reliquiæ.
2 Audomari vitam Morinorum episcopi, scribit Folchardus monachus ad sanctum Bertinum in Sithiu, vico qui nunc est percelebre oppidum sancti Audomari: MS.ibidem.
3 Seuerianus quadraginta martyribus in Sebaste præcipua causa tolerantiæ fuit, vt in vita eius scribit Metaphrastes.
4 De Bertellino, ex Catalogo Scriptorum Britanniæ Alexander Essebiensis Prior Regularium, scripsit vitam Bertellini eremitæ lib.1. Incipit, Quoniam quantum intellectui nostro. G
6 Marcelli papæ narratio manifestationis contigit sub Visione primo abbate post vastationem Hungarorum: & tunc temporis descripta est per eum, & Altimontenses.
6 De Sergio papa Ado Viennensis an.686/Anastasius MS. cap.86. Pontificalis.

10. Sept. A

Quarto Idus Septembris, luna

29.10.21.2.13/24.5.16.27.8/19.30.11.22.3/14.25.6.18.

De Hilario Pontificale cap.48.

ROmæ, beati Hilarij papæ. Apud Africam, natalis sanctorum episcoporum, Nemesiani, Felicis, Lucij, item Felicis, Litei, Poliani, Victoris, Iaderis, & Datiui. qui sub Decio & Valeriano, exurgente persecutionis rabie, ad primam confessionis Christi constantiam grauiter fustibus cęsi, deinde compedibus vincti, & ad fodienda metalla deputati gloriosè confessionis agonem consummauerunt. Extat epistola sancti Cypriani ad ipsos, & de ipsis scripta. Eodem die, in Chalcedonia, sanctorum, Sosthenis & Victoris.† qui ob fidei catholicæ confessionem, sub Prisco consule, carcerem, vincula, & bestias superantes, tandem in oratione vocati de cælo, spiritum emiserunt. H

Epist. 77/ Lib.3. 25.
† Gesta Euphemiæ.

1 r *Tolentini, depositio sanctissimi Nicolai confessoris, Ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini. Eodem die, sancti Petri archiepiscopi. qui multis virtutibus & miraculis claruit.* p *Item Leodiensi ciuitate, natalis*
2 *sancti Theodardi, episcopi & martyris.* q *Hic beati Remacli successor, sanctique Lamberti eruditor, requiescit in*
3 *Legia, in basilica sancti Lamberti. Ciuitate Albiensi,* b *depositio Saluij episcopi. de cuius sanctitate Gregorius Turonis episcopus scripsit, narrans quòd per reuelationem vidisset diuinæ vocis euaginatum gladium imminere super tegulum, quod Chilpericus rex præcepit construi. Cui visioni veritas statim subsecuta est: nam post dies viginti duo filij regis mortui sunt.* p *Item, sancti Otgeri confessoris,* q *& diaconi. qui ex Britannia comes peregrinationis fuit sanctis episcopis, Vuironi & Plechelmo, atque post multa pietatis exercitia, sepulturam accepit in ecclesia Montis Petri, iuxta Ruræmondam. Eodem die, sancti Eunucij, episcopi Nouiomensis, & confessoris.* g *Die decima, sanctarum martyrum, Menodoræ, Metrodoræ, & Nymphodoræ.*† I

lib 5 hist. cap.vit.

† De his Metaphrastes.

ANNOTATIONES.

1 Nicolai Tolentini vitam scribit Eugenius quartus, cum sanctis asscribens. Est in Breuiario Augustinensium, Nonis Iulij, & alibi.
2 Theodardi vita passim apud nos extat, quam se vrbaniori stylo meliorasse scribit Sigibertus Gemblacensis, cap. vltimo catalogi virorum illustrium.
3 De Saluio Albiensi episcopo, Gregorius Turonensis lib.5. historiæ cap.44.& 50/ lib. 6. cap. 29/ & potissimum lib.7.cap.1/

11. Sept. B

Tertio Idus Septembris, luna

30.11.22.3.14/25.6.17.28.9/20.1.12.23.4/15.26.7.19.

** Passio Eugeniæ 25. Decembr.*

ROmæ, via Salaria veteri, natalis sanctorum martyrum, Proti & Hiacynthi eunuchorum *qui sub Gallieno imperatore quòd Christiani essent, deprehensi, coguntur sacrificare. Sed non consentientes, primò durissimè verberantur, túncq; pariter decollantur. r *Lugduno, depositio sancti* K
1 *Patientis episcopi.* q *cuius hortatu Constantius presbyter vitam beati Germani episcopi, virtutibus plenam, descripsit. Vercellis, sancti Æmiliani, episcopi & confessoris. Turego, natale sanctorum, Felicis & Regulæ. In portu Ganda, sanctæ Vincianæ virginis.* g *Die vndecima, sanctæ matris Theodoræ Alexandrinæ.*
¶ Item, Bodonis confessoris, episcopi Tullensis. qui Lugdunum translatus, mira fidelium deuotione venerantur.

De Theodora Metaph.

ANNOTATIO.

1 De Patientis beneficio quod in ipsa fame populis præstitit, scribit Gregorius Turonensis lib. secundo historiæ Francorum, cap.24.& subdit ibidem. Extat hodiéq; apud nos beati Sidonij epistola, in qua eum declamatoriè collaudauit/Est decima ad Hesperium libro secundo/& vltima lib.6. ad dominum papam Patientem.

Pridie

A

Pridie Idus Septembris, luna

12. Sept. C

1.12.23.4.15/26.7.18.29.10/21.2.13.24.15/16.27.8.20.

APud vrbem Ticinum, sanctorum confessorum, Syri & Iuentij. qui à beato Hermagora ad præfatam vrbem directi, primò illic Christi Euangelium prædicantes, & magnis virtutibus ac miraculis coruscantes, etiam vicinas vrbes diuinis operibus illustrarunt: sicq; in pontificali honore, glorioso fine quieuerunt in pace. r *Lugduno Galliæ, sancti Sacerdotis episcopi.* p *Apud * Anderlacum, depositio sancti Guidonis confessoris. qui post septennem ac laboriosam peregrinationem, hunc locum suæ quietis elegit, vbi sui sacri corporis reliquiæ sub frequentia miraculorum frequentantur.* q *In Aquitania, natale sancti Maximini, Treuerorum archiepiscopi. qui quarto Calendas Iunij Treuerim relatus est. Eodem die, Baiocas, beati Reuerentij, presbyteri & confessoris. In Galliis, ciuitate Augustoduno, depositio beati Euantij episcopi.* g *Die duodecima, sacrosancti martyris Autonomi.*

De Syro Liutprand. Ticinensis lib.3.c.2.
** p nos. Vita & miracula Anderlaci leguntur.*
De Autom. Metaphr.

B

Idibus Septembris, luna

13. Sept. D

2.13.24.5.16/27.8.19.30.11/22.3.14.25.6/17.28.9.21.

APud Ægyptum, ciuitate Alexandria, beati Philippi episcopi, patris sanctæ Eugeniæ virginis. Hic * dignitatem præfecturæ deserens, & baptismi gratiam adipiscens, episcopij honorem postmodum assecutus est: quem in oratione constitutum iussit Perennius præfectus gladio iugulari, tempore Volusiani & Gallieni imperatorum. Eodem die, sancti Amati, presbyteri & abbatis monasterij Romarici. qui miræ abstinentiæ, & anachoriticæ vitæ sectator, virtutum & miraculorum gratia, illustrem conuersationem duxit. Andegauis, sancti Maurilionis, episcopi & confessoris. *Duaci, ex* p *Broylo, depositio sancti Amati, episcopi & confessoris. cuius virtutem Saluator omnium pius magnificauit in temporali vita, suorum gratia meritorum.* r *Ipso die, sancti Venerij confessoris, admirandæ sanctitatis viri.* q *Turonis, sancti Lidorij,* † *episcopi & confessoris. Augustoduno, depositio sancti Nectari episcopi.*

** Vt habet passio Eugeniæ, 25. Decembr.*
† Tur.10. hist.c.31.

C ¶ g *Die decimatertia, dedicatio templi sanctæ Christi & Dei nostri resurrectionis, & præfestum viuificæ Crucis.*

ANNOTATIO.

1 Maurilij Andegauensis vitam scripsit Fortunatus episcopus Pictauorum; vt habet Vincentius episcopus Beluacensis, lib.21. Speculi historialis cap.126.

Decimooctauo Calendas Octobris, luna

14. Sept. E

3.14.25.6.17/28.9.20.1.12/23.4.15.26.7/18.29.10.22.

EXaltatio sanctæ Crucis, quando Heraclius imperator eam de Perside Hierosolymã reportauit. 1
Sed & procurrentibus annis papa Sergius miræ magnitudinis portionem eiusdem ligni, in sacrario beati Petri Domino reuelante reperit: quæ annis omnibus, ipso die exaltationis eius ab omni osculatur atque adoratur populo. Romæ, via Appia, beati Cornelij papæ. In Africa, sancti Cypriani. *quorum natales transferuntur in diem perendinum.* p *Treueris, sancti Materni episcopi;* q *discipuli sancti Petri, qui simul Tungrensi, Coloniensi, & Treuirensi ecclesiis præfuit archiepiscopus, & Coloniæ spiritum Deo reddidit, atque in ecclesia sancti patris Eucharij, quæ nunc ad sanctum Matthiam appellatur, simul cum eisdem requiescit.*

D

¶ *Bruxellæ,* p *dedicatio ecclesiæ, & ad illam translatio corporis beatæ Gudilæ virginis. In Blandinio, translatio sancti Ansberti, Rothomagensis ecclesiæ archiepiscopi.* q *In Mareolo, eleuatio beatæ Bertiliæ.*
Quarta feria post decimum octauum diem Calendarum Octobrium, triduanum ieiunium autumnale/ siue septimi mensis, de quo extant beati Leonis papæ primi homiliæ nouem.

ANNOTATIO.

1 Exaltatæ crucis historiam scribunt Ado Treuerensis in martyrologio / Andreas Cretensis episcopus apud Metaphrasten/Idem Metaphrastes in vita Anastasij Persæ to.1. Surij, festi meminit. Niceph. lib. 8. cap.50.

E

Decimoseptimo Calendas Septembris, luna

15. Sept. F

4.15.26.7.18/29.10.21.2.13/24.5.16.27.8/19.30.11.23.

ROmæ via Numentana, natalis beati Nicomedis, presbyteri & martyris, sub Domitiano imperatore. qui cum diceret compellentibus se sacrificare, Ego non sacrifico nisi Deo omnipotenti, qui regnat in cælis, plumbatis diutissimè cæsus migrauit ad Dominum. Eodem die, in territorio Cabilonensi, sancti Valeriani martyris. quem Priscus præses suspensum, & graui vngularum laceratione cruciatum, cum in Christi confessione videret immobilem, ac læto animo in eius laudibus permanentem, gladio animaduerti fecit. Tullo, sancti Apri episcopi & confessoris. Item Carnoto, sancti Leobini episcopi. r *Eodem die, octaua natiuitatis Virginis Mariæ.* b *Lugduno, depositio sancti Albini episcopi.* p *Eodem die, depositio sancti Aichadri abbatis.* g *Die decimaquinta, sancti martyris Nicetæ.*

1
2
3

De Niceta Metaphr.

4 ¶ In Cliuia, Luchardi comitis & confessoris. qui fundauit claustrum Vvischelense, & Nussicense. F

ANNOTATIONES.

1 De Nicomede plura habet Ado ex epistola sancti Marcelli, discipuli sancti Petri, ad Nereum & Achilleum, quæ extat in eorum gestis, 12. Maij.
2 De Valeriano, Ado in martyrologio / Greg. Turonensis de gloria martyrum cap. 54.
3 Aïchardus post sanctum Philibertum abbas Gemeticensis, quiescit Halpris inter Cameracum & Valencenas. Vita incipit, Dominis suis, Gemeticensibus fratribus, Fulbertus peccator.
4 Luchardi vita rhythmo scripta, est Legendæ parte 2.

16. Sept. G

Decimosexto Calendas Octobris, luna

5.16.27.8.19/30.11.22.3.14/25.6.17.28.9/20.1.12.24.

1 ROmę via Appia, beati Cornelij papæ. cuius os, post exilij relegationem, iussit Decius plumbatis cædi, & sic cum aliis viginti & vno promiscui sexus, decollari. Sed & Cerealis miles, G
cum vxore sua Salustia, quos idem Cornelius fide instruxerat, sub eodem die, capite plexus est.
2 In Africa, sancti Cypriani episcopi. qui sub Valeriano principe, post longum exilium, detruncatione capitis martyrium consummauit, sexto milliario à Carthagine iuxta mare. Referuntur cum eo passi Crescentianus, Victor, Rosula, & Generalis. Apud ciuitatem Chalcedoniam, natalis
3 sanctæ Euphemiæ, virginis & martyris. quæ sub proconsule Prisco, tormenta & carceres, verbera, &† argumenta rotarum, ignes & pondera lapidum angularium, bestias & plagas virgarum, secures, & sartagines igneas, rursum morsum bestiæ, pro Christo superauit. Romæ, sanctorum
4 martyrum, Luciæ nobilissimæ matronæ, & Geminiani. quos Dioclitianus pœnis grauissimè afflictos, diúq; tortos, tandem post laudabilem martyrij victoriam, gladio animaduerti præcepit.
In Anglia, sanctæ Edithæ virginis, filiæ Edgari regis. In territorio Argentinensi, sanctæ Einbeth virginis, præclaræ sanctitatis.

† *Argumentum pro ingenioso opere.*

† *De Nin. Beda l. 3. c. 4.*

¶ In Scotia, Niniani † episcopi Candidæ casæ, & confessoris. Item obitus Agnetis de monte Policiano, cuius vitam scripsit Raimundus, Magister Ordinis Prædicatorum. H

ANNOTATIONES.

1 De Cornelio, Pontificale cap. 22 / Cyprianus lib. 4. epist. 2 / lib. 1. epist. 1. & 6 / Eusebius lib. 6. cap. 35. interprete Christophorsono / Paulus diaconus ante Cyprianum fol. β. 5 / item passio S. Cornelij MS.
2 De Cypriano, Historia per sanctum Pontium ipsius diaconum, per Augustinum, Paulum diaconum, Iacobum Pamelium, & alia complura huc pertinentia, habentur in prolegomenis Pamelij apud opera Cypriani.
3 Euphemiæ virginis passio habetur MS. & in Simeone Metaphraste hac die. De eiusdem corpore Zonaras in Coptonymo / de templo in Chalcedone. Euagrius lib. 2. cap. 3 / Item de ea Præfatio Ambros. Asterius in Euphemiam citatur in 7. synodo actione 4 / Constantini autem episcopi Tij oratio, de inuentione pretiosissimarum reliquiarum sanctæ & in primis benedictæ Euphemiæ, habetur in Metaphraste, die 11. Iulij.
4 De Lucia & Geminiano plenius ex Gestis, Beda & Ado.

17. Sept. A

Decimoquinto Calendas Octobris, luna

6.17.28.9.20/1.12.23.4.15/26.7.18.29.10/21.2.13.25. I

1 APud Leodium, b *villam publicam diœcesi Tungrensi*, beati Lamberti, episcopi Tungrensis. qui b *dum regiam domum zelo religionis increpasset, cum rediens orationi incumberet*, à nocentibus, b & *iniquissimis viris de palatio regio missis, ex improuiso concluſus, intra domum ecclesiæ* innocenter occisus, aulam cælestis regni perpetuò intrauit victurus. b *Cuius sepulchrum creberrimis illustratur miraculis.* Romæ, sanctorum martyrum, Narcissi & Crescentionis. † In Britanniis, sanctorum, Socratis & Stephani. Niueduno, sanctorum martyrum, Valeriani, Macrini, & Gordiani. Item Cordubæ, sanctorum, Æmiliani diaconi, & Hieremiæ, decollatorum. r *Ipso die, sancti Flocelli, martyris egregij.* q *Apud Bingam, sanctæ Hildegardis virginis. quæ tempore sancti Bernardi abbatis, odorem suæ sanctitatis late sparsit.*

† *quibus de suo thesauro dedit Laurentius. cœsta Laurent.*

2

3 ¶ *In monte, qui dicitur Aluernæ, propè Assisium, impressio sacrorum stigmatum in corpore beatissimi patris Francisci. Lætiis, p ipso die, eleuatio sanctæ Hiltrudis virginis.* K

ANNOTATIONES.

1 De Lamberto. Vitam & passionem sancti Lamberti primò scripsit Godescalcus diaconus ecclesiæ Leodiensis, tempore Caroli primi, & Adalrici sui episcopi: secundò, Stephanus ex clerico Metensi episcopus Leodiensis, decimus sancti Lamberti successor. Idem scripsit quoque cantum nocturnum de eodem martyre. Horum mentio est apud Sigibertum, de viris illustribus cap. 116. & in chronicis, anno 903 / Item in præfatione Nicolai. Postmodum eiusdem martyris historiam scripserunt, Sigibertus Gemblacensis, Nicolaus Canonicus sancti Lamberti, iam nominati, & Reinerus monachus sancti Laurentij. Ex his, passim apud nos exstant, Stephanus & Nicolaus.
2 Hildegardis opus epistolarum, cum vita eius per Theodoricum abbatem, prodiit Coloniæ, an. 66.
3 De stigmatibus Francisci, Bonauentura cap. 13 / & bulla Alexandri papæ impressa cum Bonauentura Parisiis in 8. Officium teste Tritthemio composuit Gerardus Odonis, 18. Minister generalis.

Decimo

A Decimoquarto Calendas Octobris, luna 18. Sept. B

7.18.29.10.21/2.13.24.5.16/27.8.19.30.11/22.3.14.26.

NAtalis beati Methodij, Olympi Lyciæ, & postea Tyri episcopi. qui sub Dioclitiano in Chalcide Græciæ, vt scribit sanctus Hieronymus, martyrio coronatus est. Viennæ, sancti Ferreoli, † qui cum esset tribunitiæ potestatis, iussu præsidis tentus, & primò crudelissimè verberatus, deinde graui catenarum onustus pondere, in teterrimum carcerem trusus est. Postea verò martyrij palmam capitis obtruncatione percepit. *Mediolani, eodem die, sancti Eustorgij, episcopi & confessoris.* † *De viris Ill. c. 93. Sidonius lib. 7. epist. 1.*

Mediolani, depositio sancti Satyri confessoris, q ac germani præclarissimi doctoris ac episcopi Ambrosij. Qui in libro quem de fratris obitu composuit, in eius laudem inter cætera dixit, Nihil quidem habui, fratres charissimi, in rebus humanis tanto fratre pretiosius, nihil charius. Bos frequenti mugitu pium testatur affectum, si fortè defecerit, cum quo ducere collo aratra consueuit. Et ego te frater non requiram? aut posſim vnquam obliuisci tui, cum quo vitæ huius semper aratra sustinui? Labore enim inferior, sed amore coniunctior. Latus enim meum tuo latere sepiebas,
B *charitate, vt frater: cura, vt pater: solicitudine, vt senior: reuerentia, vt iunior. Apud Abrincas, depositio sancti Sinerij, eiusdem ciuitatis episcopi & confessoris. In Germania, monasterio Andelaha, depositio sanctæ Richardis imperatricis, coniugis Caroli Crassi, & virginis. g Die decimaoctaua, sancti patris Eumenij, episcopi Gortynæ, thaumaturgi.*

1 *Tomo 3. initio orationis.*

* *nostri.*

¶ q *Bergis*, p *gloriosa translatio corporis sanctissimi patris*, * *Vvinoci abbatis.*

ANNOTATIO.

1 Eustorgij meminit Ambrosius ad Auxentium de non tradendis basilicis: vbi eum ob multa quę fidei causa passus est, confessoris nomine honorat. Tunc enim confessoris nomen strictius accipiebatur, quàm modò.

post epistol. 32.

Decimotertio Calendas Octobris, luna 19. Sept. C

8.19.30.11.22/3.14.25.6.17/28.9.20.1.12/23.4.15.27.

C IN Neapoli Campaniæ, sanctorum, Ianuarij, Beneuentanæ ciuitatis episcopi, Festi & Procli diaconorum, Desiderij, Eutychi & * Acuti. qui post vincula & carceres, capite cæsi sunt in ciuitate Puteolana, sub Dioclitiano principe. Item in Palæstina, sanctorum martyrum Pelei & Nili episcoporum. qui tempore persecutionis, cum plurimis clericis, pro Christo igne consumpti sunt. Apud Nuceriam, natalis sanctorum martyrum, Felicis & Constantiæ. qui sub Nerone passi sunt. In territorio Lingonicæ ciuitatis, † Sequani presbyteri. *Treueris, sancti Mileti episcopi. Messanæ in freto Siculo, sanctorum Nicandri abbatis, & sodalium, Gregorij, Petri, Demetrij, & Elisabethæ. qui sub quodam specu solitarij vixere, inediam, sitim, æstum, & algorem, pro Christo tolerantes, vbi pariter in pace quieuerunt.* r *Turonis, sancti Eustochij † episcopi, magnarum virtutum viri.* g *Die decimanona, sanctorum martyrum, Trophimi, Sabbatij, & Dorymedontis.* q *Ciuitate Metis, sancti Goërici, episcopi & confessoris.* * *qui vitæ sanctitate fuit admirabilis, & omnibus sibi commissis amabilis.*

* *al. Achatij* 1

† *al. Sigonis Turon. de conf. c. 88.*

† *Greg. Tu. lib. 2. hist. cap. 1 / lib. 10. cap. 31.*

* *Vita Arnulfi to. 3. Bedæ.*

ANNOTATIO.

D 1 De Peleo & Nilo, Eusebius lib. 8. historiæ eccl. cap. 25. & 22. interprete Christophorsono / cap. 14. Rufini.

Duodecimo Calendas Octobris, luna 20. Sept. D

9.20.1.12.23/4.15.26.7.18/29.10.21.2.13/24.5.16.28.

ROmæ, temporibus Adriani imperatoris, passio sanctorum Eustathij, cognomento Placidi, & vxoris eius, cum filiis. quorum miri actus leguntur. In Cyzico, natalis sanctorum martyrum, Faustæ virginis & Euilasij, sub Maximiano imperatore, quam idem Euilasius, cum esset primus palatij, iussit primò dehonestari, suspendi, torqueri, ac quasi lignum secari mediam. Sed postea credens & ipse in Christum, simul cum Fausta agonizatus est. Ciuitate Corduba, beati Eulogij presbyteri, ob Christi martyrium decollati. In Phrygia, sanctorum, Dionysij & Priuati. 1 2

r *Item eodem die, vigilia sancti Matthæi, Apostoli & Euangelistæ.*

¶ q *Ipso die in cœnobio Sonegias*, p *translatio beati Vincentij. Elnone, eleuatio corporis sancti Amandi epis-*
E *copi & confessoris. Cuius corpus, post centum quinquaginta annos à transitu, integrum inuentum est: atque de ore eius gemmis ab inuentore dentibus ablatis, stillæ scribuntur fluxisse cruoris.*

ANNOTATIONES.

1 De Eustathio verba Vsuardi ex 3. die Nouembris huc transtuli propter vsum Romanum. Omisi etiam, Romanum martyrologium insecutus, nomina vxoris & prolium. Vsuardus enim habebat (vxoris eius Theospis, cum filiis, Agapio & Theospito) Sed Metaphrastes nominat vxorem, Theopisten: filium, Theopistum. Vnde colligo nomina hæc eos in baptismo accepisse, & in Vsuardo corruptè legi. Porro ex miris actibus Eustathij Placidi, citat Damascenus lib. 3. de imaginibus, ipsius conuersionem per imaginem crucifixi inter cornua cerui. Et parum à MS. actibus differt Metaphrasis Simeonis, 20. Septembris.
2 De Fausta & Euelasio plenius Beda / plenissimè Metaphrastes, die 6. Februarij, to. 1. Surij.

21.Sept. E Vndecimo Calendas Octobris, luna F

10.21.2.13.24/5.16.27.8.19/1.11.22.3.14/25.6.17.29.

1 NAtalis beati Matthæi Apostoli & Euangelistæ.qui apud Æthiopiam prędicans, martyrium passus est.Huius Euangelium Hebręo sermone conscriptum, ipso reuelante, tempore Zenonis imperatoris inuentum est. Eodem die, via Claudia, vicesimo milliario ab vrbe, passio sancti Alexandri episcopi.qui pro fide Christi sub Antonino imperatore, vincula, fustes, equuleum, lampades ardentes, vngularum laniationem, bestias, ac fornacis flammas superans, tandem gladio vitam adeptus est gloriosam. *Cui papa Damasus condignam faciens cryptam, illic eum sexto Calendas Decembris transposuit, quando & festiuitatem ei indixit.Vbi & paßio eius annotata est.* † Item Romæ, sancti Pamphili martyris. *Apud Constantias, inferioris Normanniæ, beati * Laudi, primi præfatæ vrbis episcopi.cuius vita miraculis floruit: & mors ipsius nihilominus pretiosa in conspectu Domini fuit. Truncinij iuxta Gandauum,* p *paßio sancti Gerulphi martyris.* g *Die vigesimaprima, sancti Apostoli Codrati in Magnesia.*

¶ q *Crispinij*, p *eleuatio & remotio corporis beatißimi patris * Landelini, ab Odone Cameracensi episcopo.* G

† Apud Adonem latè ex gestis.
** r Laudonis.*
** nostri.*

ANNOTATIO.

1 De Matthæo, Matt.9/Marc.2/Lucæ 5/Hier.de viris illustribus cap.4/Eusebius lib.3.cap.vlt.& 18 / quod est in Rufino 24/item lib.5.cap.8.& 10/Isidorus de patribus/Ado in martyrologio/Metaphrastes tomo 5.& 7.Aloysij. Clemens Alex.lib.2.pædagogi cap.1/Eckius in homil.de S.Matthæo scribit,Nicolaum quintum quinq; millia ducatorum ei promisisse qui Euangelium Matthæi in Hebræo sibi adferret.

22.Sept. F Decimo Calendas Octobris, luna

11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/2.12.23.4.15/26.7.18.1.

1 IN Galliis, ciuitate Seduno, loco Agauno, natalis sanctorum martyrum Thebæorum, Mauritij, Exuperij, Candidi, Victoris, cum sociis eorum, sex millibus sexcentis sexaginta sex. qui sub Maximiano passi pro Christo gloriosissimè coronati sunt. b *Victor verò martyr, nec legionis eiusdem fuit, neque miles, sed emeritæ iam militiæ veteranus. Hic cum iter agens, incidisset in hos qui paßim epulabantur, læti martyrum spoliis, atque ab his ad conuescendum inuitatus, detestatus conuiuas, ab eis iugulatus est, ac cæteris martyribus honore coniunctus. At verò beatißimorum martyrum corpora, post multos paßionis annos, sancto Theodolo episcopo reuelantur, & in honore eorum basilica honestè componitur.* H Apud Baioariam, sancti † Emmerami, episcopi & martyris. b *Cui singulariter omnia membra abscisa sunt.* r *Huic crimen stupri imputatum est*, ac proinde mortis discrimen patienter pertulit. In pago Pictauensi, sancti Florentij, presbyteri & confessoris. In territorio Bituricensi, sancti Siluani confessoris. *Ciuitate Lauduno clauato, depositio sanctæ Salabergæ abbatissæ.quæ in lege diuina erudita, vigiliis, & orationibus, atque ieiuniis, aßiduè vacans, virtutum & miraculorum gratia illustrem conuersationem duxit. In pago Thornodorensi, beati Ioannis abbatis.*

Eucherius cap. 12.
† r Antrani
2
De Ioan. Gr. Tur. de glo. conf.cap. 87.

ANNOTATIONES.

1 De Mauritio & Thebæis.Sigibertus Gemblacensis de viris illustribus cap.159. Marbodus, Redonensis episcopus, scripsit metrici passionem Thebæorum, quasi pedibus vadens in sententiam Eucherij Lugdunensis episcopi, qui eam vrbana prosa scripserat ad Siluium episcopum.Vterque est Gemblaci.Ibidem extant etiam libri tres Sigiberti Gemblacensis. quorum initium est, *Martyribus roseas Thebæis ferre coronas.* Hymnus Fortunati extat etiam, est inter poëtas ecclesiasticos.

2 De Emmeramo, verba Vsuardi omisit Romanum Martyrologium, clariora substituens.Nisi enim benignè interpreteris, crudius aut durius dictum est. Hic crimen stupri à quodam commissum, sibi causa Christi imputari suasit.

23.Sept. G Nono Calendas Octobris, luna

12.23.4.15.26/7.18.29.10.21/3.13.24.5.16/27.8.19.2.

NAtalis beati Lini papæ.qui post beatum Petrum Apostolum Romanam ecclesiam tenuit annis duodecim, & martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano. In Campania, natalis beati Sosij, diaconi Mesenatæ ciuitatis. Hic cum tempore quodam Euangelium legeret in ecclesia præfatæ vrbis, præsente episcopo Ianuario, vidit subitò idem episcopus de capite eius flammam exurgere, & pronuntiauit eum martyrem futurum.Et non post multos dies, cum esset annorum triginta, martyrium cum eodem episcopo, capitis detruncatione suscepit. Eodem die, sanctæ K
1 Theclæ virginis, g *primæ martyris*, de Iconio ciuitate: quæ in confessione Christi ignes ac bestias deuicit, ac post multa certamina, ad doctrinam multorum veniens Seleuciam, b *cum duplici corona, virginitatis & martyrij*, requieuit in pace. In territorio ciuitatis Constantiæ, sancti Paterni, episcopi & confessoris.
2 *Item Romæ, sancti Liberij, papæ & confessoris.* q *Eodem die, Paxentij martyris. cuius*
3 *corpus honoratur & colitur in conuentu diui Martini de campis, Parisiis.*
4 ¶ p *In Gemblaco, eleuatio corporis sancti patroni * Guiberti, confeßoris Christi, in miraculis præclari.*
b Secundaassumptio sanctæ Mariæ Virginis.

pontificale cap.2.
** nostri.*

ANNO-

A ANNOTATIONES.

1 Theclæ primæ martyris multi meminerunt. vt, Ambrosius lib. 2. de virginibus/epist.7.& 81/Chrysost. hom.35. in Acta/Nazianzenus oratione 30.14.& 13/Epiphanius hæresi 78/Seuerus vitæ Martini lib. 2. cap. 16/ Augustinus lib.30.contra Faustum cap.4/Fortunatus pluribus locis/Cyprianus in precibus fusis in die martyrij/ Nicephorus libro vnico anno 492/& alij.Liber autem qui appellatur actus Theclæ & Pauli, inter apocryphos numeratur à Gelasio & 70.episcopis, ac antea ab Hieronymo.

2 De Liberio Pontificale cap.37/& recentiores, vt, D.Cardinalis Hosius contra Brentium lib.2/ Onuphrius in Platinam/Copus dialogorum lib.1.cap. 8.

In catalogo cap. de Luca.

3 De Guiberto. Habet Gemblacum relationem miraculorum sancti Guiberti à decessu eius vsque ad eleuationem, & canonizationem, quæ contigit circa annum 1099.

4 De secunda illa assumptione scribit Ioannes Beletus in Rationali diuinorum Officiorum, cap.146. Mulier quædam religiosissima, appellata Elizabeth, quæ etiam nunc in viuis est, habitatq; in finibus Saxoniæ, ait † sibi esse reuelatum, quòd circiter dies quadraginta assumptum fuerit corpus post assumptionem animæ. De qua re opusculum quoddam composuit; sed non est in Romana ecclesia comprobatum. Ex hac igitur, aut simili annotatione, cuidam placuit Bedæ adiicere secundam assumptionem Virginis Mariæ. B

† lib. 4. cap. 1.

Octauo Calendas Octobris, luna 24. Sept. A

13.24.5.16.27/8.19.30.11.22/4.14.25.6.17/28.9.20.3.

COnceptio sancti Ioannis Baptistæ, g *gloriosi prophetæ, & præcursoris.* Et in Augustoduno, sancti Andochij presbyteri, Thyrsi diaconi, & Felicis.qui à beato Polycarpo episcopo ab Oriente directi ad docendam Galliam, sub Aureliano principe sunt gloriosissimè coronati. Siquidem flagellis cęsi, in vltimo tota die inuersis manibus suspensi, & in ignem missi, sed non cōbusti, tandem vectibus colla feriuntur. r *Aruernis, depositio sancti Rustici episcopi.* † *Item in Hungaria, sancti Gerardi, episcopi & martyris.* q *In territorio Beluacensi, sancti Germari abbatis.*
¶ p *Cameraci, eleuatio sancti Gaugerici, episcopi & confeßoris.*

Luc. 1
† Turon. lib. 2. hist. cap. 13.

Septimo Calendas Octobris, luna 25. Sept. B

C 14.25.6.17.28/9.20.1.12.23/5.15.26.7.18/29.10.21.4.

NAtalis beati Cleophæ: quem tradunt apud castellum Emmaus, in eadem domo in qua mensam Domino præparauerat, pro confessione illius à Iudæis occisum, & gloriosa memoria sepultum. In ciuitate Ambianensium, beati Firmini episcopi.qui sub præside Rictiouaro, post varia tormenta, capitis decollatione martyrium sumpsit. Apud Lugdunum, depositio sancti Lupi episcopi, ex anachorita. Ipso die, sancti Herculani militis. qui in passione Alexandri episcopi legitur. † Antisiodori, sancti Aunarij episcopi, & confessoris. r *Item Blesis, sancti Solennis episcopi.* b *Hic hominem à natiuitate cæcum & surdum, osculatus est, & statim sanum reddidit. Hic etiam Carnotensium episcopus, Ludouicum regem, cum trecentis septuaginta nobilibus, sacro fonte regenerauit: sicque Dei sanctus, tres olympiades gerens in episcopatu, migrauit ad Dominum.* q *Eodem die, sancti Principij, Sueßionensis episcopi, fratris beati Remigij. Cusantiæ in territorio Bisontino, depositio beati Hermenfredi, abbatis & confessoris. In Glasconia, depositio sancti Ceolfridi, abbatis & confeßoris.* 1 D

Luc. 24.
† Apud Adonem 6. Idus Dec.

ANNOTATIO.

1 De Ceolfrido, ex catalogo scriptorum Britanniæ. Vvichbertus Deirus ex Anglosaxonia natus, scripsit vitam Ceolfridi abbatis ad Gregorium secundum Pontificem maximum. Vixit anno 724. Beda post finem hist.eccl. Scripsi historiam abbatum monasterij, in quo supernæ pietati deseruire gaudeo; Benedicti, Ceolfridi, & Vvertberti, in libellis duobus.

Sexto Calendas Octobris, luna 26.Sept. C

15.26.7.18.29/10.21.2.13.24/6.16.27.8.19/30.11.22.5.

NAtale sanctorum martyrum, Cypriani episcopi, & Iustinæ virginis. quorum Iustina multa pro Christo perpessa, ipsum quoque Cyprianum, cum esset magus, & magicis suis artibus eam dementare conaretur, conuertit ad Christum: cum quo postea iam episcopo & nobili doctore facto, martyrium sumpsit. Horum corpora postmodum à Christianis Romam delata sunt. Ciuitate Albano, Sancti Senatoris. r *Romæ, sancti Eusebij, episcopi & confeßoris.* 1 E
¶ g *Die vigesimasexta, transitus sancti Apostoli & Euangelistæ Ioannis Theologi.*

De Eus. pontificale cap.32.

ANNOTATIO.

1 Cypriani & Iustinæ gesta extant MS.& apud Metaphrasten.

Quinto Calendas Octobris, luna 27.Sept. D

16.27.8.19.30/11.22.3.14.25/7.17.28.9.20/1.12.23.6.

APud ciuitatem Ægeam, natalis sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani. qui g *pecuniæ abstinentia & miraculis clari*, sub persecutione Dioclitiani post multa tormenta, vincula, & 1

carceres, post mare, & ignes, crucem, lapidationes, & sagittas, diuinitus superatas, capite plectuntur. Referuntur etiam passi in eorum collegio tres fratres, germani eorundem: id est, Anthimus, Leontius, & Euprepius. Eodem die, sanctorum fratrum, Adulphi & Ioannis. qui apud Cordubam ciuitatem pro Christo coronati sunt. Castro Seduno, sancti Florentini. qui vna cum beato Hilario, post abscisionem linguæ, gladio iussus est feriri. *Parisius r eodem die, sancti Elzearij confessoris, de tertio Ordine sancti patris Francisci. q Eodem die, sancti Ceranni confessoris, & episcopi Parisiorum ciuitatis. Lætiis, p natale sanctæ Hiltrudis virginis. quæ amore Christi sponsum in terris fugiens, ei quem elegerat viriliter adhæsit, bonúmque propositum laudabili fine concluſit.* g *Die vigesimaseptima, sancti martyris Callistrati, & sociorum eius.* F

De Callist. Metaphr.

¶ q *Ciuitate Sagiensi, dedicatio basilicæ præfatæ vrbis, per diœcesim vbilibet celebranda.*

ANNOTATIO.

1 De Cosma ac Damiano latius Ado Treuerensis/librum miraculorum citat Septima synodus, actione 4/ Metaphrastes habet Niceræ philosophi encomium sanctorum & mirabilium rerum effectorum, Cosmæ & Damiani, qui dicuntur Anárgyri, quia gratis & sine argento medebantur/De eisdem Gr. Turonensis in gloriam martyrum cap. 98/& Procopius libro 1. de ædificiis Iustiniani. G

28.Sept. E

Quarto Calendas Octobris, luna

17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/8.18.29.10.21/2.13.24.7.

1 APud Tolosam, sancti Exuperij episcopi & confessoris. qui beatus vir, quantum sibi extiterit parcus, quàtúmq; aliis largus, sanctus Hieronymus memorabili prosecutus est relatu. Romæ, natalis S. Stactei. Ciuitate Iauis, S. Saloni, episcopi & cõfessoris. r *Eodẽ die, S. Vvenceslai martyris, regis Bohemorum, sanctitate & miraculis glorioſi.* q *Qui valde in Christi religione deuotus extitit, adeo vt oblitus dignitatis sui primatus, tempore messis & vindemiæ ipse meteret, & vindemiaret, quod in sacrificiales hostias sacerdotum manibus offerretur. Antisiodoro, depositio sancti Alodij episcopi.* b *In Germania, sanctæ Liobæ virginis. quæ de Britannia à sancto Bonifacio archiepiscopo aduocata, vt famulas Dei in monasteriis Germaniæ diuinis Scripturis instrueret, multa miracula viuens fecit: imò post obitum, in monasterio Fulda, iuxta decretum sancti Bonifacij sepulta, non paucis miraculis claret.* g *Die vigesimaoctaua, sancti patris & confessoris Charitônis.* H

De Charitone Metaph.

ANNOTATIONES.

1 De Exuperio, Hieronymus presbyter epistola 4. ad Rusticum / 11. ad Ageruchiam / & initio libri 1. & 2. in Zachariam: Scribit ei Innocentius primus epistolam 2.

2 De Lioba. Mogo monachus & presbyter in schedulis collegerat vitam Liobæ, ex relatu quatuor eius discipularum. Quo morte præuento, quidam iubente Rabano, eandem ex huius schedulis ornatè conscripsit. Est MS.

29.Sept.F

Tertio Calendas Octobris, luna

18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/9.19.1.11.22/3.14.25.8.

1 IN monte Gargáno, venerabilis memoria beati archangeli Michaëlis. vbi ipsius consecrata nomine habetur ecclesia, vili facta schemate, sed cælesti prædita virtute. b *Romano siquidem Pontifice, & Sipontino episcopo de consecratione loci ipsius quærentibus, ac propterea triduanum ieiunium cum cinibus celebrantibus, nocte ieiunij suprema sanctus Michaël episcopo Sipontino per visionem apparens monuit, vt intrarent ecclesiam, quam ipse dedicauit, & Missas ibi iuxta morem agerent. Innumera quoque ibi præstantur beneficia per sanctorum archangelorum merita.* In Thracia, sanctorum, Eutychi, Plauti, & Heracleæ. Antisiodoro, sancti Fraterni, episcopi & confessoris. *Eodem die, in Mediolacensi monasterio iuxta Treuirim, natale sancti Loutvvini, archiepiscopi & confessoris eiusdem antedictæ ciuitatis. Trecas, beati Vrsionis monachi.* g *Die vigesimanona, sancti patris Cyriaci anachoritæ.* I

De Cyriaco Metaph.

¶ p *Ipso die, inuentio corporis sancti Gisleni, episcopi & confessoris.*

ANNOTATIO.

1 De Michaële, Dan. 10. 12/Iudæ b/ Apoc. 12/item sermones Bernardi, Damiani, &c. Historia dedicationis est in Adone, & homiliario Doctorum / De Michaëlis miraculis Sozom. lib. 2. cap. 2. Habet & Metaphrastes quædam, & apud eum Pantaleon. De Angelis præclarè scripserunt multi recentiores. K

30.Sept. G

Pridie Calendas Octobris, luna

19.1.11.22.3/14.25.6.17.28/10.20.2.12.23/4.15.26.9.

1 IN Galliis castro Solodoro, passio sanctorum martyrum, Victoris & Vrsi, ex glorioſa legione Thebæorum. qui primò diris suppliciis excruciati, sed cælesti super eos lumine coruscante, ruentibus in terram ministris, erepti sunt: deinde in ignem missi, sed in nullo penitus læsi, nouissimè

A nouissimè gladio consummati sunt. Eodem die, apud Bethlehem Iudææ, depositio beati Hieronymi presbyteri. qui r *omnium literarum studia adeptus, atque probatorum monachorum imitator factus,* obiit ann. ætatis suæ nonagesimooctauo, mense sexto. Ciuitate Placentia, sancti Antonini confessoris. 2 3

r *Eodem die, sanctæ Sophiæ viduæ.* q *Babenbergæ, sancti Othonis, episcopi & confessoris. qui conuertit Pomeranos. In Anglia, sancti Honorij, archiepiscopi Cantuariensis. Catalaunis, depositio sancti Leudomiri, episcopi & confessoris. de quo canitur,* 4 Responsorio 9.

Leudomire pater, famulis succurre potenter,
Vt sani viuant, æternáque munera quærant.

Aquisgrani, p *eodem die, festiuitas sancti Leopardi martyris.* g *Die trigesimà, sacrosancti martyris Gregorij, in magna Armenia.* De Gregorio Metaphr.

¶ q *Parisiis, solennitas sanctarum nostræ redemptionis reliquiarum, ibidem in sacra capella regia, à beatissimo Ludouico honorificè reconditarum. Atrebati,* r *translatio corporis sancti Vedasti, de loco sepulturæ eius, in eum quo nunc requiescit. Transtulerunt autem eum beati confessores Autbertus & Audomarus. In Andaino monasterio,*
B *translatio corporis beatissimi Huberti, Tungrensis episcopi, & confessoris. quando à beatæ memoriæ Vulcando episcopo, eius sacra ossa à Leodio ad locum Andainum sunt translata, anno Dominicæ incarnationis octingentesimo vicesimoquinto. Vbi miraculorum gloria eius declarantur merita, & fidelium, deuotione ipsius celebrantur beneficia.*

ANNOTATIONES.

1 De Victore & Vrso, sanctus Eucherius episcopus Lugdunensis, vitæ Thebæorum cap. 13 / & liber 11. historiæ Francorum, Greg. Turonensi adiunctus, cap. 22.

2 Hieronymi vitam falsò antea ab Erasmo, aliisque relatam, & maiori ex parte ignoratam, ex eius scriptis fideliter collectam, primus edidit Marianus Victorius Reatinus, Romæ excusus, cum epistolis Hieronymi.

3 De Othone, ex Bruschio de monasteriis Germaniæ. Vitam Othonis quàtuor libris conscripsit Andreas abbas extra Babembergam, ad Boguslaum principem Pomeranorum, circa annum 1500.

4 De Honorio Beda lib. 2. historiæ cap. 18/& obiter in præcedentibus/lib. 3. cap. 20.

C

OCTOBER HABET
DIES XXXI.

1.Oct.A

Calendis Octobris, luna

20.2.12.23.4/15.26.7.18.29/11.21.3.13.24/5.16.27.10.

DRomæ, natalis beati Aretæ martyris, & aliorum quingentorum quatuor. Tomis ciuitate, sanctorum, Prisci, Crescentis, & Euagrij. Apud prouinciam Lusitaniam, ciuitate † Olisepona, sanctorum martyrum Verissimi, Maximæ & Iuliæ fororum. Eodem die, translatio sanctorum confessorum, Germani & Remigij. quorum prior Antisiodorensem: alter verò Remensem gubernauit ecclesiam. Ciuitate Tornaco, passio sancti Platonis presbyteri. qui cum beato † *Quintino,* eiusdij sociis, ab vrbe Roma Galliam prædicationis causa expetiit, ac postea, consummato martyrio migrauit ad Dominum. In portu Ganda, sancti Bauonis confessoris. *cuius gesta habentur.* Ciuitate Treuiris, sancti Nicetij episcopi, totius sanctitatis viri. b *qui ab ipso ortus fui tempore mirabiliter clericus designatus est.* q *Condato, sancti Vuasnulphi confessoris.* b *Item sancti Fronti episcopi. cuius gesta miraculis plena conscripta habentur.* g *Die prima, sancti Romani mélodi.* †al. Vlyſ. bona. 1 †Dionyſio 2 3

ANNOTATIONES.

1 Germani Antisiodorensis vitam heroicis versibus luculenter scripsit libris sex Henricus monachus, quos Carolo Imp. obtulit, Sigib. anno 877. E

2 Remigij natalis est 13. Ianuarij: hic tamen vitæ eius auctores indico propter Romanum breuiarium. Sigibertus itaque Gemblacensis in Chronicis anno 857. Hincmarus, ait, Remorum archiepiscopus, in Francia claret, qui vitam sancti Remigij scripsit. Item, de viris illustribus cap. 100. Et secundum legem historiæ nec illa prætermisit, quæ vulgata relatione didicit. Est to. 1. Surij. Extat etiam MS. vita eius, per Fortunatum episcopum Pictauensem, quam scripsit iussu Egidij, episcopi quarti post Remigium. cuius Hincmarus meminit in præfatione: De Remigio multa quoque scribit Albinus in vita sancti Vedasti, vbi vocatur Remedius/& Gr. Turonensis lib. 2. hist. cap. 31. &c. De translatione hodierna Hincmarus tom. 1. Surij, pag. 300. & seq.

3 Bauo valde celebris est apud nostrates, Gandensium & Harlemensium patronus. Vitam habemus, quam Theodoricum sancti Trudonis abbatem, tempore S. Bernardi, vrbaniori stylo melioraſſe, scribit eorundem contemporaneus Sigibertus; de vitis illustribus, cap. penultimo. Pandectæ notant etiam de Bauone cantum nocturnalem Remigij. Sed & nuperrimè historia sancti Bauonis pulchrè conscripta est primis octo diebus Octobris, & ipsis Calendis Augusti, in Officio † de Sanctis Gandensis ecclesiæ. †*Impresso anno* 72.

4 Nicetij Treuirensis vitam scribit Gregorius Turonensis de vita patrum cap.17/de gloria confessorum cap.94. F

2. Oct. B

Sexto Nonas Octobris, luna

24.3.13.24.5/16.27.8.19.1/12.22.4.14.25/6.17.28.11.

Lege Eusebiũ l.8.hist.c.5.6.

APud Nicomediam, natalis sancti Eleutherij, cum aliis innumeris. quorum iubente Diocletiano sequissimo imperatore, alij gladiis obtrũcabãtur, alij ignibus cõcremabãtur. Sed horũ primus Eleutherius, cũ cruciatus diu per tormẽta singula, validior redderetur, martyriũ victoriæ suę ignibus, velut aurum examinatus, cõpleuit. In territorio † Atrebatensi, *villa Siricinio*, passio S. Leodegarij Augustodunensis episcopi. quem variis iniuriis, & diuersis suppliciis afflictum, Ebroinus maior domus regiæ, interfecit. *Eodem die, sancti Gerini martyris, †fratris beati Leodegarij. In Antiochia, Primi, Quirilli & Secundarij.* p *Andaino monasterio, natalis beati Beregisi abbatis. Hic ex Conduſtro pago Austrasiorum oriundus, Hasbanij intra monasterium sancti Trudonis literis est eruditus. Cúmque sublimatus in comitatu Pipini iunioris, solitariam vitam desiderabat attentius, contigit Plectrudem eiusdem principis coniugem, transitum habuisse per saltum Arduennensem: & ecce chartulam inter saxa decidentem respicit, in qua continebatur locum illum à Deo electum, multásque inde animas fidelium dirigendas in cœlum. Beregisus vtrò se offerens, locum suscipit, stirpat, monasterium construit, & multos suo exemplo ad bene viuendum ibidem collegit.* q *Eodem die, sancti Sereni confessoris. In Anglia, sancti Thomæ, Herefordensis episcopi & confessoris.*

† al. Adartensi. 1

† Ado Anno 696. Vrsinus in vita Leodegarij.

G

¶ *Assisij, translatio sanctæ Clarę virginis. Morinis, ostensio sancti Maximi episcopi Rhegiensis, & confessoris.*

ANNOTATIO.

1 Leodegarij vitam, passionem & translationem, descripsit Vrsinus ad Ansoaldum Pictauorum episcopum/& alius iussu Erminarij Augustodunensis episcopi, secundi post Leodegarium. Extant MS. Portio corporis quiescit in Bronio.

3. Oct. C

Quinto Nonas Octobris, luna

22.4.14.25.6/17.28.9.20.2/13.23.5.15.26/7.18.29.12. H

† Beda l. 5. hist. Angl. cap. 11.

APud antiquos Saxones, sanctorum martyrum duorum Evvaldorum. † qui cum essent presbyteri, & prædicare ibi Christum cœpissent, comprehensi sunt à paganis, & occisi. Ad quorum corpora noctu, multa diu lux apparens, & vbi esset, & cuius essent meriti, declarauit. Romæ ad Vrsum pileatum, sancti Candidi martyris. p *Et in Bronio monasterio, natale & translatio sancti Gerardi abbatis. qui post militiam temporalem Christi tyrocinio mancipatus, huius monasterij extitit fundator deuotus, iussione beatorum Apostolorum Petri & Pauli. Hic postea auctore Christo fuit pater & abbas ter sex cœnobiorum.*

1

q *In pago Dulcrimensi, sancti Iuuini confessoris. Mosonij, festiuitas beati Arnulphi martyris.*

¶ Natalis beati Dionysij g *Areopagitæ.* qui post clarissimam confessionem fidei, post grauissima tormentorum genera, glorioso martyrio coronatus est, vt testatur Aristides, fide vir sapientiaq; mirabilis, in eo opere quod de Christiana religione composuit.

ANNOTATIO.

1 Gerardi vita habetur, scripta ad Conterum abbatem Bronij, in patria Namurcensi. I

4. Oct. D

Quarto Nonas Octobris, luna

23.5.15.26.7/18.29.10.21.3/14.24.6.16.27/8.19.1.13.

1

* Fortè calitem. Act. 18. b 1. Cor. 1. Rom. 16. 3. Ioan.

IN ciuitate *Assisio, natale beati Francisci confessoris, fundatoris Ordinis Minorum. Hic post multiplicationem mirabilem Ordinis, quem fundauit vbique terrarum diffusius, in eodem viginti annis * cœlibem vitam ducens, de huius mundi miseræ carnis ergastulo, ad cœlestem patriam est deductus,* q *anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimosexto. Cuius vitam inclytam, miraculis plenam, describit Bonauentura.* Apud Corinthum, natalis sanctorum, Crispi & Caij. quorum meminit sanctus Apostolus, Corinthiis scribens. b *Cuius Caij meminit idem Apostolus ad Romanos. Salutat vos, inquit, Caius hospes meus, & vniuersæ ecclesiæ. Cuius & beatus Ioannes epistolam scribens, meminit ita, Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate.* In Ægypto, sanctorum Marci & Martiani fratrum, & aliorum cum eis innumerabilium,

K

† De quibus 8 hist. eccles. cap. 8.

† non inferioris gloriæ vtriusque sexus, atque ætatis. Quorum alij post verbera, & diuersi generis horribiles cruciatus, flammis traditi sunt, alij in mare præcipitati, nonnulli etiam capite cæsi, plurimi inedia consumpti, alij patibulis affixi, quidam etiam capite deorsum * presso, & pedibus in sublime sublatis, beatissimam passionis coronam meruerunt. Ciuitate Parisiis, sanctæ Aureæ virginis. *cuius corpus requiescit in ecclesia sancti Eligij propè palatium Parisiis. Item Treuiris, Thyrsi, & sociorum eius, sub Rictiouaro præside. Bononiæ, sancti Petronij, episcopi & confessoris. In pago Turonico, sancti Quintini martyris. Virduni, sancti Magdaluei, episcopi & confessoris eximij.* g *Die quarta, sancti patris Hierothei, episcopi Athenarum.*

2

A

ANNOTATIONES.

1 Francisci vita per sanctum Bonauenturam omnibus obuia est. Præter eum, vitam Francisci conscripserunt Leo, Rufinus, & Angelus, socij beati Francisci, anno 1247. ad Crescentium generalem ministrum. Est MS. Alexander in bulla de stigmatibus dicit Gregorium nonum in bulla Canonizationis multa miracula recensere; diligenter examinata.

2 De Aurea, sanctus Audoenus in vita Eligij lib. 1. cap. 17/lib. 2. cap. 53.

Tertio Nonas Octobris, luna

5. Oct. E

24.6.16.27.8/19.1.11.22.4/15.25.7.17.28/6.20.2.14.

APud Siciliam *Messanæ* natalis sanctorum martyrum, Placidi 1 *monachi, beatissimi Benedicti abbatis discipuli*, Eutychij, *Victorini, & Flauiæ eorum germanæ, Donati, Faustini, Firmati*, & aliorum triginta, *qui à Manaucha pyrata, quem Abdalà barbarus Hispaniæ rex miserat, cruciati & perempti sunt, anno salutis quingentesimo quadragesimoprimo. Gordianus autem socius, qui pauidus secesserat, eorum passionem scripsit.*

1

Firmati episcopi & Vitalis abb.

B

In Eumenia, beati Thrasææ episcopi, apud Smyrnam martyrio consummati. † *cuius meminit quintus liber ecclesiasticus.* In Galliis, ciuitate Valentia, sancti Apollinaris episcopi. cuius & vita virtutibus insignis fuit, & mors nihilominus signis & prodigiis decoratur. Antisiodoro, depositio sanctorum germanorum, Firmati diaconi, & Flauianæ virginis, *Deo sacratæ. Item Treuiris, sanctorum martyrum, Palmatij, & sociorum eius, sub Rictiouaro præside. Budicæ, monasterio diœcesis Padebornensis, sancti* 2 *Meinulphi, diaconi & confessoris. Zamoræ, natalis sancti Attilani episcopi. quem Vrbanus secundus in Sanctorum numerum retulit.* g *Die quinta, sanctæ martyris Charitines.*

Sauignienſis scripsit vitas Steph. Rhedon. episc. an. 1178. Rob. de monte in chr.

† Polycrates cap. 23. Euſſ 24. Rufini.

ANNOTATIONES.

1 Placidi & sociorum martyrium scripsit Gordianus eiusdem martyris famulus, iussu Iustiniani imperatoris, to. 4. Aloysij. De eisdem habet Leo Ostiensis, in historia Cassinensis cœnobij, epistolam Siculorum.

2 Meinulphi historia habetur, quam Gobelinum scripsisse in indice quodam asseritur.

C

Pridiè Nonas Octobris, luna

6. Oct. F

25.7.17.28.9/20.2.12.23.5/16.26.8.18.29/10.21.3.15.

1

2

IN *Calabria, depositio sancti* Brunonis *confessoris, primi institutoris Ordinis Cartusiensis.* Apud Capuam, natalis sanctorum martyrum, Marcelli, Casti, Æmilij, & Saturnini. Eodem die, beati Sagaris martyris, & episcopi Laodicensis. qui vnus fuit de antiquis Pauli Apostoli discipulis. In Galliis, ciuitate Agenno, natalis sanctæ Fidis virginis & martyris. cuius exemplo beatus Caprasius ad agonem martyrij animatus est. *Eodem die sancti Romani, Antisiodorensis episcopi.* 1 *Romæ, sanctæ Balbinæ virginis.* q *In Galliis, sanctæ Emmiæ virginis, filiæ Clodouei regis, eximiæ sanctitatis. Treuiris, innumerabilium martyrum sub Rictiouaro. qui à Christianis sepulti, immensæ capacitatis puteum impleuerunt: super quem postea ædificatum est sancti Maximini monasterium.*

ANNOTATIONES.

D

1 De Brunone Petrus Sutor de vita Carthusiana lib. 2. cap. 7. Vitam beatissimi patris nostri Brunonis aperto sermone edidit Franciscus de Puteo Lugdunensis, Iuris vtriusq; Doctor præstantissimus, Prior maioris Carthusiæ 33. Cuius diligentia beatus pater Bruno in Sanctorum numerum per Apostolicam sedem repositus est.

Impressam cum operibus Brunonis.

2 Sagaris aliqua fit mentio lib. 5. hist. eccl. cap. 23. Rufini 24/lib. 4. cap. 25. Rufini 26.

Nonis Octobris, luna

7. Oct. G

26.8.18.29.10/21.3.13.24.6/17.27.9.19.1/11.22.4.16.

ROmæ via Appia, depositio sancti Marci papæ. Apud prouinciam, quæ nuncupatur Augusta Euphratesia, sanctorum martyrum Sergij & Bacchi, sub Maximiano imperatore. Quorum Bacchus b *primicerius scholæ gentilium*, tamdiu est neruis crudis cæsus, quo adusq; totus corpore discissus, in confessione Christi emitteret spiritum. Sergius verò b *secundicerius eiusdem scholæ*, clauatis cothurnis pedibus indutus, cum in fide fixus maneret, data sententia iussus est decollari. Item apud

Pontificale cap. 35.

1

E

eandem prouinciam, sanctæ Iuliæ virginis, quæ sub Martiano præside martyrium consummauit. Eodem die, sanctorum martyrum, Marcelli & Apulei. qui per Apostolum Petrum relicto Simone, Apostolicæ doctrinæ se tradiderunt, ac postmodum sub Aureliano consulari, martyrij coronã reportauerunt, sepulti non longè ab vrbe Roma. 1 *Apud Paduam ciuitatem, sanctæ Iustinæ virginis & martyris.* † q *In pago Remensi, vico qui vocatur* Buxiolus, *depositio sancti Helani, presbyteri & confessoris. Bituricas Augusti presbyteri, & confessoris.*

† Scardeo. pag. 117.

¶ *Carnoti, inuentio corporis sancti Caletrici ipsius ciuitatis episcopi. Romæ, in ecclesia sancti Petri canonizatio beatæ Birgittæ viduæ, per Bonifacium nonum, pontificatus sui anno secundo. Qui solennè edidit libellũ,* † *quo dicta Christi sponsam, tanquam viduã sanctã, in ecclesia Christi, auctoritate Apostolica perpetuis temporibus præcepit venerari.*

† Impressum cum reuelation. Birgittæ.

Tolozæ, inuentio sanctorum confessorum, Siluij, Hilarij, & Honorati episcoporum, & Pappoli episcopi & martyris.

ANNOTATIO.

F

1 Sergij & Bacchi Gesta extant annotata, Legendæ parte 2. & apud Metaphrastem. Item de Sergio, Euagrius hist. eccl. lib. 4. cap. 27/lib. 6. cap. 20.

8.Oct. A

Octauo Idus Octobris, luna

27.9.19.1.11/22.4.14.25.7/18.28.10.20.2/12.23.5.17.

Luc. 2. d

NAtalis beatissimi Simeonis, qui in Euangelio legitur Dominum suis susceпisse in vlnis. Apud Thessalonicam, passio sancti Demetrij martyris. Item ciuitate Hispali, sancti Petri martyris. In territorio Laudunensi, sanctæ Benedictæ, virginis & martyris. Ipso die, sanctæ Pelagiæ, quæ † peccatrix appellatur. p *Et in Humulcurt, sanctæ Valeriæ virginis. Item, depositio sancti Amoris confessoris.* p *qui quiescit in Belisia monasterio. In territorio Senonico, sanctæ Porcariæ, virginis & martyris. Apud Rothomagum, beati Euodij, præfatæ vrbis episcopi, & confessoris. In pago Blionensi, sanctæ Susannæ virginis. Treuiris, sancti Metropoli, episcopi & martyris.* r *Item, sanctæ Reparatæ virginis.* p *Apud Dononium, solennitas sanctæ Ragenfredis virginis.*

1 2 † pœniten s. 3 De Reparata Beda in Martyr. G

¶ *Eodem die, dedicatio ecclesiæ sancti Marci Euangelistæ Venetiis.* q *In Vualciodoro, translatio sancti Eloquij, presbyteri & confessoris. Truncinij ex Merendra,* p *aduentus sancti Gerulphi martyris.*

ANNOTATIONES.

1 Demetrij huius vitam Anastasius de Græco in Latinum transtulit, & imperatori Carolo obtulit, vt scribit Vincentius speculi historialis lib. 12. cap. 150. Est in Rubra valle MS. ad Carolum tertium. Habet eam Metaphrastes quoque 26. Octobris.

2 Pelagiæ vitam scribit Iacobus diaconus Heliopoleos, tomo 2. Aloysij/in vitis patrum, Alphabeto 17.

3 Amoris Aquitani vitam scripsit Egebertus diaconus, MS. ad sanctum Laurentium extra muros Leodienses.

9.Oct. B

Septimo Idus Octobris, luna

28.10.20.2.12/23.5.15.26.8/19.29.11.21.3/13.24.6.18.

H

1 2 ABraham patriarchæ. Apud Parisium, natalis sanctorum martyrum, Dionysij episcopi, Rustici presbyteri, & Eleutherij diaconi. qui beatus episcopus à pontifice Romano in Gallias prædicandi gratia directus, ad præfatam vrbem deuenit, vbi per aliquot annos commissum sibi opus fideliter prosequens, tandem à præfecto Fescennino, vnà cum sociis, gladio animaduersus, martyrium compleuit. *Quorum corpora requiescunt in cœnobio beati Dionysij in Francia.* Apud Iuliam, via Claudia, sancti Domnini martyris, sub Maximiano, qui cum vellet persecutionis rabiem declinare, protinus insecutus, & nihilominus gladio transuerberatus, glorioſe occubuit. r *Item, natale sancti Gisterij confessoris.* q *Eodem die Cameraci, via Atrebatensi, festiuitas sanctæ Ollæ virginis.* p *In pago Hainau,*

3 *in loco qui tunc à circumma nentibus pagensibus nominabatur Visidongus, nunc Cella vocatur, natale sancti Gisleni episcopi, miræ sanctitatis viri. Qui Athenien sium episcopus fuit, & pro Christo ipsum apicem terreni honoris relinquens, pauper fieri voluit, Romámq; veniens causa visendi principum Apostolorum limina, Petri & Pauli, ibi voce diuina iussus est vt in Gallias properaret, ibidémq; oratorium construeret Apostolorum Petri & Pauli, ac finem ipsius ærumnosi exilij præstolaretur. Item eodem die, elevatio corporis ipsius.* g *Die nona, sancti patris Andronici.* I

4 g Aquiscincti, obitus Gosuini, abbatis beati. Qui rumores nec audiebat, nec referebat libenter.

ANNOTATIONES.

1 Abrahæ acta leguntur à Genesi 11. vsque ad 25.

2 Dionysij Areopagitæ vitam & agonem scripserunt Michaël Syngelus/incertus auctor Perionio interprete/Simeon Metaphrastes citatam in Concilio Florentino/breuiter Ado in Martyrologio 5. Nonas Octobris/& Suidas in Dictionario/Præcipuè autem Hilduinus abbas circa annum 824. ex Visbio Dionysij discipulo. Vnde Sigibertus de viris illustribus cap. 82. Hilduinus abbas sancti Dionysij Parisiensis, scripsit ad Ludouicum imperatorem, vtroque stylo, id est, prosaico & metrico, vitam sancti Dionysij. Prosam, cum quibusdam aliis eò pertinentibus, habemus in Areopagiticis D. Matthæi Galeni Vvestcapellij. Coloniæ anno 63. Metro autem habentur Gembláci libri quatuor de Dionysij passione quos Hilduini esse non dubito. Item de Areopagita, Xystus lib. 2. bibliothecæ sacræ/& duæ epistolæ MS. vna Hincmari episcopi Remensis, altera Anastasij bibliothecarij, contra asserentes Dionysium primum Parisiorum episcopum, non esse Areopagitam. In vtraque fit mentio passionis Dionysij à Methodio Græcè dictatæ, quam Anastasius Latinè conscripsit. K

3 Gisleni vita primaria est anonymi auctoris, MS. cap. 10. in Cella, siue sancti Gisleni oppido. Ibidem habentur de vita Gisleni Rounerus vel Reinerus ad Radbodum abbatem/Philippus abbas Bonæ spei/& duo diuersi metrici scriptores.

4 Gosuini abbatis historiam habet Aquiscinctum per Alexandrum successorem, & per aliquanto posteriorem.

10.Oct. C

Sexto Idus Octobris, luna

29.11.21.3.13/24.6.16.27.9/20.1.12.22.4/14.25.7.19.

1 2 LOth prophetæ. Apud Cretam, beati Pinyti, inter episcopos nobilissimi, qui in scriptis suis, velut in q odam speculo, viuentem sui dereliquit imaginem. Ciuitate Agrippinensi, sancti Gereonis

A nis martyris, cum aliis trecentis decem & octo: qui persecutione Maximiani tyranni, pro vera pietate colla patienter gladiis subdiderunt. Item in territorio eiusdem vrbis, *loco qui Xanthis dicitur,* sancti Victoris martyris, & p. *sociorum eius.* Item *apud Veronam, quæ vulgò Bonna dicitur,* sanctorum martyrum, Cassij & Florentij, cum aliis pluribus. In Britannia *Eboraci,* sancti Paulini, episcopi & confessoris. b *qui eam nationem Anglorum, quæ ad Aquilonem Humbri fluminis habitabat, cum rege suo Heduuino, prædicando verbum fidei conuertit ad Dominum.* r *Eodem die, sancti Cerbonij, episcopi & confessoris* q *Populonien sis. cuius reliquias attulit ad Gallias frater Robertus Pisanus. Trecas, passio sanctæ Tanchiæ virginis. Iotro monasterio, sanctæ Telechildis, virginis & abbatissæ. In Anglia, monasterio Bridlingtoniæ, depositio sancti Ioannis confessoris, & Prioris eiusdem monasterij, de Ordine Regularium. In Galliis, iuxta Aream, sancti Venantij, martyris verè nobilis. In Hasteria, sancti Nuncij confessoris.* g *Die decima, sanctorum martyrum, Eulampij & Eulampiæ.* 3 4 De Cerbonio Greg. 3. dial. c. 11. De Eulampio, Metaphrast.

¶ q *Ipso die, dedicatio Ordinis Cælestinorum, vbique locorum præfati Ordinis vna die solenniter celebranda.*

B

ANNOTATIONES.

1 De Loth, Gen. 11. 13. 19/Deuter. 2.

2 Pinyti meminit Eusebius lib. 4. hist. eccles. cap. 20. 22. 23/Rufini 21. 23. 24/Hieron. de viris ill. cap. 38.

3 Gereonis & sociorum. Docti auctoris sunt quæ de his martyribus habet Colonien sis ecclesia. Citat de eis Vincentius Helinaldum historicum. Vide Adonem in Martyrologio/Adonem Vien. anno 288/& vitam Norberti cap. 21. Vsuardus videtur in historia minus exactus fuisse. Dicit enim, Gereonis martyris, cognomento Mallosi, item; Victoris martyris & aliorum decem & septem. Sed historia Mallosum distinguit à Gereone; sicut & Ado Treuirensis. Item, Victoris socios numerat trecentos triginta, sicut etiam habet antiquissima Xanthensium traditio. Iisdémq; constat præterea ex reliquiarum fragmentis, plures fuisse quàm septemdecim. Ideóque ex contextu huc transtuli quæ Vsuardus videtur cum his minus consentanea posuisse.

4 De Paulino; Beda in historia gentis suæ, lib. 2. cap. 9. 14. 16. 17. 20/lib. 3. cap. 14.

Quinto Idus Octobris, luna

11.Oct. D

C

1.12.22.4.14/25.7.17.28.10/21.2.13.23.5/15.26.8.20.

APud Tarsum; Metropolim Ciliciæ, beatissimorum martyrum, Tharaci, Probi, & Andronici. qui persecutione Diocletiani longo tempore carcerali squalore afflicti, & tertiò diuersis tormentis & suppliciis examinati, in confessione Christi triumphum gloriæ adepti sunt. In pago Vilcassino, passio sanctorum, Nicasij presbyteri, & sociorum eius, Quirini & Pientiæ. In Scotia, sancti † Canici abbatis. Ciuitate Vzetia, sancti Firmini, episcopi & confessoris. p *Lyræ, depositio sancti Gummari, præclari confessoris. qui inter cætera virtutum suarum insignia, ictu baculi sui fontem de terra produxit: arborem quoque succisam & terræ prostratam, diuino auxilio erexit, ac ita in integrum solidauit, vt nullum signum læsionis in ea appareret. quæ in testimonium tantæ virtutis, per annos plurimos incolumis permansit.* 1 † al. Kenici. 2

r *Redonis ciuitate, sancti Æmiliani confessoris.* r *Virduni, beati Sanctini, eiusdem loci episcopi, & confessoris. Bisontij, sancti Germani, episcopi & martyris. In Anglia, sanctæ Ethelburgæ, virginis & abbatissæ.* 3

D g *Die vndecima, sancti patris Theophanis, scriptoris & poëtæ, episcopi Niceæ.*

¶ r *Papiæ, translatio & reconditio corporis beatissimi patris Augustini, episcopi & confessoris.* p *Eodem die, depositio beati Brunonis, Agrippinæ ecclesiæ archiepiscopi. qui inter cætera laudabilis vitæ insignia, quæ liber gestorum eius plenius enumerat, etiam † monasterium sancti Pantaleonis à fundamentis erexit; & rebus quæ inibi Deo seruientibus sufficerent, abundanter locupletauit.* 4 † p locum istum.

Hoc die obiit beatus Iacobus Alemannus, Ordinis Prædicatorum. Coloniæ, ad sanctum Pantaleonem, p obiit Dominus Bruno, pius pastor sanctæ Colonien sis ecclesiæ, ac fundator † dicti monasterij. 5 † p nostri.

ANNOTATIONES.

1 Tharaci, Probi, & Andronici agonem scribunt Pamphilus, Martianus, & cæteri, fratribus in Iconio; MS/item Metaphrastes.

2 Gummari vitam scripsit Theobaldus ad Sigerum Liren sem Præpositum, prosa cap. 16. & metro heroico.

E 3 De Ethelburga, Beda lib. 3. cap. 8. historiæ Anglorum.

4 De Brunone. Sigibertus in Chronicis an. 953. Qui quantus qualisve fuerit apud Deum & homines, lector edi scat in vita ipsius, quam Rogerus luculenter descripsit. Colitur in propria Ecclesia; sed vt non canonizatus. Tornaci autem habet festum nouem Lectionum, 16. cal. Augusti. Vnde colligo eum ab episcopo quopiam esse Sanctis asscriptum: non autem à Romana sede.

5 Iacobi Alemanni vitam, vt habet Leander de illustribus prædicatoribus, vernaculè scripsit Ambrosius Soncinas; pluribus capitibus distinctam: ex qua Siluester & Isidorus Mediolanen sis, & postremò Ioannes Antonius Flaminius, suas Latinas deduxere.

g *Dominica proximè sequenti vndecima huius mensis, psallitur in commemorationem sanctæ & vniuersalis septimæ synodi, in vrbe Niceâ secundò congregatæ, anno Christi octingentesimo octuagesimoprimo, ad abroganda subuertendáque impia dogmata inimicorum Christi, quos dicunt iconomachos, hoc est, imaginum oppugnatores. Qui fuerunt Copronymus, & miseri eius sectatores.*

12.Oct.E

Quarto Idus Octobris, luna F.

2.13.23.5.15/26.8.18.29.11/22.3.14.24.6/16.27.9.21.

victor lib. 2. de persec. Vandal.

APud Rauennam, via Laurentina, natalis sancti Edistij martyris. In Africa, sanctorum confessorum & martyrum, quatuor millium, nongentorum, septuaginta sex, sub Hunerico rege, qui cum essent ecclesiarum Dei episcopi, presbyteri, diaconi, associatis sibi turbis fidelium populorum, pro defensione catholicæ veritatis, in horribilis eremi exilium trusi, ad extremum variè excruciati, martyrium celebrarunt. Inter quos erant Cyprianus & Felix præcipui Domini sacerdotes. In Syria, sancti Eustachij presbyteri. *Biturigis, Opionis presbyteri. Mediolani, translatio sancti Monæ archiepiscopi. In Anglia, natalis S. Vvilfridi, episcopi Eboracensis, & cõfessoris. Celenæ in Pannonia, Maximiliani Laureacensis episcopi, & confessoris, cuius corpus Laureacũ transtulit sanctus Rupertus Bauarorũ Apostolus, qui plurimas ecclesias ad eius honorẽ dedicauit. Tandẽ verò Patauiã reliquias trãstulit Henricus secũdus imperator.*

1

2

¶ Papiæ, sanctorum martyrum, Amelij & Amici. quos rex Desiderius occidit in bello contra Carolum magnum. G

ANNOTATIONES.

1 De Vvilfrido, Beda lib.4.hist.eccles.gentis suæ cap.12/lib. 5.cap.20/lib.3.cap.28. Vitæ eius complures auctores indicantur in Catalogo Britannico. Heddius Stephanus monachus apud Cantios, adhortante Acca episcopo Hagulstaldi, circa annum 720/Qdo Seuerus Cantuariæ archiepiscopus, & Fridegodus Cantuariæ diaconus. qui claruerunt anno 959. Denique Petrus de Blesis anno 1160.

2 De Maximiliano. Brusçius in historia de Laureaco. Maximiliani vita eleganter descripta extat in bibliotheca Forbacensi, ex qua aliquam huius historiæ partem excerpsimus. Vide etiam Lazium de genealogia Austriaca.

13.Oct.F

Tertio Idus Octobris, luna

3.14.24.6.16/27.9.19.1.12/23.4.15.25.7/17.28.10.22.

De Carpo Dio. ep. 8.

APud Troadem, natalis beati Carpi, discipuli Pauli Apostoli. In Hispaniis, ciuitate Corduba, passio sanctorum, Fausti, Ianuarij, & Martialis. qui primò equulei pœna cruciati, deinde supercilijs rasis, auribus quoque & naribus præcisis, dentibus etiam superioribus euulsis, ad vltimum ignis passione martyrium consummauerunt. H

1 Antiochiæ, sancti Theophili. qui sextus ab

2 Apostolo Petro ecclesiæ pontificatum tenuit. Turonis, sancti Venantij abbatis. *Apud Septam, Sarracenorum ciuitatem, sanctorum martyrum, Danielis, Samuelis, Angeli, Donuli, Leonis, Nicolai, Hugolini, de Ordine fratrum Minorum, qui desiderio martyrij flagrantes, fidem catholicam imperterrita mente ibidem constantissimè prædicauerunt: tandem post illata opprobria, post contumelias, irrisiones, flagella, & vincula, capitis obtruncatione martyrio coronati sunt, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimoprimo, anno sexto ante obitum*

3 *beati patris Francisci. In Gallijs, sancti Geraldi confessoris. Treuiris, sancti Lupentij presbyteri. Augustæ Vindelicorum, sancti Simperti, episcopi & confessoris.*

4 ¶ p *Eodem die, triumphus sancti Lamberti in Steps. Coloniæ, in monasterio sanctorum, Pantaleonis, Cosmæ, & Damiani, medicorum Dei, inuentio corporis sancti Maurini, abbatis & martyris. Quod anno Dominicæ incarnationis nongentesimo sexagesimoquarto, dum fundamentum eiusdem ecclesiæ effoderetur, cum huiusmodi in-*

Stephanus in historia Maurini MS.

scriptione repertum est, Hic requiescunt ossa bonæ memoriæ Maurini: qui in atrio ecclesiæ martyrium pertulit, sub die quarto Idus Iunij. I

Item sancti Gerbrandi confessoris, & primi abbatis in Floricampo, Ordinis Cistertiensis.

ANNOTATIONES.

1 De Theophilo, Eusebius lib.4.hist.cap.19.&23/Rufini 20.&24/Hieronymus de viris illustr. cap. 35/epistola 15.ad Algasiam, quæstione 6.

2 De Venantio. Gregorius Turonensis de gloria confessorum cap.25. Venantij vitam nos scripsimus. De vita patrum cap.16.

3 De Gerardo. Suspicor hunc esse eum Gerardum, cuius vitam scripsit teste Tritthemio, sanctus Odo abbas Cluniacensis. Habet enim Cluniaci 12.lectiones.

4 Simpertus eleuatus est imperante Maximiliano primo. Quo tempore Agilbertus Prior cœnobij sanctorum Valrici & Afræ, in quo requiescit, eius historiam, vitæ ac potissimum miraculorum, conscripsit, Louanij MS. & alicubi excusam in 4.

14.Oct.G

Pridie Idus Octobris, luna K

4.15.25.7.17/28.10.20.2.13/24.5.16.26.8/18.29.11.23.

1 ROmæ via Aurelia, natalis beati Calixti, papæ & martyris. Hunc Alexander imperator sub diutina custodia, fame cruciari, & quotidie fustibus cædi iussit: tandem verò per fenestram domus, in qua custodiebatur, præcipitatus, victoriæ triumphum promeruit. Ciuitate Tudertina,

†Greg. lib. 1. dial. c. 10.

sancti Fortunati episcopi. † qui in effugandis spiritibus emundis, immensæ virtutis gratia emicuit.

r *Item sanctorum, Saturnini & Lupi.* q *Herbipoli, sancti Burchardi, episcopi & confessoris.* p *Burgis, natale sancti Donatiani, Remensis archiepiscopi.* q *Treuiris, sancti Rustici, secundi eius nominis episcopi, &* 2 *confessoris. In territorio Catalaunensi, sanctæ Manegildis virginis. In territorio Beluacensi, sanctæ Andragisinæ virginis.* g *Et sancti patris Cosmæ Hagiopolitani, & poëtæ, episcopi Maiumæ.*

De Andrag. vita Ansberti to.1. Surij.

¶ E odem

A ¶ Eodem die obiit venerabilis Dominicus Loricatus.

ANNOTATIONES.

1 De Calixto, Gesta ipsius/& Pontificale cap.17.

2 De Donatiano suo habet Brugensis ecclesia variorum tractatus: vt, literas Ebonis archiepiscopi/epistolam Geruasij archiepiscopi 41. Remensis ad dilectissimum filium Balduinum Flandrensium Comitem, de vita Donatiani/rescriptum Hugonis archiepiscopi ad fortissimum Francorum comitem D. Arnulphum/pauca de vita & actibus Donatiani per Ratherium Lobiensem, episcopum Veronæ/rursus, per clericum Bruggensem ad patrem dilectissimum R.R. Id est, vt ex præfatione, & primis carminum literis colligo, ad Riquardum, siue Richardum, Remorum 64. præsulem: & alia complura, potissimum miraculorum.

3 Dominici Loricati vitam scribit Petrus Damiani, tomo 8. Aloysij.

Idibus Octobris, luna 15.Oct.

1

B 5.16.26.8.18/29.11.21.3.14/25.6.17.27.9/19.1.12.24.

Gr. Turo. de marty. cap. 26. De Antiocho, latius Ado.

APud Coloniam Agrippinam, natalis sanctorum b *Maurorum*, trecentorum sexaginta martyrum. qui apud eandem vrbem cursum sui agonis compleuerunt, b *conditi in basilica, quæ admirabili opere ex musiuo quodammodo deaurata resplendet. Vnde & incolæ ad Sanctos aureos vocitare consueuerunt.* Romæ, via Aurelia, sancti Fortunati. Lugduni, sancti Antiochi episcopi. qui strenuè administrato pontificij culmine, ad quod assumptus fuerat, regnum cæleste adeptus est. *Eodem die, Osualdi, episcopi Vvigornien-*

2

sis, & confessoris. Ipso die, sancti Seueri, episcopi Treuirensis. Cracouiæ, sanctæ Hedvuigis, Ducissæ Poloniæ. Argentinæ, sanctæ Aureliæ virginis. Ipso die, sancti Theodorici, confessoris Ordinis Carmeli. Apud Veronam, sanctæ Placidiæ virginis sanctissimæ, Valentiniani imperatoris filiæ.

3

¶ *In territorio Remensi, translatio sancti Basoli confessoris, quæ facta est ab Hincmaro archiepiscopo, viro venerabili.* p *In portu Valencianas, eleuatio pretiosissimi corporis beati Saluij martyris, ac Ancolismæ ciuitatis episcopi.*

C

ANNOTATIONES.

1 Mauri cum duce suo Gregorio, non extant ex legione Thebæorum, sed ex Mauritania Africæ: ideóque sustuli Vsuardi verba, cum essent ex legione Thebæorum.

2 Osualdi episcopi vitam scripsit Senatus Branonius Vvigorniæ monachus. qui claruit anno 1170. iuxta Catalogum Britannicum.

3 Hedvvigis historia habetur, quam scripsit Engelbertus abbas. De eadem Cromerus de gestis Polonorum lib.15.sparsim.

Decimoseptimo Calendas Nouembris, luna 16.Oct.B

6.17.27.9.19/1.12.22.4.15/26.7.18.28.10/20.2.13.25.

† Victor Africanus lib. 1.

IN Africa, sanctorum martyrum ducentorum septuaginta, pariter coronatorum. & sanctorum martyrum, Martiani & Satyriani, cum aliis duobus fratribus suis. † qui pro constantia fidei Ca-

D tholicæ, primùm nodosis fustibus cæsi, & vsque ad ossa laniati, cum multo tempore talia paterentur, sequenti semper incolumes reddebantur. Nouissimè in exilij relegatione, vinctis pedibus post terga currentium quadrigarum, inter spinosa loca siluarum, pariter iussi sunt interire. Passa est autem Maxima virgo cum eis. In territorio Bituricensi, sancti Ambrosij confessoris, *episcopi Caturcensis.* Alemannia, sancti Galli presbyteri & confessoris, *miræ sanctitatis viri. Qui Scotus natus, cum Sueuis collocat artus.* b *Eius vita virtutibus plena, conscripta habetur.* r *Item Saturnini, Nevei, & aliorum trecentorum sexagintaquinque.* q *Carnotis, Iothro monasterio, natalis sancti Prisci martyris. Ipso die, in Derno monasterio, sancti Bercharij, abbatis & martyris. In monte Falconis, beatissimi* Baldrici *confessoris, cuius vita crebris miraculis declaratur. Coloniæ, Eliphij martyris, qui cum feruenter ea quæ sunt Christianæ fidei gentibus prædicasset, tandem sub Iuliano apostata, apud ciuitatem Grandensem capite truncatus, gloria & honore præcelsi martyrij coronatur. Moguntiæ, natalis sancti Lulli, archiepiscopi & confessoris, qui Bonifacio martyri dignè succedere meruit. Andegauis, sancti Magnobodi, episcopi & confessoris, qui tempore Dagoberti vita & signis latè claruit. Ciuitate Nouioma, sancti Nummolini, episcopi & confessoris. Duaci* p *eo die, transitus sancti* * q *Gordanij*

E *dielli confessoris.*

¶ q *In territorio Aprincensi, apparitio beati Michaëlis archangeli in procella maris, id est, in monte Tumba.*

ANNOTATIONES.

1 De Gallo Sigibertus de viris illustribus cap.71. Vvalafridus abbas † vitam & miracula sancti Galli abbatis primò prosaicè, deinde metricè composuit. Prosa extat libris duobus ad Gosbertum abbatem cellæ sancti Galli/claruit anno 840. † *Dimitis Augiæ An. 842*

2 De Eliphio. Rupertus Tuitiensis, initio vitæ eius. Qui primis nostrisq; temporibus longè anterior martyrium scripsit pretiosi martyris Eliphij, fundamentum posuit, Vos autem fratres charissimi (Coloniæ ad S. Martinum) tu pater Albane, paruitatem meam superædificare compellitis.

17.Oct.C

Decimosexto Calendas Nouembris, luna
7.18.28.10.20/2.13.23.5.16/27.8.19.29.11/21.3.14.26.

F

1 IN Antiochia, natalis sancti Heronis, discipuli beati Ignatij episcopi. qui post eum episcopus factus, viam magistri pius imitator sequitur, & pro commendato grege amator Christi occubuit.
In Galliis, ciuitate Arausica, sancti Florentini episcopi. qui multis clarus virtutibus, quieuit in pace. r *Item, Victoris, Alexandri, & Mariani.* q *Carnoti, sanctæ Solinæ virginis. Treuiris, sancti Florentini episcopi & martyris. Item, beati Eutychij confessoris, magnæ sanctitatis viri, Ordinis Carmeli. Lauduno clauato, natale sanctæ & illustrissimæ Austrudis, virginis & abbatissæ, quæ ab ipsis infantiæ rudimentis, mira Dei gratia prædita, etiam virtutibus ac miraculis gloriosa, migrauit ad Christum.*

De Andrea Metaphr.

g *Die decimaseptima, sancti martyris Andreæ in Crisi.*

¶ Qui propter adorationem sacrarum imaginum glorioſè coronatus est sub improbo Constantino.

ANNOTATIO.

1 Heroni scribit Ignatius epistolam 10. Meminit eius Eusebius lib.3.cap.36/Rufini 37.

G

18.Oct.D

Decimoquinto Calendas Nouembris, luna
8.19.29.11.21/3.14.24.6.17/28.9.20.1.12/22.4.15.27.

1 NAtalis beati Lucæ Euangelistæ. qui cum esset † octoginta & trium annorum, obiit in Bithynia plenus spiritu sancto. Cuius ossa vicesimo Cōstātij anno Constantinopolim translata sunt. b *Hic fuit arte medicus, Paulū † secutus vsque ad confessionē eius.* Eodē die, S. Asclepiadis Antiocheni episcopi. * qui vnus fuit ex præclaro confessorum numero, qui sub Decio glorioſè passi sunt. Item Romæ, sanctæ Tryphoniæ, vxoris Decij Cæsaris. b *quæ viro suo, post interfectionem beatorum, Sixti, † Laurentij & Hippolyti, diuinitus punito, se petiit baptizari, cum filia Decij Cyrilla, à Iustino presbytero, & alia die orans defuncta est, & iuxta sanctum Hippolytum in crypta sepulta.* In territorio Beluacensi, sancti Iusti martyris. *Andegauis, sancti Herublandi abbatis. In Nassonia, natalis beati Mononis martyris. qui angelico monitu de Scotia Arduennam deuenit: ibique soli Deo multo tempore seruiens, à sicariis latronibus confossus, feliciter occubuit, sepultus in ea ecclesia, quam ipse construxerat.*

*† al. septuaginta. Col.4.d † 2.Cor.8. 2.Timo.4. * 6.hist.eccles.cap.9. † Gesta Laur. & Hippolyti. 10.Augusti.*

H

¶ p *In Machlinia, translatio beati Rumoldi, martyris atque pontificis.*

ANNOTATIONES.

1 De Luca mentio nonnulla est in sacris literis/ Eusebio lib.3.cap.4.& 18.Rufini 24/Hieronymo de viris illustribus cap.17/Isidoro de sanctis Testamenti cap.80. De eius, Andreæ & Timothei translatione, vide 9.Maij, & Procopium de ædificiis Iustiniani.
2 Iusti huius, siue Iustini, martyrium extat MS. & in rhythmum translatum, tomo 3.Bedæ.

19.Oct.E

Decimoquarto Calendas Nouembris, luna
9.20.1.12.22/4.15.25.7.18/29.10.21.2.13/23.5.16.28.

1 APud Alexandriam, Ægypti metropolim, natalis sanctorum martyrum, Ptolemæi & Lucij sub Antonino cognomento Pio; quorum prior multo tempore squalore carceris maceratus, & ad vltimum, cum de Christi magisterio publica confessione testaretur, iussus est duci ad mortem. Sequens quoque, cum se Christianum liberrimè fateretur, similem sententiam excepit. In Antiochia Syriæ, sanctorum martyrum, Beronici, Pelagiæ, & aliorum quadraginta & nouem. *Ebroicas, sancti Aquilini, episcopi & confessoris. Oxoniæ, sanctæ Fredeswidæ virginis.* g *Die decimanona, sancti Vari martyris.*

I

2

De Varo & sociis, Metaphr.

¶ q *Senonis, sanctorum martyrum Sauiniani & Potentiani, sociorúmq; eius. Horum festiuitas, dum ab antiquis temporibus pridiè Calendarum Ianuarij ageretur, transmutata est quartodecimo Calendarum Nouembris, eo quòd ipso die, translata sunt corpora eorum, & angelicæ voces sunt auditæ, sicut in translatione eorum legitur.* †

† Lib. 9. spec. hist.c.14.

p *Duaco, translatio sancti Amati, episcopi & confessoris. qui postquam execrabili iussu Theodorici regis gregi suo condolens, sed commendans sanctæ Trinitati, episcopatum dereliquit, carnem suam macerando, multas passiones pro Christo sustinuit.*

In Britannia, sancti Etbini, abbatis Nectensis.

ANNOTATIONES.

K

1 Ptolomæi, Lucij, & Tertij martyrium scribit Iustinus philosophus, in defensione pro Christianis ad Senatum Romanum: & inde Eusebius, lib.4. historiæ cap.16. Rufini 17.
2 Aquilini Ebroicæ vrbis episcopi historia incipit, In corpore nostræ congregationis honesto valde & vtili membro, domino Audoëno, inter cæteros ferè vltimus, frater N.

20.Oct.F

Decimotertio Calendas Nouembris, luna
10.21.2.13.23/5.16.26.8.19/30.11.22.3.14/24.6.17.29.

APud Auiensem prouinciam, natalis beati Maximi, Leuitæ & martyris. qui patiendi desiderio inquirentibus se persecutoribus palàm ostendit, & post responsionis constantiam, equuleo suspensus

A suspensus & tortus, deinde fustibus cæsus, & ad vltimum obrutus, occubuit. In Galliis ciuitate Agenno, sancti Capraſij martyris. qui cum rabiem persecutionis declinans, lateret in spelunca, tandem r *audiens qualiter beata Fides virgo pro Christo agonizabat*, animatus ad tolerantiam passionis, r *orauit ad Dominum, vt si eum gloria martyrij dignum iudicaret, ex lapide spelunceæ aqua limpidissima emanaret. Quod præstante Domino, securus ad aream certaminis properauit, & palmam martyrij feliciter dimicando promeruit.* Ciuitate Colonia, passio sanctarum virginū, Marthæ & Saulæ, cum aliis pluribus. *In pago Remensi, depositio Sindulphi confessoris. cuius vita quàm fuerit Deo accepta, testantur ipsius miracula. Trecas ciuitate, natalis sancti Araldi, confessoris & archidiaconi. Item, sancti Neonis martyris. Et translatus sancti Vendelini confessoris. Apud Mindam, natalis sancti Feliciani episcopi & martyris.* g *Die vigesima, sancti magni martyris Artemij.*

Passio Caprasij & Fidei est MS.

1

De Artem. Metaph.

¶ q *Ipso die Parisiis, exceptio sanctorum martyrum, Georgij diaconi, & Aurelij.*

ANNOTATIO.

B Sindulphi vitam scribit Almannus Altuillarensis, vt testatur Sigibertus cap.99. de viris illustribus.

Duodecimo Calendas Nouembris, luna

21.Oct.G

11.22.3.14.24/6.17.27.9.20/1.12.23.4.15/25.7.18.30.

APud Nicomediam, natalis sanctorum martyrum, Dasij, Zotici, Caij, cum duodecim militibus. Eodem die, sancti patris nostri Hilarionis. cuius vitam virtutibus plenam Hieronymus scribit. In ciuitate Ostia, sancti Asterij presbyteri. qui in passione beati Calixti papæ legitur. Ipso die, sancti Viatoris, ministri beati Iusti, Lugdunensis episcopi. r *Eodem die, in Colonia Agrippinensi, natale sanctarum vndecim millium virginum, quæ pro virginitatis constantia, martyrio vitam consummauerunt.*

1 *sub finem.*

2

q *Item in castro Laudunensi, sanctæ Ciliniæ, matris beati Remigij, Francorum Apostoli. Meldis ciuitate, sanctæ Celiniæ virginis.*

3

4

5

¶ *In Sithiu,* p *inuentio sancti Audomari, episcopi Morinensis.*

Bircæ, beati Vvimonis Bremensis episcopi. qui Gothis verbum Dei prædicauit.

C

ANNOTATIONES.

1 Hilarionis vitam scribit Hieronymus tomo 1. De eodem Metaphrastes, & Sozomenus lib.3.cap.13/lib.5.cap.9/ Epiphanij epistola, quam Hieronymus citat, nunc non extat.
2 Vndecim millia virginū splendidissima habent Coloniæ monumenta. Neque recenter asscriptæ sunt sanctis martyribus. Vvandelbertus enim Prumiensis, qui vixit anno 850, earum in martyrologio ita meminit,

Tunc numerosa simul Rheni per littora fulgent
Christo virgineis erecta trophæa maniplis
Agrippinæ vrbi, quarum furor impius olim
Millia mactauit ductricibus inclyta sanctis.

De eis scripserunt circa annum 1160. Rogerius Cistertiensis/ Richardus Præmonstratensis, in Legenda Angliæ excusus/ & Elisabeth Sconaugiensis lib.4. Viarum Dei, cap.2. Primariam historiam expectamus in tomis D. Surij.
3 De Cilinia, Chronicon Elnonense. Hucbaldus scripsit historiam sanctæ Ciliniæ, matris beati Remigij: Officium & cantum de eadem. Meierus in Flandriæ commentariis anno 850. Hucbaldus monachus Elnonensis, Ciliniani pulchro celebrauit carmine.

D

4 Celiniæ Meldensis meminit vita Genouefæ, tomo Surij 1.pag.105.
5 De Vvimone, Tritthemius in chronico Hirsaugiæ. Sigibertus monachus Corbeiensis, discipulus sanctissimi Vvimonis, & socius in Gothia, gemino stylo vitam eius descripsit, id est, metrico & prosaico. Claruit anno 905.

Vndecimo Calendas Nouembris, luna

22.Oct.A

12.23.4.15.25/7.18.28.10.21/2.13.24.5.16/26.8.19.1.

APud Adrianopolim Thraciæ, natalis sanctorum martyrum, Philippi episcopi, Eusebij, & Hermetis. b *qui ecclesias claudere & spoliare iussu Iuliani per iniquos præsides, contradicebant, & ob hoc multis tormentis afficiebantur: hoc est, carceribus, vinculis, flagellis, ad vltimum verò flammarum incendio: sed Domini virtute roborati vsque in finem, in confessione nominis eius perseuerauerunt.* Item beati Marci, episcopi clarissimi, & doctissimi viri. qui primus ex gentibus ecclesiam Hierosolymorū suscepit regendam, ac non multo pòst martyrij meruit palmam. Item sanctæ Salômæ, quæ in Euangelio legitur circa Domini sepulturam solicita. In ciuitate Osca, sanctarum virginum, Numilonis & Elodiæ. quæ pro confessione Christi diutina custodia maceratæ, ac capitali sententia punitæ, martyrium celebrauerunt. r *In Galliis, ciuitate Rothomago, natalis sancti Meloni. qui eiusdem vrbis primus ecclesiam archiepiscopus rexit, ibidémq; sepultus, glorioſissimè quieuit.* q *In vrbe Gabalitana, sancti Lupentij, abbatis basilicæ sancti Priuati, & martyris. Coloniæ, Cordulæ virginis, & martyris.* g *Die vigesimasecunda, sancti Abercij, episcopi Hierapolis. qui claruit miraculis tempore Apostolorum.* q *In Oesterhout, natalis sancti Oelberti martyris.*

4.hist.eccles. cap.7.

Mar. 15.16.

1

2

3

De Abercio Metaphr.

¶ q *Eodemdie, translatio sancti Seueri confessoris, episcopi Rauennatis, cum vxore & filia, ad diœcesim Moguntinam.*

ANNOTATIONES.

1 Melloni gesta citat Vincentius lib.11. Speculi cap.74.

2 De Lupentio Gre.Turonensis lib.6.historiæ cap.37.item historia, cuius initium tantùm legi in Breuiario Catalaunensi: sed inde à contemporaneo scriptam didici.Lectione enim 2.Brunichildis, quæ eum martyrem fecit, vocatur Iesabel nostri temporis.

3 Cordulam transtulit Albertus magnus, vt scribit Rodulphus, vitæ Alberti parte 2.cap.9.

23. Oct.B

Decimo Calendas Nouembris, luna

13.24.5.16.26/8.19.29.11.22/3.14.25.6.17/27.9.20.2.

1 *al. Theodori.*

APud Antiochiam Syriæ, natalis sancti* Theodoriti presbyteri, qui tempore persecutionis impij Iuliani, post equulei pœnam, & multos ac durissimos cruciatus, etiam lampadibus circa latera appositis inflammatus, cum in confessione Christi persisteret, occisione gladij martyrium consummauit. In Hispaniis, sanctorum Seruandi ac Germani.qui post verba, squalorem, carceres, sitis ac famis iniuriam, & longissimi itineris laborem, nouissimè martyrij sui cursum, ferro cæsis ceruicibus, impleuerunt. Ex quibus Germanus Emeritæ, Seruandus verò Hispali conditus est. Ciuitate Colonia, sancti Seuerini episcopi & confessoris. *Cuius catholica fide, maximóque fudore, ac sana doctrina, Colonienſium, Burdegalenſium, Tungrenſium, vicinorúmque eccleſiæ, ab infeſtatione Arianæ hæreſis ſunt defenſæ. Qui & in tranſitu beati Martini audire meruit voces pſallentium angelorum.* In pago Pictauensi, sancti Benedicti confessoris. r *In territorio Ambianenſium, ſancti Domitij*, q *preſbyteri & confeſſoris: & ſancti Gratiani, glorioſi martyris. Ciuitate Rothomagenſi, ſancti Romani, epiſcopi & confeſſoris. cuius vita miraculis claruit, & mors pretioſa in domo Domini quotidie demonſtratur. In villa Amania, ſuper fluuium Moſæ, natalis ſanctæ Odæ viduæ, amitæ ſancti Huberti.*

¶ p *Helnone, reſtitutio corporis ſancti Amandi, epiſcopi & confeſſoris.*

Apud Mantuam, depositio sancti Ioannis Boni, confessoris, Ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini. cuius vita sanctitatis & miraculorum gloria illustris fuit.

ANNOTATIONES.

1 De Theodoro vel Theodorito, Finis gestorum eius.Nos qui Antiochiæ in palatio eramus, & cum eo in Persida fuimus, licet peccatores serui Dei, hæc quæ gesta sunt circa Dei famulum Theodoritum, 10. Cal. Nouembris vera conscripsimus.De eodem Sozomenus lib.5.cap.7.

2 De Seuerino Colonienſi, qui Burdegalis obiit, Gr. Turonenſis de gloria confeſſorum cap. 45. Vitam huius, postquam hæc scripsimus, à Fortunato presbytero conscriptam cognouimus.

24.Oct.C

Nono Calendas Nouembris, luna

14.25.6.17.27/9.20.1.12.23/4.15.26.7.18/28.10.21.3.

IN Venusia, ciuitate Apuliæ, natalis sanctorum, Felicis episcopi, Audacti & Ianuarij, presbyterorum: Fortunati, & Septimi, lectorum.qui temporibus Dioclitiani, multis diu vinculis & carceribus macerati, in Africa, & in Sicilia, tandem in occisione gladij consummati sunt. Felix quinquagesimo & sexto anno virgo obiit. Vertano monasterio, sancti Martini abbatis. *Ipſo die in Britannia, tranſitus beati Maglorij, epiſcopi & confeſſoris.cuius corpus honoratur & colitur in cœnobio diui Maglorij, ciuitate Pariſiis. In territorio Turonico caſtro Lucas, ſancti Senoch confeſſoris. Item, ſancti Euergiſti, epiſcopi Colonienſis & martyris, archidiaconi & ſucceſſoris ſancti Seuerini epiſcopi. Hic Tungris natus martyr fuit, & tumulatus.* r *Item ſancti Vitalis.* g *Die vigeſimaquarta, ſanctorum martyrum, Arethæ & ſociorum.*

1

De hiſ Metaphraſtes.

ANNOTATIO.

1 De Senoch. Greg.Turonensis de gloria confessorum, cap.25.Senoch abbatis vita dudum à nobis scripta fuit. De vita patrum cap.15.

25.Oct.D

Octauo Calendas Nouembris, luna

15.26.7.18.28/10.21.2.13.24/5.16.27.8.19/29.11.22.4.

1 ROmæ, natalis sanctorum martyrum, Chrysanti & Dariæ virginis.qui post multas, quas pro Christo lucrati fuerunt, passiones, iussi sunt à Numeriano imperatore via Salaria in arenario deponi, ac illic viuentes terra & lapidibus obrui. Item Romæ, sanctorum martyrum, Diodori presbyteri, & Mariani diaconi, cum aliis pluribus.qui iubente præfato principe, martyrij gloriam celebrarunt. Romæ, natalis quadraginta sex militum. qui simul baptizati à Dionysio papa, mox iubente Claudio imperatore decollati, ac via Salaria sepulti *sunt*. Vbi & alij martyres, centum viginti & vnus, positi sunt: inter quos fuerunt quatuor milites Christi, Theodosius, Lucius, Marcus, & Petrus. *Hi videntes ad ſe venire armatos, rogabant vt primi decollarentur. Scriptum eſt in paſſione ſanctorum, Sixti, Laurentij, Hippolyti.* Eodem die, Petragoricas ciuitate, sancti Frontonis, qui Romæ à beato Petro episcopus ordinatus, cum Georgio presbytero, quem per Apostoli baculum in itinere

2

ſub finem, 10. Auguſti.

A in itinere socium de morte recepit, ad prædictam ciuitatem veniens, magnam gentis illius multitudinem ad Christum conuertit, & multis miraculis clarus in pace quieuit. Apud vrbem Suessionem, sanctorum Crispini & Crispiniani.qui persecutione Dioclitiani, post immania tormenta sibi illata, gladio trucidati, martyrij coronam consecuti sunt. Ciuitate Florentia, passio beati Miniatis, sub Decio principe. Item ciuitate Gaualis, sancti Hilarij, episcopi & confessoris. *Eodem die, Benigni & Beati, cum ſociis eorum. In territorio Turonico, ſancti Spati martyris. Remis, ſancti Celſini confeſſoris, & presbyteri, diſcipuli beati Remigij. Corboilo, ſancti Lupi, Baiocenſis epiſcopi & confeſſoris. Biturigæ, Ambiliaco monaſterio, beati Dulcardi confeſſoris.* g *Die vigeſimaquinta, ſanctorum martyrum & notariorum Martiani & Martyrij.*

3

† *Pontificale c.44.*

¶ b *Romæ, via Salaria, Bonifacij papæ.*†

ANNOTATIONES.

1 Chrysanti & Darij passio MS. ita finitur, Hæc autem omnia, sicut gesta sunt, scripsimus Varinus & Armenus
B fratres, à sancto Stephano in Sede Apostolica facti presbyteri, & direximus ad omnes ecclesias per Orientem & Occidentem. Nec multum aliter apud Metaphrastem, Gr. Turonensis de gloria martyrum capite 38. dicit, Damasum papam versibus locum sepulturæ eorum decorasse.

2 De Diodoro, Mariano, & aliis pluribus, citata Chrysanti gesta. Inuentio istorum anno 888. grauiter & erudite sub id tempus scripta est. Quam D. Surius habet tomo 1.17. Ian.

3 De Martiano & Martyrio, Simeon Metaphrastes. Item Sozomenus lib.4.cap.2.

Septimo Calendas Nouembris, luna

26.Oct.E

16.27.8.19.29/11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/1.12.23.5.

APud Africam, natalis sanctorum martyrum, Regatiani presbyteri, & Felicissimi. qui persecutione Decij & Valeriani illustri sunt martyrio coronati. De quibus etiam scribit beatus Cyprianus, in epistola ad confessores. Ciuitate Narbona, sancti Rustici, episcopi & confessoris.

Epiſt.81[1].4. epiſt.1. ad Ruſticum Leo epiſt.92.

r *Ipſo die, Luciani & Florij. Romæ, ſancti Euariſti, papæ & martyris.*

C ¶ p *Traiecti, ordinatio epiſcopatus ſancti Amandi: & Elnone cœnobio, tranſlatio corporis ipſius ab eccleſia ſancti Petri & Pauli, in baſilicam ſancti Stephani protomartyris, agente beato Eligio pontifice: atque dedicatio eiuſdem baſilicæ. Laubis, eleuatio ſancti Ermini epiſcopi.* g *Die vigeſimaſexta, commemoratio magni terræmotus.*

† *Pontificale c.6.*

Sexto Calendas Nouembris, luna

27.Oct.F

17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/7.18.29.10.21/2.13.24.6.

IN Hispaniis, ciuitate Abula, passio sanctorum, Vincentij, Sabini, & Christetæ.qui primò adeo in equuleo sunt extensi, vt omnes compages membrorum eorum laxarentur: deinde capita eorum lapidibus superposita, vsque ad excussionem cerebri validis vectibus sunt contusa: atque ita martyrium compleuerunt, agente præside Daciano. Eodem die, apud Tile castrum, sancti Florentij martyris. r *Item eodem die, vigilia Apoſtolorum Simonis & Iudæ.*

D ¶ q *In Britannia, tranſlatio ſancti Iuonis confeſſoris, in vtroque Iure Doctoris, de Ordine pœnitentium beati Franciſci. Elnone,* p *commemoratio ordinationis beati Amandi. quæ licet die præcedenti, ſicut & tranſlatio corporis, & eccleſiæ dedicatio, facta fuiſſe credatur, tamè hac die ſpecialius recolitur. In Mechlinia, relatio beati Rumoldi, epiſcopi & martyris. Eodem die, eleuatio corporum ſanctarum, Euſebiæ atque Gertrudis. In Blandinio, aduentus corporis ſanctiſſimæ virginis Chriſti Amelbergæ.*

Ipso die, inuentio corporis sancti Vincentij, Leuitæ & martyris.

E

ANNOTATIO.

1 Inuentio siue translatio sancti Vincentij Leuitæ & martyris, ad sextum Cal. Nouemb. est MS. Lobiis, auctore Haimoneo monacho Parisiis ad sanctum Germanum, ad Bernonem abbatem, & conuentum eius in pago Albiensi.

Quinto Calendas Nouembris, luna

28.Oct.G

18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/8.19.30.11.22/3.14.25.7.

NAtalis beatissimorum Apostolorum, Simonis Canaæi, b *qui & Zelotes scribitur*:† & Thaddæi; qui & [2]Iudas dicitur. Ex quibus Thaddæus apud Mesopotamiam: Simon verò apud Ægyptum, traditur prædicasse. Inde simul Perfidem ingressi, cum innumeram multitudinem Christo subdidissent, martyrium consummauerunt. Romæ, sancte Cyrillæ, filiæ Decij Cæsaris.† quæ sub Claudio principe pro Christo iugulata est, atque necata gladio. Ciuitate Meldis, sancti [1]Faronis, episcopi & confessoris. r *Ciuitate Cumis, ſancti*[a] *Fidelis martyris.* p *Item, ſanctæ Cuneræ virginis. quæ martyrium conſummauit in oppido Renenſi.* q *Eodem die, commemoratio ſancti*[s] *Ferrutij martyris. quem Lullus Moguntinus archiepiſcopus, motus creberrimis miraculis, in Latantium cœnobium, quod Bleidenſtadt vocant, magno cum honore tranſtulit. Faniæ, depoſitio beati Dodonis monachi, diſcipuli ſancti Vrſmari epiſcopi. Metis ciuitate, ſancti Terentij, epiſcopi & confeſſoris.* g *Die vigeſimaoctaua, ſanctorum martyrum Terentij & Neonilis, & ſancti patris Stephani, Sabæ, & poëtæ.*

1

† *Luc.6. Act.1.* a

† *paſſio SS. Laur. & Hippolyti.*

¶ q *Parisiis, translatio sanctæ Genouefæ virginis. Leodij*, p *dedicatio basilicæ sancti Lamberti martyris. Facta est autem hæc dedicatio sexto anno episcopatus Baldrici* * *episcopi, à sanctissimo viro Dei Hereberto, Colonienſi archiepiſcopo.* F

* *nostri.*

ANNOTATIONES.

1 De Simeone nonnihil habet Iſidorus de patribus Teſtamenti cap.79. Ado verò in Martyrologio, Quòd quidam putant, air, Simonem Apoſtolum vnum de duodecim, ipſum eſſe qui ſub Traiano crucem paſſus ſit, omnino falſum eſt. Nam & Beda, ſanctus presbyter, qui hoc ſuper Acta Apoſtolorum ſentit, Iſidorum † ſecutus, in libro retractationum, * ſe hoc non bene ſenſiſſe, reprehendit. Sed & hiſtoria eccleſiaſtica non de Apoſtolo, ſed de alio Simone geſta narrat, lib.3.cap.26. Rufini 32. Quidam citant etiam Abdiam & Dorotheum. quos ſtudioſè prætermitto.

† *De patrib. cap.79.* * *in 1. Act.*

2 De Iuda Thaddæo, Matth.10.13/Ioan.14/Iudæ 1/Hieronymus de viris illuſtribus cap.14/Iſidorus cap.77/ Vita Bernardi lib.5.cap.2/Quòd verò Euſebius refert de Thaddæo & Abagaro, habet cenſuram Gelaſij & 70. epiſcoporum, apud Gratianum diſt.15. Pauca in ſpeciali videtur Spiritus ſanctus reliquiſſe poſteritati de Apoſtolis, magnis Eccleſiæ columnis, vt ea magis admiremur quæ generatim in eorum laudem dicuntur à Scriptura ſacra, & Patribus. G

3 Faronis vitam carmine ſcripſit Fulcuinus ſcholaſticus Meldenſis, MS. Gemblaci.

4 De Fideli martyre eſt ſermo P.Damiani & hymnus. Sed non potui animaduertere, an de hoc agat martyre Cumenſi, an de alio.

5 Ferrutij paſſionem conſcripſit Meginhardus monachus, ad Adalgerum abbatem.

29.Oct.A

Quarto Calendas Nouembris, Iuna

19.30.11.22.3/14.25.6.17.28/9.20.1.12.23/4.15.26.8.

* *lib.6. ca.8. 9.10/ Ruf.7.8.9.* † *8.hiſt. eccl. cap.25/Ruſſin.14.*

HIeroſolymis, natalis beati Narcyſſi epiſcopi. quem ſanctitate, patientia ac fide laudabilem fuiſſe, hiſtoria narrat Eccleſiaſtica. * Ipſo die, apud Sidonem vrbem, beati Zenobij presbyteri. † qui ſub nouiſſimæ perſecutionis acerbitate, martyrio coronatus eſt. In Lucania prouincia, ſanctorum martyrum, Hyacinthi, Quinti, Feliciani, & Lucij. p *Villa Meldricis, ſanctæ Ermelindis virginis.* q *In caſtro quod Lenſis appellatur, ſancti Vulgani epiſcopi & confeſſoris. In Gallia, Vienna ciuitate, depoſitio ſancti Theodarij, abbatis & confeſſoris.* g *Die vigeſimanona, ſancti patris Abrahamij.* H

1 ¶ q *In cœnobio Sonegiacas*, p *eodem die, tranſlatio ſecunda beati Vincentij confeſſoris.*

In ciuitate Patauienſi, triumphus ſanctorum epiſcoporum, Maximiliani martyris, & Valentini confeſſoris.

ANNOTATIO.

1 De Abrahamio & Maria nepte eius S.Ephræm Syrus, in vitis patrum alphabeto 18. & tomo 2. Aloyſij. Item Simeon Metaphraſtes to.2. Surij, qui eam ex S.Ephræm videtur interdum fuſius, plerumq; comprehenſius, ſcripſiſſe. Eſtque hæc hiſtoria multo elegantius Latinè conuerſa, quàm illa, cuius auctor fertur ſanctus Ephræm.

30.Oct.B

Tertio Calendas Nouembris, Iuna

20.1.12.23.4/15.26.7.18.29/10.21.2.13.24/5.16.27.9.

APud Africam, natalis ſanctorum martyrum, numero ducentorum viginti. Ciuitate Tingitana, paſſio ſancti Marcelli centurionis. qui capitis abſciſione martyrium conſummauit ſub † Agricolano, agente vices præfectorum prætorio. Antiochiæ, ſancti Serapionis epiſcopi, erudi- I
tione clariſſimi. *Pariſiis, feſtiuitas ſancti Lucani martyris. Apud Calarim, Sardiniæ prouinciæ oppidum, natale beati Saturnini martyris. qui ſub perſecutione Dioclitiani, gladio eſt truncatus.* r *Eodem die, ſancti Germani, epiſcopi Capuani, magnæ ſanctitatis viri.* q *Apud Altinum, natalis Theoneſti martyris & pontificis. qui Moguntiæ fidei rectæ prædicationem exorſus eſt, & Albanum ab Arianis trucidatum vidit. In Dania, ſancti Theodgari confeſſoris. qui verbum vitæ prædicando, Horas, Miſſas, cæteráque officia deuotè celebrando pro Olauo rege terreno cœleſti regi ſeruiebat.* g *Die trigeſima, ſanctorum martyrum, Zenobij & Zenobiæ.*

† *al.* Agricolao. 1 2 *De Zenobijs Metaph.* * *patroni noſtri.*

¶ q *Xanthis*, p *tranſlatio ſancti Victoris.**

ANNOTATIONES.

1 Serapionis meminit Euſebius lib.5. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap.18. & 21. Rufini 19. & 22/lib.6.cap.16.

2 De Germano Capuano Gregorius lib.2.dialogorum cap.35/& lib.4.cap.40/ Regino anno 871/ Paulus diaconus lib.7/ſiue 17.rerum Romanarum cap.2. K

31.Oct.C

Pridie Calendas Nouembris, Iuna

21.2.13.24.5/16.27.8.19.30/11.22.3.14.25/6.17.28.10.

† *geſta Stephani pp. ante medium 2. Auguſti.*

VIgilia omnium Sanctorum. Romæ, natalis beati Nemeſij diaconi, & Lucillæ filiæ eius. † qui cum à fide Chriſti flecti nequaquam poſſent, iubente Valeriano & Gallieno decollati ſunt, ſub octauo Calendarum Septembrium die. Hic autem venerabilior habetur ſolennitas ipſorum, quando à beato Sixto corpora eorum via Appia honeſtius ſunt tumulata. In Galliis, oppido Viromandenſi, ſancti Quintini, qui ſub Maximiano imperatore martyrium paſſus eſt. 1 cuius corpus, poſt annos quinquaginta quinque, reuelante angelo inuentum eſt. *Foſſis, natalis ſancti Foillani epiſcopi. qui de Hibernia venit ad Vltanum germanum ſuum, qui Foſſenſem regebat eccleſiam. Et in-*

A *Et in ſaltu qui ruſtica lingua Carbonarias nuncupatur, martyrizatus eſt. Cuius vita virtutibus gloriоſis, & miraculis copioſiſſimis illuſtratur. Apud Ratiſponam, ſancti Vvolfgangi, epiſcopi & confeſſoris. Coloniæ, ſanctæ Noitburgis virginis. quæ tranſlata quieſcit prope Confluentiam, in monte ſancti Beati. Item, ſancti Euſebij martyris.* g *Die trigeſimaprima, ſanctorum Apoſtolorum, Stachys, Amplij, & ſociorum. & ſancti martyris Epimachi.* 3 Rom. 16. *De Epim. Metaph.*

ANNOTATIONES.

1 De Quintino, ipſius hiſtoria / & Turonenſis de gloria martyrum, capite 27.

2 S.Foillani & ſociorum martyrium habetur, carmine ad ſanctum Foillanum; extra Rhodium. cuius auctor ſe Hillinum vocari tali initio indicat.

His ita litterulis libet inſinuare notatis
Veraci ſpecie, quo nomine cenſear ipſe,
Si primos apices ex partibus octo retractes.

Ibidem in Nocturnis leguntur Geſta miraculorum ſancti Foillani, quæ idem Hillinus ſcripſit ad magiſtrum Sigbertum. Paſſionem carmine ſcriptam alius poſtmodum in proſam vertit. B

3 Vvolfgangi vitæ hiſtoria habetur MS. per eiuſdem temporis auctorem.

NOVEMBER HABET
DIES XXX.

Calendis Nouembris, Iuna 1. Nou. D

22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/7.18.29.11.

C EStiuitas beatæ Dei genitricis, & omnium martyrum. Quam Bonifacius papa 1
quartus, celebrem & generalem inſtituit agi, omnibus annis in vrbe Roma. Sed
& Gregorius pontifex* *quartus*, poſtmodum decreuit eandem in honore omnium * *An.* 835. *Sigib.*
Sanctorum ſolenniter obſeruari, perpetuò ab omni eccleſia. Apud caſtrum 2
Diuionem, ſancti Benigni presbyteri. qui miſſus à beato Polycarpo ad prædicandum in Galliam, poſtquam eſt à Terentio Comite grauiſſimè tormentis multipliciter afflictus, tandem collum eius vecte ferreo tundi, & corpus lancea forari iubetur. In Campania, ciuitate Terracina, ſanctorum, Cæſarij diaconi, & Iuliani presbyteri. 3
Qui Cæſarius, tempore Claudij diebus multis in cuſtodia eſt maceratus, & poſtea cum eodem Iuliano in ſaccum miſſus, ſicq; in mare præcipitatus. Ciuitate Pariſiis, depoſitio beati Marcelli con- 4
feſſoris. qui vt dignus monſtraretur futurus antiſtes, eius meritis nunc aqua in vinum, nunc verò mutatur in balſamum. *Cuius corpus requieſcit in alma eccleſia beatæ Mariæ virginis. Huius vitam illuſtrem virtutibus ac miraculis, Fortunatus epiſcopus egregiè deſcribit.* Item, ſancti Seuerini monachi, de Tyburtina ciuitate. Et natale ſanctæ Mariæ virginis. quæ b *cum eſſet ancilla cuiuſdam Tertulli præclari viri, &*
D *nollet in natali filij eius prandiis domini ſui intereſſe, ſed magis Chriſtianorum more, ieiuniis operam dare*, diris verberibus afflicta, equulei extenſione, & vngularum laceratione vexata, martyrium conſummauit. Ciuitate Baiocas, ſancti Vigoris epiſcopi. In pago Vvaſtinenſi, ſancti Maturini confeſſoris. *cuius corpus honoratur & colitur in territorio Senonenſis diœceſis.* p *In Blandinio, depoſitio ſanctiſſimi patris* Flo-* * *noſtri.*
berti, primi abbatis cœnobii Blandinienſis. q *Aruernis, ſancti Auſtremonij, primi Aruernorum epiſcopi.* 5

¶ *Pictauis, tranſlatio ſancti Hilarij epiſcopi, & confeſſoris.* r *Eodem die, ſancti Cæſarij martyris.*

In Hiſpaniis, ſancti Ermegaudi, epiſcopi Vrgellenſis.

ANNOTATIONES.

1 In feſtum omnium Sanctorum extant ſermones aliquot apud Auguſtinum, & in homiliario Doctorum / item Bernardi / & recentiorum ſecundum Adonem anno Domini 604. vel vt Sigib. 609. Bonifacius Romanæ Eccleſiæ 65. à Phoca impetrat vt Pantheon gentilium fieret templum martyrum, quod poſt factum eſt omnium ſanctorum.

2 De Benigno, Beda in Martyrologio / Greg. Turonenſ. in laudem martyrum cap.51/ Geſta Tergeminorum, tomo 1. Surij, pag.376.

E 3 De Cæſario aliquanto plura habet Beda ex paſſione MS.

4 Marcelli epiſcopi Pariſienſis hiſtoriam ſcribit Fortunatus; epiſcopus Senonenſis. Meminit & Gregorius epiſcopus, de gloria confeſſorum cap.89.

5 De Auſtremonio. Greg. Turonicus lib.1. hiſtoriæ, cap.30/ de gloria confeſſorum ſimiliter cap.30. Hiſtoria Præiecti to.1. Surij, habet ſanctum Præiectum certamina Auſtremonij luculento conſcripſiſſe ſtylo.

Quarto Nonas Nouembris, Iuna 2. Nou. E

23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/8.19.30.12.1

* *Conſule quæ annotat Sig. in Chr. an. 998.*

COmmemoratio omnium fidelium defunctorum. Item, natiuitas ſancti Victorini Pictauionenſis epiſcopi. qui poſt multa documenta, vt ſanctus Hieronymus teſtatur, perſecutione Dioclitiani, martyrio

De vir. ill. c. 84/epiſt.13. Paulino;

De Theod. Eus. lib. 7. c. vlt. De Ambrosio Latius Ado. †Magnæ virtutis. Ado, anno 699. * De quib. Metaph.

coronatus est. Apud Laodiciam, sancti Theodoti episcopi. qui non solum verbis, sed rebus & virtutibus, extitit ornatus. Eodem die, sancti Ambrosij, abbatis monasterij Agaunensis. qui magnis vitæ atque sanctitatis virtutibus clarus, beato fine in Domino quieuit. r *Ipso die, passio beati Iusti martyris. qui apud Trigestinam ciuitatem coronatus est.* b *Viennæ, sancti Georgij, eiusdem vrbis episcopi & confessoris.* † g *Die secunda, sanctorum martyrum, Acindymi, Pegasij, Aphthonij, Elpidephori, & Aneinpodisti.** F

¶ q *Montibus Hannoniæ,* p *translatio sanctæ Vvaldedrudis.*

3.Nou.F

Tertio Nonas Nouembris, luna

24.5.16.27.8/19.30.11.22.3/14.25.6.17.28/9.20.1.13.

Rom. 16.

NAtalis beati Quarti, Apostolorum discipuli. Apud Cæsaream Cappadociæ, sanctorum martyrum, Germani, Theophili, Cæsarij, & Vitalis. qui sub persecutione Deciana optimè duxerunt martyrium. Cæsaraugustæ, sanctorum innumerabilium martyrum. qui sub Daciano Hispaniarum præside mirabiliter occubuerunt pro Christo. p *Andaino monasterio, natale beatissimi Huberti, Tungrensis ecclesiæ pontificis, & confessoris. Qui beato Lamberto martyri in episcopatu succedens, anno duodecimo suæ ordinationis, oraculo diuino admonitus, sacra ossa eiusdem martyris, sedémque episcopatus à Traiecto Leodium, vbi passus fuerat, transtulit. Deinde multis accrescens virtutibus, multos de idololatria ad Christi fidem conuertit, plures dæmoniacos viuens, plurimos post decessum suum, liberauit. Transiit autem idem pretiosus Domini pontifex, & egregius athleta, tertio Nonas Nouembris, sepultus in ecclesia beati Petri Apostolorum principis. Nonagesimo verò anno translatus est ad Andainum, à Vulcando beatæ memoriæ Leodiensi episcopo, annuente Ludouico imperatore pissimo. Vbi, quid viuens eius spiritus gesserit, virtutibus innumeris, & glorioſis prodigiis, necnon miraculis assiduis, vsque hodie ad laudem & gloriam Domini mirabiliter attestatur.* b *Eodem die, depositio sancti Pirminij, episcopi & confessoris.* q *In pago Turonico, sancti Aduentij confessoris. Castro Corbolo, depositio beati Guinali, abbatis & confessoris. cuius vita & miracula habentur. In districtu Maeslandiæ, villa Alem, sanctæ Odradæ virginis. Castro Viterbiensium, passio sanctorum martyrum, Valentini presbyteri, & Hilarij diaconi, qui in Tyberim mersi, sed ab Angelo erepti, capitis abscisione martyrium complenerunt. In Anglia, sanctæ Vvenefridæ, virginis & martyris. quam Cadocus, filius Alani regis, occidit pro castitate. Glasconiæ, sancti Benigni, episcopi & confessoris.* g *Die tertia, sanctorum martyrum, Acepsimæ, Aithalæ, & Ioseph.* G H

¶ *& encœnia diuini templi sancti magni martyris Georgij in Lydia, & depositio sancti corporis ipsius.* p *In vico Florinensi, exceptio corporis sancti Mauri, egregij martyris. Leodij in monte publico, dedicatio cœnobij sancti Laurentij.*

ANNOTATIONES.

1 De Huberto. Auctor Legendæ, quæ in vsu est Andaini, ignoratur: ipsum tamen de clientela & discipulis sancti Huberti fuisse, non vno in loco elucescit. Ionas etiam gesta hæc citans, nomen auctoris subticuit, in historia translationis, quam scripsit tempore Vvalcandi episcopi, qui sanctum corpus transtulit Andainum.

2 De Pirminio fundatore Augiensis cœnobij, Catalogus testium veritatis per Eisengrenium. Vvarmannus comes à Dilingen, episcopus Constantiensis, vitam sancti Pirminij, Meldensis episcopi, docto volumine prosecutus est. Obiit anno 1034. Eiusdem vitam scripsit Henricus Comes à Calvve, Augiensis abbas, circa annum 1210. I

3 De Vvenefrida, Catalogus Scriptorum Britanniæ. Ropertus abbas Salopiensis, aliàs Schrevvisberij, scripsit de vita Vvenefridæ virginis, ad Guarinum Vvigorniæ abbatem. Claruit an. 1140. Elerius Cambrius, circa annum 660. contexuisse creditur vitam sanctæ Vvenefridæ, quæ vixit in monasterio quod ipse exstruxit.

4 De Acepsima, Ioseph, & aliis, Metaphrastes. Item de Acepsima & Aithala, lib. 3. tripartitæ cap. 2.

4.Nou.G

Pridie Nonas Nouembris, luna

25.6.17.28.9/20.1.12.23.4/15.26.7.18.29/10.21.2.14.

1

APud Bononiensem vrbem, natalis sanctorum, Agricolæ & Vitalis. quorum posterior prioris seruus fuit antea, nunc consors & collega martyrij. Denique cum cogeretur idem à persecutoribus vt Christum negaret, & ille amplius profiteretur Dominum Iesum Christum, omnium tormentorum genera exercuerunt in eum. Nouissimè beatum Agricolam interemerunt, cruci affigentes. Apud Alexandriam, beati Pierij presbyteri. † qui in diuinis Scripturis nobiliter eruditus, vita purissimus, atque ad Christianam Philosophiam nudus penitus, & expeditus, doctor ecclesiæ incomparabilis fuit. Quieuit autem Philippi imperatoris tempore. In Galliis ciuitate * Rotenis, sancti Amantij episcopi, cuius vita sanctitate & miraculis extitit glorioſa. In pago Vilcassino, sancti Clari, presbyteri & martyris. Augustoduni, sancti Proculi martyris. r *In Hungaria apud Albam regalem, depositio beati Emerici confessoris, filij sancti regis Stephani.* p *Item in Dionanto, sancti Perpetui, episcopi & confessoris* q *ecclesiæ Leodiensis. Eodem die, natale sanctæ Perpetuæ, coniugis beati Petri Apostoli. Iuxta Aquisgranum, in Porceto, transitus sancti Gregorij abbatis. Item Biturigis, depositio sancti Lusoris, pueri & confessoris. qui filius cuiusdam senatoris, fertur in albis migrasse. Scriptum est* 3. *in libro miraculorum, Gregorij Turonensis episcopi. Eodem die Treuiris, sanctæ Molestæ virginis.* † K

† Eus. li. 7. cap. vlt. Hier. de vi. ill. c. 86. * al. Redonis.

2 Cap. 92. de gloria conf. † Vita Gertrudis lib. 1. cap. 1.

Velaunij

A *Velaunij, depositio sancti Flori, episcopi & confessoris. Cuius episcopatus de ipsius nomine nunc appellatur.* g *Die quarta, sancti martyris Nicandri, episcopi Myreorum, & sancti patris* † *Ioannicij magni.*

ANNOTATIONES.

† De Ioan. Metaph.

1 Agricolæ & Vitalis martyrium notat Vsuardus ex Ambrosio de exhortatione ad virgines. De iisdem Greg. Turonensis, de gloria martyrum cap. 43.

2 Perpetuæ meminit Eusebius lib. 3. historiæ ecclesiasticæ capite 24. 30. Rufini, ex libro 7. stromatum Clementis Alexandrini.

Nonis Nouembris, luna

5.Nou.A

26.7.18.29.10/21.2.13.24.5/16.27.8.19.30/11.22.3.15.

ZAchariæ prophetæ, patris beati Ioannis Baptistæ. In Tarracina, ciuitate Campaniæ, natalis sanctorum martyrum, Felicis presbyteri, & Eusebij monachi, temporibus Claudij imperatoris. † Qui Eusebius, cum sepelisset sanctos martyres, Iulianum & Cæsarium, & conuerteret multos ad fidem, quos Felix presbyter baptizabat, tenti sunt ambo, & ad forum iudicis ducti, nec superati. Inde carcere recluſi, & nocte eádem, cum sacrificare nollent, decollati sunt. In territorio Aurelianensi, sancti Læti presbyteri. *In territorio Lingonensi, monasterio Clarœuallis,* r *sancti Malachiæ episcopi. qui magnis virtutibus tempore suo claruit.* q *Cuius vitam beatus Bernardus descripsit, miraculis gloriosam. Eodem die, sancti Fibitij, episcopi Treuerensis.* g *Die quinta, sanctorum martyrum, Galactionis & Episthemes.* † B

† Passio Cæsarij. 1 † De istis Metaph.

ANNOTATIO.

1 Malachias Clarœuallis obiit 2. die Nouembris, sed propter animarum memoriam, huc transfertur à Cistertiensibus. Vita eius sanctissima Bernardo auctore, & eiusdem de eo sermo, habentur in tomo operum Bernardi.

Octauo Idus Nouembris, luna

6.Nou.B

27.8.19.30.11/22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.16.

C

TOniza Africæ, natalis sancti Felicis. In huius solennitate quendam psalmum beatus Augustinus videtur exponere ad populum. In Oriente, ciuitate Theopoli, sanctorum decem martyrum, qui sub Saracenis passi leguntur, in gestis sanctorum quadraginta. In Phrygia, sancti Attici. r *Eodem die, sancti Leonardi confessoris,* q *discipuli sancti Remigij episcopi. qui mira operatur, maximè in captiuis. In territorio Turonico, beati Lupantij confessoris. Apud Bergas,* p *in territorio, quod vocatur Voromholt, depositio sancti Vvinoci abbatis, egregij Christi confessoris. cuius vita, virtutibus & miraculis plena, refulsit. Qui in prædicto loco, multo tempore in Dei opere perseuerans, & plurimos in Dei seruitio aggregans, magnisque virtutibus & glorioſis miraculis valdè clarus, collectus est ad patres suos, in senectute bona.* q *Barcinone, natalis sancti Seueri, episcopi & martyris. qui à Gothis clauo in capite est confossus.* Psal. 107. 1 * nostri.

¶ *Cella monasterio,* p *ipso die, restitutio sancti patris* * *Gisleni.*

ANNOTATIO.

D 1 Vvinoci vitæ librum primùm scripsit incertus auctor, secundum & tertium composuit venerabilis dominus Drogo, monachus eius loci. Habentur MS. Bergis sancti Vvinoci. De alio Vvinoco videtur loqui Gregorius Turonensis lib. 4. historiæ Francorum cap. 21. & lib. 8. cap. 34.

Septimo Idus Nouembris, luna

7. Nou. C

28.9.20.1.12/23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.17.

IN Alexandria, beati Achillæ episcopi. qui in eruditione, fide, conuersatione, & moribus insignis fuit. Apud Perusinam Italiæ vrbem, natalis sancti Herculani episcopi. cuius corpus post abscisionem capitis, ita vnitum atque sanum die quadragesimo, vt scribit beatus Gregorius papa; repertum est, ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset. Eodem die, beati Amaranti martyris. † qui apud Albigensem vrbem, exacto agonis fidelis cursu, sepultus viuit in gloria. In Frisia, depositio sancti Vvillibrordi episcopi *Traiecti inferioris,* & confessoris. *Cuius actus* Beda *presbyter in gestis Anglorum* † *describit. Hic à Sergio papa Romæ ordinatus est, & in Germaniam ad prædicandum destinatus: ibi denique requieuit in monasterio Ephternaco, diœcesis Treuirensis.* b *Item sancti Rufi, Metensis vrbis episcopi & confessoris. qui consentiente Drogone præsule, translatus est in pagum Vvormatiensem, in villam Otenheim, temporibus Lotharij imperatoris, & Lodouici regis. Vbi etiam sanctitas eius multis virtutibus claruit.* r *Apud Paduam ciuitatem, depositio sancti Prosdocimi, primi episcopi ciuitatis ipsius. Qui à beato Petro Apostolo episcopus ordinatus, ad prædictam ciuitatem Paduam, ad prædicandum Dei verbum missus est: vbi multis prodigiis & virtutibus coruscando, beato fine quieuit.* q *Apud Argentinam, sancti Florentij, episcopi & confessoris. qui Scotorum indigena, in flore adolescentiæ patriam parentésque deseruit, & accitis sibi eiusdem propositi sociis; Arbogasto, Theodato ac Hildulpho, Domino duce fines attigit Alsatiæ, temporibus Dagoberti, & Arbogasto in cathedra succedens; multis virtutum floribus glorioſe refulsit. In territorio Turonico, sancti Baldi confessoris, & archiepiscopi Turonensis. Aruernis, sancti Amandini confessoris.* g *Die septima, sanctorum triginta & trium martyrum, in Melitene.* E 1 † Turo. de glo. mar. cap. 57. 2 † lib. 5. c. 12. 3

†Hieronis & sociorum. de quibus Metaphrast.

†& *sancti patris ac thaumaturgi Lazari, qui exercuit se in monte lacteo.* F

¶ Item depositio sancti Restituti, primi episcopi Tricastrensis. cuius corpus Aurelianis, in monasterio sancti Evvrtij, præcipuo colitur honore. Ipso die, sanctæ memoriæ Engelberti, archiepiscopi Agrippinensis Coloniæ, & martyris. qui ob defensionem oppressorum feliciter occubuit, anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo
4 quinto.

ANNOTATIONES.

1 De Achilla Eusebius lib.7.hist.cap.vlt./ Beda die 25.Nouembris/Tripartita lib.1.cap.12.

2 De Vvillibrordo, Chronologia monasteriorum Germaniæ. Est Epternaci liber argento & auro in punicei coloris membrana scriptus, continens vitam sancti Vvillibrordi Traiectensis archiepiscopi, primi huius monasticæ congregationis auctoris & gubernatoris. Hunc edidit Alcuinus versificator eximius prosa & ligata oratione ad Beonradū archiepiscopū Senensem, tertiū abb. Epternacensem qui decessit an. 796. Est etiā Vltraiecti ac alibi. Sanctus Marcel. in vita Suuiberti c. 6. Historiā S. Vvillibrordi conscripsi. MS. Egmundæ, nisi perierit. Alcuinus in præfatione ad Beonradum: Vnam quoque priori libro superaddidi homiliam, quæ vtinā digna esset tuo venerando ore
| sædicari. Item adieci sermoni (sue libro) secundo, elegiacum carmen de viro venerabili Vulgiso, patre sanctissimi pontificis Vvillibrordi. Pandectæ vniuersales indicant etiam sancti Vvillibrordi flores, vel laudes, per Radbodum, episcopum. Alibi additur Thierfridus in gestis Treuirorum. G

3 De Prosdocimo, Bernardinus Scardeonius lib. 2. de antiquitate vrbis Patauij, classe sexta. Diuus Maximus, secundus episcopus Patauinus, scripsit historiam de vita B. Prosdocimi, quam postea in incendio vrbis periisse conijcio. Hæc autem, quæ nunc habetur, ab alio postea condita fuisse, ex stylo ipso & dictione cognoscitur.

4 Engelberti actus, passionem & miracula, tribus libris conscripsit Cæsarius, monachus in valle sancti Petri, ad Heinricum successorem Engelberti in Colonien si archiepiscopatu. MS. Non est Canonizatus. Pridie tamen in eius honorem pulsatur, vt in vigiliis Sanctorum.

8.Nou.D

Sexto Idus Nouembris, luna

29.10.21.2.13/24.5.16.27.8/19.30.11.22.3/14.25.6.18.

1 ROmæ via Lauicana, passio sanctorum martyrum, Claudij, Nicostrati, Symphoriani, Castorij, atque Simplicij. Qui b *cum essent insignes artifices, & in lapidibus marmoreis imagines sculpere super omnes artifices nossent, eo quòd falsos deos adorare venerant*, primò in carcerem missi, deinde scorpionibus grauissimè sunt cæsi: sed cum à fide Christi mutari non possent, iussi sunt à Dioclitiano in me- H
1 dio mari præcipites dari. Item via Lauicana, natalis quatuor coronatorum, Scueri, Seueriani, Carpophori, & Victorini. qui iubente Dioclitiano ictibus plumbatarum vsque ad mortem cæsi sunt. Horum nomina cum minimè potuissent reperiri, quæ Domino reuelante interiectis annis postea ostensa sunt, statutum est, vt anniuersaria dies ipsorum sub nominibus supradictorum quinque martyrum recoleretur. r *Item Octaua omnium Sanctorum.* q *Bremæ, depositio sancti Vvillebadi, primi eius vrbis episcopi & confessoris. Virduni, sancti Mauri, episcopi eiusdem ciuitatis, & confessoris.*

¶ g *Die octaua, commemoratio archistrategi Michaëlis, & reliquarum incorporearum virtutum.*

2 Ambianis, sancti Godefridi, episcopi & confessoris.

ANNOTATIONES.

1 De quinque martyribus & quatuor coronatis, latius Beda, & Ado, ex eorum MS. Gestis.

2 Godefridi vitam tribus libris conscribit Nicolaus Suessionis ad S. Crispinum monachus, ad Rohardum Decanum Suessionensem. I

Quinto Idus Nouembris, luna

9.Nou.E

30.11.22.3.14/25.6.17.28.9/20.1.12.23.4/15.26.7.19.

1 APud Amaseam, ciuitatem Marmaritanorum, natalis sancti Theodori martyris. qui temporibus Maximiani & Maximini imperatorum, pro confessione Christianæ fidei fortiter cæsus, ac in carcerem missus, deinde Domino Saluatore sibi apparente, & monente vt constanter & viriliter ageret, relcuatus est: nouissimè postquam equuleo suspensus, & vngulis est corrosus, ita vt eius interiora nuda apparerent, ardentibus traditur ignibus. Eodem die ciuitate Bituricas, sanctus Vrsini confessoris.* qui Romæ ordinatus à successoribus Apostolorum, primus eidem vrbi de-
* Gr. Turon. de conf. c. 80. stinatur episcopus. *Romæ* r *dedicatio basilicæ Saluatoris* q *in palatio Constantini apud Lateranum, à beato papa*
2 *Siluestro facta. Eodem die, crucifixio imaginis Domini nostri Iesu Christi à Iudæis, in Syria ciuitate Beritho.* p *In*
3 *pago Atrebatensi, passio sancti Ragnulfi martyris.* q *qui positus est in basilica sancti Vedasti. Virduni, depositio* K
beati Vitoni, episcopi & confessoris eiusdem vrbis. g *Die nona, sanctorum martyrum, Onesiphori & porphyrij. & sanctæ matris Matronæ.*

ANNOTATIONES.

De Matr. in Perge Metaph. 1 De Theodoro in Euchaitis latius Ado, ex ipsius passione, quam circunstantes notauerunt/ & penè tota impressa est Legendæ parte 2. Item Metaphrastes 17. Februarij/ & apud eum Nectarius Constantinopolitanus episcopus/ Item 7. Februarij Augarus scriba & inspector martyrij, si modò non sint diuersi Theodori. Rursus Zonaras tomo 3. fol. 171. In eundem est etiam oratio Gregorij Nysseni.

2 De dedicatione basilicæ Saluatoris, Damasus Pontificalis cap. 34/ Ordo Romanus ad dedicandam ecclesiam habetur pag. 129. Sermo Iuonis de sacramentis dedicationis pag. 478. Item Bernardus, &c.

3 De hac crucifixione imaginis Christi, extat libellus Athanasij episcopi Alexandrini. inter opera & in Aloysio, citatus Actione 4. septimæ Synodi.

Quarto

A Quarto Idus Nouembris, luna 10.Nou.F

1.12.23.4.15/26.7.18.29.10/21.2.13.24.5/16.27.8.20.F

NAtale sanctorum martyrum, Tryphonis, Respicij, & Nymphæ virginis. In territorio Agathensi, sanctorum martyrum, Tiberij, Modesti, & Florentiæ, qui tempore Dioclitiani variis tormentis cruciati, martyrium compleuerunt. Antiochiæ, sanctorum Demetrij episcopi, Aniani diaconi, Eustosij, & aliorum viginti. *In Britannia, sancti Iusti episcopi & confessoris. quem illuc Gregorius papa direxit, cum aliis, ad Euangelij opus. Eodem die, sancti Probi, Rhauennatis pontificis, in æde ipsi dicata sepulti.* b *Aurelianis, depositio sancti* * *Monitoris episcopi.* 1 *Notarij.* Rom. 16.

¶ g *Die decima, sanctorum Apostolorum Erasti, Olympæ, & sociorum.*

Item, sanctæ † Theoctistes Lesbiæ. † *De Theoct. Metaph.*

ANNOTATIONES.

B 1 De Nympha, hac vel alia, Thomas Fazellus de rebus Siculis decade 1. lib. 8. Panormus maximè insignis facta est ortu Oliuæ & Nymphæ virginum. Quarum clara gesta habentur.

2 De Iusto Beda lib. 1. historiæ Anglorum cap. 29/ lib 2. cap. 3. 5. 6. 8. & 18.

Tertio Idus Nouembris, luna 11.Nou.G

2.13.24.5.16/27.8.19.30.11/22.3.14.25.6/17.28.9.12.

IN Galliis, ciuitate Turonis, natalis beati Martini, episcopi & confessoris. Cuius vita tantis extitit miraculis gloriosa, vt trium mortuorum meruerit esse suscitator. b *Huius vitam Sulpitius manifestè luculento sermone descripsit: necnon & Gregorius eiusdem vrbis episcopus, in miraculorum libris plenissimè disseruit.* In Scythia, metropoli Phrygiæ Salutariæ, passio sancti Mennæ martyris. qui per- 2
secutione Dioclitiani, postquam meruit cælesti regi secreta conuersatione in eremo militare, procedens ad publicum, ac se Christianum libera voce declarans, primò diris cruciatibus examinatur: C nouissimè fixis genibus, & Domino Iesu Christo gratias agens, gladio cæsus est. Item Lugduni, sancti Verani episcopi, cuius vita, fidei & virtutum meritis illustris fuit. *Apud Namurcum* p *in Malonia, sancti Bertuini, episcopi & confessoris.* q *qui de Hibernia insula veniens in saltum qui vulgò appellatur Marlignia, condidit oratorium in suprdicta villa Malonia, super Sambram, in honorem semper virginis Mariæ: vbi diu Deo militans, cursum suum feliciter impleuit.* g *Die vndecima, sanctæ martyris Stephanidis, & sancti patris & confessoris Theodori Studitæ.* † † *Zonaras to. 3. pag. 102. 99.*

ANNOTATIONES.

1 De Martino. Gregorius Turonensis initio librorum de miraculis Martini. Multi sunt qui virtutes sancti Martini, vel stante versu, vel stylo prosaico conscripserunt. De quibus primus ille Seuerus Sulpitius, cui tantus feruor amoris fuit in sanctum Dei, vt eo adhuc degente in seculo, vnum librum de mirabilibus vitæ eius scriberet: exinde post transitum beati viri, duos libros scripsit, quos dialogos voluit vocitari: Paulinus quoque Nolanæ vrbis episcopus, post scriptos de virtutibus eius, quas Seuerus complexus est, quinque libros, illa comprehendit miracula, accepto à sancto Perpetuo de his indiculo, quæ post eius transitum gesta sunt, id est, in sexto operis libro. Sed
D & Fortunatus presbyter omne opus vitæ eius, in quatuor libris versu conscripsit. His nos illecti, etsi imperiti, tentabimus aliqua de virtutibus beatissimi viri post eius obitum, quantum inuenire possumus, memoriæ replicare. Hæc Gregorius. Cuius libros, & Fortunati de Martino habet Aloysius tomo 3. Conscripserunt & posteriores nonnulla de sancto Martino: vt sanctus Odo, primus abbas Cluniacensis, impressus Parisiis cum Seuero anno 1511. & Herbernus ex abbate Maiorismonasterij episcopus Turonensis/ Richerius abbas sancti Martini iuxta Metim/ Guibertus abbas Gemblacensis, &c. MS. Louanij ad S. Martinum. Inter Græcos de eo Sozomenus lib. 3. cap. 13/ Niceph. lib. 9. cap. 16.

2 De Menna plenius Beda, & Ado, item Metaphrastes tom. 7. Aloysij, & apud eundem Metaphrastem, Theodorus episcopus Alexandrinus.

Pridie Idus Nouembris, luna 12.Nou.A

3.14.25.6.17/28.9.20.1.12/23.4.15.26.7/18.29.10.22.

E NAtalis beati Martini papæ. qui ob Catholicam fidem ab imperatore Constantio hæretico de ecclesia captus, ac perductus Constantinopolim, relegatus apud Chersonam Lycię prouinciæ, ibidem vitam finiuit, multis in eodem loco virtutum signis vsque hodie refulgens. Apud prouinciam Tarraconensem, ciuitate Tirassona, beati Æmiliani, presbyteri & confessoris. Cuius admirabilem vitam Braulio Cæsaraugustanus episcopus simplici sermone descripsit. In territorio Senonico, sancti Paterni martyris. Ciuitate Agrippinensi; depositio sancti Cuniberti episcopi. Castello Mileduno, sancti Leonij confessoris. p *In portu Gandensi depositio sancti Liuini, episcopi & martyris.* q *Eodem die apud Iselam fluuium, oppido Dauentriæ, sancti Lebuini, presbyteri & confessoris. Item, sancti Renati, episcopi Andegauensis, & confessoris.* b *Viennæ, sancti Isicij episcopi.*† 1 2 3 4 5 † *Ado annis 452. 564.* † *Cromerus lib. 3. historiæ Polonorum.*

¶ Item beatæ Craphaildis, & Brixij pueri, martyrum cum sancto Liuino. quorum corpora Gandaui habentur in tumbis portabilibus. Pragæ, natalis quinque eremitarum. † qui martyrium pertulerunt in solitudine maioris Poloniæ, vbi nunc est Cazimiria oppidum.

ANNOTATIONES.

1 De Martino papa, Pontificale cap.76/Ado Viennensis anno 641.

2 Æmiliani historiam per Braulionem, puto in Hispaniis haberi. Sic enim habet lectio 1.in sanctuario Burgensi: Æmiliani oratione fauente, & conatus nostros adiuuante, sumamus exordium qualis extitit à vicesimo fere ætatis suæ anno. Venerabilis namq; Citonatus sanctæ purissimæque vitæ, Suffronius & Gerontius presbyteri, quibus non modicam fidem habet ecclesia, nobis quæ ipsi viderunt, fideli ratione narrarunt.

3 Leonij miracula diligenter collegit quidam Galterius, ad dominos & fratres sancti Petri, iuxta castellum Miedunum, MS.

4 De Liuino Meierus in Commentariis Flandriæ anno 633.Scripsit, vt tradunt, Liuini eminentissimi martyris vitam Bonifacius episcopus Moguntiacensis.MS.Metro eius passionem scripserunt Henricus Lacius Latinus, rogatu Letteri/ & Ægidius Houcarius presbyter, quem Ascensius impressit anno 11.

5 Lebuini historiam conscripsit Hugbaldus monachus sancti Amandi, siue Elnonensis, ad Baldricum episcopum Traiectensem.Eiusdem vitam laudauit sanctus Radbodus encomiastica oratione,& carmine.MS.Vltraiectis.

13.Nou.B

Idibus Nouembris, luna

4.15.26.7.18/29.10.21.2.13/24.5.16.27.8/19.1.11.23.

1 RAuennæ, natalis sanctorum martyrum, Valentini, Solutoris, & Victoris. In prouincia, apud ciuitatem Aquis, beati Mitrij clarissimi martyris. In Africa, sanctorum martyrum, † Arcadij, Paschasij, Probi, & Eutychiani.qui cum in Arianam fidem nullatenus declinari paterentur, primùm proscripti, deinde in exilium acti, atque atrocissimis suppliciis excruciati, postremò diuersis mortibus interempti sunt. b *Puer autem Paullus fustibus cæsus, & ad infimam seruitutem damnatus est: ideo vt apparet non occisus, vt de superata sæuitia inimici etiam illa ætas gloriaretur.* Turonis, sancti Brictij, episcopi & confessoris. Parisijs, *transitus sancti Gendulphi episcopi, à beato Sixto ordinati. cuius iussu mortuum gentilis suscitauit filium. Eius caput requiescit in magna ecclesia beatæ Mariæ virginis, Parisijs.*

† *prosper. in Chron. an. 441.*

2 *Aruernis, depositio sancti Quintiani, episcopi & confessoris. Albiniaci, in territorio Atrebatensi, sancti Kiliani, episcopi & confessoris. In pago Cameracensi,* p *natale sanctæ Maxellendis, virginis & martyris.* r *In Italia, ciuitate Cremóna, sancti Homoboni, cuius sanctitas crebris claret miraculis. Ciuitate Toleto, sancti Eugenij,* H *episcopi & confessoris.*

3

4

¶ q *Placentiæ, releuatio sancti Antonini martyris. Malbodio monasterio, translatio sanctæ Aldegundis virginis.* p *In monasterio dicto Sithiu, eleuatio prima, & translatio corporis sancti Folquini, Morinorum episcopi, anno nongentesimo vigesimooctauo.*

† *De his 4. Euseb.lib.8.c. 19.noua versionis.*

In Palæstina, sanctorum martyrum, Antonij presbyteri, Zebinæ, & Germani.† quos Firmilianus præses vltrò se offerentes, absque vllo alio supplicij genere, capite mulctandos tradidit. Eodem die, sanctæ Ennathæ virginis,quæ ad eundem iudicem tracta, post graues cruciatus, igne concrematur.

ANNOTATIONES.

1 De Mitrio, Aquis confessore, scribit Gr.Turonensis, de gloria confess.cap.71.

2 De Brictio;Seuerus lib.3.dial/Fortunatus sub finem lib.4.vitæ Martini/Greg.Turon.lib.2.hist.Francorum cap. 1.& lib.10.cap.31/Ecclesia Turonensis epist.2.ad Philippum Colonien sem episcopum,cap.8.

3 De Quintiano. Greg.Turonensis lib.1.historiæ Francorum cap.36.Tam insidiæ, quas pertulit sanctus Quintianus, quàm illa quæ per eum Dominus operari dignatus est, scripta sunt in libro vitæ eius. Hoc est, capite quarto I de vita patrum, eodem auctore.

4 Homóbono siue Hominibono hymnum scripsit Hieronymus Vida Cremonensis.Historia est Cremonę typis excusa, cuius stylum mutarunt Canonici Cremonenses.

14. Nou. C

Decimooctauo Calendas Decembris, luna

5.16.27.8.19/30.11.22.3.14/25.6.17.28.9/20.2.12.24.

APud Thraciam, ciuitate Heracléa, natalis sanctorum martyrum, Clementini, Theodoti, & Philomini. Alexandriæ, sancti Serapionis. † quem persecutores, sub Decio principe, crudelissimis affecerunt suppliciis, ita vt omnes ei iuncturas membrorum prius soluentes, de superioribus eum præcipitarent.ac sic Christi martyr* efficitur. *Apud Rothomagum, beati Laurentij, Dublinensis episcopi, & confessoris.*

† *S.Dio.Alex 6.hist.eccl.c. 34. Rufini 31.*

**al.* efficeretur.

ANNOTATIO.

K

1 Laurentius Hyberniæ primas, canonizatus est ab Honorio. Eius vitam scripsit Anonymus, qui se præfatur sancto Augensi collegio fraterna societate coniunctum.

15.Nou.D

Decimoseptimo Calendas Decembris, luna

6.17.28.9.20/1.12.23.4.15/26.7.18.29.10/21.3.13.25.

APud Nolam Campaniæ vrbem, beati Felicis episcopi.qui à quintodecimo ætatis suæ anno, miraculorum gloria illustris fuit, & sub Martiano præside, cum aliis triginta, martyrium compleuit. Ipso die, sancti Eugenij, p *archiepiscopi & martyris Toletanæ sedis.* qui *à beato Dionysio ordinatus, & directus fuit ad prædicandum Trinitatem sanctam gentibus:* & apud* Parien sem pagum consummato

1 **al.* Parisiacensem.

A summato martyrij cursu, beatæ passionis coronam percepit à Domino. p *Cuius corpus modò quiescit Bronias, in pago Lomacensi. Ipso die Santonas ciuitate, depositio sancti* * *Macloui, episcopi, & confessoris,* q *in Britannia, vrbe Alethis.qui à primæuo ætatis tirocinio, innumerabilibus miraculis splendidè emicuit. Argentinæ, sancti Amandi, episcopi & confessoris. Eodem die, beati Iuniani confessoris. quem beatus Remigius baptismate lauit. In Austria, sancti Leopoldi eiusdem prouinciæ Marchionis & confessoris eximij, quem Innocentius octauus Sanctorum numero adscripsit.* g *Die decimaquinta, sanctorum martyrum, & confessorum, Guriæ, Samónæ & Abibi.* 2 * 1 Machuti. 3 4

¶ Coloniæ obiit Albertus Magnus, episcopus Ratisponensis, vita & eruditione in Ordine Prædicatorum clarissimus.Cuius merita & gloriam Dominus per miracula multa declarauit. 5

ANNOTATIONES.

1 De Eugenij translatione, habet vita sancti Gerardi, ad Gonterum abbatem Bronij, cap. 11.12.13. & 14. Quo postremo capite scribitur in plenaria synodo Stephani Leodiensis episcopi, procurante beato Gerardo, lectam B fuisse passionem martyris, vt episcopali auctoritate roboraretur, communiq; consilio totius cleri decretum fuisse, vt & martyr digna cum veneratione colatur, & eius passio rata acceptabilisq;, in ecclesia deinceps recitetur. Hæc autem ad Bronium translatio intelligenda est de portione corporis & reliquiarum eius: nam altera portio corporis ex æde sancti Dionysij delata est ex Gallijs Tolerum, anno millesimo quingentesimo sexagesimoquinto: magnifico sanè spectaculorum apparatu, in quo Catholicus Rex Hispaniarum Philippus secundus, sanctum corpus propriis humeris ad antiquam sedem deferebat.

2 Maclouij historiam scribit capitibus 27.Sigibertus Gemblacensis, ad Thietmarum abbatem.in qua scribit vitam piissimi confessoris Christi Maclouij. qui etiam Machutes dictus est,diligenter, quantum ad veritatem historiæ attinet, antiquorum stylo fuisse exaratam: eiusque corpus, siue reliquias, Gemblaci haberi.

3 De Leopoldo ex epitome Bibliothecæ Francisci Pataui I.C.atque aduocati consistorialis, oratio de laudibus diui Leopoldi, habita anno Domini 1484.sedente Innocentio octauo, Frederico tertio Imper. suadente, impressa est in Italia quatern.tribus.

4 Guriæ, Samónis,& Abibi martyrium describunt Arethas & Metaphrastes; tomis Aloysij,3.& 5.

5 Alberti magni vitam tribus libellis scripsit Rodulphus de Nouimago, Coloniæ impressus anno 1490. quos C Capitulum approbauit. Item Ioannes Antonius Flaminius Forocornelien sis, lib. 3. de viris illustribus Ordinis Prædicatorum.

Decimosexto Calendas Decembris, luna

16.Nou.E

7.18.29.10.21/2.13.24.5.16/27.8.19.30.11/22.4.14.26.

LVgduni, natalis sancti Eucherij, episcopi & confessoris.qui ex nobilissimo senatorum ordine ad religiosam vitam habitúmq; conuersus, diu inter septa speluncæ sponte clausus, Christo seruiuit: deinde apud præfatam vrbem, a *cùm vniuersa ecclesia, defuncto Pontifice Lugdunensi, iuxta morem antiquitus à se obseruatum, triduanis ieiuniis & obsecrationibus, qui gubernationem eiusdem ecclesiæ susciperе deberet, sibi poscеret à Domino reuelari,* reuelante angelo,in pontificali cathedra solenniter collocatus est. r *In Africa, sanctorum martyrum, Rufini, Marci, & Valerij. Eodem die, sancti Fidentij, episcopi & confessoris, tertij episcopi Paduani.* q *In territorio Antisiodorensi, monasterio Pontimacensi, depositio sancti Edmundi, Cantuariensis episcopi, & confessoris.* Apud *Viennam, depositio sancti Leoniani abbatis.qui fuit germanus Aniani episcopi. In Vvestphalia, depositio beati Vvaldgeri confessoris.fundatoris ecclesiæ nostræ Dominæ in Heruordia. In Alemannia* b *depositio sancti Othmari abbatis. In Capua, natalis sancti Augustini.* 1 2 D 3 4

¶ In Scotia, sanctæ Margaretæ reginæ.

ANNOTATIONES.

1 De Eucherio plura Ado in Martyrologio/ S. Mamertus lib.2. de statu animæ,capite 9/ Sixtus in bibliotheca libro 2.

2 De Edmundo ex catalogo Britann. Robertus Richius Abindonensis scripsit vitam fratris sui Eadmundi; quem Innocentius quartus canonizauit/ de translatione eiusdem. Robertus Baconus sacræ Theologiæ professor, scripsit etiam vitam Eadmundi præceptoris sui/ obiit anno 1248.Vincentius citat gesta lib.31.Speculi cap. 67.& sequentibus.

3 De Othmaro. Gaspar Bruschius de monasteriis Germaniæ. Vvalafridus, cognomento Strabo, à vitio oculorum, abbas diuitis Augiæ, duobus libris scripsit vitas sanctorum Galli & Othmari Sangallensium abbatum, à Gosberto abbate Sangallensi rogatus. Obiit Vvalafridus anno 840.vt scribit Hermannus Contractus Sangal- E lensis.

4 De Margareta.Historia sancti Ealredi, abbatis Rhieuallis.Scripsit (Ealredus) vitam D. Eduardi regis & confessoris, vitam Dauid regis Scotię, vitam sanctæ Margaretæ reginæ Scotię. Hector Deidonatus lib.12.historiæ Scotorum.Turgotus Prior Dunelmensis, & post aliquantulum temporis sancti Andreæ factus episcopus, vitam D.Margaretæ & Malcolmi regis, conscripsit, vernacula quidem lingua, sed non minori elegantia, quàm pietate, veritatéque, vt qui illis familiarissimus, dum viuerent,fuerit, optimúsque testis vtrique suarum virtutum extiterit.Compendium ponit Surius 10.Iunij,tomo 3.

Decimoquinto Calendas Decembris, luna

17.Nou.F

8.19.30.11.22/3.14.25.6.17/28.9.20.1.12/25.5.15.27.

APud Neocesaream Ponti, natalis beati Gregorij, episcopi & † *confessoris.* qui magna signorum ac miraculorum gloria præditus, inter cętera r *iurgantibus duobus fratribus de quodam stagno,* 1 † *al.* martyris.

Rufinus 7. hist. eccles. c. 25. *facta oratione aquâ lacum subduxit, & pacem ipsis diuino nutu restituit, & virentem campum germanis concordibus reliquit. sed &* quodam tempore, vt ecclesiæ faciendæ locus sufficeret, montem precibus mouit. Apud Alexandriam, beati Dionysij episcopi. Hic in multis confessionibus sæpe satis clarus, & pro passionum, * tormentorúmq; diuersitate, magnificus existens, quieuit Valeriani & Gallieni imperatorum temporibus. Ciuitate Corduba, passio sanctorum martyrum, Asciscli & Victoriæ. vbi ob commendationem pretiosæ mortis eorum, eodem die rosæ ortæ diuinitus colliguntur. Aurelianis, sancti Aniani, episcopi & confessoris, cuius mortem in conspectu Domini pretiosam crebra miracula testantur. *In Britanniis, ciuitate Lincolnienſi, beati Hugonis, episcopi & confessoris. In Nicomedia, sancti Ammonis. Item Turonis, sancti Gregorij, archiepiscopi & confessoris, miraculorum librifactoris. Ipso die, apud Churiam, sancti Florini.*

al. meritorúmque,

† *lib. 8. hist. eccles. c. 12. Eusebij, nouæ versionis.*

¶ In Palæstina, natalis sanctorum, Alphæi & Zachæi. † qui post verbera, & nouaculas, post diuersas in tormentis quæstiones, post pedes dies noctésque compedibus ligneis quatuor foraminum interuallo interpositos, distentos, distractósque, capitibus absciſſis ex hac luce discedunt.

ANNOTATIONES.

1 De Gregorio thaumatúrgo, Suidas, Gregorius Nyssenus episcopus, scripsit vitam Gregorij qui miraculis claruit. Habetur inter opera. De eodem Nicephorus lib. vnico anno 499/ Socrates lib. 4. cap. 22/ Alanus Copus dialogo 1. cap. 2. Vsuardus eum martyrem nominat, Rufinum secutus: sed nec nouum est, nec singulare, eúm martyrem nuncupare, qui in fidei confessione multa passus sit.

2 De Dionysio Alexandrino episcopo, Eusebius libro 6. hist. eccles. à capite 33. vsque ad 11. septimi libri: & à capite 15. deinceps vsque ad 22. hoc est, in Rufino lib. 6. cap. 30. vsque ad cap. 11. libri sequentis, & deinceps capite 19. vsque ad 25.

3 De Aniano, Gregorius Turonensis lib. 2. historiæ Francorum cap. 7. Aniani, eximiæ prudentiæ & sanctitatis viri, virtutum gesta nobiscum fideliter retinentur. De eodem Sidonius lib. 8. epist. penultima.

4 De Hugonis Carthusiani vita duo Scriptores nominantur in Catalogo Britannico: Silvester Giraldus Cambrensis, qui claruit anno 1210/ & Adamus Carthusianus Doctor Theologus, qui claruisse fertur anno 1340. Magna legenda Hugonis libris quinque MS. incipit, Dominis & amicis in Christo charissimis, Q. Priori, & qui cum eo sunt, Vvithaunensibus monachis, minimus frater A. Et infra, Quę de beatissimo Hugone Lincolnienſi præsule vidi, audiui, & certius cognoui, ad subsidium memoriæ aliqua seculis tradam. Horum librorum compendium passim habetur apud Carthusianos. Petrus Sutor de vita Carthusiana libro 2. cap. 5. Admirabilis viri gesta continentur, passímque habentur, præsertim in eo opere quod archidiaconus Lincolnienſis de sanctis mirandísque actibus, ac miraculis eius conscripsit.

5 Gregorij Turonensis archiepiscopi vitam conscripserunt Clerici Turonenses, tomo 3. Aloysij. Cuius breuiarium præponitur historiæ Francorum, in 8. excusæ.

18. Nou. G

Decimoquarto Calendas Decembris, luna

9.20.1.12.23/4.15.26.7.18/29.10.21.2.13/24.6.16.28.

1 APud Antiochiam, natalis sancti Romani. qui tempore Dioclitiani, cum quidam præfectus ecclesiam irrumpere *vellet*, eámque funditus conaretur euertere, cæteros Christianos hortatus est, vt ei contradicerent. Vnde vnà cum puerulo, nomine Barula, celebri martyrio coronatus est. Item in eadem vrbe, sancti Esichij. qui cum esset miles, & præceptum audisset, vt quisquis non sacrificaret idólis, cingulum militiæ deponeret, repentè cingulum soluit. ob quam causam ligato in dextera eius saxo ingenti, in fluuium precipitari iussus est. r *Romæ, dedicatio basilicarum Apostolorum, Petri & Pauli. Item, transitus beati Odonis abbatis. Eodem die, sancti Fridiani, episcopi & confessoris.* q *Apud Confluentiam, sancti Florini confessoris. Apud Constantias inferioris Normaniæ, beati Rumpharij præfatæ vrbis episcopi, & confessoris. Ipso die, beati Oricoli martyris, sociorúmque eius, qui sub Vvandalica persecutione passi sunt. Parisiis, natalis sanctæ Audæ. Item in Galliis, sancti Momboli abbatis.*

2 *De Fridiano Greg. 3. dial. c. 9.*

¶ *Antisiodori, dedicatio basilicæ sancti Germani cum superioribus cryptis.*

† *Vita Honoratil. 3. c. 19.* Insula Lyrino, sancti Anselmi abbatis. †

ANNOTATIONES.

1 Romani, Barulæ & Esichij, martyrium extat MS. De Romano quoque fusè tractant Eusebius lib. 8. cap. 12. integræ versionis/ Ioannes Chrysostomus apud Metaphrastem tomo 5. Aloysij/ Prudentius περὶ στεφάνων hymno 10/ & Eusebius Emisenus, qui inscribitur, homilia 51.

2 Odonis vita, MS. Villariæ, incipit, Dominis & in Christo fratribus dilectissimis, Salernienſibus, seruus Christi Ioannes. Godscalcum discipulum de eius vita nondum vidi, quem tamen in Carthusia Antuerpiensi fuisse index edocet, qui ex vastatione Liræ supereſt.

19. Nou. A

Decimotertio Calendas Decembris, luna

10.21.2.13.24/5.16.27.8.19/1.11.22.3.14/25.7.17.29.

1 ROmæ, natale beati Pontiani papæ. qui Maximino aduersus ecclesiarum sacerdotes persecutionem commouente, cum * *Philippo* presbytero, Sardiniam deportatus, ibíque fustibus mactatus, martyrium consummauit. Corpus verò eius à beato Fabiano papa relatum, atque in cœmeterio Calixti sepultum est. r *Eodem die, in oppido Alemanniæ, nomine Marsburg, depositio sanctæ Elisabeth,*

* Hippolyto.

A *sabeth, Andreæ regis Hungarorum filiæ.* q *Hæc construxit xenodochium, vbi vidua pedes lauabat pauperum, manibus propriis abstergens saniem abominabilium infirmorum.* Romæ via Appia, natalis sancti Maximi, presbyteri & martyris. qui persecutione Maximiani passus, positus est ad sanctum Sixtum. Eodem die beati Crispini episcopi. qui in ciuitate Astiagensi, capite amputato, martyrij gloriam adeptus est. Apud Viennam, sanctorum, Seuerini, Exuperij, & Feliciani. quorum corpora, post multa annorum curricula ipsis reuelantibus inuenta, & à pontifice vrbis, clero, populóq; honorificè sublata, ac condigno honore condita sunt. Item, Fausti diaconi. * hic grandæuus & plenus dierum confessor perdurans, perfecto martyrio capitis obtruncatione consummatus est. *In territoria Aruernensi, sancti Patrocli, confessoris egregij. Item sancti Gelasij papæ. qui sedit in Pontificatu annos quatuor.*

2 3

* *S. Dion. Alex. 7. hist. eccles. c. 10.*

4

De Gelasio cap. 51. Pontificalis.

g *Die decimanona, sancti martyris Barlaam.*

ANNOTATIONES.

1 De Pontiano papa, Pontificale cap. 19/ & Mancinellus sermonum lib. 5. titulo 6.

B 2 De Elisabeth, Examinationem vitæ & miraculorum eius scribunt ad sanctissimum papam Gregorium Sifridus episcopus Moguntinus, Remundus abbas Eberbacensis, & Magister Conradus. Extant & alia de processu & ordine Canonizationis. MS. in Viridi valle. Epitomen vitæ scripsit Theodoricus de Turingia, Ordinis Prædicatorum ex libris magistri Conradi; concionatoris sanctæ Elisabeth. De eiusdem vita excudit Ceruicornius Iacobum Montanum Spirensem; Coloniæ anno 21.

3 De Maximo, consule Pamelium in Cypriani epistolam 16. 44. 46. & 50. Fortè de eodem Gesta Anthimi martyris, 11. Maij.

4 De Patroclo. Gr. Turon. lib. 5. historiæ Francorum cap. 10. Fuit in Bituricо termino reclausus, nomine Patroclus presbyterij honore præditus, miræ sanctitatis ac religionis. de cuius vita libellum scripsimus. Libellum, siue caput nonum de vita patrum.

5 Barlaam martyrem celebrat Basilius magnus, homilia 18.

20. Nou. B

Duodecimo Calendas Decembris, luna

11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/2.12.23.4.15/26.8.18.30.

C CAbilone, sancti Silvestri, episcopi & confessoris. † Hic quadragesimo secundo anno sacerdotij sui, plenus dierum atque virtutum, migrauit ad Dominum. Apud Siciliam, ciuitate Messana, sanctorum, Ampelij & Caij. Ipso die, ciuitate Taurinis, Octauij, Solutoris, & Aduentoris. *In Anglia, sancti Eadmundi regis & martyris. Item festiuitas beati Raphaëlis archangeli. Mediolani, Benigni episcopi, & confessoris. Ciuitate Hildesheмensi, sancti Bertualdi, episcopi & confessoris. qui tempore Othonis tertij, præfatam ecclesiam verbo pascens & exemplo, miraculis clarus quieuit.*

† *Greg. Turo. de glo. conf. cap. 85.*

1 2

Tobię 3. & seq.

g *Die vigesima, sancti patris Procli, archiepiscopi Constantinopolis: & sancti Gregorij Decapolitæ.*

3

¶ *& præfestum introitus in templum sanctissimæ Deiparæ.* q *Ambianis, inuentio & translatio gloriosorum corporum sanctorum confessorum, Vvarlesij & Luxoris.*

De Agap. Eusb. lib. 8. hist. cap. 16. & 13 plenæ versionis.

Cæsareæ Palæstinæ, natalis sancti Agapij. qui in die natali Maximini tyranni, cum homicida in stadium raptus cùm homicidam, domini sui interfectorem, ad similitudinem Barrabæ liberari vidisset, ipse vrso datur deuorandus: deinde adhuc superstes, in mare demergitur.

ANNOTATIONES.

D 1 De Octauo & collegis, est sermo Ambrosij 77/ aut sancti Maximi episcopi Taurinensis.

2 De Eadmundo ex Catalogo Britanniæ. Abbo Floriacensis abbas, qui per multa Anglorum cœnobia publicas scholas aperuit; præcipiente Dunstano archiepiscopo, scripsit vitam Eadmundi martyris, libris duobus MS. Coloniæ, cum Officio & cantu. Confossus est hic Abbo lancea anno 1004. eiúsque vitam ad Heruæum scripsit Haymo Eboracensis. Osbertus de Stoke Clare scripsit miracula martyris Eadmundi. Cl. anno 1136.

3 De Bertualdo. Crantzius liber 3. metropolis capite 49. Scripta sunt de eius vita non contemnenda miracula, quæ apud ecclesiam conseruantur.

21. Nou. C

Vndecimo Calendas Decembris, luna

12.23.4.15.26/7.18.29.10.21/3.13.24.5.16/27.9.19.1.r

E HIerosolymis, *præsentatio beatæ Dei genitricis virginis Mariæ in templo.* q *quam Pius & Paulus pontifices Romani cum indulgentiis instituerunt. Item*, natalis beatissimi Rufi. de quo Apostolus Paulus ad Romanos scribit. In Italia, monasterio Bobio, depositio sancti Columbani abbatis. qui multorum cœnobiorum fundator, & innumerabilium pater extitit monachorum, multísque virtutibus clarus, quieuit in senectute bona. Item in Histria, passio sancti Mauri martyris. *Laudano clauato transitus sancti Autbodi.*

1 Rom. 16. 2

¶ Ipso die, apud ciuitatem Remensem, vir miræ sanctitatis Albertus episcopus Leodiensis, frater Heinrici magni Lotharingiæ ac Brabantiæ Ducis, ob custodiam ecclesiasticæ libertatis, de mandato Heinrici imperatoris interemptus, occubuit.

ANNOTATIONES.

1 Præsentationis festum in orientali ecclesia iam pridem celeberrimum fuit. vnde de eo orationes extant apud Metaphrastem, Germani episcopi Constantinopolis/ Gregorij Nicomediensis/ & Gr. Nysseni. Inde in Gallicanis ecclesiis receptum est; ex deuotione potissimum Caroli V. Francorum regis, vt testatur epistola eius data ad Nico-

laum Antisiodorensem episcopum, anno 1375. Rursus, à Saxonibus. De quo Bulla Pauli, Legendæ parte 2. F

2 Columbani vita extat ferè integra tomo 3. Bedæ, vbi manifesto errore ei asscribitur, cum constet Ionam eiusdem temporis scriptorem, eam scripsisse. Hoc enim inter alia liquet ex præfatione Ionæ, quæ in tomis Bedæ abest, & ex Sigiberto de viris illustribus cap. 61. De eodem pulchrè in hæc verba scripsit auctor historiæ sancti Vvalerici. Si quis plenius scire voluerit, qualis & quantus in virtutibus miraculorum beatus Columbanus extiterit, vel in scientia, & doctrina diuinarum humanarúmq; scripturarum, aut præsagio futurorum: sed & quot & quales gentes ad fidem acquisierit, monasteria vtriusque sexus construxerit, & in dictandi peritia, vel exponendi, qualis fuerit, facilimè hoc poterit inuenire, si opuscula perquirat, quæ eruditus discipulorum discipulus Ionas abbas, vir magnus, eloquentiæ plenus & dictandi peritus, polito & limato satis sermone, de vita ipsius composuit.

22. Nou. D Decimo Calendas Decembris, luna

13.24.5.16.27/8.19.1.11.22/4.14.25.6.17/28.10.20.2.

1 ROmæ, natalis sanctæ Cæciliæ virginis. quæ sponsum suum Valerianum, & fratrem eius Tiburtium ad credendum Christum, ac martyrium perdocuit, & ipsa deinde r *post eorum martyrium, ab Almachio* martyrizata est, ignem quidem superans, sed ferro occisa. Passa est autem Marci Aurelij *Alexandri* temporibus. G Item Romæ, sancti Mauri martyris. qui sub Celerino præfecto agonizauit. Augustoduni, sancti Pragmatij episcopi.

ANNOTATIO.

1 Cæciliæ gesta, Notarij diligenter confecerunt, è quibus sua desumpsit Simeon Metaphrastes. Expunxi autem Vsuardi verba (& Commodi imperatorum) ac pro eis posui (Alexandri). Passa est enim tempore Vrbani papæ.

23. Nou. E Nono Calendas Decembris, luna

14.25.6.17.28/9.20.2.12.23/5.15.26.7.18/29.11.21.3.

1 NAtalis sancti Clementis episcopi. qui quartus à beato Petro Apostolo Romanæ ecclesiæ pontificatum tenuit, & sub persecutione Traiani, in mare præcipitatus b *ligata ad collum eius anchora*, martyrio coronatur. H b *Hic septem regiones diuisit notariis fidelibus, qui gesta martyrum solicitè perquirerent.*

2 Eodem die, sanctæ Felicitatis, matris septem filiorum martyrum. quæ iubente Antonino, decollata est pro Christo. In pago Hasbanio, p *in Sarchinio, depositio* sancti Trudonis, presbyteri

3 & confessoris, p *admirandæ sanctitatis viri.* Parisiis, depositio sancti Seuerini, monachi & solitarij. In ciuitate Emerita, sanctæ Lucretiæ virginis. p *Cameraci, in ecclesia Dei genitricis beatæ Mariæ, beati Savij, presbyteri & confessoris.* q *Ciuitate Metis, sancti Clementis, patrui Clementis papæ, primi Metensium episcopi. In territorio Remensi, sancti Goberti confessoris.* g *Die vigesimatertia, sancti patris Gregorij Agri-*

4 *gentini, & Amphilochij, episcopi Iconij.*

ANNOTATIONES.

1 De Clemente, Pontificale cap. 4/Gesta apud Metaphrastem, & cum Abdia excusa/Irenæus lib. 3. cap. 3/Gr. Turonensis de gloria martyrum capp. 35. 36. 37/Bernardi homilia/Sixtus lib. 2. bibliothecæ sacræ / Opera Clementis Coloniæ excusa. &c. Sigibertus de viris ill. cap. 107. Ioannes diaconus Romanę ecclesiæ, scripsit ad Ioannem seprimum libros quatuor de primo Gregorio. Idem petente Gauderico Veliternensi episcopo, scripsit gesta Clementis papæ. I Paulus annumerat eum suis cooperatoribus; quorum nomina sunt in libro vitæ. Phil. 4.

2 De Felicitate. Quæ de ea & septem prolibus leguntur in veterum Martyrologiis, ea verbatim sumpserunt ex Gestis MS. quæ Romani Notarij fideliter & grauiter collegerunt. Laudat eandem matrem, octies martyrem, Gregorius magnus, homilia tertia Euangeliorum, & Petrus Rauennas, cognomento Chrysologus sermone 134.

3 Trudonis, vitam libris duobus scripsit Donatus ad Angilramnum archiepiscopum Metensem, ni fallor, circa annum 800. cui Adrianus primus tradidit Capitula, ex diuersis synodis & canonibus collecta. Fuit enim Trudo discipulus sancti Clodulphi, episcopi Metensis. Accessit per posteriorem, fortè per Stephelinum, de miraculis eius liber tertius. Sigibertus de viris illustribus cap. 171. Theodoricus monachus & abbas sancti Trudonis, vitam sancti Trudonis vrbaniori stylo meliorauit. Incipit, Domino, dignitate patri, charitate fratri, Gerardo, Theodoricus salutem. Et infra, Cogitis vt beatissimum summi illius capitis membrum, Trudonem, quem ante Donatus diaconus, & postea Guikardus abbas, vtriusque linguæ vsque ad interpretem periti, Latinitati tradiderunt, mea quoque opera & stylo librariis tradam. Idem scripsit sermonem de translatione Trudonis & Eucherij. Gerardus Moringus sub finem vitæ sancti Trudonis, impressæ Louanij, anno 40. Incredibile memoratu, quot quantáque ad imploratam opem sanctissimi patris prodita sint miracula, idque cum aliâs, tum verò præside monasterij huius, K Alardo, abbate eius nominis secundo, ab anno 1055. vsque ad 82. Qua tempestate ne monasterium quidem omnibus sufficiebat; sed nec ipsum oppidum. Foris passim videre erat fixa tentoria, perinde atque in iusta oppidi obsidione. Quæ omnia quidem olim copiosè claréq; satis commemorarunt, præsertim Stephelinus quidam, sub Gumtranno, & Adelardo secundo, abbatibus.

4 Gregorij Agrigentini. & Amphilochij Iconiensis, historias habet Metaphrastes. De Amphilochio scribit quoque Sozomenus lib. 7. cap. 6.

24. Nou. F Octauo Calendas Decembris, luna

15.26.7.18.29/10.21.3.13.24/6.16.27.8.19/1.12.22.4.

1 ROmæ, natalis beati Chrysogoni martyris. qui post * longa vincula, & carceres, pro constantissima Christi confessione toleratos, iubente Dioclitiano capite cæsus, & in mare proiectus, martyrium

* *al.* multa.

A martyrium consummauit. Item Romæ, sancti Crescentiani martyris. qui in passione beati Marcelli papæ legitur. † *Mediolani, Prothasij episcopi, & confessoris.* Castro Blauio, sancti [2] Romani, presbyteri & confessoris. cuius sanctitatis præconium, miraculorum gloria declarat. Ciuitate Corduba, sanctarum virginum, Floræ & Mariæ. quæ post diuturnos carceres, pro Christo gladio interemptæ sunt. Apud Perusiam, ciuitatem Tusciæ, sancti Felicissimi. *In territorio Aruernensi, sancti [3] Portiani, abbatis & confessoris.* g *Die vigesimaquarta, sancti martyris Mercurij.*

† *vltra medium to. 1. Surij.*

De Mercurio Metaph.

ANNOTATIONES.

1 Chrysogoni martyrium continetur in gestis Anastasiæ martyris, paginis primis. vbi & epistolæ illius ad eam leguntur.

2 Romanum, vt scripta vitæ eius édocent, Martinus noster sepulturæ locauit. Greg. Turonensis de gloria confessorum cap 46.

3 Portiani vitam scribit Gregorius, iam dictus episcopus, de vita patrum cap. 5.

B Septimo Calendas Decembris, luna 25. Nou. G

16.27.8.19.1/11.22.4.14.25/7.17.28.9.20/2.13.23.5.1

*IN. monte Sinai, sanctissimæ * Catherinæ martyris, filiæ Costi regis in ciuitate Alexandria. quæ à Maxentio imperatore ob fidei Christianæ confessionem in carcerem clausa, & postmodum scorpionibus diutissimè cæsa, tandem capitis obtruncatione martyrium compleuit. De cuius corpore lac pro sanguine emanauit. Post mortem autem eius venerunt angeli, & tulerunt corpus eius, & portauerunt illud in montem Sinai, & in eodem loco honorificè sepelierunt. De sepulcro verò eius emanat oleum, quod languidorum corpora sanat.* Item Antiochiæ, sancti Erasmi martyris. r *Eodem die, apud Æmiliam, sanctæ Iucundæ virginis.* 1

* g *Æcaterinæ*

ANNOTATIO.

C 1 Catherinæ passionis series, quæ passim habetur, Tradunt annales &c. extat penes me, impressa nomine Rabbani abbatis. Scripsit etiam Æcaterinæ huius martyrium hac die Simeon Metaphrastes. Euthymius in Psalmum 44. ad versum, Ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo, subdit, Qualis fuit sapientissima Catherina.

Est etiam hodie natalis Petri Alexandrini; quem iure dixerim primatem martyrum Alexandriæ. In sæuissima enim persecutione Maximini, octo integris annis, ipsam martyrum messem, velut verus pastor, animauit, eámq; fidei confessionem suo sanguine etiam inter postremos obsignauit. Propter quem natalem, in Græcorum Horologio transponitur Æcaterina, in diem præcedentem. Contra verò Latini, quibus in expeditione terræ sanctæ Catherina, antea ferè eis incognita, multum per peculiaria patrocinia innotuit, eam summo honore celebrant, in die depositionis, & propterea Petrum plerique in diem 26. reponunt.

Sexto Calendas Decembris, luna 26. Nou. A

17.28.9.20.2/12.23.5.15.26/8.18.29.10.21/3.14.24.6.

D NAtalis beati Petri episcopi Alexandriæ. qui cùm esset omnibus adornatus virtutibus, in Scripturis quoque diuinis nulli priorum inferior, & sacerdos, & hostia Dei, subitò rapitur atq; 1 ex Maximini præcepto capite obtruncatur. Cum quo simul & plures ex ægypto episcopi trucidantur, ferè cum clericis & laicis, sexcenti & sexaginta. b *Aduersus eum cognita Maximini sententia, Arius infelix, qui ab ipso excommunicatus & degradatus propter dogma erroris habebatur, festinè peruenit ad ecclesiam, obsecrans vt pro eo clerus & populus apud episcopum intercederet, putans quòd post discessum eius ipse leuaretur episcopus. Quibus sanctus episcopus cum magno suspirio respondit, quia iam Arius Deo mortuus, à facie Dei proiectus esset. Et apprehendens duos presbyteros de turba seorsum, ait illis, Ego etsi peccator sum, tamen scio me cælesti vocatione ad agonem martyrij vocatum. Vos post martyrium meum, sedem & episcopatum meum consecuturi estis, & tu quidem primus Achilla, post te verò Alexander. In hac hora noctis, vt vobis totum de Ario aperiam, cum solenni consuetudine Deo sacrificium orationum consummassem, eccè subitò apparuit mihi Christus Dominus indutus colobio candido, quod conscissum à summo vsque deorsum, coniungebat circa pectus, quodammodo cooperiens nuditatem suam.* E *Quem vt vidi, aio, Quid est Domine quòd video tunicam tuam scissam à summo vsque deorsum? Qui dixit, Arius hoc fecit, qui separauit à me populum hæreditatis meæ, comparatum sanguine meo. Præcipio nunc & moneo, ne eum recipias in communionem, ne rogantibus his qui venturi sunt ad te, quos ille direxerit. Hæc quæ tibi manifestaui, duobus presbyteris tu nota facias; vt ipsi post te eum anathematizando abiiciant, ne populus illius errore decipiatur.* Apud Alexandriam, sanctorum martyrum, Fausti presbyteri, Dij & Ammonij. qui cum beatō Petro eiusdem vrbis episcopo, iubente Maximino trucidati sunt. Augustoduni sancti * Amatoris. *Eodem die, transitus sancti Basoli confessoris. qui in territorio Remensi vitam eremiticam viriliter est executus: tam in vita, quàm etiam post obitum, miraculorum iubare diuinitus illustratus. Item, depositio sancti Conradi confessoris, episcopi Constantiensis. Treuiris, sancti Sebaudi, episcopi & confessoris.* b *Romæ, † Siricij episcopi.* g *Die vigesimasexta, sancti patris * Alipij Cionitæ.* r *Vendopera monasterio sancti Leonardi confessoris. Eodem die, sancti [2] Bellini martyris, episcopi Paduani.*

8. hist. eccl. c. 25 / Rufini 14

* *Amatoris famuli virg. bauli, & Christi nutricij meminit Rob. de Monte in supplemento Chron. Sigib. an. 1171*

† *De Siricio pont. c. 40.*

* *De Alipio Metaph.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

¶ quem immaniter interemit anno millesimo centesimo quadragesimonono, vir nobilis, sed auarus, Thomas Capuacius, à Bellino iustè conuictus, atque iudicatus ad soluendas decimas agrorum, quas sub diœcesi Patauina latius possidebat. Hic cum cœpisset post mortem miraculis supra modum nitere, ab Eugenio quarto, biennium post mortem, in catalogo martyrum honorificè asscriptus est. F

q *Eodem die, sanctæ Genouefæ & sancti Marcelli, de miraculo ardentium, facto in ecclesia beatæ Mariæ Parisiensis.*

ANNOTATIONES.

1 De Petro Alexandrino, Eusebius lib. 9. hist. eccl. ca. 5. apud Rufinum & lib. 7. cap. vltimo / l. 8. c. 25. apud Rufinum 14 / Auctores tripartitæ historiæ / Nazianzenus orat. 23. 24. Anastasius bibliothecarius in præfatione passionis decem millium, dicit se transtulisse passionem præcipui doctoris & martyris Petri, Alexandriæ vrbis patriarchæ.

2 De Bellino Scardeonius lib. 3. de Padua classe 13 / Lud. Cœlius lib. 17. cap. 28.

27. Nou. B

Quinto Calendas Decembris, luna

18.29.10.21.3 / 13.24.6.16.27 / 9.19.1.11.22 / 4.15.25.7.

G

al. Regensi. IN Galliis ciuitate * Regiensi, sancti Maximi confessoris. qui à primæua ætate virtutum omnium gratia præditus, primùm Lirinensis cœnobij pater, deinde Regiensis ecclesiæ episcopus, signis & prodigiis inclytus, extitit. 1 r *In Antiochia, sancti Basilei episcopi, & sancti Saturnini. Item sancti Iacobi interciſi, martyris conspicui.* q *In Gallecia, iuxta fluuium Ceiam, natalis sanctorum Facundi & Primitiui martyrum. quibus, post multa supplicia superata, duæ coronæ ab Angelis delatæ sunt. Quod Atticus prætor accipiens; Capita, inquit, amputentur, ne sit locus coronis. Eodem die, depositio sanctæ Odæ virginis, filiæ, vt fertur, regis Scotorum. quæ apud Rhodium in Taxandria Brabantiæ, corporaliter patrona requieſcit. Moguntiæ, natalis sanctæ Bilhildis viduæ sanctimonialis. quæ à clero & populo Moguntino sepulta est in basilica, quam suis ipsa sumptibus ex. edificari curauerat. Ipso die, sancti Acharij, episcopi Noviomensis & confessoris.*

2 ¶ Eodem die apud Græcos, sancti Simeonis, qui Metaphrastæ cognomen obtinuit.

ANNOTATIONES.

1 Maximi vitam scribit Dinamius patricius, domino beatissimo patri Vrbico papæ. Item de eo est eruditissima homilia, inter eas quæ titulum habent Eusebij Emiseni. Constat autem eius auctorem discipulum fuisse Maximi, & vitæ eius testem. De eodem, Greg. Turon. de gloria confessorum cap. 83. H

2 In Simeonem encomiasticam orationem scripsit Psellus, tomo 5. Aloysij.

Andreæ festo vicinior ordine quouis
Aduentum Domini feria prima notat.

28. Nou. C

Quarto Calendas Decembris, luna

19.1.11.22.4 / 14.25.7.17.28 / 10.20.2.12.23 / 5.16.26.7.

Act. 18. d 1. Cor. 1. APud Corinthum, natalis beati Sosthenes, discipuli sancti Pauli. cuius mentionem facit idem Apostolus scribens Corinthiis. Eodem die, apud Africam, sanctorum martyrum, Papinij & Mansueti episcoporum. qui tempore Vvandalicæ persecutionis, pro fidei Catholicæ defensione candentibus ferri laminis toto corpore adusti, gloriosum agonem consummauerunt. b *Quo in tempore etiam alij sancti episcopi, id est, Quod vult Deus Carthaginensis, Valerianus, Vrbanus, Crescens, & qui vocatur Habet Deum, & Eustathius, Crescionius, & Crescentianus, & Felix, & Hortulanus, & Florentianus damnati exilio, cursum vitæ suæ consummauerunt.* Romæ, sancti Rufi, quem cum omni domo sua Dioclitianus punitum, Christi martyrem fecit. b *Romæ, beati Gregorij * papæ. qui vexit ecclesiam annis decem. Sepultus in ecclesia beati Petri Apostoli.* g *Die vigesimaoctaua, sancti hostiomartyris Stephani iunioris.* I

Scribit de his Victor lib. 1. & 3.

** Tertij. de quo pont. cap. 92.*

¶ Inclusi apud sanctum Auxentium. Cuius pedem tudente ligantes duxerunt vsque ad ea quæ sunt Pelagia, à prætorio. Vbi & discerpentes eum proiecerunt honorabiles ipsius reliquias in biothanatorum locum, eo quòd multos monuerit & adduxerit ad monasticam vitam, atque contemnere regias dignitates, atque pecunias, persuaserit. 1

ANNOTATIO.

1 De Stephano scribit citata Nicephorus lib. 22. rerum Romanarum. De eodem Zonaras in Copronymo.

29. Nou. D

Tertio Calendas Decembris, luna K

20.2.12.23.5 / 15.26.8.18.29 / 11.21.3.13.24 / 6.17.27.9.

*† Vide serm. Bernardi. * Gesta Marcelli to. 1. Surij, ante medium.*

VIgilia sancti Andreæ Apostoli. † Romæ via Salaria, natalis sancti Saturnini martyris, & sancti Sisinnij diaconi, sub Maximiano principe. * quos diu in carcere maceratos, iussit præfectus vrbis in equuleo leuari, & attrahi neruis, & fustibus ac scorpionibus cædi, deinde iussit eis flammas ad latera apponi, & depositos de equuleo capite truncari. *Scriptum est in gestis Marcelli papæ.* Eodem die, apud Tholosam, beati Saturnini episcopi. qui in Capitolio eiusdem vrbis à paganis tentus, atque à summa Capitolij arce per omnes gradus præcipitatus, capite collisso, excussóque crebro, omni corpore dilaniato, dignam Christo animam exhalauit.

p *Item*

A p *Item in Dauentria, sancti Radbodi, Traiectensis episcopi, & confessoris.* g *Die vigesimanona, sanctorum martyrum, Paramoni & Philumeni, & sancti Acacij, qui fuit in gradu.*

¶ Item obitus venerabilis Idæ de Niuella, monialis cœnobij Rameiæ Ordinis Cistertiensis, in patria Namurcensi.

ANNOTATIO.

1 De Saturnini Tholosani certamine & miraculis scripsit Fortunatus aliquot carmina. Meminit etiam Gr. Turonensis de gloria martyrum cap. 48.

Pridie Calendas Decembris, luna 30. Nou. E

21.3.13.24.6 / 16.27.9.19.1 / 12.22.4.14.25 / 7.18.28.10.

B IN ciuitate Patras, Prouinciæ Achaiæ, natalis sancti Andreæ Apostoli. qui etiam apud Scythiam prædicauit. Hic beatissimus, ab Ægea proconsule comprehensus, primò in carcere est clausus, ac deinde grauissimè cæsus: ad vltimum verò in cruce appensus, biduo inibi superuixit. Apud Santonas, sancti Troiani episcopi, magnæ virtutis viri. † qui sepultus terris, cælo se viuere multis virtutibus manifestat. r *Eodem die, passio sanctæ Iustinæ virginis.* 1

Greg. Tur. de glo. confess. cap. 59.

¶ p *Et baptismus sancti Ambrosij.*

ANNOTATIO.

1 De Andrea. Passionem sancti Andreæ Apostoli, quam vidimus oculis nostris, omnes presbyteri & diaconi ecclesiarum Achaiæ, scribimus vniuersis ecclesiis. Ex hac nonnulla citant Remigius Antisiodorensis, in Psalmum 21. & 40 / Bernardus in sermonibus de sancto Andrea / Lanfrancus cõtra Berẽgariũ / liber de vera & falsa pœnitẽtia, cap. 8. apud Augustinũ / Iuo Carnotẽsis de conuenientia veteris & noui sacrificij / & Vvolphelmus in epist. cõtra Berengariũ. Qui plura cupit, inueniet ea simul collecta in Aloysio Louanij edito. Beleth. cap. 164. De Andrea officiũ fecit Gre. primus. Idẽ habuit in eius natali homiliã euangeliorũ 5. Lib. 7. regiſtri cap. 38. scribit de miraculis monasterij S. Andreæ. Catalogus scriptorum Britanniæ indicat Bedam scripsisse librum de sancti Andreæ memoria apud Scotos. Citant nonnulli & miracula eius, quæ capp. 38. impressa sunt in Rhapsodiis Anonymi Philalethi Eusebiani. Translatio notata est 9. die Maij. & postremò, vt scribit Palmerius anno 1464. Pius secundus Apostoli Andreæ caput à Thoma Palæologo suscepit: & Bessarion, Constantinopolitanus patriarcha, ac Cardinalis Sabinensis, luculentam orationem habuit. Cuius postea celebritatis pontifex ipse elegans volumen edidit. † C

† *Andreide.*

DECEMBER HABET
DIES XXXI.

Alemannis dicitur mensis Christi, Leoni decimus mensis.

Calendis Decembris, luna

D 22.4.14.25.7 / 17.28.10.20.2 / 13.23.5.15.26 / 8.19.29.11. 1. Dec. F

Iuitate Nouiomo, sancti Eligij episcopi & confessoris. cuius vitam admirandam multiplex signorum numerus commendat. *Hic vir beatus inter cætera bonorum operum insignia, multa sanctorum auro argentóque & gemmis fabricauit sepulchra. Præterea, pastoris cura solicitus, multum in Flandris laborauit: iugi instantia Andouerpis pugnauit: multósque erroneos Sueuos conuertit. Fana nonnulla, Christi clypeo protectus, cum Apostolica auctoritate destruxit: idola quoque diuersi generis, vbicunque inuenit, funditus subruit.* Ipso die, natale sanctæ Nataliæ, vxoris sancti Adriani martyris. Ciuitate Narnia, sancti Proculi presbyteri. r *Ipso die, sancti Euasij, episcopi & confessoris.* q *Mediolani, sancti Castriciani, episcopi & confessoris. Castrõ Ambasio, sancti Florentini, presbyteri & confessoris, mirꝫ virtutis viri. Apud Senas sancti Ansani martyris, tempore Dioclitiani. Virduni, transitus sancti Agerici, episcopi eiusdem* E *ciuitatis.* g *Die prima, sancti prophetæ Naum.* 1

S. Audoenus l. 1. c. 32. lib. 2. cap. 3. & 8. De Natalia passio Adriani. 2

¶ r *Eodem die, translatio sancti Mauri martyris.* q *Floriaco monasterio, susceptio reliquiarum sancti Martialis episcopi. In villa Vvintershoue* p *translatio Landoaldi confessoris,* q *& sociorum, quæ facta est à sancto Floriberto, episcopo Leodiensi. Lætiis,* p *aduentus reliquiarum sanctarum ab vrbe Constantinopolitana.*

ANNOTATIONES.

1 De Eligio. Sigibertus de viris illustribus cap. 58. Audoënus, qui & Dado, Rothomagensis episcopus, scripsit ad Robertum Parisiorum episcopum vitam Eligij Nouiomensis episcopi, duobus libris explicans miracula, quæ vel in vita vel post mortem eius gesta sunt per eum: tertio libro rhetoricè & commaticè totam vitam eius recapitulans. Fuit contemporaneus Eligio Flandrorum apostolo. Eiusdem vita abbreuiata ex libris sancti Audoëni habetur in Breuiario Nouiomensis ecclesiæ.

2 De Agerico Gr. Turonensis lib. 9. historię cap. 10. 12. 13. & districha Fortunati MS.

2.Dec. G

Quarto Nonas Decembris, luna

F

23.5.15.26.8/18.29.11.21.3/14.24.6.16.27/9.20.1.12.

De Bibiana gesta. Pigmenij cum suis. 1

NAtalis sanctorum Veri & Securi fratrum: qui apud Africam martyrio coronati sunt. Romæ, passio sanctæ Bibianæ martyris. quæ iubente Iuliano imperatore sacrilego tam diu plumbatis cæsa est, donec spiritum redderet. r *Item Romæ, sancti Pontiani martyris.* q *Foro Cornelij, beati Petri Chrysologi Rauennatis episcopi, moribus, doctrina & miraculis clari.*

¶ *Niuellæ,* p *consecratio sanctæ Gertrudis virginis.*

In India, Cantana ciuitate Chinensium, obitus Francisci Xauierij. qui euangelizantium in India antesignanus, multis virtutibus, populorum conuersione, ac variis miraculis in vita & post mortem clarissimus, incorruptum spiritum Domino reddidit. Scriptum est in epistolis Indicis. In Viridi valle, obitus domini Ioannis de Ruysbroeck, primi Prioris, doctrina & sanctitate clari. Cuius vita habetur.†

Epist. 10. 11. 12/& vitæ Ignatij lib. 4.

† cum operibus eius excusa.

ANNOTATIO.

1 Petri Chrysologi sermones extant. quibus aliquid de vita eius præmittitur.

G

3.Dec. A

Tertio nonas Decembris, luna

24.6.16.27.9/19.1.12.22.4/15.25.7.17.28/10.21.2.13.

ROmæ, natalis sanctorum martyrum, Claudij tribuni, & vxoris eius Hilariæ, ac filiorum, Iasonis & Mauri, cum septuaginta militibus. ex quibus Claudium iussit Numerianus imperator cum ingenti saxo alligatum, in medio mari præcipitem dari: milites verò, & filios ipsius Claudij, capitali sententia puniri. b *Erat autem in loco vbi decollati sunt, cuniculus antiquus. hunc emundantes nocte Christiani, simul in vnum omnia corpora sepelierunt via Salaria. Corpora autem Iasonis & Mauri, collegit sancta Hilaria, relicta martyris. Vbi dum assiduis orationibus vacaret, migrauit ad Dominum.* Tingi metropoli, passio sancti Cassiani. qui exceptoris diu gerens officium, tandem cælitus inspiratus, execrabile duxit Christianorum neci deseruire. * vnde renuncians eidem officio, sub Christiana confessione triumphum meruit obtinere martyrij. *Mediolani, Mirocletis archiepiscopi, & confessoris. In Anglia,* 1 *sancti Birini, episcopi Dorcestriensis. In territorio Eistensi, Solæ presbyteri, & abbatis.* g *Die tertia, sancti prophetæ Sophoniæ.* q *Vualchiodori, natalis sancti Eloquij, presbyteri & confessoris. Ciuitate Argentina, sanctæ Attalæ virginis.*

H

* cruentus.

1 *de Solt apud Vuicelium.*

¶ p *In monasterio Blandinien si, Gandaui castri, aduentus corporum sanctorum, Gudvvali & Bertulphi.*†

† *de quo vita Bertulfi cap. 30.*

In Frisia, Radfridi & Vvaldefridi, à Normannis iuxta Groningam martyrizatorum.

ANNOTATIO.

1 De Birino Beda lib. 3. hist. Anglorum cap. 7/ Honorius papa in legenda Sanctorum Angliæ/ & teste Catalogo Britanniæ, Guilelmus Rameseye Ordinis S. Benedicti. qui claruit anno 1178.

4 Dec. B

Pridie Nonas Decembris, luna

I

25.7.17.28.10/20.2.13.23.5/16.26.8.18.29/11.22.3.14.

†*Eus. l. 7. hist eccl. cap. vlt.*

APud Pontum, beati Miletij, episcopi & confessoris.† qui cum esset eruditionum prærogatiua magnificus, virtus tamen animi, & vitæ synceritas, longè in eo magnificentior extitit.

†1 *Nicomedia.*

In† Tuscia, passio sanctæ[1] Barbaræ virginis, sub Maximiano imperatore. Hæc post diram carceris macerationem, & neruorum cæsionē, & lampadarum adustionem, mammillarúmque præcisionem, atque aliorum tormentorum cruciationem, ad extremum gladio data, martyrium consummauit. Item Alexandriæ, sancti[2] Clementis presbyteri. qui in diuinarum eruditionum scholis quàm maximè effloruit. r *Eodem die, sanctorum, symphronij & Olympij*† b *martyrum Romæ, temporibus Valeriani & Gallieni.* q *Item, sancti Bernardi, episcopi Parmensis. In pago Bituricensi, sancti Sigiranni abbatis.*†

† *de his actus Stephani papæ, 2. Aug.*

† *cui filius successit S. Siuiardus, to. 2. Surij.*

In Anglia, sancti Osmundi episcopi & confessoris, vita & miraculorum gloria illustris. Coloniæ, depositio sancti[3] *Annonis, eiusdem vrbis episcopi.* g *Die quarta, sancti patris*[4] *Ioannis Damasceni.*

K

¶ q *Apud Floriacum monasterium, translatio sancti Benedicti abbatis.*

ANNOTATIONES.

1 De Barbara, hac die Metaphrastes / Latinorum veterum Martyrologia 17. cal. Ianuarij. Vnde Vsuardi verba huc retuli.

2 De Clemente Alexandrino Eusebius lib. 5. hist. cap. 11/ lib. 6. cap. 9. & 11/ Hier. de viris illustr. cap. 48. Gelasius autem eius opera inter apocrypha recenset.

3 De Annone scribit contemporaneus eius Lambertus Schafnaburgensis in Chronico Hirsfeldensi, anno 1075. Latè autem vita eius scripta est, iussu Reginhardi, Procuratoris cœnobij Sibergensis.

4 Ioannis Damasceni vitam scribit Ioannes patriarcha Hierosolymitanus, in frontispicio operum Damasceni, & alii.

Nonis

A

Nonis Decembris, luna

5.Dec. C

26.8.18.29.11/21.3.14.24.6/17.27.9.19.1/12.23.4.15.

IN Africa, apud Coloniam Thebestinam; natalis sanctæ Crispinæ martyris. quæ temporibus Dioclitiani & Maximiani, cum sacrificare noluisset; iussu Anulini proconsulis decollata est. 1

Eodem die *Pedonæ* in Italia sancti Dalmatij martyris. Item ciuitate Thagora; sanctorum, Iulij 2 & Potamiæ. r *Item ciuitate Mutalasij, prouinciæ Cappadociæ, sancti Sabbæ abbatis & confessoris.* 3

ANNOTATIONES.

1 In Crispinæ solennitate exposuit Augustinus Psalmum 137/ Meminit eiusdem de verbis Domini sermone 53.

2 Dalmatio hymnum scripsit Vida, & Præfationem de eo habet Mediolanensis ecclesia.

3 Sabbæ gesta scripsit tempore quintæ Synodi Cyrillus quidam Lauræ monachus; vt patet in fine vitæ Euthymij abbatis: Extat hac die apud Metaphrastem.

B

Octauo Idus Decembris, luna

6.Dec. D

27.9.19.1.12/22.4.15.25.7/18.28.10.20.2/13.24.5.16.

NAtalis beati NICOLAI, episcopi Myreorum Lyciæ. de quo inter pluta miraculorum insignia, illud memorabile fertur, quòd imperatorem Constantinum, ab interitu quorundam longè constitutos, ad misericordiam per visum monitis deflexit, & minis. In Africa, sanctorum, Dionysiæ, Datiuæ, Leontiæ, & religiosi viri; nomine Tertij, & Æmiliani, & Bonifacij, cum aliis tribus. qui omnes pro confessione catholicæ fidei, grauissimis & innumeris suppliciis excruciati, confessorum Christi numero sociari meruerunt. p *Marcianis, natale sanctæ Gertrudis.* 1

De his Victor Africanus lib. 3.

ANNOTATIO.

1 NICOLAI vitam scripsit Ioannes diaconus sancti Ianuarij, ex Methodio, apud Aloysium. Item Metaphrastes interprete Leonardo Iustiniano, & Suidas. De eo sic legitur in Chrysostomi Liturgia, interprete Leone Tusco. Quinta autem feria in laudem sancti Nicolai, Regulam fidei, mansuetudinis imaginem, continentiæ magistrum, te tuo gregi monstrauit rerum veritas. Ideo adeptus es humilitate sublimia, paupertate opulenta. Pater Nicolae, fungere legatione apud Christum Deum, vt animæ nostræ salutem consequamur. Translatio eius notatur 9. die Maij.

C

Septimo Idus Decembris, luna

7.Dec. E

28.10.20.2.13/23.5.16.26.8/19.29.11.21.3/14.25.6.17.1

MEdiolani, *ordinatio Ambrosij episcopi & confessoris. cuius sanctitate vniuersalis ecclesia decoratur.* Apud Alexandriam, natalis beati Agathonis, martyris sub Decio imperatore.* qui cum esset militaris, & prohiberet quosdam, volentes illudere mortuis cadaueribus martyrum, clamor repentè totius vulgi aduersus eum extollitur: oblatus autem iudici, cum in confessione persisteret, capite pro pietate damnatus est. In pago Meldicensi, sanctæ Pharæ virginis. Ciuitate Santonas, sancti Martini abbatis.† ad cuius tumulum creberrima diuinitus fiunt miracula. *Apud Baiocas, in monasterio Liberiaco, depositio beati Gerebaldi, præfatæ vrbis episcopi, & confessoris. Eodem die, sancti Giraldi episcopi Veliterni, & confessoris.*

* *S. Dio. Alex. 6. hist. eccl. c. 34/ Rufini 31.*

† *Gr. Turo. de glo. confess. cap. 57.*

D

ANNOTATIO.

1 De Ambrosio. Isidorus de viris illustribus cap. 4. Paulinus presbyter petente Augustino conscripsit Ambrosij vitam, signis florentem, & doctrinis, atque meritis Apostolorum non imparem. Sic & Honorius Augustodunensis post Paulinum Nolanum, interiectis aliquot Capitibus; subdit, Paulinus presbyter scripsit vitam Ambrosij, petente Augustino. Quidam † tamen defendunt hunc esse Nolanum episcopum. De eodem scribunt Rufinus lib. 11. hist. eccl./ Auctores historiæ tripartitæ/ Basilius epist. 55/ Metaphrastes 7. Decembris/ Ioannes Costerius in vita Ambrosij; quam ex scriptis eius potissimum collegit/ Vrbinas ante Milleloquium Ambrosij; & alij. De ordinatione neophyti Ambrosij scribunt Rufinus lib. 11. cap. 11/ Paulinus in vita Ambrosij/ ipse Ambrosius epist. 82. ad Vercellenses/ & ex his posteriores.

† *Aloysius in præfatione 2. tomi.*

E

Sexto Idus Decembris, luna

8.Dec. F

29.11.21.3.14/24.6.17.27.9/20.1.12.22.4/15.26.7.18.1

CONceptio sacratissimæ virginis Mariæ, *genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi.* Romæ, beati Eutychiani papæ. qui rexit ecclesiā anno vno, & sub Aureliano martyrio coronatus, sepultus est in cœmeterio Calisti. qui & ipse per diuersa loca trecentos quadraginta duos martyres manu sua sepeliuit. Ipso die, apud Alexandriam, sancti Macarij martyris.† qui tempore Decij à iudice cum multis verbis ad negandum suaderetur; & eo maiori constantia fidem suam profiteretur, viuus ad vltimum iubetur exuri. *Treueris, depositio sancti*[2] *Eucharij, episcopi & confessoris. & natalis sanctæ Anastasiæ. Eodem die, sancti Romarici confessoris. In territorio Dunensi, sancti Leonardi presbyteri.* r *Eodem die, apud Veronam, sancti Zenonis, episcopi & confessoris.* g *Die octaua sancti patris Patapij.*

1 *De Eutych. pontificale, cap. 28.*

† *S. Dion. 6. Hist. eccl. cap. 34/ Ruf. 31. De Zenone 12. April.*

De Patapio, Metaph.

ANNOTATIONES.

F

1 Institutionem festi de beatæ Mariæ immaculatæ virginis mira conceptione, habet Sixti quarti extrauagans communis, titulo de reliquiis & veneratione sanctorum. cap. Cum præexcelsa. Quam etiam Synodus Tridentina & Pius quintus obseruandam esse constituerunt.

2 De Euchario, Valerio, & Materno quædam collegit Golscherus, monachus sancti Matthiæ circa annum 1... quæ extant. Pandectæ indicant de iisdem episcopis cantum & homiliam Remigij.

9.Dec. G

Quinto Idus Decembris, luna

1.12.22.4.15/25.7.18.28.10/21.2.13.23.5/16.27.8.19.

NAtalis sanctæ Leocadiæ virginis, quæ à præfecto Hispaniarum apud Toletum, dira carceris custodia macerata, cum grauissimos beatæ Eulaliæ, & reliquorum martyrum audisset cruciatus, genibus in oratione positis, impollutum spiritum Christo reddidit. Ipso die, sancti Cypriani abbatis Petracorici, † magnificæ sanctitatis, & clarissimi in miraculis viri. r *In Africa, sanctorum, Petri, Successi, Bassiani. Eodem die, beati Syri, Papiensis episcopi.* q *Iotro monasterio, sanctæ Baldæ abbatissæ.*

† *Gr. Tur. de gl. conf. c. 100. De Syro, præfatio Ecl. Ambr.*

G

10.Dec. A

Quarto Idus Decembris, luna

2.13.23.5.16/26.8.19.29.11/22.3.14.24.6/17.28.9.20.

APud ciuitatem * Hispolitanam, sanctorum martyrum, Carpophori presbyteri, & Abundij diaconi, qui persecutione Dioclitiani primò fustibus crudelissimè cæsi, deinde in carcerem negato cibo & potu retrusi, rursum equuleo torti, & post hæc diu in carcere macerati, nouissimè sunt gladio percussi. In Hispania, ciuitate Emerita, passio sanctæ Eulaliæ virginis, quæ cum esset annorum tredecim, pro confessione Christi, iussu Daciani præsidis, plurima tormenta perpessa est. Nouissimè in equuleo suspensa, & exungulata, faculis ardentibus ex vtroque latere appositis, hausto igne spiritum reddidit. Eodem die, apud præfatam vrbem, sanctæ Iuliæ martyris, quæ fuit conuirginalis beatæ Eulaliæ, & comes indiuidua ad passionem properanti. r *Romæ, sancti Melchiadis papæ (& martyris.)* b *Viennæ, sancti Syndulphi, episcopi & confessoris.* q *Lemouicas, sanctæ Valeriæ, virginis & martyris. Apud Leontinos in Sicilia, sanctorum militum viginti martyrum, quorum vnus Mercurius dicebatur, sub Tertyllo præside, Licinio imperante, qui à sanctis Alphio, Philadelphio, & Cyrino conuersi fuerant.* g *Die decima, sanctorum martyrum, Menæ, Hermogenis, & Eugraphi.* †

* *Spoleta.*

1

2

3

H

† *de quibus Metaph.*

ANNOTATIONES.

1 Eulaliæ Emeritensi scripsit Prudentius hymnum 3. περὶ στεφάνων.

2 De Melchiade, vel Miltiade, Pontificale cap. 33/ & gesta in causa Cæciliani.

3 De Valeria Martialis epist. 2. ad Tolosanos, capite 8.

11.Dec.B

Tertio Idus Decembris, luna

3.14.24.6.17/27.9.20.1.12/23.4.15.25.7/18.29.10.21.

1

ROmæ, natalis beati Damasi papæ. b *qui rexit ecclesiam annos decem & octo, menses tres, dies undecim. Hic constituit vt Psalmi die noctúque canerentur per omnes ecclesias. Hic multa corpora sanctorũ requisiuit & inuenit: quorum memoriam etiam versibus declarauit.* Et passio sancti Thrasonis martyris, † qui cum esset Christianus b *potens & locuples, de facultatibus suis sanctis martyribus, in carceribus & metallis damnatis, victum ministrabat per sisinnium & Cyriacum. Non multo post & ipse* iubente Maximino tentus est, ac cum aliis duobus, Pontiano & Prætextato, martyrio coronatus. Ciuitate Ambianis, sanctorum martyrum, Victorici & Fusciani. In horum naribus & auribus iussit iudex immitti† tarincas, & clauis ardentibus capita transfigi, deinde oculos euelli, ac postremò per eorum corpora iaculari. sicq; vnà cum sancto Gentiano hospite suo, capitibus amputatis, migrauerunt ad Dominum. In Hispaniis, sancti Eutychij, cuius gesta habentur. g *Die vndecima, sancti patris Danielis stylitæ.*

† *Gesta papæ Marcelli. 10. 1. Surij in initio*

† *id est, fudes ferreas.*

De Daniel. Metaph.

I

ANNOTATIO.

1 De Damaso, Ambrosius epist. 30/ Pontificale cap. 39/ Ecclesiasticæ historię auctores, Rufinus lib. 11. cap. 10/ Theodoritus lib. 2. cap. 22/ & lib. 5. cap. 9. 10. & 11/ Cassiodorus tripartitæ lib. 5. cap. 28/ lib. 8. cap. 10/ lib. 9. cap. 2. & 7/

K

12.Dec. C

Pridie Idus Decembris, luna

4.15.25.7.18/28.10.21.2.13/24.5.16.26.8/19.30.11.22.

APud Narbonam, natalis sancti Pauli episcopi & confessoris. quem beatus Paulus Apostolus ordinatum eidem vrbi destinauit antistitem: cúmque eodem Apostolo ad Hispanias prædicandi causa pergens, ibidem relictus est. Vbi prædicationis officio non segniter impleto, clarus miraculis, coronatus quieuit. In Alexandria, sanctorum martyrum, Epimachi & Alexandri. † qui cum essent multo tempore in vinculis, & diuersis suppliciis confecti, perduraſſent in fide, ignibus ad po-

† *S. Dio. Alex. 6. hist. eccl. c. 34/ Rufini, 31.*

A ad postremum consumi iubentur. Item Alexandriæ, sanctarum mulierum, Ammonariæ & Mercuriæ, * Dionysiæ, & iterum Ammonariæ: quę b *dum nimia constantia vterentur apud iudicem, & ille erubesceret vinci à fœminis,* inauditis tormentorum generibus toleratis ac superatis, finem omnium ferro cædente suscipiunt. a *Scribit beatus Dionysius in libro de martyribus.* † Item, sanctorum martyrum, Hermogenis, Donati & aliorum viginti duorum. In pago Vimacensi, sancti Vvalerici, presbyteri & confessoris.

* *al. cum aliis duabus.*

† *Ibidem.*

¶ p *In Galliis iuxta Tornacum, in monasterio Cisoniensi, translatio sancti Euerardi, ducis Foroiulienſis.*

ANNOTATIO.

1 De Vvalerico, Ragimbertus abbas in vita Vvalerici. Vitam ipsius, vel suas virtutes, quas per eum Dominus gessit, vel quotidie fiunt, à nobis enumerari vix queunt: sed illas tantummodo in hac paginula breuissimo & compendioso, planóque stylo descripsimus, quas à veridicis & bene comperris viris audiuimus, quos ipse edocuit vel nutriuit: & quosdam ex ipsis de diuersis languoribus sanitati restituit. Anonymus ad Theoduinum abbatem, MS. Hugo archiepiscopus noster, iusserat vt mediocritas mea vitam sancti Vvalerici, quam ante annos aliquot Ragimbertus abbas summo quidem studio, sed nimis prolixo & simplici sermone dictauerat, quasi apertius ac luculentius vobis conscriberem. Idem fecit Surius tomo 2. cap. 447.

B

Idibus Decembris, luna

13.Dec.D

5.16.26.8.19/29.11.22.3.14/25.6.17.27.9/20.1.12.23.

APud Syracusas, Siciliæ ciuitatem, natalis sanctæ Luciæ, virginis & martyris, sub persecutione Dioclitiani. quam cum leones, iubente Paschasio consulari, corrumpere vellent, nullatenus eam mouere potuerunt, nec funibus additis, nec boum paribus plurimis. Picem, resinam, feruens oleum, nil læsa suscepit: sed tandem gladio in viscera merso percussa est, r *nec tamen mortua donec venientibus sacerdotibus communionem Dominici corporis & sanguinis acceptt.* Ipso die, sancti Autberti, Cameracensis episcopi, p *signis virtutum & doctrinis clari. In cuius diebus ecclesia sibi credita fœliciter floruit.* q *In pago pontino, sancti Iudoci confessoris, filij regis Britonum, peregrini. In territorio Argentinensi,* C *sanctæ Othiliæ virginis.* g *Die decimatertia, sanctorum martyrum, Eustratij, Auxentij, Eugenij, Mardarij, & Orestis.*

1

2

De his Simeon Metaph.

Niceæ, sancti Bassi, qui duobus clauis transfixus, interiit sub Decio. Feria quarta post natalem Luciæ, ieiunium triduanum hyemale, siue decimi mensis. de quo octo habentur homiliæ Leonis papæ primi.

ANNOTATIONES.

1 Luciæ celeberrimi actus passim extant MS. Item Sigibertus de viris illustribus cap. vltimo, Scripsi (ait) passionem sanctæ Luciæ, quę Metis in ecclesia sancti Vincentij requiescit, alchaico metro. Quibusdam etiam reprehendentibus illam sanctæ Luciæ prophetiam, Annuncio vobis pacem, ecclesiæ Dei datam, Dioclitiano ejecto de regno suo, & Maximiano hodie mortuo: respondi, diligenter considerata temporum ratione, & rerum veritate. Scripsi nihilominus sermonem in laudem ipsius virginis, in quo translationes ipsius à Sicilia in Corsinum ciuitatem Italiæ, & à Corsino in Metim vrbem Galliæ, ordinata temporum consequentia digessi. Habentur Gemblaci.

2 Iudoci vita extat MS. auctore Florentio abbate.

D

Decimonono Calendas Ianuarij, luna

14.Dec. E

6.17.27.9.20/1.12.23.4.15/26.7.18.28.10/21.2.13.24.

APud Cyprum, natalis sancti Spiridonis episcopi. qui fuit vnus ex illis confessoribus, † quos Maximianus dextris oculis effossis, & sinistro poplite succiso, per metalla damnauerat: quiq; cum propheticam duceret vitam, etiam signorum gloria inclytus fuit. Alexandriæ, sanctorum martyrum, Heronis, Arsenij, Isidori, & Dioscori pueri. † quos iudex, sub persecutione Deciana variis tormentis dilanians, cum pari modo constantia fidei videret armatos, tradi ignibus iubet. Dioscorus verò multipliciter flagellatus, diuino nutu ad consolationem fidelium est dimissus.

In Antiochia, sanctorum martyrum, Drusi, Sozimi, Theodori. Item Remis, passio sancti Nicasij episcopi. *qui Missarum solennitatibus peractis, à Vvandalis intra ecclesiam Remensem pro fide Christi est decollatus. Et sanctæ Eutropiæ virginis, sororis eiusdem.* p *Monasterio Sithiu, transitus beati Folquini, Morinorum episcopi. cuius vitæ & sanctitatis meritum commendat abyssus vehemens aquarum, vna nocte flante austro congelata, ad eius corporis transitum.* b *Item beati Lupicini, Viennensis ecclesiæ octaui episcopi.*

1

† *De quibus 8. hist. eccl. c. 17. 18. 19. & 20. integræ versionis.*

† *S. Dio. Alex. 6. hist. eccl. c. 34/ Rufini 31.*

2

E

¶ Ascaloni, sanctorum martyrum, Aris, Promi, & Eliæ. quorum primus ob fidei confessionem in rogum iectus fuit, reliquis duobus capita sunt amputata. Leodij ad sanctum Ægidium, obitus beatæ Odiliæ viduæ reclusæ.

8. *hist. eccl. c. 20. nouæ versionis.*

3

ANNOTATIONES.

1 De Spiridone scribunt Rufinus lib. 10. hist. eccl. cap. 5. (In quem locum est 11. obseruatio Laurentij à Villa Vicentio de ratione studij theologici lib. 4. cap. 1.) Simeon in Decembri / & Cassiodorus lib. 1. tripartitæ cap. 10. Suidas in voce Triphyllius, ait, episcopus, discipulus Spiridonis Cyprij, miraculis clari, eius sancti patris miracula descripsit, vt scriptum est in vita eius, versibus Iambicis.

2 Folquini Morinensis episcopi vitam scripsit ad Sithienses, Folquinus abbas Lobiensis, circa annum 990.

3 Odiliæ reclusæ vita est MS. libris tribus.

15.Dec.F

Decimooctauo Calendas Ianuarij, luna F

7.18.28.10.21/2.13.24.5.16/27.8.19.29.11/22.3.14.25.

†*Victor Africanus lib.1.* *al.*ministeria. *Camisia pro linea veste militari. de qua Hier. ad Fabiolam de vestibus sacerd.* †*al.* nudo.

APud Africam, beati Valeriani episcopi & confessoris. † qui cum esset annorum plus quàm octuaginta b *tempore Vvandalicæ persecutionis, cum ex præcepto Genserici regis Ariani ad tradendum diuina* * *mysteria, & libros, arctarentur cuncti Domini sacerdotes, ita vt iidem impij Ariani de ipsis pallis altaris camisias sibi & femoralia facerent, virilitèr ne sacramenta diuina traderet, dimicans*, extra ciuitatem singularis expelli iussus est: & ita præceptum vt nullus eum neque in domo, neque in agro, dimitteret habitare. Sicq; in strata publica, multo tempore † nudus sub aëre iacens, in confessione catholicæ veritatis, & defensione sanctimonij, cursum beatæ vitæ compleuit. In territorio Aurelianensi, sancti Maximini confessoris. g *Die decimaquinta, sancti patris Pauli, qui fuit in occulto.*

16.Dec.G

Decimoseptimo Calendas Ianuarij, luna

8.19.29.11.22/3.14.25.6.17/28.9.20.1.12/23.4.15.26. G

†*Dan.3/Isid. de patribus rest.c.58.* †*al.* Noua.

TRium puerorum, Ananiæ, Azariæ, & Misaëlis. † quorum corpora apud Babyloniam sub quodam specu sunt posita. Rauennæ sanctorum, Valentini, † Naualis & Agricolæ. b *Viennæ beati Adonis episcopi.* p *In Galliis, apud Tornacum, monasterio Cisoniensi, depositio Evvardi, ducis Forojulienses.* q *Item, depositio sanctæ Adelheidis imperatricis. In Hybernia, natalis Beani, primi episcopi Aberdonenses, & confessoris.*

I

¶ *Ambianis, receptio faciei beati Ioannis Baptistæ. In Hispaniis, ex constitutione decimi Concilij Toletani, festum annunciationis beatæ Mariæ.*

cap.1.

ANNOTATIO.

1 De Adelheide. Lupoldus Bebenburgensis in libro de veterum principum Germanorum fide & religione, cap.13. Si quis Adelheidis in diuino cultu vigilantiam, ac aliarum virtutum eius merita, necnon quot ecclesias construxerit vel reparauerit, scire voluerit, de his ex ipsius vita quam venerabilis Odilo abbas Cluniacensis plenè descripsit, quæ in quibusdam Germaniæ ac Burgundiæ ecclesiis reperitur, plenius poterit informari. Est MS. Marcensis. H

17.Dec. A

Decimosexto Calendas Ianuarij, luna

9.20.1.12.23/4.15.26.7.18/29.10.21.2.13/24.5.16.27.

†*De qua Euagr. l.1. cap.16.* Ioan.11.

TRanslatio † sancti Ignatij, episcopi & martyris. qui r *tertius post beatum Petrum Antiochenam rexit ecclesiam. Hic Romæ dentibus bestiarum passus*, ab vrbe Roma Antiochiam delatus, iacet extra portam Daphniticam, in cœmeterio ecclesiæ. Eodem die beati Lazari. quem Dominus Iesus in Euangelio legitur resuscitasse à mortuis. In Oriente, apud Eleutheropolim ciuitatem, sanctorum martyrum quinquaginta, qui sub Saracenis passi sunt. *Andanij*, p *apud septem ecclesias, transitus beatæ Begghæ viduæ*, q *sororis sanctæ Gertrudis*: p *Ipso die Bigardis, beatæ Vvivinæ virginis. quæ quanti apud Dominum sit meriti, surdi, contracti dæmoniaci, pristinam sospitatem adepti, fideliter protestantur.*

18. Dec. B

Decimoquinto Calendas Ianuarij, luna I

10.21.2.13.24/5.16.27.8.19/30.11.22.3.14/25.6.17.28.

†*Ser.*Ro.16. *epist. vnica* 1 *De Gat. Gr. Tur.*10.*hist. c.*31.

APud Macedoniam, ciuitate Philippis, natalis beatorum martyrum, Rufi † & Sozimi. Hi ex eorum numero discipulorum fuerunt, per quos primitiua ecclesia in Iudæis & Græcis fundata est. De quorum etiam felici agone scribit beatus Polycarpus, in epistola ad Philippenses. In Africa, passio sancti Moysetis. Turonis, sancti Gatiani, episcopi & confessoris. qui ab vrbe Roma eidem ciuitati primùm directus, multis clarus miraculis quieuit in pace.

ANNOTATIO.

1 De Moysete, hoc fortè, sanctus Cornelius papa, apud Eusebium lib.6. capite 35. interprete Christophorsono/ & Pamelius in Cypriani epistolam 16.

19.Dec. C

Decimoquarto Calendas Ianuarij, luna K

11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/1.12.23.4.15/26.7.18.29.

†*S. Dionys. Alex.6. hist. eccl c.* 34/ *Rufin.* 31.

APud Ægyptum, beati Nemesij martyris. † qui b *primò per calumniam quasi latro iudici delatus est Æmiliano: quo crimine absoluto, postea quòd Christianus esset defertur. In hoc verò nulla miseratio reseruatur: sed* ab Æmiliano iudice geminatis suppliciis excruciatus, cum latronibus iussus est incendi, Saluatoris præferens similitudinem, qui vnà cum latronibus pertulit crucem. Ciuitate Niceæ, sancti Darij martyris. Item Antisiodoro, sancti Gregorij episcopi, & *confessoris.*

¶ p *Eodem die repositum est corpus sancti Huberti, in crypta.*

Decimo

A Decimotertio Calendas Ianuarij, luna 20.Dec.D

12.23.4.15.26/7.18.29.10.21/2.13.24.5.16/27.8.19.30.

* *S. Dion. 6. hist.eccl.c.*34 *Rufini* 31.

APud Alexandriam, beatissimorum martyrum, Ammonis, Zenonis, Ptolomæi, Ingenui, & Theophili. * qui tribunalibus astantes, cum quidam Christianus in suppliciis positus trepidaret, & iam penè ad negandum declinaret, vultu, oculis ac nutibus, conabantur illum erigere. Cúmque hac de causa clamor totius vulgi in eos prosiliret, prorumpentes in medium, Christianos se esse testantur: per quorum victoriam Christus ilico victoriosissimè triumphauit, susíque animi constantiam dedit. In Thracia, ciuitate Gelduba, sancti Iulij martyris. In Amphitrea, sancti Liberati. r *Item eodem die, vigilia sancti Thomæ Apostoli.* q *In Hispaniis, Silensi monasterio, sancti Dominici abbatis. qui vitæ sanctitate, ac miraculorum frequentia clarus, migrauit anno milleſimo septuagesimoquarto.*

¶ Item beati Philogonij. qui ex patrono causarum factus fuit episcopus. cuius memoriam insigni homilia celebrauit Ioannes Constantinopolitanus, cognomento Chrysostomus, quinto die ante natalem Christi. *in fine to.3.*

B Duodecimo Calendas Ianuarij, luna 21.Dec.E

13.24.5.16.27/8.19.30.11.22/3.14.25.6.17/28.9.20.1.

NAtalis beati Thomæ Apostoli. qui Parthis & Medis Euangelium prædicans, passus est in India, ac non multo post translatus est ad Ediſſam vrbem. Eodem die, in Tuscia, natalis sanctorum, Ioannis & Festi. *Eodem die, sancti Seuerini secundi, episcopi Treuirensis.* 1

ANNOTATIO.

1 De S. Thoma nonnulla habemus Ioan.20.11.14.21/apud Eusebium lib.3.hist.eccl.cap.1/Rufinum lib.11. cap. 5./ Chrysostomum homilia 26.in epistolam ad Hebræos/auctorem operis imperfecti in Matthæum, hom.2/Sophronium de viris illustribus cap.8/ex synopsi Dorothei/Cassiodorum lib.10.tripartitæ cap.28/Metaphrastem 14. Nouembris / Gregorium Turonensem de gloria martyrum capite 31/& Martyrologos 3.Iulij. Item apud D. Lindanum Dubitantij dialogo primo, & alibi/Sixtum Senensem bibliothecæ sacræ lib.2/Ioannem Heze in itinerario/epistola 5.inter Indicas/ 9.& 10.inter Iapanicas. Neque mirandum est pauca tantùm de hoc Apostolo apud prædictos legi, & inter ea quædam non omnino certa: quia, vt annotat Melchior Canus, libro 11.de locis Theologicis, historia Thomæ Apostoli apocrypha est, & commentitia, non solùm Gelasio, distinctione 15.cap. Sancta Romana ecclesia: sed etiam Augustino lib. 22.contra Faustum, cap.79/& libro aduersus Adimantum cap. 17/ & libro 1.De sermone Domini in monte, capite 38. C *cap.*5.

21.Dec.F

Vndecimo Calendas Ianuarij, luna

14.25.6.17.28/9.20.1.12.23/4.15.26.7.18/29.10.21.2.

†*Hist.eccl. lib.6.c.*34/ *Rufini* 31. *Scribit ibidē S.Dio. Alex. episcopus.*

ROmæ via Lauicana inter duas lauros, natalis triginta martyrum. qui omnes vna die persecutione Dioclitiani coronati sunt. Alexandriæ, beati Schirionis martyris. † Is cum ad sacrificandum blanditiis atque iniuriis cogeretur, & contemneret, præacuta fude per media viscera transuerberatus, neci traditur. Ciuitate Ostia, sanctorum, Demetrij, Honorati, & Flori. b *Ipso die, aliorum quàm plurimorum martyrum, qui in desertis & montibus apud Ægyptum oberrantes, fame, siti, frigore, languore, latronibus, bestiísque consumpti sunt. Qui omnes imitati electos Dei prophetas, gloria martyrij coronati sunt. inter quos & venerandus senex Chæremon. Hic episcopus vrbis Ægypti, quæ dicitur Nilopolis, cum ad Arabicum montem, vna cum grandæua coniuge, discessisset, nulli vltra apparuit.* D

23.Dec.G

Decimo Calendas Ianuarij, luna

15.26.7.18.29/10.21.2.13.24/5.16.27.8.19/30.11.22.3.

* 1 g *millium.*

2 *4.dial.c.*14. & *homil.*15. *euang.* De 10. *martyribus Metaphrastes.* † Annonius *de gestis Frãc. l.2.c.*18.19.

APud Nicomediam, sanctorum martyrum viginti. * quos Dioclitiana persecutio gratissimis cruciatos tormentis, martyres Christi fecit, & beatos sanctorum numero in cælis coniunxit. Romæ, natalis sanctæ Victoriæ virginis, sub persecutione Decij imperatoris. quæ cum esset desponsata à quodam pagano, & nec nubere vellet, nec sacrificare, post multa facta miracula, inter quæ plurimas Domino virgines aggregauerat, percussa est gladio in corde à carnifice, rogatu sui sponsi. Item Romæ, sancti Seruuli. de quo beatus Gregorius scribit, quod à primæua ætate vsque ad finem vitæ paralyticus iacebat: ad cuius tumbam miracula crebrimè fiunt. g *Die vigesimatertia, sanctorum decem martyrum in Creta.* E

¶ p *Eodem die translatio beati Lamberti, ab ecclesia sanctæ Mariæ in cryptam, & eiusdem cryptæ dedicatio in honore omnium sanctorum.* q *Parisiis, dedicatio* † *basilicæ in honore sanctæ Crucis, & sancti Vincentij martyris, & depositio domini Childeberti regis. Eodem die,* 3 *Dagoberti regis Francorum.*

Ciuitate Brixinensi, depositio beati Hermanni confessoris, eiusdem ciuitatis episcopi, præclari in miraculis.

ANNOTATIONES.

1 De martyribus Nicomediæ sub Dioclitiano scribit Eusebius lib.8.hist.eccl.cap.5.& 6.

2 Victoriæ passio breuiter est ab Adone annotata. De eadem est metrum vltimum sancti Aldhelmi episcopi, lib.2.De virginibus.

3 De Dagoberto. Annonius vel Aimonius de gestis Francorum lib.4. cap. 17. Dagoberti actus, licet à nonnullis separatim digesti habeantur, ne eos facta eius lateant, apud quos præfata non inuenitur scriptura, ea nos libuit perstringere./ vsque ad caput 35. F

24.Dec.A

Nono Calendas Ianuarij, luna

16.27.8.19.30/11.22.3.14.25/6.17.28.9.20/1.12.23.4.

In vigiliam sunt Bernardi sermones 6. greg. passio habetur Legendæ to.2. VIgilia natalis Domini. Apud Antiochiam Syriæ, natalis sanctarum virginum quadraginta. quæ sub Deciana persecutione per diuersa tormenta martyrium consummauerunt. Apud Spoletum, ciuitatem Tusciæ, sancti Gregorij presbyteri & martyris, temporibus Dioclitiani & Maximiani imperatorum. qui primò fustibus nodosis cæsus, ac deinde post craticulam & carcerem, carduis ferreis in genibus percussus, sed & ardentibus lampadibus per latera incensus, tandem decollatus est. Ciuitate Tripoli, sancti Luciani. *Treueris, Horreo monasterio, depositio sanctæ Irminæ virginis, filiæ Dagoberti regis. quem locum præfatus rex de horreo suo construxerat, multisque reditibus dotauerat.* G

ANNOTATIO.

1 Irminæ caput quiescit in Spanheim. qua occasione loci eius abbas Ioannes Trithemius, vitam virginis conscripsit.

25.Dec. B

Octauo Calendas Ianuarij, luna

17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/7.18.29.10.21/2.13.24.5.1

1

ANno à creatione mundi, quando in principio Deus creauit cælum & terram, quinto millesimo centesimo nonagesimonono: qui annorum numerus complebatur in proximo sequente mense Martij, eiusdem mensis die vigesimo: in illa enim creatus est mundus. A diluuio verò anno secundo millesimo nongentesimo quinquagesimoseptimo: qui numerus complebatur decimoseptimo die sequentis Aprilis. A natiuitate Abrahæ anno secundo millesimo quintodecimo: A Moyse & egressu populi Israël de Ægypto, anno millesimo quingentesimodecimo: Ab vnctione Dauid in regem, anno millesimo trigesimosecundo: A prima autem Olympiade anno octingentesimo: Ab H *vrbe Roma condita anno septingentesimo quinquagesimosecundo: Hebdomada sexagesimatertia, iuxta Danielis propheciam, scilicet anno quadringentesimo quadragesimo, vel circa: sexta mundi ætate, Iani portis clausis, toto orbe in pace composito,* † *æternus Deus, æternique Patris filius, mundum volens suo aduentu piissimo consecrare, de Spiritu sancto conceptus, nouémque post conceptionem decursis mensibus.*

Daniel. 9. † *Orosius l.6. cap.20.22/ lib.7.cap.2. & 3.*

Hic dicitur alta voce.

IEsus Christus Filius Dei in Bethlehem Iudæ nascitur, anno Cæsaris Augusti quadragesimosecundo, Olympiadis centesimæ nonagesimæquartæ. Eodem die, natalis sanctæ Anastasiæ, sub Dioclitiano imperatore, quæ pro confessione Domini diutina custodia macerata, deinde cum ducentis vitis, & septingentis fœminis, ad insulas Palmarias delata, ipsa quidem igni: cæteri verò variis interfectionibus, martyrium celebrarunt. Romæ, in cœmeterio Aproniani, passio beatæ Eugeniæ virginis. quæ tempore Gallieni imperatoris, post virtutum insignia, post sacros virginum choros, sub Nicetio vrbis præfecto, pro Christo diu agonizans, nouissimè gladio iugulata est. I

Luc.2. *Bernardus ser.1. & 6. vigiliæ.* 2

3 *Gerdana castro, sancti Romuli confessoris.*

ANNOTATIONES.

1 Octauo Calendas Ianuarij carnibus propter festi excellentiam vti licet, secundum consuetudinem ecclesiæ generalis: nec tamen hi reprehendendi sunt, qui ob deuotionem voluerint abstinere. Scribit Honorius tertius Pragensi episcopo, De obseruatione ieiuniorum, cap. Explicari. In quibusdam etiam ecclesiis vsque ad diem Purificationis permissum est sabbathis diebus vesci carnibus, ob gaudium Dominicæ natiuitatis. Ab hoc autem festo, nonnulli nominantur Natales & Christiani.

2 Anastasiæ celeberrima passio, quæ etiam Chrysogoni, & aliorum certamina continet, MS. habetur, cum præfatione Anastasij bibliothecarij. Ex ea Suidas in suum Lexicon transposuit epistolas Chrysogoni & Anastasiæ, in litera χ.

3 Eugeniæ gesta habentur cum vitis patrum, alphabeto 14/& apud Metaphrastem.

26.Dec.C

Septimo Calendas Ianuarij, luna

18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/8.19.30.11.22/3.14.25.6. K

† *Id est, villa Gamalielis. Act.6.7.8.* † *pontificale cap.16.* *De Euthym. Zonaras to. n.o 3.* APud Hierosolymam, b *Caphar Gamala,* † natalis beati Stephani protomartyris. qui à Iudæis non longè post passionem Christi lapidatus est, eodem scilicet anno Ascensionis ipsius. Huius venerabile corpus, tempore Honorij principis, diuina reuelatione repertum est. Romæ, via Appia, depositio sancti Dionysij papæ. † qui fidei documentis, sub Claudio imperatore clarus effulsit. Eodem die, sancti[2] Marini, clarissimi viri, qui martyrij triumphum sub Martiano Romæ adeptus est. *Eodem die,*[3] *Zosimi papæ, hïc post beatum Petrum quadragesimus tertius, constituit cereum benedici in sabbatho sancto.* g *Die vigesimasexta, sancti martyris Euthymij, episcopi Sardeorum.*

ANNO-

A

ANNOTATIONES

1 De Stephano, Actuum 6.7.8. Beati Luciani libellus de eius reuelatione, allegatur à Beda libro retractationum in Acta, ad cap.8/& ab Vsuardo, tertia die Augusti: vbi indicauimus eum Louanij excusum esse inter sermones Augustini. Ibidē adiuncti sunt duo libri Euodij, episcopi Vzalensis, de miraculis beatissimi Protomartyris. Item sancti Augustini de beato Stephano plurimi sermones, & quod de miraculis eius scribit libro 22. de ciuitate Dei cap.8. Extat etiam Gregorij Nysseni episcopi, vt Suidæ verbis dicam, nunquam satis laudata protomartyris Stephani prædicatio. Et homiliæ aliorum.

2 Marini gesta citat Vincentius speculi historialis lib.13.cap.38.39.& 40. Vsuardus habebat (sub imperatore Martiano) sed Vincentius cap.40. Nullum, ait, imperatorum, qui ecclesiam persecuti sunt, Martianum appellari reperi. Sed fortè ipse fuit Martianus præses, sub quo passus est sanctus.

3 De Zosimo Prosper in Chronicis an. 420/& Anastasius cap.43. Pontificalis. Onuphrius addit Basilij ad Innocentium papam MS. epistolam: Quomodo cereum Paschalem instituerit benedici, pulchrè explicat Thomas Vvaldensis, tomo 1.cap.166. Nam antea eius cerei vsum quoque fuisse, indicat Prudentij hymnus 5. Cathemerinon, & Nazianzeni sermo de sancto Pascha.

B

Sexto Calendas Ianuarij, luna

27.Dec.D

19.30.11.22.3/14.25.6.17.28/9.20.1.12.23/4.15.26.7.

1 APud Ephesum, natalis beati Ioannis Apostoli & Euangelistæ. qui ob exilij relegationem, post Apocalypsis diuinam reuelationem, post Euangelij descriptionem, vsque ad Traiani principis tempora perseuerans, totius Asiæ fundauit, rexitq; ecclesias; & confectus senio, sexagesimooctauo post passionem Domini anno, ætatis autem suæ nonagesimonono, mortuus est, ac iuxta eandem vrbem sepultus. Alexandriæ, sancti Maximi episcopi. qui satis clarus & insignis titulo confessionis affectus est. *In partibus Aquileiæ, sancti Zoëli, presbyteri & confessoris. qui in passione beati Chrysogoni* † *legitur.* g *Eodem die, sancti patris & confessoris, Theodori scriptoris, & fratris eius Theophanis poëtæ.* 2 † *imprimenda. De vtroq; Metaph.*

ANNOTATIONES.

C

1 De Ioanne Euangelista, sacra Scriptura, potissimum Matth.4/Ioan.21.13.19/Luc.8.22/Act.3.4.8/Gal.2/& ipsius sacra volumina/Item Eusebius lib.3. historiæ cap.17.& 18/apud Rufinum 23.24/ Hieronymus in cap. 6. ad Galatas, de viris illust. cap.19.& lib.1. contra Iouinianum/Isidorus de patribus noui Testamenti cap. 74/ Augustinus tractatu vltimo in Ioannem/Sermones P. Damiani/ Homilia Bedæ, & similia. Ioannes diaconus vitæ Gregorij lib.3.cap.58.59/Irenæus lib.3.cap.3. refert zelum eius contra hæreticum./ Chrysostomus ad Theodorum lapsum, insignem illam de latrone historiam, celebriter commemorat/Cassianus collatione 24.cap.21. addit de auicula, & quòd arcus non possit semper esse intensus. Aliqui addunt Prochorum, Melitonem, Abdiam, sed scriptores vitæ eius, apud ecclesiam ignotos.

2 De Maximo scribit Eusebius lib.7. historiæ cap.10. item in noua versione cap.22.& 24/apud Rufinum cap.25.

28.Dec.E

Quinto Calendas Ianuarij, luna

20.1.12.23.4/15.26.7.18.29/10.21.2.13.24/5.16.27.8.

D BEthlehem Iudæ, natalis sanctorum Innocentium, qui ab Herode rege interfecti sunt b *trigesimoquinto anno regni sui: qui anno trigesimosexto morbo intercutis aquæ & scatentibus toto corpore vermibus miserabiliter & digne mortuus est.* Ancyra Galatiæ, sanctorum Eutychij presbyteri, & Domitiani diaconi. r *In Africa, natale sanctorum, Castoris, Victoris, & Rogatiani.* Matt. 2. c. *Eus. 1. hist. eccl. c.8.*

Quarto Calendas Ianuarij, luna

29.Dec. F

21.2.13.24.5/16.27.8.19.30/11.22.3.14.25/6.17.28.9.

HIerosolymis, Dauid regis. r *In Anglia, ciuitate Cantuaria, sancti Thomæ archiepiscopi & martyris. qui ob defensionem iustitiæ, in basilica sua gladio percussus, migrauit ad Christum.* Apud Arelatem, natale sancti Trophimi. cuius meminit Paulus scribens ad Timotheum. qui ab eodem episcopus ordinatus, præfatæ vrbi primus, ob Christi Euangelium prædicandum, directus est. Ex cuius fonte, vt papa Zosimus scribit, tota Gallia fidei riuulos accepit. In pago Oxinensi, sancti Ebrulphi confessoris. *cuius gesta habentur.* p *Item natalis beati Hildeuuardi Tullensis episcopi.* 1 2 Act. 20.21. 2.Tim. 4. 3 *De Marcello Metaph.*

E ¶ Eodem die, sancti patris Marcelli, archimandritæ monasterij Non dormientium.

ANNOTATIONES.

1 Dauidis acta habentur à 1.Regum 13. vsque ad 3.Regum 2.

2 Thomæ Cantuariensis vitam & martyrium conscripserunt contemporanei eius & familiares, Herbertus de Hoscham, eius individuus comes, postmodum Cardinalis; & archiepiscopus Beneuentanus / Ioannes Salisberiensis, episcopus Carnoti / Guilelmus Cantuariensis / Alanus abbas Tenkesbyriæ / & Benedictus abbas sancti Petri de Burgo/E quibus omnibus extat concatenata eius vita, cum processu super ecclesiastica libertate, Parisiis impressa, anno 1495.

3 De Trophimo, Zosimi verba non extant in eius decretalibus, sed citantur quoque à Beda die 28. Nou. & Petro Cluniacensi cap.8. contra Henricianos.

30.Dec.G Tertio Calendas Ianuarij, luna F

22.3.14.25.6/17.28.9.20.1/12.23.4.15.26/7.18.29.10.

De his latius Beda, & itidem verbis Ado.

APud Spoletum, natalis beati Sabini episcopi, Exuperantij & Marcelli, diaconorum, & Venustiani, cum vxore sua, & filiis, sub Maximiano imperatore. Ex quibus Marcellus & Exuperantius, primò equuleo suspensi, deinde fustibus grauiter macerati, post vngulis abrasi, & laterum adustione assati, martyrium compleuerunt. Venustianus autem non multo pòst, vnà cum vxore & filiis, necatus est: sanctus verò Sabinus, post manuum detruncationem, & diutinam carceris releuationem, ad mortem vsque cæsus est. Horum itaque martyrium, licet diuerso extiterit tempore, vno tamen recolitur die. Alexandriæ, sancti Mansueti martyris, cum aliis decem. *Mediolani, Eugenij archiepiscopi.* g *Die trigesima, sanctæ martyris Anysiæ. & Zotici presbyteri, orphanorum altoris.*

De Anysia Metaph.

¶ r *Romæ, sancti Felicis episcopi.* q *Compostellæ in Gallecia, aduentus corporis sancti Iacobi Apostoli, qui, quod viua voce non potuit, cadauere trunco, Christianam pietatem mentibus Hispanorum ingessit. Ipso die,* p *aduentus corporis sancti Vvinnoci in Bergas, anno ab incarnatione Domini nongentesimo, indictione tertia.* G

31.Dec.A Pridie Calendas Ianuarij, luna

23.4.15.26.7/18.29.10.21.2/13.24.5.16.27/8.19.30.11.

1 ROmæ, natalis sancti Siluestri papæ, cuius actus clari habentur. Apud Senones, beatorum, Sabiniani episcopi, & Potentiani, qui à Pontifice Romano ad prædicandum directi, eandem Metropolim martyrij sui confessione illustrem fecerunt. Et in eadem vrbe, sanctæ virginis Columbæ.† quæ superato igne, gladio cæsa est. Retiariæ, sancti Hermetis exorcistæ. *Eodem die, sancti* 2 *Barbatiani confessoris.*

† Passio Columbæ, Legendæ to.2.

3 ¶ g *Die trigesimaprima, sanctæ Melanæ Romanæ.* r *Et aliorum plurimorum sanctorum, martyrum, confessorum, atque virginum.*

Respondetur, Deo gratias. H

ANNOTATIONES.

1 De Siluestro Pontificale cap.34/& Metaphrastes. Actus extant MS. libris duobus. De quibus sic scribit Gelasius distinctione 15. Item actus beati Siluestri Apostolicæ sedis præsulis, licet eius qui scripsit nomen ignoremus, à multis tamen in vrbe Romana Catholicis, legi cognouimus: & pro antiquo vsu, multæ hoc imitantur ecclesiæ. Ab hoc baptizatum esse Constantinum, tractat, inter cæteros, Reginaldus Polus, cum actis Concilij Tridentini Louanij excusus. Donationem contra Laurentium Vallensem duobus libris defendit Augustinus Steuchus Eugubinus. Dies autem Siluestri apud maiores festus fuit, vt constat ex Concilio Lugdunensi, de consecratione dist. 3. & ex Gregorio 9. tit. de feriis. Cui festo causam dedisse puto splendorem illum, & nouam ecclesiæ faciem, ipsiúsq; Constantini donationem, verè munificam.

2 Barbatiani vitam scribit Petrus Damiani sermone historico, tomo 8. Aloysij.

3 Melanæ Romanę historia per Simeonem Metaphrasten, est to.1. Surij. pag.741. & supra apud Palad.

Index festorum mobilium.

	Anno Domini	*Litera Dominica*	*Septuages. initium.*	*Feria quarta Cinerum.*	*Pascha Domini.*	*Festum Pentecostes.*
B	1571	g	11 Febr.	28 Febr.	15 Apr.	3 Iun.
	1572	f e	3	20	6	25 Maij.
	1573	d	18 Ian.	4	22 Mar.	10
	1574	c	7 Febr.	24	11 Apr.	30
	1575	b	30 Ian.	16	3	22
	1576	a	19	7 Mart.	22	10 Iun.
	1577	f g	3 Febr.	20 Febr.	7	26 Maij.
	1578	e	26 Ian.	12	30 Mart.	18
	1579	d	15 Febr.	4 Mart.	19 Apr.	7 Iun.
	1580	c b	31 Ian.	17 Febr.	3	22 Maij
	1581	a	22	8	26 Mart.	14
C	1582	g	11 Febr.	28	15 Apr.	3 Iun.
	1583	f	27 Ian.	13	31 Mart.	19 Maij.
	1584	e d	16 Febr.	4 Mart.	19 Apr.	7 Iun.
	1585	c	7	24 Febr.	11	30 Maij.
	1586	b	30 Ian.	16	3	22
	1587	a	12 Febr.	1 Mart.	16	4 Iun.
	1588	g f	4	25 Febr.	7	26 Maij.
	1589	e	26 Ian.	12	30 Mart.	18
	1590	d	15 Febr.	4 Mart.	19 Apr.	7 Iun.
	1591	c	31 Ian.	17 Febr.	4	25 Maij.
D	1592	b a	23	9	26 Mart.	14
	1593	g	11 Febr.	28	15 Apr.	3 Iun.
	1594	f	27 Ian.	13	31 Mart.	19 Maij.
	1595	e	16 Febr.	5 Mart.	20 Apr.	8 Iun.
	1596	d c	8	25 Feb.	11	30 Maij.
	1597	b	23 Ian.	9	27 Mart.	15
	1598	a	12 Febr.	1 Mart.	16 Apr.	4 Iun.
	1599	g	4	21 Febr.	8	27 Maij.
	1600	f e	20 Ian.	6	23 Mart.	11

ADDITIO DE FESTIS ALIQVOT MOBILIBVS QVÆ SVIS LOCIS A NONNVLLIS LEGVNTVR.

De his festis Ordo Romanus, pag. 24. & sequentibus.

DOminica est Septuagesima, in qua deponitur Alleluia, quia recolit sancta mater Ecclesia tempus deuiationis. Vnde & nunc legitur Genesis, in qua ponitur deuiatio priorum parentum.

Dominica est Sexagesima.

Dominica est Quinquagesima.

† Leo de 40. sermone 1.

Feria quarta, dies cinerum, & initium sacratissimorum dierum †Quadragesimæ. per quorum obseruantiam omnes præteritæ desidiæ castigantur: omnes negligentiæ diluuntur. Initium quoque, secundum moderationem Concilij Tridentini, clausi temporis, usque in Octauas Paschatis inclusiue.*

* Sess. 24. cap. 10. de reform. matrim.

Dominica sexta Quadragesimæ, festum Palmarum, quando Dominus noster Iesus Christus sedens super pullum asinæ venit Hierosolymam: cui turba cum ramis palmarum venit obuiam.

† Triduo sequenti non legitur Martyrologium ad primam.

† Feria quinta, cœna Domini, quando Dominus noster Iesus Christus lauit pedes discipulorum, & extersit: & tradidit eis Corporis & Sanguinis sui mysteria.

Feria sexta, passio & crucifixio Domini nostri Iesu Christi, Hierosolymis, in loco Caluariæ.

Sabbatho, vigilia Paschæ, & sabbathum sanctum, quo Christus quieuit in sepulchro.

Dominica die, solennitas solennitatum, & apud vrbem sanctã Hierosolymam RESVRRECTIO *Domini nostri Iesu Christi, Saluatoris mundi, qui Pascha nostrũ immolatus est Christus. Qui secundum Prophetarum voces, triumphata morte, ac spoliato inferno, tertia die, hoc est, Dominica die Paschæ, monumento clauso surrexit. Cuius sanctum sepulchrum, vt Esaias Propheta prædixit, gloriosum esse cunctis gentibus demonstratur.*

Esaiæ 11.

Sabbathum in albis.

Dominica in albis.

Feria sexta post octauas Paschæ, festum lanceæ Christi & clauorum, institutum anno salutis supra millesimum, trecentesimo quinquagesimotertio, ab Innocentio sexto, petente Carolo imperatore, huius nominis quarto.

Feriis tribus ante solennitatem Ascensionis Dominicæ, litania minor, quam beatus Mamertus instituit, siue dies Rogationum, in quibus nonnullis locis ieiunatur, aliis verò à carnibus & ientaculo abstinetur: omnibus autem Litaniæ & Rogationes in compunctione cordis, & contritione spiritus celebrantur pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conseruatione frugum, pro rabie luporum, non tantùm visibilium, sed & inuisibilium, & pro cæteris necessitatibus.

Rogationes.

Ascensio. 1

Feria quinta, festum ASCENSIONIS *Domini nostri Iesu Christi, quando de monte Oliueti corporaliter supra omnes cælos ascendit.*

Pentecostes.

Sabbatho, vigilia Pentecostes.

Dominica die festum PENTECOSTES, *quando spiritus sanctus super discipulos Christi descendit.*

Quarta sabbathi, intra solennitatem Pentecostes, ieiunium triduanum æstiuale, quod & Pentecostes dicitur, de quo sunt sermones quatuor beatissimi Leonis.

2

De feriis, 2. decretal. tit. 9.

Dominica die, Octaua Pentecostes, & festum sanctæ TRINITATIS. *quando incipit tempus peregrinationis, quod terminatur in Aduentu.*

3

Syn. Trid. sess. 13. c. 5.

Feria quinta, festum SACRAMENTI, *id est, Corporis Domini nostri Iesu Christi. quod Vrbanus quartus instituit, & magnis indulgentiis dotauit.*

* Quo die hoc præcelsum Sacramentum in processionibus reuerenter & honorificè per vias & publica loca circumferatur, vt veritatis aduersarij in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati & fracti tabescant, vel pudore affecti & confusi, aliquando resipiscant.

Dominica quarta ante Natalem Domini, initium Aduentus Domini nostri Iesu Christi: & solennium nuptiarum prohibitio, vsque in diem Epiphaniæ.

ANNOTATIONES.

1 De Ascensione Domini, Act. 1/Mar. 16/locum describit Beda ex Adamanno lib. 5. historiæ cap. 18. vbi testatur locum eum seruare impressionem vestigiorum Christi. Quod etiam Seuerus habet lib. 2. sacræ historiæ, & Paulinus Nolanus epist. 11. ad eundem Seuerum.

2 De sancta Trinitate Franciscus Titelmannus scripsit expositionem Officij, quod Romana Ecclesia cantat, authore Ioanne Pechano archiepiscopo Cantuariæ. Quæ excusa est cum eiusdem expositione in Canonem Missæ. Tritthemius autem notat Stephanum, episcopum Leodiensem, composuisse cantum de sancta Trinitate, ex Alcuino, quo in octauis Pentecostes vtimur.

3 De venerabili Sacramento Corporis Christi sunt opuscula sancti Thomæ, 57. 58. 59. De indulgentiis autem in hoc festo collatis per Vrbanum quartum, Martinum quintum, & alios Romanos Pontifices, (teste Sixto quarto, Cap. Cum præexcelsa) vide Concilium Viennense, in Clementinis lib. 3. tit. 16. & Eugenium quartum, tomo 4. Conciliorum.

APPEN-

APPENDIX AD VSVARDI MARTYROLOGIVM.

COMPLECTENS ALIQVOT SANCTOS ordine literarum, qui in eius auctо Martyrologio absunt: cum annotatione auctorum qui de eis meminerunt.

A

B

ABrilij, Alexionis, & Alaphionis, festi dies quotannis ab indigenis celebrantur. qui monastico cum viuendi genus excolendo, Christianam religionem in Palæstina multum amplificarunt. Sozomenus lib. 3. cap. 23.

Abundius, mansionarius ecclesiæ sancti Petri, auctoritate beatissimi Apostoli paralyticam curauit, vir magnæ humilitatis, & grauitatis. Greg. lib. 3. dial. c. 25.

Acacius, Amydæ episcopus, conflauit multa vasa aurea & argentea. quæ ecclesia eius ex oblatione Christianorum habebat: quibus redemit exercitum captiuorum Persarum, ad septem millia, qui à Romanis militibus capti, fame consumebantur. Libro 11. tripartitæ cap. 16. ex Socrate lib. 7. capite 21.

Acacij Bercææ episcopi domus semper patebat, vt à peregrinis & ciuibus, quibuscunque placeret, & cibi, & somni capiendi tempore conspiceretur. Sozom. lib. 7. cap. 27.

Abel primus iustus occiditur. Genesis 4. Inuocatur in litaniis Romanæ ecclesiæ, pro commendatione animæ.

Adæ saluti qui contradicunt, mentiuntur omnes. Irenæus lib. 3. cap. 39. Sapientia illum qui primus formatus est à Deo, pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo. Sap. 10.

Adamannus abbas, plurimam partem Scotorum in Hybernia, & nonnullam etiam de Britonibus, ad catholicam

C Paschalis temporis obseruantiam sua prædicatione correxit. Scripsit idem librum de locis sanctis. Beda lib. 5. hist. cap. 16. & 22.

Ædesius apud Cæsaream Palæstinæ post vitæ rationem quam pallio vestitus more philosophi sanctissimè traduxerat, post latam à præside sententiam, qua ad metalla erat damnatus, iudicem coarguens, ad extremum in mare proiicitur. Eusebius lib. 8. hist. eccl. cap. 15. notæ & integræ versionis.

Æmiliana & Tarsilla, amitæ Gregorij papæ, vno ardore conuersæ, sub districtione regulæ viuentes, in domo propria socialem vitam ducebant, & in amorem conditoris succrescentes, quotidie ad æterna transibant. Gregorius homilia 38. Euang.

Agilegi martyris benedictionem à vobis transmissam, percepimus. Greg. Dominico Carthag. lib. 10. registri epist. 1.

Aiax à paganis sæpè immaniter vexatus est. Fertur ter modò cũ vxore sua congressus, tres sustulisse proles: deinde solitariam duxisse vitam, & postmodum præclarè Botolianam gubernasse ecclesiam. Sozom. lib. 7. cap. 27.

Alexander religiosus, tumulum habet Aruetnis, de quo frequens infirmorum necessitas eraso puluere consequitur sospitatem. Gr. Turonensis in gloriam confessorum cap. 36.

Amabilis, vici Ricomagensis presbyter, virtutibus magnis præcellens, sæpe serpentibus dicitur imperasse. Ibidem cap. 33.

D Amantius, presbyter Tudertinæ ecclesiæ, Apostolorum more manum super ægros imponens, salutem restituit: signo crucis serpentes extinxit: & mente captum, quem Medici phreneticum appellant, curauit. Greg. lib. 3. dial. cap. 35.

Anastasius magi filius, & paternis sacrilegiis institutus, contritus est malleo prædicationis, & transfusus in membra corporis Christi. Ad iudicem tractus, carceres horrificos pertulit: famis, frigoris, sitis, omniúmque necessitatum inopiam tolerauit: verbera contempsit; tandémque in flumine necatus, eodem elemento vitam carnis amisit, quo vitæ æternæ sacramenta perceperat. Petrus Damiani sermone de ipso.

Anastasius, vir sanctissimus, notarius fuit Romanæ ecclesiæ. Sed soli Deo vacare desiderans, scrinium deseruit, & Suppentoniam monasterium elegit, cui solerti custodia præfuit. Greg. lib. 1. dial. cap. 8. & 7.

Anastasius Antiochenus episcopus, commendatur ab Euagrio lib. 4. cap. 39/lib. 5. cap. 5.

Andream monachum, qui Calybites vocabatur, virum sanctum, Constantinus Copronymus, quòd ab eo reprehensus & impius dictus fuerat: Iulianum item & Valentem, flagris occidit. Zonaras to. 3. Ibidem de eiusdem sæuitia in monachos & proceres.

Apollo Alexandrinus, vir eloquens, potens in Scripturis, hic erat edoctus viam Domini, & feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quę sunt Iesu. Actuum 18.

E Asella virgo, vnius cellulæ clausa angustiis, latitudine paradisi fruebatur. Ieiunium pro ludo habuit, inediam pro refectione. Hieronymus to. 1. ad Marcellam de laudibus Asellæ.

Auxentius vir grauis & pius, sanctúsque senex, bestiis traditur discerpendus, ab Vrbano Palæstinæ præfecto. Tres ad singulare pugillatus certamen sententia designat. Alios ad æris metalla in Phæno Palæstinæ condemnat, ab inter eos, qui iam ad robustam & virilem ætatem peruenerant, primùm exectis testiculis eunuchos facit, &c. Eusebius lib. 2. hist. eccl. cap. 17. integræ versionis.

B

BArlaam & Ioasaphat apud Indiam claruerunt. quorum historia extat per Ioannem Damascenum.

Barsanuphius monachus apud Gazam, in carne carni vitam aduersariam degit, adeo vt multa mirabilia ederet miracula. Euagrius lib. 4. cap. 32.

Bededictus iuuenis, ætate grandæuus à Gothis in clibanum succensum inclusus, altera die illæsus inuentus est. Gregorius lib. 3. dial. cap. 18.

Beniamin diaconus Persicus, postulante Legato Romano, post bienniũ è carcere dimittitur. Sed impossibile iudicabat lumen aliis non participare, eósque qui talentum abscondunt, maxima pœna dignos esse. Vnde nullatenus prædicare cessabat. Secundò igitur captus, martyrium pertulit, infixione calamorum in vngues viginti digitorum, & in femur, vnde humana origo descendit. Cassiodorus lib. 10. tripart. cap. 33. F

Bennonem Misnensem episcopum Adrianus sextus retulit in numerum Diuorum. Vnde Lutherus ira inuidiáque accensus, conuitiosissimum simul & impiissimum mox edidit libellum, cui Teutonicè hunc dedit titulum, Aduersus nouum idolum & antiquum diabolum, qui Misnæ exaltandus est. Cæterùm ad eius calumnias grauiter ac eruditè respondit Teutonicè Hieroymus Emser, qui & vitam beati Bennonis elegantissimè descripserat libro Latino † antequam Lutheri nomen fuisset orbi cognitum. Ioan. Cochlæus in commentario de actis & scriptis Lutheri, anno 24. Scripsit Tritthemius, abbas Spanheimensis, pro eius canonizatione ad Iulium papam, epistolam 64. ad petitionem ducis Georgij. In qua inter alia ait, Vita Bennonis sanctissima, plena virtutibus, à vetustioribus, suísque contemporaneis luculenter habetur descripta: & multa quotidie in ecclesia Misnensi ad eius tumulum fiunt miracula.

† qui excusus est anno 1512.

Berechtvvaldus Abbas, Theodoro in episcopatu Dorouernensi successit, scientia scripturarum imbutus, & ecclesiasticis simul ac monasterialibus disciplinis summè imbutus. Beda lib. 5. historiæ cap. 9.

Bertrandus Abbas grandis siluæ. Collectæ & antiphonæ habentur ibidem. Index Cisterciensium.

Bonifacius, Ferentis episcopatus officium tenuit & moribus impleuit. Cuius etiam pueruli, multa miracula, Gaudentius presbyter Gregorio papæ narrauit. Lib. 1. dialogorum cap. 9. G

Bonifacius, Romualdi discipulus, obtenta licentia Russiam siue Sclauoniam miro feruore, & martyrij desiderio Christi Euangelium annunciaturus adiit: cúmque plurimos cõuertisset, capite truncatus, martyris gloriam adeptus est. Petrus Damiani in vita Romualdi tom. 3. Surij pag. 715.

C

Caluppa reclausus, ab infantia sua semper religiosus fuit, & apud monasterium Melitense termini Aruerni conuersus, in magna se humilitate fratribus præbuit: sicut in libro vitæ eius scripsimus. Greg. Turon. lib. 5. hist. c. 9. *cap. 11. de vitis Patrum.*

Carolomannus, princeps Austrasiorũ, in Casino monachus effectus est. Regino an. 745. Pontificale in Zacharia.

Casio Narniensis vrbis episcopo mos erat quotidianas Deo hostias offerre, ita vt penè nullus dies vitę eius abscederet, quo non omnipotenti Deo hostiam placationis immolaret. Cui cum sacrificio valde etiam vita concordabat. Nam cuncta quæ habebat, in eleemosynis tribuens, cum ad horam offerendi sacrificij venisset, velut totus in lachrymis defluens, semetipsum cum magna cordis contritione mactabat. Greg. homilia 37. euangeliorum. Meminit etiam Casij in dialogis lib. 3. cap. 6. & lib. 4. cap. 56.

Christiana cognomento mirabilis, sanctæ memoriæ virgo, in Hasbania claruit in oppido sancti Trudonis. / Cuius vitam scripsit Thomas de Cantiprato, Subprior Louanij ad prædicatores circa annum 1254. H

De Colmanno episcopo Beda in historia gentis suæ, lib. 3. cap. 26. / lib. 4. cap. 4.

Constantium episcopum Aquinatem, prophetiæ spiritum habuisse multi testantur. Greg. 3. dial. cap. 8.

Constantius in vrbe Anchonitana mansionarius, toto annisu ad sola cœlestia flagrabat. Quadam verò die dum in ecclesia Dei oleum deesset, elementi naturam mutans, aquam loco olei ardere fecit. Greg. lib. 1. dial. cap. 5.

Cyrillus episcopus Gortynius martyr fuit, de quo Zonaras in Michaële Balbo.

D

DOctorem œcumenicum cum duodecim suis collegis martyres fecit Leo Isaurus iconomachus, doctos illos ac venerabiles viros noctu comburi iubens cum libris & domo quam inhabitabãt. His ob eruditionem publicus victus præbebatur, & ab antiquis temporibus domus regia ad inhabitãdum attributa erat libris instructissima. Quos eruditionis & cognitionis auidi accedebant. Imperatores quoque ad rerum gerendarum consilia eos adhibebant. Multos præterea detestandæ suæ voluntati aduersantes, punit, ac martyres facit. Zonaras to. 3.

Dominius vir, cum ob infinitas fidei confessiones, tum ob egregiam in liberè de religione loquendo alacritatem, apud Palæstinos omnes cum primis illustris, incendij supplicio addicitur. Euseb. lib. 8. hist. cap. 17. plenæ versionis per Christophorsonum.

Domnolus assumpto episcopatu Cenomannorum, talem se tantúmque præbuit, vt in summæ sanctitatis culmen euectus debili vsum gressuum, cæco restitueret visum. Greg. Turon. hist. lib. 5. cap. 9. I

Donatus episcopus Epiri immanem draconem occidit signo crucis edito, & in eum expuendo: fontem quoque precibus suis excitat. Sozom. lib. 7. cap. 25. / tripartitæ lib. 9. cap. 46.

Donati sanctum ac venerabile corpus habeant Isauriæ sacerdotes recondẽdi licentiam in vnam ecclesiarum Cassiopi castri relaturi post pacem Deo redditam. Greg. lib. 12. epist. 2. & 8.

Dormientes septẽ Turonis nepotes fuerunt beati Martini, ex duobus fratribus: Clemens, Primus, Cletus, Theodorus, Gaudens, Quiriacus, & Innocentius. quorum vitam & conuersationem celebrem descripsit Greg. archipiscopus Turonensis. Impressus est Parisiis anno 1511. in 4. cum Seuero.

E

EAdbertus episcopus Lindisfarnensis, fuit diuinarum scripturarum scientia, simul & præceptorum cælestium obseruantia, ac maximè eleemosynarum operatione insignis. Cuius corpus in sepulchro benedicti patris Cudberti positum est. In quo loco signa sanitatum aliquoties facta amborum meritis testimonium fecerunt. Beda lib. 4. historiæ, cap. 29. & 30. Item in vita Cudberti cap. 40. & 43. & sequent.

Eadgathæ vitam descripsit Gotzelinus Morinensis, qui claruit anno 1110. Catalogus script. Britanniæ. K

Eleusium episcopum Cyzici in carcerem conclusit Iulianus, vtpote qui parasset ædes ad viduas alendas, monasteria sacris virginibus extruxisset / & gentiles ad ritus patrios contemnendos induxisset. Sozom. lib. 5. cap. 14. / Compulsus consentit Valenti Imp. Ariano, sed mox pœnitens, alterum episcopùm creari iussit. Idem lib. 6. cap. 8.

Eleutherius Abbas in pomeriis Spoletanæ vrbis, vir miræ simplicitatis & compunctionis, à discipulis suis refertur plorando mortuum suscitasse, & Gregorio orando impetrauit vt ieiunare posset. Gregor. lib. 3. dial. cap. 33.

Ephraim Mylassenorum episcopus, diem festum habet in vico Leuce. Metaph. de Eusebia 25. Ianuarij.

Eulogius cum multis in exiliũ relegatus, Antinoei tota die, totáque nocte Deum deprecabatur. Protogenes verò ludimagister effectus, morbos adolescentium expulit, prius tamen sacrum baptisma eis conferens, & ad Eulogium ducens, qui renatis signum Dominicum imponeret. Cassiodorus lib. 7. tripartitæ cap. 33. 34. ex Theodorito.

Eupsychius sponsus per martyrium è vita migrat sub Iuliano. Sozom. lib. 5. cap. 10.

Eusebius Emesæ episcopus miraculis claret. Insimulatur Sabellianismi, & quòd eam partem Astronomiæ profiteatur, quæ rerum euentus prædicit. Sozom. lib. 3. cap. 5. De eius vita librum edidit Georgius Laodiceæ episcopus. Socrates lib. 2. cap. 6.

Eusebius

A Eusebius, Nestabus, & Zenon, fratres, crudelissimè martyrizantur à Iuliano. Sozom. lib. 5. cap. 8.

Esychius in territorio Biturigum eremita multarum virtutum, aurum & diuitias huius mundi velut stercora exhorrebat. De quo Greg. Turonicus in gloriam confessorum cap. 82.

Eustochium, virginitatis & ecclesiæ pretiosum monile, ita semper adhæsit matri Paulæ, & eius obediuit imperiis vt nunquam absque ea cubaret, nunquam procederet, nunquam cibum caperet, ne vnum quidem nummum haberet potestatis suæ, sed & paternam & maternam substantiolam à matre distribui pauperibus lętaretur: & pietatem in parentem, hæreditatem maximam & diuitias crederet. Hieronymus tomo 1. in epitaphio Paulæ.

Eutropia vidua fuit in Galliis, de qua Sidonius ad Pragmatiam lib. 6. epist. 2.

Eutropius Lector productus vt eos indicaret qui ignem templo iniecerant, ex tormentis moritur. Sozomenus lib. 8. cap. 24. Eandem ob causam multa fortiter perferunt, sancta Olympias, & presbyter Tigrius. Ibidem.

Eutychius in spirituali zelo, atque in feruore virtutis se exercuerat, multorúmque animas ad Deum perducere exhortando satagebat: Florentius verò eius collega, simplicitati atque orationi deditam vitam ducebat. Ambo verò miraculorum gloria illustres, in Domino quieuerunt. Gregorius 3. dial. cap. 15.

Fabiolæ matronæ laudes & epitaphium scribit Hieronymus ad Oceanum, inter cætera recensens eius publicam in basilica Laterani pœnitentiam. *Epist. 31.*

B Flauianũ patriarchã Dioscorus pugnis percutit. vnde post triduũ moritur. Zonaras tom. 3. in Theodosio iuniore.

Florida Diuione quiescit. quæ, vt ferũt incolæ, veste mutata, religiosa valdè fuit. Gr. Turo. in gloriã cõfessorũ, c. 43.

Frumentius ab Athanasio ordinatus episcopus in vlteriori India, Apostolicis signis claret, & infinitum barbarorum numerum conuertit ad fidem. Rufinus lib. 10. cap. 9.

Fulgentius Vtriculensis episcopus, à Gothis intra circuli designationem inclusus, in maxima pluuia, pluuiam omnino non sensit. Greg. 3. dial. cap. 12.

G

GAlla Symmachi Consulis & patricij filia, marito defuncto, abiecto sæculari habitu, monasterio se tradidit, eligens magis spiritualibus nuptiis copulari Deo, in quibus à luctu incipitur, sed ad gaudia æterna peruenitur, quàm carnalibus nuptiis subiici, quæ à lætitia semper incipiunt, & ad finem cum luctu tendunt. Gr. lib. 4. dial. c. 13.

Georgia Aruernis religiosa puella, quotidie ieiuniis & orationibus insistebat. Greg. Turonensis de confessorum gloria cap. 34.

Gerardum Claræuallensem, germanum suum fratrem, sed religione germaniorem, mirificè funebri sermone laudat Bernardus.

Golauduch à Magis Persis grauiter excruciata, post magna edita miracula, martyrij coronam est consecuta. Cuius vita à Stephano Hierapolis episcopo literis mandata est. Euagrius lib. 6. historiæ cap. 19. C *26. super Cantica.*

Gregorio episcopo Antiochiæ optimè conueniebat Gregorij theologi dictum, Seueritas sic cum mansuetudine temperata fuit, vt neutra res læderetur ab altera, sed vtraq; alterius ope maximam consequeretur commendationem. Et ad quamcumque rem animum suum applicabat, in ea perficienda longè erat diligentissimus. Euagrius lib. 5. cap. 6. De eodem lib. 6. cap. 7. 11. & 12.

H

HEddi erat occidentalium Saxonũm antistes; vir bonus & iustus, ob cuius meritum sanctitatis, multa sanitatũ patrata esse miracula in loco quo defunctus est, referre solitus est reuerẽdissimus Pechtelmus antistes, frequẽtíq; ablatione pulueris sacri propter lãguẽtes, facta est ibidẽ fossa nõ minima. Beda lib. 5. hist. Anglorum cap. 19.

Heliopoli virgines sacræ inaudita crudelitate necantur. Sozom. lib. 5. cap. 10.

Higbald abbas erat in prouincia Lindissi, sanctissimus & continentissimus. Beda lib. 4. cap. 3.

Hildam religiosissimam Christi famulam & abbatissam, omnes qui nouerant, ob insigne pietatis & gratiæ, matrem vocare consueuerant. In cuius laudem multa scribit Beda quarto libro historiæ gentis suæ cap. 23.

Honoratus ab annis puerilibus ad amorem cælestis patriæ exarsit, ab otioso quoq; sermone se restringens. Constructo Fundis monasterio, ducentorum fermè pater monachorum extitit, & circumquaque exempla eximiæ conuersationis dedit. Greg. lib. 1. dial. cap. 1. D

Hormisdas valdè nobilis apud Persas, cum filium fabri negare nollet, diuitiis & dignitate nudatus, iubetur nudus trahere camelos exercitus. Cúmque plurimi transissent dies, fortitudinem nobilissimi confessoris contemplatus rex, nudum eum è suo expulit imperio. Lib. 10. tripartitæ cap. 31.

Hyginum episcopum senem in exilium duci comperi. Ambr. ad Valentinianum epist. 27.

I

IAcobus siue Diegus Compluti in conuentu Minorum portarius fuit sanctissimus, clarus miraculis. Ad cuius sacri corporis reliquias catholici Hispaniarum Regis Philippi secundi filius, desperatam à medicis sanitatem diuinitus recuperauit. Vide Medinam de recta in Deum fide lib. 2. cap. 8.

Ignatius patriarcha Michaële Rangabe patre suo regno pulso, à Leone castratur, & longo tempore asceticis sudoribus carnem domat. A Theodora imperatrice in sedem Constantinopolis euehitur, & Bardam Cæsarem, qui vxore dimissa cum sua nuru consueuisse dicebatur, sacram ædem ingredi vetat. At ille pontificem multis malis exagitatum, sepulchro tandem includit. Post, inde exactum in Mitylenen insulam relegat. Zonaras tomo 3.

S. Indracti vitam scripsit Guilhelmus Malmesburiensis, Benedictinus, qui obiit an. 1142. Ex catalogo Britanniæ.

E Ioannes Scotus martyr transtulit Dionysij hierarchiam ecclesiasticam. Inter Christi martyres pontificum auctoritate posteà numeratus. Hector Deidonatus in Scotorum historia.

Ioannes Brito presbyter, apud Cainonensis vici ecclesiam in summa religione vixit. Per cuius manus Dominus multa signa sanitatum dignatus est operari. Greg. Turon. in gloriam confessorum cap. 23.

Isaacius monachus Valenti dicit, Redde Imperator orthodoxis ecclesias, quas illis abstulisti, erísq; in bello victor, nec es reuersurus nisi reddideris. Ob quæ verba in custodiam truditur. Sozom. lib. 6. cap. 40.

Isaac monachus de Syria, veniẽs ad Spoletanã vrbẽ, cũ virtute abstinẽtiæ, cõtẽptu rerũ transeuntiũ, prophetiæ spiritu, orationis intẽtione, esset incõparabiliter præditus, vnũ erat quod in eo reprehẽsibile esse videbatur, quia nonnunquã tanta ei lætitia inerat, vt illis tot virtutibus nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur. Gr. 3. dial. cap. 14.

Iuliani cognomento Sabbæ, vitam in historia nostra, quæ Philotheus inscribitur, literis mandauimus. Theodoritus lib. 3. cap. 24. aliàs 19. Circiter Edessam exquisitissimum genus disciplinæ monasticæ exercuit. Quæ causa fuit cur Ephraim Syrus, opus de eius vita contexuerit. Sozom. lib. 3. cap. 13.

Iustinus & Similinus presbyteri, cum multis virtutibus polleant intra terminum Beorretanæ vrbis, sæpius ad se-

pulchrum eorum energumeni declamantes mundantur. Gr. Tur. de gloria confess. cap. 49. F

L

LAurentius à beato Petro Apostolorum principe Aquileiam missus, cum quibusdam piis fratribus in Noricum venit. vbi Laureacensis vrbis & ecclesiæ primus habetur Apostolus. Cuius honori primaria eius loci parochialis ecclesia dedicata est, quæ nostro sæculo extra Anasianum oppidum est. Bruschius de Laureaco.

Lazaro monacho pictori celeberrimo, Theophilus tyrannus ne manus iterum sacrarum imaginum picturæ admoueret, ignitas laminas ad manus admoueri iussit. Ferrur tamen post tyranni interitum, diuina adiuuante gratia, Saluatoris imaginem in chalce pinxisse. Ioan. Zonaras tomo 3.

Lea vidua viro defuncto conuersa est, & monasterij princeps & virginum mater effecta. De cuius exitu scripsit Hieronymus ad Marcellam.

Leonides pater Origenis pro martyrio Christi capite plectitur. Eusebius in historia, initio libri 6/ Hieron. in catalogo, item ad Pammachium & Oceanum.

Leontius Consularis Campaniæ in martyrio Cæsarij credidit; ipsumque martyrem sua chlamyde induit, deinde baptizatus, & accepto corpore & sanguine Domini de manu Iuliani presbyteri, tradidit spiritum. Beda, 1. Nouembris ex gestis Cæsarij.

Libyæ incolas Onorichus rex Vvandalorum, quos ad opinionem Arianam transferre non potuit, ignis incendio & aliis infinitis mortis generibus è medio sustulit. Quibusdam verò radicitus excidit linguas. Quos, cum Constantinopolim profugissent, se oculis aspexisse † docet Procopius, & perinde articulatim locutos, atque eos quibus nihil tale accidisset. De quibus in edicto Iustiniani *fit mentio. Duobus autem vt primùm cum mulieribus loqui voluerunt, vox adempta fuit, nec donum martyrij amplius cum illis permansit. Euagrius Epiphanensis lib. 4. hist. c. 14. G

† De bello Gothorum. * lib. 1. Cod. de officio præfecti prætorio Africæ. Idolatria caprini capitis.

Liminius martyr sepultus est Aruernis in basilica sancti Venerandi. Cuius agonis historia cum ab incolis teneatur, nullus tamen ei cultus venerationis impenditur. Gr. Turonensis de gloria Confessorum, cap. 36.

Longobardi maximam multitudinem è captiuis, gladiis interfecerunt, qui magis eligebant moriendo ad vitam immortalem tendere, quàm adorando caput capræ diabolo dedicatum, vitam mortalem tenere. Greg. 3. dial. c. 28.

Lucius Britannorum rex missus ad Eleutherum papam litteris Christianus efficitur. Susceptámq; fidem Britanni vsque in tempora Dioclitiani inuiolatam seruabant. Beda lib. 1. historiæ cap. 4.

Lupicinus Lipidiaci reclusus, magnæ fuit & regidæ sanctitatis. Qui triduo ante mortem obtinere meruit apud diuinam potentiam quod Dauid decantabat, Notum fac mihi Domine finem meum & numerum dierũ meorum, vt sciam quid desit mihi. Sepultus est in vico Transalienſi. Vterque autem locus sancti præsidiis communitur. Greg. Turonensis de vita patrum cap. 13. Psal. 38.

M

MAcedonius, Theodulus, & Tatianus simulachra confregerunt, & cum alij tanquam huius facinoris auctores comprehenderentur, se ipsos indicant, & in craticulis assi, sub Iuliano martyrio coronantur. So. lib. 5. cap. 10/ lib. 3. cap. 13. H

Malchi captiui monachi historiam scripsit Hieronymus in fine tomi primi. Quam contra Centuriones Magdeburgenses tuetur Alanus Copus, dialogo 2. à cap. 9. vsque ad 16.

Malchus ex Vintonienſi in Anglia monasterio, episcopus in Lesmor Hyberniæ, erat senex, plenus dierum & virtutum. Cui tanta desuper collata est gratia, vt non modò vita & doctrina, sed & signis clareret. Bernardus in vita Malachiæ cap. 3.

Marcellus fuit episcopus Dienſis vrbis, magnificæ sanctitatis, ad cuius tumulum ex oleo lychni præstatur medicina infirmis. Greg. Turon. de gloria confess. cap. 70.

Marcellæ viduæ epitaphium scribit beatus Hieronymus ad Principiam, epistola 16.

Marcellinus episcopus Anchonitanus flammam compescuit incendij quod totius vrbis interitum minari videbatur. Gregorius 1. dialog. cap. 6.

Malcolmus Scotiæ rex, ex Hungaria coniugem habuit beatam Margaretam, & sanctitate clarus in Domino quieuit anno 1097. Vitam eius scripsit Turgotus episcopus sancti Andreæ, eius familiarissimus. Hector Deidonatus lib. 12. historiæ Scotorum. I

Marcellinum Vicohauentinum episcopum celebrat Petrus Chrysologus serm. 175.

Martius Aruernę vrbis abbas, parcus erat in cibis, largus in eleemosynis, promptus in vigiliis, in orationibus valde deuotus. Cuius vitam scribit Gregorius Turonensis de vita patrum Galliæ cap. 14.

Martyrius monachus in prouincia Valeria, fide, non autem contactu, signum crucis impressit in panem prunis & cineribus coopertum, cui fratres obliti erant signum crucis imprimere, quo in ea prouincia crudi panes signari solent. Greg. lib. 1. dial. cap. 11.

Maruthas episcopus Mesopotamiæ, religionem Christianam valde propagat. Socrates lib. 7. cap. 8.

Maura & Britta sacratæ virgines, intra terminum Turonicum quiescunt. de quibus Greg. Turonicus in laudem confessorum cap. 18.

Mauricius gloriosus martyr Christi, & septuaginta milites eius discipuli, Apameæ passi sunt sub Maximiano. Metaphrastes, tomo 5. Aloysij.

Maximum verè suo nomini respondentem, virum doctissimum & sanctissimum, & ambos eius discipulos, Constans monothelita suę voluntati refragantes, crudelissimo supplicio effecit. Zonazas tomo 3.

Maximus Alexandriæ natus, Constantinopoli episcopus, pulsus insignem de fide aduersus Arianos scripsit librum. Hieronymus de viris illustribus cap. 137. K

Menæ solitarij in Samnio studium fuit nihil in hoc mundo habere, nihil quærere: omnes qui ad se charitatis causa veniebant, ad æternæ vitæ desideria accendere. Oblationem Carterij, qui sanctimonialem rapuerat, cognouit per spiritum, sprcuit, & abiecit. Greg. lib. 3. dial. cap. 26.

Merulus vehementer lachrymis, eleemosynis & psalmodiæ intentus, magna animi securitate atque hilaritate defunctus est. Eius etiam confrater Antonius, ne in morte timeret, reuelatione roboratus est. Greg. 4. dial. cap. 47.

Methodius patriarcha à Theophilo iconomacho, post multos cruciatus, & dentiũ euulsionẽ, in Panormũ relegatur, cũ duobus latronibus. Cũ autẽ septimũ annum ibi in sepulchro exegisset, inde erectus in regia conclusus est. Postmodũ mortuo Theophilo sedi restitutus, stupri calũniam, quæ ei imponitur, refutat. Zon. to. 3. pag. 121. 124.

Modesti & Cæsarij passiones composuit Albericus Cassinensis diaconus, eruditione & eloquentia clarus. Chronicum Cassinense, lib. 3. cap. 33.

Monachi sancti Antonij, Ægypti, Thebaidis, in Sceris, in Nitria, Palæstina, Syria, Edessa, Galatia &c. & eorum admiranda

A miranda institura, & viuendi ratio, describuntur à Sozomeno lib. 6. cap. 20. vsque ad 34/ lib. 3. cap. 13/ lib. 1. cap. 13. & 14/ Socrate lib. 4. cap. 18. 19/ Theodorito in Dei amantium historia.

Musa puella, propinquante hora exitus, beatam Dei genitricem cum puellis, quas antea per visionem viderat ad se venire conspexit. Greg. 4. dial. cap. 17. N

NArcyssus episcopus cum in Rhætia Augustæ Deo nouã familiam esset lucratus, ad Hispaniã profectus, Gerundæ per tres annos multum populum, Deo lucratur, & cum Felice Diacono palmã obtinet martyrij. Gesta Afræ.

Nicareta Chrysostomo addictissima, perenni virginitate, præstantiáq; vitæ celebris, amplissimis bonis iniustè spoliata, non stomachatur: & ex paucis quæ reliqua erant, aliis largiter suppeditat. Sozomenus lib. 8. cap. 23.

Nilammon monachus oblatum episcopatum omnino renuit, & inter orandum, hanc vitam reliquit. Cuius annua solennitas celebratur, & templum super sepulchrum eius constituitur. Sozomenus lib. 8. cap. 9.

Nonnosus monachus, inter alia miracula, lapidem precibus mouit/ lampadem reparauit, & oleum augmentauit. Greg. lib. 1. dial. cap. 7.

Numidicus nobiscum sedeat in clero, luce clarissima cõfessionis illustris, & virtutis ac fidei honore sublimis. Qui hortatu suo copiosum martyrũ numerũ, lapidibus & flammis necatum, ante se misit: quique vxorem adhærentem lateri suo, concrematam simul cum cæteris (vel conseruatam magis dixerim) lætus aspexit. Ipse semiustulatus, & B lapidibus obrutus, & pro mortuo derelictus, remansit in uitus. Cyprianus epist. 35/ siue lib. 4. epist. 10.

O

OCtauianus archidiaconus, & multa millia virorum & mulierum, Catholicam fidem asserentium interempta sunt atque debilitata sub rege Honorico. Greg. Turonensis lib. 2. historiæ cap. 3.

Olympias diaconissa monetur à Chrysostomo ne opulentis opes suas & patrimonium relinquat. Sozomenus lib. 8. cap. 9. rapta ad tribunal magna constantia iudici resistit, & multo auro multata abit Cyzicum, cap. 24.

Osannæ Mantuanæ vitam libris sex descripsit Franciscus Ferrarienſis, Magister generalis Ordinis Prædicatorum. Liber de illustribus Prædicatoribus.

Osithæ virginis vitam Albericus Veerus, Regularis, composuit libro 1. Catalogus Britannicus.

P

PAndoniæ virginis vitam, stylo triuiali conscripsit Richardus in Elteslei parochus, cuius reliquiæ ibidem conquiescunt. Catalogus Scriptorum Britanniæ.

Paschasia sancta quiescit apud castrum Diuionense. Gr. Turonensis in gloriam confessorum cap. 43.

Paschasius Apostolicæ sedis diaconus, cuius de Spiritu sancto libri extant; miræ sanctitatis fuit, eleemosynarum maximè operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor sui. Sed ad Pontificatus ordinem Laurentium elegit C contra Symmachum, & omnium pòst vnanimitate superatus, in sua tamen sententia vsque ad diem sui exitus perstitit. Vnde post mortem nonnullas purgatorias pœnas pertulit. Greg. 4. dial. cap. 40.

Patto secundus episcopus Vverdensis, & Tancho tertius, relati sunt in diuorum numerum à Pontif. Max. sub Harrucho octauo episcopo. Catalogus episcoporum Germaniæ per Brusschium.

Platonis patris spiritualis funebris oratio per Theodorum Studitem; est apud Metaphrastem tomo 7. fol. 275. Item Zonaram, to. 3.

Porphyrite, ciuitas in Thebaide, multos habuit confessores, de quibus Eusebius lib. 8. cap. 18. integræ versionis.

Praiecti Forocornelienſis episcopi consecrationem honorauit Petrus Chrysologus serm. 165.

Prætextatus episcopus Rothomagensis, inter psallendum super formulam quiescens, occiditur iubente Fredegunde in die Dominicę resurrectionis. Scribit de ipso Gregorius Tur. lib. 5. historiæ cap. 18/ lib. 7. cap. 16/ lib. 8. cap. 31.

Probus Reatinus episcopus appropinquante vitæ termino, vidit sanctos martyres Iuuenalem & Eleutherium. Gregorius 4. dialogorum cap. 12.

Proterium sanctissimum in ordine & choro sanctorum martyrum ponimus: & eius intercessionibus misericordem & propitium Deum nobis fieri postulamus. Qui in sacratissimi baptisterij loco peremptus est, membratímque concisus, & locis omnibus circumtractus, & post hæc igni contraditus, aliáque passus, quæ propter sceleris exD aggerationem terretur lingua proferre. Episcopi Europæ ad Leonem imperatorem in epistola pro Concilio Chalcedonensi tomo 2. Conciliorum. De eo præterea Euagrius lib. 2. cap. 8.

Pulcheria Imperatrix vouet Deo virginitatem, Theodosium fratrem & sorores pientissimè instituit: imperio sapientissimè præest: & scribit Græcè ac Latinè: hæreses non finit existere: multa egregia ædificat templa/ diuersoria pauperum, & monasteria, additis perpetuis sumptibus. Sozomenus lib. 9. cap. 1. 2. & 3.

Q

QVadraginta rustici à Longobardis capti, veritatis martyres fuerunt, qui ne vetitum comedendo, conditorem suum offenderent, elegerunt gladiis vitam finire. Greg. lib. 3. dial. cap. 27.

R

REdempto Ferentino episcopo martyr Eutychius in visione prædixit efferam Longobardorum vastationem. Gregorius 3. dial. cap. 38.

Rhœticius Augustodunensis episcopus, ad diem obitus per diuersos gratiarum spiritualium gradus plena perfectione & consummatione venit. Greg. Tur. in gloriam Confessorum cap. 75. Recensetur inter viros illustres à beato Hieronymo cap. 92.

E Romula, Redemptæ discipula, erat miræ patientiæ, summæ obedientiæ, custos oris sui ad silentium, studiosa valde ad continuæ orationis vsum. A duobus psallentium choris, ad cœlum est deducta. Greg. homilia Euangeliorum 40/ & lib. 4. dial. cap. 15.

Rolandus in Tareriaco (quiescit). Responsoria, & Collectæ habẽtur ibidẽ, & indulgentiæ. Indiculus Cistertiẽsium.

Rodulphus quartus Burgundiæ rex, cum paucis annis in summa continentia vixisset, intempestiua morte subtrahitur an. millesimo quadragesimonono, in Sanctorum numerum relatus. Lazius de genealogia Austriaca.

Rutilius sanctissimus martyr, quũ totiens fugisset persecutionẽ de loco in locũ, etiã periculũ, vt putabat, nummis redemisset, post totã securitatem quã sibi prospexerat, ex inopinato apprehensus, & præsidi oblatus, tormentis dissipatus, deinc ignibus datur, passionem quã vitarat, misericordiæ Dei retulit. Tertullianus de fuga in persecutione.

S

SAbinus Canusinus episcopus, spiritum prophetię habuit: venenum sibi porrectum facto signo crucis, bibit securus. Greg. 3. dial. cap. 5.

Sabinus Placentiæ miræ virtutis episcopus, Pado fluuio cum ecclesiæ agros inundatione occuparet, cõmonitorių

scripsit. Quò in aquã proiectò, hominũ inobedientiũ duritia confusa est per elementi irrationabilis obedientiã. lib. cap. 16

Sanctulus presbyter Nursiæ prouinciæ: aquã benedicendo in oleũ conuertit. In famis necessitate panem inuenit in clibano, quo per dies decẽ, fragmentis per esum crescentibus, refecit operarios ecclesiæ beati Laurentij à Longobardis incensæ. Gregorius lib. 3. dial. cap. 37. F

S. Secundini vitam scripsit Gauferius Salernitanus monachus Cassinensis, vir doctus & facundus. Chronicon Cassinense lib. 3. cap. 41.

Senatorij ordinis multos ob sacratũ imaginũ cultũ supplicio affecit Cõstãtinus Copronymus. Zonaras tomo 3.

Sergij abbatis monasterium, eius miraculis & sepulchro insigne, est prope Moscouiam, sub regula magni Basilij. Ioannes Fabri de religione Moscouitarum.

Saluanus quoniam monasticum vitæ genus exercere nitebatur, pallium philosophicum gestare noluit. Cum frigus tolerare non posset, episcoparum Philippopolis deseruit. Pòst Troadis episcopus, cũ clericos ex litigantiũ cõtrouersiis quæstũ facere videret, deinceps neminem ex clero iudicem esse permisit. Socrates lib. 7. historiæ, cap. 36.

Sanctus Siluanus discipulus sancti Bernardi, per Cælestinum papam est canonizatus. Index Cistertiensium.

Speciosi germani sui animã, longè à se positi, de corpore exire vidit Gregorius monachus. Similiter, Spei abbatis anima, qui simplici corde Deo seruierat, visa est à fratribus in specie columbæ cælũ penetrare. Greg. 4. dial. c. 8. & 10.

Susannæ matronæ, castitatis historia describitur Danielis cap. 13.

T G

TArsilla, amita Gregorij papæ, inter duas alias sorores suas, virtute continuæ orationis, grauitate vitæ, singularitate abstinentiæ, ad culmen sanctitatis excreuerat: Eius anima è corpore egrediens, Iesum ad se venientem vidit. Greg. lib. 4. dial. cap. 16/& homilia Euangeliorum 38.

Telemachio martyre à gladiatoribus occiso, ludum eorum remouit Honorius imp. Cassiodorus 10. tripartitæ cap. 2/Diaconus lib. 13. de gestis Romanorum.

Thecla, quæ nostra vixit ætate, bestiis traditur deuorãda. Euseb. lib. 8. hist. eccl. cap. 13. interprete Christophorsono.

Theodorum Adolescentem & Antiochiæ confessorem, Salustius præfectus à prima luce vsque ad horam decimam tanta crudelitate, & tot mutatis carnificibus torsit, vt nulla æras simile factum meminerit. Sed Angelo eum consolante, tunc mœstior factus est, quando deponi de equuleo iussus est. Ruf. lib. 10. Soz. lib. 5. c. 19. Soc. lib. 3. c. 16.

Theodorus ex Tarso Ciliciæ, sæculari & diuina litteratura Græcè & Latinè instructus, Angelis Episcopum petẽtibus, à Vitaliano apostolico papa ordinatur episcopus Cantuariensis, qui Angliæ ecclesias exemplo & doctrina replens plenus dierum quieuit in pace. Beda lib. 4. cap. 1. 2./lib. 5. cap. 8.

Theophanius comes Centerelensis vrbis, hospitalitati præcipuè studens, moriturus futura prædixit, & mortuum signa alia sunt comitata. Greg. 4. dial. cap. 27/ & homilia 36. Euang.

Theotimus episcopus Scytharũ, vir in philosophia enutritus, in coma nutrienda perseuerauit. Quẽ ob virtutẽ admirati Hunni, deũ Romanorũ appellabant. Fertur obuiam ei barbaris prædonibus, cum socij lamentarentur, illum descendisse ab equo ad orandum. Quo facto neque ipso, neque comitibus eius, neque equis quibus insidebant conspectis, barbaros præteriisse. Sozom. lib. 7. cap. 25. H

Thomas Apameæ ecclesiã administrans, doctrina & factis facilè præstantissimus, vt Chosrois furorẽ moliret, cum eo certamẽ equorũ in circo spectare neutiquã recusauit, licet hoc ecclesiæ canon vetaret. Euagrius l. 4. c. 24. & 25.

Thomas monachus dũ abiret Antiochia domũ, moritur in hospitio infirmorũ in Daphne, & sepelitur in sepulchro aduenis parato. Deinde Deo maximũ edente miraculũ, cũ pompa Antiochiã trãsportatur. Cuius virtute pestis, quæ illic tum grassabatur, sedata est. Ad cuius honorẽ Antiocheni festũ quotannis agunt. Euagrius lib. 4. cap. 34.

Thorithgid sanctimonialis, multum laudatur à Beda lib. 4. historiæ Anglorum cap. 9.

Tigrius ex seruo & eunucho presbyter, dirè torquetur, falsò accusatus de incendio ecclesiæ Byzantinæ, vir erga pauperes & peregrinos, si quis alius, beneuolentissimus. Sozom. lib. 8. cap. 24.

Timotheus apud Gazam Palæstinæ infinitis propè tormentis exantlatis, ad extremum in rogum lentius exardescẽtem impositus, coronam pro pietatis victoria reportat. Eusebius lib. 8. historiæ eccl. cap. 13. integræ versionis.

Tranquillus beatus confessor apud castrum Diuionense requiescit: de cuius sepulchro magnũ beneficiũ præstatur petentibus. Vnde manus meæ pustulis repletæ experimentũ tulerunt. Greg. Turon. de gloria confessorum cap. 44. I

Tiutbertus fuit Germaniæ Apostolus & martyr. Lazius de genealogia Austriaca lib. 1. cap. 6.

V

VAlerius beatus confessor, Consoranensis primus episcopus, sub Theodoro episcopo, glorioſè reuelatus est. Greg. Turon. de confess. cap. 84.

Victorinus tot nobilium Senatorum doctor, ob insigne præclari magisterij, statuam in foro Romano meruit. Senex non erubuit esse puer Christi, subiecto collo ad humilitatis iugum, & edomita fronte ad crucis opprobrium. August. lib. 8. confessionum cap. 2. & 4.

Vlpianus adolescens, in ciuitate Tyriorum, post grauissima verbera in pellem bubulã iam nuper extractam, cum cane & aspide inuolutus, præceps in mare deiicitur. Eusebius lib. 8. hist. eccles. cap. 15. interprete Christophorsono.

Vrbasius, Theodorus, Menedemus, & alij septuaginta septẽ legati ad Valentẽ missi contra Arianorũ pressuras, iussu Valentis in medio mari vnà cũ nauigio concremãtur. Sozom. lib. 6. c. 14. Horũ magnus in Theologia Greg. meminit his verbis, Presbyterorũ exustiones marinæ. Zonaras. X

XInoridis martyris, qui Lazarum secutus est, benefacta præterire noluit Chrysostomus homilia quarta in Lazarum. Z K

ZEnon Maiumæ episcopus grandæuus, nũquam vel matutinos vel vespertinos hymnos neglexit, nisi fortè morbus eum impediret. Sozom. lib. 7. cap. 27.

Zosima, Phœnix, & Ioannes Chuzubites miraculis claruerunt. Euagrius lib. 4. cap. 7.

CONCLVSIO APPENDICIS.

IN hac appendice aliquot Sancti qui in martyrologio absunt, sunt annotati ordine literario, partim quòd quorundam natalitij dies à me ignorentur, partim etiam quòd reliqui nullos habeant in ecclesia natales.

Hoc igitur auctarium paucos habet ex diuersis auctoribus Sanctos; quos, prout occurrebant, crudè in ordinem digessi. Neque me quisquam omissionis arguat. hoc enim tantùm fuit mei instituti, vt paucorum annotatione aliis pedem ponerem, reliquos prout videbitur similiter annotandi, & colligendi, tam ad honorem sanctorum, quorum meritis & intercessione iuuari postulamus: quàm ad gloriam Sancti sanctorum, qui in sanctis suis triumphat, & nos ad eandem sortem vocare dignetur.

DE MAR

A DE MARTYROLOGIIS,
AVCTORE IOANNE MOLANO
THEOLOGO LOVANIENSI.

TILITER me facturum spero, si occasione Martyrologij, quod Vsuardo auctore in ecclesijs legitur nonnulla disseram de Martyrologijs, eorum auctoribus, & vsu: aliisque nonnullis eò pertinentibus. Dicam itaque hoc ordine, & per Capita, ne continuata prolixitas Lectorem molestet. Præcapitulatio dicendorũ. Cap. 1.

CAP. 2. de martyrologio Eusebij & Hieronymi.
Cap. 3. de martyrologijs Bedæ & Flori.
B Cap. 4. de Vsuardi Martyrologio.
Cap. 5. de Vuandelberti metrico martyrologio.
Cap. 6. De martyrologio Adonis Treuerensis archiepiscopi.
Cap. 7. De reliquis vetustis martyrologijs: item, de fastis Alexandri Essebiensis, & Calendario Radulphi Riuij.
Capite 8. de recentiorum martyrologijs.
Cap. 9. de vernaculis martyrologijs.
Cap. 10. de hæreticorum pseudomartyrologijs.
Cap. 11. Quòd fructus hæreticorum plenius declarent eos falsò sibi sanctorum martyrum nomen asscribere: & oratio supplicans ab eis liberari.
Cap. 12. De Græcis martyrologijs.
Cap. 13. de additionibus ad Vsuardum.
Cap. 14. De lectione martyrologij in fine primæ: & cur præmittatur quota sit luna.
Cap. 15. Cur mors sanctorum natalis dicatur: & quomodo lectio Martyrologij omni die sit concludenda.
C Cap. 16. de lectione Martyrologij in cœna.
Cap. 17. Quòd Martyrologium Vsuardi auctum vtile sit pastoribus.
Cap. 18. De vtilitate Martyrologij contra hæreses.
Cap. 19. de lectione ex libro defunctorum, seu anniuersariorum.
Cap. 20. Cur Vsuardo adiectum sit quinam sanctorum historias & gesta conscripserint.
Cap. 21. Quòd magna vtilitate excudantur gesta martyrum, olim per Romanæ Ecclesiæ Notarios fidelissimè collecta.
Cap. 22. Quòd vtiliter per archiepiscopatus colligerentur Martyrologia de propriis, siue prouincialibus Sanctis, eorúmque historiæ.
Caput 23. habebit conclusionem, in qua coronidis vice inseretur, quòd oporteat tardum & modestum esse in reprehendendo.

De Martyrologio Eusebij & Hieronymi, cap. 2.

INter eos igitur qui conscribendis Martyrologijs operam suam dederunt, primus fuit Eusebius Pamphilus historiographus, Cæsareæ Palæstinæ episcopus. Is enim petente id religioso principe Constantino magno Martyrologium cõscripsit de natalitijs diebus Sanctorum martyrum Christi: in quo omnes quos inuenio, non solùm qua die sed etiam quo
D genere certaminis, & sub quo iudice, & quo loco Martyrij coronam adepti sint, diligenter annotauit.

Epist. 37.

Festiuitates Sanctorum.

Non est tamen putandum quòd ante Eusebij tempora natalitij Martyrum dies neglecti fuerint. Celebris est enim martyris Cypriani sententia. Dies eorum quibus excedunt annotate, vt commem orationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus. *In quem locum scribit D. Pamelius.* Morem hunc iam inde in Ecclesia seruatum non dubito, ex quo Romæ constituti sunt Notarij, qui gesta Martyrum describerent. † Certè libro de corona militis Tertullianus fastos ecclesiæ opponit municipalibus solennitatibus gentilium. Porrò hinc suam originem postea sumpserunt Martyrologia quæ vocantur. Quorum primus auctor fuit Eusebius.

De his infra cap. 21. Fol. penult. Fol. 71.

Arbitratur autem Hilduinus in præfatione vitæ Dionysij Areopagitæ, quam annis abhinc plus minus octingentis conscripsit, se hunc librum Eusebij vidisse circa ipsius tempora conscriptum. Ait enim, Habemus Græcæ authoritatis Martyrologion, de Chartiscriniis Constantinopolitanis adeptum, quod tanta vetustate dissoluitur, vt maximam cautelam à se contingẽtibus exigat, in quo diem natalitij Dionysij designatum, & quia Athenienſium episcopus fuerit reperimus annotatum. Quod Martyrologium, vt antiquitas eius demonstrat, ex eo tempore constare posse non incõgruè remur, quo, Constantino iubente, tota occasione Martyria Sanctorum Domini de toto orbe collecta, & Cæsaream sunt conuecta.

Martyrologij antiquitas.

E

Lib. 2. in Mat. cap. 26.

Secundus numerari solet Hieronymus presbyter, non quòd ipse Martyrologium conscripserit, sed quia Eusebiũ ex Græco Latinum fecit. Vnde Beda in sextum caput Marci hunc librũ citans, ait, In libro Sacramentorũ natale Ioan. 4. Cal. Septemb. notatũ est: & in Martyrologio quod Eusebij & Hieronymi vocabulis insignitũ est, legitur, 4. Cal. Septemb. &c. Et rursus in initio retractationũ in Acta, citat librũ Martyrologij, qui beati Hieronymi nomine ac præfatione attitulatur, ibique subdit, Quamuis idẽ Hieronymus libri illius nõ auctor, sed interpres: Eusebius autem auctor extitisse narretur. *Hoc autem Eusebij Martyrologium à beato Hieronymo in Latinam linguam translatum, per posteriorum scriptorum Martyrologia intercidisse puto: quemadmodum etiam perierunt,* † *magna maiorum nostrorum negligentia, libri de Martyrum gestis, quæ piæ memoriæ Constantini tẽporibus ab Eusebio Cæsariensi collecta sunt.* Citatur quidem à permultis Martyrologium Sancti Hieronymi, quod

tomo. 6.

Lege Greg. 7. reg. epist. 29

vulgò habetur: Verùm illi non citant ipsum Martyrologium Eusebij & Hieronymi, sed Vsuardi: qui ex Eusebio, F
Hieronymo, Beda, Floro, & aliunde, suum Martyrologium cura & iussu Caroli Magni collegit. Ipsius est enim quod vulgò habetur Martyrologium: eo quòd eius vsus sit in Gallicanis Ecclesiis: item in Romana, ac permultis aliis.

Sed an rectè Vsuardi martyrologium titulo sancti Hieronymi citetur? Cur non? Nam sicut Latinè linguæ dictionaria quantumcumque aucta Calepini sibi nomen retinent: ita Martyrologium istud quidni in citando decorari possit titulo sancti Hieronymi, qui primus fuit apud Latinos martyrologij auctor?

Martyrol. auctor Hieronymus.

Mihi tamen istud non omnino probatur. Quia Vsuardus in annotandis Martyrum gestis & martyriis, non habet verba aut versionem Hieronymi, sed verbatim vtitur versione Ecclesiasticæ historiæ Eusebij per Rufinum: & ex Sanctorum gestis quæ Roman. Eccles. Notarij, aliique fidelissimè conscripserunt, non sensum tantùm refert, sed & ipsissima verba. Qua in re Bedam secutus est. Proindè fateri cogimur, nec Bedam Anglum, nec Vsuardum Gallum reliquisse in suis martyrologiis versionem Eusebij, Hieronymo interprete.

† Initio vetust. in Acta.

Neque ipsam Hieronymi præfationem, cuius Beda meminit, † extare puto: Nam epistolam Chromatij & Heliodori ad Hieronymum, & huius ad eosdem responsuam, quæ in B. Hieronymi operibus non habentur, sed in quibusdam exemplaribus Vsuardo præmittuntur, ipsorum tantùm nomine, dum dictionem, aliáque nonnulla considero, G
conscriptas puto, & ex parte confictas: sicut alias aliquot eorundè titulis: reuera autem ipsorum non esse. Scio quidem nonnullos ex hac Hieronymi, vt inscribitur, epistola, tanquam relatu digna notare ea verba: Per singulos dies, diuersarum prouinciarum, diuersarúmque vrbium, plus quàm octingentorum & nongentorum Martyrum sunt nomina nominata: vt nullus dies sit, qui non intra quingentorum numerum reperiri possit adscriptus, excepto die Calendarum Ianuarij. *Sed difficulter hæc sententia, quomodocumque etiam legatur: (multùm enim in ea variant exemplaria tam excusa, quàm scripta:) aliunde probari posset, & parum*

Epist. 29. *conuenit cum eo quod magnus Gregorius dicit libro septimo Regist.*: Nos penè (ait) omnium martyrum distinctis per dies singulos passionibus, collecta in vno codice nomina habemus, atque quotidianis

Missa in veneratione S. diebus in eorum veneratione Missarum solennia agimus.

Cap. 32. ITAQVE *non ad prædictam epistolam Hieronymo adscriptam, sed aliò respexisse arbitror Cassiodorum, dum in institutione diuinarum lectionum ait,* Passiones martyrum legite constanter; quas inter alia in epistola sancti Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum destinata, proculdubio reperitis qui per totum terrarum orbem floruêre, vt sancta imitatio vos prouocans, ad cælestia regna perducat. H

De Martyrol. Bedæ & Flori. Cap. IIII. TERTIO *loco subsequitur Beda, qui de seipso ait in* * *catalogo operum suorum*: Scripsi Martyrologium de natalitiis sanctorum Martyrum diebus: in quo omnes quos inuenire potui, non solùm qua die, verùm etiam quo genere certaminis, vel sub quo iudice mundum vicerint, diligenter annotare studui. *Est autem hoc Martyrologium Basileæ impressum, inter opera Bedæ tomo tertio, & in minori forma à Christ. Plantino anno 64. Quod, si conferatur cum gestis Martyrum, quæ Rom. Ecclesiæ Notarij fidelissimè collegerunt, & nos ad Vsuardum plerumque notauimus, facilè apparebit Bedam in eo magnam adhibuisse diligentiam: quia sua verbatim transcripsit ex ipsorum gestis, & tam exactè, vt vix vnquam ab ipsis gestorum verbis vel latum vnguem recedat.*

** Ad finem Angl. hist.*

Notandum verò est, nos non habere purè ipsum Bedæ Martyrologium, non solùm quia in eo nonnulla de Sanctis habentur, qui post Bedam vixerunt: & multa de Confessoribus, quæ paucis exceptis à Beda fortassis non sunt scripta: * *sed etiam, quia, vt Ado ait in præfatione sui libri, Nomina quædam martyrum venerabilis Flori studio in labore domini Bedæ accreuerunt, qui tamen tantùm notati sunt: & potissimùm, quia, Vsuardo teste, quàm plures Calendarum dies intactos reliquit. Vnde agnoscendum est, nostrum exemplar Bedæ multis in locis auctum esse, cùm in eo* I
nullus Calendarum dies intactus relinquatur. An autem habeamus ipsum Bedæ Martyrologium, an potius aliud ei inscriptum, facilè dubitetas aliqua suboriri posset, potissimùm apud eos qui animaduerterunt alia Martyrologia, vt ordinarium Ecclesiæ Leodiensis, titulum Bedæ habere, quique obseruauerunt Petrum de natalibus Equilinum episcopum, & Carthusiam Colonien sem in additionibus ad Vsuardum, † quædam Bedæ nomine citare, quæ neque in impresso Bedæ Martyrologio, neque in ordinario Ecclesiæ Leodiensis habentur. His inquam, similibúsque nonnullis obseruatis, iusta quorundam dubitatio videri posset.

** Amalarius l. 1. c. 24. citat è Bedæ martyrologio de Arsenio confessore.*

† die 19. & 28. Ian.

Quam etiam auget, quòd Amalarius Treuerensis episcopus scribat nonnulla in festiuitate sancti Marcelli, ex verbis domini Bedæ in Martyrologio: quæ autem citat, in initio quidem conueniunt cum impresso Bedæ exemplari: sed in sequentibus omnino diuersa sunt. Constat autem Amalarium vsum esse præceptore Alcuino, qui Bedæ fuit discipulus.

De ordine Antiphonarij c. 23.

Mea tamen sententia habemus ipsum Bedam, licet valdè mendosum: & alicubi mutilum aut mutatum, vt ex Amalario conuincitur. Cum enim attendam ad ea verba Bedæ: Quo genere certaminis, & sub quo iudice mũdum vicerint, diligenter annotare studui: *& ab Adone dicatur, nomina quædam Martyrum Flori studio in labore domini Bedæ accreuisse: non facilè aliud in animum meum induxero: quia in nullo alio martyrologio, excepto Adonis Treuerensis archiepiscopi, tanta diligentia annotata puto ipsa martyrum certamina. Præterea, in hoc ipso* K
multa martyrum nomina tantùm notata esse, facilè legenti apparebit.

Bedæ martyrologium emendatur.

Aduerti præterea velim, Bedæ exemplar quo typographi vsi sunt, valdè mendosum fuisse. Quod locorum aliquot obseruatione declarabo, vt Studiosi pleniùs intelligant, quàm sit eis necessaria castigatio ex manuscriptis exemplaribus, quæ mihi nondum videre contigit. Die 6. Februarij dicit Zotherem centum genera pœnarum vicisse. vbi pro certum legendum est cætera, ex Vsuardo 10. Februarij & Adone apud Petrum de Natalibus. 4. Martij, Romæ depositio Iulij episcopi, & Nicomedis, & passio sancti Adriani cum aliis numero 33. legendum est: Et Nicomediæ passio. Octaua autem Septembris mendosè habetur, cum aliis 23. Aprilis

A *Aprilis die 7. de Cælestino papa. Hic constituit vt sacrata mysteria &c. per sex lineas cum media. Hæc Damasus scribit de Sixto primo, cuius natalis est 6. Aprilis. 26. April. de Anacleto. Hic ad sacrificandum ductus &c. Hanc sententiam scribit Damasus de Marcellino, quem Beda statim subiungit: sequentem de stando sub euangelio, idem tribuit Anastasio, quem Beda habet 27. Apr. 26. Maij tribuitur Quadrato episcopo. Hic firmauit vt nulla esca &c. quod pertinet ad Eleutherum papam, qui è 25. die Maij poni deberet 26. die. 29. Maij de Conone tres regulas Bedæ deesse patet ex Adone, 2. Iunij, Blandinæ cum 11. castigandum cum 40. 9. Oct. Eleutherius dicitur presbyter, & Rusticus diaconus, contra quam habet Dionysij historia 13. Oct. Natale Faustini Marci & Adriæ. Sunt nomina corrupta, vt facilè patet ex Vsuardo nostro. 26. Nou. In Nicomedia beati Marculi sacerdotis & martyris: qui temporibus Constantis regis tyranni persecutiones maximas pertulit: ad extremum ab alta rupe præcipitatus est. Castigandum puto, In Numidia. sic enim constanter habent varia recentiorum martyrologia. deinde hunc Marculum puto adiectitium esse. si enim Beda eum habuisset, Vsuardus transcripsisset. Tertiò, suspicor eum esse pseudomartyrem. Augustinus enim scribit à parte Donati (de Numidia) proferri nescio, quos in persecutione suos martyres. ecce Marculum de* *Marculus pseudomart. Tract. 11. in Ioan.*
petra præcipitatum, & ecce Donatum Bagaiensem in puteum missum. Nostros autem tradere quòd ipsi se præcipi-
B *tauerint. De eodem vide Aug. lib. 2. contra literas Petilianorum cap. 20. & 88. item Optatum lib. 3. 14. Dec. Arsenius & Isidorus debent poni collegæ Heronis & Dioscori: ex Vsuardo & Ecclesiastica historia. 26. Dec. repetuntur Rufus & Zosimus habiti 8. Dec. & quidam imperitè interseruit de Zosimo papa. Per has similésque maculas, doctissimo Bedæ martyrologio sua déperit grauitas. Quæ vt ei aliquando restituatur in integrum, multùm iuuarent vetusta scriptáque exemplaria. Atque vt ea studiosius quærantur, hæc ex pluribus quædam à me dicta sunt.*

Extat etiam Bedæ titulo tomo primo operum ipsius Martyrologium metricum. verùm cap. 5. dicam id non Bedæ esse, sed Vvandelberti, qui Prumiæ in sylua Arduenna claruit, an. 839. Citatur & aliud ipsius nomine. Nã manuscripta passio sancti Reguli archiepiscopi in Africa, & in Tuscia martyris sub Totila, sic habet versus finem. Cuius (*Reguli*) dignissimam sanctitatem beatus Beda considerans, etiam festiuitatis eius memoriam facere curauit in Martyrologio suo, quod versibus hexametris metricè composuit, dicens:

Septembris Regulus tenet orditúrque Calendas,
Regulus antistes: sibíque caput ense peremptum
Portauit binis Christo stadiis faciente,
C *Cuius relliquias nunc vrbs Lucensis adorat.*

Hæc inibi. E quibus tamen recentioris auctoris verbis, non ausim asseuerare ipsum Bedam martyrologium metricè scripsisse. Examinet itaque studiosus Lector, cuinam citatum fragmentum sit asscribendum.

Florі martyrologium.

Bedam proximè subsequitur Florus: de quo non habeo quod dicam, quàm quod modò ex Adone dixi, & quòd Vsuardus præfertur se sanctorum sacras atque anniuersarie recolendas festiuitates ex quibusdam præcedentium patrum Martyrologijs in quandam collegisse vnitatem: & Flori memorabilis viri latiora iam in eo ipso sequi vestigia, præsertim in secundo eiusdem libro. Ibi enim multa, quæ in priori omiserat, & correxit & addidit.

De Vsuardo Cap. IIII.

PRAEDICTIS *quinto loco succedit Vsuardus: de quo ait Sigibertus Gemblacensis, in libro de viris illustr. c. 85.* Vsuardus monachus prouocatus studio Hieronymi & Bedæ, qui festiuitates Sanctorum annuatim
D recurrentes, partim annotauerant: maximè autem animatus studio & iussu magni Caroli Imperatoris, cui displicebat quòd Hieronymus & Beda studentes nimis breuitati, præterierant plurima necessaria, & quamplures Calendarum dies intactos reliquerant, in gratiam eius studuit opus imperfectum supplere, & festiuitates sanctorum per singulos Calendarum dies annotans, integrum Martyrologium compilauit. *Hæc Sigibertus. & eadem ferè habet Vsuardus in operis sui præfatione. Tritthemius in catalogo addit eum fuisse Ordinis sancti Benedicti, natione Gallum: ac præter martyrologiũ quædã alia scripsisse.*

lib. 2. c. 53.

In primo autem prologo inter eos qui Vsuardo communiter præmitti solent, notatur Vsuardi opus magis quàm Hieronymi aut Bedæ, in vsu haberi apud multas Ecclesias. Quæ etiam eius operi creduntur aliqua in locis variis addidisse, præcipuè de sanctis & festis pertinentibus specialiter ad easdem. Vnde in Chronico Cassinensi annotatur, quod Theobaldus abbas Cassinensis (qui vixit centuria 11.) inter reliqua describi curauerit Martyrologium Hieronymi plenarium, hoc est, ni fallor, Vsuardum auctum.

Propter istas autem additiones ad Vsuardum, non tam facile est ipsum Vsuardum solum, & absque additionibus ei indistinctè permixtis, prælo dare: quod tamen nos fecisse spero: quamuis subdubitem num pauca nostros conatus subterfugerint. Interposui quidem nonnulla in ipso Vsuardo ex Beda, Adone, diuersis Ecclesiarum Martyrologijs, & aliunde, sed alio charactere: per quem Lector facillimè aduertat ea Vsuardi non esse: Contuli autem Vsuardi
E *Martyrologium Coloniæ in 8. excusum anno 1521. cum Romanæ Ecclesiæ Martyrologio: ea enim Vsuardo aucto vtitur: item cum eo quod Lubecæ impressum est anno 1475. rursus cum diuersis Martyrologijs in Francia & alibi excusis. Quæ omnia Vsuardi sunt, sed aucta. Et postremò contuli cum permultis MS. Optassem tamen magis vetusta, & Vsuardi sæculo, aut circiter descripta. Interim ex horum codicum, quos adhibui, collatione, animaduerti Vsuardum Coloniæ prædicto anno impressum, paucas tantùm habuisse additiones ab Vsuardo indistinctas: plurimas enim habet, sed ab Vsuardi verbis notula aliqua distinctas. Indistinctis itaque illis additamẽtis ex Vsuardo expunctis, est in nostro Martyrologio ipse Vsuardus peculiari charactere solus, & diuersorũ exemplariũ subsidio castigatus. In quibusomnibus Vsuardus scriptũ inuenio: semel atq; iterũ Husuardus. Tritthemius tamẽ, & plures Germani, eũ Isuardũ nominãt.*

De Vvandelberti metrico martyrolog. Cap. V. Cap 162.

Vsuardũ proximè sequitur Vvandelbertus, qui hexametro carmine conscripsit Sanctorũ natalitios dies. De eo Sigibertus in libro de viris illustribus ait, Guãdelbertus scripsit Martyrologiũ metrico stylo: *& Ioannes Tritthemius in libro de scriptoribus,* Vvãdelbertus diaconus & monachus Prumiẽsis cœnobij, Ordinis S. Benedicti

Treuirensis diœcesis, scripsit ad Marcuardum abbatem vitam S. Goari presbyteri lib. 1. Martyrologium metricè. Vixit anno 850. *Ipse autem auctor in vita sancti Goari libro secundo, dicit se eos libros absoluisse An. 839. sub imperatore Ludouico: & sub Marcuardo, tertio abbate Prumiæ monasterij, quod extruxit Pipinus Caroli magni parens.* F

Monast. Prumium.

Est verò Vuandelberti metricum Martyrologium Basileæ impressum, tomo primo inter opera Bedæ, vbi inscribitur, Ephemerides Bedæ presbyteri: sed Vuandelberti nomine, clarius & emendatius cum Vsuardo Louanij anno 68. Bedæ enim non esse, certò ex eo constat (aliis rationibus omissis) quia ponit quorundam sanctorum translationes ad Gallias, quæ post Bedæ tempora contigerunt: vt Sebastiani 20. Ianuarij, & 9. Dec. Gorgonij nona Septembris: item Chrysanthi & Dariæ ad Nouam cellam vigesimaquinta Octobris.

Cùm autem hic auctor diligenter sanctos Galliæ notet, & ante annum nongentesimum claruerit, (nihil enim habet de festis aut sanctis posterioribus, aut quicquam eorum quæ intra septingentos annos contigerunt:) ego non dubito quin sit ipse Vuandelbertus: adductus ad hoc testimonio Ioannis Tritthemij, & potissimùm Sigiberti Gemblacensis, qui in Gallica Brabantia vixit anno 1100. Si quis tamen putet nostræ coniecturæ hac in re non esse nitendum, placet mihi vt ab eo vocetur ephemerides ex primo tomo Bedæ, donec ei certius aliquid constiterit. G

Quod ad Manuscripta attinet, Lobij in indice exustæ bibliothecæ inter cætera inueni, Martyrologium Hieronymi, Martyrologium Bedæ presbyteri, & Martyrologium metricè scriptum: seu, vt alius index habet, Martyrologium versificum cuiusdam Vuandelberti. Sed hæc anno 1546. fortuito incendio perierunt. Haberent eum nostri quoque Martinenses, & Carthusiani Diestenses, iuxta antiquos indices. Sed apud neutros eum reperire potui. Quare quod mihi quærenti infeliciter cessit, aliorum diligentiæ opto vt benè & cum felicitate succedat.

De Adone Treuirensi Archiepis. cap. 6.

Vuandelbertum subsequitur septimo loco Ado archiepiscopus Treuirensis. Quem Platina Odonem, Nauclerus autem Othonem nuncupant. Miror huius non meminisse Sigibertum, de viris illustribus scribentem: nec Tritthemium in catalogo: cùm tamen Germanus fuerit, & eius liber frequentissimè citetur à Petro de Natalibus, & in Additionibus ad Vsuardum Coloniæ per Carthusiam anno 1515. & 1521.

Aloy. to. 4.

Hic vir, *ait Aloysius*, sanctissimus pariterque doctissimus, ante annos plus vel minus quingentos florere cœpit, à tempore Gregorij septimi: & ob vitæ sanctitatem tantæ (*subdit ex Platina*) extitit auctoritatis, vt ab eodem Pontifice ad componendas res inter Henricum & Rodulphum, qui de Romano imperio contendebant, vnà cum duobus collegis, de latere sedis Apostolicæ legatus destinatus fuerit. H *Porrò Adonis Martyrologium quod Coloniæ sæpius manuscriptum extat, nusquam excusum scio, nisi in quarto tomo historiarum Aloysij.* In quo volumine edendo, nos hunc tenuimus modum, *ait Aloysius*, vt vitæ, quæ vulgò in D. Hieronymi * Martyrologio habentur, omnino prætereantur, cùm in promptu sint omnibus, nisi eis additum aliquid reperiatur: quæ autem ab Hieronymo non sunt positæ, hic omnes sint insertæ.

** aut Vsuardi, vt dictum est, cap. 2.*

Quanquam autem post tot veteres scriptores hic archiepiscopus Martyrologium conscripserit, non tamen in vacuum laborauit, quia vt ipse in Præfatione ait: In hoc opere vt dies Martyrum verissimè notarentur, qui confusi in Calendariis inueniri solent, adiuuit venerabile & perantiquum Martyrologium ab vrbe Aquileia cuidam sancto episcopo à Pontifice Romano directum: & mihi, *ait*, postmodum à quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum. Quod ego diligenti cura transscriptum, positus apud Rauennam, in capite huius operis ponendum putaui. Passiones autem Sanctorum paulò longiùs Martyrologio huic inserui, infirmioribus fratribus & minus legere valentibus seruiens, vt ad laudem omnipotentis Dei in memoriis Martyrum haberent compendiosam lectionem, atque in paruo codicillo, quod multo labore alij perplures codices requirunt. I Hæc Ado. Quanto autem iudicio, & fidelitate, Ado has compendiosas lectiones ex ipsis Martyrum gestis & prolixioribus sanctorum vitis verbatim transcripserit, facilè intelliget qui has cum illis conferre volet.

De reliquis vetustis Martyrol. item de fastis Alexãdri Essebiensis, & Calen. Radulphi Riuij, cap. 7.

Vetustis quoque martyrologis multo plura annumerari possunt. Nam etsi pleraque Canonicorum collegia, aut Regularium siue Monachorum Capitula, Vsuardo aucto vtantur: non omnia tamen. Vt enim de iis loquar, quæ perlegi, Cathedrales ecclesiæ, Cameracensis, Vltraiectensis, & Leodiensis, non vtuntur Beda, Vsuardo aut Adone, sed propriis Martyrologiis; quæ partim ex prædictis, partim aliundè olim sunt conflata. Nam quod Georgius Vicelius in præfatione Hagiologij sui scribit, Martyrologia manuscripta, quæ in Canonicis templis quotidiana lectione versantur antiquitatem pręse ferre, tam historiæ fide, quàm venustate styli: *id ipsum in his trium Episcopatuum diuersis Martyrologiis verissimum esse, legendo obseruaui. sed quod de Martyrologiis vetustis nobis reliquum est, paucis absoluamus.*

Alphonsus Thostatus, Abulensis episcopus, defensorij parte 2. capite 86. citat Calendarium sancti Isidori. Quod non vidi. K

Alexander, teste catalogo scriptorum Britanniæ, Prior canonicorum Regularium ordinis sancti Augustini, Essebiensis monasterij, conscripsit elegiaco metro de fastis seu sacris diebus librum vnum, qui incipit,

Omnia cum nequeam Sanctorum scribere. In quo maiora festa ac Sanctorum per anni circulum vitas pulchrè descripsit. Claruisse fertur anno salutis 1220.

Calendarius Ecclesiasticus Radulphi de Riuo Bredani, qui Tungris Decanus obiit anno 1403. excusus est Louanij, anno 68. apud Vvellæum, è manuscripto codice, quem nobis communicauerat clariss. Dominus, Iacobus Pamelius Brugensis, S. Theol. Licentiatus, & Canonicus in cathedradi ecclesia S. Donatiani. Cuius varia extant, pluráque expectamus, multæ eruditionis & vtilitatis, monumenta.

De recentiorũ martyr. c. 8.

Conscripserunt etiam aut collegerunt, aut locupletauerunt martyrologio, Egidius de Damnis, monachus Dunensis, ordinis

A *ordinis Cistertiensis, Hugo de Toluis, Henricus de Iserelon, Petrus de Thimo, Godenbertus, & alij, quorum scripta non vidi: quibusdam tamen locis scio partim extare aut extitisse, partim verò indicari. Vidi martyrologium absq; nomine auctoris impressum, quod inscribitur Viola Sanctorum, & alterum quod dicitur Panis quotidianus: sed neutrum me in vllo iuuit. Franciscus etiam Maurolycus, abbas Messanensis in Sicilia, correxit & instaurauit Martyrologium ad vsum Romanæ Curiæ: sed multa in eo adiecit quæ sanctarum Ecclesiarum martyrologiis minus conueniunt, vt etiam eius labor ex parte annumerandus sit recentiorum collectaneis. Sicut & noster, in iis quæ minimo charactere Vsuardo ante annotationes adiecimus.*

Vidi & alia quædam, è quibus nonnulla desumpsit, quorum inferiùs † mentionem faciam. Potest etiam recentioribus annumerari Petrus de Natalibus Equilinus episcopus, qui in sanctorum Catalogo copiosissimè ex veterum Martyrologiis & aliunde, de sanctis disseruit. Prædictis annumerentur poëtæ, Baptista Mantuanus, qui hexametro versu conscripsit fastus Ecclesiasticos, siue de sacris diebus libros 12. & Ambrosius Nouidius Fraccus Ferentinas, qui ad Paulum tertium elegiacè scripsit sacrorum fastorum libros totidem. *Cap. 13.*

De vernaculis martyrol. Cap. IX.

EXTANT *etiam vernacula quædam Martyrologia, etsi rariora: inter quæ Vsuardus Teutonicè editus cum passionali, Suollæ anno 1490. & postmodum Traiecti. Item Dilingæ anno 62. excusum est Martyrologium Alemanicum, opera Adæ Vualasser, & magni illius* Germaniæ *Theologi & ecclesiastici, D. Petri Canisij Nouiomagensis: Cui titulus est,* Martyrologium: Der kirchen Calender, dair inne aengerigt merden die Christelieken Festen, ond henlighen Gottes. Durch Doctor Petrum Canisium Thumpredigern Zu Ausborch, &c. in truck verfertigt. *Sanè valdè optarim quòd horum exemplo etiam aliquis nostratium, Belgico seu Germaniæ inferioris, siue Flãdrico, siue Gallico idiomate, conaretur populariter Martyrol. cõscribere, ex Vsuardo & ad eum additionibus, & aliquando paulò fusiùs, ex martyrum atque sanctorum probatissimis gestis: Quem laborẽ Domino inspirante aliquem susceptùrum spero. Inueniet is quidem fortassis in initio nonnullam difficultatem: Sed initia semper amara esse scimus: & sperandum est ei de diuina misericordia, quòd † officium impertiendi meritum erit accipiendi. Cùm enim verbis moneri dicamur, exemplis verò moneri: & in ecclesiastico officio legamus, solennitates martyrum exhortationes esse martyriorum: & Iacobus Apostolus dicat: Exemplum accipite fratres laboris & patientiæ, Prophetas, (sub quibus reliquos Sanctos intellige) qui locuti sunt in nomine Domini: Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt, quis non intelligat quanta vtilitate etiam plebeis indies breui aliqua lectione nonnihil proponeretur de sanctorum virtutibus, certamine, & martyrio, atque coronis?* B

August. epist. 132. Iacob. 5.

De hæretic. pseudomart. Cap. X.

E T *ad id faciendũ magis nos incitare deberet hæreticorũ nostræ ætatis diligẽtia: qui nõ tantùm habẽt pseudomartyrologia Latinè conscripta per Ioannẽ Crispinũ & Ioannẽ Foxũ & Pantaleonẽ, sed & Germanicè per Adrianũ, Anglicè per Foxũ, itẽ Gallicè & Flandricè. Quæ scripta ego nec vidi, nec videre cupio. Hoc verò dico, eos libros mendacissimè Martyrologia nominari: quoniã vt Cyprianus ait in lib. de Vnitate Ecclesiæ, siue de simplicitate Prælatorũ.* C *Cap. 8.* Esse martyr nõ potest qui in Ecclesia nõ est, ad regnũ peruenire nõ poterit, qui eã quæ regnatura est, derelinquit. Pacẽ nobis Christus dedit: concordes atq; vnanimes esse præcepit, dilectionis & charitatis fœdera incorrupta atq; inuiolata seruari mãdauit. Exhibere se nõ potest martyrẽ, qui fraternã nõ tenuit charitatẽ. Docet hoc & contestatur Apostolus Paulus dicẽs: Etsi habuero fidẽ ita vt montes transferã, charitatẽ autẽ non habeã, nihil sum. Et si in cibos pauperũ distribuero omnia mea, & si tradidero corpus meũ vt ardeã, charitatẽ autẽ non habeã, nihil proficio. Ad regnũ cœlorũ nõ potest peruenire discordia: ad præmia Christi pertingere non poterit qui dilectionẽ Christi perfida dissensione violauit. Cũ Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei vnanimes noluerũt: ardeãt licet flãmis, & ignibus traditi, vel obiecti bestiis, animas suas ponãt, nõ erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ: nec religiosę virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari nõ potest. Sic se Christianũ esse profitetur, quomodo & Christũ diabolus sæpè mentitur, ipso Domino admonẽte, & dicente, Multi venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: & D multos fallẽt. Sicut ille Christus nõ est, quãuis fallat in nomine illius: ita nec Christi videri potest, qui nõ permanet in euãgelij eius & fidei veritate. *Neq; nostræ ætatis hæretici primi sunt qui de martyrũ nomine falso sibi blãdiũtur. Nã vt apud Eusebiũ scribit Apollinaris Hierapoli episcopus,* Cataphrygæ cũ in omnibus cõuicti nihil respõdere potuerũt, ad martyres cõfugiebãt, dicẽtes multos se habere martyres, & hoc esse indiciũ quòd verus sit apud eos propheticus spiritus. Ad quæ Apollinaris, Quid ergo? quia multi alij hæretici plurimos martyres habẽt, ideo acquiescẽdũ est eis quòd etiã veritas apud eos sit? Nã primi qui dicuntur Marcionistæ habẽt plurimos martyres. Sed quæ esse poterit apud eos martyrij veritas, vbi Christi veritas nõ est? *Quæ verba vtinã quorundã infirmis mentibus impressa essẽt, qui facillimè turbãtur cũ audiunt aut vidẽt hæreticũ quẽpiã magna animi constantia, seu veriùs pertinacia, corpus suũ flãmis aut gladio aut alij mortis generi obiicere: cũ tamen etiã nunc, magno Dei erga infirmos beneficio, hæc pertinacia in diuersis sectariis deprehendatur. Vnde si quis putet se debere anabaptistã fieri, quia videt anabaptistã phanatico spiritu sese morti dare, nonne eidem multæ aliæ nostræ tẽpestatis hæreses, etiã ex diametro pugnantes, amplectendæ erũt, quia pro earũ defensione nonnulli magna constantia interierunt? Quod ipsum etiam, curiosum hominũ genus facilè animaduertet ex prædictis hæreticorũ Martyrologiis, si in eorum pestilentẽ lectionẽ incidat: audio enim in eis recenseri non vnius tantùm hæreticæ sectæ pseudomartyres, sed ad vnam vsque omnium quæ hoc tempore Romanam Ecclesiam obscurare* E *conantur. Lege contra pseudomartyrologos sextum dialogum Alani Copi Angli, capite potissimùm 16. in quo docet non modò Lutheranos & Zuinglianos, sed alios etiam hæreticos & maleficos, veris martyribus deletis in eorum loca supponi in nouis & antehac inauditis Foxi fastis. Capite 18. tractat in Calendario Foxi etiam confessores malè inter se conuenire. Reperiuntur enim ibi non Bucerus modò & Fagius; sed & Erasmus Roterodamus, atque*

1. Cor. 13. — Dan. poull. — Marc. 13. — *Vide dialogũ 6. Capi. ca. 3. Lib. 5. hist. c. 15. 16. Rufin.* — *Martyres Hæreticorũ.* — *Excudit Plantinus Anno 66.*

Picus ille Mirandulæ comes, per quos duos totum Foxi calendarium subuerti & exinaniri docet, Capp. 26. & 27. F

Epist. 50. *Quod igitur olim contra Donatistas dixit beatus Augustinus, id nunc contra Lutheranos, Caluinistas, reliquósque hodiernos sectarios repetendum puto.* Insaniunt (ait) isti, qui diuidunt membra Christi, exsufflât Sacramẽta Christi: & de persecutione gloriãtur, quia prohibentur ista facere legibus imperatorũ, quas constituerunt pro vnitate Christi: & iactant fallaciter innocentiã suam, & quam nõ possunt à Domino accipere, ab hominibus quærunt Martyrũ gloriam. Veri autem martyres illi sunt, de quibus Dominus ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Non ergo qui propter iniquitatem, &
Matth. 5. *August. in Ioan. tract. 11.* propter Christianæ vnitatis impiam diuisionem, sed qui propter iustitiam persecutionem patiuntur, hi martyres veri sunt. Et, si passa es ô pars Donati (*atque nunc ô pars Lutheri, Caluini & aliorum*) corporalem afflictionem ab Ecclesia catholica, à Sara passa es Agar: redi ad dominam tuam.

Gen. 16. *Hæreticorum opera arguunt eorum pseudomartyrium.* Cap. XI. 2. Pet. 2. 2. Tim. 3. Q V O D *si nobis liceret atque libéret expatiari ad hæreticorum varios præter malam doctrinam fructus, plenius explicaretur eos falsissimè sibi de sanctorum martyrum gloria blandiri. Neque ex incertis principiis procederetur: sed ex Apostolica & canonica autoritate Petri, Pauli, & Iudæ. Qui dicunt eos seipsos amare, cupidos esse, atque cor habere auaritia exercitatum, secundum desideria sua ambulare, confusiones suas despumare, voluptatum magis amatores esse quàm Dei, speciem quidem pietatis habere, virtutem autem eius abnegare: eos sibi placere, superba vanitatis loqui: elatos, superbos, ac tumidos esse, nubes quæ à vento circunferuntur, semper discentes, & nunquam ad* G *scientiam veritatis peruenientes, qui dominationem contemnunt: maiestatem, viam veritatis & quæcunque ignorant, blasphemant: ingratos, scelestos, sine affectione, sine pace, murmuratores, mendaces, criminatores, incontinentes, immites, proditores, & vsque adeo corruptos mente, & reprobos circa fidem, quòd vltra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus. Hæc euentura Apostoli Spiritus Sancti instinctu prædixerunt: Frequentissimè autem, imò penè semper per hæreticorum perfidiam euenisse, satis supérque contestantur præteritorum temporum probatissimæ historiæ: Eadémque & nostro tempore euenire quis est qui nesciat? anno 66. cum peccatis nostris iratus Dominus Deus Germaniam nostram inferiorem per hæreticorum perfidiam castigans castigabat, (vt nihil dicam de adiacentibus nationibus & regnis) nónne experiebamur quantum inueheretur calamitatis, nouelli dogmatis inductione? Siquidem non tantùm paruæ res, sed & maximæ labefactabantur: nec tantùm affinitates, cognationes, amicitiæ, domus, verùm etiam omnes propemodum vrbes, populi, prouinciæ, & nationes Belgarum, hoc nouellæ perfidiæ contagio, nedum maculabantur, sed etiam concutiebantur funditus, & emouebantur. Plena* H *erant omnia seditionibus & intestinis bellis: & variis locis indies timebatur hæreticorum contra catholicos cruenta conflictatio. Quæ blasphemiæ tunc sunt auditæ contra catholicam Regis nostri maiestatem? quarum nonnullas etiam editis libellis oppidatim spargebant. Quis nescire potuit eorum mendacia, contemptum dominationis: Satanicum odiũ erga Episcopos, Sacerdotes Christi, & religiosos patres, atque Sanctimoniales, & ad vnum vsque omnes qui se catholicos esse profitebantur? Quoties publicè in plateis à perditissimis nebulonibus clamabatur in sacerdotum & Monachorum sanguinem & internecionem? Quantæ blasphemiæ variis locis audiebantur in beatissimam Dei matrem Mariam, aliosque Sanctos: imò in sacrosanctam Eucharistiam, & tremendum Missæ sacrificium? Qua barbarie sæuiebatur per ter impios perditissimæ fæcis nebulones & fures, in Dei nostri Ecclesias, altaria, monasteria: eius & sanctorum ipsius imagines? idque non vno loco, sed per vicos, oppida, vrbes, & regiones.*

1. Mach. 3. 8. *Tunc mihi repetendum videbatur, quod olim Antiocho Rege templum Hierusalem profanante, voce magna in cælum clamatum est à Iuda Machabæo, & ab vniuersis filiis Israël, dicentibus:* SANCTA TVA CONCVLCATA SVNT & CONTAMINATA: *siquidem in his verbis literæ numerũ significantes exprimunt annum 1566. in quo non tantùm imagines & Ecclesiæ, sed etiam in almo sanctæ Eucharistiæ Sacramento Dominus noster Iesus Christus, sanctus sanctorum, conculcatus est apud Belgas* * *& contaminatus. Sed hìc sit querimoniarum modus. Horret enim animus ea recogitare, quæ an. LXXII. Belgium nostrum pertulit, & in præsentiarum adhuc perfert. Quod ad nos attinet, Domine deus,* I Danielis 3. *Iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera, quia in veritate & iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Peccauimus enim & iniquè egimus recedentes à te, & præcepta tua nõ audiuimus, nec obseruauimus. Omnia ergo, quæ induxisti super nos & vniuersa quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti. Cõfusio & opprobrium facti sumus seruis tuis & his qui colunt te. Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum. Ne confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuã, & secundũ multitudinem misericordiæ tuæ, & erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriã nomini tuo Domine, & cõfundantur omnes qui ostendũt seruis tuis mala. Cõfundantur in omnipotentia tua, & robur eorum cõteratur, & sciãt quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super orbem terrarũ.* * *Adeste Angeli Dei mei qui nunquã deestis cõstituti in ministerio Verbi, propter eos qui hæreditatem capessuri sunt æternæ salutis, & videte Belgicã totã dudũ tantarũ Ecclesiarũ cuneis fultã, nunc desolatã: tantis ordinibus sacerdotũ ornatã, modò sedentem viduã & abiectam. Deprecamini Patriarchæ, de quorũ stirpe generis nata est quæ nunc laborat in terris. Orate sancti Prophetæ cognoscentes afflictam,* K *quã antea vaticinante præconio ceciniſtis. Estote Apostoli suffragatores eius, quã vt congregaretis vniuersum orbẽ ascendente in vobis Domino, vt equi velocissimi cursitastis. Præcipuè tu Petre beate, quare siles pro ouibus & agnis à communi Domino magna tibi cautela & solitudine commendatis? Tu sancte Paule gentium magister, qui ab Hierusalem vsque ad Illyricũ prædicasti Euangeliũ Dei, cognosce quid Gothica & Vvãdalica barbarie faciãt hæretici, & filij tui gemunt lugendo. Vniuersíq; ingemiscite sancti simul pro nobis* APOST. *Sed scimus quia indignũ est vobis pro nobis orare, quia ista quę venerũt nobis, nõ ad ꝓbationẽ, quomodo Sãctis, sed malis meritis supplicia debebãtur: sed &*

* *Victor in fine tertij de persec. Vvãdal. paucis tamen mutatis ad nostra tempora.*

* *Supra apud Iuuard. 13. Iul.*

A *sed & pro malis orate iam filiis, quia & Christus orauit etiam pro inimicis Iudæis. Sufficiant castigationi quæ iustè illata sunt nobis, & iam iamq; delinquentibus* * *venia postuletur. Dicatur Angelo percutienti, Sufficit: iam cohibe manum tuam. Quis ignoret hæc probrorum nostrorum scelera procurasse, aberrantibus à mandatis Dei, & in lege eius nolentibus ambulare? Sed prostrati rogamus, vt non spernatis vestros miseros peccatores per eum qui vos ad Apostolicum culmen prouexit humiles piscatores.*

* *Delinquentes vocat eos qui deliquerunt. 2. reg. 24. c.*

De Græcis Martyrologiis Cap. XII.

HABENT *& Græci sua martyrologia. Nam in Græcorum horologio habentur ad singulos dies commemorationes Sanctorum, & orationes ad eosdem, in ea nempe Horologij parte, quæ Menologium inscribitur, à mensis, id est, mensibus, eò quòd secundum ordinem mensium de Sanctis totius anni in ea agatur. Vnde commemorationes Sanctorum in martyrologium transtuli.*

Metaphrastis opus.

Ipsius quoque Simeonis Metaphrastæ opus de Sanctis, non aliud est, quàm prolixum martyrologium.

Nicephori synopsis.

Et postremò Nicephori Callisti Xanthopuli taxis, siue synopsis de sanctis totius anni, secundum menses, Græcè habetur. Quæ Basileæ impressa est, cum Cyro Theodoro Prodromo, apud Ioan. Bebelium an. 36. fol. 7.

De additionib. ad Vsuardũ. Cap. XIII.

NVNC *ex ordine dicendũ est aliquid de additionibus ad Vsuardũ. Cum enim Vsuardus nõ potuerit annotare Sãctos* B *qui post sua tẽpora claruerunt: neque etiã omnes habeat qui ante eũ fuerunt, ideo vt martyrologiũ Vsuardi plenius foret, aliunde ei quædam erant apponenda. Quæ autẽ ego illi apposui ex Veterũ Scriptorum, aut diuersarũ Ecclesiarũ martyrologiis, aut Breuiariis, ea magno quidẽ charactere, sed distincto ab Vsuardi verbis, & fere præmissa littera significatiua imprimi curaui. Reliqua ex recentiorũ collectaneis & aliunde, minimo charactere apposui, partim de Sanctis quos in nullo Ecclesiarũ Martyrologio, aut Breuiario, inueneram: partim etiã de beatis, vt vocant quidã, siue beatæ memoriæ, hoc est, de iis qui magna sanctitate hîc claruerũt, in nulla tamen ecclesia eorũ memoria celebratur: neq; in Sãctorũ numerũ asscripti sunt. Cuius supplemẽti nostri plenã & copiosã rationẽ exprimit præfatio ad Lectorẽ quã Vsuar. præmisi.*

Obseruanda in martyr.

Tria autẽ obseruari velim in recentiorũ collectis Martyrologiis. Primùm, quòd multos sanctos non canonizatos, siue in nulla ecclesia celebres, cum canonizatis indistinctè permisceant. Quod tamen Carthusia Colonien sis declinare volens in Vsuardo Coloniæ aucto an. 1521. præfatur se pœnè semper (beatæ aut sanctæ memoriæ) non canonizatis præmisisse, vt per hoc à canonizatis secernantur. Rectè autẽ addit & circunspectè (pœnè semper) nam difficile id erat præstitu. Vnde vtcunq; multos nostrates inter Sanctos posuit absque prædicta clausula, quos apud nostros in nulla ecclesia vt Sanctos coli, animaduerti. Qualis est Vvolbodo Leodiensis episc. in crypta Ecclesiæ S. Laurentij† extra Leodium sepultus, vbi singulis annis in anniuersario eius pro eo oratur, 11. Cal. Maij. & Iduberga, mater S. Gertrudis eleuata est C *quidem cum Pipino & nutrice B. Gertrudis, Niuellæ in filiæ suæ quondã monasterio, à quadringentis autem annis Canonicarum collegio, & tamen ibidem pro ea & Pipino anniuersariæ Missæ de defunctis celebrantur: nec Carolus Comes Flandriæ martyr, Brugis, vbi quiescit, inter canonizatos habetur. Et hæc tria expressisse satis sit. Secundò ex historiis Ecclesiasticis, dialogis Gregorij, & aliunde, multos Sanctos tantùm per occasionem quandam transcripserunt plerique recentiores, nescientes tamen quo die obierint, & an in vlla Ecclesia celebrentur. Sic primo die Ianuarij in die S. Fulgentij episcopi adiecerunt nonnulli Fulgentium Vticolensem abbatem ex Gregorio. 16. Ianuarij in die S. Honorati Arelatensis episcopi, Honoratum episcopum Ambianensem, (cum huius natalem Ambianenses festo magno duplo celebrent 17. Cal. Iunij) & ex Gregorio memoriam Honorati abbatis 22. die eiusdem mensis, in die Anastasij Martyris, Anastasium abbatem. & sic consequenter: sæpè occasione nominis, alium adiecerunt eiusdem nominis, de cuius sanctitate nonnihil legerant apud Veteres, aut ex eis apud Petrum de Natalibus. Similiter in die Hilarionis, adiecerunt Malchum captiuum monachum, quia vtriusque vitam scribit Hieronymus. In die Ioannis Papæ, Symmachũ & Boëthum, quia per eundem Theodoricum Arianum passi sunt. Calendis Maij in die Quiriaci, adiicitur Anna martyr, mater eius: & tertia die Maij, ex Alexandri passione, in die eius, Seuerina vxor Aureliani. In Martyrologio autem manuscripto quod à Patre Antonio Geems in Rubea valle collectum est, multos absque vlla occasione certis diebus addiros puto, ex Tripartita historia & aliũde, tantùm vt in martyrologio nõ deessent. Quod ipsum in aliorum collectaneis variùs obseruaui. Postremò nonnulli ex istis recentioribus scriptoribus dum vndequaque voluerũt sua* D *Martyrologia locupletare, aliquando ex incertis historiis & apocryphis libris transcripserunt sanctos, quos Vsuardus & Rom. Ecclesia, aliæque ignorãt. Duo tantũ adhibebo exẽpla: video enim me iusto prolixiorẽ esse. Ponit Orsecundo idus Nouembris, ex vitis patrũ ab Euagrio descriptis: & decimosexto die Ianuarij Faustũ Liriné sem, ex catalogo Gennadij: sed neutrũ posuissent puto, si in Hieronymo de Or & Euag. legissẽt.* Euagrius Põticus Hyperborita edidit librũ & sententias περὶ ἀπαθείας, quã nos impassibilitatẽ, vel imperturbationẽ possumus dicere: librũ quoq; scripsit quasi de monachis, multosq; in eo enumerat qui nunquã fuerunt, & quos fuisse scribit Origenistas, & ab Episcopis dãnatos esse, non dubiũ est: Ammoniũ videlicet, & Eusebium, & Euthymiũ, & ipsum Euagriũ: Or quoq; & Isidorũ, & multos alios, quos enumerare tædiũ est: *Rursus de Fausto & Gennadio, in Adonis Viennensis archiepiscopi Chronico.* Faustus ex abbate Lirinensis monasterij, apud Rhegiũ Galliæ episcopus factus, Pelagiũ dogma destruere conat⁹, in errorẽ labitur: vnde qui eius sẽsus hac in parte Catholicos prędicãt (sicut Gẽnadius† de illustr. viris scribẽs) omnino errãt

Euagrium damnat Hieron. In epistol. ad Ctesiphontẽ.

An. 492.

†*Cap. 85. Tertiũ exemplũ de Marculo annotatiũ est supra cap. 3. De lectione Martyr. in fine Primæ: & cur præmittatur quota sit luna. Cap. XIIII.*

VTVNTVR *Martyrologio in fine Primæ plerèque Ecclesiæ Cathedrales, & multa Canonicorum Collegia, & ferè omnia monasteria, non tantùm religiosorũ, sed & sanctimonialium. Vnde rubricæ generales Romani Breuiarij habẽt, post orationẽ Primæ in choro legi Marty. Monasteria tamẽ quædã nõ in choro legũt, sed in Capitulari domo. Cuius* E *occasione in sermone quodã de Sanctis annotat Dionysius Carthusianus.* In Capitulis religiosorum antequam culpæ recognoscantur, seu proclamentur, fieri lectionem in martyrologio, quatenus fratres martyrum sanctorum exẽplo ad patientiã, animentur, etiã si absq; sua culpa redarguãtur, aut proclamẽtur. *Meminit huius etiam Radulphus de Riuo, in libro de canonum obseruantia. Sic enim scribit propositione 14.*

In officio Capituli quod fit post Primam, fiunt tria. Primò, memoria Sanctorum in recitatione Martyrologij, cum versu Pretiosa, & Capitulo Sancta Maria. Secundò, memoria defunctorum in anniuersariis recitandis, cum Miserere mei Deus, & collectis. Tertiò, quia tunc ad labores diurnos præparari debemus, adduntur preces congruentes, dicendo ter, Deus in adiutorium. F

Lectioni Martyrologij præmittitur quota sit Luna. in cuius pronuntiatione etsi nonnulli nonnihil varient, vsitatior tamen hactenus fuit pronuntiatio iuxta morem Romani Martyrologij, licet in eo Luna Calendarij prima, esset luna cœli quinta vt plurimum. Nunc verò cum aureus numerus in nouo Romano Breuiario sic sit restitutus, vt non sit opus per quinque syllabas retrocedere ad inueniendam nouam lunam, sed reductus sit ad diem nouilunij, seu coniunctionis lunæ cum sole: ego etiam pronuntiationem lunæ, quæ ex eo numero dependet, in nostro martyrologio immutaui, vt correspondeat cum aureo numero reducto; vt non sit, aut minima tantùm sit differentia inter lunam cœli & lunam nostri Kalendarij.

Cur verò quota sit luna præmittatur, rationem puto, quòd Ecclesia velit nobis ob oculos ponere instabilitatem & mutabilitatem miseræ huius vitæ, vt ex eius consideratione rapiamur ad quærendum ea quæ sursum sunt. Per lunæ enim augmenta & decrementa vsitatè significatur huius vitæ mutabilitas. Vnde & resurrectio Domini in plenilunio celebratur, ad significandum quòd in resurrectione omnis mutabilitas absumetur, quando efficiemur sicut luna perfecta, in æternum. G

Psal. 88. f

Cur mors sanctorum natalis dicatur, et quomodo martyr. lect. sit cōcludēda. Cap. XV.

N E C *absimili de causa Sanctorum obitus Natales dicuntur, quod antiquissima & vsitatissima Ecclesiæ vsurpatione fieri probat, D. Pamelius in Cypriani epistolam 34. Nos autem causam tam frequentis vsurpationis paulùlum consideremus, cum hæc dictio in Martyrologiis vbique sit obuia. Quanquam igitur in baptismo renascamur, non tamen plenè renascimur & sanamur.** Quoniam filij Dei quandiu mortaliter viuunt, cum morte confligunt: & quamuis de illis veraciter sit dictum, Quotquot spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, sic tamen filij Dei excitantur, & tanquam filij Dei proficiunt ad Deum, vt etiam spiritu suo, maximè aggrauante corruptibili corpore, tanquam filij hominum quibusdam motibus humanis deficiant ad seipsos, & ideo pereant. *Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors (cum omnibus pœnis & miseriis) in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus (peccatum & peccatorum reliquiæ?) Et ob hanc plenam regenerationem, dies obitus & resurrectionis Sanctorum, natales dicuntur, iuxta illud Christi:* Vos qui secuti estis me, in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede Maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim. H *Eodem referunt Hilarius in Psalmum 2. & ex eo Beda libro 2. in Acta, illud Psalmistæ, Ego hodiè genui te: nempè ad resurrectionem Christi primogeniti ex mortuis. De qua Isaias quoque, iuxta multorum interpretationem, ait: Generationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius. Sanè hæc vita præsens & mortalis, in qua nascendo morimur, tot miseriis animæ & corporis est obnoxia, vt verè non mereatur vitæ nomen. Vnde beatus Augustinus tractans illud Ioannis:* Qui verbum meum audit, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte ad vitam. Ecce inquit in hac vita nondum est vita: transitur à morte ad vitam vt in iudicium non veniatur. Quare autem nondum est vita? Si vita esset ista, non diceret Dominus cuidam, Si vis venire ad vitam, serua mandata. Non enim ait illi, Si vis venire ad vitam æternam: non addidit æternam, sed tantùm dixit vitam. Nec vita nominanda est, quia non est vera vita. Quæ est vera vita nisi quæ est æterna vita? Audi Apostolum dicentem ad Timotheum: Præcipe diuitibus huius seculi non superbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo: qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum: benefaciant diuites: sint in operibus bonis: facilè tribuant, communicent. Vt quid hoc? Audi quod sequitur: Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Profectò ista in qua erant, falsa vita est: nam vt quid velis apprehendere veram, si iam tenes veram?* Nos itaque non natiuitatis diem celebramus, cum sit dolorum atque omnium tentationum introitus: Sed mortis diem celebramus, vt potè omnium dolorum depositionem, atque omnium tentationum effugationem. Diem mortis celebramus, quia non moriuntur hi qui mori videntur. * Natalem ergo Sanctorum cum auditis charissimi, nolite putare illum dici quo nascitur in terram de carne, sed de terra in cælum, de labore ad requiem, de tentationibus ad quietem, de cruciatibus ad delicias, non fluxas, sed fortes & stabiles & æternas: de mundanis risibus ad coronam & gloriam. Tales natales dignè martyrum celebrantur. Beatorum martyrum passiones, inquit Eusebius Emissenus, * natales vocamus dies, quando eos martyrij vita, & gloriæ fides dum ingerit morti, genuit æternitati, & perpetua gaudia breui dolore parturiit. Meritò planè dicendi natales dies, per quos illi qui nati fuerant in hanc fragilitatis humanæ miseriam, subitò renascuntur in gloriam, vitæ perennis initium de mortis fine sumentes. Etenim si dies natales vocamus quibus in hanc lucem in delictis & doloribus nascimur ad dolores, iustiùs isti celebrantur natales, quibus Sancti ex corruptibili luce in nouam illam futuri seculi veniunt claritatem, & filij hominum in adoptionem diuinæ paternitatis ascendunt. K *In fine lectionis omni die addendum est, Et alibi, aliorum plurimorum sanctorum, Martyrum, Confessorum, atque Sanctarum virginum: & respondetur, Deo gratias. In nullo enim Martyrologio habentur omnes Sancti per varias Ecclesias celebres; Neque* etiam in catalogo Petri de natalibus, aut in Vsuardo Coloniæ aucto anno 1521. Quod ex quarundam ecclesiarum Breuiariis facilè obseruari potest. Deinde additur istud, quia permultos martyres, confessores, atque virgines, cœli gaudiis potiri non dubitamus, quamuis in Ecclesia non sint relati in numerum Sanctorum.*

*Margin notes: * Aug. enchi. ca. 64. — Rom. 8. — 1. Cor. 15. — Osee 13. — Matth. 19. — in 13. Act. — Psal. 2. — Col. 1. — Act. 8. f. — Isa. 53. — Tract. 22. in cap. 5. Ioannis. — Matth. 19. — 1. Tim. 6. — * Origenes lib. 3. in Iob. — * P. Chrysologus serm. 129. de Cypr. — * is quem Gagnæus emisit, Homil. 50. de Genesio. — Vide 3. dialogum Alani Copi c. 29.*

A P V D *nonnullos legitur etiam in cœna ex Martyrologio lectio sequentis diei. Quod pluribus locis fieri optarim.* A Pro reuerentia enim Dei & sacerdotum, id vniuersa constituit Synodus (Toletana tertia) vt quia crebrò solent mensis otiosæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum (aut aliarum quæ Ecclesiasticos ędificant) misceatur: Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur. *Scribit Possidius Calamensis episcopus beatum Augustinum in ipsa mensa magis lectionem vel disputationem, quàm epulationem potationémque, dilexisse. Qua in re si Augustinum imitari placebit, non inutilis, neque iniucunda erit in cœna lectio subsequentis diei: atque circa eam nonnulla mensalis ventilatio, de Sanctorum vita, de genere Martyrij, de tempore persecutionis, de locorum situ, de antiquis & nouis locorum nominibus, de Grammatica quarundam vocum explicatione, & id genus aliis eò pertinentibus.*

De lectione martyr. in cœna. C. XVI. — Conuiuales Sermones.

P R AE T E R *dictos vsus habebit etiam Vsuardus auctus suum peculiarem vsum apud Pastores. Cùm enim plebs, in annunciandis natalitiis sanctorum, plerunque aliquid à Pastore expectet de sanctorum vita, atque certamine, imò ipsius Pastoris sit festorum rationem populo exponere (Cuius non minima portio in Sanctorum imitatione consistit) non parum ad eam rem iuuabit ipsos Pastores hoc compendiosum opus. Deinde populo aliquando à Pastore proponenda est admonitio Ioannis Chrysostomi, dicentis,* B Olim statim & à principio erudiebant pueros qui ipsis nascebantur, admonentes appellationibus, quas illi imposuerant, vt virtutem exercerent: & non sicut nunc, fortuitò & absque causa, nomina fiebant. Dicunt enim, Iuxta nomen aui vel abaui nominetur puer: at prisci non ita, sed omnem operam adhibebant, vt talia natis imponerent nomina, quæ non solùm illos qui nomina sortiebantur, in virtutes adducerent, sed & alios omnes qui sequentibus sæculis futuri sunt, nullam non sapientiam docerent. *Admonendi sunt igitur subditi, vt curam habeant de bono nomine imponendo, & conseruando: & cogitent ipsos etiam angelos diuinitus aliquando solicitos fuisse de nominibus aptè imponendis. Cùm igitur multi boni homines huic admonitioni libenter acquiescant, & sæpè à Pastore suo de Sancto cuius nomen gerunt, aliquid scire desiderent, in quo se illius exemplo exerceant, ad hoc Pastor multùm subsidij inueniet in nostro Vsuardi Martyrologio, & additis ei annotationibus.*

Quòd martyrol. Vsuardi auctum sit vtile Pastoribus. Cap. XVII. — Hom. 21. in Genes. — Qualia nomina pueris imponenda. — Eccl. 41. — Luc. 1. a. c.

Et postremò, christiani nolunt epulas celebrare eo die quo in hanc lucem editi sunt. Inuenimus, *ait Origenes,* in veteri quidem Testamento, Pharaonem regem diem natalis sui cum festiuitate celebrantem: in C nouo verò testamento, Herodem. Vterque tamen eorum ipsam festiuitatem natalis sui, profusione humani sanguinis cruentauit. Sancti verò non solùm nō agunt festiuitatem in die natalis sui: sed & spiritu sancto repleti, execrantur hunc diem. *Malunt itaque pij homines relicta & reiecta vana gentilitate de epulis celebrandis eo die quo in lucem hanc editi sunt, malunt inquam, sibi congratulari in die sancti, cuius nomen gerunt, quòd Christiani effecti sint, & per lauacrum regenerationis spem vitæ æternæ adepti. Vnde iis qui à Pastore cognominis sui natalitium diem petent, facilè per indicem eiusdem libri responderi poterit.*

Hom. 8. in Leuit. Gen. 42. Matt. 14. Iob. 3. a. Iere. 20.

H O C *Martyrologium postremò per varia sanctorum exempla, non solùm demonstrat nobis arduam virtutum viam: sed etiam contra hæreticorum pestilentissimas & fluctuantes doctrinas, mirum in modum nos stabilit atque munit.* Immensa enim Dei nostri pietas, *ait B. Ambrosius,* multiplex ad bonitatem, & artifex ad salutem, proponens arduam virtutum palmam, tantorum martyrum merita nostra vult esse suffragia: simúlque dum nobis fidem veram duro martyrij agone commendat, afflictionem præcedentium, instructionem efficit posterorum. Quanta est circa nos Dei nostri solicitudo? illos examinat, vt nos erudiat: illos conterit, vt nos acquirat: eorúmque cruciatus, nostros contulit esse profe- D ctus. Meritò ergo eos colimus, qui periculis suis pugnant, & nostris vtilitatibus militant: qui per huius lucis vitæque contemptum, édocent nos quantum Deo nostro debeamus affectum: Nouerimus itaque quia NON SINE MAGNO DISCRIMINE de religionis veritate disputamus, quam tantorum sanguine confirmatam videmus. Magni periculi res est, si post prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post Martyrum vulnera, veterem fidem quasi nouellam discutere præsumas, & post tam manifestos duces in errore permaneas, & post morientium sudores otiosa disputatione contendas. *Et paulo inferius:* Veneremur ergo in tanto Christi milite (Nazario) fidem nostram. Mater namque Martyrij, fides catholica est: in qua iste illustris athleta, sanguine fuso, mortem pro ipsa calcauit. Mater inquam Martyrij, fides est. Veneremur ergo in sanctorum Martyrum gloria, fidem nostram. *Hactenus Ambrosius, aut Maximus. Huius enim nomine citatur à Radulpho de Riua Propositione 6. & à Romano antiquo Breuiario, in communi plurimorum martyrum. Aduerte verò, quanto verborum ac rerum pondere inculcet venerandam esse in Sanctorum Martyrum gloria fidem nostram.* E *Quantum autem hac in re ab hæreticis peccetur, satis supérque notum est. Dominus Deus per viscera misericordiæ ipsorum misereatur: & in nobis fidem nostram augeat, vt indies magis & magis in Sanctorum martyrum gloria fidem nostram veneremur. Habemus in hoc quantumcunque paruo Martyrologij opere, tot diuersorum temporum & locorum exemplis constabilitam Catholicam doctrinam, de sacrificio Missæ, de monachica religione, de virginitate, de Sanctorum inuocatione, de reliquiarum veneratione, & id genus pluribus articulis: vt non abs re dixerim in hoc opere sparsim nobis proponi, de prædictis articulis, Catholicæ Apostolicæque Ecclesiæ vniuersitatem, antiquitatem & consensionem, contra partis corruptionem, nouitatis prophanitatem, & paucorum temeritatem.*

De vtilitate martyr. contra hæreses. Cap. XVIII. — Serm. 98. de Nazario & Celso. — Disputationes de fide periculosæ. — Martyrij mater fides.

P O S T *Martyrologij lectionem, legitur etiam nonnullis locis ex libro obituum, seu defunctorum, seu anniuersariorum. Nonnulli eum dictione Latinogræca Martyrologium nominant, vt sit allusio ad Martyrologium, significétque librum mortuorum. Est enim liber, qui continet anniuersarios dies confratrum, & potissimum benefactorum. Exigit autem pietas, vt eorum saltem in anniuersario die aliqua fiat commemoratio.*

De martyrol. seu libro defunctorum. Cap. XIX.

Prop. 14. MEMINIT huius lectionis Radulphus Rivius de Canonum obseruantia scribens. In officio, inquit, Capituli post primam, primò fit memoria Sanctorum in recitatione Martyrologij: secundò, memoria defunctorum in anniuersariis recitandis, cum Miserere mei Deus, & collectis. *Porrò non esse nouitios huiusmodi anniuersariorum libros, testis est* Beda *lib. 4. hist. Anglorum, cap. 14. vbi refert Osvvaldi regis depositionis diem annotatam fuisse in codice defunctorum: quem etiam annalem vocat. Ab eo tamen tempore, occasione apparitionis, quam* Beda *ibidem refert, plerisque locis annuatim cœpit eiusdem regis, ac militis Christi, natalitius dies, Missarum celebratione venerari. Vnde tunc eum transferre oportuit ex libro defunctorum, in librum Sanctorum, prout Nonis Augusti in Martyrologiis translatus vernitur.*

Missæ defunctorum.

Cur Vsuardo adiectum: & quinam Sanctorii hist. & gesta scripserint. Cap. XX. DILIGENTER autem *in pastorum aliorúmque vtilitatem annotare studui, quidnam apud probatos auctores de Sanctorum vita & certamine scriptum habeatur. Ad quod faciendum non tantùm consului excusas Sanctorum vitas & passiones, sed etiam manuscripta aliquot Bibliothecarum & refectoriorum volumina: in quibus multas deprehendi Sanctorum vitas, grauiter conscriptas, quæ nusquam excusæ habebantur, ne in octo quidem historiarum tomis R. Aloysij Lipomani: pleræque verò nunc imprimuntur magna Ecclesiæ vtilitate in historiarum tomis eruditissimi & pientissimi patris D. Lauentij Surij. Nec tantùm bibliothecas consului, sed ex Gregorio Turonensi, ex sancti Isidori, & Sigiberti beatæ memoriæ sacristæ Gemblacensis, catalogis de viris illustribus, nondum tamen excusis.* † *ex Trithemio, & catalogo testium veritatis, quem Guilh. Eisengrein Spirensis castigauit & auxit, ac aliunde, notaui etiam historias sanctorum, quas nusquam inueni, vt aliis occasionem darem eas quærendi & communicandi.*

† MS. Lonanij apud vrosque Regulares, Gemblacenses, & alibi.

Imò dispensatione petita, legi quoque Gasparem Brusschium de monasteriis Germaniæ, Gesneri Pandectas, bibliothecam à Lycosthene auctam, Centurias Magdeburgenses, catalogum scriptorum Britanniæ, auctore Ioanne Balæo, Anglia quem genuit, sed genuisse pudet.

Iudicia hominum varia.

In his annotationibus libenter ea tantùm citassem quæ probatæ & irrefragabilis sunt auctoritatis, sed deterruerunt me varia, vt in aliis, ita hac quoq; in re, hominũ iudicia, quæ alij probãt, alij improbant: & ferè tot sunt sententiæ, quot capita. Alij omnia volunt habere exactissima: aliis placèt omnia, modò sint pia. Sic quomodocũque agatur, non desunt in quorum reprehensiones incurratur. Et, vt demus, hominibus displicuisse, non magnopere curandum esse, potissimũ me deterruit iudicij mei infirmitas, quódque sæpius tantæ moli impar succumberem. Quare, etsi rarius, aliquando tamen egi paulo licentiùs, ea etiam citando, de quibus aliorum malim audire, quàm meã scribere iudicia.

Neque volui, aut potui, omnes Sanctorum historias authenticas annotare: sed tantùm conatus sum aliquousque aliquid de Sanctorum historiis, quæ probatæ, aut saltem (quod sciam) nondum reiectæ fidei sunt, indicare & annotare, vt aliis ad id aptioribus occasionem darem idem perficiendi: atque hoc nostro labore iidem instigarentur ad euoluendas Sanctorum vitas, eorúmque præclarissima gesta, quæ adhuc in MS. bibliothecis latent, & variis iniuriis obnoxia sunt. Quod vt melius fiat, duo mihi adhuc dicenda restant.

Magno bono mart. gesta fideliter collecta publicantur. Cap. XXI. Epist. 1. SCRIBIT *Damasus Pontifex in pontificali, capite siue Pontifice quarto, de Clemente:* Hic fecit septem regiones diuidi Notariis fidelibus Ecclesiæ, qui gesta martyrum solicitè & curiosè vnusquisque per regionem suam perquirerent: *& rursus cap. 20.* Hic (*Antherus*) gesta martyrum diligenter à notariis exquisiuit, & in Ecclesia recondidit: propter quod à quodam Maximo præfecto martyr effectus est: *& iterum sequenti capite:* Hic (*Fabianus*) regiones diuisit diaconis, & fecit septem subdiacones, qui septem notariis imminerent vt gesta martyrum in integrum colligerent. *Quod ipsum clariùs constat ex Fabiani decretali epistola ad dilectissimos vbique catholicæ ecclesiæ cõministros, in qua ait:* Septem similiter subdiacones ordinauimus, qui septẽ notariis imminerent, & gesta martyrũ veraciter in integro colligerent, nobisque rimanda manifestarent. Quod etiam vos omnes agere monemus, ne in posterum aliqua ex his dubitatio fiat, quæstióque oriatur, quoniam omnia quæ scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt: Et quæ nostris temporibus veraciter scribuntur, ad futurorum doctrinam diriguntur. Et ideo fidelissimis hæc negotia committi præcipimus, ne aliqua in eis illusio inueniatur, ex qua fidelibus scandalum, quod absit, oriatur. *Et rursus Damasus de Iulio primo:* Hic constitutum fecit, vt notitia quæ omnibus fidem facit per Notarios colligeretur, & vt omnium monumentorum in ecclesia confectio per primicerium Notariorum celebraretur.

Rom. 15.

Atque ex his constare arbitror, non tantùm parta ecclesiæ pace, & martyrio sublato, sed & in media persecutione tyrannorum, ipsorum Martyrum gesta diligentissimè & fidelissimè esse conscripta, & collecta, ad futurorum nostrámque doctrinam. Et vbi ea sunt? an in octo Aloysij tomis? non. nisi quædam apud Metaphrastem, & extra eum in prioribus Aloysij tomis fortè vnum & alterum: & quorundam fragmẽta in Adonis martyrologio. An in Romanæ Ecclesiæ archiuis? non puto: scribit enim Gregorius primus se ea non cognouisse in archiuo suæ ecclesiæ, & Romanæ vrbis bibliothecis. Vbi igitur sunt? Respondet Onuphrius Panuinius Veronẽsis in præfatione libri de Romanis Pontificibus & Cardinalibus: Quot sanctissimorum martyrum agones: quot præclarissimorum & doctissimorum hominum gesta & monumenta ignoramus? Vbi enim sunt Hegesippi, Apostolicis temporibus vicini, quinque commentariorum libri, quos de rebus in primitiua Ecclesia gestis (eum) scripsisse referunt Eusebius & Hieronymus? Vbi Papiæ Hierapolitani episcopi, Ioannis Apostoli auditoris, vbi Quadrati Athenienſium præsulis, & Aristidis Christiani philosophi, qui Apostolorum discipuli fuerunt, & aliorum veterum scriptorum, Ecclesiasticæ historiæ? Vbi septem illorum S.R.E. Notariorum continenter, omnibúsque temporibus gesta martyrum solicitè perquirentium, accuratisiméque & diligentissimè perscribentium monumenta? Vbi demum Damasi papæ liber, quem de Rom. Pontificum qui ante se fuerunt actibus rebúsq; gestis scripsit: quémque egregium fuisse testatur D. Hieronymus? Omnia prorsus eorum hominum qui superioribus sæculis vixe-

7. regist. epist. 29.

A lis vixerunt negligentia, vel etiam persecutionum immanitate interiisse, abolita atque obliterata esse, summopere est ingemiscendum. Nam eum libellum qui Damasi papæ titulo vulgatus in Conciliorum tomo primo excusus est, non est verisimile esse librum illum, de quo scripserit Hieronymus: qui vsque adeo non meretur egregius dici, vt ne libri quidem appellatione ob paruitatem dignus sit, ex Damasi tamen libro illum esse ab Anastasio monacho & S.R.E. bibliothecario, qui vitas Rom. Pontificum vsque ad Nicolaum papam primum scripsit, excerptum existimo. *Hactenus Onuphrius. Ego verò ex diligenti lectione Martyrologiorum, Bedæ, Vsuardi & Adonis, & Lectionum Rom. Ecclesiæ secundum antiquum vsum, quæ permultis locis per omnia cum Adone conueniunt, animaduerti plerique martyrum gesta à Rom. Ecclesiæ notariis fidelissimè collecta, in variis bibliothecis & refectoriis adhuc MS. supereſſe. Quorum quædam vtcunque excusa sunt Coloniæ an. 1483. & Louanij an. 1485. Legendæ parte 2. siue in historiis Sanctorum nouiter additis. Habentur itaque præclarissima Sanctorum martyrum gesta magna diligentia conscripta, eáq; in prædictis Martyrologiis sæpissimè nominatim citantur: ferè semper autem nonnihil verbatim ex ipsis transcriptum est: habentur inquam, sed in quibusdam bibliothecis, & sæpè inter obscuras & apocryphas vitas, pleráq; hactenus*

Damasi lib.

B *latuerunt, vsque ad editionem eorum per Dominum Surium: nonnulla adhuc latent.*

Gratissimam ergo catholicis & iis qui pietatem amant, operam fecit Surius in cella sua Carthusiana, gratissimam facient & alij, qui eiusmodi nondum impressa præclara gesta in bibliothecis inuestigare volent, & prælo dare. scribit Possidius episcopus in vita beati Augustini, Ecclesiæ bibliothecam omnésque codices diligenter posteris custodiendos semper iubebat. *Quæ autem melior potest esse ratio custodiendæ bibliothecæ manuscriptæ, quàm vt prælo dentur quæ excusa non sunt, & à viris doctissimis, dignissima iudicabuntur, quæ in publicum prodeant: præsertim cum sciamus MS. libros incendiis, furtis, hostium direptionibus, hæreticorum deuastationibus & exustionibus, squalore & neglectu, ac per edacem vetustatem, aliásq; iniurias, miserè nobis deperire. Fatetur* * *Eusebius se ex Hierosolymorum bibliotheca, quam construxerat vir eruditissimus Alexander loci ipsius episcopus, totius operis sui & Ecclesiasticæ historiæ conscribendæ materiam sumpsisse. Laudat* † *Beda Accam episcopum Hagustaldensem, quòd historias passionum beatorum Apostolorum ac martyrum Christi, vnà cum cæteris ecclesiasticis voluminibus, summa industria congregans, amplissimam ac nobilissimam bibliothecam fecerit: annon igitur laudandus erit, qui probatissimis martyrum gestis ornaturus est varias per vniuersum Christianum orbem bibliothecas? Quanto affectu congratulatur sibi beatissimus ille Gregorius, audiens tantùm ab vno quæri gesta martyrum ab Eusebio collecta:* Vtilis semper est, *air,* docti viri allocutio: quia aut discit audiens quod nescire se nouerat: aut cognoscit, quod est amplius, id quod se & nescisse nesciebat. Qua in re ex audientium numero ego nunc factus sum, cui sanctissima vestra beatitudo scribere studuit, vt cunctorum martyrum gesta, quæ piæ memoriæ Constantini temporibus ab Eusebio Cæsariensi collecta sunt, transmittere debeamus. Sed hæc neque si collecta sunt, neque si sint, ante vestræ beatitudinis scripta cognoui. Ago ergo gratias, quia sanctissimæ vestræ doctrinæ scriptis eruditus, cœpi scire quod nesciebam. *Et paulo inferius:* Ea verò quæ transmitti voluisti, quærentes quidem non inuenimus, sed adhuc non inuenientes quærimus, & si potuerint inueniri, transmittemus. *E quibus Gregorij verbis patet, quantùm congratulandum nobis sit, quando martyrum gesta acquirimus, & quæ eis agendæ sint gratiæ per quos acquirimus. Hoc obiter addo, quòd etiam indicio aliquo opus sit in edendis martyrum gestis: nam quantumuis diligentes fuerint Romanæ Ecclesiæ notarij in martyrum gestis fideliter conscribendis, ne aliqua in eis illusio inueniatur, vt Fabianus inquit, ex qua fidelibus scandalum oriatur: tamen diligens fuit & inimicus noster, qui ne dum dormientibus hominibus, sed & vigilantibus, conatur zizania superseminare in medio tritici. Vnde & eo tempore passiones quædam martyrum non satis grauiter conscriptæ sunt per hæreticos, aut infideles, aut imperitos quosdam scriptores: quales sunt, Gelasio teste, Georgij & Iulitæ, & paucæ aliæ. Huc etiam pertinet quòd Gregorius papa dicat in emendationibus gestis sanctæ Fedicitatis legi quæ de ea refert. Vbi insinuat eiusdem martyris gesta alia non syncera extitisse.*

Lib. 6. hist. Eccl. c. 14 Rufin. 16. †Lib. 5. hist. Angl. cap. 21

Lib. 7. epist. 29. Eulogio epist. Alexan.

Hom. 3. euãg.

C

D

SPECIALEM *etiam curam habere oportet de iis Sanctis quorum reliquias habemus, quique nobis conuiuendo, benè viuendo, conuersationis: tolerando fortiter, passionis reliquerunt exempla: quorum etiam speciali patrocinio nos adiuuari dubitandum non est.* *Sicut enim & nos experti sumus, & nostri probauere maiores, credimus atque confidimus inter omnes labores istius vitæ, ad obtinendam misericordiam Dei semper nos specialium patronorum orationibus adiuuandos. *Vnde ad Leonem imp. scribunt episcopi aliquot,* Dicimus tranquillitati vestræ, quia ab initio, totius hæreticæ blasphemiæ inexperta est vestra Creta, decem martyribus prouincialibus, passionis tempore precantibus Saluatorem Deum, vt libera à tentationibus hæreticis, semper ab æstu eorum prouincia seruetur. *Pulchrè etiam Ambrosius:* Cum

E omnium Sanctorum martyrum fratres deuotissimè natalem celebrare debemus, tum præcipuè eorum solennitas tota nobis veneratione curãda est, qui in nostris domicilijs proprium sanguinem profuderunt. Nam licet vniuersi Sancti vbique sint, & omnibus prosint: specialiter illi tamen pro nobis intercedunt, qui & supplicia pertulere pro nobis. Martyr enim cum patitur, non sibi tantùm patitur, sed & ciuibus: sibi enim patitur ad requiem, ciuibus ad salutem. exemplo enim eorum didicimus Christo credere, didicimus contumelijs vitam æternam quærere, mortem didicimus non timere. Videte ergo quid martyribus debeamus, qui nec sibi vixerunt, nec sibi mortui sunt. Exemplum enim nobis reliquerunt, benè viuendo, conuersationis: tolerando fortiter, passionis. Nam ideo Dominus per totum mundum diuersis in locis martyres pati voluit, vt tanquam idonei testes nos præsente quodam fidei exemplo suæ confessionis vrgerent, vt humana fragilitas quæ prædicationis Dominicæ aditu longiore vix credit, vel præsente oculorum testimonio, martyrio crederet;

Vtiliter per Archiepiscopatus propria colligerentur. Martyrologia. Cap. XXII. * Leo serm. 1. in natali Petri & Pauli.

Ambros. serm. 77. in natali Taurinorum martyrum.

Martyres vbique gentium.

beatorum. Cuncti igitur martyres deuotissimè percolendi, sed specialiter ij venerandi sunt à nobis quorum reliquias possidemus. F

Vt igitur Germaniæ nostræ inferioris Sanctos quorum corpora apud nos quiescunt, condigno honore magis quàm hactenus fecimus, veneremur: optarim per Reuerendiss. Archiepiscopos nostros Mechlinien sem, Cameracensem & Vltraiectensem, constitui in cuiusque archiepiscopatu sacræ historiæ Notarium, qui faceret proprium Martyrologium de omnibus & solis sanctis qui in ipsius archiepiscopatu, atq; subditis ei Episcopis, quiescunt, imitando ea in re breuitatem Vsuardi aut Bedæ: deindè optarim ab eodem ad imitationem Adonis, ex ipsis Sanctorum nostratium gestis, aut ex propriæ Ecclesiæ Ecclesiastico officio, instam aliquam lectionem fieri, per quam instigaremur & vrgeremur ad ambulandum arctam fidei & bonorum operum viam, quæ ducit ad vitam. Optarim etiam diligenter & fideliter ab eo colligi quicquid ad honorem sanctorum nostrorum dignum iudicabitur annotatione. Si quæ etiam fierent miracula, ab eodem fideliter colligi vellem: certa enim miracula cælanda non sunt, iuxta illud Raphaëlis ad vtrumq; Tobiam, Benedicite Deum cæli: & coram omnibus viuentibus confitemini ei, qui fecit vobiscum misericordiam suam. Tob. 12. *et enim opera Dei reuelare & confiteri, honorificum est. Vnde Augustinus vehementer stomachabatur, cũ audiret in ciuitate Carthagine, atq; in religiosa fœmina Innocentia de primarijs ipsius ciuitatis, ingens miraculum restitutæ mamillæ à cancro, sic latere, vt nec sciretur à matronis, quas fortè tunc amicissimas habebat.* Hinc eam (*ait*) & admonendam, & penè obiurgandam putaui. *Quanta autem diligentia beatus Augustinus, aliiq; libellos cõscripserint de miraculis sanitatum, ne ea multorũ notitiæ deperirent, sed in populis recitarentur, satis supérq; constat ex eodem capite libri 22. de ciuitate Dei. Hæc igitur atq; alia nonnulla fieri peroptarim, non solùm in Germania nostra inferiori, sed & per omnes Christiani orbis Archiepiscopatus per sacræ historiæ notarios. Quantùm autem inde vtilitatis nascereturꝰ nobis tacentibus facilè perspicuũ est. hoc tantùm dico: Per incertas historias, quia ea à certis non secernebantur, & eas quæ certæ & probatæ erant auctoritatis, in neglectũ venisse. Quemadmodũ igitur primitiua Ecclesia notarios habuit atque archidiaconos, qui oculi sunt Episcoporũ, per quos Sanctorum gesta diligenter & fideliter colligebantur: ita etiam hoc tempore, quando charitas multũ refrixit, & maximè opus est ad pietatem calcaribus atq; exemplis, valdè vtiliter per archiepiscopatus assumeretur sacræ historiæ primicerius notarius, qui in colligendis atq; diiudicandis sanctorum historiis, taquam oculus cooperaretur suæ Ecclesiæ Archiepiscopo: sicq; obseruaretur illud sacrosanctæ Synodi Tridentinæ:* Incerta item, vel quæ specie falsi laborant, euulgari ac tractari non permittant. G H

Sessio 25. c. 1.

Reprehensio tarda sit & modesta.

Hæc videbantur mihi dicenda de Martyrologiis. Adiicerem nonnihil de sanctorum inscriptione in numerũ sanctorum, quam canonizationem vsitato nomine dicimus: & quomodo admonendi sint infirmiores, qui turbantur dũ audiunt festum Visitationis beatæ Mariæ, & alia quædam, intra 300. aut 400. annos esse instituta. Item quid in festis Sanctorum sit agendum, & quid omittendum. Sed hæc aut similia prioribus addendo, nimiùm libri huius, cum tantũ appendix sit, metas excederem. Nunc igitur ei finem facturus, precor te Candide Lector, vt in historiis Sanctorum legendis atq; aliis semper, tardus velis esse & modestus in reprehendendo. Procul absis ab hæreticorum ingenio, qui testibus Petro & Iudæ Apostolis, quæcunq; ignorant, blasphemant. Procul sis ab Antichristi spiritu, cuius nomen est blasphemare nomen Dei, & eos qui in cælo habitant: & quod olim B. Augustinus dixit de obiurgationibus, Rarò & in magna necessitate obiurgationes adhibendæ sunt: *idem de reprehensionibus dictum puta. De B. Sebastiano dicit Vvandelbertus,*

Cap. XXIII.

2. Pet. 2. Iudæ. Apoc. 13.

Româ quem vectum nunc Suessio læta frequentat:

non quòd totum corpus Sebastiani è Roma Suessionem sit translatum, sed de parte corporis hoc intelligendum esse cõstat ex Adone Viennensi. Per piam enim extensionem dicunt nonnulli se alicuius sancti corpus habere, quia eius bonam partem habent. Quam loquendi rationem non intelligens qui ad reprehendendum præceps est, facilè alium redarguere volens, seipsum redarguendum exhiberet. Sed hoc vnum è multis exempli gratia adiecisse sufficerit. I

lib. 2. de serm. Domini in monte ca. 30.

Quæstionum ex Matth. cap. 11.

Tarditatem autem comitetur modestia, & animi lenitas. Boni catholici, *ait Augustinus,* ita docent si quid docendum habent, vt vsitata & confirmata securissimè & lenissimè, vt possunt, insinuent: Inusitata verò, etiamsi veritatis manifestatione liquidissima perceperint, quærendi potius quàm præcipiendi aut affirmandi modo, propter audientis infirmitatem. *Quæ modestè dicuntur, faciliùs illabuntur, faciliùs recipiuntur: modestia enim per se sic est amabilis, vt etiam dura pectora frangat. Qui hanc in scribendo & dicendo sectantur, procul absunt ab eo ardore animi & impetu, quo interdum acriùs aduersarij perstringuntur & mordentur: non mordent nec conuiciantur, nec facilè ex impetu quodam animi aut leuiora exaggerant, aut grauiora extenuant, sed solicitè dant operam ne limites propositæ sibi veritatis transiliant. Hanc ipsi aliis modestè tradere studeant & ab aliis discere parati sunt. Placeat ergo in dicendo & scribendo, animi mansuetudo, modestia, & humilitas, quæ Deo est gratior, Christo conformior, hominibus vtilior & omnibus charior.* *Ora impensissimè obsecro, vt meritis illorum consocier, quorum triumphos, etsi minus quàm debui, excolere optaui. Salutatus in Christo. VALE. K

* Ado in præfatione Martyrologij.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM ET VERBORVM,

QVÆ TOTO HOC OPERE CONTINENTVR, SERIE Alphabetica digestus.

A

Aaron summus sacerdotum.	145.a	Abstinentia virginis.	64.k
Aaron Sacerdotis depositio.	549.b	Abstinentia à carnibus.	87.f
Aaron.	162.i	Abstinentia à cibis.	64.f
Abacuc & Micheæ Prophetarum.	521.f	S. Abundij presbyteri & martyris.	545.b
Abælardus.	458.a	SS. Abundij & Irenæi martyrum.	559.k
Abbates nominabiles.	446.g	SS. Abundij Diaconi & Carpophori presbyteri martyrum.	579.g
Abbatis percussor exanimatur.	339.b	S. Abundij episcopi & confessoris.	533.e
Abbatia Benedicti quo casu comburitur.	472.d	Abusus monasteriorum.	386.k
Abbatissa nubit.	463.g	Abusus in monasteriis.	118.g
Abban Indus mercator.	39.f	S. Acacij episcopi.	535.g
Abbo.	444.k	S. Acacij martyris.	559.g
Abdias Babylonis Episcopus primus.	15.h	S. Acacij.	575.a
Abdias passioni b. Andreæ interfuit.	25.k	Acacius.	95.h
Abdias Christum vidit in carne.	15.h	Acacius.	92.a
Abdon.	482.c	Ἀκίμητοι fuere monachi.	112.g
S S. Adon & Sennis natalis.	554.f	Acceptio personarum in iudicio odiosa.	8.d
Abel archiepisc. & confess.	556.a	Accursij passio.	521.i
S. Abel translatio.	549.d	Accusatio quatenus suscipienda.	4.g
Abenne & Calpes promontoria.	185.g	Accusatio summa.	45.b
S. Abercij episcopi.	870.e	Accusatio episcopis illicita.	405.a
Abesa.	482.b	Accusatur episcopus hostis intromissi.	269.i
Abia.	483.g	Adam præses.	8.f
Abiathar pontifex seditionem excitat.	27.a	Acephali.	499.f
Abiathar maledicitur.	27.b	Acephali.	415.h
S. Abibi martyris & confessoris.	578.a	Acephali.	412.h
S. Abibonis inuentio.	555.g	Acepsemas prædicit diem suæ mortis.	104.c
S. Abilij episcopi.	527.k	Acepsemas inuenitur inter cæteros eremitas.	104.o
Abimelech.	483.e	SS. Acepsimæ, & Ioseph.	572.f
Abimelech.	482.a	Acestus centurio.	53.a
Ableberti depositio.	521.f	Achaïa.	185.b
Aborth.	481.i	Achaia terræmotu concussa.	194.c
Abraames.	104.i	S. Acharij Nouiomensis episcopi & confessoris.	577.g
Abraames simul monachus & pontifex.	104.k	Achillas insidiatur Cæsari.	391.a
Abrahamius claudum sanauit.	81.g	B. Achillę episcopi.	573.d
de Abrahamio.	82.f	S. Achillæi Diaconi natalis.	536.i
Abraamis victus quis.	105.d	Achaz.	484.b
S. Abrahamij patris.	571.h	Achares auet abolere parentum dedecus.	201.h
S. Abrahæ confessoris.	546.d	Acies in cœlo.	444.c
Abrahæ sacrificium in monte caluariæ.	232.i	Acies armatæ in nubibus visæ.	175.g
Abrahæ quercus.	394.g	BB. Acij & Acioli martyrum.	538.e
Abraham.	177.h	S. Acindymi martyris.	572.f
Abraham quando natus.	220.i	Acta synodi Matescensis.	283.c
Abraham.	116.f	S. Acuti.	564.c
Abraham Isaac filium obtulit in sacrificium.	174.k	Acylę martyris.	522.i
Abraham.	481.c	S. Acylines martyris.	545.k
Abrunculi episcopi.	536.f	S. Adalberti episcopi & martyris.	536.l
Absentia sensit d. Ioannes.	4.b	S. Adalongi episcopi.	529.a
Absentia Vespasiani Galba audacior.	147.e	Adam creatus quo Christus passus est die.	478.k
Absimarus.	427.a	Adam typus Christi.	232.e
S. Absoloni martyris.	529.c	Adæ præuaricationis expositio.	86.e
Abstinendum à cibo ne lædatur anima.	75.k		

adamnani liber de locis sanctis. 394.b
adamanus. 386.f
de additionibus. 510.a
S. adelberti confess. 548.b
adelbodus. 444.k
adelgisus perimitur. 432.h
S. adelherdis imperatricis depositio. 580.g
S. adelindis abbatisse. 560.c
B. adelini confess. Christi depositio. 548.f
S. adelphi episcopi & confessoris. 537.g
S. adelphi epis. & confess. translatio. 560.f
ademarus Cluniacensis. 441.i
adesir. 422.c
S. adiliæ virginis. 548.k
adimathus sanatur. 22.b
ad iuratio dæmonis. 11.t
adiutores historiæ. 351.g
adiuratur Hyena. 63.k
adiurationis causa. 42.c.d
ado. 422.k
adolescens dæmoniacus per Paulum curatur. 66.f
adolescens dolo mergitur. 132.i
adolij abbatis vita, & eius ieiunium quadragesimale. 82.c
adoloaldus Eusebij suasu proceres cedit. 308.h
adoloaldus. 421.f
adoloaldus veneno perit. 308.h
adon. 506.a
B. adonis episcopi. 580.g
adorandi Deum verus modus. 150.h
adoratio Dei, est sanctorum honor. 107.k
adoratio vera. 42.a
S. adriani martyris aduentus. 543.d
adriani & Hermetis. 528.k
S. adriani martyris. 529.g
S. adriani martyris Natalis. 562.d
adriani abbatis & confess. 520.h
B. adriani martyris eleuatio. 529.f
S. adriani internuntij & sociorum eius Natalis. 531.e
S. adriani. 529.f
adriani imperium. 234.e
adriano Albinus & Vvilfrido Acca succedunt. 396.c
adrianus Papa. 438.f
adrianus Papa. 431.g
adrianus Papa. 436.k
adrianus abbas recusat episcopatum. 378.c
S. aduentij confessoris. 572.g
aduentoris martyris Natale. 522.f
aduentus b. Petri in vrbem Romam. 49.a
aduentus Quadrag. 388.f
aduentus S. Iacobi Apostoli. 582.g
aduentus Christi. 491.h
aduentus. 561.d.e
adulatorum prauum consilium. 260.b
SS. adulphi & Ioannis fratrum. 565.f
adulphus redimitur. 507.a
adulter Lupum & Amb. occidit. 268.h
adulteræ siue abactricis pœnitentia. 328.h
adustionis signum in corpore mansit quod anima pertulit. 373.i
Ædes Salutis ictu fulminis dissoluta. 199.h
Ædificatio Ecclesiæ gloria martyrum. 319.h
æga moritur. 312.d
Ægæ regiæ domus præfectus. 311.k
Ægeas arreptus à dæmone, periit. 25.k
ægeates apud Patras proconsul. 25.a
Æglippus æthiopiæ rex. 35.e
Ægritudo ex damno publico. 40.c
ægrotantium author diabolus. 38.g
Ægrotis quibusdam licet vti cibis prohibitis ad medicamentum potius quàm nutrimentum. 102.h
Ægrotis, cibus & potus licitus. 57.d
Ægyptij cum suis curribus in mari Rubro obruti. 187.c
Ægyptij qui Deo non cesserant iubenti cessere punienti. 187.c
Ægyptius puer mortuus, suscitatur. 20.i
in Ægypto multi dij. 73.h
ægyptus superior. 184.h
ægyptus inassueta imbribus regio. 160.i
ælia. 493.i
S. æmiliani epis. & confess. 562.k
S. æmiliani confessoris. 520.f.568.c
SS. æmiliani Diaconi & Hieremiæ decollatorum. 563.i
S. æmiliani confessoris. 556.f
SS. æmiliani, Dionysij & Sebastiani martyrum. 526.a
B. æmiliani presbyteri & confess. 574.c
S. æmiliani martyris. 552.b
S. æmilij. 543.c
SS. æmili & Casti natalis. 542.c
S. æmilij natalis. 567.c
æmulatio monachorum cum murmuratione. 63.c
æneam sanat d. Petrus. 16.h
æneas ex vtero matris sue claudus, sanatur. 27.c
ænesij abbatis vita. 82.h.i
ætas tertia. 481.c
ætas quarta. 483.f
ætatis tertiæ allegoria. 481.c
S. ætherij epis. depositio. 554.a
æthelius Viennensis. 501.k
æthiopia Matthæo contigit. 35.e
æthiopiæ rex baptizatur cum familia. 36.g
ætna arsit. 208.h
S. ægyptiacæ Mariæ depositio. 534.f
æneæ in Italiam aduentus. 188.b
æs Corinthium. 206.e
ætherius Episcopus scortatorem redimit. 271.i
ætij encomium. 238.h
ætij res & gesta. 238.g
aëtius Patritius constitutus est. 499.b
aëtius vxoris oratione seruatur. 238.f
affectum omnem excludit fames. 167.g
afflictio discipulorum incipit Iesu. 45.a
S. afræ martyris. 555.k
africæ descriptio. 155.e
S. agabi Apost. 534.d
S. agabi prophetæ. 526.g
S. agapæ virginis. 556.f
agapæ conuiuium ad quod conueniebant pauperes Christiani. 65.h
agape oblatio. 61.g
S. agapes virginis. 527.b
agapeti pontificis. 536.f
SS. agapeti, Teliciissimi & Prætextati martyrum. 556.b
S. agapeti. 532.b
agapeti martyris. 537.f
agapetus ob merita Apameorum pontifex. 93.g
SS. agapij & Secundini episcopi Natalis. 537.h
S. agapij. 532.b
S. agapij martyris & sociorum. 530.i
SS. agapis & Chionię virginum. 533.g
S. agapiti martyris. 558.b
agapitus Papa. 438.e
agapitus papa. 442.a
agapitus Papa. 416.c
agareni & sarraceni irruunt. 310.c
S. agathangeli martyris. 523.c
S. agathæ virginis & martyris Natale. 525.d
S. agathonicæ optimæ fœminæ, Natalis. 535.a
S. agathonici martyris. 558.k
agathonis martyris. 527.a
SS. agathopodis & Cheoduli martyrum. 533.k
agathocles in Africam cum exercitu contendit. 200.f
agenenses hæretici. 471.k
agericus lue contabuit. 291.d

agesilaus claudus militiæ Lacedæmoniorum præficitur. 193.g
agesilaus Thebanos vicit. 486.f
S. aglibertæ abbatissæ. 557.o
SS. agliberti & Agradi cum aliis. 547.k
agilon. 417.d
agilbertus Parisiensis episcopus. 395.e
agilbertus Parisiensis episcopus. 377.f
agilbertus. 370.d
agilbertus. 378.g
S. agili. 550.g
S. agiloplii archiepiscopi & martyris. 550.f
agilulphus. 419.k
S. agnetis secundo Natalis dies. 523.k
S. agnetis virginis & martyris Passio. 522.h
agnetis virginis translatio. 561.c.
agnus dextro pede fontem ostendit. 48.b
SS. agradi & agliberti cum aliis. 547.k
agobardus. 507.i
de agone rege & Theudilinda. 306.f
agonis ducatus. 305.c
agotho papa. 502.d
agotho Papa. 425.e
agricolæ reliquiæ. 240.e
S. agricolæ, episcopi & confessoris. 531.b
S. agricolæ. 580.g
SS. agricolæ & Vitalis Natalis. 572.i
agrigentum Siciliæ vrbs expugnatur. 203.g
agrippa Tiberij iussu in vincula coniicitur. 141.c
agrippa Petri infector miserè moritur. 53.c
agrippa monachus. 95.k
agrippa agrippæ filius rex constituitur. 141.i
S. agrippinæ martyris. 547.i
B. agritij confess. & episco. 521.c
agricula epis. comedit tantum vesperi. 264.g
S. aichadri abbatis depositio. 563.e
aidam episcopus. 422.i
S. aidani episcopi. 560.h
aidani episcopi encomium. 373.a
aidani episcopi virtutes & miracula. 372.f
aidani dies obitus. 372.i
aidanus equum donat pauperi. 372.d
aidanus impendium orando depellit. 372.h
aidanus tempestatem prædicit. 372.g
aidanus vixit vt docuit. 369.h
aidanus præuidet regis obitum. 372.f
S. aigulphi abbatis. 561.d
aistulfus. 430.a
S. aithalæ martyris. 572.h
S. aithalæ martyris, & sanctorũ quadraginta mulierũ martyrum. 561.a
alaricus & Chlodoueus conueniunt. 243.b
alaricus rex. 229.c
alaricus Romam obsidet & diripit. 229.i
alaricus. 413.f
S. alaricus. 498.a
alaricus. 405.i
alanorum gens fera scythiæ. 177.d
alanorum irruptiones. 230.b
alba conditur. 481.c
albania. 402.g
S. albani martyris Natale. 547.e
S. albani martyris. 550.h
S. albani martyris. 547.f
B. alberti episcopi & confess. 534.d
B. alberti presbyteri & confess. depositio. 556.e
albertus alentelis. 475.h
de albina. 85.c
S. albinæ. 544.b
S. albini epis. & confess. 528.k
S. albini episcopi & confess. 525.b
S. albini epis. depositio. 563.e
S. albini martyris translatio. 535.f
albini rapacitas. 145.c
albinus. 67.h
alboinus nubit Chlosindræ. 249.d
alboinus cum Longobardis Italiam occupat. 254.c
albuinus. 417.f
albuinus. 418.e
alchimi illegitima successio. 145.d
alchimus. 489.f
alcibiades exul hortatur Lacedæmonios in patriã. 192.a
alcibiadis cædes. 192.f
alcmana à dæmonio curatur. 24.c
D. alcuini depositio. 541.k
S. aldeberti confessoris obitus. 536.f
S. aldegundæ virginis. 524.d
S. aldegundis virginis translatio. 574.h
B. aldegundis virginis corporis ostensio. 544.h
S. aldegundis virginis depositio. 547.e
S. aldhelmi epis. & confess. 542.i
aldhelmi scripta. 394.h
aldetrudis virginis. 528.f
S. aleidis virginis & abbatissæ depositio. 525.d
alemani vastant territorium Auenticense. 307.e
alexander bellum assumpsit. 127.a
alexander domat Indiam. 196.k
alexander Epirotarum rex à Samnitibus vincitur. 195.a
alexander episcopus. 102.c
alexander fuga sibi consulit. 125.d
alexander Hærodis filius strangulatur. 136.h
alexander Hierosolymis sacrificat. 486.c
alexander magnus nascitur. 194.g
alexander Papa tertius. 474.f
alexander Papa. 448.h
alexander & Aristoteles dantur custodiæ. 136.a
alexander Philippo succedit natus annis viginti. 196.d
alexander rex constituitur. 124.i
alexander Seuerus. 494.i
alexander somnio didicit suorum curationem. 197.b
alexander trigesimo ætatis suæ anno occidit. 197.K
alexander veneno interiit. 197.c
alexander vulneratur. 197.b
alexander cur se incluserit. 58.f
alexander monumento per 12. dies se inclusit. 58.f
alexandra in morbum incidit. 125.h
alexandra sapienter regnum administrat. 125.f
alexandra Tigranem mulcet muneribus. 125.h
alexandrię situs. 160.h
alexandræ vita. 58.ff
S. alexandri. 562.e
S. alexandri. 532.b
SS. alexandri & Amantij. 544.h
S. alexandriæ Apollonij presbyteri. 534.g
alexandri ætas & regnum. 197.k
SS. alexandri & Caij martyrum Natalis. 530.c
SS. alexandri & Epimachi martyrum. 579.k
alexandri Epiri gesta. 196.i.197
B. alexandri episcopi Natalis. 531.d
S. alexandri episcopi. 528.f
S. alexandri epis. passio. 564.f
S. alexandri epis. & confess. 560.e
S. alexandri martyris. 532.g
S. alexandri martyris. 532.f
S. alexandri martyris. 530.h
S. alexandri martyris. 540.k
S. alexandri martyris Natalis. 536.K
S. alexandri martyris. 559.K
S. alexandri martyris. 543.f
alexandri militis & Antoninæ virginis martyriũ. 538.K
S. alexandri papæ passio. 538.k
alexandri in præliis res gestæ. 196.e.f.& sequent.
alexandro fœderantur nationes. 197.c
alexandro mortuo partitur imperium. 197.i
alexandrum Archilaus expurgat. 135.c.d
alexandrum castellum. 126.b.c

S. alexij confessoris. 552.a
alexis sponsam pro Christo reliquit. 406.e
alexius imperator cum matre mergitur. 475.i
alfridus. 426.a
B. algisi presbyteri & confess. depositio. 544.c
alia fluuius. 193.a
alieni restitutio. 59.g
alleluia vox victoriæ. 499.d
S. alipij Cionitæ. 577.e
alludit ad id quod de Simeone dicitur. 398.i
almabergæ fallacia. 244.k
almachij martyris. 519.b
B. aluoberti episc. & confessoris. 541.e
S. alodij episcopi depositio. 565.g
SS. alphæi & Zachæ Natalis. 575.f
S. alphij. 540.c
altaris ornamenta. 85.b
altaris sanctificatio. 339.k
altercatio cum Iudæo. 266 g
amalaricus perimitur. 245.i
amalricus rex Hierusalem. 464.k
amasei populi. 20.h
amalsuinda strangulatur. 416.c
amandi corpus leuatur. 434.d
S. amandi episcopi & confess. corporis eleuatio. 564.e
S. amandi epis. & confess. corporis restitutio. 570.g
S. amandi. 571.c
S. amandi epis. & confess. 575.a
S. amandi epis. & confess. 547.a
S. amandi Natalis. 525.f
SS. amandi & Domnoleni confess. 548.b
B. amandi ordinationis commemoratio. 571.d
S. amandini confessoris. 573.e
amandus. 418.g
SS. amantij & Alexandri. 544.h
S. amantij Diaconi & sociorum eius Natale. 531.e
S. amantij episcopi. 572.k
amantij martyris Natale. 526.d
amanus mons. 97.f.100.h
B. amaranti martyris. 573.d
amarini viri Dei martyris. 523.f
amathus ab aquis calidis. 158.f.qualitas. ibid.k
S. amati episcopi & confess. depositio. 563.b
S. amati episcopi & confess. 537.g
S. amati epis. & confess. translatio. 569.i
S. amati presbyteri & abbatis. 563.b
amaror nutritius Christi. 467.c
S. amatoris. 542.e
S. amatoris. 577.e
S. amatoris epis. & confess. 538.c
amatus Archiepiscopus. 426.f
amasonum origo. 187.i
S. ambrosij abbatis. 572.f
S. ambrosi confessoris. 569.d
ambrosij epis. & confess. ordinatio. 579.c
B. ambrosij epis. & confess. depositio. 533.i
ambrosij episcopi. 564.a
B. ambrosij festum. 527.i
ambrosij obitus. 406.b
ambrosius. 410.a
ambrosius. 404.h
ambrosius. 497.b
ambrosius nunciat victoriam. 229.a
S. amelbergæ electæ depositio. 550.g
S. amelbergæ translatio. 549.d
S. amelbergæ virginis corporis translatio. 538.f
S. amelbergæ virginis Christi. 550.g
S. amelbergæ virginis Christi corporis aduentus. 571.d
SS. amellj & Amici martyrum. 568.g
SS. amici & Amelij martyrum. 568.g
amictus s. Iacobi salutaris. 107.g
amictus monasticus. 80.b
amilcar dux Pœnorum. 261.d
amilcar occiditur. 202.d
amyntus Philippi dux. 195.k
amma Talida. 85.k
ammæ Taor vita. 86.a
amma virgo à sororibus pro insana habita, omnibus tamen erat sanctior. 69.g
ammianus. 95.e
ammona abbatis vita, & eorum qui cum ipso erant. 72.g
ammona presbyteri & abbatis vita. 78.d
ammona 3000. monachorum abbas. 72.g
SS. ammonariæ & Mercuriæ, Dionysiæ & irerum Ammonariæ. 580.a
ammondi Natale. 522.c
ammonij abbatis vita. 60.f
S. ammonij martyris. 577.e
ammonii infantis Natale. 526.g
ammonij vitæ monasticæ institutum. 78.b
de ammonio abbate & iis qui cum ipso erant. 78.a
S. ammonis. 562.d
B. ammonis martyris. 581.a
S. ammonis. 575.f
SS. ammonis & Alexandri Natale. 526.c
S. ammonis lectorum. 532.e
ammonius & Eusebius. 110.h
ammonius non sensit carnis rebellionem. 60.h. eius memoria ibidem.
ammonius eruditus in Philosophia. 495.c
amnestia. 192.h
amalrici epis. Monasterienſis. 526.i
B. amoluini epis. & confess. 525.k
S. amoluini translatio. 549.d
amomum vbi nascitur. 184.i
amo Arelatenses debellauit. 254.h
amon. 484.d
amon ad montem Netuæ contendit 3000. discipulorum. 59.g
amon cohortatur coniugem suam ad virginitatē. 59.e
amon vxoris consilio seorsum habitauit. 59.f
amonis & coniugis eius vita. 59.e
amonis exercitium. 59.f
amor Dei supra naturam erigit. 115.a
amor Herodis in Mariamnem quantus. 132.g
amor patriæ animorum vinculum. 39.g
amor b. Petri. 115.k
S. amoris confess. depositio. 567.f
amphion. 481.i
SS. ampelij & Caij. 576.c
S. ampelij martyris. 526.g
SS. amplij, Stachyis & sociorum. 572.a
S. amsilionis translatio. 544.c
amum abbatis vita. 74.k
amum oleo puerum curauit. 75.b
anacephaleōsis de excidio vrbis Hierosolymitanę. 179.b
anachoretarum in monte quinquè millia. 59.b
anachoretæ in speluncis rupium. 81.g
anachoretæ vita qui illudebatur. 81.k
BB. anacleti & Gelasij pontificum. 548.i
anacleti papæ depositio. 551.b
analogius. 329.f
ananiæ, Azariæ, & Misaelis trium puerorum. 580.g
S. ananiæ apud Damascum. 523.c.f
ananus & Iesus insepulti. 162 g
ananus Ionathæ filius. 146.b
ananus iunior qui & kauua pontifex discipulos Iesu Christi persequitur. 45.a
ananus reuocatur. 156.e
ananus sacerdotum princeps. 148.a
S. anastasiæ natalis. 579.e
S. anastasiæ Natalis. 581.h
anastasij & Celsi puerorum. 520.g

S. anastasij martyris. 558.k
S. anastasij martyris Natalis. 562.b
S. anastasij monachi & martyris. 522.k
B. anastasij papæ depositio. 537.e
anastasius. 427.i
anastasius. 499.k
anastasius fulmine periit. 500.b
anastasius imperator munera. 414.k
anastasius imperator. 503.e
anastasius imperator fulmine interiit. 415.b
anastasius papa. 440.c
anastasius papa. 413.h
anastasius Persa monachus martyrium compleuit. 501.i
anastasius præsidet. 405.i
anastasius, Symmachus papa. 413.k
anatolianus martyr. 235.a
SS. anatoliæ, & Audacis passio. 550.f
S. anatolij episcopi. 549.f
S. anatolij epis. & confess. 525.b
anatolius. 495.f
anatolius torquetur à dæmone. 185.h
ancus. 484.e
ancyranæ ecclesiæ. 531.k
ancyræ martyris. 523.c
andarchius dolis appetit Vrsi filiæ matrimonium. 255.a
andarchij educatio. 254.k
andarchius cum suis & domo comburitur. 255.b
andeliacum castrum. 477
S. andocchij presbyteri. 565.b
andragathius præcipitem se aquis suffocauit. 228.d
S. andragisinæ. 568.k
B. andreas crucifixus viuit & loquitur. 25.i
B. andreas mortuum suscitauit. 20.i
B. andreas multis iniuriis & verberibus afficitur. 20.f
B. andreas nauigat Thessalonicam. 23.f
B. andreas reuincit Philosophos. 22.g
B. andreas serpentē miræ magnitudinis attriuit. 23.b
b. andreas ad bestias damnatur. 22.k
b. andreæ Apostoli festiuitas. 540.e
b. andreæ carmelitæ. 520.b
S. andreæ ad crucem exclamatio. 25.h
b. andreæ ad Amaseas profectio. 20.h
andreas in carcerem retruditur. 20.i.k.
b. andreas in carcerem mittitur. 25.f
S. andreæ Cretensis. 549.g
S. andreæ Apost. Natalis. 578.b
S. andreæ marty. 569.f
S. andreæ Apostoli vigilia. 577.i
b. andreæ ex Patris Corinthum profectio. 24.d
b. andreæ in Patras Achaiæ vrbem profectio. 23.f
b. andreæ in Patras reditus. 25.a
SS. andreæ & Petri passio. 541.c
andreæ & Petri vocatio. 16.b
b. andreę prima ex Iudæa in Achaiam profectio. 20.f
b. andreæ reditus in Philippos. 22.d
b. andreę in Synopem Achaiæ ciuitatē cōmigratio. 21.a
androgynus. 488.k
andromedæ locus. 152.h
b. andronici martyris. 568.c
S. andronici patris. 567.i
andronicus à dæmone liberatur. 74.i
andronius. 475.a
S. anæ virginis festiuitas. 537.i
S. anempodisti martyris. 572. f
S. angeli martyris. 568.h
angeli tres. 68.c
angeli stant in Saxones pro ecclesia. 505.d
angeli psallentes Erartongathæ deferunt animam. 370.h
angeli reducunt ad vitam Furseum. 373.h
angeli castrarunt Eliam. 68.d
angeli presbyteri & martyris Natale. 539.d
angeli Dei dæmonem eiiciunt. 38.k
angelorum auxilium. 102.e
SS. angelorum festiuitas. 528.k
angelus hominum custodiæ deputatus. 152.a
angelus confortat Ephigeniam. 37.f
angelus Ioannem curauit. 76.f
angelus cum gladio. 420.h
angelus panem esurienti ministrat. 76.e
angelus amici speciem induit. 79.k
anglia olim Albion. 352.b
anglicarum fœminarum priuilegium. 352.f
angli Idola comminuunt, Quadragesimam obseruant. 370.g
angli opprimuntur. 354.i
angli Romæ tonsurantur. 503.h
angli conuertuntur. 501.g
angli fidem suscipiunt. 402.g
angli Francorum colunt monasteria. 370.g
angli fiunt Christiani. 494.b
angli siue Saxones morantur in Britannia. 355.d
angli redeunt ad idololatriam. 421.f
anglorum in Britanniam aduentus. 502.a
anglos vt vidit Beatus Gregorius formosos dolet esse infideles. 362.b
anglorum Francorúmque pactum. 463.h
anglus seruit Regi Franciæ. 466.f
aniani precibus obsidione Aurelia liberatur. 238.d
S. aniani translatio. 546.b
S. aniani epis. & confess. 575.f
anianus. 498.d
SS. aniceti & Pholij martyrum. 557.b
aniceti papæ & martyris. 535.g
anima quid in corpore. 177.k
anima Traiani liberatur ab inferis. 419.k
animalia omnia in periculis sua habent arma. 171.h
animarum cura. 92.h
animæ Beatorum ab angelis deferuntur ad cælum. 121.i
animæ immortalitas. 232.b
anizanus prædicatione b. Marci ad fidem vocatur. 46.f
ordinatur episcopus. ibidem.
anlegonus apud Aristobulū fratrem falsò defertur. 124.c
S. annæ matris virginis Mariæ Natale. 553.h
b. annæ prophetissæ Natalis. 560.k
anni intemperies. 295.h
annibal frigore & vigiliis oculum amisit. 202.i
annibal frigore excæcatur. 487.k
annibal lapidibus obruitur. 201.a
annibal sese veneno necat. 204. g
annibal sauciatus. 202.h
annibal veneno se necat. 488.d
annibal ad portas. 212.f
annibal Italiam relinquens Africam remeat. 204.a
annibal fugit. 488.c
annibal Scipionem conuenit. 204.a
annibalis victoria contra Romanos. 203.h
annibalis victoriæ. 203.h
annibalis laudes. 143.b
annibalis in Italiam transitus. 199.a
annon perimitur. 488.b
annona pluit & piscibus. 444.h. S. annoni depositi. 578.k
S. annonis epis. neptis. 531.g
de annotationibus. 510.f
annulorum Tunodia. 203.a
annulus & orarium. 329.d
annulus valoris maximi. 330.i
annus statuitur. 484.d. S. ansani martyris. 578.c
S. ansberti Archiepiscopi. 526.c
S. anscharij episcopi. 525.a
S. anselmi abbatis. 575.i
S. anselmi epis. & confess. 536.c

anſelmus. 450.b
anſelmus Lucenſis. 450.i
anſoualdus Leudaſti ſubſtituitur. 264.h
antandes Agathoclis frater Afrorum exercitum opprimit. 200.f
antectius vi inuadit poſſeſſiones eccleſię. 286.g
S. anthelmi memoriæ obitus. 548.d
SS. anthiæ & Eleutherij Natalis. 535.h
S. anthimi epiſ.& martyris natalis. 537.e
B. anthimi presbyteri Natalis. 540.d
antiochus Hircanium obſidet. 124.a
anthymus S. Andreæ diſcipulus. 23.e
anthropomorphitæ. 406.d
anthropomorphitæ. 441.f
anthropomorphitæ. 496.g
antichriſtus circunciſionẽ inducet & Idololatriã. 232.b
S. antidij epiſ.& martyris. 548.b
antidius vectatur à dæmone. 496.k
antigoni cadauer ad Ariſtobulum fratris ſanguinem clamorem emittit. 124.i
antigonus occiditur. 487.f
antigonus Cæſari occurrit, atque Antipatrum accuſat. 128.b
antigonus Ptolomęum iugulari coegit & Ioſippum. 130. g
antigonus ſecuri percutitur. 130.i
antigonus deiicit ad pedes Soſij. 130.i
S. antinogeni Natalis. 553.c. antinous ſolitudo. 72.k
antiochia Metropolis Syrię. 148.g
antiochia pietati dedita. 100.a
antiochiæ euerſio. 301.f
antiochiæ ſitus & deſcriptio. 148.g
S. antiochi epiſcopi. 569.b
antiochus. 109.e
antiochus Dionyſius appellatus. 125.d
antiochus hortatur Cæſarem ad vrbis muros ſuccidendos. 168.b
antiochus occiditur. 125.d
antiochus Regis Comageni filius. 168.e
antiochus ritus Hebræorum negligit. 123.h
antipater Iudæorũ genealogias combuſſit. 491.d
antipater ad ſupplicium accerſitur. 137.f
antipater in vincula ducitur. 139.d
antipater veſtem ſcidit. 128.c
antipater popoſcit muros Iudæorum ædificari. 128.e
antipater regio fulcitur cultu. 133.h
antipater vafer & callidus. 134.d
antipater multis exceptis vulneribus egregium ſuæ virtutis exhibuit teſtimonium. 128.b
antipatri filij Herodis cędes. 139.i
antipatri generatio. 127.f
antiphanes ciuis Megarenſis. 24.i
antiphilus veneni delator. 137.i
antiphonarium Romanorum Galli recipiunt. 431.i
antiphonæ introductæ. 405.b
antema diruitur. 172.f
antonia caſtrum. 164.f
S. antoniæ martyris Natalis. 539.a
antonij libidines. 130.k
antonij virtus egregiè emicuit. 127.b
B. antonij viſio. 65.i
B. antonij Luſitani. 545.i
antonij protolici martyris. 527.a
B. antonij monachi. 521.k
S. antonij magni inter Dei pontifices. 526.h
S. antonij martyris. 574.h
B. antonij confeſſoris. 539.b
antonij martyris. 527.a
antonij corpus repertum. 500.h
antonij res & caſus. 218.h
antoninæ virginis & Alexandri militis martyrium. 538.k
S. antonini martyris. 561.b
S. antonini confeſſoris. 566.a
B. antonini confeſſ. Natalis. 538.h
SS. antonini annorũ viginti & Ariſtei epiſ. marty. 561.d
antonini Imperatoris vita. 223.h
S. antonini martyris releuatio. 574.h
S. antonini martyris. 558.k
antoninus monachus. 235.d
B. antonio reuelatur nomen Eulegij. 65.f
antonium caſtrum. 132.b
antonius Armeniæ regem capit. 218.h
antonius Aſcaloni præfectus decem milia Iudæorum obtruncat. 148.f
antonius Auguſto bellum intulit. 491.e
antonius. 161.c
antonius Baſſianus. 494.g
antonius Commodus. 494.c
antonius Centurio. 150.k
antonius Antigonum ſecuri percuſſit. 130.k
antonius monachus. 496.f
antonius peregrinus Patauinus moritur. 524.d
antonius pius. 493.k
antonius ſibi mortem intulit. 219.a
antonius rotus Cleopatræ amoribus deditus. 129.c
antonius verus. 494.a
antonius vidit animam Amonis. 59.i
antrum profundæ altitudinis. 132.c
anuph abbatis vita. 75.h
S. anyſiæ martyris. 582.h
aphrates ſigno crucis curat Imperatoris equum. 99.f
aphrates ex Perſarum Magorum genere. 98.f
aphrates nequidem Perſicam tunicam accipit ab Anthemio. 98.i
aphrates ab vno panem tantùm accipit. 98.f
aphricæ principium. 184.d
aphrodiſij martyris. 537.f
S. aphrodoſij epiſ.& confeſſ.depoſitio. 531.k
aphthonij abbatis vita. 69.a
S. aphthonij martyris. 572.f
apocalypſin propria manu ſcripſit b.Ioanes. 14.f
S. apodiemi. 535.e
S. apollinarem infectantur & flagellant Pagani. 51.a
apollinaris. 94.g
apollinaris ab Angelo confortatur. 50.d
apollinaris ad Danubium verſatus. 50.e
apollinaris mittitur Rauennam. 49.b
os S. apollinaris ſaxis contunditur. 50.c
SS. apollinaris, & Timothei. 559.a
B. apollinaris ſtudio iuuentus eruditur. 49.c
B. apollinaris epiſ.Natalis. 553.a
S. apollinaris epiſcopi. 567.b
S. apollinaris & Quiriaci. 547.c
apollinaris b. Petri diſcipulus. 49.a
apollinaris damnatur. 404.f
apollinaris Tribuni domum ingreditur. 49.c
B. apollinaris imperio Cæſaris vocatur. 50.a
B. apollinaris cæditur. 49.f
apollinaris. 494
apollinaris epiſcopus. 244.g
apollinaris virgis cæditur. 50.b
apollinaris ab infidelibus deſpicitur. 50.f
S. apollinaris miſsio. 50.i
apollinaris cum ſuis à tempeſtate liberatur. 50.d
apollinis templi ruina. 8.f
apollo abbatis vita. 73.a
apollo diuinitur præficitur. 73.c
apollo famis tempore populum paſcit. 74.d
apollo medicinam reperit. 481.
apollodorus Iulij Cæſaris in Galliã expeditiones. 490.e
S. apolloniæ virginis paſsio. 526.c
apollonides Myronis filius ſanatur. 67.b
apollonides ſoluit cathenam b.Ioannis. 7.b
apollonidis ſomnium. 7.c
apollonij abbatis vita. 77.e
SS. apollonij & Leontij epiſcoporum. 531.e
S. apollonij martyris Natalis. 544.g
SS. apollonij & Philemonis Natalis. 529.k
B. apollonij ſenatoris. 535.h
apollonij vita qui à negotiatoribus cognominatur. 60.k
apollonius. 494.e
apollonius medicum ſe & pharmacopolam præſtat fratribus. 60.k
apoſtatarum nomen abominabile. 370.k
apoſtatatio diſcipuli. 46.b
ad Apoſtolatum b.Matthias deligitur. 44.k
Io.Apoſtoli oratione locus vacat imbribus. 319.g
apoſtoli ſpe æterno rum terrena deſpiciunt. 33.g.h
apoſtoli permittunt fanaticos diuinare. 33.b
S. apoſtoli & Euangeliſtæ Ioannis Theologi. 565.e
apoſtoli pannoſi. 33.d
apoſtoli linguas omnes ſciuerunt. 35.h
apoſtolorum diſperſio. 46.c
apoſtolorum omnium feſtiuitas. 551.g
apoſtolorum proteſtatio. 32.c
apoſtolorum vocatio. 35.d
apoſtolus Ioannes manus decuſſauit. 10.c
apoſtaſia. 378.b
apparet b.Maria. 317.b
apparitio. 329.c
apparitio Angelica. 59.k
apparitio in rubo. 45.i
apparitio Beati Michaelis. 395.k
apparitio. 471.g
apparitio. 324.g
apparitio ſalutatis. 330.b
apparitio Diuæ virginis. 476.a
apparitio Domini. 39.e
apparitio Vrſini. 546.h
apparitio. 323.b
apparitio Angeli. 330.k
apparitiones dæmonum variæ. 63.h
apparitiones b.Pauli. 55.c
apparuit Vitalina quàmplurimis. 338.f
appellis abbatis vita. 76.d
de Appendice martyrologij. 510.g
appiani epiſ.& confeſſ.reconditio. 531.d
appio triumphus negatur. 206.g
S. apollonij Natalis. 533.k
apriantus. 84.i
aprilis depoſitio. 535.e
S. aprilis martyris cum ſociis. 558.i
B. aproniani paſſio. 524.i
aprunculus Arus fit epiſcopus. 241.c
aptacharius. 296.k
SS. apuleij & Marcelli martyrum. 567.e
aqua Benedicta Dæmoniacum ſanat. 103.b
aqua benedicta. 340.h.360.a
aqua benedicta mulier ſanatur. 389.k
aqua benedicta pellit abortionis periculum. 103.h
aqua benedicta inſtituitur. 426.c
aqua maris dulcis efficitur. 6.c
aqua precibus obtenta. 302.h
aqua ſacri Baptiſmatis cur diſparet. 407.f
aquarum clades maxima Romæ. 201.k
aquarum ingens penuria. 48.b
aquæ benedictæ guſtus inſanam curauit. 103.e
aquæ benedictæ virtus. 63.i
aquæ benedictæ virtus. 62.c
aquæ luſtralis efficacia. 107.d
aquæ penuria Hieroſolymis. 149.k
aquilla. 493.i
S. aquilæ martyris. 555.b
S. aquilæ & Priſcillæ vxoris eius. 550.c
aquilinæ & Nicetæ Natale. 553.c
S. aquilini epiſ.& confeſſ. 569.a
aquilini, Gemini, Eugenij, Martiani, Quinti, Theodoti, & Triphonis & aliorum martyrium. 519.h
S. aquilini martyris. 525.c
S. aquilini Natalis. 551.k
S. aquilini cum aliis duobus. 541.g
SS. aquilini & Victoriani. 541.d
aquitaniæ ducatus obuenit Francis. 457.i
ara Deo ſtanti erecta. 17.g
ara & Sacerdotium. 80.i
ara templi noctis tempore lumine reſplenduit. 175.f
arabes incidunt viuentium viſcera, vt exiis corradant aurum. 170.h
arabia. 184.f
S. araldi confeſſ. Natalis. 570.a
S. arabiæ martyris. 536.f
arateæ famulantur martyri. 331.b
arator. 415.i
S. aratoris presbyteri. 536.d
aratus. 487.i
arbatus Medorum præfectus. 189.c
S. arbogaſti epiſ.& confeſſ. 552.g.h
arbores bis in anno fructificant. 286.e
arbores bis in anno florent. 262.c
arca Noemi requieuit ſuper montes Ararath. 186.a
arca quid ſignificauerit. 480.b
arcadij imperium. 228.i
S. arcadij martyris Natalis. 574.g
arcadij martyris. 521.a
arcadius. 404.h
arcadius. 497.i
arcadius moriens filio tutorem deligit. 406.h
arcadum & Thebanorum prælia. 194.a
archelai viſio. 141.b
archelai & Herodis comparatio. 142.c
SS. archelai & Quiriaci Natalis. 558.i
archelaus epiſ. 495.g
archelaus Herode immanior. 142.c
archelaus ad Iudicium Romam deducitur. 141.b
archelaus apud Cæſarem accuſatus. 141.a. Viennam relegatur. ibidem.
archelaus expurgat Alexandrum. 135.c.d
archelaus cum exercitu maximo partim cæſus, partim pulſus. 213.
archelaus & Philippus Herodis filij Romæ inſtituuntur. 137.i
archidamus dux Lacedæmoniorum vulneratur. 194.a
archiepiſ.adulterio Lotharij conſentientes excommunicantur. 436.i
SS. archillei & Nerei martyrum Natalis. 540.f
S. archimini confeſſ. 532.h
S. archippi Natalis. 531.f
architecti ad fabricam Eccleſiæ. 396.f
S. arcontij martyris. 561.g
arduenna ſylua Galliarum maxima. 490.i
S. aredij confeſſoris. 559.g
aredius cruce ſanat infirmos. 302.g
aredius deſertor Gundobaldi. 242.f
aremulus. 483.k
aretus à Damaſcenis ad regnandũ expetitus. 125.e
B. aretæ martyris Natalis. 566.d
SS. arethæ & ſociorum martyrum. 570.i
arfaxat magus. 32.i
argæi, Narcyſſi & Marcellini pueri paſſio. 519.d
argumentum libri. 88.k.89.c
arianus eiròla excæcauit, quę debuerat illuminare. 237.f
arida viteſcunt. 316.d
aries deſcribitur. 150.a
arij mors & damnatio. 244.f
arij tempora. 90.g
ariolus vocatur ad mortuum. 336.i
arioniſtus. 490.f

ariperth. 427.c
ariperth. 423.k
S. aristarchi discipuli s. Pauli Apostoli. 555.h
SS. aristei epis. & Antonini martyrum. 561.d
B. aristidis. 560.h
S. aristionis vnus ex septuaginta duobus. 527.k
aristobulum Romani securi percutiunt. 128.d
aristobulus veneno interemptus. 127.h
aristobulus. 489.a
aristobulus capitur. 145.f
aristobulus Herodis filius strangulatur. 136.h
aristobulus primus diadema vsurpauit. 124.c
aristodemi cum b.Ioanne sponsio. 30.k
aristonicus strangulatur. 489.b
S. aristonis martyris. 549.d
aristoteles. 486.h
arius. 94.g
arma Christi orationes & lachrymæ. 166.d
arma Christianorum. 37.d
inter arma leges valere. 170.k
arma Romana fames & pestilentia compescuit. 191.e
armenia. 143.e
armenij credunt. 418.g
armentius successit Brino. 236.i
arnobius. 496.b
S. armogastis confess. 532.h
B. arnold. citharœdi Natale. 552.c
B. arnoldi Natale. 552.c
S. arnulphi epis. & confess. translatio. 557.i
arnulphi fratris transitus. 548.k
S. arnulphi episcopi. 552.c
B. arnulphi martyris. 566.h
S. arnulphi epis. & confess. 557.g
S. arnulphi epis. 552.c
arnulphus. 450.c
arnulphus. 438.f
arnulphus Lexouiensis Episcopus. 474.f
arphaxat. 479.g
arphaxat & Zaroes pseudoprophetæ. 35.e
arelatensis episcopus. 358.d
arriana hæresis. 354.b
arriana hæresis. 496.c
SS. arriani, Theotici passio. 530.a
arriani rebaptizant. 263.b
arriani altercatio. 263.i
arrianus excæcauit quem illuminare promittebat. 339.c
arrianus miraculo reuincitur. 327.h
arrij mors fœtida. 240.k
arrius hæreticatur. 226.g
arrogantiæ malum magnum. 81.c
SS. ascisli & Victoriæ martyrum passio. 575.f
ars nulla aduersus Dominum. 35.i
ars seductoris diaboli. 38.f
arsacij abbatis vita, ac eorum qui cum eo erant. 59.b
S. arsenij martyris. 580.d
S. arsenij. 552.d.e
arsenius Romæ claret. 405.g
artaxerxis & Cyri bellum. 192.i
artaxerxes. 486.e
S. artemij magni martyris. 570.a
S. artemij episcopi. 523.i
S. artemij. 544.h
artibus magicis tribuitur quod diuinitus fiebat. 43.a
artemius. 501.f
S. artici. 573.c
artorij (qui & Argorius) militare testamentum. 174.a
arturi mors dubia. 417.b
arturus. 412.c
arturus nascitur. 411.d
arturus duello Gallias acquirit. 413.c
arturus. 402.h
aruatij tumulum vix nox attingit. 345.f
aruba Molessorum rex. 195.b
aruerni veniunt Arelatenses expugnaturi. 253.c
aruernis clericis tributa remisit Child. 297.d
aruernorum episcopi. 235.f
asa. 483.h
asaphi episcopi. 538.f
ascaloni vrbs ampla. 148.f
ascensionis miracula. 394.f
ascensionis Christi vaticinia. 26.h.i
S. asclæ martyris. 523.b
S. asclepiadis Antiocheni epis. 569.g
asclepiodatus. 443.g
asclepius. 110.d
asclepius in vtraque vita & ciuili & solitaria egregius. 110.e
asclepius chilperici custodes occidit. 269.e
asdrubalis vxor se combussit. 485.h
asia aliæque multę prouinciæ imperio Romano subiectæ. 143.e
asia minor. 184.f
asia sors Ioannis. 1.d
asicha vicus. 105.h
asiæ vires & regna in potestatem Macedonici imperij cecidere. 196.g
de asella. 85.f
asphaltis. 318.b
asphaltites locus medicabilis. 139.g
asphaltitis qualitas. 158.k
asphaltitis & Tiberiadis discrimen. 158.g
de Asphaltite lacu mira. 159.a
aspidis morsus non nocuit Macario. 63.c
aspis in puteo. 58.a
assertio pro imaginibus. 120.c
assumptio virginis. 316.a
assumptionis octauę. 436.a
assumptionis Dei genitricis Marię vigilia. 557.c
asylum est ecclesia. 256.i
assyriorum rex primus Ninus. 189.c
aster miles Philippum vulnerauit. 195.c
astaroth b.Bartholomæi aduentu sic captiuus & religatus est, vt nullum det responsum. 37.k
astaroth Idolum. 37.i
S. asterij & Marini martyrum. 529.d
S. asterij presbyteri. 570.b
S. asterij. 559.a
asterioli & Secundini contentio. 248.h
asterius Dialectica & eloquentia abutitur ad hæresin. 93.b
asterius diuina plaga sanatur. 93.c
asterius adolescens senem Iulianum conuenit pro vitæ instituto. 91.k
asterius probatur. 91.k
astiagis facinus. 188.d
astrapius incarceratur. 251.h
astrologi prædictio. 472.f
astyages frater regis Polymij. 39.a
astyages durè contra b. Bartholomæum Apostolum loquitur. 39.a
athalaricus. 415.g
athalia interficit stirpem regis Ioram. 483.i
athanaticus. 404.f
athanaricus persequitur ecclesiam, cui regno pulsus. 237.k
athanagildus. 417.i
S. athanasij natalis epis. & confess. 538.f
athanasius. 58.h
athanasius redit ad suos. 85.i
athanasius vexatur ab Arrianis & Constantio. 496.f
athanasius scripsit vitam S. Antonij. 59.h
athanulphus Placidiam ducit. 498.c
athanulphus Placidiam ducit. 407.c
S. athelberti martyris. 542.a

athenien-

athenienses opulenti. 192.b
athenienſium & Cretenſium pugna. 187.g
athenienſium & Peloponenſium & aliorum bellum. 188.f
athenienſium & Spartanorum prælia. 192.b
S. athenogenis Hieromartyris. 551.i
atlas. 481.f
atilius Consul insulas Siciliæ nobiles euertit. 201.a
atreus & Thyestes. 187.f
S. attalæ abbatis. 530.c
S. attalæ virginis. 578.h
S. attali. 544.b
attalus capitur. 246.f
atticus Episcopus. 406.i
attila. 410.c
attila Aquileiam diripit. 238.f
attila Aureliam expugnat. 238.c
attila moritur. 411.a
attila occidentem inuadit. 410.f
attila visione territus ignoscit Rom. pontifici. 410.k
S. attilani episcopi Natalis. 567.b
attalus cum seruo euadit. 246.i
attalus Romam venit cum 3200. nauibus. 230.i
auara truditur ad inferos. 331.g
auaræ tormentum. 331.h
auari. 433.i
auari frumentum sinunt putrescere. 82.a
auaritia species est vna fraudis diaboli. 58.h
auaritiæ spiritus. 61.k
auari, Inuidi & Gulosi quibus similes. 81.d
auaro mulieres carcerem recludunt. 42.c
auarus luit. 321.b
S. auctoris Tretirorum episcopi. 558.f
audacia in bello murus est. 163.d
audaciam alit successus. 168.g
SS. audacis & Anatoliæ passio. 550.f
S. audacti presbyteri Natalis. 570.h
B. audeoli subdiaconi. 538.d
audifax & Abacuc martyrum. 522.d
audoenus. 503.b
audoenus episcopus. 426.f
auerhin. 415.i
S. audomari epis. inuentio. 570.c
S. audomari epis. translatio. 545.b
S. audomari epis. & confess. 562.e
audoneus iudex iniquitatis. 276.b
S. auentij. 545.a
S. auentini. 525.c
S. auentini confessoris & Diaconi. 539.d.e
ausidianus à Traiano mittit ad b. Clementem. 48.c
auorsus. 475.c
auentinus. 483.k
B. auguli epis. Natalis. 525.i
auguria damnat Bonifacius. 365.f
augurij Diaconi Natalis. 522.h
S. augustalis episcopi. 562.b
S. augustini episcopi. 539.a
S. augustini epis. depositio. 560.b
S. augustini episcopi. 559.c
S. augustini epis. & confess. conuersio. 539.e
S. augustini. 562.h
S. augustini epis. & confess. 543.b
S. augustini episcopi & confess. translatio. 528.i
augustini & Hieronymi contentiones. 406.g
B. augustini episcopi & confessoris corporis translatio & reconditio. 568.d
augustini laus. 360.g
S. augustini Natalis. 575.d
augustinus. 497.k
augustinus moritur. 409.c
augustinus conuertitur. 405.e
augustinus mortem deprecatur. 498.g
augustinus aduersus Pelagium venit in Angliam. 356.i
augustinus moritur. 362.k
augustinus philosophatur. 406.f
augustus. 491.c
august. cõpositis vndique rebus tertio Iani portas claudit. 219.k
augustus Domini appellationem vitauit. 219.k
augustus cum audisset inter pueros quos in Syria Herodes interfecerat filium quoque eius occisum: Melius est, dixit, Herodis porcum esse quàm filiũ. 221.a
augustus vocari dominus non vult. 491.k
auicetus Romæ epis. 494.a
auis sit lapis. 112.a. de auita. 85.f
B. auiti epis. & confess. 525.d
S. auiti martyris. 523.h
auiti scripta. 242.k
S. auiti presbyteri & confess. 546.h
auiti triduanum ieiunium. 94.d
auitus senator Aruernus. 239.i
auitus Viennensis epis. 499.k
auitus obitum prædixit. 348.h
auitus Aurelianus. 500.d
auitus Viennensis epis. 413.g
auitus monachus. 94.c
auium oblationem reiicit Polychronius. 110.c
S. aunarij epis. & confess. 565.c
S. aureæ virginis. 566.k
SS. aurei, & Iustinæ sororis eius passio. 546.f
S. aureliæ virginis. 569.b
aurelianenses supra Dunenses irruunt. 274.g
B. aureliani epis. depositio. 546.f
aureliani imperium. 225.a
S. aurelianis. 533.a
S. aurelij episcopi. 542.k
SS. aurelii & Georgij Diaconi martyrum excep. 570.a
S. aurelij Natalis. 560.a
aurelianus. 495.e
aurelius Clemens. 329.d
aurelius Antonius. 494.h
aurum despicere. 60.c
aures minus fideles oculis. 70.h
aureo piscari hamo. 222.d
S. ausberti eleuatio. 533.b
S. ausberti archiepis. 562.d
SS. ausberti & Vulfranni archipræsulum corporum Anshelmus Archiepis. Cantuarię. 453.g
S. auspicij episcopi. 550.g
auspicium ex sacris literis. 265.d
auspicium Victoriæ petitum ab Ecclesia. 243.e
auspicium ex Euangelio & prophetis. 251.f
austrigildis medicos qui curabant si moreretur occidi iussit. 262.g
austeritas sine charitate periculosa. 68.a
austeritas Eusebij. 94.i
austeritas Sabini. 94.k
austeritas eius qui vitã delicatã fuerat consecutus. 80.c
austrasiani Sygiberto persoluunt. 312.e
S. austrobertæ virginis. 526.d
austrobertus episcopus. 504.c
B. austregisili epis. & confess. 542.a
S. austremonij, primi Aruernorum epis. 572.d
S. austrudis virginis & abbatissę Natale. 569.f
ausus in Brunichildem. 293.d
autberti epis. & confess. 525.e
S. autberti episcopi. 580.b
B. auteri papæ Natale. 519.e
author alloquitur populum Iudaicum. 162.e
author dolore capitis. 335.b
authoris propositum. 193.d
authoris humilitas. 337.g
authoris frater ambiens episcopatum, occiditur. 257.a
authoritatem Christi diminuit Ananus. 45.e

S. autonomi martyris. 563.a
S. antypæ epiſc. Pergami Aſiæ Hieromartyris. 534.h
S. auxibij archiepiſcopi Solienſis. 527.g
auxilium martyrum & ſ. Iacobi contra dæmones. 107.g
auxilium de cœlo. 440.g
auxilium angelorum. 102.c
S. auxentij martyris. 580.c
S. auxentij. 527.a
azariæ, Miſaelis & Ananiæ trium puerorum. 580.g

B

S. Babylæ epiſcopi & martyris Natale. 523.d.eius miraculum. ibidem.
S. baboleni abbatis & confeſſ. 548.d
babylon Ægyptia. 485.g
babyloniæ 184.f
babylonia à Nino & Semiramide reparata. 190.c
babylonia à Nemrod gigante fundata. 190.c
babylonia capta. 485.d
babyloniam reparauit Semiramis. 189.d
babylonici & Romani Imperij collatio. 220.g
babylus Epiſcopus Antiochenus. 234.g
bacchantium intemperantia. 12.c
SS. bacchi & Sergij martyrum. 567.d
baddon. 289.a
S. bademi martyris. 534.d
S. baini epiſc. & confeſſ. 547.d
baiocenſis Eccleſia comburitur. 463.f
S. balbinæ virginis, Filiæ Quirini martyris. 533.a
S. balbinæ virginis. 567.c
S. baldæ abbatiſſæ. 579.f
S. baldegundis abbatiſſæ. 526.d
S. baldi confeſſoris. 573.e
baldomeri viri Dei. 528.h
B. baldrici confeſſoris. 569.d
baldricus Imperator. 445.k
baleares inſulæ. 185.c
balearicum bellum. 208.h
balduinus moritur. 476.f
balduinus Flandrenſis Imperator Conſtan. 478.b
balduinus coronam recuſauit. 454.k
balduinus à Sarracenis capitur. 456.a
balduinus. 454.c
balduinus Aſcalonem cepit, Agarenos expulit. 464.f
balioarij Bulgaros vna nocte interficiunt. 311.b
balſama quomodo gignatur. 158.a
B. balſemij ſororúmque eius martyrum Natale. 557.i
S. bautonis confeſſ. Chriſti. 554.h
baptiſma non reiterandum. 237.d
baptiſma ſalutiferum. 382.c
baptiſmo aqua diuinitus exoritur. 345.b
baptiſmus Lepram curat. 10.i.k
S. baptiſtæ. 549.b
Baptiſteria non erant in primitiua Eccleſia. 366.k
baptizantur multi. 41.d
baptizatur rex perſidis. 34.h
baptizatur populus. 39.a
baptizat b. Ioannes familiam Myronis. 7.e
baptizati prohibentur petere ſtipem à gentilibus & Iudæis. 47.b
baradatus. 113.a
S. barbaræ virginis paſſio. 578.i
barbari in ſe inuicem irruunt. 111.k
barbaries melior eloquentia, ſi cum barbarie zelus & veritas. 98.g
S. barbati epiſc. & confeſſ. 527.g
barbatiani confeſſoris. 582.g
bardo archiepiſcopus. 440.h
S. barlaam martyris. 576.a
bardoganenſes & norduitæ baptizantur. 432.c
barnabas educitur à carcere. 55.c
barrabas. 162.g
B. bartholomæi corporis ſymmetria. 37.k
S. bartholomæi Apoſtoli. 559.h
B. bartholomæi Apoſtoli Natalis. 559.c
S. bartholomæi Apoſtoli vigiliæ. 559.a
B. bartholomæi orationis perſeuerantia. 38.a
bartholomæi oſſa. 435.c
bartholomæi corpus & corium. 461.b
bartholomæi ſarcophagum plumbeum natat. 320.g
B. bartholomæus reſpuit munera. 38.b
quod. b. bartholomæus viuit, viuit Deo. 38.a
barzafarmanes Perſarum imperator. 132.ff
S. baſilæi martyris. 529.i
SS. baſilei & Iouini martyrum. 529.b
S. baſilei Hieromartyris presbyteri. 531.k
S. baſilei martyris. 537.d
S. baſilæi epiſcopi. 577.g
de baſilica b. virginis. 316.h
baſilicæ Saluatoris dedicatio. 573.k
baſilicæ ſ. Mariæ in portiuncula conſecratio. 555.f
baſilicæ præfatæ vrbis dedicatio. 565.f
baſilides. 493.k
ſ. baſilidis Natalis. 545.e
ſ. baſilidis martyris. 545.i
S. baſilij epiſcopi Natalis. 546.a
S. baſilij epiſ. & confeſſ. 534.k
baſilij domus benedicitur. 8.b
B. baſilij. 530.b
S. baſilij confeſſoris. 528.i
baſilij conſtitutiones monaſticæ. 120.c
S. baſini epiſcopi. 529.f
S. baſiliſci martyris. 542.e
S. baſiliſci martyris. 529.e
baſiliſcus. 347.h
baſilius Papa. 438.g
S. baſilius philoromo familiaris. 83.f
baſilius Iuliani necem præuidit. 404.c
baſilius Tribunus cum vxore credit in Chriſtum. 7.k
baſilius monaſterium extruit. 94.k
baſilius. 437.a
baſilius moritur. 497.d
baſilius. 496.h
B. baſillæ virginis & martyris Natalis. 542.a
baſiliſſę virginis. 542.a
S. baſoli confeſſ. tranſlatio. 569.b
S. baſoli confeſſoris. 577.c
ſ. baſſæ martyris. 558.h
baſſi martyris. 527.a
B. baſini regis & martyris. 547.d
baſſiani martyris. 527.a
ſ. baſini regis & martyris. 551.e
ſ. baſſiani. 579.f
ſ. baſſiani epiſ. & confeſſ. 522.e
baſolus & Sindulphus. 418.e
bathaias. 425.g
batildis reginæ Natale. 523.g
baudelij & Scubilij martyrum. 546.b
ſ. baudelij martyris. 542.a
baudinus. 303.k
baudinus epiſcopus obiit. 249.g
ſ. bauonis pij confeſſ. eleuatio. 555.c
ſ. bauonis confeſſ. 566.d
de be abbate. 72.g
be abbatis integritas. 72.g.h
beani primi epiſcopi & confeſſoris Aberdonenſis Natalis. 580.g
beatæ Dei genitricis feſtiuitas. 572.c
SS. beatæ Brigittæ de Roma. 543.e
beati Petri ſequendam regulam. 377.k
S. beati confeſſ. 540.a
beati & Benigni cum ſociis eiis. 571.a
beati Brocardi presbyteri. 561.c
S. beati presbyteri Treuirenſis & confeſſ. 553.h

beatitudinis fœlicitas. 36.a
beatorum animæ deferuntur ad cœlum ab Angelis. 121.i
S. beatricis martyris. 554.d
bebbæ oppidum ſiue Delbæ. 372.h
beccenſis. 450.b
becco calumniator humiliatus. 334.a
beda claret. 426.i
bedæ obitus. 400.c
bedæ venerabilis presbyteri depoſitio. 540.c
bedæ presbyteri depoſitio. 543.b
S. beggæ viduæ. 550.b
B. beghæ viduæ. 580.h
beireth idolum. 37.k
begonus Aruernis Epiſcopus. 235.g
belichildis necatur. 307.e
belichildis contemnit Brunichildem ancillam Dominam. 306.g
S. belindis virginis Natalis. 525.c
bellini martyris epiſ. paduani. 577.e
beliſarius. 500.g
belus. 480.a
bella Græcorum. 196.h
bella varia. 212.g
bella ſocialia. 211.i
bella Hiſpanica, Pamphylia, Macedonica & Dalmatica. 212.h
bella vnde originem ſumpſere. 184.a
bellaria Eccleſiæ donata. 67.e
de Bello ſecundo Punico. 207.b
bellerophon. 481.k
bellorum Dagoberti cum ſcalonibus exordium Regni. 510.f
bellorum Romæ clades. 194.h
belluæ graſſanti imperat abbas Be. 72.h
bellum aduerſus Theodoricum. 313.h
bellum cum Rhetis geſtum eſt Druſo & Piſone conſulibus. 219.g
bellum Marianum & Mithridaticum. 210.i
bellum pyraticum. 214.b
bellum contra Romanos. 197.c
bellum inter Saxones & Sueuos. 258.k
bellum Philippenſe. 206.d
bellum Mithridaticum. 218.d
bellum aduerſus Gundobaldum. 213.f
bellum cum Alarico. 242.d
bellum Ariſtonici. 243.d
bellum ciuile inter Perſas. 208.a
bellum ciuile Cæſaris & Pompeij. 216.k
bellum punicum. 204.b
bellum punicum tertium. 205.b
bellum Caroli in deſiderium. 505.c
bellum ciuile primùm Romæ commotum eſt. 210.i
bellum Macedonicum. 204.c.h.i
bellum Cimbricum. 209.c
bellum Iugurthinum. 208.k
bellum Sueuorum cum Saxonibus. 258.k
bellum contra Chilpericum. 256.e
bellum creticum. 214.c
bellum Cantabricum. 219.e
bellum ſeruile. 199.i
bellum Gallicum. 202.e
bellum ſacrum. 451.h
bellum cum Illyrijs atrociſſimum. 202.d
bellum ſeruile. 208.a
bellum Aruernum. 208.h
bellum Saxonum. 505.g
bellum ciuile excitauit Eunus Syrius ſeruus. 207.d
bellum inter regulos Franciæ. 255.g
bened. Sim. Siluеſter Gregorius Papa. 447.f
S. benedictæ virginis & martyris. 567.f
B. benedictæ virginis. 548.h
S. benedicti abbatis tranſlatio. 578.k
benedictio. 6.e
benedictio Apoſtolica. 42.h
benedictio pro conſeruanda virginitate. 37.d
benedictio. 267.a
benedictio. 390.d
benedictio ſacerdotalis. 281.a
benedictiones. 109.b
benedictionis efficacia. 390.a
benedictionis ſacerdotalis fructus. 111.i
benedictionis & aquæ luſtralis efficacia. 107.d
benedictione curatur ſcabies. 389.f
benedicti obitus. 414.i
benedicti martyris & Zœrardi confeſſ. 538.f
S. benedicti abbatis Natalis. 531.h
S. benedicti primi abbatis. 521.a
S. benedicti abbatis tranſlatio. 550.i
benedicti ad Totilam vaticinia. 416.g
S. benedicti confeſſoris. 570.g
benedictus papa. 436.d
benedictus papa. 443.ſ
benedictus papa. 439.g
benedictus papa. 442.k
benedictus papa. 425.i
benedictus papa. 418.i
benedictus papa. 445.i
benedictus papa. 447.a
benedictus papa. 443.k
benedictus in clibanum coniicitur. 416.f
benedictus. 415.k
benefici luunt. 262.i
beniamin æger morbo immedicabili medetur quibuſuis morbis. 60.i
beniamin abbatis vita. 60.h
beniamin Paulum præfigurat. 483.c
benignitas Thalaſſij. 109.d
benignitas Dei ſuccurrit hominibus. 35.f
SS. benigni & Euagrij Natalis. 533.g
S. benigni presbyteri. 572.c
benigni & Beati cum ſociis eius. 571.a
S. benigni epiſ. & confeſſ. 572.h
benigni ſepultura reperitur. 339.g
beor Epigeniæ germanus ſuccedit in regnum. 37.g
beppolenus ad Guntranum deficit, Andeganos expilat. 286.d
S. berardi paſſio. 521.i
S. berchatij abbatis & martyris. 869.d
berecingum monaſterium. 380.h
B. beregiſi abbatis Natalis. 566.f
berengarij in Euchariſtiam blaſphemia. 447.k
berethrudis obiit. 308.f
berithos vrbs. 136.b
S. berlendis virginis depoſitio. 525.b
S. berlendis virginis eleuatio. 538.h
berlendis tranſlatio. 262.f
S. bernabæ Apoſtoli Natalis. 545.g
S. bernardini Senenſis. 542.a
S. bernardi epiſcopi. 523.d
S. bernardi epiſcopi. 578.i
S. bernardi eremitæ depoſitio. 541.e
B. bernardi primi Claræuallis abbatis. 558.f
bernardus beato fine quieuit. 460.b
bernardus Viennenſis epiſcopus. 507.e
bernardus. 454.c
SS. beronici, Pelagię & aliorum quadraginta & nouem martyrum. 569.i
S. beatæ piiſſimæ abbatiſſæ depoſitio. 549.g
ſ. bertellini eremitæ & confeſſ. 262.f
bertha. 424.f
berthefredus occiditur. 288.k
berthegundis malitia. 298.d
bertericus proculus. 504.i

S. bertholdi confess. ordinis. 532.i
B. bertiliæ eleuatio. 563.d
S. bertini patris corpus. 551.i
B. bertini. 545.b
S. bertini prætiosissimi corporis inuentio. 546.f
bertini abbatis & confessoris eleuatio. 538.h
bertoaldum obsidet Laudericus. 305.k
S. bertualdi episcopi & confess. 576.c
S. bertuini epis. & confess. 574.c
bertuualdus archiepiscopus. 399.a
S. berthulphi abbatis. 558.d
S. berthulfi confess. 525.d
SS. bertulphi Guidv vali, corporum translatio cum reliquiis s. virginis Amelbergæ. 542.b
bertulfus ligatur & exiliatur. 283.i
S. berturij Natalis. 551.k
S. bessarionis patris. 544.h
S. bessiæ Natalis. 551.k
bestiæ malorum vltrices. 23.a
S. betharij Carnoti epis. 555.f
betherico successit Sisebut. 306.e
bethericus. 420.i
bethemani. 433.k
bethicus. 497.k
bibliotheca Hadriani. 493.i
bibliothecæ Alexandri incendium. 217.f
S. bibianæ martyris passio. 578.f
S. bibiani epis. & confess. 560.c
bigamia agitatur. 508.c
S. bihildis viduæ Natalis. 577.g
bilisarius. 416.d
S. birgittæ viduæ Natalis. 553.a
S. birgittæ viduæ. 567.e
S. birgittæ ordinis. 539.b
S. birini episcopi. 578.g. birith. 425.h
birinus Geuisses ad fidem adducit. 370.c
bisarió pauperé suo vestit habitu, ipse iterim nudus. 84.b
bisarionis abbatis vita. 84.a. simplex tunica ibidem.
bitoitus rex Aruernorum. 489.e
bitumen archa quid. 480.c
bituminis glebæ in aquis natantes. 159.b
biturigensium conuersio. 234.i
bladastis ingeniosa fuga. 279.c
S. blasij epis. passio. 525.a
de blasio & Fonio episcopis. 263.g
blanda. 477.g
blasphemiæ pœnas luit sacrificulus Apollinis. 10.k
blasphemia pharisæorum in Christum. 45.d
blasphemus luit pœnas. 345.a
blidramnus Viennensis Ecclesiæ epis. 503.f
boetius. 414.e
boantus gladio percutitur. 281.i
bobolinus Viennensis episcopus. 503.c
bodonis episcopi & confess. 562.k
boiorix & Lucius reges in acie Crœsi. 209.i
S. bonauenturæ depositio. 551.d
SS. bonæ & Dodæ virginum. 537.a
S. boni. 542.e
S. boni presbyteri & martyris. 555.b
S. bonifacij papæ. 542.i
S. bonifacij martyris passio. 541.a
S. bonifacij papæ. 552.a
S. bonifacij martyris. 544.g
bonifacij papæ. 571.a
S. bonifacij Diaconi. 558.a
bonifacij papæ Epistola. 364.c
bonifacius papa. 439.d
bonifacius papa. 415.i
bonifacius, Lausanensis in Burgundia episcopus moritur. 527.g
bonifacius mutus efficitur. 49.g
bonifacius papa. 407.i
boniti episcopi. 521.f
bonorum spiritualium communicatio. 96.i
S. bonosæ Natalis. 551.g
S. bonosij episcopi. 527.d
bonosi imperium. 225.b
SS. bonosi & Maximiani martyrum Natale. 558.h
fidem Boruchtuarij accipiunt. 392.b
bosa & Eata Episcopi. 381.k
boso vtebatur sortibus. 288.h
boso per Agericum veniam impetrauit. 288.a
bostremus. 497.d
botulphi abbatis. 546.h
boues reperiuntur. 347.a
brachio abbas. 258.b
s. brandani abbatis. 541.e
brendanus. 418.b
s. brictij epis. & confess. 574.g
briccius epis. Turonens. 303.d
briccius b. Martino insidiatur. 236.f
brigida. 415.c
s. brigidæ virginis Natalis. 524.g
s. brioci episcopi & confess. 538.f
brios locus. 164.k
britannia Romano imperio armis acquisita. 147.d
britannia vallo cingitur. 353.c
britannia denuò vallatur. 354.g
britannia. 185.d
britannia Francis tum primùm subiicitur. 506.c
britanni prædantur. 289.g
britanni prædantur. 291.e
britanni Francorum subditi. 249.g
de britannorum comitibus. 249.f
britannorum incursiones. 262.a
britannorum vastatio. 261.i
britannorum origo. 402.d
britones & Angli malè conueniunt. 368.d
britonis episcopi & confess. 539.e
britonum linguæ quatuor. 370.a
britto presbyter ob temulentiam dæmone corripitur. 285.g
S. brixij epis. & confess. 550.f
brunechildis interceffit pro Lupo. 266.f
brunichildis discerpitur. 421.g
brunichildis ad regem Hispaniarum munera. 291.i
brunichildis reges occidit, equi calcibus discerpitur. 308.a
brunichildis membratim discerpitur. 501.g
brunichildis pellitur in exilium. 256.d
S. brunolphi epis. & confess. 554.g
S. brunonis confessoris depositio. 567.c
B. brunonis depositio. 568.d
brunulfus interimitur. 309.g
bucephala vrbs à quo condita. 197.a
bucilenus Siciliam capit. 248.g
bura vrbs Achaiæ locorum hiatibus deuorata est. 194.c
s. burchardi epis. & confess. 568.k
burchardus. 445.g
burdinus pseudopapa. 455.c
burgundiones pacta Deo fide Hunnos vincunt. 408.h
B. burgundoforæ virginis depositio. 533.g
byzantiis b. Andreas verbum Domini prædicauit. 21.f
byzantium à Pausania rege Spartianorũ condita. 195.g.h
byzantium conditur à Pausania. 486.k
byzantium à Constantino aucta, & Constantinopolis dicta. 195.g
byzantium Philippus obsidet. 195.g

C

S. Cabilonis martyris Natalis. 561.f
cacodæmon balneis infestissimus. 2.g
cadara fondirus euersa. 149.f
cadauer incorruptum. 341.g
cadauer Helisæi mortuum suscitauit. 45.e

cadauer scelerati ab æde Diui Vincentij proiicitur. 328.i
cadualadrus. 426.e
cadinus. 481.i
cæcilia virgo. 494.i
cæcilia semper in sinu Euangelij volumen ferebat. 23.k
S. cæciliæ virginis Natalis. 576.g
S. cæcilij confess. Natalis. 541.c
cæcitatis Sisinnij causa redditur. 47.d
cæco visum restituit b. Andreas. 20.h
cæcos b. Andreas restituit. 25.b
cæcus illuminatur, Dæmoniaca sanatur. 267.f
cæcus illuminatur. 344.c
cæcus Audomarus illuminari non vult. 424.d
cæcus illuminatur. 362.e
cæcus illustratur crucis signaculo. 237.g
cæcus restituitur. 340.i
cæcus illuminatur. 49.c
cæcus illuminatur. 14.g
cæcus recipit visum. 50.h
cædes inuoluntaria salutis causa. 61.d
cædes promiscua. 162.c
cædes Alcibiadis à Pharnabazo. 192.f
cædes in templo ob moniales fugitiuas. 294.g
cædes Iulij Cæsaris. 126.k
cæditur Albanus. 353.h
S. cælestini Papæ. 534.b
B. cælestini martyris inuentio. 544.h
cæli tractus corruptior pestilentiam creat. 133.e
cælum arsit. 452.d
cælum pro tecto, 106.f. cælum scindi visum. 202.i
cælum ardere visum. 202.f
cæsar Gallos multa clade comprimit. 215.k
cæsar primò Christianus. 495.a
cæsar occiditur. 491.c
cæsar aduersum Gallos rebellantes denuo pergit. 215.f
cæsar Pompeium vltra mare Ionium expulit. 127.g
cæsar suis officia distribuit. 168.h
cæsar Herodi multa donauit. 132.a
cæsar murum conscendit. 172.c
cæsar Alexandrinis reddit Regem. 217.g
cæsarea vrbs. 132.d
cæsarea Scytharum. 152.f
cæsareæ conditor. 145.b
cæsarem à Senatu cæteriſque ciuibus sententia Munacij Planci Augustum dictum fuisse. 219.d
cæsares à Iulio. 491.c
cæsarianorum fiducia. 173.k
SS. cæsarij Diaconi, & Iuliani presbyteri. 572.c
S. cæsarij martyris. 572.g
S. cæsarij martyris. 572.d
S. cæsarij episcopi. 560.a
cæsaris ad Anglos aduentus. 352.h
cæsaris oratio suos animantis. 171.d
cęsaris imperio vocatur b. Apollinaris. 50.a
cæsaris exclamatio Mariæ facinore vulgato. 174.f
cæsaris cędes. 217.i
B. caij papę Natalis. 536.e
SS. caij & Crispi Natalis. 566.i
SS. caij & Ampelij. 576.c
S. caij martyris natalis. 536.a
SS. caij & Alexandri martyrum Natalis. 530.c
S. caij Natalis. 570.b
cain fratrem occidit. 232.f
cain & Abel figurá Iudæorum & Christianorum. 479.f
cainas. 479.a
calamitas Hierosolymitana describitur. 168.169. calamitates Romanę. 202.b
calamitatum exitialium tria genera. 157.k
calculus. 319.k
S. caldeoli epis. 521.d
caleburnus Arturi gladius. 412.d
S. calemij martyris Natalis. 523.k
B. calepodij presbyteri. 540.b
S. caletrici corporis inuentio. 567.e
caligula. 492.e
caligulę mores & scelera. 221.g
S. calimeri pontif. & marty. natiuitas. 554.h
calliopa à puerperio liberatur. 24.d
S. calliopij martyris. 534.c
calista Lysbij proconsulis vxor. 23.k
S. calisti martyrium. 537.b
calix comminutus restituitur. 322.g
B. calixti Natalis. 568.k
B. calixti papæ. 570.b
SS. calixti & Carisij natalis. 535.e
calixtus primus Niceæ episcopus à b. Andrea ordinatus. 21.d
callimachus Drusianam deperit. 28.b
callimachus moritur Gentilis: suscitatur Christianus. 29.b
callimachus suscitatur. 29.a
S. callinici martyris. 554.e
callinicus excęcatur. 503.d
S. callistes martyris. 561.a
callistrati martyris & sociorum eius. 565.f
S. caloceri martyris. 531.e
SS. caloceri & Parthemij eunuchorum Natalis. 541.h
caloceri presbyteri virtus insignis. 49.i
calumnia clausuralis. 69.c
calumniæ monialis in abbatissam. 299.i
calumniæ Iudęorum de Christo. 180.e
calumniam qui patitur expectet Dei iudicium. 86.k
calumnia. 272.a
caluppa reclausus obiit. 257.i
cambyses. 485.g
cambysis regnum. 190.f
S. cameliani antistitis depositio. 531.k
campanæ sua sponte sonant. 450.d
camerina Sicilię vrbs. 201.a
SS. camerini, Ciselli & Lusorij martyrum Natale. 558.h
candelabri forma. 180.i
de candida. 87.f
S. candidæ virginis. 560.e
candidati resurrectionis. 343.e
S. candidi martyris. 530.d
S. candidi Natalis. 564.h
candidi festiuitas. 525.g
S. candidi martyris. 566.h
candidus ornarat ecclesias. 87.f
canes disparuerunt. 437.i
canes vagi vlulant. 210.d
canes Dei. 310.g
canes diabolicos panis benedictus fugauit. 18.g
S. canici abbatis. 568.c
canis Tobiæ comes. 183.h
cannensis clades. 487.k
cannensis pugna. 202.k
canidij martyris. 522.i
canonicus ordo ab Apostolis. 450.a
S. cantiani martyris Natalis. 543.h
S. cantianillę. 543.h
canum non vltima cura. 183.g
cantandi donum conceditur diuinitus. 386.a
S. cantij martyris. 543.h
cantinus. 341.b
cantinus vinolentus. 250.e
cantor decipit virginem. 86.c
cantus ecclesiastici. 378.i
S. canuti regis & protomartyris Danorum. 550.h
capellę sacrę regiæ dedicatio. 537.d
capersana vicus. 105.k
capitis b. Ioannis Baptistę reuelatio. 554.e
capitis præcursoris Domini inuentio. 528.c
capitolium capitur. 486.a

capitonis abbatis vita. 81.i
cappadocia. 184.f
capparonia virgo Vestalis incesti rea suspendio periit. 199.k
capraria castellum. 247.h
S. caprasij abbatis. 543.k
S. caprasij martyris. 570.a
capsæ conditor Hercules. 209.a
capsula reliquiarum diuinitus clauditur & aperitur. 320.c
captiuitas Iudaica. 493.c
captiuitas Babylonica. 233.h
capua capta. 488.a
capua capta. 203.f
caput serpentis obseruare. 73.e
caput martyrum stillat sanguine. 312.h
caracalla Imperator. 224.c
S. caranni martyris. 543.e
caransius. 495.i
carlomannus. 504.d
carlomannus obiit. 505.b
carlomannus Romam vadit. 504.e
carbonaria Francorum cædes. 238.i
carcer animę vita præsens est. 177.k
carconbartus. 423.b
carduellæ regis Britonum feritas. 368.c
caria terræmotu concussa. 202.f
S. carilephi presbyteri. 549.b
carilippi martyris. 537.f
SS. carilij & Calixti Natalis. 535.c
carmenta literas reperit. 482.c
carnes humanas vendens strangulatur. 458.i
carnificum insultatio in b. Marcum. 46.i
carnis mortificatio, quid. 113.f
carnis copula quorsum. 359.c
carnis castigatio. 101.k
carnotum ciuitas incenditur. 471.k
carnutenum Carnotum. 223.i
caro aduersus Christianos insurgit. 145.f
caroli expeditiones in Sarracenos. 315.a
caroli expeditiones. 504.b
caroli obitus. 315
S. carolij confess. Natale. 523.k
carolus testamentum facit cui subscribit Leo pontifex. 506.h
carolus. 439.a
carolus simplex. 508.g
carolus punit papæ contemptores. 506.e
carolus Rom. Imp. coronatur. 433.e
carolus Flandrensis proditur. 456.g
carolus Burgundiam subiugauit. 314.h
carolus Martellus. 427.k
carolus Christum hæredem facit. 434.b
carolus Caluus. 437.h
carolus magnus moritur. 434.e
carolus inter filios regnum diuidit. 315.d
carolus. 435.k
carolus magnus. 431.d
carolus Saxones debellauit. 314.g
carolus ventis nomina imposuit. 433.a
carolus. 438.d
carolus coronatur Augustus. 506.d
carolus Ludouicus Balbus. 437.k
carolus legatos iustitiæ distribuit. 433.g
carpathiorum & Telchinum certamen. 186.g
B. carpi Natalis. 568.h
S. carpi epis. natalis. 535.a
carpophori Seueri, Seueriani & Victorini quatuor coronatorum natalis. 573.h
SS. carpophori presbyteri, & Abundij Diaconi martyrum. 579.g
carpualdus conuertitur. 367.a
carth. Imperij duratio. 220.h
carthaginem Tyri condiderunt. 200.d
carthagnienses pacem impetrant. 201.i
carthaginensium cum Romanis fœdus. 194.g
carthaginenses Tarentinis adsunt contra Romanos. 199.g
carthaginiensium origo & fortuna. 200.a
carthaginis euersio. 205.d
carthaginis situs. 488.g
carthaginis situs. 205.c
carthaginis euersio. 488.h
carthago ab Agathocle obsidetur. 200.f
carthago restauratur Senatus decreto. 208.f
carthago restituitur. 473.g
carthalon Herculis sacerdos cum insulis suspenditur. 200.b
carthusiani incipiunt. 450.f
carus. 495.g
caspiæ portæ. 310.d
caspium mare. 184.i
S. cassiani martyris passio. 557.c
S. cassiani. 535.e
S. cassiani passio. 578.g
cassiani res impunè nemo tangit. 322.c
B. cassiani epis. & confess. 556.a
cassianus eiicitur. 408.c
cassianus hæreticatur. 498.k
S. cassij. 552.f
SS. cassij & Florentij, cum aliis plurib. 568.a
S. cassii martyris. 541.d
cassiodorus. 415.i
cassius martyr. 235.a
cassius in Iudæam irruit. 127.f
castella prope trecenta populata. 201.b
castellum corrigię Heugisti. 408.i
SS. casti & Æmilij Natalis. 542.d
S. casti Natalis. 567.c
S. casti. 561.f
castigatio carnis. 101.k
castissimæ mulieris exemplum. 28.c
castor callidus. 165.b
S. castorij martyris passio. 573.h
S. castorij martyris. 550.b
S. castoris. 537.e
SS. castoris, Victoris & Rogatiani. 582.d
S. castoris confess. 526.i
castra Syriæ fugantur. 166.f
S. castriciani epis. & confess. 578.d
S. castuli martyris. 532.d
casula auro textilis. 502.c
cathecumeni etiam tum authoris temporibus. 299.e
catena ferrea Plato detinetur. 121.f
S. caterinæ virginis. 537.i
S. catherinæ martyris. 577.b
S. catherinæ abbatissæ, filiæ b. Brigittæ. 532.b
cathedra S. Petri Apostoli. 522.c
cathedra S. Petri. 527.k
catholicorum Episcoporum miracula. 237.e
catilina incesti accusatur. 214.a
cato recusat subesse Cautino. 250.a
cato episcopus designatur. 249.i
cato subornat mulierem ad miraculum. 250.e
catonis præsumptio. 249.k
S. catulini Diaconis. 551.g
caucasus mons. 184.h
caudina ignominia. 487.a
caudinæ furculæ. 196.b
causa tot per orbem terræ linguarum. 35.h
causa mortis Ioannis Baptistæ. 141.h
causa & origo cur templa sanctis Dei dedicantur. 31.d
cautinus Catoni substituitur. 249.k
ceadda precibus impetrat serenitatem. 379.f

ceadda ex monacho episcopus. 378.k
ceadualla rex baptizandus Romam venit. 390.f
ceaduallæ obitus. 390.k
S. cealdæ depositio. 529.c
cedd creatur episcopus. 374.f
cedda presbyter. 377.f
cedron vallis. 163.e
celda Episcopus interpres. 376.a
celebritas Hierosolymorum. 178.f
celerinæ martyris Natale. 525.a
celerini diaconi & confess. natalis. 525.a
celestinus instituit gradalia & breuiarium. 408.c
celia potio. 207.h
S. celiniæ virginis. 570.b
celsi pueri martyrium. 554.b
celsi & Anastasij puer. 520.g
celsi epis. & confess. inuentio. 528.b
celsi sacrilegi vox impia. 252.e
S. celsini confess. & presbyteri. 571.a
celsus Philosophus Epicureus. 495.a
ceolualch renuit fidem. 370.c
S. censurij epis. & confess. 545.e
census Cæsaris. 220.a
centenius penula Centurio cæsus. 203.c
centum & decem millia de Archelai exercitu cæsa. 213.g
centum quinquaginta millia Romanorum bello consumpta. 211.h
centum millium peditum exercitus. 202.h
centum orationes constitutæ rebus publicis implicato, non minoris pretij quàm 300. nihil aliud agentis. 64.65.a
centum octoginta quinque millia Assyriorum per Angelum cæsa. 166.e
centum & quinquaginti viri sub Dauide. 95.k
centum octoginta millia armatorum in exercitu Bituiti 208.i
centurionis facinus. 155.c
S. ceolfridi abbatis & confess. depositio. 565.c
S. ceranni confessoris. 565.f
cerberus. 481.k
S. cerbonij epis. & confess. 568.a
cerealis dux Romani exercitus. 160.b
cerealis præficitur exercitui. 173.c
cereorum opus ad pernigilia. 340.d
cereus diuinitus accenditur. 324.c
certamina Nathanaelis abbatis. 61.g.h
certamina b. Petri. 51.c
cespitis traiectio. 459.k
cestius in Syria rexit. 145.i
cestius dolo fugam tentat. 146.f
cestrensis Episcopatus. 475.i
chadoinus referendarius. 311.g
chaldęa. 184.f
cham nudauit pudenda patris. 481.b
cham Magiæ & Idolatriæ repertor. 232.g
S. charalampi martyris Natale. 526.d
chararicus rex cum filio occiditur. 244.a
charesigilus testamentorum corruptor. 255.k
charibertus occidit. 310.e
charibertus moritur. 252.i
charibertus. 500.k
charis Basilij vxor sterilis, fit fœcunda. 8.b
charisius de spe decidit. 41.c
charisius regem aduersus Apost. Thomam solicitat. 41.a
charitas quid. 10.h
charitas b. Philippi Apost. 43.i
S. charitines martyris. 567.b
charitonis martyris. 529.i
S. charitonis patris & confess. 565.h
charterij litteræ regis diffamatoriæ. 269.g
charus Iudæus blasphemus mutus redditur. Chebron vrbs vetusta & celebris. 159.k
S. cheledonij & Hemererij natalis. 529.d
de Cheremone. 80.k
childeb. copias in Italiam dirigit. 282.k
child. Fredegundam petit ad supplicium. 275.i
childeb. filium Theo. Suessionibus rectore dedit. 293.b
childeb. sororem Longob. regi repromisit. 291.f
childeb. censum exigit. 292.a
child. regnum in Burgund. 305.d
childeberti obitus. 305.d
childeberti regis depositio. 581.e
childeberti legatio ad Gunthranum. 275.h
childeberti exercitus vrsion concluditur. 288.i
childeberti regnum. 256.d
childeberto nepoti Gunthranus regnum cedit. 278.f
childeberto nascitur filius. 287.c
childebertus transit ad Aruernos. 245.h
childebertus nascitur. 285.k
childebertus turpi fuga elabitur. 283.f
childebertus insidiantes interficit. 304.k
childebertus armatur in Italos. 296.h
childebertus & Chlotarius petunt Burgundias, Theodoricus Aruernos. 245.i
childebertus in Italiam proficiscitur. 273.a
childebertus per legatos Fredegundam requirit. 275.a
childebertus Theodebertum quantis donauerit. 247.k
childebertus ecclesiæ vasa reddidit. 245.i
childebertus moritur. 251.k
childericus ob stupra regno pellitur. 239.k
chilp. se non sequutos ad bellum scamnis priuat in ecclesia. 261.g
chilp. scommatibus agitabat sacerdotes. 273.i
chilp. Pictauos inuasit. 261.d
chilperici ambitur filia & filius moritur. 271.f
chilperici poemata. 273.i
chilpericus Nero sui temporis occiditur. 273.h
chilpericus versus composuit noua ratione. 264.f
chilpericus per desiderium vastat regnum Gunthchramni. 268.g
chilpericus fratris regnum populatur. 270.h
chilpericus cum thesauris Cameracum vadit. 272.k
chilpericus Lutetiæ filium tingit. 270.c
chilpericus rex authori fuit infensus. 259.h
chilpericus magno tumultu Parisinos cum filia ad Gothos transmittit. 273.d
chilpericus conatus est personas & trinitatis terminos tollere. 264.d
chilpericus tributa remittit. 262.c
chilpericus scripsit ad sepulchrum b. Martini. 258.h
chilpericus ignoscit clementer calumniatoribus. 269.h
chilpericus. 418.d
chilpericus legatos ad Tiber. Imp. mittit. 266.c
chilpericus fraude Fredegundis occiditur. 501.b
chilpericus & Childebertus contra Gunthcramnum conspirant. 266.d
chilpericus. 428.c
chilpericus vexat suos tributis graui tumultu. 261.h
chintasindus. 427.c
chintilan. 424.h
SS. chioniæ & Agapis virginum. 533.g
chlodoaldus tonsuratur. 500.g
chlodomerus Chlodouei filius baptizatur. 241.242.a
chlodeualdus necem euasit. 247.f
chlodouei filij. 313.e
chlodouei liberi. 244.g
chlodomerus occiditur. 245.b
chlodoueus obiit Lutetiæ, sepultusque in æde Petri & Pauli, Genouefæ nunc ecclesia appellatur. 244.d
chlodoueus Chrotildem ducit vxorem. 241.h
chlodoueus rex lubricus. 502.h
chlodoueus fidem suscipit. 497.k

chlodoueus arripit regnum. 241.e
chlodoueus baptizatur. 242.c
chlodoueus. 498.h
chlodoueus adhuc gentilis calicem d. Remigio reddi iussit. 241.g
chlodoueus Christo nomen spondet si vinceret. 242.a
chlodoueus Syagrium occidit. 241.f
chlodoueus nascitur. 240.a
chlodoueus proditoribus adulterina dat munera. 244.c
chlodoueus cum Alarico conuenit. 243.b
chlodoueus fit senator Patricius Romæ. 243.h
S. chorentini episcopi. 538.c
chorus Angelorum. 341.b
chlotharij obitus. 504.a
chlotharij filij regnum diuidunt. 252.c
chlotharij probitas. 308.b
chlotharius expeditionem parat in Saxones. 251.a
chlotharius *febre* obiit. 313.e
chlotharius. 503.f
chlotharius omnes spatha longiores detruncauit. 501.k
chlotharius iunior ægrotat. 298.c
chlotharius Austriam ingreditur. 307.i
chozebisti confess. 520.f
chramnus odit sibi benè consulentes. 250.k
chramnus cum vxoribus & filiabus crematur. 252.b
chramnus rebellis cum filiis comburitur. 500.i
chramnus ægrotat. 251.d
chramnus ad Childebertum venit. 251.h
chramnus. 418.c
chrismantur Hæretici conuersi. 263.c
christæ & Calistæ martyrium. 525.f
S. christi & Dei nostri resurrectionis templi dedicatio. 563.c
christi discipuli orbem repleuerunt. 143.g.h
christi prædicatio. 233.k
christ. persecutio Hispanica. 263.a
christi passio. 233.k
christi mors Iudæorum excidium. 179.k
christi aduentus ob resurrectionem. 198.g
christi tunica. 420.b
christi corpus templum vocatur. 163.b
christi mors Iudæorum excidium. 172.k
christi passio & resurrectio. 315.k
christi probatur natiuitas. 266.h
christi miracula. 233.k
christi agnitio. 365.d
christiana nubit infideli. 364.g
christiana perfectio. 33.e
christianæ fidei veritas. 366.g
B. christianæ virginis corporis aduentus. 562.c
christianæ Cantiones. 386.c
christiani diuinitus admoniti Pellam commigrarunt ante excidium Hierosoly. 180.c
christiani pugnant cum Saladino. 473.b
christiani periclitantur à Saracenis. 476.k
christiani spirant martyrium. 48.h
christiani naufragantes baptizantur. 77.h
christiano omne solum patria. 206.b
christianorum remuneratio. 50.c
christianorum fœdus in Agarenos. 471.i
christianos cur Nero cremauerit. 54.a
christianum nomen gloriosum. 45.f
christianus serpentem imitari debet. 1.c.d
christianus vincit, perit paganus. 229.e
S. christinę virginis. 553.c
S. christinæ virginis & martyris. 540.c
B. christinæ virginis. 553.h
de Christo vaticinia prophetarum. 26.g
christo nascenti pax famulatur. 220.a
christo vouet prædam gentilis. 382.k
christo nato fons olei indefinens. 219.c
S. christophori martyris Natale. 553.e
SS. christophori & Leonigildi monachorum & martyrum Natalis. 558.f
christophorus papa. 439.g
christum Vecta insula suscipit. 383 b
christum Deus glorificat, Hæreticus inhonorat. 272.i
ante Christum fuisse tempora calamitosiora. 183.i
christus fecit vtraque vnum. 179.g
christus via & vita. 42.g
christum sæculorum iudex. 186.e
christus suorum passione glorificatur. 52.g
christus est Adam vterque ex virgine. 38.e
christus ciuis Rom. 492.a
christus patientiæ factus exemplum. 2.c
christus dormiens. 120.i
christus Sanctus Sanctorum. 481.i
christus apparet Simoni & Iudæ. 35.a
christus dici voluit ciuis Romanus. 220.b
christus nascitur. 233.k
christus quando natus. 184.a
christus addit animum timido. 39.e
christus quo tempore natus. 220.k
christus occurrit Petro fugienti. 52.a
christus veniens pacem canentibus illud Angelicum: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. 194.i
christus suorum æterna felicitas. 484.k
christus quorsum de cælo descenderit. 54.d
christus non modò propheta, sed dominus prophetarum. 45.k
christus aduentu suo Idola & templa destruxit. 46.d
chroaldus Clasonem necat. 310.i
chrocus martyr. 235.a
chrodieldis audacia. 299.h
chrodieldis sanctimoniales ad defectionem inducit. 293.g
chrodini Eleemosynarij obitus. 269.e
chronij abbatis vita. 80.h
chronograph. Iul. Africani. 478.h
chrotildis precibus pluuia cælestis acies fratrum diremit 248.b
chrotildis ob fidem multa patitur. 245.h
chrotildis moritur. 249.d
chrotildis desponsatur. 499.b
chrutinus. 434.a
SS. chrysanthi & Dariæ virginis Natalis. 570.k
chrysippa proconsulis Insulæ Pathmos baptizatur. 7.e
B. chrysogoni martyris Natalis. 576.k
S. chrysolij Natale. 525.k
chrysostomi corpus Constantinopolim refertur. 409.g
chrysostomus Donatus sputo serpentem occidit. 405.k
chrysostomus exulat. 406.e
chrysostomus vtrumque testamentum exposuit. 474.g
chrysoteli presbyter natalis. 536.f
chuldericus vino suffocatur. 301.e
chuni qui dicantur. 237.k
chuppa Turonos inuadit. 297.b
cibi diuinitus dati. 74.c
à Cibo ad periculum multi surgunt. 170.f
à Cibo & potu quomodo abstinendum. 57.b
cibum præcedat Eucharistię perceptio. 74.f
cibus & potus ægrotis licitus. 57.d
cibus beatitudinis. 57.h
cibus ex faucibus alienis raptus. 167.g
cibus veste plus calefacit. 114.i
cibus in hebdomada. 112.e
à Cibis abstinentia. 64.f
cibus & somnus pudicitiæ insidiatores. 87.c
cibus spiritualis ante corporalem sumitur. 36.k
cibus d. Iacobi. 32.f

cicero nascitur. 489.k
cilicium purpura Imperiali præstantius. 105.e
S. ciliniæ matris S. Remigij epis. 533.k
S. ciliniæ, matris b. Remigij Francorum Apostoli. 570.b
cineres b. Iuliani medentur febribus. 336.k
S. ciriaci diaconi passio. 530.k
S. cirini martyris. 545.i
SS. ciselli, Cæmerini & Lusorij martyrum natale. 558.h
cistercientium dilatatio. 453.b
cittica vicus. 109.h
ciuile bellum apud Persas. 192.k
clades muliebris. 209.i
clades maxima. 158.e
clades Carthag. 486.c
clades Hierosolymitana. 181.h
clamor agricolæ ominosus. 175.h
claui Christi quattuor. 316.e
S. claræ virginis translatio. 566.g
S. claræ virginis. 557.a
S. clarentij epis. & confess. 537.d
clarentius. 502.c
ſ. clari presbyteri & martyris. 572.k
ſ. clari confess. abbatis. 519.c
clasis ciuitas. 49.f.g
ſ. clati monachi & martyris. 552.c
claudiani natalis. 528.e
claudianus Viennensis ecclesiæ presbyter. 499.g
claudianus. 405.e
ſſ. claudij tribuni, & vxoris eius Hilariæ ac filiorum Iasonis & Mauri martyrum cum septuaginta militibus. 578.g
ſ. claudij. 559.a
ſ. claudij vndecimi epis. 543.k
claudij martyris natalis. 527.e
ſ. claudij martyris passio. 573.h
ſ. claudij passio. 552.h
claudij affabilitas. 306.c
claudij confessoris. 544.h
ſ. claudij martyris. 550.b
claudis gressus restituitur. 45.a
claudius. 492.g
claudius veneno occidit. 492.i
claudius iureiurando fallit Eberulfum. 277.h
claudius transfigitur. 277.i
claudius ad Eberulfum occidendum mittitur. 277.f
claudius. 495.e
claudus sanatur. 356.g
claudus vtroque pede curatur à D. Petro. 16.f
claudus & contractus erigitur. 3.h
claudus curatur Euangelij tactu. 76.g
claudus sanatur. 93.a
claudus sanatur. 339.a
clauorum Christi inuentio. 316.d
cleb. 418.i
clœlia Romana virgo. 176.d
clœlia. 189.k
b. clemens in mare præcipitatur. 48.c
clemens Petri adiutor. 363.a
clemens. 447.g
b. clemens Cathedræ Romanæ præficitur. 18.c
clemens Alexandrinæ ecclesiæ. 494.f
clemens à b. Petro pontifex tertius. 47.a
b. clemens in exilium mittitur. 48.d
clemens Romæ patitur. 493.f
beatus Clemens fontem excitauit. 320.k
pro b. Clemente columnas trahunt malefici. 47.f
ſ. clementini natalis. 574.i
b. clementis doctrina. 47.a
b. clementis elogium. 18.b
ſ. clementis presbyteri natale. 522.f
ſ. clementis epis. natalis. 576.h
b. clementis opportuna responsio. 47.k
b. clementis corpus reperitur in mari sub arca saxea. 48.d
ſ. clementis presbyteri. 578.i
ſ. clementis. 576.h
clementis corpus. 451.c
clementis martyris. 523.c
b. clementis consecrandis domicellis ardens studium. 47.c
cleopatra veneno periit. 491.g
b. cleophæ natalis. 565.c
cleri Massilien sis commotio. 268.f
ſ. cleri diaconi. 520.c
ſ. cleti papæ natalis. 537.c
ſ. cleophanis patris. 568.d
climax locus in Sceti. 67.i
ſ. clodoaldi presbyteri & confess. 562.b
clodomeris interitus. 259.f
chlodouei filij interficiunt nepotes. 247.f
clodouei obitus. 415.a
clodouei & Merouei cadauera sepulturæ requiruntur. 281.h
clodoueus. 426.h
clodoueus equum beato Martino donauit. 414.h
clodoueus. 423.e
clodoueus. 413.d
clodoueus. 427.k
clodoueus Alaricum vicit & occidit. 499.g
ſ. clodulphi epis. & confess. 545.b
clotharij vxores & liberi. 249.e
clotarius moritur. 309.e
clotarius & Dagobertus filius disceptant. 309.b
clothario trientem ecclesiarum ablaturo obstitit Iniuriosus Episcopus. 249.e
ſ. clothsendis virginis. 548.k
clotildis obiit. 500.h
clodoueus Fredegundæ dolis occiditur. 263.e
clyperij vrbs in deditionem recipitur. 201.a
cneus Fuluius prætor ab Annibale victus. 203.c
cœmyterium in Ecclesia. 103.i
cochebas dux. 493.i
coctus. 428.k
coddi animam chori Angelorum assumpserunt. 379.h
codex euangeliorum fernaufragum. 340.d
SS. codrati & sociorum eius martyrum. 530.c
codrati Apostoli. 564.f
codrus. 483.f
cohors Macedonum. 168.c
S. cointhæ virginis & martyris. 526.a
cogitationum libidinosarum tres causæ. 66.k
cogitationum reddenda ratio. 393.g
S. coletæ obitus. 529.h
collatio beneficiorum negatur principibus. 453.i
colluthus martyr. 86.b
colores sacerdotales. 180.h
colossus Romæ erigitur. 493.d
colossus decutitur. 424.b
S. coltidi diaconi. 561.i
columba assidet Aredio. 302.f
columba fundator monasterij Hu. 391.d
columba auxiliatrix. 333.c
columba regressa. 480.i
columbani mores & vita. 306.g
b. columbani abbatis. 533.g
columbanus monasterium fundauit. 307.d
columbanus adulterinos non vult benedicere. 306.h
columbanus. 379.d. colũbanus Pictos conuertit. 369.e
columbanus Luxonium monast. ædificauit. 420.f
columbæ cum Christiano similitudo. 1.d

columbæ virginis agunt exequias. 341.g
S. columbæ virginis. 582.g
B. columbæ presbyteri & confess. 545.d
columna typus baptismatis. 233.d
columna latericia. 479.e
columnæ Herculis vbi. 184.d
comam tondere. 118.e
comera circa solem. 398.k
cometa. 445.e
cometes. 448.k
cometes. 435.g
cometes trimestris. 381.k
cometes terrificus. 268.i
cometes supra templum passim ignis & gladii præferens similitudinem. 175.f
cometes. 451.k
cometes. 452.k
cometes per annum arsit supra templum. 180.i
cometes. 446.b
cometes. 253.f
commemoratio miraculi facti ab archistratego Michaele. 561.k
commemoratio magni terræmotus. 571.c
commentum dæmonis. 3.k
communicare quotidie debent monachi. 74.h
communicat moriturus. 386.e
communicatio bonorum spiritualium. 96.i
communio quotidie facta. 67.f
communio primitiuæ ecclesiæ. 385.e
comparatio elegans. 34.g
comparatio Sodomiticæ & Romanæ cladis. 186.f
comparatio elegans de homicidio. 37.a
comparatio populi Israelitici, Christiani, Ægyptiaci, & Romani, quomodo illi pro Deo in afflictionibus, hi à Deo in plagis similia fere passi sunt. 225.i
compatres & commatres inuicem non maritantur. 421.g
conceptio sacratissimæ virginis Mariæ, genitricis Dei, & Domini nostri Iesu Christi. 579.e
cõcertatio b. Petri & Simeonis Magi corã Nerone. 18.g
concilia quinque habita sub Carolo. 507.e
concilia sub Carolo. 434.e
concilium Romę. 472.g
conciliũ sanum amicus capit, inimicus spernit. 271.c
concilium Turonicum. 474.g
concilium Romæ. 474.g
concilium Remense. 455.a
concordia regna tuetur. 256.c
concordia nihil Deo carius. 121.c
S. concordia nutrix S. Hippolyti, cum qua decollati sunt decem & nouem de domo eius. 557.c
concordii presbyteri & martyris. 519.b
concubinæ Agrippæ quattuor castitati se deuouerunt. 51.d.e
non concupiscendum. 62.f
concupiscentia cibi domita. 62.g
concupiscentiæ oculorum domantur. 95.g
concurritur vt quisque rapiat corpus b. Iacobi. 106.k
concursus populorum ad Simeonem. 111.e
conanus dux Britanniæ. 467.h
S. condedi presbyteri & confess. 544.a
conditor vrbis Hierosolymitanæ. 164.
confessio. 386.g
confessio. 387.f
confessio oris Christiani ad salutem. 49.f
confessio b. Cypriani. 48.f
confessio pœnitentis aperta. 47.h
confessio errorum. 41.e
confessio b. Thomæ exerta. 43.b
confessio peccati & sponsio. 63.g.h
confessio liberabat à morbo. 348.c
confessionis sacramentalis vtilitas & antiquitas. 118.c
confessoris Nicetij virtutes. 344.d
confessoris constantia. 327.i
confidentia. 61.h
confirmatio monasticæ austeritatis. 111.f
conflictus in nube. 461.g
confluentum vnde dictum. 282.a
confugientem ad se seruat Iulianus. 332.k
coniugati à copula abstinent. 341.d
coniuges abstinent commixtione. 236.a
coniugij & cælibatus sermo b. Matthæi. 36.h
à Coniugio ad castitatis perpetuæ statum vocantur sponsus & sponsa. 39.i
coniugium dissuader b. Matthæus. 37.b
coniugium commixtionis pollutionem habet, crimen non habet. 36.i
coniux virgo remansit. 383.h
coniuratio dæmonis. 108.e
coniuratio Mamertini præfecti. 47.i
cono dux. 446.e
conon Papa. 426.a
conon. 192.d
conon classi Artaxerxis præficitur. 193.g
S. cononis & Filij eius passio. 543.f
cononis beneficium. 193.k
S. cononis. 532.g
conradus rex. 446.f
conradus. 457.i
conradus. 440.b
conscientia bona in bello valet plurimum. 148.c
consecratio monasterij. 374.k
de Consilio proditionis filij Theodorici. 307.k
consilium Cleopatræ. 131.b
consilium b. Philippi Apostoli. 43.k
S. consortiæ virginis. 547.g
S. consortiæ translatio. 530.g
conspectum iusti non sustinet sceleratus. 27.k
constans occisus Magnentii dolis. 226.k
constans ex monacho Cæsar. 230.d
constans Imp. tributarius Sarracenorum. 312.b
constantia Potamianæ. 58.b
constantia Petri magna. 147.k
de Constantia. 85.d
SS. constantiæ & Felicis martyrum natalis. 564.c
S. constantii epis. & confess. 524.c
constantini Imperium diuinitus sublatum. 121.b
constantini laus. 90.h
constantini imperium. 226.d
constantini vita, res & mores. 226.h
constantini Iunioris intemperantia. 120.h
S. constantini. 530.d
S. constantini epis. depositio. 534.k
constantini filiorum imperium. 226.h
constantinopolis noua Roma. 433.f
constantinopolis priùs Bizantium. 185.a
constantinopolis terræmotu penè concussa. 194.c
constantinus excæcatur. 506.b
constantinus. 502.b
constantinus imperator. 502.b
constantinus Papa. 427.c
constantinus. 429.f
constantinus imperator. 235.c
constantinus. 439.g
constantinus. 502.d
constantinus Imperator. 225.g
constantinus. 423.d
constantinus Imperator. 504.d
constantinus Copronymus. 428.d
constantinus & Alexander. 439.g
constantinus excæcat suspectos. 433.a
constantinus Imperator. 496.b
constantinus. 432.k
constantinus. 424.k
constantius arrianizat. 226.i
constantius Gothos Narbona expulit. 230.k
constantius Honorij iussu Tyrannos deleuit. 230.g
constitutiones Basilij. 120.c
consuetudo sacerdotes creandi. 156.c
consulare imperium ad decemuiros. 191.e
consules Romæ. 485.i
contemplatio quam vidit abbas Antonius. 65.k
contemplatione Dei nihil suauius. 119.d
contemptus sacrorum. 324.i
contemptus ecclesiæ. 393.h
contemptus epis. plectitur. 327.b
contentio Catholici cum hæretico. 339.d
B. contexti epis. & confess. 522.e
continentia coniugum. 84.k
contra Idolatriam. 365.b
conuentus virginum. 57.h
conuersio repentina habetur suspecta. 125.b
conuersio ducentium Paulum ad supplicium. 54.f
conuersio Sisinni cum tota eius domo. 47.g
conuersio multorum. 356.a
conuersio Symeonis. 110.h
conuersio d. Pauli. 19.c
conuersio incolarum. 333.a
conuersio mira Tibiemis ad monasticen. 76.i
conuersio s. Pauli. 523.e
conuitia in Gundobaldum. 278.k
cooperatores Augustini. 359.i
copula carnis quorsum. 359.c
coptis presbyteri & abbatis vita. 75.b
copris cum præstigiatore sponsio. 75.d
copris virtutes. 75.b
copronymus plaga incendij percutitur. 431.k
cor regis in manu Dei. 163.e
s. corbiniani epis. depositio. 562.d
s. cordubæ natalis. 542.c
cordulæ virginis & martyris. 570.e
coria scutorum atque ipsa calceamenta Iudæis loco cibi erant. 174.b
corineus consulem dissecat in duas partes. 402.e
corinthi Dæmoniacos b. Andreas liberat. 24.f
corinthius. 494.b
è Corintho Megaram pergit b. Andreas. 24.k
corinthus euertitur. 206.e
corinthus expugnatur. 488.i
cormesiur. 248.i
b. cornelij Papæ. 563.g
b. cornelij Papæ. 563.c
b. cornelij Centurionis. 524.i
cornelius capitur. 200.k
corninus. 486.h
cornubia. 402.f
corona sacerdotalis. 378.f
corona tonsuralis. 376.k
SS. coronæ & Victoris martyrum. 541.a
coronæ militum quadraginta. 521.b
s. coronæ virginis natale. 536.k
corpora sanctorum. 449.c
pro Corpore defuncti contenditur. 104.i
corporis s. Autberti epis. eleuatio. 523.e
corporis b. Madelupi sacerdotis translatio. 533.g
corporis b. Stephani inuentio. 555.g
corporis s. Florberti eleuatio. 536.a
corporis s. Eugenij translatio. 558.c
corporis s. Reginæ eleuatio. 531.b
SS. corpotum Trudonis & Eucherii confessorum Christi, eleuatio. 556.k
corpus affligendum ne illud nos occidat. 57.k
corpus virginis non putrescit. 384.a
corpus d. Petri mortuum lacte & vino lauatur. 53.b
corpus s. Iacobi elatum cui arcam sepulcralem faciendam curauit Theodoritus. 91.b
correctio. 357.i
s. corsici presbyteri. 548.k
coruus corui non eruit oculum. 259.g
coruus in archam non regressus. 480.i
corybantes. 481.g
cosdroe. 416.i
cosmas & Damianus medici fideles. 330.b
s. cosmæ. 568.6
s. cosmæ confessoris & eremitæ. 561.b
s. cosmæ Hagiopolitani. 568.k
SS. cosmæ & Damiani martyrum natalis. 565.e
SS. cosmæ & Damiani corporum translatio. 540.c
de Cosso & gestis eius. 219.h
b. craphaildis. 574.e
crassus templum Hierosolymitanum diripuit. 216.g
cratini Synopensis filius à dæmone & febre cruciatus, à b. Andrea sanatur. 21.a.b
craton Philosophus Christianus efficitur. 29.g
s. cratoris martyris. 527.b
creatio. 478.i
creaturæ sunt picturæ creatoris. 41.i
credentium ingens numerus. 49.h
credentium numerus in India. 40.i
credi non debet quod diabolus repromittit. 258.g
credit quæ quisque facilia putat. 274.f
credunt multi omnis generis. 49.b
crescens. 493.g
s. crescentiani martyrium. 557.b
s. crescentiani martyris. 543.h
s. crescentiani martyris. 549.d
s. crescentiæ natalis. 546.c
crescentiæ virginis tumulus. 349.c
s. crescentiani martyris. 545.k
SS. crescentionis, & Narcyssi martyrum. 563.i
s. crescentis epis. natalis. 577.i
s. crescentis. 566.d
crescentis. 548.e
cresconius episcopus. 577.i
cresi iudicis filius liberatur à dæmonio, & baptizatur. 8.c
creta centum vrbibus nobilis. 143.e
creta insula à Metello euersa. 214.c
cretensium & Athenienssium pugna. 187.g
SS. crispi & Caij Natalis. 566.i
SS. crispi & Ioannes martyrum natale. 558.b
s. crispinæ martyris natalis. 579.a
ss. crispini & Crispiniani. 571.a
B. crispini epis. 576.a
ss. crispiniani & Crispini. 571.a
ss. crispoli & Gabini martyrum. 543.g
crispus Constantini filius veneno necatur. 235.c
christiani & gentilis sponsio. 443.d
crixus gladiator. 211.i
crixus circa Garganum montem oppressus. 212.f
crixus gladiator. 212.e
crocodilo vectus est Helles. 76.b
de Cronio presbytero. 65.a
cronius penam & decem annorum monachus. 65.a
croscus. 406.i
b. crotildis reginæ. 544.e
cruce signat fideles b. Andreas. 25.e
cruce consignat se Cundob. 279.f
crucē dū calcari vetat Tyberius thesaurū reperit. 160.g
crucē sumunt catholici aduersus Albigenses. 478.d
crucifixi miraculum. 318.k
crucifixio imaginis Domini nostri Iesu Christi. 573.k
crucis signum in vestibus Christi. 117.k
s. crucis basilicæ in honore dedicatio. 551.e
s. crucis exaltatio. 563.c
crucis signum seruat ab incendio. 75.e
crucis signum. 80.c

crucis laudes. 52.c
crucis signum cæcos illuminat. 49.b
crucis inuentio. 496.c
S. crucis ab Helena regina inuentio. 538.k
crucis miracula. 368.i
crucis efficacia. 52.g
crucis signum medetur coliacis. 109.c
crucis virtutes. 331.i
crucis signo tentatio pellitur. 240.h
crucis signaculum. 100.c
crucis decussores perimuntur. 474.e
crucis sanctæ elogium. 19.a
crucis signo Draco necatur. 93.i
crucis signo blasphemus sanatur. 11.b
S. crucis triumphus. 551.i
crucis inuentio. 235.c
crucis signum tempore Apostolorum. 88.a
crucis signo draco occiditur. 91.i
crucis signo curatur infirmus. 10.i
crucis inuentio. 316.b
crucis virtute multi sanantur. 316.d
crucis signo miracula facta. 90.d
crucis signaculo dæmon fugatur. 8.d
crucis contactu Bothelmus sanatus. 369.a
crucis donum. 437.c
crudelis est qui filios ante ora patris iugulat. 170.a
crudelitas in amicos crucis Christi. 117.k
cruor è mediis panibus cùm frangerentur, quasi è vulneribus corporum efluxit. 210.c
crux est calix aurea. 368.e
crux paganos terruit. 471.f
crux Turcas seruat à pestilentia. 430.h
crux in vestibus. 432.i
crux visum restituit. 334.f
crux extinguit vim veneni. 31.b
crux adoratur quotannis. 502.k
crux discretiua bonorum & malorum. 317.g
crux contra venenum. 58.a
crux. 243.f
cubile honoratum. 101.g
B. cucuphatis martyris natalis. 553.e
ad cudberti reliquias sanatur oculis æger. 388.i
S. cuthberti depositio. 531.f
cudberti aduentus fugat dæmones. 387.h
cudberti sanctitas. 387.e
cudberti corpus non corrumpitur. 388.e
cuthbertus. 503.b
cudbertus episcopatur. 387.k
cudbertus diem obitus prædicit. 388.b
cudbertus decimas bonorum dedit pauperibus. 388.d
cudbertus & Herebertus à Deo simul mori impetrarũt. 388.c
S. cuthburgis virginis. 560.h
culices maximi. 62.i
culinarius Episcopus. 70.e
S. cunegundis martyris eleuatio. 546.f
S. cuneræ virg. & marty. eleuatio. 545.i
S. cuneræ virginis. 571.e
S. cuniberti epis. depositio. 574.e
cuniperth. 426.b
cupiditas diuitiarum, animi virtutem maximè effœminat. 170.i
cupido regni seruandi quod exagitet. 132.f
cura sanctorum pro suis. 121.k
cura animarum. 92.h
cura. 90.f
curam suorum Deus habet. 42.e
curantur febricitantes. 380.g
curatio infirmorum. 63.h
curatio infirmorum. 111.d
curationes per Petrum Galatam factę. 100.k
curationes d. Petri. 17.i
curationes d. Petri admirabiles. 16.e
curationes variæ in nomine Iesu. 35.f
S. curiodomi Diaconi. 539.b
curiatiorum & Horatianorum certamen. 189.h
curiositatis pœna. 104.e
currus in nubibus visi. 175.g
custobarus & Saulus & plures alij ad Cestium confugiunt. 146.h
cynopis præstigiæ produntur, ísque submergitur. 10.c
cyniphum nubes in hostes. 90.k
cynops submergitur. 10.d
cynops magus insignis. 6.h
cynops magus immittit in D. Ioannem dæmones. 9.e
cypri natalis. 510.b
cypriani, Sperati & Panthaleonis reliquiæ. 433.g
SS. cypriani episcopi, & Iustinæ virginis natale. 565.d
S. cypriani abbatis. 579.f
S. cypriani. 562.g.h
cypriani charitas in Christianos. 48.f
S. cypriani episcopi. 563.g
B. cypriani confessio. 48.f
B. cypriani epis. 530.a
B. cypriani. 552.a
S. cypriani. 563.d
cyprianus episcopus. 495.b
cyprianus leprosos sanat. 348.i
cyræ monialis taciturnitas. 113.h
cyrene condita. 481.k
cyrenenses Lacedæmoniorum genus. 143.d
S. cyreniæ episcopi. 529.c
cyri prata. 103.k
cyri res gestæ. 190.b
cyri cum Artaxerxe bellum. 192.i
SS. cyri & Ioannis reliquiarum reportatio. 548.g
cyri triste fatum. 190.e
cyri & Ioannis martyrum. 524.e
cyri regio Marcionis errore imbuta. 107.f
B. cyriaci Diaconi natalis. 356.f
S. cyriaci patris anachoritæ. 565.i
SS. cyriaci & Pauli. 547.d
cyriaci natalis. 526.b
S. cyriacæ martyris. 558.h
S. cyriacę megalomartyris. 550.b
SS. cyrici & Iulitæ matris eius martyrum. 546.e
S. cyrillæ filiæ Decij Cęsaris. 571.e
S. cyrilli martyris. 555.b
S. cyrilli diaconi & Marci epis. Arethusij. 532.i
B. cyrilli episcopi. 523.k
S. cyrilli patris. 531.d
S. cyrilli. 531.g
B. cyrilli presbyteri. 529.g
S. cyrilli epis. Treuirensis. 541.k
S. cyrilli episcopi. 550.e
cyrillus. 409.a
cyrionis presbyteri. 527.a
S. cyrini. 540.c
S. cyrini martyris. 532.c
cyrus. 485.f
cyrus Scythis bellum intulit. 197.e
S. cythini natalis. 551.k

D

DAcco occiditur. 261.d.
S. dadæ martyris. 537.g
dado. 422.k
dagoberti æquabilitas. 309.f
dagoberti luxuria. 309.i
dagoberti regis Francorum. 581.e
dagoberti regis Franciæ obitus. 522.g
dagobertus ventris profluuio obiit. 311.i
dagobertus fratri partem statuit. 309.f
dacusa ciuitas. 184.f

dagobertus. 412.b
dagobertus. 422.e
dagobertus febre moritur. 502.g
dagobertus moritur. 503.i
dagobertus pergit in Vuinidos. 311.c
dagobertus obiit. 314.d
dagobertus. 502.b
dagobertus. 308.f
dagulfus adulter abbas occiditur. 283.b
dalmatia. 185.b
S. dalmati. 555.g
S. dalmati martyris. 579.a
dalmatius. 257.c
dalmatius episcopus obiit. 264.g
damascus euersa à Metello. 126.a
damasi papæ decretum. 404.k
B. damasi papę Natalis. 579.i
damasus. 404.b
damasus. 447.g
damasus episcopus. 497.h
S. damiani militis passio. 526.g
S. damiani. 568.h
SS. damiani & Cosmæ martyrum natalis. 565.
damianus. 109.k
ob Damnationem b. Petri tumultuatur populus. 52.c
damnatorum liber. 44.d
damnatus mortis periculo liberatur. 326.c
dando papa. 440.c
danaidum facinus. 187.d
dani Gallias inuadunt. 244.i
S. danielis martyris. 568.h
danielis hebdomades. 485.e
S. danielis patris. 579.i
daniel. 485.d
SS. dariæ virginis, & Chrysanti martyrum Natalis. 570.k
darij obitus. 190.g
darij bella. 190.f.g
S. darij martyris. 580.k
darius vincitur. 487.c
darius. 486.a
darius Scythas aggreditur. 190.e
darius Persarum rex ab Alexandro victus. 196.c
darius. 485.d
darius rex creatur. 190.f
darius compedibus aureis tenetur. 196.g
darius. 487.a
S. dasij martyris natalis. 570.b
darij episcopi. 521.d
S. datiuæ. 579.b
S. datiui episcopi. 562.g
S. datiui natale. 526.g
datorem hilarem diligit Deus. 81.b
dauid typus Christi. 484.g
S. dauid patris. 548.d
dauid ne quidem accepta contumelia mutatus. 96.b
b. dauid archiepis. & confess. 529.a
dauids. 162.e
dauides. 95.k
dauidis victus. 96.e
dauidis vultus minimè mutatur. 96.a
dædalus. 481.k
dæmon speciem puellæ tentat. 67.a
dæmon à muliere eiicitur. 40.e
dæmon minatur b. Ioanni incendium. 2.d
dæmon in forma Æthiopis molestus d. Iacobo. 108.a
dæmon turina pelle insultat. 61.f
dæmon comburit omnia Macarij. 63.f
dæmon in pueri figura. 61.g
dæmon militis speciem mutuatur. 3.f
dæmon in Mosen irruit, ori eius stercus ingerit. 64.g
dæmon fallaci seruatoris specie illudit. 67.e
dæmon comedens cibos, resoluit non digerit. 62.d
dæmon specie mulieris illudit monacho. 71.c
dæmon eiicitur ab Angelis Dei. 38.k
dæmon adiuratus stat ante Apostolum. 41.k
dæmon insidit vngulę. 338.k
dæmon vexat Maguntinos. 436.f
dæmon se Christum mentitur. 287.e
dęmon egrediens à grauida dat signum. 78.i.k
dæmon pestem immittit. 424.a
dæmon magicis præstigiis inducitur in corpus puellæ. 103.c
dæmon non diffitetur Apostolis authoritatem. 33.a
dæmon irridet exorcistam. 455.d
dæmon exultatio inferni. 10.b
dæmon expellitur. 455.h
dæmon pollicetur vitæ longitudinem. 502.k
dæmon in hominis specie exactionis militaris curam habens. 107.c
dęmon adiuratur. 43.k
dęmon βλαβερώτατος expellitur. 3.d
dęmon variè efficit animam. 38.g
dęmon lædit cum sanasse putatur. 37.k
dæmone corripitur Imp. filia. 344.f
dæmone vexatur patri irreuerens. 437.d
dæmone duce Franci vincuntur. 436.c
dæmones insultant pœnitenti. 71.e
dæmones lapidabant transeuntes. 21.c
dæmones assumunt speciem Angelorum. 72.d
dæmones humilitate pelluntur. 66.h
dæmbnes mentiuntur quasitis similitudines. 9.k
dæmones fugare quis possit. 78.f
dæmones in habitu clericorum. 80.c
dæmones ab hominibus fugantur. 717.i
dæmones nihil nisi Deo permittente possunt. 199.k
dæmones Æthiopum specie. 35.b
dæmones vociferantes in Theodoretum. 107.f
dæmones tactu vestimenti b. Ioannis fugantur. 27.g
dæmones in canum specie infantem opprimunt. 21.d.e
dæmones abripiunt sacrilegos. 331.f
dæmoniaca sanatur. 94.a. 95.a
dæmoniaca vaticinatur. 302.i
dæmoniaci percussores martyrum. 426.k
dæmoniaci latrant. 415.b
dæmoniaci dentibus seipsos lacerant. 246.a
dæmoniaci voracitas. 103.b
dæmoniaci curantur. 24.i
dęmoniaci curantur. 267.c
dæmoniaci curantur. 337.c
dęmoniacorum sanatio. 40.h
dæmoniacus sanatur. 25.d
dæmoniacus voracissimus. 62.e
dæmoniacus curatur. 100.e
dæmoniacus per Paulum curatur. 66.f
dæmoniacus sanatus. 63.h
dæmoniacus liberatur. 100.b
dæmoniacus liberatur. 338.k
dæmoniacus curatur. 371.g
dæmoniacus aduritur. 336.h
dæmoniacus mundatur. 8.i
dæmoniacus ad conspectum b. Andreę expirauit. 22.i
dæmoniacus liberatur. 326.h
dæmonis adiuratio. 11.i.k
dæmonis pactio semper est peccare. 88.f
dęmonis commentum aduersus Apostolos. 3.k
dęmonis coniuratio. 108.e
dęmonibus repletur ecclesia, quorum princeps specie mulieris concionatur. 240.g
dęmonium obstrepit b. Andreę. 22.g
dæmonium inuocato nomine Iesu expellitur. 2.d
dęmonum ope quęrit ambitiosus honores. 416.h
dęmonum illusio. 2.g

dæmonum templum. 113.d
dæmonum templum. 95.b
dæmonum laquei. 68.b
dæmonum variæ apparitiones. 63.a
dæmonum differentiæ. 62.e
debiles b. Andreas sanauit. 25.b
debora. 481.k
debora. 483.k
decem martyrum in Creta. 581.e
decem plagæ Ægyptiorum. 187.a
decem millia monachorum *sub* Serapione. 78.g
decem millia virorum à *Vespasiano* cæsa. 158.e
SS. decem millium crucifixorum martyrū passio. 547.
SS. decem martyrum. 573.c
decies centena *millia Iudæorum* occisa in vrbis expugnatione. 177.d
decij contra Christianos edicta feralia. 224.f
decimo mensis die Augusti Iudæis fatalis templum incenditur. 175.c
decius. 495.a
decius imperator. 224.f
dedicatio Ecclesię. 473.d
dedicatio templi, mirabilis. 38.k
dedicatio ecclesiæ pellit dæmones. 437.b
dedicatio. 447.g
dedicatio ecclesia. 389.i
dedicationis iucunditas. 360.c
dedicatur ecclesia. 375.g
deditionem victi recusant Iudæi. 176.i
defensio naturalis. 162.h
pro Defuncti corpore contenditur. 104.i
defunctorum refrigerium. 437.f
defunctus à b. Petro suscitatur. 18.e.f
dei contemplatione nil suauius. 119.d
dei genitricis in maximis superbenedictæ commemoratio. 561.a
S. dei genitricis Mariæ. 262.f
B. dei genitricis virginis Mariæ præsentatio. 576.e
S. deicolæ abbatis Sutrensis. 522.c
deierans irriguit. 334.c
deierantis lingua obriguit. 341.a
S. deiparæ Dominæ nostræ stelæ depositio. 549.d
delator imposituram fatetur. 320.d
delatrix punitur. 263.e
deliciæ sybariticæ. 89.g
delphicum templum. 481.h
S. demetriæ virginis. 547.e
S. demetrij martyris passio. 567.f
SS. demetrij episcopi, Aniani Diaconi, Eustolij & aliorum viginti. 574.a
S. demetrij. 564.c
S. demetrij. 581.c
demetrij filius mortuus, viuus redditur. 20.h
S. demetrij Natale. 557.f
demetrius Episcopus. 58.h
demissio vultus. 113.f
S. democriti Natalis. 554.h
democritus. 486.a
demortui Petri suffragia credentium fidem confirmat. 53.c
demosthenes patricius. 51.i
denorum varietas. 89.h
deo Lupo immolantur homines. 11.e
S. deodati abbatis & Leuitę. 536.k
S. deodati episcopi translatio. 544.c
deodericus. 445.h
deorsum versum quid significet. 52.i
depositum Dei anima est in hoc corpore. 152.a
deicyllidas militiæ Lacedæmoniorum dux. 193.f
descriptio Samaritanæ regionis. 149. c. eius fertilitas. ibidem.d
descriptio sepulchri magorum. 63.b
descriptio inferni. 30.g
descriptio Galilææ. 149.a
descriptio Genesar ciuitatis. 154.d
descriptio horrendorum montium. 130.e
descriptio monachi senis. 97.i
S. desiderati episc. && confess. 526.f
S. desiderij episc. Natale. 542.f
S. desiderij. 564.c
S. desiderij episc. passio. 542.f
S. desiderij episc. & confess. 526.f
desiderij martyrium. 306.c
desiderius. 421.b
desiderius Rigundis thesauros diripit. 275.c
desiderius. 283.k
desiderius Episcopus exulat. 305.i
desiderius sibi timens secessit. 286.i
desiderius dolo Ro. inuadit. 431.e
desiderius occiditur. 286.i
desiderius. 501.f
deucalionis diluuium. 481.g
deum fatentur vnum pagani. 213.a
deuotio infirmi causa sanitatis. 346.g
deus semper est omnipotens. 74.d
deus parat mensam in deserto. 76.c
deus Androgynus atrismeg dicitur. 266.g
deus per vices potentiam dedit. 165.g
deus vt nūquam sine sapientia aut lumine sit, nec absque filio. 263.k
deus cur tot monachos in Ægypto suscitarit. 73.g
deus ad tempus contemni, sed ignorari non potest. 212.k
deus quàm multis modis nobis loquatur. 94.c
deusdedit moritur. 378.d
S. deusdedit depositio. 551.g
deusdedit moritur. 377.g
deusdedit. 374.b
deuteria filiam occidit. 248.a
diabolo resistendum, & fugiet. 71.f
diabolicæ apparitiones. 319.e
diabolus Mosis specie Iudęos illudit. 409.c
diabolus aggredirur Macarium. 62.f
diabolus peregrinum ad necem solicitat. 458.c
diabolus fugatur audito Ioannis nomine. 12.b
diabolus verbo fugatur. 38.h
diabolus quendam excęcauit. 334.
diabolus specie presbyteri Eucharistiam ministrat. 76.c
diacones instituit b. Apollinaris. 49.e
diaconi manum osculatur Ioannes Lycius. 70.g
diana Ephesiorum præses super Theone mortuo inuocatur. 2.g.h
dianæ Idolum d. Ioannes comminuit. 3.d
dianæ templum ruit ad vocem b. Ioannis. 30.k
dianæ templum corruit, nec quemquam læsit. 4.f
dianę simulachrum euertitur. 282.f
dictum aureum. 34.f
didymi cæci vita. 58.d
didymus. 404.b
didymus. 497.h
diebus feriatis de pace consulere illicitum. 155.h
dies dominicus insidiis deputatur. 46.g
dies solis. 246.g
dies festi martyrum. 106.c
dies Anglis longissimi. 322.d
dies Ascensionis. 257.k
dies exitus Israelitarum. 396.i
dies ire præfixa. 96.c
dies sublati tyranni solemnis. 72.e
dies festus passionis & Dominicę resurrectionis. 94.a
S. dignæ martyrium. 557.a
dij tam multi cur in Ægypto. 73.h
S. dij patris. 552.e.

S. dij martyris. 577.e
dij gentium damnati. 41.e
dilatio confessionis. 393.d
dilectionis signum. 117.c
de Diluuio Noë. 186.a
diluuium. 232.f
diluuium Deucalionis. 186.i
diluuium quando. 479.d
diuisius. 303.i
diocles à Philosopho monachus. 81.h
diocletiani persecutio. 225.e
diocletiani imperium. 225.c
SS. dioclitiani & Florentij. 541.e
dioclitianus. 495.h
dioclis abbatis vita. 81.h
S. dioclis martyris. 542.h
SS. diodori presbyteri & Mariani diaconi. 570.k
SS. diogenis & Timothei. 534.b
S. diomedis martyris. 557.i
S. diomedis. 545.d
SS. dionysiæ & Pauli passio. 541.c
S. dionysiæ. 579.b
dionysij Areopagitæ libri de Hierarch. 435.a
dionysij brachium abscinditur exitio Francorum. 502.h
S. dionysij. 540.g
S. dionysij papæ depositio. 581.k
S. dionysij natalis. 554.h
S. dionysij episcopi natalis. 567.h
dionysij martyris. 527.a
S. dionysij. 532.b
S. dionysij. 539.i
S. dionysij. 532.b
S. dionysij episc. & confess. 542.i
B. dionysij episcopi. 575.f
B. dionysij corporis inuentio. 536.f
B. dionysij natalis. 566.h
SS. dionysij & Priuati. 564.d
SS. dionysij, Æmiliani & Sebastiani martyrum. 526.a
B. dionysij ædes cæde polluitur. 262.b
B. dionysij episcopi. 534.d
dionysius. 494.b
dionysius. 494.d
dionysius Episcopus Parisiis. 234.g
dionysius episcopus. 244.g
discori exhortationes. 77.i
dioscori natalis. 528.e
S. dioscori lectoris. 541.h
dioscorides. 1.i
dioscorides Ephesius à D. Ioanne suscitatur. 3.b
S. dioscori pueri. 580.d
dioscorus hæreticus. 499.f
dioscuri presbyteri abbatis vita. 77.i
diospolis vrbs. 126.b
discipuli Christi orbem repleuerunt. 143.h
discipuli dati sunt comites Apostolorum. 1.e
discipulorum Iesu afflictio incipit. 45.a
discretio, tempus & ratio. 57.d
discretio mater virtutis. 369.k
S. disebodi episc. & confess. 550.d
dispersio Apostolorum. 46.c
disputatio cum Arriano. 270.g
disputatio elegans & plena grauitatis contra diuitias b. Ioannis. 30.a
disputatio cum Pelagianis. 355.k
disputatio elegans, & grauissimi exempli plena, de vita humana & eius fine. 28.d
distinctio personarum. 289.d
diuinatio captata ex scripturis. 258.i
diuinitus carcere liberati. 297.c
diuionense castrum ædificauit Aurelianus. 247.g
doctrina D. Pauli. 19.i.k
doctrina b. Clementis. 47.a
SS. dodę & Bonę virginum. 537.a
B. dodonis monachi depositio. 571.e
dogma hæreticum Hermogenis. 26.b
dolor audaciam accendit. 148.f
dolus Ioannis. 163.h
S. domatij martyris. 556.e
domicilia. 493.f
domina monachis suppeditat necessaria. 114.c
domina. 114.a
dominatio Romanorum. 165.i
domini nostri Iesu Christi ad cælos ascensio. 539.e
S. domini natalis. 533.a
domini natalis vigilia. 581.f
dominica resurrectionis. 234.b
dominica sabbato successit. 397.a
dominica die communicandum. 76.f
dominicæ punitur violatio. 456.e
S. dominicæ virginis & martyris. 550.a
dominicæ contemptor luit. 333.f
dominicæ diei obseruatio. 303.a
S. dominici confess. translatio. 542.h
S. dominici confess. 540.g
S. dominici abbatis. 581.a
S. dominici confessoris fundatoris ordinis fratrum prædicatorum. 555.g.h
dominus. 500.g
dominus vici acrior in exigendo monetur à Mælyma. 104.b
domitiani iussu D. Ioannis incarceratur. 4.h
S. domitiani martyris. 555.b
domitiani res & facinora. 223.b
B. domitiani abbatis depositio. 549.b
S. domitiani episc. & confess. natalis. 539.g
S. domitiani confess. depositio. 547.g
S. domitiani episc. & confess. translatio. 546.d
domitiani rescripto D. Ioannes in Pathmon relegatur. 5.d
S. domitiani episc. 520.i
S. domitiani episc. & confess. 556.g
domitianus Vespasiani fratris factus filius. 160.g
domitianus Christianos affligit. 493.e
S. domitij presbyteri. 570.g
S. domitij martyris natalis. 549.i
S. domnini martyris. 567.h
S. domnionis episcopi. 534.h
domnionis abbatis vita. 79.f
S. domnoli episcopi. 546.h
S. domnoli episc. 541.e
SS. domnoli & Amandi confessorum. 548.b
domnolus Cenomanorum Episcopus. 268.a
domnus papa. 455.e
domus Petri eremitæ sepulchrum. 100.b
domus benedictio. 11.c
dona Cyvi monast. 375.d
dona Persarum ad Carolum. 506.i
dona Imperatoris. 266.d
dona hostium atrociora quàm vulnera. 151.a
donatistæ exoriuntur. 496.c
S. donatæ martyris natalis. 551.k
S. donati martyris. 528.k
B. donati presbyteri natalis. 558.d
S. donati natalis. 542.c
S. donati natalis. 567.a
S. donati martyris. 525.c
B. donati episc. & martyris natalis. 556.d
S. donati passio. 527.d
SS. donati, Epiphanij & aliorum tredecim. 534.c
S. donati martyris natalis. 559.a
S. donati martyris. 561.h
S. donatiani archiepisc. natale. 568.k
B. donatiani episc. & confess. 561.i
S. donatiani episc. & confess. depositio. 556.e

BB. donatiani & Rogatiani martyrum. 542.h
S. donatiani episcopi translatio. 560.g
S. donatillæ virginis & martyris. 554.f
donatio Cantuarien sibus. 472.e
donationes ecclesiæ confirmat Gunthranus. 275.b
donatur insula ad monast. 382.d
donatur locus monasterio. 379.a
donatus. 496.g
S. donuli martyris. 568.h
donum propheticum. 103.e
donum sacerdotij. 106.a
donus papa. 425.d
dormitio s. Dei genitricis Mariæ. 557.g
S. dorotheæ. 561.d
S. dorotheæ virginis natalis. 525.e
dorothei abbatis vita. 81.h
SS. dorothei & Gorgonij martyrum passio. 562.e
dorothei & Isidori presbyteri vita. 57.g
dorothei exercitium. 57.i
dorothei abbatis vita. 68.e
S. dorothei hieromartyris. 544.g
dorotheus inclusus rector tamen virginum. 68.e
dorotheus suis manibus victum sibi comparat. 57.k
dorouernensis & Eboracensis ecclesiæ priuilegium. 367.i
S. dorymedontis. 564.c
dosis Herodis coniux. 129.b
draccolenus lancea traiicitur. 261.f
draco pisces suffocauit. 419.h
draco disruptus precibus abbatis Auium. 75.a
draco miræ magnitudinis. 74.i
draco infestus. 43.k
draco maximus occiditur. 91.h
dracones duo portæ custodes. 74.k
dracones magici. 35.i
dracones suscitantur. 35.k
S. dransij epis. & confess. 529.g
S. droctouei abbatis depositio. 530.c
droctigisilus episcopus vorax. 293.c
drogo. 434.k
S. drusi martyris. 580.d
drusiana suscitat Fortunatum. 29.e
drusiana mulier castissima. 28.d
drusiana suscitatur. 29.d
dreta monastica. 72.g
ducentæ viginti naues Romanorum perierunt. 201.d
ducentorum sexaginta ss. martyrum. 528.k
SS. ducentorum sexaginta duorum martyrum natalis. 546.h
SS. ducentotum septuaginta martyrum. 569.c
ducis virtus animat militem. 153.h
duellum. 308.k
duellum ob venationem. 298.c
C. duilius Pœnos primus classe deuicit. 200.k
S. dulæ martyris. 546.d
B. dulcardi confessoris. 571.a
dulcis aqua maris redditur. 6.c
S. dunstani archiepiscopi. 541.k
duo simul Episcopi in ciuitate. 380.f
duodecies orare caneréque psalmum. 66.c
SS. duodecim Apostolorum congregatio. 548.k
SS. duodecim fratrum martyrum. 560.k
duo medimni sunt quartuordecim modij. 92.b
durandus. 446.c
dydimus cur d. Thomas dictus. 39.d
S. dympnæ virginis & martyris. 541.c
dynamius insidiatur Theodoro. 268.c
ad Dyrrachium victus, est Cæsar. 217.e
dysenteria profluuióque sanguinis moribundum sanitati restituit d. Ioannes. 6.a
dysenteria. 289.a.296.i
dynasti Chalcidis filiũ suũ Ascalonã in vrbẽ dirigit. 127.i

E

Eadbaldus agitur dæmone. 363.g
eadbaldus nouercæ miscetur. 363.f
eadbaldus baptizatur. 363.k
eadbertus moritur. 388.g
S. eadbrethi siue Edberti epis. & confess. 539.f
S. eadburgæ. 546.d
eadem ante in eius vita. 320.h
S. eadmundi regis & martyris. 576.c
eanfridus rex Berniciorum. 368.g
S. ansuuidæ virginis & abbatissæ. 560.h
eartungathæ de obitu reuelatio. 370.h
eberulfi regum interfectoris scelera. 276.f
S. euraisili episcopi & confess. 560.h
ebriosus indignè communicat. 328.f
ebrius lapsu occidit. 299.c
ebruinus defertur ad tartara. 503.a
ebruinus cadit. 313.i
S. ebrulphi confess. 582.e
ebubeher. 422.f
ecclesiæ. 45. ædificantur. 48.e
ecclesia dedicatur. 375.g
ecclesia S. Saluatoris. 360.i
ecclesia sanctorum martyrum. 110.g
ecclesia martyrum. 108.f
ecclesia diui Albani. 353.k
ecclesia multa tolerat vt omnes lucrifaciat. 358.b
ecclesia portus est & Asylum. 293.e
ecclesia clara miraculis. 367.e
ecclesia sancti Martini. 357.e
ecclesia in honorem D. Ioannis, Petri & Ioannis martyris Romæ. 5.b
ecclesia s. Marcelli Cabillonensis. 304.h
ecclesia beatæ virginis. 363.k
ecclesiæ dedicatio. 105.b
ecclesiæ primæ Romæ à b. Petro cõstructæ & consecratæ dedicatio. 555.c
ecclesiæ persecutio sub Valente. 92.i
ecclesiæ s. Sophiæ dedicatio. 527.b
ecclesiæ fundatæ à Carolo magno. 524.a
ecclesiæ ornamentorum punitur profanatio. 473.h
ecclesias plurimas Constantinus fabricauit. 496.d
ecclesiastici succurrant ecclesiasticis. 259.e
ecclesiastici renunciabant vxoribus. 235.f
ecclesiasticis quanta reuerentia. 377.a
ecclesiasticum Asylum. 421.g
ecdicius Senator pascit pauperes. 241.d
ecgberti ieiunium. 377.d
ecgberti interitus. 398.k
ecgbertus confessionem precatur. 377.d
ecgtifridus & Lotherius reges moriuntur. 387.b
ecstasis. 59.h
eclicius 4000. pauperes pauit. 413.b
eclipses solis & lunæ bis in anno. 474.k
eclipsis. 506.i
eclipsis. 459.a
eclipsis. 446.i
eclipsis. 457.f
eclipsis. 441.i
eclipsis horrenda. 400.b
eclipsis Lunaris. 400.d
eclipsis bis in anno. 507.c
eclipsis. 459.f
eclipsis. 446.d
eclipsis. 451.h
eclisius. 442.d
edalberthi genus. 363.f
edelberthus moritur. 363.e
edelburge corpus septennio non corruptum. 370.i
edelfridi regis laus. 360.k

edictum contra Romanos crudele. 213.g
edictum Neronis de Christianis. 53.i
edilbertus. 418.c
edilbertus baptizatur. 357.f
edildridæ sanctitas. 383.k
S. ediltrudis virginis & reginę natalis. 547.i
ediltrudis nupta tribus virgo manet. 425.h
S. edistij martyris natalis. 568.f
S. edithæ virginis. 563.g
edictio sexta. 494.h
S. edmundi depositio. 575.c
eduardi regis Anglorum confessoris. 519.i
S. eduardi passio. 531.d
eduini familia baptismum suscipit. 366.i
eduini filiam baptizat Paulinus. 364.e
eduinus occiditur. 368.c
eduinus baptizatur. 366.h
eduinus credit. 502.a
eduinus sub spe victoriæ Christianismum pollicetur. 364.i
B. egberti monachi presbyteri & confess. 537.a
egbertus. 424.h
egeni & ægroti non abiiciendi licet difficiles. 65.g
S. egesippi viri. 534.c
S. egidij abbatis. 560.k
egidij episcopi accusationes. 300.i
egidius episcopus Lupo duci conciliatur. 289.b
SS. egdunij presbyteri, & aliorum septem. 530.e
S egmonij epis. & confess. depositio. 520.e
egidius Rothomagensis. 467.d
electus artifex prodit ciuitatem Viennensem. 242.h
S. eiubeth virginis. 563.g
eladij episcopi & confess. 539.i
elationem mentis sequitur contumeliam carnis. 51.d
elationis periculum. 360.d
elationis vitium. 67.d
eldepadus. 416.d
eleazari facinus. 150.b
SS. eleazari & Minerui, cum filiis octo. 559.a
eleazarij præceptoris septem fratrum Machabæorum. 555.a.b
eleazarus tertius tyrannus. 162.a
eleazarus latronum princeps. 141.k
eleazarus. 487.h
eleazarus principis sacerdotum filius. 144.a
eleazarus sicariorum princeps. 177.h
ad Electionem duo proponuntur. 44.k
eleemon verè eleemosynarius. 89.k
eleemonis monachi vita. 83.i
eleemonis pietas mira. 83.i
eleemosyna & captiuorum redemptio. 369.i
eleemosyna latronis. 76.i
eleemosynæ ne quis precium faciat. 60.d
eleemosynam negantis omnia in lapides vertuntur. 350.b
eleemosynarius videt cladem Antiochiæ. 419.e
eleemosynarius in euersione Antiochiæ suorum salutem obtinuit. 301.h
elephantes quis in Italiam primus inuexit. 599.b
elephanti octoginta vel capti vel occisi. 204.b
eleusippi martyris natale. 521.a
S. eleutherij natalis. 566.f
S. eleutherij depositio. 527.h
S. eleutherij diaconi. 567.h
B. eleutherij corporis inuentio. 536.f
SS. eleutherij epis. & Anthiæ matris eius. 535.h
S. eleutherij, papæ & martyris. 543.b
eleutherij episcopi. 559.k
de Elia abbate. 72.k
eliæ abbatis vita. 83.b
S. eliæ martyris. 580.e
S. eliæ. 546.i
eliæ abbatis vita. 68.c
elias & Ioannes Baptista principes vitæ monasticæ. 95.e
elias rector 300. virginum tentatur voluptate. 68.c
elichius alio nomine Felix. 129.h
S. eligij. 566.k
S. eligij epis. & confess. 578.d
S. eligij epis. & confess. translatio. 548.b
eligius. 423.a
eligius. 422.k
S. elizabeth thaumaturgæ. 537.a
S. elisabeth Andreæ regis Hungarorum filiæ. 576.a
S. elisabethæ. 564.c
elisæus. 162.e
elisæus propheta remedium dedit aquarum. 158.h
elizei corpus Alexandriam transfertur. 411.h
S. elizei prophetæ. 560.e
SS. elodiæ & Numilonis virginum. 570.e
eloquentia b. Matthæi. 35.g
elli & Cellim. 413.i
S. eloquij presbyteri & confess. 578.h
S. eloquij presbyteri & confess. 567.g
S. elphegi epis. & martyris. 536.a
S. elpidephori martyris. 572.f
elpidij abbatis vita. 82.g
SS. elpis, Pistis & Agape virginum, & matris earum Sopiæ martyrum. 555.b
elpidius. 443.g
elpidius comedit tantum sabbathis & Dominicis. 82.h
elnelid. 428.h
S. elaphij epis. & confess. 558.d
S. elzearij confessoris. 565.f
S. emani martyris passio. 541.e
emanuel Imperator. 458.d
emaus. 494.h
emeberti depositio. 521.f
S. emerentianæ virginis & martyris. 523.b
B. emerici confess. depositio. 572.k
emerius episcopatu deiicitur. 252.g
S. emmerami epis. & martyris. 564.h
S. emygdij epis. & martyris. 556.a
S. emmiæ virginis. 567.c
energumeni aqua liberantur Isidori cereus ardens. 330.f
energumeni. 343.b
euergumeni. 335.e
energumeni clamor. 328.k
energumeni ostendunt sepulchrum b. Solensis. 340.c
energumeni. 336.g
energumeni clamant. 349.b
energumenus. 326.i
energumenus spumas agit. 336.a
energumenus. 337.a
energumenus mundatur. 337.c
S. engelberti archiepis. memoriæ. 573.f
engendi abbatis. 519.d
enixa quando possit ecclesiam intrare. 358.g
S. endathæ virginis. 574.h
ennodius ducatu remouetur. 287.k
S. enermari martyris. 538.e
enoch. 479.b
enoch translatio. 232.f
enos. 479.a
enumeratio annorum à condito mundo vsque ad Christum. 184.a. & sequent.
enumeratio malorum. 187.e
de eo qui puteum fodiebat. 80.k
coricus. 412.b
eunomius 497.b. eunomius. 497.k
S. euodij epis. & confess. 552.a
S. euodij martyris. 537.b
S. euodij. 539.e

S. euphrosij. 530.h
SS. ennaldorum martyrum. 566.h
S. eunurij epis.& confess. depositio. 562.a
epaminondas Imperator summus philosophus. 195.b
epaminondas Thebanorum dux vulneratur. 194.b
S. epaphæ natalis. 552.d
S. eparchij monachi & confess. 549.b
eparchius infirmos sanat,Dæmoniacos liberat. 267.h
epistola origo & causa bellorum. 198.a
ephesij lapidaturi d. Ioannem seipsos lapidant. 3.f
ephesij conuertuntur ad fidem. 3.e.4.f
concio d.Ioannis Ephesiis. 3.f
ephesiorum ad Domitianum Epistolæ, super Ioanne. 3.d
ephesiorum proconsul de captura d. Ioannis scribit ad Domitianum. 4.i
ephesus à quibus condita. 187.k
ephesus & Tyrus conditæ. 483.f
ephigenia virgo consecratur & velatur. 37.c
ephigenia sua clero largitur. 37.f
ephraim succurrit famescentibus. 82.a
S. ephraim martyris. 529.i
S. ephraim diaconi vita. 81.k
S. ephraim reliquit trecentas versuum myriades. 82.a
ephraimo græcismum medico fidem obtinuit. 404.e
ephrem. 497.d
B. ephrem diaconi. 524.g
S. epicteti martyris cum sociis. 558.i
epidaurius anguis. 197.g
epiphania. 219.c
epiphania. 491.h
S. epiphanij, Salaminæ epis. 540.g
SS. epiphanij,Donati & aliorum tredecim. 534.c
S. epiphanij epis.& confess. 522.k
epiphanius. 497.k
SS. epimachi & Gordiani martyrum. 540.b
SS. epimachi & Alexandri martyrum. 579.k
S. epipodij. 536.f
de episcopatu Fronimij. 291.d
episcoparum renuit Ammonius. 60.f
episcopi Turonenses. 247.b
episcopi discordes quos per epistolam Honorius Papa redarguit. 362.g
episcopi sanguinarij. 254.c
episcopi per castella ordinati. 36.g
episcopi bellatores. 260.k
episcopi septem inuisunt Nathanaelem. 61.f
episcopi conuersi retrorsum. 261.a
episcopi manus populus osculabatur. 236.h
episcoporum catholicorum miracula. 237.c
episcoporum Turonensium catalogus. 303.b
episcopos duos non capit vna ciuitas. 507.e
episcopus debet esse presbyteratus. 269.a
episcopus Vinfridus deponitur. 380.g
SS. epistemes & Galactionis martyrum. 573.b
epistola Pilati ad Claudium Cæsarem. 180.d
epistola scripta curatur hydropicus. 11.b
epistola b.Ioannis Pythonem eiicit. 6.k
ephesij obuiam d.Ioanni eunt. 14.f
epitacij episcopi. 542.f
epolenus martyr. 523.d
S. equitij abbatis. 529.i
equum Imperatoris curat Aphraates signo crucis. 99.f
equus martyrum virtute tenetur. 324.a
equus diu quæsitus reperitur. 334.g
equus arctatur. 338.i
B. erardi confess.& pontif. 520.f
erarius. 416.f
S. erasmæ. 561.d
S. erasm martyris. 577.b
S. erasmi epis.& martyris natalis. 544.c
SS. erasti,Olympæ & sociorum. 574.a
erchemaldus creatur maior palatij. 312.d
S. erconvvaldi epis.& confess. 538.b
S. eremberti epis. 544.a
eremitæ cur tanta tolerarunt. 92.g
eremitica Berenger. 454.d
S. erici regis & martyris. 541.h
s. erkenbodonis morinorum epis.depositio. 534.k
s. ermegandi episcopi. 572.d
ermenberga Brunechildis astu mariti priuatur amplexibus. 306.d
ermenharius necatur. 309.d
s. ermini epis.& confess.transitus. 537.b
s. ermini translatio. 549.d
s. ermini epis.cleuatio. 571.c
s. ermolindis virginis. 571.g
ermenildæ virginis. 526.i
de Erone. 67.g
eronis mira memoria. 67.h
errorum confessio. 41.c
erychthonius quadrigam reperit. 481.i
esau. 232.i
esaiæ abbatis vita. 75.g
esaiæ & Pæsij fratrum vita. 61.a
esdras. 485.k
S. esichij militaris. 546.c
esuriens tentatur. 63.b
s. etbini abbatis. 569.k
ethelberti regis Cantiorum. 528.c
s. ethelburgæ,virginis & abbatissæ. 568.d
s. ethelvvoldi epis.& confess. 555.c
s. etherij episcopi. 546.b
etius occiditur. 411.a
s. ettonis epis.& confess.natale. 550.h
euades. 413.b
euagoras Cyprius. 192.e
s. euagrij. 566.d
ss. euagrij & Benigni natalis. 533.g
euagrij ἀγρύπνιαι. 80.c
de Euagrio celebri diacono. 79.h
euagrius reuocatur à morbo. 80.b
euagrius in Epiphania communicat.80. d. non afficitur morte patris sui. ibidem.
euagrius præuidet futura. 80.c
euagrius venit Hierosolymam. 80.a
euagrius iurat super Euangelia se ciuitatem egressurum. 780.a
euagrius agitur concupiscentia in mulierem. 79.i
euangelicæ veritati non poetarum figmentis insistendum. 315.g
euangelij tactu sanantur infirmi. 413.g
euangelij vis. 23.h
euangelij gestatio quantæ virtutis docet Barnabas, qui Euangelij tactu ægros curabat. 23.i
euangelium d.Ioannes dictauit excipiente Prochoro. 14.d
euangelium à malis temperat. 24.h
ad Euangelium allusio. 43.c
B. euanti epis.depositio. 563.a
euantius episcopus. 501.f
de Euarice persecutore. 241.c
S. euaristi Papæ & martyris. 571.b
S. euasij epis.& confess. 578.d
eucharis Sacerdotis Iouis filius cæcus,illuminatur. 14.g
s. eucharii epis.& confess. 579.e
s. eucharii patris. 563.d
eucharistia liberat incendio. 317.a
eucharistia mutatur in carnem. 474.c
eucharistia refugit manus adulteri. 328.e
eucharistia. 421.f
eucharistia nutritur Ioannes alter. 76.e
eucharistia. 111.b

eucharistia cibum præcedat. 60.a
eucharistia sola vinebant multi. 74.f
eucharistia illæsum reddit ignibus. 417.h
eucharistiæ perceptio. 68.h
eucharistia munire obitum. 379.e
eucharistiæ perceptio præcedat cibum. 74.f
eucharistiam prodesse negat Tandæmus. 455.i
eucharistiam Pityrius non sumebat antea turpiter cogitans. 78.g
eucharistiam confecit Theodoretus in manibus diaconorum. 106.c
eucharistiam temerè gustantes pereunt. 437.b
b. eucherij depositio. 527.h
eucherius. 499.c
eucherius occiditur. 229.h
eucherius. 428.g
eucherius. 408.k
euchitæ. 94.g
s. euculi Smyrnæ epis. 525.g
S. eudociæ martyris. 529.a
s. eudocimi natalis. 554.h
eudoxia. 498.i
eudoxia. 409.c
s. eudoxi. 561.h
s. euellij passio. 540.d
euentij presbyteri passio. 538.k
s. euentij. 535.e
s. euerardi translatio. 580.a
s. euergisli epis.& martyris. 570.i
s. eufragij confess.natalis. 541.c
ss. eufraxiæ & Olympiadis mulierum memoria. 553.f
eufronius prædicit regis obitum. 339.i
beatus Eufronius. 339.h
eufronius. 304.a
B. eugeniæ virginis passio. 581.h
s. eugeniæ virginis. 563.b
eugenij martyris. 523.d
eugenij. 531.g
s. eugenij archiepis.& martyris. 574.k
eugenij martyris. 522.i
s. eugenij epis.& confess. 574 h
ss. eugenij & Macarij martyrum. 523.c
s. eugenij confess. 551.b
s. eugenij corporis translatio. 555.c
eugenij ad plebem epistola. 237.b
s. eugenij martyris. 580.c
eugenij episcopi. 582.f
eugenij epis.martyrium. 237.h
s. eugenij martyris. 529 i
eugenius. 324 d
eugenius & Arbogastes perimuntur. 405.i
eugenius papa. 435.a
eugenius Papa. 479.b
eugenius papa. 424.d
s. eugraphi martyris. 579.h
euguini epis.& confess. 520.k
ss. euilasij,& Faustæ virginis martyrum. 564.d
s. eulaliæ virginis Natale. 526.g
s. eulaliæ virginis passio. 579.g
ss. eulampij, & Eleulampiæ martyrum. 568.a
eulogia. 274.b
eulogia seruat à dæmone rusticum. 341.d
s. eulogij. 549.f
eulogij presbyteri vita. 78.f
eulogij & Mutilati obitus. 65.i
eulogij diaconi natalis. 522.h
eulogii Alexandrini vita. 65.b
eulogii in Mutilatum mira humanitas. 65.c
eulogius & Mutilatus in pace dimittuntur. 65.h
eulogius cogitationes nouerat. 68.f
eumeniæ & Euprepiæ martyrium. 557.a
s. eumenii patris episcopi. 564.b
eumenes proditur. 198.c
eumerus Picarius. 364.h
eunuchi descriptio. 99.d
eunuchus balneo suffocatur. 99.e
s. eunucij epis.& confess. 562.h
s. euodij martyris. 561.a
euodii martyris. 555.e
s. euphemiæ. 561. d
s. euphemiæ virginis & martyris natalis. 563.g
euphenissa Ethiopum regina.35.d.baptizatur. g
euphranon mortuus resurgit. 36.e
s. euphrasiæ virginis. 530.g
euphrasii epis. 521.d
s. euphronii epis.& confess. 555.i
euphronii episcopatus. 251.c
euphrosyne. 519 d
s. euphrosynæ virginis depositio. 526.f
s. eupli diaconi & martyris. 557.a
errardi depositio. 580.g
europæ descriptio. 184. 185.a
eulogia. 271.b
eusebia illuminatur. 443.a
ss. eusebiæ atque Gertrudis corporis eleuatio. 571.d
s. eusebiæ virginis depositio. 530.k
b. eusebii epis.& confess. 555.b
s. eusebii epis.& confess. 565.d
eusebii martyris. 537.f
eusebii austeritas. 94.i
s. eusebii epis.& confess. 547.e
s. eusebii hieromartyris. 547.g
eusebii chronicon. 232.d
eusebii grauitas & ieiunium. 95.f
s. eusebii natalis. 570. d
s. eusebii passio. 529.f
b. eusebij presbyteri & confess. 557.e
SS.eusebij monachi,& Felicis presbyteri martyrum natalis. 573 b
S.eusebij martyris. 572.a
S.eusebij natalis. 559.d
eusebius. 478.h
eusebius. 105.f
eusebius. 496.g
eusebius & Potentianus. 436.i
eusebius. 95.b
eusebonas & Abiron. 110.i
s. eusignij martyris. 556.a
euspicij abbatis Miciacensis primi 546.b
s. eustachij abbatis. 532.i
s. eustachij presbyteri. 568.f
s. eustachij patriarchæ translatio. 536.f
b. eustachij natalis. 551.i
s. eustachij, patriarchæ ecclesiæ Constantinopolitanæ. 527.g
eustachius. 496.g
eustachius. 85.e
eustachius episcopus. 577.i
S. eustachii epis.& confess.natalis. 575.c
SS. eustachij, cognomento Placidi, & vxoris eius cum filiis. 564.d
eutychius. 443.g
eustochiæ virginis obitus. 526.i
S. eustochii epis.& confess. 564.a
S. eustochii episcopi. 564.c
eustochium. 404.k
eustochius. 303.e
eustochius epis. 240.c
S. eustorgii presbyteri. 534.h
S. eustratii martyris. 580.c
eusychius cruce sanat tumores. 347.b
S. euthymij Diaconi. 539.d
S. martyris euthymii epis.Sardeorum. 581.k

eutychus adolescens mortuus à Paulo suscitatur. 19.f.g
eutyches mortuus suscitatur. 53.h
S. eutychij. 579.i
SS. eutychij & Domitiani. 582.d
S. eutychij diaconi natalis. 542.c
b. eutychij confessoris. 569.f
eutychij hæresis. 501.e
S. eutychij natalis. 567.a
S. eutychij martyris. 534.f
eutychij hæresis. 419.c
S. eutychij archiepiscopi. 534.b
S. eutropiæ virginis. 580.e
S. eutropij martyris. 529.e
S. eutropij natalis. 551.g
S. eutropij episcopi. 543.d
eutycheres. 443.g
B. eutychetis martyris natalis. 535.d
eutychiana hæresis. 361.e
S. eutychiani cum sociis suis. 557.g
S. eutychiani martyris. 549.d
B. eutychiani. 579.e
S. eutychiani martyris natalis. 574.g
S. eutychi. 564.c
S. eutychis Hieromartyris. 559.c
exangysis quid. 31.e
excidij Hierosolymitani prædictio. 163.b
excidij Hierosolymitani causa. 156.b
de excommunicatione monialium. 300.f
exemplar rescripti Syagrij & aliorum epis. 294.h
exemplar epistolæ Rhadegundis ad episcopos. 294.k
exemplar pactionis. 290.a
exemplar iudicij Chrodieldis & Basinæ. 299.k
exemplar epist. epis. 293.h
exercitia bonorum virorum. 118.h
exercitus Romanorum magnus. 202.e
exercitus Romanorum cæsus. 146.g
exercitus Heraclij diuinitus cæditur. 310.d
exercitus Gondobaldum sequitur. 277.e
exercitus Dagoberti in Vascones. 311.g
exercitus Romanus cæsus. 202.h
exercitus Alexandri & Darij. 196.f
in Exhortando modus. 105.c
exhortatio Macedonij ad Theodoritum. 103.h
exhortatio ad supplicia toleranda pro Christo. 43.d
exhortatio b. Andreæ in carcere. 25.c
exhortationes Hellenis. 76.b
exhortationes sancti Antonij. 65.f
exhortationes Dioscori. 77.i
exhortationes Ioannis Lyci. 70.i
exilium decernitur ad Curubitanam vrbem. 48.f
exitialium calamitatum tria genera. 157.k
exitus areæ. 479.f
exorcismi. 100.g
exoos iuuenis parentibus & opibus nobilis Christianus efficitur. 21.i.k
exordia obsidionis Hierusalem. 163.c
S. expediti martyris natalis. 536.a
expeditio Philippi in Asiam. 195.k
expergisci media nocte ad orandum. 66.e
expositio legationis Apostolicæ. 36.a
expulsio Egidij Rhemensis epis. 301.b
exliccatur torrens. 353.h
extasis & raptus mentis. 57.h
S. exuperantiæ virginis. 537.d
S. exuperantij & Marcelli diaconorum. 582.f
exuperiæ martyris natale. 553.h
S. exuperij epis. & confess. 565.g
S. exuperij corporis aduentus. 550.d
S. exuperij epis. & confess. 555.c
S. exuperij natalis. 564.g
S. exuperij. 576.a
exuperius. 494.b
ezechias latro grassatur. 128.f
ezechias. 484.c

F

B. Fabiani natalis. 522.f
fabiani & Sebastiani natale. 522.d
fabianus à spiritu sancto ordinatus. 494.i
b. fabij martyris passio. 554.g.h
fabiorum interitus. 190.a
fabius Semilianus sociis manus præcidit. 206.i
fabius maximus cunctando vicit Annibalem. 157.h
fabula madere. 217.k
de facie non iudicandum. 69.g
facinore Mariæ vulgato Cæsaris exclamatio. 174.f
SS. facundi & Primitiui martyrum. 577.g
falconius rex obiit. 465.b
fames grauissima. 436.c
fames grauis. 79.c
fames & pestilentia. 445.f
fames inter Iudæos. 168.i
fames omnem affectum excludit, maximè verecundiam. 167.g
fames. 498.i
fames & pestis Constantinopoli. 355.a
fames maxima. 280.b
fames Burgundiam oppressit. 241.c
fames grauissima. 222.b
fames grauis Hierosolymis obsidionis tempore. 167.e
fames in Samaria. 166.f
fames. 456.d
fames auri misera. 170.i
famescentibus succurritur. 82.a
familia Myronis baptizatur. 7.e
fancilo. 303.k
S. fandilæ presbyteri. 545.k
S. fantini confess. Syracusani. 554.h
fanuel imperator. 464.f
fara. 421.i
faron. 378.g
S. faronis epis. & confess. 571.e
fastu nihil perniciosius. 57.b
fastum deprimit delicti recordatio. 360.e
fastum excitantia celanda. 91.i
fatum Priscillianistarum. 404.k
faunorum & magarum coitu hunni nascuntur. 403.f
SS. faustæ virginis, & Eulasij martyrum. 564.d
fausta Constantini coniunx veneno interficitur. 235.c
S. fausti passio. 568.h
S. fausti presbyteri martyris. 577.e
fausti diaconi. 576.a
fausti martyris. 555.b
S. fausti. 535.d
S. fausti. 555.g
SS. faustini & Timothei. 542.e
S. faustini & Martyrizati natalis. 556.e
S. faustini martyris. 554.d
S. faustini natalis. 567.a
faustini martyris natalis. 527.a
faustus episcopus. 500.d
faustus. 414.i
faustus Iudæus baptizatur. 12.i
famis tempore populum pascit Apollo. 74.d
febricitans curatur. 326.a
febricitantem b. Andreas sanauit. 25.a
febricitans curatur. 335.c
S. febroniæ hosiomartyris. 548.b
feliciana hæresis. 432.k
S. feliciani. 576.a
S. feliciani. 524.k
S. feliciani martyris. 571.g

ss. feliciani & Primi natalis. 545.c
s. feliciani epis. & martyris natalis. 570.a
felicianus. 494.b
felicianus. 443.g
s. felicis natale. 521.d
b. felicis presbyteri. 560.g
s. felicis. 536.d
s. felicis natalis. 554.d
s. felicis. 543.e
s. felicis epis. & confess. natale. 527.i
s. felicis martyris natalis. 555.b
s. felicis martyris. 526.g
ss. felicis & Constantiæ martyrum natalis. 564.c
ss. felicis & Fortunati. 545.g
s. felicis epis. 582.f
s. felicis natalis. 573.c
s. felicis martyris. 549.d
b. felicis secundi epis. Treuerensis. 532.e
s. felicis natalis. 560.a
ss. felicis presbyteri & Eusebij monachi martyrum natalis. 573.a
s. felicis martyris cum sociis. 558.i
s. felicis epis. & confess. 530.a
s. felicis presbyteri. 547.i
ss. felicis & Regulæ natale. 562.k
ss. felicis & Naboris martyrum natalis. 553.b
ss. felicis & Naboris martyrum. 551.a
s. felicis presbyteri natalis. 536.i
felicis papæ & martyris. 533.b
s. felicis episcopi. 541.h
b. felicis episcopi. 574.k
s. felicis natalis. 551.k
s. felicis. 535.e
s. felicis natalis. 550.g
felicis & Ianuarij. 520.d
s. felicis epis. & martyris. 551.g
s. felicis natale. 525.b
s. felicis epis. natalis. 570.h
s. felicis martyris. 542.h
b. felicis papæ natalis. 543.g
s. felicis episcopi. 562.g
s. felicissimæ virginis passio. 557.b
s. felicissimi natalis. 543.b
ss. felicissimi & Rogatiani presby. martyrum. 571.b
s. felicissimi. 577.a
s. felicissimi martyris. 549.d
ss. felicissimi, Prætextati, & Agapeti passio. 556.b
felicitatem Imperij quàm falsò tribuerent superstitioni. 213.c
s. felicitatis, & septem fratrum filiorum. 550.g
s. felicitatis matris septem filiorum martyrum. 576.h
ss. felicitatis & Perpetuæ martyrum natalis. 529.h
s. feliculæ virginis & martyris natalis. 545.b
felyni & Gratiniani martyrum. 543.k
felix Aurelianus hæreticat. 505.i
felix. 145.c.
felix episcopus. 577.i
feræ sibi impetu iter arripiunt. 171.h
feræ obsequuntur Pachomio. 67.a
ferega & Parthemius d. Pauli carnifices. 20.b
b. ferreoli de Viennensi vrbe. 56.oc
bb. ferreoli & Ferrutionis. 561.h
s. ferreoli. 564.a
ss. ferreuli presbyteri, & Ferrutionis diaconi. 546.c
ferro quàm siti præoptant perire. 131.g
ferrum ignitum illæsus gestat Apelles. 76.d
ferrum circa lumbos. 96.e
s. ferrutij martyris commemoratio. 571.e
bb. ferrutionis & Ferreoli martyrum. 561.h
ss. ferrutionis diaconi, & Ferreuli presbyteri. 546.e
fertilitas Samariæ. 149.d
festa martyrum. 109.h
s. festi diaconi. 564.c
s. festi & Ioannis natalis. 581.b
festiuus dies Iuliani. 339.c
festiuitas defunctorum. 445.b
festum Margaritæ. 551.c
festus. 145.c
s. fiacrij confess. 560.g
s. fibitij episcopi. 573.b
fide nihil operantis oratio vacua. 162.f
fidei traditio. 383.c
ss. fidei, Spei, & Charitatis virginum martyrum natalis. 555.b
s. fidelis martyris. 571.e
fidelis quis esse dicatur. 126.i
fidelis Lila pro domino occiditur. 364.i
fidelis nupta gentili. 357.c
s. fidentij epis. & confess. 575.c
fides omni pretiosior auro. 366.b
fides non dirimit matrimonium. 7.h
fides resurrectionis. 174.h
fides aret, pietas sepulta est. i.
fides Gereon. 496.a
fides hostibus seruanda. 170.k
s. fidis virginis & martyris natale. 567.c
s. fidoli epis. & confess. 541.e
filia regis Indiæ nuptui traditur. 39.f
de filia presbyteri & Eustachio diacono. 86.d.
filiæ beati Philippi Apostoli administræ Euangelij. 44.b
filio Basilij nomen Apostoli Ioannis imponitur. 8.b
filiorum Mariamnes interitus. 136.h
filium sacerdotis oppressum in Balneis à dæmone suscirat & tangit Ioannes. 11.h
filius patrem supplantauit. 313.k
filius regis à Sagis subducitur. 271.g
filius patrem imitetur. 120.e
filius Dei ad quid incarnatus. 36.c
filius Balneatricis à dæmone oppressus suscitatur à D. Ioanne. 2.i
fimbria Marianorum scelerum satelles. 213.h
s. fintani presbyteri & confess. 527.d
firmati corpus leuatur. 461.c
ss. firmati diaconi & Flauianæ virginis depositio. 567.b
ss. firmi & Rustici martyrum. 556.g
s. firmi. 524.k
s. firmini epis. & confess. transitus. 561.a
firmini epis. & confess. translatio. 539.b
s. firmini epis. & confess. 568.c
s. firmini epis. & confess. depositio. 558.b
b. firmini episcopi. 565.c
firminus obiit. 429.d
firmus grassatur. 227.g
fla. Claudius. 224.k
flagella monachorum tria in monte Netriæ. 59.c
flagitia Neronis. 147.d
flandria Francis obtigit. 473.d
s. flauiani martyris. 524.d
flauiani martyrium. 828.d
b. flauiæ Domitillæ virginis & marty. natale. 539.f
flaminius. 487.i
s. flauiani epis. 559.a
flauianus & Theodorus. 99.b
flaochatus maior domus. 312.i
flectus Petri quid. 115.i
s. flocelli martyris. 563.i
flora Myronis vxor. 6.f
flora Nuciani Magi vxor. 12.d
s. floræ virginis & martyris. 554.e
ss. floræ & Mariæ virginum. 577.a

S. patris Florberti depositio. 572.d.
S. florentiæ virginis. 547.d
S. florentiæ martyris. 574.a
florentianus. 577.i
florentij martyris. 571.e
S. florentij epis.& confess. 573.e
S. florentij. 551.g
S. florentij presbyteri & confess. 538.h
SS. florentij & Cassij cum aliis pluribus. 568.a
S. florentij confess.translatio. 548.f
SS. florentij & Dioclitiani. 541.e
S. florentini. 565.f
S. florentini epis. 569.f
S. florentij presbyteri & confess. 564.h
S. florentini epis. & martyris. 569.f
S. florentini presbyteri & confess. 578.e
florentius Viennensis episcopus. 494.
flores Eulaliæ columbæ similes. 329.a
S. flori episcopi & confess. depositio. 573.a
S. floriani. 539.a
S. flori. 581.c
floriani imperium. 225.h
florida paschalia. 342.g
flori & Luciani. 571.b
S. florini confess. 575.i
S. florini. 575.f
florus vrbium direptor. 145.c
florus. 145.i. belli causa. 146.i
S. flosculi translatio. 546.b
S. flosculi epis. 524.k
flumen sanguine effluxit in Piceno. 202.f
fluuiorum paradisi nomina. 36.b
fluuius Ictus Naue. 318.b
fœdus Romanorum & Carthaginensium. 194.g
fœlicis corpus non corrumpitur. 349.a
fœlix persecutionem fugit. 330.i
fœlix Episcopus nepoti moriens cessit Episcopatum. 268.k
fœlix episcopus. 367.b
fœlix papa. 415.f
fœneratores pernicioſi tres. 79.c
fœmina nobilissima quæ semper virgo fuit. 87.i
focas martyr venena depellit. 330.c
focas detruncatus mergitur. 310.a
focas episcopus. 493.h
focas Mauricium occidit. 305.h
b. foillani martyris corporis translatio. 561.e
SS. foillani & Fursei. 538.e
S. foillani epis.natalis. 571.k
foillanus. 423.g
folliculæ virginis. 527.a
folquini corporis translatio. 574.h
b. folquini Morinorum epis.translatio. 545.a
fons lachrymis orantis erumpens. 91.k
fons oratione producitur. 387.i
fons diui Albini. 353.i
fons d. Iuliani. 332.h
fontem dextro pede fontem ostendit agnus. 48.b
fontes Hispaniæ baptismatis die crescunt. 318.h
fontes Ior.& Dan. 318.a
forensi prælio succedit internum. 163.h
forma monasticæ exercitationis. 89.i
S. firmati natalis. 567.a
formula monastica. 113.a
formosus. 439.a
contra Fornicationis spiritum quid agendum. 64.e
fornicationis tentatio quomodo retunditur. 83.e
fornicationis Spiritus. 62.i
fortitudo animantium omnium in periculis fortior. 171.h
fortunati Felicis cum aliis viginti septem. 528.f
S. fortunati. 536.d
S. fortunati diaconi natalis. 536.i
S. fortunati epis.& confess. 539.d
b. fortunati epis.& confess.depositio. 547.a
S. fortunati martyris. 545.k
SS. fortunati & Felicis. 545.g
S. fortunati natalis. 570.h
S. fortunati epis. 568.k
S. fortunati. 569.b
fortunati. 520.h
S. fortunati. 524.k
fortunatius. 496.k
fortunatus. 443.h
fortunatus. 418.i
fossa profunda Macedonij domus. 102.g
franci. 404.h
franci Meroningi. 410.c
franci Gallias occupant. 412.h
franci Normanorum tributarij. 438.c
franci Idololatriæ dediti. 239.f
franci in Britanniam copias ducunt. 261.f
franci cum Anglis paciscuntur. 478.d
franci criniti. 408.e
franci in Palæstinam expeditiones. 459.e
franci vnde dicti. 402.c
b. francisci patris. 551.i
S. francisci de Paula Calabriæ oppido. 533.e
S. francisci patris translatio. 542.i
francisci Zamerij obitus. 578.f
S. francisci patris. 565.f
b. francisci confess.natale. 566.i
b. francisci patris. 568.h
franco Scholasticus. 447.h
francorum quis rex primus. 238.
francorum criniti reges apud Francos. 239.e
francorum criniti reges. 497.g
francorum origo. 402.b
francos à feritate vocauit Valentin. 497.c
S. fratrem epis.& confess. 565.i
de Fratre qui ductus fuit pœnitentia Ioannis abbatis narratio. 71.d
fratres vicissim tres Eccl.succedere. 470.k
fratres duo Pæsius & Esaus ambo solitudinem petunt 61.a.eorum vitæ diuersum institutum. ibidem.
fratricida delicti conscientia occidit seipsum. 211. a
fratrum duorum contentio quis beatior. 61.b
b. fraubaldi abbatis & confess. 559.a
fraudatores eccl.puniuntur. 344.h
S. fredegandi confess. 552.a
fredeg. Gunthrani petit suppetias. 274.i
fredegunda mittit qui Gunthranum occidat. 286.h
fredegunda fugit ad Ecclesiam, cuius thesauros Child. inuadit. 274.i
fredegunda mittit qui Brunechildem necaret. 276.d
fredegunda venit Rhotoialense. 276.d
fredegundæ speculatorem mittit qui Childebertum perimat. 300.g
fredegundis mittit qui Childeberrum aut Brunechildem interficerent. 284.a
fredegundis Lutetiam inuadit. 305.e
fredegundis altercantes interfici dolosè iussit. 301.c
fredegundis astutum consilium. 501.a
fredegundis vult Greg.corrumpere. 259.i
fredericus imperator Mediolanum obsidet. 462.b
fredericus imperator & papa conueniunt. 471.a
S. fredesvvidæ virginis. 569.i
S. fremundi. 540.e
friardi & Secundelli natale. 555.c
fridericus. 460.a
fridericus imperator. 460.k

S. fridiani epis.& confess. 575.i
fridolini abbatis & confessoris. 529.h
frigidi montis monast. 458.b
frigoritici. 344.a
frigoritici. 339.f
frigoritici. 344.h
frigus insolitum pisces necat. 456.b
frigus insolitum. 249.c
friscanum & fontinella monast.fundantur. 426.h
frisones conuertuntur. 504.g
frodoberti abbatis. 520.f
f. frominij epis.& confess.depositio. 554.a
f. fronti episcopi. 566.d
f. frontonis. 535.e
f. frontonis. 570.k
f. fructuosæ, cum aliis duodecim. 559.a
fructuosi episcopi. 522.h
fructus sacerdotalis benedictionis. 111.i
fruges fide multiplicantur. 75.d
f. frumentij & alterius frumentij. 532.a
frumento pluit. 435.d
frumentum auari sinunt putrescere. 82.a
fugare dæmones quis possit. 78.f
fugentij ecclesiæ Ruspensis epis. 519.c
fugiens epis. verbo & verbere castigatur. 363.i
f. fulberti translatio. 544.c
fulco. 456.k
fulco archiepiscopus. 439.c
fulconis martyris. 546.i
fulgentius Ruspensis ecclesiæ epis. 499.k
fulgentius exulat. 414.c
fulgentius. 413.d
fulgor cœlestis. 340.a
fulmen in eius aream qui alterius manipulos furatus fuerat. 97.g
fulmen. 459.c
fulmen. 436.e
fulmina Romæ. 199.h
fulmine noxia. 459.b
fuluiæ insolentia. 218.d
fundense monast. 429.g
fune iniecto D. Marcus trahitur ad templum. 46. h
funis ex palmis. 110.k
fur aquam benedictam haurite non potuit. 319.b
fur reliquiarum punitur. 322.c
fur euadere nequit. 334.d
fur sceleris luit. 324.g
fures ornamentorum templi d.Martini se inuicem perimunt. 268.b
fures miraculo comprehensi. 98.d
furor consilij expers. 192.d
furseus extruit monast. 373.e
fursæus. 423.g
SS. fursei & Foillani. 538.e
fursei corpus non corrumpitur. 374.a
S. fursei confess. 521.h
furtum,Satanæ pecunia est. 347.c
S. fuscæ virginis & martyris. 526.i
SS. fusciani & Victorici martyrum. 579.i
S. fuscoli epis.& confess. 561.i

G

GAbaon. 145.k
SS. gabini & Crispoli martyrum. 543.g
f. gabini,presbyteri & martyris. 527.f
gabinius tentationes Alexandri occurrit. 127.b
gabinius Alexandriam reparare cœpit. 127.c
gadara traditur Romanis. 158.a
gaddanæ abbatis vita. 83.a
gagates lapis. 352.c
gaius episcopus. 495.h
SS. galactionis & Episteme. 573.b
S. galatæ martyris natalis. 536.a
galba & Otho extincti. 160.a
galba Romano præest imperio. 159.f
galbæ Imperium. 222.f
f. galdini depositio. 535.i
galenus medicus. 493.k
galeranus. 464.k
galilæa Romanis subiicitur. 156.a
galilæa describitur. 149.a
galilæa duplex. 148.k
galli Senones Romani contendunt. 193.a
galim ciuitas Galilææ, quæ & Gischala dicitur. 45.b
galli tumultuantur. 202.a
b. galli epis.& confess. 549.b
galli à Romanis trucidati. 194.f
f. galli presbyteri & confess. 569.d
galli victi. 208.g
gallia Lugdunensis. 185.c
gallia Belgica. 185.b
f. gallicani martyris. 548.a
galliciæ reges. 273.b
gallienus Imperator. 224.g
gallienus Christianorum supplicia inhibuit. 224.h
gallorum decem millia cæsa. 204.e
gallorum à Cæsare calamitates. 216.e
gallorum nouem millia cæsa. 202.f
gallus & Volusianus. 495.b
gallus vir & Galla fœmina viui defossi. 202.d
galsuintha suffocatur. 253.a
gamalam euertit Alexander. 125.e
gamalæ vrbis excidium. 155.e
gamalæ ciuitatis descriptio. 154.i.k
f. gamalielis inuentio. 555.g
f. gandi episcopi. 524.c
f. gandidi. 524.k
f. gandini martyris. 544.a
gamæ inuentor. 446.g
f. gangulphi martyris. 540.d
f. garini epis.& confess. 525.g
ganges fluuius. 184.i
garacharius ac Bladastes restituuntur. 281.d
f. gaudentii epis. 555.g
f. gaudentij depositio. 522.k
f. gaudentiæ virginis. 560.g
gaufridus Burdegalensis. 462.b
f. gaugerici episcopi & confessoris eletuatio. 565.b
f. gaugerici epis.& confess. 556.k
gaulanes euertitur. 125.e
gauraranes Christianos vexat. 409.k
gauraranes. 409.g
gaza reædificatur. 459.h
gazophylacij custos Phinees. 177.a
f. geberhardi epis.& confess.natalis. 560.a
gebmundi successor Tobias. 391.b
gedeon. 482.a
de gelasia. 87.g
f. gelasij papæ. 576.a
f. gelasij martyris. 525.c
bb. gelasij & Anacleti pontificum. 548.i
gelasius hymnos composuit. 413.e
gelasius. 454.k
gelu grauissimum. 478.e
gelu vehemens. 443.k
gelu maximum. 430.i
gelu maximum. 449.i
f. gemini martyris. 525.c
f. gemini epis.& confess. 525.d
f. geminiani epis.& confess. 524.e
ff. geminiani & Luciæ nobilissimæ matronæ. 563.g
gemmæ recompinguntur in vsus pauperum. 29.i

S, gendulphi epiſ. tranſitus. 574.g
S. geneualdi epiſ. & confeſſ. 561.h
S. generoſæ natalis. 551.k
geneſar ciuitatis deſcriptio. 154.d
generaſerh lacus vnde. 154.b
b. geneſij Arelatenſis. 559.g
S. geneſij martyris. 559.f
geneſij morus. 325.g
geneſius ſeruat naufragantes. 325.h
geniculationis traditio. 119.e
genouefa. 411.a
genouefa mortuum reſtituit. 347.k
S. genouefa Deo dicata. 519.f
S. genouefæ virginis tranſlatio. 571.f
S. genouefæ de miraculis ardentium. 577.f
gens idololatriæ dedita. 37.i
genſericus Carthaginem capit. 410.a
genſericus multam cladem Romanis intulit. 408.g
genſericus. 408.d
gentiles redimentem Chriſtum acerbiorem vocabant, quàm perſequentem diabolum. 200.h
gentites redduntur immobiles. 73.i
gentiles dæmoniorum comites. 54.e
gentilis pontifex idola comminuit. 366.d
dij Gentium Chriſto reſiſtere non potuere. 213.d
genus b. Matthæi. 35.d
S. georgij epiſ. & confeſſ. 572.f
b. georgij Cremonenſis depoſitio. 557.k
S. georgij patris epiſcopi. 534.c
SS. P. georgij Chozebiſti, & Æmiliani cõfeſſoris. 550.i
S. georgij martyris paſſio. 536.h
georgij brachium. 452.h
S. georgij maioris. 540.c
S. georgij magni martyris. 572.h
S. georgij maioris. 542.i
SS. georgij diaconi, & Aurelij martyrum exceptio. 570.a
S. georgij maioris Venatiarum. 536.f
S. georgij diaconi natalis. 560.a
gepidarum regnum. 417.e
S. gerardi epiſ. & confeſſ. 536.i
gerardi monachi obitus. 546.a
b. gerardi cognomento magni. 558.f
S. gerardi epiſ. & martyris. 565.b
S. gerardi abb. tranſlatio & natale. 566.h
S. gerardi confeſſoris. 568.h
S. georgij maioris. 542.c
geraſenus ciuis conſortia latronum ſequitur. 159.g
S. geraſini. 529.f
S. gerbrandi confeſſ. 568.i
b. gerebaldi epiſ. & confeſſ. depoſitio. 579.c
S. gereonis martyris. 568.a
S. gerini martyris. 566.f
S. gerlandi epiſcopi. 528.e
germania. 185.a
germanici martyris natalis. 522.d
S. germani epiſcopi. 571.c
germani paſſim adhuc infideles. 391.c
b. germani epiſcopi. 530.c
S. germani Antiſiodorenſis epiſ. tranſitus. 554.h
S. germani epiſ. & martyris. 568.d
germani epiſ. & confeſſ. 561.i
SS. germani & Remigij confeſſorum tranſlatio. 566.d
germani confeſſ. tremit tumulus. 348.a
b. germani epiſcopi. 562.k
S. germani baſilicæ dedicatio. 575.i
SS. germani ac Seruandi. 570.f
S. germani. 574.h
S. germani martyris. 572.g
S. germani confeſſ. tranſitus. 543.e
S. germani epiſ. & confeſſ. tranſlatio. 553.f
germanus. 408.k
germanus Altiſiodorenſis. 499.d
germanus moritur. 356.g
germanus viſione ſanatur. 356.c
germanus cantans alleluia vicit hoſtes. 409.a
d. germanus Pariſiorum epiſ. obiit. 257.h
germanorum fortitudo prædicatur à Tito. 176.c
germanorum incurſiones. 495.d
S. germari abbatis. 565.b
gerontius. 239.c
gerontius. 230.g
S. geruntij epiſcopi. 559.g
gertrudis de Ooſten obitus. 520.b
S. gertrudis natale. 579.b
S. gertrudis virginis conſecratio. 578.f
S. gertrudis virginis tranſitus. 531.b
SS. gertrudis atque Euſebiæ corporis eleuatio. 571.d
SS. geruaſij & Protaſij fratrum natalis. 547.b
geruaſij & Prothaſij corpora Horiſmuth. 405.c
geruaſij & Prothaſij reliquiæ. 322.h
S. gerulphi martyris corporis tranſlatio. 548.b
S. gerulphi martyris. 567.g
S. geruſphi martyris. 564.f
b. getulij paſſio. 545.e
b. gezelini confeſſoris. 556.c
gibbus Cameli diuitiæ. 463.b
S. gibriani confeſſoris depoſitio. 539.i
gibrianus. 414.h
gigas 50. pedum. 466.k
gigantes Deus mirę magnitudinis. 407.b
gildæ abbatis & confeſſoris. 524.c
S. gildardi epiſcopi. 545.b
gildo lege Claudia ſtrangulatur. 229.b
gildo. 405.i
gilemer. 415.k
S. giraldi epiſ. & confeſſ. 579.c
S. gilberti confeſſ. 525.c
girid. 429.h
giſcula vrbs agreſtis. 155.g
S. giſlebetti epiſ. & confeſſ. 526.i
giſlebertus eccleſiam ſua ſubtilitate offend. 459.c
S. patris giſleni reſtitutio. 573.c
S. giſleni epiſ. natale. 567.h
S. giſleni epiſ. & confeſſ. corporis inuentio. 565.i
S. giſleni tranſlatio. 544.a
giſlebertus Pictauenſis epiſ. 460.f
S. giſlerij confeſſ. natale. 567.h
giſtercienſes Benedicti regulam obſeruant. 453.f
gigid. 428.e
glacies ingens cælo decidit. 435.a
gladiatores lxxiiij. diffugiunt. 212.c
gladiatoria ſpectacula tolluntur. 406.a
globus ignis. 342.c
globus ignis ſub ortu ſolis à regione Septentrionis emicuit. 210.c
f. glodoſindis virginis natalis. 553.f
gloria patri inſtituitur, vt & nocturnæ preces. 404.d
gloria in excelſis cani inſtituit Theleforus ad miſſas natiuitatis. 414.a
chlodoueo venienti Engoliſmenſes muri corruũt. 243.h
non Gloriandum in virtutibus. 93.i.k
glorioſæ virginis Mariæ viſitatio. 549.c
f. glyceriæ martyris. 540.k
glyrium & ſerpentis coniuratio. 285.f
gnamo & Melga Pictorum & Hunnorum duces. 405.c
gnarinus Geſardi. 470.b
gnatho epiſ. Tegienſis. 447.i
f. goaris presbyteri & confeſſ. 549.k
f. goberti confeſſ. 576.h
f. godebertæ virginis. 534.h
f. godefridi epiſ. & confeſſ. 573.h

godefridus. 452.g
godegiſilus occiditur. 242.h
S. godegrandi epiſcopi & martyris. 561.d
godinus nouercam duxit. 309.d
godinus trucidatur. 309.c
S. godoaldi epiſ. & confeſſ. 545.a
b. godolenæ martyris paſſio. 549.k
goerici epiſ. & confeſſ. 564.c
gondobaldus renunciat arrianiſmo. 242.i
gondulphi feſtiuitas. 525.g
SS. gondulphi & Monulphi confeſſorum. 551.i
S. gordiani martyris. 563.i
SS. gordiani & Epimachi martyrum. 540.b
b. godrici poſitio eremitæ & confeſſoris. 542.d
gordianus imperator. 494.i
gordianus Imperator. 224.d.e
gorgon cæditur. 157.g
gorgõna. 481.k
gorgõni & Firmi. 530.d
ff. gorgonij & Dorothei martyrum paſſio. 562.c
S. goluini, pueri & martyris. 542.e
S. gothehardi, epiſ. & confeſſ. 539.b
gothi ad fidem conuertuntur. 501.f
gothi reges pro arbitrio ſtatuunt & occidunt. 248.d
gothi Arrianiſmo renunciant. 304.k
gothi fraude Valentis fiunt Arriani. 403.c
gothi Gallię ex inſidiis vincunt. 292.d
gothi iidem qui Gethæ. 403.b
gothicarum literarum inuentio. 497.b
gothorum vitium de regibus mutandis crudeliter vlciſcitur Chyntaſind. 312.c
gracchorum ſeditiones. 207.i
gracchus occiditur. 207.k
gracchus ducenta oppida expugnat. 204.h
f. graciliani & Felicißimæ virginis paſſio. 556.b
grando mixta fulminibus impetrata precibus. 494.c
grando lapidum cum fragmentis teſtarum terram verberauit. 210.c
gradus matrimonij. 357.k
grauius eſt ſua quàm aliena inceſſere. 148.c
S. gratæ. 544.b
gratia Dei virtute Crucis martyres vicerunt. 331.k
gratia Innocentij contra dæmones. 82.c
gratia miraculorum. 104.a
S. grati confeſſ. depoſitio. 562.c
S. gratiani glorioſi martyris. 570.g
S. gratiani epiſ. & confeſſ. 580.i
gratiani & Felini martyrum. 543.k
gratianum Maximus occidit. 404.i
gratianus Turonenſis epiſcopus. 303.b
gratianus & Conſtantinus tyranni occiduntur. 554.e
gratianus imperator. 235.e
gratianus. 497.d
gratianus Epiſcopus Turonenſis. 234.g
gratianus imperator. 228.a
grauida curatur à Spiritu immundo per Poſidoniũ. 78.i
grauitas Euſebij. 95.f
græci hæreticantur. 448.b
græci Ioannem Gardinalem ludibrio exponunt. 475.k
græci caſtrantur. 441.b
græcorum bella. 196.h
græcorum errores. 448.c
grifo occiditur. 504.g
b. grimbaldi abbatis depoſitio. 550.d
grimoaldus. 314.b
grimoldus. 502.h
grypo legatus redit ab Imp. Mauricio. 296.e
S. grodegandi archiepiſ. & confeſſ. 529.h
b. gregorij papæ. 577.i
S. gregorij papæ. 546.a
b. gregorij epiſ. natalis. 549.f
S. gregorii epiſ. depoſitio. 530.b
S. gregorij presbyteri & martyris. 551.f
S. gregorij epiſ. & confeſſ. 559.g
S. gregorij. 564.c
S. gregorij papæ ſecundi. 526.i
S. gregorij epiſ. & confeſſ. 536.k
S. gregorij epiſ. & confeſſ. 580.k
b. gregorij natalis. 575.e
ſ. gregorij abbatis tranſitus. 572.k
ſ. gregorij archiepiſ. & confeſſ. 575.f
gregorij papæ beneficio Angli fidem ſuſcipiunt. 361.b
gregorij commentaria. 361.e
gregorij hortatoria concio ad pœnitentiam. 296.a
ſ. gregorij Decapolitæ. 576.c
ſ. gregorij patris epiſ. 876.h
greg. homiliæ & Dialogi. 361.f
ſ. gregorij martyris. 566.a
gregorij Turonenſis epiſ. 572.k
gregorij honores non mutarunt mores. 361.d
b. gregorij epiſcopi. 540.a
gregorio concionante 80. expirarunt. 296.d
gregorius Nazianzenus moritur. 405.d
gregorius. 404.b
gregorius. 304.b
gregorius martyr. 33.e
gregorius papa. 444.k
gregorius papa. 445.e
gregorius. 435.c
gregorius Turon. 418.h
gregorius Ligonicenſis. 247.e
gregorius. 442.c
gregorius. 501.e
gregorius papa. 429.a
hregorius malè ſanus natura. 361.g
gregorius papa. 427.i
gregorius Turonenſis à Chilperico eiicitur. 258.d
gregorius ſeptem monaſteria fundauit. 295.k
gregorius Nazianzenus. 497.d
gregorius Spolitanus. 443.g
gygantea fœmina. 406.k
gygas de gente Murmoli. 279.i
gymnaſium philoſophiæ monaſticæ. 95.c
gyndes fluuius. 190.b
gyualdi fuga. 247.i
gualterus obiit. 460.c
ſ. guddenes virginis. 552.b
ſſ. guderuali Bertulphi corporum tranſlatio cum reliquiis ſ. virginis Amelbergæ. 542.b
b. gudilæ virginis corporis tranſlatio. 563.d
ſ. gudilæ depoſitio. 520.e
ſ. guiberti fundatoris natale. 542.f
ſ. guidonis confeſſ. depoſitio. 563.a
ſ. gudvvaldi, archiepiſ. & confeſſ. 544.h
ſ. guiberti patroni confeſſoris Chriſti corporis eleuatio. 564.k
guilbertus Archiepiſ. 450.f
ſ. guillelmi epiſ. & confeſſ. 554.d
ſ. guillelmi natalis apud Bituricas epiſ. 520.i
ſ. guillelmi paſſio. 542.f
b. guillelmi confeſſ. depoſitio. 535.f
ſ. guillelmi confeſſ. natale. 526.d
guillelmus Siciliæ Sibyllam vrbem capit. 461.g
guillelmus. 448.k
guillelmus Anglorum rex. 451.c
guillelmus rex Siciliæ. 460.d
b. guinali abbatis & confeſſ. depoſitio. 572.g
gulæ tentatio quomodo retunditur. 83.e
ſ. gumberti confeſſ. 530.d
ſ. gummari, præclari confeſſ. tranſlatio. 531.b
gundeberga regina falſo veneni accuſatur. 308.i
gundeberga Chrothatium ab vxore auocat. 310.i
gundeberga per Ambedonem honori reſtituitur. 310.k
gundericus à dæmone occiditur. 408.d

gundobaldi thesauri capiuntur. 278.h
gundobaldi literę intercipiuntur. 278.a
gundobaldi adolescentia. 269.h
gundobaldi vita. 279.a
gundobaldus Chlodouei tributarius. 242.g
gundobaldus vincitur. 242.e
gundobaldus Conuenas vrbem dolis inuadit. 278.h
gundobaldus in regem eleuatur. 275.d
gundobaldus fidem ciuitatum exigit. 277.d
gundobaldus occiditur. 279.f
gundobaldus factione Mummoli decipitur. 304.h
S. gundolphi epis.& confess. 546.h
gundulfus authoris anunculus. 268.d
S. guduuali archiepis.corporis translatio. 527.k
gunthammidus. 413.d
gunth. & Child.fœdus. 304.k
gunthar ius. 304.a
gunthrani & Childeberti inimicitiæ. 292.d
gunthchramni bonitas. 304.g
guntramni regis depositio. 532.g
guntchramni vxores. 252.e
de gunthramno & Mummolo. 270.a
gunthranus stabilire regnum conatur. 291.c
gunthchramnus moritur. 305:d
gunthranus. 272.c
gunth. tentat Hispan. 304.i
guntranus filius de basilica S.Hilarij abstulit. 261.d
gunthranus conuiuio excipit episcopos. 280.i
gunthranus Bosso occiditur. 288.g
gunthchramnus in Deo fiducia ponit. 270.k
gunthranus munit se custodia, populum adiurat ne se interimat. 275.b
gunthranus Mummoli thesauros pauperibus & ecclesię distribuit. 279.i
gunthranus faustis acclamationibus excipitur. 280.h
gunthchramnus Regum interfectores in nonam generationem vult punire. 276.e
gunthranus Childebertum successorem designat. 259.c
gunthranus Rex noluit inuisum sibi Palladium audire prædicantem. 281.e
gunthchramnus aduersus Gothos regni fines propagare studet. 284.d
gunthranus Chariberti regnum subegit. 274.i
gunthchramnus ægrotat. 283.e
gunthchramnus Chlotharium baptismo suscepit. 304.i
gunthranus Britannos lacessit. 297.i
S. gurdielli confessoris transitus. 569.e
S. gutiæ martyris. 575.a
S. guthagoni confessoris. 549.f
S. guthlaci confess.& anachoritæ. 534.h
gutta miraculose implet vasculum. 261.b

H

Habdalan. 426.a
habdalas. 430.f
habdimelech. 426.b
habet deum epis. 577.i
habitacula Herodis, vnum Cæsarium, alterum Agrippium. 132.b
habitus monachorum quid significet. 68.i
S. hadelini confessoris. 525.a
hadriani Imperium. 223.f
hadrianus Christianis patrocinatur. 493.
S. hadulphi epis.& confess.translatio. 560.h
S. hadulphi epis.& confess. 541.i
hamo piscari aureo. 222.d
hamo. 469.g
hardoinus. 463.f
S. harnolphi abbatis & epis.Lingonensis. 557.d
S. harlindis virginis natalis. 525.g
hato fulmine periit. 440.c
haumar occiditur. 423.f
haumar. 422.h
haumar. 428.d
hæliseus. 485.a
hæliseus sepelitur. 483.k
hæreses Marciani temporibus. 94.g
hæresis Hebernitarum qualis. 44.b
hæresis Pelagiana in Britannia. 405.i
hæresis Pelagianę author Agricola. 355.g
hæretici mors horrenda. 327.
hæretici recipiendi. 405.a
hæreticorum mos bonos & doctos infamare. 92.f
hæbræorum seruitus in Ægypto. 481.e
hebdomadarum Danielis completio. 491.d
hebernitarum hæresis à b.Philippo Apostolo extincta. 44.b
heber. 479.h
hebraicè loquitur Apost.cum dæmone. 41.k
hebræorum 8000.interempta. 124.k
hebræum ingenium. 165.e
hediltrudæ virginis caro non corrumpitur. 502.f
S. hedvingis. 569.b
S. heiri viri sanctissimi. 547.k
SS. helei presbyteri, Pauli & Isidori monachorũ. 535.g
helena regina populo frumenta distribuit. 492.h
S. helenæ matris Constantini imperatoris. 558.b
helenæ raptus. 481.b
helenæ raptus. 188.b
helenæ sepulchrum. 163.c.d
b. helenæ natalis. 554.g
S. helenæ virginis. 542.e
S. helenæ corporis aduentus ad Altouillare monasterium. 525.k
heli. 482.c
helias rapitur. 483.i
helias. 484.k
helias cohibet pluuiam. 483.h
helice vrbis Achaię terrę hiatu absorpta. 194.c
helimenę presbyter natalis. 536.f
helimna vicus. 108.k
b. heliodori epis.Altinensis. 549.f
SS. heliodori, Venustij, cum aliis septuaginta quinque martyrum. 539.f
heliodorus sacrilegus flagellatur. 489.b
heliogab. 494.h
S. helladij hieromartyris. 543.e
hellen sinu ignem gestat. 75.i
hellen oratione cibum à Deo impetrat. 75.k
hellenis abbatis vita. 75.i
S. helpidij epis.& confess. 561.b
S. hemeterij & Cheledonij natalis. 529.d
hengiuis dux Saxonum. 408.h
henrici ædificia. 463.k
henr. Angliæ Raymundo pacisciturr. 462.h
S. henrici secundi. 551.e
henricus imperator. 447.d
henricus imperator. 445.d
henricus Saxonum dux pergit Hierosolymam. 468.c
henricus. 446.h
henricus prauorum consilio pietatẽ offendit. 475.f
henricus Imperator obiit. 456.f
henricus Rex Anglię. 457.g
henricus Vvintonienſis. 468.b
henricus secundus. 460.g
henricus. 453.a
henricus. 440.d
henricus imperator. 445.d
henricus imperator tentat fines Gallorum. 455.k
henricus Angl.cum fratre pacisciturr. 461.d
henricus dux Normanorum Angl.rex coronatur. 460.f
henricus imperator. 448.h
her. 482.h
S. heraclæ antistitis. 551.d

S. heracleæ. 565.i
heracleonas. 502.a
S. heraclij martyris. 529.c
heraclianus. 498.a
S. heraclidis martyris. 548.g
S. heraclij natalis. 543.b
S. heraclij martyris. 530.d
S. heraclij cum aliis duobus. 541.g
heraclij expeditiones. 310.a
S. heraclij epis.& confess. 545.b
heraclius. 421.b
heraclius fortis & pulcher præuidit Iudæos orbem vastaturos. 310.c
heraclius Eutychianus moritur. 310.e
S. herasti martyris natale. 553.h
S. herblandi abbatis. 569.g
herculani caput absciſſum coaluit. 417.c
S. herculani. 561.g
S. herculani militis. 565.c
S. herculani epis.natalis. 573.d
herculis columnæ vbi. 184.d
herculis incendium. 482.b
herduadus hospes Apollinaris. 49.b
S. heriberti archiepis.natale. 530.k
herigerus. 444.k
heuvaldi prædicatores interficiuntur. 391.i
S. herlindis & Relindis virginum germanarum translatio. 532.a
S. hermagoræ epis.natalis. 550.k
S. hermanni confess.depositio. 581.e
S. hermelandi abbatis. 532.d
S. hermelli martyris. 555.g
b. hermenfredi abb.& confess.depositio. 565.c
S. hermenigildi. 535.a
hermetis pastoris. 493.k
hermetis & Adriani. 528.k
b. hermetis viri illustris natalis. 560.b
S. hermetis martyris natalis. 570.d
S. hermetis exorcistæ. 582.g
S. hermetis martyris translatio. 550.a
herminfredus fugatur. 245.e
hermenfredus præcipitatur. 245.g
S. hermij Apostoli & sacrosancti martyris. 543.h
herminichildus patri mortem molitur. 273.b
S. hermippi martyris. 554.a
S. hermocratis martyris. 554.a
hermogenes magus Christi fidem suscipit. 26.e.f
hermogenes magicis vtitur. 26.b
SS. hermogenis & Petri diaconi martyrum. 335.g
S. hermogenis martyris. 579.h
SS. hermogenis, Donati & aliorum viginti duorum. 580.a
hermogenis hæreticum dogma. 26.b
S. hermogenis martyris. 561.a
beatorum Hermolai presby.Hermippi & Hermocratis fratrum martyrum. 554.a
S. hermogenis martyris. 537.b
hermyli & Stratonici martyrum. 521.c
hernac. 411.a
herodem Galileæ Antipater præfecit. 128.f
herodes vermibus consumitur. 492.a
herodes de regno deiectus. 141.g
herodes regnum accepit proditionis præmium. 145.g
herodes tetrarcha Iudæorum. 129.d
herodes Romam veniens Antonium adit. 129.k
herodes Hierosolymam petit vindicaturus Hircani rebellionem. 128.i.
herodes in Arabiam properat pro captiui fratris redemptione. 129.h
herodes Alexandrum vinculis alligatum custodiis sepsit. 134.k
herodes pro Alexandro frustra intercedit. 131.k
herodes captos filios seuerè interrogat. 136.a
herodes sepultus in Herodio. 142.b
herodi balneum ingredienti tres viri occurrunt strictis mucronibus. 130.h
herodi regnum Senatusconsulto defertur. 130.a
herodias Aristobuli filia. 144.k
S. herodiõtus Apostoli. 534.d
herodis astura crudelitas. 139.h
herodis crudelitas. 134.k. herodis. 142.b
herodis ædificia. 132.b
herodis ex Mariamne proles. 132.f
herodis & Archelai comparatiõ. 142.c
herodotus. 485.i
S. herois martyris. 548.g
S. heronis natalis. 569.f
S. heronis martyris. 580.d
hesiodus. 484.b
S. hesychij confess.natalis. 541.c
S. hiacynthi martyris. 549.f
SS. hiacynthi & Proti martyrum. 562.i
S. hiacynthi martyris. 552.c
hiatus. 454.e
hibernia. 352.e
hibernia serpentes non alit. 352.g
b. hidervvardi epis.& confess. 562.b
S. hidulphi epis.& confess. 550.i
hidulphus. 427.a
hiena adiuratur. 63.k
hieremias. 484.e
S. hieremiæ & aliorum trium. 545.a
SS. hieremiæ decollatorũ & Æmiliani diaconi. 565.i
hiericho describitur. 158.f
S. hieromartyris. 523.c
S. hieromartyris Cleodori. 529.c
S. hieronis presbyteri & martyris. 558.a
S. hieronymi episcopi. 552.k
b. hieronymi presbyteri depositio. 566.a
b. hieronymi obitus. 498.f
hieronymus obiit. 407.i
hieronymus. 404.b
de Hieronymo. 78.k
hieronymus. 497.h
b. hieronymus. 231.a
hieronymus discipulus. 499.e
hierosolymia munitissima vrbs. 175.a
hierosolyma caput Iudææ. 149.e
hierosolyma à Sarracenis capitur. 312.a
hierosolyma à Vespasiano obsessa. 149.h.i
hierosolyma obsidetur. 125.k
hierosolymitanæ vrbis deploratio. 157.c
hierosolymitani à suis precantur vt Cæsari dent fidem. 173.a
hierosolymitani vitiis exercentur enormibus. 160.c
hierosolymitani templi euersio. 222.k
hierosolymorum celebritas. 178.f
hierosolymitanis pecunia colligitur. 477.g
S. hierothei patris episcopi. 566.k
hierusalem mittitur à Christianis pecunia. 465.e
hij monachij catholicum Pascha suscipiunt. 398.g
hilarem datorem diligit Deus. 81.b
S. hilariæ martyris, matris S.Afræ martyris. 557.a
S. hilarij martyris. 551.a
b. hilarij papæ. 562.g
S. hilarij confess.inuentio. 567.e
S. hilarij epis.& confess.translatio. 572.d
SS. hilarij diaconi & Valentini presbyteri martyrum passio. 572.h
S. hilarij episcopi natalis. 521.b.d
b. hilarij epis.& confess. 539.d
S. hilarii epis.& confess. 571.a
b. hilarij episcopi natalis. 530.k
S. hilarini passio. 551.a

S. hilarionis iunioris. 532.g
S. hilarionis patris noſtri. 570.b
in Hilaritate omnia. 81.b
hilarius Pictauienſis epiſcopus. 235.d
hilarius epiſcopus. 497.a
hilarius. 408.k
hilarius papa. 411.h
hilarius interceſſor. 338.a
hilarius vxorem in ſepulchro amplectitur. 242.g
hilarius Pictauienſis epiſ. 496.g
hilarius Arelatenſis eccleſ.epiſcopus. 499.g
hilda Romam vadit. 385.f
hildebertus. 428.i. S. hildegardis virginis. 563.i
S. hildebrandus pœnitet. 430.h
hildericus. 429.f
hildericus. 424.i
hildevvardi Tullenſis epiſ.natalis. 577.e
hillidius dæmoniacam liberat. 235.g
hillidius populum ab hoſtilitate liberat. 333.b
ſ. hiltrudis virginis natale. 565.f
ſ. hiltrudis virginis eleuatio. 563.k
ſ. himelini confeſſ. 530.d
himera vrbs Siciliæ. 191.h
ſ. himerij epiſ.Æmiliæ,& confeſſ. 546.i
hincimarus. 436.d
hippocentauri. 481.k
hippocrates. 486.a
SS. hippolyti qui dicitur Nonnus,& ſociorum. 558.1
b. hippolyti martyris tranſlatio. 542.c
ſ. hippolyti natalis. 540.c
b. hippolyti. 569.g
b. hippolyti martyris. 557.c
ſ. hippolyti. 570.k
hippolytus epiſcopus. 494.h
hippolytus martyr. 234.g
hircani mortis laqueus quis. 132.f
hircani aures dentibus abſcinduntur. 129.g
hircano datur ſacerdotij principatus. 126.h
hircanus. 489.i
hiſceus. 429.h
hiſenandus per Dagob.rex creatur. 311.c
hiſpani reges. 250.b
hiſpania ſitu trigona. 185.c
hiſp.legatio ad Fredeg. 284.a
hiſpania valde laborata ferro, &c. 407.c
hiſtoria miranda & tremenda. 24.c
hiſtoria Druſianæ mulieris caſtiſſimæ & Callimachi. 28. b.& ſequentibus,& 29.
hiſtoria de Simeone & Iuda. 32.i
hiſtoria ſanctorum quid profit. 106.d
hiſtoriarum falſitas. 204.c
hiſpaniarum reges. 253.g
hiſtoriæ vtilitas. 351.g
hiſtoriæ vtilitas. 89.a
hiſtoricis quid neceſſarium. 251.a
hiſtoriographi vnde exordiantur. 183.k
hiſtrus conditur. 484.d
homera,Romana balneatrix imperioſa. 2.a
homines à dæmonibus liberantur. 17.i
homines nudi legati pſeudochriſti. 301.k
homerus. 482.c
homines octingenti terræmotu moriuntur Epheſiis. 3.g
homicida miraculo oſtenditur. 98.d
hominis mira conuerſio. 64.d
b. hominis virtus declaratur. 47.i
hominis obſtinati exitus. 29.g
homo à dæmonio liberatur. 38.a
homo ſub religione creatus ad obedientiam. 220.d
homo internus. 60.i
ſ. homoboni. 574.h
ſ. honeſti martyris. 527.d
honor ſanctorum,adoratio Dei. 107.k
honor filiorum patris gloria eſt. 134.a
ſ. honorati epiſcopi. 567.c
ſ. honorati epiſ.& confeſſ. 541.e
b. honorati epiſcopi. 521.h
ſ. honorati. 581.c
honores diuinos d.Ioannes recuſat. 10.g
honorici perſecutio. 237.b
honoricus dæmoniacus moritur. 237.i
honoricus tyrannizat. 499.h
honoricus. 412.i
ſ. honorij archiepiſcopi. 566.a
honorij imperium. 228.i
honorij Vvand.regis perſecutio. 413.c
honorij obitus. 374.b
honorinæ virginis & martyris. 528.h
honorius pacem reddit Eccleſiæ. 407.f
honorius Auguſtus. 354.d
honorius papa. 421.i
honorius. 497.k
honorius. 406.i
honorius imperator. 406.d
honorius. 395.b
horatiorum & Curiatiorum certamen. 189.h
hormiſda clerum compoſuit. 414.g
hormiſda. 418.h
hormiſda. 422.e
b. hormiſdæ papæ natale. 556.c
horologium miri artificij. 506.i
horrea Ioſeph. 233.b
ſ. horris martyris. 530.f
hortulanus epiſcopus. 577.i
hoſpitalitas egregia eius qui ſemper ieiunabat. 105.d
hoſpitalitas. 103.k
hoſpitalitatis exemplum. 77.b
hoſpitis Apoſtoli paſſio. 35.b
hoſpites cogendi ad refectionem. 74.g
hoſpitij percuſſoris manus diriguit. 267.c
ſ. hoſpitij confeſſoris. 542.d
hoſpitius aduentum Longobardorum prædixit. 267.a
hoſpitius. 419.d
hoſpitum diſcretio. 65.f
hoſtibus ſeruanda fides. 170.k
hoſtienſis Epiſcopus conſecrat cur pontificem. 474.
hoſtienſis epiſ.Bolitrenſi coniungitur. 474.h
hoſtilianus imperator. 224.f
ſ. hoſtio martyris Chriſti paraſceues. 553.d
hoſtis eminet in aggeribus altiſſimis. 173.i
hothmen. 423.g
hubaldus. 437.k
b. huberti confeſſ.natale. 572.g
b. huberti epiſ.& confeſſ.corporis tranſlatio. 566.b
huberti epiſcopi. 543.h
ſ. huberti corpus repoſitum eſt. 580.k
hugo Gornaius proditor expellitur. 478.a
hugo. 447.i
hugo Rothomagenſis. 464.i
hugo Pariſienſis. 458.b
hugo. 444.f
ſ. hugolini martyris. 568.h
b. hugonis epiſ.& confeſſ. 575.f
b. hugonis archiepiſ.& confeſſ. 534.d
b. hugonis. 537.i
b. hugonis epiſ.& confeſſ. 533.c
b. hugonis diſcipuli. 544.c
ſ. hunegundis natale. 559.g
humanitas Eulogij in mutilatum mira. 65.c
b. humberti confeſſoris Chriſti corporis tranſlatio. 561.k
ſ. humberti epiſ.& confeſſ.depoſitio. 532.d

humili-

humilitas pellit dæmones. 66.h
humilitas fundamentum virtutum. 71.g
humilitas in tentatione. 67.b
humilitas authoris. 56.c
humilitas probat fideles. 362.e
humilitas Petri. 100.e
humilitas b.Thomæ Apoſtoli. 42.k
S. hunfridi epiſcopi. 530.a
S. hunfridi epiſ.& confeſſ.oſtenſio. 557.i
hungari credunt. 445.h
hungarorum reguli ſtrangulantur. 442.f
humi non ſpuit Macarius. 64.a
hunni nituntur magicis. 253.a
hunorum reges Gagani. 253.b
hunni caſu vincunt Gothos. 473.g
hunni à Carolo magno deuicti diſpereunt. 411.g
hunnorum incurſiones. 406.a
hunnorum origo. 403.e
hyacinthi martyris natale. 526.d
S. hyacinthi martyris. 553.h.571.g
S. hyacinthi. 562.e
hyæna præmium affert Macario. 63.k
hydropicus ſanatur ſcripta epiſtola. 11.b
S. hydulphi tranſlatio. 549.d
hyems ſolito longior. 437.c
hyems & frigus inſolitum. 249.c
hyems grauiſſima. 289.f
hyems ſolito grauior. 417.i
hyginij papæ & martyris. 520.k
hymni matutini & veſpertini. 96.k
hymnorum dauidicorum fructus. 91.c
hymni nocturni quadraginta. 105.c
hymnos Ambroſius inſtituit. 405.e
hymnus in laudem Edildridæ. 584.d
hypapantes domini & Dei, ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. 524.g
hypogeum quid. 124.f
hypoſtaſis perſona. 3.h
b. hippolyti martyris. 524.c
hyrene. 432.d
hyrene filium priuat oculis & imperio. 433.c
hyrtaci furor in b.Matthæum. 37.b
hyrcanus primus xenodochia inſtituit. 124.b
hyrtacus ambit moniales nuptias. 36.g

I

S. Iacici ſiue Iacincti ordinis prædicatorum. 557.g
iacob mutatur in Iſrael. 45.h
iacob. 481.d
iacob. 232.i
SS. iacobi diaconi & Mariani lectoris martyrum natalis. 538.a
iacobi Apoſtoli capitis relatio. 519.f
S. iacobi interciſi. 567.f
S. iacobi epiſcopi natalis. 551.g
iacobi generatio. 232.k
iacobi mira tolerantia. 107.d
S. iacobi eremitæ. 524.a
bb. iacobi & Philippi Apoſtolorum. 538.d
iacobi iuſti martyrium. 32.i
S. iacobi Apoſt.vigilia. 553.c
d. iacobi hiſtoria. 32.a
b. iacobi ſudaria ſoluunt à dæmoniaca poteſtate. 26.c
b. iacobi Apoſtoli natalis. 553.e
S. iacobi epiſ.& confeſſ.patris. 531.h
iacobus recuſat prælaturam. 95.k
d. iacobus cur iuſtus appellatus. 32.f
iacobus. 106.d
iacobus Eremita igne non vtitur nec lumine. 110.c
iacobus Perſa tandem monachus. 91.g
b. iacobus comprehenditur. 27.b
iacobus Nizibinus. 496.f
iacobus Niſibenus. 235.c
iacobus diaconus. 368.e
b. iacobus catenas mortificationis decuſſat. 106.k
iacobus morbo afficitur. 106.h
S. iacobus Apoſtolus fuit Iudææ & Palæſtinarum. 32.g
iacobus ex vtero matris ſuæ ſanctus. 32.f
iacobus pro Chriſto moritur. 234.d
b. iacobus decollatur. 27.b.c
iacobus frater domini. 492.k
iacinthus. 443.h
iaddus. 486.h
S. iaderis epiſ. 561.g
iair. 482.a
S. ianuarij presbyteri natalis. 570.h
ianuarij & Felicis. 520.d
S. ianuarij natalis. 550.g
S. ianuarij. 551.d
S. ianuarij martyrium. 556.b
S. ianuarij. 535.e
S. ianuarij paſſio. 568.h
SS. ianuarii & Pelagiæ martyrum natalis. 550.i
S. ianuarij hieromartyris. 536.d
S. ianuarij natalis. 551.k
S. ianuarij. 564.c
ianuas templi argento incruſtatas ncendi iubet Cræſus. 175.b
ianus vno anno clauditur. 202.b
iapha vrbs duplici muro circunuallata. 150.e
iaphæ Romanis aperiunt portas, Iudæis claudunt. 150.e
iared. 479.b
iarumannus populum reduxit. 378.c
b. iaſonis. 550.k
iconoclaſtæ damnantur. 432.g
S. idabergæ virginis natalis. 542.c
b. idæ depoſitio. 561.f
idæi dact. 481.i
idola Alexandriæ deſtruuntur. 405.f
idola aduentu Chriſti comminuta. 46.d
idola in Æthiopia deſtruuntur. 36.g
idololatriæ vanitas. 366.e
idololatriæ repertor. 232.g
idololatriæ gens dedita. 35.b
idolorum imbecillitas. 73.i
idolorum cultus impius abundauit in Ægypto. 73.g.h
idolum dianæ d.Ioannes comminuit. 3.d
iechonias infœlix imperio. 169.k
ieiunia Perpetuus inſtituit & vigilias. 303.f
ieiunia quotidiana aduentu hoſpitum ſoluenda. 94.e
ieiunia. 110.k
ieiunandum cum ratione. 57.c
ieiunia portentoſa. 63.d
ieiunia moderata ſunt meliora. 93.f
S. ieiunio lautities. 57.g
ieiunium portentoſum. 67.g
ieiunium. 386.h
ieiunium quadrageſimæ. 62.h
ieiunium per integram quadrageſimam abſque cibo. 111.b
ieiunium Euſebij. 95.f
ieiunium mirabile. 73.a
ieiunium quatuor temporum. 438.c
ieiunium monialium. 113.i
ieiunium 4.& 6.feriæ non ſoluendum. 74.i
ieiunium lactentium. 456.a

ieiunium decem annorum. 72.d
ieiunium ob peſtilentiam. 382.f
iephte filiam Deo immolauit. 174.k
Ieſus ſacerdos offert Tito vaſa miniſteriorum. 177.a
Ieſus. 162.g
Ieſus Nauæ. 483.e
Ieſus Nauæ. 162.e
ieptes. 483.b
Ieſus ducitur ad Pilatum. 144.h
Ieſus Ananiæ lamentationes de excidio Hieroſolymitano. 181.a
Ieſus Nauæ. 158.h
Ieſus medicina languentium. 49.d
ſ. ignatij epiſ.& martyris tranſlatio. 580.h
b. ignatij epiſ.& martyris natalis. 524.f
b. ignatij epiſcopi. 569.f
ignatij martyris natalis. 525.a
b. ignatius Loiola,fundator ſocietatis Ieſu. 554.h
ignauia hebetiorũ apud mortales minus habetur, quàm gratia bonorum. 145.h
ignauia imperatoris eſt incentiuum belli. 160.f
igne Bricij probatur innocentia. 236.i
ignes mundum conſumpturi. 373.g
ignis non lædit innocentes. 460.e
ignis turbine non læditur populus. 330.c
ignis reſtituenti miteſcit. 97.g
ignis inferni. 226.d
ignis inextinguibilis. 144.d
ignium clades Romæ. 201.k
ignomerus Chlodouei filius baptizatus, in albis moritur. 241.k
b. ildophontij epiſ.& martyris. 523.b
ilduinus. 506.a
iliada pro ſapientia Ægyptiorum filij amplectebantur. 46.f
ilij vrbis excidium. 213.h.i
ſ. illidij epiſ.& confeſſ. 545.a
ad imaginem Chriſti miracula. 318.e
imagines ſui & Chriſti fieri mãdat virgo deipara. 476.b
imagines Iudæi magi factione deponuntur. 428.h
imagines deponuntur. 430.e
imaginum ſanctorum. 111.e
imaginis paſſio. 418.b
imaginis Chriſti ſanguis. 440.g
imaginum veneratio decreta ſynodo. 429.b
imaginum quæſtio. 505.a
imago viua præſtat muta ſtatua. 103.a
imbecillitas Idolorum. 73.i
immanitas maxima. 157.e
immortalitatem lex ſpondet. 151.b
immunitas legatorum ſumma. 131.e
impatibilitas. 106.f
impenſa ducis Saxoniæ. 475.d
imperator 30.diebus vindemiat. 261.k
imperator admiratur templi Hieroſolymitani pulchritudinem. 175.e
imperator & Regina adſunt exequiis & funeri Abraamis. 105.e
imperitia ſumma doctrina. 79.b
imperatrix virum reliquit fidei gratia. 305.a
imperij nomen Auguſtum. 165.k
imperium Conſtantini diuinitus ſublatum. 121.b
imperium Romanum creuit è minimis. 213.a
impietas Iudæorum. 162.f
impij ſubita mutatio. 77.g
incarcerandus nemo ſine accuſatore. 4.c
incend. Aurelianum Panis fluxit ſanguine. 262.d
incendium reſtinguitur. 338.c
incendium grauiſſimum. 201.k
incendium oratione reſtinguitur. 243.b
incontinentia nutrices reperit. 358.h
inceſtus Ptolomæi Alexandrinorum regis. 208.b
incredulus patitur. 319.a
ſ. indaletij confeſſ.natalis. 541.c
inde & domnes & viginti millium natale. 524.a
india gentes habet quadraginta quatuor. 184.e
india triplex. 37.i
indiæ regis populique ad Chriſtum conuerſio. 39.k
indictiones. 445.f
infans triginta dierum loquitur. 236.h
infans 40.dierum loquitur. 422.h
infans recens natus loquitur. 34.f
inferni deſcriptio. 30.g
infernus & paradiſus. 65.k
infirmi voce Apoſtoli Philippi ſanantur. 44.a
infirmi ſanantur. 340.e
infirmitas. 385.h
infirmitates & paſſiones ex peccato & poſt peccatum. 358.i
infirmorum curatio. 63.h
infirmorum curatio. 111.d
infirmiorum inſidiæ ſunt. 163.k
infirmus ſanatur. 336.g
infirmus crucis ſigno curatur. 10.i
infulati ſacerdotes inter hoſtias trucidantur. 126.h
ingeltrudis obiit. 298.d
ingeltrudis filiam accuſat apud Childeb. 292.e
b. ingenui martyris. 581.a
ingoberga regina obiit. 291.f
inguinaria clades. 419.i
inguinarius morbus. 274.f
iniugeo monaſter. 380.a
iniurioſus. 303.k
iniurioſus. 235.i
innocens euadit naufragium. 325.k
innocens mulier ſeruatur. 325.h
innocentia Bricij probatur igne. 236.i
innocentij pontificis & martyris. 554.b
ſ. innocentij epiſ.& confeſſ. 535.g
SS. innocentij & Sebaſtiæ martyrum. 549.g
innocentij abbatis vita. 82.c
SS. innocentium natalis. 582.d
innocentius pacis oſculum ad miſſas inſtituit. 406.c
innocentius è matrimonio monachus. 82.c
innocentius Papa. 458.e
innotuit martyrium Eutropij. 324.b
SS. innumerabilium martyrum. 571.g
inſania ex amore filij impudico. 13.d
inſidiatores pudicitiæ. 87.c
inſigne immortalitatis eſt pro lege patria mori. 139.f
inſtitutum vitæ monaſticæ Ammonij. 78.a
inſula Vulcani enaſcitur. 488.e
inſula enata. 492.i
inſula enata. 222.b
inſulæ incendio conſumptæ. 283.h
intemperantia vnde ſolitario. 81.a
interceſſio ſanctorum. 113.g
interceſſio ſanctorum. 98.e
interceſſio ſanctorum. 99.i
interceſſio ſanctorum. 107.i
interceſſio ſanctorum. 101.a
interceſsio ſanctorum. 95.a
interfectorum numerus. 212.f
interrogatio ſacerdotum. 31.k
inuentio corporis Ferreoli & capitis Iuliani. 332.g
inuidia in bello obeſt plurimum. 148.c
inuidia tranſuerſum agit. 200.g
inundatio. 444.g
inundatio. 451.k
inundatio Tiberis. 201.k
inundatio. 437.g
inundatio. 471.d
inundatio. 472.b

inunda-

inundationes. 262.c
inuocatio ſanctorum. 104.g
inuocatio ſanctorum. 103.i
inuocatio ſanctorum. 350.d
inuocatio ſanctorum. 381.c
inuocatio ſanctorum. 342.a
inuocatio ſanctorum. 93.c
inuocatio ſanctorum. 90.a
inuocatio ſanctorum. 101.h
inuocatio ſanctorum. 98.b
inuocatiõ ſanctorum. 102.f
inuocatio ſanctorum. 327.k
inuocatione Chriſti in nomine b.Petri ſuſcitatur puella 49.k
inuocatione S.Iuliani captiuus liberatur. 332.i
inuolucrum Crucis claret miraculis. 316.f
S. ioachim confeſſ. 531.g
ioachim. 484.e
ioannæ Reginæ dos. 471.h
b. ioannæ,vxoris Chuſæ procuratoris Herodis. 542.g
de Ioanne abbate. 78.e
de Ioanne abbate vrbis Lyce. 69.h
de Ioanne. 109.e
de Ioannes iuſſu Domitiani comprehenditur. 4.i
d. ioannes dæmonem qui ſe Lupum Deum nominabat, expellit, mactandóſque illi homines liberat. 11.d
d. ioannes redit Epheſum. 5.c
ioannes qui & Hyrcanus ſepulchrum Dauid diſrupit, &c. 124.a
ioannes papa. 437.c
ioannes papa fœmina. 436.c
S. ioannes Baptiſta orat Deum pro reductione errantium. 107.k
ioannes papa. 426.a
ioannes Cantor tradit Anglis faſtas & graduale. 383.f
ioannes papa. 443.c
ioannes Portuenſis epiſ. 446.d
d. ioannes & Prochorus præſtant operam Balneatrici. 2.b
ioannes pontifex infamatur. 442.h
d. ioannes pulſatur aſperis conuitiis. 2.b
ioannes & Simon inuentores malorum. 167.f
ioannes papa. 443.h
ioannes & Elias principes vitæ monaſticæ. 95.e
ioannes Euangeliſta paſcha celebrat. 376.b
d. ioannes colaphis à nouerca cæditur. 2.e
ioannes papa. 444.k
d. ioannes eiicit dæmones Pathmo. 9.f
ioannes papa. 442.d
ioannes papa. 444.e
d. ioannes truditur in carcerem. 8.f
ioannes indigena populi lues. 155.g
ioan.Euang.redit ab exilio. 493.f
d. ioannes ſuum Euangelium ab Eccleſia voluit probari. 14.e
ioannes papa. 422.h
ioannes papa. 441.c
ioannes papa. 440.d
ioan. Apoſtolus ſeruatur in aduentum. D. 234.e
ioan.Brilto. 340.f
ioannes in Aſia vſque ad tempora Domitiani euangelizauit. 27.f
d. ioan.accuſatur Dianam expuliſſe. 2.i
ioannes papa. 500.k
ioan.papa venit in Gallias. 508.g
d. ioan. dum in inſulam, deportatur lapſum in mari puerum ſuſcitauit. 5.e.f
d. ioannes diſputat de lege cum Iudæo, & curat infirmum. 10.h
ioannes papa. 439.e
ioannes Lycus in ſomnis videtur ab vxore Tribuni. 69.k.prædicit præpoſito abſentis vxoris periculum. 70.a
d. ioan.in carcerem truditur. 8.f
ioannes Anachorita. 405.b
ioannes & Silas Iudæorum duces prælio extincti. 148.f
ioannes papa. 444.e
ioannes papa. 415.e
ioan.papa in çoitu moritur. 442.k
b. ioan.Chryſippum baptizat. 7.h
ioannes Lycus deſignatur monachus infans nondum natus. 70.a
d. ian.dyſenteria medetur. 6.b
ioan.Baptiſta decollatus. 492.c
ioannes Apoſtolus ab exilio reuocatus pergit in Epheſum. 14.a
d. ioan.Croeſi filium dæmoniacum ſanat. 8.d
ioan.Lycus quo tempore floruerit. 69.h. donatur prophetiæ gratia. 69.h
b. ioannes dictat Euangelium amanuenſi Prochoro. 14.c
ioannes papa. 418.d
d. ioan.à naufragio liberatur. 1.i
d. ioannes de dolio feruentis olei exiit illæſus, vinctus, non vſtus. 5.a
ioannes papa. 445.d
ioan. ductor Idumæorum cecidit. 164.h
ioannes papa. 427.c
ioannes papa. 441.a
d. ioan.vinctus Romam mittitur, tondetur, & in dolium feruentis olei conijcitur. 4.k.5.a
ioannes inficit plurimos. 156.b
ioan.nocte intempeſta abſceſſit. 155.i
d. ioan.vinculis ſoluitur. 6.d
ioannes ſummam reipublicę ſeniori filio committi noluit. 124.d
ioan.epiſ.ſancta cruce mutum ſanauit. 389.e
ioannes Salesberienſis. 470.h
ioannes papa. 503.b
ioannes papa. 416.a
ioan.in dolio feruentis olei mergitur. 27.f. in Pathmos relegatur. ibidem.
S. ioan.cur cum calice exprimitur. 31.a
S. ioannis presbyteri. 547.i
S. ioannis epiſ.& confeſſ.depoſitio. 539.g
ioannis Baptiſtæ caput. 405.e
b. ioannis natalis. 531.e
SS. ioannis & Feſti natalis. 581.b
S. ioannis patris de vetuſta laura. 536.a
b. ioannis papæ natalis. 543.c
ioannis memoriæ. 547.g
ioan.Hagulſtadenſis epiſ. precibus reuocatur à morte puer. 390.a
S. ioan.Chryſoſtomi natale. 523.h
bb. ioannis & Criſpi martyrum,natale. 558.k
b. ioan.martyris natalis. 562.a
S. ioannis martyris. 560.a
SS. ioannis & Cyri martyrum. 524.e
ioan.Baptiſtæ necis cauſa libertas erat. 144.k
domini ioannis de Ruysbroeck obitus. 578.f
ioan.Baptiſtæ mors. 141.h
b. ioan.Baptiſtæ capitis decollatio. 560.e
S. ioannis Gualberti. 551.a
S. ioan.Baptiſtæ vigiliæ. 547.i
b. ioan.Baptiſtæ capitis reuelatio. 554.e
S. ioan.Baptiſtæ glorioſi prophetæ conceptio. 565.b
S. ioannis patriarchæ. 523.b
d. ioan. reditus in Epheſum. 27.g
SS. ioan.& Pauli fratrum natalis. 548.c
b. ioannis Baptiſtæ. 552.a
S. ioannis confeſſ.depoſitio. 568.a

S. ioannis patris. 533.a
ioannis abb. narratio de eo qui lapsus est. 71.b
S. ioannis epis. 521.a
ioannis episcopi oratione sanatur Phlebotoma. 389.h
ioannis magni prædictio. 71.f
S. ioan. in Ephesum reditus. 28.a
S. ioan. discipuli Theologi. 559.c
S. ioan. Baptistæ. 549.a
b. ioannis Baptistæ natiuitas. 547.k
b. ioannis abbatis. 564.h
S. ioannis patris. 535.i
S. patris ioan. Damasceni. 578.k
S. ioan. ieiunatoris. 561.c
S. ioannis discipuli. 535.d
b. ioannis Baptistæ. 573.a
diuus Ioannes Euan. in oleum & exiliũ mittitur. 493.e
b. ioan. Apost. & Euang. natalis. 581.b
S. ioan. presbyteri depositio. 523.k
b. ioannis Baptistæ. 580.g
SS. ioan. & Cyri reliquiarum reportatio. 548.g
ioan. epis. passio. 321.e
ioannis abb. narratio, de eo qui lapsus, ductus est pœnitentia. 71.g
ioan. alterius vita. 76.e
SS. ioan. Synascetæ & Simeonis. 552.i
S. ioannis calybitæ. 521.f
S. ioan. boni confess. depositio. 570.g
b. ioan. Apost. natalis. 539.e
SS. ioan. & Adulphi fratrum. 565.f
ioan. sine terra. 476.e
S. ioannis eremitæ depositio. 532.f
ioannes Eucharist. nutritur. 76.e
S. ioannicij magni. 573.a
ioas. 483.k
ioachim. 484.f
iob prophetæ depositio. 540.b
iob patientia. 60.i
iobi afflictio & prosperitas. 232.k
ionadab. 483.i
ionathas sacerdos occiditur. 145.a
ionathas. 489.d
ionathas prouocat ad monomachiam. 173.g.h
S. ionati confess. Christi eleuatio. 534.d
S. ionati abbatis depositio. 555.c
S. ionæ & Barachitij martyrum. 532.i
S. ionij martyris. 556.a
ionilco Carthaginensium rex. 200.b
ionillæ natale. 522.a
ioppe à fundamentis excisa. 153.a
de ioppes situ & excidio. 152.h
ioram. 483.i
iordani, secundi magistri ordinis prædicatorum obitus. 526.i
iordanis ortus. 132.c
iordanis ortus aperitur. 154.c
iosaphat. 483.h
SS. ioseph & Acepsimæ martyrum. 572.h
S. ioseph diaconi. 527.b
SS. ioseph hymnographi, & Georgij. 533.i
b. ioseph natale. 531.c
b. ioseph natalis. 552.f
ioseph. 116.h
S. ioseph patris confess. 551.c
ioseph & Beniamin exponuntur. 483.a
ioseph Ægyptiæ sterilitati prospicit. 186.g
iosephi de Christo testimonium. 180.e
iosephi responsio. 151.d
iosephus per Nicanorem ad Vespasianum deducitur. 152.e
iosephus non potuit suos mouere ad deditionem. 173.d
iosephus ad deditionem hortans Iudæos, vulneratur. 170.d
iosephus asseruari iubetur. 152.f
iosephus in lacu delitescit anno imperij Neronis decimotertio. 150.k
iosias. 177.h
iosias scriba Pharisæorum credit in Christum. 27 b. decollatur. ibidem.
iosias. 484.d
iosippus dux factus. 130.c
iosue ducatus. 481.h
iotapatræ captio & eius destructio. 150.i
iouianus. 497.a
S. iouini abbatis. 543.k
SS. iouini & Basilei martyrum. 529.b
iouinianus Imperator. 227.c
S. iouiniani lectoris & martyris. 539.d
iouis templum mirè artificiosum. 49.f
iouitæ martyris natale. 527.a
iræ dies præfixa. 96.c
irasci Deum quid. 232.f
irarum oblitio. 87.g
iras. 482.i
irenæi imperium. 120.a
irenæi martyris. 526.d
S. irenæi epis. & martyris. 548.g
SS. irenæi & Abundij martyrum. 559.k
SS. irenæi diaconi, & Mustiolæ nobilissimæ matronæ martyrum. 549.f
S. irenæi epis. passio. 532.c
S. irenæi natalis. 539.d
S. irenæi diaconi. 532.e
irenæus martyr. 254.f
S. irenes natalis. 539.d
irenæus. 494.d
S. irenis virginis. 533.k
iris stupenda. 415.b
iris seu arcus cœlestis. 481.a
irminæ virginis depositio. 581.f
irrenereus ad reliquias beati Germani obriguit. 542.e
irruptiones nationum aduersus Romanos. 224.i
S. isaac monachi. 544.d
isaac immolatio. 482.e
isaac immolatio. 532.d
isaac. 481.d
isaac. 116.g
isaac. 232.i
S. isaacij patris. 543.h
S. isaacij. 555.g
S. isicij episcopi. 574.c
isicius Viennensis. 499.e
isicius. 500.k
isidis sacerdotes subornantur. 141.d
isidis simulachrum in Tyberim delicitur. 141.g
S. isidori. 521.f
b. isidori epis. depositio. 533.i
isidori presbyteri & Dorothei vita. 57.g
isidori abb. & eorum qui erant cum eo vita. 78.c
b. isid. epis. passio. 519.d
S. isidori martyris. 580.d
isidori cereus ardens. 330.f
isidori martyris martyrium. 525.d
S. isidori pelusiotæ. 525.c
b. isidori martyris. 541.c
isidorus à quibus abstinuerit. 57.g
isidorus Hispalensis. 422.a
ismaelis martyris. 546.i
israel filiorum transitus. 532.d
ister. 143.g

S. iubilini epis. & confess. 535.i
S. iucundæ virginis. 577.b
S. iucundiani martyris. 549.g
iudaica clades. 167.i
iugundis obiit. 283.k
iudæ & Simonis cum magis contentio. 33.h
SS. iudæ & Simonis in Babylone habitatio. 34.e
iudas Machabæus Matathię patri successit. 123.i
iudas. 489.d
iudas nomen dedit Iudæis. 165.g
iudas proditor. 44.i
iudas pseudo Christianus. 45.d
iudæa Iezabeli comparata. 172.k
iuderanudæ. 389.d
iudacaile rex Britannorum Dagoberti cum mulieribus obuiam venit. 311.h
iudæi trucidantur. 277.a
iudæi iterum prælio sternuntur. 148.g
iudæi crucifigunt infantes. 467.k
iudæi puerum crucifigunt. 458.i
iudæi grassantur. 493.h
iudæi paricidæ cremantur. 471.a
iudæi victores contra Romanos. 146.g
iudęi ab Auito conuertuntur. 258.a
iudæi sibi ipsis cladis autores fuere. 123.f
iudæi Demetrium regem sibi ascisount. 125.b
iudæi Deo irato prœliantur. 150.e
iudæi victi deditionem recusant. 176.i
iudæi aurum in famis angustia, in excrementis recolligunt. 170.h
iudæ & Simonis Apostolorum vigilia. 571.c
iudæis innotuit Symeonis sanctitas. 97.f
iudæorum excidium mors Christi fuit. 179.k
iudæorum iactantia. 174.h
iudæorum internecio & panolethria. 180.g
iudæorum multi cibo viso deficiebant. 170.f
iudæorum væneunt denario. 180.a
iudæorum 12. millia cæsa. 126.h
iudæorum plurimi vęnales, pauci emptores. 176.k
iudæorum decem millia cęsa. 146.i
iudæorum tredecim millia cæsa ferro. 158.d
iudæorum impietas. 162.f
iudęorum tredecim millia cæsa. 214.g
iudæorum vna die 92200. periere. 158.d
iudęos Chilpericus ad fidem coegit. 269.b
iudæos a Romanis subigędos Romani prædixerũt. 172.k
iudæus blasphemans fit mutus. 9.a
iudęus illudit baptismo. 407.f
iudæus credit. 12.i
iudæus illudit baptizando. 257.k
iudæus intercessione Domitij martyris sanatus, Christo credit. 330.d
iudæus accusat d. Ioannem. 4.g
iudaica temeritas. 171.g
iudicia populi in defunctos libera. 142.c
iudicij temerarij diuina vltio. 13.f
iudicij venturi vaticinia. 26.i
iudicij diem saga mentitur. 436.b
iudicium rectum & iustitia Abraamis. 105.d
iudicium præceps. 13.c
iudicium venturi sæculi probatur. 26.i
iudicium præceps iudicium. 48.a
iudicium Dei confutat lucra diaboli. 350.c
iudith imperatrix rapitur. 507.g
S. iudoci confessoris. 550.c
iugurtha strangulatus. 489.g
iugurthinum bellum. 489.f
S. iuliæ virginis. 567.e
S. iuliæ virginis & martyris. 552.h
S. iuliæ. 551.g
S. iulię martyris. 579.g
iuliæ gentis author. 483.k
iuliana opes conuertit ad decorem domus Domini. 330.f
S. iulianę. 532.i
S. iulianæ cum aliis viginti passio. 557.b
SS. iulianæ & Pauli martyrum. 558.b
S. iulianę virginis & martyris. 527.c
cl. Iuliani imperium. 227.a
S. iuliani epis. depositio. 529.g
iuliani abbatis vita. 82.b
iuliani Centurionis fortitudo. 172.d
iuliani reliquiarum in Campaniam translatio. 335.h
Ad basilicam beati Iuliani ferę mansuescunt. 335.g
S. iuliani martyris. 559.g
S. iuliani confessoris. 546.h
iuliani victus. 91.c
S. iuliani martyris natalis. 560.c
iuliani Apostatę mors reuelatur Didymo. 58.e
S. iuliani. 552.f
iuliani Apostatæ mors. 92.e
S. iuliani martyris passio. 528.g
iuliani mors. 172.e
SS. iuliani & Macarij natalis. 557.b
SS. iuliani & Petri martyrum. 556.e
S. iuliani depositio. 523.i
iuliani & Basilissæ virginis vxoris eius. 520.g
iuliani martyrium. 528.d
iuliani. 520.e
S. iuliani martyris. 527.d
S. iuliani Tarsi martyris. 547.e
SS. iuliani presbyteri & Cæsarij diaconi. 572.c
SS. iuliani, Publij & Marcelli. 527.g
de iuliano. 95.h
iulianus Apost. 49.h
iulianus à quo perierit incertum. 227.e
iulianus vsurpat imperium. 216.k
iulianus & Aphrates propter gregem Christi monasticam reliquere. 99.c
iulianus Apostata illudit Philoromonem. 83.d
iulianus Sabas. 91.b
S. iulij senatoris & martyris. 558.d
b. iulij papæ natalis. 534.k
iulij Cæsaris cædes. 128.k
S. iulij. 535.e
S. iulij martyris. 551.a
SS. iulij & Potamiæ. 579.a
b. iulij natalis. 543.d
SS. iulittæ & Cyrici martyrum. 546.c
iulius Africanus. 494.i
iumentum curatur. 371.a
iulisbonam Cæsar condidit. 464.b
b. iuniani confess. 575.a
iuo Carnotensis episc. 451.c
S. iuonis confess. translatio. 571.d
S. iuonis epis. translatio. 545.f
S. iuonis presby. & confessoris. 541.i
iurandi mos impius sublatus. 119.i
iurans diriguit. 341.f
ius pallij. 364.d
SS. iustæ & Rufinæ passio. 552.e
S. iustæ. 551.g
SS. iusti & Pastoris martyrium. 556.b
iusti cognomen d. Iacobo additum. 32.e
iusti ossa requiruntur. 497.e
S. iusti confessoris. 551.e
b. iusti martyris passio. 572.f
S. iusti martyris. 569.g
b. iusti. 570.b
S. iusti martyris. 549.d
S. iusti natalis. 528.i
S. iusti epis. & confess. 574.a
S. iusti epis. & confess. natalis. 561.b

iustinianus Benedictus. 500.g
iustina. 404.h
S. iustinæ virginis. 367.e
S. iustinæ virginis passio. 578.b
iustitia sanctorum. 332.c
iustitia Abraamis. 105.d
iustini de Ægyptiis mendacia. 187.a
S. *iustini* presbyteri & martyris. 555.i
iustini martyris natale. 555.b
S. iustini martyris. 544.a
iustinianus. 503.c
iustinianus imperator. 502.g
iustinianus. 426.a
iustinianus. 415.i
iustinus Imp. desipit. 260.e
iustinus Imperator. 500.c
iustinus. 500.i
iustinus Imp. auarus. 253.h
iustinus. 415.b
iustinus martyr. 493.k
iustus Viennensis. 493.k
iustus archidiaconus. 235.h
S. iuuenalis episcopi & confess. 538.k
S. iuuenalis martyris. 539.g
iuuencus. 496.e
iuuencus presbyter. 235.c
iuuenis indulgentia malorúmque consuetudine peruertitur. 27.h
iuuentus Damascum dirigitur. 125.h
iuuenum electorum pubes à Romanis cæsa. 158.a.b
SS. iuuentij & Syti. 563.a
iuuentini & Maximi martyrum natalis. 523.f
S. iuuini confessoris. 566.h

K

S. Kanuti ducis Daciæ filij Ericiregis. 520.d
S. karoli translatio. 554.a
S. kenelmi pueri. 552.a
S. kiliani martyris & duorũ sociorum natale. 550.c
S. kilinni epis. & confess. 574.g
S. kunegundis virginis. 529.e

L

Labes vlciscendi cupidinem accendit. 148.f.g
labor priscorum monachorum. 101.c
labores monachorum. 69.a
labores nocturni polychronij. 109.i
lacedęmon conditur. 451.h
lacedæmoniorum regnum. 482.e
lachrymæ arma sunt Christi. 166.d
lactantius. 496.e
lactatur Macarius à Bufala. 63.c
lacus deferbuit. 305.e
S. ladislai regis & confess. 548.c
laici sacra mysteria temerant. 446.g
laicis rex negat Episcopatus. 283.g
S. largionis passio. 557.b
λατρεία. 518.c
læsus oculo sanatur. 331.d
S. læti presbyteri. 573.b
lætitia ex profectu fidei. 46.g
S. lamberti martyris dedicatio. 571.f
S. lamberti triumphus. 568.h
lamberti epis. & confess. 535.c
S. lamberti translatio. 542.h
S. lamberti translatio. 560.a
b. lamberi ttanslatio. 581.e
S. lamberti. 562.h
b. lamberti episcopi. 563.i
lamberti percussor vermibus consumitur. 427.b
S. lamberti translatio. 544.c
S. lamberti martyris translatio. 537.g
lambertus papa. 455.g
lambertus. 425.k
lamech. 479.c
lancea Christi. 452.a
lanceæ Christi tutamen Imp. 440.k
de lancea, arundine, spongia, corona, & colũna. 316.g
lancea Ardeni. 451.d
b. landelini patris corporis eleuatio & remotio. 564.g
S. ac b. landelini patris transitus. 546.d
S. landelini corporis translatio. 546.d
S. landerici epis. & confess. depositio. 545.f
landericus Fredegundis adulter. 501.c
S. landoaldi eleuatio. 546.a
landoaldi confess. translatio. 578.e
S. landradæ virginis. 550.d
s. landrici episcopi & confess. 535.g
lanfrancus. 450.b
lapidandi mos veterum. 46.b
lapis ingens cælo decidit. 442.e
lapis Iacob Christus. 482.h
laquei dæmonum. 68.b
largiens eccl. Cæliacus sanatur. 323.k
latinorum Reges. 482.c
ss. largi & Smaragdi cum aliis viginti martyrum. 556.f
latibula b. Pauli. 92.i
latro fit monachus. 64.d
latro mercatorem occidit & auro vi potitur. 98.c
latrones redduntur immobiles. 72.i
latronum & sicariorum cohors. 440.f
latronum incursiones. 130.d
b. latuini epis. & confess. 547.d
latta monasterium. 255.d
s. landoaldi confess. depositio. 531.e
laudunensis episcopatus erigitur. 414.d
s. launomari presbyteri. 522.c
s. laurentij presbyteri Nouarien sis. 538.b
b. laurentij. 569.g
s. laurentij dedicatio. 572.h
s. laurentij. 536.d
s. laurentij natalis. 524.k
beati laurentij intercessione trabes ostenditur. 321.a
laurentij martyris natalis. 525.a
s. laurentij. 570.k
b. laurentij epis. & confess. 574.k
s. laurentij vigilia. 556.g
b. laurentij archidiaconi martyris. 556.h
s. laurentij martyris. 558.a
laurentij basilica. 496.d
ss. laurentini & Pergentini martyrum. 544.d
laurentius Iustinianus claret. 520.g
laurentius archidiaconus. 234.g
laurentius moritur. 363.k
laurentius archidiaconus. 495.b
s. lauriani episcopi. 549.g
ss. lauri & Phlori natale. 558.c
laurus Baudillij. 326.i
laurus arida frondescit. 340.g
laus sanctorum maior post mortem. 105.e
laus Childeberti. 281.b
laus Matthiæ Apostoli. 44.h
lausus quis. 56.b
lauticies in ieiunio. 57.g.h
b. lazari. 580.h
s. leandri epis. & confess. natalis. 528.g.h
ss. lebuini & Radbodi confess. 548.b
s. lebuini presbyteri & confess. 574.e
lechytus olei martyrum. 107.g
lechytus olei scatet benedictione Polychronij. 110.b
lectio scripturarum post orationem. 93.e
lectio sequitur orationem. 96.g
de lectione lunæ. 509.h
lector iniustè de stupro accusatus. 86.d

lectus curat ægrotos. 79.f
s. leganti epis. & confess. 527.g
legati Gundobaldi vinciuntur. 278.d
legati trucidantur. 296.f
legati Romanorum interfecti. 202.d
legati Hisp. 285.h
legatio ad Pharaonem pro liberatione Israelitarum. 45.i
legatio authoris ad Gunthcramnum pro Childeb. 289.k
legatio Gunthrani ad Chilh. 281.b
legationis Apost. Thomæ expositio. 40.a
legatis summa immunitas. 131.e
legatorum vltio. 197.h
leidradus Lugdunensis. 507.e
leupildo succedit Richardus. 304.k
leo imperator. 502.i
leo papa. 442.k
leo papa. 439.g
s. leonardi confess. 577.e
leo papa. 441.c
leo in Sabbatum insilit. 83.c
leo plebem arcet à choro. 436.a
leo papa. 433.b
leo papa. 447.h
leo. 426.i
leo papa excæcatur à Romanis. 506.b
leo papa. 409.e
leo pontifex à Rom. indigna patitur. 433.d
leo. 411.d
leo papa. 425.i
leo. 438.e
leo maior. 499.f
leo. 303.i
leo imperator. 503.i
leo blasphemans obsurduit. 251.d
leo. 428.b
leo adfert dactylos. 97.k
s. leobardi confess. depositio. 522.c
s. leobardi epis. depositio. 522.a
s. leobini episcopi. 563.e
s. leocadiæ virginis. 552.i
b. leocadiæ virginis. 544.a
s. leocadiæ virginis natalis. 579.f
leocadius domum concedit in ecclesiam. 234.i
b. leodegarij. 566.f
leodegarij martyrium. 425.k
s. leodegarij epis. & martyris aduentus. 534.h
leodegarius. 425.h
leodegarius. 425.c
s. leonardi confessoris. 573.c
s. leonardi presbyteri. 579.e
leones viæ duces dati. 97.e
leoniana vrbs. 435.g
s. leoniani abbatis depositio. 575.d
SS. leonigildi & Christophori monachorum & martyrum natalis. 558.f
leonidis dictum admilites. 171.h
leonides pater Origenis. 494.f
b. leonidis passio. 529.a
s. leonij compresbyteri s. Hilarij. 524.g
s. leonij confessoris. 574.e
leonillæ natale. 522.a
b. leonis papæ natalis. 534.h
s. leonis martyris. 568.h
s. leonis episcopi. 327.h
b. leonis papæ & confess. natalis. 548.g
s. leonis confessoris. 542.i
b. leonis papæ. 563.d
d. leonis papæ noni depositio. 536.a
s. leonis episcopi & confessoris. 536.f
s. leonorij epis. & confess. 549.b
s. leontiæ. 579.b
s. leontij martyris. 547.a
SS. leontij & Apollonij epis. 531.e
leontius. 443.g
s. leopardi martyris festiuitas. 566.a
S. leopoldi confessoris. 575.a
leosthenes occiditur. 198.a
S. leouini episcopi. 530.h
lepidus à Vacceis superatur. 207.c
lepræ cognitio. 202.c
leprosos mundat d. Hilarius. 337.k
leprosus in nomine Iesu mundatur. 50.e
leprosus mundatur ad locum baptismatis Christi. 318.c
lestinghen monasterium. 345.a
letaniæ terræ motum comprimunt. 409.h
letaniæ. 296.c
S. letatij natalis. 551.k
leuantur reliquiæ die depositionis. 388.e
s. leucij martyris natale. 523.k
leucij, Seueri & Petri. 520.k
leudastes à communione arcetur. 271.b
leudastes pueros Merouei trucidauit. 258.e
leudastes luit. 271.d
leudastes spoliatur à Bituricensibus. 265.k
leudastes latitat. 265.h
leudasti in authorem calumnia. 265.b
leudasti malitia. 265.a
leudastis turpis adolescentia & promotio. 264.i
S. leudomiri epis. & confess. depositio. 566.a
leuitas patris Platonis. 119.h
leudemundus episcopus ob prognostica periclitatur. 308.c
S. leutfredi confessoris. 547.e
leunichildus filium cathol. eiicit. 263.d
leunichildus cum filio præliatur. 269.c
leunigildus. 418.i
leunieldus hæreseos pœnitens moritur. 286.k
leupus rex Valentię. 464.d
s. levvinnę passio. 553.c
S. levvinnę virginis & martyris aduentus. 556.a
lex naturæ omnibus eadem infusa. 165.k
lex spondet immortalitatem. 151.b
liber damnatorum. 44.d
S. liberalis confessoris. 537.e
liberatæ virginis. 522.c
SS. liberatæ & Oliueriæ sororum virginum. 525.b
S. liberati. 581.a
S. liberati abbatis. 558.a
liberi patris templum duodecim sacerdotes oppressit ruina. 12.b
S. liberij papæ & confessoris. 564.k
libidines Antonij. 130.k
libidinosarum cogitationum tres causæ. 66.k
S. liborij episcopi & confess. translatio. 543.e
SS. liborij & Pauacij epis. & confess. 553.a
libri huius termini. 213.b
libri magici comburuntur. 26.d
librorum numerus Bibliothecæ Alexandri. 217.f
licerius episcopus obiit. 291.d
licinij imperium. 226.d
S. licinij episcopi. 526.
licinius occiditur. 226.f
licinius. 303.h
licinius epis. loca redemptionis visitauit. 243.i
lidda. 145.k
S. lidorij epis. & confess. 563.b
lidorius Turonens. epis. 303.b
S. lierphardi Angl. archiepiscopi & confessoris. 525.c
S. lierberti martyris inuentio. 551.e
S. lierbertus episcopus Cameracensis. 547.i
liiduuiidt virginis. 535.e

ligarum & Carpatorem vicos Vespasianus maxima strage labefactauit. 158.e
s. lilioſæ natalis. 560.a
limnius martyr. 235.a
b. lini papæ natalis. 564.i
linus. 481.i
lingua muti ſoluitur. 49.h
linguarum diuiſio cur introducta. 35.g
linguæ ſeptuaginta duæ. 479.g
linthperth. 427.c
linthprandus. 427.h
s. liphardi presbyteri. 544.d
liphos inſula. 6.b
s. liobæ virginis. 565.h
lippa curatur. 336.d
lignorum venerabilium venerandæ crucis proceſſio. 555.c
lisbius proconſul peccata confitetur. 23.k
litania. 419.i
litanias Mamertus inſtituit. 412.a
s. litei epiſc. 562.g
literæ ſolutoriæ. 384.k
litorius. 236.c
litterulæ & characteres quid ſignificent. 510.b
litteræ ab Antipatro in necem Herodis confictæ. 137.i
s. liuini martyris eleuatio. 548.f
locorum ſanctorum viſitatio. 99.k
locus baptiſmatis Chriſti. 318.b
locuſtarum pernicies. 208.d
locuſtarum acies. 252.a
locuſtarum exercitus. 273.c
locuſtæ populantur. 437.d
locuſtæ ceſſant aquæ benedictæ aſperſione. 99.h
locuſtæ depaſcunt vireta. 271.e
longini, alias Longi, inuictus animus. 174.a
s. longini paſſio. 530.i
longinus in medios irruit hoſtes. 164.k
longinus & Megiſtus Neronis præfecti. 53.a
longobardi à longis barbis dicti. 402.k
longobardi cæduntur. 254.h
longobardi pacem à Child. poſtulant. 291.k
longobardi flauij appellati. 419.g
longobardorum reges. 412.k
longobardus ducatus. 418.k
s. lorgij martyris. 529.c
lotycus vulneratur. 146.b
lot Angelos ad refectionem coegit. 74.g
lotharingia nomen habet à Lothario. 435.k
lotharius. 435.h
lotharius. 442.d
lotharius. 419.g
lotharius. 415.a
lotharius imperator. 507.i
lothere. 425.b
londonienſis eccl. s. Pauli. 362.i
s. lontvvini archiepiſ. & confeſſ. 565.i
s. lovvinnæ virg. & marty. tranſlatio. 546.f
s. lucani martyris feſtiuitas. 571.i
lucas & Titus. 55.d
s. lucæ Euang. natalis. 569.g
SS. lucæ Euangeliſtæ, & Timothei, diſcipuli s. Pauli. 539.k
lucę diaconi natalis. 536.f
b. lucerna Marcellini. 346.b
lucerna. 180.i
lucia. 443.h
s. luciani martyris. 545.k
b. luciani Antiochenæ eccleſiæ presbyteri & martyris. 520.c
s. luciani. 581.f
luciani presbyteri. 520.e
s. luciani. 543.e
luciani & Florij. 571.b
lucianus. 496.b
lucianus presbyter. 498.d
lucianus dialogo pro imaginibus. 509.h
SS. lucię nobiliſſimę matronæ & Geminiani. 563.g
s. lucię virginis & martyris natalis. 580.b
s. luciæ virginis cum aliis viginti duobus. 548.a
lucifer Calaritanus. 496.k
lucij epiſcopi. 526.b
s. lucij epiſcopi. 562.g
lucij martyrum. 528.d
ss. lucij & Ptolemæi martyrum natalis. 569.h
s. lucij martyris. 571.g
lucij, Siluani, & Maximi. 527.f
b. lucij natalis. 529.e
b. lucij epiſcopi. 529.c
s. lucillæ virginis & martyris. 554.e
s. lucilliani martyris. 544.e
b. lucinę diſcipulæ Apoſtolorum. 548.i
luciuś papa. 458.g
s. lucæ, in Storio Græcię. 525.k
s. lucretiæ virginis. 576.h
lucrum profertur de miſerorum viſceribus. 171.a 170.k
s. ludgeri epiſcopi. 559.g
s. ludgeri epiſ. & confeſſ. depoſitio. 532.e
ludibrium famoſum Paulinę, &c. 141.d
s. ludouici epiſ. & confeſſ. depoſitio. 558.d
s. ludouici confeſſoris. 559.g
ludouici interitus. 507.i
ludouicus. 457.i
ludouicus coronandus Romam vadit. 508.a
ludouicus rex Vernolium obſidet. 468.i
ludouicus. 453.g
ludocicus. 436.c
ludouicus. 440.k
ludouicus. 444.f
ludouicus & Carlomannus. 438.a
ludouicus rex Franc. trajicit in Angliam. 469.h
ludouicus rex obiit. 47 g
ludouicus imperator. 507.f
ludouicus rex Aquitaniæ amittit. 459.k
ludouicus rex Francorum à Græcis capitur. 459.g
lues Maſſilienſis. 291.a
lues. 262.d
lues inguinaria. 346.c
lues inguinaria. 336.i
lues inguinaria. 253.g
lues Nannetica. 302.k
lues inguinaria Galli oratione pellitur. 249.h
lues Italiæ. 290.i
lugdunenſis primas in tres archiepiſ. 475.b
s. lulli archiepiſ. & confeſſ. 569.d
lumen cæcis reſtituitur. 45.a
lumine diuinitus adumbratur caput Marciani. 93.h
luna ſtellata cum Iride. 261.c
lunæ duæ exortę. 202.i
lunæ tres apparuere. 202.f
b. lupentij confeſſoris. 573.c
s. lupentij presbyteri. 568.h
s. lupentij abbatis. 570.e
lupentius ab Innocentio comite occiditur. 272.d
s. luperci. 535.c
s. lupi natale. 523.i
lupi efferantur. 459.d
s. lupi martyris. 559.a
s. lupi epiſ. depoſitio. 565.c
b. lupi epiſ. & confeſſ. 560.k
lupi reuellunt ſtipites. 208.f
ss. lupi & Principij confeſſ. eleuatio. 544.a

s. lupi confeſſoris. 554.d
lupi Burdegalæ feruciunt. 419.d
ss. lupi & Saturnini. 568.k
s. lupi & confeſſ. 571.a
s. lupi epiſcopi. 546.b
lupi deuorant canes Burdeg. 269.f
s. lupiani confeſſ. 527.d
b. lupicini epiſcopi. 580.e
s. lupicini natale. 525.b
s. lupicini abbatis. 531.h
lupicinus Viennenſis epiſcopus. 495.d
lupo mactandos pueros liberat Ioannes. 11.g
lupo Deo homines immolantur. 11.e
lupus Tricaſſinus. 499.d
lupus dux Ganymp fugatur. 266.e
lupus Pictauum ingreditur. 263.g
lupus. 408.k
ss. luſorij, Ciſelli, & Camelini martyrum natale. 558.h
s. luſoris pueri & confeſſ. depoſitio. 572.k
luthardi comitis & confeſſ. 563.i
s. luniui epiſ. & marty. depoſitio. 574.e
lux cœleſtis. 316.b
lux cœleſtis. 335.k
lux à Deo ſepulturam commonſtrauit. 380.i
lux cœleſtis. 343.i
lux diuinitus. 316.i
lux cœleſtis irradiat beatorum corporibus. 391.i
ss. luxoris & Vvaarleſij corporum glorioſorum inuentio & tranſlatio. 576.c
luxuriæ tentatio. 66.i
lychnus perennis. 320.a
lycinius Turonenſis epiſcopus. 244.g
lycurgi lex fuit nuſquam ante plenilunium ad bellum proficiſci. 190.g
lycurgus. 483.k
lymbus patrum. 392.i
lyſander claſſi bellóque præficitur. 192.c
lyſander vincitur & occiditur. 193.h.i
lyſimachus. 22.a
lyſimachus occiditur. 487.g

M

Maban Cantor. 396.d
malbodij abbatis depoſitio. 521.f
macarij iunioris vita. 61.d
macarij florebant anno Domini trecenteſimo ſeptuageſimonono. 61.i
s. macarij. 561.h
ss. macarij & Iuliani natalis. 557.b
macarij Ægyptij & Macarij Alexandrini abbatis vita. 61.i
s. macarij natale. 528.i
s. macarij martyris. 579.e
b. macarij epiſ. & confeſſ. depoſitio. 534.g
s. macarij archiepiſ. eleuatio. 540.a
b. macarij abbatis. 521.f
de macario. 85.d
macario non obfuit morſus aſpidis. 63.c
macarius frequentet in exſtaſi. 62.a
macarius quo aſtu auaram quandam virginem reduxerit. 58.i
macarius ſputo illuminat hyenæ catulum. 63.k
macarius iurat dæmonibus. 63.a
macarius ſexagenarius centum orationes per diem faciebat. 64.k
macarius quomodo mentem erigeret in cæleſtia. 63.f
macarius à bufala lactatur. 63.c
macedones verbum Dei recipiunt. 22.i
macedonia. 185.a
in macedoniam transfretat b. Andreas. 21.g
ss. macedonij presbyteri, Patriciæ & Modeſtæ martyrum natalis. 530.f
macedonij cibus. 102.g
macedonius. 102.f. eius cibus. ibidem.g
macedonius nouus Eliſæus. 103.g
machabæorum fides. 162.h
ss. machabæorum ſeptem fratrum cum matre ſua natalis. 555.a
machabæorum martyrium. 489.c
machina belli. 279.c
macliani perfidia & interitus. 259.b
s. macloni epiſ. & confeſſ. depoſitio. 575.a
s. macræ virginis paſſio. 520.a
s. macrinæ matris ſororis magni Baſilij. 552.e
s. macrini martyris. 563.i
macrinus præfectus. 494.h
macrinus inuaſit imperium. 224.c
s. macrobij. 552.f
s. madelgiſili confeſſ. depoſitio. 543.g
b. madelbertæ virginis. 562.b
s. madegarij tranſlatio. 544.c
s. maderniani archiepiſ. natalis. 538.b
mady. 432.c
mæſymas. 103.i
mafors palliolum eſt quod colla humeróſque duntaxat contegit. 300.b
magdalenæ reliquiæ & ſepultura. 429.h
s. magdalnei epiſ. & confeſſ. 566.k
magi. 485.g
magi præſtigiorum pœnas rependunt. 34.c
magi perfidiæ tenaces. 34.e
magi præſtigiæ. 287.d
magi regno eiiciendi. 34.b
magi voracitas. 287.f
magiæ repertor Cham. 232.g
magici dracones. 35.i
magiſtratus annui. 145.h
magiſtrianus adoleſcens formoſus ſeruat virginem. 87.k
eius martyrium. 88.a
b. maglorij epiſ. & confeſſ. 570.i
de magna. 85.f
magnentij dolis conſtans occiſus. 226.k
s. magni confeſſ. 561.k
s. magni ſeu s. Andreæ martyris natale. 558.d
s. magni, Comitis Arcadiæ & martyris. 535.f
s. magni martyrium. 556.b
s. magni martyris. 525.c
s. magni. 561.f
s. magnobodi epiſ. & confeſſ. 569.d
magnonaldus interficitur. 285.i
ss. magnorum regum, & Apoſtolis æqualium, Conſtantini & Helenes. 542.c
magnulfus recuſat & lacerat Gundobaldum: itaque in exilium truditur. 277.d
magnus annus. 416.b
magnus quis dictus eſt. 123.h
magnus Acacius. 107.a
magorum corpora. 462.g
magorum ſacramenta. 17.g
s. magnerici epiſcopi. 553.f
maguncenſes infideles. 312.h
magus Hermogenes à ſuis virtutibus ligatur. 26.d
magus feræ cuiuſuis formam mentitur. 443.d
mahumeth graſſatur. 422.d
s. maibodi martyris. 523.c
s. maioli abbatis. 540.d
mala ſunt punitiones peccatorum. 184.b
malachus multis confoſſus vulneribus trucidatur. 129.a
malaleel. 479.a
malleolus matrem occidit. 489.h
s. malchi martyris. 532.g
malchion. 495.e
pro malo benefacere, inimicos diligere, Chriſtiana perfectio. 33.e

malorum enumeratio. 187.e
malos Deus patitur. 17.f
malum pro bono redditur. 47.f
ſ. mamerti epiſ. & confeſſ. 540.d
mamertini præfecti coniuratio. 47.i.
mamertus inſtituit Rogationes. 243.a
mamertus litanias inſtituit. 497.i
ſ. mamiliani martyris. 530.e
mammæa Chriſtiana. 494.i
ſ. mammetis martyris. 558.a
mammona dæmonis nomen eſt. 30.c
manahen natalis. 542.g
manaſara Zuzanis vxor. 42.b
manaſſes. 484.d
ſ. mancij paſſio. 542.c
ſ. mandalis natalis. 545.e
ſ. mandelij martyris. 557.i
ſ. manegildis virginis. 568.k
manichæi occiduntur. 415.h
manichæi. 94.g
ſ. manigoldi ducis & martyris. 526.c
manlius Torquati filius. 153.i
manna pluit die ſ. Andreæ. 319.h
ſ. manſueti epiſ. & confeſſ. 561.d
ſ. manſueti martyris cum aliis decem. 582.f
ſ. manſueti epiſ. & confeſſ. 561.i
ſſ. manſueti & Papinij epiſ. & martyris. 577.h
manſuetudinis laus. 101.i
manuel imperator moritur. 473.g
ſ. manuelis martyris. 546.i
manus extrema in obſidione vrbis Hieroſolymitanæ. 171.c
manus cuiuſdam monachi eminus videntur. 97.h
manus epiſ. populus oſculabatur. 236.h
manus arctatur paſtoris. 104.e
ſ. mappalici martyris natalis. 535.g
maracharius veneno necatur. 262.h
marana Cyra. 113.g
marcellam Marthæ ancillam eam vocat Pet. de voragine. 318.e
ſ. marcellæ cum aliis tribus. 548.g
ſ. marcelli martyris. 561.f
ſ. marcelli natalis. 567.c
b. marcelli epiſcopi & confeſſoris tranſlatio. 553.i
ſ. marcelli martyris. 548.h
ſ. marcelli prædictæ vrbis antiſtitis. 547.a
ſ. marcelli papæ natalis. 521.h
SS. marcelli, Juliani & Publij. 527.g
ſ. marcelli Archimandritæ monaſterij non dormientium. 582.e
ſ. marcelli papæ & martyris. 261.f
marcelli & Exuperanti diaconorum. 582.f
SS. marcelli & Apulei martyrum. 567.e
ſ. marcelli. 577.f
ſ. marcelli epiſ. & martyris. 571.f
ſ. marcelliani martyris natalis. 556.g
SS. marcelliani & Marci martyrum. 546.k
ſ. marcellinæ virginis depoſitio. 552.a
ſ. marcellini martyris & vxoris eius Mannæ. 559.k
ſ. marcellini presbyteri & confeſſ. 551.e
ſ. marcellini pontificis. 537.c
ſ. marcellini epiſ. & confeſſ. 536.c
SS. marcellini presbyteri, & Petri exorciſtæ martyrum. 544.b
marcellinum Marinus occidit. 230.k
marcellus Syracuſas triennio obſeſſas expugnauit. 203.d
marcellus. 496.h
marcellus ſerpentem depulit. 347.k
marcellus conſul ab Annibale cæſus. 203.h
ſ. marci martyris. 530.f
ſ. marci Euang. Venetiis. 548.b
ſ. marci papæ depoſitio. 567.d
ſ. marci Euang. tranſlatio. 524.e
b. marci epiſ. clariſſimi. 570.d
SS. marci & Robuſtiani martyrum. 560.h
diui Marci corpus Venetias deportatur. 412.e
b. marci figura & ſymmetria. 46.k
b. marci Euangeliſtæ. 550.k
ſ. marci martyris. 575.c
ſſ. marci & Marcelliani fratrum martyrum. 546.k
marci abbatis vita. 64.b
ſ. marci. 531.e
ſ. marci epiſcopi Arethuſij, & Cyrilli diaconi. 532.i
ſ. marci Euangeliſtæ eccleſiæ dedicatio. 567.g
b. marci Euangeliſtæ natalis. 537.b
ſ. marciani. 536.c
marciani caput lumine diuinitus adumbratur. 93.h
marciani victus. 93.e
marcianus. 93.d
marcianus abſens dæmoniacam ſanat precibus. 94.a
marcianus nititur habere ignotum ſepulchrum. 94.i
marcion. 493.k
marcionitæ adorabant ſerpentem. 107.h
marcomerus & Simon regales viri & ſubreguli Francorum. 239.a
marcomirus. 404.h
ſ. marculphi confeſſoris. 538.e
marculfus. 420.d
marcus exactor tonſuratur. 270.d
b. marcus vulneri medetur. 46.e
marcus pro Chriſto moritur. 234.d
ſ. marcus Alexandriam petit. 46.d
d. marcus decernitur Euangeliſta. 46.c
marcus Eremita Euchariſtiam ab Angelo accipit. 64.a
marcus iam ſenex ſecum & cum diabolo diſputat. 64.b
ſ. mardarij martyris. 580.c
mardonij martyris. 523.d
mardonius Olynthum Græciæ oppidinæ expugnat. 191.b
mare exundauit. 466.k
marcotidis lacus. 88.d
ſ. margaretæ reginæ. 545.f
ſ. margaretæ obitus. 524.a
b. margaretæ. 532.a
ſ. margaretæ reginæ. 575.d
margareta preciosa. 11.f.g
b. margaritæ virginis & martyris paſſio. 552.f
mariberti vxores. 252.f
maria lacus. 59.b
maria virgo pacem impertit. 470.a
b. maria primā virginitatem vouit. 38.c
maria lacus. 61.d
b. maria ſanat infirmos. 456.i
maria diues mulier filium famis tempore coxit & vorauit. 574.d
b. maria mulierem ſeruauit ab incendio. 451.f
b. mariæ commemoratio. 544.g
ſ. mariæ Magdalenæ. 552.k
b. mariæ Ægyptiacæ depoſitio. 533.e
ſſ. mariæ & Floræ virginum. 577.a
ſ. mariæ Dei genitricis. 562.c
ſ. mariæ ad martyres natalis. 540.i
mariæ ad puerulum conqueſtio. 174.c
b. mariæ Iodarenſis virginis. 552.h

S. mariæ matris Dei ad Niues. 555.k
mariæ virginis natiuitatis. 563.e
S. mariæ Magdalenę tranſlatio. 531.e
b. mariæ tranſitus. 547.i
S. mariæ virginis. 564.k
b. mariæ virginis patris. 531.g
b. mariæ Dei genitricis natiuitas. 562.d
ſ. mariæ eccleſia. 550.e
S. mariæ virginis natale. 572.c
mariamne pictura prolicit ad libidinem. 132.k
mariamnem Ariſtobuli neptem ſociat ſibi Herodes deſide reiecta. 132.e
SS. mariani diaconi & Diodori presbyteri. 570.k
S. mariani confeſſoris. 558.d
SS. mariani lectoris & Iacobi diaconi martyrum natalis. 538.a
marianus. 448.g
marij & Marthæ martyrum. 522.d
S. marij abbatis. 523.h
marij epiſ. & confeſſ. 523.g
marij mors crudelis. 211.g
marileifus medicus ſpoliatur. 377.c
S. marini & Aſterij martyrum. 529.d
S. marini natalis. 550.g
S. marini. 561.d
marinus Marcellinum occidit. 498.b
marinus papa. 438.d
marinus papa. 441.g
maris non mutat domunculam etiam male ſanam. 106.b
maris. 106.b
maritus impudicitiæ. 289.b
marnon ciuis Epheſius. 4.f
marnon Iudæus inuehitur in Apoſtolos. 5.k
maro abbas inclytus. 106.e
maro. 104.g
b. maronis martyris. 535.d
maroc Rex. 472.h
maroneus epiſcopus. 349.f
marpeſia & Lampetoo Amazonum reginæ duę. 187.i
marthæ martyrum. 522.d
SS. marthæ & Saulæ virginū cum aliis pluribus paſſio. 570.a
S. marthæ matris ſ. Simeonis. 549.i
b. marthæ ſororis b. Lazari. 554.d
S. martiæ martyris. 549.d
SS. martiæ & Rufini natalis. 547.e
S. martialis epiſcopi. 548.i
S. martialis paſſio. 568.h
b. martialis epiſcopi. 578.e
S. martialis. 535.e
S. martialis martyris cum ſociis. 558.i
martialis epiſ. Lemouicinus. 234.g.h
SS. martiani & martyrij martyrum & notariorum. 571.a
S. martiani natalis. 533.k
S. martiani martyris natalis. 544.g
S. martiani epiſcopi. 546.b
S. martiani epiſ. & martyris. 532.f
SS. martiani & Satyriani martyrum. 569.c
martianum bellum. 489.i
martianus Euſebij patruus. 95.d
martianus. 410.d
SS. martiniani & Proceſſi natalis. 549.c
martinæ virginis. 519.b
b. martini epiſcopi. 552.e
martini Sanctonici virtutes. 343.h
b. martini epiſ. & confeſſ. natalis. 574.b
S. martini baſilica. 240.c
S. martini abbatis. 579.c
martini quinti papæ. 534.f
b. martini virtutes & obitus. 236.b
b. martini papæ natalis. 574.e
S. martini epiſ. & confeſſ. 547.e
b. martini epiſ. & confeſſ. tranſlatio. 549.g
S. martini abbatis. 570.i
martini feſtiuitas. 525.g
beati Martini obitus. 406.b
S. martini. 546.f
ſ. martini vitam lib. vnico deſcripſit Fortunatus. 263.h
diuus Martinus arborem erigit. 338.h
b. martinus cōmunicat homicidę epiſ. 259.g
martinus Turonenſ. epiſ. 303.c
b. martinus. 235.d. eius mors. ibidem.
martinus ſuſcitat mortuos. 335.f
diuus Martinus epiſcopus. 497.g
martinus Gallicienſis. 263.a
d. martinus vlciſcitur. 276.f
diuus Martinus. 404.b
S. martiniani. 526.i
d. martinus ſputo ſerpentem occidit. 497.i
martinus epiſcopus. 493.g
martinus Auſegiſili perimitur. 503.a
beatus Martinus. 338.g
S. martyrij martyris. 543.f
martius. 484.e
martius Gallos vincit. 489.f
maſſada expugnatur. 177.g
maſſada caſtellum occupatur. 144.a
maſſilia Græcorum. 152.f
maſſilię partem vendicat Child. 268.c
maſſamuti populantur. 460.a
S. maſtidiæ virginis corporis tranſlatio. 539.g
martyres elingues loquuntur. 416.a
S. martyrij & Martiani martyrum & notariorum. 571.a
martyris malloſi corpus ſublatum. 325.a
martyrium ſpirant Chriſtiani. 48.h
martyrium Deſiderij. 306.e
martyrium b. Bartholomæi Apoſt. 39.b
martyrium ſ. Apollinaris. 51.a
martyrium b. Pauli. 20.b
martyrium Magiſtriani. 88.a
martyrium oratorium eſt dedicatum in martyris honorem. 86.b
martyrium & ſepultura b. Matthię Apoſtoli. 46.b
martyrium b. Thomas ſpirat. 43.a
SS. martyrum quadraginta. 539.a
martyrum dies feſti. 106.c
martyrum feſta. 109.h
martyrum locus orationis. 82.d
b. martyrum, quorum numerus ſolius Dei ſcientia colligitur. 527.g
martyrum eccleſia. 110.g
maruthas. 406.h
marathias belli ſabbatho adoriendi author fuit. 123.i
marathias à Templi ſacrilegio temperat. 123.h
mater filiam vult opprimere. 292.k
mater Theodoreti primum ſterilis. 103.f
mater quæ innocentem filium inceſtus accuſauerat, Iudex quoque qui damnauerat Apoſtolo iudice puniuntur. 13.d
marathias. 489.d
mater in filium intemperans. 12.i. k
mater Chriſtiana filium ſuſcitat. 23.c
mater ablactet filiam. 358.h
mater Theodoreti curata ab oculorū egritudine. 100.b
S. materni epiſ. & confeſſ. 552.c
S. materni epiſ. 563.d
b. Matthæi eloquentia. 35.g
b. matthæi Apoſt. & euangeliſtæ natalis. 564.f
b. matthæi martyrium. 37.e
b. matthæi Apoſt. & euang. vigilia. 564.e

b. matthæi genus. 35.d
mathusale. 479.c
S. matris Anastasiæ. 557.f
S. matris dominicæ. 520.f
matris cuiusdam in prolem effrænata libido. 20.i.k
S. matronę natalis. 573.k
matronę beneficij damnatę. 194.k
S. matronæ martyris natalis. 530.i
b. matthęus recuperat visum. 20.f
b. matthæus Apost. oculis priuatur. 20.e
matthęus scripsit euangelium. 492.f
matthias iubet pueros pręire ad mortem. 169.h
b. matthias studiis deditus ab adolescentia. 44.h
b. matthias in numerum Apostolorum à Christo directus. 44.i
matthias princeps sacerdotum. 160.d
S. matthię Apost. translatio. 561.a
b. matthię Apost. patria, parentes. 44.g
S. matthiæ episcopi. 524.d
b. matthię Apost. natalis. 528.c
b. matthię miracula. 45.a
matthiæ etymologia. 44.g
S. maturi. 544.b
S. maturini confess. 572.d
S. matutini. 535.c
naumachia locus vbi b. Petrus crucifixus est. 52.d
maura & Britta. 339.i
SS. mauræ & Timothei martyrum. 538.k
S. mauri abbatis. 521.f
S. mauri martyris. 576.g
S. mauri martyris cum sociis suis. 558.k
S. mauri egregij martyris corporis exceptio. 572.h
mauri martyris cum aliis septem. 555.b
S. mauri martyris passio. 576.e
S. mauri martyris translatio. 578.e
mauri reliquiæ. 437.a
S. mauri epis. & confess. 573.h
S. maurici confessoris. 561.f
mauricius basilicam Parisiorum struit. 471.b
mauricius imperator. 501.f
mauricius. 419.d
mauricius occiditur. 420.g
mauricius Imperator eligitur. 270.h
maurilianus inuasorem vrbis occidit. 436.h
f. maurilionis epis. & confess. 563.b
S. maurini abbatis & martyris corporis inuentio. 568.h
f. maurini abbatis & martyris passio. 545.f
mauritania Sitifensis & Cæsariensis. 189.g
f. mauritanię virginis & martyris. 520.g
f. mauritij martyris natalis. 564.g
mauritius legatorum interfectores Childeberto mittit. 297.a
f. mauronti abbatis depositio. 539.d
maurus. 417.a
f. maxellendis virg. & martyris natale. 574.g
maxellendis ab amatore martyrizatur. 425.a
f. maxentiæ viduæ matris Vigilij natalis. 533.a
maxentij imperium. 226.d
f. maxentij presbyteri & confess. 548.c
f. maximæ virginis & martyris. 554.f
f. maximę virginis. 541.e
f. maximę & Montani presbyteri. 532.e
ff. maximi & Olympiadis nobilium natalis. 535.d
maximi, Siluani & Lucij. 527.f
S. maximi epis. & confess. 566.g
S. maximi martyris. 538.b
S. maximi. 552.f
maximi & Iuuentini martyrum natalis. 523.e
f. maximi Paduæ ciuitatis episcopi. 555.i
ff. maximi & Venerandi marty. translatio. 544.a
f. maximi presbyteri & martyris natalis. 576.a
b. maximi Leuitę & martyris natalis. 569.k
S. maximi confessoris. 577.g
S. maximi confess. & sociorum. 541.d
S. maximi. 561.f
S. maximi martyris. 537.g
b. maximi natalis. 535.b
S. maximi confess. 558.f
S. maximi pueri martyris. 558.a
SS. maximi, Claudiani & vxoris eius Præpedignæ cum duobus filiis, martyrum. 527.e
S. maximi episcopi. 582.
S. maximi epis. & confess. 548.b
S. maximi confess. natalis. 557.d
maximiani Syracusani episcopi. 545.d
maximiani imperium. 226.d
maximiani. 520.e
SS. maximiani & Bonosi martyrum natale. 558.h
maximianus vastat ecclesias. 495.k
maximianus impietatis pœnas luit. 226.f
SS. maximiliani martyris & Valentini confessoris. 571.h
maximilla curatur à febre. 25.a
S. maximini archiepis. natale. 563.a
b. maximini epis. & confess. depositio. 545.b
b. maximini epis. & confess. 543.f
S. maximini confessoris. 580.f
S. maximini martyris. 542.a
S. maximini. 567.c
maximinus imperator. 494.i
maximinus Treuerorum Epis. 235.c
maximinus imperator. 224.d
maximus. 497.f
maximus occiditur. 405.d
maximus imperator. 235.e
maximus tyrannizat. 404.e
maximus. 230.h
maximus Taurinensis epis. 498.i
maximus Gratianum interfecit. 354.c
maximus Taurinensis epis. 407.e
S. mechtundis virginis eleuatio. 546.f
mechtundis & Vvibrandis virginum. 549.f
medardi virtutes. 348.d
b. medardi episcopi. 545.b
medardi obitus. 417.k
medardi & Gildardi sors vna. 416.e
S. medardi obitus. 251.k
medardus episcopus. 500.i
medea. 187.g
medeæ fabula. 217.k
mederici presbyteri abb. depositio. 560.e
medicina languentium. 149.d
medicorum perfidia. 424.k
medicus infidelis. 437.k
meditationes piæ Alexandrę. 58.f
S. medulphi confess. 543.k
S. megalomartyris Theodori ducis exercitus. 526.b
b. meinulphi præsulis. 551.a
meinradi martyris. 522.i
melania monachis subministrat necessaria. 84.e
melania. 60.b
S. melani. 58.f
melania Romana sub Valente. 84.d
melania matrona nobilis. 235.d
melaniæ paruæ vita. 85.a
melaniæ beneficentia. 84.i
melaniæ donum. 60.c
b. melaniæ Romanę vita. 84.d
S. melanæ Romanæ. 582.g
melanion quomodo sua distribuerit. 85.b
S. melchiadis papæ. 579.g
melchi-

melchisedech. 116.c.k
meleusippi martyris natale. 522.a
melliti epis. depositio. 536.k
melliti commendatio. 364.a
f. meletij archiepiscopi. 526.g
meletius. 111.c
melito. 494.b
mellitus moritur. 364.b
mellitus & Iustus reuertuntur. 363.k
mellitus ac Iustus epis. eiiciuntur. 363.h
mellitus orando restinxit incendium. 364.b
f. meloni natalis. 570.e
f. memmij epis. & confess. 556.a
memmius mortuum suscitauit. 344.k
f. memnonis thaumaturgi. 537.i
memoria mira. 67.h
memoria Ammonij. 60.h
memoria sanctorum & miracula. 104.i
b. memoriæ Ioannis Honthon. 539.b
b. memorij archidiaconi. 562.b
memphis condita. 481.d
memphitæ sese societati Mithridatis adiunxere. 128.a
f. menalchæ epis. 573.b
menalij sepulchrum non læditur incendio. 343.g
f. menandri martyris. 555.b
menaniæ insulæ. 364.c
mendacium Christiano fugiendum. 70.g
mendericus ordinatur. 257.b
mendicus turpius sedens miraculo eiicitur. 341.k
f. mennæ martyris passio. 574.b
f. menæ martyris. 579.h
b. mengoldi ducis & martyris translatio. 546.d
f. menodoræ martyris. 562.i
mens ne recedat à Dei contemplatione. 81.i
mensa aurea. 126.h
mensa. 180.i
mensæ mysticæ participatio. 102.d
mensis nouorum. 397.g
mensis elationem contumelia mentis sequitur. 51.d
mentis pauor imago vitus. 177.b
montium horrendorum descriptio. 130.e
menstruatas communicare, vel non communicare, indifferens. 358.k
mercator opes pauperibus distribuit. 77.d
de mercatore. 77.d
merces epis. liberatio populi. 344.f
f. mercurialis epis. & confess. 542.f
f. mercurij martyris. 577.a
mercurius. 481.f
merlini ortus & vaticinia. 409.i
meroë insula. 184.g
merouei. 497.i
merouæus occiditur. 260.d
merouæus Pythonissam consulit. 258.f
merouæus patrui vxorem Brunechildem accipit. 256.e
mesdei regis ad Apost. Thomam verba. 40.f
mesopotamia. 184.f
messalinus vicarius Cæsaris. 50.a
messenij expugnantur. 188.g
metamorphosis domini nostri Iesu Christi præfestum. 556.a
metelli martyris. 523.d
b. methodij natalis. 564.a
f. methodij patris. 546.b
b. methrani martyris. 524.d
f. metrodoræ martyris. 562.i
f. metropharus patris patriarchæ Constantinop. 544.f
f. metropoli epis. & martyris. 567.g
metus plerumque acerba comprimit odia. 163.e
metus sæpe corripit reum. 155.k
michael & Theodora. 436.a
michaël. 436.e
D. michaëlis festum Abrincis agunt reges Francorum & Anglorum. 462.d
michaelis & reliquarum incorporearum virtutũ commemoratio. 573.h
S. michaelis episcopi & confessoris. 542.f
b. michaelis Archangeli apparitio. 539.i
h. michaelis archangeli apparitio. 569.e
S. michaelis malæni patris. 551.a
b. michaelis archangeli memoria. 565.i
michaelis Crypta in Gargano reperitur. 413.f
micheæ & Abacuc Prophetarum. 521.f
migratio in Ægyptum. 233.a
S. milburgis virginis natalis. 528.b
S. mildradæ virginis. 551.c
S. mileti episcopi. 564.c
b. miletij episcopi & confessoris. 578.i
miletius. 404.b
miletus condita. 481.k
militares exercitationes. 153.g
milites prædæ auidi vix cohibentur. 255.g
milites templi. 457.d
militum octoginta trium natale. 553.c
SS. militum viginti martyrum. 579.h
SS. militum decem. 526.d
SS. militum centum sexagintaquinque. 556.h
millia monachorum tria. 59.k
milo monachus. 437.k
miluus rapit pecunias malitiæ. 350.c
mineates. 443.g
minei qui filius fuit. 129.b
SS. minerui & Eleazari, cum filiis octo. 559.a
b. minnatus passio. 571.a
de Minimis additionibus. 510.e
minotaurus. 482.a
minutia. 486.k
mira viri mortificatio. 105.h
miracula B. Matthiæ. 45.a
miracula S. Marci mortem subsecuta. 46.k
miracula in qua virtute sancti faciant. 50.g
miracula sanctorum. 104.i
miracula ad reliquias. 77.h
miracula Eremitarum Thebaidis. 88.c
miracula quæ fiant virtute. 89.i
miracula Simonis Magi. 17.d
miracula ad reliquias Sergij. 278.a
S. & miraculis clari Hippatij episcopi Ancyræ. 533.b
miraculorum virtus. 110.a
miraculorum gratia. 109.b
miraculorum operatio. 104.h
miraculum. 58.a
miraculum enatæ vitis. 82.h
miraculum annuum. 48.d
miraculum. 74.c
miraculum cur factum. 41.h
miro rex moritur. 273.c
mirocletis archiepiscopi & confessoris. 578.g
misaëlis, Ananiæ & Azariæ trium puerorum. 580.g
misericordia manet post punitionem. 131.c
misericordia misericordiam prouocat. 23.k
misericordia solatur æruminas. 162.k
miseriæ initium vnde sumpsit initium. 184.a
miserimum omnium obsidione claudi. 123.g
miserum est bello ciuili vincere. 161.d
missa relaxat vincula. 384.i
missa non celebratur pro Palladio sui interfectore. 254.a
missa non celebratur pro desperatis. 69.d
missarum celebratio vincula soluit. 384.k
missarum celebratio. 336.b
missæ. 288.c
missæ viaticum salutis. 482.g

missæ sacrificium. 102.i
missæ coram Imp.Latinè celebrantur. 502.e
missæ. 503.d
missæ communio. 382.h
missæ nomen antiquum docet B.Gregorius. 37.c
missæ adiectiones. 426.c
missio Apostolorum. 316.a
missio b.Apollinaris. 50.i
mithridates præter spem euasit. 128.a
mithridates Babyloniam populatur. 206.i
mithridates Pergamenus. 127.k
mithridates se ac suos occidit. 214.d
mithridaticum bellum. 490.a
mithridaticum bellum. 213.f
mithridatis interitus. 490.b
b. mitrij martyris. 574.g
modesti infantis natale. 526.g
b. modesti episcopi. 528.c
S. modesti natalis. 546.c
S. modesti martyris. 574.a
modestia Zenonis. 102.c
modestus diuinitus liberatur. 265.f
S. modoaldi epis.& confess. 540.g
modus verus adorandi Deum. 150.h
modus in exhortando. 105.c
modus veterum in sacrificando. 41.i
S. molanij episcopi. 520.a
S.molestæ virginis. 572.k
molestia viri. 44.h
mollities Sardanapali. 188.c
S. mommoli abbatis. 575.i
mommolus abbas. 257.e
mommolus interficitur. 304.i
mommolus maleficus torquetur. 271.h
S. monæ archiepiscopi translatio. 568.f
monacharij nati perimuntur. 259.b
monachi hypocritæ mors horrenda. 81.c.
monachi hypocritæ mors horrenda. 107.c
monachi nationis diuersæ non conueniunt. 379.k
monachi montis quassatione obruuntur. 253.e
monachi assuescant à iuuentute. 65.d
monachi Scotos ad fidem erudiunt. 369.c
monachi dicuntur mundo mortui. 79.g
monachi quotidie debent communicare. 74.h
monachi in speluncis. 83.b
monarchia. 491.g
monachis licet claustra egredi vrgente Ecclesiæ commodo. 99.c
monacho iuueni non tam sermonibus, quàm laboribus opus est. 57.i
monacho quid naturalis cognatio. 94.f
monachorum habitus quid. 68.i
monachorum sanctitas Gentiles conuertit. 73.h
monachorum priscorum labor. 101.c
monachorum quinque millia. 114.d
monachorum labores. 69.a
monachus ἀκίμητος fuisse traditur. 112.g
monachos cur tot Deus in Ægypto suscitarit. 73.h
ne Monachus seniorem afficiat contumelia. 67.g
monachus ne fiat murmurator. 66.c
monachus barbarie vtitur in communem Ecclesiæ vtilitatem. 98.c
monachus comburi quàm exire monasterio maluit. 448.f
monachus senex describitur. 97.i
monachus caueat collocutione mulierum. 71.d
missam celebrat Gregorius Turonensis. 258.c
monarchiæ orbis quatuor. 220.h
monast.Heorthen Heui condidit. 385.d
monasteria. 442.g
monasteria duo erigit Symeonel. 98.b
monasteria mille fratrum. 59.i
monasteria 7000.monachorum. 68.k
monasteria ordinis D.Basilij quæ tributi nomine Turcæ pendunt 6000.obolorum. 59.c
monasteria cerratim ædificantur. 423.h
monasterij structores Rogerius & Herluinus. 472.i
monasteriorum varietas. 457.c
monasteriorum preces. 375.f
monasterium Panthaleonis. 442.f
monasterium 300. Virginum. 68.c
monasterium Hierosolym. 317.c
monasterium. 383.e
monasterium mille monachorum. 78.c
monasterium Saluatoris. 450.a
monastica formula. 113.a
in monastica omnes non omnia. 96.i
monasticæ regulæ. 434.h
monasticæ austeritatis confirmatio. 111.f
monasticæ studium. 399.c
monasticam deludere periculosum. 100.g
monegundis infirmis medetur. 340.h
moneta argentea Romæ cuditur. 487.i
moniales schismaticæ reconciliantur. 301.c
moniales nubunt. 294.e
moniales factiosæ communione submouentur. 300.e
monialis claustra non exeat. 294.a
monialis ad seculi voluptates non reuertatur. 271.f
monialis in reginam assumitur. 309.h
monialium velamen. 113.i. ieiunium. ibid.
monialium aduersus abbatissam conspiratio. 299.d
monialium Pictauiensium scandalum. 294.c
S. monicæ,matris S.August. corporis translatio. 534.f
S. monicæ natale. 539.a
S. monitoris translatio. 546.b
S. monitoris episcopi depositio. 574.a
B. mononis martyris natalis. 569.g
monothelitas intelligit. 383.g
monothelitæ coniuncti. 502.d
monothelitæ. 502.c
monothelitis fauet Constantinus. 423.k
mons magnus. 158.g
mons Amanus. 100.h
mons excelsæ altitudinis. 132.c
mons Amanus. 97.f
mons ferreus. 158.g
mons Olineti. 163.c
mons Sinæus. 97.g
monstrum. 456.d
monstrum biforme. 405.h
S. montani vita & martyrium. 528.d
S.montani monachi corporis translatio. 541.g
S. montani presbyteri & Maximæ. 532.e
montanus cum suis vatibus periit suspendio. 494.e
montanus. 494.b
montanus lacte nutricis b. Remigij illuminatur. 410.d
montes concurrunt. 418.c
montis tumbæ dedicatio. 427.f
monulphi festiuitas. 525.g
SS. monulphi & Gondulphi confessorum. 551.i
monumento ad orationem se includit Sisinnius. 82.k
monumentum Ioannis & Manubris. 62.i
morabatur olim cum clero episcopus,& Abbas cũ monachis. 387.g
S. morandi confessoris. 544.d
morbi plurimi ad tactum vestimenti b. Ioannis sanantur. 27.g
morbi sunt in manu Domini. 92.k
à morbo reuocatur Euagrius. 80.b
morbus inguinarius. 301.i
mori in bello glorioſum. 151.f
morì à se ipso latrocinium est,ab hoste beneficum. 351.a
moribundus puer virginem mortis citauit. 380.k
moriendum non prius Deus iusserit. 151.d

moriente actionum bonarũ & malarum offertur breuiarium. 393.e
moritonij comitatus. 463.e
moriturus ad vitam Ioannis benedictione reuocatur. 390.b
morosus abbas. 96.d
mors Hyrtaci regis prodigiosa. 37.f
mors & sepultura b. Philippi Apost. 44.b
mors Iuliani apostatæ diuinitus significatur. 92.e
mors apostatæ Iuliani reuelatur Didymo. 58.e
mors Iuliani. 172.e
mors Herodi struitur. 136.g
mors libera magis eligenda, quàm vita captiuitatis. 156.k
mors B.Cypriani cum alacritate. 48.i
morsus canis rabiosi sanatur. 59.g
mortes subitaneæ. 253.g
mortificatio carnis fuga est pœnæ infernalis. 113.f
mortis præcognitio. 267.f
mortua mulier surgit. 40.f
mortui resurgunt. 44.a
mortui sacerdotes canunt in choro. 342.k
mortuum esse mundo quid sit. 79.g
mortuus resurgit. 36.e
mortuus in nomine Iesu suscitatur. 11.i
mos referendi in numerum Deorum. 50.b
mos antiquus cum coronis obuiam procedere. 21.h
mosei natale. 522.c
moses ægrotat. 64.h
moses propter somnia vitiosa non communicauit. 64.h
moses hydrias monachorum noctu implet aqua. 64.g
moses mortuus in monte Abarim. 151.e
moses. 109.e.k
moses. 162.e
moses fit presbyter. 64.i
moses. 116.h
moses tentatur ad tentationem. 64.e. consulit Isidorum. ibid.
mosis abbatis vita qui fuit ex latronibus. 64.c
mosis & Eliæ ieiunium. 111.a
moyses. 481.g
moyses Sarracenis. 432.e
moyses typus Christi. 483.c
moyseos martyris. 527.a
S. moyseti episcopi. 525.i
S. moysetis passio. 580.i
moysis Libyci abbatis vita. 80.g
S. moysis patris Æthiopis. 560.c
muhamad. 430.b
muhamad. 434.a
muhamas. 424.c
muliebris clades. 209.i
mulier quarta feria moritur & sabbato resurgit. 473.i
quod Mulier in equam mutata sit reuelatur Macario. 62.c
mulier Parisiense somnio cognouit incendium. 285.d
mulier violans Dominicam punitur. 318.a
mulier precibus obtinuit policem Ioannis Baptistæ. 317.i
mulier hydropē correpta, sanatur. 21.b
mulier se ense transfigit ne stuprum patiatur. 88.b
mulier fratrem suum prior desiderans videre à fratre illuditur. 80.f
mulier à partu quadraginta dies domo claudi debet antequam purificetur. 11.d
mulier stupri conuicta in lupanar retruditur. 23.h
mulier paralytica curatur D.Petri oratione. 17.k
mulier emotæ mentis sanatur. 103.d
mulierem hominem vocari non posse. 283.d
mulierem videre recusauit Ioannes Lycus. 69.i
mulierem videre malum, audire peius, tangere pessimum. 71.d
mulieris vindicta. 254.b
mulieris specie dæmon monacho illudit. 71.c
mulieris Mygdoniæ sanctæ exhortatio. 41.c
mulieris castissimæ exemplum. 28.c
mulierum septem Christianarum passio. 525.a
mulierum ministerium à monasterio ablatum. 120.d
mulierum profugarum insigne factum. 187.k
multitudinis quæ fit correptio. 163.b
mulus terra natus loquitur. 430.d
mummolus Saxones cædit. 254.d
mummoli argentum distribuitur. 281.b
mummoli bella cum iisdem. 254.b
mummoli abbatis Floriacensis cœnobij. 556.i
mummolus Saxones intercipit. 254.e
mummolus Turonum venit,Pictauos subegit. 254.i
mummolus Gudobaldum prodit hostibus. 279.e
munusc̃ula Diui Petri. 377.k
mundericus regem se haberi voluit. 246.c
mundericus occiditur. 246.e
mundi abnegatio & vitæ perfectio. 77.c
mundi quinta ætas. 485.c
mundi contemptus futilis. 29.h
mundo esse mortuum quid. 79.g
mundo renunciare. 85.b
mundus Isidis sacerdotes subornat. 141.d
mundus ob stuprum fugit. 141.g
mundus in Asiam,Europam & Africam diuiditur. 184.c
mundus pro mundo filiorum Noë in tres partes diuisus 184.c
mundus illuditur. 62.g
mundus vultum Anubis assumit. 141.e. amplexibus Paulinæ potitur. ibid.
munera pontificis. 365.h
munera doris maxima Rigunthæ filiæ regis. 273.f
munitior qui sequitur, quàm qui præcedit. 146.d
ne murmurator fiat monachus. 66.c
muruham. 429.k
muscis exagitatus quidam desipit. 301.i
musicæ, æris & ferri inuentio. 479.d
musicum organum donum Imperatoris. 504.i
musonis martyris. 523.d
SS. mustiolæ nobilissimæ matronæ, & Irenæi Diaconi martyrum. 549.f
mutatio impij subita. 77.g
mutatio nominis Iacob. 45.h
mutationes rerum. 116.d
mutianus. 161.c
B. mutij presbyteri & martyris. 540.i
mutij Diaconi natalis. 536.f
mutilatus agitur spiritu dæmoniaco in Eulogium murmurans. 65.c. cæditur & obiurgatur. ibid.h
mutilatus vult vesci carnibus. 65.d. quid de eo agat Eulogius consulit S.Antonium. 65.e
S.mutinæ. 524.c
mutus basilica b. Martini sanatur. 282.h
mutus loquitur. 49.h
mygdonia Charisij vxor. 40.d
mygdoniæ pœnitentia. 40.i
myron sua multiplicat dum pauperibus erogat. 7.i
myronis familiam electo Spiritu Pythonico Apollonidis b. Ioannes conuertit. 6.f
S.myronis martyris. 558.a
myrmidoni ciuitati Matthæus Apostolus verbum salutis nunciat. 20.e
mysteria in tugurio facta à Christianis. 49.h

N

S. NAboris martyris. 545.i
SS. Naboris & Felicis martyrum natalis. 553.d
S. Naboris natalis. 550.g
SS. Naboris & Felicis martyrum. 551.a
Naboth prophera à suis lapidatur. 173.a
Nachor. 480.e

nadauer Æthiopiæ ciuitas magna. 35. e
næsymas. 103.i
namatius moritur. 289.h
namatus. 501.d
nanthildis moritur. 313.a
nautinus agnoscit scelera. 262.k
nautinus comes interiit. 262.h
Ναφόειον. 86.a
narbonensis prouincia. 185.c
narchia Mygdoniæ nutrix. 42.g
SS. narcyssi & Crescentionis martyrum. 563.i
narcyssus Totilum vicit. 500.i
b. narcyssi episcopi natalis. 571.g
nardua Mygdoniæ nutrix credit in Dominum. 41.d. Baptizantur. ibidem.
narratio visionis. 392.e
narrationibus auiæ stimulatur iunior Melania. 85.a
s. narsei & decem infantum. 551.g
narses deponitur. 418.d
narses. 417.f
s. nartali natalis. 551.k
s. natalię natale vxoris S. Adriani martyris. 578.d
de Natalibus transpositis. 510.a
natalis Baptistæ. 337.b
natator insignis. 213.i
nathanael abbatis vita. 61.e
nathanaelis firmum propositum. 61.h
natiuitas Christi probatur. 266.h
natiuitatis Christi sepulchralis prædictio. 432.e
natura olei citò calescere. 150.d
s. naualis. 580.g
naufragium triginta nauium. 471.d
naufragium b. Ioannis. 1.f
naufragus suscitatur à D. Ioanne. 5.g
naufragus Softratus suscitatur, & cum eo triginta nouem corpora. 24.a.b
nauigantes à tempestate seruat b. Ioannes. 5.h
nauis miraculo liberatur. 282.c
s. nauitis episco. & marty. natalis. 550.b
nauium amissio. 201.b
s. naum prophetæ. 578.e
b. nazarij corporis translatio. 540.c
b. nazarij martyris. 545.h
nazarij & Celsi corpora leuantur. 405.i
nazarij martyris natalis. 554.b
nazarius. 324.h
s. nazarius ac Celsus. 322.i
nazianus. 404.b
necessitas præliandi promptiores bello reddit milites. 149.i
necoris quis dicatur. 126.k
necromanticus. 445.a
s. nectari episcopi. 563.b
nectarius. 496.f
neemias. 485.k
negantis eleemosynam omnia vertuntur in lapides. 350.b
negotiator precio fit episcopus. 302.a
s. nemesiani & episcopi. 562.g
s. nemesij confessio. 555.b
b. nemesij Diaconi natalis. 571.k
s. nemesij natalis. 527.h
b. nemesij martyris. 580.k
nemuro à tyrannide arripuit. 481.b
s. neonitis martyris. 571.e
neonis martyr. 522.a
s. neonis. 559.a
s. neonis martyris. 570.a
neophytæ hæreticorum. 343.a
SS. neopolis & Saturnini. 538.h
S. neotherij & aliorum viginti duorum. 562.d
b. neoti presbyteri. 554.h
nepotianus oleo sanat febricitantem. 235.h
SS. nerei & Archilei martyrum natalis. 540.f
nero cremat Christianos, quia mundum dicerent igne dissoluendum. 54.a
nero Christianos primus afflixit. 222.e
nero. 493.a
nero b. Petrum afficit iniuria. 18.f
nero sese interficit. 234.d
nero cæsus decimotertio imperij sui anno. 159.d
nero Paulum decollari iubet. 20.b
nero matri non pepercit. 159.e
nero Romani imperij princeps declaratur. 141.i
neronem resurrecturum futurúmque Antichristum quidam opinati sunt. 51.d
neronis mores & flagitia. 222.c
neronis edictum de Christianis. 53.i
neronis prima persecutio. 492.k
neronis flagitia. 147.d
nerua. 493.e
neruæ imperium. 223.d
b. nestoris natalis episcopi. 528.f
nestorius episcopus. 408.g
nestorius. 498.g
netrenses seorsum degunt. 77.k
netrenses anachoretæ. 77.k
netis vnus. 106.b
netria mons. 59.b
niara vicus. 109.k
s. nicandri abbatis. 564.
s. nicandri martyris natalis. 544.g
s. nicandri episcopi martyris. 572.a
s. nicanoris natalis. 533.k
s. nicasij presbyteri. 568.c
s. nicasij episcopi passio. 580.d
nicasius patitur. 410.g
nicanor. 164.g
b. nicanoris Diaconi. 520.i
nicæa Christi fidem recipit. 21.c
nicæa Achaiæ vrbs. 21.b.c
nicæa vrbs à quo condita. 197.a
s. niceæ depositio. 547.g
niceij virtutes. 348.d
nicæna synodus. 226.g
nicæna synodus interdixit clericis subintroductam habere mulierem: nisi forte matrem, auitam, in can. Nicen. 283.c
nicenus. 404.b
s. nicephori martyris. 526.c
b. nicephori. 535.g
nicephori natalis. 528.e
s. nicephori patris. 544.c
nicephorus Sarracenis tributum pepigit. 433.h
nicephorus. 442.h
s. nicetæ patris. 543.a
s. nicetæ patris. 533.g
ss. nicetæ & Aquilinæ natale. 553.c
s. nicetæ martyris. 563.e
nicetij episc. Byzuntini & confess. 526.b
s. nicetij episcopi. 539.d
s. nicetij episcopi. 566.d
b. nicetij Lugdunensis episcopi natalis. 533.d
nicetius auunculus matris Authoris. 257.c
nicetius Massilienfis prouinciæ rector ordinatur. 286.e
s. nicodemi inuentio. 559.g
nicolai ab Augusto appellatæ sunt placetæ, quæ donatæ fuerant ei à Nicolao, qui Damasci habitabat, qui etiã scripsit ad Herodem Iudæorum Regem de gentibus mirabilibus. 74.c
nicolai translatio. 450.k
s. nicolai martyris. 568.h
b. nicolai archiepiscopi corporis translatio. 540.a
nicolai cuiusdam filia sanatur. 22.f
b. nicolai episcopi Myreorum Lyciæ natalis. 579.b

Nicolaus Papa. 448.g
nicolaus Papa. 436.e
nicolaus Papa sepelitur. 508.d
nicomedienses Christi fidem amplexantur. 21.e.f
b. nicomedis presbyteri & martyris natalis. 563.e
s. nicomedis presbyteri & martyris dedicatio. 543.i
s. niconis martyris. 532.a
nicopolis. 494.h
s. nicostrati martyris. 550.b
s. nicostrati martyris passio. 573.h
niger mortem elabitur. 148.g
nili natura. 233.b
SS. nili & Pelei episcoporum. 564.c
nilus & Peleus episcopi. 527.h
nilus fluuius. 184.f.g
s. niminiæ passio. 557.b
de Nini imperio. 186.b
niniani episc. & confess. 563.g
niniue. 232.i
à nino Beli filio rege Assyriorum scribendi initiũ fecere. 183.k. 184.a
s. ninardi episcopi depositio. 561.a
ninardus. 424.f
nix vehemens. 454.c
nix nimia. 444.g
D. noberti primi patris Præmonstratensis commemoratio. 544.h
nocturnæ monialium preces. 380.i
nodgeri episcopi Leodiensis transitus. 533.e
noë. 479.d
noë. 116.e
noë arca in montibus Armeniæ quieuit. 329.i
noemi soboles. 232.g
s. noitburgis virginis. 572.a
nomen Imperij augustum. 165.k
nomen Christianum gloriosum. 45.f
s. nomij confessoris. 550.d
nomina fluuiorum paradisi. 36.b
nomina templis primùm indita. 36.c
nominationum ius regum & Imperatorum. 431.h
nominis Iesu celebratio. 521.f
nonæ officium. 94.d
norbertus monasteriorum fundator. 457.g
nortei. 508.f
normani baptizantur. 442.f
normani Gallias vexant. 435.g
normani Romanos affligunt. 447.k
normani mittunt Angl. & Hyberniam. 478.b
normani Frisiam repetunt. 445.h
normani populantur. 436.c
normania. 438.e
normani. 447.b
normannia Anglis obuenit. 453.b
normanniæ reditus augetur. 467.k
normannorum Ducum sepulturæ. 475.g
normannorum cum Gallis contentiones. 508.d
normanorum expeditiones. 438.b
nothus. 486.a
nortmanni Senones & Parisios oppugnant. 438.h
nortmani Andegauum occupant. 437.f
normani populantur. 436.k
nortmanni cæduntur. 437.d
nortmanorum rex Hundens baptizatur. 438.k
nornuicius comburitur. 467.h
nosmet ipsos an amare debeamus. 95.e
de notis parenthesis. 510.a
de notula. 510.c
s. nouati, Fratris Timothei presbyteri depositio. 547.d
nouatianus hæreticus. 234.g
SS. nouem martyrum. 537.i
nouerca inficit priuignum. 409.b
Nouerca. 423.c
nouus Papa. 443.i
nox Dominica. 333.d
nox in vigiliis diuisa. 168.h
nubes cyniphum in hostes. 90.k
nucianus excæcatur. 12.h
nucianus ad D. Ioannem adducitur. 12.g
nucianus baptizatur. 12.h
nucianus & Iudæi familiæ baptizantur. 12.h
nucianus Magus in excitandis à morte duodecim sacerdotibus se Apostolo præferens, excæcatur. 12.d
numa. 484.c
humantia diruitur. 488.k
numantiæ ambitus. 207.g
humantiæ deletio. 207.e
ninus apud Assyrios rex primus. 189.c
numatij coniux B. Stephano Ecclesiam fecit. 240.f
numatius Ecclesiam Ariis fabricauit. 240.d
S. numeriani archiepiscopi depositio. 549.i
numerianus. 495.h
SS. numero ducentorum viginti martyrũ natalis. 571.h
numerosi Martyrij & cæt. 525.k
de numeris Lunæ. 509.i
numerus interfectorum. 212.f
SS. numilonis & Elodiæ virginum. 570.e
s. nummolini episc. & confess. 569.d
S. nuncij confessoris. 568.a
nuptiæ benedicuntur. 37.a
S. nymphæ virginis natale. 574.a
s. nymphodoræ martyris. 530.f
S. Nymphodoræ martyris. 562.i

O

OBlatum auium reiicient. 110.c
Obediendum præpositis. 356.k
obedientia virtus apud priscos monachos. 121.d
obedientia monastica. 112.f
obedientia mira. 66.e
obedientia monacho necessaria. 66.b
obedientia monastica necessaria. 80.f
obedientiæ vis. 118.h
b. oberti monachi obitus. 558.f
de obitu episcopi Theodosij, & successore eius. 272.c
obitus osuni. 380.a
obitus Idæ venerabilis & Niuella. 578.a
obitus Eulogij & Mutilati. 65.i
oblatio. 102.c
obsequiosa pietas. 341.i
obsequium virginis in Athanasium, mirum. 85.i
obseruare caput serpentis. 73.e
obsessorum vrbis Hierosol. multitudinem sex centena milia fuisse probatur. 180.a
obsidione claudi miserrimum omnium. 123.g
obstinati hominis exitus. 29.g
occidendi nouum genus. 203.i
ochosias. 483.i
octaua omnium Sanctorum. 573.h
octauianus Imperator factus Augustus est dictus. 218.a
octauij martyris natale. 522.f
octo Grimoaldus. 312.f
oculi auribus fideliores. 70.h
oculorum concupiscentiæ domantur. 95.g
ochus qui & Artaxerxes. 194.g
Odda. 427.h. [Odeacer. 412.g
s. odæ viduæ amitæ S. Huberti natalis. 570.g
s. odæ virginis filiæ regis Scotorum. 577.g
ödij magnitudo declaratur. 45.e
odiliæ gloriosæ virginis corporis translatio. 552.c
B. odiliæ obitus. 580.e
ödilo moritur. 447.i
ödilo damnari de misericordia, quã duritia noluit. 444.i
in odium trahuntur discipuli Christi. 45.f
odium Mariamnes in Herodem. 132.g
Odo. 440.b

Odo. 438.g
odo Cluniacenſis. 441.d
ſ. odonis epiſc. & confeſſ. 525.k
b. odonis abbatis tranſitus. 575.i
ſ. odonis epiſcopi. 548.k
ſ. odradæ virginis. 572.h
ſ. oduini presbyteri & martyris. 547.k
ſ. odulphi presbyt. & confeſſ. 545.i
odyſſea filij Ægytiorum pro ſapientia amplectebantur. 46.f
ſ. ælberti martyris natalis. 570.e
offendiculum ſalutis. 338.d
officia diuina præſcripta. 101.d
officium meridiei. 108.b
officium veſpertinum. 105.d
officium nonæ. 94.d
ſ. olani regis & martyris paſſio. 554.d
olbertus. 447.i
oldas. 484.e
oleo Ioannes Lycus curabat. 70.b
oleo curatur febricitans. 70.g
oleo ſacro curati morbi. 60.i
oleo ſacro ſedatur maris tempeſtas. 372.g
oleo benedicto ſanatur infirmus. 267.d
oleum ſacrum. 112.d
oleum ſanctificatum. 99.g
oleum ſalutare Diui Martini. 338.i
SS. oliueriæ & Liberatæ ſororum virginum. 525.b
olera furto rapta coqui non poſſunt. 75.f
oliuerius de Dinan. 466.b
ollæ Vulcani. 445.a
ollæ Vulcani. 503.a
ſ. ollæ virginis feſtiuitas. 567.h
olymp. conſtituuntur. 484.b
SS. olympæ, Eraſti Apoſtolorum & ſociorum. 574.a
de olympia. 87.b
SS. olympiadis & Maximi nobilium natalis. 535.d
SS. olympiadis & Eufraxiæ mulierum memoria. 553.f
olympiæ laudes. 87.c
olympias ſeruos redemit. 87.d
olympias occiditur. 487.e
olympias. 486.i
olympias Alexandri mater occiditur. 198.d
olympias comitiſſa. 87.b
olympici conſtituti. 482.a
S. olympij martyris natal. 553.h
S. olympij & Symphronij. 578.i
ominoſus agricolæ clamor. 175.h
de omiſſis abbreuiationibus. 509.k
de omiſſis Sanctis. 510.g
ommatius. 303.i
omnia in hilaritate. 81.b
onan. 482.h
onere miro ſe affligit Macarius. 63.i
ſ. oneſimi epiſc. & confeſſ. depoſitio. 540.i
oneſimi natalis. 527.c
SS. oneſiphori & Porphyri martyrum. 573.k
b. oneſiphori Apoſtolorum diſcipuli natale. 561.k
onomarchus Phocenſium dux creatur. 195.d
onias. 488.g
onias. 487.h
onias. 489.c
onuinus magni meriti monachus. 379.b
ſ. onuphrij patris. 545.i
onus ſacerdotij grauiſſimum. 104.e
opera operibus contraria. 35.f
operatio miraculorum. 104.h
opes Archelai theſaurtis Cæſaris aſſociatæ. 141.a
opianus. 85.d
ſ. opportunæ virginis. 536.f
ſ. optati. 535.e
S. Optati epiſc. & confeſſ. 560.h
opum optima largitio. 85.h
opus cum gratia. 90.f
opus manuum in monachis. 119.i
or abbatis vita. 59.f
or θεοΝοτακτος. 59.k
or fratri cellas ædificat. 60.a
orandi ratio. 95.f
in orando mira hominis perſeuerantia. 66.c
orare Deum eſt alloqui. 95.f
oratio ab Eccleſia fit pro Petro. 16.i
oratio mutua. 282.a
oratio reſtinguit incendium. 356.b
oratio Cęſaris ſuos animantis. 171.d
oratio iniuſtè delati. 86.f
oratio Veſpaſiani conſolatoria. 155.c
oratio S. Ioannis energiæ plena. 31.f
oratio fit ad orientem. 108.c
oratio irruentes ſiſtit vt lapis immobiles. 68.f
oratio qua Ioſepho ſocij ſui mortem ſuadebant. 151.a
oratio reſtinguit incendium. 245.a
oratio B. Thomæ grauis & conſolationis plena. 42.k
oratio D. Ioannis ad populum. 10.e
oratio aſſidua Apollo abbatis. 73.c
oratio Candacis reginæ ad B. Matthæum Apoſt. 36.d
oratio B. Marci Apoſtol. in mediis cruciatibus. 46.i
oratio pœnitentis. 86.c
oratio B. Thomæ grauiſſima ante paſſionem. 43.d
oratio pro defunctis. 28.h
oratio Zunanis pro vxore ſua debili. 42.b
oratio pia ad Deum. 152.c
oratio B. Andreæ ante mortem. 25.k
oratio S. Andreæ. 23.f
oratio Herodis ad ſocios. 131.c
oratione Surus transferri impetrauit. 75.g
oratione Chriſtiani Turcas expugnant. 452.f
oratione ſedatur tempeſtas. 389.c
oratione B. Ioannis ruit templum Liberis patris. 12.c
poſt Orationem & Pſalmodiam lectio ſcripturarum. 93.c
orationem ſequitur lectio. 96.g
orationes arma ſunt Chriſti. 166.d
orationes infructuoſæ. 81.d
orationes pro defunctis. 385.b
orationes quadraginta. 64.f
orationes liberant ab inferis. 446.f
oratio Titi ad ſocios hortans eos ad prælium. 153.e
orationes 700. facit virgo. 64.k
orationes. 68.i
orationes nocturnæ. 96.d
orationes & officium meridiei. 108.b
orationes ſanctorum commune morbis omnibus remedium. 104.h
orationes non ſunt interrumpendæ. 108.h
orationis perſeuerantia. 38.a
orationis perſeuerantia. 109.g
orationis ſimplex veritas. 342.b
oratio Titi ad ſuos. 163.k
oratoria Marciano erecta. 94.g
oratoria in medio cellularum. 82.f
oratoriũ Stephani precibus inter incędia ſeruatur. 238.b
orationum repetitio. 62.d
orbem maiores noſtri triquadrum ſtatuere. 184.c
orbis Romanus appellatur terrarum continens. 143.f
orcades. 353.a
ordinatio epiſcoporum Angliæ. 359.k
ordinatio epiſcoporum. 358.c
ordinantur rurſus malè ordinati. 431.d
ordinantur presbyteri & diaconi. 46.g
ſ. oreſti martyris. 580.c
orgeta. 490.e
orgetorix princeps. 214.h
B. Oricoli martyris. 575.i

S. Orientis

S. Orientis epiſcopi. 538.e
origo Amazonum. 187.i
origo tot per orbem terræ linguarum. 35.h
orithya Marpeſiæ filia. 187.i.k
ornamenta altaris. 85.b
ornatus nimij punitio. 384.d
orontij martyris. 522.k
oroſius Seuerus. 405.k
oroſius vbique ſpondet ſibi ſecuritatem. 206.b
oroſius fert Steph. reliq. 407.h
oroſius B. Stephani reliquias detulit. 498.d
orpheus. 482.a
de Orthographia. 510.f
ſ. ortrudis virginis. 547.g
osbertus. 470.k
osbernus de hoſſa. 476.h
oſchobares mons. 184.i
oſculum pacis. 49.b
oſias. 484.a
ſ. oſmundi epiſc. & confeſſ. 578.k
oſrichus Edueni ſucceſſor. 368.g
oſtenta. 414.i
oſtenta. 410.f
oſtenta. 445.b
ſ. oſtiani presbyteri & confeſſoris. 548.k
oſtiariorum inſidiæ. 281.i
oſtrogothi. 403.d
ſ. oſuini martyris regis Deirorum. 558.f
oſuuin rex cibo vtitur monaſtico. 377.a
oſvvaldi ſanguis ſanat infirmos. 370.k
ad oſvvaldi reliquias morituras ſuſcitatur. 372.a
oſvvaldi epiſcopi & confeſſoris. 569.b
ſ. oſvvaldi regis Anglorum. 555.k
oſvvaldi precibus quieſcit peſtilentia. 382.g
oſvvaldi manus eleemoſynaria non corrumpitur. 370.b
oſvvaldi cineres igni reſiſtunt. 371.c
oſvvaldi reliquiis affulget lux cœleſtis. 371.d
ſ. oſvvaldi regis tranſlatio. 547.d
oſvvaldus orando moritur. 371.i
oſvvi filiam vouet Deo. 375.
oſvvin regnat. 372.b
oſvvinus proditorię interimitur. 372.c
oſvvinus regni conſors. 372.b
ſ. otgeri confeſſoris. 562.h
ſ. othilię virginis. 580.c
ſ. othmari abbatis depoſitio. 575.d
otho imperaror cæſus. 160.a
otho. 493.a
otho rebus potitur. 159.f
othoniel primus Iudex Iſrael. 481.i
ſ. othonis epiſcopi & confeſſoris. 566.a
otium vitandum, alioquin etiam prælato mechanicis vtendum. 97.b
otto ſecundus. 443.i
otto primus. 441.d
otto tertius. 444.c
otto inuadit Græciam. 444.d
otto, periclitatur à Romanis. 445.c
otto Franciam vaſtat. 444.b
ottonis interitus. 312.i
othonis imperium. 222.f
ottonis paſſio. 521.i
ſ. ottonis epiſc. & confeſſ. 549.d
ozias lepra percutitur. 145.b

P

PAchamij abbatis vita & eorũ qui cũ ipſo erant. 68.g
S. Pachomij. 541.c
S. Pachomij patris noſtri. 541.a
Pachomio feræ obſequuntur. 67.a
Pachomius agnoſcit Macarium reuelatione. 63.e
Pachomius ab Angelo abbas conſtitutus. 68.g
Pachomius Archimandrita. 63.c
Pachomius moritur. 406.f
pachon abbatis vita. 166.i
pachoniſus. 404.b
pacis conditiones Carthaginienſium cũ Romanis. 201.i
pacis oſculum. 49.b
pacis oſculum. 40.g
Pauorus Medorum rex. 177.e
Pactio Auſtraſiorum. 311.e
pactum de morte Eduini. 365.k
pœnæ damnatorum. 392.f
pæſij & Eſaiæ fratrum vita. 61.a
pæſij vita. 61.a
pagani vincuntur numero potiores. 375.
paganorum vis in S. Apollinarem. 49.h
ſ. pagati. 544.b
palæſtina ærís optimi eſt. 70.e
palladij pericula. 88.c
palladij ſodalis vita. 88.e
ſ. palladij epiſcopi & confeſſ. 540.c
palladius comitatum aſſequitur. 253.k
palladius conſulit Macarium. 64.a
palladius. 93.c
palladius primus epiſcopus Scotiæ. 408.g
palladius Scotorum Apoſtolus. 498.h
palladius in gladium incubuit. 254.a
palladius Euagrij diſcipulus. 55.f.56.a
palladius. 344.a
SS. palatini & Syci. 543.g
palatium ſpirituale. 40.b
palinuri promontorium. 201.f
SS. palmatij, & ſociorum eius. 567.b
pambo vaſa argentea dono accepta diſpenſat egenis. 60.c
pambonis abbatis vita. 60.b
pambonis morientis verba. 60.e
pammachius. 85.d
S. pamphili martyris. 564.f
b. pamphili presbyteri & martyris. 543.i
pamphilus. 496.a
pampiloniæ muros aduentu Caroli corruiſſe ſcripſit Turpinus. 505.f
S. Pancratij martyris. 540.g
b. Pancratij depoſitio. 533.g
pane priuatur, qui deſiit Deo famulari. 72.a
panem eſurienti Angelus miniſtrat. 76.c
panes dati & diuinitùs multiplicati. 83.b
panes Paximidij. 88.g
è panibus cum frangerentur in conuiuiis ſanguis efflu-xit. 210.c
panichis concubina. 135.g
panis benedictus diabolicos canes fugauit. 18.g
panis in ſporta non deficit. 74.d
panis datur ad trutinam. 96.h
panis benedicti virtus. 40.e
panni Abraamis vitâ functi omnibus præcurſi. 105.f
panolethria ludæorum. 180.g
ſ. pantaleonis martyris. 527.f
ſ. pantaleonis. 568.h
ſ. pantaleonis martyris. 535.f
ſ. pantaleonis. 568.d
b. pantaleonis martyris paſſio. 553.k
ſ. pantaleonis martyris. 552.a
ſ. pantæni viri Apoſtolici natalis. 550.b
panthenus philoſophus. 494.g
pantheon fit templum martyrum. 363.c
pantheon fit templum omnium Sanctorum. 420.k
pantheon fit templum omnium Sanctorum. 501.h
papa ad Carolum mittit reliquias. 315.c
ad Papam refertur de veritate fidei Angl. 383.h
SS. papæ & Sabini martyrum. 530.k
ſ. paphnutij abbatis & quingentorum quadragintaſex qui vnà cum illo martyrium paſſi ſunt. 537.g

Paphnutij Cephala abbatis vita. 80.k
de Paphnutio abbate. 76.h
paphnutius. 63.k
SS. papiæ & Mauri militum. 524.b
s. papiæ Hierapolitanæ ciuitatis episcopi. 527.a
papiæ natale. 528.e
papiensis episc.& confess. 520.f
SS.papinij & Mansueti episc.martyrum. 577.h
papyrius. 196.c
pappolenus vxorem suam recepit. 269.a
s. pappoli episcopi & martyris. 567.e
pappolus episcopus visione scelerum castigatur. 257.e
s. papylij diaconi natalis. 535.a
pappula viri sub habitu monasticam profitetur. 339.c
paracodes Viennensis episcopus. 494.f
paradysi topographia. 36.a
paradysus & infernus. 65.k
paralytica sanatur. 333.d
paralytica mulier sanatur. 17.k
paralytica curatur. 63.h
paralyticum sanauit b.Iacobus. 27.a
paralyticus sanatur. 8.k
SS. paramini & Philumeni. 578.a
parat Deus mensam in deserto. 76.c
parendum Deo potius quàm hominibus. 41.h
parchoatius mons. 184.h
qui Parcit bonis ne opera misericordiæ impleat, bonorum incurrit naufragium. 59.g
parcitas victus & potus Platonis. 119.f
parmæ in cœlo vitæ. 202.i
b. parmenæ martyris. 523.b
parmenij presbyteri natalis. 526.f
parmenio Philippi dux. 195.k
parricidæ pœnas non effugiunt. 138.h
SS.Parthenij & Calocerij cunuchorum natalis. 541.i
s.parthenij episcopi. 525.k
partheuius nouorum vectigalium inuentor occiditur. 249.b
participatio mensæ mysticæ. 102.d
partium mundi descriptio & situs. 184.
parulus quem serpens perculerat à matre suscitatur. 23.c
pascha catholicum Pacti suscipiunt. 396.e
pascha celebratum tempus miraculo ostenditur. 362.d
pascha celebratio traditur miraculo. 259.b
paschæ celebratio benedictio. 497.f
paschale Papæ. 452.g
paschalis Christianorum obseruatio. 397.h
paschalis papa. 434.g
paschales circuli. 500.h
paschasia. 323.f
s. paschasij episc.& confess. 527.k
paschatis obseruatio. 368.a
paschatis dubia celebratio. 301.e
paschatis obseruatio antea. 373.h
paschatis celebrandi contentio. 418.h
paschatis tempus docetur miraculo. 407.g
s. paschasij martyris natalis. 574.g
paschasius. 496.b
pascentius episcopus Parisiensis. 251.i
paschasinus. 498.g
SS. passiciatis, Valentionis & aliorum duorum. 542.i
passio Simonis aceiba. 146.k
passionis Christi vaticinia. 26.h
s. pastoris presbyteri & confessoris. 553.h
pastoris episcopi. 533.a
s. pastoris & Victorini passio. 532.i
s. pastoris patris. 560.a
SS. pastoris & Iusti martyrium. 556.b
s. patapij patris. 579.e
pater filium Deo pollicetur. 107.e
Pater Ioseph in vinculis tenetur. 170.d
S. Paterni episcopi. 535.f
s. paterni martyris. 574.
s. paterni episc. & confess. 564.k
in Pathmon insulam relegatur D.Ioannes. 5.d
s. patiani episcopi. 530.b
patianus. 497.h
patibulis quingenti affixi. 167.k
patiens præsentia non timet. 151.h
patientia. 67.c
patientia Iob. 60.i
s. patientis episcopi depositio. 562.k
patientis episc.& confess. 520.f
patras Achaiæ vrbs. 23.f
patria, parentes B. Matthiæ Apost. Deo hominibúsque grati. 44.g
s. patricij abbatis. 559.c
s. patricij episcopi & confessoris depositio. 530.k
s. patricij episc & confess.natalis. 531.b
s. patricij Prusæ & sociorum eius. 541.k
patritius Angelorum fruitur alloquio. 405.f
patritius. 413.d
patritius Scotorum archiepiscopus. 408.c
s. patrocli confessoris. 576.a
s. patrocli martyris. 522.i
patrocli sepultura supra. 325.b
patroclus Frigoritiis oratione medebatur. 257.i
patroclus. 442.c
patroclus mortuus suscitatur. 53.h
patronus à carcere liberatur. 55.c
patruus authoris Aruernorum episcopus. 334.k
SS. Pauacij & Liborij episc.& confess. 553.a
paula matrona. 404.b
paula Romana. 85.c
s. paulæ dormitio. 523.h
s. paulæ cum aliis decem. 552.f
SS. paulæ virginis & Syriaci. 546.k
b. pauli natalis. 544.k
s. pauli discipuli. 537.b
bb. pauli & Petri Apostolorum natalis. 548.h
b. pauli martyris. 542.c
s. pauli episcopi & confess.natalis. 579.k
SS. pauli & Iulianæ martyrum. 558.b
s. pauli episcopi. 524.g
s. pauli diaconi & martyris. 552.f
bb. pauli & Petri Apostolorum. 566.h
SS. pauli presbyteri & Romeriani episc. 543.k
pauli primi eremitæ natalis. 520.i
pauli martyris natalis. 553.f
pauli episc. 526.b
SS. pauli & Dionysiæ passio. 541.c
b. pauli apostoli. 548.a
s. pauli martyris. 550.d
SS. pauli & Cyriaci. 547.d
s. pauli Apostoli. 548.e
b. pauli martyrium. 20.b
b. pauli latibula. 92.i
pauli & Petri Apostolorum vigilia. 548.g
bb. pauli & Petri Apostolorum. 560.h
b. pauli commilitonis. 531.f
pauli & Petri basilicarum Apostolorum dedicatio. 575.h
s. pauli patris. 580.f
pauli simplicis abbatis vita. 65.k
s. pauli. 531.g
pauli abbatis vita. 75.g. eius prædictio. ibidem.
D. pauli conuersio. 19.c
s. pauli Apostoli commemoratio. 548.i
SS. pauli & Ioannis natalis. 548.c
b. pauli primi eremitæ. 521.e
D. pauli doctrina. 19.i.k
pauli abbatis vita. 64.i
b. Paulini episcopi. 551.a

S.Pau-

S. Paulini episc. & confess. 568.a
s. paulini episc.& confess.natalis. 560.h
s. paulini natalis. 543.b
s. paulini. 541.g
b. paulini episc. & confess. natalis. 547.f
s. paulini martyris natalis. 539.b
paulini symmetria. 367.c
paulinus se pro captiuis vendidit. 406.b
paulinus ordinatur episcopus. 364.g
paulus episcopus Narbonensis. 234.g
paulus post mortem pro fidelibus se oraturum pollicetur. 55.b
paulus suscitat Patroclum, suscitat & Eutichen. 53.h
paulus tertio à morte sua die Neroni apparuit. 55.c
b. paulus curat infirmum Lystes. 19.e
paulus ad calculum fundit 300. orationes. 64.i
paulus Diaconus. 433.k
paulus persequitur Ecclesiam. 19.c
paulus orat Hebraicè. 55.a
paulus Papa. 430.f
paulus pergit ad B. Antonium. 66.a.b
pauor mentis mago visus. 177.b
in pauperes pecuniæ regis distributæ à B. Thoma Apostolo. 40.b
pauperes ægroti gemmæ sunt maximi precij. 58.k
pauperibus denegans diuinitus luit. 420.i
pauperis imprecatione omnia lapidescunt. 420.h
paupertas probro habetur. 170.i
paupertas quouis regno melior. 110.c
paupertas b. Platonis. 119.b
pauperum & afflictorum patronus Ludouicus. 507.f
pauperum cura à Serapione. 78.h
s. paulæ. 532.b
pantagathus episcopus. 500.k
pax inter Francos & Anglos. 466.e
pax perfectio legis est. 17.c
pax Simoni mago exosa. 17.b.c
pax cum Heraclio. 309.k
pax per vniuersam Græciam. 193.e.k
paxentij martyris. 564.k
paximidion quid. 88.g
peccatorum remissio quomodo consequatur. 74.h
pecorum clades. 271.a
pecudum morbus. 273.d
pecuniæ amor in alterum facilè transit. 170.i
pecuniæ pauperibus distribuntur. 40.b
pedanij fortitudo & audacia. 173.g
s. pegalij martyris. 572.f
peierans obriguit. 324.e
peiores nullos, quàm qui à monasteriis defecerunt. 67.h
pelagianæ hæreseos. 406.c
pelagiani episcopi. 498.k
pelagianorum stultiloquium. 368.b
s. pelagiæ virginis & martyris. 545.d
SS. pelagiæ & Ianuarij martyrum natalis. 550.i
SS. Pelagiæ Beronici & aliorum quadraginta & nouem martyrum. 569.i
s. pelagiæ. 567.f
s. pelagiæ hosiomartyris. 539.b
pelagij episcopi Turonensis vexationes. 286.b
s. pelagij martyris. 548.c
pelagius fœnum mœnialium surripiens expirat. 286.c
pelagius dogmatizat. 498.d
pelagius missales præfationes decreuit. 419.b
pelagius papa. 417.h
SS. pelei & Nili episcoporum. 564.c
peleus & Nilus episcopi. 527.h
pella euertitur. 125.e
pelle ouina Paulus indutus. 66.g
pelle taurina dæmon insultat. 61.f
pellis otilla pro veste. 80.g
pelops. 187.f
s. Pelusij presbyteri. 534.e
penda rex baptizatur. 574.c
penda oderat in fide otiosos. 374.d
pendam regem vxor occidit. 375.f
pentapoli D.Marcus prædicationem incipit. 46.d
pentapolim ob scelera de cœlo tacta fuisse fertur. 186.d
penuria ingens aquarum. 48.b
peræa regio,quæ Galilæa est maior, non tamen tam fertilis. 149.b
perceptio Eucharistiæ. 68.h
de percussoribus Prætextati episcopi. 286.c
percussoris viri sancti manus diriguit oleum benedictũ. 243.f
perdicca Anarathem Cappadocum Regem vicit. 198.a
perditio eorum qui se statui perfectiori addixerunt. 57.a
vorum. ibid.
perditorum memoria deletur. 368.h
peregrinatio pœnitentiæ causa. 458.e
peregrinatio in terram sanctam. 113.k
peregrinatio. 457.h
peregrinatio ad D.Iacobum. 460.f
peregrinatio. 460.d
peregrinationes Philoromi. 83.g
s. peregrini passio. 539.d
s. peregrini martyris & episcopi. 541.e
s. peregrini presbyteri. 554.b
s. peregrini natalis. 539.d
s. peregrini siue Cetæi episc.& mart. 546.a
s. peregrini natalis. 559.e
s. perfecti presbyteri & martyris. 535.i
perfectio vitæ mundi abnegatio. 77.c
perfidia Iudæi ostenditur. 407.f
pergamenus Mithridates. 127.k
SS. pergentini & Laurentini martyrum. 544.d
periclis & Sophoclis victoriæ. 188.i
periculis quantis peregrinatus est Palladius. 88.c
s. perinnæ virginis. 547.k
peritia linguarũ & scientiarũ christiano nõ inutilis. 378.i
periurij vindicta. 336.e
periurij diuina vltio. 318.d
periurij pœna. 321.c
periuri manus obriguit. 323.i
periurus plectitur. 345.b
periurus exuritur. 282.i
permissio & Dei placitum. 81.a
s. perpetuæ coniugis b.Petri Apostoli natale. 572.k
b. & S. Perpetuę matris S.Nazarij. 555.i
SS. Perpetuæ & Felicitatis martyrum natalis. 529.h
s. perpetui episc. 534.d
s. perpetui episc.& confess. 572.k
perpetuus b.Martino basilicam sacrauit. 412.f
perpetuus. 303.e
perpetuus episc. 240.c
perpetuus Turonensis episc. 241.e
persæ ab Alexandro victi. 296.f
persæ baptizantur. 305.b
persæ ignem colebant. 253.i
persæ Christo nomen tradunt. 409.c
persæ Hierosolymam capiunt. 501.h
persecutio Christianorum sub *Diocletiano* grauissima. 353.e
persecutio Ecclesiæ sub Valente. 92.e
persecutio prima sub Nerone, secunda, tertia. 225.k: quarta, quinta, sexta, septima, octaua, nona, decima: 226.a.b.c.d
persecutiones decem, vltiones nouem. 225.g.h
persepolim vrbẽ famosissimam Alexãder inuadit. 196.c
s. persenandæ virginis. 548.c
perseuerantia in orationibus. 109.g
perseuerantia in malis. 155.h
perseus vincitur. 488.f
personam mercatoris cur induit monachus. 104.k

perſonarum in iudicio damnatur. 8.b
pertinax imperator. 224.a
pertinax imperat inuitus. 494.d
peruaſor febrè corripitur. 345.e
peruerſus vita & eloquens eſt dæmonis imitator, ſic hæreticus. 81.d
perynthum ciuitatem it b. Andreas. 21.g
peſte horribili exercitus perditur. 200.b.c
peſtilentia hominum maxima. 208.e
peſtilentia. 506.f
peſtilentia adeo Italiam totam vaſtauit vt oppida & agri ſine habitatore & cultore haberentur. 223.h
peſtilentia maxima. 199.e
peſtilentia. 488.k
peſtilentia. 197.f
peſtilentia. 197.g
peſtilentia. 494.a
peſtilentia. 429.k
peſtis feralis. 194.d
peſtis feralis Romæ. 199.i
peſtis. 377.b
peſtis prædictio. 112.b
peſtis Æthiopica. 186.k
peſtis. 295.k
petates niger & Syllas Babylonius Iudæorũ duces. 148.f
petra percuſſa aquas copioſas fundit. 101.f
petra vrbs in finibus Arabiæ ſita. 125.k
b. petri prædicatio. 49.a
b. petri concio. 17.a
ſ. petri ad vincula. 555.b
petri feſtiuitas ad vincula poſt an. 409.c
SS. petri & Iuliani martyrum. 556.e
ſ. petri presbyteri. 545.a
ſ. petri martyris. 537.i
ſ. petri epiſcopi & confeſſoris. 539.i
ſ. petri. 564.c
ſ. petri. 561.a
SS. Petri exorciſtæ, & Marcellini presbyteri mart. 544.b
bb. petri & Pauli Apoſtolorum. 560.h
ſ. petri diſcipuli. 563.d
ſ. petri cathedra. 527.k
bb. petri & Pauli Apoſtolorum. 566.h
b. petri ſepultura. 319.c
ſ. petri martyris. 560.a
ſ. petri Athonitæ patris. 545.i
SS. petri & Andreæ paſſio. 541.c
ſ. petri archiepiſcopi. 562.h
petri ſterus quid. 115.i
petri Thomaſij natalis. 520.b
ſ. petri martyris. 555.b
ſ. petri martyris. 567.f
petri, Seueri, Leucij. 520.k
petri aſcetæ. 520.k
ſ. petri Cœleſtini de Morono. 541.i
Petri & Pauli Apoſtolorum vigilia. 548.g
bb. Petri & Pauli Apoſtolorum. 548.h
b. Petri gloria. 52.g
ſ. petri martyris paſſio. 539.e
ſ. petri paſſio. 521.i
petri & Pauli martyrium. 492.k
D. Petrus crucis ſupplicio eſt interemptus. 519.f
b. Petri Chryſologi epiſcopi. 578.f
Petri & Pauli baſilicarum Apoſtolorum dedicatio. 575.h
ſ. petri epiſcopi Alexandriæ. 577.d
D. Petri crucifixio. 52.i
SS. Petri Diaconi, & Hermogenis martyrum. 535.g
B. petri in vrbem aduentus. 222.a
B. Petri erga gregem dilectio. 52.b
D. Petri curationes admirabiles. 16.e
B. Petri aduentus in vrbem Romam. 49.a
ſ. Petri martyris. 530.h
Petri eremitæ domus ſepulchrum. 100.b
b. petri. 336.a
b. petri patientis oratio. 52.k
b. petri certamina. 51.c
ſ. petri. 579.f
petro fugienti occurrit Petrus. 52.a
ſ. petronij epiſc. & confeſſ. 566.k
ſ. petronillæ virginis. 543.h
petronillæ ſepultura. 430.g
petrus Alexander. 496.a
petrus Galata. 99.k
petrus Galata excitat moribũdã Theod. matrem. 100.k
petrus claniger cœlorum, cui cõtradicere periculoſum. 376.i
D. Petrus ab Herode mittitur in carcerem. 16.i
petrus mortuum exuſcitat. 147.h
b. petrus Romam acceſſit. 234.c
b. petrus cruci adiudicatur. 18.i.k
petrus & Paulus doctores Chriſtianorum Romæ ſub Nerone. 147.f
b. petrus accuſatur vxores à viris diuertere. 51.g
Diuus Petrus tondetur. Beda ext. hiſt. Angl. 319.c
D. petrus Clementem ſibi in epiſcopatu ſucceſſorem ordinat. 18.b
D. petrus ſoluitur à cathenis, & à carcere educitur. 16.k
b. petrus Magi flagitia detexit. 147.g
petrus nimium mulieris arguit ornatum apta ſimilitudine. 100.d
petrus Cluniacenſis moritur. 461.g
b. petrus inuerſis veſtigiis crucifigitur. 19.a
petrus Lombardus. 463.c
b. petrus Romam venit. 492.g
petrus Carnotenſis. 475.f
phaëthontis incendium. 481.g
phalaris tyrannis. 188.e
phalec. 479.
ſ. phareæ virginis. 579.c
pharamundus. 407.i
pharnabazus & Tiſſafernes Artaxerxis præfecti. 193.f
pharnaces vincitur. 217.h
pharum turris maxima. 160.k
pharus Bolonienſis reſtauratur. 507.d
phaſelum militiæ præfecit Antipater. 128.f
phaſelus ſaxis capite illiſo moritur. 129.g
phaſelus tetrarcha Iudæorum. 129.d
phiala flumen. 154.c
phidon. 484.b
phierius. 495.h
ſ. philadelphij. 540.c
ſ. philaſtrij epiſcopi depoſitio. 552.c
phileas. 496.b
b. phileæ epiſcopi paſſio. 525.c
de philemone martyre, & iis qui cum ipſo fuere martyribus. 77.f
ſ. philomoni martyris natalis. 574.i
SS. philemonis & Apollonij natalis. 519.k
philetus Hermogenis diſcipulus fit Chriſtianus. 26.b
ſ. philiberti abbatis natalis. 558.f
ſ. philippi presbyteri. 540.g
ſ. philippi cum ſociis ſuis. 557.g
ſ. philippi epiſcopi. 534.h
bb. philippi & Iacobi Apoſtolorum. 538.d
b. philippi epiſcopi. 563.b
philippi res geſtæ. 195.h
ſ. philippi. 551.g
ſ. philippi natalis. 544.h
b. philippi origo. 43.i
ſ. philippi epiſcopi & martyris natalis. 570.d
philippi crudelitas in Thebanos. 195.k
philippicus. 427.h
philippicus. 503.d
in philippos Maced. vrbẽ b. Andreę cõmigratio. 21.g.h
philippus Amynthę filius Macedonum regnum adeptus eſt. 195.b
philippus occiditur. 486.k
philippus Byzantium obſidet. 195.g
philippus Flandrenſis petit Hieroſolymam. 470.i
philippus. 499.e
philippus Imperator primus Chriſtianus. 224.e
philippus. 448.g
philippus rex alterum perdidit oculum. 195.c
philippus contra Thebanos & Lacedæmonios. 195.i
philippus. 486.i
philippus Baiocenſis epiſcopus. 464.g
philippus. 495.a
philippus Flandrenſis comes. 468.i
philo Romam mittitur. 492.e
b. philogonij. 581.a
philoij Iudæus baptizatur. 10.h
philonis vxorem lepra tactam curat baptiſmus. 10.i.k
philomedes puer ſanatus, alios ſanat. 22.e
de Philoromo presbytero. 83.d
philoromi tribuni cum innumera multitudine paſſio. 525.c
philopator naufragus ſuſcitatur. 24.c
philoſophiæ monaſticæ gymnaſium. 95.c
philoſophiæ monaſteria duo extruuntur. 98.c
SS. philumeni & Paramoni. 578.a
phinees cuſtos Gazophylacij comprehenditur. 177.a
in Phlago liberatur dæmoniacus, qui cum patre & domeſticis baptizatur. 12.a
phleboromia quartę lunæ periculoſa. 389.h
phœbas interficitur. 146.b
ſ. phœbes natalis. 561.d
b. phocæ martyris natalis. 519.f
S. phocæ hieromartyris Lipſani reportatio. 552.k
b. phocæ epiſc. natalis. 551.d
phocas. 501.h
S. photini epiſ. 544.b
SS. Phlori & Lauri natale. 558.c
de Photina. 85.f
SS. Photij & Aniceti martyrium. 557.b
photinus. 497.b
photinus Irenæus epipodius Alexander. 323.c
photinus. 497.h
photinus. 494.a
photinus eccleſiæ Lugdunenſis epiſ. 234.f
phryxo. 481.k
piamum donatur gratia prophetiæ. 68.e
picentinum bellum. 490.a
pictaui Gunthrano pro vaſtatione ſe ſubmittunt. 275.g
pictaui dant obſides. 466.a
pictauos deterrores Gunthranus populatur. 277.b
picti. 399.e
pictoratus. 448.b
pictoris ſacrilegi manus exaruit. 411.h
picus. 482.a
b. pierij presbyteri. 572.k
S. pientiæ. 568.c
pietas apud aduerſarios non apud ſocios reperiebatur. 167.k
pietas obſequioſa. 341.i
pietas admirabilis. 35.a
pietatis opera Seueri. 343.c
pietatis ædificia. 465.i
b. pigmenij presbyteri paſſio. 532.b
b. pij Papæ & martyris. 550.i
pilatus. 492.b
pilatus à Tiberio in Iudæam mittitur. 141.g
pilatus de Chriſto ad Tiberium ſcripſit. 492.c
pilatus exulat. 492.f
pilatus de Chriſto ſcribit ad Tyberium. 234.c
pilatus anno ſecundo Tyberij manus ſibi intulit. 221.h
pilegrinus. 446.c
pindarus. 485.i
b. pinyti. 567.k
pio obtinuit aquam precibus. 80.h
S. pionij martyris. 524.f
pionius. 494.a
pior abbatis vita. 60.e
pior abbatis vita. 80.e
S. pippini obitus. 527.k
pippinus. 421.k
pippinus moritur. 505.b
pippinus vngitur à Stephano pontifice. 504.h
pippinus regnum Franciæ inuadit. 504.f
pippinus nubit Alpheidę. 314.c
pippinus fuit prudens. 309.k
pippinus ad Frelios mittit prædicatores. 391.g
pippinus moritur. 312.f
pippinus à Bonifacio coronatur. 430.b
pippinus obiit. 503.g
pippinus Venetias ſubiicit. 507.c
pippinus papam reſtituit. 504.h
piræeus Athenienſium portus ſeptemplici muro communitus. 213.g
S. pirminij epiſ. & confeſſ. depoſitio. 572.g
pirrhi epiſ. hypocritica pœnitentia. 502.b
piſander dux apud Spartam. 193.g.h
piſcatura epiſcopalis. 382.d
piſcari hamo aureo. 222.d
piſces Arithmetici. 413.h
quod Piſcis in arido, hoc monachus in oppido. 72.f
de ſ. Pitirum. 69.e
pytirion bis in hebdomada comedit. 78.f
pityrionis abb. & eorum qui cum ipſo erant vita. 78.e
S. pityrus adit monaſterium virginum. 69.f
placidia. 498.f
S. placidię virginis. 569.b
S. placidi monachi martyris natalis. 567.a
S. placiti epiſ. depoſitio. 539.g
placitum Dei & permiſſio. 81.a
placitum Beltonancum. 283.e
plaga diuina moritur Aſterius. 93.c
plagæ decem Ægyptiorum. 187.a
planetarum coniunctio. 472.f
plato miniſterium mulierum à ſuo amouit monaſterio. 120.d
plato detinetur catena ferrea. 121.f
plato diligit virgas correctionis. 119.a
plato arguit imperatorem, vt olim Ioannes Herodem. 120.h
plato. 486.a
plato omnia abdicauit. 118.d
b. plato exulat. 121.k
plato orbus parentibus. 118.b
quid plato in imperatoris aula. 118.b
plato. 396.g
plato pauperum patronus & afflictorum. 119.k
plato carceri traditur. 120.k
plato notarius. 118.b
S. platonis presbyteri paſsio. 566.d
S. platonis martyris natalis. 552.k
b. platonis parentes. 117.i
b. platonis poſtrema verba ſonant reſurrectionem. 121.h
b. platonis accuſationes. 121.a
b. platonis paupertas. 119.b
b. platonis aſſertio pro imaginibus. 120.e
S. plauti. 565.i
plautilla commodat d. Paulo ſudarium. 54.h
plebs vociferatur poſt Egid. epiſc. 271.b

S. plechelmi episcopi natale. 551.g
plinius pro Christianis intercedit. 493.g
S. plutarchi martyris. 548.g
pluit frumento. 428.f
pluit sanguine. 432.f
non pluit super reliquias. 322.c
pluuia non nisi opportunis temporibus ministratur. 203.f
pluuia multos oppressit. 454.g
pluuia auxiliaris. 209.c
pluuiæ sequentes. 283.h
pluuiæ graues. 419.h
pluuiæ diluuij. 480.f
pluuiæ frequentes. 450.i
pluuiæ grauissimæ. 425.d
pluuiam precibus impetrat Carolus. 505.c
plynos & Scolopythus per insidias trucidantur. 187.i
de Pœmanie. 72.c
pœna eorum qui se interimunt. 152.b
pœna puellis senem inhonorantibus. 90.c
pœnæ blasphemiæ. 11.a
pœnorum exercitus cæsus. 203.b
pœnitentia lapsi. 72.b
pœnitentia. 387.f
pœnitentia prouocat misericordiam. 296.c
pœnitentia nulli est infructuosa. 76.k
pœnitentia hæretici. 26.c
pœnitens donatur quotidiano pane diuinitus. 71.h
pœnitens Deo gratior iusto. 86.d
pœnitenti dæmones insultant. 71.c
pœnitentis aperta confessio. 47.h
pœnitentiæ vis & eiusdem ratio in primitiua ecclesia. 30.g
poblicius Malleolus matricidij reus, insutus in culeum in mare deiectus est. 209.i
poetices studio arguitur Episcopus. 471.f
S. poiencti natalis. 542.c
S. poliani episcopi. 562.g
S. pollionis martyris. 537.f
S. polycarpi martyris natale, & sociorum. 523.g
b. polycarpi sacerdotis & martyris. 548.g
S. polycarpi epis. & confess. 528.a
polycarpus auditor. 494.a
polycarpus b. Ioannis Apost. discipulus. 234.f
polychronij mores. 109.h
S. polychronij epis. & martyris. 527.d
polychronium bene docuisse, melius vixisse scribitur. 109.g
S. polychronius. 107.b
S. polyeucti martyris. 526.g
polymij regis filia curatur. 38.b
polymius rex, Episcopus creatur. 39.c
S. pomæ virginis. 548.c
pompa funebris Herodis. 142.a
pompeij & Cęsaris exercitus. 217.d.e
S. pompei, Terentij & sociorum martyrum. 534.g
pompeius Hierosolymam capit. 490.c
pompeius minimè auarus. 126.a
pompeius templum cepit. 176.f
pompeius Iudęos cædit. 126.h
pompeius occiditur. 491.a
pons decem annorum tribus horis exarsit. 434.d
S. pontiani martyris translatio. 522.d
S. pontiani martyris. 521.d
S. pontiani natalis. 559.c
S. pontiani martyris. 578.f
b. pontiani papæ natale. 575.k
ponticus. 493.i
dat pontifex reliquias regi Anglorum. 378.a
S. pontij. 530.a
S. pontij martyris natalis. 541.a
pontifices ad Martianum congregantur. 94.a
pontifici Rom. auxiliatur Pippinus. 430.e
b. pontificis Gregorij. 530.e
pontificis irrisi punitio. 457.e
pontificum Idolorum census & diuitię. 33.e.f
pontius diaconus. 495.c
popo Stabulensis. 447.i
S. porcariæ virginis & martyris. 567.f
porcarij, abbatis, monasterij Lirinensis & martyris. 557.b
porcus facie hominis. 453.g
b. porphyrij viri Dei natalis. 558.f
S. porphyrij archiepis. Gazæ. 528.f
SS. porphyrij & Onesiphori martyrum. 573.k
porta vrbis sponte propria reseratur. 175.g
portenta. 269.e
S. portiani abb. & confessoris. 577.a
porticus Herodis circa sacrarium. 132.b
portus vrbis descriptio. 160.i
posidonij abbatis vita. 78.h
posidonius curat grauidam à dæmonio. 78.i
possemij sacerdotis. 546.h
possessoris epis. & confess. translatio. 539.b
SS. potamiæ & Iulij. 579.a
potamiana in lebetem bullientis picis cum matre Marcella proiicitur. 58.c
potamianæ puellæ vita. 58.b
S. potamianę. 548.g
S. pothamij natalis. 527.h
potentia Dei in iis nutriendis, qui carent necessariis. 98.a
S. potentianę virginis. 541.i
SS. Potentiani & Sauiniani & eius sociorum martyrum. 569.i
S. potentiani natalis. 582.g
potestas sanctorum. 121.k
potio magica. 103.c
potus & victus Platonis. 119.c
potus & cibus ægrotis licitus. 57.d
à potu & cibo quomodo abstinendum. 57.b
S. pragmatij episcopi. 576.g
prata Cyri. 103.k
S. praxedis virginis. 552.h
precationum ritus quis. 91.g
præceptor b. Matthiæ. 44.h
præcipitio d. Iacobus claudicat. 32.c
præcipitium vbi. 41.g
s. præcordij confessoris natalis. 524.g
præda militaris. 130.i
prædestinatorum hæresis. 407.e
prædicando Theodorus diœcesim lustrat. 378.h
prædictio Hierosolymitani excidij. 163.b
prædicatio b. Philippi Apostoli. 44.a
prædicatio b. Petri. 49.a
prædicatio Apostoli per successionem gloriã Dei quærit. 45.g
prædictio Ioannis magni. 72.f
prædictionis Symeonis. 112.c
prægnans debeatne baptizari. 358.e
s. præiecti epis. martyris. 523.f
prælio forensi succedit internum. 163.h
prælio trino Hierosolyma laborabat. 162.b
prælium Mundense. 217.i
præmonstratensium fundator. 454.e
præmonstratensium ordo incipit. 455.b
pręnestini bellando vsque ad portam Romæ peruenerunt. 194.d
præparatio d. Andreæ ad passionem. 23.d
prępidignæ mulieris, martyris cum duobus filiis. 527.e
s. presidij epis. & confess. 561.i
presidis domus benedicitur. 11.c
prestigiator amatoris precibus mulierẽ equã facit. 62.b

præstigiæ vociferantes in Theodoretum. 107.f
præstigiorum pœnas rependunt magi. 34.c
præsulum studium quale esse debeat. 41.f
præsumptio quàm officiat saluti. 71.i
SS. prætextati, Felicissimi & Agapiti diaconorum martyrium. 556.b
prætextati damnatio. 260.c
prætextatus Rhot. reuocatur. 276.b
prætextatus epis. Rhotom. ob incæstas nuptias periclitatur. 259.d
prætextatus Episcopus Rothomagen. per Fredegundam die Paschæ occiditur. 284.k
præuaricationis Adæ expositio. 36.c
præuisio mortis. 386.f
preces sanctorum. 104.c
precibus lectoris eripitur misera à partus doloribus. 86.i
preciosa seruantur in vasis fictilibus. 33.k
precum vis. 59.f
presbyter curatur cancro. 63.g
presbyter viuus sepelitur. 250.g
presbyter praua in episcopum moliens cacauit viscera. 240.i
presbyter qui baptizare poterat, catechizare debebat. 390.e
presbyteri & diaconi ordinantur. 44.a
presbyteri monachorum ianitores & ministri. 78.c
S. priami. 543.e
priamus. 482.a
prilidianus martyr. 523.d
primatus Britannię. 470.f
SS. primi & Feliciani natalis. 545.c
primitiæ. 101.d
SS. primitiui & Facundi marty. natalis. 577.g
S. primitiui. 535.c
princeps Idumæorum vafer & callidus. 159.h
princeps negans se daturum pacem, ipse solus occiditur. 74.b
SS. principij & Lupi confessorum eleuatio. 544.a
S. principij episcopi. 565.c
prisce virginis passio. 522.c
s. prisci. 566.d
s. prisci martyris. 560.k
s. prisci martyris passio. 543.b
s. prisci martyris. 532.g
s. prisci martyris natalis. 569.d
priscianus. 415.i
priscilliani accusatores. 404.k
priscillianus hæreticatur. 404.i
priscus. 501.f
priscus Ionathem succubuit. 173.h
priscus Iudæus occiditur. 269.b
s. priuati epis. & martyris passio. 558.h
ss. priuati & Dionysij. 564.e
priuatus martyr. 235.a
priuatus. 442.c
priuilegium monast. 383.f
probatur igne coniugalis castitas. 346.a
s. probæ virginis translatio. 537.g
probitati quæ ferant testimonium. 57.d
probi imperium. 225.b
b. probi martyris. 568.c
s. probi pontificis. 574.a
s. probi martyris natalis. 574.g
probra militiæ graniora, quàm mortis vulnera. 176.k
probus imperator. 495.f
procas. 484.a
procas Æmylij & Numitoris pater. 189.c
ss. processi & Martiani natalis. 549.c
s. prochori natalis. 534.c
prochorus vt maleficus in carcerem truditur. 4.g
procidus quadrigam iungit. 481.f
s. procli martyris. 551.a
s. procli diaconi. 564.c
proconsul, & Prodiana sanitati redditi, baptizantur. 13.h
s. procopij Synaxetæ. 528.i
b. procopij martyris natalis. 550.c
b. proculi martyris. 535.b
s. proculi presbyteri. 578.d
proculi imperium. 225.b
s. proculi martyris. 572.k
proculus presbyter occiditur. 246.a
prodiana Vidua in filium intemperans. 12.k
prodianæ pœnitentia. 13.i
prodianæ eleemosyna. 13.k
prodigia. 491.h
prodigia. 202.f
prodigia. 281.f
prodigia. 487.i
prodigia. 287.c
prodigia. 489.k
prodigia & signa. 270.a
prodigia. 268.e
prodigia Romæ visa. 199.h
prodigia. 199.h
prodigia. 441.d
prodigia. 210.
prodigia. 416.k
prodigia. 282.k
prodigia euersionem Hierosolymitanam portendentia. 175.f
prodigia. 275.e
prodigia dira. 202.i
prodigia diuersa apparuere. 206.k
prodigiosa Hyrtaci regis mors. 37.f
prodigiorum interpretes. 175.f
prodigium Augusti reuertentis. 219.c
proletarij qui. 199.b
s. promi martyris. 580.e
profectio b. Andreæ in Achaiam prima. 20.e
prometheus. 481.f
promissa fides non debet temerari. 293.k
promotus repetit Episcopatum. 276.c
prophetia s. Macarij. 62.a
propheticum donum. 103.e
proposito malo nihil aggrediendum. 81.a
propositum monasticum. 118.f
s. prosdocimi depositio. 573.e
s. prosperi epis. 548.b
b. prosperi depositio. 554.d
in Prosperis inuidia carere difficile est. 128.g
prothadij epis. & confess. depositio. 526.a
protadius occiditur. 306.b
protoparentum immortalitas peccando perdita. 358.f
prothasij epis. & confess. 577.a
prothus. 443.h
SS. proti & Hiacynthi martyrum. 562.i
de Protocomite. 177.a
prouidentia Dei negatur dæmone suggerente. 67.k
prouidentia virtuti comes. 165.a
prouinciæ nomen vnde deductum. 141.b
s. prudentij epis. & confess. 537.f
prudentius. 405.e
psalmodia Gall. restituitur. 432.h
psallentium Angelorum chorus in ecclesia. 345.g
psalterij restituitur. 404.c
pseudoimperator. 457.k
s. procli patris archiepis. 576.c
pseudochristus. 420.a
pseudochristus. 301.k
pseudomoses in Creta. 498.g
pseudopropheta Ægyptius. 145.b
pseudoprophetæ duo. 35.e

pseudoprophetæ resistunt Apostolis. 45.b
pseudoprophetæ maniæ. 175.c
pseudosynodus. 505.k
ptochotrophium, domus hospitalis mutilorum. 58.k
ptolemæi hæresis, quod casu fiant omnia. 67.i
ptolemæi Alexandrinorum regis vita misera. 208.b
b. ptolomæi martyris. 551.a
ptolemæus Philometor. 489.a
ptolemæus Philadelphus. 487.h
ptolemęus Euergetes. 489.e
ptolemæus iugulatur. 130.f
ptolemæus Philopator. 488.f
ptolemæus filium occidit. 127.i
ptolemæus obsidione clauditur. 125.h
ptolemæus Ionathæ matrem Germanósque muris præcipitauit. 123.k
SS. ptolemæi & Lucij martyrum natalis. 569.h
ptolemæus. 487.d
ptolemæus Epiphanes. 488.h
ptolemæus Menneus. 127.i
ptolemæus Phiscon. 489.k
b. publij episc. natalis. 522.h
publij pater à febribus & dysenteria sanatur. 19.h
SS. publij, Iuliani & Marcelli. 527.g
S. publij. 535.e
publius Romanus sacerdos. 96.b
publius ex ordine Senatorio. 96.f
publius Seruilius consul Pamphiliam & Ciliciam adoritur. 212.d
pudens incaurior in certamine succubuit. 173.a
b. pudentis patris supradictæ virginis. 541.i
pudicitiæ insidiatores. 87.c
pudor alit audaciam. 168.h
puella Christo consecratur. 49.k
puella à Spiritu Pythonico liberatur. 19.f
puella sanatur. 341.a
puella ad præsentiam d. Petri dæmonio liberatur. 18.b
puella triennio non comedit. 435.a
puella ab Arrianis rebaptisari renuit. 237.a
puella stupratore Amalum occidit. 291.g
puellæ speciem dæmon tentat. 67.a
de puellis Pictauensis monasterij. 270.d
puer Iudæus Eucharistiæ perceptione seruatur in camino ignis. 316.k
puer defunctus canit in choro. 326.g
puer à rabioso canis morsu liberatur. 59.g
puer qui ceciderat in puteum nihil mali est passus. 91.i
puer quadrupes. 420.b
puer diuinitus seruatur ad baptismum. 375.b
puer biceps. 454.a
puer suscitatur. 107.c
puer ad portam Nicomediæ in grabato mortuus suscitatur à b. Andrea. 21.d
puer curatur à graui morbo Basi aræ admotus. 104.a
puer mortuus suscitatur. 22.d
pueri Iesu relatio ex Ægypto. 520.c
puerperia luctuosa habuere puerperæ. 178.b
puerpera cogitur purgare stupri, quem falsò accusauerat. 86.g
pugna spiritualis. 95.h
pugna terribilis. 209.b
pugna Cannensis. 202.k
pugnam soluit cæli tempestas. 251.f
pulchritudo pudicis exilium. 100.c
pulchronij Episcopi & confessoris translatio. 539.b
puluis sepulchri medetur capiti. 324.k
puluis sepulchri martyris medetur febribus. 335.a
puluis sepulchri Iuliani medicabilis. 335.i
post Punitionem manet misericordia. 131.e
punicum bellum. 486.a
punicum tertium bellum. 488.g
purra fit episcopus. 378.k
purgatorij locus. 392.e
purgatorio liberant orationes. 392.k
purgatorius ignis. 373.g
purgatorius ignis. 226.d
purificatio b. virginis. 524.i
purificationis festum. 416.k
purificationis dies festus. 426.d
b. pusinnæ virginis. 536.i
puteus b. virginis. 315.i
pyraticum bellum. 214.b
pyrrhus Tarentinis opitulatur. 199.a
pyrrhus. 487.h
pyrrhus ictu tegulæ interit. 199.f
pythagoras. 485.f
pythonica puella. 49.g
pythonicus b. Ioannis aduentu fugatur. 6.f
pythonis oraculum. 217.c
pythonissa maximum quæstum diuinando facit. 280.a

Q

QVadragesimales conciones. 356.e
quadraginta quattuor Romanorum interfecta. 203.a
quadraginta millia hominum bello cæsa. 204.g
SS. quadragintaquinque martyrum. 550.h
SS. quadraginta Virginum natalis. 551.f
quadraginta octo martyres Armeniæ. 329.k
quadraginta millia hominum trucidata. 204.c
quadraginta martyres Lugaunenses. 323.b
ff. quadraginta & septem Martyrum passio. 530.h
ff. quadraginta duorum Martyrum. 529.h
quadraginta millia hominum igni atque ferro consumpta. 203.k
quadraginta sex millitum natalis. 570.k
ff. quadraginta Militum natalis. 530.b
quadraginta millia Samnitum siue Gallorum cæsa. 197.f
quadragesima. 105.k
quadragesima. 63.d
quadragesima. 63.h
quadragesima instituitur. 426.c
quadragesimæ ieiunium. 62.h
b. quadrati Apostolorum discipuli natalis. 543.a
quadrati episcopi. 558.h
f. quadrati martyris. 543.b
quadratus. 493.k
quæstio de pascate. 376.i
quæstio iudiciaria in monasterio non est habenda. 103.c
ff. Quarti & Quinti natalis. 540.c
b. quarti Apostolorum discipuli natalis. 572.f
b. quarti passio. 556.b
S. quartillæ. 531.e
de Quattuor decimanis. 94.h
ff. quattuor millium, nongentorum, septuaginta sex confessorum & martyrum. 568.f
f. querani abbatis. 562.e
qui Deum amat, mundi spernit omnia. 116.c
qui in vano animam suam accipiunt. 58.i
qui stat, videat ne cadat. 67.k
quibus abundet Anglia. 352.c
quibuscum maximè colloquendum. 70.d
quingentæ naues incensæ. 204.b
quingenti patibulis affixi. 167.k
f. quiniberti confessoris. 541.h
S. quinidij episcopi. 527.b
quinquaginta orationes. 64.f
SS. quinquaginta Martyrum. 580.h
quinque eremitarum natalis. 574.e
quinque millia monachorum. 114.d
quinquies decies centena milia peditum equitúmve ab Alexandro occubuere. 196.h
quinta persecutio. 494.f
quinta editio scripturarum inuenitur. 494.g
SS. quinti & Quarti natalis. 540.c
S. quinti martyris. 561.g
S. quinti martyris. 571.g
Q. Mutij factum audax. 176.d
S. quinti. 531.e
S. quintiani episc. & confess. depositio. 574.g
S. quintiani presby. & confess. 546.b
S. quintiliani martyris. 537.g
S. quintiliani. 535.e
S. quintilli. 531.e
quintianus Ruthenorum episc. 243.c
quintianus episcopus. 244.g
quintilius. 495.e
quintinianus. 414.g
quintini martyris inuentio. 443.a
S. quintini. 571.k
S. quintini martyris corporis inuentio. 550.d
b. quintini martyris inuentio. 519.f
quintinus & Heraclius Romanorum duces à Francis deuicti. 405.b
S. quiriaci episc. passio. 539.a
SS. quiriaci & Apollinatis. 547.e
SS. quiriaci & Archelai natalis. 558.i
S. quiriaci presbyteri. 529.h
S. quiriaci passio cum aliis viginti. 557.a
S. quirini. 568.c
S. quirini tribuni & martyris. 538.b
b. quirini martyris & tribuni natalis. 532.k
S. quirini episc. natalis. 544.e
quirinus Thessalonicæ prouinciæ proconsul. 22.g
quirinus martyr. 235.a
ne Quis pro virtutibus glorietur. 71.b
ne Quis desperet, sed emendet. 71.d
S. quiteriæ virginis. 542.c
quo miraculo Genesij statuatur ecclesia. 325.g
S. quod vult Deus. 577.i
quomodo possit quis cognatis succurrere citra animæ naufragium. 58.i
quorsum copula carnis. 359.c
quorum sint episcopalia bona. 357.g

R

RAbades. 415.e
rabbanus. 435.b
raberius monachus. 440.k
rachis. 429.g
radagaisus perit. 405.h
S. radbodi episc. & confess. 57.
SS. radbodi & Lebuini confess. 548.b
radegundis. 349.d
S. radegundis reginæ natalis. 557.c
radegundis. 417.k
radegundis monasterium Pictaui construxit. 245.f
rado. 422.k
radulphus elatus victoria rebellat. 311.f
radulphus de Fulgeriis. 469.a
radulphus Normannus. 469.f
ragadaisus. 406.f
ragan. 479.i
S. ragenfredis virginis. 561.c
S. ragenfredis virginis corporis relatio. 545.g
S. ragenfredis virginis. 567.g
S. ragenustæ virginis. 551.e
rages seu Rohais. 462.a
ragnacarius cum fratribus interficitur. 244.c
S. ragnulfi martyris passio. 573.k
b. raimundi confessoris. 520.b
S. raineldis virginis & martyris. 551.i
ramaldus dum Agarenos lacessit capitur. 464.d
ranchinus interimitur. 288.c
S. ranulphi martyris. 543.d
rapacitas ex ingluuia. 156.c
b. raphaelis Archangeli festiuitas. 576.c
raptus mentis. 57.h
raptus Helenæ. 188.b
S. rasiphi martyris. 553.a
ratholdus damnari cum pluribus quàm saluari cum paucis maluit. 428.c
ratio contra peccatum. 57.a
ratio, tempus, discretio. 57.d
rationes quarundam cæremoniarum. 164.e
rauenna papæ per Pippinum obtigit. 504.h
rauennam mittitur b. Apollinaris. 49.b
S. rauerij. 546.i
rauchinus seruum & ancillam viuos defodit, quia se inscio nupsissent. 256.h
raucini calliditas. 256.f
raymundus occiditur. 459.g
rebecca nati duo populi. 482.g
de Rebus à b. Petro principe Apostolorum præclarè gestis. 16.b
redonis natalis. 520.a
reges bonos cur Deus promoueat. 360.f
reges & Reginæ inuicem visitant. 288.i
reges Francorum & Anglorum conueniunt. 465.g
reges præliantur. 305.f
reges Argiuorum. 481.d
reges gentium. 233.i
regia proles multorum testimonio comprobatur. 281.g
regumbertus. 427.c
regina Sabba. 483.g
regina restituit ecclesiæ. 333.c
S. reginæ solennitas. 549.b
S. reginæ virginis. 562.a
regis Indiæ subita mutatio & oratio ad b. Thomam Apostolum. 39.h
S. regisuvindæ virginis. 551.g
regni Herodis ruinæ principia. 132.c
regnum Iudæorum generationi Iudæ debebatur. 142.f
regula monastica diuinitus data. 68.h
regulæ imbecillioribus quoque esse accommodatæ. 68.k
ff. regulæ & Felicis natale. 562.k
reguli ægrotant. 262.e
f. reguli episc. & confess. depositio. 533.a
reguli baptizantur interficiendi. 383.a
regulus necatur. 486.d
regulus ad pacem mittitur. 201.g
regum trium magorum translatio. 553.a
regum Franc. coronatio à Senonensi. 473.f
b. reineri solitarij memoriæ. 534.h
relegatio d. Ioannis in Pathmum. 27.f
relegatio b. Clementis. 48.a
f. relindis & Herlindis virg. germanatú transl. 532.a
reliquiæ seruantur ab incendio. 323.h
reliquiæ b. Antonij. 415.k
reliquiæ Iacobi Nisibeni. 496.k
reliquię Ioannis Baptistę. 496.h
reliquiæ Gerualsij & Protasij. 497.f
reliquiæ Vitalis & Agricolæ. 240.e
reliquiæ. 94.i
reliquiæ Ioannis Reomaensis. 347.i
reliquiæ. 101.g
reliquiæ sanctorum. 108.g

reliquiæ sanctorum. 497.i
reliquiæ ignibus resistunt. 318.d
reliquiæ illæsæ ab ignibus. 319.i
reliquiæ Ferreoli & Iuliani. 504.c
reliquiæ b. Stephani Hippolyti & Tyburtij. 507.i
reliquiæ extinguunt incendium. 328.b
reliquiæ ss. Andreæ & Dionysij. 476.i
reliquiæ Ioannis Baptistæ. 421.b
reliquiæ Viti martyris. 450.e
reliquiæ Prisci. 409.f
reliquię Augustini. 428.f
reliquiæ s. Stephani, Nicodemij, Gamalielis. 407.g
reliquiæ s. Ioannis Baptistæ. 82.d
reliquiæ Andeoli. 508.b
reliquiæ multorum. 443.g
reliquiæ die depositionis leuantur. 388.e
reliquiarum s. Thomæ virtus. 43.g
reliquiarum Vvaburgis, Vvinbaldi & Vvilibaldi translatio. 538.f
reliquiarum s. Ioannis Chrysostomi reportatio. 523.i
reliquiarum Gereonis inuentio. 455.f
reliquiarum d. Cypriani translatio. 544.a
reliquiarum s. Nicephori patriarchæ Constantinopolis reportatio. 530.g
reliquiarum s. Athanasij patris reportatio. 538.h
reliquiarum veneratio demonstratur similitudine. 100.a
reliquiarum vis aduersus incendium. 317.d
reliquiarum attactu cæca illuminatur. 355.k
reliquiarum miracula. 98.e
reliquiarum inuentio. 304.c
reliquiarum violator Clodouęus luit. 424.c
reliquias osculari. 107.i
ad Reliquias Quilliani cæcus illuminatus. 429.i
reliquiæ Cypriani & Scillitanorum. 506.k
ad reliquias Diui Ioannis miracula. 317.k
reliquiis altaria consecrantur. 396.c
s. remacli epis. & confess. depositio. 561.d
b. remacli. 562.h
s. remati epis. & confess. 574.c
s. remberti archiepis. 525.c
s. remberti archiepis. & confess. 545.g
remedij episcopi natalis. 525.a
remedium cum remedio præponderandum. 157.h
remelus Monachus rex creatur. 462.h
s. remigij. 539.i
s. remigij depositio. 521.b
b. remigij. 552.c
s. remigij episcopi. 573.c
s. remigius monet Chlodoueũ vt Idola abneget. 242.b
remigius puellam suscitauit. 346.d
remigius. 410.c
remigius episcopus obiit. 272.c.
remigius mortuum suscitat. 242.c
remilia. 501.f
remuneratio Christianorum. 50.c
remus & Romulus Romæ conditores. 189.g
remus & Romulus. 484.b
renatus Frigeridus Historiographus. 238.h
renatus Historiographus. 239.b
b. renoberti episc. & confess. 541.e
renunciare mundo. 85.b
s. reparatæ virginis. 567.g
rerum mutationes. 116.d
s. respicij martyris natale. 574.a
responsio Cæsaris ad Herodem. 131.
responsio b. Matthæi Apost. ad reginam. 36.c
responsio Antipatri aduersus acculationem patris Herodis. 138.h
responsum Delphicum vanissimum. 199.b
respublica non semper iuuatur præliis. 157.g
resurgens mira narrat. 425.a
resurgit mulier triduana. 473.k
resurrectio. 169.i
resurrectio. 62.d
Resurrectio Domini nostri Iesu Christi. 532.f
resurrectio. 121.h
resurrectionem boni expectant pro merito: mali metuunt pro iudicio. 899.a
resurrectionis demonstratio. 298.e
resurrectionis fides. 174.h
restituenti mitescit ignis. 97.g
s. restituti natalis. 559.a
s. restituti natalis. 543.f
s. restituti depositio. 573.f
restitutio alieni. 59.g
reticij coniugalis castitas. 345.i
s. retilli confess. 550.i
retius. 496.e
reuelatio damnationis. 393.f
reuelatio obitus. 381.d
reuelatione diuina cognoscitur Apost. Thomas. 39.h
reuelationes factæ s. Apollini. 73.f
reuelatur author paterni morbi remedium. 342.
reuelatus dies obitus. 379.e
b. reuerentij presby. & confess. 563.a
SS. reueriani epis. & Pauli presby. 543.k
s. reuocatæ natalis. 525.g
reuocati & Victoris. 520.h
reum sæpè corrigit metus. 155.k
rex quòd liberius parceret occiditur. 374.g
rex à paupere monetur insidiarum. 276.c
rex Indiæ cum fratre & populo baptizatur. 40.d
rex apud Persas bello abstinet. 419.b
rex deuotus ad reliquias Th. Cantuar. 469.i
rhadagaisus. 229.c. occiditur. f
rhadegundis eligit sepulturam. 295.e
rhadegundis monast. constituit. 295.a
rhadegundis b. Martini imitatrix. 295.k
rhadegundis obitus. 267.b
rhetores non curant vera, sed apta dicere. 117.f
rhetoricis coloribus oratio instructa. 45.d
rhodon consulatu depositio baptizatur. 8.c
rhodonem proconsularem baptizat Apostolus. 8.h
rhodus terræmotu concussa. 202.f
b. richardi regis patris sanctæ Vvalburgis. 521.k
s. richardi epis. & confess. 533.g
s. richardis depositio. 564.b
richardus Angl. rex sepelitur. 477.k
richardus rex Anglorum capitur ab Austrasianis. 477.e
richardus Cyprum subegit. 477.a
richaredi legatio ad reges Franc. 289.e
richaredus rex Hispan. conuertitur. 289.c
richaredus Leuuieldi successit, legatósque ad Guntranum mittit. 287.a
s. richarij presbyteri & confess. 537.d
s. rictrudis depositio. 540.g
s. rictrudis corporis eleuatio. 525.k
s. rictrudis vigilia. 540.e
s. rigomari confessoris. 559.c
rigundis cum filia inimicitiæ. 292.i
rigundis latitat. 275.d
riothimus. 412.b
riphæi montes. 184.i
ritus precationum quis. 91.g
rixæ reginæ Hungariæ obitus. 531.g
b. roberti depositio. 537.a
b. roberti confessoris. 537.i
roberti abbatis depositio. 545.a
robertus de Monte. 470.e
robertus de Botua crudelis. 460.e
robertus de Nouoburgo. 463.b

robertus Rex. 446.d
robertus. 444.k
robertus de Leecestria. 469.d
roboam. 483.g
ss. robustiani & Marci. 560.h
b. rochi confess. depositio. 557.i
rodoaldus occiditur. 309.a
rodoaldus. 423.f
rodulphus coronatur. 449.k
rodulphus. 440.i
S. rogati monachi. 558.a
ss. rogatiani presbyteri, & Felicissimi martyrum. 571.b
bb. rogatiani & Donatiani martyrum. 542.a
ss. rogatiani, Castoris & Victoris. 582.d
rogationes Mamertus instituit. 243.a
rogationes. 287.g
rogationes Mamertus instituit. 499.c
rogerij confessoris. 519.h
rogerius Malabr. rebelles subditos morte puniunt. 466.i
rogerus Corinthum spoliat. 459.a
rolandus decanus. 471.e
rolandæ virginis. 540.i
roma conditur. 189.e.g
roma capitur. 407.b
roma caput mundi. 256.b
roma capitur. 411.b
roma iuxta Sybillam diruta, fit vicus. 84.k
roma caput Ecclesiarum statuitur. 501.h
roma conditur. 484.c
roma per Christum seruata. 203.f
roma venalis si emptorem inuenerit. 208.k
roma caput Ecclesiarum. 420.i
S. romacli translatio. 548.b
romana est Apostolica ecclesia. 395.e
romanæ vrbis beatitudo. 205.h
romanæ calamitates. 202.b
romanæ virtutis constantia. 149.k
S. romani presbyteri & confess. 577.a
romani fugatis seditiosis Titum imperatorem declarant. 176.a
romani per caua muri ingrediuntur. 164.i
S. romani natalis. 575.h
romani prodigiis diris territi. 202.i
S. romani abbatis depositio. 528.i
s. romani epis. & confess. 570.g
s. romani episcopi. 567.c
romani quàm fallò superstitioni tribuerent felicitatem imperij. 213.c
romam fecit Augustus marmoream. 222.d
romam sex mensibus in potestate Gallorum fuisse scribitur. 193.b
S. romani militis martyris, natalis. 556.g
S. romani abbatis. 542.e
S. romani melodi. 566.d
romani præliantur cum Saxonibus. 240.f
romani volentes irruere in templum prohibentur. 172.c
retinent Romani Gregorium. 362.c
romani victus. 101.h
romanorum dominatio. 165.i
romanorum proceritas. 158.b
romanorum viginti millia cæsa. 201.d
romanorum strages. 213.g
romanorum centum quinquaginta millia bello consumpta. 211.h
romanorum cum Samnitibus bella. 196.a
romanorum monarchia. 401.k
romanum imperium. 233.k
romanum imperium creuit à minimis. 213.a
romanus papa. 439.c
romanis. 101.h. b. romanus succurrit naufragis. 342.i
s. romarici confessoris. 579.c
romeca à d. Ioanne veniam precatur. 2.k
S. romualdi confessoris. 547.b
S. romuli passio. 527.d
s. romuli. 561.h
s. romuli confessoris. 581.i
s. romuli. 532.b
s. romuli & Secundoli fratrum natalis. 532.b
romulus monachus. 101.g
s. roperti ducis Palatini Rheni & confessoris. 541.a
rosæ salutares. 337.a
rothomagus incenditur. 477.g
rotharith. 412.c
rotrocus. 462.f
rotrocus Archiepiscopus Rothomagensis. 465.a
ruandus Venetensis episcopus. 471.d
rucculenus occiditur. 256.a
rucculenus regio morbo corripitur. 256.k
rucculenus Quadrag. carnes comedit. 256.k
b. rufi natalis. 576.e
bb. rufi & Sozimi martyrum natalis. 580.i
S. rufi martyris natalis. 536.a
s. rufi martyris. 577.i
s. rufi martyris natalis. 559.k
s. rufi episcopi & confess. 573.c
s. rufi martyris. 555.b
s. rufi Apost. & sociorum. 534.d
ss. rufinæ & Iustæ passio. 552.e
ss. rufinæ & Secundæ virginum. 550.g
s. rufini confessoris. 558.d
s. rufini martyris natalis. 561.f
rufini scelera. 229.c
s. rufini martyris. 575.c
ss. rufini & Valerij martyrum. 546.b
s. rufini natalis. 528.i
ss. rufini & Martiæ natalis. 547.e
rufini presbyteri vita. 84.f
rufinus. 404.b
rufinus præf. Gildo. 405.i
rufinus & Hieronymus altercantur. 406.a
rugila rex moritur. 408.i
ruina Iudæi nominis tentatur. 151.a
ruina grauis & inoffensa. 325.d
b. rumoldi epis. & marty. relatio. 571.d
b. rumoldi martyris atque pontif. translatio. 569.h
s. rumoldi passio. 549.a
b. rumpharij epis. & confess. 575.i
s. ruperti epis. & confess. 532.f
rubus latibulum Mosis consecratur in ecclesiam. 92.d
b. rustici corporis inuentio. 536.f
s. rustici presbyteri natalis. 567.h
s. rustici epis. & confess. 571.b
s. rustici epis. & confess. 568.k
s. rustici diaconi. 558.a
SS. rustici & Firmi martyrum. 556.g
s. rustici epis. depositio. 565.b
rusticus diuinitus eligitur episcopus. 240.b
rutilius. 489.i

S

SS. Sabæ & Theophori patris, Euthymij magni. 522.g
s. sabæ Gotthi martyris. 534.k
s. sabæ martyris. 571.e
s. sabbæ abbatis & confessoris. 579.a
s. sabbę martyris. 537.a
sabæ regina. 484.i
s. sabbatij martyris. 564.c
de Sabbatio. 83.c
in Sabbatium leo insilit. 83.c
sabelliani. 505.a
s. sabelis martyris. 546.i
sabellius. 94.g
sabellius. 494.h

ſabinæ raptæ. 484.c
S. ſabinæ martyris. 560.e
S. ſabinæ virginis. 560.e
SS. ſabini & Papæ martyrum. 530.k
S. ſabini martyris. 530.g
S. ſabini epiſcopi. 582.f
S. ſabini. 552.f
S. ſabini confeſſoris. 550.i
ſabini meritis ſanatur dæmoniaca. 95.a
S. ſabini paſſio. 571.c
ſabini auſteritas. 94.k
SS. ſabiniani epiſ. & Potentiani natale. 582.g
S. ſabiniani martyris depoſitio. 524.c
ſabinianus papa. 410.h
ſabinus ſe offert Cæſari. 172.a
ſabinus. 430.i
ſabinus telorum ictu decutitur. 172.a
ſacerdotes iubet Guntheramnus canere. 281.a
ſacerdos indignè celebrans punitur. 63.g
ſacerdos in eccleſia. 105.b
ſacerdotalis reuerentia. 176.a
ſacerdotalis benedictionis magnus fructus. 111.i
ſacerdotem ſummum corpore immutilato eſſe oportet. 129.g
ſacerdotes. 111.a
ſacerdotes Iſidis ad mortem rapiuntur. 141.f
ſacerdotes infulati inter hoſtias trucidantur. 126.h
ſacerdotes precio non promouentur. 272.e
ſacerdotij onus grauiſsimum. 104.e
ſacerdotij donum. 106.a
S. ſacerdotis epiſ. 539.b
S. ſacerdotis epiſcopi. 563.a
ſacerdotium inter monachos honorandum. 61.k
ſacerdotium & Ara. 80.i
ſacerdotum Iudaica ſucceſsio. 145.c
ſacerdotum Apollinis ad plebem verba. 8.e
ſacerdotum concubinariorum ſacrificio interdicitur. 449.f
ſacerdotum in Stauyr ciuitate merces. 34.
ſacerdotum creandi conſuetudo. 156.c
ſacerdotum interrogatio. 37.k
ſacra tractans indigne punitur. 317.k
ſacramenta magorum. 17.g
ſacramenta accipere frequenter bonum eſt. 62.c
ſacramentorum vſus. 36.k
per Sacramentum altaris conſequimur peccatorum remiſsionem. 74.h
ſacrificare & Dei oues paſcere. 103.k
ſacrificuli Apollinis d. Ioannem afficiunt verberibus. 8.f
ſacrificium Abrahæ in monte Caluariæ. 232.i
ſacrificium miſſæ. 102.i
ſacrificium Deo acceptum, mori pro patria eſt. 172.g
ſacrificium pro defunctis. 394.c
ſacrilegi miſerè pereunt. 255.e
ſacrilegij præſentaneum ſupplicium. 325.e
ſacrilegij dolor, belli Parthici principium. 123.h
de ſacrilegis. 357.i
ſacrilegium Craſsi & eiuſdem pœna. 127.f
ſacrilegorum punitio. 278.i
ſacrilegus à multis interit. 333.k
ſacrilegus comprimitur. 334.f
ſacrilegus luit. 326.b
ſacrilegus luit. 432.c
ſæctliani. 535.e
S. ſadoth epiſ. & centum viginti octo, martyres. 527.h
b. ſagaris martyris & epiſ. 567.c
ſagittarius regi detrahit. 260.k
ſagittarius epiſ. cum Mummolo cæduntur. 279.g
ſagunrum expugnatur. 201.g
ſal benedictum. 118.h
ſaladin vadum Iacob capit. 473.c
S. ſalabergæ depoſitio. 584.h
ſale. 479.h
ſalica lex Francorum. 407.k
ſalamanus. 105.k
ſalomon templum fundauit. 163.
ſalomon. 484.i
ſalomon elegit ſapientiam. 233.f
ſalomonis martyris. 526.b
ſalonius & Sagittarius ſeditioſi epiſ. deponuntur. 260.i
ſalonius & Sagittarius deponuntur. 271.g
S. ſalomæ. 570.e
S. ſaloni epiſ. & confeſſ. 565.g
ſaluandi cur nonnulli, & damnandi nonnulli. 50.k
ſaluatio veri diſcipuli Chriſti. 49.d
ſaluatoris miracula. 315.k
ſaluianus. 499.g
ſaluij viſio. 274.c
S. ſaluij natalis. 520.k
b. ſaluij martyris corporis tranſlatio. 569.b
ſaluij epiſ. vita. 274.a
ſaluij epiſ. depoſitio. 562.h
ſ. ſaluij martyris. 562.c
S. ſaluij martyris. 548.c
ſaluio morienti diuinitus effulſit. 274.c
ſaluius reſurrexit. 274.c
ſaluius quæ de Chilperico prædixit. 266.g
S. ſaluſtiani. 545.b
ſalutare infortuitum. 61.e
ſalutis ædes fulmine percuſſa. 199.h
ſalutis & neceſsitatis communia omnia. 30.d
ſamaria, ab Sebaſte. 489.k
ſamaritanæ regionis deſcriptio. 149.c
ſambucus producit vuas. 250.c
ſambucus racemos produxit. 417.g
ſamnites vincunt Romanos. 197.g
ſamnitum cum Romanis prælia. 196.a
S. ſamonæ martyris & confeſſ. 575.a
ſamonis regis initium. 308.f
ſamſon Carnotenſis. 457.k
ſamſon. 481.c
ſampſon Chilperici filius obiit. 261.c
S. ſampſonis patris. 548.f
S. ſamſonis epiſ. & confeſſ. 554.b
ſamuel. 482.d
ſamuelis prophetæ. 558.e
S. ſamuelis martyris. 568.h
ſanationes ad Caddi ſepulchrum. 379.h
ſanatur infirmus. 339.c
ſanatur cæcus ad ſepulchrum Iuliani. 333.e
ſanatur puerulus ad rel. Iul. 336.d
ſanatur claudus. 93.a
ſanatur paralyticus. 348.e
ſancta ſanctorum. 164.e
ſancta ſanctorum abſumpſit ignis diuinus. 179.k
ſanctarum animarum ductores Angeli. 385.i
b. ſanctini epiſ. & confeſſ. 568.c
ſancti Dei b. Ioannes & Prochorus à Marnone Iudæo & Epidauritis periclitantur. 5.i
ſancti quomodo venerandi. 518.b
ſancti reiecerunt honorem, quem tamen Deo donante aſſecuti ſunt. 104.f
ſancti aduocati peculiares. 107.i
S. ſancti ſunt diſtributiones gratiarum. 264.c
ſanctio Arrag. 462.h
ſanctorum inuocatio. 121.k
ſanctorum inuocatio. 103.i
ſanctorum interceſsio. 337.d
ſanctorum interceſsio. 101.a
ſanctorum commemoratio in Canone. 429.a
ſanctorum inuocatio. 102.f
ſanctorum interceſsio. 113.g
ſanctorum inuocatio. 93.c
ſanctorum reuelantur corpora. 434.i
ſanctorum interceſsio. 95.a
ſanctorum inuocatio. 104.g
ſanctorum interceſsio. 99.i
ſanctorum inuocatio. 101.h
ſanctorum interceſsio. 107.i
ſanctorum preces. 104.c
ſanctorum imagines. 111.e
ſanctorum inuocatio. 98.b
ſanctorum omnium feſtiuitas. 435.f
ſanctorum oratio. 371.h
ſanctorum inuocatio. 90.a
ſanctorum reliquiæ. 108.g
ſanctorum interceſsio. 98.e
ſanctos coli, eorum imag. aut reliq. venerari prohibet Conſtant. 431.e
ſanctuarium. 181.g
ſanctus Theobaldus. 447.k
ſanctus Albanus, de cuius martyrio Gildas & Polyd. 553.e
ſanctus Helius ſepulturæ violatorem comprehendit. 344.
ſanctus Goar. 420.e
S. ſanderadi abbatis. 559.c
ſanguine pluit. 464.d
ſanguinis fons. 441.c
ſanguis Ioannis Baptiſtæ. 317.e
ſapho Solon. 484.g
in Sapientem ne murmuret quis, quaſi cõtemptus. 70.c
ſaporis regis ſancta reſponſio. 41.a
ſardanapali interfector. 189.c
ſardanapali mollities. 188.c
ſardanapalus. 484.a
b. ſarij presbyteri & confeſſoris. 576.h
ſarraceni Hieroſolymam capiunt. 423.a
ſarraceni populantur. 504.c
ſarraceni Romanorum tributarij. 425.e
ſarraceni cum Sardis præliantur. 506.k
ſarraceni Romanorum tributarij. 424.c
ſarracenorum & Romanorum bellum. 422.h
ſatisfactio. 327.c
ſatrapæ Saxonum. 391.h
S. ſaturi conſeſſ. 532.h
S. ſaturnini natalis. 567.c
S. ſaturnini martyris cum ſociis. 558.i
ſſ. ſaturnini & Neopolis. 538.h
ſſ. ſaturnini, & Lupi. 568.k
ſ. ſaturnini. 532.i
ſ. ſaturnini martyris. 577.k
ſaturnini presbyteri. 526.g
b. ſaturnini martyris natale. 571.i
ſaturnini martyris. 524.e
S. ſaturnini. 525.g
S. ſaturnini & aliorum nouem. 531.k
ſaturnini imperium. 225.b
ſ. ſaturnini. 577.g
b. ſaturnini epiſ. & martyris. 577.k
ſaturninus Tholoſanæ ciuitatis ſacerdos. 234.g
ſaturninus. 322.k
ſaturninus Epiſcopus Tholoſæ. 234.g
ſaturnus. 480.a
ſſ. ſatyriani & Martiani martyrum. 569.d
ſ. ſatyri confeſſoris depoſitio. 564.a
b. ſatyri martyris natalis. 521.a
ſſ. ſauiniani & Potentiani ſociorũq; eius marty. 569.i
ſaul rex eligitur. 233.e
ſaul ſe peremit. 151.g
ſſ. ſaulæ & Marthæ virg. cum aliis plurib. paſſio. 570.a
ſaulis & Ionathæ filij laudes. 151.b
ſaxa in gemmas conuertit b. Ioannes. 29.i
ſaxa quæ in gemmas mutata ſunt, in ſtatum priſtinum ſunt redacta. 30.h
ſaxones commigrant in Franciam. 506.g
ſaxones irridentes ſuperantur à Britannis. 411.k
ſaxones verbum Dei ſuſcipiunt. 370.c
ſaxones iniquè & crudeliter ſpoliantur. 251.b
ſaxones occid. olim Geniſſe. 370.b
ſaxones cum Romanis præliantur. 240.f
ſaxoniæ ducis facultates ampliſſimæ. 475.d
ſaxonum rebellio. 250.c
ſaxonum epiſcopi. 394.h
ſaxonum ſponſio fidelitatis. 432.b
ſcalæ virtutum in cælum. 35.h
ſcabies. 421.h
ſcaurus obſidionem à Hieroſolyma ſoluit. 125.k
ſcelus eſt odiſſe fratrem. 124.d
ſcelus horrendum Callimachi iuuenis. 28.g
ſcenopegia quæ ſint. 124.e
b. ſchirionis martyris. 581.c
ſchiſma eccleſiæ. 451.a
ſchiſmatici vitandi. 121.i
S. ſcholaſticæ virginis. 526.d
ſcipio vxoris dolo peremptus. 489.e
ſcipio Carthaginem nouam capit. 203.g
ſcipio exulat. 488.c
ſcipiones duo fulmina. 203.f
ſcipiones interfecti. 203.f
ſcipionis mors. 208.c
ſcortator clericus punitur. 271.i
ſcortatoris ingratitudo. 271.k
ſcotti fidem ſuſcipiunt. 408.f
ſcotti Anglis fidem exhibent. 464.g
ſcotti Anglis hommagium præſtant. 470.c
ſcotti Britonibus meliores. 363.b
ſcramafaxi gladij. 255.i
ſcribonianus interficitur. 222.a
ſcripta authoris. 304.c
de ſcriptis Enoch. 479.b
ſcripturarum lectio poſt pſalmodiam. 93.c
ſcuta duo ſanguine ſudaſſe. 202.i
ſcythæ ad vſque Propontidem graſſantur. 99.a
ſcythia ſorte obtigit b. Philippo Apoſt. 43.k
ſcythopolis vrbs. 146.i
ſdigerdis. 406.g
S. ſebaldi confeſſ. filij regis Daniæ. 558.d
ſebbi rex monaſt. ingreditur. 381.f
ſebaſtes conditor. 132.b
SS. Sebaſtiani, Æmiliani & Dionyſij martyrum. 526.a
S. ſebaſtiani martyris. 549.k
ſebaſtiani & Fabiani natale. 522.d
b. ſebaſtiani. 532.e
ſſ. ſebaſtiæ & Innocentij martyrum. 549.g
S. ſebaudi epiſ. & confeſſ. 577.e
S. ſecundæ natalis. 551.k
S. ſecundæ virginis & martyris. 554.f
SS. ſecundæ & Rufinæ virginum. 550.g
ſecundelli & Friardi natale. 555.c
S. ſecundi natalis. 554.h
S. ſecundi martyris. 533.a
b. ſecundi martyris natalis. 559.k
S. ſecundi confeſſ. natalis. 541.c
S. ſecundiani paſſio. 527.d
S. ſecundiani martyris natalis. 556.g
ſecundini & Aſterioli contentio. 248.h
S. ſecundini, Seruuli, Veroli, & aliorum viginti martyr. 527.e
S. ſecundini martyris. 542.c
ſſ. ſecundini epiſ. & Agapij natalis. 537.h
ſſ. ſecuri & Veri fratrum natalis. 578.f
ſedechias. 484.f
ſedes obitus Aidani flaminis reſiſtit. 372.k
ſeditio exorta d. Thomam Apoſtolum. 42.a
ſeditio aduerſus Chilpericum. 313.g

seditio Turonensis. 280.c
seductor Burdegalensis. 287.f
seductoris reliquiæ. 287.h
segenius. 369.g
segericus. 498.c
seges extra tempus. 387.i
seges tum primùm in Græcia. 481.c
sela. 482.h
seleuci bella. 198.e. interitus. ibidem.h
seleucia. 155.a
seleucia euertitur. 125.e
seleucus archipirata. 214.h
seleucus. 487.f
semiramis Asiæ regina. 189.c
semiramidis imperium. 186 b
sempronius vulneratur, & paulo pòst expirauit. 204.d
sempronius Gracchus proconsul occisus. 203.c
senatores eliguntur. 484.c
s. senatoris. 565.e
senatus inuidia Tiberij pellit Christianos. 221.d
senior veneno necatur Fredegundæ dolis. 285.a
ss. sennis & Abdon natalis. 554.f
s. senoch confessoris. 570.i
senoch reclausus. 257.g
sententia mortis in Paulum. 20.b
sentina flagitiorum Hierosolyma. 156.b
s. separati martyris natalis. 551.k
sephaitani. 149.e
septem dormientium historia. 410.b
ss. septem virginum passio. 534.e
septem millia monachorum monasteria. 68.k
ll. septem dormientium Maximiani, Malchi, Martiniani, Dionysij, Ioannis, Serapionis, Constantini. 553.k 554.a
s. septimi monachi. 558.a
s. septimi natalis. 570.h
ss. septuaginta martyrum. 527.i
sepulchralis pinus sanctionum operatrix. 322.i
sepulchri b. Martini osculatio. 302.i
sepulchri magorum descriptio. 63.b
sepulchrum duorum amantium. 236.b
ad sepulchrum Cudberti sanatur paralyticus. 388.h
ad sepulchrum Aredij dæmoniaci liberantur. 302.k
sepultores Iuliani repuerascunt. 332.e
sepultura S. Thomæ Apostoli. 43.f
sepultura amantium. 341.e
sepultura immobilis. 344.b
de sepultura b. Martini certant Pictaui & Turones. 236.c
in sepultura loci consuetudo obseruatur. 46.k
sepulturæ miraculum. 381.h
sepulturæ veneratio. 335.a
sepulturæ benedictio. 349.f
sepulturæ desiderium. 157.i
s. seraphinæ natalis. 554.e
b. serapiæ virginis. 561.d
serapion se Manichæo vendidit, vt ipsum reduceret ab errore. 79. ieiunat, ibidem.e
serapion habuit decem millia monachorum. 78.g
serapion Sindonita se vendidit minus, vt eos Christo lucrifaceret. 79.b
serapion. 497.a
serapionis natalis. 528.c
s. serapionis. 532.e
serapionis presbyteri vita. 78.g
s. serapionis. 574.i
serapionis Sindonitæ vita. 79.a
b. serapionis anachoritæ. 531.h
S. serapionis. 560.a
serapis. 481.d
serapis templum. 50.e
serenas. 443.g
S. serenæ vxoris quondam Dioclitiani Augusti. 557.i
S. sereni confessoris. 566.g
S. sereni martyris. 548.g
S. sereni martyris. 548.g
sergij virtus contra latrones. 330.a
S. sergij martyris. 528.c
SS. sergij & Bacchi martyrum. 567.d
sergius papa. 426.b
sergius papa. 439.h
sergius papa. 435.i
sergius papa. 445.h
sermo S. Matthiæ de coniugio & cælibatu. 36.h
sermo Titi ad seditiosos. 176.b
sermo principis Sicariorum Eleazari ad populum. 177.h
serpens à Marcionitis adorabatur. 107.h
serpens miræ magnitudinis. 486.c
serpens miræ magnitudinis. 201.b
serpentem miræ magnitudinis b. Andreas attriuit. 23.b
serpentis calliditas. 1.c
serpentum multitudo. 295.i
SS. seruandi ac Germani. 570.f
S. seruatij translatio. 545.a
S. seruatij epis. & confess. 540.i
seruatij festiuitas. 525.g
seruatius Romam pergit oraturus ad tumulum Petri. 238.a
serui dominum necant. 280.c
S. seruij subdiaconi. 558.a
S. seruilij martyris. 542.h
SS. seruiliani & Sulpitij martyrum. 536.b
seruitus necessaria. 165.g
seruitutis vsus durus. 145.c
seruius. 485.c
seruth. 479.i
S. seruuli martyris & aliorum viginti. 52[illegible]
S. seruuli. 58[illegible]
seth. 4[illegible]
sanctæ seueræ virginis, sororis s. Modoaldi. 55[illegible]
S. seueri confess. translatio. 5[illegible]
seueri presbyteri & confess. 5[illegible]
S. seueri presbyteri & confessoris. 55[illegible]
S. seueri epis. & confess. 524.g
seueri ad imprecationem arbor exaruit. 343.b
S. seueri episcopi. 569.c
S. seueri epis. & martyris natalis. 573.c
seueri, Petri & Leucij. 520.k
seueri, Silueriani, Victorini, & Carpophori quatuor Coronatorum natalis. 573.h
SS. seueriani & Aquilæ vxoris eius martyres. 523.b
seueriani. 494.c
S. seueriani. 562.f
b. seueriani & eius vxoris vita. 83.g
S. seueriani episcopi. 523.f
seuerianus. 498.f
seuerianus & eius vxor Desphoria. 83.g
seuerianus dum vixit bona pauperibus distribuit. 83.g
S. seuerini epis. & confess. 570.g
S. seuerini natale. 520.e
S. seuerini secundi, epis. Treuirensis. 581.b
S. seuerini monachi. 572.c
S. seuerini. 576.a
f. seuerini abbatis. 526.f
f. seuerini monachi depositio. 576.h
seuerino vt meliori sedem cessit Amandus. 342.i
seuerinus. 494.b
seuerinus Seruatius. 405.k
seuerinus papa. 422.g
seuerus Sulpitius loquacitatis pœnitens ad mortem siluit. 498.f

seuerus imperator. 224.a
seuerus presbyter. 499.d
seuerus. 405.k
sexaginta duorum martyrum natale. 528.a
S. sexburgæ viduæ depositio. 549.k
sexcenta millia virorum mortuorum per vnam portam elata. 171.a
sextus Cæsar scripsit pro Alexandra. 128.h
S. siagrij epis. & confess. 560.a
S. sicharię virginis depositio. 524.k
sibylla Erythræa. 483.g
S. sicharij martyris passio. 538.h
sicarij comprehenduntur. 284.c
sicarij nouum latronum genus. 141.k. cur sic appellati ibidem, & 145.a
sicarij episcopi. 534.h
sicarius ad Gunthranum accedit. 287.c
sicarius ad vltionem necatur. 289.i
sicariorum genus. 157.k
siccitas. 444.g
sicilia tyrannorum nutrix. 191.g
sicilia terræmotu concussa. 192.k
siciliæ regni memorabilia. 191.g
sidicinus ager. 203.e
S. sidonij epis. natalis. 559.a
sidonius destitutus libro memoriter celebrauit. 240.i
sigibertus scholam instituit. 373.c
sigibertus sacro fonte tingitur. 374.e
sigibertus sit monachus. 373.c
sigibertus occiditur à filio, & filius à Chlodoueanis. 243.k
sigiberti regis & confessoris. 514.g
sigericus. 407.f
S. sigifridi episcopi. 527.b
sigismundi pœnitentia. 326.e
S. sigismundi regis filij Gundebaldi natalis. 538.d
sigismundus Agaunense monast. ædificauit. 244.k
sigismundus nouercę dolis Sygiricũ filiũ occidit. 245.a
sigualdus inuasor luit. 333.h
S. sigiranni abbatis. 578.i
signa in cælis. 260.c
signa in cælo. 273.d
signa & prodigia. 270.a
signa. 315.d
signa in cælo. 301.e
signaculi crucis vis. 2.k
signo crucis infirmus curatur. 10.i
signo crucis miracula facta. 90.d
signo crucis draco interfectus. 91.i
signo crucis draco necatur. 93.i
signo crucis tentatio pellitur. 240.h
signum crucis in vestibus Christi. 117.k
signum crucis. 80.c
signum crucis tempore Apostolorum. 88.a
signum crucis venenum repellit. 109.e
signum crucis cæcos illuminat. 49.b
signum crucis blasphemum sanat. 11.b
signum crucis. 100.e
signum dilectionis. 117.c
signum crucis coliacis medetur. 109.c
S. silæ natalis. 551.b
silentium 30. annis obseruatum. 72.h
silentium virginis mirum. 79.f
silentium. 109.a
silon dux Romanę militię. 130.b
S. siluaniæ vita. 86.k
siluaniæ austeritas & studium. 87.a
b. siluani natalis. 539.a
S. siluani confessoris. 564.h
siluani, Lucij & maximi. 527.f
S. siluani martyris. 542.h
siluanus & Tyrannio. 527.h
S. siluerij papæ & martyris. 547.d
S. siluestri papæ natalis. 582.g
S. siluestri depositio. 535.d
s. siluestri epis. & confess. 576.c
s. siluiani epis. & confess. 526.d
s. siluij. 536.d
s. siluij confess. inuentio. 567.c
s. siluini Teruanensis epis. 527.d
siluius. 482.d
simeon stelites. 411.e
simeon stelites mulieres abhorret. 340.k
simeon monachomiles. 440.i
simeon stelites, vide Palladium. 282.g
simeon stelites. 446.a
ss. simeonis & Ioannis synaxeta. 552.i
b. simeonis epis. & martyris natalis. 536.d
s. simeonis natalis. 577.g
b. simeonis natalis. 567.f
b. simeonis monachi depositio. 543.k
b. simeonis Stock Carmelitæ. 541.e
s. simeonis monachi eremitæ. 553.h
b. simeonis monachi. 554.a
simeonis monachi. 519.i
b. simeonis epis. & martyris. 527.e
f. simeonis epis. & confess. 527.d
s. similiani epis. & confess. 546.f
similitudo morum studia nectit. 156.g
ss. simitrij presbyteri, & aliorum vig. duorum. 543.b
post simonem Ionathas, qui & Ioannes. 123.k
simon Ebroicensis. 463.e
simon Magus volitat. 147.i
simon Magus pacem odit. 17.b.c
simon Magus. 147.f
simon Magus. 234.d
simon loquitur ad sapientes ac eloquentes Persarum aduocatos. 34.d
simon Magus moritur. 147.i
simon Magus donum sancti Spiritus pecunia sibi dari vult. 16.g
simon & Ioannes malorum incentores. 167.e
simon dolo traditur. 123.k
simon author flagitiorum. 159.g
simonia. 61.k
simoniaci excommunicantur. 449.e
b. simonis pueri passio. 532.b
ss. simonis & Iudæ in Babylone habitatio. 34.e
bb. simonis Cananæi & Thaddæi Apostolorum natalis. 571.e
simonis & Iudæ cum magis contentio. 33.h
simonis & Iudæ Apostolorum vigilia. 571.c
simonis Magi interitus. 18.i
simonis fraus. 160.d
s. simperti epis. & confess. 568.h
s. simpliciani epis. & confess. depositio. 557.d
s. simplicij martyris passio. 573.h
s. simplicij martyris. 554.d
s. simplicij epis. depositio. 547.k
simplicius papa. 411.k
simplides Viennenses. 495.f
simulachra Ægypti ad ingressum Seruatoris corruunt; 73.b
simulatio composita. 45.b
sina Aidano succedit. 372.i
sinadus mons. 97.g
sindulphi confess. depositio. 570.a
sine culpa agitur; quod venit ex culpa. 358.i
sindulphus Viennensis eccl. episcopus, 502.f
s. sineri epis. & confess. depositio. 564.b
s. siniardi abbatis natale. 529.a
b. sinicij. 560.k
b. sinodrij martyris, 550.i

ſmope vrbs à Lucullo obſeſſa. 214.a
ſiatilla. 311.b
b. ſireni monachi & martyris. 528.a
b. ſiriæ matronæ. 545.b
S. ſiricij epiſcopi. 577.e
ſiſebodus. 421.c
ſiſebodus. 423.b
ſiſeburus vaſtat Hiſp. 501.i
ſiſenandus. 423.e
S. ſiſinnij diaconi. 577.k
ſiſinnij abbatis vita. 82.k
S. ſiſinnij martyris. 543.f
ſiſinnius ad Chriſtum conuertitur. 47.g
ſiſinnius monumento ſe includit ad orationem. 82.k
ſiſinnius papa. 427.c
ſiſinnius ſubita cæcitate afficitur. 47.c
ſiſinnius martyrius Alexander. 406.c
S. ſiſoæ patris magni. 550.a
S. ſixti. 570.k
b. ſixti papæ & martyris natalis. 534.b
S. ſixti depoſitio. 560.k
b. ſixti papæ & martyris natalis. 556.b
b. ſixti. 569.g
ſixtus Romanæ eccleſiæ epiſcopus. 234.g
ſixtus papa. 408.h
Sb. ſmaragdi & Largi cum aliis viginti martyrum. 556.f
ſociale bellum. 489.i
ſocrates. 485.i
SS. ſocratis, & Stephani. 563.i
ſodalis Palladij. 88.c
ſodoma & Gomorrha & aliæ vrbes qui conſumptas fuiſſe probatur. 186.d.e
ſol obſcuratur. 237.i
ſoldani mater moriens Chriſtum fatetur. 474.d
S. ſolennis epiſcopi. 565.c
ſoles tres. 253.f
S. ſolinæ virginis. 569.f
ſolitario vnde intemperantia. 81.a
ſolida ſolidis illiſa nocent. 150.b
ſolitudo ingens. 59.b
ſolem cum luna pugnaſſe fertur. 202.i
ſolon. 484.g
ſolis eclipſis. 426.i
ſolis æſtus. 187.d
ſolis defectio. 305.c
ſolis defectus. 420.c
ſolomonis abbatis vita. 81.g
S. ſolutoris martyris natalis. 574.g
ſſ. ſolutoris, Aduentoris & Octauij martyrum, natale. 522.f
ſomiditicæ & Romanæ cladis comparatio. 186.f
contra ſomnia vitioſa quid agendum. 64.f.g
ſomnia turpia arcent à menſa domini. 359.e
ſomnio Lisbius proconſul cæditur. 23.g
in ſomnio b. Andreas ſanauit adoleſcentulum. 22.c
ſomnium Archelai de nouẽ ſpicis à bobus voratis. 141.b
ſomnium authoris. 276.h
ſomnium Apollonidis. 7.c
ſomnium mirabile. 419.f
ſomnium ſuperare. 62.h
ſomnium coniugis Mygdoniæ. 40.k
ſomnium. 385.g
ſomnium. 390.k
ſomnium. 335.d
ſomnium ſ. Andreæ de futura paſſione. 23.c
ſomnium. 333.a
ſomnium Antiochenæ. 95.a
ſomniorum ſpecies. 159.b
ſomnus & cibus inſidiatores pudicitiæ. 87.c
S. ſophiæ viduæ. 566.a
ſophiæ templum. 416.d
ſophocles. 495.
ſophoclis & Periclis victoriæ. 188.
S. ſophoniæ prophetæ. 578.h
ſophonias. 484.e
S. ſophronij patris. 530.e
ſophronius quædam Hieronymi græcè tranſtulit. 404.d
ſordidus vir tamen ſanctiſſimus. 97.e
ſortilegę morti traduntur. 271.g
ſortitio Apoſtolorum. 1.c
ſortitio moriendi. 152.d
ſortiuntur Apoſtoli prouincias. 1.d
b. ſoſij diaconi natalis. 564.i
S. ſoſipatris. 548.a
ſoſipatro prædicit Apoſtolus, quid ſibi contingat ex amore matris nimium impudico. 12.i.k
b. ſoſthenis natalis. 577.h
ſſ. ſoſthenis & Victoris. 562.h
S. ſotheris papæ. 536.e
ſoſtrates Pharum condidit. 487.h
S. ſoteris virginis. 526.d
S. ſoteris virginis. 525.g
S. ſozimæ natalis. 551.g
bb. ſozimi & Rufi martyrum natalis. 580.i
S. ſozimi martyris. 580.d
S. ſozimi martyris. 547.c
S. ſozimi martyris. 530.d
S. ſozontis martyris. 562.c
ſpartanorum cum Athenienſibus prælia. 192.b
ſpartiates Alexandri & Ariſtobuli delator. 136.b
S. ſpati martyris. 571.a
ſpecie ſub vna communicarunt laici b. Thoma Apoſt. miniſtrante. 421.i
ſpeciem Angelorum dæmones aſſumunt. 72.d
ſpecies b. Petri & Pauli Apoſt. 382.h
ſpecies diuerſæ quibus apparet dæmon. 108.d
S. ſpecioſæ virginis. 531.d
ſpes ſanctorum. 54.h
ſpes fragilis quæ non eſt propriæ virtutis fiducia, ſed ex aliena pendet miſeria. 131.d
S. ſpeuſippi martyris natale. 522.a
ſpeuſippus. 486.h
ſpicæ nomen à bobus voratæ. 141.b
ſpiculator qui b. Iacobum duxit ad ſupplicium fit Chriſtianus, ac decollatur. 27.c
ſacrę Spinæ coronæ Domini ſuſceptio. 556.k
S. ſpiridonis epiſ. natalis. 580.d
ſp. ſanctus Deus. 269.d
ſpiritus ſancti paracleti aduentus. 541.d
ſpiritus fornicationis. 62.i
ſpiritus auaritiæ. 61.k
in Sporta panis non deficit. 547.d
SS. ſtachys, Amplij & ſociorum. 572.a
S. ſtactei natalis. 565.g
ſtagnum verſum in ſanguinem. 283.i
S. ſtauilaſti epiſ. & marty. 539.i
ſtauratius. 434.c
ſtella miræ magnitudinis. 411.c
ſtella dux magorum puris conſpicua. 315.i
ſtella ignei caloris. 465.i
ſtellę cœlo lapſę. 430.i
ſtellæ cœlo labi viſæ ſunt. 451.g
ſtellæ per diem. 452.k
ſ. ſtephani regis. 558.f
ſtephani ægritudo. 67.c
S. ſtephani epiſ. 526.i
b. ſtephani papæ & martyris natalis. 555.e
S. ſtephani hoſiomartyris iunioris. 577.i
ſ. ſtephani patris. 571.e
S. ſtephani Thaumaturgi. 532.g
b. ſtephani protomartyris natalis. 581.k
S. ſtephani commemoratio. 547.b
ſtepha-

ſtephani abbatis vita. 67.b
SS. ſtephani & Victoris. 539.i
S. ſtephani martyris tranſlatio. 542.i
SS. ſtephani, & Socratis. 563.i
S. ſtephani protomartyris Chriſti. 535.i
S. ſtephani martyrium. 556.b
S. ſtephani eremitæ depoſitio. 526.i
S. ſtephandis martyris. 574.c
b. ſtephani corporis inuentio. 555.g
S. ſtephani & Victoris. 533.c
S. ſtephani martyris. 537.e
ſtephanus. 457.g
ſtephanus Cluniacenſis. 468.k
ſtephanus papa Ludouicum Remis coronauit. 434.f
ſtephanus & Conſtantinus. 441.k
ſtephanus papa. 430.b
ſtephanus papa. 442.e
ſtephanus papa. 448.f
ſtephanus curat omnes afflictos. 67.c
ſtephanus papa. 441.a
ſtephanus pro Chriſto moritur. 234.d
diuus Stephanus naufragantibus adeſt. 320.f
ſtephanus papa. 439.d
ſtephanus papa. 438.i
S. ſtergatij natalis. 553.c
poſt ſterilitatem vbertas. 355.a
ſterilitatis prædictio. 112.b
ſticarium eſt interior alba veſtis ſacerdotalis. 85.h
ſtiliconis ſcelera. 229.c
ſtiliconis molimina. 229.g
ſtilico occiditur. 407.a
ſtrages per Lyſandrum Athenienſibus inflicta. 192.d
ſtrages maxima ab Herode facta. 130.g
ſtrages hominum magna. 204.f
ſtrages Romanorum maxima. 202.k.203.a
ſtratagema Fredegundis. 501.c
ſtratagema. 150.a
SS. ſtratonici & Hermyli martyrum. 521.c
ſtrationis turris lapide albo renouata. 132.c
S. ſtratonis cum ſuis ſociis. 557.g
ſtreanesh.alch monaſt. 387.c
ſtremonius epiſ. Aruernis. 234.g
ſtremonius Vrbicus epiſcopus. 235.f
ſtremonius Aruernorum epiſcopus. 341.b
ſtudium præſulum quale eſſe debeat. 44.f
ſuanyr ciuitas Perſidis habebat templorum lxx. ſacerdotes. 34.i
ſubdiaconus communioni ſupponit acetum. 344.i
ſubmiſſio authoris. 351.k
S. ſucceſſi. 535.e
S. ſucceſſi. 579.f
ſucceſſiones epiſcoporum. 381.i
ſucceſſores epiſcopales. 377.
ſucceſſus alit audaciam. 168.g
ſudaria b. Iacobi ſoluunt à dæmoniaca poteſtate. 26.c
ſuffragia viuentium prodeſſe defunctis. 445.b
ſueſſanus ager. 203.e
S. ſueuorum centum pagi. 490.h
ſueuorum irruptiones. 230.b
ſueuos & Britannos gentem ferociſſimam terret. 215.d
ſuidhelmus filius Sexbaldi. 374.h
S. ſulpitij epiſ. depoſitio. 522.a
S. ſulpitij Seueri epiſ. & confeſſ. 524.i
S. ſulpitij epiſ. 552.i
S. ſulpitij epiſ. & confeſſ. 523.i
SS. ſulpitij & Seruiliani martyrum. 536.b
S. ſulpitij epiſ. & confeſſ. 544.a
ſumma ſynodi. 380.c
ſummum ſacerdotem immutilato corpore eſſe oportet. 129.g
S. ſuuitberti Vverdenſis epiſ. & confeſſ. natalis. 529.a
S. ſuuitberti epiſ. & presbyteri. 529.c
ſunnigiſilus torquetur. 300.h
S. ſuuithuni epiſ. & confeſſ. depoſitio. 549.d
ſuuithuni epiſ. tranſlatio. 554.b
ſuperſtitio incantatorum. 36.d
ſuphat Gothorum rex. 488.h
ſupplicationes longè ab humana conſuetudine. 91.c
ſupplicationi Zuzanę annuit Apoſt. 421.c
ſupplicia Chriſto illata Behomas cur enumerat. 541.i
S. ſuræ, virginis & martyris. 526.d
ſurdus, mutus, & cæcus ſanatur. 338.b
ſuri abbatis vita. 78.b
S. ſuſannæ virginis & martyris. 556.i
S. ſuſannæ virginis. 567.k
ſuſceptor regis Edilualch. 382.b
ſuſceptore Gunthrano Clotharius baptizatur. 302.d
ſuſcitantur à morte plurimi. 10.f
ſuſcitatus intrat monaſt. 393.b
ſuſpenſus reſtituitur. 348.k
ſuſpiria b. Matthiæ Apoſtoli. 46.a
ſyagrius epiſcopus. 501.f
SS. ſyci & Palatini. 543.g
ſygoberti pugna cum Radulpho. 312.g
ſygoberti ſtatuitur regnum in Auſtria. 311.d
ſyggo referendarius. 256.i
ſygibertus à Iuſtiniano pacem petit. 253.h
ſygibertus vicit Hunos & Chilpericum. 252.d
ſygibertus pergit aduerſus Hunos. 253.b
ſygibertus dolis Fredegundæ occiditur. 255.i
ſygibertus inſurgit in fratres. 255.c
ſygibertus paciſcitur. 255.f
ſygibertus ducit Brunechildem. 252.k
ſygualdus occiditur. 247.i
ſygualdus eccleſiaſtica diripiens amens efficitur. 247.b
ſygiſmundus. 500.c
ſylla in opem patriæ reuocatur. 211.d
ſylla ſeptem deditiorum occidit. 211.f
ſylua de Hogis. 464.c
ſyluarum inopia. 71.c
ſyluerius. 416.d
ſyluester papa. 445.a
ſymeon prædicit ſterilitatem & peſtem. 112.b
ad Symeonem concurſus populorum. 111.e
ſymeones in lacu ſicco canit Hymnodiam. 111.a
ſymeones priſcus. 97.d
ſymeones Columella cur dictus. 111.c
ſymeones. 310.f
ſymeonis ſanctitas innotuit Iudæis. 96.f
ſymeonis domus ſpelunca. 97.d
ſymeonis exercitia. 112.h
ſymmachi papæ. 552.e
ſymmachus papa. 500.b
ſymmachus papa calumniatur. 414.c
ſymmachus. 406.f
ſymmachus. 414.a
ſymmachus interpres. 494.g
ſymmetria corporis b. Bartholomæi. 37.k
ſymphonia cœleſtis. 379.d
S. ſymphoriani martyris. 550.b
S. ſymphoriani martyris paſſio. 573.h
ſymphoriani baſilica. 240.d
S. ſymphoriani martyris natalis. 558.i
S. ſymphoroſæ martyris. 549.d
S. ſymphronij martyris natale. 553.h
S. ſymphoroſæ. 552.b
SS. ſymphronij & Olympij. 578.i
ſynaxis die dominica peragenda. 76.a
S. ſyndulphi epiſ. & confeſſ. 579.g
SS. ſyneſij & Cleopontij. 542.c
ſynodi generales. 502.f
ſynodus epiſcoporum. 266.c
ſynodus Aureliana. 44.k

synodus quarta vniuersalis aduersus Eutichem. 410.e
synodus tertia generalis. 408.g
synodus quinta vniuersalis. 417.g
synodus Lutetiæ. 255.c
synodus aduersum monothelitas. 395.f
synodus secunda contra Macedonium. 404.i
synodus Aquileiæ. 427.a
synodus contra Tetradiam. 297.d
synodus sexta. 425.g
synodus Constantinopol. 497.e
synodus Aquisgrani Processio S.S. 507.b
synopsis Achaiæ vrbs. 21.a
S. synyches. 552.k
syracusas triennio obsessas Marcellus expugnauit. 203.d
S. syrenæi martyris egregij. 528.b
B. syri episcopi. 579.f
syria. 184.f
SS. syriaci & Paulæ virginis. 546.k
syricius papa. 405.a
syrmuldus occiditur. 248.k
syrolis. 422.b
SS. syri & Iuentij. 563.a

T

Tabennesiotarum leges. 72.g
tabernacula duo. 180.h
tabula altaris. 391.h
tacitj imperium. 225.b
tacitus. 495.f
tactu Euangelij claudus curatur. 76.g
tactu vestimentorum b. Ioannis multi à suis morbis curati. 28.a.b
talanatius Sagiensis Comes. 465.c
tallebourc destruitur. 472.c
tanais fluuius. 184.i
S. tanchæ virginis passio. 566.a
tandæmus hæreticus. 455.i
tanetos insula. 357.b
tantali scelus. 187.f
taprobane insula ciuitates habet decem. 184.e
S. tarasij, archiepis. Constantinopolis. 528.e
tardanus. 432.b
tarentini classem Romanam hostiliter inuadunt. 199.a
tarentinorum origo. 199.b
tarentum expugnatur. 203.h
tarentum à Lacedæmoniis conditum. 199.b
tarentum capitur. 488 b
tarquinius. 485.g
tatianæ martyris. 521.a
b. tatiani diaconi natalis. 530.k
tatianus. 494.b
tauri virtute Octauius vtramq; Africam obtinuit. 218.g
S. taurini episcopi. 556.k
tauro iudici sistitur Apollinaris. 51.g
S. teclæ. 561.d
tegulæ adulterinæ. 254.e
telanessus vicus. 111.a
telchinum & Carpathiorum certamen. 186.g
S. telechildis virginis & abbatissæ. 568.a
teleda vicus. 95.c
teleda vicus. 110.h
b. telesphori papæ natalis. 519.i
temeritas Iudaica. 171.g
temperantia. 28.f
tempestates annuæ. 461.i
templa Christus suo aduentu destruxit. 46.d
templa quare sanctis Dei dedicantur. 31.d
templariorum redemptio. 473.b
templi Hierosolymis duratio. 493.c
templi pulchritudinem admiratur imperator. 175.e
templi edificatio. 485.h
templi violatio. 157.a
templi violator punitur. 523.b
templi dedicatio mirabilis. 38.k
templi Apollinis ruina. 8.f
templi ædificatio. 233.f
templis primùm nomina indita. 36.g
templum Iouis mirè artificiosum. 49.f
templum Serapis. 50.e
templum Hierosoly. decimo mensis Augusti Iudæis fatalis succensum est. 175.c
templum dæmonum. 113.d
templum Liberi patris duodecim sacerdotes ruina oppressit. 12.b
templum constructum. 96.k
templum lumine noctis tempore resplenduit. 175.f
templum Dianæ voce Apostoli ruit. 30.k
templum Dianæ corruit nec quemquam læsit. 4.f
templum muro circumuallatur. 132.b
templum honori Simonis & Iudæ Apostolorum dicatum. 35.c
templum Apollinis à Cæsare conditum. 142.d
templum fit carcer. 157.b
templum Cæsari de marmore albo conditum. 132.b
templum cum idolo dissoluitur. 50.f
templum dæmonum. 95.b
tempore famis populum pascit Apollo. 74.d
tempus passionis b. Cypriani. 48.i
tentatio pellitur signo crucis. 240.h
tentatio fornicationis & gulę quomodo retunditur. 83.e
tentatio luxuriæ. 66.i
in tentatione humilitas. 67.a.b
tentatus à dæmone desperat acriter. 66.k
terebinthus arbor magna à constitutione mundi. 159.k
S. terentij, Pompei & sociorum martyrum. 534.g
S. terentij epis. & confess. 571.e
S. terentij martyris. 571.e
terei scelus. 187.e
terra mugit. 406.i
terra intumuit. 434.i
terra mugit, mons magna strage diuiditur. 253.d
in terram sanctam peregrinatio. 113.k
terræ hiatus Romæ. 194.e
terentiolus occumbit. 284.d
terræmotus. 434.k
terræmotus. 445.k
terræmotus. 463.f
terræmotus. 436.d
terræmotus Burdegalæ. 262.c
terræmotus. 442.b
terræmotus. 475.b
terræmotus. 199.h
terræmotus in Bosphoro. 214.d
terræmotus. 226.k
terræmotus magnus in Achaia factus. 20.21.a
terræmotus Caluiæ. 466.h
terræmotus. 506.g
terræmotus vehemens. 46.h
terræmotus. 202.k
terræmotus. 192.k
terræmotus. 450.b
terræmotus. 418.a
terræmotus. 452.i
terræmotus Tripolis. 467.c
terræmotus. 459.k
terræmotus Ephesiis factus. 3.f.g
terræmotus. 506.e
terræmotus. 421.h
terræmotus. 451.g
terræmotus. 430.c
terræmotus. 460.h
terræmotus Achaię. 194.c
terræmotus. 454.f
terræmotus. 460.f

terræmo-

Terræmotus. 422.f
terræmotus. 450.d
terricus Flandrensis Hierosolymam pergit. 461.i
tertulli dictum audax. 230.h
tertulli ambitio. 498.a
tertullianus. 494.h
tertullini martyris passio. 555.h
testamentum salutis. 27.d
testes aduersum Ecclesiasticos non Laici. 265.g
testimonium Iosephi de Christo. 180.e
tetragonum templum Hierosol. factum fuisse constat. 175. k
tetricus Flandrensis. 461.b
teutonicum bellum. 209.k
thabitas mortua à D. Petro suscitatur. 16.h
bb. Thaddæi & Simonis Cananæi Apostolorũ natalis. 571. e
thaddæi ad Abgarum regem legatio. 39.d
S. thalalæi martyris. 542.a
thalassius aut Limnæus. 108.k
thalelæus. 113.d
thales Milesius. 484.e
thamar mysticè ecclesia ex gentibus. 482.k
b. tharaci martyris. 568.c
thare. 480.a
S. tharsitij Accolyti & martyris. 557.g
thassilo & Theudo damnati recluduntur. 505.h
thaumasti virtutes & sepultura. 343.f
thebæi martyres. 495.k
thebæi martyres. 324.k
S. Thebæorum martyrum natalis. 564.g
thebanorum & Arcadum prælia. 194.a
thecla sanatur. 49. d
theclæ morbus incurabilis. 49.c
S. theclæ virginis. 564.k
theias. 417.f
theias. 417.e
thelerigus. 431.f
thelesis. 430.g
S. Theobaldi confessoris. 549.b
theobaldus Iudæos igni tradidit. 467.i
S. theoctistes Lesbiæ. 574.a
S. theoctisti patris. 561.d
S. theodardi episcopi & martyris natalis. 562.h
S. theodarij abbatis & confess. depositio. 571.h
S. theodoti martyris natalis. 574.i
theodatus. 416. d
theodatus. 416.a
theodeberti in Gynaldum liberalitas. 247.k
theodebertus Deuteriæ capitur amoribus. 247.h
theodebertus magnis muneribus ditauit Verdunenses. 248. i
theodebertus Italiam occupat. 248.g
theodebertus renunciat concubinæ. 248.c
theodebertus ciuitates Galliæ vastat. 255.c
theodebertus obiit. 249.a
theodebertus negatur esse è regia stirpe. 306.b
theodebertus capitur. 307.g
theodebertus à Gothis inuasa vindicat. 247.h
theodebertus occiditur. 255.h
theodoli confess. episc. Sedunensis. 557.i
theodericus. 412.f
theodericus. 425.f
theodericus occidit. 500.e
theodericus. 409.d
theodericus. 411.a
theodericus. 428.i
theodericus. 424.i
de theodora. 85.e
theodora ad Deum pro viro suo deprecatio. 47.e
b. theodoræ passio. 533.c
S. theodoræ Alexandrinæ. 562.k
S. Theodoræ martyris. 530.f
S. theodoræ virginis. 537.f
S. theodoræ cum tribus filiis suis martyrium. 555.e
theodoreti mater curata ab oculorum dolore. 100.c
theodoreti mater monasticæ exercitationis amatrix. 102. g
theodoretus quæ à S. Iacobo audiuerit. 107.h
theodoretus Deo dicatur antequam nascatur. 103.g
theodoretus adit Eusebium. 105.h
S. theodori martyris. 880.d
S. theodori martyris tyronis. 527.d
theodori Studitæ mater fuit soror b. Platonis. 117.i
S. theodori presbyteri. 532.a
S. theodori Sitei patris. 536.f
S. theodori patris sanctificati. 541.e
S. theodori episc. & confess. 542.a
theodori episcopi humilitas. 378.k
S. theodori martyris. 536.d
theodori scriptoris natalis. 582.b
S. theodori martyris natalis. 573. i
S. theodori episcopi. 532. d
theodori presbyteri. 531.e
S. theodori patris & confessoris. 574.c
S. theodoriti presbyteri natalis. 570.f
theodorus & Proculus. 303.h
theodorus papa. 422.k
theodorus episcopus. 499.f
theodorus papa. 439.e
theodorus reges conciliat. 384.i
theodorus qua cautione fiat episcopus. 378.f
theodorus Nercæs. 495.d
theodorici pugna est Theodoberti. 307.f
theodorici filia seruo nupsit. 248.e
S. theodorici confess. 569.b
S. theodorici presbyteri. 549.b
thodoricus tonsuratur. 313.f
theodoricus ventris profluuio moritur. 307.h
theodoricus trahitur ad ollas Vulcani. 415.g
theodoricus procedit aduersus Thoringos. 245. d
theodoricus Aruernos populatur. 245.k
theodoricus vicit Clotharium. 305.k
theodoricus moritur. 314.b
theodoricus. 413.i
de theodoro episcopo & plaga Ratharij. 281.i
theodosij pœnitentia. 405.d
theodosiæ virginis Tyriæ passio. 533.e
S. theodosiæ passio. 533.d
S. theodosij Hieromartyris. 545.a
theodosij gesta. 228.c
S. theodosij patriarchæ. 520.k
theodosion. 494.d
theodosius & Valentinianus. 408.c
theodosius imperator. 235.e
theodosius. 404.a
theodosius. 498.f
theodosius. 101.b
theodosius signo crucis se armauit. 228.g
theodosius. 408.a
theodosius imperator. 503.g
theodosius. 428.b
theodosius morti damnatus baptizari voluit. 227.h
theodosius. 404.g
theodosius Maximum Aquileiæ occidit. 228.d
theodosius Hummundus. 405.a
theodosius magna domo relicta vitam sectatur monasticam. 101.b
theodosius. 497.g
S. theodoti Ancyrani Hieromartyris. 541.h
S. theodoti episcopi. 572.f
theodotus Armenus. 97.a
theodoualdus obiit. 250. c
Theodoualdi fallax suatitia. 250.b

S.theoduli martyris natale. 553.h
SS. theoduli & Agathopodis martyrum. 553.k
theoduli presbyteri passio. 538.k
s. theodulphi translatio. 549.d
b. theodulphi episcopi & confess. 548.b
s. theodulphi presbyteri depositio. 538.e
theodulphus. 435.i
s. theodgari confessoris. 571.i
s. theonesti martyris & pontificis natalis. 571.i
theon in Balneis moritur. 2.g
theon doctus in genere linguarum. 72.i
theon. 495.h
theon à Dæmone oppressus suscitatur. 2.i
de theona abbate. 72.k
s. theonæ episcopi venerabilis. 559.a
theonis cum aliis triginta sex natale. 503.g
s. theophanis patris & confess. 530.d
b. theophili martyris. 581.a
theophili ad fidem Christi conuersio. 525.e.f
s. theophili. 562.d
s. theophili. 568.h
theophili pœnitentia. 525.c
s. theophili natalis. 528.i
theophili natalis. 525.g
theophilus. 497.f
theophilus. 497.k
theophilus imperator. 435.d
SS. theopontij & Synesij. 542.c
theotecni æquanimitas. 97.b
theotecnus Aphthonius. 96.k
theonistus episcopus. 408.b
theopempti & Theonæ, & S.Syncleticæ. 519.i
theophrastus. 487.h
s. theophylacti confessoris. 530.a
therbellis. 427.c
thermæ supposita iuuencula viua ædificantur. 2.g
s. thermes. 533.k
s. theraponis Hieromartyris. 543.d
s. thesiphontis confess. natalis. 541.c
thessalonia metropolis, Macedoniæ. 22.b
s. thessalonicæ natalis. 533.a
thessalonicensis honor. 472.h
thesaurus obscurè proditus. 447.c
thunda. 415.h
theodas pseudochristianus. 45.d
theudegisilus. 417.b
theudemer. 411.g
s. theusetæ martyris. 530.f
theutsarius monialium scandalum compescit. 205.g
thola. 482.a
tholosa obsidetur. 462.k
b. thomæ in vinculis responsio. 41.g
s. thomæ. 529.i
s. thomæ patris in Malæo. 550.b
s. thomæ episc. & marty. translatio. 550.b
thomæ Apostoli munera. 320.b
b. thomæ Apostoli natalis. 581.b
s. thomæ Apostoli vigilia. 581.a
s. thomæ episcopi & martyris. 582.d
s. thomæ episc. & confess. 566.g
s. thomæ Apostoli corporis translatio. 549.f
b. thomas pro suis, magis quàm pro se solicitus. 42.h
b. thomas sequitur Mesdeum regem. 40.h
b. thomas ducitur ad martyrium. 43.c
b. thomas ducitur ad Indos architecti nomine. 39.f
b. thomas Apost. consolandis bonis apparet. 43.f
b. thomas auxilium Dei implorat. 43.f
thomas Apost. Hebraicè loquitur cum dæmone. 41.k
b. thomas discessurus Diaconum à se institutum relinquit. 40.g
D. thomas Apost. eripitur à custodia carceris. 40.d
b. thomas Apost. cruciatur. 41.b
thomas Cantuariensis. 467.g
thomas de Marla. 457.b
thomas Apostolus cæditur. 39.g
b. thomas miraculosè apparet. 42.f.g
D. thomas cur Dydimus appellatus. 39.d
thoringi reges tumultuantur. 244.i
thraces lachrymosa habuere puerperia. 178.b
thracia describitur. 185.a
thrasamundus. 414.a
b. thraseæ episcopi. 567.b
s. trasonis martyris passio. 579.i
thristiga habitatio trium contignationum in ædibus altissima. 21.k
thurismodus. 410.k
thyestes & Atreus. 187.f
thymiamaterium. 180.i
thyrsi martyris. 524.c
s. thyrsi martyris natale. 523.k
tiberiadis. 141.b
s. tiberij martyris. 574.a
tiberij Cæsaris gesta. 221.c
tiberij gesta. 219.i
tiberius. 492.b
tiberius. 141.b
tiberius Alexander præses Ægypti. 161.b
tiberius Constantinus. 501.d
tiberius dici Deus ac Dominus voluit. 141.i
tiberius. 503.b
tiberius fauet Christianis. 492.d
tiberius vocatur ad imperium. 261.i
de tibicine. 76.i
tibicinis mira conuersio ad monasticen. 76.i
s. tiburtij. 562.d
s. tiburtij martyris natalis. 556.h
b. tiburtij natalis. 535.b
tiburtius. 494.i
s. tichonis Amathontæi. 546.f
s. ticiani episc. & confess. 521.h
s. tigernaci episc. & confessoris. 533.k
tigidis episcopi natale. 525.a
tigrides mansuescunt. 34.g
s. timolai martyris. 532.b
timodia annulorum. 203.a
b. timonis. 535.k
in timore Dei victoria. 166.b
b. timothei martyris natalis. 558.i
SS. timothei & Lucę Euangelistæ. 539.k
s. timothei episcopi. 545.f
SS. timothei, & Apollinaris. 559.a
s. timothei natalis. 542.c
SS. timothei & Faustini. 542.e
SS. timothei & Mauræ martyrum. 538.k
SS. timothei & Diogenis. 534.b
s. timothei, qui fuit in Symbolis. 527.i
s. timothei natalis. 523.d
timotheus. 496.b
timotheus episcopus Alex. 499.k
timotheus hæreticatur. 408.d
thintasindus. 425.i
tissaternes vt proditor apud Artaxerxem defertur. 193.f
titi & Vespasiani gesta. 222.i
b. titi natalis. 519.f.g
titi clementia & benignitas. 493.d
titus periclitatur. 163.d
titus ad Antiochiam contendit triumphans in singulis ciuitatibus. 177.f
titus se parat ad obsidium. 163.c
titus & Lucas. 55.d
titus. 493.d
titus irrumpit in hostes. 154.a
titus cum exercitu Giscalam intrat. 155.i.k
titus Vespasianúsque atrox & memorabile cœperunt bellum

bellum. 149.f
Titus tertiò in hostem progreditur. 163.i
titus pro Iosepho intercedit. 152.f
tobias Rhofensis. 398.i
tolerantia vir magna supra Stoicorum ἀπάθειαν. 111.d
tolerantia virginis. 69.f
tolerantia mira. 107.d
toletum vastatur. 500.f
tolgan. 415.g
tolgas rex Gothorum tonsuratur. 312.b
tondentur alteri ministri. 398.f
tondere comam. 118.e
tonsura Diaconi regi Indiæ datur. 40.a
tonsura Ecclesiastica. 375.k
tonsura Simonis magi detestanda. 398.c
tonsura Iob. 397.k
tonsura Catholicorum. 398.b
topographia paradisi. 36.a
touteuillæ commutatio. 477.e
fine Torculari vindemia. 336.b
s. torpetis martyris. 54.g
s. torquari confessoris natalis. 541.c
torquatus. 486.g
torquetur qui gregem B. Iuliani diripuerat. 334.c
totilla. 416.c
tractus cœli corruptior pestilentiam creat. 133.e
tractus B. Thomæ Apost. miserabilis. 41.b
traditionem solam sufficere ait D. Ioannes. 14.b
traditiones seruandæ. 14.h
traiani persecutio. 234.e
traiani imperium. 223.d.e
traiani iudicium præceps. 48.a
traianus. 493.f
s. tranquillini martyris natalis. 549.k
traiectum olim Vviltaburg. 392.c
tranquillus. 342.g
transbadus exagitatus conuitiis in mensa expirauit. 264.h
transeamus hinc. 175.h
transemundus Ecclesias clausit. 499.k
transfiguratio Domini nostri Iesu Christi. 536.b
transfigurationis Christi testes. 16.c
transfixa imago Christi fundit sanguinem. 318.g
transfixionis curatio. 334.k
transitus Annibalis in Italiam. 199.a
transitus maris quando. 233.e
translatio sepulturæ. 381.d
transmigratio in Babyloniam. 233.g
transmigrationis filiorum Israel causa. 45.h
transportatio corporis S. Euergisti. 532.h
trasibulus patriam liberat. 192.g
de Transitu Ferreoli. 267.g
trecenta millia hominum fame & morbo consumpta. 213.k
trecenta castella populata. 201.b
SS. trecentorum martyrum. 540.a
trecentorum martyrum. 559.c
SS. trecentorum sexaginta martyrum natalis. 569.b
treptia vxor regis. 42.c
treueris à Francis incenditur. 239.d
treueris conditor Treber. 407.c
tribulationes immissæ ad correctionem. 81.e
tribuni domum ingreditur Apollinaris. 49.c
tribunus vult cogere monachos ad militiam. 73.d
tribunus cum eius domo baptizatur. 49.e
tribus modis peccatum impletur. 359.f
tributa Longobardis laxantur. 308.e
tributa moderanda. 221.c
tributum corij bouini. 470.g
trigelensis Episcopus spoliatur. 472.a
SS. triginta & trium martyrum. 573.e
trinitas. 365.a
trinitas miraculo confirmatur. 317.g
trinitas. 1.c
à Trinitate pendent omnia. 54.f
trinitatem patriarchæ venerati sunt. 244.e
trinitatem blasphemans fulminatur. 500.d
trinitati dæmon illudit. 455.d
trinitati illudens fulminatur. 414.e
trinitatis nomine aspersio tempestatem sedauit. 355.h
trinitatis assertio. 237.c
trinitatis fides. 232.b
trinitatis cognitio. 180.i
trinitatis fides monstratur miraculo. 237.h
s. triphyllij episcopi. 545.k
s. tripodis natalis. 545.e
triptolemus. 481.k
tristitia cur fugienda. 74.g
tritthemius sub Domitiano. 234.g
SS. trium militum. 549.d
trium virginum illatio. 541.g
troia capitur. 482.c
s. troiani episcopi. 575.b
s. tropetis martyris. 540.d
trophima vt scortum damnatur. 23.h
trophima in nomine Iesu puerum mortuum suscitauit. 23.h.i
s. trophimi natale. 582.d
s. trophimi martyris. 564.c
trophimus episcopus Arelatensis. 234.g
s. trudonis presbyteri & confess. depositio. 576.h
s. trudonis. 551.d
trudulphus cadit. 288.i
s. tryphoniæ. 569.g
s. tryphonis martyris & aliorum duodecim. 549.f
s. tryphonis martyris. 524.g
s. tryphonis martyris natale. 574.a
tuderti Tusciæ, S. Rogerij. 519.h
in tugurio mysteria faciebant Christiani. 49.h
tugurium præfertur palatio. 91.c
tullus Hostilius. 484.d
tunica ex pilis. 109.h
tunica B. Ioannis excitat mortuos. 31.c
tunica Christi Argentoilensis. 461.d
de Tunica Christi. 316.h
tunica S. Vincentij martyris anno 525. Lutetiã delata est 248.c
tunica Domini inuenta. 305.b
turbo vehemens. 454.h
s. turiani episc. & confess. 551.c
s. turibij episcopi Astoricensis natalis. 535.e
turones diu sine benedictione. 236.d
turones vnde. 402.f
turones maluerunt Gunthrano subiici quàm comburi. 275.f
turonicum incendium. 252.a
turonum possessione pro reuerentia B. Martini veretur Chlodoueus attingere. 243.d
turonum immunitas. 292.b
turres tres vrbis Hierosoly. 177.b
turres tres subitò corruunt. 164.h
turris Stratonis postea Cæsarea. 126.k
turris Babel. 479.k
turris Babel. 232.h
tyberis inundatio. 295.i
tyberij Imperatoris obitus. 270.g
tyberio thesaurus Narsetis ostenditur. 260.g
tyberius multa largitur pauperibus. 260.e
tyberius Romam fame liberat. 418.k
tychici Diaconi. 537.h
tyranni ignoscere nesciunt. 127.i
tyrannio & Siluanus. 527.h
tyrannis Phalaris. 188.e

Tyro luit cum filio & tonsore. 136.g
Tyri encomium. 456.c
tyriorum præses. 129.d
tyrus vrbs antiquissima oppugnatur. 196.f
tyrus condita. 482.a

V

VAccarum tributum. 311.d
Vadum Iacob. 472.i
Væ Hierosolymis. 175.i
Valens reuocat Catholicos. 227.i
valens imperator autor afflictionis Ecclesiæ. 98.k
valens sepultura priuatus. 99.f
valens in casa latitans comburitur. 227.k
valens monachos ad militiam cogit. 227.g
valens monachos cogit ad militiam. 235.i
valens comburitur. 403.d
valens cum Gratiano. 497.b
de valente qui excidit. 67.d
valentia à Gothis capta. 407.e
SS. valentiæ & collegæ eius mulierum martyrum natale. 553.f
s. valentini martyrum. 574.g
SS. valentini presbyteri, & Hilarij Diaconi martyrum passio. 572.h
b. valentini martyris. 527.a
s. valentini episcopi & martyris. 551.i
s. valentini confess. & Maximiliani martyris. 571.h
s. valentini. 580.g
valentini festiuitas. 525.g
b. valentini presbyteri. 526.k
valentinianus strangulatur. 405.h
valentinianus. 493.k
valentinianus Idolis noluit immolare, quin cùm templum Fortunæ ingrediens esset aqua sacrificiorum respersus, qua parte vestis intincta fuerat rescidit. 227.d
valentinianus. 497.b
valentinianus hæreticus. 234.g
valentinianus Maximum fugit. 405.c
valentinianus suffocatur. 228.f
valentinus Papa. 435.c
SS. valentionis, Passicratis & aliorum duorum coronatorum. 542.i
s. valentis martyris & pontificis. 542.c
s. valeriani martyris. 565.e
s. valeriani martyris. 563.i
valeriani persecutio. 234.k
s. valeriani natalis. 559.a
valeriani natalis. 535.a.b
valeriani martyris. 522.i
s. valeriani episcopi. 577.i
b. valeriani epis.& confess. 580.f
valerianus credit insolentiæ. 153.c
valerianus. 494.i
valerianus Imperator. 224.g
valerianus primus Christianis fauit, sed seductus à magis grauiter afflixit. 224.h
valerianus. 495.c
valerianus & Gallienus Romanum imperium adipiscũtur. 234.k
s. valeriæ martyris. 537.f
s. valeriæ virginis & martyris. 579.g
s. valeriæ virginis. 567.f
SS. valerij & Rufini martyrum. 546.b
valerij cognoscitur tumulus. 347.e
b. valerij episcopi depositio. 524.b.c
s. valerij martyris. 575.c
vallis termini. 354.g
b. vamugi confess. depositio. 520.h
varardach Babyloniorum dux. 32.k
Cvari martyris. 569.i
vatroni Senatus egit. 207.b
vasa Ecclesiæ pro redemptione regis distrahuntur. 477.c
vasa templi pluunt frumento. 230.a
vascones irrumpunt. 287.k
vasis abutens Ecclesiæ punitur. 328.d
vasuum deditio. 311.i
vaticinia prophetarum de Christo. 26.c
vaticinia de futuro iudicio. 26.i
vecta insula. 353.a
vecta insula Christum suscipit. 383.a
vectæ mensura. 382.k
vedastes adulter occiditur. 274.h
vedastes. Auus infra nominatur. 268.h
s. vedasti corporis relatio. 551.g
vedasti obitus. 418.g
s. vedasti. 534.f
s. vedasti natale. 325.f
s. vedasti corporis translatio. 566.a
s. vedasti quiescentis. 541.i
vedastus. 413.d
velamen monialium. 113.i
velites, volites. 203.i
s. venantij episcopi & martyris. 533.c
s. venantij martyris sub Decio. 541.h
s. venantij martyris. 568.a
s. venantij abbatis. 568.h
venatio spiritualis. 102.k
s. vendelini confessoris transitus. 870.a
veneni prolatio. 139 d
venenum ex succis serpentum & veneno aspidum compositum. 137.i
venenum ex Ægypto in Herodis mortem delatum. 137.f
SS. venerandi & Maximi martyrum translatio. 544.a
s. venerandi episc. & confess. 522.c
venerandus episcopus. 240.a
veneratio sodalium. 340.k
veneratio reliquiarum similitudine demonstratur. 100.a
de venerea. 85.e
s. venerij confess. 563.b
venter plenus despumat in libidinem. 115.b
ventidius Romanæ militiæ dux. 130.b
ventis præcipit B. Andreas. 21.f
ventus vehemens. 454.k
ventus vehemens. 470.g
ventus vehemens. 471.e
ventus vehemens. 457.h
ventus vehemens. 458.f
s. veriani martyris natalis. 556.g
venustiani cum vxore sua & filiis natalis. 582.f
SS. venustij, Heliodori cum aliis septuaginta quinque martyrum. 539.f
s. verani episcopi. 574.b
verba Pambonis morientis. 60.d
verbi Christi virtus. 37.c
verecundiam omnem excludit fames. 167.g
s. verenæ virginis natale. 561.a
veri episcopi. 521.c
SS. veri & Securi fratrum natalis. 575.f
SS. veriſſimi, Maximæ & Iuliæ sororum martyrum. 566.d
veritas fidei petitur à Romanis. 396.e
veritas fidei & dignitas Christiani nominis. 321.e
veritatis odium. 355.b
SS. veroli, Secundini, Seruuli, & aliorum viginti. 527.i
veronæ virginis beatæ natalis. 560.e
s. veroni confess. translatio. 524.e
s. veroni transitus. 533.a
versio inualuit Hieronymi. 405.g
versutia habetur in laude. 170.i
verus Viennensis episcopus. 493.h
verus episcopus. 501.f
vesores Scythas lacessens vincitur. 187.h

vespasiani indoles. 147.e
vespasiani oratio consolatoria. 155.c
vespasiani commendatio. 160.e
vespasiani virtutes. 147.e
vespasiani absentia Galba audacior. 147.e
vespasianus Britanniam Romano iunxit imperio. 147.e
vespasianus Titum dirigit. 155.h
vespasianus. 493.b
vespasianus deuastat Iudæam. 160.b
vespasianus in talo vulneratur. 150.c
vespasianus moderatus & prouidus vir. 157.g
vespasianus nolens suscipit imperium. 160.g
vespertinum officium. 105.d
vestæ ædes igne corripiuntur. 201.k
vestales. 484.d
ex Vestibus pelliceis benedictio. 111.f
vestigia currus Ægyptiorum. 233.c
vestigia Christi ascendentis. 394.e
vestigia arcæ Noëmi extabant tempore B. Hieron. 186.b
vestimentorum B. Bartholomæi duratio. 38.a
vestimentum non veterascens. 73.c
vestis pellicea. 105.h
vestis pellicea. 88.f
vestis ex villis caprinis. 106.c
vestitus vilitas. 119.e
verranio senex litteras didicit. 226.k
vexillum crucis. 321.i
via vniuersa Hierosolymis repleta seminecum cadauerum. 168.k
via cognoscendi Deum vnum. 38.i
viaticum salutis. 385.h
viaticum benedictionis. 102.c
b. viatodij episc.& confess. 561.b
victbertus Anachoreta. 391.f
victor papa. 448.e
victor Massilienſis. 498.k
victor. 495.k
victor Capuanus. 500.h
victor. 322.c
victor Turonensis. 478.i
victor Papa. 450.i
victoris martyrium. 528.d
victoria duplex de Spartanis fuit, naualis vna, terrestris altera, & cæt. 192.c
victoria Cleopatræ de Antonio. 131.h
victoria nulla sine sanguine. 155.d
victoria non in multitudine populi. 166.b
victoria non est impiorum. 284.g
s. victoriani. 532.a
SS. victoriani & Aquilini. 541.d.e
victorij res. 240.f
s. victorij natalis. 542.c
SS. victorici & Fusciani martyrum. 579.i
s. victoriæ virginis natalis. 581.d
s. victorini & Pastoris. 532.i
s. victorini natalis. 567.a
victorini natalis. 528.e
s. victorini martyris & sociorum. 541.d
SS. victorini & victoris natalis. 529.g
b. victorini martyris. 561.g
b. victorini martyris natalis. 535.d
s. victorini episcopi natiuitas. 572.e
s. victorini martyris. 550.b
victorini, Carpophori, Seueri & Seueriani quatuor coronatorum natalis. 573.h
victorinus. 235.a
victorinus. 495.d
victorinus. 497.d
s. victoris translatio. 541.a
victoris martyris. 522.k
s. victoris martyris. 539.h
s. victoris natalis. 552.h
SS. victoris & Victorini natalis. 529.g
b. victoris martyris. 559.k
s. victoris martyris natalis. 574.g
victoris corpus somnio reuelatum. 305.g
s. victoris translatio. 571.i
SS. victoris & Stephan. 539.i
SS. victoris & Coronæ martyrum. 541.a
victoris martyris. 424.e
victoris merito cuadit Apollinaris. 322.g
s. victoris militaris. 553.c
SS. victoris & Sosthenis. 562.h
s. victoris episcopi. 560.k
s. victoris confessoris. 528.f
SS. victoris, Castoris & Rogatiani. 582.d
s. victoris natalis. 564.h
s. victoris & Stephani. 533.c
s. victoris episcopi. 562.g
s. victoris martyris. 568.a
victoris dies natalis. 528.e
s. victoris natalis. 533.a
s. victoris Papæ martyris natalis. 554.b
SS. victoris & Vrsi martyrum passio. 565.k
victoria Fortuita. 439.c
victorius. 499.g
victorius luxuriosus occiditur. 240.g
victorius cruce extinguit incendium. 343.h
victricij Rothoma. episcopi & confess. 556.e
victum comparat suis manibus Dorotheus. 57.k
victus & potus Platonis. 119.e
victus Abraamis quis. 105.d
victus ratio Ioannis. 90.b
victus quotidianus D. Iacobi. 32.f
victus Marciani. 93.e
vienna condita. 484.a
vigilia S. Matthiæ Apost. & aliorum plurimorum martyrum confess. atque virginum. 528.c
vigilia natalis. 328.e
vigilia omnium Sanctorum. 571.k
vigiliæ. 368.k
s. vigilij episcopi. 548.c
s. vigilij episc.& martyris. 524.f
s. vigilij matris natalis. 533.a
vigilius Papa. 416.e
SS. viginti martyrum. 544.h
SS. viginti martyrum. 581.d
s. vigoris episcopi. 572.d
vincti soluuntur. 347.i
vincentij sanationes. 328.k
vincentij translatio. 476.c
b. vincentij Leuitæ & martyris passio. 545.d
s. vincentij martyris. 551.a
b. vincentij martyris passio. 536.a
b. vincentij confessoris Christi depositio. 551.e
s. vincentij corporis inuentio. 571.d
s. vincentij natalis. 553.c
b. vincentij Valentini. 533.k
s. vincentij Leuitæ & martyris. 522.k
s. vincentij natalis. 559.e
s. vincentij martyris. 581.e
vincentij martyris. 522.k
s. vincentij passio. 556.b
s. vincentij passio. 571.c
b. vincentij translatio. 564.e
b. vincentij confessoris translatio. 571.h
s. vincentij martyris natalis. 542.g
b. vincentij agonis locus. 278.i
vincentij tunica. 500.h
s. vincianæ virginis. 562.k
vincentius. 443.g
vinctus Eparchij oratione soluitur. 267.i
vincula sacerdotij comminationes excommunicationis. 106.h

f. Vindiciani episcopi depositio. 530.d
f. vindiciani episcopi. 548.b
vindicta mulieris. 254.b
vinghardus ordinandus Romam mittitur. 377.h
vinochus in meloris. 261.b
violator templi B. Martini punitur. 279.k
violator templi fulminatur. 333.h
vipera Paulo non nocuit. 19.g
vir mixtus mulieri lauat & abstinet ab Ecclesia. 559.b
vir fidelis pro fideli muliere sanctificatur. 47.g
vir monialis habitu. 299.h
vires Hierosolymitanorum fame exhaustæ. 171.c
virgæ consecratæ. 278.d
virgæ quę in aurum mutatæ sunt, in suam naturam priorem reuertuntur. 30.h
virgas in aurum conuertit B. Ioannes. 29.i
virgilius nascitur. 490.d
virgines reuelant sepulturam. 339.h
virgines tonsæ & cuculatæ. 69.d
de virgine quæ renunciauerat. 86.a
de virgine de qua fuerat dictum falsum testimonium. 69. c
de virgine lapsa. 68.a
de virgine quæ faciebat 700. orationes. 64.k
de virgine quæ lapsa est & egit pœnitentiam. 86.c
virginis abstinentia. 64.k
virginis tolerantia. 69.e
b. virginis Mariæ sponsi. 531.e
b. virginis, Dei genitricis Mariæ. 561.a
virginis caro non corrumpitur. 383.i
virginis mirum silentium. 79.f
virginum conuentus. 57.h
virgis cæditur B. Apollinaris. 50.b
virgo à latronibus per latronem eripitur. 76.i
virgo insolens & auara. 58.h
virgo tentatur. 87.i
virgo annorum septuaginta, quæ excepit Athanasium episcopum. 85.h
viri centum & quinquaginta sub Dauide. 95.k
viri octingenti suscitantur. 3.g.h
viriathi latronis bella. 206.f
viriatus. 488.i
virium Romanorum ingens ruina. 201.d
viriomadensis comitatus conuertitur. 476.d
virorum bonorum exercitia. 118.h
virtus miraculorum. 110.a
virtus ducis animat militem. 153.h
virtus reliquiarum S. Thomæ. 43.g
virtus obedientiæ. 121.d
virtus B. hominis declaratur. 47.i
virtutem primam se Magus esse asserit. 17.c
virtutes D. Petri. 17.i.k
virtutes ad sepulchrum B. Martini. 257.f
virtuti prouidentia comes. 165.a
in virtutibus non gloriandum. 93.i
virtutis studiosum ne sopor obruat. 58.a
virtutum scalæ in cœlum. 35.h
virus. 303.h
virus Turonensis episcopus. 241.c
vis precum. 59.f
vis obedientiæ. 118.h
vis tyrannorum vrget. 48.h
visibilia omnia caduca. 115.h
visitatio locorum Sanctorum. 99.k
visio. 386.i
visio Galli. 249.h
visio salutatis. 366.a
visio monasterij Colodanæ ruinam significans. 386.f
visio Paulelli. 246.k
visio Petri & Pauli apostolorum. 382.g
visio & reuelatio Gregorio exhibita de successoribus Chilperici. 258.g
visio B. Antonij. 65.
visio Symeonis. 110.h
visio angelica. 373.d
visio. 391.d
visio. 329.h
visio morienti. 270.d
visio beatitudinis. 274.d
visio. 318.g
visio ante mortem. 381.a
visio glorioſi corporis. 381.b
visio. 503.a
visio. 447.c
visio facta B. Iacobo pro confirmatione S. Ioannis Baptistæ reliquiarum. 107.k
visio & apparitio B. Martini. 343.k
visio Archelai. 141.b
visio neglecta. 322.k
visio morienti consolatoria. 381.g
visio. 363.i
visione deterretur ab amore libidinosa, Euagrius. 79.k.
in Extasi. ibidem.
visiones. 71.g
visiones de Chilperico. 281.c
visiones Arnulph. 75.i
visum cæcus recipit. 50.h
visus cæcis restituitur. 25.b
vita Isidori & Dorothei. 57.f.g
vita mortuis reparatur. 45.a
vita nihil dulcius. 151.i
vita peregrinationis. 83.g
vita principis regula plebis. 141.g
quæ vita melior, actiua an contemplatiua. 72.c
vita peruersus & eloquens, est dæmonis imitator, sic hæreticus. 81.d
vita angelica monachorum, monasteria enim sunt castra Dei, in quibus contra spiritales nequitiæ regis Christi excubant milites & exercentur tyrones. 57.e
vita abbatis Dorothei. 57.i
vita præsens animæ carcer est. 177.k
de vita & obitu Hildæ & abbatissæ. 385.c
vitæ monasticæ principes. 95.e
vitæ perfectio vitæ perfectio est. 77.c
vitæ solitariæ descriptio. 83.h
vitæ magna perfectio. 75.h
f. vitalis martyris. 527.a
f. vitalis martyris. 549.d
vitalis & Reuocati. 520.g
vitalis reliquiæ. 240.c
f. vitalis. 536.d
f. vitalis martyris. 572.g
f. vitalis. 570.i
SS. vitalis & Agricolæ natalis. 572.i
f. vitalis martyris natalis. 537.f
f. vitaliani papæ natale. 523.i
vitalianus Papa. 424.f
f. vitalici martyris natalis. 561.f
vitellianus. 502.c
vitellij imperium. 222.f
vitellius imperator. 160.a
vitellius fæx cæterorum. 160. d.e
vitellius. 493.b
f. viti natalis. 546.c
vitis enatæ periculum. 82.h
vitula edidit agnum. 175.g
f. viuentioli episcopi depositio. 551.a
f. viuentij martyris. 544.a
f. viuentij confess. 521.c
viuendi beata ratio in pannis vilibus. 62.g
b. viuentij archiepiscopi. 562.b
vlcerosus sanatur verbo Apostoli. 25.c
b. vldarici episc. & confess. natalis. 549 g
Vlid. 427.f

S. Vlgisi

inflatio. 549.d
fessoris. 538.e
atis. 539.d
35.c
a percussorem. 39.h
37.g
nat veritatis vestigia. 156.a
413.a
n millium virginum natale. 570.b
s synodi. 383.d
a. vodali confessoris. 525.d
vocatio Petri & Andreæ. 16.b
vocatio Apostolorum. 35.d
voces in templo, transeamus hinc. 175.h
voluptas consequitur repletionem. 115.b
f. volusiani natalis. 522.c
volusianus Turonensis episcopus. 241.e
volusianus. 303.g
volusianus Imperator. 224.f
vomitus aliorum plerisque esca fuit. 167.g
votum à carnibus abstinendi. 112.a
votum Hierosolymitanum. 84.h
votum ex vindicta. 259.a
vox similis nostrorum hæreticorum. 67.g
vox Euangelij multos reuocat. 110.g
vox Messaliam indocta. 50.a
f. vrbani. 535.c
f. vrbani episcopi & confessoris. 533.c
f. vrbani episcopi. 577.i
b. vrbani natalis. 542.i
f. vrbani martyris. 549.d
vrbanus Papa. 451.a
vrbanus Romanus. 476.g
vrbanus martyr. 523.d
vrbem cum templo eo tempore perituram litteris vetustis scriptum erat. 175.k
vrbes quinque diuina vltione incensæ. 159.c
vrbis Romanæ beatitudo. 205.h
vrbium euersio. 125.e
vrbis Hiericho descriptio. 358.f
f. vrsani confessoris natalis. 557.i
f. vrsi confessoris. 554.c
f. vrsi episcopi. 554.g
SS. vrsi & Victoris martyrum passio. 565.k
f. vrsi episcopi. 524.g
b. vrsi Trecarum episcopi depositio. 553.f
vrsicampi Cœnobium. 457.a
f. vrsicini martyris. 547.h
vrsicini pœnitentia. 283.d
f. vrsij confessoris. 538.k
vrsini corporis leuatio. 346.h
f. vrsini confessoris. 573.i
f. vrsinari episcopi eleuatio. 532.d
f. vrsinari episcopi & confess. depositio. 535.i
vrsinari & Ermini confessorum commemoratio. 533.c
f. vrsinari translatio. 549.d
vrsinarus. 450.c
b. vrsionis monachi. 565.i
vrsus. 506.a
vrsus. 495.k
vsus res Dei disponit, abusus subuertit. 36.i
vsus sacramentorum. 36. k
de vsuardo. 509.k
vtilico. 406.i
vtilitas historiæ. 89.a
vvæ mirabilis plantatio Diui Martini. 338.k
vvaddo interficitur. 293.a
vvaddonis filiorum prædonum damnatio. 301. c
vvaifarius Ecclesiastica inuadit. 504.k
vvalamer. 408.e
f. vvalberti Comitis & abbatis depositio. 538.h
f. vualburgæ virginis. 538.e
vvalburgis virginis. 555.i
vvicherus celebrans occiditur. 450.g
b. vvi[illegible]etrudis viduæ. 525.a
f. vvaldetrudis. 572.f
b. vvaldedrudis translatio. 557.b
b. vvaldgeri transitus. 534.f
f. vvaldi episc. & confess depositio. 575.d
vvaldricus. 541.e
vvaldricus occiditur. 444.a
f. vvalerici confessoris tr. 453.k
f. vvalerici presbyteri & coio. 533.c
b. vvalis presbyteri & confessoris. 580.a
wallia rex wisigothorum Wan. bellat. 542.c
waltfridi martyris translatio. 408.a
f. walteri abbatis. 547.g
waltharith. 538.k
wandali Mauritaniam inuadunt. 415.c
de wandalis & Christianorum persecutione. 98.b
wandalorum irruptiones. k
wandalorum sacrilegia. 4.
wandalorum origo. 509.
de wandelberti martyrologio. 552.k
f. wandregisili patris. 533.b
f. wandregisili abbatis eleuatio & translatio. 561.e
f. wandregisili abbatis corporis aduentus. 313.k
waradus. SS. warlesij & Luxorij corporum glorioſorum inuentio & translatio. 576.c
wascones subiugantur. 305.g
f. wasnulphi confessoris. 566.d
f. wencellai martyris. 565.g
f. wenefridæ virginis & martyris. 572.h
werenfridi presbyteri & confessoris. 557.f
b. wermebandi abbatis. 534.b
wibrandis & Mechtundis virginum. 549. f
f. wibrandis virginis eleuatio. 546.f
wicbertus Gemmelacense fundauit cœnobium. 440.e
f. wigberti presbyteri & confess. natale. 557.d
f. wilberadæ virginis natale. 538.h
wilibicus Longobardus D. Martini intercessione conuertitur. 282.d
wilfridi Epitaphium. 396.a
f. wilfridi episcopi & confessoris natalis. 568.f
wilfridus precibus ad vitam reuocatur. 395.k
wilfridus Saxones ad Christum conuertit. 382.a
wilfridus absoluitur. 395.h
f. wulgani episc. & confess. 571.g
f. wilgefortis virginis & martyris natalis. 552.c
f. wilgisi episc. & confess. depositio. 525.c
wilhelmi archiepiscopi & confessoris. 545.b
wilhelmi abbatis & confessoris. 534.b
wilhelmus rex Siciliæ repetit Apuliam. 470.h
wilibrodus. 502.i
f. wilibaldi episc. & confess. 550.b
willibaldi & Flarchati inimicitiæ. 313.a
f. willebadi episc. & confess. depositio. 573.h
f. willeici confessoris natale. 529.c
f. winoci abbatis depositio. 573.c
f. winoci abbatis eleuatio. 532.a
f. winoci corporis in Bergas aduentus. 582.g
f. patris winoci abbatis corporis translatio. 564.b
f. willibrordi episcopi depositio. 573.c
wimbaloci abbatis. 529.e
b. wimonis episcopi. 570.c
windichildus. 443.i
b. wininæ virginis. 580.h
winus simoniacus. 370.e
f. winualoci abbatis translatio. 555.c
wisigothi. 403.d
wironis episcopi. 539.i
f. witaburgæ virginis. 550.d

wlcani insula. 204.g
ſ. wlfij tranſitus. 52.e
wlfius necatur. 366.c
ſ. wlfranni confeſſ. 531.g
SS. wlfranni & Anſberti corporum aduentus. 561.c
ſ. wlfranni epiſc. 544.a
ſ. wlfranni eleuatio & tranſlatio. 533.b
wlgari credunt. 436.i
ſ. wlmari confeſſoris. 552.g
ſ. wlmari confeſſoris. 546.h
ſ. wvillibrardi epiſcopi. 551.e
wltus demiſſio. 113.f
wltus b. Andreæ luce refulget. 24.e
ſ. wolfgangi epiſc. & confeſſoris. 572.a
ſ. wolſtani epiſc. 522.e
vxor præſidis partu D. Ioannis oratione liberatur. 10.c
vxor Lisbij proconſulis ſuſcitatur. 23.k
vxor Philonis à lepra curatur baptiſmo accepto. 10.h
vxor viro adhæreat. 65.
vxor Lisbij proconſulis in balneo cum len[e] ne ſuffocatur. 110.h 373.d
vxoratos fuiſſe presbyteros & epiſcopo[s] 391.d
vxoribus non vſos. 329.h
de vxore viri ſenatorij. 270.d
vxoris regis Indiæ filiique excellens con[t]. 274.d

X

XAndipe Albini vxor cum multis [i]ſimis caſtitatem vouent. 318.g 381.a 381.b
ſ. Xenophontis & ipſius comitatus. 525.
Xerxes à Spartanis vincitur. 190.h
Xerxes à Themiſtocle vincitur. 191.a
Xerxis regis Babyloniæ humanitas. 35.c
Xerxis nauale bellum & hominum copia. 190.h
Xiſtus locus fuit templo proximus. 143.k

Y

YDubergæ commemoratio. 529.i

FINIS TOTIVS OPERIS.